

Calcutta M^o y Real Univ. de S. R. 1807

SIMONIS DE CASSIA,




DOCTISSIMI PIENTISSIMIQUE VIRI,
DE GESTIS DOMINI
SALVATORIS

IN QVATVOR EVANGELISTAS,
LIBRI QVINDECIM,

Pia ac mirabili eruditione, supra quam uulgo creditur, passim referti, & nunc
deum summo studio ab innumeris prope mendis, quibus uel
scatuerunt aliàs, uel etiamnum scatent, uindicati.

Colorent alij suos titulos quibus technis
aut fucis uelint. Quid hic praestitum
fit, mauult is cuius ea pro
uincia fuit, collatis
aliorum cum
hac

libuscunq; editionibus, ab ipso lectore, quam à se, proferri.
Hoc gignere pudorem uere dici potest, autorem ipsum si reuiuifcat, nullam ex
in multis suorum laborum editionibus uel nunc uel antea
publicatis, huic antelaturum.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MATOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 4.º C. 10 N. 14

Apud Sanctam Vrbium Coloniae, ex officina Eucharj Ceruicorni,
Anno Virginici partus M. D. XL, mense Martio.



3-a-4-15



Del Colegio M^{or}. y Real Univ. de Q^{ue}. R. 4557

SIMONIS DE CASSIA,

DOCTISSIMI PIENTISSIMIQUE VIRI,

DE GESTIS DOMINI

SALVATORIS

IN QVATVOR EVANGELISTAS,



LIBRI QVINDECIM,

Pia ac mirabili eruditione, supra quam uulgo creditur, passim referti, & nunc demum summo studio ab innumeris prope mendis, quibus uel scaturunt aliàs, uel etiamnum scatent, uindicati.



Colorent alij suos titulos quibus technis aut fucis uelint. Quid hic praestitum sit, mauult is cuius ea pro uincia fuit, collatis aliorum cum hac

quibuscunq; editionibus, ab ipso lectore, quam a se, proferri.

Hoc citra pudorem uere dici potest, auctorem ipsum si reuiuifcat, nullam ex tam multis suorum laborum editionibus uel nunc uel antea publicatis, huic antelaturum.



3-a-4-15



Apud sanctam Vbiorum Coloniã, ex officina Eucharij Ceruicorni,

Anno Virginis partus M. D. XL. mense Martio.





AD HOC aliquot iam annos, omnibus ingenij neruis, non citra rei nostræ familiaris iacturam incubuimus, candidissime lector, nullumq; non lapidẽ (quod dici solet) mouimus, ut optimos quosq; autores, cum in secularibus, tum in diuinis literis, ex officina nostra tibi profferemus castigatissimos. Eodem cõsilio nunc tibi damus Simonem de Cassia, tanto rursus studio à nobis recens elaboratum, ut plane alium atq; olim fuit, æstimare possis, egregium alioqui euangelicæ ueritatis enarratorem: cui in tractandis uerbis Christi, mira quædam adest diligentia in explicandis miraculis, raritas in erudendis mysterijs, sedulitas in componendis moribus, mixta cum seueritate lenitas: & in corrigendis uitijs, quod Chrysostomus monet, ἰλλος ἐπισημαντικὸς δὴν ἀπρεσημένως καὶ νοθεσία ὀλιγοθεωπιᾶν ἔχουσα. Quem si cum uetustis illis sacrarum literarum illustratoribus comparare uoles, ut in orationis structura & dictionis filo, inferiorum, ita in sententiarum pondere, in gestorum delineanda ratione, in expositione mysteriorum, in efformandis Christianæ uitæ moribus, parem, ne dicam superiorem, inuenies. Inscripit opus suum de gestis domini seruatoris, in quindecim libros distributum, ea subtilitate, ea iudicij acrimonia, ut plane nescias, ordinem perspicuum magis ne, an argumẽti sublimitatem, & materiæ exquisitam tractationem demirari conueniat. Sic etenim Christi gesta commemorat, ut interim iuxta beati Hilarij sententiam, interioris intelligentiæ rationem comminiscatur & reddat. Vtitur nonnunquam, ingenue fateor, rudibus & subagrestibus uerbis, sed tamen (quod Pico Mirandulæ placet) uiuis, animatis, flammeis, aculeatis, ad imum spiritum penetrantibus, lectorem ipsum mirabili potestate transformantibus. Non possum mihi temperare, quin hoc loco referam id quod de Alcibiade refert Plato: Alcibiadem scilicet dicere solitum, sese nihil commoueri Periclis orationibus elaboratis & luculentis, sed Socratis uerbis nudis & simplicibus. Ego quoq; crediderim, huius autoris triualibus & asperioribus uoculis, citius uehementiusq; lectorem rapi in diuinũ amorem, extra se poni, ac uelit nolit, id quod Christus præcepit facturum esse, quàm deliciofa & fracta aliorum quorundam compositione. Solet sæpenumero dura & salebrofa oratio aculeos in animis auditorum relinquere, eo q; uiriliter sit, ubi mollis & concinna, eo q; effeminato concentu, numeroq; lasciuiori decurrat, præpropere euasescit. Noli igitur huius autoris opus pium sane ac diuinum ἀνεργεῖν, ut Græci dicunt, hoc est, ueluti spicas quasdam inutiles reijcere, sicubi uerbum obsoletum & exculcatum, aut insolens etiam & duræ ac illepidæ nouitatis offenderis uel, ut Basilijus Magnus ait, τὸ εἰ λέξεως πομπικὸν καὶ πρὸς ἀρμονίαν κενδοτικόν, non passim tibi occurrerit. Meminisse te oportet, ubiq; autorem sapienter quidem disputare ac dicere, tametsi aliquando minus eloquẽter ac inanem esse sonitum optimorum etiam & ornatissimorum uerborum, si nulla subiecta sit sententia neq; scientia. Nonne Augustinus ait, eo magis solœcisimis & barbaris offendit homines, quo infirmiores sunt: & eo esse infirmiores, quo doctiores uideri uolunt? Non te mouebunt uerborum furfures, si sententiarum polline delesteris. Nec te offendet inæqualitas dictionis, si allubescat integritas præceptorum. Quid enim orationis modulationem & numerositatem requiris, ubi mysteriorum celsitudinem expectas? Beatus Ambrosius testatur, lenocinijs & fucis uerborum, sententias eneruari. Et diuus Hieronymus, non in uerbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Porro uoluit autor noster, quod in primis ecclesiasticum scriptorem decet, plane ac dilucide dicere: proinde ex industria (ut opinor) cauit, ne, quemadmodum beatus Augustinus scribit, animo defugerent ea, quæ dicere conabatur, dum attenderet, ut arte dicerentur: & ne ea, quæ mentium religione cõtineri oportet, ut Hilarij uerbis utar, in periculum humani eloquij protraheret. Nonnunquã tñ ita sermonẽ attemperat uenustate & subtilitate, ut ieiunũ & squallidum dicere non possis: ita adducto interpollat fucis, ut in præstigiũ non intumescat.

¶ Quisquis igitur ingredi uoles iter cælestis uitæ, hunc tibi ducem deligit: hic tibi sanæ doctrinæ accensam lucernam, in huius seculi caliginosa nocte præferet, ut liquido dispicere queas, quidnã sis cogitaturus, quid locuturus, quid deniq; acturus dignum regno cælorum. Quisquis etiam, quod dominus per Isaiam apostolicis uiris & ecclesiarum magistris præcipit, supra montem caliginosum siue campestem signum leuare uoles, hunc tibi præsidem & antesignanum assumito. Nam fideliter te docebit, quomodo ad excelsa ecclesiasticorũ dogmata debeas conscendere, quomodo in monte caliginoso (Deus enim

VITA SIMONIS CASSIANI.

ecclesiasticorum dogmata debeas confendere, quomodo in monte caliginoso (Deus enim posuit tenebras latibulum suum, atque nubes & caligo in circuitu eius) abscondita ecclesiarum sacramenta tractari conueniat. Postremum quomodo in loco campestri, inter humiles scilicet leuare queas signum dominicæ crucis, dimicare contra Babylonem, uexillum orthodoxæ fidei circumferre, & ueritatis lumine huius errabundifeculi, ut Græco hemistichio concludam, *τῆρ δ'νοσφερη νύκτα καθιδιάσσει*, Vale.



EXIMI DOCTORIS
SIMONIS CASSIANI VITA, EX IO
HANNE TRITTEMIO ABBATE
SPANHEMENSIS, CONTEXTA.



Imo de Cassia, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, ingenio subtilis & disertus eloquio, nec minus sanctitate cōuersationis, quam scientia uenerandus. Quippe qui in conuentu Florentino prophetiæ spiritu illustratus fuisse perhibetur. Edidit magnæ utilitatis plura uolumina, in quibus se uirum eruditum & deuotum ostendit. E quibus, opus insignè reperi super euangelium totum, cui Titulus de gestis Christi humani generis assertoris, quod Thomæ a Chorinthiis iuris utriusq; cōsultissimo, uirorq; optimo dedicauit. Vixit regnante Ludouico imperatore quarto: Anno ab orbe redempto post millesimum trecentessimum & quadragesimum octauum.

HAEC DE SIMONE CASSIENSI breuissime Tritemius. Cæterum qui penitus aliquid de ipso scire desiderat, is legat caput XL. libri octauis, præcipue cum lo cum in q̄ de meretricibus spiritualibus agit, ubi inter cætera, studij sui ac morum in adole scētia singulatim meminit. Sed quia caput illud, ut cætera ferè, longius est, quam ut lecto ristatim obuiet quod quærat, nos grauari non sumus, ipsissima eius uerba ad hanc rem scientia, lectori ob oculos ponere, ut ex aut ore ipso diligentius percipiatur, quod Tritemius, more suo, nimium properando transtulit. Sic igitur ibi habet:

¶ Forte in his quæ dicturus aduenio, aut ad turbationem, aut in admirationem legentem inducam, iuuenis fui aliquali dotatus ingenio, intendebam his scientijs sicut coætæ meæ, credens ex his placere altissimo, atque sic debere perfecta uita peragi. Cum uero omnes collegas meos uiderem in hanc tenebrosam uoraginem proflire, accidit quodam die in meis teneris annis, me ferente omnes fere libros naturales sub chilamyde, ut summa diligentia repeterem quæ audieram à doctore: & cum interrogaret me, qui creditus ab omnibus sanctæ uitæ, dicens: Quid est hoc quod defers frater? Libros naturales, me ferre respondi. At ille: Non est hæc uia tuta, neq; uocatio tua, neq; uerorum Christianorum intendere naturæ, sed gratiæ. Verbis quoq; completis, tanta celeritate mutatum est cor meum, ut si uoluissim, non potuissim aperire codices naturales, nec etiam ex iussu aliquid ex eis memoriæ commendare: atq; quod magis mirandum erat, porta intelligentiæ clauide

barum disponente deo, ad theologica me conuerti, illis om̄ino dimissis, in quibus frustra sudaueram atq; disposueram defudare: & aliqua lucè ueritatis perfusus, puro & claro animo intellexi meretricēs esse inuisibilis animi oēs istas sciētias, animā indetortā & uolantē per aëra cōstituentes, & denegātes suis peritis uia humilitatis in fide, atq; in moribus &c.

¶ Et paulo post:

Barbarus sum omnibus qui horum quæ dicuntur, intrinsecam experientiam non uident, & appello fatuus à talibus scientijs fascinat, sed ueritatem nouit altissimus, & ipsi uidebunt eum cum dure fuerint exacti, quod talibus uanitatibus se dederunt.

¶ Et iterum non ita longe post:

Sed o utinam inuenirem aut inuenissim mecum catholice cōtendentem ex scripto firmato, non uariabili aut nugaci uerbo, quod aut per rationes fidei cogere negare fidem, aut remouerem ab artibus & philosophis uerbulosis.

¶ Cui uerò theologiæ generi additus fuerit, declarant hæc eius uerba, propter lepiditatem eorum hic subiecta, ex capite 23. libri octauis.

Multi etiam doctores, appellati catholici nomine fuerunt, nescio si in animo extiterūt, nouitate loquendi miscēdo cum supernaturali theologia naturam, cum scriptura diuina philosophicam, historicam, & poeticam, sibijpsis superuolitare sunt uisit: & quod est certū, in dubium reuocantes per Vtrum: & quod est clarum & lucidum, in turbidum & obscurum redigentes per Vtrum: quod est sanum, infirmum facientes per Vtrum: quod iustum, prudens, modificatum, in contrarium uertentes per Vtrum: quod bonum moribus & doctrina probatum, approbatum, comprobatum à Christo, ad litem reuocantes per Vtrum: quod est sanctitatis atq; uirtutis, quasi non sit, contententes per Vtrum: quod quæstione non indiget, ad uerborū controuersiam reuocauere per Vtrum. Si filius dei necessario carnem assumpsit, si de uirgine absq; semine, incorrupta lege naturæ, concipi & nasci potuit, uolentes inuenire per Vtrum. Si qua fecit, si decenter fecit, nitentes declarare per Vtrum. Si mandata sacramenta sunt necessaria, quomodo sunt possibilis, ad quid expediētia, qua re tot & non plura, semper retractantes per Vtrum. Fere omnem scripturæ punctum committentes ad Vtrum. Quod humana ratione nunquam potuit aut poterit inueniri, comprehendere satagentes per Vtrum, simplices mentes fidelium peruertentes per Vtrum. Et syllogistica forma utentes, uidentur nescire loqui nisi per Vtrum. Puram & simplicem & necessariā scripturæ scientiā non habentes, additis syllogismis, quærit apparere per Vtrum. Cum comprehenduntur à sanioribus & clarioribus, scuti syllogismis, & pelam faciūt Vtrum. Et intantū supet altitudinem nubium se leuauerunt, ut modum loquēdi prophetarum, Christi & apostolorum, & uerorum & sanctorum doctorū, correxerint per syllogismos & tomos, quasi pulchrior & aptior sit modus loquēdi philosophicus & Aristotelicus, syllogisticus & dialecticus, topicus & elenchicus, rhetoricus atq; satyricus, quam ille quem docuit, tenuit, edidit, & per prophetas sanctos, apostolos approbatos dederit pater & filius & spiritus sanctus: & intantum exorbitauerunt naturales hominum mentes, ut super altitudinem nubium se sustollant, dicentes atq; credentes, q̄ theologica nō possunt apprehendi, nisi cæco Aristotele duce, & uiam præbente orbatō Platone, atq; cæteris præeuntibus philosophis ueris priuatis luminibus, solū innitētib; baculis scientiæ naturalis: his quasi uelint afferere, q̄ in docendo & discendo superuolitet scientia naturalis.

¶ Philosophiæ autem quantum demerit, manifestat ipse libro XI. cap. 27. his uerbis:

Et ego ipse, huius operis ex deo autor, immendaciter millies cum inflatis scientia naturali altercationem habui, obstantibus procaci ore, duro corde, q̄ præter philosophicam scientiam, studij sudore interposito, non poterat haberi scientia diuinorum. Et q̄ sic, non aliter, ad illa possit esse accessus, pertinaci animo uelut qui deferentes naturæ plus, quam gratiæ, hoc afferebant: quorum aliquos probabilis experientia reconuici, ostendens plus esse datum gratiæ, quam naturæ &c.

¶ Quanta porro eloquentiæ fuerit, tameri stylum alicubi habeat durior, ostendunt hæc eius uerba ex capite 102. libri XIII.

Et mirum me uidisse sæpe recolui, audita Christi passione, multos etiam reprobos prorupisse in lachrymas, quas ut elicerem ab oculis audientium concionando ad populum, stulte nescio an perire, per pia uerba sæpe tentauit. Quod & feci, sicut fere solitum est omnibus qui declamant, maxime ab illo tempore siue die, quo ecclesia Christum per sua officia recolat crucifixum. Cumq; ad propria remeasse illos aspicerem, Christi passionibus & lachrymis & uirtutibus ualedixisse &c.

¶ Sed qui intus & in cute totum hominem pernosse desiderat, hos quindecim eius libros sedulo uerset: mostrāq; hæc monitione non fuerit opus.

VENERABILIS

FRATRIS SIMONIS DE CASSIA,

ad cunctum populum Florentinum, tempore inundationis fluminis

Arni, diluuantis magnam partem ciuitatis,

EPISTOLA.



VNIVERSIS FLORENTINIS cuiuscunque status, conditionis & gradus, FRATER SIMON & respirare in deo, uinci à uero, contentari de iusto, & de necessitate uirtutem, necnon peccati poenam in uirtutis & iustitiæ arma transferre.

Est effusio lachrymarum, & narrationis materia ubique panditur, dolorosa & prodigiosa omnibus demonstratur. Quia Italicus incipit deslorari, & secundum gloriam eius multiplicatur ignominia eius: ut quantum glorificauit se Florentia, & in delicijs fuit, tantum ei paretur tormentum & luctus, & uilior fiat omnibus, quoniam super ciuitates alias gloriam præferbat: & redigatur in ima, quæ in superiora propria iactantia ferebatur: & sub omnipotenti manu cõculcata subiaceat, quam manus humana humiliare non potuit. Audite audite oēs, & nolite auertere aures à clamoribus ueritatis: sed cõuertite, ut peiores possitis euadere cruciatus. Ad naturalem diuinumq; ordinem iustitiæ pertinet, ut peccata omnino non fiant, aut cum iustitia contempta perpetrata constiterint, quod nullatenus prætereant impunita, & si non ab homine, certe à deo procedat iusta puniitio, ut naturalis diuinusq; ordo non pertranseat inferuatus, & si non manifesta peccatorem uel peccatores pena plectat, in uindictam alias gloriam conscientiam uexant, cum lumine iustitiæ peccatores peccando priuantur, etiam si dolores non sequantur, qui plectendis corporibus animisq; seruatur. Necnon exardescit dominus ultionum, naturalem iustitiæ ordinem seruari iubens, perturbari uetans in aperta supplicia, ut cognoscat se homines peccatores esse, ac deum super homines iusto iudicio superferari, nec regi casu fortuito creaturam rationalem, ad quam nõ merito eius, sed sua benignitate diuinitatem essentialiter copulauit: & ut multi terreantur exemplo plerorum, plerique corrigantur. fit multoties, & ut e cælo natum fiat iudicium ultionum. Peccatum peccata ut Florentia, propter quod instabilis facta est, sæuèq; punita, manifestam pertulit ultionem: & quæ frequenter diuersorum hostium sustinuit impetus, & ibi semper incubuit ubi est uis succumbere, nec aduersus eam ex toto præualuit inimicus, nunc ab imbribus de cælo lapsis madefacta fordescit: & muri qui non patuissent arietibus, pluuijs patuerunt: & domus quæ lapides machinarum inconcussè tulissent, prostratæ iacent guttulis pluuiarum: & quæ exterorum toties pertulit rabiem, & ubi est deficere credita, inde sumpsit augmentum, nunc detrimentum patitur impetu fluuiorum: & quod improbus prædo non rapuit, decurrens aqua destruxit, reddiditq; inutile quod utile sperabatur. Et hoc propter peccata uestra, quæ longo tempore manserant impunita, dum uobis misericordia, quæ punit impios, uerteretur, ut sua benignitate ad poenitentiam uocaret. Vos autem thesaurizastis cor impoentens, & iram dei pro benignitate suo tempore messuistis. Sed manus dei à uindicta non retracta est, sed adhuc extensa super floridos peccatores. Cogitauit dñs dissipare muros pulchritudinis uestræ, contereceq; superbiam eleuatam, mandauitq; nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit, & uentos aqueos produxit de thesauris suis, ut percuteret in Florentia primogenitam uanitatem, ad eius imperium cum impetu aquæ de mōtibus descenderent, torrentes ex conuallibus uelociter defluerunt, inuaduerunt aquæ multiplices super terram, irruerunt repente & subito super ciuitatem alti cordis. obicemq; nõ habuit, scutum protegens tenere non potuit, adiutorium non inuenit, in prouidentia defecit, perijt à sapientibus consilium, ut ipsa liberaretur de manibus ualidæ tempestatis.

AD FLORENTINOS.

Vbi sunt Florentia terreni domini, amici tui, in quibus habebas fidutiam? Surgant & opitulentur uobis, & in tanta necessitate uos protegant.

Vbi Caroli tui: nõnne solum reges Siciliae, quos tua beluina partialitate cõdasti?

Vbi Robertus superstes, quem simili cõdatione nutriti? Vbi dux eius genitus, quem ob tuam defensionem usque ad te stipendijs conduxisti?

Vbi Longobardi nobiles, dei ecclesiæq; rebelles, quorum aliqui in campo taliter confixerunt, tuis ditari spolijs aspirantes? Cum quibus te maculasti cõfederibus, ut resistere posses dominis, eorumq; uitare dominia, uenientibus de partibus aquilonis: & ut Legarati Longobardi tyrannidem posses effugere, sociasti uexilla uexillis, & milites tuos eorum militibus aggregasti, unde confictum pertulit gens, quæ nomine ecclesiæ militauit. Et tu nomen perdidisti magnificum, quo solebas pro ecclesia sub PETRI uexillo fideliter militare. Quam obrem Christi uicarij pateris indignationem, merito non placandam.

Vbi rex nouus partes ingressus Apuliae, quem ut & tuis uitiares malitijs, fortibusq; cõiungeres, legatorum multitudine præuenisti?

Vbi omnes amici tui: ueniant & occurrant, militent & defendant, rogent & interueniant, mitigent & auertant iram domini dei tui.

Vbi aurum & argentum tuum, quod diuersis mundi partibus, auaritia auriga, duce superbia, labore remige, uanitate flante, timore comite, periculo sequente usq; infra tua moenia conduxisti? Sed unum horum foras projicietur, alterum uero sterquilinum erit, nec te liberare ualebit in die furoris domini. Cuius oculus & furor non parcit in die uindictæ, nec pro redemptione accipit dona plurima. Posuit te dominus omni populo in derisum. Et qui oderunt te, lætantur super te: qui diligunt, derident te: qui audiunt, iudicant te: qui uident, subsannant te. Ita ut omnes loquantur ore & corde, dicentes: Vindicauit dominus orbem terrarum de malitia Florentina. Qua infecti sunt ecclesiæ pontifices, terræ deturpati sunt reges, & omnes finitimi atq; remoti uitati sunt homines. Dispouit nempe cælestis altitudo consilij, omnium hominum licet non simul humiliare superbiam, subneruare inuidiam, confundere iram, destruere auaritiã, eradicare luxuriam, suffocare gula, humanam inquietare quietem, abnegare ab omnibus dilectam uanitatem. Merito igitur uersus Florentiam suum omnipotens uertit furorem, & super eam calicem indignationis effudit. Quæ in suos ciues extitit impia, sine causa constituendo rebelles, qui erant ciuitatis optimi defensores, eorum bona locando indignis, atque depopulatione uastando, priuatis dare uxoribus, nata necessitate consecræ, uirginibus potius coactis meretricari penuria, quàm honesta monasteria ingredi, aut legitimo coniugio copulari. Et quod magis accendit zelum altissimi, non potest in crudeli ciuitate uerbum proferri diuinum, ut tales indulgentias assequantur, inuitentur ad ueniam, innocentibus restituantur bona pro paruulis, ut qui eorum bona tenent, tenere non ualeant: sed impie teneantur, donec de in medio tollantur, de medio à diabolo præfocati. Et quod odio & ira exarserunt in eos, eorum cõtinètia fatientur, inopia reficiantur, miseria oppleantur. Et tunc credat pacifice uiuere, cū eis pietas moritur: contra eos non intelligentes circumspectionem dei, ad quem spectat iudicium ultionis, uindicta retributionis: ut cum non speratur retributionem, ultionem effundat: cum non creditur, uindictam retribuatur. ¶ Auaritiam auxisti usuris, artium falsitate uallasti, roborasti rapinis, furtis multiplicibus dilatasti, exercuisti dolis, uerbis mendacibus & periurijs perpetrasti. Et cum sic parca expendis in conuiuijs, prodiga in effusione sanguinis, libera in subuentionibus necessarijs, in eleemosynis parca.

Hæc est illa fera pessima, quæ dolis armata inuidiæ, cõtra naturæ ordinem, infidelium humanitatem, bestiarum more, omen occisionis, effusionis, ut Filius patricida, similiter & matricida, frater fratricida, consanguineus consanguinicide, amicus amicide, homo homicida, cupiditate possidendi non debita, tollendi nõ sua, in te innumeris sit repertus.

Hæc est quæ tuos suffocauit clericos, ut magis propter pecuniam, quàm propter partem domini tondeantur: & ut multi in Christi patrimonium admittantur, subiiciuntur inuitate, atque sponte se disciplinæ subiiciunt literali.

Monachos in te cõdauit innumeros, qui ea quorum cõtemptu fuerint monachi, semper quærunt: paupertatis religiosos infecit, ut tanta sit improbitas quæstuari, ut lingua deficeret in narrando, qui ædificijs pandunt, quam ferunt in corde superbiam: ore querulo, sed potius quæstuosos, pandunt auaritiam, quam corde profundissimo & insatiabili con-

ceperunt, beatificantes prædicationibus ufararios, extollentes uerbis perfidos mercatores, commendantes tyrannos & nobiles, qui apud eos sarcophagos cõstituant, quærent sua quæ eis tribuunt, creditoribus nõ satisfactis, & cæteris pauperibus defraudatis.

Hi sunt, qui prædicant pro Fauore, absoluunt pro Munere, ligant pro Re, canunt in excelsis pro Pecunia sceleris.

Hi sunt, Florentia, sacerdotes tui falsi, quàm plures prædicatores tui, qui te beatam dicebant, laudum præconijs extollebant, & ipsi falsitate decepti non aperiebant ignominiam tuam.

¶ Hæc est, quæ iustitiam & dei in te fecit iura peruerti, ut quæstiones Aduocatorum malitia prorogentur in longum. Et quæ mensis terminari posset circulo, terminare spatium anni quærat, ad eliciendam pecuniam, & clientulorum pauperum ad euacuandam crummenam; rebelliones tuos multiplices deuastauit, falsaq; instrumenta exarata leguntur, ut alijs semel, alijs bis detur ius non debitum plus petendi.

Hæc est, quæ testari plures patres nõ permittit, testamenta mutauit, & post mortem loq; qui fecit multoties intestatos, Notariorum, proximorum, testium malitia subintrante.

Medicos tuos impios ars condemnat, qui aliorum languoribus fatiantur affectantibus infirmitatibus, ita ut eis peritia medicinae, occasio sit ruinae.

¶ Hæc est, quæ fidem moresque eius te fecit relinquere, non in deo, sed in mundo sperare, charitatem perdere, cursumq; quatuor uirtutum cardinalium in te subneruauit.


¶ Hæc est, quæ Christum omnino contempnit te fecit, spiritum sancti te fraudauit muneribus, æternas beatitudines à tuæ mentis conspectibus aboleuit, sed habet in medio tui aliquem equum diuina potentia, qui superposita onera deportat ad mare, ut unde exeunt tua negocia, reuertantur. Et gabellæ constituti prohibitos pauperes opprimentes, iura ecclesie offendentes, prædicia, uinæ, horti, nemora, prata, domus, officinae camerae uel aulae, laquearia, fenestrate, fundamenta, tecta, parietes, lecti, ceruicalia, cortinae, tapeta, coopertoria, uestes, mense, tabulae, cultelli, urcei, scyphi, paropides, incisoria, focelaria, camini, gradatores, picturae, sedilia, & si qua sunt talium in ciuitate, extra ciuitatem clamant, & dicunt & ostendunt: Non ipsa nos, sed usura & uanitas fecit nos, Heu heu deturpamur à uanitate utentium, ob quam in materia creata non fuimus, & uelut gentilium idola adoramur, propter quod in esse ab omnium autore producta non sumus.

¶ Sceminae tuæ adulteræ sunt, etsi non adulterantur lectulos maritorum, à naturæ adulterio non desistunt. Quarum aliquæ relicto decore scemineo, uirorum appetentes effigiem, attonse sunt comam, uestes histrionicas sunt, induta, ut garfiones ex habitu potius, quàm sceminae uideantur. Aliquæ capita stercore uermium perornantes, cum capillis alienis proprios fulciantes, tegenda detegunt, & non prodenda produnt. Magistrae perditionis de se natis existunt, gestus, mores, habitus, uestes, oculos, linguam, supercilia, tempora, gulam, collum, pectus, mammillas, compositum gradum pedes, & omnia membra, & si qua sunt talium, procacis audacia, perniciososq; conatu peruertunt, ut omnino clament luxuriam, indigent impudicitiam, prædicent carnalitatem, commouent honestatem, confundant iuuentutem, & emortuam suscitent in hominibus senectutem, & in religionis religionem usque ad perniciem persequantur. Et illa uilior, quæ non peior illa gravior, quæ in peiora fuerit pactura. Iustificauit tuus sexus scemineus iniquitates omnium mulierum, ut in tantam prauitatem creuerint corda peruersa, & ostenderint corda distrouersa, ut deum irritauerint in cælis, & tu Florentia iram eius pro eis acciperes de excelsis. Et si omnia alia à ciuitate Florentia defecisset iniquitas, ut insons à deo penam non mereretur, tantarum & tam innumerabilium sceminarum uanitas improba astabat altissimo, ut non solum temporale, sed æqua lance pensata iustitiæ, ad se potius æternam contraheret ultionem. Et in medio tui fuit, qui publice Florentiam dignam diluuii iudicauit, propter multiplicem sceminarum multiplicationem, & lasciuia uanitatem. Sed nec mirum est, cum una mater omnium E V A totum genus humanum damnationi affruxit propter propriam uoluntatem, Sed nondum manus abbreviata persistit altissimi, sed magis dilatata, ut puniat Florentiam, quæ non puniuit gestus & mores meretricum, in quibus doctæ sunt adulterare naturam finitimæ mulieres.

¶ Quid in plura dilabitur sermo literis exaratus, ut uelim scripto pandere malitiã Flo-

rentinam, ad quam declarandam ferie literarum, dorsa elephantum ferre nequirent uoluntate describenda: Nam maior iniquitas tua est, quàm aquarum inundatio existit super terram. Cessauerunt quidem flumina impetuose labentia, prohibita sunt pluuia de caelo, aquæ sunt diminuta cum impetu de montibus descendentes, pene sunt desiccati torrentes de uallibus. Sed adhuc decurrunt Babylonica flumina, & iniquitatum torrentes semper fluunt, & inualuerunt super altitudinem turrium & murorum, ut non deficiat ex parte suscepta de tuis plateis usura & dolus. Nec intelligas uindictam, ut debita pena corriparis, & sponte humilieris, quæ inuita damna pateris & ultionem. Facta es quasi pollutissimo per plateas, quæ ceno detestabili peccatorum in anima replebaris. Et terrena que rebaris, flumina deduxerunt in medio tui, habitacula ceciderunt, in quibus prius animæ collapsæ iacebant in facibus peccatorum. Sed adhuc uæ tibi ciuitas desolata, quia prius ad cæmenta & lapides subiciens humeros, ut domos recõstruas desolatas, quasi ut tuas animas per penitentiam suscites de multitudine uitiorum. Madefacta sunt mercimonia tua turbidibus uel turbidis aquis, quæ prius falsitatibus nefarijs infecta pallebant. Dirupti sunt in te tres numero pontes tui, ex quibus mutus cursus ciuium decurrebat, ut monstraretur signo uisibili, quia CHRISTVS pontifex, qui nobis de cruce pontem fecit ad uitam, de tuis moribus cadebat. Et creatrix trinitas erat dirupta in tuis cordibus sceleratis, ut non esset communicationis transitus uos expectantium ciuium supernorum. Vinum tuum mixtum est aqua, quæ prius iustitiæ uinum laruali pollutione fecidasti. Ciuues tui præfocati sunt aquis, quos prius in malorum locum profundissimum dimiseristi. O tibi Florentia dicitur, Quæ te præterijt iniquitas: Quam malitiam non haussisti: Quæ lucra nefaria non tentasti: Quæ indicibilia non commissisti: Merito igitur quum deus uoluit terram aquis rigare, pauesces sub undarum formidine situta. Et te cunctis progerminibus terræ pluuia terrebit, ne aqua super te simili diluuii inualescant. Nec tantus amor pluuia pro fecunditate terrarum, uincarum hubertate residebit in animo, quæ etiam amorem sedem timoris maiestas in mente non habeat, ne de terræ superbia delecteris, ut uelut monstrum in orbe terrarum maneat. Quum amoris pariter & timoris colaphos sustinebis, faciãt te tremere semper futura tonitrua, quæ sunt aquarum præfagia futurarum. Et quum cæli lampades excandescent, pauidus erit & lucidus: quum deus solito coruscabit, stridebunt dentibus omnes, & præ timore fient squalida facies uirginales. Et quum dominus operiet cælum nubibus, ut paret terræ pluuia, quum solis iubar eripiet ex aère densato caligine, luminaris splendor ob aliquam tenebrositatem obibat, cæliq; stellas non poteris intueri, uelut amens agoniam timidam patieris, ut infra tua mœnia cum securitate nunquam aliquis dormiat soporatus. Iuste in tuo æuo sic timorata madesces, quæ ut deum timeres, in suo penitus non haussisti merito: aqua tegeris, quæ sicut aquam iniquitatē bibere non cessasti. Sed uelut ab aliquo exorsus principio, desseo quod desces, plango quod plangis, sed dispari causa, dispari cultu, dispari fine. Desces sane cæca Florentia. Damna irreuerabilium rerum non deploras, non plangis pericula peccatorum, animarum damnationem non prospicis. Super destructione uirtutum inuisibilem non anxiaris, angustiam non pateris, super disciplinam CHRISTI tui, nec de tuis sceleribus à te fit conuersio tua, ut ad deum pro indulgentia conuertaris. ¶ Exurge igitur Florentia, quæ bibisti calicem iræ dei, sed nec ad fæces usque. Sed adhuc restat tibi mors uentura ciuium tuorum ex corrupto aëris elemento, quæ de sua incorruptione ingratiissime letabar, eo quod humanæ pacis tranquillitate quum læta fruereris, in securitatē uanissimam conuertisti: terræ peregrinationem, pro patria dilexisti: salutem corporum, ad usum disposuisti pessimum uitiorum: bonorum affluentiam, necesseitate relicta, in uoluptatis uoragine destruxisti. Pulchritudinem personarum amabilem utriusque sexus, seruire fecisti luxuriæ, ut ex corruptis animis elatione polluta, pro placito uniusquisque eligeret, aut uxorem delectationis causa potius, quàm respectu coniugij, aut pellicem, aut adulteram deo cõtemptam sanctione mandati. Et tantus erat facierum comptarum lasciujs aspectus, & occursum illipium oculo, ut humanæ propagatiõis aperta secreta uiderentur, ex corruptis moribus in aperto. Cuius rei causa, originati mundo non peperit altissimus, mirabili diluuii illum delens, ut illum ite propagaret, solū octo hominibus reseruatis. Quod diluuii in te parte reuixit Florentia, quã is immerito tibi remãserint millia personarum. Sed nec est infirmata manus dñi, sed usq; adhuc in iudiciũ ultionis extēta.

Exurge igitur Florentia, & leua cor tuum accepta malitia, ut salua fias in miseracionibus sempiternis. Sustine iram Iudæ in cõualle iniquitatis tuæ, uide uias tuas, & scito quid feceris, ut dñm ad iracundiam prouocares, nec dicas in corde tuo: Quid feci, q̄ semper iniuste me dñs contriuit: Sed clama in altitudine cordis tui uoces certas, ore profundo: Iustus es domine in omnes gentes, & rectum iudicium tuum fecisti descendere super nos. Pecca uimus de tanta Florentia, iniuste egimus, iniquitatem fecimus domine, in omnem iustitiã tuam. Sed tu domine non obliuiscaris, nec auertas faciem tuam à nobis. Sed declina re ad dominum à facie tempestatis, non prodest ab iniquitate descendentis, nisi malitiæ causa de medio auferatur, dominum ad iracundiã prouocantis. ¶ Corrige igitur iniquitates tibi obiectas in facie, reuoca dispersos per orbem filios tuos, non qui te propria uoluntate dereliquerunt negocia inquirentes, sed quos tu beluina, imo diabolica crudelitate pepulisti. Restitue bona plangētibz uiduis, coniugatis, & cæteris. Redde prædia quæ tu listi, aufer bona quæ uelut indignis locasti agricolis, & iustis possessoribus illa trade, quos tua fecisti feritate rebelles. Non credas malis cõsultoribus tuis, qui te in hac impietate cõsificant, ut ipsi bona possideant depulsorum, quorum clamor in conspectu intrauit altissimi, deiq; sabaoth aures ualide propulsauit. ¶ Corrige tuarum fœminarum improbam uanitatem, firma per statuta, fanci per populi tui optima consilia, ut sterco uermium deponatur de capitibus mulierum, ut incedat uelato capite, si sunt tuæ fœminæ Christianæ, ut non extendant humeros, pectus, similiter mamillas, tuis legibus religentur, ut non sint attonsæ comam iuuenulæ, ut nutriant crines, statutis immutabilibus arceantur. Hoc potius debuisti legibus refrenare Florentia in honorem CHRISTI tui, firma statutis, ut se possibilitas offert, decencia exigit, honestas requirit, altissimus quærit honorem & cultum dei, quæ tuis statutis deum toties offendisti: penitus metu legis multum arceatur audacia, quæ dei timore postposito non arceatur. ¶ Quia nisi tu improba debite corrigaris, hæc damna quæ pateris, tibi dico initia esse peiorz, ideo penitus & maiorum, ut relinquaris deserta, uelut ciuitas quæ uastitate hostili crudeliter deuastatur. Sane in omnibus ad quæ potest obuiare communitas, quæ dominum prouocet ad uindictam, facere non dormitet: quæ ad placendum, nõ retardet: antiquas uirtutum releuare domunculas festinet, quæ festinat ut dominus, qui percussit, ipse sanet. Et quod humana potentia non potuit, sapientia ignorauit, bonitas non habuit, usus non inuenit, natura defecit imperu subito tempestatis, ipse deus suppleat miseratus. Qui si placatus à uobis extiterit, aut prohibebit, aut se faciet obicem ad torrentes, Per omnia benedictus deus in secula Amen.



SVper editione ista eiusq; labore, nobis hoc loco multis agendū foret, sed tempus, infra quod absolutã eam oportuit, quo breui admodū usi sumus, cuius etiã hodie punctum ipsum adest, multis immorari non sinit. Igitur posthabitis ijs, quæ obmitti seu dissimulari quoquo modo posse uiderentur, ea tantum quæ absque dedecore præteriri non possunt, uno & altero insinuasse uerbo, fuerit satis. Principio meminisse oportet, Autorem hunc nostrum, priusq; absolutum opus hoc recognosceret, morte præuētum fuisse: ideoq; haud mirum uideri, si pluribus etiamnum locis hiatus magni super sint, unde non quirit, atque utinam aliquis, se facile extricet: præsertim huc accedente siue librariorum siue typographorum uitio, qui suo tantum, non publico, usui studentes, illa quæ summo studio describenda (tamet si forte alicubi obscurioribus primū ab ipso Autore characteribus exarata, ut passim fit in magnis potissimū operibus, ubi scriptoris animus semper in finem quasi anhelans, ipsas literarum figuras minus curat) imitandaq; fuerant, absque ulla omnino discretione, imò cum sua singulari etiam oscitantia, quomodocunq; effigiasse uidentur: ut reuera nõ tam autoris immaturæ morti, qua prima ac potissima operis istius recognitio impedita est: q̄ istorum uel scriptorum, uel impressorum, in quos hic Autor noster incidit, negligentia imputandū sit, q̄ tot ac tantis insigne alioqui opus obscuritatibus inuolueretur. Obscuritates autem cum dicimus, non eas dicere putemur, quas imperiti in obsoletis, in ficticijs, in horridis, in minus usitatis dictionibus, quarū ex hoc Autore solo ingentē etiam catalogum facere liceat, esse putant: sed eas, quæ uel ex defectu, uel abundantia, uel transpositione alicuius aliquorū inue sic resultant, ut intellectus aut peruersus, aut omnino sequatur nullus. In his quid à nobis factum, alijsq; idem factum uolentibus faciendum fuerit, nouerint, qui hanc editionem cum alijs, aut alias cum hac collatum ibunt. Verissimum esse fatemur, nõ omnes posse omnia, oculumq; minus uidere q̄ oculos, & in multis offendere omnes. Et tamen quæ præstari possunt, ubi raptim omnia & quasi in puncto sunt, ingenue fateri licet, præstata hic fuisse, nam aut sustulimus innumera dubia, imò fœdissima errata: aut in margine antidotum apposuimus: aut sicubi nimia temporis angustia premebamur, quasi re ad triarios redacta, stellulis tantum aut minusculis characteribus in ipso orationis contextu positis, dubia ipsa seu quæ nos male habebant, indicauimus: idq; ut scienter intelgas, memineris nos in hac editione pluribus ac diuersis exemplaribus usos: quorum si aliquod alio amplius quid haberet, istud ipsum abundans, siue clausula integra, siue dictio, siue syllaba, siue unica etiam litera esset, minutori characterum genere (Italicos seu currentes appellant) expressimus: per hoc lectori cordato insinuatū uolentes, nam ignorans ignorabitur, ista sic minoribus typis expressa, in quibusdã exemplaribus esse, in quibusdam non esse: aut certe ut passim in omnibus sint, uideri tamē superesse: ideoq; lectori integrum fore, uel remouere ea, uel relinquere pro iudicio suo. In qua re laborem nostrum boni consule, ac Vale. Nouo rerum ac uocum indice, item catalogo uocabulorum huic Autore peculiarium, operi isti destitatis ac maxime opportunis, importune cogimur in præsentiarum super sedere.



IN SEQVENTEM OPERIS INDICEM
COMPENDIOSA PRAENOTATIO.



N TABVLA seu repertorio sequenti, signantur euangelia euangelistarum per annum, de Tempore & de Sanctis, & capitula eorundem. Signantur etiam in eo numeri librorum & capitulorum de gestis saluatoris, in quibus habentur expositiones euangeliorum siue tractatus, eisdem euangelij siue eorundem materiae congruentes. Pro cuius euidenter in intellectu sciendum, quod in locis hoc in repertorio designatis, non semper ponuntur uerba euangelistae descripti, sed aut eiusdem, aut unius aliorum, qui eadem uel uicina scripserunt. Verbi gratia: Euangelium de festo sancti Andree: Ambulans Iesus &c. secundum Matthaeum, in hoc libro non inuenitur. Cuius ratio haec esse uidetur, quia secundum aliquos doctores in hoc euangelio & in euangelio dominicae quintae post Pentecosten, scilicet, cum turbae irruerent ad Iesum &c. secundum Lucam, una & eadem uocatio aliquorum apostolorum describitur. Quod autem autor huius libri, istius opinionis fuerit, uidetur probabile ex eo, quod ultimam clausulam lectionis praedictae secundum Matthaeum & Marcum, scilicet quod Iacobus & Iohannes relictiis retibus & patre suo Zebedaeo in nauis cum mercenariis secuti sunt eum, statim subnexuit huic lectioni secundum Lucam. Quapropter utraque lectio sub eisdem numeris in tabula signata est.

¶ Notandum etiam quod in capitulis in repertorio signatis, non statim semper tractatur de euangelio signato, sed aliquando alia praemittuntur: nec semper euangelicae lectionis textus tractando continuatur, sed alio textu aliquando interposito differtur. Quorum tamen aliqua licet particulae quaedam textus quorundam euangeliorum, uel aliquid eis congruens, in eis tractetur, propter breuitatem suam in repertorio non sunt signata. Similiter in locis signatis, non semper in tractando seruatur ordo uerborum lectionis euangelicae, sed aliquando ponitur ordo praeposterus. Quae omnia diligenti lectori faciliter patebunt, maxime, cum uerba euangelij quando primo ponuntur, uel grossiori caractere descripta sunt, uel hoc signo] interclusa. Et quia euangelica lectio non semper integraliter in uno capitulo tractatur, sed aliquando tantum quaedam pars eius, uel etiam parua clausula & summa liter quia aliqua non solum semel, sed bis uel saepius in diuersis locis tractantur, ideo etiam talia in hoc indice circa euangelium per se signata sunt: in quibus talis ordo seruatur, ut quod in lectione euangelica prius ponitur, primo signetur, quantum in ordine libri postea ponatur. Quae etiam in euangelio uel materia in repertorio signatis pluribus capitulis continuis tractatur, tunc numero sibi ascripto additum est &c. Quando uero de euangelio nusquam in libro tractatur, tunc ei cifra 0 assignatur. Si tamen particula aliqua de eo tractetur, illa prope euangelium per se signatur.

REPERTO-
RIVM SIVE IN-
DEX EVANGELIORVM
PER ANNI CIRCV-
LVM. ET PRIMVM
DE TEMPORE.

¶ Dominica prima Aduentus.

Cum appropinquasset Hierosolymis, Matth. xxi. libro quarto, capite 8.
De ascensu animalium moraliter lib. iij. cap. 8.
Feria quarta: Venit Iohannes baptista, Matth. iij. in parte, lib. iij. cap. 1.
Poenitentiam agite, prout est uerbum Christi, ibidem, lib. ix. ca. 7.
Feria sexta: Dicebat Iohannes ad turbas, Lucae iij. libro tertio, cap. 1.
Genimina uiperarum, quis ostendit uobis, ibidem, lib. viij. cap. 11. &c. & iij. ca.
Item de eodem, prout est uerbu Christi, li. vij. ca. 14.

¶ Dominica secunda.

Erunt signa in sole & luna Lucae xxi. o
Videre ficulneam & omnes arbores ibidem lib. vi. ca. 27.
Feria quarta: Initium euangelij &c. Ecce mitto angelum, Marci I. lib. iij. ca. 3.
Vox clamantis in deserto, ibidem, lib. iij. cap. 1.
Fuit Iohannes in deserto baptizans & praedicans, ibidem infra, lib. iij. ca. 1.
Feria sexta: Amen dico uobis, non surrexit, Matth. xi. libro tertio, cap. 3.

¶ Dominica tertia.

Cum audisset Iohannes in uinculis opa Christi, Matth. xi. libro tertio, cap. 3.
Quid exitis in desertum uidere? Arundinem, ibidem, lib. iij. cap. 2.
Feria quarta: Missus est Gabriel angelus, Lucae I. libro secundo, cap. 1. &c.
Feria sexta: Exurgens Maria abiit in montana, Lucae I. libro secundo, ca. 12. &c.
Quatuor temporu, De eodem, lib. iij. ca. 1.
Fecit potentiam in brachio suo, & deposuit, lib. viij. cap. 3.
Sabbato: Anno quintodecimo imperij Tiberij, Lucae iij. libro tertio, cap. 1.
Vox clamantis in deserto, ibidem, lib. iij. ca. 1.

¶ Dominica quarta.

Miserunt Iudaei ab Hierosolymis, Iohan. I. libro tertio, cap. 1.
¶ In uigilia natiuitatis.
Cum esset despiciata mater IESV Maria, Matth. I. libro secundo, cap. 13. &c.
In gallicantu: Exiit edictum a Caesare Augusto, Lucae ij. libro primo, cap. 3. &c.
De eodem, lib. ij. cap. 19.
In Aurora: Pastores loquebantur ad inuicem, Lucae ij. libro primo, cap. 9.
Maria autem conseruabat omnia uerba haec, ibi-

dem, libro secundo, cap. 26.
Ad summam Misam: In principio erat uerbu, Iohan. I. libro primo, cap. 1. &c.
Et lux in tenebris lucet, ibidem, lib. viij. ca. 36.
Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Iohannes, ibidem, lib. iij. cap. 1.

¶ Stephani protomartyris.

Dicebat IESVS turbis Iudaeorum & principibus Matt. xxij. libro octauo, cap. 37.
Quoties uolui congregare filios tuos, ibidem, libro septimo, ca. 32.

¶ Iohannis euangelista.

Dixit Iesus Petro: Sequere me, Iohan. xxi. libro decimoquarto, cap. 1.

¶ Innocentium.

Angelus domini apparuit in somnis, Matth. ij. libro secundo, cap. 22.

¶ Dominica infra octauas natiuitatis.

Erant Ioseph & Maria mirantes, Lucae ij. libro secundo, cap. 21.

¶ Circumcisionis.

Postquam consummati sunt dies octo, Lucae ij. libro secundo, cap. 16.

¶ In uigilia Epiphaniae.

Defuncto Herode, ecce angelus, Matth. ij. libro secundo, cap. 23.
In die sancto: Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudae, Matth. ij. libro primo, ca. 11. &c.
Item de eodem, libro octauo, cap. 4. &c.

¶ Dominica infra octauas epiphaniae.

Vidit Iohannes Iesum uenientem ad se, Iohan. I. libro tertio, cap. 1.

¶ In octaua epiphaniae.

Venit Iesus a Galilaea in Iordanem, Matth. iij. libro tertio, cap. 1.
Item de eodem, libro I. ca. 18.
Sine modo, Sic enim decet nos implere, ibidem, libro nono, cap. 3.
Item de bapustino Christi moraliter, lib. iij. ca. 3.

¶ Dominica prima post Epiphaniae.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim, Lucae ij. libro primo, cap. 17.
Item de eodem, libro secundo, ca. 24.
Item de eodem, libro nono, ca. 1. &c.
Item de eodem, & de obedientia, lib. iij. ca. 1.
Item de eodem, libro quarto, cap. 9.
De sapientia dei, libro primo, cap. 23.
Feria quarta: Cum audisset Iesus quod Iohannes traditus esset, Matth. iij. libro quarto, ca. 7.
Poenitentiam agite, uerba Christi, ibidem, lib. 9. ca. 7
Feria sexta: Iohannes testimonium perhibebat. Iohan. I. o

¶ Qui post me uenturus est, ante me factus, ibidem, libro tertio, cap. 1.

¶ Dominica secunda.

Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, Iohan. ij. libro quinto, cap. 1.
Vinum non habent, ibidem, lib. ij. cap. 25.

Feria quarta: Egressus Iesus, uenit in patriā, Marci vi. libro nono, cap. 10.
Feria sexta: Cum uenisset Iesus in templum, Matth. xxi. libro xij. cap. 1.

¶ Dominica tertia.

Cum descendisset Iesus de monte, Matth. 8. libro quarto, cap. 11. &c.
De descensu Iesu de montibus, libro 4. ca. 9.
De uoluntate dei, libro primo; cap. 24.
Cum aut introisset Capharnaū, ibid. lib. v. ca. 12.
Feria quarta: Circumibat Iesus totam Galilæam, Matth. iij. libro v. cap. 10. & 21.
Feria sexta: Venit ad Iesum leprosus, Mar. I. libro quinto, cap. 11.
De uoluntate dei, libro primo, ca. 24.

¶ Dominica uacante.

Ascendente IESV in nauiculam, Matthæi viij. libro quinto, cap. 2.
Item de eodem, libro quarto, cap. 9.
Salua nos &c. Quid timidi estis modice, ibidem, libro octauo, cap. 35.
De ascensu Iesu in nauiculam, lib. iij. ca. 7.

¶ Dominica in septuagesima.

Simile est regnum celorum homini parafamilias, Matth. xx. libro vi. cap. 21.
Feria quarta: Circumibat Iesus omnes ciuitates, Matth. ix. libro v. cap. 21.
Messis quidem multa, secundum Iohan. iij. libro nono, cap. 18.
Feria sexta: Egressus Iesus, ibat per Galilæā, Marci ix. libro nono, cap. 57.
Item de eodem, lib. ix. ca. 40.
Quid in uia tractabatis? ibid. libro ix. cap. 42.

¶ Dominica in sexagesima.

Cum turba &c. Exiit qui seminat, Lucæ viij. libro sexto, cap. 2.
Feria quarta: Qui nō est mecum, Matth. xij. libro nono, cap. 44.
Ideo dico uobis: Omne peccatum & blasph. ibidem, libro viij. cap. 22. &c.
Aut facite arborem bonā, & fruct. ibidem infra, libro viij. cap. 24.
Feria sexta: Dissere nobis parabolam zizaniorum, Matth. xij. libro sexto, cap. 3.

¶ Dominica in quinquagesima.

Assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus, Luc. xvij. libro ix. cap. 37.
De eodem, libro ix. ca. 40.
De ascensu dñi in Ierusalem, ibidē, libro 4. ca. 8.
Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, ibidem, libro v. cap. 32.

¶ In capite ieiunij: Cū ieiunatis, nolite fieri. Matth. vi. libro decimo, cap. 56. &c.
De hypocrisi, libro octauo, cap. 37.
Feria quinta: Cum introisset Iesus Capharnaum, Matth. viij. libro v. cap. 12. ut supra.
Feria sexta: Audistis quia dictum est, Diliges, Matthæi v. libro decimo, cap. 23. &c.
Sabbato: Cum sero esset factum, erat nauis, Marci vi. libro v. cap. 34.
Item de eodem, libro quarto, cap. 9.
Confidite, Ego sum, nolite timere, ibidem, libro

octauo, cap. 35.
De ascensu Iesu in nauiculam, libro 4. ca. 7.

¶ Dominica I. in quadragesima.

Ductus est Iesus in desertū à spiritu, Matth. 4. libro quarto, cap. 4. &c.
Non in solo pane uiuit homo, ibidem, libro nono, cap. 4. &c.
De eodem, libro octauo, ca. 13.
Feria secunda: Cum uenerit filius hominis in maiestate, Matth. xxv. libro xi. cap. 55.
Feria tertia: Cum intrasset Iesus Hierosolymam, Matth. xxi. libro 13. cap. 1.
Feria quarta: Accesserunt &c. Magister, uolumus a te, Matth. xij. libro 8. cap. 27. &c.
Ecce mater tua & fratres tui foris stant, infra libro secundo, cap. 26.
Feria quinta: Si uos manseritis in sermone, Ioh. 8. libro xi. cap. 38. &c.
Vos ex patre diabolo estis, ibidē, lib. 8. ca. 31.
Si ueritatē dico uobis, ibidē infra, lib. 8. cap. 32.
Feria sexta: Erat dies festus Iudæorum, Iohan. v. libro quinto, cap. 17.
Sabbato: Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Iohannem, Matth. xvij. libro 4. cap. 7.

¶ Dñica II. in quadragesima.

Egressus Iesus de de Genzareth, Matth. xv. libro quinto, cap. 24.
Feria secunda: Ego uado, & quaeritis me, Iohan. viij. libro undecimo, cap. 36.
Si enim non crederitis quia ego sum, ibidem, libro octauo, cap. 32.
Feria tertia: Super cathedrā Moysi sederunt, Matthæi xxij. libro viij. cap. 37.
Feria quarta: Ascendens Iesus &c. Ecce ascendimus, Matth. xx. libro nono, cap. 27.
De eodem, libro nono, ca. 40.
De ascensu Iesu in Ierusalem, libro 4. cap. 8.
Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ibidem, libro septimo, cap. 29.
De eodem, libro viij. cap. 37.
Qui uoluerit inter uos primus esse, ibidem infra, libro nono, cap. 42.
Feria quinta: Homo quidam erat diues, qui induebatur, Lucæ xvi. libro sexto, ca. 12.
Contra diuites, libro octauo, cap. 15.
Feria sexta: Homo erat paterfamilias, qui plantauit, Matth. xxi. libro sexto, cap. 23.
Sabbato: Homo quidam habuit duos filios, Lucæ xv. libro sexto, cap. 16.
Item de eodem, libro octauo, cap. 40.

¶ Dñica III. in quadragesima.

Erat Iesus eiciens dæmonium, Lucæ xi. libro quarto, cap. 23.
Cū immundus spūs exierit, ibid. lib. 8. cap. 29.
Feria secunda: Dixerunt pharisæi &c. Quanta audimus, Lucæ iij. libro nono, ca. 12. &c.
De eodem, libro octauo, cap. 14.
Et eiecerunt illū extra ciuitatē, ibid. lib. 4. ca. 7.
Feria tertia: Respiciens &c. Si peccauerit in te frater, Matth. xvij. libro nono, ca. 44.
Feria quarta: Accesserunt &c. Quare discipuli tui, Matth. xv. libro 8. cap. 37.
De eodem, libro xi. cap. 21.

Feria quinta: Surgens Iesus de synagoga, Lucæ quarto, libro quinto, capite 9. &c.
Feria sexta: Venit Iesus in ciuitatem Samaria. Iohannis quarto, libro undecimo, capite 1. &c.
De eodem, libro quarto, capite 9.
Sabbato: Perrexit Iesus in montem oliueti, Iohannis octauo, libro undecimo, capite 34.
De eodem, libro quarto, capite 11.
De ascensu Iesu in montem oli. libro quarto, cap. 8.
¶ Dominica III. in Quadragesima.
Abijt Iesus trans mare Galilææ, Iohannis sexto, libro quinto, capite 3.
Quod pasturus turbam Iesus, ascendit in montem libro quarto, capite 7.
Feria secunda: Prope erat pascha Iudæorum, Iohannis secundo, libro octauo, cap. 37. &c.
Soluite templum hoc, ibidem, lib. 7. capite 35.
Feria tertia: Iam die festo mediante, Iohannis septimo, libro undecimo, capite 27. &c.
Feria quarta: Præteriens Iesus uidit hominem cæcum, Iohannis nono, libro quinto, capite 33.
Quandiu in mundo sum, lux sum mundi ibidem, libro septimo, capite 36.
Feria quinta: Pater meus usq; modō operatur, Iohannis v. libro undecimo, capite 35.
Feria sexta: Erat quidam languens Lazarus, Iohannis undecimo, libro v. capite 15.
Sabbato: Ego sum lux mundi, Ioh. 8. lib. xi. ca. 35.
De eodem, libro septimo, capite 36.

¶ Dominica in Passione.

Quis ex uobis arguet me de Iohannis octauo, libro xi. capite 40.
De eodem, libro octauo, capite 32.
Feria secunda: Miserunt principes & pharisæi mi. Iohannis septimo, lib. undecimo, capite 30. &c.
Feria tertia: Ambulabat Iesus in Galilæa, Iohannis septimo, libro undecimo, capite 24. &c.
Feria quarta: Facta sunt enegnia in Hiero. Iohannis decimo, libro undecimo, capite 48. &c. 44.
Loquor uobis & non creditis mihi, Opera, ibidem libro octauo, capite 32.
Sed uos non creditis mihi, quia nō estis ex ouibus. ibidem infra libro septimo capite 15.
Feria quinta: Rogabat Iesum quidam pharisæus, Lucæ septimo, libro nono, capite 29. &c.
De eodem, libro viij. cap. 40.
Qualiter se habuit Iesus inuitatus ad con. li. 4. ca. 10.
Feria sexta: Collegerunt pontifices & pharisæi. Iohannis undecimo, libro undecimo, cap. 45.
Sabbato: Subleuatis Iesus oculis in cælum, Iohannis decimo septimo, libro duodecimo, cap. 16. &c.

¶ Dominica Palmarum.

Scitis quia post biduum pascha fiet, Matth. xxvi. libro 13. &c.
Cum esset Iesus in Bethania, ibidē, libro ix. ca. 34.
Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarū, ibidem infra, libro xij. capite 6.
Feria secunda: Ante sex dies pasche uenit Iesus, Iohannis xij. libro nono, ca. 34.

Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut Lazarum interfic. libro xi. ca. 46. &c.
Nisi granum frumētī cadens in terr. ibi. li. vij. ca. 39.
Dum lucem habetis, credite in lucem, ibidem, infra libro viij. ca. 36.
Feria tertia: Erat pascha & azyma &c. Marci xij. libro xij. capite 3. &c.
Et cum esset Bethania in domo Simonis, ibidem, libro nono, capite 24.
Et hymno dicto exierunt in montē oliuarum, ibidem infra libro 12. ca. 6.
Feria quarta: Appropinquabat dies festus azymorum, Lucæ 22. libro 13. capite 3. &c.
Simon Simon, ecce satanas expetuit, ibidem, libro 7. capite 42.
Qui non habet, uendat tunicam suam & emat gladium, libro septimo, capite 45.
Et egressus ibat secū dum confuadendū, ibidem, infra, libro septimo, capite 6.
De latrone, libro octauo, capite 40.
In cerna domini, ante diem festum pasche, Iohannis decimo tertio, libro decimo tertio, cap. 5.
In parascæue: Egressus est Iesus cum discipulis suis trans tor. Iohannis decimo octauo, lib. iij. cap. 8.
Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, Iohannis decimo nono, libro secundo, capite 27.
De miraculis in passioe dñi monstratis, li. v. cap. 7.
De ascensu Iesu in crucem moraliter, lib. iij. cap. 8.

¶ In uigilia Pasche.

Vespere autem sabbati quæ lucefecit, Matth. xxvij. libro xij. capite 1.

¶ In die sancto Pasche.

Maria Magdalena & Maria, Marci decimo sexto libro xij. cap. 1.
Feria secunda: Duo ex discipulis Iesu, Lucæ uicesimo quarto, libro xij. cap. 1.
Feria tertia: Stetit Iesus in medio discipulorum, Lucæ uigesimo quarto, libro xij. capite 1.
Feria quarta: Manifestauit se Iesus discipulis suis, Iohannis uigesimo primo libro xij. cap. 1.
Feria quinta: Maria stabat ad monumentum, Iohannis uigesimo, libro 14. ca. 1.
Feria sexta: Undecim discipuli abierunt in Galilæā, Matthæi uigesimo octauo libro xij. ca. 1.
Sabbato: Vna sabbati Maria Magdalena, Iohannis uigesimo, libro xij. cap. 1.

¶ Dominica I. post pascha, Cum sero esset die illa una sabbati, Iohannis xx. lib. xij. ca. 1.

Feria quarta: Exierunt mulieres cito de monumē. Matthæi xxvij. libro xij. cap. 1.
Et ecce occurrit illis Iesus dicens, Auete, ibidem libro xij. capite 1.
Feria sexta: Surgens Iesus mane, Mar. decimo sexto libro xij. capite 1.
Et illi audientes quia uiueret, ibidē, libro 14. cap. 1.
Post hæc autem duobus ex eis ambulatibus, ibidē infra libro 14. capite 1.

¶ Dominica II. Ego sum pastor bonus, Iohannis decimo, libro vij. cap. 38.

De eodem, libro vij. capite 18.
Feria quarta: Vna sabbati ualde disculo, Lucæ 24. libro xij. capite 1.

EVANGELIORVM ET SERMONVM**Feria sexta:** Accesserunt &c. Quare nos & pharisei, Matthæi nono libro vij capite xv &c.**¶ Dominica tertia.****Modicum & iam non uidebitis me,** Iohannis xvi, libro duodecimo, capite xiiij. **De parabola mulieris in partu tristitiam habentis,** libro vi capite xxxiiii.**Feria quarta:** Facta est questio ex discipulis Iohannis, Iohannis iij. **Qui habet sponfam, sponsas est,** ibidem, libro septimo, capite xxxv.**Feria sexta:** Ego lux in mundum ueni, Iohannis xij libro nono, capite l. &c. **De eodem,** libro vij capite 36.**¶ Dominica quarta.****Vado ad eum qui me misit,** Iohannis xvi libro xij capite 13.**Feria quarta:** Subleuatis Iesus &c. pater sancte, Iohannis xvii libro xii capite 17 &c.**Feria sexta:** Filii adhuc modicum uobiscum, Iohannis xiii, o.**¶ Dominica quinta.****Amen amen dico uobis, si quid petieritis,** Ioh. 16, li bro xii capite xv.**In rogationibus:** Quis uestrum habens amicum, Lucae undecimo, libro vi capite 1.**Petite, & accipietis &c.** ibidem libro xii ca. 15.**De orationis instantia,** libro vi capite 26.**In uigilia ascensionis:** Subleuatis &c. Pater, uenit hora, Iohannis xvii libro xii capite 16.**In die sancto:** Recumbentibus undecim discipulis, Marci xvi libro xiiii capite 9.**Feria quarta & sexta:** Ecce mitto promissum patris. Lucae xxiiiij libro xiiii capite 1.**¶ Dominica infra octauas.****Cum uenerit paracletus,** Iohannis xv libro duodecimo, capite 12.**Feria sexta:** Si manseritis in me & uerba mea in uobis, Iohannis xv libro xii capite 8 &c.**In uigilia pentecostes:** Si diligitis me, mandata mea seruate, Iohannis xiiii libro xii capite 3.**¶ In die sancto pentecostes.****Si quis diligit me, sermonem meum, Iohannis decimo quarto libro xii capite 4.****Feria secunda:** Sic deus dilexit mundum ut filium, Iohannis iii libro xi capite 6.**Lux uenit in mundum, & dilexerunt &c.** ibidem, li bro vii capite xxxvi.**Feria tertia:** Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium, Iohannis x libro viii capite 32.**Oues uocem eius audiunt &c.** ibidem, li. vii ca. 18.**Ego sum ostium ouium &c.** ubi supra, libro septimo, capite 37.**Feria quarta:** Nemo potest uenire ad me nisi pater, Iohannis vi libro xi capite xv &c.**Feria quinta:** Conuocatis Iesus duodecim. Lucae 9 libro nono capite xviii &c.**Feria sexta:** Factum est in una dierum & Iesus se-**bat,** Lucae v libro v cap. xvij. **Homo, remittuntur tibi peccata,** ibidem &c. libro viii capite 36 & libro v capite 17. **Sabbato:** Surgens Iesus de synagoga, Lucae quarto libro v capite 9.**¶ In octaua Pentecostes.****Erat homo ex phariseis Nicodemus,** Iohannis iij libro ii, capite 6.**Sicut Moyses exaltauit serpentem,** ibidem, libro septimo capite xxxiiii.**In octaua trinitatis, Cum uenerit paracletus,** Iohannis xv libro xij capite xij.**¶ In festo Sacramenti.****Caro mea uere est cibus,** Iohannis sexto, libro undecimo, capite 17.**De mysterio corporis & sanguinis domini,** libro i, cap. 20. non ex textu nisi de cœna dñi.**¶ Dominica I. post Pentecosten.****Homo quidam erat diues, qui induebatur,** Lucae 16 libro 6, capite 12.**Contra diuites doctrina,** libro 8, capite 15.**De auaritia doctrina,** libro 8, capite 50.**Feria quarta:** Nolite putare quia ueni soluere legem, Matthæi 5, libro x, capite 16.**Feria sexta:** Impossibile est ut non ueniant scandala, Lucae 17, libro 7, capite 25.**Si peccauerit frater tuus, ibid.** libro 9, capite 44.**Si habueritis fidem sicut gra. &c.** Lucae 17 libro 6, capite 4.**¶ Dominica secunda.****Homō quidam fecit cœnam magnam,** Lucae 14, li bro 6, capite 19.**Feria quarta:** Egreddente Iesu de Iericho, Matt. 20 libro 5, capite 32.**Feria sexta cum uenisset Iesus in templum,** Mat 21 libro 13, capite primo.**¶ Dominica tertia.****Erant appropinquantes ad Iesum,** Lucae 15, libro 6, capite 14. &c.**De oue centesima & drachma decima moraliter,** li bro 6, capite 14 &c.**Feria quarta:** Esto cōsentiens aduersario tuo, Matthæi quinto, libro sexto, capite 31.**De eodem** libro x, capite 18 &c.**Si oculus tuus dexter, ibidem** libro vii cap. 5.**Feria sexta:** Cum introisset Iesus Hierosolimam, Marci xi libro v cap vi.**De eodem,** libro nono, cap. 49.**Item de eodem,** libro 13 capite 1.**¶ Dominica quarta.****Estote misericordes,** Lucae 6, libro decimo, capite 44 &c.**De misericordia dei,** libro primo capite 26.**Nunquid potest cœcus cœcum ducere,** ibidem li bro xi capite 22.**Non est discipulus super magistrum,** ibidem infra, libro nono capite 22.**De similitudine festuæ & trabis,** libro 7, capite 9.**DE TEMPORE, INDEX.****¶ Dominica x.****Cum appropinquaret Iesus Ierusalem uidens,** Lucae decimonono, o. **Et ingressus in templum cœpit iniicere,** ibidem, li bro decimotercio capite 1.**Feria quarta:** Cum uideritis circumdari ab exercitu Ierusalem, Lucae 21, o.**Feria sexta:** Attendite uobis ne grauentur corda uestra, Lucae 21, libro sexto, capite 30.**Vigilate orantes omni tēpore,** ibidem, li. vi, cap. 30.**¶ Dominica xi.****Dixit Iesus ad quosdam:** Duo homines, Lucae 18, li bro sexto, capite 25.**De superbia,** libro octauo, capite 45.**De uana gloria,** libro viii, capite 46.**Feria quarta:** Exierunt pharisei & cœperunt conquirere, Marci vii, libro 8, ca. 27.**De fermento,** lib. sexto, cap. 5.**Et ueniunt Bethsaida & adducunt ei &c.** ibidem libro. v. cap. 26.**Feria sexta:** Omni cui multum datum ē, Lucae duodecimo, libro sexto capite 30.**Ignem ueni mittere &c.** libro nono, ca. 24.**¶ Dominica xij.****Exiens Iesus de finibus Tyri, Marci septimo,** libro quinto, capite 25.**Feria quarta:** Transiente Iesu secuti sunt eum duo caeci, Matt. ix, lib. v. cap. xx. &c.**Feria sexta:** Cœpit Iesus exprobrari ciuitatibus, Matthæi xi, libro octauo capite 10.**¶ Dominica xiiij.****Beati oculi qui uident quæ uos uidentis,** Lucae x, li bro sexto capite 10.**Diliges dominum deum tuum,** libro xi, cap. 53.**De homine qui incidit in latrones,** libro 6, capite 10.**De eodem,** libro viij, ca. 38. &c.**Feria quarta:** Abeuntes pharisei concilium faciebant, Marci 12, lib. xi, capite 51. &c.**Arundinem quassatam nō confringet, ubi supra,** libro septimo, capite 33.**Feria sexta:** Ibat Iesus per ciuitates & castella docens, Lucae 13, libro quinto, capite, 21.**Contendite intrare per angustam portam,** ibidē, libro decimo, capite 47.**Venit ab oriēte & occidēte, ibidē, infra, li. vi, ca. 12.****Et ecce sunt nouissimi primi, ibid, infra, li. 6, ca. 21.****¶ Dominica xiiij.****Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per,** Lu. 17 libro quinto, cap. 31.**Feria quarta:** Conuenientes apostoli ad Iesum Marci sexto, libro 4, ca. 7.**Miserus est super eos, quia erant sicut oues, &c.** ibidem libro quinto, capite 21.**Feria sexta:** Iter faciebat Iesus per ciuitates & castella, Lucae viij, libro nono cap. 32.**¶ Dominica xv.****Nemo potest duobus dominis seruire,** Matthæi sexto, libro decimo, capite 39.

EVANGELIORVM ET SERMONVM

Respicite uolatilia cæli, ubi supra, libro septimo, cap. septimo &c.
 Feria quarta: Audistis quia dictum est antiq̄s. Non periuurabis, Matthæi quinto, libro decimo, ca. 21
 Feria sexta: Factum est in una dieum docente Iesu, Luc. xx. libro xi, ca. 50
¶ Dominica decimasexta.
 Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim, Lucæ septimo libro 13. ca. 13
 Feria quarta: Maior inter natos mulierum propheta, Lucæ septimo libro 13. ca. 3
 Feria sexta: Venit Iesus in Bethsaida & addu. Marci octauo libro v. capite 26
¶ Dominica decimasextima.
 Dum intraret Iesus in domum cuiusdam principis. Lucæ xiiii. libro v. capite 30
 Si licet sabbato curare, ibidem, libro v. cap. 20
 De parabola ad inuitatos, ibidem, libro vi. ca. 18
 Qualiter se habuit Christus inuitatus ad cõiuuiam, libro quarto, capite 10
 Feria quarta quatuor temporum: Respondens unus de turba, Magister attuli filii. Mar. ix. li. v. cap. 28
 Feria sexta: Misereor turbæ, quia triduo, Mat. xv libro quinto, capite 4
 Sabbato: Arborem sic habebat quidam, Lucæ xiii libro sexto, capite 31
 De sanatione mulieris curuæ, ibidem lib. v. ca. 29
¶ Dominica decima octaua.
 Accesserunt &c. Magister quod est mandatum, Matthæi xxij. libro xi, ca. 53. &c.
 Feria quarta: Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit. Mat. xiii. lib. vi. cap. 3
 Feria sexta: Simile est regnum cælorum grano sinapis, Matthæi xiii libro vi. ca. 4 &c.
¶ Dominica decimanona.
 Ascendens Iesus in nauiculam, Matthæi nono, libro quinto, cap. 7
 De ascensu Iesu in nauiculam, libro 4. ca. 7
 Confide filii, remittuntur tibi peccata tua, ibidem libro octauo, capite 36
 Feria quarta: Differe nobis parabolam zizaniorum, Matthæi xiii libro sexto, cap. 3
 Feria vi. Interrogatus Iesus à discipulis, Mar. 13. o
¶ Dominica xx.
 Simile factum est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias, Mat. xxij. lib. vi. ca. 24
 Feria quarta: Cum facis prædium aut cenam, Lucæ xiiii libro sexto, ca. 18
 Feria sexta: Beati eritis cum uos oderint, Lucæ sexto libro decimo, capite 12
 Vt uobis diuitibus, ibidem, libro 8. cap. 15
 Diligite inimicos uestros, ibidem, libro x. ca. 23
 Omni petenti te tribue, ibidem, infra, lib. x. ca. 22
¶ Dominica xxi.
 Erat quidam regulus, Iohannis quarto, libro quinto, capite 18.
 Feria iiii. Factum est ut intraret Iesus, Lucæ sexto libro quinto, capite 22

Feria sexta. Cum uenisset Iesus in domum Petri, Matthæi octauo libro v. capite 9 &c.
¶ Dominica xxij.
 Simile factum est regnum cælorum homini regi qui uoluit rati. Mat. xviii. libro vi. ca. 17
 Feria quarta: Videte quid audiatis, In qua mensura, Marci quarto libro x. capite 43
 Qui habet dabitur illi, ibidem, libro vi. ca. 2
 De semine, ibidem, infra libro vi. ca. 2
 Feria sexta: Cum præteriret Iesus uidit Leui, Marci secundo libro ix. capite 17
¶ Dominica xiiij.
 Cum subleuasset oculos Iesus, Iohannis sexto, libro quinto, capite 3
 Feria quarta: Ite, ecce ego mitto uos, Luc. decimo libro octauo, capite 19
 De eodem euangelio. libro ix. cap. 20. &c.
 Feria sexta: Vigilate & orate, nescitis enim, Marci xiii. libro sexto, capite 30
¶ Dominica uacans.
 Absentes pharisæi consilium inierunt, Matthæi xxij. libro xi, cap. 51
¶ In dedicatione ecclesiæ.
 Egredens Iesus perambulabat Iericho, Lucæ xix. libro nono, cap. 48
 In dedicatione altaris: Non est arbor bona que facit fructus malos, Lucæ vi. libro vii. ca. 15 &c.
 Ex abundantia cordis os loquitur, ibidem, libro octauo capite 25 &c.
 Bonus homo de bono thesauro cor. ibidem, infra, libro octauo, capite 20. &c.
 Omnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea, ibidem, infra libro x. capite 49
 Omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit, ibidem, infra libro octauo. ca. 18. & 49
DE SANCTIS TAM IN SPECIALI QVAM IN COMMUNI.
¶ In uigilia Andrea: Stabat Iesus & ex discipulis eius duo, Iohannis primo libro. iiii. ca. 1
 Rabbi ubi habitas, Venite & uidete, ibidem, libro ix. capite octauo &c.
 In die sancto: Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, Matthæi quarto libro nono, cap. 15
 ¶ Barbara uirginis: Simile est regnum cælorum decem uirginibus, Matthæi xv lib. 6. ca. 28.
 De eodem libro 6. cap. 33
 ¶ Nicolai episcopi: Sint lumbi uestri præcincti, Lucæ 12 libro 6. capite 30
 ¶ Cõceptionis Mariæ: Liber generatiõis Iesu Christi, Matthæi primo, libro primo, capite 5
 ¶ Lucie uirginis: Simile est regnum cælorum thesauro, Matthæi 13 libro 6. capite 6 &c.
 ¶ In uigilia Thomæ: Misit Iesus duodecim discipulos, Matthæi x libro 9. capite 13

DE SANCTIS, INDEX.

In die sancto: Thomas unus ex duodecim, Iohan. xx. libro 14. cap. 1.
 ¶ Syluestri pape: Homo quidam peregre proficiscens, Mat. xxv. libro sexto, cap. 29.
 ¶ Pontiani martyris: Si quis uult uenire post me, Mat. xvi. libro nono, cap. 39.
 ¶ Marcelli pape: Vigilate, quia nescitis qua hora, Mat. 24. libro sexto, cap. 30.
 ¶ Priscæ uirginis: Simile est regnum cælorum thesauro, Mat. xiii. libro 6. cap. 6. &c.
 ¶ Fabiani & Sebastiani: Descendens Iesus de monte, Lucæ vi. libro quarto, cap. 9.
 Beati pauperes, ibidem, libro x. cap. 4. &c.
 ¶ Agnetis uirginis: Simile est regnum cælorum decem uirginibus, Mat. xxv. libro 6. cap. 28.
 De eodem, libro vi. cap. 33.
 ¶ Vincentij martyris: Nisi granum frumenti cadēs in terram, Ioh. xij. libro xi. cap. 47.
 De eodem, libro 7. cap. 39.
 ¶ In cõuersione S. Pauli: Ecce nos reliquimus oīa, & secuti, Mat. xix. libro nono, cap. 47.
 ¶ Octaua Agnetis: Simile est regnum cælorum thesauro, Mat. 13. libro vi. cap. 6. &c.
 ¶ Ignatii martyris: Homo quidam nobilis, Lucæ xix. libro sexto, cap. 29.
 Omni habenti dabitur, ibidem, libro vi. cap. 2.
 ¶ Brigidæ uirginis: Simile est regnum cælorum decem uirginibus, Mat. 25. libro sexto, cap. 28.
 ¶ In purificatione B. Mariæ: Postquam impleti sunt dies purificationis, Lucæ xx. libro vi. cap. 6. &c.
 De eodem, libro primo, cap. 16.
 ¶ Blasii episcopi: Si quis uenit ad me, Lucæ 14. libro sexto, cap. 20.
 ¶ Agathæ martyris: Simile est regnum cælorum decem uirginibus, Mat. 25. libro 6. cap. 28.
 ¶ Valentini martyris: Si quis uult post me uenire, abneget, Mat. xvi. libro nono, cap. 39.
 ¶ In cathedra Petri: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippæ, Mat. xvi. libro nono, cap. 35.
 ¶ In uigilia Matthæi: Designauit dominus Iesus et alios, Lucæ x. libro nono, cap. 26.
 Messis quidem multa, operarij autē pauci, ibidem, libro nono, cap. 18. &c.
 Ecce ego mitto uos, ibidem infra, lib. 9. cap. 20
 In die sancto: Misit Iesus duodecim discipulos, Mat. x. libro nono, ca. 18.
 ¶ Gregorij pape: Vos estis sal terræ, Mat. v. libro septimo, cap. 1. &c.
 De eodem, libro octauo, cap. 16.
 Item de eodem, libro x. cap. 14
 ¶ Benedicti abbatis: Ecce nos reliquimus omnia, Mat. 19. libro nono, cap. 47
 ¶ In Annuntiatione dominica: Misus est angelus Gabriel, Lucæ I. libro 2. ca. 1. &c.
 ¶ Ambrosii episcopi: Vos estis sal terræ, Math. v. libro octauo, cap. 18.
 De eodem, libro octauo, ca. 16.
 Item de eodem, libro decimo, cap. 14
 Post Pascha de eodem: Ego sum uitis uera, Ioh. xv. libro 12. cap. 7. &c.
 De eodem, libro septimo, ca. 45
 ¶ Tiburij & Valeriani: Hoc est præceptum meum, Iohan. xv. libro 12. cap. 10.
 ¶ Georgij martyris: Ego sum uitis uera, Ioh. xv. libro 12. cap. 7. &c.
 De eodem, libro septimo, ca. 45
 ¶ Marci euangelistę: Designauit dñs Iesus & alios, Lucæ x. libro nono, ca. 26
 Messis quidem multa, ibidem, libro 9. cap. 18. &c.
 Ecce ego mitto uos, ibidem, libro 9. cap. 20
 ¶ Vitalis martyris: Ego sum uitis uera, Ioh. xv. libro xij. cap. 7. &c.
 De eodem, lib. 7. ca. 45
 ¶ Philippi & Iacobi: Non turbetur cor uestrum, Ioh. 14. libro xij. cap. 1. &c.
 Ego sum uita, ibidem, libro septimo, ca. 44
 ¶ Inuentionis S. crucis: Erat homo ex pharisęis, Nicodemus nomine, Ioh. 3. libro xi. cap. 6.
 Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ibidem, libro septimo, cap. 34.
 ¶ Iohannis ante portam Latinā: Dixit Iesus Petro: Sequere me, Ioh. xxi. libro xii. cap. 1.
 ¶ Guironis episcopi: Ego sum uitis uera, Ioh. xv. libro xij. cap. 7. &c.
 ¶ Gungulsi martyris: Conuocata turba Iesus cum discipulis, Mar. 8. libro 9. cap. 39.
 ¶ Gordiani & Epimachi: Vidēs Iesus turbas, ascendit, Mat. v. libro decimo, cap. 1. &c.
 De ascensu Iesu in montem, ut daret superni regni doctrinam, libro quarto, ca. 7.
 ¶ Nerei & Achillei: Hæc mando uobis, ut diligatis, Ioh. xv. libro xij. cap. 11.
 ¶ Seruatij episcopi: In hoc clarificatus est pater meus, Ioh. xv. libro xij. cap. 9.
 ¶ Potentianæ uirginis: Simile est regnum cælorum thesauro, Mat. 13. libro vi. cap. 6. &c.
 ¶ Urbani pape: Vigilate, quia nescitis, Mat. 24. libro sexto, cap. 30.
 ¶ Petronellæ uirginis: Simile est regnum cælorum thesauro, Mat. 13. libro 6. ca. 6. &c.
 ¶ Marcellini & Petri: Cum audieritis prælia & seditiones, Lucæ 21. o
 Persequentur, tradentes in synagogis &c. ibidem, libro 9. cap. 20. & 21.
 ¶ Bonifacij & sociorum eius: Videns Iesus turbas, ascendit in montē, Mat. v. libro x. ca. 1. &c.
 ¶ Primi & Feliciani: Videns Iesus turbas, ut supra. De ascensu Iesu in montem, ut daret superni regni doctrinam, libro 4. cap. 7.
 ¶ Barnabę apostoli: Designauit dñs Iesus & alios, Lucæ x. libro ix. ca. 26
 Messis quidem multa, ibidem, libro ix. ca. 18. &c.
 Ecce ego mitto uos, ibidem, libro ix. ca. 20
 ¶ Odulsi confessoris: Vigilate, quia nescitis, Mat. 24. libro sexto, cap. 30.
 ¶ Viti & Modesti: Nolite arbitrari, Mat. x. libro nono, cap. 24. &c.
 De eodem, libro 8. cap. 20.
 ¶ Marci & Marcelli: Attendite à fermento, Lucæ xij. libro nono, ca. 23.
 De fermento, libro sexto, cap. 5.
 Nonne quinque passerēs ueniunt diducendo? ibidem, libro septimo, cap. 19.

Dico autem uobis amicis meis, Ne terreamini, ibi dem, libro octauo, ca. 21.
 ¶ Geruaffi & Protasii: Ecce ego mitto uos, Matthai x. libro nono, cap. 20.
 De eodem, libro vii, cap. 18.
 ¶ Decem millium martyrum: Videns Iesus turbas ascendit in montē, Matt. v. lib. x. cap. 1. & c.
 De ascēsu Iesu in montē, ut daret superni regni doctrinam, libro q̄to, ca. 7.
 ¶ In uigilia Iohannis baptista: Fuit in diebus Herodis regis, Luca I. libro tertio, cap. 1.
 De incredulitate Zachariae, lib. viii, cap. 2.
 In die sancto: Elizabeth impletū est tempus, Luca I. libro tertio, cap. 1.
 ¶ Leuini confessoris: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xij. libro sexto, cap. 30.
 ¶ Iohannis & Pauli: Attendite a fermento, Lucae xii. libro nono, cap. 23.
 De fermento, libro vi, cap. 5.
 Nonne quinque passerēs uenēunt dipondio, ibidem, libro septimo, cap. 19.
 Dico autē uobis amicis meis, Ne terreamini, ibidem, libro octauo, cap. 21.
 ¶ In uigilia Petri & Pauli: Simon Iohannis, diligis me, Iohan. xxi. libro q̄to decimo, cap. 1.
 In die sancto: Venit Iesus in partes Caesareae Philippippi, Matt. xvi. libro nono, cap. 35. & c.
 ¶ In cōmemoratione S. Pauli: Ecce nos reliquimus omnia, Matt. xix. libro nono, ca. 47.
 ¶ Visitatiōis Mariae: Exurgēs Maria abiit in montana, Lucae I. libro secundo, ca. 12.
 De eodem, libro tertio, cap. 1.
 Fecit potētiam in brachio suo, Et deposuit, libro octauo, cap. 3.
 ¶ Translationis S. Thomae: Thomas unus ex duodecim, Iohan. xx. libro 14. cap. 1.
 ¶ Translationis S. Martini: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xij. libro sexto, cap. 30.
 ¶ In octaua Petri & Pauli: Iussit Iesus discipulos ascendere, Matt. xiiij. libro v. cap. 34.
 De eodem, libro quarto, cap. 9.
 Item de eodem, libro quarto, cap. 7.
 Habete fidutiā, Ego sum, lib. viii, ca. 35.
 De ascēsu Iesu in nauiculā, libro 4. ca. 7.
 ¶ Septem Fratrum: Loquente Iesu ad turbas, Matthai xii. libro secundo, cap. 26.
 ¶ Commemoratio S. Benedicti: Ecce nos reliquimus omnia, Matt. xix. libro nono, ca. 47.
 ¶ Margareta uirginis: Simile est regnum caelorum decem uirginibus, Matt. xxv. libro vi. ca. 28.
 De eodem, libro sexto, cap. 33.
 ¶ Diuisionis apostolorum: Euntes in mundū uniuersum, Marc. xvi. libro 14. cap. 1.
 ¶ Federici episcopi: Nisi granum frumenti, Ioh. 12. libro septimo, cap. 39.
 De eodem, libro xi. cap. 47.
 ¶ Praxedis uirginis: Simile est regnum caelorum decem uirginibus, Matt. xxv. libro vi, cap. 28.
 De eodem, libro sexto, cap. 33.
 ¶ Mariae Magdalene: Rogabat Iesus quidā phariseus, Lucae 7. libro nono, cap. 29. & c.
 De eodem, libro octauo, cap. 40.

Qualiter se habuit Christus inuitatus ad cōmuniā, libro quarto, cap. 10.
 ¶ Apollinaris martyris: Homo quidā nobilis, Lucae xix. libro vi. cap. 29.
 ¶ In uigilia Iacobi: Misit Iesus duodecim discipulos, Matt. x. libro nono, cap. 18.
 In die sancto: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebari, Matt. xx. libro octauo, ca. 27.
 Potestis bibere calicem, quem ego bibiurus sum? ibidem, libro septimo, cap. 29.
 Quicūq; uoluerit inter uos, ibidē, lib. ix. ca. 42.
 ¶ Christophori martyris: Si quis uult post me uenire, Matth. xvi. libro nono, cap. 39.
 ¶ Pantaleonis martyris: Si quis uult post me uenire, Matt. xvi. libro ix. cap. 39.
 ¶ Felicis & Simplicij: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xii. libro vi. cap. 30.
 ¶ Abdon & Sennes: Descendens Iesus de monte, Lucae vi. libro quarto, cap. 9.
 Beati pauperes, ibidem, libro x. ca. 4. & c.
 ¶ Ad uincula Petri: Venit IESVS in partes Caesareae Philippippi, Mat. xvi. libro ix. ca. 35. & c.
 ¶ Stephani papae: Homo quidam nobilis, Lucae xix. libro vi. cap. 29.
 ¶ Inuentiois S. Stephani: Ecce ego mitto ad uos prophetas, Matt. 23. libro 8. cap. 37.
 Quoties nolui cōgregare, ibid. lib. 7. cap. 32.
 ¶ Sixti papae: Ecce ego mitto uos sicut oues, Matthai x. libro nono, cap. 20.
 De eodem, libro septimo, cap. 18.
 ¶ Cyriaci & sociorum eius: Nihil opertum quod non reueleat, Mat. x. libro ix. cap. 23.
 Nolite timere eos qui occidunt corpus, ibidem, libro octauo, cap. 21.
 Nōne duo passerēs asse uenēūt? ibid. lib. 7. ca. 19.
 ¶ In uigilia S. Laurentij: Si quis uult post me uenire, Matt. xvi. libro nono, cap. 39.
 In die sancto: Nisi granum frumenti, Iohan. xii. libro xi. cap. 47.
 De eodem, libro septimo, cap. 39.
 ¶ Tiburtii martyris: Nemo accendit lucernam, Lucae xi. libro septimo, cap. 4. & 6.
 De eodem, libro octauo, cap. xvi.
 Lucerna corporis tui est oculus tuus, ibidem, libro x. cap. 38.
 ¶ Hippolyti & sociorum eius: Attendite a fermento, ut supra, Iohannis & Pauli.
 ¶ In uigilia Assumptionis: Excollens uocem quaedam mulier, Lucae xi. o.
 In die sancto: Intranit Iesus in quoddam castellū, Lucae x. libro nono, cap. 33.
 De obsequio exhibito Christo a mulieribus, libro nono, cap. 32.
 ¶ In octaua S. Laurentij: Nisi granum frumenti, ut supra in festo eius.
 ¶ Agaperi martyris: Si quis uult post me uenire, Matt. xvi. libro nono, cap. 39.
 ¶ Bernardi abbatis: Ecce nos reliquimus omnia, Matthai xix. libro nono, cap. 47.
 ¶ In octaua Assumptionis, ut supra in die sancto.
 ¶ In uigilia S. Bartholomaei: Misit Iesus duodecim discipulos, Matt. x. libro ix. cap. 18.

In die sancto: Hoc est praecipuum meum, Ioh. xv. libro xij. cap. 10.
 ¶ Gregorij episcopi: Vigilate, quia nescitis, Matt. 24. libro vi. cap. 30.
 ¶ Augustini episcopi: Vos estis sal terrae, Mat. v. li bro vij. cap. 1. & c.
 De eodem, libro 8. cap. 16.
 Item de eodem, libro x. cap. 14. & c.
 ¶ In decollatione S. Iohannis: Misit Herodes accituit Iohannem, Mar. 6. libro 3. ca. 2. & c.
 Et cum dies opportunus accidit, ibidē, lib. 3. cap. 3.
 De cōmuniō Herodis & saltatione, lib. 8. cap. 34. & iuramento, ibidem, infra.
 ¶ Felicis & Adausii: Sedente Iesu supra montem, Matt. 23. lib. 9. ca. 54.
 ¶ Agedij abbatis: Ecce nos reliquimus omnia, Mat. xix. libro 9. cap. 47.
 ¶ Natiuitatis B. Mariae: Liber gnationis Iesu Christi, Mat. 1. libro 1. cap. 5.
 ¶ Gorgonij martyris: Si quis uult post me uenire, Matt. 16. libro 9. cap. 39.
 ¶ Proti & Hyacinthi: Cum persequeretur uos, Mat. 10. libro 9. cap. 21.
 ¶ Exaltationis S. crucis: Erat homo ex phariseis Nicodemus, Ioh. 3. lib. xi. cap. 6.
 Sicut Moyses exaltauit serpentē, ibi. lib. 7. cap. 34.
 ¶ In octaua natiuitatis Mariae, ut supra in festo.
 ¶ Luciae & Geminiani: Attēdit a fermento, ut supra Iohannis & Pauli.
 ¶ Lamberti episcopi: Nihil opertum, ut supra Cyriaci & sociorum eius.
 ¶ In uigilia Matthai: Vidit Iesus publicanum, Lucae 5. libro 9. cap. 17.
 In die sancto: Dum transiret Iesus, uidit hominē, Matt. 9. libro 9. cap. 17.
 De misericordia dei, lib. 1. cap. 26.
 ¶ Mauricij & sociorum eius: Cum audieritis praesentia, Lucae 21. o.
 Persequeretur tradentes in synagogis, lib. 9. ca. 20.
 ¶ Cosmae & Damiani: Descendens Iesus de monte, Lucae 6. libro 4. cap. 9.
 Beati pauperes, ibidem, lib. 9. ca. 4. & c.
 ¶ Michaelis archangeli: Accesserūt ad Iesum discipuli ei, dicen. Quisq; & c. Mat. 18. lib. 9. ca. 42.
 De eodem euangelio, lib. 12. cap. 15.
 Quod si oculus tuus dexter & c. ibid. lib. x. cap. 19.
 ¶ Hieronymi presbyteri: Vos estis sal terrae, ut supra, Augustini episcopi.
 ¶ Remigij & aliorum: Facta est cōtēctio inter discipulos, Lucae 22. libro 9. cap. 42.
 ¶ Leodegarij martyris: Nihil opertū quod non reuelabitur, Matt. x. libro 9. cap. 23.
 Nōne duo passerēs asse uenēūt? ibid. lib. 7. ca. 19.
 Nolite timere eos qui corpus occidunt, ibidem, infra, libro 8. cap. 21.
 ¶ Francisci confessoris, & Marci papae: Homo quidam peregre, ut supra.
 De seruo qui talentū fodit & abscondit in terram, libro 6. cap. 35.
 ¶ Dionysij & sociorum eius: Descēdens IESVS de monte, Lucae 6. libro 4. cap. 9.
 Beati pauperes, ibidem, libro x. cap. 4. & c.

¶ Gereonis & Victoris: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, Matt. v. lib. x. ca. 1.
 ¶ Calixti papae: Homo quidā peregre, ut supra.
 ¶ Galli abbatis: Ecce nos reliquimus omnia, Mat. 19. libro 9. cap. 47.
 ¶ Lucae euangelista: Designauit dominus IESVS & alios, Lucae x. libro 9. cap. 26.
 Messis quidem multa, ibidem, libro 9. cap. 18.
 Ecce ego mitto uos, ibidem, lib. 9. cap. 20.
 ¶ Undecim millium uirginū: Simile est regnū eglorū decem uirginibus, Mat. 25. ut infra Catharinae.
 ¶ Severini episcopi: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xij. libro 6. cap. 30.
 ¶ Crispini & Crispiniani: Ecce ego mitto uos, sicut oues, Matt. x. libro 9. cap. 20.
 De eodem, libro 7. cap. 18.
 ¶ In uigilia Simonis & Iudae: Ego sum uitis uera, Ioh. xv. libro xij. cap. 7. & c.
 In die sancto: Hec mado uobis, Ioh. 15. li. 12. ca. 11.
 ¶ In uigilia omnium sanctorum: Eleuatis Iesus oculis & c. Beati pauperes, Lucae 6. lib. x. cap. 4.
 In die sancto: Videns Iesus turbas, ascendit, Matt. v. libro 9. cap. 1. & c.
 De ascēsu Iesu in montem & c. lib. 4. ca. 7.
 ¶ In cōmemoratione animarū: Cum uenerit filius hois in maiestate, Mat. 25. libro xi. ca. 55.
 ¶ Vuillibordi episcopi: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xij. libro 6. cap. 30.
 ¶ Quatuor coronatorū: Descēdens Iesus de monte, Lucae 6. libro 4. cap. 9.
 Beati pauperes, ibidem, lib. x. ca. 4. & c.
 ¶ Theodori martyris: Nolite arbitrari, Matt. x. libro 9. cap. 44. & c.
 De eodem, libro 8. cap. 21.
 ¶ In uigilia Martini: Vigilate, quia nescitis, Matt. 24. libro 6. cap. 30.
 In die sancto: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae 12. libro 6. cap. 30.
 ¶ Leuini confessoris: Homo quidā peregre, Mat. 25. libro 6. cap. 39.
 De seruo q̄ talentū fodit & c. ibidē, lib. 6. ca. 35.
 ¶ Bricij episcopi: Nemo accendit lucernam, Lucae xi. libro 7. cap. 4. & 6.
 De eodem, libro 8. cap. 18.
 ¶ In octaua Martini: Sint lumbi uestri praecincti, Lucae xij. libro 6. cap. 30.
 ¶ Elizabeth uiduae: Sedente Iesu contra gazophylacium, Marc. xij. lib. 9. cap. 52.
 ¶ Caeciliae uirginis: Simile est regnum caelorum decem uirginibus, Matt. 25. libro 6. cap. 28.
 De eodem, libro 6. cap. 33.
 ¶ Clementis papae: Homo quidam nobilis, Lucae 19. libro 6. cap. 29.
 Qui enim habet, dabitur ei: ibidem lib. 6. cap. 2.
 De ascēsu Iesu in Ierusalem, libro 4. cap. 8.
 ¶ Chryfogoni martyris: Conuocata turba Iesus cum discipulis, Marc. 8. lib. 9. cap. 39.
 ¶ Catharinae uirginis: Simile est regnum caelorum decem uirginibus, Matt. 25. libro 9. cap. 28.
 De eodem, lib. 6. cap. 33.
 ¶ Lini papae: Homo quidam nobilis, Lucae xix. li. C

bro 6. cap. 29.
Qui enim habet, dabitur ei, lib. 6. cap. 2.

DE SANCTIS IN COMMUNI.

¶ In uigilia apostoli: Misi Iesus duodecim discipulos, Mat. x. lib. 9. cap. 18.
In die sancto: Hoc est præceptum meum, Ioh. 15. libro xij. cap. 10.
Ego sum uitis uera, Ioh. xv. lib. xij. ca. 7. & c.
Hæc mando uobis, Ioh. xv. lib. xij. ca. 11.
Designauit dñs Iesus & alios, Luc. x. lib. 9. ca. 26.
Messis quidē multa, ibidem lib. 9. ca. 18. & c.
Ecce ego mitto uos, ibidem libro 9. cap. 20.
In quamcunq; domū intraueritis, lib. 9. cap. 19.
Ecce nos religimus oīa, Mat. 19. lib. 9. cap. 47.
¶ De uno martyre non pontifice: Nisi granū frumenti cad. in terr. Ioh. xij. lib. xi. cap. 47.
De eodem, libro 6. cap. 39.
Nihil opertum quod non reuelabitur, Mat. x. libro 9. cap. 23.
Nolite timere eos q; occidit corp. ibid. lib. 8. c. 21.
Nōne duo passerēs esse uenērūt, ibid. lib. 7. ca. 19.
Si quis uult post me uenire, Mat. 16. lib. 9. cap. 39.
Attendite a sermō, Luc. xij. lib. 9. cap. 23.
Nonne quinque passerēs uenēunt dipondio, ibidē, libro 7. cap. 19.
¶ Et pontifice: Conuocata turba Iesus cū discipulis, Marc. 8. libro 9. cap. 39.
Homo quidam uobilis, ut infra de uno confessore & pontifice.
¶ De martyribus: Cum audieritis prælia & seditio nes, Lucæ xxi. o.
Persequuntur tradentes in synagogis, lib. 9. ca. 20.
Sedente Iesu supra montem, Mat. 23. lib. 9. ca. 54.
Nolite arbitrari, Mat. x. libro 9. ca. 24. & c.
De eodem, libro 8. cap. 21.
Vidēs Iesus turbas, ascendit, Mat. v. lib. x. ca. 1. & c.
De ascensu Iesu in montem & c. lib. 4. ca. 7.
Descendens Iesus de monte, Luc. 6. lib. 4. ca. 9.
Beati pauperes & c. libro x. cap. 4. & c.
Ecce ego mitto uos, Mat. x. libro 9. cap. 20.
De eodem, lib. 7. cap. 18.
¶ De uno confessore non pōtifice: Homo quidam peregre, ut infra.
¶ De confessore & pontifice: Homo quidam peregre, Mat. 25. libro 6. cap. 29.
De seruo q; talentū fudit in terra, lib. 6. ca. 33.
¶ De uno confessore & pōtifice: Vigilare, quia nescitis, Mat. 24. libro 6. cap. 30.
Sint lumbi uestri præcincti, Luc. 12. lib. 6. ca. 30.
Nemo accendit lucernā, Luc. 11. lib. 7. ca. 4. & c.
De eodem, lib. 8. ca. 16.

Lucerna corporis tui est oculus tuus, ibidem, libro x. cap. 38.
Homo quidam nobilis, Luc. 19. lib. 6. cap. 29.
Qui enim habet, dabitur ei, Lucæ 19. libro 6. ca. 2.
Vos estis sal terræ, Mat. v. lib. 7. ca. 1. & c.
De eodem, libro 8. cap. 16.
Item de eodem, lib. x. ca. 14. & c.
Si quis uenit ad me, & nō odit, Lu. 14. lib. 6. ca. 20.
¶ De confessoribus: Sint lumbi uestri præcincti, Lucæ xij. libro 6. cap. 30.
¶ De uirginibus: Simile est regnum cælorum thesauro, Mat. 13. libro 6. cap. 6. & c.
Simile est regnum cælorum decē uirginibus, ut supra Catharinæ.
¶ De sancta trinitate: Cum uenerit paraclētus, Ioh. xv. lib. xij. cap. 12.
¶ De uenerabili sacramento: Caro mea uere est cibus, Ioh. 6. lib. 11. cap. 17.
De mysterio corporis & sanguinis dñi, lib. 1. ca. 20.
¶ De sancto spiritu: Cum uenerit paraclētus, Ioh. xv. libro xij. cap. 12.
¶ De sancta cruce: Ascendens Iesus Hierosolymā, Mat. xx. lib. 9. ca. 37.
¶ De beata uirgine in Aduentu: Missus est angelus Gabriel, Lucæ 1. lib. ij. cap. 1. & c.
Post natiuitatis: Pastores loquebantur ad inuicē, Lucæ 2. libro 1. ca. 9.
Maria conseruabat omnia uerba hæc, lib. 2. ca. 20.
Post purificationem & p̄te costen: Extollens uocem quædam mulier, & c. Luc. 11. o.
Tempore paschali: Stabant iuxta crucem Iesu, Ioh. xix. lib. 2. cap. 27.
De eodem, libro 13. ca. 12.
¶ Tempore tribulatiōis: Amen amen dico uobis, quia plorabit, Ioh. 16. libro 12. cap. 14.
De parabola mulieris ī partu dolētis, lib. 6. ca. 34.
¶ Pro peccatis: Petite, & dabitur uobis, Luc. xi. libro vi. cap. 1.
Petite, & accipietis, lib. x. cap. 45.
¶ De instantia orationis, lib. 6. ca. 26.
Pro infirmis: Cum introisset Iesus Capharnaum, Mat. 8. libro v. cap. 12.
Pro pace: Petite, & dabitur uobis, ut supra p̄ peccata.
Contra pestilentiam: Surgens Iesus de synagoga, Lucæ 4. lib. v. ca. 9. & c.
¶ In exequiis defunctorū: Dixit Martha ad Iesum, Ioh. 11. libro v. cap. 15.
¶ In cōmemoratione defunctorum: Sicut enim pater suscitauit mortuos, Ioh. v. lib. xi. ca. 7.
Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, Ioh. v. libro 11. cap. 8.
Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, Ioh. 6. libro xi. cap. 13.

FINIS.

MATERIARVM

principalium per singulorum librorum capitula, compēdiosa annotatio seu respertorium, quo facilius totius operis sententiæ, quæ profecto deuotionis & morum fragrantia redolēt, lectori studiose occurrant.

PRIMVS LIBER QVI EST DE MYSTERIO Verbi increati, facti incarnati, sequentia iuxta capitulorum ordinem continet.

- Ca. 1 De uerbo increato secundū quod Iohannis primo ponitur, in principio erat uerbum.
- 2 De uerbo increato, ubi & quando, & de anima Christi.
- 3 De natiuitate saluatoris ex purissima uirgine.
- 4 De descriptione orbis & ortu saluatoris.
- 5 De genealogia saluatoris secundum Mattheum & Lucam.
- 6 De inuolutione pannorum nati saluatoris, in præsepioq; reclinati.
- 7 De uigilia pastorum & * euangelistarum eorū, atq; hymno angelico.
- 8 De signo pastoribus dato ad puerū inueniendū.
- 9 De transitu pastorum usq; Bethleem & de inuentione pueri Iesu.
- 10 De circūcisione pueri Iesu, & nois impositione.
- 11 De ortu nouæ stellæ in ortu saluatoris.
- 12 De tribus magis noui sideris ductu ab oriente uenientibus in Ierusalem.
- 13 De turbatione Herodis regis & Hierosolymæ ciuitatis in auditu noui regis.
- 14 De recessu magorū ab Ierusalē usq; in Bethleē.
- 15 De adoratione & oblatione magorum.
- 16 De pueri Iesu præsentatione in templum.
- 17 De Iesu iam duodecim annorū in tēplo gestis.
- 18 De baptismo Christi.
- 19 De mysterio totius uitæ Christi Iesu post baptismum.
- 20 De mysterio corporis & sanguinis saluatoris.
- 21 De mysterio fidei catholicae.
- 22 De omnipotentia dei.
- 23 De sapientia dei.
- 24 De uoluntate dei.
- 25 De iustitia dei.
- 26 De misericordia dei.
- 27 De beneficiis dei.

SECUNDVS LIBER DE IMMACVATA uirgine Maria, & eius processu.

- 1 De mysterio numerisenarij, & quod in sexto mense mittitur angelus ad uirginem in ciuitatem Nazareth.
- 2 De benedictione uirginis edita per angelum.
- 3 De turbatione uirginis propter uerborum nouitatem.
- 4 De uerbis angeli ad uirginē Mariā ne timeret.
- 5 De dignitate prolis ad patrem.
- 6 De dignitate prolis & anteritate.
- 7 De inquisitione uirginis ad angelum inquirentis, quomodo fiet istud?
- 8 De responsione angeli ad uirginem, ubi aperit modum.

- 9 De sterili scilicet Elizabeth exemplo, ut uirgo Maria det fidem.
- 10 De consensu uirginis.
- 11 De instantanea incarnatione post assensum uirginis.
- 12 De uisitatione uirginis ad Elizabeth.
- 13 De oraculo Elizabeth ad uirginem.
- 14 De cantu uirginis, scilicet Magnificat.
- 15 De mora uirginis apud Elizabeth.
- 16 De uirgine ex spiritu sancto pregnante inuēta.
- 17 De dubitatione Ioseph, quæ angelus remouet.
- 18 De uirginis translatione à Ioseph.
- 19 De tempore & loco partus uirginis.
- 20 De conseruatione uerborum quæ de filio dicebantur.
- 21 De purificatione & prolis oblatione.
- 22 De fuga uirginis cum puero in Aegyptum.
- 23 De reditu uirginis cum puero in Iudæam.
- 24 De anxietate uirginis in quæstione pueri Iesu perditii.
- 25 De nuptijs in Gana Galilææ, quibus interfuit uirgo.
- 26 De requisitione uirginis, quæ filij sui p̄sentiam requirebat foris itando.
- 27 De cōpassione uirginis, & statioe circa crucē.

TERTIVS LIBER DE PARENTIBUS & ortu atque processu præcursoris.

- 1 De natiuitate Iohannis.
- 2 De incarceratione Iohannis & causa.
- 3 De pertinaci odio Herodiadis in Iohannem.

QUARTVS LIBER DE VITA Christi.

- 1 De uita Christi in generali.
- 2 De occulta uita dei.
- 3 De baptismo Christi moraliter.
- 4 De deserto Iesu atq; morali uita deserti.
- 5 De diuersa & multiplici tentatione.
- 6 De origine tentationis.
- 7 De ascensu in montem.
- 8 De diuersis ascensionibus.
- 9 De descensu saluatoris de monte.
- 10 De conuiujs quibus interfuit saluator.
- 11 De patientia domini ad peccatores.

QVINTVS LIBER DE MIRACVLIS Saluatoris.

- 1 De miraculo aquæ in uinum conuersæ.
- 2 De tempestate in mari orta, Christo dormiente in nauis.
- 3 De miraculo quinque panum & duorum pisciū.
- 4 De multiplicatione septem panum.
- 5 De miraculo inuenti stateris.
- 6 De miraculo ficulnæ subito arefactæ.
- 7 De miraculis in passione domini monstratis.
- 8 De miraculo hominis spūm immūdiū habētis.
- 9 De sanatioe focius Simonis Petri febricitātis.
- 10 De sanatione infirmorum languidorum.
- 11 De leproso quē sanauit Iesus in descensu mōtis.
- 12 De curatione pueri centurionis.
- 13 De suscitatione filij uiduæ adolecentis.
- 14 De suscitatione filiæ archifynagogi.
- 15 De suscitatione Lazari quattuoridui.
- 16 De eiectione dæmonis cui nomen Legio.
- 17 De curatioe paralytici depositi ante pedes Iesu.

PRINCIPALIVM MATERIARVM

- 18 De sanatiōe filij reguli.
 - 19 De sanatiōe hgmorrhoiſg.
 - 20 De illuminatione duorum cæcorum.
 - 21 De mutō demōbium habente.
 - 22 De curatione hominis manum aridam hſtis.
 - 23 De curatione demoniaci cæci, & muti.
 - 24 De curatione filie Cananæ a dæmonio.
 - 25 De curatione multorum infirmorum, & de ſurdo & mutō.
 - 26 De cæco illuminato ex duplici impositione manus in Bethſaida.
 - 27 De curatione paralytici in piscina probatica.
 - 28 De curatiōe lunatici & muti ſpiritum immun- dum habentis.
 - 29 De curatione mulieris curvæ.
 - 30 De sanatiōe hydrofici.
 - 31 De mundatione decem leproſorum.
 - 32 De illuminatione duorum cæcorum prope Ie- richo uel unius cæci.
 - 33 De curatione cæci nati.
 - 34 De ambulatiōe ſaluatoris & Petri ſupra mare.
- SEXTVS LIBER DE PARABOLIS Saluatoris.
- Quid ſit parabola, in prologo.
- 1 De parabola orandi & impetrandi.
 - 2 De parabola feminatis & de diuerſitate ſemis.
 - 3 De parabola tritici & zizaniorum.
 - 4 De parabola ſinapis.
 - 5 De parabola fermenti.
 - 6 De parabola theſauri abſconditi.
 - 7 De parabola margaritæ precioſæ.
 - 8 De parabola ſagenæ.
 - 9 De parabola de ſcriba doctorum in regno cæ- lorum.
 - 10 De parabola hominis incidētis in latrones qui deſpoliauerant eum.
 - 11 De parabola diuitis peruerſe cogitantis ad im- proudam ſollicitudinem.
 - 12 De parabola diuitis epulatis & Lazari paupis.
 - 13 De parabola diuitis & millico iniquitatis.
 - 14 De parabola ouis perditæ & reinuentæ.
 - 15 De parabola drachmæ perditæ & inuentæ.
 - 16 De parabola filij prodigi.
 - 17 De parabola hominis regis qui uoluit rationē ponere cum ſeruis ſuis.
 - 18 De parabola hominis ad nuptias inuitati, ut recumbat in nouiſſimo loco, & de parabola de pauperibus inuitandis.
 - 19 De parabola cænæ magnæ, & de inuitatis.
 - 20 De duab⁹ parabolis ad fieri Chriſti diſcipulū.
 - 21 De parabola operatorum in uineâ miſſorū.
 - 22 De parabola duorū filiorū in uineâ miſſorū.
 - 23 De parabola uinæe locatæ malis agricolis.
 - 24 De parabola regis qui fecit nuptias filio ſuo.
 - 25 De parabola phariſæi in ſe confidentis, cæte- roſty ſpernentis, & de publicano.
 - 26 De parabola quomodo oportet ſemp orare.
 - 27 De parabola ſiculneq ad diuoſcēriā futurorū.
 - 28 De parabola decē uirginū prudētū & fatuarū.
 - 29 De parabola decem talentorū ſeu mnarum.
 - 30 De parabola ſeruorū uigilantium & diſpen- ſatoris prudentis & fidelis.
 - 31 De parabola de contentiōe aduerſario, dum ſecum in uia eſt.
 - 32 De parabola infructuoſa arboris.
 - 33 De parabolis trib⁹ proxime poſitis, epilogus,

34 De parabola mulieris parturientis & triſiti- am habentis.

SEPTIMVS LIBER DE SIMILITV dinibus à Saluatore poſitis & aſſumptis.

- 1 De ſimilitudine ſalis.
- 2 De ſimilitudine lucis.
- 3 De ſimilitudine ciuitatis.
- 4 De ſimilitudine lucernæ.
- 5 De ſimilitudine dextri oculi dextræq manus.
- 6 De ſimilitudine oculi ad lucernam.
- 7 De ſimilitudine uolatilium cæli.
- 8 De ſimilitudine liliorum agri.
- 9 De ſimilitudine ſeſuce & trabis.
- 10 De ſimilitudine ne ſancta canibus dentur.
- 11 De ſimilitudine margaritæ, ne aſi porcos ſpar- gantur.
- 12 De ſimilitudine falſorum prophetarum ad lu- pos rapaces.
- 13 De ſimilitudine arboris ad bonos & malos homines.
- 14 De ſimilitudine audientiū uerba Chriſti & nō facientium.
- 15 De ſimilitudine ſponſi & ſponſæ ad Chriſtū.
- 16 De ſimilitudine panni rudis & ueteris.
- 17 De ſimilitudine de uino nouo in uas nouum mitrendo.
- 18 De ſimilitudine ouium & paſtoris Chriſti ad diſcipulos ſuos.
- 19 De ſimilitudine paſſerum.
- 20 De ſimilitudine arundinis.
- 21 De ſimilitudine fulguris cadentis in terram de cælo.
- 22 De ſimilitudine iugi leuis & oneris ſuius.
- 23 De ſimilitudine arundinis & lini.
- 24 De ſimilitudine arborum & uiperarum.
- 25 De ſimilitudine molæ aſinaræ.
- 26 De ſimilitudine pedis, manus, oculi, eruēdorū.
- 27 De ſimilitudine paruulorum.
- 28 De ſimilitudine camelī per portam anguſtam, quæ acus dicitur.
- 29 De ſimilitudine paſſionis dñi ad calicem.
- 30 De ſimilitudine hypocritarum ad ſepulchra dealbata.
- 31 De ſimilitudine hypocritarum ad ſerpentes.
- 32 De ſimilitudine galling, cui ſe Chriſt⁹ cōparat.
- 33 De ſimilitudine Chriſti ad templum.
- 34 De ſimilitudine ſerpentis quam Moyſes exal- tavit in deſerto.
- 35 De ſimilitudine Chriſti ad ſponſum, & eccle- ſiæ ad ſponſam.
- 36 De ſimilitudine lucis, Ego ſum lux mundi.
- 37 De ſimilitudine oſtij, Ego ſum oſtium.
- 38 De ſimilitudine Chriſti ad paſtorem, Ego ſum paſtor.
- 39 De ſimilitudine grani ſemēris cadētis in terrā.
- 40 De ſimilitudine fulguris ad Chriſti aduentum.
- 41 De ſimilitudine cadaveris, ubi cunq; fuerit cor- pus, congregabuntur & aquilæ.
- 42 De ſimilitudine de tentatione ad cribrationē.
- 43 De ſimilitudine temporalū ad tunicā & uer- bi dei ad gladium.
- 44 De ſimilitudine Chriſti, Ego ſum uia.
- 45 De ſimilitudine Chriſti, Ego ſum uitis & pa- ter meus agricola.

PER CAPITVLA ANNOTATIO.

OCTAVVS LIBER DE VITIIS contra quæ Chriſtus loquitur.

- 1 De uitijs in generali, quæ ſolummodo in euan- gelio reprehenduntur.
 - 2 De incredulitate.
 - 3 De ſuperbia.
 - 4 De odio.
 - 5 De uana gloria.
 - 6 De choreis.
 - 7 De fornicatione.
 - 8 De inceſtu.
 - 9 De deriſione.
 - 10 De inani gloria.
 - 11 De ſimilitudine honorum operum.
 - 12 De confidentia mala.
 - 13 De tentatione.
 - 14 De curioſitate.
 - 15 De diuitijs.
 - 16 De inſatuato ſale.
 - 17 De ira & iuramento.
 - 18 De non facientibus uerbum dei, ſed ſolum au- dientibus.
 - 19 De recuſantibus uerbum dei.
 - 20 De comminatione ciuitatibus facta, quæ non receperunt uerbum dei.
 - 21 De humano timore.
 - 22 De peccato irremiſſibili in ſpiritum ſanctum.
 - 23 De uerbo blaſphemiæ.
 - 24 De peccatis in ſpiritum ſanctum.
 - 25 De bono cordis theſauro.
 - 26 De uerbo ocioſo.
 - 27 De generatiōe praua & adultera ſignū q̄rente.
 - 28 De non facientibus pœnitentiā, cum qui- bus in iudicio ſurgent Niniuitæ.
 - 29 De reciduantibus, & gratiam dei inuacuum recipientibus.
 - 30 De uidentibus ſanam doctrinam.
 - 31 De facientib⁹ opa diaboli, q̄ huius ſunt & filij.
 - 32 De incredulitate & duritia Iudæorum.
 - 33 De zizania & diſcordia fidei & morum.
 - 34 De conuiſio Herodis.
 - 35 De modicitate fidei.
 - 36 De malis cogitationibus.
 - 37 De ſuperſtitioſa Iudæorum obſeruatione, ſci- licet non lotis manibus manducare.
 - 38 De proceſſu peccatoris, & de reuerſione eius ad deum.
 - 39 De uulneribus peccatoris, ab Ieruſalem in Ie- richo deſcendentis.
 - 40 De filio prodigo reuertentis ad patrē.
 - 41 De corruptela peccati.
 - 42 De peccato originali.
 - 43 De peccato ueniali.
 - 44 De ſeptem uitijs capitalibus.
 - 45 De ſuperbia.
 - 46 De inani gloria.
 - 47 De ira.
 - 48 De inuidia.
 - 49 De acidia.
 - 50 De auaritia.
 - 51 De gula.
 - 52 De luxuria.
- NONVS LIBER DE VIRTVOſIS & pro uirtute ſermonibus dñi Saluatoris.
- 1 De altitudine, ſufficientia, & de utilitate uer-

- borum Chriſti.
- 2 De reſponſis Chriſti in templo factis, cum eſ- ſet duodecim annorum.
- 3 De perfecta iuſtitia quā Chriſtus adimpleuit.
- 4 De reſponſis Chriſti in tentatione factis ipſi ſatanæ.
- 5 De ſecundo uerbo in tentatione.
- 6 De tertio uerbo in tentatione.
- 7 De inuitatione ad pœnitentiā, & ad credu- litatem euangelij.
- 8 De prima uocatione diſcipulorum.
- 9 De uocatione Philippi & Nathanaelis.
- 10 De leſtione Iſaiæ, quam Chriſtus legit in ſy- nagoga.
- 11 De doctrina Chriſti, quā audiētes mirabant.
- 12 Quare Chriſtus negauit facere miracula peten- tibus.
- 13 De doctrina Chriſti quare mali reſpuit eam.
- 14 De poteſtate ſermonis Ieſu.
- 15 De aſcenſu Chriſti in nauem Simonis, ubi de nauicula docebat.
- 16 De ſequela domini in tribus hominibus.
- 17 De uocatione Matthæi.
- 18 De nominatione duodecim apoſtolorum.
- 19 De forma hoſpitadi data duodecim apoſtolis.
- 20 De prædicatione eorum quæ apoſtoli paſſuri erant.
- 21 De conſeſſione fugæ tēpore perſecutionis.
- 22 De conſideratione maioris diſcar inferior pa- riter pati.
- 23 De prædicatione euangelij ſine timore annun- ciandi.
- 24 De miſſione gladij in hunc mundum, & non pacis.
- 25 De receptione Chriſti in ſuorum diſcipulorū perſona.
- 26 De deſignatiōe & miſſione lxxij. diſcipulorū.
- 27 De conſeſſione laudis ubi Chriſtus dicit, con- ſiteor.
- 28 De uocatione domini ad iugum ſuauæ.
- 29 De cōiuiuo ubi Magdalena peſſā ſua abluuit.
- 30 De murmuratione phariſij aduerſus mulierē.
- 31 De ſententia remiſſionis p̄ Magdalena facta.
- 32 De miniſterio mulierum Chriſto facto.
- 33 De miniſterio Martha & quiete Magdalena.
- 34 De miniſterio Martha in cœna factō in do- mo Simonis leproſi.
- 35 De interrogatione Chriſti, quē dicunt homi- nes eſſe filium hominis.
- 36 De collatione clauium facta Petro.
- 37 De prohibitione facta diſcipulis, ne dicerent ipſum eſſe Chriſtum.
- 38 De aduerſatione Petri ad paſſionem Chriſti.
- 39 De ſequela Chriſti per uiam crucis & perditio- nis animæ.
- 40 De prænuntiatione paſſionis Chriſti.
- 41 Quomodo Chriſtus didrachma iuſſit ſolui.
- 42 De inquisitione diſcipulorum, quis eorum eſſet maior.
- 43 De miſſione Iohānis ad Chriſtum interro- gatis, tu quis eſ?
- 44 De correptione fraterna.
- 45 De paruulis oblati Ieſu, quorum eſt regnum cælorum.
- 46 De interrogatione principis, magiſter quid fa- ciendo.

PRINCIPALIVM

- 47 De interrogacione Petri, Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis?
 - 48 De Zachæo.
 - 49 De ficulnea subito arefacta
 - 50 De propheta incredulitatis Iudæorum.
 - 51 De causa qua iudicatur homines, uidelicet quæ spernunt Christum & sermonem eius.
 - 52 De uidea duo minuta in gazophylacium mitente.
 - 53 De propheta Iesu de destructione Ierusalem
 - 54 De signis destructionis Ierusalem.
- DECIMVS LIBER DE SERMONE domini in monte.
- 1 De ascensu Iesu in montem, & de turbis
 - 2 De sessione Iesu & accessu discipulorum
 - 3 De apertione oris Christi
 - 4 De paupertate spiritus.
 - 5 De mititate
 - 6 De lectu
 - 7 De esurie iustitiæ
 - 8 De misericordia.
 - 9 De cordis munditia
 - 10 De pace beatitudinis
 - 11 De persecutione propter iustitiam
 - 12 De maledictione & persecutione sustinenda propter Christum
 - 13 Finis omnium bonorum agendorum est beatitudo
 - 14 De eo quod apostoli dicuntur sal, lux, ciuitas.
 - 15 Ostendenda sunt bona exempla, ut glorificetur deus.
 - 16 Non ueni soluere legem & prophetas
 - 17 Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum
 - 18 De mœchia, quæ non solum fit corpore, sed & corde.
 - 19 De libello repudij.
 - 20 De consensu aduersarij
 - 21 De iuramento
 - 22 De pœna talionis
 - 23 De dilectione inimicorum
 - 24 De iustitia propter deum solum faciendâ
 - 25 De recta intentione
 - 26 De forma orandi
 - 27 De oratione dominica
 - 28 Sanctificetur nomen tuum
 - 29 Adueniat regnum tuum
 - 30 Fiat uoluntas tua
 - 31 Panem nostrum
 - 32 Dimitte nobis
 - 34 Et ne nos inducas
 - 35 Si dimiseritis hominibus peccata
 - 36 De recta intentione ieiunandi
 - 37 De thesaurizatione in cœlo & non in terra
 - 38 Ex qualitate intentionis iudicantur opera nostra.
 - 39 De eo, quod nemo potest duobus dominis seruire
 - 40 De superflua solitudine excludenda
 - 41 De eo quod primum querendū est regnū dei.
 - 42 De misericordia proximis impendenda
 - 43 De iudicio temerario
 - 44 De eo quod spiritualia beneficia non sint per ueris communicanda
 - 45 De securitate & fiducia impetrandi
 - 46 De lege naturali seruanda inter homines

MATERIARVM

- 47 De angusta & lata uia
 - 48 De cautela à falsis artibus hominum & modo cognoscendi
 - 49 De auditoribus & factoribus uerborū Christi.
 - 50 De admiratione turbarum super sermonem Christi in monte
- VNDECIMVS LIBER DE DISPVTATIONIBUS & DISCEPTATIONIBUS domini.
- 1 De disputacione Christi cum muliere Samaritana
 - 2 De adoratione in spiritu & ueritate
 - 3 De Samaritanæ egressu in ciuitatem
 - 4 De carne & sanguine Christi
 - 5 De fractione sabbati quando discipuli spicas fricabant
 - 6 De disputacione Iesu cum Nicodemo
 - 7 Patris & filij operantur in diuina
 - 8 Potest Iesus mortuos suscitare
 - 9 De testimonio Iohannis de Iesu qui & à seipso nihil facit.
 - 10 De eo quod Iudg. Iesum in nomine patris ueniētem non receperunt.
 - 11 De accusacione Iudæorum à Moyse apud deū patrem nō à Christo, quia Iudæi Christū nō receperunt.
 - 12 De operando cibo, qui nō perit, sed pmanet.
 - 13 De uoluntate patris quam filius faceret se adimplere.
 - 14 De murmuracione Iudæorum de eo quod Iesus dixit, Ego sum panis uitæ.
 - 15 De eo quod dixit, Qui credit in me, habet uitam æternam.
 - 16 De Iudæorum litigacione.
 - 16 De cibo carnis Christi & sanguinis eius sum pro secundum fidem.
 - 18 De sermone quē locutus est Iesus, & uisus est durus.
 - 19 De discipulis recedentibus propter huiusmodi sermonem.
 - 20 De discipulis solum Christum eligentibus, ceteris contemptis.
 - 21 De munditia spiritus & corporis.
 - 22 De eo quod scribit, Populus hic labijs me honorat:
 - 23 De eo quod coinquinat hominem.
 - 24 De ambulatione Iesu in Galilæam, quia uolebant eum Iudæi interficere.
 - 25 Quomodo fratres Iesu non credebant in eū.
 - 26 De occulto Iesu ascensu in Ierusalem
 - 27 De doctrina Iesu unde fit
 - 28 De solutione legis Moisaicæ p Iudæos facta.
 - 29 De Iudæorum disceptacione de Iesu, si esset Christus
 - 30 De eo quod miserunt principes ut adducerēt Iesum
 - 31 De eo quod Iesus clamauit, inuitans sitientes ad aquæ uiuæ potum.
 - 32 De dissensionem inter Iudæos facta de Iesu.
 - 33 De disceptacione Iudæorum cum ministris eū non comprehendissent.
 - 34 De adultera in adulterio comprehesa.
 - 35 De disceptacione Iudæorum de eo quod dixerat, Ego sum lux mundi.
 - 36 Iesus pnuiciat Iudæos in peccatis morituros.
 - 37 De responsione Iesu dicentis, Ego sum principium, qui & loquor uobis.
 - 38 De uero discipulatu.

PER CAPITVLA ANNOTATIO.

- 39 De probatione quod Iudæi sunt filij diaboli
 - 40 De credenda ueritate quæ Christus asserbat.
 - 41 De sermone Christi seruato, quomodo liberet à morte
 - 42 De comparacione Iesu ad Abraam secundum æternitatem
 - 43 De lapidacione Iesu.
 - 44 De testimonio operi Iesu q. fit Christus
 - 45 De consilio pontificum super mortem Iesu
 - 46 De cogitacione Iudæorum ut Lazarus interficeretur
 - 47 De gentilibus querentibus Iesum uidere
 - 48 De turbacione passiois quæ Christus assumpsit
 - 49 De iudicio mundi per crucem
 - 50 De potestate Iesu in qua tanta faciebat.
 - 51 De tributo reddendo Cæsari
 - 52 De muliere septem uirorum, & resurrectione mortuorum
 - 53 De comparacione mandatorum quod maius sit in lege
 - 54 Cuius filius sit Christus
 - 55 De extremo iudicio
- DUODECIMVS LIBER DE SERMONE domini post cœnam.
- 1 De consolacione discipulorum turbatorum, & de recessu Christi
 - 2 De cognitione patris, & filio, & conuerso
 - 3 De probata Christi dilectione ex missione paracleti
 - 4 De manifestatione Christi & missione trinitatis apud electos
 - 5 De repellenda turbacione & causa
 - 6 De imitatione loci Christi, suiq. collegij designatione
 - 7 In Christo & ex Christo sunt omnes Christiani, sine quo non fructificant
 - 8 De missione Christi in nobis
 - 9 De glorificatione patris ex nostris bonis operibus
 - 10 De singulari dilectionis præcepto, & eius amicitia
 - 11 De mundi aduersitate patienter sustinenda.
 - 12 De testimonio spiritus sancti de Christo apostolis fienda
 - 13 De recessu Iesu utili ab apostolis & missione spiritus arguentis
 - 14 De modicitate temporis quo Christus uidentus erat
 - 15 De certa exauditione petitionis, & quid petendum sit
 - 16 De oracione Iesu super clarificatione sua
 - 17 De oracione Iesu qua petit unitatem discipulorum
 - 18 De oracione Iesu qua petit sanctificationem & confirmationem discipulorum
 - 19 De postulatione beatitudinis pro discipulis & alijs credituris.

hic liber nunc primū per capitula distinctus.

TERTIVS DECIMVS LIBER de passione domini, in quo ponitur historia passiois, similiter & uoluntatis cœnæ, usq. ad seipsum petitionem Christi.

- 1 De templo per Christum, electis ex ipso negociatoribus, mundato
 - 2 De arefacta ficulnea, & eius mystica significacione.
 - 3 De inhospitalitate Hierosolymitarum aduersus Christum
 - 4 De baiulatione aquæ & mysterijs eius
 - 5 De pascha quid sit & cœnaculo
 - 6 De transitu Christi, & eius in edendo paschate desiderio
 - 7 De patientia Christi erga traditorem, & Iudææ pertinacia
 - 8 De maledictione Iudæ, ac multiplici æternorum peccatorum uæ
 - 9 De Petri in Christum & eius traditorem affectu, & Christi erga Iudam, item de buccella
 - 10 De Christi in ultima cœna resurrectione, uestimetorum positione, ac lintei præcinctione
 - 11 De Christi in peluim aquæ missionem, & incepta apostolorum pedum lotionem, ac Petro ut laueretur, recusante
 - 12 Amplior recusacionis Petri expensio ac confutatio
 - 13 De Iudæ in malum obstinacione, & Christi erga ipsum in lauandis pedibus pietate
 - 14 De absterfione pedum apostolicorum, & quid ea Christus innuere uelit
 - 15 Quid Christus uestimentorum post ablutos apostolorum pedes resumptionem, ac iterata discubacione uoluerit.
 - 16 Profunda dicti istius, Scitis quid fecerim uobis, perscrutatio
 - 17 Quantum distet scire bonum, ab ipsum operari: & quanta sit laus humilitatis.
 - 18 De sacrosancti ac uenerabilis sacramenti post cœnam institutionem
 - 19 Quod & quas gratias Iesus post cœnam egerit, & quid inde nobis animaduersum uoluerit.
 - 20 De exitu Iesu post cœnam ex Ierusalē in montem oliueti, deq. mutadis aut nō mutadis locis.
 - 21 Cur Iesus passiois ierusalē, montē oliueti adierit, & qd p hoc mystice nobis innuerit.
 - 22 De Christi itione ac redicione trans torrentē Cedron, & torrentis cedronumq. mysterijs
 - 23 De introicione Iesu in hortū, & mysticis horri significationibus
 - 24 Quid Christus patrem in hortu orauerit, & quid ecclesia Christi imitatura, ibidē oret.
 - 25 De mystificatione seu interpretatione Gethsemani
 - 26 De tribus à Iesu in hortu electis seu assumptis, & eorum mystificatione.
- ***
- 28 Quam sit uaria hominum tristitia, & que lauanda, quæ nō, & qualis ea quæ habuit Christus.
 - 29 De sustentia & uigilia apostolis à Christo, & nobis in apostolis indicata.
 - 30 De uehementia orationis Christi in hortu ad patrem, & quo studio ea nobis imitanda.
 - 31 De Christi in facie super terrā precidentia, & quid nobis p eam in orationibus præmōstratur.
 - 32 De nostræ uoluntatis ad diuinam in orandō conformitate.

hic nihil deest, et si nūerus unus deficiat.

PRINCIPALIVM

MATERIARVM

hic nihil
deest, et
si nūerus
unus de-
ficiat.

- 33 Cur toties replicauerit eandē orationē Chri-
stus.
- 34 De uigilia apostolis à Christo indicta, sed
nec per horam seruata.
- 35 De oratione ac tentatione, item promptitu-
dine spiritus, & infirmitate carnis.
- 36 De tertia Christi oratiōe, & calicis tum amo-
rione, tum potatione.
- 37 De supernaturali ac sanguinea Christi inau-
ditatē sudatione, & quid ea Christus nobis
ostensum uoluerit.
- 38 Exhortatio pia animarū piarū ad Christum in
agone positum, piē contemplandum.
- 39 De apparitione angeli Christum agonizan-
tem confortantis, & cuiusmodi illa confor-
tatio fuerit.
- 40 De tristitia, titubatione, dormitione trina
apostolorū, & Christi erga ipsos indulgen-
tiam: tum quid ubiq; sufficiat, seu de cuiusuis
rei sufficiencia.
- 41 De hora Christi & nostra, item de preciosi-
tate temporis ac irreuocabilitate.
- 42 De Christi ad obuiandū hostibus suis prom-
ptitudine, & quid ea nobis insinuatū fue-
rit.
- 43 De proditoris cum armata cohorte festino
aduētū, & quare seu qualibus cum armis ue-
nerit.
- 44 De lateris & facibus.
- 45 De mittētibus ac missis ad capiendū Iesum,
quales aut qui fuerint.
- 46 De nequitia oculi erga Christum Iudæ, &
Christi erga ipsum patientia.
- 47 De in terga cadētibus Christum capturis, &
multiplici malorum casu.
- 48 De uiolēta manuum impiarum in Christū
iniectione, ac dura ipsius, discipulis omis-
sionē, ligatione.
- 49 De uano ac temerario discipulorum se & ma-
gistrum gladio defendendi uerito ardore:
item de gladij acceptione, loco & usu.
- 50 De amputatione auriculæ tantum dextrę, &
& eius mysterijs.
- 51 Quod calix passionis Christo à patre desti-
natus, à nemine deuberis impediri: & de uo-
luntatis humanæ ad diuinā conformitate.
- 52 Necessitatem (quæ ibi ab Oportet Opportu-
nitas dicitur) nō imponi à scripturis aut pro-
phetis, sed ab æterna dei ordinatione.
- 53 Quanta cum iniuria, et ubi, & à quibus domi-
nus noster captus sit: & quos ad quid ira in-
uidiatq; non adigant: item quas psonas ma-
xime dedecet sanguis.
- 54 De templi libertate, quod Iesus in eo captus
non sit, itēq; de hora ac potestate tenebrarū.
- 55 De iniquitate apprehendentium Christum,
& eius uinculatione.
- 56 De fugientibus à Christo discipulis: itē quā
turpis, noxiatq; eorum atq; adeo omium no-
strum à Iesu fuga.
- 57 De laudabili paupertate discipulorum Chri-
sti, ex consideratione illius qui tantum sin-
done super nudo uestitus fuit.

- 59 De prima Christi ad quem facta sit ductiōe:
item de quibus quā captiose ibidem inter-
rogatus, & q̄ uere syncerēq; Iesus rñderit.
- 60 De alapa nequiter Iesu ab assentatore ponti-
ficis inflicta, & Iesu ad infligētē respōsione.
- 61 Mirabilis quædam ex Christi ad suum percul-
sorem respōsione, doctrina.
- 62 De negationibus Petri.
- 63 De Iesu ad Caiphā ductiōe, & quomodo
ibidem falsis testibus circumuentus sit.
- 64 De silētio Christi ad falsa obiecta, & an reo
ad falsa testimonia semper aut respondere
aut silere conducatur.
- 65 De admiratione Christi facta per Caiphā,
& quid ea præ se ferat.
- 66 De Christi ad patris dexteram sessione, ac iu-
diciij eius futuri modo & loco.
- 67 De furore & calumnia Caiphæ, Iesu blas-
phemiam falso impingentis, & ob id con-
demnantis.
- 68 De contumelijs Iesu in ædibus Caiphæ itro-
gatis, conspuendo, uelando, percutiendo.
- 69 De prophetia in Christo irriso irrisa.
- 70 De Christi à Caiphā ad Pilatum ductiōe,
& Iudæorum in Christum odio ac furore.
- 71 De Pilati prima post Iesum sibi adductū in
terrogatione, & Iudæorū cōtumeliosa in Ie-
sum ac falsa respōsione.
- 72 Exaggeratio & confutatio dicti nequiter à
Iudæis Christo obiecti, q̄ esset malefactor.
- 73 De Pilati in agendo cōtra Iesum cum Iudæ-
is aliquanta prudentia: & Christo subuer-
tentis uocabulum non competere, à Iudæis
ipsi mendaciter impactum.
- 74 Cur Pilatus Iudæos occidere Iesum perop-
tantes, ad Moysi legem remisit, & quā
hypocriticē id ipsi recusatint.
- 75 Quid potissimum Pilatus ex omnibus Iesu p
Iudæos obiectis, sibi prosequendum, ac sua
interesse putarit.
- 76 De cauta prudentiq; Iesu interrogati ad in-
terrogantem respōsione.
- 77 De Pilati interrogantis & interrogati erga
Christum modestia.
- 78 Christi uera de suo regno ad Pilatum respon-
sio.
- 79 De statione Iesu ante præsidem, qui scilicet
gestus eius fuerint.
- 80 Sagax Pilati de regno Iesu perquisitio ac mi-
ratio, syncerēq; Christi respōsio, item de
ueritate.
- 81 De innocentia Iesu, testata etiam per iudicem
ipsum.
- 82 De inualescentia Iudæorum cōtra Iesum, &
populi per ipsum cōmotione ac doctrina.
- 83 De Christi ad Herodem à Pilato missione,
& signorum exhibitione.
- 84 De illusionē Christi facta ab Herode & exer-
citu eius: item de Pilati & Herodis amicitia.
- 85 Quomodo Iesum Pilatus populo produxerit,
sibi iam ab Herode remissum, innocenti
ameius ut antea, adhuc ostendens.
- 86 De Pilati exorbitatione Iesum emendare uo-
lentis.
- 87 De Iudæorum furore Iesum non ad mortē
tantum, sed ad crucem etiam postulantium.

Istud ca-
purg in
seratur li-
neæ 24
pagi. 82
an ¶ His
peractis.

- 88 De Pilati formidine, audito q̄ Iesus esset filius
dei: itē de interrogatiōe, Unde es tu.
- 89 De factu Pilati, potestatis sibi sup Christū ar-
rogantis, per Christi respōsum reuolū: & unde
de Pilato super Iesum potestas.
- 90 De Christi unctiōe, etiam Pilato aliquouisp̄
ficiēti: & quo cō timore impedita.
- 91 De taciturnitate Iesu coram Pilato.
- 92 De Barraba dimittendo, Iesu ad crucem po-
sulato.
- 93 De flagellatione Christi, homicida dimisso:
item ipinea corona, & cæteris ludibrijs.
- 94 De columna Christi, purpura, arundine, salu-
tatione.
- 95 De Iesu flagellati, purpurati, coronati, arundi-
nem gestantis productione, item dehorta-
tio uxoris Pilati, ne Iesus occidat, unde. * * *
96 Exaggeratio uerborum istorum, Ecce rex ue-
ster: &, Tolle tolle, crucifige eum.
- 97 De malitia & cæcitate Iudæorum, Cæsarem
timido sibi regem esse proclamantium.
- 98 De flexione Pilati ad condemnandum Iesum,
damnatione Iesu, expostulatione cum Pila-
to super condemnatione Iesu.
- 99 De eductione Iesu ad crucifigendum, uestium
eius exuitione, ac crucis bauulatione.
- 100 De angariatione Simonis Cyrenæi ad portan-
dam Iesu crucē: & quid ea seu obuiatio Chri-
sti & Simonis præsignet.
- 101 De uarietate sequentium Iesum ad mortem,
in montem Caluariæ euntem.
- 102 De steru mulierum super Iesum ad mortem
euntem, per Iesum quō & cur prohibito: &
quid ipsi potissimē stendunt.
- 103 De uiridi & arido ligno, quid per hoc Iesus
innuerit.
- 104 De cū Iesu ad mortē ductis, itē de myrthar o-
uino, sellitoq; Iesu an crucifixionē p̄pinato.
- 105 De crucifixione Iesu q̄bus modis peracta fu-
isse credatur, & mitum quoddam de ea.
- 106 De primo Iesu in cruce uerbo secūdū L. u. solū.
- 107 De latronibus cū Iesu crucifixis in opprobriū
eius: & hi duo latrones mysticē qui.
- 108 De causa seu titulo Iesu super crucem apposi-
to: & eius mystica significatione.
- 109 De tenebris in Iesu crucifixione, & uestimento
rum eius significatione.
- 110 De blasphemijs, Iesu in cruce irrogatis à Iudæ-
is, à pretereuntibus, à militibus, à latronibus.
- 111 De mira latronis dextri fide ac confessione.
- 112 De secundo Iesu in cruce uerbo, quod latroni
dextro factum est, iuxta Lucam solū: & qd
parafusius.
- 113 De statione Mariæ matris Christi iuxta pen-
dentem in cruce filium suum Iesum: & de li-
gno in q̄ Iesus pependit, itē de forma crucis.
- 114 De tertio Iesu in cruce uerbo quod ad matrem
suam & ad dilectum discipulum fecit, iuxta
Iohannem solum.
- 115 De tenebris horrendis in crucifixione Iesu fa-
ctis, quid sibi uoluerint.
- 116 De quarto Iesu in cruce uerbo, secundum Mat-
thæum & Marcum solos: item de Christi de-
relictione.
- 117 De quinto Iesu in cruce uerbo, iuxta solum Io-
hannem: & q̄ fuerit Christi sitis.
- 118 De aceto, spongia, hyssopo, arundine, quibus

PER CAPITVLA ANNOTATIO.

- potatus est Iesus in cruce: itē de duplici eius
potatione.
- 119 De sexto Iesu in cruce uerbo, iuxta solum Iohā-
nem: item de consummatione.
- 120 De septimo Christi in cruce uerbo iuxta Lucā
solum: de cōmendatiōe spiritus, in inclinatio-
ne capitis, & expiratione.
- 121 De signis mirabilibus, quæ statim post expi-
rationem Christi facta sunt.
- 122 De centurione in Iesu morte turbato, & ipsi Ie-
su testimonium innocentie ferente.
- 123 De Iudæis ipsis tameris incredulis, in Christi
morte tremefactis: Et quis notorum, cogna-
torum, mulierū alioqui piarum, erga Iesum
mortuum affectus.
- 124 De crurifragio latronum, de Christo ad sepe-
liendum petito & concessio: item laterē Iesu
lancea transosso.
- 125 De lateris Iesu apertione, sanguinisq; & aquæ
ex eodem fluxione.
- 126 Quō & p̄ quos Iesus de cruce depositus & un-
ctus, & ante sepulcrum tractatus.
- 127 De sepultura Christi ac sepulchro: item mulie-
rum aliarum piarum erga ipsum deuotione.
- 128 De custodia sepulchri Iesu, & monumenti eius
signatione: item calumnijs Iudæorum in Ie-
sum iam tum sepulcrum.
- 129 De mulieribus aromata parantibus uigendo
Iesu: item gaudio patrum in limbo,

QUARTVS DECIMVS LIBER DE hic liber
resurrectione Saluatoris. nunc pri-
mū p̄ ca-
pita di-
stinctus.

- 1 De piorum ex limbo per Iesum eductione, im-
pijs in inferno relictis.
- 2 De angelo lapidem reuolente, & custodes
terrentē: item terrore angelico, subito fulgu-
re, nivali candore.
- 3 De apparitione duorum angelorum: unus ad
caput, alterius ad pedes sepulchri: & quod
matri suæ Iesus prius apparuisse catholicē
credatur.
- 4 De apparitione & colloctione angelorum
tribus mulieribus facta.
- 5 De Magdalene erga Iesum affectu, eiusq; cum
Petro & Iohanne colloquio, ac horum ad
Christi sepulchrum cursu.
- 6 De apparitione Iesu facta priuatiū ipsi Mag-
dalene in specie hortulani.
- 7 De apparitione Iesu, facta Magdalene simul
& alijs mulieribus.
- 8 De custodibus sepulchri, in Christi resurrecti-
one p̄territis, & in ciuitatē fugientibus, & ue-
ritatem pecunia in mendacium uertētibus.
- 9 Quomodo Iesus Petro & duobus Emaitis ap-
paruerit ipso paschæ die, & de peregrinatio
ac solitudine Iesu.
- 10 De spe seu desperatione illorum duorum in
Emaus euntium, erga Iesum crucifixum, ac
tarditate seu stulticia eorundem per Christū
redarguta.
- 11 De cuiusmodi necessitate oportuerit pati Chri-
stum, & quib; scripturis Iesus uideatur usus Aureum
apud Emaitas, ostendendo se oportuisse sic capitulū
pati & mori.
- 12 De fictione Iesu erga Emaitas, & eorum erga
ipsum coactione, cuiusmodi fuerint: item de
mane & uespere pulcherrima speculatio.

MATERIARVM PRINCIPALIVM ANNOTATIO.

- 13 De Christo per quid ab Emaitis agnito, & de hospitalitate ac fractione panis.
- 14 De quo modo apparuerit Iesus discipulis suis in conclauis ianuis clausis, etiã comedens coram eis: item de pisce asso ac fauo mellis.
- 15 De aperro p̄ Iesum intellectu discipulorũ, ut intelligerẽt scripturas: itẽ q̄ necessitate oportuerit Christum pati: & de p̄dicanda in noie eius p̄nitentia & remissione peccatorum.
- 16 De pace discipulis à Christo impartita, potestate eundi ad p̄dicandum, collatione spiritus sancti ad remittendum peccata.
- 17 De incredulitate & credulitate Thomæ, & quomodo Iesus ipsi apparuerit.
- 18 De multis signis & apparitiõibus Iesu nõ scriptis.
- 19 De manifestatione Iesu ad mare Tiberiadis, & per occasionem de mystica Benjamin, Manassis ac Effraim interpretatione.
- 20 Quibus & qd̄ agentibus se Iesus ad mare Tiberiadis ostenderit: itẽ de labore licito, piscatione, mari, retibus, mane, pulmẽtario, dextera.
- 21 De miraculosa pisciũ captura iussu Christi facta: item acuta contẽplatione Iohannis, uehementi erga Iesum amore Petri, cubitis ducentis, prunis positis, piscium tunc captorũ iussa apportatione.
- 22 De tractiõẽ retis ad terrã pleni piscibus centũ quinãgintaribus: de rotac tantorũ piscium nũero mysticato: & qd̄, p̄ non rĩperẽt rete.
- 23 De Petro ter à Iesu an Iesum diligeret, interrogato.
- 24 De Petro curioso qd̄ Iohãni accideret, interrogante, p̄ Iesum redarguto: item de morituro aut non morituro Iohanne.
- 25 De manifestatione Iesu in monte Thabor, facta plus q̄ quingentis fratribus: item quantã ipsi Christo potestas à patre data.
- 26 De nouissima Christi iamiam in cœli ascensuri apparitione, facta discipulis recubentibus: & quid tum ipsi à Iesu iniunctũ: item de baptizando ac credendo.
- 27 De signis quæ Iesus discipulis ut facerent concessit mystice interpretatis.
- 28 De p̄sentia Iesu cũ fidelibus suis usq̄ ad seculi consummationem.
- 29 De promisso discipulis spiritus sancto: item curiosa eorum quæstione de fine seculi, per Iesum non soluta, sed repressa.
- 30 De Iesu in cœlum ascensione, & eius ad patris dexteram sessione.

QVINTVSDECIMVS LIBER DE IUSTITIA CHRISTIANA & UERA AMICITIA.

- 1 De iustitia in communi.
- 2 De iustitia parentum erga filios.
- 3 De iustitia parentum erga parentes.
- 4 De iustitia inter coniugatos.
- 5 De iustitia fratruũ & propinquorũ et amicorũ.
- 6 De iustitia uiricorum & nouercarum.
- 7 De amicitia.
- 8 De ira quæ excludit iustitiam.
- 9 De infidelitate.
- 10 De acidia.
- 11 De feritate & crudelitate.
- 12 De diligentibus terrena.

- 13 De apostasia.
- 14 De malis consiliariis.
- 15 De multiplicibus consiliariis.
- 16 De uiciõis.
- 17 Similitudo est causa dilectionis.
- 18 De simulatoribus.
- 19 De nullis.
- 20 Testimonia nouæ legis.
- 21 De prima uena seu riuulo amicitie christiane.
- 22 De secunda uena seu riuulo.
- 23 De tertio riuulo.
- 24 De quarto riuulo.

LIBER DE IUSTO IURE DOMINII & MORIBUS DOMINANDI, CUIUS CAPITULA CONTINUANTUR AD PRÆCEDENTIA.

- 25 Quod iusta ratio dominandi uariẽ mundi diffusa, non ẽ ex hominibus, sed ex deo.
- 26 Quod uera ratio dominii in solo deo, non accessorio, sed æterno iure consistit.
- 27 Quod culpa inæqualitatem dominii & subiectionis in hominibus procurauit.
- 28 Quod mundus originalis nisi deum non habuit aliam iudiciariam potestatem.
- 29 Quod ab eo tempore quo Noe ingressus est in arcam, iustus fuit dñs hominum super terrã.
- 30 Quod Nemroth primus usurpauit iniustum dominii, tempore quo diuinitas est labium.
- 31 Quod in omnibus prætèrquã in filiis Sem, in quibus mansit originalis lingua, defecit originalis iustitia, unde iniusta facta sunt regna.
- 32 De tempore ante diluuium nemini q̄ Moyse credendum, & de dispari tempore triplici.
- 33 Quod potẽtia dei & sciẽtia regiminis nisi deo sint subditæ, æquo iure condemnantur.
- 34 Quod à tempore Abrahæ usq̄ ad Moysen prætèrquã in circumcisõis non fuit ratio iustæ dominandi.
- 35 Quod ratio ueri regiminis elosua, iniusti uero anthropologica est & nefida.
- 36 De habitatiõẽ hominum, & prima distinctione regnorum.
- 37 Interpositio de nominibus regionum, & ciuitatum, montium, & fluminum indistincte.
- 38 Inuincibile argumentum est non esse ueram iustitiam, à quibus iubetur per deum diuortũ, ex q̄ sumit & insurgit distinctio populorũ.
- 39 Quod ex allocutiõẽ diuina & circumcisõẽ apposita, comprehenditur in Abrahã & sibi applicitis iuste iustitia, in alijs uero regnis iniustitia reprobata.
- 40 In quibus fuit iustitia uel non, à mortuo Abraham usq̄ ad Moysen.
- 41 Quo iure fuit dominium æquum à Moysen usq̄ ad Saul in populo dei, & non alibi.
- 42 Quod deus primũ regem populo suo primò dissuadens ne uellet, dedit.
- 43 Quales debent esse reges, Moysen ante instruxit dominus.
- 44 Probatur documentis ueram regendi iustitiã gentibus defuisse.
- 45 Rationibus astruitur quibus possit, cum non possit in regnis esse iustitia.
- 46 Æterno sine non constituto, modica si qua fuerit, reputatur bonitas nationum.
47. Autor concludit.

F I N I S.




SIMONIS DE CAS

SIA, IN LIBROS XV. DE GESTIS DOMINI SALuatoris, PRAEFATIO.



BONO ET SVPERBONO creatore omnium deo sumentes exordii, per ipsum medium, ad ipsum finem omnium uenientes, super sibi placitis intendamus, ut expleto uitæ p̄sentis termino, in ipso p̄sentium*placitum*quiescamus: qui hominẽ creauit ad imaginem & similitudinem suam, nõ secundum corpus, sed secundum animam: sed & corpus creauit, cui uniuic & animam. Idcirco secundũ animam per inuisibiles actiones, & inuisibilia placita seruamus: quia hoc exigita nobis, non suo, sed nostro cõmodo: quoniam nostrorum bonorũ ipse non indiget: & in ipso, ex seipso, & per seipsum perfectus existens: à nobis, pro nobis perfectiones in anima & corpore sua benignitate regit. Ideo mihi libuit, timeo ne superbe, sed utinam ex charitate, ad deuotarũ animarum & simplicum, & ad aliam uitam suspirantium, eruditionẽ ordinare animæ & corporis Christianas atq̄ Christiferas actiones, ut ex conformitate ad Christum Christianitatis caput p̄habita in terris, agatur Christiana uita, quam ipse Christus de cœlo ad terras descendens, fecit & docuit omnibus faciendã. ¶ Sed qm̄ anima dignior corpore: primo, suat secundo, corporis agẽda ponemus. Anima nanq̄, ut inuisibili experimẽto probamus, fideq̄ tenemus: trina potentia seu uirtute partitur, s. intelligentia, memoria atq̄ uoluntate. Igitur primo christiane seu Christiana exercitatio perficiemus intelligentiam, secundo memoriam, tertio uoluntatem, deinde totam Christianam corporalem actionem. Et ne opus nimia seu tædiosa prolixitate labatur, non curabimus contraria hæretica ponere seu refellere, sed tãtum quæ sunt utilia & necessaria ad salutem asserere, ut hæc salutaris doctrina magis affirmando quæ ad ipsam proprie pertinet, procedat in ordine, quàm negãdo seu refellendo contraria. nam breuis est affirmatiua doctrina, negatiua uero procedit in longum. Et si contingat, q̄ perficiendo intelligentiam de memoria inculcatio fieret, aut perficiendo utrunq̄ de necessitate dicendi annexeretur uoluntas, seu quomodolibet doctrinali ordine misceretur: non sit legenti horrore, si ordo impositus non seruatur, aut si una potentiarũ animæ alteri p̄feratur in prosecutione, quàm fuerit in p̄fatione p̄posita, siue de ipsis tractetur coniunctim, cum p̄missum sit tractare diuisim. Cum principaliter nostræ intentionis existat, primo interiorẽ hominẽ in Christiana uita & doctrina perficeret: secundo, exteriorẽ in Christianicis agibilibus cooperare, in quibus p̄stante altissimo, intermissus seruabitur ordo.





MULTI MVLTA LOCVTI SVNT in euangelio: aliqui in uno sensu, aliqui plus in alio, aliqui in utroq; Ego nouissime uigilans, simplicitati euangelicæ studui in modo tractandi deuitare antiquos, qui tantum unius euangelistarum scriptionem differere curauerunt, sicut fuit eis in placito: & modernos, qui euangelistarum inscriptionem ad declarandum pro libito assumentes di miserunt, & in quæstionibus ueritatem & puritatem euangelicam posuerunt, ut sæpe uideatur ab illa simplici euangelij intelligentia fuisse recessus. Ego autem quasi nouissime adueniens, Apostolicum dictum ueritus, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corruptantur sensus nostri à simplicitate, quæ est in Christo Iesu: disposui iuxta simplicitatem atq; minoribus utiliore intelligentiam, totum corpus euangelicum declarare in quo negotio, præstante altissimo, iste seruabitur ordo:

¶ Titulus libri primi.

Quoniam igitur factorum & fiendorum causa prior est uerbum increatum: ideo primus liber est de mysterijs uerbi increati, facti incarnati.

¶ Titulus libri secundi.

Sed quoniam ad incarnationem primarie uirgo quædam præparata est: ideo & secundus liber est de uirgine matre atq; gestis eius, secundum euangelium.

¶ Titulus libri tertij.

Voluit autem uerbum increatum, factum incarnati, habere præcursores: ob hoc tertius liber est de parentibus & ortu atque processu præcursoris.

¶ Titulus libri quarti.

Natus autem filius dei, quæ & uerbum se mundo notum fieri appetens, tenuit in seipso uitæ morumq; censuram: ideo quartus liber appellatur de uita dñi saluatoris.

¶ Titulus libri quinti.

Ad alios autem se multipliciter habuit in factis & uerbis: proinde quintus liber dicitur de miraculis.

¶ Titulus libri sexti.

Verbis etiam uarijs, similitudinarijs, parabolis & simplicibus usus est: idcirco sextus liber est de similitudinibus.

¶ Titulus libri septimi.

Septimum de parabolis posui.

¶ Titulus libri octaui.

In simplici doctrina quandoq; uita representat, & autoribus cominatus est: quandoq; uirtutes laudauit, & factoribus uitam aliam repromisit: inde octauum contra uita secundum euangelium nominauit.

¶ Titulus libri noni.

Nonum de uirtuosis uerbis inscripti secundum euangelium.

¶ Titulus X. XI. XII. librorum.

Et cum contra uitia seu pro uirtutibus loqueretur, aliqui specialem edidit ad discipulos, & ad turbas omnes, & omnis conditionis aduenientes sermonem: quandoq; per disputationem & disceptationem, quandoq; ad solos discipulos locutus est, maxime ante suæ captiõis horam, & uere dici potest testamentum dilectionis: quamobrem Decimum librum uerborum montanorum, Undecimum disceptationum, Duodecimum testamentum dilectionis, id est, libri testamenti finalis, inscripsi secundum euangelium.

¶ Titulus libri decimitertij.

Et quia uerbum increatum, factum incarnatum, post actiones iustas & optima uerba: per portam mortis uoluit egredi de mundo, qui per portam uirginitatis intrauit, & multa pati uoluit: tertiumdecimum de passioe dñi uocauit secundum euangelium.

¶ Titulus libri quartidecimi.

Verum quia non potuit à morte detineri, & resurrexit, & locutus est, & ascendit, & spiritum sanctum misit, quæ omnia gloriam arguunt: quartumdecimum de morali gloria insigniui secundum euangelium.

¶ Titulus libri quintidecimi.

Et quidem eo quod omnia per uerbum facta sunt, & fienda quæ restant, & homo propter homines factus est, & ad fines debitos omnia producit, sicut & fecit: ideo quintumdecimum librum de fine hominum consignauit.

SIMO

SIMONIS DE CASSIA,

GESTORVM DOMINI SALVATORIS

LIBER PRIMVS,

Tractans speciatim

DE VERBO INCREATO, PRO NOBIS

in tempore incarnato, secundum Iohannem solim,

Caput .I.



IN SE orationis ordo depositus, ut post factum magnum cognitum, præcedentia & concomitantia & sequentia inquiratur: Nullum uero ab æterno maius factum, quam uerbum caro factum.

Et cum in principio fecisset deus ex nihilo cælum & terram, excedit tamen quod eius filius incarnatus fuit, extra opus adhuc æternus artifex erat: in factioe autem huiusmodi per ueram unionem, unum sunt artifex & artificium eius. Inuestigandum quidem fide, non ratione: credulitate, non sensu, quid contemplandum in uerbo carne factum. Si tempus inquiri, occurrit æternitas: **In principio erat uerbum.**

In principio, ante quod nihil, quod ante omnia subsistebat, à quo cuncta in suis rationibus peruenerunt. In principio non comprehensibile ab homine puro, ut æternitas credatur ex dicto. Nec hoc uerbum situatum erat in loco, & modus essendi eius segregatus ab omnibus erat, & uerbum erat apud deum, non appositiue, aut aliqua diuersitate subsistendi, quoniam erat idem quod ille apud quem erat.

Et deus erat uerbum.

Et talis essendi modus non temporalis extitit, sed æternus.

Hoc erat in principio apud deum.

Artifex erat ab æterno uerbum, non tamen extra se ipsum illuxit aut innotuit ab æterno. Nihil erat enim in alijs participas ipsum: **Quoniam omnia per ipsum facta sunt**, ut nihil in spiritalibus atq; corporalibus, nihil in uisibilibus atq; inuisibilibus excludat quod ipse non fecerit, & in magnis & in paruis, & in his quæ de merito primorum parentum aduersantur delicate tenebrarumque naturæ. Quoniam naturæ **sine ipso factum est nihil.**

Si clausula punctabitur hic, excluditur, abro-

gatur atq; negat omnis alius creator: quia esse non potest nisi unus. Et hoc dictum negatiuum, ante dictum affirmatiuum roborat. Nam cum dicatur, Omnia per ipsum facta sunt, ergo creator unus: & sine ipso factum est nihil, igitur nullus alius. Peccatum & omne malum ab eius factioe depellit: quia omne malum, est positio uel nihil, etiam nihil aliud subsistentiam habet, præterquam quod ipse creauit. Si uero ista sententia siue clausula ultra progredietur ad punctum, ut sic proferatur: [& sine ipso factum est nihil quod factum est,] præstabit alium intellectum, ut omne quod factum est, in præadiacentem, nihilitatis materiam tenderet, nisi ipse conferuarer. Nam eadem dei sapientia, qua cuncta ex nihilo facta sunt, ne redeant in nihilum, gubernantur: redirent quidem, nisi tuerentur. Si primam præstationem sequimur, perspicuum est quod omnia quæ facta sunt in ipso, ab æterno uidebant, ut aliter non producerit, nisi prout ab æterno producenda conspexit. Et illa imago cunctarum rerum in ipso habebat uitam, antequam deduceretur ad esse.

Quod factum est, in ipso uita erat,

uidelicet in diuina mente, non extra. Si secundam, æquæ aptior sensus est. In ipso uita erat, immortalis uidelicet & æterna, ois uita origo: quoniam apud te est fons uitæ, Psalmista dicit, *Psalm. 35.* Hæc quidem uita erat lux hominum, non peccatorum aut quorumcumque irrationabilium seu insensibilium corporum, sed hominum factorum ad imaginem & similitudinem eius qui alibi uidentia non uiderunt, præterquam in ista luce natiuitatis æternæ. Lux ista tenebras fugat, non se miscet cunctis, nec comprehendit ab eis. Immaculabile porro est omne quod dei est. Et tenebræ infidelitatis, aut ignorantie, aut iniquitatis, illam non apprehendunt, sed aut fugantur ab illa luce, aut non sumuntur incognitæ, aut multantur qui non recipiunt illam.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Si lux lucet in tenebris, ergo fugatque sunt. Nam si tenebræ, quomodo lux lucet in eis? Si lux lucet, quomodo tenebræ: imò non tenebræ, ideo non comprehenderunt, ut essent tene-

bræ cum lucēte diuina luce, qua fugatae sunt, cum super eas lux diuinæ uitæ atq; claritatis influxit, de tenebris infidelitatis, idololatriæ, ignorantia, prauæq; uitæ uerba talia sonuerūt. Sed ad testimonium lucis, missus est Iohānes, non quod ipse lux esset, qm̄ una erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

¶ Non oēm hominem illuminat, ut oēs illuminati sint, sed oīs qui illuminatus fuit, ab ista luce circumfusus est. Ne autē crederet uerbum increatum extra mundū sepositum, neque in mundo inclusum, nec mundus esse creationis aut dominationis alterius, adiecit est:

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est.

¶ Erat in mundo ut rex in regno suo, nō seruatus aut circumscriptus in loco, intus & extrā implens & continēs. Et hic mundus factus per ipsum, ut iam asseruit est: oīa per ipsum facta sunt. Aut erat in mūdo, in archetypo quidem: & mūdus per ipsum factus est: per ipsum maior & minor, in sensibilibus & irrationalis, atque rationalis. Sed rationalis arguitur, quia mundus eum non cognouit.

¶ Cui uidelicet data erat potētia cognoscēdi, et si nō ex natura, saltē ex fidei gratia. Et si uenit, nō in aliena uenit, sed in propria creationis imagine & amoris, ac in populi peculiaris.

In ppria uenit, & sui etiā nō receperit.

¶ Omnia sunt sua. Omēs sui sunt, sed illi maxime uoluntate & electione sunt sui, qui pacto circuncisionis & legis obseruandæ, eius populus se cretus ab oībus alijs nationibus idololatriantibus, facti. Sed qui receperūt eum fide, spe, charitate, imitatione possibili, ab ipso autoritatē maximā acceperūt, q̄ nulla maior, nulla dignior & uulior, & delectabilior potuit cōferri mortalibus, ut in diuinā filiationē transiret.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potēstatē filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

¶ Vnus duntaxat est naturaliter æternus filius dei, præter quem in illa filiatione fieri oīno impossibile factū est. Adoptio filios facit, nō cunctos homines, sed credētes, in nomine uidelicet ipsius uerbi increati. Hæc filiatio nulla carnis traduce agit, nec ppagat dānata siue corrupta humana propagine, nullo semine carnis mūdo, si dici fas esset, aut immūdo, ut est, sed gratia diuina traducit. Ex quo sequitur:

Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate uiri, neq; ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt.

¶ Qui scilicet filij, qui filiationis diuinæ per adoptionē & gratiā, potēstatem a dño acceperūt, nō sunt ex coagulatione sanguinis, in quam semē generatiuū per nouē dies uersum manet.

Neq; ex sanguinibus, uidelicet ex peccatis, ex quibus liberari Psalmsista poscebat, dicens: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Psal. 50.

Neq; ex uoluntate uiri, scilicet hoīs masculi. Neq; ex uoluntate carnis, scilicet mulieris, qui cōmuni uoluntate insimul coēuites, fiunt unum ad generandum carnē unam, animā uerō nullā, sicut scriptū est: Et erūt duo in carne una. Gene. 2.

Neq; ex uoluntate uiri, ut rationis uoluntas in hac parte aliquid operando cōsentiat. Neq; ex uoluntate carnis, scilicet sensualitatis, ut aliquid subiacēdo, aut cōsentiendo efficiat. Totum qd̄ in hac filiatione agit, noscūt esse diuinum, quia ex deo est ista natiuitas. [sed ex deo nati sunt] ut secundum Apostolū simus hæredes dei, co-hæredes autē Christi. Etiam non iure successio- nis naturalis legis siue consuetudinis, sed potē gratia est filiatio, sic ex ipsa filij diuina tribuat hæreditas: ut oīs qui gloriatur, nō in seipso, sed de bonis omnibus in domino gloriatur. i. Cor. 1.

¶ Qualiter incarnatum sit uerbum, & ubi, & quando. Et quod anima Christi ex natura non est nobilior cæteris animabus, sed similis. Cap. II.

Sed hoc uerbum increatum, p̄ quod omnia facta sunt, ex quo nobis tanta bona pueniunt, se fecit p̄ nobis in carnatū, ut sibi essemus in hūanitate fratres, qui nequieueramus in deitate: ac etiā essemus in æterna beatitudine co-hæredes, qui facti sumus in hūanitate fratres. Proinde & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

¶ Hoc intendebat aquilinus Euāgelista disserere, ad hoc inuitare mortales ad imaginem dei factos, hoc suadere credēdum, scilicet pro nobis uerbum carnē factum. Ideo tam alre antē p̄notuit, edisserēs ut potuit, qm̄ erat, quomodo erat, & qui erat, quali æternitate cōstabat, qualis artifex esset, quod, quātum, quale opus effecerat, quid in ipso erat, & qd̄ in ipso erat, quid alijs erat, quid uerē p̄stabat, ubi erat in circūscripte, quod descendere dignatus erat, antē q̄ a summis, ineffabilibus, & incōprehensibilibus, ad huiusmodi & tam ima descēderet: asserens uerbum dei æternum, in tēpore carnē factum, non tñ in carnē mutatum, nec cum aliqua mixtiōe, seu cum cōfusione naturarū. Sed qm̄ caro factum? Annis solaribus ab origine mūdi quinq; millibus centum sexaginta septē. Vbi caro factum? In ciuitate Nazareth, in regione Iudæorū, in uirginali aula. Quibus actoribus, quibus uerē ministris? Patre mittente, sp̄s sancto supueniente, filio descendente, angelo nūnciante, Maria cōsentiēte: in cuius utero uirginalit̄ thalamo, uerbum increatum, uerbū æternum, uerbum apud patrē, uerbū in patre, uerbum de patrē, uerbū cum patrē, uerbum ineffabile, uerbum incōprehensibile, uerbum incircūscriptibile, caro factum est, ut habitaret in nobis.

Lucæ. 1.

Factum caro de carnē, factū in carne, factum inter carnem, factum infra carnem, factū præter carnem, factum contra carnem. Illo instanti factū, quo Maria uirgo angelo nūnciantē respondit: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum uerbum tuū: fiat in me uerbū increatum, penitus incarnatū secundum uerbū tuum, qd̄ insonuit auribus meis, ut uerbū dei æternum, carnem humanam assumeret in uisceribus meis. Ecce uerbū conceptum ad uerbū diuinum, ad angelicum, ac si angelo diceret: Fiat in me uerbum æternum, iuxta tuum uerbum prolātū.

Conuenerūt itaq; in unū in illo thalamo uirginali creator & creatura, factor & factura, deus & homo, redemptor & redemptus, captiuitas & redemptio, precū & emptum, amor & amatus, mors & uita, nobilitas & abiectio, diues & pauper, iudex iustus & iustus damnatus, liberans & liberandus. Mutata sunt naturæ iura: una est mater & uirgo, unus deus & homo, in unum conuenerūt æternū & temporale, antiquum & nouū. Substantia in tribus distincta personis: substantia spiritalis in tribus creata potentijs: substantia corporalis ex quatuor elementis unam efficere personam, sicut tres diuinæ personæ habēt unam substantiam. Inuisibili it̄q; ineffabiliter, incognoscibiliter, incomprehensibiliter ista incarnatio celebrata est: supra naturam, supra usum, supra scientiam angelicam & humanā atq; satanicā, supra ordinē, supra modū oīm explicabiliū, ratiōe, lingua, scriptura. Credi potest, q̄ uerbū caro factū est, & q̄ pro nobis incarnatū est: quōd later oēm intelligentiam, lateat etiam illius theotoco n̄ thalamo mitauit. Ecce ad tēpore æternū cōiunctum, inseparabili unione unitū, ut ad æternitatē tēporalitatē transferat. Vita quæ semp erat, mortalitati se contraxit: non ut maneret mortalis, sed ut ad uitam omnino immortalem esset accessus ab hominibus necessariū morituris. Induta nostræ cōfusione miseræ beata misericordia dei, ut ab ipsa liberati, æterna beatitudine potiremur. Nobilior tñ facta est humana natura in eo, q̄ a uerbo æterno assumpta, q̄ beatificata erit, q̄ in uno nobilitas, in altero se licitas attendat. Magnū autē theologus magis studuit insigere mentibus hoīm nobilitatē, q̄ ipsam felicitatē, cū ad Hebræos ait: Nusquam angelos apprehendit, sed semē Abraham. Et alibi: Factus est ex semine David secundū carnē, quam angeli sic uenerant in superis, ut amodo cōseruos dicat homines, qui morantē in terris, cū non acceperunt Iohānis ruentē, qm̄ unus angelus dixit: Vide ne feceris: conseruus em̄ tuus sum & frater tuorū. Attendant homines mortales, q̄ altē humana natura sublimata est in assumente uerbo, ut etiā suppressa sit angelicam dignitatē, & potēstatē diuinæ filiatōis acceperit, ut in filiū paup, ignobilis &

mixtauit

Heb. 2.

Roma. 1.

Apoc. 16. & 22.

extraneus sit prouectus. Dignissima qdem facta humana natura, nō tñ uilefacta diuina. Ineffabilis ista dilectio, quæ unionem fecit. Etem propriū amoris, unionem facere atq; intrinsecationem. Appetit enim amans intrinsecationem cū amato, & participiū sui ipsius inferre. Amator æternus & oīm hominū deus, diuine amat oīm quod sui amoris suscepibile fecit. Quod ideo creauit non existens, & tale, ut ipse posset in eius participiū deuenire, q̄ solum ab æterno ad seipsum existens, fecit aliquid extra se, ad quod posset participatiuē existere, consi-gnans illud imagine atq; similitudine sua, ut cum unum fecisset amatū, separatum atq; ex duobus cōstare uoluisset: utrunq; tñ ab eo fecit ad quod factū erat, unum in parte, atq; in toto, se ab alta dignitate deiecit. Ad cadentes separatas substantias, non est equaliter porrecta diuina liberans manus, eo demerito quo semetipsæ nullo suggerente exciderūt. Ad totum deperditum in p̄toplasto diuina manus, ineffabili misericordiae modo liberatura puenit, assumens illud indiuisibili & inseparabili unione, ut una p̄sona, assumēs & assumptum, diceret & ceteris: & exulas a rege & a regno, non solum in regnū haberet regredi libertatē, sed una ueste, una sede, una potēstate cum rege fruere. Et q̄ iudicandus erat, indulto dato atq; suscepto, factus est iudiciariæ potēstatis, ut homines filius hominis iudicaret. Equidem etiā filius dei dictus est, factusq; filius hoīs nō tradit carnis, sed ex carne traducta; sed & sanctificata in utero, & iteq; sanctificata post uterū, carne tegebat similibus peccatrici, nil gerente de damnata ppagine, oīs membrorū lineatio ilico facta est, q̄ uis corporis mole natus, p̄cessu naturæ creuisset. Anima creata nouiter, & cū crearetur, infusa simul & unita uerbo, ut nulla interpositio aut mora temporis affuerit, sed eodem instanti, eodem momento, eademq; subitaneitate, unio triplex extiterit cum animæ creatione, uidelicet deitatis ad animā, & carnis ad animam, & deitatis ad carnē, ut neutrum pcederet in aliquo atq; nec ipsa creatio animæ de nouo pcederet infusionem in corpore, nec unionem deitatis: quanq; iure creationis, alterius naturæ non fuerit anima Christi, q̄ rationales animæ cæterorū. Sed & plurimū, ex quibus aliquem noui mihi sic asserenti declamatoriē ad populū, eodem actu publicē aduersantē, q̄ ex natura anima Christi, animas cæteras p̄ oīa excedebat. * Si hi quot & quot sunt, cū ex fide teneant creationē animæ Christi non pcedere unionē ad uerbū & infusionē in carne seu unionem, labunt in quendā impietatis errorē, ut uelint Christi animā etiam ex natura sup cæteras atpollere, non discernentes quid anima illa Christi nobilitatis habuit ex natura cum cæteris, & quid ex unione ad uerbū magnificen

*Sed

riæ singularis. Iteq; videtur deuium, quod gra-
diuntur: quoniam sicut non accepit nobiliorē ex na-
tura cōdita carnem, quanquam sanctificata à cor-
ruptela contracta: sic nec alterius naturę aiam,
cum uoluerit per omnia assimilari fratribus su-
is, duntaxat excepto peccato. Quod si aliter ef-
fer, similis non fuisset. Nec animā aut corpus
de celo aut aliunde attulit, nec carnem creauit
de nouo, sed assumpsit ex antiq;. Nec animā in
natura uoluit habere dissimile, sed eiusdē q̄li-
tatis & æqualitatis assumpsit, sicut primā cre-
auit ad suā similitudinem & imaginem. Ac p̄
hoc prout erat humana natura in duobus cō-
stituta, in anima & corpore absq; contagione
contracta, sic à uerbo assumpta est: non in aliq;
depressa, seu in aliquo sublimata, præter q̄ p̄
assumptionem, cum qua erat cum diabolo cer-
taturus: cui fecisset iniuriā, aut decipulā para-
uisset, si potentia, non iustitia, certare cum illo
uoluisset: si ei obiecisset alterius aut nobilioris
naturę formā, nisi quā decepit. Iure Christus
certare uoluit, nō potestate. Alioquin nec ex-
pediebat ad pugnā naturā humanā assumere,
cum sola uoluntate humanam genus à diabo-
lo eripere potuisset, absq; q̄ incarnaret, q̄ na-
sceret, q̄ tot & talia p̄tereret, & q̄ sic turpit ne-
caret. Arcere uoluntate sua poterat om̄em sata-
nicā potestatem. Qui etiā retundendus erat in
superbia sua, cum insurgeret aduersus hoīem,
q̄ tam uilis ex corpore, tam in anima uariabi-
lis. Ad cuius confusioem, & hominis exalta-
tionē, humana natura ut cōdita fuit, sic assum-
pta est, non aucta excellentius ex creationis ini-
tijs, ut nō amplius insurgat diabolus aduersus
infirmatē nostrā, cum uerbo cognoscit as-
sumptā, nō aliunde nobilitatā atq; susceptā.
Non enim (ut supra diximus) de celo eduxit,
sed in utero uirginali corpus hūanę carnis ac-
cepit: nec illā animā portauit de celo, sed si-
milē & eodē instāti nouiter creatā simul cū car-
ne sibi uniuert in utero: nil amplius habentē ex
naturā nobilitate ab animabus cæteris, q̄ uis
illico plus habuit ex gratia unionis. Sed in hoc
intellectus humanus obruit, ut æqualitatē na-
turę om̄ animarū & increatę non uideat, sed
aliquā differentia ponat, cum tam fuit celerri-
ma, subita & instāanea unio trium substantia-
rum antiqui & noui, ut ex tempore nulla rati-
one ab unione ipsa creatio animarū discernat.

¶ De natiuitate domini saluatoris, secun-
dum Lucam. Cap. III.

Inclusa deitas in utero uirginali, non circum-
scripta, quin alibi tota: nec in compositione,
sed in unione: non in depressione, sed in assum-
ptione: non q̄ natura naturā assumpsit, neque
persona personā, sed persona naturā, in qua cre-
datē facta unio naturarū. Expectabat cōmune
tempus concessum conceptis ex femine: quo
perfecto, ex aula illa uirginali procederet, p̄ce-

retę publici, ne illa persona ex assumente &
assumpto iā facta, infra matrem uiscera pam-
plius lacitaret, finis apponendus erat, propter
quem uerbū caro factum erat. Nasci uolēs na-
turali ordine, detulit quem in tēpore & modo
nascendi retinuit: illud ad nobilitatem naturę
atq; totius mysterij addens, q̄ claustra uirginalia
inuolata nascenti seruauit. Iam decurren-
tibus nouē mensibus ab incarnationis seu con-
ceptionis hora q̄ nasceret, multa huic natiui-
tati conuenientia & decetia insimul conuene-
runt, in designatione facti, atq; in commendati-
one mysterij. Ne autē extra ueritatē euangeliz-
cā euagari uideamur, prætermissis historijs ali-
unde compositis, etiā ueris, solū quod est irre-
probabile, intexamus. Nam eo tēpore, q̄ Chri-
stus mundo secūdū q̄d uerbū caro factū erat,
nasci uoluit: Exijt edictum à Cæsare Augu-
sto, ut describeretur uniuersus orbis.

¶ In unam monarchiā mundus deuenit,
si unius monarchę p̄cepto, uniuersus describi
poterat. Et pacatum tenebat orbem terrarū,
qui om̄ hoīm, quot essent, q̄rebat habere noti-
tiā. De superbia p̄cessit Cæsaris, scilicet Octa-
uiāni Romani imperatoris, qui frena orbis te-
nens, scire studuit q̄t hoīes suo imperio subde-
bantur, qui ad rempū. iustitia pacēq; ubique
seruandam, in uniuerso quadraginta quatuor
statuit militū legiones. Bonus hic erat ad regi-
men orbis, sed descriptio de animo elato p̄-
cessit. Non tñ legimus temporalit̄ punitū hūc
imperatorē idololatrā & paganū, sicut Dauid,
q̄ simile facere in suo regno p̄sumpsit, in quem
deus potestate data & accepta uindicā de-
scendit. Quē deus pater omnipotēs, apud quē sunt
oīa iura regnorū, hoc ad mysterij filij sui, quem
pro nobis incarnari mādauit & nasci, dignita-
tem, & futuro p̄sagium fieri, puidentia sum-
ma permisit. Siquidē hic futurus erat monar-
cha in assumpta hūanitate, unus imperaturus
om̄ibus, unus non solū mortalibus, sed etiā su-
pernis substantijs. Nam in assumpto cūctis spi-
ritibus præest. Et hic est de q̄ iam meritō p̄-
phetatū erat: Erit unus rex omnibus imperās.
Et alibi: Et congregabunt nē filij Iuda & filij Isra-
el pariter, & ponent sibi caput unum. Filij Iu-
da & Israel, p̄ allegoriā ad ecclesiā catholicam
pertinent. Et ite: In die illo erit dñs unus, &
erit nomē eius unū. Itaq; sub uno tēporali mo-
narcha temporalit̄ regnāte, unus æternus mo-
narcha mūdo nasci dignatus est, æternē, iustē,
ubiq; in celo & in terra, angelis & hominibus
dominās: non ad suā, sed ad subiectōrū dunca-
zar utilitatē edicta p̄ponēs, ut ex eo cognosca-
tur p̄fectissimus & summus per oīa & sup oīa
dñs: nō q̄ seruo, sed quia ipso p̄nitentis indiget
seruus. Qui non indiget inuestigatione aut de-
scriptiōe ministrorū, calculādo scire subiectos:
quā angelorū & hoīm, bonorū atq; malorum

psal. 146

Sap. 11.

Luc. 10.

Apoc. 1.

1. Cor. 5.

Gal. 4.

Leze. 57.

Osee. 1.

Zachi. 14.

sibi soli est cognitus certus numerus. Qui etiā
nouit multitudinē stellarū, & omnibus eis no-
muit uocat. Nec ignorat numerū capillorū &
foliorū, arborū & animalium atq; ferarum, &
arenā maris ipse dinumerat. Et omnia prout fe-
cit, sic & mēte gerit in numero, pōdere & men-
sura: & qui filiorū nomina scripserat iam in cæ-
lis, iuxta quod dixit: Gaudete & exultate, quoniam
nomina uestra scripta sunt in cælis. Et non so-
lum Christus in eo q̄ sit sup omēs futurus erat,
in populo Iudæorū p̄figuratus & prophetatus
erat, sed etiā de ipso in populo gentilium pro-
phetia atq; p̄sagia sunt inuenta. Ecce sub uno
Augusto Cæsare orbem describi iubente, qui
bello, armis, tyrāni de acquisiuit imperiū: mū-
do secūdū carnem nascit̄ dei filius, qui auxit
uiuere hūc inferiorem orbem, beatitudini
bus uerō incomprehensibilibus atq; ineffabili-
bus superiorem excellentissimē decorauit. Cæ-
sar unus magnus, mūdo nouus, qui per suam
excellentiā ab omnibus segregatus & cæsus,
& commilitones suos ab omnibus uisibilibus
uoluit esse cæsos, & per abdicatū amorem se-
gregari mādauit, ceu pulchra cæsaris compus
apostolorū, discipulorū, atq; cūctōrū fidelium:
quoniam caput eius & capilli erāt cādi di, tanq̄ lana
alba & tanq̄ nix: quibus & sponsa eius hunc im-
peratorem sponsum suū aliter circa eū affecta
denunciet, dicens: Caput eius aurum optimū,
coma eius sicut elata palma, nigre quasi cor-
uus. Quod cū cætera dicta conueniāt, tñ inter
albedinem & nigredinem distare uidei: sed in
mysterio congruit, eo quod albo ad mūditi-
am & puritatem, nigredo ad poenitentia &
ad miserā nostri incolatus pertineat. Qui an-
teq; in orbe in carne fieret, ipsum fecit: quia mun-
dus per ipsum factus est. Ipsumq; describit, quia
cūctis cognoscit. Nec tyrāni de uitur, aut q̄ mo-
dolibet usurpato dominio, sed eum pater hæ-
redem constituit uniuersorū, per quem fecit &
secula: qui cum sit filius, & hæres per deum.

¶ Descriptio orbis, locus natiuitatis, egressus
de utero uirginali. Cap. IIII.

Hæc descriptio prima facta est à p̄s-
de Syria Cyrino.

¶ Hic præses in provincia Syriæ à Cæsare
& à senatu urbis constitutus erat: tunc ille de-
nuo edictū descriptionis accipiēs, non autori-
tate sua, sed autoritate imperatorie maiestatis
agebat. In qua descriptione hæc summa regre-
bat, ut numerus oīm hoīm haberet, & impera-
tori Augusto & senatu Romano notus esset,
ad ostentandū uel ostendendū quāta gloria, &
quanta humana laude Romanus populus at-
tollendus esset, qui propria libertate sibi oīm
orbem subiecerat. Feri q̄ tunc in orbe Roma
nonagies tricentis millia hominū & octogin-
ta milia amplius, exceptis senibus ineptis ad

militiā, & mulieribus & paruulis, in ætate ar-
migeram reperta sunt. Sed ut descriptio hæc
seriosus fieret, ibant omnes ut profiterentur
tur, singuli in ciuitatem suam.

¶ Ioseph autē sponus Marię uirginis, ex p̄-
cepto & reuelatione angeli, amoto timore at-
que suspitione de conceptione uirginis, dūta-
xat eā in domū suā, nō intuitu consummandi
matrimonij p̄ carnalē copulā, cū nec agnoue-
rit eā, sed ad conueniendū, habitandū & cōui-
uendū, & ad custodiendū eam. Qui cum esset
Nazareth, uolens parēre decreto Cæsaris, qui
uniuersum premebat orbem: ex cuius etiā or-
dinatione atq; Romani senatus, p̄ familia &
tribus seu genealogias siebat descriptio: quā-
obrem eos qui erant in alijs ciuitatibus, oport-
tebat ad illam ciuitatem tempore huius descri-
ptionis cum censu redire, in qua ex antiquo
sua genealogia per amplius seruabat. Proinde
ascendit & Ioseph à Galilæa de ciuitate
Nazareth, in Iudæam ciuitatē Dauid, quæ
& familia Dauid, ut profiteretur cum Ma-
ria desponsata sibi uxore, prægnante.

Non liberant à decretis & ab exactioibus
imperatoris seculi, parentes dñi saluatoris: nec
à deo, nec ab hominibus eximunt ob aliquod
insigne uirtutis. Nec adhuc tēpus aduenit,
ut per hanc exceptionē mysteriū hoc diuinum
& occultū claresceret, cum Christus iam perfe-
ctus factus ætatis, in multis miraculis clarus, uo-
luit exactoribus Cæsaris per Petrū dari tribu-
tum ad scandalū de uincendū. Voluit om̄ino
Christus ab ipso natiuitatis suę exordio subia-
cere legibus tanq̄ homo, ne uideret rempub-
licam conturbare uoluisset, qui uenerat ad melius re-
parare corruptū, infinuans q̄ iustē regnū gra-
tum haberet, & oīs sibi sanctio est accepta, q̄ in
pace atq; in iustitia rempū. seruat. Nec aduer-
sari debet potestati: quæ regenti quicūq; mor-
tales, cum ei subiacere uoluerit in humilitate
deus. Et om̄is potestas à dño deo est: & qui po-
restati resistit, diuinę ordinationi resistit. Igit̄
ascendit Ioseph à Nazareth, ubi cōceptio cele-
brata ē, & incarnatio uerbi dei, & uenit Beth-
leem ciuitatem Dauid, ubi erat celebrāda na-
tiuitas. Præ sagiūt mysterium, atq; conueniūt
Christi futuris actiōibus istę duę ciuitates, Na-
zareth & Bethleem, si ipsarū significationes &
prouincias, ubi sitæ sunt, in exquisitā specula-
tionē deueniant, ut nec alibi concipi, nec alibi
nasci debuerit q̄ ut est. Erat autē homo de fa-
milia Dauid & de tribu Iuda, ex qua secūdum
carnem Christi est facta tractatio, secūdū re-
promissionē quā fecit: De fructu uentris tui po-
nam sup sedem tuā, ut domus ad progeniē, fa-
milia ad familiaritatē morū & uitę referatur.
Profectus ascenderat iuxta edictū Cæsareum,

Matt. 17.

Roma. 13.

psal. 131.

descripta progenie, descripto nomine, descriptum pra civitate, datoq; censu: praegnans tñ Maria erat, vicinaq; parui, cuius Ioseph sic sollicitam gerebat custodiam, ut postq; illum iussu angeli in contuberniũ duxerit, nec eam dimiserit, dum cens illa fecit sibi depositam, non cognitam. Quæ improvisa uenit, de tempore partus non cogitans, diuinæ directioni & gubernationi oia derelinquens: cum diuina operatione, non humana, concepisset: nihil secit deferens, quæ edita proles in cultu educationis inquirat. Similiter & sponsus Ioseph improvidè uenit: nō em ascendens Bethleem, ut pareret ibi, Mariam secum duxit, sed ut prosteretur, ascendit: diuinè quidem factū est ut illum duceret, & ut ibi nescia tēporis, uicina partui peperisset. Vnde factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret: & peperit filium suum primogenitum.

¶ Venerant Ioseph & Maria Bethleem, nec infra ciuitatem fuerat hospitium, ob multitudinem eorū qui aduenerat, sed in quodam epidochium seu diuersorium extra ipsam, in quo pauperes diuertebat. Vigeat quidem hos sic hospitari paupertas, magis autē diuina dispositio sic agebat, ppter mysteriū & plagiū futurorū. In quo tempore, in quo loco impleti sunt dies uirginē partus, ignorati tñ a custo de uirginitatis & ab ipsa uirgine paritura, soli deo cognitū. ¶ Et peperit filiū suū primogenitū. Signata locutio a spū sancto edita: peperit filiū suū, s. uirginis parentis, non Ioseph putatiui patris, ut duosq; parentū traduce carnis non sic filius, sed unius: quanq; æterni patris ab æterno filius sit æternus. Primogenitū, non ordine posteriori, ut haberet sequentē quē nunq; habuit, sed ordine anteriori, quem nullus ex utero uirginali nascendo præcessit. Peperit uirgo uirginitate consortio, imò foramina deū ineffabili modo. Nam ille deus, qui uirginis uterū ingressus est, non satus: egressus est sua uirtute, sua potestate, nō humana lege, supraq; oēm humanam comprehensionē eius celebratus est partus: non natus potestate parentis, non naturæ impetu, quo decursis nouē mensibus foetū ut ex utero natura depellit, ubi doloribus angit pariens, cristiciatq; tenet, cū illum uenit in horam, ut maioribus confodiat poenarū aculeis cum parit, q̄ fuerit refecta delectationibus cū concepit. Nec uiolentia ille partus emissus est, ut lege naturæ nō se potuerit amplius intra materna uiscera continere, si uoluisset: qui naturam omnibus rebus inditam uoluntate sua in omnibus superabat, & potuisset uirginē claustrū incolere per multa tempora nō turbatū. Qui quous in illo carnem assumeret, nō destitit esse quod ab æterno erat, qui uoluntate, nō necessitate oia fecit: hæc q; faciebat, q̄ sic pro mortalibus nasce-

ret: factusq; absq; peccato mortalis, nō ut semper esset mortalis, sed ut mortales ad uitam ueheret ex mortuis, ut & mortalis competere morte multatis atq; multatis, & natus mundo & in mūdo conditor eius. Nec duarū personarū est celebrata natiuitas, sed unius, quous durū naturarū ex utero uirginali sic celebratus egressus, quous unius tñ in cōcipiendo in eundem uterū sic factus ingressus. Nō enim humana natura in illū uterū est ingressa p semē, sicut ptoplasto traducta propagat, nec alia lege immisionis exterioris Christus ut homo est factus in uirgine, sed ex ipsa uirtute spiritus sancti caro ministrata est. Natura uero diuina in assumptōe uerbo suo, ineffabili modo distaxat in uterū uirginalem, humilem fecit ingressum: extriū substantiarū unione + pfecto expectato tempore, in communi naturæ ordine deus & homo per uirginē portam nasci dignatus est: inde incipiens esse docibilis, quo coepit esse uiribilis: natus inter omnia, natiuitatem omnibus certis legibus ordinans, & ordine nouo natus, humanum genus ad nouam nationem pstruxit. Et clarè factum est, quod olim fertum erat in humana natura & post peccatum, ut in illa mūdo uisibilis dei filius appareret, & in eadem plagata carne superinducta sanctificatiōe, demum medicina reperta est. Excedit ingenij humani similiter & cloquij facultatem, q̄ non factus in uirgine, sed ea lege quā nō factus nec natus agnoscat, sed diuina uirtute fieri credit ome quod agitur. Taciturnitate potius opus esset, q̄ disertitiōe uerborū, ubi a grādi materia intellectus humanus obruit, etiam & angelicus superatur. Quid enim est quod fari gestit homo mortalis, nisi q̄ in tēpore uenit æternitas, immensitas in mensuram, creator in creaturam, infigurabilis in figuram, inenarrabilis in sermonem, in explicabilis in linguam, incircūscriptibilis in locum, inuisibilis in uisionem, inaudibilis in sonum, inolfactibilis in odoratum, ingustabilis in cibū, impalpabilis in tactum, dñs in seruitutem, imperator in uile obsequiū, libertas in mancipium, liberator in precium, expeditus in cōpedes, sanitas in ægritudinem, satietas in famem, fons in sitim, continens in cōtentum, artifex in gredere officium suum, longiuidio in breuitatē, latitudo in angustum, sublimitas in inimum, nobilitas in ignobilitatē, gloria in confusionem: ut ista simul in isto ineffabiliter naio consisterent, nec unum opprimeretur ex altero, nec alter ex reliquo pelleretur, donec humanæ redēptionis consummato mysterio, omni poenali deposito, in carne duntaxat gloriosus resurgeret, caelosq; penetraret. Quid est quod credendum, nisi quia eo malo se dei filius induit, quo nos exuere nitebatur, excepto peccato: a quo etiam nos extens, non assumpsit. Et prærogauit magnum in significatione

*perfecta

incolē

minibus. Factus est homo, ut homines deos faceret: non natura, sed gratia: beatitudine, non substantia: qui caro factus in utero, in hanc lucem ex illo processit, ipse lux incomprehensibilis creatorq; lucis. Et in assumptis minoratus a creatoris suis atq; suppositis, illis in aliquibus æquatus, in utroque assumptorum minor factus ab angelis, iuxta illam Dauidicam sententiam: Minuisti eum paulo minus ab angelis. In altero uero elementatus ex elementis, editus sub cælo, sub stellis atque planetis, qui omnia ex nihilo in esse pduxit, ut illo per assumptum imponeret unde uenit, & ex illo suscitaret quo ipse descendit: Suscitās de terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Et non solum esset assumptum, ut una esset persona, sed singulos uerè credituros sibi similes in assumpta natura. Aequatus equidē apparuit, quonia se ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuētus ut homo. In cuius natiuitatis hora, digna fari apparuerunt, ut pariens obtegeretur a nube, nec ulli cognita, neq; uisa dum pareret, nullo prægrauata dolore, nec fatigata poenis, aut in aliquo imbecillissis: sicut parentis, sic & obstericis sola gessit officium, nullis sociata complicibus, nullis sulca pedilegus, ut pio errore multi autumauerunt. Sic Bethleem uenit, sic stetit, sic peperit, sic omibus priuata copijs, sicut pauper mulier pauperis carpentarij uxor in colē se habēs, & in epidochio incognitē cōstituta. Quæ ilico surgens, editum partum antequam tangeret, adorauit primò prima, in profundam humilitatis abyssū, genu flexo, procliuo corpore super terram: deinde lætabūda pariter & tremebunda, suspensio in admiratione animo, cepit in manibus prolem, suscepit ad genua, peregit non dum expera omne obsequiū noui partus. Sed hoc omnem animum fidelem in abyssum tantæ humilitatis considerando demergit, ut nil esset præparatum ad tanti regis exortū. Et cōparatio aliorum nascentium in tanta cura parentum & assistentium, & eorū quæ requiruntur ad proles procerum primò suscipiēdas ex utero matrum, plus ostendit quanta fuerit carentia omnium in ortu saluatoris. Quoniam & nascendo monstrauit mundi contemptū, cum inops, egenus & pauper ingreditur, cunctosq; creator existens. Baiular sola solum, & monas monadem portat. Fertur a puella puer, deus a formina, creator a creatura. Lactatur ab hube re hubertas infinita, & a nescia prolis alendæ, ipsa summa sapientia gubernatur.

Psalm. 3.

Psalm. 112.

Phil. 2.

¶ Genealogia Christi textitur, secundū Mattheum & Lucam. Cap. V.

EX quibus autem iste primogenitus uirginis, unigenitus dei, secundum carnem originem traxerit, euangelistę declarat. Vnus bre-

uiori serie descendēdo, ab eo incipiens, qui primò repromissionem de ipso nascituro recepit: alter a puratiōe patre calculans, usq; ad deum patrem ascendendo peruenit, qui hunc unigenitum misit. Non autem ociose describitur genealogia saluatoris, ne crederetur aliunde natus, q̄ ex his patribus qui cultū unius deī nūc tenuerūt, & appellati sunt populus sanctus dei. Adhuc etiam nemò hæset, aut perperam iudicet, si aliqui peccatores & peccatrices in saluatoris generatione ponuntur, quoniam pro peccatoribus ipse carnē assumpserat. Nec peccatum originale ex traduce carnis protractū, ad eum in materna carne ^{sanctissima} ^{conuenit} ^{peruenit}. Cuius genealogiam sic Matthæus seruando describit:

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraam.

¶ Proposita locutio ē. Nā prior Abraam, posterior Dauid, sed Christo in genealogia uicinior. Et dum prædicaret Iesus, miraculose faceret, Dauid filius acclamatus est. Et Ioseph pater putatiuus eius, ut supra differitū est, erat de domo & familia Dauid. Et tempore Dauid erat distinctio tribuū iam facta ex filijs Iacob, quæ nō dum erat temporibus Abraæ. Quam obrem primò positus est Dauid tanquam insignior in genealogia, quia rex, quia de tribu Iuda, ex qua Christus carnis traduce descendit, quæ ad ipsum de Christo repromissio facta est. Et tamen in uita sua Christus eius filius dictus & proximior sibi, qui etiam Dauid filius multis interpositis fuit Abraæ. Proinde Matthæus Hebræus, scribens in Hebræo, sic cōtexuit. [Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.] scilicet longa traduce carnis, multis interpositis, [filij Abraam.] Hoc autem refertur ad Dauid, ut filius dicatur Abraæ, aut ad Christum, ut filius dicatur duorum propter repromissionem eis præcipue factam. Vterq; sensus cōgruit ueritati.

Abraam genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudam & fratres eius. Iudas autē genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autē genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat.

*nati
peruenit
peccato sicut matern
causam prægata
starebat sic autem*

Matth. 1.

Matth. 1.

autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioathan, Ioathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Iezechiam, Iezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigracione Babylonis, Et post transmigracionem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariae, De qua natus est Iesus qui uocatur Christus.

¶ Ecce à quibus patribus Christus est natus in carne. Perpicuum est, Christum ex iustis & ex peccatoribus traxisse carnis originem: non tamen ita iustis, ut non indigerent misericordia: nec tamen ita peccatoribus, quin conuerti possent per indulgentiam.

Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usque ad transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigracione Babylonis usque ad CHRISTVM, generatiões quatuordecim.

¶ Et omnes generationes ab Abraham usque ad Christum, generationes quadraginta duae erant.

Christi autem generatio sic erat, quod mater eius desponsata fuit Ioseph filio istius Iacob. Quae antequam cognita, nunquam tamen cognoscenda, à deo per nunciantem angelum praeventa est. Quae assensum praebens, ex spiritu sancto uirgo concepit, uirgo, decursis decem mensibus, filium dei in carne assumpta peperit. Et sic natus est tali genealogia, ut praetactum est. Et quoniam triplex est Christi natiuitas, Vna aeterna de patre aeterno omnino ineffabilis, Alia temporalis ex carne, qua natus est in terris, Tertia sacramentalis, qua natus est sacramentis: idcirco alius euangelista aliter, ascendendo usque ad deum, eius schema Christum contexit, id ratur, quoniam ex carne ipse processit ad nos. Ex natiuitate uero spiritus in elementis sacramentaliter edita, nos accessum celebramus ad deum. Hinc scriptum est ilico post baptismum uocemque paternam:

Luc. 3. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annos

rum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matathia, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hiesi, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathia, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, qui fuit Iobana, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salomon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudae, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraae, qui fuit Tharae, qui fuit Nachor, qui fuit Seruch, qui fuit Raugau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Chainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

¶ Quod natus Iesus, pannis à matre in uoluitur, & in praesepio reclinatur, secundum Lucam solum. Caput VI.



Signanter euangelista per spiritum sanctum expressit, quod uirgo mater alias mulieres in partu sibi obsecundantes non habuit, cum solum de ipsa singulariter dicat, quod pannis eum in uoluit, & reclinatur eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

¶ In uoluitur pannis omnia explicans explicatus, & fasciis stringitur Platonice infinitus, Et qui latas caeli plagas, elementorumque campos creans ampliavit, paruulis linteolis fasciatur. Pater uerbum explicat, & mater carnis in uoluit. Nudus ex terra prodijt homo primus, nudusque non pensus pudore manebat, quousque peccando ex rubore pallesceret. Et erubescens,

Gen. 3.

Perizomata sicut accepit, de inde de paradiso depulso, dominus deus tunicas pelliceas fecit. Equidem sed nec iste ob illam aut similem causam pannis operetibus nuditatem inuolutus est, sed ob defectum naturae sibi inculpabilem quem assumpsit, ut similis esset per omnia fratribus suis, & ad tegumentum damnosae ueracundiae, quam humanum genus incurrerat. Et uilitate pannorum tecta est illa superbia nobilitas, quam ex suggestione satanica desiderauit Adam. Et abstersae sunt nostrorum peccatorum faeces, necnon & condemnatae sunt pompae indumentorum ex fastu mortalium, cum rex aeternus, rex omnium seculorum, uilibus tegumentis inuoluitur, quae (ut pie creditur) nec praeparata erant praerogatione parentum, sed aut erant illi panniculi ex uelamentis uirginis, aut forte mutuatis. Ac pro hoc in utroque paupertas & uilitas innuitur, in eo quod sic in paupertate natus est, & uilitate operatus est. Initiauit caput ecclesiae Christus uiam nouam in his bonis quae mundus abhorret, & dilexit quae mundus odio habuit: exorsum faciens, natus, ab his ianuis, quas, magnus effectus, praedicaturus erat fuisse introitum ad regna caelorum. Cuius ab ea hora, qua mundo apparere uoluit, prius facere quam docere altissimam paupertatem, rerum omnium abdicacionem, ut ei non essent panni nisi uiles, non sua, sed aliena aedes, non amicorum, non consanguineorum, non conducti stabuli determinati hospitis, sed loci uagiatque communis, ut non crederetur natus alicui prius, sed communis omnibus factus, & totum diceretur esse diuinum, ubi nihil appareret humanum. Reclinatur in praesepio procer, ponitur in stabulo animalium irrationabilium rector, iacet in foeno factor eius, imò dominus eius foenum factus: quia omnis caro foenum. Reclinatur in praesepio filium uirgo mater, uere parienti nescia temporis. Etenim quis pauper, prout dicitur de domo, & de his quae ad huiusmodi ministeria requiruntur, si pascia extirpisset. Sed omnia sunt in contemptu carnis, in contemptu uisibilium rerum, in designatione nascentis, qualis & unde fit, in cuius ortu nihil mundiale refulget. Totum diuina dispositione agit, propellitur humana prouiso. Arguit omnia ista deum, non hominem purum, quantum uerum. Vilis uideatur introitus tanti regis in hac umbraticam uitam, ingrediturque per insolitam portam, quam natura non fecit aperitam, humana operatio semper tenuit clausam. Ingressus eius nullis humanis magnificentibus fulguribus est, clandestine inopinately factus, nemine dei filium in utero uirginali praetubincante, ut regibus seculi, quantum de proximo atque remoto praecesserint oracula & praeconia prophetarum. Sed nullus hanc uirginem suam ma-

Act. 1.

Mat. 4.0

trem in utero suo gestasse dei filium dum grauida ferebat, agnouit: sola ipsa quae gerebat, excepta, & matre praecursoris, & praecursore in utero exultante, qui clausus in utero similiter agnouit. Non de terris, sed de caelis declaratus est, quoniam ipse solus de caelo caelestis. Omnia uilia, omnia poenalia, omnia humilia pro nobis assumpta & tolerata sunt, ut in ipso, & per ipsum, & ex ipso essent cuncta nobis meliori conditione donanda. Et quanto magis fuerunt humana & mundana & secularia cuncta remota, tanto praestantius diuina credenda sunt astitisse. Praerogata est spes diuini amphitheatri ad diuinitatem spectandam, cum ipsa se permisit in praesepio reclinari, ubi aeterni patuli sub pollicitatione annonam accepimus, non quia iumentorum foenum, sed pro hominibus positus & inuentus est Christus. Infans iacebat, sed uagians, ut infans peccatum primi hominis dialogice locutionis excluderet, & uagitus eius nos à miseris planctibus liberaret. Non erat ei alius in diuersorio locus, ubi praeterquam in praesepio poneretur. In angustum uenerat, qui latitudines caelorum & uasta terrarum fecit. Et uenerat lucrari pro hominibus locum, & ascensus erat in caelum, ut electis suis pararet optimum locum. Et nunc mirum non est locus in diuersorio, non capit deum regio nostra, nec ei in mundo locus aptus ad manendum. Et quem caeli & terra non capiunt, in praesepio reclinatur, igitur locus erat ei praesepium. Corpus eius assumptum, locabile quidem, & locum exigebat ad situm. Quomodo ergo locus, & non locus: Non erat ei praesepium mundi alius commodior in diuersorio, ubi multi diuiterant. Terrena quidem spatia numerofitate consortum angustantur, & aptiora saepe praecoccupantur à potioribus: uilia uero sunt relicta pauperibus, & ipse paupertates seruaturus & praedicaturus aduenerat. Altiori sensu exactum uerbum, aliud intelligibile praestat. Non erat ei locus in diuersorio, quia incircumscriptibilis deus est, sed reclinatur in praesepio puer homo. Non erat ei locus in diuersorio aptior sibi in designatione futurarum actionum eius, locus praesepij uero magis. Nam comestibilis pannis in comestione futurus, nec ubi locat aptius quam in mensa famelicis antepositus, ut accipiat & comedant, esuriemque depellant. Coniciebat homines sua uia fames, qui ratione defessa uelut bruta animalia facti erant, quae ad praesepia ut annonam capiant, saepe ligantur, ante quos puer Iesus comestibilis in fide, cuius caro uere est cibus, cuius sanguis uere est potus, in praesepio reclinatus est. Non defuit deo locus, cuius est omnis locus, quantum uisquam locetur in loco. Non defuisset puero locus, sed locus non erat ei in diuersorio, quoniam futuris mysteri-

1. Cor. 15

loh. 6.

is in præsepio locus aptior sibi erat. Nihil quidem præter causam multam & manifestam ab ipso & per ipsum & in ipso dei filio humanato factum esse credatur, ut eorum gesta per quæ apparuerunt abiecta, causa penitus abiecta non fuit.

¶ *De uigilia pastorum & euangelizatione, eorumque hymno in natiuitate Iesu, secundum Lucam solium. Cap. VII.*

Vigilant pastores bono nascituro pastori, qui de seipso protulit cum esset adulescens; **Ioh. 10.** Ego sum pastor bonus. Pastores animalium, pastori angelorum & animarum excubias celebrant. Custodi hominum ipsi nascenti, cum sint ouium custodes, uices nocturnas agunt. Et ad insinuandum quis est iste qui nascitur, ad demonstrandum præfagij in ipsa natiuitate saluatoris, quid in ipsa ecclesia sit futurum in studio acquirendæ salutis. Nam introducendus erat alius pastoratus ordo, & alia inuisibilis spiritalis ordinanda pastura in huberrimis montibus diuinorum sacramentorum atque uirtutum, ut in ratione fidei omni cõsummato mysterio pastorali, pastores boni & greges sub æterno pastore in montibus æternæ gloriæ pascerentur. Hinc est quod dicitur:

Luce. 2. Et pastores erant in eadem regione, uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum.

¶ Actio consona ueritati, & humanum officium diuinis alludens, quod pastores in qua Christus natus est regione uigilarent, non ob aliud noctis uigilias transigentes, nisi ut custodirent ex mercede commissum aut proprium gregem, ne oberrarent oues, ne lupus raperet atque dispergeret, ut quod langueret aut hebet, confoueretur, ut in caulis seruarentur, ut debita hora prouideretur de pastu. Ad hoc uigilia, ad hoc custodia figitur supra gregem. Eadem imagine rationalis pastor super rationabili grege inuigilat atque firmat custodiam, & à custodia & uigilia super irrationabilia typus trahitur, quo rationabiles atque fideles oues à pastoribus gubernentur. Non uigilabant hi pastores super noua natiuitate reuelata, nec diuina humane, aut humana diuine declarari cogitabant. Non alta sapientes, non tunc propheti as impleri de dei filio expectabant, sed uiuebant in simplicitate cordis, in puritate legis, agerent sollicitè officium curæ pastoralis: qui sic in lege uixerunt, ut primi Christi notitiam, exceptis parente & Ioseph, in terris habuere meruerint: ut quia boni erant bonitate uirtutis & circumfisionis & obseruationis legalis, mererentur Christum habere innotitiam cum cæteris bonis. Quia pastores, in designatione mysterij singulariter de dei uerbo reuelatum est illis. Hoc enim præcipue bonum habuit Mosai

cæ legis obseruantia, simplex atque possibilis, ut futuri Christi in fide notitia obseruatoribus præstaretur, & demonstraretur ecclesia in ortu capitis, qualiter esset in bene mēbris dispositis usque ad finem seculi regnatura. Simplex deus in carne natus, non cum carne compositus, mente simplicibus primò innotescere uoluit: quoniam cum simplicibus sermocinatio eius, & non multiplicatus intellectus, fidei subditur citius atque facilius. Nec dei filium mundo deicit primò prædicari per aliquos sapientes siue potentes, sed per plebeios atque pastores, ne humanis actionibus diuina inuoluisse crederentur. Inculca est corpore atque agrestis uita pastoribus, & inculcatus natus, se notum fecit inculcatis, astruens, quibus expedit prædicatio & reuelatio diuinorum. Hinc: Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos.

¶ Aduenit angelus domini emissus cælitus ad terras humani incolatus, ad ima de superis, ad homines ex diuinis, angelus ex officio nunciandi domini, ne Luciferiana potestate mitri crederetur. Sed cum omnes spiritus rationabiles, seu separata substantiæ permanētes & apostatici, dei sint, & ipsius potestati subdantur, quid est quod de isto præcipue dicitur, angelus domini? Nihil profecto aliud dixerim, nisi quod ille Gabriel qui nunciavit percursorem, qui missus est ad uirginem dei matrem, huius miræ natiuitatis nunciare conceptionem atque natiuitatē, ipse sit qui nunc ad denunciandum prædictorum effectum & saluatorem omnium natum, iuxta ipsos pastores assistit. Aut dicitur domini uelut nunciatus, qui solum dominica uenerat nunciare. [Et claritas dei circumfulsit illos.] Depellitur & tacetur claritas creati solis, cuius lumen est in potestate diei, non noctis: sed solus deus hanc noctem sicut diem illuminat, cuius claritas perstrinxit ex omni parte pastores, in corpore similiter & in corde irradians, ut non parumper factum, quod tam insolitum uidebatur: nec crederetur fuisse ociosum, quod tanto declarabatur lumine claritatis. Lumen manifestatur ex lumine, & aluce clara noctis tenebræ depellunt, & filij dei & hominis noua natiuitas ex noua claritate noctis innotuit: quoniam mundus innotuēdus erat doctrinis, sacramentis atque decretis tanti & magni regis, in clara facta nocte nascentis, & pellendæ tenebræ idololatriæ cunctarumque prauitatis à corde credentium erant, per eum qui uera lux est, illuminans omnem hominem, in hunc mundum utique uenientem, quæ cum sit increata, nata mundo, à creata luce deponitur, propter insolitam nouitatem sua collustratione insolitos uidere deterrente pastores.

Et timuerunt timore magno.

¶ Magnus timor ex magno, paruos hos pastores inuasit: obstupescit humana, cum diuina clarescunt: & paruus hominis animus superat à magnis, & aspiciens inferiora ex subita actione magna pauescunt. Sed cito auellit timor, quod dispensari uel ad aliquid magni insinuandum immittitur, præsertim cum à substantijs & superius actionibus uenit. Diuina prouidentia præcunt sæpe tristitia, ut gaudiosa sequantur. Propterea sequitur:

Et dixit illis angelus: Nolite timere.

¶ Siue ex assistentia cælici seu angelici spiritus in aliqua uisibili assumpta forma stantis iuxta illos, siue ex claritate circumfulgentē ipsos timor obuenit, ab angelo loquente remouet, subijciente causam lætitiæ non querulæ, cum ait:

Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator mundi, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid.

¶ Gaudium humana natura in ipsa creatura accepit, cum ad dei similitudinē & ad imaginem facta est. Et ad usum corporei in Eden tenuit mansionem, omnibus fulta bonis, oem creaturam excedens præter substantiam separatè creatā, posita in illa felicitate paradisi, ubi nil erat aduersum, sub pollicitatione melioris, si mansisset in illis. Sed statim luit pro uoluntaria culpa supplicium, & uersum est in luctum gaudium eius. Nunc in gaudium redit ipsa corrupta & immulata natura in natiuitate saluatoris, quod euangelizat præco ille cælestis, asserens magnum ad propellendum magnum pastorum illorum timorem. Magnum ex magnitudine infinita nascentis, ex integritate parietis, magnum pro uirtute, magnum pro nouitate, magnum pro omni salute, magnum pro æterna beatitudine, magnum pro incomprehensibilitate. Declarat angelus unde magnum, quia natus est uobis hodie saluator. Pastoribus reuerentis & timidis ex uisus insolitis quasi singularibus commune bonum angelus euangelizat eis, pro eis edisserens natiuitatem dñi saluatoris. Ecce gaudium dicitur, unde causet, quia saluator natus est nobis. Nulla gaudij materia potior, quæ de magna periclitatione saluatio. Etiam ex hoc magnum, quia magna & certa damnatio, magnam ex magno liberationem accepit. Quam natiuitatē eiusque causam lætitiæ pastoribus factam angelus aperit, non quod duntaxat natus sit ipse pastoribus, eorum sit de natiuitate dñi omne gaudij, cum ipse non assumpserit incarnando personam, sed et in comune naturam humanam, & Isaac uaticiniū pro omnibus intelligit: Paruuulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Sed quia ipsi uelut primitiæ nascentis ecclesiæ, mysteriū hoc à seculo absconditum, in tempore reuelatum, completum in

plenitudine temporis, pro se & omnibus subiectis audierunt. Ecce unde gaudium propter nascentis officium; quia saluator. Ecce designat ex nomine ille qui nascitur, quia Christus dominus. Christus ad hominem, dñs ad deū omnipotentem refertur. Christus, id est, unctus, quia reges & sacerdotes in lege ueteri ungebantur, De quo per insignē dicitur: Vinxit te dominus deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Et dñs deus ille est qui natus est. Igitur ex nascendi circumstantijs, in tuo animo ne uideat.

In ciuitate Dauid scilicet Bethleem, in qua natus fuerat multo ante Dauid, qui de ipso re promissionem accepit: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Quod ad Salomonem in carne, ad Christum in figura seruabatur. Et ipse Dauid etiam Christum in gestis & uerbis suis plurimis figurauit. Nec Bethleem, quæ modica, ob humilitatē ad nascentē electa, exclus debet à mysterio saluatoris, cum ipsa interpretanter dicit domus panis, & ipse mirè natus in ea, sit panis uiuus qui de cælo descendit. Non tñ ex toto perspicuum est, an hoc quod dicitur, qui est Christus dominus, sint uerba euangelizantis angeli, aut scribentis euangelistæ. Sed quomodo se habeat ordo gestorum huius miræ nati, duplex nomen ex euangelio claruit, scilicet Iesus, id est, saluator, & Christus, qui dicitur unctus. Sed amplius piæ credulitati confortat, quia ille idem angelus qui Mariæ dixit, ut uocaret eum Iesum, nunc pastoribus declarat eum esse Christum, ne ipsi & ceteri alij Messiam expectando fallant. Ecce completa est propheta prophetæ dicentis in persona totius humanæ naturæ: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Iesus dicitur hebraice, latine saluator, qui pro omnibus natus est. Et Psalmista dicit: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Planctus perseueras ab Adam usque in præsens, de merito eius in gaudium dominicæ natiuitatis conuersus est, quod angelus pastoribus euangelizat. Vnde alia maior aut similis gaudendi ratio prouenire hominibus potuit, quam quod dei filius homo fieret inter hoies, ipsos suo merito saluaturus? Ac per hoc non ociose incarnatus atque natus est inter homines factus homo, sed ut saluaret ab omnibus periculis in excelsis. Nec hinc mirè natum ab re pastoribus angelus nunciatur, sed ut quæreretur, quæstus inueniret. Nam ipse quidem innox ut uoluit nasci, uoluit ex fide cognosci, uoluit inquiri, & inueniri ab in simplicitate quærentibus. Et ut credatur atque quæretur, angelus altitonat, ut inuentus agnoscat, non ex altis, non ex diuinis, non ex magnis, sed ex humanis & imis ipsum designat, dicens:

Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in præsepio,

¶ Datur signum de Iesu, q̄ non in appa-
tu & cultu regio mundū intrauit, quia infans,
à non fando dictus est: existens mutus, qui alijs
dedit linguā: non uoluēs disertē suam, qui oī-
bus loquētibz dat loquēā. Et mis̄ supra mo-
dū, uidere uerbū mutū inuolutū à matre uili-
bus pānis, ut ex oībus paup̄tas ipsa clarescat.

¶ Cur in pannis inuolutio. & in p̄sepe reclī-
natio pastoribus pro signo datur. Cani-
tur ab angelis gloria in altissimis
deo. Caput VIII.

QUæ est ista euāgelizatio angelica, ut ad
signandum Iesum Christū dñm, inuolu-
tum pannis, reclinatū in p̄sepio clamet?
Sunt ne ista tria, infantia, pannoz̄ inuolutio,
& situatio in p̄sepio, perfectē signantia salua-
torem? Cur pro signo tanti signati aliquid cæ-
lestē non cedit? Cur non induxit in signū illius
noctis insolitā claritatē? Cur ei locutionē pro
fide non dedit? Cur non aliquid magnū inli-
gne pro signo monstrauit? Inueniunt alta da-
ta signa in manu Moysi & Aaron & Eliæ &
Elici, & multoz̄ prophetaz̄, ut eoz̄ dicta &
facta crederent. Quamobrem pro tanto dño,
ut in cognitionē ueniat, designādo, tam uilia
signa sunt inducta, ut inuolutus pānis, & posi-
tus in p̄sepio saluator oīm crederet. Erāt ne
pastores tam menti altæ subiecti, ut tam ex ui-
li signo eum crederet oīm saluatorem? Potius
autē ex signo dato debuit patuisse contemptū.
Vez̄ quia nihil potuisset inueniri hoc grande
mysterium, scilicet dei filiū hominē factū inter
hoies, pro saluandis hominibus natū, diuinē si-
gnare deficiēs, imā pro signandis diuinis assum-
psit, eo uidelicet p̄textu, q̄ neq̄ inueniebat ali-
ud diuinū, angelicum siue humanū, cælestē siue
terrestre cōpetens & pro signo sufficiens, ad ea
signa se contulit ostendenda, quæ ostenderēt
deum ab humanis rebus libez̄ existētē. Et ut
sciret q̄ non uenerat in potestate, sed in infir-
mitate carnis & contemptu uisibiliū genus li-
berare humanū, nec non & ingressum & egres-
sum à mundo uoluit cōcordare, ut in paup̄ta-
te natus, in illa etiā moreret. Et cum ipso p̄di-
cante, signa de sua magnificentia & in miracu-
lis quærerent, aliud q̄ lonę signū pro sua mor-
te & sepultura non dedit. Equidē cōsona sunt
signa, quia natus, quia mortuus & sepultus, in
natiuitate inuentus est infans, & coram Pilato
silit, ita ut miraret p̄ses. Signū lonę p̄ sua
morte & sepultura, imaginē quandā cum si-
gno data in natiuitate per angelū habet. Nam
sicut natus, inuolutus est pānis: sic mortuus, sin-
done inuolutus est, prout mos erat Iudæis se-
peliere. Et sicut reclinat⁹ est & positus in alie-
no p̄sepio, sic positus est in alieno sepulchro.
Et sicut per quadraginta dies uirgo exclusa
à templo, in puerperio stetit, sic per quadragin-
ta horas mors eius uerificata est. Nec etiam

Matth. 27

Iohā. 19

aliter credamus hunc Gabrielem angelum ali-
ter perfecisse diuinā iussa, quam ab ipso iuben-
te accepit: nec ipsum aliter designasse, quam
ipse signandus edixit: quia sic precepit, ut uolu-
it: sic uoluit, ut decuit: sic decuit, ut ab æterno
existit ordinatum atq̄ præuisum. Cuius rei q̄-
rere rationem, nihil aliud dixerim, q̄ uelle in-
uestigare superbe infinita & irreprehensibilem
& debite agentem oīa dñi uoluntatem. Quæ
cum inuestigari à mortalibus nequit, in aliquo
errare non potest: quæ laudāda semper ab ho-
minibus de omnibus est, non discutienda per
Quare. Fortassis signum dabat, ut inuentus co-
gnosceret, cum nullus unquam natus sic exti-
tisset expositus. Non ideo datū, ut fides huius-
cemodi nati infunderet pastoribus, cum nulla
signa sufficientia sint ad fidem, quā solus deus
infundit sua beneficentia largitatis, non meri-
to capiētis. Non enim angelus prædicabat aut
infundebat fidem, sed prædicabat credenda,
etiam sperāda & diligenda per illā. Vez̄ quia
hoies nō hymnizabāt huic clādestinē atq̄ in-
cognitē nato, multitudine cælestis militiæ ipsū
cognoscens, hymnizabat: & fuit in laudibus,
familiares hoibus in terris, quos in cælis sperāc
habere conciuēs. Et ne credat unus duntaxat
huic mirē nato angelus astitisse cū præcone pri-
mo nouitatis factæ pro hominibus super ter-
ram, cælestiū ciuiū, separatim substantiaz̄, di-
uinoz̄ spirituum in formatis uocibus, ex as-
sumptis corporibus multitudo consonat.

Et subito facta est cum angelo multitu-
do militiæ cælestis, laudantium deum &
dicentium: Gloria in altissimis deo, & in
terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

¶ Sine intercapedine tēporis cū angelo euā-
gelizate deum, cælestis militiæ multitudo col-
laudat. Et confestim quod mirē natus, decla-
ratus fuit ab angelo pastoribus, insonante per
uocem sibi militiæ cælesti, alludit in testimo-
nium dati præconij, ut non solum in ore unū-
us, sed in ore plurium ex cælo dicentium testi-
monium uez̄ fiat: et in excellentiam noui par-
tus, quia peperit uirgo mater; nec non in illam
ineffabilem humilitatē laus illa tendebat, qua
deus homo factus, uoluit mūdo nasci. Miraba-
tur cælestis illa militiā ducem suū talibus ar-
mis indutum, ad nouum congressum cadentū
um angelorum. Et deficiēs intelligere, laudat
uocibus quod miratur. Mos tñ est assententium
militū, regem laudare, sibiq̄ applaudere sche-
mate nouo uesitū. Militiā quidem in ipsa na-
tiuitate cælestis apparuit, & humanis auribus
uocibus assumptis intōnuit, q̄ duci suo semper
immaculatē in supnis assistit, & ipsum descen-
dentē ad terras sequit, non q̄rens quod eat infa-
libilis & æternus dux, sed sequēs quod ierit cum
aduersis parata bellare. Et ne crederet iste

mirē natus, homo duntaxat de terrā terrenus,
sed de cælo cælestis, ideo eum militiā cælestis di-
laudibus esset. Quæ idcirco militiā cælestis di-
citur, q̄ infatigabiliter pro hominibus terrenis
militat, ut possint esse cælestes simulq̄ cōciues.
In quoz̄ similitudine, in plenitudine tempo-
rum, ducē suū factū agnoscunt, qui eos in prin-
cipio creationis ad imaginem suā & similitudi-
nem fecit, ut nūc uersa uice quod dedit, assum-
pserit. Et hymnizat disertē illa superna militiā,
edisserens quid obuenit, quia gloria in altissi-
mis deo, & in terra pax hominibus bonæ uo-
luntatis. Non gloria noua deo, qui ab æterno
incōmutabiliter atq̄ inuariabiliter gloriosus exti-
tit, neque ab inuis gloria inferēt in summis, sed
ex noua natiuitate uerbi sui ab hominibus, am-
plius glorificādas est atq̄ laudādas: per ampli-
us quidem, quia pro nobis uerbi caro factum
est, quā, q̄a nos fecit ex nihilo, & in esse pro-
duxit. Et ex innouatiōe facta per uerbū, etiam
qui blasphemabāt, qui idololatrabāt, ad glo-
rificandū & laudandū deū conuertent, sicut Isa-
ias de dño ait: Ecce ego facio noua, & nūc ori-
entē, & cognoscetis ea. Ponā in deserto uia, &
in uia flumina, & glorificabit me bestia agrī,
dracones & struthiones. Quia dedi in deserto
aquas, & flumina in inuio, ut darem potū po-
pulo meo, electo meo. Populū meū formauī
mihi, laudem meā narrabit. Hæc oīa referunt
ad uerbū incarnatū, & ad populū Christiānū.
ipsum est nouū, quia nouū fecit dñs sup̄ terrā.
Ipsē Christus uia, ipse flumē, ipse aqua, ipse po-
tus. Cætera quidē ad populū collectū de gēti-
bus. Seu etiā, quia gloria erat hominibus in al-
tissimis corā deo, pax quidem solū bonā uo-
luntatem habentibus: qm̄ non est pax impijs, di-
cit dominus deus. Ad impietatem tendit bo-
na uoluntate carere, quia nihil ad pietatem p̄-
stantius in hominibus inuenitur.

Isaie. 43.

in uio

Isaie. 48.
& 57.

¶ De transitu pastorum usque Bethleem, & in-
uentione Iesu, & de primis epiphanijs,
secundū Lucam solūm. Cap. IX.

VERUM, quia non ab re angelica uoce de-
claratū est, q̄ qui natus est, saluator est
& dñs seculorum, sed ut quæreret, & indica-
tus est per signum, ut inuentus cognosceretur:
opportunum erat ex debita & honesta decen-
tia, ut hi qui hoc cæleste oraculum audierāt,
quia ad quærendum illum in animo moti,
simpliciter & in corpore mouerentur. Vnde
& factum est, ut discesserunt ab eis ange-
li in cælum, pastores loquebantur ad inui-
cem: Transeamus usq̄ Bethleem, & uide-
amus hoc uerbum quod factum est, quod
dominus fecit, & ostendit nobis.

Lucæ. 2.

¶ Perspicuū est, angelos in cælo existentes,
ante deitatis cōspēctū ad sequendū ducē ipso-

rum, uelut milites infra nostra inferiora descē-
disse, cum perfecta euāgelizatione de mirē na-
to, & hymno dicto, in cælū unde uenerāt, fece-
re regressum. Pastores autē admirātes in animo
de tāta oraculi nouitate, atq̄ de mysterio dele-
ctari, adinuicem conferūt, quid agendū propo-
nunt, & condicūt quod non ocioso hoc eis ex-
istit indicatū & manifestatū tam ab æterno fe-
cretum, & quod arguēdi essent atq̄ multatū,
si hæc negligenter quæreret nouitatē. Delibe-
rāt trāsitum ab eo loco quo erāt, usqueq̄ salua-
toris eis est enunciata natiuitas, uisendi causa
uerbū æternum, quod erat in tempore caro fa-
ctum, & per angelū eis ostensum. Et seriendo
uerba post angeloz̄ discessum, ut nec eos uide-
rent in assumptis corporibus, neq̄ audirent in
uocibus, pastores adinuicem sunt locuti, expri-
mentes ex communi deliberatione quid agen-
dum, dicētesq̄: Transeamus usq̄ Bethleem, nec
cūtemur amplius, ne nostra mora possit esse
aliqua frustratio, & uideamus & agnoscamus
hoc uerbū quod ab angelo factum est nobis,
seu uerbū, scilicet mysteriū antē factū, seu ne-
gocium quod factū est. Luce claritū liquet, q̄
fidem in hæsitatem angelo euāgelizanti dede-
rāt, cum dicūt quod factū est, quod solus dñs
fecit, ab alio non factū, neq̄ factibile. Et osten-
dit nobis, angelo scilicet docētē p̄ fidē. Osten-
dit omnipotens deus pater uerbū ab æterno,
non factū, sed genitum, per quod oīa facta
sunt: inter ipsa oīa caro factū, in angelica seu
cælica uoce pastoribus, ut magni consilij ange-
lus ab angelis, cælestis à cælestibus, bonus na-
turalitē, pastor bonus in effectu futurus, uigi-
lans sup̄ salutē generis humani, uigilātibus pa-
storibus monstraret, ut à maioribus & superi-
oribus, scilicet ab angelis, pastoribus, à pastorī-
bus ad subiectos prodeat in hac uita notitia di-
uinoz̄, donec euacuet oīs ordo & oīs prin-
cipatus, & ipse deus homo sit oīa in oībus.
Simplex & effectiua cōsueuit esse, & debet
uita pastorū circa subditas oues & animalia, q̄-
bus habent prouidere de pastu, & pietatis cul-
tū offerre deo de foetibus, q̄s ex ouīū foecūditate
suscipiūt. Et q̄ desup̄ spectator est oīm, respi-
cit sup̄ ipsos, ut simul cū muneribus gratos ac-
cipiat. Sic q̄dem primus ouīū pastor corde in-
nocēs atq̄ manu, & in utroq̄ iustus, in ipsa in-
fantia seculi omnipotentē deū honorabat, cui p̄
omnia gratus, à fraterna inuidia interemptus
est. E regione itaq̄ in ipsa renouatiōe seculi exe-
titū uindicatū, cum uerbū caro factum sub cæ-
lo, primō pastoribus est ostēsum. Multa q̄dem
reponuntur in diuinis uoluminibus gesta pa-
storum, attestantia huic mysterio, quod dei fi-
lius incarnatus, ipsi pastoribus est ostēsus:
ut non sit ambiguum, rectē sapientibus pasto-
ribus animarum, rectē uiuentibus, pro se atq̄
pro subiectis ouibus à deo supra humanū sen-

raffe-

Gene. 4.

sum multa monstrari, & ipsos iusto ministerio
agi & gubernari decentius ecclesiam sanctam dei.
Exo. 3. Nā Moyses in interioribus deserti pascens com-
missum gregem, deum uidit in flamma ignis in rubo,
& audiuit documenta, qualiter oppressum popu-
lum ab Aegyptiaca seruitute liberaret. Et de
post foratēs, Dauid acceptus a deo, rex Iudaici
populi factus est. Et prophetatus extitit: Da-
uid uobis pastores iuxta cor meum. Cogruum enim
erat, ut daturus pastores in populo iuxta cor
suum, quod ad tale praefagium primo uigilantibus
pastoribus, primo ostenderet filium suum.

Qui uenerunt festinantes, & inuene-
runt Mariam & Ioseph, & infantem posi-
tum in praesepe.

Urgebat caeleste praeconiū corpore festina-
re pastores, qui ex credulitate festina in animo
ad praeseptum iam usque puenerant, & eo pedibus
amplius festinabant, quo fides angelicis dictis
acceserat, quod esset qui erat. Spes exerebat pro
salute, charitas stimulo pro dignatione, illorum
animos agitabat. Equidem usquequaque assolitum
est, uel ocius agi per corporis effectus, quod agen-
dum in animo maior urget affectus. Raro qui-
dem corpus festinat, nisi aliqua mentis affectio
festinare compellat. Nescit amor tardē moueri
cum haeserit, praesertim cum diuinum apponitur
ad amandū. Et ipsa tarditas ad quendam nullius
aut modici amoris argumentū existit. Etenim
hi qui cor suum in terrenis thesauris & rebus per-
functorijs posuerunt, cum quaeque preciosa rela-
tione cognouerint dono posse consequi siue com-
mercio: data fide, postea spe, amore adiecto:
expellunt omnem a corporeis actionibus tardita-
tem: desudat & ambulat, laborat & pergunt,
ingruunt picula & transuadunt: in intermina-
tione sunt uerbera, plagae, expoliationes & car-
ceres: minant mare naufragium, insidiet in itinere
ribus praedonibus, & crudelis bestia dente uenenoque
saepe imperit: nec ab his cupidus animus deterretur,
ne limam domus exeat, ne cum iter inceperit,
repedare disponat. Afficit saepe fame, conficit
saepe ineptitudine hospitium, socios patitur im-
portunos, ab ipsis plerumque decipit atque necat,
interdum pro hominibus homo consortia bestiarum,
& multoties luit aliosque tormenta reorum, & in-
ueniendi cupiditas festinare per huiuscemodi
picula cogit. Quāto quidem esset ocyus pro di-
uinis muneribus festinandū, ubi talia pericula
non obstitunt. Et si aliqui sanctis aliqua molesta
illata seu assumpta extiterunt in corpore, altissi-
ma dei praemia in remuneratiōe affuerunt. Mo-
net animos uerē credentium festinare ad ueras
uirtutes earumque actiones, cum audierunt ad pre-
septum festinare pastores. Praeseptum & foenum, in
quibus Christus infans adhuc iacuit, sunt ipsa
fides & humilitas, ceterarumque fasciculi uirtu-
tum. Non cūctent qui de caelo agenda didice-

runt, sed festinent, ne ex tardo molimine argu-
antur. Etenim omnino de caelo nobis loquentem
aduertimus: quoniam de caelo, caelestis est Christus.
Et si qua hominibus secundum euangelium eius
alia lingua satur, de caelo loqui credenda est.
Scriptum porro est: Doce Iosum, & festinabit
Pro. 9. accipere. Iusti isti pastores erant, qui de caelo do-
cti, festinauerunt accipere quod docebatur. Fe-
stinemus ergo, inquit Apostolus, ingredi in il-
lam requiem, ut ne in idipsum quis incidat in-
credulitatis exemplum. Per uirtutis ianuam, non
aliunde ad aeternam requiem introit. Et Abra-
ham festinauit in praeparatione ad obsequium
Gen. 18. hospitum, cum sibi diuina sedenti ad ostium tab-
ernaculi sui, apparere coeperunt.

Videntes autem, cognouerunt de uer-
bo quod dictum erat illis de puero hoc.

Videntes oculorum corporumque intuitu pu-
erum inuolutum, in praesepe reclinatū, Mariam
matrem pauperem, in nullo terrena pompa ful-
gentem, & Iosephque senem utriusque custodem:
cognouerunt praesidem in corde a deo infusam,
quod hic erat ille puer infans saluator seculi, de
quo eis sermo ab angelis factus erat. Quid uero
plus habuit ista cognitio, quia uiderunt, ab illa
quā in uoce angeli audierunt, quod amodo ani-
mum mouer, cum utraque sit in fide. Quoniam si non
credidissent, non uenissent: Igitur primo cogno-
uerunt praesidem. Cum autem uenerunt & uiderunt,
cognouerunt. Quae cognitio, si supra id quod hu-
manum erat, omnino ferebat, etiam erat praesidem.
Non enim oculo corporis deus uidebat in car-
ne, sed pastorum prima cognitio praesidem erat in
uero angelico, usque ad datum signum, uideli-
cet quod infans panis inuolutus esset, & in praesepe
reclinatus. Cum autem uiderunt signum quod supra
res ordinē erat, etiam & signatum cognouerunt
de uerbo dicto illis ab angelo, non de uerbo
in creato facto incarnatum, nuperimē mirē na-
to. Et si quod praesidem signum datum in ipso signo
& signato diuinum aliquid cognouerunt, quod pie
credendum est, cum deus non eis miserit angelum
euangelizare duntaxat signum, sed signatum, praesidem
dem tamen, non praesidem fuit illa cognitio, scilicet
cet quod uerbum increatum esset incarnatum, & quod
hic puer natus esset in salutem cunctorum. Hoc
enim erat omne uerbum quod dictum est eis de
puero hoc, qui sic natus esset saluator Christus
dominus in ciuitate Dauid, & quod esset panis inuolu-
tus & in praesepe positus. Proinde antequam
perueniret eum euangelicam euangelizationem
audirent, crediderunt quod natus esset salua-
tor, sed sub dato signo. Cum uero perueniret
& inuenirent, cognouerunt de omni uerbo di-
cto de signato sub signo, & de signo in signato.
Cognouerunt signum uisibile, quia reuolutus
inclinatus erat, addiderunt, & credendo cogno-
uerunt signatum, quod esset saluator dominus

Christus, quod oculo non conspicitur, sed fide re-
net. Et pastores inspectis ab angelo dictis, non
scandalizati in eadem despectione, sed pampius
in fide roborati, coeperunt feruenter praedicare Ma-
riam in puerperio existentem, Ioseph custodientem,
& cunctis altitibus de ciuitate, illam claritatem
quā uiderant, & illa euangelizationem de puero,
& angelicos hymnos, ut aure interea coeperant,
ita ut omnes supra sensum pariter mirarentur.
Nam & oesque audierunt, mirati sunt & de
ipsis quae dicta erant a pastoribus ad ipsos.
Mirabantur propter insolita in rusticitate
te pastorum, qui ad hanc uenerant urbanitatem
uerborum, ut caelestia praedicarent. Mirabantur,
quia non intelligebant non intellectum, sed clausum
admirationem in mentibus hominum facit.

Maria autem conseruabat omnia uer-
ba haec, conferens in corde suo.

Non mirabatur uelut altiori cognitione
plena, sed conferebat in corde dicta pastorum, quae
pulchre, quae aperte alludebant ei, quem sine corru-
ptione conceperat & pepererat uirgo mater.
Attamen erat aliter a ceteris in admiratione
suspensa, & interea gestis & dictis, in fide tamen
ut mater existens.

Et reuersi sunt pastores, glorificantes
& laudantes deum in omnibus quae audie-
rant & uiderant, sicut dictum est ad illos.

Reuerbantur pastores ad propria, & ad
solita coeuerunt & auersi. Coeuerunt, ad infantem de-
um: auersi, a stultitia & a praerogatione Iudeorum.
Habuit enim Iesus hoc potestatiue proprium, ex
intuitu solum, simpliciter etiam ad meliora cor-
da mutare. Ideo reuertuntur glorificantes & lau-
dantes deum ueris, de deo uero modo nato, mun-
do monstrato: quia omnia quae audierant & uide-
rant, uera erant, quoniam sicut audierunt, sic & uide-
rant. Nec plus aut melius potest hominum humana
fragilitas, ex datis & acceptis a deo magnis &
paruis, quae corda, ora, opera in dei gloriam lau-
demque coeuertere. Nec adest nobis facultas po-
tior de reddendo uicem, quae de omnibus glorifi-
care & laudare omnem creatorem. Cuius in hac na-
tuitate uel in incarnatione, prima incipit epiphania.
Natus uero, innotuit primo uirgini matri,
quod deus & homo erat, praesidem portam egressus
de templo corporis sui. Et omnibus ciuibus sup-
pedit manifestus, qui eum in uoce unius euan-
gelizante, in multitudinem hymnizante, uigilan-
tibus pastoribus, reuelatus est: qui quiescerunt, in-
uenerunt, & uiderunt, & glorificauerunt deum.
Ab eo quod mundi creatio coepit, dei epiphaniae
coeperunt, cum tale tantumque opus declarauit arti-
ficem. Sed non illis intendimus, sed eis duntaxat quod
in carne mundo natus, manifestus apparuit, &
semp. de superis declaratus est: quia non de de-

orsum, sed de supernis erat, cui superna omnia
obsecudabat. Et quoniam in sua deitate moralibus
ab omnibus manifestus esse non poterat, carne ob-
rectus est, ut uelut sol in suo pleno fulgore ra-
dians, reuerberat qualiter oculos intuentium: ut
tam luce ualida non figant, sed interdum nube
quadam exili obtegunt, quae mediante conspiciuntur.
Et sic deus suae imagini uolens innotescere, sub
umbra carnis se posuit: hoc in illa facies, ut ad
manifestationem sui sine uelamine ueniat. Et spi-
ritus sanctus a nos in admiratione suspedit, ita ut
actus ab eo, diceret: Domine, quid est homo, quia
innotuisti eis: aut filius hominis, quia rephas eum?
Stupens super eo, quod deus talibus epiphanijs sui
ipsum intenderet, quod appareret in carne uisibilis,
& quod uellet ab hominibus sciri, quoniam inueniri.

Psal. 143.

De circuncisione & declaratione nominis
Christi saluatoris, & de secundis epi-
phanijs, secundum Lucam solum.
Capitulum X.

Circunciditur in corporeus, sed carne uesti-
tus, & ineffabilis nominatur. Coepit fun-
di sanguis innoxius ex deo Christo: non ex for-
ma dei, sed ex forma serui. Et incognitus uo-
cat ex nomine, neque non factus: sed factus, circunci-
denti cultro subiaceret tenebat. Vocatiōe qui-
dem, non imitatione paterna a Christo suscepta
est. Etenim ipsa non fuit ex lege, sed ex patribus.
Cuius executor primus extitit Abraha, qui ad
distinctionem a gentibus alijs, & in foedus ad deum,
illam accepit, non ad iustificationem in uita aeter-
nam. Et facta est in porta propagationis huma-
nae, in qua peccatum, quod est poena peccati, scriptum
extitit ab ipso Adam, ut noscat qui ad hanc uir-
tam factus ingredi, qualiter debeat uiuere, cum
ex porta circuncisionis traducitur. Hoc firmum do-
cumentum illis debuit esse, qui circuncidiebant
Hebraei, nobis autem figura: cum Christus illam
accipiens abstulit, altiori modo commutans in il-
lam quae agitur cordis. Quam ideo Christus acce-
pit, ad confirmanda promissionem factam Abraha,
ilico post edictum circuncisionis. Sic enim ait Apo-
stolus: Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse
circuncisionis propter ueritatem dei, ad confirman-
das promissiones patrum, quae scilicet erant de ipso
Christo futuro, & gloria eius sempiterna. Nec
non & testimonium assumptae carnis praesidem
fuit, quod in octaua die circuncisus est, suscipiens san-
guis, quod ueris humanum corpus, non phantasticum ha-
buit. Et ipse suscipiens testificatus est, quod a deo da-
ta patribus erat, nunc terminanda nobilitati pri-
mitatiōe praesidem, ut non habeat unde cause-
fidelis in Christo de duritia cultri, & tolerando
dolore. Altitudo quidem fidei credendae, leuia
corporalia fecit. Ex altissimis est fides Christi-
ana, cum humana salute diuina de Christo creditur:
imō quae uilliora, eo altior fides, cum ea quae sibi non
uidentur coepetere, quia deus, tantumque homo praesidem,

Gen. 17.

Rom. 15

Dignum protinus est esse spiritualia intenduntur, quod corporalia remittantur. Igitur fides infusa cordi de omnibus actionibus saluatoris, dura & leuia, & leuia in leuioribus, & leuiores in leuissimis in corpore permittit. Nemo igitur uelut fascinatus repetat circumcisionem, postquam abstulit ille qui dedit, in se suscipiens ut subsequi non subirent, quoniam omnes fideles in illo circumcisi sunt: caput enim illam pro omnibus suis membris accepit. Sufficiens est quidem tale caput agere cuncta pro corpore sibi inseparatè coniuncto. Octauus etiam dies circumcisionis, octauum diem illum denunciat, quod non erit de septem, sed penitus extra septem, quo ueri fideles erunt ab omnibus impertinentibus & materialibus circumcisi, durissimo tamè cuncto mortis, quae sanctis preciosa in conspectu domini sit pons, per quam transitur in patriam aeternamque uitam, & in libertatem gloriae filiorum dei. Sic enim euangelicus testis eloquitur:

Psal. 115.



Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.

Consummati octo dies à die natiuitatis, ecce quod aeternus ex tempore mensuratur: quia creatura inter creata factus est, & tangitur manibus hominū homo deus, & manu ducitur & reuoluitur, & gyratur in latera, & durus cultellus applicatur ad diuinam carnem, seruatō cōmuni circumcisi mori in conspectu plurium superstitē matre, ut ueritas humana clarescēt, & omnis suspitio tolleretur. Inacta quidem existit impassibilis illa diuina natura, & uere passibilis, uere passibilis, ut confoderet dolor ad gemitum commoueret infantulū. ut moris est, turbatur ex dolore illa aetas octo dierum. Aliter extra sensum humanum fuisset creditus ille puer, & potius magia quàm homo uerus, si non doluisset, si non ostendisset exploratu doloem, ut unio quidem naturarum semper inseparata mansit, utraq; natura manente in proprietatibus suis. Circumcidiuitur in carne deitas in circumcisa, quae simplicissima existens, nihil habet addendum neq; demendum, aut quomodo libet decidendum, solum ens quod habet, habes quod est. Illa uero circumcisa caro seu circumcisius homo, sic mansit in signato, ut accepit in signo. Nam ab omnibus materialibus rebus & temporalibus curis, & his quae habent possessorem cum seculo conformare, usq; ad regressum ad caelos, Christus segregatus incessit: & hoc erat circumcisionis signatum in Christo, & in corpore mystico sancto suo. Signum autem erat ipsa circumci-

sio quam accepit, corpori suo, quod est ecclesia, daturus eam in expoliatione corporis carnis, ad exhibendum illam sibi mundam & immaculatam in conspectu suo, ut digna fieret sociari in supernis cum substantiis separatis auferenda, ne amplius steret in corpore carnis huius, sed in reuolutione mentis & spiritus. Mos quidem erat, ut circumcisione peracta, circumciscus puer ad parentum & cognatorum placitum intitularetur ex nomine, quo praeter effigiem & ornatum corporis, distinctè homines cognoscuntur. Proinde uocatum est nomen eius Iesus. Quod uocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.

¶ Nomen non imponit ab angelo: fuerat autem praedictum ab actione fienda, non facta. Ex officio & opere nomen est, relatiuum quidem ad eos qui saluantur. Magna quidem ingeritur humanis cordibus de nomine tali laetitia, quae in magnis & uariis periculis existentibus, saluator de caelis aduenit, & sic uocari uoluit prout saluator aduenit.

Proprium est nomen ipsi mirè nato, quoniam solum sibi proprium est posse saluare.

Substantiuum est, quia ueram & beatam substantiam facit.

Appellatiuum est, quia ad saluationem oēs appellat.

Adiectiuum est, adiecit quidem multa super naturam conditam.

Commune est, communiter omnibus factus est Iesus.

Indeclinabile est, atq; pro nobis declinat.

Et inuariabile cum sit per casus, ex effectibus uariatur.

Si primū rectum casum accipimus, per eum nomina saluatorum scripta sunt in caelis.

Si secundum, per eum uocamur ad ueram refectionem. Ipse quidem dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Matt. 11.

Si primum obliquum, per ipsum pater uoluntariè genuit nos uerbo ueritatis, ut simus inuitium aliquod creaturae eius.

Iacob. 1.

Si secundum, omnia sibi dedit pater in manus. Et est sibi omnis potestas in caelo & in terra. Et oīa nobis cum ipso pater deus donauit.

Ioban. 15.

Matt. 28.

Roma. 8.

Si tertium, accusatos damnat, quos ipse excusare non potest. Excusat autem coram patre accusatos poenitentes.

Si quartum, auferit à suis electis omnem tribulationem.

Figurae simplicitatis est, quia simplex omnino est deus.

Cōpositae, quia homo ex quatuor elementis: ex duobus, ex anima & corpore, atq; compositione membrorum.

Singularis numeri est, quia solus unus deus,

unus est Christus. Plurificatur uero pluralitate bonorum, & quia unius corporis caput in pluralitate membrorum.

Generis masculini, quia masculini sexus.

Femini, quia de femina natus.

Neutri, neutram bonam uitam seruātibus.

Communis, cōmunitatē in omnibus diligēs.

Promiscui, utruq; sexu seruare dispōens.

Omnis, oīm creator & dominator existens.

Primitiuae speciei, quia ut deus à nullo deriuatur.

Deriuatiuae, quia ut filius à patre generatur, quia ut homo ab ipso creatur. Declaratur nomen illius eo tempore, quo nihil nominat lingua carnis, & mutus existit pro Adam, qui ex data sibi ex deo facundia omnibus nomen imposuit, sicut scriptum est: Omne quod uocauit Adam animae uiuentis, ipsum est nomen eius. Logē autē tē figuratum existit in Ioseph de nomine saluatoris, cuius Pharaō cum populo Aegyptiacō uerit nōmē, & uocauit lingua Aegyptiaca, saluatorem mundi. Iesus autē saluator dicitur.

Gen. 2.

Gen. 41.

Luc. 2.

Ioh. 6.

I. Cor. 1.

I. Pet. 14.

Psal. 8.

Psal. 47.

Psal. 53.

Psal. 112.

Ecc. ult.

Phil. 2.

Act. 4.

tum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et ipsi discipuli saluatoris non solum uerbo, sed facto in tribulationibus & morte ipsū nomē utiq; laudauerūt: quoniam ibant apostoli gaudentes à conspectu cōcilij, quoniam digni habitati sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Act. 5.

Morale quid astruit ipsa circumcisio & nominis declaratio, cum post natum dñm praefere nomini saluatoris, qd ante cōceptionem angelus nominauerat. Verum quia ipsa nominis appellatione cum letitia pariter mulit & timorem, cum oēs ipse saluator saluos esse uoluerit potuissetq; saluare, non tñ omnes eius actione saluantur, sed spūales circumcisi salus ipsa cōsequitur, ideo circumcisio saluari nomini praerogatur. Est autē, esse qd debet fidelibus Christi nō manufacta carnis, sed circumcisio spūalis, ut sequat effectus nominis saluatoris, de q in Deuteronomio scribitur: Circūcidite praeputium cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius. Et rursum: Circūcidite dñs deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas dñm deum tuū in toto corde tuo, & in tota anima tua. Cor quidem circumcidendum est, ne sit in ipso duritia in credendo, neq; impenitentia post peccatū, & ab omni malo & impertinenti affectu, ut solus deus & dñs super omnia diligatur.

Deu. 10.

Deut. 30.

Et Apostolus ad Corinthios: Circūcisio enim & praeputium nihil est, sed obseruatio mādatōe dei. Et alibi: Circūcisio estis non circumcisio manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisioe Christi. Ecce signata circumcisio, ecce ueritas umbrāe praeteritae. Ecce transitio actiōis carnis ad spūm. Ecce circumcisio spūritualis, qua circumcisi saluat uirus nominis saluatoris, quod uocatur Iesus, qui oēs saluari uolens & satagens, nō tñ saluat nisi spūales circumcisos. Neq; praeteriti circumcisi patres salui facti fuissent, expectato aduentu saluatoris ex obseruato foedere datae circumcisiois in praeputio carnis, nisi uerā habuissent circumcisioe in interiori praeputio cordis. Declaratio uero ita impositi nominis hoc ostendit in membris, ut per oīa uirtus Christiani nominis inclarescat, quibus membra eius non uocant nomine Iesuano, aut Latina lingua nomine saluatoris. Attamē hoc membris hominū debet esse praefixum, nō adesse uirtutem nominis saluatoris, nisi nomen uirtutis, corde, uerbo & opere fuerit custoditū, aut porrecta uenia pro delicto. Patent autē & clarescunt secūda epiphaniē dñi saluatoris, cum in circumcisioe apparuerit homo uerus in homine declarato, quod fit uere deus, quod solus saluare in praeputiu potest: desuper est nomen, desuper insinuatū est per angelū ad uirginē: nūc nomen datū eidē à deo, qd est super omne nomen, declaratū est apud oēs, est per supernū nomē epiphaniatus est.

¶ De ortu nouae stellae in ortu saluatoris, in cuius apperitione credendorum nouitas excitatur. Et

I. Cor. 7.

Coloss. 2.

Israel restitueret, & eriperet à tyrānide Roma-
nos, dicētes: [Vbi est q̄ natus ē rex Iudæorū?]

Ad accusationē Iudæorū, est magorū aduen-
tus & interrogatio: q̄a ibi defertur Iudæis, non
Romanis: & pluris æstimant in conspectu dei
Iudæorū populū, q̄ Romanorū, qui orbem
uniuersum altè premebāt, cū apud Iudæos cre-
dunt mirē natū regē, non apud Romanos ma-
iores imperio, aut apud alias nationes. Cui po-
pulo ingrato vā, qui suam dignitatē nō agno-
uit, qui ab omnibus nationibus dei populū di-
cebat, eo q̄ circumcisiōnē à deo acceperit, & le-
gem in mōte, & reges in regimine, sacerdotes
ad offerēdum, prophetas ad futura uidēdum.
Quem nunc magi, cum sic interrogāt, phono-
rant per propriam linguam, quā fortē antē di-
dicerant, aut per interpretes, q̄s secū ducebāt.
Qui cum interrogarent, quare sic quærerēt, un-
de de Iudæorū rege nato didicerant, cum ipsi
ignorarent, ilico testimoniū intulerūt: [Vidit
mus stellā eius in oriente.] Sed cum oēs stellæ
sunt eius, quare nunc singularitē ista stella dicit
eius? Aut quia gerebat eius imaginē, aut quia
signum eius erat & indicium, ad cuius ducarum
ipsi ueniebant. Cū uerō ab eis amplius quæ-
reretur, quare uenirēt, quare quærerēt, addide-
runt gaudētes: [Et uenimus adorare eum.] ut
dicerēt inhæsitantē: Dicite nobis de uestro mi-
rē nato rege, qm̄ non ad iniuriā q̄rimus, sed
uenimus adorare eum. Alia interrogatio, si fe-
ratur in deum: qm̄ qui ubiq̄ est, qui nusq̄ deest.
Interrogatio & responsio ab ipsis proprijs non
captiunt autoribus. Nō adierāt magi primō re-
gē, sed plebeios seu q̄sctiq̄ primō uiderāt, in-
terrogabāt. Noui ex effigie, noui ex uestibus,
ex uerbis, ex moribus, noui ex nouis admirati-
onē magnā ciuibus intulerūt. Ex solito more
referēdi à subditis principibus nouitatē, uerbū
interrogatiōis huiuscemodi puenit ad regem.

¶ De turbatione Herodis regis et Hierosoly-
me ciuitatis in auditu noui regis, secun-
dū Matthēū solūm. Cap. XIII.

Matth. 2. **T**urbantur rex & Hierosolymæ ciues in
nouitate uerborū, nondū certi si plena rei
ueritas subsequat. Grande mysteriū p̄sagiebat
ista turbatio, q̄ rex de gētibus maior, & famo-
sior turbatur ciuitas de Iudæis. Turbata iam
erat in intellectu gētilitas, sculptilibus subdita,
& antē prostrata lapidibus, & idola & dæmo-
nes uenerata, & solūm intenta p̄senibus: quid
uero futurū esset post hāc umbraticam uitam,
quæ ab eius contemplatione desierat: & uelut
amissura dignitatē, quā sub cultu idololatricē
retinebat, iam in suis principibus turbabat: &
amās terrenā dignitatē, pauescit ne potētia su-
perioris amittat. Semper autē erat p̄putiatis cir-
cuncisio carnis odiosa. Idcirco paganus Iudæ-
um natū regē horrebat, ne fortē Iudæus fieret
pagano superior, cui iam Iudæus cōperat subia-

cere. Timebat autē, ne itē: Cæsare Romanūq̄
senatū offenderet, si regē nouū p̄mississet in suū
gere, sibiq̄ timebat ex proprijs, si ortu noui re-
gis potestate ipsa regia priuaret. Necnō & ipsa
Hierosolyma turbabatur eo p̄scito demerito,
quo reges propriæ gētis p̄diderat & prophetas.
Lex in obseruatione uiluerat, inualuerat auari-
tia & idololatria & iniustitia, homicidiū, fur-
tum & rapina, & ois uiolatio bonitatis, & ini-
quitas tyrannis increuerat. Iam pro parte di-
dicerat mores gētium, iam à diuinis mandatis
recesserat, & luxuria publica erat in precio, &
uanitas mulierū semetipsas diabolo mancipa-
uerat, & uiroꝝ animas p̄dabāt. Mala huius-
cemodi p̄phetæ p̄dixerāt & reprehēderant,
& aduersus sacerdotes & reges signis, portētis,
uerbis acerrimis insultabant, ut secaret Isaias,
Ieremias in carcere p̄oneret, cæteri prophetæ
damna & conuicia paterent. Quod si q̄s pro-
phetias ipsorū prophetarū legeret, non ignorat
quāta mala sup̄ Ierusalē uiderint in moribus,
& à proprijs uitjs conturbata. Et qm̄ amabat
malā & terrenā p̄functoriamq̄ pacē, regē ex
cælo signatū in animo perhorrebat, magis cō-
tēta incircūcisus idololatriæ & alienigenis sub-
iici, q̄ à rege misso cēlitus gubernari. Graue p̄-
tinus & ægrum erat & detestabile, q̄ rex Hero-
des natus & nutritus gētilit̄, de cælesti dño tur-
babatur, sed p̄ amplius incōparabilē atq̄ de-
testabiliter graue, q̄ Hierosolyma cū rege ido-
latria & pagano turbata sentiebat, cui sacer-
dotalis dignitas, & scientia prophetalis non p̄-
fuit, ut auerteret à malis. Verū quia erat de-
mōstrāda in abyssali malo degere gētilitas, &
populus Iudæorū ab omni uirtute deficere, nec-
non & gentilitas erat à cælestibus uatibus inui-
tāda, & in parte creditura, p̄pensius, ut cultus
idololatricæ uerteretur in latritiā, & ostendenda
erat uanitas Iudæorū, & legalis iustitia depri-
mēda, quæ non custodita, p̄ amplius constitit
it peccatores: custodita uerō, neminē iustū fe-
cit, ut solūm in fide Iesu esse iustitia crederet:
ideo in aduentu summi regis magnū sacerdo-
tis Iudaismus & gētilitas conturbant, ille cō-
mutāndus, ista ad meliora uocanda. Non enim
talis passio affuisset, si cognouissent causam mi-
rē nati, & qd̄ in carne deus homo factus ope-
raturus aduenerat. Et sensualitas homini affe-
cta, patentibus & sensualibus rebus priuari ti-
mens, in aduentu cælestis potestatis t̄bescit.
Hinc est quod scriptum est:

Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

¶ Audiuit rex, q̄ ex inquisitione magorū p̄
Hierosolymā ferebat de ortu noui regis, & ois
Hierosolyma, scilicet ois populus Hierosoly-
mitanus ex hoc cū rege cōturbatus est, nō affe-
cti amore gētilis regiminis, aut p̄sonalis hono-

ris quo grauari potius q̄ releuari putabāt, sed
timentes principis cælestis regnum, quo regū
lariter & ad iustitiā cogerentur, non in ea per-
niciosa libertate, q̄ impuniti mores liberi uaga-
bant. Et p̄cauere cupiens rex, ne in Iudæa & Ie-
rusalē regnū mutaret, credit uersuria sua, cō-
silio plurium hominū diuinū turbare consiliū.

Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

¶ Congregat sacerdotes & doctores legis
ciuitatis Ierusalem: neminē de gentibus ad hoc
consilium uocat, quia non habatur rex genti-
um, sed Iudæorū: cuius, si uertus erat, apud sa-
cerdotes & scribas ex lege atq̄ prophetis debe-
bat esse notitia. Necnō & scire in dolo uolēs,
si huic inquisitioni cōgaudebāt, magis delecta-
ti in futuro eis desup̄ rege, q̄ in ipso quem ha-
bebāt à Cæsare, inquirebat ab eis, ubi Christus
nasceretur. Non fuit uerbū Herodis, nomina-
re sic apertissimē Christum, sed euangelista sic
posuit. Ipse autē interrogauit, sicut per ciuitatē
ferebatur de rege Iudæorum, aut forasse sicut
audierat à Iudæis de ab eis expectato Messia.

Exiehe. 5.

At illi dixerunt: In Bethleem Iudæ sicut scriptum est per prophetam dicentem: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iudææ: tu enim exiit et dux, qui regat populum meum Israel.

¶ Validum est testimoniū de dei filio, q̄
secūdam carnem mundo nasciturus erat, qm̄
est ab inimicis & ab ipsis legisperitis, q̄ legem
& prophetas sapius lecitabant, cū ipsi iam de
ipso turbati locum natiuitatis ostendunt, non
eorū peritia prophetādi, sed sancti p̄teriti p̄phe-
tæ uaticinium recitantes. Et à seipsis sunt accusa-
ti & condemnati, à nemine uerō excusati & li-
berati, prophetatum & prophetantē locum &
prophetiā in concione consona uoce, nemine
dissidente, sub Herode rege publicè asserētes.
Ostendunt Iudæi ducem, quem natum timue-
rūt, magnū factū sequi noluerūt, qui dux recti
erat itineris, ut sequentes uia regia graderetur,
quousq̄ in superna cōscēderet. Nec eos dispo-
suit ad bellū, qd̄ armis & effusione sanguinis agi-
tāt. Ipse pax oim̄ propellēs cruetum bellum,
p̄ qua pace quousq̄ obtineret, semp̄ esset bel-
landū: sed oim̄o bella inuisibilia posuisset Iu-
dæis, sicut posuit sequētibus ceteris, ut cum ui-
tijs usq̄ ad extremū exitiū bellaret. Ecce osten-
dunt corā Herode ex dicto prophetico Israeliti-
ci populi regē, quē corā Pilato inualescenti-
bus uocibus negauerūt, dicētes: Nō habemus
regē nisi Cæsarem. Sed q̄stione pulsāt animus,
cur istā tam uerissimā prophetiam inquisiti ab
Herode protulerint, an ad placitū sciscitantis,
an ut ipse iam natū conaret extinguerē, an in
magorū directionē, an ut q̄reretur ad obediē-

Ioh. 19.

tiam uel ad mortē, nec ipsi pari uellēt super se
uirritū regnare cælestē. Quoquo autē modo il-
lorū intētio proferēdi huiusmodi uaticiniū fu-
erit, uerū de Iesu testimoniū protulerunt, & se-
metipsos inexcusabilē dāauerunt, intelligētes
prophetiā, nec inficiari ualentes ueritatē in-
clusam, etiā cū rege turbato turbati semp̄ & p̄-
ampli, quosq̄ in illū uerē crediderūt cōturbādū.

Tunc Herodes clam uocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

¶ Amplius tremefactus Herodes ex p̄pheta
in concione à legisperitis recitata, q̄ interro-
gatione magorū: quia magi duntaxat interro-
gauerūt, Iudæi uerō diuinū oraculum protule-
runt, ut esset oim̄o possibile atq̄ credibile fieri,
regē Iudæorū nasci, de q̄ magi de partibus
orientis interrogātes & inquiretes aduenerāt.
Proinde clam eos uocat, ut interroget studio-
sius, & ipsi clandestinē securius ad inquisita re-
spondeāt. Et quæsiuit scire ab eis tempus quo
stella eis apparuerat, apprehendere fatagēs na-
ti regis ætatem, ut sciretur quid sibi pro perso-
na, quid uerō pro patria esset agendū. Non autē
sano animo sibi & patriæ prouidebat. Prouidisset
quidē, si se & patriā suo imperio subdidisset.
Et uersutus, à simplicibus in fide tempus stellæ
didicit, ut quæsiuit: & eis aperuit quod in con-
silio Iudæorū inuenit, uidelicet q̄ in Bethleem
Iudæ, rex Iudæorū nasciturus esset.

Et mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero. Et cū inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum.

¶ Dirigit Herodes magos in Bethleē, prout
à scribis & principibus sacerdotū acceperat, ue-
lut huius regis natiuitatis locū: suadet eis dili-
gentiā inquirendi, ne modo aliquo fallerēt. Sed
nec ad magorū deuotionē complendā, sed ad
suā sœuitiā exercendā, eos ad diligenti inquisi-
tionē monēdo p̄struxit. Puerū uocat eū, cō-
putatū tempus stellæ, ut accepit à magis, secūdam
qd̄ ultra illius non ferebatur ætas. Postulat re-
nunciari inuentū, falsam latritiā spondēs: uti tros
itis ad adorandū, si inueneritis, oro referet, ut
& ego uestra oratione p̄habita, æque adorem
eum. Simulabat Herodes diuinū perficere cul-
tum, q̄ in animo parabat exitiū, ut & ipse ido-
latria cū uerē latritijs se miscebat dūtaxat uer-
bo, ut facto conceptā iniquitatē p̄ficeret. Si ti-
mor de incognito rege iam plurimorū mētes
turbauerat, qd̄ cū manifestē iudicaturus adue-
niet? Quē deus noster manifestē scilicet ad iudi-
ciū ueniet, deus noster & nō silebit, ita ut eum
uideat ois oculus, & qui eum pupugerūt. Ter-
ret homines illa pueritia in cunabulis uagans,
& inuolutus in fascijs, & in p̄sepio reclinatus,
& uirginea hubera labens, ut iam ex ipso exor-

Psal. 49. Apo. 1.

dio sciant, quanta sit potestate donatus, quanto sublimatus imperio, quanto terrore pressurus impios, quanto munere remuneraturus pios.

¶ De recessu magorum a Ierusalem, qui usque ad miram nati pueri pandochium peruenerunt, secundum Matthaeum solum.

Caput XIII.

Si historiam reigestae inspicimus, essent hi merito arguendi, qui habentes ducatum diuinum, consilium quaesierunt humanum. Et si a nouo sidere ducabantur, cuius ducatu usque Hierosolymam peruenerunt, non erat cunctandum, quod usque ad puerum perduxisset, quam ob causam eis tam in paribus remotis apparuit. Sed diuina prouidentia mysterium ad futura maximum agebatur, quod ecclesia sancta tenet, quod omnibus recte incedere uolentibus uiam dei quousque perueniatur ad Christum, in mente debet esse praefixum. Nam saepe sunt supernae reuelationes, uisiones & apparitiones & dulcedines, intellectum quandoque & sensum hominum excedentes: sunt & sacramenta ab inferioribus ascendentes, quae plerumque habent similitudinem cum supernis, ut istae pro illis capiantur, ut homo recipiens saepe fallatur, quatuor discretiores rari, plurimi uero decepti. Et est scriptura sacra, cuius iudicio quales fuerint, discernuntur: sunt & sacramenta, sunt & uirtutes, sunt & superiorum regimina, & obedientia sancta. Haec omnia sunt in Ierusalem ex adumbrato mysterio, lex, prophetia, sacramenta, uirtutes, obedientia sancta, & templum super omnia sanctum dei, scilicet ipsa Christifera fides, & uisio pacis & Ierusalem. Nec obstat ad signatum, si in signo regnat Herodes, & hominum corrupta ciuitatis, cum in signato sit puritas & honestas, cum quibus existentibus Ierusalem, eorumque aliunde aduenit, oportet esse concordiam. Igitur neque reuelationibus, uisionibus & apparitionibus credendum est, neque acceptandae dulcedines, si discrepant a lege, a prophetis, ab euangelio, a sacramentis, a uirtutibus, a fide, ab obedientia, etiam a quacumque ueritate seu ostensione clarescerent. Ac pro hoc magi ordinato mysterio, relicta stella de superioris, Hierosolymam ingrediuntur habere colloquium cum in lege peritis, ne susciperet decepti falsa pro ueris. Ad doctrinam subsequendum sic gestum esse credamus. Praecellit atque praecedat sacrarum autoritas scripturarum & fidelis ipsarum ratio, causae signum atque exemplum, & apparet quomodo libet supra sensum.

*qui

¶ Etiam (ut audacter loquar) ipse Christus deus nec talia operaretur, ut ueritatem excluderet scripturarum. Nam nouitas non modica erat, quod noua stella magis in partibus orientis apparuit, in signum mirae nati regis. Attamen non sic apparuit, ut de signato non esset prophetica ueritas in scripturis. Sic & magi post signum de

caelo datum, inquirentes meruerunt audire uaticinium prophetarum.

¶ Qui cum audissent regem, abierunt, scilicet uersus Bethleem, ad quam directi erant, non ex stella, quam Ierusalem ingrediendo dimiserat, sed ex prophetia, quam a scribis audiuit Herodes. Et apte factum est, ut stella eos ingredientes in Ierusalem non sequeretur, quam ipsi ab oriente fuerant ante secuti, ne peruerteretur ordo ducendi, ut idem esset dux & ductus, prauius & sequens. Nec alternant cum hominibus diuina decreta, donec compleantur: & ut post prauius signum de rege mirae nato, aperiret ueritas scripturarum, nec non abolenda erant signa a Iudaeis, quae semper signa petunt, ut ipsi compulsi necessitate, prophetarum ueritatem inquirerent. Aut forte nec digni erant uidere nouam stellam homines perducere ad uerbum carnem factum, quod non credentes, uerbis patibulo affixerunt, pro quo sol antiquus obscuratus est. Et si uiderent Hierosolymam noui sideris signum, in eum ex nouitate ingredientes, non expressissent uaticinium prophetantis, cum nec rex Herodes intendisset congregare Iudaeos, nec ipsi ad discutiendum uocati, in concionem uenissent, aut reprehensionem quadam dixissent: Si ducem habetis diuinum, ut quid quiritis humanum? Si ducem caelestem, ut quid terrenum inquiretis? Nec non & ista summa occultationis stellae illa prouidentia diuina, quae neminem fallit, ut ipsi magi Ierusalem ingrederentur, & quaerent, & inuenirent, unde per amplius firmarentur tanquam nouitatis, & ex gestibus nouellarum plationes. Sed cum magi Ierusalem egrederentur, & ecce stella quam uiderant in oriente, antecedebat eos, usque dum ueniens staret supra ubi erat puer.

¶ Praeit eos caelestis illa claritas, quae illis primo in partibus orientis apparuit, quae in Ierusalem prauius iter faciens, sed expectans eos, solitum peregit officium: reuera & de facto ad Bethleem prauius faciens, quam ipsi audierant ab Herode, ut non solum ciuitatem, sed etiam pandochialē locum ubi puer erat, ostenderet, & staret super eum locum autoritate illius, quae eam de nouo fecit oriri, & superioris indicij ad eum, qui de superioribus ad infima nostra uenit. Et staret immobilis uelut non pergressura pampilius, sed defectura peracto sui ducatus officio. Quae cum non fuisset creata cum caeteris die quarta creationis, in nihil unde sumpta, reuera est.

¶ Videtes autem stellam magi, gausi sunt gaudio magno ualde.

¶ Viderunt stellam magi, & cognouerunt eandem esse quam in oriente primo conspexerant, quam usque illuc prauiam fuerant subsecuti. Et gausi sunt in uisione illius, quam Ierusalem ingredientes perdidisse crediderant. Sed

gaudio magno, eo quod in Ierusalem scripturam prophetica cum signo caelesti, ad signatum regem consonam inuenerunt, ut prouocati a signo, eruditi a propheta uaticinio, ad peragendum laetitia cultum & obsequium munerum securius graderent. Valde prius sunt gausi, quod etiam post documenta prophetarum, per ora scribarum, a ducatu non desit, ut signum in illa ostensum, confirmaretur a uaticinio prophetarum: iterum confirmaretur a signo, dum ipsa ut prius, ducatus peregit obsequium. Nam de caelo datum est uaticinium ad prophetam, & de caelo ad magos signum prauium est porrectum. Et prophetae & scribae & magi, utique homines de terra terreni fuerunt: uaticinium & signum fuere caelestia: ut in natiuitate tanti regis omnia uero concentu conueniant, & hinc mirae natum puerum caelestia & terrestria uenerentur.

¶ De prosecutione magorum usque ad puerum mirae natum, & adoratione & oblatione quam faciunt, secundum Mattheum solum. Caput XV.

¶ Prosequuntur magi stellam prauiam, & perueniunt ad optatum locum, pro quo tanto labore sudauerunt. Et signum stat super signatum, non lingua, sed gestu loquens & docens: Dimittite amodo signum, ingredimini ad signatum. Si signo amplius delectati, priuabimini uisione signati. Omne signum exceditur a signatum. Signum propter signatum, non autem signatum propter signum. Aduertunt magi quid agendum. Non enim secuti fuerant signum priuam propter semetipsum, sed ut ducerentur ad signatum. Plus intelligebant in animo, quam ostenderet in signo. Auertunt a stella oculos corporis, intrant pandochium. Et statim uiso signato, signum stellae disparuit. Hinc est quod dicitur:

Math. 2.



¶ Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

¶ Ingressi sunt magi pandochium, super lectili nulla instructum, humanis copiis & rebus familiaribus ex omni parte priuatum. Et animo religiosi, mente puri, fide firmi, ex signo desuper dato, eis usque illuc prauius facto, ex uaticinio Hierosolymam inueniunt, non perturbatur, non scandalizantur quod nihil inueniunt, nihil uident aptum rege maiestati. Et cum regem quaerent Iudaeorum, inueniunt puerum impotem fandi, seruata serie temporis in augmento molis corporalis: quam potestate loqui potuisset post uterum tertio decimo die a die natiuitatis. Iohannes exultauit in utero suae matris. Sed qui ordinem inordinatis daturus aduene

in seipso ante seruauit. [Inuenerunt puerum cum Maria matre eius:] a qua nec auerentes aspectum, cognouerunt inuicem cum moysi ordinatiuone grandauiam, sapientem, prouidam, apte uerecundam atque modestam, pauperem, & in ipsa paupertate letantem. Dei tamen prouidentia factum est, ut tunc deesset Ioseph, ut non a magis sicut a pastoribus cum puero & Maria fuisset inuentus. Nam Ioseph erat cognitus in Iudaea tanquam maritus Mariae, non autem in oriente fama eius uenerat. Et adificanti magi a puero, quem non solum ex signo, sed etiam ex omni lineamento corporis indicant elegantem, cui in alio natura non defuit. Aedificanti in matre pueri, quam uelut caelicolam autumant, cuius animus non inclinatus ad terram cuius mens fixa maneat in supernis, & studium, sit ad curam editae nouae prolis, quam mente, corpore ac muneribus uenerantur.

¶ Et procidentes, adorauerunt eum.

¶ Quem primo illa quae genuit, adorauit, adorauerunt angeli, adorauerunt pastores, & nunc quatuor magi ante ipsum procidentes, adorant. Incipiunt ab oriente mysteria, ut in carne dei filius adoretur: quoniam qui suscitauit ab oriente iustitiam, uocauit eum ut sequeretur se. Sic Iohannes ait: Ipse suscitauit in signo, uocauit in fide orientis populum ad sequela. Orientis enim populus, est omne hominum genus, quoniam in oriente multiplicari coepit ut hoies super terram. Et ibi peccauit Adama, a qua plaga uentus est ad Christum, ut homines iustificarentur in fide. Adorant reges regem regum, & dominum dominantium. stectant genua mundi sapientes ante puerum paruulum, ut omnis mundi sapientia, ante Christi simplicitatem incurueret. Sed pro multis pauebat Apostolus, dicens: Timere

Isaie. 40.

2. Cor. 11.

ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corruptantur sensus uestri, & excidant a simplicitate quae est in Christo Iesu. Adorat matrematicum puerum, non fatatum a stellis, sed tanquam stellae dominum & factorem, ut renunciare mathematicorum iudicij uideant, afferentium omnia inferiora, etiam mores, ortus & fines, ex decreto pendere stellae, cum ipsi geniculat ante pueros. Hoc quidem potissime in adoratione huiusmodi mystice agebat, in eo quod adoratores hi erant reges, sapientes, diuites, orientales, & numero tres, quod omnia mundi regimina, omnia dominia, omnis iustitia, omnis sapientia, omnes diuitiae, omnes sub caelo in hominibus claritas, omnes animae uirtutes, memoria & uoluntas, ad incarnatum dei filium referant, & adoret, & uenerentur: quoniam sicut sine ipso increato factum est nihil, sic sine incarnato proderit nihil. Nemo autem cunctis, istos puerum Iesum aliter quam adoratione laetiae adorasse: non enim bonus dominus eis in melioribus defuit. Nam sicut praestitit uerum signum, sic ueram fidem infudit in animo ad signatum. Frustra quidem a tam remotis partibus tantum

fuisse pducti studio, nisi eos in pura fide solidasset, qua eum in illa pueritia, in illa forma feruili, in illa carne mortali, in illis cunabulis, in illis uilibus fascijs, in illo pandochio desolato adorassent uerbum æternum, uerbum incarnatum, uerbum increatum, sed pro nobis carnis factum & uniuersorum dñm, cui debere omnes honores & omnis gloria in secula seculorum. Sed quem animo pio colunt, flexo corpore uenerantur, etiam muneribus profitentur.

Matth. 2. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

¶ Mystica sunt hæc in designatione adorati, quis, qualis, quantusq; existat, & in designatione uere colentium Christum, quod ei in spiritalibus donarijs offerant, & in quibus significatis sua uota persoluant, non discutienda per singula, sed pspicacibus animis relinquenda. Sed nec Christus suis manibus ista suscepit, put multorum errorum pietas credit, quod nil amplius de seipso eis ostendit, quam puer tredecim dies ostendere uisitantibus posset, ne ipsi perdidissent meritum, si uiderent experimentum, & si mos superasset ætate. Nam mos & ætas in ipso taliter existerunt, ut in nullo distare uiderent. Sed pia mater eius paupercula, in pegrè posita, donaria illa suscepit ad fidem piam offerentium in designatione pueri, in designatione mysterij, paucis uerbis reddens uicem, confirmans fidem. Et potius fuisse trahendum ad uitium, quam ad aliquid honestum, si puer tredecim dierum manus extenderit ad munera, forte quæ capessit ex decreto stellarum, aut magia, & non sit puer homo. Sic quidem ex oibus uisus & gestis, magi crediderunt omnia esse diuina, ubi per omnia humana defuerat. Et cum omnia iuxta uota uidissent, imò per amplius quam crederent & sperarent: quoniam bonus dominus sperantibus in est, animam quærēt illi, meliora eis tribuit quam acceperit, & potiora quam possit. pueri spes humana pro auro fide, pro thure spem, pro myrrha conseruantem ab immunditijs & a corruptione charitatē. Et qui deduxit in signo remisso, in uerbo non humano, sed angelico reduxit. Nam cum ipsi inter se quærent, reuersione pposita, qua uia esset ad patriam repedandum, Herodi fidem dicentes esse seruandam, desuper a domino per angelum admonentur, ac per hoc responsō accepto in somnis, ne rediret ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

¶ Non sponderat Herodi sibi renunciare inuēra, quamquam ipse postulasset. Et si spondissent, a superiori dño absoluunt, maxime cum in fraudē fuerit facta postulatio. Nam si sponso fieret ad malè aut fraudulenter petita, non est seruanda. Spondit enim sponso petitionem iustā, licitā. In omni aucta causa, superior potest suum inferiorē in autoritate subiectum, a sponsonibus sub ipso factis iuridicè liberare. Deus

autem super omnia dominus, in somno responsum dedit per angelum suum, ne redirent ad Herodem, liberans eos a dubio de agendis, & a uerbis impiosissimi Herodis. Qui per aliam uiam, non ducatu stellarum, reuersi sunt in regionem suam.

Reuersi, sed conuersi ad dominum omnium deum, quem in carne adorauerunt pueri.

Reuersi, sed auersi ab omni seculi uanitate, & ab omni superstitiosa scientia: quoniam cognouerunt in puero factum nullum ad stellarum, ac esse p doctrinā docentē simpliciter gradiendum. Et quibus gressu corporis alia uia, quam qua uenerant, repedando ad patriam incessissent, sōge alia uia quam uenerat, motu metis ad propria sunt reuersi. Nam uenerunt in fide signi, reuersi sunt in fide signati: uenerunt mathematici, reuersi sunt in fide de catholicis uenerunt uagi, reuersi sunt religiosi. Regio illorum erat orientalis plagæ: ciuitas ubi nati & alii erant, subiectæ. Oriens quidem omnium hominum, in cuius regione oportet reuerti, cum p fide cognouerimus Christum, est illa prima & immaculata creatio rationalis animæ, quæ facta est ad imaginem & similitudinem dei, lumen cuius uultus signatur super illam.

Nec mihi ex aliq; parte lucet, si uidere mores uelim, ut reuersionē a peccato tangam in pter nam patriam: quoniam isti non sunt reuersi a peccato, sed a Christo, quæ uenerat adorare: potius autem credēdi, cum uenerunt ad Christum, reuersi reliquere peccatum. Proinde præfigit formam, ut ab oriente conditæ nostræ naturæ, ueniamus ad cognitionē gratiæ, a qua non deserentes, sed nobiscum ferentes, prout Christum portauerunt in mente, relinquētes in corpore: reuertamur iterum ad orientē naturæ conditæ, sed p aliam uiam, scilicet p imitationē operum Christi, quæ condita natura non habuit, quoscumq; dei filius carnem assumpsit. Et alia est uia naturæ, qua quisque uerget & bonum querit: alia est uia gratiæ, qua inuenit. Est oriens deo deus pater, a quo uenit ad Christum filium, a quo iteque per uiam crucis, reuersio fit ad patrem.

¶ De latone pueri lesu ad templum, ubi sunt epiphaniæ quartæ celebratæ, secundum Lucam solū. Cap. XVI.

Desertur ad templum puer in præsepium adoratus a magis, ut in templo cognosceretur ab ipsis Iudeis. Custodita est lex in latone eius uoluntate, non necessitate, ne iam puer a solutione legis inciperet. Et iterum per tempus computatur æternus, dum completis quadraginta diebus, est latus in templum, quod ante per Salomonem factum, & diruprum, & iterum reedificatum est, & ad eam imaginem, quam nullum abhorreat corruptum atque desertum, si reintegratum est, etiam si illa prima facti operis pulchritudo perdat. Irrecuperabilis quidem est illa prima innocentia, si p dicit, quibus possunt alia

ornamenta superapponi. Non enim Ezras & Nehemias ut templum primo fecit Salomon, refecerunt, neque fuit in illo copia illa auri, ut Salomō posuit, & multa quæ habuit illa nobilis ædes. Attamē ita refectum est, ut domus dei diceret, & orationis, & obsecrationis, & propiciationis pro populo, & angelus tuitus illud fuit. Et in illo apparuit Zacharias, & multa signa in illo celebrata sunt, etiā post exterminium primū cum exiit reparati. Igitur spes magna pro gratia est ab iniquitate destructis, si nouerit restaurare seipsum. Hinc & puer Iesus, qui ab æterno uerbum deus, nostram humanitatem non abhorruit, quæ foedauit Adā. Et enim quæ reparationi apta erat, quæ & ipse reparauit. Apparet igitur in templo puer Iesus, quis qualisq; sit, cum infans nihil aliud quam in fantia monstrans, ab utroque sexu & ætatis grandæue testimonia, quam plus quam homo erat, accipit. Simeon, Anna uidua spiritu prophético cōtestant, sicut alibi declarati sunt. Et quis humana lingua & corruptibilis, magna & mirabilia de ipso pronunciet, desuper est qui cordibus infundit hoc quod loquitur lingua carnis, ut etiam in templo epiphaniatus existat per linguas, p spiritum sanctum dñi eruditas, ut illa de hoc puero loquerentur, quorum nemo nisi per spiritum sanctum potuit habere notitiam.

Luce. 2.

¶ De quintis epiphanijs, quas de seipso duodenis factus fecit Iesus, secundum Lucam solū. Caput XVII.

Noluit per omnia latere Christus in puerili ætate, antequam ad illam quæ dicitur adolefcentia, pueniret, quin aliquid de seipso supra illam ætatem ostenderet, & quam plus in ipso quam in cunctis suis coætaneis erat, & notus puer fieret apud scribas & pontifices templi, ob aliquid insignem uirtutis, ne cum perfectæ fuisset ætatis, quis est hic, uelut esset incognitus, sibi obijci potuisset.

Luce. 2.

Factus duodennis, ueniens cum parētibus in templum in Ierusalē, ipsis ignoratibus, remansit in ciuitate. Accessit ad templum, audies, interrogas, ita ut omnes mirarent ætatem pro scientia, & scientiā in ætate, & compositos mores, & omnem sui consistentiā, nihil habentem impertinēs, & perhibentē talia, quam p omnia uirtus superaret ætatem, ut merito credi posset excessum ab hominibus habuisse diuinum, ut etiā non solū hi alij astates, sed mater quæ illū genuerat, miraret. Cui quærēt, quare sic fecerat, clara uoce disseruit, quod non Ioseph, sed patrem habebat deum, & a se ipso, quibus corpore degeret in terris, uelut a superno supernè semp existere super omnem intelligentiā & lucē inaccessibilē inhabitatē, quod dei esset filius, declaratus est, sicut in templo epiphaniatus. Gestosque series & uilitas alibi tactæ sunt.

¶ De baptismo Iesu & sextis epiphanijs, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Iohannem. Caput XVIII.

Baptizatus a Iohanne Iesus in Iordane, non indignus ad ipsum, sed ad nos, quam quibus ipse uoluit indigere atque agere, uelut si necessitate premere: sicut nostra egit ut sua, quæ ipse caput omnium nostrum, si quid exorauit ad patrem, pro nobis, ac si ipse illa indigentia pateretur. Qui cum aquis immergitur uti esset peccator, quæ nullum potuit maculare peccatum, apparuit ex uoce paterna quis & qualis esset, spiritus sanctus in columbina specie, in uisione atque attestacione Iohannis. Sic enim omnes euangelistæ tradunt:

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei caeli, & uidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de caelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Matth. 3.

¶ Dicta uero cæterorum euangelistarum, huic consona ueritate respondet, ideo non ponunt. Ecce igitur sanctificatus aquas, in illis intingitur, non purgatus. Et mirabili modo a cæteris, quæ sic dei filius epiphaniatus est in ætate uirili, magnis agonibus & operatibus apra, ut diuine credatur fieri omne quod agit, cum ipse uelit cum hostibus inuisibilibus & uisibilibus habere congressum, patris legatione perficere, destruere legem tartaræ, diabolicam superare tyrannidem, soluere sanguinis precium, pro captiuis fabricare gradus ueræ ascensionis in caelos, ut supra illos inferat, quos in doctrina, moribus, & uita poterat habere sequaces, ut nulla sit hæsitatio inter homines, quod iste sit dei filius factus homo, quem pater uoce propria manifestat, & spiritus sanctus in assumpta pro tunc dum taxat columbina specie, protestatur.

Marc. 1. Luce. 3. Ioh. 1.

¶ De mysterio totius uite Christi post baptismum, & qualiter epiphaniatus est, secundum omnes euangelistas indeterminatè. Caput XIX.

Baptizatus Iesus, ascendit de aqua Iordanis, ad maiora se tollēs, ut uirtus sequatur ad uirtutē, & bonis meliora necessatur: & mosque disciplina pstruitur in oibus actionibus & sermonibus eius, ut sequatur uestigia ipsius. Non amplius agi potest, quam posse fieri Christus formæ: diffinitas uero trahit in mortem. Deus erat, poterat ferre auxiliū. Homo erat, omnibus pstitit exemplum, ut quemadmodum ipse ambulauit, & nos debeamus ambulare. In oibus actibus eius se uerget deum & hominē uerget esse monstrauit, nec una natura in aliquo ab altera est confusa, cum suis proprietatibus semper manentibus, Iesus fecit humana diuinē, & diuinā humanē. In duplici forma operatus est, in forma dñi, & in forma feruili. Distinctæ quidem sunt huiuscemodi actiones, quarum ad aliquas inuitamur ad adorandum & uenerandum, ad alias, pro imitatione uocamur. Quod actum est

per dñi formam, nō est imitabile, neq; ad hoc inuitatio facta ē. Quod uerō fecit in forma serui, si nō per oīa, per plura imitabile, puocatur ad illud: nam non q̄a deus, sed q̄a homo, dedit & reliquit exemplū. Et sic p̄ distiformes actiōes manifestatus est, nō q̄ una forma praterq̄ in operibus potuisset uideri & agnosci: in altera uerō uisus & cōuersatus est & agnitus homo, nō operās sibi, sed nobis, p̄intendēs notū fieri his, pro q̄bus assumpserat actiōes ut crederet, & iustitia pro p̄mio dare in fide credentibus. Et faciebat potestatiue, unde de perditōe liberemur, & saluaremur in excellis ad eius uisū onem aeternā: quam obrē aliquādiu carne uestitus, tēte in terris. Qui lotus in aquis, ilico deserta p̄nerauit, dedit cās se totū altissimo, subtrahēs se a seculo inuoluēri, non sibi timēs aut caues, existēs incorruptibilis ab omī q̄d maculare mores hoīm potest, sed sequētibz p̄strinxit uiuēdi formā, q̄ cauta sit cōuersatio eoz q̄ purgationem acceperūt uerēq; delictoz: in q̄ cūq; sit ordinata purgatio, ubi esuriuit homo, & tētatus est homo. Et sic manifestatus in forma serui, in forma uerō dñi dedit improbo tētorū conflictū. Inde egressus, p̄dicauit diuina humanē, & legens in synagogis, ut propheta tum erat de ipso, prophetiam impleri asseruit, & semetipsum manifestauit, ut in fide caperent. Super naturam facta miracula, declarauerunt deū in corpore, q̄ quorū uisum, & uentū per obedientiā: & expulsū ab obsessis corporibus dæmones, confitētes quōd erat Christus filius dei uiui: & Petrus a deo patre doctus, sic confessus est. Et iterū pater declarauit in monte, dicens: Hic est filius meus dilectus, in q̄m ih̄i cōplacui. Et in tēplō: Clarificauit, & iterum clarificabo. Et doctrina in uerbis aeternae uitae, dimissio peccatorū, cognitio cordium humanoz, etiam futuroz, & similia, manifestauerūt in corde credentiū, esse deū. Cetera uerō, quia fugit, quia fatigatus est, quia esuriuit, comedit & bibit & dormiuit, lachrymas fudit, tristatus & pauefactus, captus & ligatus, ductus & opprobriatus & uerberatus est, dānatus ad mortem, sicq; & mortuus & sepultus est, totū exprimit formā serui. Sed etiam inter opprobria, & dum uiliter est in agonibus illa forma seruilis, etiā potestas dñabilis formae innotuit, quā p̄dit cognitio proditoris, p̄stratio hostiū, obicatio solis, terrae tremor, scissio ueli tēplaris, diuisio saxoz, & monumentoz ap̄tio. Ac per hoc ut crederet, ut in ipso speraret, ut amaret, ut sibi obediret, ut est homo suae salutis amator imitaret, sic in utraq; forma toties epiphania accepit. Proinde incredulis certa dānatio, credentibus negligentibus nulla saluatio, quā omne suffugium excusationis adimitur.

Matth. 16.

Luc. 9.

Marc. 9.

Ioh. 12.

De mysterio corporis & sanguinis domini saluato uis, ubi nulla epiphania, sed celata potestas, secundum

Matthaeum, Marcum & Lucam. Caput XX. Processu incomprehensibili egit aeternū & Ioh. 1. increatū uerbū. Per ipsum oīa facta sunt, & ipse sua potestate incarnatū se fecit, & in uerbo eructuato docuit humanas mētēs agēda, & sperāda, & diligēda, & obediēda. Donauit sanitates, suscitauit mortuos, & dæmones expulit ab obsessis. Et seipsum aliter, non aliū in uerbo suo fecit, transubstantiās terrena & mortalia in corpus & sanguinē suū, ut essent hominibus in anima cibus & potus, ut iam in deserto uitae p̄sentis pararetur mēsa peculiari populo dei: nō in fomētū corporis, sed mētis: nō ut caro, sed ut anima nutrire, & una mēsa hoīm & angeloz: si nō in eodē loco, saltē in eodē cibo, Matth. 26 uicq; dum esset oīa in omībus deus, & euacua- Marc. 14 reſ oīs ordo & omīs principatus, & spes p̄rogareſ hoībuz peruenienti ad deum, & fruendi Ioh. 6. deo, cum in hac uita deitate in rebus transubstantiatis in corpus, cibantē & potatur. Recessurus a nobis, reliquit legē, secidit quā ageremus: uirtutes, secundū quas uiueremus: pacē, in qua custodiremur: sacramēta, quibus mundaremur: & seipsum uelut obfidē, pignus & aram sub stipulatione solenni, ut pollicitationē firmā teneremus ad aeternā beatitudinē capēsendā, ut angeli diligerēt, & custodirēt seruētus, timerēt horrēdus inuisibiles hostes, dū utriq; cōspicerēt nos tertios in eos, apud q̄s sunt tā alta dona deposita. Nō sumus angeli: possumus & peccare, & subiacemus poenalitibus, & in ualle miseriae habitamus. Nō sumus dæmones: possumus em & errata corrigere, & poenitentia agere, p̄ erratis. Ab illis angeli sunt liberi, in istis sunt dæmones obſtinati. Nos q̄ in eos mediū positi sumus, nec liberi ut angeli, nec ut dæmones obſtinati. Vnū cū creatura uolēs, angelos nō apprehēdit, dēmonēs abhorruit, ut esset homo inter hoīes, & unionē naturaz fecit. Et nūc suū corpus illi naturae a q̄ sumpsit corpus, in duplici specie reliquit, inſinuās dignitatē dilectionēq; ad hoīes, q̄ si iā uicē reddēs, ut illi naturae q̄ dedit ei assumētū corpus, & relinquereſ suū corpus: ita relinquēs q̄d ferēs, sic ferens q̄d omīno relinquēs: ut q̄d tenemus, iam sit in caelo: & q̄d est in caelo, & nos inhæsitāter in terra tenemus. Sed debitores sumus magni depositi, emphyteotecari nō possumus, saltē immaculati custodiamus. Aduertēdū esse p̄spicacissimē dixerim, peculiari populo dei dignitatē Christianoz, nō Iudaeoz. Alij natiōes fecerunt sibi deos suos, quos colerēt, quos pro suis uotis orarent: populus electus dei, non sibi deum fecit, sed ab aeterno existentem deum credidit. Nūc autem in nouissimo potestatem accepit sacramentaliter facere quem possēt orare, atq; cultu latrāe adorare. Sed in uirtute uerbi eius facit ille, cuius int. ref. ex ordine, sacramērale Christi corpus efficere transubstantian

Phil. 2

do naturas. Attamen primus huius mysterij actor exitit ille Christus unigenitus dei filius, qui res quas natura solita, & solito, & in solitis produxit, artis peritiā sic eduxit, in corpus suum & sanguinē mirabili potestate conuertit. Actio porro laudabilis, modus incōprehensibilis, finis desiderabilis. Præcesserat ex nihilo creatio uniuersi, & unio spiritū & corporum creatorum. Præcesserat unio dispariū naturaz creatricis & creatae, sp̄s increati, ad spiritum rationālē creatū & ad corpus creatum. Facta erat unio extremoz, & in hoc quasi descensus celebratus est, cum semetipsum exinanuit, formam serui accipiens. Et acceptū utiq; magnificatum est, nō autē in natura mutatum. Sic & accipiens, per oīa mansit in suis aeternis. In isto autē mysterio, neq; descēso, neq; assumptio, neq; unio facta est, sed cōuersio substantiē in substantiam, non in substantiam deitatis, sed assumpti corporis. Quod q̄uis inseparabiliter deitati uniret, sicut in unione nulla est naturaz p̄mixtio, neq; confusio, neq; additio ad alteram naturam: & neutra natura p̄mplus q̄d habet natura existens: una ut increata, altera ut creatā: sic cōuersio non est facta in deitatis substantiā, nihilq; sibi addi, aut aliquid ab ea demī potest, sed assumpti corporis, ita ut substantia in aliam transeat in potestate uerbi, & transeuntis substantiē proprietates, seu quē dicunt, accidentia manent: substantia eis debita non manent ut erat, neq; transeant cū substantia transeunte, ut sint illius in quā facta est cōuersio. Sequunt quidem substantiam quantitatis & qualitatis, ut q̄d substantia caret, quantum uel quale nō sit. Quod uerō substantia habet, quantum uel quale habeat, competētia sibi iure inditae sibi naturae: Non em sermo est de his quae apponunt ex arte, aut aliter uentū p̄ueniunt. Igit̄ transubstantiatione facta p̄ uerbum, in transubstantiāto quātitas & qualitas, aut aliquid accidēs non querant, quae p̄extiterunt & fuerunt. Sed si querenda sunt haec, in illa querant, in qua facta est mutatio: & tunc non q̄rant, nec inuenient esse substantiē transeuntis, quia desit q̄d fuit: nec substantiē p̄manētis, cum in illa non sint cōuersa accidentia, sed duntaxat ipsa panis & uini substantia. Frustra & superuacue a uerē fidelibus querit, de his, q̄ relicta sunt obſcūra sensibus, cū substantia nō subsit amplius eis. Et ut me non fallat error, ap̄tius dixerim, q̄ accidentia in sacramento appareāt potius q̄ existāt, de sub eis omīno remota p̄existente substantia. Magnus & sapiēs ergo dñs, & laudabilis in operibus eius, qui sic prouidit homini quem creauit.

De mysterio fidei catholicae Cap. XXI

Altissima uirtus, quae deus est, obumbrat creaturam humanam; fidem uidelicet

umbram faciens, sub qua hominis oculus requiescit, & uelut aspersus nebulis ignorantiae, puluere carnis respersus, in terram defixus, in nixusq; solium intelligētia naturalis: respicit in altissimam uirtutē, nobis se per fidē umbram contemperantē, ut p̄ ipsam pollimus intelligere illa, quae humana ratione negatum est apprehēdere, sicut in Isaia scriptum est: Nisi credideritis, non intelligetis. Qua credulitate seu fide, primum erigamur in deum omniū conditorē, uisibilem & inuisibilem, nec aliquid extra se habēs quamlibet entitatē, nisi ab ipso & nec sine ipso creatum, quia omnia p̄ ipsum facta sunt, entitatē habētia: & sine ipso factū est nihil: peccatum autē entitatē non habēs, q̄ creauit & angelos, substantias uidelicet separatas: caelum gloriā, stellas firmamētum, & stellas. Elemēta distinxit, elemēta sensibilia & insensibilia fecit: postremam creaturā rationālē, hominē ad imaginē & similitudinē suam faciēs, quē in mundum, uelut in regnum omnibus patronatum introduxit in regē, eius subiects diti onī omnia corruptibilia, sensibilia & insensibilia, sicut scriptum est: Omnia subieci sibi sub pedibus eius. Qui non uelut indignus operis sui omnia creauit ex nihilo, quia spiritus dñi, scilicet uoluntas eius, ferebatur sup̄ aquas nostrae productionis: non sub aquis alicuius necessitatis, qm̄ in deo nulla necessitas, neq; in digētia, sed liber atque liber, & ex amore puro, fecit q̄ uoluit, in caelo & in terra, & in mari & in omnibus abyssis: omnia bona ualde componēs, ut communicaret seipsum bonis rationabilibus, a se solum p̄ amorē creatis, angelis & hominibus, quia nō erāt quos bearet, & quibus innotesceret, nisi ante creasset, & mansisset incognitus, nisi sibi soli, & imparticipatus, nisi a seipso: si creaturā talē non fecisset, quae ipsum p̄ intellectum & fidē cognosceret, & in amore p̄ter nam fruitiōnē participaret. Cetera uerō creata, seorsum ab istis ad usum mētis per considerationem, & corporis per sustentationem, ad uniuersi pulchritudinē facta credūtur. Et ideo non sunt aequalia, quia si essent omnia aequalia, non essent omnia nec uniuersi pulchritudo p̄fecta: & uelut non indigētia, sed pia uoluntate, ita non alieno auxilio fecit, qui fecit, quia nullus ante ipsum, nullus cū ipso, nullus post ipsum in opere creationis praestitit, praestat, praestabitq; subsidia. Etiam dominatur oībus, & regit omnia sine motu, praesidet omībus sine situ, p̄sens est omnibus sine loco, & intima magis cuiuslibet creature, q̄ sibi ipsi creatura intimitur. Et mēsurā tempoz, horaz & diez, hebdomadaz, mensum & annoz, lōge sunt ab ipso. Accidentia ulla nō recipit, noīa de eodicta, nihil sibi addit, aut imponit: nec alter ex altero redditur simplici naturae deitatis, cui nihil addi uel minui potest. Ineffabilis est de-

Isaie. 7.

Psalm. 8.

us, saltem eo modo, quo ineffabilis dicitur, ineffabilis non est. Excedit intellectum angelicum & humanum in comprehensione, quia incomprehensibilis est affectu omnium creaturarum in bonitate, quia nullus amor æquat bonitati eius amando, ut diligat quantum sua requirit bonitas, nec in huius uitæ tenebris, nec in partibus superis. Non narrat eum ad plenum scriptura legibilem, nec lingua uolubilis explicat quid sit deus. Sensus corporalis nunquam percipit, quia incorporeus est. Esti ex tempore uerbum caro factum est, nihil in deitate mutatum est, ut nec etiam in illo corpore deitas sensibus percipi possit, nec in coena & sacramento deus mandens deitate cõpremit, nec gustus percipit, nec oculis uidit, nec olfactus olfecit, nec auris audiuit, nec tactus respexit, nec impassionata carne assumpta, deitatem unitam attigerunt quolibet passiones. Nec dolores & tristitia animæ Christi dei, affecterunt in aliquo deitate. Vnus est in substantia, trinus est in personis. Nec unitas substantiæ, personarum trinitatem excludit; nec personarum trinitas, substantiæ unitatem discreta seu continua quantitate multiplicat. Nec inducuntur exemplares probationes in elucidando predicta, & non probata, & omnibus fides in suo maneat robore, primiumque magis crescat in pura credulitate, sed solum sufficiat, quod diuersorum una forma, in qua diuersa creata conueniunt, & nexus unus & duras perpetuus creatoris arguit unitatem, & esse cuiuslibet rei forma & utilitas seu bonitas, pronunciat trinitatem. Nam esse rei cuiuslibet patris, creatoris enunciat; forma qua distinguuntur à cæteris, sapientia filii clamat; utilitas seu bonitas cuiuslibet rei, spiritus sancti bonitatem eloquitur. Et pater a nullo, filius genitus a patre solo, spiritus sanctus procedit ex patre atque filio. Nec maior pater filio aut spiritus sancto, nec filius spiritus sancto aut patre maior est, nec spiritus sanctus maior patre solo, aut filio solo; nec una cuiusque persona maior aut minor est duabus, nec duæ maiores aut minores una persona persistunt. In deitate nulla prioritas, nulla posteritas inuenitur ex trinitate personarum. Aequalitas in æternitate, in impassibilitate, in immortalitate, in increabilitate, in potentia, sapientia, & bonitate reperitur in eis.

¶ De omnipotentia dei. Cap. XXII.

Bonus est inquam ducatus fidei, qui sub omnipotentia dei ducens, de ipsa nos facit recta sentire qua credimus. Et cum omnia ista ita sint, quod non potest deus nisi bona, nam quodlibet minimum inconueniens, impossibilitatem dicit in deo. Et si secundum prophetam dicitur, Non est malum in ciuitate quod deus non faciat; permissiue, non potestatiue, qui legit, intelligat. Igitur ita est uere omnipotens, quod non potest aliquid male facere, cogitare aut loqui; nec actus poe-
Amos. 3.

re, sitire, calere, frigidescere, aut quomodo libet pati aut mori; nec facere quod sit & non; presens & præteritum & futurum, sunt idem; nec facere maiorem se uel alium, uel aliquid finitum in quantum substantia, uisibili aut inuisibili, sensibili aut insensibili; nec actus corporales, ut comedere aut bibere, ambulare, sedere, dormire, & his similia. Si qua enim corporales in toto & extoto & à toto creatore omnino remouent in seipso & per se ipsum & à seipso, excepto quod talia creare potest extra seipsum, nec tamen de seipso: quia non solum corporalia, sed etiam spiritalia, non de deo tanquam ex materia, sed à suprema & efficiente omnium causa creduntur creata. Cui autem in scriptura sacra leguntur uerba actus corporales designantia, non est intelligendum quod deus corporaliter fecerit, sed quoniam scriptura loquebatur existens in corpore, per sensus corporeos, non frustra datos, sed ad hæc percipienda quod ad modo ordinatos, percipientibus potissimum in lingua narratibus, aure audientibus in exemplis, quod si corporalia non sunt cõsiderantibus, & in corporea & ex corporea natura genitis. Ideo sacra scriptura nullius loquendi generis, uerba de deo uitauit, dicitur autem omnipotentia insuperabilem, indeficientem, inculpabilem, irreprehensibilem nunciarent; & sapientiam insalutabilem, incomprehensibilem, omnia comprehendentem: inintelligibilem, omnia intelligentem; & præterita & futura ut presentia, presentia presentiter presentia cognoscentem; inuariabilem, omnia uariata & uarianda uariantem proclamarent; bonitatem incomparabilem, indeficientem; omnia superexcedentem, omnia implentem, omnia reficientem; imperturbabilem, impermutabilem; & in his similia enarrant. Horum siquidem declaratio uoluntate magnam requirit. Nomina uero si qua sunt quibus nominatur deus, nomina dispositionum sunt; sed nullum reperit nomen eum totaliter exprimens, manifestans aut declarans. Sed nomen substantiale eius innotuit Moysi, cum diceret ei: Ego sum qui sum. Cætera uero agnominatioem & dispositionum sunt nomina, per nulla & in nullis creatorem reddentia uariatum, neque possibile uariari. In hoc igitur maxime omnipotens credendus est, quod male agere seu in aliquo deficere non potest. Potest uero deus omnia conuenientia omnibus modis: quia potest producere non esse in esse per creationem, multiplicare per propagationem, de incompleto completum facere, unum in aliud mutare, ut panem & uinum in Christi carnem & sanguinem transsubstantiare. Et de omnipotentia fuit, quod potuit sic incarnari & nasci. Apparuit dei omnipotentia in mundi præteritis, quia res creauit ex nihilo. Apparuit in medio, quia creata uertentur in nihilum, nisi sua potentia contineret. Apparebit in fine, quia corpora summa celeritate fuscabit.

Exo. 3.

¶ De sapientia dei. Cap. XXIII.

Claritas fidei nostræ ad cognoscendam claritatem supremæ sapientiæ nos inuitat, de qua Christianitate ista tenenda sunt: quod sapientia deilympidissima cognoscit omnia, bona & mala, præterita, presentia & futura, actua, & inuisibilia, & incomprehensibilia nobis, & infinita, nec diuersificatur in seipsa, licet diuersa nomina sortiatur. In quantum est cognoscitua omnium possibilium, dicitur scientia siue cognitio. In quantum cognoscitua omnium quæ in mundo sunt, dicitur uisio. In quantum cognoscitua omnium quæ bene fiunt, dicitur approbatio. In quantum cognoscitua eorum quæ damanda sunt, dicitur reprobatio. In quantum cognoscitua futurorum, dicitur præscientia siue præuisio. In quantum cognoscitua eorum quæ ab ipso fienda sunt, dicitur dispositio. In quantum cognoscitua eorum quæ præmianda sunt, dicitur prædestinatio. Et non solum cognoscitua omnium, sed ratio cognoscedi. Cognoscit contingentia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura presentiter, temporalia æternaliter, dependentia independenter, creata increata, cogitanda & cogitata, & finem omnium nouit, saluandorum & damnandorum numerum infallibiliter, infallibiliter cognoscit. Cognoscit numerum, pondus, mensuram, quantitatem, qualitatem, omnium rerum. Huic sapientiæ non deperit tempus nec lateat locus, non subterfugit actus, patet omnis intellectus, nullus est effectus occultus.

¶ De uoluntate. Cap. XXIII.

Datum est fidei Christianæ attingere inaccessa, & inuisa comprehendere, & absque meritis est donum fidei, cum qua & ex qua & per quam nobis diuina uoluntas innotuit. Quæ primo à seipsa libera est, & in seipsa, & per se ipsam, quam ad aliquid peragendum aut uolendum non pepulerunt extrinsecæ seu extrinsecæ causæ, nec diuersa uolita diuersificant uoluntatem. Quæ sic est efficax, ut nullo modo possit impediri: sic recta, ut nullo modo possit obliquari: sic sapiens, ut nullo modo possit errare: sic bona, ut nullo modo possit maculari. Quæ causa est omnium factorum & fiendorum prima, & summa, & rationalis, & ineffabilis, & iustissima causa uisibilium & inuisibilium, per iussionem & per permissionem, cui uoluntati nemo resistere potest. Sæpe Ioseph fratres suos, de sua uenditione ne timerent, confortas ait: Nolite timere, non dei possumus resistere uoluntati. Esther 13. habetur, dum oraret: Domine, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuae possit resistere uoluntati. Et si peccatur contra uoluntatem dei, non tamen resistitur uoluntati dei. Non enim peccaretur, nisi ipse permitteret: non permitteret, nisi uellet; nec uel-

Geno. 45

let, nisi quod iustum est. Aliqua enim iustissima & occultissima causa est apud ipsum, non perferutabilis nobis, qua ipse peccata fieri omnino permittit. Cuius uoluntatis causa, nullo modo est querenda, cum ipsa sit omnium causa infinitæ comprehensionis, quæ à finita ratione creaturæ comprehendenda non est. Et tatum scire pro hac parte sufficiat, quod iniquitas apud deum non est, nec iniquiter, sed iustissime uult, quæ uult. Cui uoluntati attribuerunt sancti priores bonos actus, ut Iacob, cum exquireretur à patre Isaac, cur tam cito cibos sibi placitos inuenisset, respondit: Voluntas dei fuit, ut cito mihi occurreret, quod uolebam. Et Ioseph, cum uenditus esset à fratribus, delatusque in Aegyptum, factusque Aegypti dominus per Pharaonem, ad prouidendum populo in annis sterilitatis, mirantibus & pauentibus fratribus, dixit: Non uestro consilio, sed dei uoluntate huc missus fui. Et David in Psalmo confitetur, in bonis diuina uoluntate deductum, dicens: Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me. Sed melius iudicauit, omnia profunditate considerationis eius, de ipsa, prout supra nos fertur, edicere, qua perfecta in nobis & à nobis, salutem consequimur: non impleta à nobis, iuxta æquissimam exigentiam eius, ita stè damnatur. Unde prout fertur in nobis & super nos, ad æternam salutem theoria & actus per uniuersam fidem inuitat, quod ipse unigenitus eius in assumpta carne proclamauit: Hæc est uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Hinc & Apostolus ad Timotheum scribens, ait: Vult deus omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Quod dictum sanè intellectum, mentis dubia remouet, cum humana præsumptio semper de diuina uoluntate causetur, dicens: Si uult omnes homines saluos fieri, quare non omnes salui sunt, cum ait Apostolus: Voluntati eius quis resistit? Sed * interpositionis, soluit argumentum præsumptionis. Non enim ita uult, ut nolentes saluentur: nam diuina uoluntas liberum non aufert, quod dedit creaturæ arbitrium, nec necessitat aut uiolentat aliquid ad salutem. Repugnat omnino bonitati diuinæ, quod in homine sit ad bonum & ad malum arbitrium liberum, & cum tali libertate cogatur ad bonum, & necessitate bonus iuxta præmia non nanciscitur, nec deus largitur hominibus quod angelis non concessit, qui libertatem arbitrii recipientes à deo, per libertatem se mutuo diuiserunt, quorum aliqui adhæserunt diuinæ bonitati per liberam uoluntatem, in ipsa statim adhæensione, confirmationem recipientes in gratia, pro suscepta gloria: reliqui ad seipsos delectati, ad eorum creatorem inuidi & superbi, per liberam uoluntatem re-

Geno. 27.

Geno. 45.

Psalm. 72.

Iohan. 6.

1. Tim. 2.

Rom. 9.

cesserunt à deo, damnationem æternam suscipientes in poena. Et qui per suam liberam uoluntatem, non necessitate oia condidit, ita per nostram liberam uoluntatem, non necessitate bonos gratia, beatos in gloria querit. Suae igit potestatis & uoluntatis est, dare; nostræ uero est, recipere, uoluntatis. Huic uoluntati assentientes, sanctificant; quia secundum Apostolum, Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à fornicatione; sanctificatio uidelicet per uirtutes deo placentes, abstinentia à fornicatione, ab omni profecto re præter deum, & absq; deo placent. Ab hac differentes, poenas iustissimas susceperunt, Christo restante, qui ait: Seruus qui scit uoluntatem dñi sui, & non facit, plagis uapulabit multis. Proinde orare docuit dei fieri uoluntatem, quam sancti patres & zelum dei habentes, mutuo facere affectabant. Scribebant Machabæi ad eos, quos credebant legis similes zelatores: Det uobis deus cor oibus, ut colatis eum, & faciatis eius uoluntatem, in corde magno & aio uolenti. Adaperiat cor uestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Vide, q legis uerbor; efficaciam, q uoluntate dei epistolares, appetunt fieri corde magno.

1. Thef. 4

Lucæ. 12.

2. Mac. 2.

Quid enim est cor magnum, nisi cui præter deum nihil est magnum?

Quid enim est cor magnum, nisi quod mundo se preferens, despicit mundum magnum?

Quid enim est cor magnum, nisi ubi per dilectionem laudabilis nimis, & sapientie innummerabilis habitat dominus magnus?

Quid enim est cor magnum, nisi quod oia sensibilia æstimata magna, comparata in ordine ad ueritatem, reputat parua?

Quid est cor magnum, nisi quod corpus paruum deserit, seipsum excolit magnum?

Quid est cor magnum, nisi quod ad maiora se ordinat, & ad maxima per uirtutes inuisibiles se abscondit: Nec aliud etiã est animus uolens, nisi q non uolentatus, sed ex toto libens exequit, quod iubet. Quid aliud oratur, cum dicitur, quod aperiat cor uestrum in lege sua, nisi uoluntas uestra in uoluntate sua perficienda illustretur? Nam lex dei, uoluntas eius nota est. Quid est, faciat pacem, nisi quia nunq pacem habemus, nisi eius uoluntate inculpate faciamus?

¶ De iustitia dei. Caput XXXV.

ENeruat fides rationes humanas, atq; supgredit planum rationis iudicium, intelligentiam humanam aspectu, dubietatis tenebras fugat, retrahit hominem a iniustis & impijs querelis, quæ aduersus iustitiam dei & misericordiam ab insipientibus sæpe procedunt, si tñ frenabiles ipsa lorizet. Quia ergo enarrant scripturæ iustitiam & misericordiam dei, de quibus scribitur ut plurimum humanus animus, nisi esset fidei scuto protectus: igit sub protegente si

de, has duas uias inuestigando humiliter incedamus. Ait enim David: Vniuersæ uia dñi, misericordia & ueritas. Et alibi dicit: Misericordiam & iudiciu cãtabo tibi dñe. Sed primum de iustitia dei quid tenendum sit, Christianicè uideamus. Iustus est dñs, (ait Psalmista) & rectu iudiciu eius. Et alibi: Iustus dñs, & iustitias dilexit. Nec est iustus eo modo, q nos iusti sumus. Superexcedit iustitia sua oem iustitiam, quia ipsa oim est origo, & reprehensione caret, quia nihil in reprehensione agit. Inflexibilis est & immutabilis & æterna: quia si qd est in deo, deus est: ideo iustitia dei, deus est. Sed dirigit supernos, uelut solaris radius: nec est, qui se abscondat à calore eius: nec est, qui effugere possit gladium eius, quæ aut patet aut latet operat. Sed dñs patet, erudit, & timorẽ adducit: & dum laet, animos in admiratione suspendit: quia sepe ignorat ab hominibus, quod deus iustiter facit. Thronus dei, est iustitia dei. Nã thronus, idem est qd sedes. Et in Psalmo legit: Iustitia & iudiciu, correctio sedes eius. Et thronus angelicus uelut iudiciaria, imò iustitia uirtus semper assistit, de quo throno secundum quod in Apocalypsi Iohannes se uidisse restat, procedebat fulgura, uoces & tonitrua. Fulgura nãq; ictus cælestes subiti & improuisi sunt, quæ fulgura, pcellerant de iustitia, scilicet throno dei, uelut eius subite actiones. Primo in angelis, qui statim post concepta superbiam, de cælo cecidi sunt, de quibus subita punitionis actio iustitiæ, inquit Petrus: Deus angelis peccantibus non peperit, sed rudibus inferni detractos, in tartarus tradidit, in iudicium cruciãdos referuari: quia nulla interposita mora, digna ex iustitia susceperunt retributionis mercedem, & sine spatio peccatum secuta est poena. Et in primos parètes fulgurauit diuina iustitia, ut statim nudi, à paradisi delicijs pellerent, qui madatum tam facile contempserunt. Et si non statim actu aliter & in corpore fulguris impetus percussit post delictu, subito tñ pforat in occultis, cum iuine ratiõis ueritatis, nec nõ & ueritate, anima peccãdo priuaret. Quod impellit, noscitur fieri de decus culpæ sine decore iustitiæ. Nec tã subito lapis peccati construit, quin magis subito in peccante de nube iustitiæ fulgur punitiõis procedendo percuriat: conscientia crucians, in occulto uirtutes debilitat, in secretis imaginem dei, ad quam facti in anima sumus, turpã maculis non manifestis, impalatis inimicos deo & angelis faciens, dæmonibus amicos constituens, priuans ipsam gratia, dissolciens à superna gloria, bonor; oim imparticipem reddens, & inferni cuiem ascribens. Nam istæ sunt occultæ subiteq; interdictæ, pcedentes more fulguris de iustitia dei, absq; eo, q corpus manifestat poena plectatur. Rursum atq; subtilius pspicit sub fide contemplans humana oim mens,

Psal. 24.

Psal. 100

Psal. 118.

Psal. 10.

Psal. 18.

Psal. 96.

2. Pe. 2.

Job. 4.

Genes. 1.

pro quadam altissima, benigna & pia discretione, frenat diuina iustitia, ne in peccantes tam subito fulgura punitionis emittat. Nam si oes peccantes subita pcellione puniret, impius crederetur cõditor oim, ipsos ad pœnitentiã non expectas. Sed quia benignus & misericors est, secundum prophetam, & p̄tabilis super maria, nõ uult mortem peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat: ideo pius pater statim diffimulat. Et Apostolus ad Romanos scribens, arguensq; non reuertentes peccatores, dicit: An diuitias bonitatis illius & patientiæ & longanimitatis cõtemnis, ignorans qm benignitas dei ad pœnitentiã re adducit: scilicet expectãdo, ne feriat pro peccatis. Et p obduratis, statim Apostolus subdit: Secundum duritiã aut tuã & cor impœnitens, thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei. Differt siquidem alia pia causa in peccatores ilico fulgurare sagittam, ut ex peccatoribus sumat iustos propagatos ex semine, renatos ex fide. Nã habet ecclesia pro in superna gloria inferendos, quor; patres peccatores infernus tenet & tenet de trufos. Procedit ulterius diuina piat; discretio, mitigando iustitiam, ne statim peccatarios mundi retores, quor; mala meruerunt poenas æternas, & in ipsos subditos existentes legis iustitia desæuisset, ad hoc bene regant alios, seipfos male atq; impunẽ regentes. Multi nanq; male redi, bene alios rexerunt: in correcti, cor rexerunt: inordinati, ordinauerunt: impuniti, alios iustissimè punierunt: & turauerunt re publicam, dño reor; oim inimici. Et malus trãsit, ut plurimũ impunitus, cuius malitia merito re proficit, exercetur, perficiturq; iustus. Nec nõ plerunq; in pharetra sua sagitta ulciscitiua cõuertitur, ut impetari in platos, aut in aliquos ecclesiastica dignitate, aut scripturæ claritate fulgẽtes, quor; opera in fera iustè petunt, cum per eos sit in subditis directio ad superna. Multoties & infallibiliter plati, sacerdotes, doctores, declamatores ad populum aliqui, sed non oes, quos iuste sententia expectat. ad supernam gloriam, auctoritate sacramentor; administratione, p̄dicatione, diuina supposita gratia, plurimos transmiserunt, in seipsis & proprijs meritis damnationem æternam infallibiliter acqrentes. Vult em̄ deus ex omni hominum genere ad tempus peccatoribus parcere, ut ex eis, uelut ex quadam materia durante semper habeat, in quibus formam Christianæ uitæ atq; cõuersatiõis inducat, aut de ipsis quomodolibet malis, aliquid utilitatis, p suis conuersijs eliciat. Et si nunc fulgurantis iustitiæ actio, oes subito & manifestè impeteret, non remaneret in finali extremo iudicio qd feriret. Procedunt uoces de throno iustitiæ, post fulgura declarata atq; notissimæ admonitiõis, ut unusquisq; se caueat, ne inueniat quod puniat. Amar em̄ di-

Roel. 2.

Roma. 2.

uina bonitas magis parcere, q ferire. Ideo p̄mittitur cautelæ debite uoces, ut sibi depuret qui punitur, non de deo querulet, qui cõtemnit. Nõne hæc uox processit ex Adam, cū in paradiso collocaret: Ex omni ligno paradisi comedere licet, sed non comedas illud lignum a quo morietis. In quacunque em̄ die comederis ex eo, morte morietis. Cui ergo nisi sibi deputabit Adam, quia poenã iustitiæ p̄tulit, qui uocem p̄monitiõis iustitiæ cõtempserit? Similiter Cain p̄monitiõis siue p̄monitiõis iusti uoce affatus est dñs dicens, cum in uicia in fratre armauerit cor eius: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nõne si benegeris, recipies? Si autẽ male, statim in foribus peccatũ aderit. Cui ergo imponet, nisi sibi homicidium & debitam sibi poenam, qui deum cõtempserit, & fratre interfecit? Accessit à throno dei, uox iustitiæ per Moysen, decies uerbis & signis usq; Pharaonem. Aduersus quem caufabit, quod decies punitus rex erat, eiusq; exercitus submersus, nisi quia populum dei non dimisit, nisi perualidè quem tenebat captiuum, & in Moysen diuinũ contempserit p̄ceptum? Nonne uox tonantis iustitiæ fuit, ne peccates auertamur ab ipso, quam per Moysen in Deuteronomio emisit, dicens: Videte, q ego sim fœdus, & non sit alius deus p̄ter me: ego occidam, & ego uiuere faciam: pcutiam, & ego sanabo; & nõ est, q de manu mea possit erueri. Si auero ut fulgur gladium meũ, & arripuerit iudicium manus meæ, reddam ultionẽ hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Idem & per Dauid clamat: Nisi si conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illu. Et in eo parauit uasa mortis, scilicet homines peccatores, sagittas suas ardentibus effecit. Et in euãgelio: Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælor; . Et alibi: Nisi pœnitentiã egeritis, oes peribitis. Quæ sunt hæc uoces, nisi procedentes à throno iustitiæ dei? q sunt hæc uoces, nisi comminationes, p̄monitiõnes, admonitiõnes, ne auertamur à deo, unia mur deo? Quot uoces p̄monentes, æternum Vt cõminantes, in diuina scriptura reperiunt, deficeret in enarrando tempus potius, q scriptura. Quibus ergo præterq; ipsi, imputabitur mali, & puniti, obstinati, & in conuersijs, qui tot audiunt uoces p̄moniti: Procedunt etiã uoces à nominato sepius throno, id est, certissimæ ratiõis sup manifestis iustitijs atq; iudicijs, nostræ mentis caligãtibus oculis occultatis. Nam erit plerunq; manifesta punitio, cuius ratio sæpe latet: quia puniti hominis culpa non patet, quod si culpa esset in patulo, mens nõ esset in litigioso iudicio: nec qreretur, quare tñ esset punitus, si cognitus fuisset malignus. Faciliter

Genes. 2.

Genes. 4.

Deut. 32.

Psal. 7.

Matth. 18.

Lucæ. 13.

nanq; quiescit humana sententia, cum notum reipunit. Sed cū uider atq; credit iustus seu innocētem sollicitari flagellis, ipsa nō cessat penitus à querelis, cum ipso aut sine ipso. Sed quantum se nostræ mentis intelligentia feret, faciamus de uocibus rationes, ut mens hominū acufando deū quiescat, & summā iustitiā summa diligentia diligit, ueneret atq; pertineat. Affligunt plerunq; boni cū malis, aut sine malis: quia malè dissimulat à peccatoribus arguendis, ab ignaris docendis, à dycolis monendis, ab improbis obiurgandis, ab errantibus corrigendis: aut cum exeret laboris, aut quia uerecundia detinemur, aut inimicitias ex hoc puenire causamur, aut ne in tēporalibus quomodo libet nocēat, ne non habita impediamur acquirere, aut habita phoremus amittere. Et gatalibus parcimus, iuste hanc amaram patimur uitam, quam dulcē in alijs nolimus contristare. Quod si forte ad corrigēdum, ppter captandū tempus in suo tempore corrigēdi fiat dilatio, non malignitatis, sed charitatis opī ascribat, dum tñ tempus ueniens, nō ptereat à correptione uacuit, qd ad hoc fuerat expectatum. Quod si pterit, nō iniuste flagellat: qd sic pterire, qui potuit, nō corrigendo permittit. Nec tñ ab huiusmodi culpa nocitur esse liber, qui praelatus nō est, aut super alijs societate ac necessitudine coniungit, si suo modo non arguit qd peccat. Iure igit pariter puniunt cū eis, qui societate delectant, socios non arguunt in delictis. Alia uerò flagelloꝝ causa subnectit, cum aliqualis amor uitæ huius regnat adhuc in eis qui boni sunt. Et licet non agant cum malis similem malā uitam, diligunt pfecto caducam. Ad iugit causa diuinæ pculsionis utilior, cum deus hunc mundi tot repleuerit miserijs atq; molestijs, ut etiam qui boni sunt, inuoluant in eis, ut argumētum sit nolle laborare aut pati pro mūdo, q̄ amicis & inimicis in deficiēdo & inferendo aduersa, illudit. Probatiōis nostræ mētis ad deum causa ferunt pleriq; ut in ipsa passiōe, an magis deum, an magis temporalia diligamus, appareat: & sibi animus innorescat patiēdo probatus, qui non patiēdo exciterat improbat, & tūtionibus, qualis est, se ipsum cognoscat, qui antè sibi incognitus erat. Quomodo, si tribulatio nō esset ad bonos, uir iustus dicere poterit: Probasti cor meum, & uisitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas; & ppter uerba labioꝝ tuorū, ego custodiui uias duras? Et neglecta in multis, & à multis, & pro multis disciplina uerborū, aduocauit ut diuini uerba arceat, qui leuius nō dedit assensum. Oportebat etiam mundum erudiri per bonos, & ipsos in mundo isto instrui, ut paterent magna & exquisita tormenta propter Christum, qui tanta priusquam boni essent, aut p cōparationem, qui adhuc mali

Rsal. 16.

uorū

sunt, patiunt propter aux. Et gratiam oportebit pferri nature, maiori pconio uerborū, cum in natura & propter ipsius dulcedinem, multi non effugerunt uerba flagelloꝝ. Et necnon superna & ineffabilis æternāq; uita, suos athletas talibus examinationibus uolebat exactos: p cōparationem ad istam, q̄ suos uexationum non habebat ignaros, & cōfunderent huius seculi dilectores, qui granulabant pro aliq̄re pfunctionaria sustinuisse pœnam, cum uiderēt bonos, p alia paratos pdere uitam. Et arcēda penitus erat possessor, & non habitor humana cupiditas, ut deficiēt facultate, sanctior fieret ipsa uoluntas, q̄ nūq; fieret, nisi ad esset ipsa pueras. Et si in ipsa tormēta non habet quispīam qd amittat, saltē cōstet paupertatem, & Christū qui uapulat. Subrogant causæ plurimæ supradictis, ut pius piū uidens afflictum, laudet secretum & diuinum iudicium. Nec in pius aut quilibet à Christo quomodo libet alius, adulationibus inuitatus erat ad deum, si Christi serui nulla paterent discrimina, si florent & exultarent gaudijs inter mundi ppera amœna, sed probata uirtute abdicacionis & passionis, Christo erat uiuendus, qui totus est uirtus. Adhuc aut ipsa diuinæ iustitiæ bonitas, libētis hic, q̄ alibi, suos tribulationibus purgat: & si non ad totum, saltē ex ipsis minuit alias pœnas. Merito etiam laudāus erat deus, & homo Christus deus in sanctis suis, qui multis pœnis interminat, pluribusq; illatis, magis elegerit seipso pdere, q̄ deum negare, aut in pœnis in modico murmurare, ut deū eorū & oīm dñm esse cōstiterent in aduersis, quem mali, etiam moribus & uerbis reciprocato piculo, negauerunt in prosperis. Notari & nempe differentijs oportebat p sentis uitæ p amorem ciues, pariter & supernæ: quia hæc suos querit floridos, & à tribulatiōibus alienos: illa uerò, hic suos despectos, & tribulationibus implicatos, demum per mortē in superis inferendos. Nam & si serui dei nihil paterent aduersi, multi eius serui fierēt, non ob aliam causam, nisi ut pericula deuiarent. Et nescio, in q̄ electorū & reproborū, seruorū dei & dæmonum, in moribus esset diuersitas, si omnibus communis esset amœnitas, nullaq; ad esset diuersitas. Nec nō & exēplo uirtutis uitæ docet, q̄ recentes & usui aptæ aialium carnes, nullo pueniēte fœtore, sale cōdiunt, ne scateant uermibus: multo magis boni, ne in uirtutibus ocio marceat, agunt aduersitatibus. Et in oībus his iustitia dei reprehendi non potest: quia iuste si reprehenderetur iustitia, uera nō esset. Nam cū iustus iniuste ab homine patitur, iniuste à deo ad patiēdū permittitur: sed de occulta iustitia eius pcedit aliq̄ quid, cuius nō innotuit causa, sed nec quia innotuit iustitia unius dei & iusti. Iuste igit fecisse in talibus diuinam iustitiā debemus credere.

uorū

qu anuis & mens nostra non possit percipere. Quid de abortiuis uiuis & animatis, qd de infantibus inter Christianos natis, qui nondum regnaturi sunt per baptismum, quorum puniatio est per diuinū regimen & descensus ad limbum: Quid de eorū pœnis, quas læguescendo patiuntur dum infirmantur, cum nihil actuale fecerunt unde mereantur. Nec etiā more aduulcorum eruditionem suscipiunt dum patiuntur, quanuis uidentur, admirētur, & terreant. Quid de his, qui q̄uis aduulci, nunq; habuerūt ratiois usum, sed uelut amētes uixerūt, & quod sustinēt, non meruerūt: Quid de his, ad lucem uitæ deductis, in quibus natura defecit in multis, aut supra ordinem eius superfecit in membris: Qui ordo, licet deuius, in naturante iustitia: Quid de infantibus, à quibusq; aut qualitercunq; innocentibus, & si non ex originali peccato, saltē ex actuali & cogitabili: quia cum impijs peccatoribus ppinquis aut carne remotis, quia aut terrēmotu, aut excidio, aut depopulatione, aut ab igne urēte, aut ab aqua inundante p maria seu torrizante per flumina sup carceres, & quęcunq; picula pariterq; sunt passis, qui moribus & animo semper fuerūt diuisi, aut consideratis paruulis nunq; uniti, quid de huiusmodi oportet dicere aut declarare, nisi ad diuinā uolumina cū humilitate recurrere: Ait certē scriptura: Iudicia dei abyssus multa: q̄a sicut abyssus multa, uorago est impenetrabilis, sic iudicioꝝ iustitiæ dei ratio est impenetrabilis. Quæ uox de throno procedēs iustitiæ, seruabit animos hoīm, in diuersitate tātarūlibet, actionū, cum iustus iustā causam in iudicio agēs succumbit, & iniustus per iustitiā propter litigiu uocata iustitia obtinebit: in quo discrimine Iudæi se protegūt, quia dei filiū interfecerunt, dicentes: Nos legē habemus, & sectū dum legem debet mori, quia filiū dei se fecit. Euadit pleriq; fur debitū sibi laqueū, & iustus & innocens tradit ad suspendiū. Comprehen dit, qui nō peccauit: & qui peccauit, paruit tuta fuga. Præualeat homicida, & occidit tutor uix. Spoliat uestiens nudos, & de uelleribus nudū, uestit expolians pauperem. Pauper hospitis incendit domus, & prædonū habitacula intacta manebunt. Grādine seu hostiliter pauperis destruit uinea, crepat uehes, & uinum effundit. Dissipatur plerunq; cisterna eius, qui sitientibus propinabat, nec talia eueniūt, qui hoīm sanguinem bibunt. Carceratur, qui soluit & uisitat compeditos, & qui tales carcerat, liber abibit. A deo aut ab homine infirmabitur, fouēs infirmos: & infirmās sanos, sospes erit. Arcebit fame, famelicos pascere uolens: præripientis uitæ, impinguabitur ager, & horreum plenum erit. Natus & nutritus in infidelitate, plerunq; baptisma suscipiet: baptizatus uerò, negabit moribus Christum. Malè inchoās, adipiscetur

Rsal. 55.

Ioh. 19.

bonum finem: & bene inchoans, cōfundetur. Alius querit ocia, & implicat inuitus, & alius repellitur ab actu uoluntariè implicatus. Alius dum defendit, offenditur: & alius defenditur, dū offendit: alius periclitatur fame, alius euomit saturitate: alius sitit, alius ebrius est: alius diues, & subannabit pauperes: alius paup, uix fouet seipsum. Alius orbus liberis, censabit heredibus alienis: alius circūfultus natis, uix alumentabit eisdem. Alius innocens & ignarus, in aliena torquebit causa: & qui deliquit, à tortoribus erit liber. Alius nil mali cōsciens, ut nocens inuicitur, in tortionibus erit, fortassisq; morietur, cui pro quo torqueatur, astabit ridēs: aut ne capiatur, q̄ret secum uitam euadendi. Amatoris reipub. publicabitur bona, possidebit illa correptor populi. Quis talia dinumerare possit? Multiplicant talia super arenam maris, capitisq; capillos. Quō igitur cellabimus à querelis? Quō exclamabimus ad deum? Quis quietabit animas nostras? Quis amplexabit iustitiā, in suis effectibus tam diuersam? nisi cum Apostolo dicamus: O altitudo sapiētiæ & sciētiæ dei, q̄ incōprehēstibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uix eius? Aut q̄ cognouit sensum dñi? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Quis es tu homo, ut respondeas deo? Nunquid potest uas dicere actori suo: en me figule, cur me fecisti sic? aut opus factori suo, non intelligis? Sed hic solū est adoranda diuinā iustitia, quia horum non modò, sed in futuro erit scientia, qm iustitia dei, deus est, & deus infinitus totalit est, quem comprehendere humana fragilitas non potest. Deo aut demus iustā iustitiā, nobis aut ignorantia tribuamus. Sicq; quiescamus à calum discussione, si coram deo esse uolumus sine offensiōe. Temerarius est seruus, qui totam secretorū dñi uolūtatē exhaurire festinat. Et superbissimū est nobis, sub cælo querere, qd super cælum reseruatum est scire.

Roma. 11.

Isaia. 29.

¶ Necnon & à sæpius fato throno tonitrua terrentia procedūt, quæ hominū animos conturbant, admirari faciūt & pauere. Sed quæ sunt ista tonitrua, tam tremēde super nos sonantia, uideamus.

Tonitruum personat auribus nostri cordis, cum nisi baptisimi sacramento renatus, saluus esse nō possit, q̄ tāta multitudo infidelium non baptizata perit. Sed qm scriptū est, Omnis qui inuocauerit nomen dñi, fide scilicet & opere, saluus erit. Et Apostolus dicit: Quomodo inuocabūt eum, in quem non crediderūt? Quomodo credent ei, quem nō audierūt? Quomodo audient sine prædicante? Quomodo prædicabit nisi mitrant? Ex quibus sanè uerbis excusari uident: si non inuocāt, quia non credit: si non credit, quia non audiūt: si non audiūt, quia eis non est prædicatū. Prædicatores uerò non excusant, quia nec à deo, nec ab ecclesia pleno

Ioc. 2.

Roma. 10

& conuenienti studio missi sunt. Quod humana ratio atque iustitia diuina, rationem & iustitiam non intelligens, conuenit, dicens: *O si p̄dicatum esset eis, forte crederent, & inuocarent, & salui fierent. Et si sonus & p̄dicatio apostolorum exiit in oem terram, & si miracula facerētes fuerunt p̄ oem mundi plagā, forte non oēs crediderunt, forte q̄ uerborum semina nō remaserunt. Et multa pr̄erierūt tempora, ut sint tradita memoriae quae fuerat ex fide. Quod si modo forte per p̄dicationē impeterent, forte conuertērent. Et cum nullus possit uenire ad Christum, nisi trahatur a patre, quare nō trahunt ad Christum, ad quae facti sunt, ut non descendat in infernum, p̄pter quem facti non sunt, cum nullus deus pater creet ad poenā, quous oēs non p̄cipiant gloriā? Et si credituri non essent, ut uenirent ad ueniam, angēl̄ nūc animus iustitia tali, Cur ergo deus creat tantam multitudinem, in aeternum daemonibus sociandā? Nonne ergo iniquitas apud deum? Absit. Et de infidelium paruulis, quæstionis nos astra cōturbat, ut si adulti qualificati uisitis, donū fidei nō merentur, quare eos dānantur paruuli, qui non peccauerunt? Sed nō inter Christianos paruulos uiuos morientes ante regenerationē, & infidelium paruulos decedētes meritorum distinctio, cum sit æqua utrorumq̄ cōditio: quia sicut ex Christiano nō nascit̄ Christianū, ita ex infideli, ut infidelis est, nō nascitur infidelis, quous ex primogenito parētum p̄pagata propagine nascitur quous cum macula peccati originalis, his solum exceptis, qui sanctificationem in utero spūsancti gratia susceperūt aut suscepturi sunt.*

Sed ne huiusmodi tonitruū quæstio trahatur in longum, decens esset ut eam possibilis respōsio terminaret: sed nō est possibilis respōsio quæstionis, cuius ignora est ratio: nihilo minus cū fide, humilitatis deuotionē, cū charitate non ad plenū, sed scintillariter aliquid declaremus.

Cū deus sit summē iustus, summē optimus, summē sapiens, summē misericors, summē potēs, oīa irrep̄hēnsibilia facit: sed humana præsumptio se ultra suum terminum extrēdēs, diuina opera reprehendit. Nā cū deus sit summē iustus, nihil iniustum facit: sed omne q̄d facit, eo ipso iustum est, quo ipse facit: quia nihil se ipso, & a se ipso, & p̄ se ipsum est iustum, ut deus extra se ipsum inueniat aliquid iustum, & illud operetur quod faciat iustum, sed a factione dei, iusta sunt facta dei. Et cum nihil secūdum Iob, in terra sine causa subrogabit, igitur causa nobis ignota, cur sic p̄cedit, ex deo iustitia iusta. Cum sit summē optimus, bonum operatur absq̄ admixtione cōtrarij: cum sit summē sapiens, nō errat in opere: cum sit summē misericors, nihil facit impiē: cum sit summē potēs, ordinē uniuersī, pulchritudinem iustitiæ, magnitudinē imperij sui, dehonestari p̄ aliquod iniustum non sinit. Et in tantum hæc omnipotēter custodit, ut ea quæ sunt ab hominibus peccā-

do deformia, cū eis ordo uniuersī seruatus p̄maneat, iustitiæ pulchritudo non turpeat, & imperij magnitudo in sua honestate subsistat. Iuste igit̄ infideles, sic in infidelitate moriūt: quia soli deo nota est causa, quōd non reuocantur.

Et cum quæstio fuisset excogitata uerbis, & scriptis uentilata per multos, cur deus nō antē præuiderit generi humano, ut filium suum citius mitteret, in quo ipsum saluare disposuerat: respōsio statim esset irrogata, Quia secūdum Apostolum, nondum uenerat plenitudo temporis, nondum mūdus ad ipsum recipiendum fuerat apertus, nondū homo lapsus se phæuerat, per seipsum nō posse resurgere, si statim affuisset, releuans manus: nondū tantus dñs, secūdum decentiam fuerat proclamatus, nondum poena culpæ comparabat, nondum eiciendus erat princeps huius mūdi, cui se uoluntariē mancipauerat, propter quod iuste diabolus eum tanto cursu temporis detinebat. Et peccatum in lege naturæ meruit, ut deus filium suum differret, a quo peccato, nulla hoīs adulta ratio per ignoratiā exculationem ualeret habere. Quæ lex scripturæ originali mudo insonuit in finem, & mūdus ille contra legem naturæ peccando, dignas poenas sustinuit. Nam si originalis mūdus excusari potuisset, iniuste deus tam crudeliter castigasset. Quæ lex a tempore Noæ usq̄ ad Moysem, nisi lex naturæ insisteret hominibus, contra quā legem in pluribus & a pluribus offensus est deus: Quare respōsio nō efficacis, satis competit cū supradicta q̄stione, quæ de infidelibus uentilata per aliq̄s fuit. Et certissimē teneamus, nullum infidēlem, nulla mē infidelitū multitudinem non uocari, nisi causa iustissima: nullū uocari, nisi diuina misericordia. Et magnū siquidem tonitruū de dei procedit iustitia, q̄ de Christi passione, q̄ causa salutis est oim, prius damnatus est Iudas ex iustitia, quam Petrus saluatus ex misericordia. Et poenalter sedens in crucis throno iniuste, iustissimus iudex sentētiā misericordiæ ex uerbis expressit, cum latroni dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Iustissimæ ultricis sententiā tacendo perferit, cum alium referuauit æterno supplicio. Tonitruū magnam admirationem incutiens de sede iustitiæ tonat, cum post susceptam dignissimam Christi fidem, statim hæreses surrexerunt. Quod statim soluitur, si ad Apostolum recuratur, qui dixit: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Oportebat ecclesiam improbari per fidem deitas, ut appareret eius sana doctrina, quæ dogmata peruersa quæq̄ cōsumit. Et hæreticorum impugnatione monstrat in ecclesia, quæ sit uitalis & uera doctrina. Cur autē tanta difficultate, tanto periculo hoim, sanguine rāto fuso, tanta diuersitate moriendi, fides Christi mūdum conuerteret, animus hoim sub rāto tonitruo se conturbat. O si consideramus, quid in seipso caput nostrum Christus fecerit, non tur-

habimur quid in membris suis in posterū egerit. Nam ipse caput nostrum, nōluit in potētia orbem transformare terræ, qui non in multitudine graui & forti, sed p̄ uirginem ingressus est mūdus: non regias societates, non ciuitates munias accepit, nō regio apparatus apparuit, sed uilis & pauper ab hominibus reputatus. Qui proximus passioni, submisit oem uisibilem potētiā, semetipsum uoluntariē tradens in manibus peccatorum. Et Petro humana utēti potētia, prius pie increpato, postea dixit: An non possum rogare patrem meū, & ipse exhibebit mihi modō plus q̄ duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebit̄ scripturā prophetarum, quomodo sic oportet fieri? Et per omnia ut malefactor tractatus, in se mortis accepit sententiā, indilatæ traditæ factioni, & per mortem delictū mortem, & chirographū decreti, q̄d erat inter nos & diabolū, tollens de medio, delictū affixit cruci: & redemit in sanguine, q̄ solo uerbo, imō uelle poterat liberare. Quæ igit̄ fuit ista iustitia, ut innocens pro nocentibus traderet, affligeret iustus pro iniquo? Sed cum nō esset iustum q̄ Christus sic pateret, iustum tamē fuit, ut diabolus propter aueraciā plus petēdi ab eo, in q̄ nihil habebat, id q̄d tenebat, amitteret. Vnde ipse saluator prædixerat ante mortem suam, quod esset in morte sua perfectū: Nunc iudicium est mūdi, nunc princeps huius mundi eicietur foras, propter iniusticiam plus uolendi. Propterea & alibi ipse saluator dixit: Veni em̄ princeps mūdi huius, & in me non habet quicquam. Igitur qui legis, intellige. Si caput in humilitate ingressus est, quomodo aliter q̄ per humilitatem prædicabit & annunciat̄ crediturus, & non crediturus, nisi per uilitatem ingressus, siue per stulticiam crucis, quam sic appellat reprobus mundus? Quomodo per sapientiam aut magnificētiā, aut quamcūq̄ sublimitatem, nisi per cōtraria mūdo prædicabit̄ Christus? Propterea inquit ad Corinthios Paulus: Nos prædicamus Christū crucifixū, Iudæis quidem scandālū, gentibus autem stulticiam: ipsis autem uocatis Iudæis atq̄ Græcis, Christū dei uirtutem atq̄ sapientiam: quia q̄d stultum est dei, sapientius est hominibus: quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Vide te enim uocationem uestrā fratres, quia non multi sapientes secūdū carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes. Et infirma mūdi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mūdi & cōtemptibilia elegit deus: & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret, ut non gloriē omnis caro in conspectu eius. Vide igitur & considera, per quam iustitiæ portam deus uoluit ingredi ad mentem humanam. Infallibiliter ordo diuina iustitiæ requirēbat, ut Christi uirginalis natiuitas & immaculata, per uirgines immaculatas prædicarē,

ut eius doctrina, supra usum, per homines insolitos docerētur: ut passio sua ineffabilis, per passionē ineffabiles notaretur: ut mors unius, oim æternam mortem ex seipsa destruens, p̄ mortem plurium cognosceretur, & sanguis Christi pro omnibus fusus, hominū sanguine comperaretur. Nec Christi fides aliter in orbē terrarum introducenda erat, quam fuerit per uerum deum & hominem introducta. Inualidior fuisset fides, nisi hominum cruore, & tyrannorum fuisset cōsecrata terrore. Nec expediebat oim regi regum, ut statim ex fide reciperet, & uirtus fidei non probaretur. Et quia introducebatur in orbem terrarum, quod usus nō habuisset, natura nesciuit, ratio ignorabat, per intellectum mens non capiebat humana: rationis ordo posebat, ut per inuisitata, per naturæ cōtraria, per rationi humanæ non consona, per incomprehensibilia intellectui, Christus & eius fides declararetur. Expediebat omnino secundū dispositionē summæ iustitiæ, ut mors morti Christi testimoniū daret: ut qui mortuū prædicabāt, per mortem destruxisset mortem, & attulisset uitā, q̄ pro tali mortuo morerent, & experientē mortem inuitabant mūdum, fuscū fuisse sanguinem in cruce diuinum. Et quā in nouam uitam per Christū transformandus erat mūdus, id fieri oportebat per nouum moriendi genus. Euangelii nancq̄ Christi docuit mūdū q̄d ignorabat, p̄suasit ei quod nolebat, compulit credere & amare crucē & mortem, quam ipse mundus horrebat. Quomodo ergo reciperet tanta nouitas, nisi fuisset in primitiuis Christi fides tanta patiendi uoluntas, & actualiter tanta poenalitas? Luce igit̄ secūdum diuinæ iustitiæ ineffabilē rationē, sicq̄ actum est, euangelii prædicatū, regnū dei annuntiatū, Christus adoratus, fides suscepta, uita Christiana pro æterno regno pacta, idola destructa, & uni deo exhibitā latria. Tonitruat de sede iustitiæ, q̄d nimis hūanas cōmouet mentes, cur Christianitas a Christo nō protegit, q̄ plerūq̄ ab ipsis infidelibus p̄pulsat, ut innumerabiliū hoim mortes, ciuitatū desolationes euenerūt? Cur & in seipsa Christianitas se Iacellit, ut regnū insurgat aduersus regnū, gēs cōtra gentē, ciuitas cōtra ciuitatē, progenies aduersus progeniē, homo aduersus hominē? Cur discessa paritatibus Guelphus & Gibellinis, uocabulis friuolis p̄ diabolū introductis? Cur partita ecclesia in imperialibus? Quæ bellandī causa, q̄ certandi ratio, cū Christianis bellare non comperat, nisi pro fide Christi, & moribus fidei, aut pro æterno regno? Ad quid huiusmodi sæuabella, feroces hominum turmæ? Ad quid telis ex aduerso se imperunt? Cur hominum actio-

nes ad crudelem mortem se pacto constituit? Ad quid tristem dum moriunt homines, dant sonitum tubæ? Ad quid buccina distincte proclamata, ut uiuētes ad mortem conueniant? Ad quid sonitus organorum & uniuersi generis musicorum, dum in bella homines infeliciter moriuntur? Et quod inuēta fuerit ad gaudia, in sceleratissimis funeribus audiunt. Concurrunt de uniuersis partibus strenui bellatores, & ad occidendū, a quibus lesi non sunt, stipem infelicem recipiunt, & grigia damnosa festant. Quare occidendi suasio? Quis finis lædendi? Quare iustitia inter homines uentilata? Quare consultiō & in consilijs regnorū & ciuitatum proponendum, proclamantium guerras, & partia facientium, ut innocentibus inferant uiolentias? Nam aut ambæ partes ex aduerso constitutæ, habebunt iustitiā & bellandū licitā causam, quod est impossibile, quod pro una re a duobus constitutis belle iuste; aut ambo impetu ferunt ad bellū, iustitia & ratione carentes, quod sæpe contingit: aut unius causa tuitiōis aut defensionis erit iustissima, & alterius lesiōis & insultatiōis erit iniustissima causa, quod uerius & plurimū & in pluribus euenit. Quomodo libet se habeat ordo rei, omnium iniuste pugnatū, qui sic certaminis impetu moriuntur, est secundū fidem manifesta damnatio: quia odio iniustissimo circumuenti, dum uolēbat occidere, occidunt nulla correptione prouenti. Quare est ergo ista diuina iustitia, ut sic ad se inuicem se effodiant Christiani, sic ut in istis bellis ad inferni p̄fundam descendunt? Sed absque eo quod dñs in euangelio prænunciauerit, debere talia mudi finem & iudicium præneminere, dicens discipulis suis: Cū audieritis prælia & seditiones, nolite terri, oportet primum hæc fieri, sed nondū statim finis: surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnū; alia responsiōis causa suborietur, si dignitas & sublimitas fidei & uitæ Christianæ penset, & diaboli Christiani nominis inimici, & stultissima indignatione odium, inuidia & astutia in Christianos per omnia præsciat, & quietabit mens in tali tonitruo, & immensas gratias referet deo: Nā sublimitas & dignitas fidei transcendunt humanū omnimodē intellectum, inferunt agibiles suos in supernum regnum, & Christianicæ Christianitatis per unigenitū dei filium repromittit æquitas angelorum, sicut Matthæus & Lucas referunt dñm dixisse, cum de resurrectione quæstio haberet: Erratis, nescientes scripturas: In resurrectione neque nubet, neque nubent, sed sunt sicut angeli dei in cælo. Et angeli custodes nostri sunt. Et ideo deo mandate custodiunt, ut custoditi ab eis, cum eis seruent, si habent aliquid simile: uel acquirant, si uident ipsos omnino care, non solum quare gratiæ, sed etiam in his que sunt gloriæ. Necnon & dignitas uitæ ac fidei Christianæ solum sociat angelis, aut æquat:

Lucæ. 21.

Subtilissima indignatione

Matt. 22.

Marc. 12.

Lucæ. 20

sed diuidit a dæmonibus, & ab infidelibus se parat, & reponit in cælo terrenos, in supremis partibus imos, claudit infernū, aperit cælum. Cui dignitas ac eius uirtutibus dæmones inuidēt, ne ipsorum loca in supernis perditā capiamus, ac equalia possideamus, aut ne nos intremus, unde casuali ipsorum ex fide cognoscimus: sciētēs quod nisi per uirtutes passionis Christi meritum, superna non capimus, furorē potentiam, deceptionem malignæ prudentiæ, peruersitatem malitiæ in nobis & aduersum nos sollicitare, imō excitare non cessant. Nam excitat aduersus nos plerique infidelium feritatem, ut eorum uexationibus occupati, non respiciamus in autorem uitæ, consummationē Iesu, & passionem eius. Ad cuius respectū Apostolus ad Hebræos loquens, amantissimē nos hortat, dicens: Deponentes omne pondus & circūstantes nos peccati, per patientiam curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, omni confusione contempta. Recogitate eū qui tale in sustinuit a peccatoribus cōtradictionem aduersus semetipsum, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Sed ne hoc fiat, per infideles quandoque impediunt dæmones, friuolē dicentes: Bonum est ab infidelibus excitari, aut ipsos sollicitare, ut armis pugnemus ad inuicem: quia non peccamus, si occidimus: & si occidimur, corripimur: licet ista non sit intentio dæmonū. Quare doque ista penitus omittamus, reuertentes ad ea quæ inter se ipsos Christiani peragunt mala. Nam Christianitatis uirtutes altissimæ sunt, charitas, pax, humilitas, ueritas, castitas, paupertas, abstinentia, oratio sursum ducens, poenitentia deo reconcilians, & sacramentū Christi corporis purgans, aduersus quas furia infernales insurgunt, uolentes, si possent, abolere per totū aut impedire, ne producant ad actum, quod a subtili mentis acuminē ac experimento cognoscunt per ipsas, & cū ipsi nos regna captare cælestia, unde ipsi miserabiliter corruerunt. Quibus uirtutibus infideles carentes, plerūque dæmones non impugnant, nos conturbantes, & ipsos pacatos dimittunt: quia in eis nullas uirtutes agnoscunt, quibus ad superna ferat, gratiam promerentes, non credentes in Christū, sine quo non per quem uirtus habet & meritū, & meritum reddit possessorem ad deum, aspiratque ad regnum. Sed quia uident Christianos his polere uirtutibus, ut destruant charitatem, cōmouent hominum animos in alicuius rei amorem illicitū, ut quod debet esse commune, sit proprium: & sit meum, quod debet esse tuum: & uersa uice peragunt: & quod sit istius, quod debet esse alterius: nascuntur rixæ, discordiæ, odia, cōiucia, opprobria, lites, contentiones, schismata, inuidiæ, sectæ, maledictiones, & similia. His subor

Heb. 12.

est pessimis causis, & charitas effugiet de cordibus Christianis, ac per hæc procedet ad bella, iniuste acies mouebunt, propulsabuntur alioque indebitē sine: pax que bellare non nouit, longinquam apparet regionē. Et quia una pars aliam omnino superare cōtendit, fugabit humilitas, que hominum equarum ueritas tolleret de medio, cum insidijs & falsitatibus quis querit efficere quod non erat a ueritate permissum: Corrupte castitas morum ex societate corrupta, quoniam huiusmodi facinora quærun, quia cum uirtute integritas non bellatur: Corruptetur & castitas animorum ex inordinato affectu: plerumque castitas corporum, turpitudinis dāna portabit: quia malum trahit ad malum, qui factor est eius. Et deuersis hostibus, luxuriabit perniciose licetia: qui sibi obicem non uidebit, stuprabit ad placitum uirgines: uicidius non parceri honestis, si pulchras esse cōspexerit, incestuabit: plerumque nuptas adulterabitur, pro nihilo reputas opprobria maritorum. Aufugiet paupertas ab his, qui alienis ditati sunt spolijs. In spoliatis autē non timebitur paupertas inuoluntaria, quia nunquam est uera, nisi fuerit læta. Abstinentia repudiabit: quia nullū locum habebit parcimonia ciborum, tibi ad bellandū acquirunt ferocitas corporum. Si lebit oratio inter armorum strepitum: & cum ipsa tendat in deum, non uerbis, sed mentis intuitu, quomodo ergo fiet sancta aut grata erit oratio, cuius mens nihil aliud quam mala in proximo meditat: Poenitentia reconciliatiua non erit, quia non poenitet preteritorum, qui animo & corpore mala malis accumulatur, & ad proximorum peiora p̄struit. Non erit cōmunio ueri corporis Christi, ubi mēbra eius ad pernitiōem aut spoliatiōem seu depressionē cōueniant. Cōmunionem oportet habere cū proximo, qui uult dignus fieri sacramento: nec purgabit a delictis cōtinuē delinquentem: sed si quis indignē interpretatur tunc accipere, poenam & iudiciū secundū Apostolum, non Christi gratiam manducaret. Luce clarius patet, quare dæmones magis Christianitatem quam alias gentes exagitant, ut uirtutes Christianas tollant, aut eorum actus impediunt, ut finaliter nobis claudant cælum, quod ipsi ad cadendum patulum habuerunt: & aperiatur infernus, quem ipsi cum suis cōplicitibus in fine mundi æternaliter, in remotis repagulis, habebunt firmiter clausum. Et quia Iudæi meritis patiuntur seruitutem, dispersionem, inclusionem, quia contempserunt Christum p̄dicantem, morientem: iustius hæc mala non cōturbant, quia per peccatos cōtendimus ipsi in cælo regnare. Et proscindamur in nobis, discissi a Christo: diuidamur in nobis, diuisi a deo: cōsodiāmur ferro, qui quæsum in nobis est, peccatis nostris adhuc Christum in cruce cōfigimus, qui hæc tenus pro nostris peccatis exiit corpore crucifixus:

1. Cor. 11

De misericordia dei. Cap. XXXVI.

Fides diuina perquirat, & eo uirtuosior est animus, quo quæstia per fidem, ab inuestigatione rationis absoluit. Nec aliter sentit de diuinis, nisi put sentiendū ueritas summa mandauit. Et multi ad dei misericordiam indebitē anim subleuāt: idcirco de ipsa, est fide Christianica differendū, non hūana p̄sumptioe tentandū. Misericordia dei, iustitia dei est: quia ipsum misereri, iustitia est. Et iustum est, summum & uerū deum esse misericordiam plenū, ut ex plenitudine sua, misericordia dei plena sit ois terra, quod Psalmista canit: Misericordia dei plena est terra. Sed alium p̄stat legentibus intellectum, cū dicitur, charitas dei, benignitas dei, pietas dei, largitas dei, & his similia: alii, cum dicitur, misericordia: Nam misericordia ideo sic appellata est, quia miseriam nostrā respicit: aut iam habitā, ut auferat: aut futuram p̄uenit, ut non ueniat. Quare nostra miseria uel erit culpabilis uel poenalis, aut spūalis uel corporalis. Culpabilis miseria, primō fuit in angelis, quoniam non est dei misericordiam cōsecuta, quia illorum natura semel fuit uertibilis, ut a deo auersi, nūquam ad ipsum uerteret cōuersi, ut essent dei misericordiam cōsecuti: quod licet respiciat auersum, nunquam datur nisi ad conuersum. Et statim post culpæ miseriam secuta est miserabilis poena, nunquam misericordiam cōsecutura, quia non ad poenitentiam reuersura. Eadem miseria fuit in parentibus primis, & iustitiæ merito secuta est in nascentibus cæteris, & super quam diffusa est dei misericordia, quia secuta est peccatoris poenitentia, & poenalis ad tēpus uindicta, pro eo quod reuertibilis ad deū fuit humana natura, & liberata est humana fragilitas a culpa & æterna poena. Nā sua misericordia propicius est deus per unigenitū suū oibus iniquitatibus nostris, & sanauit oēs infirmitates nostras, & redemit de interitu uitam nostrā, non auro & argento, sed sanguine proprio, iuxta Isaie propheticum dictum: Gratis uenūdasti estis, & sine precio redimemini. Et in prima canonica sua Petrus inquit: Sciētes quod non corruptibilibus auro & argento redēpti estis de uana uestra cōuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati & immaculati Christi Iesu, p̄cogniti quidē ante mundi cōstitutionē, mani festati autē nouissimis tēporibus propter uos, qui per ipsum fideles estis. Et cum ipse deus per sanguinē nos redimeret, a patris & proprijs debitis solueret, cōtra originale peccatum abluiti uel baptismatis instituit sacramentū. Et quia secundum Apostolum ad Hebræos, impossibile actum est, peccatē post baptismū, per ipsum posse recōciliari & reformari: sacramenta sunt alia instituta, ut ipsis mediātibus reformemur, mīdemur, acceptabiles fiamus, in gratia placeamus, gloriā acquiramus, quod statim abolita culpa per poenitentiam, auferet poena per misericordiam

Psal. 32.

Isaie. 52.

1. Pet. 1.

Heb. 6.

diam. Et licet poena relinquatur purgatoria, de ineffabili misericordia dei est q̄ iuxta merita non datur aeterna: quia iuxta David sententiam, miserator & misericors dñs, lōganimis & multum misericors. Nō in ppetuum, quia misericors est, irascet: neq̄ in aeternum comminabit, quia crudelis nō est. Nō secūdu peccata nostra fecit nobis, quia inferna & priuationē sui meruimus. Neq̄ secūdu iniquitates nostras retribuit nobis, quas innumerabiles fecimus, & ipse poenitentibus non retribuit mala iratus. Qm̄ secundum altitudinem caeli à terra, corroborauit misericordiam suam sup̄ timentes se: quia ipse caelum est, nos terra sumus: ipse deus uerus, nos homines puri sumus: ipse iustus, nos peccatores existimus. Idcirco suam seruās bonitatem aeternam & indeficientem, quantum ipse superexaltatur à terra nostrae iniquitatis, in tm̄ miseretur nobis suae gratia pietatis, ut tm̄ misericordia firmet tantum sup̄ eum timētes, ut non praesumant dei timore carentes, & ad poenitentiam non reuertentes. Et quantum distat ortus ab occidente, longē facit à nobis iniquitates nostras: ut tātum iniquitates nostrae, si poenitentiam susceperint, lōgē sint à nobis, poena dimissa, quoz̄ occidens seu occasus est culpa commissa, quantum ipsius cōceptio, natalis & uita, mos, doctrina, passio & sepultura fuit sine admisa penitus culpa. Et quō miseret pater filios, miserus est dñs timentibus se, qm̄ ipse cognouit figmentum nostrum. Similitudinem paternae dilectionis in filium induxit sermo Dauidicus ad timentes. Pater nanq̄ naturalī amore fertur in filium, ut misereat sibi pro offensionibus eius. Qui licet peccet, paternam dilectionem non extinguit in patre, quin uelit filio pdigo cum reuertit, misereri. Sic fons dilectionis, & pater misericordiae, & totius cōsolationis deus, naturali amore misericordiam exhibet timentibus eum, & ex poenitentia petentibus illum: quia misericordia dei ab aeterno usq̄ in aeternum sup̄ timentes eum, qm̄ ipse cognouit figmentum fragilitatis nostrae, qui ex nulla nostra uirtute sustineri ualemus, nisi sua misericordia solidemur. Hinc & sapientia clamat: Gratia dei & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius. Et alibi: Tu autē deus naturaliter suauis & uerus es, patiens, & in misericordia disponēs oīa. Et miseret oībus, sibi uolentibus misereri, nō superbia, sed humili uoluntate. Multi em̄ uolunt misericordiam, retinēdo peccata miserā, & orant misereri, sed nōlūt emendari. Superbia maxima est, petere misericordiam, & in uitijs uelle manere. Magna est nostra miseria, cū sumus in culpa mentis ex uolito, aut in culpa corporis ex actu peruerso. Magna, cū ex petito patitur anima poenam, & corpus resoluatur in terram, resuscitandum

Psal. 102.

Psal. 102.

Sapient. 4

Sapient. 15

Luc. 17

Psal. 50.

Isaia. 64

Luc. 17

Roma. 3

Thren. 3

Iohan. 3

Psal. 118.

in multis non ad gloriam, sed ad gehennam. Magna miseria spiritalis, cum anima ignorat aut peccat. Magna corporalis, cum torpentalibus corpus ipsum subiaceat. Propterea clamabat David: Miserere mei deus secūdu magnā misericordiam tuā. Quia ubi magna est miseria, opus est magna misericordia. Igit̄ ipsa misericordia (ut p̄sanum est) aut remouet inhārentem misericordiam, aut praeuertit ad futuram. Et ex ipsa misericordia detinemur, ne cadamus: cadētibz̄ manus datur, ut resurgamus. Ipsa nos adiuuat, ut uincamus: ipsa nos saluat, ne peamus: ipsa expeccat̄ dulciter, cū redire tardamus: ipsa porrigit manū, dum petimus: aperit, cū pulsamus: inuenit ipsa bonum qd̄ q̄rimus: reuocat, cum erramus: ulcisci dissimulat, cum peccamus: suscipit hilariter, cū redimus: emollit cor ad poenitentiam, cito dimittit offensam & peccatum, factam non tenet iniuriam, dat largit̄ gratiam, multiplicat datam, seruat multiplicatā. Miris & occultis modis deus ex misericordia imperat, ne fiat peccatū: dat aduersa, ut purget peccatū: largit̄ p̄p̄era, ut ad amorē puocet: dat sacramentū, ut meritum cumulet: dat p̄cepta, ut donet p̄mia: cōfert gratiam, ut faciamus illa. Ex ipsa omniū deus pater punit citra condignū, nō solum in hoc mōdo, sed & in inferno. Et plerunq̄ peccatorem quē nō p̄uidit ad gratiam reuerturū, citiore praeuertit morte, ne diu uiuēdo, peccata multiplicet, quoz̄ multiplicatioe sua poena cōresceret. Dat supra petitum, p̄miat supra meritum, remunerat supra speratum. O q̄ multiplex & magna est misericordia dei, non multiplicans, nec maiorem faciens deum. O q̄ bene, qui ad ipsam refugunt. O q̄ malē, qui nō bene utunt, cum in peccatis multis iaceant sub respectu eius. Plures peccatū praetextu illius, & uolūt diu aegrotare in peccatis, sub spe misericordiae affuturæ, cum nollent in corpore chronicē pati poenas sub expectatiōe sanitatis ueturæ. O q̄ multi expectūt misericordiam, & ipsa expectata uenit, sed expectantes non inuenit, aut suo tēpore imparatos inuenit. Quid autē de iustis dicat? Non indigent misericordiae: Sed inspicie diligēt q̄ indigēt. Si sacre scripturæ textum p̄quiras, cito ipsos indigere misericordia innotescet. Inquit Isaias: Oēs iustitiae nostrae q̄si pannus mēstruatae. Vide igit̄ quid meremur ex iustitia nostra sine misericordia, cū tam sit uilis nostra iustitia reputata. Ipse saluator noster, iustitiā confidentiam destruens, dicit: Cum omnia bene feceritis, secistis quod debuistis: dicite, serui inutiles sumus. Et Apostolus: Nō sunt cōdignae passionēs huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Et ad Titum scribens, iterum dicit: Nō ex operibus iustitiae quae fecimus nos, aut facimus, seu faciemus, sed secundum suam

Philip. 3.

1. Cor. 4

Roma. 9.

Isaia. 64

Luc. 17

Roma. 3

Iohan. 3

Psal. 118.

misericiordiā saluos nos fecit. Et ad Philippen sc̄s iterum de seipso non iustificatio neq̄ iustificatio per iustitiam legis fuit, sed per iustitiam fidei ex misericordia dei, dicit: Ut inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae in lege est, sed illam quae ex fide est Iesu Christi, quae ex deo est iustitia in fide ad cognoscēdum illum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius, cōfiguratus morti eius. Quae omnia misericordiam, non iustitiam nostram, clamant. Quod & nos dicere possumus de iustitia nouae legis: quam si usq̄ ad apicem minimū & tota nullū praetermissum seruauerimus, uitam non meremur aeternam, neq̄ opera nostra causa essent salutis, sed nostris opibus exiitibus bonis, misericordia dei salutem & ad salutem operatur in nobis. Et idem Apostolus dicit de se ipso ad Corinthios: Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum, sc̄licet ut uitam aeternā merear. Et ad Romanos pro omnibus dicit: Non est uolentis neq̄ currentis, sed miserentis est dei. Quid enim est, non est uolentis, nisi quia non sufficit desiderium, non affectus, non uoluntas quantumcūq̄ excessiua salutis? Quid est, neq̄ currentis? Id est, quantumcūque bene operantis opus. Quia non sufficit Abel iustitia sua, nō Enoch munditia sua, non Noe recitudo sua, non Abrahae obedientia sua, non Isaac diligentia sua, nō Iacob patientia sua, non Ioseph tribulatio sua, non Moysi mititas sua, non Aaron sacerdotilis puritas sua, non Iosue fortitudo sua, nō Caleb uirtus sua, nō Samueli dedicatio sua, non David saluauit similitudo sui cordis ad deum; nec poenitentia post peccatum, nō saluauit Salomonem sapientia sua, & studium in diuinis, nec poenitentia post peccatum, non Eliam saluum fecit zelus, non Iezechiam fletus, non Iosiam destructio idoloz̄, & diuini reordinatio cultus, non prophetas eorum autoritas, nō Machabaeorum martyrium ipsos intro duxit in regnum, nec iustitia Zachariae uxorisq̄ suae saluos illos fecit, nec Simeonem senem expectatio, non longa castitas & oratio templaris uirginitas, non Iohannis sanctificatio ueterina, & pro ueritate poena suscepta, non innocentes innocentia martyrum, non latronem sua confessio introduxit in caelum. Idcirco dicitur, non uolentis neq̄ currentis, sed misericordia dei miserētis, saluauit cum huiusmodi operibus bonis quēmcūq̄ saluatum. Sed fortasse mutabit in talibus sententijs animus, habēs unde excusationem conciat, dicens: Nondum Christus erat mortuus, nondum resurrexerat à mortuis, nondum ascenderat in caelum ipse qui dixerat: Nemo ascendit in caelum, nisi filius hominis, qui est in caelo, supple, ascenderit prius. Confitetur, quia ita est: bene dicitur, quia uerū est. Sed declaratio sermonū dei & scripturae,

illuminat mētes ignaras, paruulis ueritatis intellectum infundit. Nam eadem sententia Pauli, simpla & una manet: at post moriē & ascensionem Christi futuros, sicut praedecessores, tenebat inclusos. Nam sanē uerum est, quia nō dū crucifixus, fuerat mortis morte destructor, nondum sanguinis precium erat solutum, nō dum uertes fracti fuerant infernales, nondum de limbo sancti educti, nondum patuerat caelum, nondum Christus loca paraturus ascenderat. Sed his à Christo pactis, miserante deo, comitatibus operibus bonis, ascensionē Christi praecedentes, ipsum praescendēte sequuntur, cum ipso sedente ad patris dexteram qui escentes. Sed in quo factum sequentes & posteros ad ascensionem, aucto inferre sententiam, ut sanctificatam & sine peccato uiuentem, sanctam sancti sanctorum matrem non excludamus, sed dicemus ipsam saluari, quia sanctificata est, quia mater Christi facta est, quia humilis, quia uirgo, quia omnibus ornata uirtutibus extitit. Et quantum credamus uirginem dei matrem, à peccatorum uinculis liberam, non tamen credimus ipsam sine dei misericordia, ex proprijs uirtutibus, iustificatam, caeloq̄ insertam. Abiit, neq̄ ipsius bene currentis, sed dei miserentis extitit quod salua fuit. Et sic absoluimus, à suis operibus nō saluari dei matrem, post filij sui ascensionem caelestia regna petentē, nisi per deum miserētem. Quid dicemus de apostolis & martyribus, quid de uirginibus & confessoribus, quid de ceteris iustis? Quid de paruulis, qui nihil merētur, & in aliena fide captantur, qui post Christi ascensionem salui facti sunt? Multorum quorum merito patrocinari quærit ecclesia, ipsosq̄ ueneratū digna honorificentia, in quorum honore constructi & templa, nisi quia non suffecerunt opera iusta, ut eos saluaret solum ipsorum iustitia, sed dei misericordia? Ideo neq̄ uolentis, neq̄ currentis, sed quod saluus sit, dei est miserentis. Fecimus quod debuimus, de super nos delapsa uirtute, serui tamen inutiles sumus. Nam si salus ex iustitia bonorum operum esset, frustra Christus crucifixus est; & gratia non esset gratia, si saluaret nostra iustitia: misericordia dei, non esset misericordia, quam pro iustis & peccatoribus cōtinuē quærit à deo ecclesia. Ipsam igitur inuocemus, ipsam queramus, ad eius cūriam à sententia diuinæ iustitiae appellemus, ipsi subdamur, sub eius alis quiescamus & dicamus: Misericordiae domini quia non suauis consumpti: nec defecerunt aut deficiēt miseraciones eius, qui misereri non deficiens, addit nobis unigenitū suum, qui secūdu Apostolum, factus est nobis à deo sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut non in nobis simus confidentes, sed in ipso. Sol est misericordia dei, qui radios super uniuersos effundit.

Thren. 3

1. Cor. 1.

dit: nam ipse omnium pro suo modo miseret. Misericordia dñi super angelos, misericordia dñi super homines bonos & malos, misericordia dñi super viros & mulieres, super iuvenes & senes, super fortes & debiles, super sapientes & insipientes, super nobiles & ignobiles, super diuites & pauperes, super reges & populos, super principes & prouincias, super praelatos & subditos, super doctores & discipulos, super uigilantes & dormientes, super ambulantes & quiescentes, super artifices & inertes, super iugatos & monachos, super cœnobitas & anachoritas.

¶ De diuinis beneficijs. Cap. XXVII.

Gratanter grata & gratis dei beneficia, ad nosram reuocantur memoriam. Quæ licet penes nos ex effectu sortiantur diuersa uocabula, unum tñ sunt in mēre diuina. Quæ beneficia ideo dicuntur, quia nobis gratis diuina beneficentia largitur. Nam cum non eramus, deduxit in esse. Quid ei dedimus, non entes, ut daret esse? Gratis ergo dedit essentia bonum, cui & multa bona conferet in posterum. Et tale nostrum esse differentiauit ab omnibus sub cælo tantum entibus, conferendo uitam: a uiuentibus solum, conferendo sensum: a sentientibus solum, conferendo rationem: a multis rationem habentibus, conferendo fidem: & a multis fidelibus, aliquos per bonam operatiōem. Quod donū singulare dei est, posse bene operari. Vt breuiter aliqua beneficia nota fiāt, ex quibus deo anima gratias agat, ut gratā se deo faciat, qui hæc legit, intelligat, quod creati sumus ad imaginem & similitudinē dei, non secundum corpus, sed secundum animam. In q̄ beneficio excedimus in dignitate, nobilitate, uirtute, cælum, solem, lunam, & stellas, quatuor elementa, & omnia elementa corporea, uiuentia & non uiuentia: quia omnia facta sunt propter nos, non propter ea nos facti. Et ipsa facta est anima immortalis, arbitrio libera, imperfecta quantum ad uirtutes, perfecta quantum ad potētiās naturales, scilicet memoriam, qua comprehendit præterita, præsentia & futura: quantum ad intelligentiam, qua cognoscit deum supra se, se in se, angelos iuxta se, quicquid aliud cæli & terre ambitu cōtinetur, intra se. Intelligit tñ cum discursu, q̄ sibi concessa sunt intelligere: intelligit bona & mala, iusta & iniusta, corporalia & spiritualia. Perfecta etiam, per liberam uoluntatem, suam potestatem ad q̄d cuncq̄ uoluerit inclinationem conuertibilem & reconuertibilem, ad bonum & ad malum, capax uirtutis & uitij, susceptibilis poenæ uel præmij, perfectibilis in uirtutibus, caret pōdere, figura, colore: eo magna, q̄ capax est æternitatis: eo recta, quo appetens est bonitatis: eo beata, quo particeps est ditatis. Potest accipere,

& accipiunt multæ signaculum fidei, gratiam spiritus sancti, fieri sponsa Christi, uocari per adoptionem filia dei. Et in his nullum nostrum præcessit meritum, ut daretur huiusmodi beneficium. Nascimur more bestiarum, possimus accipere cælum, & confortium expectamus angelorum. Et non solum hæc, dedit etiam posse nos diligere ipsum. Et tantæ capacitatis fecit, ut repleri aut contentari non possit anima, nisi per ipsum. Dedit hæc omnia, permisit cælestia, progauit maiora, imò dedit & maxima, ut quod der ultra & excellentius, non habeat, cum per nimiam charitatem, qua dilexit nos ab æterno, pater omnium deus misit filium suum, ut ipsum habeamus in nostra natura similem, quem in sua dissimilem nesciebamus: ut habeamus doctorem actus & theoria in doctrina superna, nõ hæreamus in terrena: ut habeamus in cibum & potum, quem qui manducat & bibit, uiuet in æternū. Et morientem habemus in p̄ciū, quia nos unde possemus soluere, carebamus. Et resurgētem ascendentem in cælum habemus in præmium, qui tota est merces & retributio meritorum. Quid enim in omnibus his, præmisit humana fragilitas meriti? Quid obtulit obsequij? Nõne nos deus prouenit creando, præuenit amando, præuenit beneficentia ineffabilia conferendo, præuenit redimendo: Nonne hæc omnia inuitantia sunt ad amorem constringentia, ut gratiarum reddamus possibilem actionem? Vnde bona est beneficiorum memoria, ne simus ingrati, sed ad rependēdum debita prompti. Nam ingraturus, recepta perfidit, promissa non recipit, ductum gratiæ infundēdæ intercidit. Facit declinare penitus a peccatis, beneficiorum dei iugis memoria. Et qui considerat quare dederit, insistit operibus bonis. Omnia nanq̄ quæ nobis a deo data noscuntur, nos ad deum, quasi quibusdam funibus trahunt, sicut per Osee prophetam dicitur: In funiculis Adam trahā eos, & in uinculis charitatis.

Funiculi Adam, sunt beneficia, quæ contulit parentibus primis.

Vincula charitatis, sunt beneficia, quæ contulit nascētibz cæteris. Non offendit benefactorum, memor beneficiorum: quia beneficia naturæ quisq̄ considerat animo & actu, non peccat, quia ipsum malum in gratitudo contra naturæ beneficium militat, nec non & dabit bonis operibus operā, si quare deus tanta nobis contulit, considerat causam, quia nullum donum deus dedit aduersus seipsum. Et dono dei modo utitur gratis contra uoluntatem dei, si ad eius honorem omnia non ordinauerit, ad cuius honorem omnia sunt collata. Vtilis est igitur beneficiorum dei memoria.

LIBRI PRIMI FINIS.

SIMONIS DE CASSIA,
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER SECVNDVS,

Tractatus speciatim

De uirgine Maria, eiusq̄ processu: Et de his que in ipsa & per ipsam pro nostra redemptione gesta sunt, usquequo spiritus sanctus apostolis missus est. Caput 1.



Ita omnium & conditor deus, datā hominibus nolens deserere uitam, quam per mulierem antiquus hostis auferre conatus est, et primò abstulit creaturam uitam, quæ dederat uitā. Ante omnia enim in malorum exordio a deo, quæ est uita, separatio facta est: deum uita insufflata, mortis præmium sumpsit. Oblatio mortem inferentis, primæ porrecta est mulieri, ex qua omnis est dānata pro pago, & perpetuata damnatio, quousque per altitudinem diuinæ prouidentia, suæq̄ benignitatis, tempore præfinito adesse nouiter mundo producta mulier, cui uita præcium, imò ipsa uita possit offerri. Quæ cum ab æterno prædestinata, præuisa, præfigurata, prophetata fuisset, prope finem seculorum nascitura, nunciatur ab angelo, & ex utroque sterili parente concipitur, in propagatione ipsa damnatione seruata, qua originaliter procedit infectio. Animatur ordine seruato naturæ, sed illico sanctificatur. Nascitur ex originali purgata contagio, & in ipsa primò, natura humana seruata est in puritatem, in qua primus factus est protoplastus. Naturalibus crescit augmentis, educatur pie, prout decebat futuram dei sponsam, filijq̄ matrē. Offerretur in templo per legem, sponsatur sancto uiro. Qua nondum ab ipso traducta in contubernium, ipso nesciente, ipsaq̄ uacante diuinis, quibus solita erat intendere: die qua mulier prima condita est, si mulier & præceptum diuinum præterijt, accedēte ad ipsam diabolo, in serpente horrendo, celebrato dialogo, decepta est: decursis ab ipsis protoplastis, secundum quosdam, quinquies mille quingentis septem annis secundum alios, quinquies mille ducētis uigintis septem: secundum alios, quinquies mille nonaginta octo, ad celebrandum nouum commercium, diuinumq̄ mysterium, ad exordiedam redemptionem perditæ libertatis, ad consulendum de uita cum femina, quia cum ipsa de morte fuerat in dolo prouisum, missus est angelus ad Mariam. Sic em Lucas assertionē facit, dicens:

In mense autem sexto, missus est Gabriel angelus a deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomē uirginis Maria.

In mense sexto a conceptione Iohannis, per cuius mirabilem conceptionem ex sterili atque sene, quodammodo astruenda erat fides in uirgine, per cuius uocem, etiam mundo Christus primò nunciandus erat.

Sexto die creatus est homo, qui eodem die deliquit.

Sexto die creatura mixta sub cælo, confabulationem diuinam habuit & funestam: duplicem siquidem, primam, præcepti & argutiōnis prætermissi: alterā, deceptiōis duntaxat.

Sexto die completus est mundus, celebratus est usus, etiam in speciebus operari cessauit omnipotens.

Sexto die nuditas laudabilis mutauit speciem & ruborem, quæsierunt subterfugere, aut se abscondere delinquentes.

Sexto die sunt requisiti ad uesp̄eram, & celebrata exilia laboriosa, & lignū custoditico.

Sexto die post rebellionem ad deum, illico & caro aduersus animam rebellauit.

Sexto die imago creatoris, sumpsit ex lapsu similitudinē pecoris, naufragari uirginitas concipit, nobile naturæ decus, & libidinosa facta est propagatio humani generis, quæ fuisset ex castis: & corrupta, quæ fuisset ex integris, & pro honestate, nerecundia protuba successit.

Et ut perstringam, Fons indeficiens omnium malorum ubique, deriuandus perpetuo, die sexto exortus est.

Sexto die, quasi nescio unde castrametari cœperunt in tam pulcherrimo orbe, conturmatim & globatim cuncta mala corporea, & turbæ phantasmarū in cordibus hominū simpliciter castra posuerunt: uita contra naturā, crudeles acies direxerunt. Alterati cœperunt in compositis elementa, penalitates prope in agonem agmina festinārūt: prælia, seditiones, homicidia, fraudes, sua fixere tentoria: terræ motus, tempestates, pestilentia, omneq̄ molestum, horrendum atque tremendum, hostilibz contra hominem obfidio uenerunt.

Sexto die inhiavit infernus, & tristitia cū spiritibus apostaticis facta sunt foedera, quia diuina sunt fracta: & hō dæmonibus repromissus est ad poenale consortiū, antè perdens diuinū.

Limbus paratus est, & alius limbus, & omnis mensæ dolorosæ ipso die sexto ad miserabiliter conuiuandum præparatio facta est.

Sexto die sub cælo prima læticia exorta est: quia exultauit rationalis creatura cum domino, cognoscens dñm. Non enim in quinq̄ peractis diebus aliquid creatū legimus, quod

lætitiā in dño accepisset, atq; ipsum exultan-
do cognoscere. Neq; celi & terra, neq; lux, ne-
q; ignis, neq; aer, neq; aq; neq; sidera celi, aut ger-
minantia terræ, non uolucres celi, non natantia
maris, non quadrupedia, non reptantia super
terrā, gaudia de dño susceperunt, neq; illis col-
latum fuit internē posse gaudere. In sexto die
sub cælo prima gaudia sunt exorta, & è ueluti-
gio & è regiōe primæ atq; secundæ trinitatē ha-
buerunt initium. Volucres celi & pisces maris,
qui perambulānt semitas maris, bestię terræ,
atq; uniuersa pecora campi, timori facta sunt
hominī, quæ sub eius imperio facta erāt, & ab
ipso uiribus corporis, homo minoratus est,
quibus in eisde superior factus erat. Quid in plu-
ra desuimus? Eximia bona & mala sub cælo
in die sexto sunt cōditā illa à deo, ista ab homi-
ne, cum operante diabolo introducta. Verum-
tamen dei sapientia, edens & calculans tempo-
ra, & ad ordinis concentum cuncta deducens,
in mense sexto, nō prout annus construit reuo-
lutione solaris orbis, sed prout tēpus inceptit
nostræ redemptionis, à conceptione Iohannis
iam elapsa parte temporis, erat in tempore se-
xtæ ætatis sexto die, quoniam multis reuolu-
tis anni circulis, eodem die quo primus homo
conditus est, missus est angelus ad uirginem in-
corruptam, ut in uno, quod sibi offerebatur,
sempiterno dei uerbo, in gratia quæ euauerat
in natura, prouincia Galilææ & ciuitas Naza-
rea mysterio prorsus cōueniant. Iam apparuit
erat, & per multa tempora rotata fuerat rota
una: erat addenda rota alia, ut rota esset in me-
dio rotæ. Galilæa em, rota interpretat. Rota ue-
teris testamenti, dum rota erat, multos in orbe
iustos effecit, multosq; proscriptis, nō tū iustos
regno cælorum perficere potuit, alioquin su-
perflua fuisset passio saluatoris. Addenda erat
& rota meliore orbe uolubilis, cuius uolubili-
tate iustificarent per omnia peccatores, & re-
gni cælorum promissio certa daret credentibus,
& transmigratione indubitata parabat ad aliam
uitam. Proinde ad futurorum bonorum præ-
sagium decebat hanc uirginem, in qua tam alta
mysteria condebantur, prouinciam incolere
Galilæam, ut illo flagremus amore transmi-
grandi ab ista misera uita, in aliam uitam. Flos
ascensurus de radice Jesse, in flore nuncian-
dus erat. Et similiter uirgultum coram deo in
alta protendendum, & dominaturū oim nati-
onum, unde procederent uera sceptrā domi-
nantium, innotandum erat in figuratiuo uirgū-
to. Et summa sanctitas, à qua & p quā ois san-
ctitas & consecratio bonorum omnium, ex q
consecrandi erant homines in uirtute, in sacra-
mentis, & in omni statu gratiæ, in sanctitate &
consecratione prænunciāda erat. Ecce prouin-
cia, ecce ciuitas, ecce uirgo simplex, pura, re-
cta, timens & diligens deum, recedens ab omni

p. 1. 8.

Exce. 1.

malo, adhærens bono, inimica uitij, amica uir-
tutibus angelicis, spiritibus similibus, singulariter
electa, nihil relicto ad perficiendam eam, para-
ta in his locis, in quibus erat apertudo ad cele-
brandum diuina spōsalia. Humana siquidem
iam celebrata erant, quia eam Ioseph iustus ac-
ceperat, quam in templo sponsauerat, sed nec-
dum eā cognouerat. Cognouerat ipsam men-
te, non carne: amore casto, non amore conu-
pto. Sed sponsata erat ad euadendum terros,
& ad sigillandum ora obloquentium Iudæo-
rum, imò cūctarum nationum, ne qd nascitu-
rum erat de spiritu sancto, stuprali turpitudi-
ni appropriaret. Vir iustus erat ex lege, iustus
ex fide, iustus ex moribus, Ioseph nomen eius,
cui sponsata erat. Nomen augmenti erat uirgi-
nali sponsato, sibi congruum magist' mysterio,
quoniam omnia erant augmentanda per grati-
am, & mundi detrimenta iam ad incrementa
reuoluebantur. De domo Dauid propagine
seruata descenderat, ut regalis dignitas pro re-
gimine sancto uirtutis adesset. Et qd nihil per-
uagē, nihil præcipitio, nihil irregulatē, sed oia
sub terminato regimine agebantur, quæ spe-
ctabāt ad redemptionem hominum captiuo-
rum. Et ad directiuum uitæ hoim factum est,
q; de regali uirtutum descenderat progenie, q
sponsalia præsumpsit in Mariam. Non in il-
lā dixerim, quæ fuit dñi carnis mater, quia hoc
dūtaxat erat, sed in illam, quæ sursum est oim
mater nostra. Nec non & manufactis dicebat
Dauid, ut fortitudo sit in aīo & moribus ho-
minum, qui supernā uitam & æternam spon-
sam præoccupare cōtendunt. Aptus tamen
hæc progenies terminat in Christū, ut ipse sit
regia excellēs; maiestas, ipse manufactis, ipse
decorus, multūq; desiderabilis, ipse bonorum
augmentum. In ipsiq; figurata progenies car-
nis, per uirtutem in ueritate transfundit. [No-
men uerō uirginis, Maria]. Quod sibi cōgruit
& mysterio. Insigne nomen in paucis præter
quam in sorore Moyse præcesserat, quæ hanc
tympanizando signauit. Decebat em, ut ex p-
prio nomine tanto mysterio aptaret. Etem fili-
us nomen habuit competēs actionibus eius.
Sic & matrē talē habere uoluit, ut intrinseca,
nomen & gesta, in unum concentum cōcurrer-
ent: in unum conflata; unum ens uirtutis im-
maculatum efficerent: unū uas edere, in q re-
ponerent oia diuina mysteria. Sed angelus est,
qui mitti nunciare ineffabile sacramentū; nec
decebat hōiem talia nunciare, qm ois homo
mendax. Et si missus, nō à seipso loqueret, ue-
rum equide, sed primo cōtagio penitus omnes
obnoxij subiaceret, patriarchæ similiter & p-
phetæ. Et si magne uirtutis uiri uelut corpore,
non uirgines non competeabant uirgini. Et ho-
minum causa tractabat, cuius ipsi profectuach
fieri pro nullo pacto debebāt. Sanctificari pri-

Exod. 11.

us aliquis potuisset in utero, & deinceps ad uir-
ginem delatum fieri affirmauerim, sed nec præ-
ter semen cōcipiendum extra naturæ usum, per
conceptos ex femine, debuit in sua conceptio-
ne nunciari, quanq; natus & passus & resuscita-
tus, sit per conceptos ex femine p'dicatus. Sed
diuersa erant mysteria, illud sic, & istud sic de-
centiam habuit. Vnde regis eras nouus aduen-
tus, inde debebat esse præcedēs legatus. De cæ-
lo tunc prior esse expectabat aduentus, igitur
omnino cælestis debebat esse præcurrēs, q eri-
am nullis criminibus teneretur obnoxius. Et
ex nomine, ex ordine, ex omnibus ad legatio-
nem suam congruentiam habet, pro eo q; ad
uirginem mittitur omnino impollutam. Vir-
go scilicet, in utroq; homine decus nature por-
tans, existēs quod facta erat, fulcra optime in
natura, pampius ex gratia. Vna unī apta, so-
la soli, nō multiplicās affectum neq; opus, nō
corpus nisi ab uno, & eundem unum. Virgi-
nea enim uirtus, deitatis prima imago: Vnus
siquidem solus est deus, nequies facere alium
deum. Sed si pater gignit filium, idem cum pa-
tre filius. Personalis em distinctio, deitatis sub-
stantiam non distinxit. Virginitas quidem ger-
manē se habet ad deum, seipsa una existēs. Vir-
go, primitiuū focinæ nomē. Appellauit em
Adam suæ naturæ primam cōsortem uirago,
eo quod de uiro sumpta esset, sed syncopato
uerbo, remansit hoc quod dicimus uirgo, quæ
est secunda pulchritudo humanæ naturæ, ut
prima q; sit, secunda q; uirgo consistit. Virgo
p'ntus est depurata natura, immaculata mēs,
incorrupta per libidinem caro, affectio unica,
sanctitatis studium, tota dedititia deitatis, san-
ctuarium spūs sancti, immortalis actio, theo-
ria laudabilis, honestas allicēs supra naturam
sensus, pugna propugnās, solum ex cælo spe-
rans auxilium, cum senserit ingruere bellum:
auxiliarij sui sunt, ignei spūs, splēdores super-
ni luciferi. Sed diuina uirgo, filia patris æterni,
mater æterni filij, habitaculū spūs sancti, plus
habet in occultis suis, q; capiat hominū mens,
q; possit sermo pferre, quam scribi membra-
nis, quam sibi totam coaptauit ille qui condi-
dit, ad nil aliud, quam ad diuina præstruēs, ut
dei mater esset & filia. Mysterio exterioribus si-
gnabatur mirifice, ut nec quidem motus cor-
poris exorbitaret à iudicio rationis. Tota in se
formosa erat, & tota in uirtutibus & actio-
nibus forma. Exemplar, æterni exēplar' exem-
plar, ut nil artificio cælestis mysterij exercēdo
rum morum, capefenda uitæ atq; agēda in-
ueniretur, quod nō redderetur compōssibile
atq; aptum in ædificio ascensiois in cælum. Vi-
tium nihil in ipsa uendicabat, uirtus regnabat
in pace, non habebat qd expugnaret, nec mar-
cebat uirtus eius hoste sopito. Viuificæ uirtu-
tēs infusionem propugnās potius, q; acquisiti-

e. aperta

Gen. 2.

one adhærebant ei, ut præter illam internam
intuitiōem, qua deitas uidebitur, quod sic est;
communem siquidem quēpiam in uirtute in-
signē excederet uiatorem. Disponēs uerō sin-
gulares atq; communes hominū mores non id,
protinus erant ei, quoad melius esse ad po-
sent, nec quisquā ad magis arduū potuisset il-
las intēdere. In illum finem aptitæ protinus
erāt, propter quem oia sunt, aut fieri definūt,
qui ad finem alium non constituitur. Pruden-
tibus enim cunctis ipsa prudentior, dum spe-
cies omibus id solū elegit, quo melius inueniri
nequit, præcauens quicqd esse potuit minimū
ad offensam, adinueniens quicquid per ratio-
nē & uirtutem inhæritanter placet. Iustitia ex
omni sui perfectione assisteatur, dum totā se
reddidit ei, à quo tota in subiecto natura pro-
cessit; & ei super oim uiatorem operata est gra-
tiæ quā accepit, ex qua existēs quod erat, in ua-
cūū non tenuit minimā sui partem. Fortis, oia
uincens, à nulloq; uicta, nec animo hebes, ad
opus decēs impellebat & corpus. Nunq; men-
te fracta ex magnis rerū euentibus, in fide ma-
gnanimis, in illa omnibus deficientibus nō de-
fecit. Hoc solum, sed sanctū & irreprehensibi-
le habuit imbecille, quod in passione mortēq;
filij doloris gladio diuerberata est. Fuisse em
seueræ mentis, nō fortis, nō fieri illius altissimi
filij consociam passioni. Et audacter dixerim,
ipsam præ cæteris decebat acriori dolore per-
fodi, hoc enim amplioris cognitionis & excel-
sui amoris ratio suadebat. Regula modestiæ
tenebatur, ut nihil plus sibi, nec minus in omi-
bus, q; iuris ordo posebat, adesset. Exemplo
eius alias in sanctimōia uirgines alloquamur,
ostendentes quas esse oporteat, quæ nuncios
ex cælo suscipiunt, quæ diuinas reuelationes
inquirūt, quæ circa se gratulantur angelos mi-
litare, quæ consortium, alloquiū, & auxiliū ap-
petunt ciuim supernorū, quæ non carne, sed
spiritu uolūt fieri Christi matres. Non est per
omnia imitabilis ista uirgo, ut nulla deinceps
sit aut fecundetur ad tam alta deputanda my-
steria. In donis supererogationis, nulla similis
sibi fuit in his, quæ gratificant. Et si manet imi-
tabilis, non tamen æqua proportione possibi-
lis, cū & suarum uirtutū meritis angelorū ui-
cerit dignitatem, quorū prærogatiua merito-
rium nō solū ex acceptis, sed etiam ex his quæ
rependit, extabat. Sed sint saltē hanc uirginem
sectantes in prouincia Galilæa, habitent in ci-
uitate quæ dicitur Nazarea, ut rotetur ad eu-
angelicam rotā. Sed secūdum quod quatuor
rotæ euangelicæ eleuantur, sic & ipsæ pariter
eleuentur ad altitudinem uirtutū, ad spem su-
pernorum, & illa mente sedulā contemplet,
quæ rotæ euangelicæ contemplari docuerūt.
Non enim uera extat quæcunq; alia contem-
platio mentis, si ex euangelio exordita nō fue-
d ij

Exce. 1.

rit. Stent cum stantibus, ut ultra euangelium non pcedant. Nil aliud sapiant, nil plus in moribus addant, & cum eunibus uadant, qm spiritus uitae agendae similiter & significadæ penitus est in rotis. Querant transmigratione uirgines, uirginè uirginu imitantes, ut in nullo uisibili uirginalis liget affectus. Nil dilgat qd castrissimi sponli dilectione impedit, nec quærat diligi, à q deat separari, qui nō possit beare. Et si roca cū uoluit, tangit, q quisquis dilgat proximū sicut semetipsum; quis uirginè nō diliget proximum, excubabit. Nemo siquidē. Sed communē neminē propriē dilgat. Affectus nanq̄ cōmuniter diligētis, nemini alligat, eo q omnes diligit, ab omnibus liber manet. Transmigrationibus intendēs, non grauant ponderibus. Virgines Galilææ, nihil terrenum quærun. Animalia sunt pennata, deuitant uiscaria terrenorū, ne pēnæ uirtutū ac desideriorū impediant ex uisco. Paupertas eius in precio est, & eo amplius, q̄ excipia maior approximatio sit ad sponsum, qui pauperes requirit, sed diuites nō repellit. Veruntamē uirgo pau per propius accedit ad crucē, nuda rebus temporalibus. Virgo nudā crucē astringit ardentius, & tanto illius arboris fructus gustat sapidius, quo sibi fructum terrenarū arborū inter dicit. Conuenit dicatis deo uirginibus, ciuitate Nazareth incolere, ppter florē campi & liliū conualliu, dñm oim Christum, ad florenti per eū & iuxta eū ad aliam uitā: qm in ista nihil manet aut floret, qd in uespere non decidat & arefcatur uel marcescat, & sub uirgulto dilectionis eius fieri, qm uirga directionis, uirga regni eius. Exorbitauerunt angeli, qui nō steterunt sub uirga directionis eius, & ptoplasti ob miserit semitas æquitatis. Alia quæcunq̄ uirga percussit, sed nō dirigit. Virga uerō eius anteq̄ percussit, dirigit, & dirigēdo percussit, & percussitēdo in uiam rectā deducit. Virga eius, uirtutis est uirga, imō ipse uirtus & uirga, quā ex Sion misit, omnipotens dñs omnibus dñari ad directionē patriæ, non ad tyrannidē uix. Consecratio & sanctitas sunt in ciuitate Nazareth, quā incolit uirgo Dauidica, imō uirgo diuina, quæ perficiūt uirgines, huius uirginis sectatrices, & oem animā cælestia suspirantē & contentē captare, quod & in uirtute perfectum, qd consecratio & sanctitas ex seipsis parturunt. Sed nec consecratio sine sanctitate, nec sanctitas sine consecratione. Consecratio autē est, cū aliquid ad dei cultū ex omnibus suis partibus ordinatur. Sed melior consecratio repli uiui, q̄ mortui: cum homo ex oim se ordinatur & offertur ad deū, nihil retinēs ad seipsum, nec se cōuertēs ad aliu usum. Fas enim non est, uasa dicata deo, in alios usus inuertere. Punitus fuit p̄tinus Balthasar, quia uasa repli ad cōmunē mēlam adduci fecit, ut eū eis biberēt conui

DAN. 5.

uantes. Nullū maius sacrilegiū reperimus, nisi cum quis semetipsum iā ex fide atq̄ sacramentis sanctū, se absulerit à sancto sanctorū, ad exteriora cōuersus. Ex sacrilegio interdū anathema inter homines incurritur, & p̄ter restitutiōnē ablata cōsumptū rei, per pœnitentiā indulgentia inuenitur. Cōsecratus uerō deo, ad alia reuolutus, nisi ad derelicta reuerfus, nullā misericordiā consequitur. Sed nūquid dicata uirgo, deinde stuprata, quoquo modo in id quod reliquit, faciat aliqñ regressum? Nullo modo dixerim. Est em uirginitas, si perditur, irrecuperabile bonū. Poterit siquidē pœnitēs misericordiā cōsequi, nō aut coronam affectui uirginalē, neq̄ illud cantare canticū, quod solū centū quadraginta quatuor millibus corā agno cātare cōceditur. Startimq̄ cōsecrationis sanctitas itūgitur, quia eo ipso quis sanctus efficitur, quod dño cōsecratur. Sed nec uirgo sancta, quia uirgo, sed quia dedicata deo. Et cum sanctus aliquis factus, aut sancta, siue aliquid sanctum, ulterius uiolare non licet, si nō uult à deo disperdi. Hinc em Apostolus ait: Temp̄ plū dei sanctū est, qd estis uos. Si quis uiolare ritēplum dei, disperdet illū deus. Non tñ illā appellauerim sanctitatem, ea quæ uulgō dicimus miracula perfecisse, sed super naturā per gratiā in uita & affectibus atq̄ moribus fidei. Hæ sunt igitur regiones, hæc ciuitas, quas uirgines debent excolere, quas inhabitare debēt, qui diuinas theorias inquirūt, & uolūt fieri bonorū atq̄ perfectorū hominum sectatores.

Et ingressus angelus ad eam, dixit: **Aue gratia plena, dñs tecū, benedicta tu in mulieribus.** Aduocat à deo in illa cōcione intellectualiū substantiarū singularis spiritus administratorius dei factus, & nulla mediatio corporaliū uocum sibi secreta pandunt. Exponit sibi uirgo, quæ c̄p̄uis suis uirtutibus iam in cælestibus cognita, non tñ ad thalamizandū unigenitū dei filium: clausum hoc mysterium, ab æterno p̄sum, à cognitione oim angelorū. Et c̄p̄uis deitate oēs angeli cælestes intuerent, hoc ab eis inapprehensibile stabat, quoulsq̄ deus pater uoluit reuelare. Insinuat ad creaturā creatoru uelle assumptiue pcedere, non ad spirituale, sed ad cōpositā. Et ingressus summi opificis, suū denunciat ad opus & tempus miserēdi eius; qm p̄æfinitū uenerat tempus, datē determinatū legatio, quod incōprehensibilis uirginali claudet in aluo, & ut eam saluet amittit, seriose doceat. Stupet auditor, mirantē oēs in simul hierarchie cælestis, quod ad huiusmodi legatione nunciū cælestis egrediat, quē illico est secutor diuina maiestas. Suspendunt illorū altis cōsiderationibus mētes, quod deus ad hoīem, immortalis ad mortalem, incorporeus ad corpus, inuisibilis ad uisibile, simplex & incōpositus

1. Cor.

ille

rus ad cōpositam creaturā, infinitus inhabitator ad finitā ædem, ad peregrinationē ubiq̄ existens, ad miserā temporis, æternē beatitudinis uelut accedere. Plus in admirationibus auget, cū uoluntas oia possit repente perficere, quod deus in carne uelut fieri actuosus. Hac legationis insinuatione intellectuali, paranympus ille cælestis in forma suscepta pperauit ad terras, tñ in superiori hemisphærio nocturnalibus tenebris occupatus, & insolito lumine splendens, à tabernaculo uirginis tenebras abstulit, & intus irradiauit, ne ipse phatasma fortassis à uirgine crederet, & ne quod sibi explicaturus aduenerat, uerteret in dubiū, nō cōspecto legato: Ingressus angelus ad eā. In cōclauī erat uirgo, nec tñ lecto cubabat, nō eā excitauit à somno depressam: uigilantē inuenit, dedit lecti oni, aut orationi uacantē. Nox appēdebat ex medio, nec adhuc tenella uirgo, sua mēbra in quiete collegerat. Nec p̄docta huiusmodi p̄stolabat ipsa legatū. Nec in ista fide uiuebat, uelut dei citō futura mater, q̄ ex spiritus sancto potuisset aduertere, quāpiam uirginē dei matrē esse futurā, non tñ uelut humilis, & in hoc à spiritus sancto limitata, de seipsa rem altissimā huiusmodi p̄sumebat. Ecce ingressus est angelus, nullo aperto ostio, nullo dimoto repagulo, nullis seris ex aliquo desirmatis, ad honestū cubiculū, ad uirginalē reclinatoriū, ad pudicā studiū. Nihil obstabat glōrificatæ atq̄ spirituali substantiæ corpus, quod assumptū, similiter introduxit. Aliquā em formam corporis, iuxta mandatū dñi, angelū credimus assumptū, in quo sonantibus uocibus, in auribus almæ uirginis loqueret: Ecce in cōclauī creaturæ duæ insignēs assistunt, angelus & Maria: in maiori uerō cōclauī terrestri curiæ paradisi, diabolus & Eua. Præcessit dialogus, unde sunt mala oia subsecuta; nūc incipit, unde oia bona proueniunt. Magnus angelus, magnatq̄ Maria. Maior angelus, maiorq̄ Maria. Magnus & magna, quæ uterq̄ ut creaturā rationalis esset accepit. Maior angelus in natura, maior Maria ex gratia: quæ in terris existens, uisitauerat interminis speculatiōibus angelos in cælis, nūc ab ipsis p̄sonaliter uisitā in terris. Cælestis & terrestis, cælestē superans, in modico loci spatio cōueniunt, de pace dei, de ineffabilibus & diuinis mysterijs, de reparatiōe humani generis, absq̄ interpretibus tractaturi. Non sic locutus erat angelus, ut nō intelligeretur. Non sic ignara erat uirgo, ut nō intelligeret. Quis ibi tabellio, ut utriusq̄ dicta notaret, cōmēdaretq̄ stylo ad memoriā posterorū? Quod si Lucas scripsit, p̄sens sibi nō fuit. Qui dicendos testes? Quod decernere, iste dialogus cōdebat: Quis interrogatiōnū & responsionū iustus iudex? O si q̄s astuisset, appositis auribus ad yba captada, quāta potuisset exultatione iucūdari, cum ad uirginem angelus orsus est, dicens: **Aue gratia**

plena: Ecce in prætorio uirgineo agebantur nostrū salutis mysteria. Ecce dicebant in oculis; quæ in publico differenda erāt. Et quæ tyrannorū non erāt silenda terrore, clamdestinē atq̄ nocturnis silentijs ferebant. Ecce cælestis uirginitas, terrestre uirginitatē alloquitur, suphiam, spiritualis utraq̄, scilicet spiritus & carnis, affatur. Exultate, q̄ creditis: gaudete, q̄ cognoscitis, qm missus est angelus ab omnipotentē deo ad Mariā uirginē. Ingressus ad desponsatā, loquitur angelus ad Mariā: [Aue gratia plena.] Non apprehensus angelus, neq̄ apprehendendus, quia nunq̄ deus angelos apprehendit ad naturarū unione, sed semen Abrahæ. Quā, in qua erat apprehendit, alloquitur, dicens: [Aue gratia plena.] Apparuerit angeli Agār, Abrahæ, Iacob, Moyū, Iosue, Gedeoni, multorūq̄ prophetis, p̄ multorūq̄ mysterijs, non autē totius humani generis nunciare salutē, nisi cū Galilæam uirginē alloquunt, quorū singulariē destinatus dicit: **Aue gratia plena.** Omnia plena sunt s̄ris contentis, prout natura uacuit aliquid esse nō sinit. Et multa cōccratiō est in rebus; antequā possit uacuit statui, aut si arte fuerit aliqñ statutu, ipsa natura nō patit. Proinde oia capabilia esse plena cernuntur, & ubi plenitudo unius rei adesse cognoscitur, alterius remouet. Alia siquidē est plenitudo naturæ, alia gratiæ: neutra tñ alterā excludit, alterā alterā semp̄ admittit. Præcellit autē gratia oim naturæ, & eius plenitudo p̄fectionē habet, quæ decebat deificā uirginē, & ex hoc angelus inquit: **Aue gratia plena.** Domus regē peregrinatē hospitatura expectās, annona regi apta debet oim cōpleri, alioqn rex ab pandocheo declinaret. Rex æternus deus, futurus peregrinus in terra, primū intrare decreuerat hospitij originale, & ne p̄teriret defectu delectantij regiam maiestātē, oibus regi placitis uirgo p̄fusa est, p̄pter qd angelus ad eā: [Aue gratia plena.] Multa siquidē sunt, quæ uirginē oportebat gratia oim repleri, sed salutatio de cælo p̄mittit. Nōn à seipso angelus salutare p̄sumēs, sed officij ex parte miteris exequitur, excludēs omne uæ, p̄ferendo uirgini aue. Præter cōditionem, hoc uerbu fuit ad uirginē, qm prius oim radice iniquitatis abiecerat. Ad ceteros autē appōsita est cōditio, ut si excluderēt, p̄pter qd æter nū uæ infligitur, cū aue oim manebūt. Ois salutatio, aut salutis enūciatio, tristitiam remouet, adnectens qd potest esse lætitia, tacitē autē expressē: duo hæc ois uera salutatio p̄intendit. Sicut in deceptione prima: mulieris, satagebat diabolus sibi oem auferre lætitiā, auferēdo de uim: qd derelicto, pœnā oim inducebat: sic angelus salutādo Mariā, excludit oem tristitiā, diuinā lætitiā administrās. Et sicut ille malignus blandē hostis, seuerē amicus, nō solū illos primos, p̄toplastos his malis, sed oem sobolē p̄p̄gādā ex eis, disponebat inuoluere, qd & fecit.

d ij

præuidens acuitate intelligentiæ suæ, q̄ ex eis p̄ traducē innumerabilis hoīm utriusq̄ sexus erat. ppaganda, ppago sic Gabriel angelus, nō dūtaxat uirgini pro seipsa, sed ipsam saluando, totius mūdi simuluꝝ illa nūtiā adesse salutē, & æternę trinitatiē fiendā depulsiōe. Minā dñs p̄ prophetas suos, ob iustas causas hoībus uæ, q̄bus remotis, pro oībus Mariæ indicitur aue. V̄ gēri peccatrici, populo graui iniquitate, femini neq̄, filijs sceleratis. Gēs peccatrix, quæ semp̄ in fluxu mali peccare nō desinit. Populus aut homo qlibet iniquitate grauis, q̄ maior mala peccādo sup̄appōnit. Semē neq̄, sunt q̄ malos imitant, à quibus uelut semina feminant, & in alios etiā semina iniquitatis diffundunt. Scelerati aut filij sunt, in seipsis absq̄ pudore peccātes, q̄bus uitæ dñs, æternū uæ promittit. Quibus malis abiectis, ad meliora conuersis, uideat uirgini p̄ eis dici aue. Peccauerat Ierusalē cōtra dñm loquēs, & adinūctiōes factiēs in p̄ctis, & ex cognitiōe peccabat, & p̄ctm suū iactant exulerat. Cui statim dicit: V̄ aiæ eorū, qm̄ sunt reddita eis mala. Noli ergo exercere linguā tuā cōtra dñm, nō querat adinūctiōes in peccatis; cū cognitio peccatū arguit, oīno de uita nō efferas, q̄ de deliquisse cognoueris, & tuis auribus intonabit aue. Inquit etiā: V̄ impio in malū, retributio manū eius fiat ei. Impius est, q̄ deū in ueritate non colit, ad religiōē cōtrariā affectu & ope colligatus, cui æternū uæ reponitur, cū diuina dictante iustitia, malū agēs, retributionē manū suarū in ultio suscipiat. Sic etiā Iob asserit de seipso: Si impius fuero, uæ mihi est. Ad religiōē uero pietatis cōuerfus, aue allatū uirgini fortiet. Incriminabilis ambitio in humanis rebus, & insatiabilis appetitus ad æternū uæ, cōtraria uero applicant ad aue. Scriptū est em̄: V̄ q̄ cōiungitis domū ad domū, & agrū agro copulatis. Nimis ambit, qui aptitudinē naturæ aut artis uelit sub suo dño copulare. Ex aptitudinē nancq̄ naturæ, oēs cōiuncti sunt agri, nō terræ moles discōtinuat in parte, nisi q̄ Maria medi terranea in eius superficie, rōne profundæ ualiliū, quæ receptacula sunt aquarū, interponi uidet. In abyssalibus uero partibus terra non interdicat. Et q̄q̄ terra una, moles una, cōtinuatō una, diuersitate multiplicē sortit ex dñjs, nū unitas ē naturalis elemētū. Domificatio ē ex arte, materiē p̄paratē natura. Et oīs domus in ciuitatibus & inhabitatōibus, alteri p̄ usus cōmoditate uidet. Vellent aut multa, imo cuncta improbi appetētes, oīa simul iungere dño suo, prout sunt ex natura & ex arte cōiuncta; his iuste uæ, charitatē uero diligētibus, castum aue. Multi sunt qui ebrietatē sectant, nō dñitaxat uini, sed amoris pueruentis affectū, q̄bus p̄ Isaiā æternū etiā uæ dñs cōminat, dicens: V̄ q̄ mane cōsurgitis ad ebrietatē sectādā. Ebrietas protinus est ubicunq̄ abijcit, aut nō tēnēt or-

Isa. 1.

Isa. 3.

Isidem.

Iob. 10.

Isa. 5.

Isidem.

dinata mensura, quā p̄termittentes ordinatū ad uicq̄ uerō illā in oībus seruāt, disponunt ad aue. Oīs iniquitatis actor, ferus est corā deo. Iniquitas aut est, stante cognitione ueritatis & boni, fuga optimi & sp̄oīane cōtrariō electio. Contra q̄s p̄ Isaiā dicit: V̄ x̄ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis, & sicut uinculū plaustrī, peccatū. Trahit iniquitas in funiculis, cum additur p̄ctā peccatū. Vanitas aut, cū animus p̄ inania diffunditur, funiculorū facit ipsa cōtrariū. Peccatū uero, ad uinculati plaustrī similitudinē ducitur, cū ex cōstitutis male uergentibus rotis, parte posteriori eleuata, anteriori depressa, peccator homo detrahitur. Qui uero ad contrariū trahedo se p̄struit, dissolabitur à uæ; & q̄d pro oībus uirgo alma p̄cepit, cōiungetur ad aue. Peruertētes iudiciū, peruertēt uæ deo. Contra q̄s p̄ Isaiā dñs æternū uæ cōminat: V̄ x̄ qui dicitis bonū malū, & malū bonū; nūpōnētes tenebras lucē, & lucē tenebras; ponētes amarū dulce, & dulce amarū. In q̄ amplius pueri possēt iudiciū rationis, q̄ q̄d est naturalit̄ bonū, aut ex eo, q̄ bonū æterna bonitas esse decreuit in malū, q̄d substantia & positione caret, iudicando cōuertēre; aut malum omni bonitati aduersum, in bonitatē malē decernēdo n̄ asseret. Tribuere tenebras habitū lucis, & luci horriditatē tenebrarū inferre, subuersē noscūt iudiciū rōnis. Gustus infectus, remota excusatiōe cēferetur, si amarū dulce, aut dulce amarū oīno iudicaret. Ac p̄ hoc, bonū dicitur malū, q̄ in aliquo iudicat patrē oīm deū, qui de sua p̄uidencia murmurant, qui cū iuste puniūt, ei se uitiā, sibiq̄ innocētā tribuunt, qui abyssum iudiciōis eius nō intelligēt, & improuidū, aut acceptorē p̄sonarū opinantur, qui sp̄asias sup̄ hoīes p̄nalitates, quibus possint ad meliora cōuertī, reprehēdunt, qui flagellis eius pijs aut iustis detrahunt, qui misericordiā & paciētiā eius in p̄ctōres, & in his malis, quæ cōtinuē sūt, cōfundūt. Tenebras uero lucē ponūt, lucēq̄ tenebras; cū mēdaciū in ueritatē, ueritatē in mēdaciū trāsferre conātur; cū q̄d habet imaginē tenebrarū, luce uelutiūt; & q̄d est ad similitudinē lucis, tenebrositate obuolare contendūt. Amarū uero, dulce fore p̄dicat, cū uite huius amaritudine, uelut à dulcedine pascunt illecti. Dulce, amarū dicit, cū abdicatiōe temporalit̄ res, cū spirituale studiū abominentur decepti. Quibus iuste donabitur uæ. Cōuersis ad cōtrariā, meritō & in p̄petuū p̄stabitur, q̄d p̄ oībus Mariæ dicitur aue. Sapiētia huius mūdi, stultitiā ē apud deū; & prudētia carnis, mors est. Et pleriq̄ sapiētes sunt ut faciāt mala, bene autē facere nesciūt. Non querit autē deus huiuscemodi sapiētes, sed eis æternā miseriam minatur, dicens: V̄ x̄ qui sapiētes estis in oculis uestris, & corā uobismetipsis prudēs. Sapiētes in oculis suis sunt, qui in his q̄ cupiūt siue agunt, nō iudiciū ueritatis, nō sententiā aliōrū

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

I. Cor. 1.

Isa. 5.

recte uiuentiū, sed propriā regulatiōē attendit, & usq̄ adeo sibi placentes, & cōsentanei sibi sunt, ut in nullo eis cōtradicī posse uideatur. Vt suā sapiētiā inferant, asserūt esse stultitiā, sapiētiā cæterorū. Nec exquirūt à doctoribus extra seipos, in alijs sapiētiā inueniri. magis aut sapiētes in p̄prijs oculis esse uident, & prudentes in semetipsis, q̄ sp̄reta oīm utilitate cōmuni & p̄ximī, priuatis cōmodis studēt, oēm industriā quā possidēt à natura, quā didicerāt ex usu, quā ex alijs tradētibus p̄ceperunt, sp̄retis cæteris, ad se cōuertunt, & actiōe duntaxat recipiōca, sibi uidēt in futurū. Erit istis, nisi respiscāt, p̄tinus undiq̄ uæ, respiscētibus uero, adijcit aue. Amat in oībus consistentiā iustitię, p̄ quā oīa pacata cōsistunt, nullæ insurgunt in animo ex moribus passioēs, nō quęstioēs forinsecarē; res publica in pace quiescit, non deslet daīna miser, quod aduersus eū p̄xialuit malē causans, nō lachrymabit quispiā de peruerso iudicio. Eos aut, qui ob causam ordinē iustitię peruertēt, debita p̄na cōsequit. Nā scriptura dicit: V̄ x̄ qui iustificatis impijs pro muneribus, & iustitiā iusti auferitis ab eo. Ad regimīnis scepra tenētes, factū est uerbū istud, quorū est exercere iustitiā, illaq̄ distribuere, auferre si ue cōserē. Sed cū ipsa in obliuione se periret ad p̄mum siue supplicii, secundū exigentiā meritorū, s̄pe quibus incūbit, in illa ex autoritate decernere, ex muneribus peruersi, peruertunt & tribuunt eius censurā, cui aduersat ipsa iustitiā, & quæ ipsa condemnat, ipsi absoluiunt; & fit impius iustus, qui reus est, ipsa iustitiā decernente; à iudicio egrediit liber iniquus, ubi remanet innocens condēnatus. Acquē malū dixerim, impiū iustificare in iudicio, submissione munere; & à iusto, debita sibi auferre iustitiā. Supergradit autē, si hæc adderet iniquitas, quod impio deliberatō, iustus traderet exitio. Nam quanq̄ malum sit, impiū iustum dicere, & iusto auferre iustitiā, excedit autē oīno, si iustus & innocens puniēt. Differt em̄ per oēm modum, nō subuenire iusto de sibi cōpetenti iustitiā, & ipsam p̄ iniustitiā ledere; cū aliud sit, nō inferre iuamē, aliud inferre iacturā. Iuste, iustitiā peruertentibus, apponit uæ; pro ipsa uero laboratibus, uirgini oblatū est aue. Quid autē in moribus oīm damnosius inueniri possit, q̄ iniquitatē firmare per leges? Nā quis rector falces portabit, si non secūdū legē iniq̄s se uiat in subiectos? Vnde res publica sumet augmentum, aut quā quō stabit, si ex inijs legibus præstitium, erit prolata censura? Si exorbitatio ex legibus est, exorbitantes q̄modo reducētur ad æquum? Vnde arcebuntur uagi hoīm mores? Fiet oīno iudiciū, aut ontatē habebit iniquitas, nunq̄ æqua erit retributio meritorū. Malus malus erit; deplorabit dāna & exilia iustus; inno-

cens discriminibus subiacebit. Confusa erit hūmana conditio: ad uitā, nemo obexat uirtutes, nullus adiuor. Erunt pauperes emolumenta crassantium, ab eis iustitiā iudicium procul erit. Oppressi, reclamare non poterūt: Vim patienter humiles inquirere nō pacē, improbe uxabūtur; uiduæ, præda fient; pupilloꝝ substantia in direptiōem erit. Quamobrem per Isaiam dñs dicit: V̄ x̄ qui cōdunt leges iniquas, & scribentes iniustitiā scripserunt, ut opprimerēt in iudicio pauperes, & uim facerent cauxæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Clarent ista, & expositiōne non indigent, & per eos, contra quos per prophetam dominus loquebatur, furores similes arguebat, quod si ad contrariā relabatur partem, pro uæ donabitur aue. Multa uæ in sacra scriptura repimus, ac uarias maledictiōes: habent tamen suppositis ex malis actibus rationes, quæ singula hic annexere, fastidij esset opus. Ideo tamen ista posuerim, ut aue, quod ab angelo nūtiatum est uirgini, primo remotionem eius quod uæ importat, inferatur, ab effectibus & actibus hominum, excludatur. Ex hoc loquendi genere, ad alia cuncta quæ in uereri & nouo testamēto, sub quacumq̄ comminatiōe aut interminatiōe reperitur, potest esse aptitudo & habilitas disserendi.

Benedictio uirginis, edita per angelū. Cap. II.

Quod autem ista salutatio tam mirifica ex cælo ad uirginē per angelum in conclauē delata, nō solum almæ uirgini, sed oīm indicet esse salutem, nomen futuri filij manifestat. Et prosequens angelus sue legationis officiū, salutans nomen uirginis reticet, ab eo quod plus in eo erat denominans, dicens: [Gratia plena.] Ostenderit ei oīpotens, qui delegauerat eū, quæ & q̄lis esset hæc uirgo, & q̄bus copijs ditata consisteret: cum oīm abiecta copia res, solū polleret plenitudine gratiæ. Rerum naturalium fulgor pallet, compositus plenitudo diuinoꝝ charismatum. Erant siquidem in uirgine gratiæ supererogate, ad quas nulla sua merita potuissent accedere, sed solum accepti bonitate donatis, qui sic eā replere ab æterno decreuit, ut ad theocoñiū decentissimē aptaretur. Ipsa uero ex acceptis oīm uirtute, se grauitificauit ad omnium deum patrem, & oīm uo dē grā plena salutatur ab isto cælicola, qui ad terrā missus, ad eā tā festinē descendat. [Dñs tecum.] Sic quidē o uirgo est, nulla plenitudine græ tibi amplior consistere potest. Oīs lingua deinceps balbutit, cum in tuam nitit̄ laudem, uenerari te filiū decentissimē esset. Si dñs est te cū, & cū ipse in oībus rationibus sit, dispari autē essendi modo, tecum tñ intrinsecariū & diligentius adest, ut p̄ter unionē, quā in thalamo uētris tui celebrauit cū hūana natura, cū nulla

Isa. 10.

Luc. 1.

creatura dñs colligatus astringat, ut nec solū ad seipsam sit grā plena, sed ut refundat in cæteros exigentes, & de tur in illa intelligi, q̄ plenitudinē gratiæ, futura Christianitas possit accipere, quæ numerositate singulari uirginis præferenda erat. Etenim ad totam Christianitatē ordinabat, quod fiebat in uirgine. Sicut una prima uirago, nō pro seipsa tm, sed p̄ oibus plenitudinē culpæ suscepit, nec ut duntaxat cum hac uirgine dñs deus esset, sed ex p̄sagio monstraret, quantū ad futurā fidelium plebem dñs potuisset astringi. Et bñdicta tu in mulieribus dicta est, p̄pter id, ad quod ordinata est, & ob hoc, q̄ ipsa se totam tradidit in placitum, eam desup eligētis. Neq̄ ista bñdictio sibi soli propter eam solam applicata est, sed ut in ea omnium benedictio & uocatorum in extremo iudicio, ad percipiendā regna cælestia, similiter & æterna benedictio antē celebraret, enunciatā per angelum, de numero angelorū, in quorū similitudinē beatitudinis electi sunt transferendi. Non bñdicitur super hoies, ne filium dī ceretur excedere, magis autē in distinctionem sexus ista in mulieribus benedicitur, qm̄ Christus in uiris, ipsa in mulieribus; & uiri & mulieres in ipsis in benedictionibus cælestibus benedicantur, quanquam ex ipso Christo benedictio in omnes homines sua pietate proueniat.

¶ *Hæsit tacite uirgo turbata, nouitatem uerborum cogitans.* Cap. III.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. Conflauit in unū hæc uerba uirgo in animo suo, & quod dicebatur per angelum, sibi peregrinum & insolitum uidebat, maxime cū se tam humilem reputaret, & supra id, qd̄ existimabat de se, huiuscemodi salutationē eē cognosceret. Percepit auribus, quod angelus proferebat in uoce. Corde cogitabat, quod audiendo perceperat, qualis esset ista saluatio cælestina, in terris peregrina. Cogitabat mittentem, similiter & legatum in suis fulgoribus, processibus, & sermonibus ore notabat. Et cum in animo uerba salutationis distingeret, separabat ab eis, & eorū amplitudine uincebatur. Hæsitabat secum loquens, & in tanto sermone angeli turbabat. Non turbabat tur dolens, nō aliquid male patiens, non stomachans angelum, non abhorrens uerbum, nō ullis malis passionibus mota, sed uelut ignorans admirans saluatiōis huiuscemodi nouitatem. Ignorantia em̄, admirationem & turbatiōem semper consueuit inducere, uelut q̄s in animo turbaret, non intelligendo quod legit, seu quæ repente accidit, nouitatem in animo nō aduertit, aut non apprehendendo, quod ab alijs audit. Ex pietate turbata ista erat, non ex indebita passione. Impropius aduentus cælicolæ, insolita saluatio, magnū mysteriū continens, non

repentina cōprehensio agendorū, turbationem animi atq̄ prudentē adduxit, & uirginalem animum, pauidum fecit. Ex his argumentis factū est, q̄ uirgo, quanuis plena sp̄s, se matrem desideram ignorabat; aliā turbationem ex sermone angelico, in animo non sensisset, quam nec turbatam, aut ullo modo pauidam ex angelica p̄sentia, scriptura cōmemoret, uelut uisionibus angelicis alluctam, & eorū singulariter fultā custodijs. Duntaxat ex sermone angelico uirgo admiratiue turbata est, cogitationem suā non in aliud, q̄ in qualitatem saluatiōis immittēs. Qualis erat ista saluatio, remouens uel culpæ, similiter & poenæ, inferens plenitudinem gratiæ, cui altitudo gloriæ subsequē facta est: Quæ ista saluatio, quæ creatorē creaturæ, deum homini, immortalem mortali, beatum misero cōnectebat? Quæ in saluatiōe altior qualitas, q̄ dicere, dñs tecum; Qualis ista saluatio, quæ omne maledictum antiquum expulit, & omne bñdictionem induxit? Non improuidē uirgo cogitabat, qualis ista esset saluatio cælica, hæc annunciatio tam sup̄ma. Nō dabat angelo uirgo risum, nec humano more faceret, uocē resolutando rependit, aut uelut familiaris ex pristinā cōsuetudine illi cælicolæ, aut uerecūda censura modestæ, magis autē dixerim occupata in consideratione dictorū, sicq̄ turbata recebat. Mos etiā appositus deo dedicatis uirginibus est, ut plus audiant q̄ loquant, nec proferant ad incerta sermonē, interrogatē respōsum suspendāt, nisi prius quod offerit intelligant. Ad mirationi audientium ex raritate loquēdi esse debet sermo uirginis. Hinc uirgo alma prius uult intelligere, q̄ quid loq̄tur, & antē discere, q̄ r̄t̄ deat. Idcirco admirat & cogitat, turbat & deliberat, audit & reseruat, & oīa tacite secū cōfert, & conferendo timet, non poenam præsentē siue futurā, sed ignorans timebat, timens turbabat, quam sic p̄noscens angelus agitari salutata, tam eximie declarationē adnexi.

¶ *Remouet angelus timorē a uirgine, quā gratiam inuenit apud deū insinuans.* Cap. III.

Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. In declaratione nomen uirginis exprimit, quod in prima saluatiōe tacebat. Nam prius q̄ angelus experiret, quid humilitatis esset in uirgine, cū ad theotocōnium nosceret affuturā, ex eo qd̄ ab omnipotentē deo in legationem acceperat, uelut alitē dignam, ipse indignior, nominare ipsam ueritus est, etiam p̄ntendens gratiæ plenitudinē, q̄ potior erat, ut supra p̄ulimus. Nunc uero ipsam considerans uerborum nouitate timētē, dubitatis timore turbatā, statim ad appellendū dubiū & timorem, ipsam iterum allocutus est, dicens: Ne timeas Maria. Frustra timorē cōcutit, quā deus ex alto saluat. Cur alma uirgo timeat? Supergraderis animo conditionē cæ-

lestium sp̄m, quot & in humana natura producti sunt, tu sanē præcellis. De cælo tibi ministratur salus, & p̄ oibus tibi offert, non ad turbationem animi tui, non ad incutiendam timoris passionem. De cælo descendit, sed ut hæc tollerent de cordibus hoīm, & si quæ peiores fuerint passiones, in causa tua & omnī, re primō adorū sum. Quam sacrosanctus p̄cellus angelī, qui turbatam uirginem, atque uerborum nouitate timentem, sic confortat, sic docet remouet eius animi passiones, dicens:

Luc. 1.

Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum: Ecce cōcipies in utero & paries filiū, & uocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi uocabif.

In altiora uirginis animū, cū declarare nitē angelus, ex admiratiōe suspendit, q̄ uirgo quæ in domo dñi se reputabat abiectam, apud deū huiuscemodi grām inueniret, ut conciperet filiū, quē sibi uideret in humanitate subiectum, pendentem ad hubera, aliorū more uagiētē, quem nō solum conceptura, similiter & paritura erat, ad p̄prium filiationē atq̄ maternitatem, sed ad totius humani gnis saluatiōem. Quā obrem pro effectu futuro, angelus nomē nunciando prædicat: Et uocabis nomē eius Iesum, qd̄ ab alio euāgelista expressum est: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorū. Sed quō hæc serena uirgo, grām apud deū inuenit, cū inuenire nil aliud sit, nisi cū homo uenit in id quod querit, aut quasi cū ad eum uenit? Non hanc grām uirgo quærebat, nō præstiterat studium dei filio maternari, non orauerat, nō se iunauerat, non se affererat uigiljs, nō ad huiuscemodi contemplationem noctes ducebat in omnes, nil offererat ex uoto, ut hanc grām inueniret. Quæ inquam mulier a seculo p̄sumpsisset hoc inquirere, ut undecunq̄ conciperet aut parere potuisset hoīem, hoīm saluatorē? Quæ in quā sancta uirgo, ab humilitatis terminis excessisset, ut in alto p̄ces porrigeret, ut filij altissimi esset mater? Non minor fuisset hæc superbia, q̄ illa Luciferiana, quæ altissimi similis fieri satagebat. Ac per hoc, si nō quæsiuit, quō inuenit? An præter intentionem fuit inuentio? Sed quis inuenit, quod nō intendit? & si forte usu loquenti multa inueniri dicantur, quæ nō exquirunt, oīno ab inuentiōe est aliena p̄prietas, cum ad inuentiōem penitus inquisitio p̄feratur. Nam si quispiā inuenit lapidē p̄ciosum, quem non cognouerit: si salutiferam herbam, cuius uirtutem ipse ignorat: si ægotans obuiū habuit medicum, quē ad suā sanitatem nullo labore quæsierat, quē solum audiuit ex uoto, factorem eius inuenit nō cognouerit: quō dixeris inuenire, cū in cognitionem neuter istorū uenerit, nec ad animam horū, lapidis, herbæ, medici uenerat plena cognitio? Vn-

Mat. 1.

de igitur hanc inuenit gratiam non quæsitam, quam antē nulla ratione cognouerat? Veruntamē in hoc, nec more humano faciēda est differtio, quoniam cum ab æterno diuina maiestas disposuerit hanc gratiam generi humano conferre, ut esset unio naturarū, diuinæ scilicet & humanæ, in una electa uirgine celebranda, in qua uerbum caro fieret, ad habitandum in nobis, similiter & nobiscum, ad redimēdum nos, ad moriendum in carne pro nobis inuenta est una uirgo ex alto, diuinis muneribus fulta, ut tali esset apta commercio, quæ non inuenit gratiam, quam non quærebat, sed omnes creaturas, & alias uirgines suis meritis trāscendendi hæc gratia oblata est. Quærebat humanum genus redemptoris gratiam: nam ualide premebatur ab hoste, uita debebatūta a morte, affligebat poena naturam, nō dum gratia redemptionis aduenerat: nunc dicitur inuenisse unā uirgo hanc gratiam, quam quærebat damnata propago, ex qua singulari sanctificationis munere, libera facta est: quæ gratiam nō inuenit, quia ipsam in seipsa quæsiuit: sed quia sibi præ omnibus dignē ad hoc dicatæ deus obtulit, ideo inuenit: [Ecce concipies in utero, & paries filium.] Subticitur adhuc modus, quique uirgo deposcat. [Et uocabis eum Iesum.] Non tu nomen impones, non nomen ex genere, sed ex euentu: Non ex placito cuiuscunque, sed ab effectu, quē ipse complecturus est. Impositum erat angelo, antequā de cælo descendere, cum legationem a deo accepisset ad uirginem, quod tale nomen, autoritate paterna, imponeret æterno dei filio, nuper in carne pro hominibus nascituro. Inuariabile autē est, qd̄ discernit pater æternus. [Hic erit magnus.] Hic superflua est omnis uerborum differtio, si de huius magnitudine differatur. Quid de huius magnitudine dici potest, cū sit omnimodē infinitus, quia est æternus filius dei? Et quanuis ex assumpta forma sit homo, esse etiā in finitatis sumptis, copulatus per omnia deitatis. Non enim de mole corporis angelus contendit edicere, quæ non excessit communem hominum formam, cuius quantitatem multi præcellere gigantes, sed de illa magnitudine, quæ omnino ineffabilis est, Nam magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis.

Psal. 144

¶ *De dignitate prolis ex patre.* Cap. V.

Et filius altissimi uocabitur. Nō uocaretur nisi esset, tñ esset si nō uocaret. Porro res excedēs sensum hoīm, similiter & angelorū, ut filius altissimi & filius hominis, esset in filiatione communis, non tamē in natura filiationis. Nam alia est filiatio, quæ inuenit in natura deitatis: alia, quæ in humanitate fit uirtute traditatis. Illa æterna sine corruptiōe atq̄ multiplicatiōe substantiæ, ut idē in substantia sit filius, qui & pater: idē cū p̄re filius, filioq̄ cū patre; Ista uero

temporalis cum corruptione, quamvis corruptio depelleretur à uirgine. Ista cum multiplicatione substantiæ, ut alius sit parens, alius filius. Alter in substantia qui generat, alter qui generatur, ut præter id quod habet relatio, substantialiter fiat omnino diuisio. Et nunc indicatur, quod dei & hominis unus personaliter filius sit communis, etsi uirginem angelus alloqueretur, dicens: Virgo ne timeas, nã ex inueta gratia, quæ es cõceptura similit̃ & partura, nõ erit filius atq; dicitur hois imi, nõ serui, non proceris humani sime terreni, sed uocabitur filius altissimi. Nec ita dicitur filius tuus, quamuis secundum carnem ex te conceptus & natus, quia put est ab æterno filius altissimi, sic à uerè createntibus appelleretur in tempore. Ac per hoc unus filius est dei, similiter & Mariæ.

¶ De dignitate prolis, & ueritate. Cap. VI.

Luc. 1.

ET dabit ei dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis.

Ad formam serui, angelus uerba cõuertit, ad ostendendũ quantũ potuit illa forma subuehi, postq; edisserit quantum altissimi forma potuit inclinari. Sed unde pater Dauid, nisi ex forma serui? Nam in forma dei per sp̃m, dñm eum uocat, iniqueis: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Quam scripturam, cum à Iudæis, quid eis uideretur de Christo, exquireret, respondentibus, quia Dauid: saluator obiecit, quia Dauid Christum sanè dñm antè uocauerat, sed hoc secundum formam dei, quam Iudæi non intelligentes in Christo, duntaxat Dauid filium appellabant. Et uerè sic erat ex carne, quam de uirgine traxit. Proinde angelus, Dauid eius nomen patrem, non illa propinquitate aut effusione seminis, qua practicatur in carne, sed ratione deductæ propaginis, qua quis pater generis dicit̃ ex longa traduce. Ac per hoc pmissiõem factam Dauid de Christo, angelus nunciat iam adesse, cum eum eius nominat patrem, cuius sibi dominus daturus est sedem. Et omne ambiguum procul repellitur, quã ex Dauid descendit, atq; per Mariam genitũ e ex carne. Sedes aut̃ Dauid regis, data est Christo, in eo quod homo erat, ut ipse sit rex regum, dñs dominantium. Sedes est iudiciariæ potestatis, ut ex typo Dauid, qui iudicaret omnem populum circuncisionis: pater omne iudicium filio suo dedit, & potestatem plenariè dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nec non ea in hoibus iustis, in hac uita degenitibus, à deo filio suo Christo traditur sedes, quã niam anima iusti, sedes est sapientiæ. Porro regnum eius cum domo Iacob, scilicet cum eis qui mundum istum in maligno positum, uirtute gratiæ supplantauerunt, erit in æternum: non erit finis, ratione infiniti regis & beatus

dinis interminabilis. Quam altis promissionibus uirgo allicitur, ut dictis angelicis præstet assensum: quam magnis commercijs sit adorator: quam magna humilitate diuinitas, quam altitudine magna humilitas sit cõfenda, ut trahatur ad id, quod in precio humanæ redemptionis offertur, ut qui concipiendus atq; pariendus prædicatur, effectus & nomine sit saluator: Infinitus sit magnitudine, filius quæ est, uocetur altissimi. Super sellam scilicet sit iudiciariæ potestatis, & regnaturus in æternũ in domo Iacob, super illos filios, quos dum moreretur in Aegypto, morti uicinus, dans benedictionem, ænigmaticè manifestat. Bipartitur aut̃ regnum æternũ, sicut in hoc seculo temporale, atq; sicut in ecclesia mysticum. Et quamquam dicat Apostolus, quod Christus diligit ecclesiam nõ habentem maculam neque rugam, sed in hac uita macula est & ruga. Quoniam ad ecclesiam dei pertinent omnes baptizati, non tamen omnes facti sunt salui, omnes credenda credentes etiam si mali, ut in arca Noe, coruus & columba, homines & animalia. Et in una ecclesia boni & mali, quamuis credentes incessanter reperiuntur, quoniam in ecclesia est fides una, & e regione, ipsa eadem potest esse mortua, de qua dicit̃: Fides sine operibus mortua est. Proinde si Christus sic ecclesiam diligit absq; macula & ruga, hoc est, ut ita sit: non quia sic ipsa tota cõstitit, aut aliam ecclesiam suã ipse non diligit, super quam Christus in hoc prokursu temporis regnat, etiam super omnes, qui contra eius ecclesiam diuiduntur. Itaq; super oēs beatos & reprobos, æqua & una potestate regnabit, beatus sc̃ super bonos, horrendè atq; terribiliter super malos, tã æternè quàm æternus e deus, ut infinitati, finitas nulla succedat. Ista Dauidicæ sedis donatio, ad formam serui refert̃, nullius nouella honoris accessio ad formã agitur. Nec de nouo regnum accepit æternum, æterna dei forma, quamuis creaturam super quam regnaret, ex tempore fecerat, nõ ad augmentum honoris & commodi sui, sed profectum conditæ creaturæ. Proinde, si creatura est ex tẽpore, regnum est ex æternitate: sed ad hominem formam, æterni regni traicitur ipsa largitio. De imperio huiusmodi atque durabilitate tradendis homini Christo, sacre scripturæ ueteres prædixerunt. Nam in figura dictum, dum saltem legimus: Ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmabõ q; solũ regni super Ierusalem in æternum. Non spectat hoc nisi ad formam seruilem, ipse erit mihi in filium, quã ex forma dei semp cum patre filius. Et in psalmo 71, qui scribit ad Salomonem, & in psalmo 88, qui scribitur intellectus Ethim Israelitæ, ænigmaticis uerbis plenissime sunt dissera. Nec non spiritus p̃ Isaiam hoc etiam sub clariori ænigmate monstrauit de

Ipsa. 9.

ipso, qui cõcipiendus & in mundo nasciturus erat: Paruulus em̃ natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabit eius imperium, & pacis non erit finis. Super solum Dauid, & super regnũ eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usq; in sempiternũ. Tãta luce ista se intellectibus offerunt, quod amplior declaratio potius obuelaret. Ac p̃ omnia supra dicta corpore absentis, sp̃s præsentis, hanc almã uirginẽ theotocam alloquamur: Placet tibi uirgo legatus sacrosanctus calicolar: Nonne altipendis mitent? Nam deus æternus est. Nonne tibi saluatio est in uoto: Noua est, sed ad nouitatem uitæ: Peregrina est, sed pro patria sempiterna: Insolita est, sed pro consuetudine gratiæ consequende. Nonne ablatiua dolorũ, & collatiua bonorum: Nonne copias habet gratiæ sursum agentis? Nonne dñm rectũ offert? Nonne te subleuat in bñdictionibus super merita mulierum? Quid igit̃ in tanto sermone turbaris? Quid cogitas, qualis saluatio sit, quæ nihil habet aduerf? An ignoras, quãta munera secum defert, q; sunt ineffabilia dona quæ cõtinet? Ecce tibi angelus cogitanti aut hæsitanti, & turbatẽ in eius sermone respondet. Hortat̃ ne metuas uel timeas, nã frustra te illa passio molestabat. An ne tibi placet, quia gratiã inuenisti apud oim creatorem, nõ ad te ipsam tã uertendã, sed ad oim tibi naturæ consortẽ? Eia uirgo, nõ tibi præfat̃ ineffabilis delectationis augmenta, quæ conceptura sis in aluo, partura etiã utero impolluto filii, effectus & noie saluatoris, infinite magnũ, altissimi filium, sellurum in sella Dauidica, regnaturum super oia in æternitate deitatis, cuius regni non erit finis? Nonne ista oia tibi sunt grata uirgo? Respondit itaq;: Sunt utiq; per omnia grata, nihilq; detestor, nihilq; abhorreo: supra esse, supra cognitionem, supra usum, supra sensum sunt, quæ ab angelo nunciante percepti. Et cum omnia sint in placito, duntaxat mihi modus detegitur.

¶ Cum omnia uirgini sunt in placito, modum conceptionis & partus exquirat. Cap. VII.

Prorius iure uirgini omnia grata erant, merito siquidẽ, quã nunq; ante fuerunt tã alia cõmercia, neq; futura succedẽt. Et altè cõsuetudine agebat, cũ usq; ad inquisitionẽ modi uirgo nõ loquitur, sed dixit Maria ad angelũ:

Luc. 1.

Quõ fiet istud, quã uirgo non cognosco? Virginitati uidebatur iã uirgo dicata, cum modum conceptionis & partus inquirat, ac si p̃ omnia plenè ad sua uota respondeant. In modo hæsitatio tã erat, cum sibi esset uirginitas ex natura, placeret ex grã, ex spiritu sancto, q; p̃c

na erat, agnosceret, q; magnis & eximijs effectibus muneribus, ex illatq; placere studuerat creatori. Nouerat ex scientia, q; dotata erat, ex usu humano, ex mulierum dãnata ppagine, q; non esset conceptio sine corruptione, sine infuso semine, nõ portatio sine grauedine, nec partus sine dolore: etiã q; absque uiro à primis parentibus, deinceps non fuerat celebrata conceptio. Et quanq; uirgo tam sancta in huiusmodi modi speculationibus animum non uerfaret, diuinis semp̃ theorijs intenta, non tã hæc subterfugebant scientiam eius, q; illa præter ista in decursu ppagationis humanæ non fuerat. Et ipsa uirũ non cognouerat ex coniunctiõẽ, neq; cognoscitura erat ex uoluntate. Nã quãquam Ioseph desponsata esset ea, nõ tã ipsam secum ad habitandum traduxerat, aut sibi carne copulandus erat. Nec obstat, uirginem uiro uerum præstitisse assensum, cum aliter uera desponsatio non fuisset: sed nec carne coniungẽdi erãt, quã uterq; utiq; uirginitatis amator, uterq; seruaturus illã deo pmiserat, uterque subiacens diuinis directionibus, & expectans decreta diuina: nec de illis duobus coniugibus est, ut de cæteris, afferendũ: singulariter quippe diuinitus agebantur. Nec in matrimonio horũ & oim uirginum derogatio apponatur, q; si non interfuit corruptio carnis, non sit ueritas coniugalis: quã ut auctatèr affirmẽ, eo matrimonii dignus atq; honestus est censendũ, q; maior castitas ipsum fouet. Quod si semper habent atq; gubernat deo dicata uirginitas, nihil habet unde causetur, magis aut̃, unde diuinis muneribus fulciatur. Hinc uirgo incõcussè tenens uirginitatis propositũ, manẽtibus in suo placito angelicis dictis, modi conceptiõis & partus inquirat, dicens: [Quomodo fiet istud, quã uirũ nõ cognosco?] Ac si præter id qd ipsa seruare firmauerit, aliud sapientia diuina decreuerit. Virgo siquidem sum, uirginitas mihi placet, altipendo eã, p̃ ea defendenda tormenta subirem, uirũ nõ cognoui, cognoscere non decreui, me ipsam uirginẽ obsecraui altissimo: ex illa credo ineffabilia dona sortiri: de ipsa mihi sp̃s sanctus illuxit, dei ex omni me facta sum. Quid igit̃ angele de me ordinauit altissimus? Fiet istud cũ uiro, an præter uirũ? A te dicata, meo grata sunt animo, & tacitè me cõuersans, pauisco. Edisserere modũ, quẽ possim mente considerando reuoluere, an uelut expositũ gratis accedat. Nulla per me tibi erit diffinita responsio, nisi claruerit modus factiõis. Quæ succincta uirgo uerbis, q; in rãssione prudens, ut nihil de expositis expectat, animum & uerba transferat ad ordinem fiendorum, ut plenè formet ad inquisita responsum. Cõnectenda sunt omnia prius, si facta modis, si factis modi conueniant. Et his quippe claresceta ratio, ca quæ nõ uic, respondenda pronunciat.

*Aperit angelus modum, ut animum uirginis al-
liciat ad consensum, Caput VIII.*

Luc. I. **R**espondens autem angelus, dixit ei:
**Spiritus sanctus superueniet in te,
& uirtus altissimi obumbrabit tibi.**

contandū Iam aderat spūs sanctus, nec cunctandum
est, cū superueniretū prædicitur. Si uero quod
dicitur, refertur ad locum, ut desuper spiritus
sanctus uenire diceretur, non aliquid fallat opi-
nio: quoniam spiritus sanctus nō mouetur de
loco, ut uadat relictis spatijs ad alium locum,
sed spiritus sanctus iam affiterat sibi, cum eam
sanctificauit in utero, purgans ab illo conta-
gio, quo tota humana propago cum traduce/
batur ex concepto semine, tenebatur obno-
xia, & purgationē duntaxat fecerat uirginis.
Nescimus, an illa sensum accelerauerit, ut ipsi
us anima præter sanctificationē illustraret am-
pliori lumine, sicut fecit postmodum in sui fi-
lij præcurfore, qui ultra id, q̄ sanctificatus fue-
rat, existens in ventre dudum sterili, exultauit
ad gestatum dei filium in utero uirginali. Pie-
tamen credendum est, q̄ ad similitudinem con-
tingētia, hæc & ampliora illa fecisset. Sed nec
spiritus sanctus operatur inuani, nec alicui
præcipuam gratiā concedit incausam, nec ad
prophetiam, ad oēm consolationem, ad pro-
uectum perfectionis, ad miracula, spiritū san-
ctum sibi credimus desuisse, quāuis quod spi-
ritu prophetico cognouerit, stylo non com-
mendauerit, nec sibi obuenerit opportunitas
miracula faciendi. Spiritus autem sanctus, qui
nunc superueniret in uirgine dicitur, non
refertur ad uirginem, sed ad filij conceptionē,
quæ acta non est uirtute iniecti feminis, sed spi-
ritus sancti in ea superuenientis. Proinde oīs
aduentus spiritus sancti, usque ad superuenti-
onem eius sit, ad uirginem sanctificandam, pu-
rificandam, & ad diuina mysteria coaptandā.
Hoc autem quod superuenire dicitur, ad con-
ceptionem filij refertur, quæ spiritus sancti
operatione, non alia facta est, ut cum modum
conceptionis & partus ab angelo uirgo perqui-
reret, ut alliciatur, ut assentiat, propelleretur cor-
ruptio, libido non aderit, eodem modo sem-
per se habebit uirginitas: addetur tamen tam
digna, imō diuina fecunditas, ad modum infi-
nuandum, spiritui sancto tribuit actionē, cui-
us est propellere uitia, conseruare uirtutes, se-
parare repente supra id, quod sperare potest
mortalis infirmitas, ac si ab angelo uirgini di-
ceretur: Omnia dicta sunt delectantia mentē,
solum modus hæsitatiōē adduxerat. In ue-
lamēto tibi erat, edissero, prout a mittente sus-
cepit, assensum præstare non differas. Modus ni-
hil habet humanum, ex diuinis est totus, esse
nequiret honestior, in natura gravior nullus.
Ex spū sancto est modus, efficit mox, & præ-

sentio

ter molestiā agit, erit ipse pro semine, congre-
gabit ad se purissima corporis tui, subministra-
bit creatura materiā. Coagulatio carnis sub-
ro & ex nihilo anima creata & creatrix deitas,
uidelicet uerbum patris, ilico simul crumt. In-
explicabili temporis breuitate in te creabitur
homo nouus, dei & tuus filius. Hoc efficiet in
te superueniens spiritus sanctus. Non exquir-
ras huiuscemodi rationem. miraculum enim
est non simile in seculis temporum. Singulari-
tatem in omnibus habet, non causam. Ipsa em̄
dei uoluntas, incomprehensibilis est causa. Sed
quāobrem nimia charitas, propter quam de-
us diligens humanam naturam, primæ præua-
ricationi parentum totam subiacētem, obno-
xiam, in te & per te, mittit filium suum in ter-
ris, ut mediator dei & hominum, homo Chri-
stus Iesus, tuus futurus filius, pro æterna recō-
ciliatione se offerens intercedat. Sit omnino
modus in placito, quoniam & uirtus altissimi
obumbrabit tibi. Non ex hoc, q̄ obumbrare
uirtus altissimi dicitur, in mentem audicētium
aliquid obscuritatis obuēniat. Nihil enim um-
brōsitas esse potest, ubi lux æterna refulget:
ideo propē in carne lux uera ueniebat, ut oēm
hominem appropinquare uolentem, suis ful-
goribus illustraret. Sed hæc uirtus altissimi
obumbratio, ad rectionem traicitur, ut ad uir-
tute illa superna tota uirgo tegatur, ut nihil
sit in anima eius & corpore, quod non obre-
gatur diuina uirtute. Ad defensionem & mu-
nitionem, ab omnibus contrarijs obumbratio
illa promittitur, ut caro uirginis, dona naturæ
non perdat. Quoniam ex natura, etiam ex cor-
ruptis omnis nascitur uirgo, ut concipiendo &
pariēdo, & deinceps, ita inuariata in carne per-
maneat, sicut ex materno uentre nascēdo pro-
cesserat, & sic undique munita consistat ab il-
la obumbratiōe, ut sibi nihil in uirtutibus de-
sit, expugnans omnia, inexpugnabilis ipsa per
omnia. Et sicut in alijs supra prætulimus, ali-
qua uirgo non solū ad seipsam, sed etiam pro
nobis ipsa suscepit, quāuis quædam sic appro-
priatē ad eam sint facta, ut neumodolibet ali-
cui alteri possint esse cōmunia: & ita sunt my-
sterialia, ut nunq̄ possint esse moralia, nec per
similitudinem in mores traicij, nisi rei gestæ ue-
ritate mutata, quæ in tropologicis locutioni-
bus omnino seruanda est. Nam eo ipso, q̄ ue-
ritas historialis in suo uigore nō stabit, sensus
tropicus inde sumptus, friuolus erit, ex eo q̄d
ex imitatione historiæ capitur, quāuis in se si-
ne trāssumptione bona multa cōtineat. Aliud
est enim, bona moralia quæcumq̄ in relatione di-
cere: aliud, in relatione gestorum. Inculpabile
primum, culpabile omnino secundum, si non
stabit historiæ ueritas, ex qua tropicus sumit.
Quoniam oportet secundum censuram diui-
næ prouidentię, in exponendis sacris scriptur-

ris, ex eis sumpta moralia, commensurari peni-
tus cum eisdem. Hoc siquidem pro tanto di-
xerimus, ut eorum quæ de uirgine ad uirginē
dicta sunt, aliqua sibi tantū, aliqua possint ad
nos sine historiæ præiudicio, tropica locutio-
ne conuerti. Nam uirtutis obumbratio sacra,
ad uirginem pro conceptione filij, ad nos deri-
uanda est, in omni protectione spiritualis au-
xilij, ut ab alta uirtute obumbremur ad obe-
tionem, ad defensionem, ad munitiōem, sic
ut obumbrata uirgo exiit ad dei conceptio-
nem. Etenim hæc omnia Christus nobis est fa-
ctus, ut sub umbra alarum suarum protega-
mur à facie impiorum, qui prius affligere co-
nantur. Et sub umbra diuinarum alarum spe-
remus, donec trāseat illa iniquitas, quā nostro
rum affectuum & morum oīs æquitas con-
turbata est. Sumus in bello continuo, nec ini-
mici nostri ex parte aliqua sunt pacati. Impu-
gnat nos ex omniuerso satan. Et quum in su-
is agonibus esset Dauid, in se nostram imagi-
nem præferens, uelut gratias agens dño, dice-
bat: **Obumbrasti super caput meum in die bel-
li, ut ereptio ab inimicis aut de illis reportata
uictoria, nisi obumbratiōe diuine uirtutis, pe-
nitus non fuisset. Nec nos de inuisibilibus ho-
stibus, nisi obumbraret nobis uirtus altissimi,
felicem possemus habere uictoriam. Altissimi
nanq̄ uirtus, satan conterit sub pedibus nris,
ut trophæantes de hostibus, in castris triūphali-
bus eius æterna beatitudine coronemur. Pro-
inde prærogatū est uirgini, p̄ conceptione filij
dei, q̄d nobis pro auxilio fuerat altē donādū.
Sed prout angeli uerba, uirginē exhortantē
super uentione spiritus sancti, ex obumbratio-
ne uirtutis altissimi, adijcit de nascituro:**

**Ideoq̄ & quod nascetur ex te sanctum,
uocabitur filius dei.** Equidem impossibi-
le omnino est, ut ex spiritu sancto & ex uirtu-
te altissimi, aliud q̄ quod sanctum est nascat:
sed hoc quod ex uirgine, uocabitur filius dei.
Supra uocandus altissimi filius dictus est, nūc
autem filius dei. Dissonantia hæc uerborum,
dissonantiam in rei ueritate non facit: Idem al-
tissimus & deus. Non tibi pudori sit uirgo, q̄
cum deo patre filium unū habeas, qui eū recū
ex tua integritate, non ex corruptione partici-
pare disposuit. Nec ad opprobrium tuæ uir-
ginitatis concipiet atq̄ nascet. Cum uero coale-
scet, cum in notitiā hominum uenerit, q̄ ex te
natus est, cum appellaberis mater: fortassis hæc
fitas de opinione hominum falsa, q̄ mater uir-
go in ueritate consistens, inter corruptas ma-
tres à cōmunitate iudicibus deputeris. Sed
speculare altius uirgo: quid tibi de opinione,
ubi apte ueritas claret? Nemo rectus incesit,
qui opinionibus deseruiuit. Gaudium apud se
possidere non ualuit, certās in opinionibus ho-
minū uiuere. Veritas hæc est, q̄ uirgo & ma-

ter es. An te amplius molestabit falsa opinio,
q̄ sis mater cōmunis, quā rei ueritas, quod
uirgo & mater existis? An ignoras, qm̄ ueritas
huiusmodi apud electos manebit ex fide, falsi-
tas apud reprobos ex opinione cōmuni? Quo-
niam præterquam tu, nulla fuit aut erit uirgo
mater. Non ergo mireris, si uulgare iudicium
cum singulari ueritate certabit. Longa experi-
entia pro incredulis, est uisus ratio & corrupta
natura. Quid igit ad te alia uirgo pertinet de
iudicio reproborum? Ad electos deriuat my-
sterium, qui tui filij ex adoptione fratres erit,
quibus cum ipso tu omnibus pia mater. Cum
complebit mysterium, quod in te pater ador-
sus est, cum inualuerit fides hominum, quam
in cordibus operabitur, qui hoc in te operatus
est spūs: dicēris uirgo mater, & filius tuus dice-
tur filius dei, quæ aliter non decebat, quā de uir-
gine nasci. Proinde tuæ uirginitatis derogatio
redundabit in filium, qui altē uelcēns, perse-
tuabit in æternis doloribus contumaces. Si ue-
ro alia opinio, quæ erit in hominibus, te con-
fodit, q̄ sponsus qui te non tetigit, qui nihil o-
peratus est ad conceptum, altissimi filij repeta-
bitur pater: excusatio tua in exordio isto erit,
quousq̄ futura fides hominibus clarifcat, qua
sponsus à paternitate pelle, cuius tu sola es ex
carne uirgo m̄, & deus æternus solus est p̄.
Euancēscant igit ista ex tua mente uirgo, electi
à filio tuo, ut sunt in te uera gesta, credent, ue-
nerabunt te pro his, profuechas tibi ponēt, ut
intercedas ad filium, post quem, singulare sub-
sidium atque refugium omnibus facta es. Cum
uero totius seculi consummato mysterio, iu-
diciū clarum erit, & electi & reprobi matrē
uirginem te cognoscent. Illi ad gaudium æter-
num, isti uero ad supplicium sempiternū: quia
increduli existentes, aut creduli peruersi agen-
tes, sub tuum præsidium confugere correctis
moribus nescierunt.

*Ut uirgo credat se posse cum integritate conceper-
e, senem & sterilem introducit, Caput IX.*

Ad faciliorem credulitatem uirginem in-
ducendam, grauida, sterilis, & senex in
exemplum inducitur:

Et ecce Elizabeth cognata tua, & Luc. 2.
ipsa concepit filium in senectute sua. Et
hic mensis est sexus illi, quæ uocatur ste-
rilis: quia nō erit impossibile apud deum
omne uerbum. Quibus prælocutionibus
angelicis, Elizabeth deuenerit in conceptum,
supra declaratum est. Quæ uirgini ad fidem
astruendam offertur, cui cognata erat, ex ea-
dem parentela descendens, quæ filium in sen-
ctute cōcepit, renitente lege naturæ. Quod se-
nex & sterilis erat, miraculū porro fuit, ubi na-
tura destitit, aut non poterat operari, uia cre-
dendi uirgini monstrat habilior, q̄ & miracu-
lose poterit ipsa concipere, sicut senex & steri-

lis ante cōcepit. Non tñ in sterili & uirgine agitur aequa portione miraculum, qm̄ si miraculum est, quod sterilis cōcepit, non tñ præter se nem, nō sine carnis corruptiōe præhabita, non sine grauedine. Neq; uno momento in sterili conceptio & animatio facta est, nō in momento corporis lineamenta cōpleta sunt, non par tus sine dolore, neq; ianua clausa. Hæc siquidē omnia in uirgine conceptionis & partus miracula perfecterunt. Sed satis erat angelo uirgini potuisse mōstrare, ut dictis eius animum inclinaret, quod supra naturam in sene & sterili potuisset esse conceptio. Valent namq; præterita, ut futura credantur. Et unum incredibile aut difficiliter factum, aliud arguit posse fieri. Et sextus mēsis erat à conceptione sterilis, usque in illam horam, qua uirgo exquirebat ab angelo ad cōceptum diuinæ plis. Ad rationem uero, quæ ex ueritate diuina est, quæ ex autoritate diuina est, quæ & responsum contradictionis non paritur, uirginem angelus inducit: quia non erit impossibile apud deum omne uerbū. Si nihil apud deum est impossibile, nec sterilis conceptus, nec uirginis uirginis conceptus & partus. Quod enim potuit, uoluit: quod uoluit, hoc effecit: nihil præter indecens sibi, ex impossibilitate repugnat. Et in hac fide, ipsa uerita fuerat, quod deus erat omnipotēs, nec habebat unde de potentia diuina nutaret, si hoc crederet deum uelle, ad quod figuræ præcedentes, similiter & prophetiæ sibi testimonio erant, quod hoc æternus deus & omnipotens facere dignabatur. Nuperime uero, ad ostēdendam iam diuinam fieri uoluntatem, nuncius cælestis astabat, commouens faciens uirginem, si hūc suadens per ueritatem altissimi, ut diuinæ uoluntati sine tarditate assentiat. Ecce omnis completa est nūcij superni delegatio, facta est saluatio, procul pulsus est hēsitatio timor, declaratus est modus, q̄ possunt diuina humana, & diuinis humana coniungi: insolubilis ratio apposta est, qm̄ nihil erit impossibile apud deum: nihil restat fieri ex parte legati, ut uerbum caro fiat: solum superest, ut respondens uirgo, tam altæ legationi præster assensum. O si homines hunc dialogū agnouissent. O si tempus & locus tunc foret, qm̄ ad quem potuisset esse accessus. O si diuulgatum scienter in mundi partibus ante diuiserit. O si Adam cum omni sua p̄genie ab ipso usque ad ipsas pœnaliter, inculpabiliter propagata sciuisset. O si tñ om̄ibus partibus, cum quibus tenebatur inclusus, ad secretum cubiculum uirginis cum corporibus, aut in animabus potuisset accedere. O si Eua, & sœua mater, cum cunctis in partu dolore damnatis, sciens quæ ab angelo cum uirgine de se longē genita agerentur, obtinuisset licentiam prodeundi. Accessissent protinus om̄nes prouolūtæ ante cubiculum eius, profetu-

chas hoīes porrexissent, dātes in alta uoces, p̄fundentes deorum lachrymas, singulibus ac que gemicibus non parcētes, expoluissent m̄feriam qua premebatur, mala quæ incurrerāt ex prima omnium marre. Quoniam subiugabatur à mortis imperio, & eos tyrannus diabolica includebat, quandiu existerant ab amœnis sedibus exules, quandiuq; futuri. Quoniam erat spes omnis redēptionis adempta, præterquā in eo, qd angelus exigebat, & q̄ clausa erat uitæ uia, repagulata erāt undiq; regna cælestia. Inimicitia firmē stabant contractæ in protoplastis, deus ab homine offensus erat, à nulloq; placatus. Cælestis exercitus, terrenas acies abhorrebat, exterminassetque castra, nisi quia retinebatur ab eo, qui disponebat eriere. Totales cohortes hostiliter in homines, priuatis auxiliarijs, sæuebant. Quasi confulsis uocibus, hæc uirginis disierunt humana conditio: ut sicut rex omnium, decorem huius uirginis ad redēptionem humani generis exquirebat, sic ipsa in hæc obedientiam suum animum inclinaret. Vim fortassis fecissent tabernaculi postibus, & dulcem insultum uirgini, ne differret apologiam facere alloquenti, quoniam per eam hæc pœnalia remouenda erant. Omne pondus certaminis, super eam uerebatur. In responsum eius incumbebat omnium hominum salus, & tollendæ per eius adorsum inimicitia ad creatorem & ad ciues supercælestes, protinus erāt per eam bona mortua, rediuita futura, & ab æterno disposita, in tempore per peccatum dilata, reordinabant in priscum. Merito uice necessitatis illam natura humana compulisset p̄ seuchis humilibus, ut pro causa omnium, quæ agebatur cum ea in secreto cubili, sub æterna sanctione, ad deum se totam omni exceptione delecta transferret. Sed quauis nō essent quæ procliuē huic uirgini supplicarent, etiā sua causa illi cælicolæ assentire cogebat: quoniam nec sanctificatio uterina eximebat à limbo, nec in tra cælestia præmortuam transtulisset, nisi per suum assensum, duarum naturarū in suo aluo fuisset celebrata coniunctio. Ratio flagitabat & cognitio, quam ex deo acceperat, ut esset prima & palmaris uirgo prudentior, cui datum erat, ut sibi & omni humano generi, p̄uideret. Nam cum multæ filia congregarent diuitias, ipsa sola supergressa est uniuersas, & in diuitijs sapientiæ cunctas excedēs, sibi & om̄ibus consulens, à seipsa suasa prudenter, & ab angelo, qui tam doctē ex diuinis promissionibus & operatiōibus, ipsam ad expectatam responsonem induxerat, quæ omnino erat infinitis pendenda muneribus, & nulli comparanda sermoni, quam uirgo angelo præstolanti, piā humilitate, sine contradictione, sui & om̄ium miserata perfecit, dicens;

Pro. 31.

Luc. 1.

Assensus uirginis in humilitate fundatus. Cap. X.
Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum uerbū tuū. In profunda se deiecit, quæ inuitabat ad alta & ad dñatum, in ancillatum animū cōuertit & corpus, cū respōdit: Ecce ancilla dñi, scilicet, sui & oim. Nihil sibi uirgo retinuit, corā se posuit in diuino famulatu. Noluit ipsa de seipsa decernere, cū audisset factū, intellexissetq; modū, præterq; obedientiā, nō amplius habuit quid possit obijcere, quibus se ad sua uota relatis oprabat sibi fieri, & in ea oia celebrari, secundū angelicū dictū: Fiat mihi secundum uerbum tuū, ut cōcipiam & pariam Iesum, in finitē magnū, & uocatiū altissimi filium, sedenē super sedē Dauid, regnantē in domo Israel in æternū, cuius regni eriam nō sit finis. Sed nec aliās uirgo dedisset assensum, nisi uerbum angeli per oia seruaret, nisi sibi secundū uerbū angeli exposuēt, ex parte omnipotentis fieret cōceptus & partus. Dixerim non esse hic aliquid quæstionibus huiuscemodi differēdiū, cum uirgo corā se dedit in uoluntate dñi. Nec sibi ad decentiā prudentiæ imputatū fuisse, si aliter q̄ inquisita & clarescētia in facto & modo, protulisset & ipsa responsum; propheti cos em̄ dialogos, in alia nō decebat cōclusiōne terminari. Apprimē namq; in om̄i dialogo agitur, si secundū proposita & quæ sita format responso: ab eo uidelicet, qui finalem apologiam habet respondere, quod prudentissima omnium uirgo sanē perfecit.

Subita & instantanea incarnatio, ilico post assensum uirginis subsecuta est. Cap. XI.

Ad quā complendā, mox superuenit spiritus sanctus, obumbravit uirgum altissimi, coagulati sunt ex uirgine pro mole carnis purissimi sanguines: affuit deitas, scilicet ybū patris æternus: anima ex nihilo creata, infusa est, & factus est per oia perfectus, unus nouus homo ab illo instanti, uiator & cōprehensor, beatus & miser, mortalis & immortalis, moriturus & nō moriturus, oia sciens, oia prospiciens: præterita, presentia, & futura æqua cognitione complectens: talis cōceptus, qualis & naturalis in utero, qualis dum obseruaretur in seculo: qualis in utero, talis in patibulo: qualis in utero, talis & in cælo: qualis nunc, talis tūc: ut excepta mole corporis, quæ p̄ incrementa temporū creuit, per oia siquidem esset æqua perfectio. Nec obstant pœnalitates assumptæ, passiones illatæ, tolerata mors, quæ assumptæ uoluntarius, nō tolerauit inuitus. Exquisiuit à puella uirgine oim̄ miserans pater, q̄ tūc miserendi erat & uenerat tempus, uolens p̄ assensum eius omnibus misereri. Et per alloquū factū uirgini, cælestis nunciis exercitus est. Diuinitis theorijs alma uirgo consensit, & emisso sermone uitalis obedientiæ, sine ulla intercepediōne temporis, ineffabili atq; incomprehensibili

celeritate repente cōcepit, & uerbum in ea caro factū est, ut deinceps habitaret in nobis ineffabilis. Et miranda conceptio, ubi per auriculā ingresso uerbo angelico, per os emisso uerbo uirgineo, spiritus sancto in sensibilibus operante, uerbo dei æterno non per sensus ingresso, ipsa supercælestis facta est, & inseparabilis unio naturarum, ut ex una parte deitas in simplo, ex alia humanitas in duplo, in simul conuenirent, ut simplum & duplum nulla ratione soluerentur. Et duplum uero, semel in diuortio factum erat, reuiniendum inseparabiliter & æterno. Nondū discesserat angelus reuocaturus superna, & hæc ineffabilis conceptio ex toto perfecta est. At ubi omnis eius est cōpleta legatio, discessit ab illa angelus, non relationem acturus: omnia enim nouerat, qui illum legauerat: sed discessit, quia cognōrat effectum superuenientis & obumbrantis uirtutis, & cōpletam cōceptionem, & totius deitatis adesse presentiam. Quid amplius facturum erat, ubi sciebat uirginē ex om̄i se in mysteria diuina migrasse: Non eum decebat in inferioribus ultra morari, postquam iussa superna perfecerat, & aduenerat ad uirginalem aulam, cuius fuerat ipse præcursor. Sed nec discessit, quin ampliori reuerentia illam ueneraretur, quam salutando fuerat ueneratus: quoniam quod in illa prænucciabat futurum, nouerat iam completum: & deitate, cuius legatus exierat, uirgineo iā adorabat in aluo: illa superna latria, qua diuini spiritus deū adorant in superis, Gabriel angelus ueneratus est in utero uirginis. Et discessit, maiori cedens qui uenerat, in sinuans esse completū secretum æternum, & cūctis absconsum, tunc in uirgine Maria: non tamen relinquens custodiam eius, si custos eius erat, sicut annunciator tanti mysterij.

Ascensus uirginis post conceptionem, ut senem & sterilem inspiceret grauescētē. Cap. XII.

Et cum operationem diuinæ uirtutis, & cōceptionem ineffabilem iam in ipsa nouisset, ad exemplum sibi positū ab angelo de cognata uisenda, uisura se contulit, non uelut in dictis angelicis hæsitans. Maiora iam in ipsa celebrata cognouerat, sed ut miraculum miraculo cōiungeret, nouitatem nouitati sociaret, & uenerat in sterili diuina mysteria, quæ suum cōceptum paritura erant. Spiritu enim prophetico multa uirgo nouerat, & illam sterilem gestare præconem, cuius ipsa deferebat iudicem. In magno autem mysterio, quoniam lex & euāgelium in magnis montibus hypantare inuicem se debebant. Proinde

Eurgens autem Maria in diebus illis, Luc. 1. abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth.

festinat Maria montana conscendere, non uoluntate uagandi, aut ad curiositatem oculorum in montibus dilatandam, sed ad illam dicitur in ciuitatem in domum ingreditur, ubi noui prophetae, suisq; filij praecursoris nouerat esse matrem, seruans humilitatem, sterilem matrem mater uirgo praeueniens, & illum naturalem humilium morem, quo a iunioribus est antiquioribus deferendum. Pie tamen crediderim, quod si sterilis cognouisset de uirgine, quod angelo nunciante, uirgo cognouit de sterili, uelut a iunioribus muneribus dotatam, in uisitatione uirgine sterilis praeuenisset, nisi quia potuisset ocyus ambulare iuuenior. Attamen potius sterilis non illam expectasset in domo, potius obuia processisset. Sed cognouit ex praesentia uisitationis, quod ante non nouerat. Magna nobis documenta exhibetur in ista uisitatione, quam uirgo sterili exhibet: ad seruandam humilitatem, ad uisendum a quocumque, in quocumque inuenta fuerint semina sanctitatis, in quo refulget diuina mysteria, in quo deus operatur super naturam uirtutem, ubi plus gratia quam natura refulget. Magna est contemplatio creaturarum magnarum, caeli atq; stellarum. Magna consideratio elementorum & elementarum ex eis. Magna speculatio processus naturalis ordinis, eiusq; pulchritudinis, & eliminatio inde nascitur ad maiora, ut ex contemplatione creaturae, creator possit agnosci. Sed maior est meditatio, speculatio opus diuinae gratiae, sanctitatem animarum, morumq; grauitate, sapientiam diuinorum, habitum uirtutis in anima, quae naturae operationes transcendunt. Sancta itaq; pergit ad sanctam, & quae maiori sanctitate resplendet, humilioribus atq; ardentioribus moribus agitur. Saepem quidem maioris uirtutis signum est actio. Non paruum est fructus, etiam cum electi in hac uita symbolum faciunt. Intrat igitur uirgo in domum Zachariae, a quo domus possessio dignius dicebatur, & salutauit Elizabeth cognatam suam: non quia cognata, non enim curae uirgini erat; familiaritatem se praestare secundum carnem cognatis, quae iam cognata & cognata caelestibus spiritibus facta erat, & totius deitatis hospitium. attulit erat ab amicis secundum carnem amor eius, solum agebatur ad deum spiritu, quo potiora, salutauit Elizabeth, quia in ipsa spiritus sancti operationes factas agnouerat. Salutauit siquidem, sed nescimus quibus uerbis. Fortassis, ut mos erat salutare ludaeis. Magis autem fuit adiectum, quoniam tamquam sterilem atq; senem diuinae atq; miraculose operationis officinam, uirgo humilis salutauit, uelut si omnibus, qui bene uixerunt in lege sterili atq; senem, nunc per eam salus adueniat, quae salutat. Responsio siquidem Elizabeth, quam in ante exposito libro praetulimus, ad hoc coincidentia

facit, admirans q; ad eam mater dñi saluatoris accesserit, & in spiritu facta, dixit ad uirginem:

Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui.

Cum benedictione angelica, Elizabeth in hac parte consentit, quod super omnes mulieres benedicta consistat. Sed ipsa sterilis, nunc grauidam plus adiecit, cum fructum in uirgine diuinum existere praecognouit, benedicens eum: quoniam diuina fructio per illum sanctis in aeterna patria data erat. Et benedictus fructus uentris tui: Claret illa hora, qua uirgo uerbum obedientiae protulit, coepisse: cum statim ascenderit & manserit mensibus tribus cum Elizabeth, quae fructum uentris eius spiritu prophético benedixit, & ipsa uirgo partu sterilis expectauit. A die siquidem conceptionis uirginis, usq; ad partum sterilis, tres numero menses sunt.

Oraculum Elizabeth ad uirginem Mariam, ad quam Elizabeth reuersa, ait: Cap. XIII.

ET beata es quae credidisti, quoniam perficentur in te, quae dicta sunt tibi a domino.

Beata, uirgo ab Elizabeth praedicat, ex eo, quod credidit angelo nunciante. Spiritu reuelante nouerat, quod diuina receperat alloqua, quae credens, ad seipsam & pro omnibus saluandis beata erat. Sed quaerendum nobis est, cum angelus dixerit benedictam, & Elizabeth benedictam & beatam, quid interest inter benedictam & beatam, seu benedictum & beatum? Sed aliter uel benedicere deum, aliter benedici a deo, aliter uel benedici ab hominibus. Benedicere deum, est in omnibus quae in mundo sunt, sibi attribueret bonitatem: nobis autem malitiam uel defectum, ut in camino ignis ardentis fecerunt tres pueri, Dan. 3. Benedici a deo, est, cum ipse rebus omnibus tribuit propriam bonitatem, quam nos naturalem uocamus: & cum omnibus in his quae agunt aut uolunt, tribuit prosperari, sicut Iob primo cap. satan domino de Iob inferebat, dicens: Operibus manuum eius benedixisti. Ac si diceret: Nec mirum, si Iob timeret deum, quoniam bonitatem & prosperitatem tribuisti operibus manuum eius. Et alibi: Benedixit deus ultimis Iob. Cum autem die sexto deus crearet primos homines, benedixit eis, bonitatem datus, datam insinuans super oes supercaelestes creaturas. Similiter & diei septimo benedixit singulariter, quietis bonitatem illi tribuens. Sic etiam benedici dicitur, cum omnes gentes in Christo suo filio benedixit, ac singulas benedicit, ut possint adipisci salutem. Omnibus qui benedicti sunt in Christo, illa bonitas tribuit, qua illa salus tribuat, quam ipse acq; suum in sanguine. Ab hominibus uero benedici, est, cum gesta hominum reuocantur in laudabilem rerum partem, aut cum ex his, quae a deo donantur, datarij benedicti uocantur.

Luc. 1.

Luc. 1.

tur. Ac per hoc, si benedictio uirginis, quod ab angelo & ab Elizabeth benedicta in mulieribus praedicatur, a deo protinus sic erat, ut illa ei dominus bonitatem conferret, qua sibi super omnes posset placere, ac dei filium generare: ab hominibus etiam talis erat benedictio: uelut extollenda, ut nihil in ea & ex ea, in altera rerum partem, quam in uirtutum bonitatem possit insecti, ut ex uentre ipsius, ille benedictus qui uenit in nomine domini, afflueret super omnes. Beata siquidem praedicabatur uirgine existens, quia crediderat angelicis dictis, & quia in ipsa, dicta perficienda erant. Virtutis erat existens in animo ista beatitudo, ut nil posset repugnare futuris, nec ipsa in mente habebat aliquod impacatum. Beatitudo est, sic uirtutibus adiecti, ut nihil aduersum earum impediat actionem, ad quam beatitudo interminabilis sequitur, cum sit assumptio in superna. Inquit igitur Elizabeth: Beata quae credidisti, quoniam perficentur in te quae dicta sunt tibi a domino, scilicet angelo nunciante.

Canticum Mariae coram Elizabeth.

Cap. XIII.

ET ait Maria: Magnificat anima mea dominum.

Non magnificat uirgo deum, ut ipsum magnum efficiat, a quo ipsa etiam magna facta est: sed sic eum anima Mariae considerat, ut quod uult efficiat, & quod in re parua, magna possit efficere, ad magna uero ea quae sunt exigua, subleuare. Magnificabat anima uirginis dominum, cum laudabat dominum interne, atque contemplabatur, quod magnalia in se ancilla perfererat, & ad infirmitatem eius deficiens, ab illa magnitudine uincebatur. Et propter magna quae statuit in re parua,

Exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Exultauit spiritus uirginis, quia in ea sit peruenerat spiritus sanctus, qui docuit eam, se condidit eam, uirginem seruaui intactam. Ex his nempe, quae a spiritu sancto suscepit, exultauit spiritus eius in deo salutari suo, in filio uidelicet, quem gestabat in utero. Non sic suo, quin etiam omnium. Super quem Simeon prophetauit, cum natum portauit ad templum: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Quare exultauit?

Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ad quam ueritatem uirgo se contulit, unde a domino respecta est, adueramus. Quia respexit humilitatem ancillae suae. Virgo haec nouerat, quid gratam coram domino ipsam potuit efficere. Quod cum reperisset, cunctis uisibilibus praetermissis, sibi affecit in uoce. Non propinquitatem generis, non

pulchritudinem corporis, non artis additamentum, non eloquentiam, non humanam prudentiam, non diuitias, non cetera talium, ut a deo respiceretur enunciat, nec non & quae maiora sunt reuicet, non sanctificationem in utero, non uirginitatem in placito, non orationem, non contemplationem, non sensum custodiam. Alias omnes sicut ipsa uirtutes, dumtaxat sibi de humilitate blanditur, quod illam in ipsa per omnibus ueritantibus bonis, inuitus esset altissimus. Aptè porro, quoniam a contraria sensu nostra eius, se prima mulier cum omni sua parte, de arce bonitatis deiecerat. Et inde Lucifer de altissimis sedibus, ad pallidas sedes cum suis sequacibus potenter eiectus est. Mirum in modum non prodit fidem, subiectet spem, non nominat superexcellentem oia charitatem. Cunctae uirtutes in silentio factae sunt, pro humilitate solum se respectam a domino gloriatur. Quia respexit humilitatem ancillae suae. Non ab re, nam cum humilitatem dixit, illam obedientiam omnium, & omnis eius quod erat uoluntate, qua in exceptuata creatura deo subiecit, qua oem uoluntatem intentionem & affectionem & actionem transferret in eum, nihil sibi pro humanae complacentiae uoto reseruans. Praest enim dicata obedientia deo cunctas uirtutes, graditurq; cum omnibus. Nam quomodo quis crederet, nisi obediret uocanti & praedicanti, & captiuaret omnem intellectum in obsequium fidei? Nam quomodo quis speraret, nisi obediret? Quomodo quis diligeret diligenter diligenda, nisi uellet ex obedientia iubentis mandata perficere? Vnde ipsorum digna obseruatio, nisi ex obedientia digna? Vnde inuisibiles theoriae in alta tendentes: Vnde honestae atq; fructiferae hominum actiones, nisi ex illa humilitate profunda, qua hominum animus sit subditus deo, factus obediens in malis tolerandis, etiam usq; ad mortem, in cauendis uitij, sine termino in bonis agendis, quousq; dum uiuitur, possit esse ascensio? Est enim humilitas illa primae naturae libertas, qua homo libere sine impedimento poterat superioris complere mandata iubentis. Est humilitas illa prima creaturae subiectio ad diuinam agentem, quam uirgo habens, loquitur confidenter: Quia respexit humilitatem ancillae suae, ut in illam uidelicet diuinam atq; humanam posset perficere, quod ab aeterno non decreuerat. [Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] Frustra beatam diceret, nisi esset: sed unde beatam? Quia huiusmodi humilitatem possedit. Vnde beata, nisi quia in ea dominus ineffabilia operatus est, cum in illa aeterni dei uerbu sit in plenitudine temporis caro facta: Vnde spiritus uirginis etiam exultauit:

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius,

Multa magna præfacta sunt, quæ in illa dñs operatus est, quorum non exquirenda est à mortalibus ratio, cū in his magnis quæ supra sensum & apprehensionem hominum operatur, quia potuit & uoluit, illa rō sit palmaris. Hinc uirgo decantat, qui potens est. Ideo mihi magna fecit, quia omnipotens est, & quia sanctū nomen eius. Quid hic ad factionem magnalū sanctitas. Quid sanctitas in noie, cum in persona taceat. Quis ordo loquendi. Nulla est uera potentia, si sanctitate caret, nec præter illā, magna potest efficere. Veritas potentia id exquirat, ut sibi sanctitas sit germana. Et factos magnalium est, ut sanctitate respiciant. Reprehensibilis est oīno potentia, nec laudabilis actus, si sanctitas nō alligat. Est igitur sanctitas illa infallibilis ueritatis atq; iustitiæ regula, quæ affectū & intentionem eī in modico exorbitare atq; pigrescere oīno nō sinit, quæ uires interiores & exteriores exercet, ut omne p̄grediatur in fas, quæ sic cūcta disponit, ut nulla possint improbitate causari. Sanctitas autē in deo, deus est. Est em̄ deus om̄e qd̄ habet. Sed cū deus ad creaturas, suo ineffabili modo, aliquid operādo contrahit, sanctitas de ipso, eo sensu dicit, q̄ stabiliter, utiliter, irreprensibiliter, laudabiliter, atq; mirabiliter operat̄. Comperit igitur sanctitas ad factionem magnorū. Et cū nomen dicitur sanctum, ad notitiā referit̄, & ad effectum nostræ salutis: qm̄ Iesus appellabit̄ nomē eius. Nomina etiam quæ secundū linguā Hebræā atq; Græcā habet, oīa sanctitatē insinuāt. Nec hic sumptuosius differenda, nisi hoc paululū, nec canticū uirginis indiscussum p̄terisse uideamur.

Et misericordia eius a progenie in pgenies, timentibus eum.

Non solum sibi à deo magna facta mat̄ uirgo cōmemorat, sed ut omnibus timētib; eū, à progenie primi hoīs, per oēs progenies filiorū hoīm, dei misericordia magnifice sit præstantda. Vna siquidem fuit hominū prima progenies, quæ deinceps in multas progenies est diffusā. Et ab omni alia progenie, distincta erat, pgenies Iudæorū, dumtaxat unius dei cultū tenentū, quibus primō credita sunt eloq̄a dei. Et ad

Matt. 15.
Ose. 4.
Roma. 9.
Rom. 11.
Sapi. 11.

Israeliticis oues, primō dei filius missus erat, ut eis prius, deinde omnibus misereret. Nam p̄ Osee dñs dicit, quod etiam Apostolus ad Romanos cōmemorat: Et uocabo nō plebē meā, plebē meam: & non dilectā meam, dilectam meā: & non misericordiam consecutā, misericordiam consecutam. Et alibi: Concluserit em̄ dominus omnia in incredulitate, ut omnium miseretur. Et in sapientia scriptum est: Misere ris omnium domine, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum, propter penitentiam. Diligis enim oīa quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Cantat uirgo adesse dei misericordiam omni progeniei, sed timentibus eū.

tibus eū. Nihil excluditur à misericordia dei, nisi qui dei misericordiam per impotentiam excludit. Sed nec ita misericors, ut iudicium non faciat: nec ita iustus, ut misericordiam excludat. Competentibus enim, cōpetentia facit. Et David prospiciens decarat, dicens: Misericordia & iudicium catabo tibi dñe. Sic & uirgo mater, post misericordiam subiunxit, dicens:

Fecit potentiam in brachio suo, disper sit superbos mente cordis sui.

Vulgaris usus loquēdi hoc habet, quod cū aliquid magnū quis fecit in hostem, ut uirtus referatur in brachium. Sed non sunt hæc uerba uirginea, imō & spiritu sancto deprōpta, nō includenda in angustū, altē lateq; diffusū posunt. Brachiū quod uirgo cōmemorat, in quo deus suam potentiam fecit, æterni patris æternus est filius, in corpore uirginis filius factus, vñ illū ex tollit, quē gestabat in utero. Quod autē brachiū eius sit unigenitus ab æterno filius eius, nunc in tpe caro factus, ex mirē factis atq; faciēdis sacra scriptura cōmemorat: Nam prima tympanistrīa ad p̄sagium ptulit, quæ nūc secunda decarat: Irruat sup̄ eos formido, & pa uor in magnitudine brachij tui. Aduersus Aegyptios illo in tpe soror Moysi & Aaron intēdebat ex v̄bis cantici eius. Præuidebat autē in mysterio qd̄ nunc Maria uirgo recitat de filio eius. Nam in magnitudine diuinæ potētiæ, sup̄ Aegyptios formido & pauor irruit, sicut in illo trāsitu maris gesta manifestant, ut Aegyptus suffocaret. In magnitudine uerō Christi, sup̄ uniuersum orbē terrarū pauor irruit & formido, cū in ortu eius trepidauerūt reges & geniculauerūt. Alij ne p̄derēt mōdi regnū, paup̄ibus flagellati sunt. In die mortis eius, totus mundus expauit: resurgēs, terruit inimicos. In subsequēti eius in timore cōcussit reges terrarū: aut idololatricū populū, oīno idola & phanā demolēdo, terrēdo turbauit. Dñs cū Iob uellet reprimere, dixit: Et si habes brachiū sicut deus. Brachiū dei, eius est filius: æternus ex patre, tēporalis ex matre. Quod brachiū, aut Iob, aut nemo hoīm habet, ut magna sicut deus possit efficere. Magna in isto brachio, uirgo deū fecit se decantat, quod David antē præuiderat, dicens: Redemisti in brachio tuo populum tuū, filios Iacob & Ioseph. In quo redemit populū, nisi in filio suo. Quid igitur brachium eius, nisi humanatus filius eius. Quæ hac magnitudine maior, q̄ redimere populū diabolo subitūgatū, criminibus abstractū, p̄ filium cruce suspensum: Redemit igitur in brachio populū oīm nationum, filios Iacob, aut filios circumcissionis, & filios Ioseph, uidelicet gētiles, pro eo quod nati sunt in Aegypto. Filij Ioseph, filij sunt augmētū, q̄ prinēt ex significatiōe ad alias nationes, cū magis ex eis q̄ ex Iudæis sit eccles

Psal. 83.
Psal. 110.
Exod. 17.
Ecc. 10.
Matt. 23.
Luc. 14.
Luc. 18.
Matt. 5.
Psal. 71.

ſia dilatata. Fecit igitur potentiam in brachio suo, cum in ipso creauit cælū & terrā. Fecit potentiam in brachio suo, cū disperſit superbos mente cordis sui. Et in Psalmo scriptum est: Tu humiliasti sicut uulnerat superbum, in brachio uirtutis tuæ disperſisti inimicos tuos. Qui autē inimici dei, nisi dæmōnes superbi, ac etiam hoīes, q̄ eius mandata cōtemnunt, qui eius imperium parupendunt. Dæmōnes disperſit, eripiendo p̄dam: superbos autē hoīes, humiliat aut damnat. Hoc est brachiū, quod spicas scilicet animas electorum legit: brachium, quod omnibus dominatur: brachium, quod difficulter per fidē & mortem & sanguinem, & in multis miraculis reuelatū est. Ad iudicium etiam iustitiæ suæ pertinet & quod sequitur:

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Neq; nouū est hoc uirginis uerbū, longe antē prædictū est, nec non & experientia claret. Ad dei iustitiam pertinet deponere ad ima, qui nequiter sublimia tenuerūt: & exaltare humiles, tenentes uirtutem, dum abiecti uidebantur. Hinc in Iob scriptum est: Qui ponit humiles in sublimi, & mouentes erigit sospirat. Pro humilibus quidē dicta sunt hæc, p̄ depositione uerō superbiorū potentū, & exaltatione humilium, clarius in sapientia legitur: Sedes ductū superbiorū destruxit dñs, & sedere fecit mites p̄ eis. Radices gentiū superbiorū, arefecit deus, & plātauit humiles ex ipsis gētib;.

Si per allegoriam uellemus discutere, depositio Iudæorum & gentium, exaltatio intelligitur. In moribus etiam talia fieri sæpe uideamus. Cū uerō finis uitæ hoīs uenerit, rota uolūtatis humanæ, infra rotā diuinæ iustitiæ, ut secundū uirtutes, nō secundū opiniones hominū, merita tribuant. Et in euangelio saluator plerunq; v̄ba huiusmodi iterauit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Perseuerat adhuc in uerbis iustitiæ uirgo mater, & illam explicat alio loquendi genere. Inſert equidem:

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Non dū natus erat Christus, & mater gestas eū, p̄dicabat quæ ipse p̄dicaturus erat. Nā factus adultus, apiens in monte os suum, dixit: Beati q̄ esuriunt & sitiunt iustitiā, q̄ nīa ipsi satiabūt. De illa esurie uirgo p̄loquebat̄: nō de illa, quæ dicit panis & uini. Defectū esurientes portat, & prouertat cū corpore, uacuitas eius est. Sed oportet etiā oīno lege naturæ uacū impleri, natura em̄ ipsa uacū abhorret. Sed terrenis uacū, cælestibus replebūtur: insaturati suapte perfumtorijs, complebūtur æternis. Esurientes animari corporis, est impatiēs appetitus eorū, quæ possunt secundū naturā, sustentare naturā. Esurientes autē animæ rōnalis, est deuenire in uerū & optimū. Cū uerō animæ

rōnali fuerit addita grā, in ampliora tendit esurientes, ut etiam impatienter apparet liberari à uitijs, inhærere uirtutibus, & poenis intentatis & morte, appetere nō desinat, ut semp̄ subiacet laboribus, quosq; obtineat. Post istā v̄o beatitudinē esurientes, quæ uirtutibus repositam credit. Huiusmodi esurientes, q̄ potēs est, impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Diuites scilicet in terrenis, q̄ nō in deo, nō in uirtutibus, sed in seip̄s diuites sunt. Cōsona in psalmis v̄ba p̄cesserant his, quæ nūc uirgo decantat. Diuites eguerūt & esurierūt, inquirētes autē dēt nō inueniēt oīni bono. Inquirere dñm, ad esuriētiā rōnalis referit̄, quæ cum fuerit gratia prædita, ipsum impatienter desiderat. Diuites uero mundi egebunt, & esurient, & dimittentur inanes. Et alibi: Animā esuriētē faciuit bonis. Meritō anima, bona incessanter desiderans, bonis repleta est. Quod semper facit ille qui potēs est, qui etiā nouit, quāto desiderio ad uirtutes aīa eleuet. Hinc etiā dī: Qui dat escā esuriētib;.

Esca uirtutū, quæ animas alit: & esca sui corporis & sanguinis, quæ oībus fidelibus p̄parauit, in ostensionem amoris ineffabilis, quo diligit nos: & in tutela à malis, purgationē criminum, in terrorem spūm, nobis aduersantium ad salutē. Sed diuites seculi, existimantes maiores diuitias, opes, & bona perfunctoria Aegypti, q̄ improprium Christi, oīno dimisit inanes. Et hoc habet p̄prium bonitas, uirtus & sapientia, q̄ post eum itē esurientes sequit̄, & gustata, desiderū reaccendunt. Sic per sapientiam dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitiunt. In argumentū inhærentis uirtutis, ista uerba depromunt, q̄ amplior bonorū gustatorū esurientes illa iam adesse demōstrat. Arguit in anima esse uirtutē ad ipsam, desiderium per amplius inardescens. Hos esurientes, bonis implet largitas eius qui cūcta potest, inanitate remanente apud diuites insatiabiles, quorū anima terrenis satiarī nō potest. Post de creta iustitiæ, mater misericordie ad misericordiam dei canticum suum itē reuertit̄:

Suscipit Israel puerum suum, recordatus misericordie suæ.

Pro populo suo hic singulariter loquit̄, q̄ populum Israeliticum quasi puerū ab eo per multa erudimenta nutritum, uelut misericordie recordatus, cuius unquam obliuisci nō potuit, nūc saluare dignat̄, suscipiens illum in humeris eius, crucem portans pro peccatis illius.

Sicut locutus ē ad patres nostros, Abraham, quibus facturus talia repromisit.

Et semini eius in secula,

qd̄ saluare disposuit. Ecce cōpleuit Maria canticū suū, plēnū laude, actiōibusq; grā, dei misericordiam & iustitiā plēnē demonstrans.

De mora Mariæ cum Elizabeth. Cap. XV.

LHC. I.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

Magna fuit in primo congressu istarum propheticarum, mirabiliu uerborum celebrata collatio, nec ilico in præsentiarum corporum est securus abscissus. Grata est enim ista societas diuini excellentium mulierum, quæ diuinis resectæ muneribus, foetibus grauidatæ, delatrices operum spiritus sancti: quanquam dispariter, ut alteram altera per omnia excederet, non excessa, utin superna uerbis & affectibus inhiabant, & dignum suauetq; duxerat in simul ad tempus contubernium facere, ut diuinum adiuuicem possint habere colloquiū, quantum mens nihil disputare nouerat de terrenis, quæ dona cælestia in anima & corpore congestabant. Quid & quantum eis credimus affuisse gaudij, dum de diuinis solæ confabularentur: dum referebant quod non proprijs meritis, sed ex diuina gratia talium foetuum factæ fuerant portatrices, tam magnorum filiorum se prænoscerent esse matres, tam hospitium magnorum hospitia, qui nō ab hospitij, sed ab ipsi hospitia firmabantur: Nesciebant diuortari ab inuicem, quas amor cælestis coniunxerat. Senex non repellabat iuenculam, neque suam remittebat in domum. Magis uero illam tanquam deum gestantem hortabatur ad moram, alē ditari considerans, dum dei filij in uirgine, suo retineret hospitio. Nec uirgo libens discedebat a sene, quam festinater animo uisendi accesserat, & quousque uideret natiū, quem miraculosē audierat ab ipsa sterili fuisse conceptum, quem sui filij nouerat præcursorem. Non tam cito dimittenda bonorum confortia, ubi possibilitas est morandi. Non leuitate animi recedendum est ab his, in quibus uerè uirtus adesse cognoscitur. Hoc enim est examen uirtuosorum, libenter suffragium facere, separari cum tædio. Si discendum est aliquid à puritate fulgentibus, non continuo apprehenduntur cuncta, nec subito ad perceptionem uepiunt recte agentium mores: & perseuerare apud uirtutis compotes, est iustitiæ uita, & mos in contemnabilis iudicatur. Coartantur ad melius, unius ad altere reflexo exemplo, cū simul cōueniunt uirtutū cælestiū sectatores, & unus ab alio plus addiscit. Specula sunt unius ad alterum, cum in simul conueniunt regere cupientes, ut unus in altero uideat, quid sibi in actione deficiat, & quantum possit decorari uirtutibus, plus agnoscat. Non quæ istæ talibus indigerent: una, plena omnium gratiarum: altera, gratiam habens: sed ut posteris in actionibus huiusmodi perfecte agendi præberent exemplum. Et optimæ sedulitatis est, si

nem præstolari cœptorum. Hinc uirgo expectat præcursorem filij nasciturum. Quo nato, & exhibito suæ honestatis officio, didicit & cognouit partum communis corruptionis, partum sterilis, ut per amplius exultaret in partu uirginitatis: quo expedito per omnia, completis tribus mensibus, repedaret ad domum.

Quod uirgo antequam cohobaret cum Ioseph, inuenta est ab ipso prægnans ex spiritu sancto. Caput xvi.

Quæ cum esset desponsata ipsa Maria mater, Ioseph, antequam conueniret, inuenta est in utero habens de spiritu sancto.

Suprà diximus angelum ad desponsatam uirginem missum, & desponsationis causas pauca adneximus. Sed decens erat ut desponsata esset, non cognita, uirgo paritura deum, quæ antequam conuenirent, illa scilicet & Ioseph, non in copula carnali, sed habitatione communi, & ab ipso Ioseph inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ecce sponsus transiit in testē, cui aptius erat testificari desponsa suscepta, quoniam uirgo erat, quam ipse non tetigerat, non cognouerat. Sic eam inuenit Ioseph habentem foetum in utero: non de alio, sed de spiritu sancto, & hoc antequam simul conuenirent, quoniam non statim desponsatam traduxit ipsam in domū Ioseph. Iterum angelus mysterium maioris desponsationis exequitur. Quo perfecto, Maria montana descendit, ubi cum Elizabeth mansit mēibus tribus: deinde reuertens in domum, ab ipso, grauida per spiritum sanctum inuenta est: non ex pericietia tactus, sed quia illam cognouit ex exterioribus gestis, quod aliquid agebat in utero, & squalidabat facies uirginis, & attenuabatur in carne. Cognitio uero Elizabeth, per exultantem in suo utero filium, in illis tribus mensibus iam ad iustum peruenerat. Vel forte ipse ascēderat ad montana, sciturus quid sua sponsa sibi ageret, & uisitatū affinitatem est. Vñ patuit data fide dictis, quod uirtute spūs sancti habebat in utero. Dubio tñ suspendebat Ioseph. Nec credendus est tæta uirginis spūsus, tæta uirginitatis custos & testis, exclusus à sciētia diuinorum, quāuis in illorum cognitionē paulatim deueniret, moderatē spūs sancto, & angelo reuelante. Ioseph autem uir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam.

Iustus ex lege, iustus ex bona uoluntate, iustus ex bona operatione, & si nihil aliud ad testimonium suæ iustitiæ, quod uirgo, quod uirginis matris spūsus, quod Christi nutricius est electus, additamentum facit. Et nollet eam traducere, uelut perplexus, nesciens quid futurum esset. Nam propositum uirginitatis erat

in eo, & Mariam credebat uirginem, sed ipso nescio grauidatam: quāuis si res postulasset de illa disserere, sermo dubius erat. Nā si dixisset illā uirginē & grauidā, sicut erat, uidebat infoluitū & incredibile. Si uirginē & nō grauidā, aliter hor: uertebatur oīno in mendaciū. Si neutrum edixisset de illa, utrunq; subiacebat obnoxium falsitati. Proinde in re tam dubia deuitabat iudicium, refutonium proferre noluit. Meditabat fugam, & occulte illam dimittere disponebat. Et hoc quidem, quia iustus erat, cupiens seruare iustitiam, ut non proferret hæsitantem, quod pro certo non nouerat, ratus meliorem partē, fecedere, quam per dubia deuenire in causam. Sancta enim puritas agitabar eum, non aliqua sinistra suspicio de Maria. Non enim permittebat deus tantū spūsus, senem fidelem, de matre sua, iniqua menditari. Aliās nec iustus merito dici posset. Obliqua enim & incesta suspicio contra proximū, iniustitiam, non iustitiam arguit. Sed supra intellectum suum attollēbatur gesta, quæ in uirgine uidebatur aduertere, quam obrem occulte illam dimittere cogitabat. Quomodo occulte? Nemini propalaturus sui secessus causam, sic occulte, ut à nemine sciri posset, ut quod & quod iret. Nolebat enim aliquid conferre cum aliquo de Maria, ipsam diuinæ dispositiōni committens, quousque huius rei ueritas aliter elucesceret, absentiam, meditatus. Expeditioris protinus est cōsiliij, explicari, quam dubijs implicari.

Hæc illo cogitante, Ecce angelus domini in somno apparuit ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

Argumento palmari factum est, quod nulla suspicione iniqua Ioseph ad uirginem mouebatur, quoniam ei per angelum dominum in sua perplexitate desuper & de cælo subuenit. Non enim in sacris uoluminibus inuenimus, quod dominus iniquis atq; nequiter cogitantibus & fingentibus nequa & dubia contraxerit, quod spiritus sancti operationes occultas & secretas, & secreta mysteria semper à seculis reuelaret. Dū in animo Ioseph pia perplexitas insideret, apparuit ei angelus domini, bonus siquidem & non malus: uerificans eum, & non eludens: certificans, non in ampliore hæsitatione, deducens, qui cum blando reuendit alloquio: incognito tamen, cum in somnis moneretur eū. Cui apparuit in illa certitudine uisionis, quæ sibi Ioseph indubitate credere potuisset, ut quantum à somno sensus illius tenerentur oppressi, non tamē somniarent, ut somnijs fidem daret: quoniam qui credit somnijs, ex toto reprobus est. Sed spiritui eius jã

in extasi facto, angelus ad hoc deputatus à deo, diuina mysteria facta in sponsa uirgine declarauit, quem præter annunciatores alium esse non credimus. Hic cum aperit spiritus sancti mysteria, Mariæ sponsum hæsitantem, ex nomine & progenie uocat, dicens: Ioseph fili David: ut nomen pro mysterio & uirtute dicatur, quoniam omnia erant augmentanda per seculum. Ex progenie David, ut de tribu descendens regia, in uirga ferrea, decreto paterno, regeret orbem uniuersum. Sed quid? Cum Ioseph pater non fuerit saluatoris, cum nihil sibi concipiendo contulerit, nempe de uirgine colitur dubium: seruatur honesta cōsuetudo scripturarum, cum filij denominantur à patribus, etsi nihil contulit Ioseph in carne saluatoris, ita ut per eum Iesus non possit dici de domo regis David: nec uirgo, ex qua carnem assumpsit, quicquid contulit, ut esset rex regū & dominus dominantium. Significationes & imagines ista sunt, ut quia descendit de progenie David, habeat diuinum regnum: sed quia dei est filius, catholicum habet imperium.

Remouet angelus dubium à Ioseph, edisserens unde concepit uirgo, & quis sit ipse conceptus. Cap. xvii.

Post remouet angelus timorem dubij, & retinebat, ne Mariam coniugem suam ad seculum contubernandum acciperet, quoniam quod ignorabat unde Maria omnino intacta conceptum haberet, ex spiritu sancto protinus est. Nam quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Nondum natus ex utero Iesus, & in utero natus dicitur, ut conceptio tam noua, dicatur natiuitas: ad illa conceptionem, quæ fit ex semine, à uirgine remouendam, ut conceptio & natiuitas eius æqualiter pro mirabilibus attollatur. Quid paritura erat uirgo, iam audierat, sed necdum nouerat ipse Ioseph. Proinde angelus aperte subiicit:

Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

De hoc nomine, uirginis angelus supra prædixerat: nunc iterum notificans sponso Ioseph, adiecit effectum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Horrenda, sed iusta diuinantis, quoniam non salui sicut qui non sunt de populo dei. Quem autem appella uit deus populum suum, nisi populum circumcisum, ut spirituali circumcisione secernat, qui de populo dei satagit numerari: Sed quis populus dei, nisi qui flagellatus est in Aegypto? Flagellis erudiri oportet, qui uult esse in populo dei. Populus dei est, qui dimisit spirituales & obscuram Aegyptiacam regionem, qui es fugit seruitutē inuisibilis Pharaonis, & cessauit ab ope lateris, nec terrena igne auaritię solidat,

q sequitur Moyses & Aaron, legē & sacerdotium, doctrinam & gratiam, euangelium & sacramenta, qui trāsit mare secūli sicco uestigio, ne pedes animarū intingantur mala doctrina, & luto tēporalium rerū, qui mundi discrimina trāsit illeſus, q uidet Aegyptios malax delectationū in littore suffocatos, q p deferta sequitur Christum, qui peruenit ad montem diuinae legis, quam sub pollicitatione seruandi accepit. Populus ergo dei, custodiēs mādata dei, sabbata dei, cērimonias dei. Proinde huic à domino dictum est, facta enumeratione pactorū:

Leui. 26.

Vosq̄ eritis populus mihi, ego dominus deus uester. Hinc Moyses in sua expeditiōe commoratur: Vos autē tulit dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, ut haberet populum hēreditarium. De hoc eodem populo etiam Moyses:

Deut. 4.

Te elegit dominus deus tuus, ut sis illi populus peculiaris, de cūctis populis qui sunt super terrā. Igitur populus dei est, qui promp-
tissimo animo eius mandata custodit. Sic rursus scriptū est: Et dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, ut custodias omnia praecepta eius. Et sine intermissione uerborū de sua salute sequitur: Et faciet te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomē, & gloriā suā, ut sis populus domini dei tui, sicut locutus ē. Ecce populus dei dictus electusq̄, propter custodiam mandatorum eius: ecce salus, ut super oēs, non in hac uita, sed in alia fiat excelsus. Omnia siquidem in figura contingebāt illis, ut non terrena, sed caelestis celsitudo credatur. Saep̄ dei populū in terra flagellatum, & afflictum, & subactū reuoluit. Nec aliquem moueat celsitudo terrena populi Christiani, qm̄ non oēs salui sicut, sed illa pars Christiani populi excellentior in salute cognoscitur, quae hic magis subacta iacuit. Interrogemus martyres & pauperes, & respondēbūt nobis. Quae igitur signanter angelus locutus est, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Ac per hoc credentes saluari condemnantur, si non sunt de populo dei, de cuius numero aliter q̄ per uirtutem nemo potest esse conscriptus. Hinc etiam Moyses per nomina filiorum Iacob, populum huic hōdicendo in figura cōclufit: Beatus es tu Israel, quis similis tui popule qui saluaris in domo? Qui à uirgine gestabat, unde esset ignorante Ioseph, ipse saluum faciet omem populum suum à peccatis eorum. Sed angelica uerba in admirationem trāscunt. Si populus dei, quomodo peccator, cum à peccatis primo saluus fiendus est? Si peccator, q̄ modo populus dei populus est dei, peccator est populi. Saluabit populum suum à peccato suo, non merito populi, sed eo merito, q̄ dignatus est nasci & mori. Sed si in populo dei non possit esse conscriptio, nisi per uirtutem, à quibus peccatis saluamur

Deut. 7.

populus peculiaris, de cūctis populis qui sunt super terrā. Igitur populus dei est, qui promp-

Deut. 26.

te elegit dominus deus tuus, ut sis illi populus peculiaris, sicut locutus est tibi, ut custodias omnia praecepta eius. Et sine intermissione uerborū de sua salute sequitur: Et faciet te ex-

Ibidem.

cellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomē, & gloriā suā, ut sis populus domini dei tui, sicut locutus ē. Ecce populus dei dictus electusq̄, propter custodiam mandatorum eius: ecce salus, ut super oēs, non in hac uita, sed in alia fiat excelsus. Omnia siquidem in figura contingebāt illis, ut non terrena, sed caelestis celsitudo credatur. Saep̄ dei populū in terra flagellatum, & afflictum, & subactū reuoluit. Nec aliquem moueat celsitudo terrena populi Christiani, qm̄ non oēs salui sicut, sed illa pars Christiani populi excellentior in salute cognoscitur, quae hic magis subacta iacuit. Interrogemus martyres & pauperes, & respondēbūt nobis. Quae igitur signanter angelus locutus est, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Ac per hoc credentes saluari condemnantur, si non sunt de populo dei, de cuius numero aliter q̄ per uirtutem nemo potest esse conscriptus. Hinc etiam Moyses per nomina filiorum Iacob, populum huic hōdicendo in figura cōclufit: Beatus es tu Israel, quis similis tui popule qui saluaris in domo? Qui à uirgine gestabat, unde esset ignorante Ioseph, ipse saluum faciet omem populum suum à peccatis eorum. Sed angelica uerba in admirationem trāscunt. Si populus dei, quomodo peccator, cum à peccatis primo saluus fiendus est? Si peccator, q̄ modo populus dei populus est dei, peccator est populi. Saluabit populum suum à peccato suo, non merito populi, sed eo merito, q̄ dignatus est nasci & mori. Sed si in populo dei non possit esse conscriptio, nisi per uirtutem, à quibus peccatis saluamur

Deut. 33.

mo potest esse conscriptus. Hinc etiam Moyses per nomina filiorum Iacob, populum huic hōdicendo in figura cōclufit: Beatus es tu Israel, quis similis tui popule qui saluaris in domo? Qui à uirgine gestabat, unde esset ignorante Ioseph, ipse saluum faciet omem populum suum à peccatis eorum. Sed angelica uerba in admirationem trāscunt. Si populus dei, quomodo peccator, cum à peccatis primo saluus fiendus est? Si peccator, q̄ modo populus dei populus est dei, peccator est populi. Saluabit populum suum à peccato suo, non merito populi, sed eo merito, q̄ dignatus est nasci & mori. Sed si in populo dei non possit esse conscriptio, nisi per uirtutem, à quibus peccatis saluamur

us, ubi assistit & uirtus: Prima nempe salus est à criminibus introductiōe uirtutum, quam Iesus in populo, q̄ suus esse fatigat, operat. Alia uero, cum in superna p̄ducit. Multi expectant à domino saluari, dicentes quia sui sunt, quorum facta è regione consistunt. De quibus per Moysen in cantico suo, q̄ d edidit paulo anteq̄ moreretur, perspicacibus animis declaratū est.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscū deus.

Saepe diximus, & dum continget, similiter edicemus, prophetias non esse causas eorum, quae in carne Christus impleuit, sed quia sic impleturus erat, ipsas anteq̄ praeuissit. Haec propheta quam Mattheus allegat, in libro scribitur Isaia. Et ex hoc soluitur obiectio Iudaeorum, dicentium quod de uirgine non debebat intelligi, cū in Hebraeo scriptum sit alma, & non uirgo, quoniam euangelista Mattheus pro uirgine Christi matre, in sua editione cum scriberet euangelium, introduxit. Ostenderit spiritus sanctus Isaiae prophetae, cum Achaz nollet si gnūm petere in profundum aut in excelsum, quod dominus in signum liberationis populi sui daret mundo, uirginem parituram non purum hominem, sed deum & hominē, ut esset nobiscum deus. Hoc nomen, quo uocandus erat, expressit, quia uocabitur nomē eius Emanuel, quod dicitur à nobis, nobiscum deus: deus in se caro factus nobiscum, aequē cum omnibus est in humana natura, prout illam assumpsit, quae nisi una non est. dispariter autem in uirtute nobiscum sit, & in gloria maxima differētia erit, prout exigunt nostra merita, non natura. Studendum est igitur rationibus, non uiribus fatigandū, esse cū illo, qui uult esse nobiscum, sine quibus totum est quod est, sine q̄ nos nihil aut miseri sumus. Praeanticipauit ipse nobis socium fieri, & omnibus modis factus est socius, excepta societate peccati, ut etiam poenarum nostrarum & malorū à quibus nos exonerare querebat, uoluntariē oneratus est. Querit uicem, tenemur illam omnino rependere, & simus socij eius, communicantes passio- nibus eius. Ad hanc societate Apostolus fatigāgēs actū perfecit, id ipsum cōmonefaciens nobis: Veruntamen existimo omnia detrimentū esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi dñi nostri, per quē oīa detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christū lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed illam quae ex fide est Iesu Christi, quae ex deo est iustitia in fide, ad cognoscendum illū, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionis eius, cōfiguratus mortī eius

Matth. 1. Ioh. 4.

Isai. 7.

Mat. 1.

*quam

Ibidem.

Philipp.

Luc. 2.

per omnia. His uerbis Apostolus cum Christo se uelle esse denūciat, ut alibi sic Christum se cum esse cognouerit, quod audacter asseruit: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Permaximē Christus in Paulo, & in Christo Paulus erat, cum ipse loqueretur, Christum affirmabat audacter in ipso fuisse locutum. Palmarē uero huiuscemodi symboli rationem, in canonica fua Iohannes edocuit, dicens: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, Grata propheta, & gratior adimpletio, ut uirgo sic pariat, quod nobiscum sit deus.

2. Cor. 13.

1. Ioh. 4.

Declaratus Ioseph ab angelo, uirginē ad conubernium accepit. Cap. XVIII.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut praecepit ei angelus, & accepit Mariam coniugem suam. Et nō cognouit eā, donec peperit filiū suū primogenitū.

A dulci somno surrexit Ioseph, in q̄ angeli cā documēta perceperat. Et perfecit tanquam praeceptum, id quod sibi fuerat declaratū. Accepit namq̄ Mariam coniugem suam, utiq̄ spiritu sancto comprobatae atque fecundatae, in communem habitationem & contubernium honestum. Quam cognoscens ex nomine, ex sanctitate, atque ipsam factā habitaculū dei super terrā, nec ractu approximatione corporis, nec aliquo matris inuasiōis consummandi per copulam carnis cognoscebat eam. Etenim uirgo in sine hoc habuit, cū esset pulcherrima mulierum, q̄ nec à uiro, nec ab aliq̄ ipsam aspiciente, in carnis copula honeste aut turpiter potuit concupisci. Et sic Ioseph nō cognoscebat, praesertim sciens q̄ matrimonium & seminalis uirtutis bonū, q̄ d est proles, de caelo in uterum eius prodierat, donec pareret filium suū primogenitū. Nec deinceps cognosciturus erat, qm̄ partus uirginis non erat terminus cognoscēdi: quo peracto, esset Ioseph liberior licentia in Mariā, sed erat terminus cognoscēdi dei filiū super terrā: q̄ iā cognito, esset in reuerentiā oibus uirgineus alius seruandus in perpetuum castus, ex quo uerbū caro factum prodijt, nec esse posset accessus ad illam uirginem portam, ex qua egrediens deus homo, ipsamq̄ sanctificans, reliquit intactam, postea uelut anteq̄ in perpetuum clausam.

Quo tempore, quo loco peperit filium suum. uirgo mater. Cap. XIX.

Et cum edictum egrederetur ab Augusto Caesare de orbis descriptione, Ioseph qui traduxerat Mariam ex angelico dicto ad contubernium secum,

Ascendit à Galilaea ciuitate Nazareth in Bethleem, cum Maria desponsata sibi uxore praeegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et

peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

Non hoc in loco pro Christi natiuitate describenda, sed pro Mariae gestis intendimus. Accipit Ioseph secū habitare, atq̄ custodire Mariam. Ideo secum ducit, dum ad profectum sub Caesare Bethleem ascendit: ignarus tñ, q̄ uirgo sic esset proxima partuifamiliaris & ipsa non cognouerat tēpus, qm̄ sicut prae legem susceperat foetū, sic nesciebat si naturali ordine nouē mensibus calculatis, esset editura partum. Et cum gestasset in utero mō illius diuini ineffabilisq̄ conceptus, pondera uentris, in alijs prae gnantibus solita, ignorabat. Ferebat em̄ leuiter, à q̄ portabatur. Diuina dispensatio protinus fuit, q̄ uirgo ascenderet cum Ioseph in ciuitatē Bethleem, ut accepta societate laudabili, prophetatū mysterium erat implendū, q̄ uirgo in Bethleem pareret, ex qua dux, relictusq̄ populū Israeliticū, egressura erat, nō ne cessitate pphetica, sed ordinatiōe diuina. Non uenerunt praeuisi, ut ibi uirgo pareret, sed casu magni factus, uelut cōpulsū, q̄ mundus in hominibus uiuētibus describebatur. Alit̄ in hoc cōtemplari docemur, q̄ totum erat diuinum quod in uirgine agebat, ut nec ipsa in huius agebant in ea, esset cōscia futurorū. Cuius tempore orbis totius descriptionis, celebratus est partus, qui sine tabellionibus describitibus, & absq̄ praefectis urgentibus, uno intuitu praesens, praesentes nouerat & futuros. Nec esse poterat latendi locus à cognitione eius. [Et peperit filium suum primogenitum.] Non tñ secundo genitū, aut deinceps filiū habitura, sed eo sensu sic dictū legimus, q̄ primogenitus aut unigenitus proferatur. [Et pannis eū inuoluit, Iustibus siquidem. Erat em̄ uirgo pauper, & peregre cōstituta, carpentario indigno coniugata, ope modica fouebat. Reclinauit in praesepio filium, cū sibi non esset cū ceteris diuitibus locus. Aspice mundi reginā, incedentē peregre ducta tu unius hoīs, quā uis iusti senis. Sola edidit ex utero filium, nulla pedissequa, nulla cognata, nulla foemina secū. Ipsa dūtaxat se coapat ad partū, ueruntū doloribus non p̄uenta, nullis agitata molestijs, angustijs nullis arata, obstetricū officia ibi penitus nō fuerūt. Ipsa primo emissum partum, in terra iacentē, adorauit pri maria sup̄ terrā. Ipsa eū, p̄prijs manibus de terra in gremium & super genua sustulit, ipsa sola paupercula suis pānis inuoluit, ipsa deficiente cunabulo, in praesepio reclinauit. Haec oīa uirginis paupertatē exaggerant, etiā Christi, q̄ alio ineffabili ordine dicēdus est pauper. Aptē pauperē in terris genitricē haberet, q̄ cū esset omnium diues, egenus pro omnibus factus est.

sterebat

¶ *Conseruabat uirgo mater qua de filio dicebatur, Caput XX.*

Luc. 2.

ET cum de digno, digna dicerentur ab angelis atque pastoribus, Maria conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Attentè audiebat Maria, quæ de nouo paru suo mirabili dicebant, & conseruabat omnia, ne à memoria laberent. Non auditrice surda, neq; immemor auditorum, sed cõseruabat delectantia intimiorem sensum, quoniam auditio diuinorum, est partus futuri interiorum. Audit ab angelis Maria, omnium magistra uirtutum, & uelut à sapientioribus uerba deprompta custodit. Audit à pastoribus, & ipsorum uelut maxima suscipit documenta, retinet & cõseruat humilitatem suam proestatur, quod audit ab eis, quibus est ipsa superior: & affectum mouet in prolem, cum omnia quæ de ipsa nouiter dicebant, ex delectatione captu animi retinebat, conferens in corde suo. Non cum Ioseph, non cum aliqua creatura, noua & insolita uerba uirgo cõseruabat. Nemo sibi aderat tam solers mēte, tam uiuax eloquio, ad collationem auditorum sufficiens. Fit sæpe collatio duorum inter duos aut plures, aut ad inueniendam concordiam eorum quæ dicunt, aut ad percipiendam doctrinam, aut ad inquirendam possibilem actionem, sed in corde suo conseruabat, ubi nullus nisi solus deus inspector. Et conseruabat angelorum uerba, similiter & pastorum, si concentu facerent & symphoniam. Cõseruabat in corde suo, pleo diuino spiritu, in corde ubi ueritas interlucet, ubi tacita inquisitio plus inuenit, q̄ clamorosa. Quid enim est conferre in corde, nisi eorum quæ audiunt, per rationem aut per fidem notitiam inuenire? Quid est conferre in corde, nisi studiosa meditatio mētis in ducatu rationis uel fidei, ueritatem rerum potissimum inuestigans? Et seipso prius est facienda collatio, si dicta sunt dubia, si recte capi aut fide possunt ab homine comprehendere, si quid habent impertinens uel inhonestum, proprium uel annexum, consulens siue iubens, mysticum uel morale, temporale siue perpetuum, diuinum siue humanum, indifferens siue relatum. Conseruamus igitur uerba: quia beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Illud audisse non sufficit, si audita ex memoria elabuntur, maxime quæ de agenda uita tradunt, & de canone credendorum. Et conseruatio diuinorum uerborum, dilectione habet ad Christum. Sic enim ipse testatur est: Qui habet uerba mea & seruat ea, hæc est qui me diligit. Consideremus in cordibus nostris, quia uirgo conseruabat in corde suo. Exemplo nouæ uirginis matris animemur, ut interna mente, mysteria meditemur, ut fide nos uiuificent, spe erigant, dilectione pascant. Conseruamus in corde quæ de uerbo æterni

Luc. 11.

Iohan. 14

dei, æternè temporaliterq; dicunt. Nam æternè, in principio erat uerbum, & uerbum erat. In principio erat uerbum, & deus erat uerbum. Siquidem temporalitè, q̄ hoc idem uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hic Christus Iesus, qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exina niuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuētus ut homo. Conseruamus dei dignationem & hominis dignitatem, dei humilitatem & hominis exaltationem, quantum potuit altitudo diuina inclinari, & hūana infirmitas prouchi, ut illa istam suscipere, ista uero suscipere in illa, ut deus homo, & utique homo fieret deus. Si conseruamus, exulabimus & amabimus, & apponere confidentia, ne aliq̄ desperatione frangamur. Et iterum hanc sententiam de Maria matre domini Lucas commemorat, cum in duodecim annis filium in medio doctorum reuenerisset in templo, quæ sic: ut prima dixerit, nisi q̄ maioribus contemplationibus & pijs suspicionibus, est appositã uirgo mater, cum audiuit à filio, q̄ in his quæ patris erant, eum esse decebat. De qua re differenda, restat alius locus.

Luc. 1.

¶ *De purificatione & oblatione prolis & hy-popanti, Caput XXI.*

Quoniam completi essent dies purgationis eius, scilicet quadragenarius dierum numerus à partu eius, cum filio ascendit in templum, seruans legem, quæ legi non subiacebat, pro eo q̄ semen hominis non susceperat ad cõceptum: sed spiritu sancto agebat, ut hanc cõsuetudinem obseruaret, ne in primordio Christi nascentis per legem ut contumax haberet, & in suis initijs Iesum portauit in templum, in quo docturus erat gentem perfidam ludæorum, ut sic eum suscipiamus in templo cordis nostri, sicut est oblatu à matre, nec uelimus eum supra fidem in maiori agnitioe suscipere, quàm q̄ humanatus, est delatus ad templum. Et adhuc paruulus impotens fandi, admonet quales nos ad eum oporteat fieri, scilicet malitia paruuli, si secum in æternu uolumus templo uersari. Desert mater eum uelut oblationem nouam, pro omnibus mundi criminibus expiãdis, & pro ipso piè obtulit munera pauertatis, insinuans presentibus atq; posteris, q̄ mundi diuitias non habebat, & q̄ nec in magnis muneribus placat omnium rerum conditor, sed in affectibus & in uirtutibus magnis, quibus uirgo fulgebat. Non ad quantam ordinationem legis, sed quanto affectu legem implere posset, uirgo tentabat. Et altum quidem atq; secretum, q̄ cum oblatioe, quæ protinus est æterna & incorruptibilis, tẽporalia & corruptibilia offerunt, scilicet par turturum, seu pullus geminus columbarum. Sed hoc est q̄d typicus sensus habet, ut cum ipso bona nra fo-

Luc. 1.

Phil. 3.

Exo. 34.

ciata fiant, factaq; ualeant. Et nihil reprobationi subiaceat quod cum Christo uenit in templum, nil repudietur Christo fociatũ. Ad nostræ spei auxesim factum agnouimus, quod expulsiõni non dantur, quæ sibi Christus affociat, nec ex aliqua deformitate propelleretur, quod cum Christo & pro Christo offertur in templum. Sed nec excludamus castum sponsum à sponsa castissima, cum Christum ad templum manufactũ ambo portarent, & nõ subiecti legi, legis iussa perficeret: quoniam pro quo huiuscemodi agebant, legem non uenerat solvere, sed adimplere. Ioseph uirgo, putatius patet ex carne: Maria uirginior, uera mat in carne, Iesum deducunt cum illis significatiõibus oblationum, ut gementes per uoces, contemplantur per pennas simus. Et potior ecclesia q̄ Christi uicarius: nam ille morit, ista in suis dictionibus remanet. Remasit sponsa uirgo post mortem uirginis sponsi, & ecclesia omnibus mortuis præfidentibus, simpla manet. Et etiãsi diu morte præfulis remaneret acephala, non ipsa in fide deficeret. Sed ad aduentum Christi pueri secundum legem, non ex lege ad templum & delatorum parentum iustorũ obuiationes sunt. Non enim Christo exiit obuiam aliter q̄ in templo. Et in templo fidei sibi obuiam fieri, & sibi occurrere cum aduenit, iustitia est. Quam Apostolus, non legis, ad Philippen ses scribens, gloriatur habere, dicens: Vtinueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ in lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide. Per iustitiam enim fidei, salui facti sunt patres, nõ legis, quæ ad perfectionem neminem duxit. Vnde Simeon & Anna Christo ueniẽti occurrunt, quia ut sisteretur domino, sciebant. Ad hominẽ, non ad deũ ista sistencia pertinebat. Ab æterno em̄ semper cum patre filius.

Sicut scriptum est in Lege domini: Quia omne masculinum adaperiens uulua, sanctum domino uocabitur.

Magnum sacramentũ prærogat signata distincta locutio, ut masculinum primogenitũ, nõ sœmininum, dño sisteretur, quoniam omne quod uirile & forte & firmum esse cognoscit, est domino consecrandum: quod uero est contrariæ actionis, domino in suo templo deferre non cõuenit. Nam & lex dñi sic defanxit, quã pro eo quod æterna est, immutari nõ licet, & hostia p eandẽ dñi legẽ offerenda est. Non em̄ offertur aut seruũ deo, aut colitur arbitrio nostræ uoluntatis, aut iudicio electionis & directiõnis humanæ, sed decreto suæ legis æternæ.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationẽ Israel.

Erat in Ierusalem obtinaturus Christo, quæ

uisio pacis dicitur, non tamen pax, qm̄ in hac uita nullus uiuit in pace, undiq; sonatibus bellorum fragoribus. Esti parciatur interdũ à bellis hominum, non tamen parciatur à bellis diaboli atq; uitiorum, nec qui iusti sunt, in pace omnimoda uiuunt, etiãsi nõ turbato animo propulsantur. Habent protinus uentum, si nõ manifesta, saltem occulta certamina, cum quibus inuise confligant, etsi nõ à uitijs, tñ pro cõseruatiõis uirtutis. Sed bene sunt in uisione pacis, quæ cogitoscunt quale sit bonũ, ad qd tẽporalitè suspirat, æternũ. Erat itaq; Simeon in uisione pacis, quia per spiritũ, Christi uerã pacẽ agnouit. Nam ut ait Apostolus ipse est pax uera, q̄ fecit utraq; unũ. Mansio optima, in uisione pacis, qm̄ ingrũte bello, mens pace delectata q̄ fecit. Et cum insultus aduersi proueniunt, animã uidet pacem. Nulla religiosa & honesta est habitatio, præter pacem. In qua uir obediens habitat: nam pter obedientiam, nõ habitat in pace. Hoc enim prænotat uocabulũ Simeonis, si per interpretationem trãsfertur. Et homo iustus iste erat, qui uiuebat ex fide, qm̄ iustus ex fide uiuit. Et timoratus erat: quia ut scriptum legitur, qui sine timore est, non poterit iustificari. Et non propriam, sed totius populi expectabat salutẽ. Præferebat cõmune bonũ proprio, uelut qui per iustitiam nouerat meli ora decernere. Et spiritus sanctus erat in eo, ad sanctificandum & ad docendũ futurũ. Et quæ uentura erant, ipse mōstrabat, à quo in animo suo, absq; testimoniõ alieno, responsum acciperat, nõ uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum dñi. Non solet dare responsum, nisi aliquid interroganti. Et ab eo responsum dicitur, qd̄ inquirenti rependitur. Sed ubi Simeon interrogauerit, aut q̄ modo à spiritu sancto flagitauerit, ignoramus. Sed incunctanter asserimus, q̄ de Christo prophetias intelligẽs, eo spiritu qui in ipso erat, orauit ostio clauso, in secreto loci, magis uerò in cubiculo cordis, ut non sentiret corporis mortẽ, nisi uideret in corpore oim̄ uitã Christũ. Expectans huiuscemodi, non ab homine, nõ ab angelo, sed à spiritu sancto, per occultam infusionem, accepit responsum, non uisurum se mortem in corpore, nisi uideret uitã in carne. In magnã cõtẽplationẽ traicit animus, si homo iste spũsancto monstrante, in aia sua Christi sacramẽta uidebat: cur carnis oculis uidere exiuit, cur sic uideri responsum accepit, cur sic adimpletũ q̄ tidie lectitamus & credimus, maxime cũ oculis carnis, præterquam Christi carnem, non potuisset aspicere? Nõ enim erat oculis subiecta, incarnata diuinitas: nec uita, quæ Christus est, poterat corruptibili uisu uideri. Quid igitur est, quod illa uisione intrinseca non cõtẽntus, fornicam expectabat? Plus enim est mente quàm corpore quippiam conspexisse. Mentẽ

Eph. 2.

Roma. 1.

Ecci. 1.

ueritas, non oculis est facta uisibilis: nec bestias excedimus & uolucres & serpentes in uisione corporea, sed quia mente decernimus aspecta per corpus. Si iam Simeon totum mente uidebat, quod aspiciere glisccebat in corpore, attamen & spiritu uenit in templum, scilicet quo plenus erat. Et iustus & timoratus, hoc est, spiratus ad Christi sciendum aduentum, in templo sibi obuiam factus. Ecce iustus obuiat iustificatori & porritoribus eius, & in templo conueniunt infans in carne uerbum, & gestantes in carne deum. Et iustus huic obuiat trinitati. Quid Maria, nisi fides: Quid Ioseph, nisi spes: Quid Christus, nisi delicatus, nisi charitas? Procedit a fide & spe, uera charitas, uelut a patre & filio, spiritus sanctus. Quid senex iste iustus, nisi omnis chorus iustorum, qui ad ecclesiam sanctam uenit, has uirtutes animo, & in actionibus suscepit: Ac per hoc datur intelligi quid senex iste spiritu uidens, corpore uidere satagebat: conformitatem operum exteriorum, ad diuinas uirtutes uolebat offerre. Et genus humanum peccato ueterascens, putum in puto puero fieri anuebat, & Christi conformitatem in corpore hominum fieri, erat omnino presagium. Proinde omni completa consuetudine legis pro Christo, ipse Simeon, non templi sacerdos,

Acceptit eum in ulnas suas, & benedixit deum.

Non erat illud sacerdotum, tenere in manibus Christum: quia per iustitiam legis, credebant conferri salutem quam etiam non impleuerant: sed alius de Ierusalem ueniens, ipsum accepit, translationem templi & sacerdotij & synagogae pronuncians. Senex erat, antiquior gentilitas quam synagoga, quae Christum, synagoga reprobare, suscepit. Et bene sunt impleta uota petentis, qui de seculo arduoso exire uolebat, nisi prius uideret seculi conditor atque reparatorem, & horrebatur mortem, nisi spes infallibilis praesert de uita, per quam conquirenda & tenenda omnium fortitudinis actione exposuit. Et eo typo, quod est Simeon accepit in ulnas, fecit & facit ecclesia, & in membris suis usque in finem seculi est factura, & benedictura deum in donis suis, quorum nullum altius, quam quod filium dederit terris, ut terrenos redderet caelis. Nihil tam obligat hominem, ad reddendam possibilem uitam, & ad eius seruandam mandata, quam quod seipsum deus hominibus tradidit humanatum. Proinde cum alia non possimus rependere, benedictio & laus, de ore atque corde hominum non recedat, iuxta prophetici dictum: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: Et benedicens proripit in canticum:

Psal. 33.

Lnc. 2.

Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace.

Viso & tacto Christo, in pace dimittitur seruus dei, magis contemplatiua mentis, quam corporis uisione gauisus. Dimittitur, in pace secundum

uerbum, scilicet resurrectionis, quod a spiritu sancto suscepit, promittente infallibiliter uisionem. Fidelis enim deus in uerbis suis, semper efficit quod promittit, si promissarius sua iussa custodit. Dimittit in pace seruum suum, non idolo, aut quorumlibet uitorum, seu rerum temporalium seruum, nec eum, qui temporalibus dominis seruit in peccatis, aut cum, qui in licitis actionibus infideliter seruit, sed seruum suum, qui uoluntate eius non uit & facit, qui nihil facendum omittit, quod unum pro alio non postponit, qui cum omnia benefecerit, se inutilem sentit, & nihil se fecisse iudicat, pensans altitudinem preceptoris, & sui deficientiam seruientis, quod non contemnit ad uerbum, nil graue iudicans quod iubetur, cui nullum preceptum displicet, quod dominum placitum, suum facit, quod et non possit plenepficere quod iubetur, non ad impossibilitatem precepti, aut indiscretionem domini hoc ascribit, sed suo defectui deputat, quod non fecit. Et hic est seruus domini, quem dominus dimittit in pace. Sed quid est, quod hic senex non uidebatur sibi de hoc seculo migrare cum pace, nisi Christum dominum taliter aspexisset? Nonne & ceteri sancti patres mortui sunt in pace? Nonne & ceteri prophetae domini, quantum aliqui fuissent crudeli morte perempti? Sed quomodo ad dei regnum spectabat, si cum pace mortui non fuissent? An iste pacem dicebat, morti morte non ab alijs irrogata? Quid iste tantus senex, ascribebat ad pacem? Id profecto dixerim, quod alij longa expectatione uiderunt in fide, atque spe certissime tenebant, quod sic futurum erat: incerti penitus erant, quoniam maiestas diuine persisteret. Et hinc certi ex fide, securi de spe, incerti de tpe, ante hunc senem patres ceteri decesserunt: iste uero de tpe certus, uitam finiuit in pace. Et pie credendum est, quod praeter id quod Christus puerulus, imo infantulus in eius brachijs regauerit, quod in eius mente aliquid diuinum & arcanum ostenderit, unde se fatebatur in pace dimitti. Sed si quod hanc gratiam fortiter cupimus, habitemus in Ierusalem, quoniam non commouebitur in aeternum, qui habitat in Ierusalem: ueniamus in templum, in domum scilicet orationis & obsecrationis & laudis in contemplationem diuinam, quoniam templum a contemplando reperimus, & in locum mysteriorum Christi. Et suscipiamus manibus puritate, excutietes illas ab omni opere malo, ut nobis fiant actiua, quae non uimus digna fieri. Magis autem ipse causam subrogat, quare sit dimissus in pace:

Quia uiderunt oculi mei salutem tuam.

Quae uiderunt illius senis oculi? Carnem, non deitatem Christi. Sed mente intellexit, quod ipse penitus erat salus dei, ab aeterno cunctis mortalibus hominibus praeparata. Unde sequitur:

Quod parasti ante faciem, omnium populorum. Verè ante faciem posuit, non a tergo, ut illam aspiciamus, illamque cognoscamus

in anteriora proficere, non retrouerentes ad ea, quae per melioribus antepositis abdicauimus. Et

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.

Isa. 9.

Lnc. 2.

Lumen illuminans, positum ante conspectus hominum, ut si non recte ambulatur, non ascribitur lumini, sed errare uolenti, & oculos claudenti ad splendorem eius, quod reuelat gentes ambulantes in tenebris: quoniam gentium populis, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et gloria erit Israeliticæ plebi, cum in fine seculi Israel saluus erit. Nec non lumen est ad gentes, scilicet ad homines peccatores, ut de tenebris reuertantur ad lucem. Et ad Israeliticos scilicet iustos, ut non aberrent a luce, sed in ipsa interne splendente proficiant. Hac conditione oibus Christus est lumen, ut peccator tenebrosus lumem ueritatis aspiciat, detestatus tenebras per lumem: & iustus in lumine, palmarum proficiat, delectatus lumine, effugiens tenebras.

Et erant pater eius & mater mirantes super his, quae dicebantur de illo.

Super his admiratio fit, quae sensum & intellectum hominum omnino transcendunt, & gratia ueritas intellectum non æquatur, nec ad illam intellectus sua uirtute ascendit. Super omne quod humanum est, Simeonis uerba tonabant, ut etiam parentes eius in admirationem lætitiæ plenam inducerent. Et quantum pia mater, spiritum Simeonis excederet, & praecunctis mortalibus plura uideret atque sentiret de filio, attamen non desinebat admirari, quod sic est senex iste cognouerit, factus autem de ipso pronuntiabat.

Et benedixit illis Simeon, scilicet duobus paribus, aut tribus cum filio: non uelut superior auctoritatem habens, sed uelut deuotus gratias agens.

Et dixit ad Mariam matrem eius.

Non ad patrem Ioseph, quia non tanta dilectione uelut mater, ferebatur in Christum. Aut quia spiritus praenouerat, ante Christi passionem esse moriturum, nec illi poenosa cruci cum matre debere assistere. Solam ergo matrem in hoc uaticinio alloquit, quae crucis futura erat discipula, & sui filij per omnia confocia passioni. Quid enim hic senex de filio, ad hanc iuuenulam matrem uirginem dixerit, audiamus:

Ecce positus est hic in ruina, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.

Lætis tristitia miscet, supremis ima conuenit, & duci bellum parat, & gloriae ignominiam coniungit, & quae sunt dei & hominis cantat, & simul uirtutis & infirmitatis prosequitur actiones, & formam dei & hominis, domini & serui, adesse simul in una Christi persona declarat:

ut sic connectantur quae ad formam deitatis, & quae ad formam humanitatis, ordine debito tribuuntur. Salutare & lumen omnium gentium, & gloria populorum, diuinitatis est forma. Et quod ruinam infidelium atque non credentium, & aliorum delinquentium & peccantium faciat, & resurrectionem in his, qui uere crediderunt, & conuersi ad deum fuerint operetur, etiam formae attribuitur deitatis. Quod uero signum sit contradictum, humanitatis est forma. Et quod signum sit, est hominis & non dei. Semper enim signum signato noscitur minus. Et quoniam uirgo in passione filij, uelut pungenti gladio erat fodienda dolore, humanum totum esse insinuat, quod hic puer crudeliter & innoceat moriturus erat: adiecit enim,

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

[Vide quanto amoris uinculo matrem ligauit cum filio, filiumque cum matre, ut animam matris, animam filij esse denunciaret, non in una substantia, sed in dilectione omnino indiuidua. Et uere anima matris, anima filij erat, prout omnes animae sunt: sed ipsa tanto ligatior, quanto in eius amore feruētior est repta, & praecunctis decorius ornata uirtutibus. Aut alia sit relatio seu uerborum connexio: Et tuam animam gladius ipsius pertransibit. Sed quomodo uerba connectantur, sententia una elicitur: uidelicet, ut anima uirginis matris in passione filij doloris gladio foderetur. Aliter esse non poterat, nec debebat, ut tam alte dignitatem dilectus, sine diligentis dolore acutissimo, sic amare moreretur. Nec ad matris imperfectiorem cedit, quod humanitus doluit tam acutè pro filio, quoniam pro omni homine, innocenter & iniuste morti tradito, haec pia uirgo doluisset: sed maxime pro ipso dolere debuisset, ex qua carne, in qua pateretur, eduxerat. Et aperte uidebat se in passione filij sui redimi, quae nec aliter potuisset & ipsa saluari. Nam & ipsa quae in passione filij sui nihilo minus erat in causa, & hoc summè ad dolorem eius faciebat auxesum, ut etiam excederet ex dolore, martyrum passiones. Quod autem adiecit, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, ut credentium & non credentium, iustorum atque iniquorum, diligentium & odientium futura sit nota conditio. Passio enim Christi, discretam uit reprobos & electos. Ecce quomodo beatus Simeon allocutus est uirginem, qualia prophetauit de prole, ut post prospera, ilico aduersa conuenteret, & dulcibus amara focieret, ut discamus in filio & in matre, in ipsa inculpate transire. Audi, quae uirgo mater audit in templo, & cum ipsa, Simeonis de Christo auscultata praesagia, & mirare, in contemplationem animam dirigetis, & humilitatè agnosce Mariæ, quæ non uelut mater

di regina & æterni regis mater, sed ut discipula accipit uerba senis non stomachans uerbū, non de dignas auditū, æquanimiter læta & tristia recipit: uerecunda facie, moribus compta. obmissa enim responsione atq; repensione uerborum, ut prærogaret omnibus audiendæ ueritatis formam, & uirginibus loquendi auferat audaciā. Et ut incōtradiçtē audiant uerba, quæ de Christo dicuntur: ipsa & putatiuus pater, silentē oracula diuina suscipiunt: & animo constant, seruāsque in lingua censurā, nō mutata facie in auditis de sua ple magnis & sæuis passionibus, & q̄ sit doloris gladio fodienda, eandem consilientia cōseruauit, ut nec læta de lætis, nec tristis de tristibus uideret. Et p̄stata fide dictis, disputationē & causarū inquisitionē abiecit. nam uerē intellectu aut creditis q̄ dicitur, superuacue contendit auditor: & magnā criminis notā habet, uelle disputare de certis. Sed si bona uirgo audisti, cur gratias non repēdis? Si uerō indigna, cur hunc senē nō arguis? Spectat ad cælicolā uirginē, in omnibus linguæ seruire modestiam, nec in laudes & uerborū blādimenta prūpere, nec arguere seniores. Et qm̄ ab omni ætate, & similiter sexu, Christus erat testimonia suscepturus, qui hoīes utriusq; ætatis & sexus saluaturus erat: Anna longo tempore uidua, superuenit spiritu plena, de Iesu altissimi loquebat, causas sui aduētus exponens expectantibus redemptionē populi Israel, quam ipse perfecturus aduenerat. Et insonuerūt hæc uerba uirginis auribus, ut iam in tēplo in his q̄ ipsa sentiebat de filio, inuenisset utriusq; sexus homines, in ueritate concordēs. Resonant in tēplo aptæ prophetiæ, cōcordes de Christo uoces: & præterq̄ in dei tēplo, nō inuenitur iste concentus. Et unū est dei tēplum, patres uereres cōtinens & modernos. Vna est oīm uerorū fidelium ecclesia, eorum s. qui de Christo æqualiter sentiunt. Vna fides ueterū & nouorum, una spes oīm saluandorū, q̄uis pro iusta & ordinatissima distributione temporū, fuerint sacramēta diuersa. Nec mirū, q̄ in tēplo uereres & annosiclamāt & prophetant, & iuuenacula uirgo tacet, qm̄ testamentum uetus, plus extitit in uerbo, q̄ in facto: nouum uerō, plus facto quā uerbo. Et silentio, nō uerbis p̄stata fides dictis: & corde, non lingua, prophetiæ recipiuntur in fide: sed in moribus uiuēdi forma prærogat hominibus. In senē, forma perfectæ iustitiæ, boni q̄ desiderij cōmunis: in Anna, forma sanctæ uiduitatis & castitatis p̄scribitur his, qui post nuptias uitam cælibē tenere decreuerint. Hæc à uiro in iuuenili ætate soluta, monogamiam usq; quaq; seruauit. Quod & Apostolus in posterum, tradidit in consilium: Soluta es à uiro, noli quærere uirum. Sed nō oīs uidua, uerē uidua, sed q̄ pro Christo castitatem custodit. Et hæc honoranda si expedit, ut ali-

I. Cor. 7.

mentis ecclesiæ ipsa pascatur, ut ad Timotheum scribit Apostolus. Non est Christus uidua, nisi uiduæ huius tam antiquæ formæ accipiat, ut nō discedat à tēplo. Et cū fas nō sit mulieribus, i manu factis ecclesiis semp cōsistere, nō tñ recedat corde de tēplo sacre doctrinæ, nec a cōmunitatē uerē credentiū intermittat, ne discipuli ab ecclesia, extra quā ueri sacrificij & boni alicuius digni, p̄mio nō est locus. Non uiuat deliciose, q̄ uidua in delicijs uiuens, mortua est: sed ieiunijs & abstinentijs corpus afficiat, ne delicatē uiuēs, i libidine expumet, & philocapta uiuat turpis, etiam p̄ter uirū. Reserua da sunt oīno ieiunijs incētiua libidinis, nec sufficit pulla uestis, si exulta caro nitescit, si ex cibo crassescit, si ex nimio potu somnescit. Nō sit uaga discursibus, sed obsecrationibus & orationibus crebris insistat: nō seruiat mūdo, sed dño: nō hubera, sed sterilia p̄ferat, sed eius sint de deo, & de uirtute sermones, & aliquid expediens loquat̄ his, q̄ secum in Christifera uirtute participat. Nec nō & huius uiduæ nomē & genealogia, si in interpretationē deueniant, put in euangelio scribit̄, mores uiduis debitos per amplius cōmendabūt. Inquit enim:

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Et hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo septē annis à uirginitate sua, & hæc uidua erat usq; ad annos octogintaquatuor.

Optimā quadram hæc uidua in annis uiduitatis perfecerat, ut solida ex omni sua parte p̄sisteret. Et o cōtes decē anni, p̄cepta decē p̄ octa ua, uerē seruasse insinuāt. Et q̄tuor reliqui decore quatuor moralū uirtutū esse p̄fultā, magis uerō ad rotas quatuor euangelij p̄paratā.

Quæ nō discedebat de tēplo, in honesto loco cōsistens. qm̄ decet eligere uiduas habitacula honestatis, & q̄ sua corpora uirtuti castitatis asscribūt, ibi habitare p̄figant, ubi testes de uitate nō possunt. Confert ad custodia castitatis, ubi humani deuitari nō possunt aspectus, maximē illos, qui decentiā tēpli habent. Surrepit sæpe importuna tētatio delinquēdi, ubi nullus timetur aspiciens. Nec deserenda sunt loca, q̄ conferunt ad officium sanctitatis:

Ieiunijs & obsecrationibus seruiens domino die ac nocte.

In loco dicato deo, p̄ter quæ dei sunt, oīno fienda non sunt, qm̄ domū dei decet penitus sanctitudo. Væ aut̄ eis, qui domū orationis in secularia facta cōuertunt. Virtutibus seruiunt, & nō mechanicis actionibus dño, sed imprætermisillē, s. die ac nocte, ut nō dies diuino seruitio, nox uerō somnolentiæ tribuatur. Nec noctes p̄ deo ducant̄ insomnes, dies uerō in ocio culpato aut maculatē pertranseant. Nec nō in die prosperitatis, & nocte cuiuscunq; ad uerū

I. Tim.

Ibidem.

Luc. 4.

Psal. 49.

Psal. 50.

Psal. 1.

ratis, seruiendum est domino. Et beatus est uir, qui in lege meditatur die ac nocte.

Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino.

Superuenit hora qua Christus aduenit, cū q̄ in tēplo cōuenit. Quo aut̄ & q̄modo superuenit, si nō discedebat de tēplo? Dum Simeon uirginē alloquebat, aduenit: & ad destinatū locum tēpli, in q̄ fiebat primogenitorū oblatio, supuenit: & frustra tandiu fuisset obseruata in tēplo, si cum Iesu nō cōuenisset in æde. Nulla p̄teritorū patrū sanctitas, nulla cōiuratus, nulla obseruatio legis cessisset ad meritū, nisi peruenisset ad Christum: neq; unius confessio suffecisset, nisi Christo daret̄ confessionis honor. Et oīa mortua opera prisca erant, nisi renouisset in Christo. Superuenit igitur anus ista debita hora, qm̄ ante illā uenisset incassum, q̄ scriptum est: Vanum est uobis ante lucem surgere. Vanum porro cunctis uiuentibus factum erat, ante lucē q̄ est Christus, boni aliquid pergisse, post uenisse protinus ignauit̄ ascriberet. Cœpit hora cōuenire posse cū Christo, ab eo tempore quo in mundo incarnatus apparuit, & usq; ad seculi terminū perdurabit. Post mortem uerō, hæc hora in suis gradibus sinē sortietur in terminū, ut q̄ cum Christo in hac hora, in hoc tēplo nō cōuenierint, post mortē conuenire nullatenus possint. Et cum oēs habeat horam, uæ qui p̄diderit cōueniendi horam cū Christo, qui oēm semper paratus est ad horā, quando ad ipsum redire decernimus. Et cōfitebatur dño, si offerens ei in tēplo sacrificium laudis, q̄ deum honorat, ubi ostenditur salutare dei. Hinc p̄ prophetam dñs dicit: Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, q̄ ostēdam illi salutare dei. Confitebat̄ dño completa fuisse in Christo, quæ ipsa propheticō spiritu p̄nouerat, q̄ legerat de prophetis, & omnia mysteria legis. Et eo spiritu quo prophēssa erat, officium euangelizandi assumperat, ut de puero Iesu oblato in tēplo, loqueret̄ cū expectantibus redemptionē Israel: q̄ ipse puer erat tūc delatus ad tēplum, quod uotum datū erat expectantibus, q̄ erāt cōpleta uota iustorum, & adimplera iusta desideria patrū, & q̄ inde fessē puer iste currebat non quieturus, nisi per mortē & sanguinē, oīm faceret in cruce redemptionem. Optima cuiuscunq; locutio, cūm solium de salute tractat, nam nil tam mortalibus est sic expediens. Optima p̄dicatio, cū diffidentia remouet, spes p̄futura p̄mittitur. Huiusmodi erant tēplari uiduæ sermones: & anteq̄ euangelium cōderetur, euangelium p̄dicabat: prophetissa enim erat: & eius spiritus p̄mplius excitatus est ad notitiam futurorū, cū Christū cōspexit in tēplo. Adimplere protinus uenit bona, nō soluere atq; terminare habētibus

ampliora. Hæc oīa uirgo mater audiuit in tēplo: admirans uerbā, lætabat̄ in prole. Gaudio miscebat̄ tristitiā: neutri ex altero p̄mutabat, sciens filium esse deum, & suā imaginē esse redēpturū. Ex omni ȳbo, euge multiplicia resulabant, sed p̄pter mortē & sanguinē, dolor & tristitia fodiēbat̄: neutro ex altero terminato, nisi resurrectionis pacta uictoria. Nouerat hæc oīa uirgo, etiā si non uenisset ad tēplum: sed fides ad posteros facta est solidior, & ipsa uirgo deuotior, cū collatio celebrat̄ in tēplo. P̄ratur omnibus forma scientibus, ut quantā sciendorū appareat certitudo, atq; docendæ rerū uideat̄ certa scientia, qd̄ expedit in ecclesia, & cū ecclesia orthodoxa exēplariter atq; collatiuē cōferre. Nec quisq; cōfidat, etiā si desūp spūs gratia illucescere uideat̄, nam cū Apostolus decedē unā continuē p̄dicasset, ne in uacuis cucurrisse uideret̄, cū his q̄ p̄dicabant Hierosolymis, euāgelium cōtulit, quancq; nil aliud q̄ id, quod ipse à deo acceperat, sibi cōtulissent: Omnis hæresis p̄cul propellitur, oīs abrogat̄ disceptatio, schisma intrare nō sinitur, ubi tenet concordia scripturæ, ubi oēs in tēplo cōueniunt. Omnē formā sciendi atq; addiscendū & uiuendū, ad soliditatē uirtutū & iustarū actionū, nobis uirgo præstruxit, ueniens purificari ad tēplum, audiens à senioribus diuinas theorias, in tēplo uelut discipula diuinorū. Grata sibi omnia erant, & ipsa grata gratis assistit. Omnibusq; perfectis iuxta censuram legis, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem Nazareth, unde ascenderat in Bethleem, ubi p̄uenta parui, p̄ dies quadraginta stetit, quousq; purificari uenit in templum, in ciuitatem Ierusalem.

Gala. 2.

Mat. 2.

De fuga uirginis cum puero in Aegyptū.

Cap. XXI.

Post quæ decreto patris altissimi, reuelatione angeli, regū timore malorū, ne p̄dant tenerā prolē, fugere cogit, peregrinari cōpellit in extraneas nationes. Nec sua titubant fides, q̄ alta in tēplo de ipsa ple audierit, q̄ ilico dat̄ in fugā, nec sua credulitas minorat̄ ad filiū, qm̄ sit altissimi, q̄uis terreni regis, edicto supremo, decernat̄ uitare tyrānidē. Agnoscebat sup̄ eo diuinā prouidentia, & q̄ in eo qd̄ de se mater susceperat, ordinabat̄ ad fugā, nō in eo qd̄ de cælis aduenerat. Et iam incipiebat curdī acutus doloris gladius, cū tam citō noua sua teneraq; p̄les cogeret̄ regū timore, q̄s tenebat, q̄s puincias Aegyptiacas incolere. Et mirū in hoc infante tenello, q̄ terrenis terrebat̄, & territis plus terrebat, q̄ ob hoc fugiebat, q̄ ab ipso terrebatur Herodes. Itaq; celebratur fuga pro prole, quæ fugiebat ex matre, ac mater p̄ filio damna exilij sustinebat. Vadit in peregrinē angeloꝝ domina, & sup̄na ciuis, ciuibus sociata surpennis, originali relicta patria, quærit extraneum incolatum. Sed nulla patria sibi erat ad

propriam, cui præterq̄ uirtus nihil erat ad proprium, & nihil habere, omnino sibi uedicabat in proprium. Nec aliqua regione sibi computabat extraneam, q̄ solum habitabat in regione uirtutis. Quæ patria extranea esse potest, præria non habent. Quæ aliena patria, qui mundum non diligit, qui oem in hac uita incolatū dicit exilium, q̄ incessanter ad supna suspirat, qui cum sapientia contuberniū fecit. Quæ potest esse horreda puincia, cui de sensibilibus nihil placet. Quæ grata, cui uiuere poena est. Quæ propria, ubi manere nō sinitur. Sed quibus hæc uirgo mater, inexpecta conuersandi iuuecula, humanis fulciatur auxilijs, quibusue pedisse quis, aut famulorū copia societur, q̄bus uecta curribus aut equis, q̄bus ornata schematibus uadat in peregrē: qui apicem euangelicū scriptaris, aduerte. Ut pauperis carpētarij uxor pauca pecula incedebat, ipso solo cōtenta comite pro cura, & ei familiaris, & in testimoniū honestatis, & nutrimento prolis. Ecce regina mūdi Aegyptiacas ingreditur ciuitates, nullo humano comitata fastu, sed nec pedissequā unā legimus habuisse: incognita mundo, ignorata in populo, quā si, q̄ erat, cognouisset. Aegyptius, apparatu & magnis copijs occurrisset. Conducit hospitium carpētarijs, introducit matrē cū prole fugietem. Cōgregat supellestilē modicā, ad fouendā matrē & prole, artis carpētariæ instrumēta, p̄ducit. Incipit inquirere, si ex illa possit captare modicā sup̄, denunciat se in arte peritū. Explorat, si quis ad ligna bipennibus & dolabris habet opus, facturū se dicit placidē pro mercede, ut sustentet uirginē matrē, ut possit alere prole. Nescit ob id etiam huiuscemodi artis se actuosum insinuat, ut euadendi fulcimetā ex illa cōquireret, ne ociosus aut in fraude alicuius uideretur ad illā prouinciā accessisset. Non tū ut Abrahā Sarā, p̄monuit iste Mariā, ut diceret se ipsius esse sororē: ueritus propter eius pulchritudinē, mortē, si se fateretur uxorē: quæ specie sua & pulchritudine sua, Sarā & Rebeckā superauit. Nec ipsa sublatā est in domo alicuius Aegyptij regis, ut Sara in domo Pharaonis. sciebat enim q̄ melius q̄ Sara custodiebat ab angelo, à q̄ sæpe ipsa responsa acceperat. Et talē gratiā in matre uirgine deus posuit, ut nec propter eius excedentē pulchritudinē, potuisset ab aliquo, ob immūditā, cōcupisci. Nouerat hoc Ioseph experimēto sui, qui nunq̄ ex ipsa carnis tentationē præfense rat, q̄uis secū pariter habitaret. Stat in Aegypto puerula mater cū puero, nec p̄cedit in publicū, non uerita hoīm fraude, sed custodiens honestatē, formā præstans iuuenibus, qualiter cōstantes in peregrē cōuersent. Ner, fuit, laboratq̄ manibus: & q̄rit sic cōpendia uitæ. Nullas uicinalēs uisitat aedes. Fit nota oibus p̄modestā magis, q̄ si ingrederet limina uicinorū.

Admirationi sit omnibus: sermo diffunditur, q̄ in Aegypto similis mulier nuncq̄ fuit. Trahit oēs in sui considerationē nuper insitā honestatē, q̄ uelut magnes ad se ferrū secreto tactu uerē trahens, oēs ad sui admirationē traheret. Subdita uiro, intēta pro filio, & in suis q̄ta negocijs, se posita in peregrē lætata, abiectui facies q̄quid de patria potuisset esse amonū. A nexibus soluta, quibus ferē oēs hūanus necit amor. Non incipit aliq̄ titillare uirū, si iam repatriandi tēpus adesset: non proferēs quid delectabile reliquisset in patria, nec quid amplius cū cognatis reuerse possidere potuisset. Non subinfert peregrinationis incommoda, q̄ citō solēt in patriā reuocare peregrinos, sed quid pater æternus decernat, expectat. Nō conturbat uirum uelut insolentē, non infestat more mulierum, multa requirens, non querulatur, tantum intenta supernis, ut iussionibus diuinis obediat.

¶ De reditu uirginis cum puero in Iudæam. Cap. XXIII.

Itaq̄ angelus iterū eius uirum affatur in somnis, ut redeat in Iudæam. Non alloquitur eam de cura usādī, ne uideretur mulieri supra uirum præstare uelle ducatum. Nec omnium agendorum notitia sibi refulsit in animo: quāquam super homines plus nouisset, ut innotesceret nemini uitam eius cōmississe, sed sibi referuasse de filio. Non decens erat, quod plena esset in teris notitia mysteriorum, quæ filio pater ab æterno decreuerat: & ut in futura ecclesia seruaretur ista censura, ut non uiri à mulieribus, sed mulieres à uiris, agendorū documenta susciperēt. Reuertitur in Iudæam cū prole, sed adhuc ipsa cum uiro timoribus angit. Regnate Archelao, pro patre suo Herodē defuncto, ex angelica admonitione, ipsa & uir suus non uadunt in Iudæam, sed secedunt in Galilæam, in ciuitatē Nazareth, ubi consensu suo, in uentre dei filius fuerat incarnatus. Et eadem suæ uitæ morumq̄ censuram, sicut in peregrē, in patriā retinebat: nec exultauit amplius in patriā, quā in peregrē lætata fuisset. Nō em uariabatur in animo p̄ loca, per tempora, ubi que eandem consistentiam seruans, tota intentata pro filio, qui apud eam deus existens, ut pater sub cura materna constitutus debebat.

¶ Quod uirgo mater in duodecimo ætatis filij anno, perdens eum, alloquitur inuentū. Cap. XXIIII.

Quem in duodenis annis deducens in tēplū, ad tēpus omisit: p̄ quo, uelut impatiens ad absentia eius, in cognatos & notos, dei filium q̄ritabat. Anxia semp̄ erat mater pro filio, & absentia modica p̄ditat in iogum, nec à quaestione desistens, ipsa cū uiro redit in tēplum, ubi reperit eum alrē agentem in medio seniorū atq̄ doctorū. Seupet in prole

mater, & exultat ad prouentum eius. Non impedit uerba doctorum, sermonibus filij sedulū præstare auditum, diligens & admirans, considerans & exultans: sed dato sine uerbis, pia mater piē alloquitur filium, ex honore p̄ferens uirum, dicens:

Fili, qd fecistis nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te.

Maternali auctoritate usa est uirgo, cum dei filium suum appellauit, nō in deitatem, sed in humanitatem præsumēs, quauis unus sit dei filius & Mariæ. Non potuit amplius continere affectū, cum in uerba excessiui amoris erumpit. Nō aliunde ipsum de nominans, nisi quod ipse sit filius, ipsa mater. Stupor & gaudium, humanis mētibus ministratur: quod uirgo mater, dei filium nomine filiatōis appellat. Omnis amoris signū, in isto uerbo superatur, fili. Lingua in amore, manifestare plus nequit, dicens: fili. Nihil ex amore brucius, nihil efficacius, ad proferendū, quā cum dicitur, fili. Totā cōmouetur uiscera matrum, cum prolem nomine filiali denominant. Nulla loquendi copia plus apposuit, quā filiale nomen. Diffunditur anima matris in filium, quem uidet de suis puris humoribus generatum. Amat protinus præ cunctis filium mater, à quo præ cæteris fenouit amari. Sed nec uirgo mater, pro comparationem ad alios, hunc filium diligebat, præter quem alium non habebat: sed ipsa præ cunctis diligebat ab ipso, ab æterno præelecta mater: Præstatur nobis magna securitas, cum uirgo sic suum natum alloquitur, cum talis filius sic se patitur nominari sine fœdere nostro, quoniam est frater noster. [Quid fecistis nobis sic?] Non increpat mater, nec hoc increpationis est uerbum, sed querit causam, cur se ab eis distraherit. Desert humilis uirgo uiro, quē in loquendo præponit, seq̄ præposterat, ut sæpe de ipsa diximus: quoniam omnium bonorū morum atq̄ uirtutum est norma, ut discat mulieres suis deferre maritis, & nō solum in alijs, sed etiam in loquendo præferre. Dolorem uirgo protestatur, non inquirēdo filium, sed passā sollicitudinem & laborem, scilicet non reprensus pro uoto quaesitum. Nō fit dolor in actiōibus pijs, etiāsi laborare contingat, sed cum iusta & pia desideria defraudantur: quāquam si perseuerat, differri possunt, fraudari nō possunt. Dolor ubicunq̄ in corporibus adest, bonæ naturæ testimonium est. Nam bonum est, q̄ natura dolet, quauis possit esse malum, propter quod dolet. In animabus autē dolor, aut bonæ aut malæ uoluntatis est testis. Nam dolor pro amisso bono, pro malo commisso, pro non habendo, quod habēdum est, bonam uoluntatem insinuat: sic à contrarijs dolor fallacem arguit uoluntatem. Bonus erat uirginis dolor, quia querens Iesum inter cognatos & no-

tos, nō inueniebat amissum. Ex uirtute dolet, qui ob peccata cōteritur, qui agitur impatiētia, quousq̄ bonum uel æquē quod amissum inueniat: quousq̄ possideat, sine quo se non existimat felicem. Sed mirum quippe, quod nunquam matrem uirginem legimus, Iesum Christum, præterquam hic, filiali uocabulo nominasse. Ad magnum mysterium res ipsa reduci tur, quod reuiuētus Christus, à matre uirgine filius appellatur: ut sit spes nostra solidior, q̄ uelut piā matrē impossibile sit à pio filio derelinqui: sic qui cū piē & purē dilexerint Christum, impossibile protinus est ad inferna demergi. Et uehementius est gaudium, cum reuenerit uenit deperditum quod, antequam perdere tur, quasi non curabatur: ut uelut maiori fiducia mater præsumat in filium, quod ad extremum non permiserit contristari. Querant, ex hac prærogata materia, uirgines cum uirgine matre filium: etenim ipse magis est uirginitatis filius, quā uirginis, cuius omnes sibi dicatæ uirgines possunt esse participes, sed non inter cognatos & notos secundum carnem: quia in carne supra carnem est Christus, non traditus ex semine, sed diuina uirtute. Non nouerunt hi, qui secundum carnem uiuunt, qui solum que terrena sunt sapient, nutriti Christo, sed mundo: non illam ornare pro dei filio, sed pro hominis filio fucare criminaliter didicerūt. Non immortalis sponso conserant, sed mortali sæpe ad perditionem adijciunt: & pro mortali bus nuptijs magna impendunt munera, longo tempore parta dispergunt, exhauriūt crumenas, accipiunt sæpe sub fœnore, quæ habēt chariora suppignorant, ut tradant uirgines seruituti hominum, ut coniungant matrimonia dissoluenda per mortem. Et ex his, quæ nō prouisa proueniunt, si possent, uellent retractare iam factum, ut Christi sint, etiam secum habitare nō sinūt. Non q̄ matrimonij dixerim criminofum, sed illū, p̄ oem modū p̄fero, ubi pro Ch̄o seruat integritas. Igit uirgines, cognatos & notos secūdū carnē dimittite, si Ch̄m cupitis inuenire. Redite ad tēplū aīæ uīæ, ubi Ch̄s inhabitat, nō extra uos inq̄satio sit de Ch̄o, intra uos citius inuenit. Sed nō carē m̄es, sp̄m̄ m̄es sponsetq̄ fieri potestis. Et r̄sione peracta,

¶ Descendit Iesus cum illis Nazareth, & erat subditis illis.

Pro uirgine matre sumptis differēdum, nā in hac parte de Ch̄o alibi disertū est. Ecce habet uirgo mater subditū, quē uniuersitas dominiū habet, & uirtutū oīm cælestium cuncto r̄ūq̄ regē exercitiū supernorū, in humanitate uirgo mat, suis lorizat habentis, & p̄fertur uirgo filio, in eo quod ei se subijcit, & eius facta est abbatissa, q̄ oīa fecit. Eū gubernat, qui sua sapiētia formā & differētiās oibus dedit. Eum dirigit humanatū, cuius bonitate, ne in nihilū

Lib. I. ca. 17.

redeant, omnia conseruantur, & deperdita restaurantur. Erant enim in illa ætate puerili, omnes thesauri sapientie absconditi: nec sibi ali quando scientia creuit ex tēpore. Proinde mentem in alta suspendit, quod eum subditum sic una uirgo possedit. Magna uirginibus est dignitas prærogata, quod Christus duobus uirginibus factus est subditus: ut nouerint hoc sacramentum homines, quod illorum Christus cōplet uota, desideria perficit, qui se puritati & munditiæ tradiderunt. Et spes magna facta est amantibus cælibem uitam, quanta eis sit Christus in alia patria familiaritate donandus, qui duobus castis in hac uita factus est subditus. Quali quantoq; studio, quanto sincero affectu, uirgo mater tendebat in prolem, cui subditus in humanitate dei filius factus erat: qua solitudine agebatur in illū, quis enarrare præsumat, cum uideret ipsum ad se procliui, nil puerile gerētem, expectantem tēpora præfinita pro implēda uoluntate paterna, in quem mater solum ferebat pietatis officia, & illam curā ad natum, ad quam deputatam se nouerat: Nec in eū credatur præsumpsisse blanditijs, aut eū gestibus palpassē cōmunibus & hūanis, ut assolent matres, quæ amore feruēt ad filios. Sed quous se matrem in humanitate cognosceret, tñga deus erat, in omnibus se ferebatur ancillam, stupescit q; in terris erat focia personæ deifere, atq; q; simul cū homine, deo sibi contubernium erat. Non suppetebant merita, quibus sibi tanta necessitudo erat ad filium. Suspendebat animo in aspectu eius, & semper in contēplationibus erat, uidens apud se diuinam degere matrem, & introrsus mirabatur uehemēter, non comprehendens deum, quem in humanitate habebat subiectum. Porro defecisset in se, nisi quia nouerat illam æternam & infallibilem prouidentiam latere in filio, qua nil agebat impertinēs: & q; sine mysterio non loquebat, neq; tacebat. Erat profusus amor eius in prolem, & nihil ad seipsam uirgo, sed tota erat ad filium, & amplius ferebatur in eum, quia deus, q; quia filius: quia Iesus, quam quia natus: amplius cōmunitate naturæ, q; quia illa caro, ex proprio uentre. Tota in rationibus & uirtutibus erat, nec uincebatur affectu carnis, quā spiritus infuderat. Nec animus eius festinabat ad prolis augmentum, præuolens, q; illa humanitate omnia progrediebantur diuinē. Non interrogacionibus agitabat eum, uelut curiosa parens sæpe facit ad filium, quid fecerit, aut quid sit facturus interrogans: tacens intendebat in eum, & in silentio audiens, si quippiam aliquando loqueretur. Seruabat ad ipsum pudorem uirginium, & uerecūdiæ moderamina, firma censura tenebat, nullo impertinenti uerbo, nullo gestu, nullo motu, neq; uisu, præterq; sub censura spūs sancti siebat ad eum. Erat em in præ-

sentia maiestatis diuinæ, quam effugere nullus potest, sed aliter, q; oēs, ipsa sentiebat, & super hoc, diuini filij uerebatur aspectum, quem secum corporaliter habitatem habebat. Nil agebat argutiōe dignum, nihil sibi placebat de seculo, non implicabatur mens eius, solum contenta de filio, cui aliunde delectatio nulla erat, nulla placita ueniebant. Huic matri uirgini omnia filius erat, hic amor eius, hic solamen eius, hic desiderium eius, hic contēplatio eius, hic q̄stus eius, hic sollicitudo eius, hic beatitudo eius. Extra filiū nihil se habere nouerat, omnia uirgo mater possidebat in filio, & in omnibus diues erat in illo. Inredite uirgines, & reginæ uirginum, coaptate mores: omnis uester or natus interior, Christus existat, & tota iucunditas, & ad ipsum, exemplo uirginis matris inculpatæ, uestros mores dirigite, in illo factæ diuites, cui corpus & animam dedicastis.

Quod uirgo mater nuptijs interfuit, & obedire omnes suo filio, uerbo prædocuit.
Caput XXV.

In nuptijs, acsi paranympa seu pronuba foret, se inuenit uirgo mater, nō uelut apta conuiuio, sed apta mysterio, phonorans sua presentia nuptias, qm̄ ex nuptijs nata erat. Nō elingens illas ex animo, q; ipsa mater uirgo. Nec, quia tanto dedicata uirginitatis decore, uidetur abijcere coniugatas, qm̄ & pro coniugatis, talis filius sibi erat. Cui nihil uidebat indignū, quod de diuino pcesserat sacramēto, & diuina prouidentia coniugū nouerat ordinatū, quanq; ex Christianismo seu ex paganismo sint ordinata coniugia, acsi nec ex ḡta, nec ex circūcisione, aut ex p̄putio coniugia sunt instructa. Solum q; tali sacramēto, in indiuiduo propagaretur humanitas, & homini uiro simile aditiorum esset ad prolem, non libertate uagandi & appetendi, sed debita certitudinis lege, ne si esset in coniunctione maris & foeminae uoluptas effrenis, multa sequerent, sicut in libro de Christiana iustitia monstratū est. Nam cōiugium nō ob hoc institutum est, q; Christianitas est, neq; q; circūcisio, neq; q; p̄putiū. Ante hæc oia, & ante p̄putij discretionē, coniugium nouimus institutum, quod tandiu percelebre mūdo fuit, qusq; coepit clarere uirginitas, cuius serenissima conseruatrix, nuptias nō abhorruit, cū inter bona ipsarū, ex ipsis nascat uirginitas, que nō solum ex licito coitu, sed ex turpi concubitu ipsa uero grauidato descendit. Non tñ de cōcupiscētia & libidine, quæ regnat in mēbris, sed de bono naturæ, qd cōditor iste creauit. Stabat uirgo in nuptijs, non oblectata cōiugio, sed focia filio, cui amore in diuiduo iugebat, cuius nō satiabat aspectu, cuius uelut inoblite memorie ūba captabat, & altē cōsiderabat, qd illa diuinitas hūanē opabat i terris. Et

non est, oratio que ad deum funditur

pro magno sacramento, in nuptijs assistit filio, in opportuno tempore intercessura pro nuptiis, cum defectus uini, uidelicet internæ lætitiæ atq; supernæ consolationis, adesset. Nam deficiente illo materiali uino, mater ad supplendū defectum, pia securitate intercessit ad filiū, id quod minus erat, aut quod deficiebat enunciāns, ut ipse qui erat omnipotens, ilico quæ uolisset facturus, nulla temporis intermissa cape dine, liberaret ab illa opportunitate cōuiuas, sponsi reuelans inopiam, uerecūdiam propulsans, quibus cōfundebatur nuptiarum autor. Nouerat uirgo mater, om̄em creaturam subiacere defectui, expugnari ab inopia, debitam non habere lætitiā, turpissimis subiacere pudoribus, & confundi ex defectu ueri boni, dū in perfūctorijs nuptijs lætaretur. Quamobrem intercessit ad filium, dicens:

Vinum non habent.

Non faciens ipsum memorem, qui omnia nouerat, sed interpellās locuta est, acsi ad eam cura om̄ium perceret. Et om̄ium hominum aduocata se sciens, quæ pro omnibus creaturis cunctorum facta fuerat uirgo mater, officium aduocatiōis & piæ auxiliariæ assumpsit, cum uideret inopiam, quæ nec rogata præuenit, acsi opus non sit, ipsam precibus excitare, quæ omnē oculum sup̄ pietatis direxit in nos, præsciens indigentiam nostram, & se cunctorum omnium matrem pietatis agnosceus, sollicita pro filijs, irrequisita etiā ad diuinum filium intercessit. Non expectat sedula mater, & propensa in filios, quod clamoribus excitetur, cū eos cognouerit subiacere defectui: ab amore inherente fortius urgetur in illorum relationem intendere. Amplius angit quempiam diligenter internus amor, quam profucha forinseca. Compellit omnino uehemēs amor in occultis, exire in publicum, cum dilectus minus habet, aut si eū aduersa perturbat, & deducit in officia sensus, ut ferant opem ei, quæ amor fecit obiectū. Hinc uirgo mater internē commota, prorumpit in uerbum, ut præstaretur iucunditas hominibus, quos amabat, q̄s indigere cognouerat. Nihil reboās in auribus corporis eius, adeo commouisset, sicut inuisus amor. Si hoc non rogata perfecit, quid rogata perficeret? Si hoc uia trix existens, quid cum regnet in patria? Si hoc apud filium, mortem temporalis subiectum, quid cum mortem superauit, carnem immortalem reuocauit à tumulo, collocauit in celo, paternam sederat dexterā, tenens totius & om̄is regionis & potestatis imperiū. Prærogat in terris, quid sit pro nobis in celo factura. Et magna sibi erit de filio inserta fiducia, ut nullis profuechis interiectis, patefacta rei carentia, se à filio crederet audiri. Nouerat benignitatem eius amplius se uelle infundere, quam suscipi posse, seu quam auderent opt-

portuni gratia postulare. Sed recompingit filius uerbum matris, non iratus ad eam, aut indignatione fractus, sed docēs illā pariter & astantes, si quo iure uirgo p̄sumpsisset in eum, dicens:

Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea.

Non appellauit matrem ex carne, qui tantum uirtutes in hominibus querit. Acsi dicere uoluisset, quid tu mihi es ad condēda miracula? Nihil. Quid à te in sup̄naturalibus habeo? Nihil. Quid à te seorsum à communi naturæ? Nihil. Quod à te habeo, non splendet miraculis, sed subiectum opprobrijs est. Nondum uenit hora mea, in qua daturus sum generi humano lætitiā. Nondum uenit hora mea, ut ostendam quod deus sum, qui non sum, quā uis fuerim in te. Quæ uerba, uelut maximi sacramenti, uirgo mater accepit ad sui documētum atq; cunctorum, in profunda humilitate degens, internā pace posita, sciens in certitudi ne mentis suæ, quod nihil nisi sanctū & iustum ex ore filij laberetur. Optima discipula filij, uirgo mater, uerba quæ uidebantur in conceptu astantium resonare repulsam, in humilitate audiuit, pro doctrina recepit, cur hæc diceret, à filio non exegit. Habet hoc p̄prium mēs profectibus anxia, humilitatis ornata decore, sine contradictione cogitationis atque uerborum, subijcere animum ueritati, etiam si uideatur nris uolitis atq; sensibus aduersari. Proinde uirgo mater, sic leniter increpata, maiore fiducia sumpsit in filio: non quia filius carnis erat, sed quia deus, indeficiens uirtus aduenerat ad indigentes. ad ministros uerba conuertit, in certitudine facta, quod summa bonitas in necessarijs non desset. Inquit eis:

Quodcumq; dixerit uobis, facite.

Per obedientiam eos præparat ad gratiam capellendam. Nihil sic proprie gratiæ dei meruit atq; suscepit, quam decretis obtemperare diuinis. Inexceptuare præmonet uirgo mater, ut omne quod infinita sapientia præcipit, factum amus. Nihil est exceptuandum à præceptis dominicis. Irreprehensibilia quidem sunt omnia, impossibilia nulla. Vnde nouit sapientiam filij, uirgo quæ genuit, & indigentiam hominū non ignorat, quam nisi per obedientiam releuandam, aliter non decernit. Lucerna mentium omnium humanarū, est deifera uirgo, que per factionem omnium mandatorum, nos parat ad filium, si calamitates uolumus à nobis excludere deprimentes. Et sua mititate nos instruit, cum non disceptat cum filio, quales diuinorum uerborum esse debeat auditores. Et p̄stat nobis de seipsa fidutiā, cū à se mox intercessit. Dat sanā doctrinā, cū obedire p̄docuit, dicens: [Quodcumq; dixerit uobis, facite.] Videbitis mirabilia, si obtemperabitis huic, q; uelut ho-

mo in hac mensa recumbit, qui super omnem creaturam, mensam huberem in omnibus alere tenet. Qui humane ad humanas nuptias inuitatus, si eius iussa complebit, is diuine ad diuinas & ineffabiles nuptias inuitabit. Præuia existente matre, ad rogandum pro æternis nuptiis, quæ pro temporalibus non requisita, etiam intercessit: facilius spes erigit, in supna posse cõscendere ad nuptias ueri & immaculati agni, qui pro nobis per uirginem in ista inferiora descendit. Nec ob aliud filij æterni temporaliter facta est uirgo mater, per quam eius & nos sumus fratres, nisi ut interpellat beatum filium pro fratribus eius miseris, æternè stantem pro caducis, iustum pro iniquis, deum pro hominibus, uerum filium pro filiis adoptatis.

¶ Quod uirgo mater filij requirebat presentiam, cuius non ferebat absentiam.

Cap. XXVI.

Alte diligens, dilecti egre absentiam suffinet, & percunctatur reparare presentiam, cum in ista quietem, in illa turbatione experimeto presentierit. Et infirmitas est, patienter se habere in absentia optimorum: uirtus autem, requisisse propensius. Hinc uirgo mater, filij requirebat presentiam, damnum nimium rata, si diu pateretur, sine quo bene esse non poterat. Quod euangelista refert denotat eam saluatori:

Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quare uenire loqui tibi.

Nemini, nisi filio uirginis amor inhæserat, nihil autem amare didicerat, quam uirtutem. Nec spiritus sanctus, in illam sua operatione descendens, aliquem terrenum amorem abegit ex ea, quæ in sanctificatione occulta priusquam prodiret in partum, purgationem originis culpæ suscepit & tutam. Nec erat uiles amores inducere. Nec erat humanis amoribus apta, quam spiritus sanctus amoribus diuinis aprauerat. Solita solum diligere, quem diuine conceperat atque genuerat, alio non uinculabatur amore, unici eius dilectione contenta. Præter quem amare nesciebat, priuari nolens ad modicum, quin requireret filium, semper al loquiis infatiata manens. Miser est animus hominum, in eptis amoribus deditus, quos & cõsuetudine sæpe requirit, & difficulter diuellitur huiuscemodi colligatus. Nulla uincula corpora magis neclunt, quam animi primitiui amores, siue honesti, siue inhonesti existant: à quibus solui, habet mortis imaginem, in his quæ honestate carent, & turpitudinem habent: quæ uelut deceptas aues laqueus, sic illos amoris hamus inuasit, à quo raro quis soluitur, nisi amplioris dilectionis uehementia, siue humana siue diuina dilectio illa constiterit. In his uero, qui Christi charitate necluntur, si palmaris fuerit, neque blandimenta, neque tormen-

ta, neque siqua sunt quæ habent asperum sensum, dulces eius nexu soluere potuerunt. Et ipsa terribilis mors, potius quam à Christo, à corpore animam separauit. Hinc Apostolus ad Romanos ait: Quis non separabit à charitate Christi? Et cum multa enumerasset, nihil quod separare possit, inuenit. Quam bonum, ut à primæuo anima primitias honesti amoris deparcat, illo se imbuat, cum illo pariter coalescat, ut ex usu amor iustus, in naturæ potentiam transeat: Quo assolita uirgo, ab alijs actionibus uacans, iura honestissimæ dilectionis exegit, regrens iuste dilectum, nõ tantum quia suus filius erat ex carne, quam quia dei erat ex deitate. Talis unius cuiusque amor, quale amoris obiectum. Diuinum erat, in quo amor uirginis ferebatur: pura in purum, munda in mundum, casta in castum, uirgo in uirginem, humilis in humilem, prudens in sapientiam, pauper cula in pauperem, uirtuosa in uirtutem ignitis amoribus agebatur. Et operibus ostendebat, quibus interius ignibus actiuebat, à quibus succesa, motibus corporis prodibat in publicum, quæ consueuerat semper tenere secretum, nihil in reprehensione arbitrans dignum, in requirendo uirtutem. Fiat interdum in exteriora processus, si qua domi utilitas potior, si necessitas exigit, si charitas uera compellit, si fructuosior potest esse peruentio ad requirendum Christum. Non tempus, non locus, non natura, non generositas, non ætas, non sexus, non religio potest esse pudori. Honestus est ille discursus, qui debitum peruenit in finem: nam finis omnium Christus, ad quem omnis religio festinat intentio. Non uerebatur Christifera & Christicola uirgo, Christum expectare præforibus, & inter multitudinem disciplinabile exhibere formam, una super cæteros, æquanimiter tamen auditura Christum cum cæteris assistebat, & inter auditores humiles, ipsa in humilitate procliuior, nec ausa in filiū, ut eum autoritate materna deposceret, sed profunde subdita, silenter stabat ad uerbum, cedens doctrinæ publicæ, pro publica utilitate, potius quam uellet sibi filium reducere in priuatum. Non uolauit diuinam doctrinam, quam ipsa toto hausto pectoris dulcisonè capiebat, potius abstractahebatur in uerbis ad sanitate uerberantibus animos, quorum doctorem supra naturam ipsa genuerat. Nec ipsa dixit, quod ille Iudeus protulit, quod ei loqui uellet, sed aut Christum increpare satagēs, quod ex pauperula natus esset, etiam alta docens, aut humane discretus ad matrem, aut uicinis ipsam assistere præforibus præstolantē, ut filio loqueretur. Sed ipse aut dolos aduertēs, aut alitè decernens, maternitatem spiritus carni præposuit. Non autè de dignata mater in hoc iudicio, quasi se denegaret agnoscēs, seu postpositā matrē carnis, ei mū quæ

per diuinum spiritum efficitur: quinimo aliter uerba Christi intelligens, se cognouit duplicem matrem, carnis uidelicet, quæ uerè sic erat, & spiritus super omnes animas, quoniam per amplius dei uoluntatem ipsa perfecerat, quæ plenè perfecta, iuxta sententiã saluatoris, eam animam quæ fecerat, efficit Christi matrem. In qua maternitate perfectius uirgo profecit, quæ in illa, quæ solū est carnis, magis in illa gratia facta filio, quæ in illa per quam ipsam gestauit in aluo, natū nutriuit in gremio, posuit in cunabulo.

¶ Quod uirgo fuit filij cõsocio passioni, & cõpasiuè & contemplatiuè assistit cruci.

Caput XXVII.

Sillet de uirgine alma euangelicus textus, quæ ad assistentiam crucis: quantum pie creditur, uelut discipula filij prima, inter primam illam discipulorum & discipularū modicam turbam semper magistro filio assistisse, conuersantemque cum eo, prout decebat, cum dei humanato filio conuersari, postposita omni autoritate materna, tacite sub eo degens, admiras & laudans mirabiles actiones eius: non inquirēs causam actionum eius, indubitata fide ad eum existēs, quod omnia diuine atque inculpate, uoluntate non coactione, nostra nõ sua re, in assumpta humanitate faciebat. Nullum sibi ad eum ausum uedicabat, quia in carne filius, sed profundè reuerebatur, quia in humana natura deus: & optime nouerat iura humani seminis, quibus ipsam nec ipsa conceperat: & uirginitatis altissimi, qua in aluo gestauerat, incorrupta enixa fuerat. Quam obrem diuina iura mente adorabat, nihil ex his uendicabat in proprium, sicut corrupta mater, quandam autoritatem habet in filium, quia semina corrupta suscepit, quia grauescunt, quia pòdera sensu, quia elanguit, quia cum dolore parturiuit, quia molestiam plurimam tulit, uelut molestum lactans, quia somnos perdidit ad improbos clamores paruuli, quia uigilias multas exerceuit, excubans ne læderetur ad cunas. Ista & similia pro filio non senserat uirgo mater, quæ sciebat esse dei filium, et si humanatum, tamen diuinitus & angelicis spiritibus custoditum. Verè p̄tinus mat̄ erat, sed lege altiore illustrior, ad quæ quicquid est nature, quicquid est humanæ potētiae, quicquid inuisibilis uirtutis atque uisibilis, nõ potuisset attingere, nisi se diuinitas inclinasset. Huic subditur uirgo m̄, nihil sibi approprians ex carne de filio, in nullo audēs in eū, nisi quod ante conceptum & partum, & post partum sibi ancilla subsistat, ut hæc duntaxat sit sua uirtus, sit eius gloriario in filio, sit potētias, hæc sibi sint iura materna. Id unde gratia facta deo, mater facta filio. Attamē, quanquã uirginis gesta cum filio, silentio multa prætercant, magnorum morum, magnique mysterij sunt credenda, quod usque ad expirationem filij per-

dentis in cruce, subdita doctrinæ, conformis uerbis, dedita moribus, tandem confocia passioni, quã Christus in cruce pendens, ipsam uirginem, cuidam uirgini discipulo commendauit, indicendo nouam filiationem atque maternitatem, non alterado naturam, sed preferendo gratiam, cuius noua processio agebat sub cruce. Sic quippe cui commendatio facta est, euangelista describit: Stabat autem iuxta crucem IESV mater eius &c. Comitata fuerat filium uirgo mater, & tota facta erat confocia passioni, alta mente cõtractans eas, quibus se subiecerat filius passionis, plus spiritu indiuifa, quam corpore. Illa scilicet hora, se comitem tremebundam, nimumque dolentē, se cum illa turba occidentali, quæ uocibus Christum morti adiudicauerat, tradidit, sicut decuit moderamina spūs sancti: quanquam in illa turba esset quædam mulierum naturalis humanitas, ex qua compassione quadam animo fodebatur, in consideratione iusti & adiudicati iuuenis, curantis infirmos earum, & instructis animos imperitos, neminemque lædentis. Nec non & illa sententiã suspecta ferè omnibus erat, cū illorum inuidia in causa fuerit, non Christi culpa. Et conspicabantur uirginem, non ut uirginem, sed ut honestam, modestam, pauperem, iamque matrem, non sultam cognatorum auxilio, sed unico mirabili Pilati sententiã iam priuatam. Et profundis agitata doloribus, cunctis id quod erat incognita, cum tristibus tristior, & cum lætis priuata lætitia, sequebatur aspiciens crudele spectaculum, crudelius & specturam, affectiori animo intendens in hunc innocerentem & iustum, quia dei filius, quàm quia filius, cum sciret ex luce fidei, quod nec patiebatur, nec erat passura deitas passionis, nec subitura mortem. Et cū illa societate, partim honesta, partimque fumea, in nullo iusta, incedens, semper oculis cordis & corporis intendens in filium, peruenit ad locum supplicij destinatum, inuitura seueritatem decretam super illam carnem, quæ ex spiritu sancto genuerat. ¶ Multa contemplabilia fidelibus considerationibus obijciuntur, si mens fidelium niteretur pie perquirere, quid ex tãto crudore filij, ageretur in matre. Vidit namque affigi patibulo, & super clauos audiuit ualidè malleari, & post erectum patibulum, moesta & flebilis astabat ipsa cruci. Hic euangelista confocius, uerba resumit de cruciformitate uirginis, dicens: Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius. Ad quid mater Iesu iuxta crucē eius? Insolitus mulieribus mos, quæ filiorum sequatur corpora damnatorum, quibus ipsis assistant sedulo, si in domibus & lectis proprijs moriantur. Vitant humanæ matres, uidere crudelia exitia filiorum, & atrocem ab atrocibus illatam mortē, cõspicari repudiant, & ferè sustinere possunt, ipsos in manus proprias aias exhalare


lohã. 19.

re. Si erat in hac mte crudelitas, aberat ab ipsa materna cōpassio, non aderat humanitas. Quæ mentis fortitudo? Quæ animi uirtus? Quæ interna constantia? Quid ista statio iuxta crucē? Quæ mater secuta filium, ad trūcationem capitis, ad mutilationē membrorum, ad effusio nem oculorum, ad incendium, ad si qua crude liter per asperum sensum & tenerum sensum, iuste uel iniuste hominibus à potentioribus iudicialia, sed auctoritate tyrannica inferuntur? Raram uel nullam dixerim. Et hæc uirgo mater, uidere filij supplicia non uereatur, quibus nec seipsum potuisset auertere, usq; ad crucem filium profecuta. Innotabat auribus eius mali ferientes, cōfodientes clauos immaculatam carnem, & uirgineum tenerumq; cor eius altè percutiebant. Et clamorem intercessiōis eius, quo p̄ crucifixoribus interpellabat ad patrē, suspensio animo audiebat, admirans crudelitate & incomprehensibilem benignitatem filij patiens. Sortitionem uestimentorum eius, & sortem desuper missam, ipsa conspexit, con templans quid ageretur, præautumans quid futurum. Sed magis intenta Christi passionibus, ex earum cōfixa doloribus, nihilo pende bat & uestes: nec aliqd de filij rebus repetebat in sortem, ad suam sustentandam pauperiem, more matrum bona repetentium filiorū. Aspi ciebat in filium impendentem pro hominibus uitam, multo magis & uestes, quæ ad futura si gnanda mysteria sunt diuisa, & incōsutilis ma gnæ fidei & charitatis, pro integritatis myste rio, indiuisa ex sorte uenit in sortem. Non sta bat uirgo mater ociosa intelligentia, sed con templatione altissima, iuxta crucē doloris con fodienda gladio, ex præacto Simeonis uaticinio, per mortem atrocem, & mirabatur compatiens, & compatiebatur admirans, in filium dei & suū, decreta paterna tam sæuè in illa carne, per ministros mortis impēsa. Et lætabatur dolens, & lætabunda dolebat, quod offerebatur sacrificium uespertinum in saluationē sui, & in redemptionem omnium nationum, quo placabatur iratus, quia nō pecoris, sed iusti sanguinis immolabatur innoxius, & precium solu webatur in illo ligno diuinum, quo genus libe rabatur humanum. Et ipsa se in illa crucē, iuxta quam stabat, redimi & liberari sentiebat: prænocens & gaudēs, q̄ sic erat, & q̄ ante illū sanguinem fusum præmortua, cū cæteris descendisset ad limbum. Alitq; dolebat, conitem plans cruciatum & crucem, quod de carne ipsi us, erat redemptio eius. Ad cumulum doloris uergebat, q̄ de carne quam ipsa contulerat filij, eius liberatio per mortem & sanguinē pcedebat. Et post illas dignationes, q̄ in utero sanctificata, q̄ electa uirgo mater, sine dolore pariens, qua nutritus ab illa, obligata amplius cognoscebat, q̄ per mortem sui natū saluabatur

in cruce: protinus equidē illa, crux, uirginimatri necessaria fuit, & si nō ad abolēda peccata, à quibus mīdabatur ex utero, saltem ut illi, sic ut saluādis cæteris, clauis esset ad regnum, quæ Isaiæ uaticinio super humerum filij dāda erat. Vnde proxima cruci stabat, non amore arboris, sed dilectione pendens: uelut prima discipula huius hoīs cruciati, & magistra sequentium, ut stent iuxta crucem, ex qua salus animarum, & peccatorum occasus, & inferni claustra, & apertio cæli, nō iuxta mundi delicias, delectantia sensum, quæ subuertunt mētes mortalium, & à Christo auerunt, & tandem ad inferna demergunt. Cruci debet assistere omnis uita mortalium, postquam finiuit per crucem immortalis, pro nobis factus mortalis, non ut maneret mortalis, sed ut mortalis fieret immortalis. Et commorari cū uirgine, iuxta crucem in altitudine contemplationis, ipsa charitas docet, suadet ueritas, necessitas omnino cōpellit. Repēdenda gratitudo nos trahit, ut cōtemplamur, quantæ dignitatis homo exiterit, qui deum imitari potuit, talibus inimicitijs non soluendis, nisi per crucem interuentem. Quantum deo peccatum displicuit, quā magni ponderis fuerit, ut pro illo, per dei filium deueniret ad crucem? Quā homo fuerit dilectus, ut requireretur per crucem? Quæ dignatio, quæ humilitas, quæ charitas ineffabilis, ut uoluntariē dei filius in carne, pro nobis pateretur crucem? Et quod omnis alius morēdi modus deuitatus est, cum multi essent, durtaxat uoluit subire crucem. Quæ lex, quæ iustitia, iustū pro iniusto, sanctum pro iniquo iudicauit ad crucem? Stet iuxta crucē uirgo Christi mater: quia Eua iuxta ueritatem arborem stetit, non uerita pœnas futuras, si tangeret. Illa uero inuita posteriores glorias, si quispiam in illam ascenderet, contemplantur, & nos cū illa. Quid sibi uult tale signum, in fine appositum euangelio sancto Christi, nisi quod euangelica doctrina hoc docet, ut uita sequentium Christi, agatur in cruce, terminetur in cruce, decidēte delectantia sensum, propter superna excedētia sensum? Intuebatur animo, quomodo superna naturali ordine, Christianis de cruce pœnali delectatio nascitur, de opprobrio eius honorum mensus, & de cruce tantum negatiua corpus, corporis & animæ uita uitalis exoritur. Vidē nabatur uirgo arbori decoræ fructus eius, qui non naturali ordine, sed superna uirtute in illa erat insertus. Stabat iuxta crucem, cum qua & nos pariter assistamus. Adhuc enim in uirtute stat, quanquam illud lignum ex monte caluarie sit defixum, quæ licet penē uocabulum teneat, necnō hominē exteriorē cōturber, & sæpe interimat, piē tamē tolerata delectulam, gratiā auget, paratq; amatoribus suis gloria tortura eius. Sed nec ob hoc diligēda, quia

SIMONIS DE CASSIA,
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER TERTIVS,
Tractans speciatim

De parentibus & ortu atq; processu præcursoris.
Capitulum I.



Vit in diebus Herodis regis iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia. Et uxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante

deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini, sine querela.

Vt ad Christū, & ad gesta eius, & uerba ueniat, prout à spiritu sancto acceperunt euangelistæ, narrationis ordinem prætulerunt. Et quoniam sanctus sanctorum uisus Christus qui uenerat, præco sanctus præmittendus erat, non solum laudabilis propria, sed etiam sanctitate parentum: qui nec etiā origine incognitus esse debebat, illum annuntiaturus, qui omnia nouit, quem nihil latet, qui omnibus uolentibus uenerat sui dare notitiam. Quamobrem Lucas incipit à fama parentum domini præcursoris, notans illos per tempora terreni regis, maxime gētilis, quia iā iudæa regibus proprii generis priuata erat. Et chronicandū fuit sub illis regibus, de gestis dñi saluatoris, eiusq; p̄cursoris, q̄ facta in gētilis Romanorū decreto, in libris annalibus magno studio scribebantur, ut certissima gestorū memoria, ex tēpore p̄finito, posteris traderet. Et quædam prærogabat cōgruitas & animatio, ut euangelij p̄dicandum ocyus à gentilibus reciperetur, quos regnantibus regibus, illa incarnati uerbi cōdebatur historia, & illucescebat superna doctrina.

Fuit igitur Zacharias, sacerdos, iustus ex noie, iusto ex officio, iustū ex uice familie, de q̄ erat, q̄ interpretatio nominū, congruitū mysterio præcursoris. Sed nec ex uno parente duntaxat præcursor tanti regis cōmendandus erat, nisi & adderet alterius fama notabilis: nam & uxor sacerdotis, præcursorisq; mater de proximo affutura, erat de filiabus Aaron, cuius nomen etiā ipsam extollebat, quæ Elizabeth uocabatur. Bene originaria progenies præcursori cedebat in famam: magis uerò, moralis uita parentum, quoniam erant iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustis

torquet & necat, cū nec ex natura seu lege aliqua sit indictum, ut tortores & tortorum instrumenta querantur ut torqueant, sed ut iniecta, patienter tolerantia quia si p̄ pietate, super nam gloriam parat. Stemus iuxta crucem, uelut iuxta apothecam aromatum, ex qua uoluntatibus nostris uera medicina deflucit. Et uelut iuxta lucem, qua fulgente in mentibus hominum, nūquam ambulatur in tenebris. Velut iuxta fontem, in quo abluti sumus, quo inundante potamur. Velut sub umbra, sub qua requiescere potest malis arboribus astuatus. Stemus iuxta crucē corpore, similiter & mente, imò magis mente quā corpore. Solus quidem Christus stetit in cruce, sed deformiter, intacta deitate, & anima imperturbata circa ledentes, & sine delicto & peccato: nō uiator solum, sed comprehensor existens: non spē præmij, ut mercede promissa pateretur, sed quia hominum creatorum supernaturaliter erat amator, ut moriendo, uitam mortuis omnino tribueret. Virgo, & ecclesia orthodoxa, stare non scitur, non in cruce, sed iuxta crucem: & suas pœnas, cruciatus & merita illi approximant in ea fide, qua reformamur ad gratiā, & pro Christo animamur ad pœnas. Stet iuxta crucem alitena uirgo mater, ad intendum unde fecit exortum: nam ex duobus lignis, uno contempro, scilicet uitali, altero scilicet scibili, contra inhibitionem tacto, ipsa uelut ex duabus amaris radicibus prodijt. Nec alia genimina fecere crucem, in qua Christus pœnaliter & diuine stetit, iuxta quam uirgo mater stetit, nisi negligere debitum, & operari prohibicum. Necnō, ut iuxta uirtutis exercendæ imaginem, ipsa stetit. Quadrifaria enim uirtus, & comprehensio optimi in illa consistit, sublimitatis, longitudinis, latitudinis, & profunditatis: quæ dimensiones, dum indagatæ comprehenduntur, iuxta crucis uirtutem, non ociose consistunt, prolixæ dissertationes existentes, in exquisitæ prætereūt. Igitur facta per omnia Christiformis & cruciformis, stat diligens & diligenter iuxta crucem, audita loquentem filium uerba doctrinæ que gratiæ septiformis, & nouam gratiæ filiationem, dum audit: Mulier, non mater, ecce filius tuus, & uelut alij assignata: Ecce mat tua. Ex hinc, de uirgine scriptura sacra sicut: quamquam multa deduci possent in piam narrationem, usque quod expectabat cum cæteris apostolis spiritum sanctum, quo plena iam erat, qui in eam iterum superuenerat, qui solam diuinis mysterijs aptauerat, ab humanis ineptas, ipsam super angelos cælo parans.

LIBRI SECUNDI DE VIRGINE MARIA, FINIS.

cationibus domini, sine querela. Bonitas patrum, praecursorem attollebat laudibus nati-
 turum: sed ipsis tantum retorquebatur in praemium. Non enim quorumcunque sanctitas in
 alios ad meritum gloriae transfunditur, nisi dun-
 daxat sanctitas Christi, quae meriti est omni-
 um, sine qua etiam nil meretur sanctitas singu-
 lorum. Siquidem ambo iusti erant, non ut unus
 ab altero progrediretur iustitia, nec quod
 alter ad alterum iustitiae causa esset, quavis u-
 nus alteri ad iustitiam possit praestare iuamem:
 sed ipsi mutua uoluntate in illa conuenerant,
 facti sancta conuentione concordantes, ut neuter
 uellet, quod ad bonitatem alterum impedi-
 ret, uterque alteri praestaret, quod uirtutis pos-
 set esse compendium. Haec est enim omnium
 uera societas, uerique sodalium amicitia, & opti-
 ma conuersatio ceterorum, ut in iustitia illa se-
 cunda conueniant, qua recisa de medio, tur-
 pis est omnis conuersatio hominum, scilicet est
 dilectio animorum, & amicorum amicitia, in
 damnationem uenit. Ipsa enim est, quae repre-
 hensione caret. Sed neque bona esset, si so-
 lum oculus hominum deseruiret, nisi ante deum
 incedant in placito sancto suo, qui eius splen-
 doribus uestiuntur. Proinde subsequitur: [An-
 te deum, incedentes in omnibus mandatis & ius-
 tificationibus domini, sine querela.] Ecce totum quod
 habet perfecta iustitia, ecce in quo uersatur ius-
 ta hominum uita, hic praefigitur, hic est inces-
 sus eius. Viae caeterae sunt distortae, cuncti ad in-
 ferros incessus hominum penetrant, nisi per ius-
 titiam diuina mandata seruentur, nisi ante de-
 um suo placito non humano, in mandatis omni-
 bus incedatur. Vnum enim aut plura seruasse
 non sufficit, si caetera uel minimum negligan-
 tur: quoniam qui in uno offenderit, factus est
 omnium reus: & exceptionem aliquam diuina
 mandata non sustinent. Addebatur autem,
 quod in omnibus iustificationibus dirigeban-
 tur. Iustificationes domini sunt, omnia quae a
 delictis retrahunt, uirtutibusque coaptant, in quibus
 recte conuersantem oportet incedere. His
 porro mandatis, talibusque iustificationibus age-
 bat David, cum saepe dicebat: In mandatis tuis
 exercebor, & considerabo uias tuas. In iusti-
 ficationibus tuis meditabor, non obliuiscar ser-
 mones tuos. Optimum exercitium domini man-
 datorum, uiasque considerare diuinas, quae pro-
 tinus ad nos sunt misericordia & ueritas. Insi-
 nita protinus est consideratio uiarum dei, nul-
 laque contemplatio moralibus aptior, quam men-
 te in ipsis intendere, cum misericordia homi-
 nem retinet ne labatur, reuocaturque labentem, eri-
 git spe lapsum, qua omne aspectu genus huma-
 num, qua deductus ipse plasmatum ad plasma,
 qua quae erat immortalis, se mortalitate uestiuit,
 & in ueritate fieri speculatorem, cuius est dei
 tatis. Etenim ipsa docet, dirigit, conducit, & in-

Psal. 118.

truducit in potiora, quam a quibus est exclu-
 sus Adam: quae omnis homo mendax, nisi ex di-
 uina uoluntate fiat per omnia uerax. Et unicuique
 quae sua mentitur iniquitas, nisi ueritas diuina il-
 lam excludat, qua pro nobis in foribus assisten-
 te iudicij, non est unde causetur aduersus ani-
 mam nostram, quae omnino in obscura loca
 derudat, cum sibi reperiret aduersantem. Quam
 obrem alio loco David ipse praedixerat: Miser-
 ricordiam & iudicium cantabo tibi domine, Psal. 118.
 In iustificationibus uero domini meditari se di-
 cebat Psalmista, in quibus hi iusti coniuges in-
 cedebant, in quibus omnis humanae mentis ac-
 ctio est dedicanda: quoniam in omnibus frustra-
 tur studium mentium humanae, praeterquam
 cum iustificationes domini meditantur. Hoc
 enim omnis sedulo meditando agat, ut iustifi-
 catus existat. Vera sui cognitio, & debita con-
 fessio peccatorum, & cum intensione interni pe-
 catoris, deum inuocando propitium: indignum
 omnino se reputare caelestibus, neque praesum-
 pte appropinquare diuinis, sed humiliter non
 desperate loqui fieri ab eisdem, obiecto inspecto
 peccati, iustificationum hominem fecit. His enim
 regulationibus, publicanus euangelicus a pha-
 risaico iustificatus, descendit in suae conscientiae
 atque caelestis sanctae domum. His meditationi-
 bus actus, sermonum domini non fiat inme-
 mor: etenim & ipsi iustificati & mundant, sal-
 uatore dicente: Vos mundati estis, propter sermo-
 nem quem locutus sum uobis. In ipsis sigdem
 consistit iustificatio animarum. In his praecur-
 soris genitores coram domino incedebant, ut
 etiam nulla in eorum operibus posset esse quere-
 la. Optima quaeque uirtus, siue hominum uita, cum
 sic gradit coram deo, ut etiam hominibus non
 parer materiam querulandi, & sic se continet
 infra temperantiae gremium, ut nihil, unde iu-
 re calumniam patiat, efficiat: quauis iniuste pos-
 sint facta quaeque bona hominum, a male iudican-
 tibus reprehendi. Sed nec timenda est iniusta
 querela, ubi querele iustae non praestant occasio.

Sed his duobus sic iustis, [non erat filius
 eius, quod esset Elizabeth sterilis, & am-
 bo processissent in diebus suis,] Luc. 1.

Potuisse esse ante filius Zachariae, si ei uxor
 fecunda, non sterilis astisset, quam non ipse, sed
 uxor de sterilitate causa. Nam animus homi-
 nis semper aptus esset fructus educere, nisi ca-
 ro sterilis repugnaret. Sed processerant ambo
 iam in diebus suis, ut unus, propter sterilitatem
 & praemortuam senectutem, alter, ob senectu-
 tem, filijs priuarent. Ecce, uni aetas & sterilitas,
 alteri tantum in causa noscitur aetas, quod saepe in
 moribus hominum agitur, ut qui sterili uitae
 in iuuentute se sociat, nisi speciali munere gra-
 tiae, bonum non possit agere, cum senescit.

Sed factum est in altero istorum bonorum,

cum sacerdotioungeretur Zacharias in
 ordine uicis suae ante deum, secundum
 consuetudinem sacerdotij sorte exitit, ut
 incensum poneret: ingressus in templum
 domini, & ois multitudo populi erat oras foris.

Sacerdotio fungebatur Zacharias, quia sa-
 cerdotium ueteris testamenti erat, neque usque
 in finem seculi duraturum, ante finem debuit,
 post seculum accepturum. Hoc tamen erat ho-
 num disponens ad melius, quod secundum or-
 dinem agebatur. Nam qui ordinem obmisit
 in rebus, operatum sibi finem ademit: seruatus
 autem, ordinatissimos in mensa refectionis discum-
 bere fecit. Non anteriorandus aut praeposteran-
 dus est ordo, sed exercendum est mysterium,
 etiam ministerium, cum in sua uice, ordine dis-
 ponente, unumquodque contingat. Ante deum
 sacerdotium est in suo ordine ministrandum:
 non enim flammis pagorum ante deum ue-
 ritum, sed ante deos quos sinnerant, ministrabant.
 Et quicumque ex sacerdotio humana fulcimen-
 ta conquirat, ante deum suo sacerdotio non fun-
 gitur, sed ante id, quod ex illo affectu secta-
 tur. Vae, qui ante homines & propter lucra se-
 ctanda, non ante deum, sacerdotio fungitur: uti-
 lius porro esset lignonibus, quam sacerdotio ca-
 ptare stipendia. In retro uerbo aspectu, & in ob-
 liquato penitus ad mercedes, sacris oportet in-
 sistere: quauis altaribus fideliter seruientes, iu-
 ste consequi possint necessariam uitae stipem.
 Ante deum & propter deum, ut ipse sacerdo-
 talis mysterij praemiū fiat, & huiusmodi etiam
 & cuncta sunt exercenda mysteria. [Secundum
 consuetudinem sacerdotij sorte exitit, ut incensum
 poneret.] Traditio erat homi-
 num ex antiqua consuetudine introducta, ut
 sorte sacerdos thurificaret pro populo: sed sub-
 mittuntur electiones & humana iudicia, cum
 in agendis sortes obueniunt, quarum quae sit
 approbatio in conspectu altissimi, diffinire non
 possumus. Et Zacharia ingressu templum,
 multitudinem populi foris erat. Non enim uulga-
 ribus pandenda sunt secreta mysteria, & im-
 peritia uulgaris a notitia occultorum excludi-
 tur, ut amplius uereatur, quae minus agnouit,
 & ne diuina uilescant apud indoctos. Audiatur
 moralia populi, extraque maneat scripturarum
 secreta rimetur sedulo sacerdotes: plura & spe-
 culabilia oportet scire docentem, quam popu-
 lum audientem. Hoc tamen uoluit addat, ut
 iuuat orationibus sacerdotem, auxilietur pre-
 cibus praedicantem. Non est populi conficere
 sacramenta, neque cognoscere, sed credere, que
 aguntur. Non est ex autoritate, sed ex partici-
 pio accedere ad altare, neque ipsorum est scriptura-
 rum inquirere altissimos intellectus. Oret dum
 taxat, & iungant orationes eorum precibus sacer-
 dotum, & precamina doctrinalibus addant. Et

dum hora est acceptabilis incesis, populus non
 discurret, sed oret, extra uidelicet illud, quod ap-
 prehendere nequit. Non tamen expedit, in ce-
 lesiae nouitate secludi corpore ab edibus, ubi
 diuina mysteria celebrantur, sed in hoc rati-
 extra fieri, ne in eis plus deo decerente praesi-
 mat. Oret siquidem corde, ueneretur corpore,
 lingua laudet. Cum autem Zacharias ageret,
 quod sibi ex officio competebat, & ex officio ue-
 nerat, & populus suo modo clamaret oratio-
 nibus in auribus domini sabaoth, [hora incensis]

Apparuit ei angelus domini, stans a dex-
 tris altaris incensis. Et Zacharias turba-
 tus est uidens, & timor irruit super eum.

Hora incensis apparuit angelus, & cum ex-
 tra populus moraretur in laudibus, ut ostende-
 ret omnipotens, fiduciamque praestaret, quae ora-
 tionem humilem non respuit sacerdotum, sed ac-
 ceptat etiam precamina populorum: maxime
 autem, cum utrorumque in iustis petitionibus, &
 in humili spiritu facta est connexio. Forma ue-
 ro apparitionis talis fuit, qualem decebat eum,
 qui alloqui uenerat sacerdotem, qualemque sa-
 cerdos tolerare potuisset. Ecce prima superno-
 rum spirituum apparitio, quae nostrae salutis in-
 traui exordium, ex qua, supra speratum, ex-
 auditum se Zacharias agnouit: & populus li-
 per petitem consequi poterat libertatem. A dex-
 tris apparuit altaris incensis, quoniam omnia
 erant in meliora mutanda, & a dextris pone-
 di erant omnes credentes ea, quae ipse nuncia-
 turus aduenerat. Stabat siquidem a dextris, non
 discurrebat, quoniam futurum sacerdotium non erat am-
 plius nutabundum, & stabilitas firma donan-
 da erat his, qui de leua in dexteram uocabun-
 tur. Sed Zacharias ex repentina uisionem turbatur,
 quoniam turbatum erat sacerdotium, &
 omne ministerium iudaeorum, illucescente Chri-
 stifera ueritate, quam ex scriptura sic repente
 aduenire non nouerat, neque cognoscebat, quod
 essent omnia tanta nouitate donanda. Ac etiam
 sensu alio turbabatur, quoniam ad insolita &
 quae supra ipsam sunt, cum repente protene-
 rint, subito expauescit humanitas, neque Zacha-
 rias his uisionibus alluetus erat. Semper corda
 & sensus hominum, quousque intelligant super-
 na, nouitate terrentur: propter quod esse uidisset
 Zacharias, timor irruit super eum. Praesagi-
 um enim erat, quoniam omnes terruit: & super
 omnem orbem timor magnus incubuit, cum ma-
 gni consilij angelus apparuit. Sed nec culpabili-
 bus huiusmodi timor fuit, aut de poena peccati,
 cum ordo praeminentiae in situs creaturis ex-
 poscat, ut minor a potiori, cum subito & impro-
 uise aderit, terreat. Nec non inculpabiliter agi-
 tur, cum ipsa natura secum ferat, unde ab inso-
 litis expauescat. Bonorum tamen spirituum,
 cum ad solamen apparuerint, semper proprii

um est, confortare pauentes: sed contraria est omnino conditio aduersorum. Proinde

Dicit ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quonia exaudita e deprecatio tua: Et uxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohannem.

Mirum prorsus, quoniam Zacharias pro filio illo tunc non fuerat deprecatus, cum iam desperasset pro sterilitate uxoris, ac etiam ex utriusq; assistentia seneatus, cum angelus in pariendo filio nunciat exauditum. Salutem quidem suam & populi, tunc sciscitabatur a domino: pro peccatis proprijs & populi incensa populi reuerat, qd est qd in filio eius deprecatio exaudita perhibetur: Sed nec hesitatio corda conturbet, quoniam fideles ad utilitatem exaudientur potius, quam ad uotum: & aliter, quam peccatur diuina prouidentia, peccatis praestat auxilium, ut cum sacerdos & populus postularent a dno libertate, hanc oratione de celo exaudiuit altissimus, & p angelu pccem nuciauit admissam, eo uidelicet ordine, qd pco primo nasciturus erat, no in qd populi salus esset, non qui liberaturus, no in qd poneda eet hoim spes, sed qui praecederet praedicando, clamando ne cessatio uenturum illius & omnium saluatorum. Sed praecursori nome non homo, sed caelica uirtus imposuit, cu dixit: [Et uocabis nomen eius Iohannem.] Cogruum enim erat, ut nomen a caelestibus sumeretur, qui ad tanta mysteria parabat: nec omne nomen, sed gratia, q sola Christo desup uenienti, animos preparat, & tali receptui, quantum fas noscitur, dignos facit. Et subintulit angelus qd coferrer iusti ortus.

Et erit tibi gaudium & exultatio, & multiplicata in natiuitate eius gaudebunt.

Patri promittitur gaudere in filio, quoniam gloria est patris, filius sapiens: magis autem, filius uirtutibus fulgens. Sed nec commune bonum, unius dumtaxat debet esse laetitia, sed etiam plurimorum. Et tanto bonu melius, quanto diffusius: & tanto minoratur, quanto ad priuatum redigitur. Vnde multi in natiuitate eius gaudebunt. Gaudium & exultatio parentibus in eius origine parabat: gaudium multis eius natiuitas fuerat illatura. Nil enim hominibus tam debere esse ad gaudium, qd cum ex uoluntate, aut ex carne, uxorio iure, in uirtute subiecta, gratiam pariant; & quod ex eis fructus egrediatur acceptus, maxime cum uirtute huius appropinquat occasus. Sed nemo a deo mittitur ad unius tantum auxiliu siue gaudium, quin etiam ex eo efficiat, quod bonum possit esse multorum. Gausuri siquidem multi erant in natiuitate ipsius, non ex eo quod nasciturus erat, sed in his, propter quae missus fuerat. Sic enim alius euangelista testatur:

Fuit homo missus a deo, cui nomen erat

Iohann.

Iohannes. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.

Stabat praesens seculum, ignorantia peccatorum; tenebris obuolutum, quas, cu allunt, unusquisq; festinat pro posse depellere: & dñi patienti aderit impossibilitas remouendi, utriusque magno gaudio exultaret, si remouere ualentis nunciaretur aduentus. Hinc patri & pluribus nascituri praecursoris exultatio & gaudium praesto erat, quoniam in testimonium missus erat luminis sempiterni: non tamen ipse lumen potestatiue fontale, aut lux originalis existens, sed ut omnes, qui sedebant in regione umbrarum mortis, magis autem in pessimis tenebris, per ipsum crederent in indefectibile luce. Porro lux ipse non erat, ut gaudium & exultatio ex ipso, tanquam a radice procederent: sed ut testimonium perhiberet de lumine, quod seipso, in seipso, p seipsum, & ad alios, uel lux uera diffunditur, illuminans in hunc mundum omnem hominem uenientem, obtenebrans diligenter, obscurans quae piam manere uolentem. Igitur in hac uita umbatica uiuentibus, praeterquam de ortu gratiae, de nullo sit gaudium. Et in tenebris ignorantiae peccatorum; sedentes non laetentur, nisi cu lux affutura nunciatur. Etenim Tobias dicebat: Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen celi non uideo? Non est, nec hominibus esse debet ex aliquo gaudium, nisi cum gratia & uirtus in anima inceperit uigere. Proinde multis erit in eius natiuitate iucunditas, quoniam pter nae lucis affuturam, uerissimum testimoniu erit. Radius est lucis, qui lucem annunciat. Habet sua aurora lucem, quae sequentis lucis est praeuia, & eo amplius in clarescit, quo propinquius lux illa insequitur. Propterea caelestis nuncius subiungebat, dicens:

Erit enim magnus coram domino.

Parum fuisset esse magnum, nisi coram domino: imo nec magnum nunciaretur, nisi esset coram diuino conspectu. Porro magnus futurus erat fama, praeconio, uita, fuga seculi, collatione baptismi, animi constantia mitis, qd plus est, sublimitate uirtutis. Apud deum nulla pensatur magnitudo, nisi quae de uirtute grandescit, & quae inuisibiliter in fastigijs suis atollitur. Soli domino nota est magnitudo uirtutis, qui non fallitur in sciendis. Homines uero saepe falluntur, cum plus in homines autumant, quam uirtutis inhærent, aut qd minus, quam ipsa desistat. Beatus igitur, qui coram domino in uirtute magnus agnoscitur, maxime cu existit: non huic oberunt derogationes mortalium, nec erit necessaria fama uiuentium, quod de ipso sit in opinionibus hominum, sibi non cedit in causam, nec sibi curae fuerint, cu despiciatur. Habet unde cuncta despiciat, habet unde cuncta contemnat, habet unde desideria compleat

Tobias

Luc. 11

sur, qui coram dno magnus existit. Omnia, quae infra creatorem in omni alio magnitudinis genere magna dici possunt, huic magnitudini pariter incomparabilia sunt: non huic magnitudo caeli aequabitur, non giganteorum, aut excelsorum & sensibilibus corporum, non scientiae, aut pecuniae; seu imperij magnitudo, non chiliadica & bina uel trina aetas, non locorum immensa magnitudo, non quorumcumq; corruptibilem bonorum magna congeries, conponetur uirtutis magnitudini coram deo. Non potuit amplius praecursori nondum natus extolli, quam ut coram domino magnus esset. Quam magnitudinem, per comparationem ad ceteros magnos, iudex quod praecurrebat, praenunciaturus erat atq; dicturus: Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Festinandum igitur est protinus, secundum illam dignam embolam, magnum fieri: atq; in uirtute, sine q omnis est paruus, & fiet penitus pusillus abiectus; & quanq in eade magnitudine, fieri aqua portioe no possumus, nihilo minus unusq; se coarctet, ne deses remaneat, qd possit ee puectus. Ecce ia in parte angelus magnitudinem nascituri praecursoris denunciat, dicens:

Vinum & ficeram non bibet.

Sicinus in corpore ab huiusmodi abstinenti esse Iohanne, & qui deserta feret a cumabulis adijt, corporis renunciaisse delicijs. Magis autem atq; praestantius, a se abiectisse significata mala per unum: & abdicasse figurata per ficeram, ut nulla ei ebrietas humani amoris adesset, nulla concupiscentia laetitia temporalis, nulla hilaritas mundanae dulcedinis, cor eius uel in modo propulsaret; cum alia inuisibilis magnitudo, qua replendus erat, istam excluderet.

Quoniam & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.

Quod apostoli iam aetate perfecti, uocati a domino, exercitati cum Christo, instructi salutaribus disciplinis, supernaturalia speculati, quin quagenario resurrectionis dominicae die haberent, iste nondum natus obtinuit. Nec de ipsis apostolis amplius feret, nisi quod repleti sunt spu sancto. Illi in coelauit, iste in utero. Illi cum linguis, iste iam existens elinguis. Illi cum somitu, iste nondum auris officio fungens. Illi cum igne, iste adhuc maternis uisceribus inuolutus, illorum calore confortatus. Hec est protinus incomparabilis in hominibus magnitudo, cui quaeq; alia omnino subijciuntur, cu quis spūs sancti plenitudinē habet. Vide alia officij magnitudinē, & ad qd repletio spūs sancti def, agnosce.

Quia multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum.

Erat opportunu mudo, ut auersi conuerterent ad dñm, & medius interponendus erat: nā pteueras auersio, in inferna detrudat. Duo igitur

mediatores aduerturi erant: unus, qui corda filiorum Israel couerteret ad Christu, deū & dñm oim nationum; & alius, qui recōciliaret ad patre. Proinde Iohannes mediator erat, & corda hoim, put in ipso erat, conuerteret ad Chrm: Chrs uero, recōciliaturus ad patre oim deū. Rectus usq; quo pcellus, qd primò grā homies disponat ad Chrm; Chrs uero, alia & maiori meditationis lege ad deū, ad se couersos, plene conciliat. Igit nullus in hac uita presumptione degat, qm nisi grā primò ad Chrm reduxerit hominem, ipse nunquam recōciliabit ad patrem. Hoc de Helia longè antè prophetatū fuerat.

Et ipse Iohannes praecedit ante illum in spiritu & uirtute Heliae, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum.

Quem praecedit Iohannes: Chrm. In quo spūs In q uirtute Heliae. Textus, imò nunciatus angelus uideat asserere, sed adhibendus est cautior intellectus: qm unius spūs illi qui dicit animā, nō transit in altera, nec ille, q in fundit hōie medio, in quo q trāsfert. Et Iohannes ex utero repletus spūs sancto nunciabat, absq; illo, quod in eo spūs effunderet Heliae. Virtus em unius, non potest esse alterius, nec uire haereditario a decedere hōie derelinqui, quibus multi possint diuini spūs & unius uirtutis esse participes. Terrae possessioni potest haeres institui, nō uirtuti: & nullus efficitur q̄lis, q̄litate p̄ mortui. Sed hoc ad similitudinē trahit datae p̄portiois, ut in ea mensura spūs atq; uirtutis, praecet Iohannes Chrm, in q Helias p̄cessit, speratq; iterū uertur. Sed quid facturus praeco redemptoris? Quid fecisse scribit praeco iudicis? Conuertere scilicet corda patrum in filios. Sed quis pat tam ferus, q cor ad filiu de se natū, nō habeat usq; quo couersum? Filij quidē sunt oēs, qui renouant in grā noui testamenti. Patres sunt, qui p̄cesserunt, illi tantūmodo applicadi, qui domi no in exceptuāt placuerunt. De quibus utriusq; Psalmista: Pro patribus uis nati sunt tibi filij. Pro patribus ueteris testamēti, noui testamēti filij sunt exorti. Corda igitur patrum ad filios couertēda sunt, ut illa credamus, quae illi crediderunt: speremus, q sperauerunt; diligamus, q dilexerunt; & creatori placeamus illa sinceritate cordis, q ipsi placuerunt, inhaerenter incedentes ad omne imperiū sanctū eius. Nam oēs patres sub nube fuerunt, & oēs mare transierunt, & oēs in Moysē baptizati sunt in nube & in mari, & oēs eadem escā spūalem māducauerunt, & oēs eundē potū spūalem hiberunt, immobili fide, incōcussa spe, nec sibijp̄sis in laboribus & actionibus pepercerunt. Quid autē in fide fecerint, quantaq; constantia praedicti fuerint patres ueteris testamēti, quosq; corda in filios noui testamenti, Iohannes scilicet grā noua data,

Heb. 10.

Heb. 12.

de ueritate erat: qui epistola Pauli ad Hebraeos ad plenum legitur, oino intelligit, ab illa scilicet parte, q̄ horat ad patientiam, dicens: Patientia em uobis necessaria est, usq; q̄si per tantam nubem testium, eos quibus scripserit, dixit confirmatos. Ideoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponetes oimē p̄dus, & circumstantes nos p̄ctm, per patientiam curramus ad propositum nobis certamē, aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum. Ecce corda patrum, ecce fides ipsorum, ecce actiōes uenientes de soliditate cordium, quae cōuertenda sunt in animos filiorum, quae tunc cōuersa ferunt in filios, cū filij iisdē directiōibus agunt in nouo testamento, quibus illi in ueteri agebantur. Fuit em ipsorum una credulitas expectantium Christi, quae & nouorum filiorum, qui eū p̄cessisse iam credunt. Nec à uero absonat intellectus, ut gratia id efficiat, q̄ qui priores sunt, eos q̄ minorantur, tanq̄ filios sancta pietas gubernat. Satis autē catholica ueritati se sociat, quod patres autoritate ad filios, inuitu gr̄ae inclinent. Nulla dissonantia in ecclesia turpior, nulla damnosior possit esse scissura, q̄ si patres in sp̄tialibus p̄sidentes, filios subditos suos nō ducerēt regia uia, non instituerēt sacra doctrina, seu si se non p̄berent sanctae imitationis exemplū, si nō reuocarent erroneos, si non solidarent infirmos, si puillanimes nō confortarent, si nō corripserent in quietos, si nō cōparerentur egentibus, si indignis nō subuenirent, si nō tractaret singulos affectu paterno, si amor rectus nō traheret ad corda filiorum. Sed hoc bonum suadet gratia, hoc fieri ipsa sollicitat, quam signat praecursor, quam Iohannes in omi sua imagine p̄figurat, qui etiam cōuersus, nūciabatur ab angelo, incredulos ad prudentiam iustorum. Ois incredulus insipiens est, & ois insipiens incredulus est. Qm̄ dixit insipiens in corde suo, non est deus. Vnde insipiens? Quia incredulus, dicens in corde suo, quia non est deus oim creator, atq; in humanitate redemptor. Et q̄ nō est ille, qui humanatus humilia gessit, docuit, & miracula operatus est, qui sic humiliatus est, ut tanta oprobria pateretur, ut crucē tandem mortemq; subiret. Aequē autē incredulus, nisi quia insipiens in insipientia sua p̄sistens, nolens humiliari ad credendum. Nam insipientia ostendit incredulitatem, incredulitas uerō p̄dit insipientē. Sed est gr̄e mysterium, ut incredulos ducat ad prudentiam iustorum. Proinde cognoscat unusquisq; incredulitatem, insipientiam, imō stultitiam esse; cui iustorum prudentia ex aduerso obijcitur. Proinde relicta incredulitate, in sapientiam atq; intelligentiam peruenitur, ista dicente: Nisi credideritis, non intelligitis. Qui non credit, non intelligit; qui non intelligit, insipiens est, aut sapiens esse non potest. Iustorum autē prudentia, credulitas uera est; quoniam iustus ex fi

de uiuit. Vnde uiuit iustus: Ex eo quod credit. Quae iusti uita: Ipsa est sapientia. Porro id agit gratia, ut ad iustorum prudentiam ueniat. Veruntamen si discutiimus, est prudentia paganorum, qui non iusti, quoniam ceruices idolis inclinabant. Est & mundanorum, quae teste Apostolo, stultitia est apud deum. Est & carnalium, quo etiam tradente dicitur: Prudentia carnis mors est. Est & secularium, secularia quae q̄ sectantium, de quibus saluator cōparatiuē disseruit: Dico uobis, quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in gnatione sua sunt. Et filij Agar exquisierūt prudentiam, quae de terra est. Iustorum uero prudentia, illa est, quae in diuinis prouidū facit, iuxta quē intellectū loquebatur Dauid: Super inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo, quia in aeternū mihi est. Ille qui Christi est amicus, inimicos habet inuisibiles terros, qui oibus inimicatur Christi feruis, nullo interpossibili feciali ad patrē, qui sup̄ oēs sunt atrocissimi, & penitus insatiabiles, & q̄ nefandius est, oī fariē deceptorēs, fulgētes adhuc ingenij subtilissimi claritate, imagine plerūq; uirtutū, fucantes mala q̄ suggerūt, ut inuadāt hostilius, hostilius saepe cedit, q̄ ut trahūt in barathra uitiorum, aut extollūt, aut cōtristant, aut fallunt in actiōe uirtutū. Sed satis factus est prudēs super huiuscemodi inimicos, qui eos potuit p̄cauere, qui eos laqueos deuicauit. Propemodum excessit Adā, qui supra inimicos inuisibiles factus est prudēs: q̄ fortitudo pualida, sapientia nō obruta. Sed nemo fit prudēs, nisi mādato dñi: nō q̄ mādāt, sed obseruādo q̄d iubet. Inimicus mundus, inimica caro, inimica nouerca natura, inimici hoīs domesticī eius. Perstat prudentia, stultus est q̄ ad hos declinauit insidias. Ab ip̄is illa sum existere, prudentia coronabilis est. Si quidē mādato dñi haec prudentia dirigit, prudentēq; facit autorē: haec em inuitū prudentia est iustorum. Plena uerō ē theoria & actū uirtutibus p̄nari, maxime illis, quae animā reū uiscere faciūt à morte infidelitatis, & à mortuis curis uitae labētis, eijcietēs possessorē in eū, q̄ p̄ mortē liberauit à morte. Haec proctinus est iustorum prudentia, ut ab omi dissoluat uisibilia, ad inuisibilem deum, in carnē uisibilem factū suum contubernale inducat, p̄pter quē stultū mundo fieri apex est prudentiae. Quid igit haec discretionē angelus intēdebat, cū Iohannē dicebat, ad prudentiam iustorum incredulos cōuertens, nisi prudentiam illā edicere eū actiōe p̄conis, q̄ oēm alia stultitiā appellat: Humana prudentia usq; transcendit, cum crucifixum stultum, crucem stultitiam, sequaces crucifixi, terrena sapientes dixerunt esse uelanos. Sed q̄d stultum est dei, sapientius est hominibus. Ad quā stultitiā, gr̄a & intelligentia ueritatis, quae in Iohāne signat,

I. Cor.

Roma.

Luc. 11.

Psal.

Poeni

Psal. 15.

Isa. 7.

inuitat: ut in hoc ista conueniant, ut populus in cōspectu dei, fiat in ueritate p̄fectus. Quod angelus subsequenter adduxit, dicens: Parare domino plebem perfectam. Nullus perfectus est populus. Concio nullo la recta. Omnis cōgregatio, publica res & hebescit, nisi omniū dño sit parata: in illa perfectiōe duntaxat, qua propter Christū maioribus p̄statur sancta obedientia, cōsultur propensē minoribus, ut exigat indigētia subueniūt, q̄ tollantur iniuriā, qua fides uera est uades, qua iustitia est cōmunis, qua nulli uēdit quod sibi de iure debet, qua propulsatur iniquitas, qua innocentia non succubūt, qua regnū nō tenet nequitia, qua honore inuicē homines p̄ueniūt, qua plus attollit sanctitas q̄ scientia, qua uirtutes uerbis & eloquentijs p̄feruntur, quo populus cōgregat in nomine dñi, qua diuinā uirtuti condita ciuitas cōmendatur, qua nihil staturitur legibus, quod diuinā legē effugiat, qua plus morē q̄ meritōrū cauetur perditio, qua cor unum & anima una p̄beio: omniū est in dño, qua nō in hoc mūdo, aut in seip̄a tm̄, sed in Christo dño gloriatur, qua nil ad profectum uendicatur, nisi ad defectū euenisse causatur, p̄terquam in ratione uirtutis, qua p̄pter illam nō timeret uulgare iudiciū, qua deridetur exēpta machera, minā ut inania, tormentum uelut somnia aestimatur, qua uerū non terrore siletur, qua est oim quod singulorum, & singulis offeritur in cōmune deductum, qua intēditur, ut numerositate uirtutū populus augetur. Sed quae caelestis caelestiumq; nunciū arcanorum terreno sacerdoti nūciabat, peroptans sibi placuere; sed suam & uxoris praecogitans senectute, posse fieri haestitauit, propterea dubitanter exquisiuit ab angelo. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & uxor mea proceffit in diebus suis. Humana sapiens, rationes p̄ten debet humanas, cū supra naturā penitus nō aspiceret, quā in seip̄o & in uxore ad cōditionem prolis defecisse causatur. Sed supra naturae uirtutē, exsterili atq; sene natus erat Iohānes: qm̄ nō de lumbis naturae, sed de uirtute supernae portendit, uirtus & gratia ipsa procedit. Saepē q̄q; in hominibus agitur, ut spiritus inueterauerit in terra nō sua, & caro procefferit in delectationibus suis: quā obrem difficile uideatur posse gratiam promereri. Sed optimus arcanorū & impositorum disertor, non sua, sed posse fieri asserit, uirtute mittentis, cum dicit: Ego sum Gabriel, q̄ asto ante dominū: & missus sum loqui ad te, & haec tibi euangelizare. Non sua uoluntate aut autoritate angelus se uenisse dicebat, cum suā assistentiam esse dixerit ante deum ad iucundam fructiōnē,

inubescit

& ad obedientiam exequendam: nec se uenisse, sed missum fuisse dicit, ut loqueret Zachariae in templo à dextris altaris incensī: & euangelizare, id est, talia bona non sperata, non perita nūciare sibi. Praerulit ad certitudinem respondendo angelus suum nomen, qui dei fortitudo interpretat, ut id efficiat diuinā potentia, non uirtus angelica. Et quaestioni ex haestitatione proposita, ut quod dicebat, ueni fieri posset agnosceret: pro signo futurae rei, & pro multatione increduli, taciturnitas est adnexa.

Et eris tacens, & nō poteris loqui, usq; in diem illum quo haec fiant, pro eo quod non credidisti uerbis meis, quae implebuntur in tempore suo.

Quoniam omnia tempus habent, quae suis dispositionibus currunt, uniuersa sub sole: alium locum disertitōis, habet incredulitatis ista multatio. Sed uera taciturnitas cōpenebat, q̄ usq; praenunciatus Iohannes ab angelo nascetur: quoniam imponendum erat synagoga silentium, & legis ceremoniae abolēda, cū noua mundo figura, gratia parabat. Magis autē esse uetus testamentum tacendo constabat, q̄ usq; noui testamenti gratia desuper illuxisset, aperuissetq; labia elinguium, & disertas faceret linguas mutorum. Siluisse dicitur loquens nō exauditus, & qui postulata nō obtinet, ac si ta cuiuisset. Nam clamor Moisaicae legis, oīs exclamatio prophetarum, tota precatio ueteris facerdotū, omnis bestiarū oblatio, taciturnitas quaedā erat, cum usq; in id tempus dñs in exorabilis extitisset, & nubē opposuisset, ne transiret oratio peccatorum. Nec non & iustorū precamina repudiabantur ad gloriam, quousq; plenitudo temporis aduenisset, in quo signanter sacerdos multaretur silentio: quia nō erat ille summus sacerdos, qui semel per propria sanguinem intraturus erat in interiora ue laminis, per quē erat soluenda captiuitas peccatorū, danda remissio adoptionis, praestanda libertas, & sup̄nae patriae petitio admittenda. Non erat illud sacrificium occisi pecoris offerendum in precium, sed sanguis Christi, clamaturo de terra, pro omnibus exaudiendus in cruce. Intrate ueritate noui testamenti, merito taciturnitate sacerdotū erat p̄cedēdū, q̄si semp̄ in silentio p̄mansisset, donec mundo pateret, q̄ in lachrymis, & clamore ualido, p̄ sua reuerentia exaudiret in cruce. Et unū esset, sacerdos & hostia, aeternus uterq; uno clamore uterq; pro aeternis exauditus aeternē.

Inreca [erat populus expectans Zachariam, & mirabatur quod tardaret ipse in templo.] Laudabilis mos est, tandū expectare sacerdotem, quādiu sacrificare perficiat, ut sit perseverantia utrorumq;. Sed miratur populus diuinorum nescius arcanorū, cum morā

facit, qui diuinas suscipit theorias.

Et egressus, non poterat loqui ad illos.

In templo multatus, egressus extrā, non loquitur: ut uirtus alia, q̄ humana, credat̄ astutis se in templo: complens silentio ueterem sacerdotē, in quo s. Christus, nouus noua docēs, super perna pmulgans, reprobandus erat, ac si tacuisset, aut si finisset locutus inaniam. Egressus extrā, non loquitur: poenam possidens quam accepit, quasi populo innueretur, quod sacerdotum oratio, ad exhauriendā peccatā inualida extitisset, & quod ad nouum alium se pararet, cum a ueteri nō possuissent habere respōsum: & desperatio indicebatur, cū a muro doctrina non posset egredi, neq; consilium. Sed spes ex aduerso cōstabat, ut in se rediret populus meditans, quomodo sperare posset in alium.

Et cognouerunt, quod uisionē uidisset in templo. Cognouerūt quod uidisset, sed ignorauerūt qd uiderat: ut repararent introrsus, in meditatione spiritus, quod a cōditione tēpli nunq̄ simile extitisset, qui uelut rudes, terrenis adhuc implicati, nesciebant ex paruis eximia cogitare, nec se trāsferre in altitudinē fiendorū. Sed illis innuens, permansit mutus. Aliorum membroꝝ signo & motu notum fecit, ut populus a templo recederet, nec amplius expectaret, qm̄ ipsi pro sua uice incensa posuerat, & quod ipse impotēs loqui erat. Nam quanq̄ lingua differens, muta cōstitat, tñ multis alijs signis atq; figuris tēstamētū ueteris, cū cōta mysteria recessum innuebant a templo, ne amplius redemptio expectaretur ab illo, & q̄ in spiritu & ueritate locus orationis & exauditionis futurus oīno erat, & q̄ omni posito in censo ueteris testamenti, p̄tinus erat Christus.

Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam.

Redeat unusquisq; ad seipsum, uacer utilitatibus proprijs, ocio non marcescat, q̄ est amorus a publicis. Post hos aut̄ dies, uxoris corpore fungens, non excitatus ardore libidinis, sed p̄missa motus desiderio prolis, uxor eius Elizabeth casta mente, non corporis excitata libidine, immisiōe feminis, in originali culpa concepit, quam spiritus sanctus paulo post anima infusa corpori, penitus expiauit, ut Gabrielis uerificaret p̄missum, qm̄ spiritus sancto adhuc existēs in utero, replendus erat. Et occultabat se Elizabeth mēstribus quinq; pudicitia repressa senili, eo q̄ in senectute aufugisset sterilitas, & trāsacta iuuentute, adisset fecunditas. Bonus est pudor, sed non operibus creatoris. Bonus est pudor, s. q̄ culpa cauet̄, nō q̄ uirtutis opus obrundit. Laudabilis erubescētia, q̄ ita refrenat, ne procedat in nimium, ne in id qd nō expedit, declinet: ne id qd est impertinēs, in actionē deueniat. Sed nec quisq; debet erubescere, a su-

periori imposta actionem, aut quod est miraculi seu bene cōstitutæ naturæ. Nec quisquā plus sibi in honestate tribuere, q̄ decreuerit iusti amoris autoritas. Plus debito sibi arrogat, qui in seipso magis cauet in solitā, q̄ dñi facile actionē. Habebat siquidē talis occultatio aliquid humani respectus, & porrigebat audientium risus, q̄ steriles & senes carnalibus actionibus se dedissent. Timebat adhuc infamā, & famā amabat humanā, cum se quinque mēstribus occultauit, tacite secum conferens, ac dicens:

Quia sic fecit mihi dominus, in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Vir mutus effectus, uxori quod uiderat & audierat in templo, nunciare nō poterat: idcirco Elizabeth talibus suspiciōibus laborabat, a quo si audiuisset mysterium, non talibus angustijs angeretur, aut perplexitibus titubaret. Sed quid est quod dicit, quia sic fecit mihi dominus? Sic, ut in senectute, atq; sterilitate cōciperet, ut duo naturæ ordine penitus obuiarent, ne conceptio fieret, sed in his quæ supra naturam facta noscuntur: siquidem reputatur quod concepit ætate grandæua, & sterilitati subiecta. Sed hoc ad maius credendum prærogabatur mysterium, quoniam uirgo erat conceptura, pariter & paritura omnium salutare. Sed fecit hoc, quando disposuit illi auferre opprobrium inter homines. Opprobrium inter homines, infocunditas erat, sed nō apud deum damnabatur opprobrio: cum nō sit in hominis potestate, sed in dñi uoluntate, posse concipere. Sterilitas atq; fecunditas solum a creatore dependent. Proinde multa, uelut opprobrium, in conceptu sunt hominum, quæ apud deum defectuum nota carent. Sed cum deus hoc uoluit remouere opprobrium, sterili dedit ipse cōceptum, quæ uirgini uirginum ad faciliorem credulitatem ab angelo eodem infertur, dum sibi saluatorem omnium concepturæ atq; parituræ nunciatur: **Quam, cum se quinque mēstribus occultaret, MARIA ab angelo nunciata in sexto mēse detexit, cum montana conscendit.**

Et intrauit in domū Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Et factum est, ut audiuit salutationē Mariæ Elizabeth, exultauit in fans in utero eius. Et repleta spiritus sancto Elizabeth, exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me? Ecce em̄, ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.] Non hic aliqd sumptis distendendum pro parte Mariæ, sed pro mysterijs

præcursoris & matris. Detegitur Elizabeth, ne amplius delitescat, cum Maria uirgo illam uisitatione processit, cum hæc mirabilia in eis nō fecerit natura, sed dei discreta potentia, quod sterilis & senex præconem, & quod uirgo sine femine conceperit iudicem. In illa mirum, q̄ senex & sterilis in illa mirandum, q̄ fecunda, sed præter uirtutē feminis. Sed salutā Elizabeth, iam onerata p̄pone a uirgine, quæ salutarem sine p̄derositate gestabat, ut salus a nouis mysterijs referat̄ ad p̄sicos, & p̄ uirtutem noui cōceptus, uetera liberent. Antiquior munda fuerat Elizabeth q̄ Maria, & Iohānes Christum in cōceptione præcellerat: sed salus processit a lege noua, per hoīem nouum, in eos q̄ præcellerāt, ad salutem prædesinaturos. Quasalutatione percepta, cōceptus sexti mēstris agnouit mysterium, dum exultat in utero antequam nascatur, & officium peragit ad quod erat, & gaudio adortur, cum uoce nō possit edicere. Impotens sandi, exultatione dñm profectur, nondum percepto usu lucis corporeæ, etiam in carne uelata inuisibilem lucem mundo aduenisse cognouit, & occultus occultū, seruus dñm, miles regem, præco iudicem, præcursor postsequum imperatorem, sine sensuum arguimento præuidit, & propriū fecit in eo sensum diuina potentia, quem sic antē nemo habuerat ex natura. Vide, quanta simul ex omni parte cōueniunt, ut tanta mirabilia oriuntur. Hinc Elizabeth, inde Maria gratia plena: hinc uxor sacerdotis, sed ab eo caste cognita: hinc uxor fabri, ab illo intacta: hinc senex, inde iuuenula: hinc sterilis, inde fecunda: hinc sanctificati parens, inde sancti sanctorum mar: hinc iustior filius, inde ab æterno ex deo patre p̄genitus: hinc saluatus, inde salus: hinc creatus, inde creator duplici carne uelatus. Proinde ad exultationem Iohannis, prophetica uirtus adnectitur, cum Elizabeth cōtinuō spiritus sancto repletur, quo concitata, prorumpit in uocem magnam affectu, magnā nouitate mysterijs, magnam studio differēdi, magnam utilitate credendi, magnam cōsideratione sui: quia mater puri hominis, magnā existimatione matris omnium redemptoris ad eam ueniens, magnam protinus ex ueritate, quā spiritus dictante prænnūciat. Air enim: [Benedicta tu inf mulieres, & benedictus fructus utris tui.] Sed nec ut maior, quā antiquior, Elizabeth Mariæ benedicit, quæ ex spiritus sancto matrem dñi esse cognouit. Non ex autoritate illi dedit benedictionem, ac si esset illi aliquo iure prælata, nec prophetat futurū, quod mēte conspicit factū, sed extollit laudibus uirginē, eo q̄ benedicta prius a dño exiterit, quæ gestabat, quo uirginaliter grauida erat, non benedictione cōmuni, sed illa, quæ oēs excessit penitus mulieres. Ac etiam fructū, quem ab cōse uirgo gesta-

bat, agnouit. Cui nec etiam benedictionē inferens benedicit, sed enūciat, quod sibi spiritus sanctus ostendit. Non autem benedicit fructū ex arbore, sed arborem, ex benedictio fructū, asserit benedictam. Ecce duæ arbores fructuosæ, noua poma ferētes in fructibus: ut una gratiam, altera ferret gratiæ largitorem. Sed unus benedictior suauiorq; fructus, & usq; uacq; profusior, in quo erat omniū salus, per quem solum, oīm humanorū fructus esset acceptus, præter quē omniū esset inepurus. Et secum mirans Elizabeth, quasi mētis pateret excessum, quia regina mundi ipsam uisitatione conscēderat, etiā clamādo adiecit: [Vnde hoc mihi, ut mater domini mei ueniat ad me? Jasserēs ea, q̄ infans quem gestabat in utero, exultando præfecerat, propter fidem Mariæ, quæ credidit denuncians esse beatam, unde perficiantur in illa, ea quæ perficienda restabāt: huic prophetico spiritu Elizabeth iam facta pariter & futura nunciabat.]

Quæ, cum impletum esset tempus paritendi, peperit filium. Et audierit uicini & cognati eius, quia magnificauit dñm misericordiam suā cū illa, & cōgratulabantur ei.

In lege ueteri, uelut Iohannes in uentre, gratia & ueritatis intelligētia claudēbat, reuelanda tñ in tempore suo. In cuius cōpletionē mysterijs, iam plena diebus, Iohānes peperit Elizabeth. Hoc etiam contingit in moribus hoīm, ut sæpe bona mente cōcipiant, sed nō semper tempus agendi: cū uero disponēte altissimo tēpus affuerit, cōcepta in animo uirtus, p̄cedit in actum. Non paruū est bonū, cum concipientibus uirtus aderit paritendi. Nam concepit quid proderit, si partus defecerit: Nec em̄ boni agendi sufficit desiderium, nisi cum possit, succedat effectus. Filium, non filiam peperit: ut tam pro mysterio, q̄ pro agenda uita studio cognoscamus, quantū sacra scriptura demonstrat, nunq̄ angelo reuelante, neq; supra naturā, in conceptu mirabili fecundā esse conceptā, aut prodisse de partu: sed semper p̄dicēte uirtute signa, conceptus fuisse mirabiles, & partus fuisse uirtutes, ut nō effocinatæ, sed fortes fiant hominum actiōes. Nec ex hoc, uelut reprobata reneatur natura feminea, sed in significatione plus attollitur. [Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dñm misericordiam suā cū illa, & cōgratulabantur ei.] Verē sic gesta sunt hæc, siquidē fama noui ortus distenditur, quia per oēm orbē diffundenda erat fama maioris, quem Iohānes ordinatis dispositionibus præcedebat. Et quod cōmune nascitur bonū, ubiq; reboatur, ut fiat participium amatoribus bonitatis, & cognoscantur ex publico hominum affectus, qui lætantur ad gratiam, & cū fructus iustitiæ prodeūt: nam iusta

parēs,iustum fructū produxit. Sed uicini sunt & cognati, qui audiunt: hi etiam, qui lætatur. Expediit siquidē, propinquū fieri uitę sanctorū, & iustitię conuersatione, & uelut generis propinquitate coniungi, si uolumus audire mirabiles ac etiam salutiferas nouitates, & congratulari his, quibus deus sua magna conferre disposuit. Nec credatur deus denuo suam magnificare misericordiā, quę semper utiq; magna est, sed cum Elizabeth tunc magnā ostendit dando conceptum, educendo ad partum, cuius uolūa ante cōcluserat. Miris modis agit in hominibus diuina potentia, uel cum peccatores miserando conuertit, aut cum iustos in altiora opera prouehit: & ubiq; misericordia magna, donis diuinis, nostris meritis nō æquari. Et pars est supernę uitę, aliorum prosperitatibus collatari, & cōgratulari eis, quibus alludit diuina potestas. Hinc uidet inuidia trāsmis- gresse, ac in extremū profecta esse, suppressum odium, uera charitas illuxisse. Hinc in beatitudinis confinia secessisse, ubi nō est congratulatio de prouectibus proximorum. Nam quod est unius læta festiuitas, dicitur oīm: & quod est omnium, esse noscitur singulorum. Eja inquam bono examine positi noscitur, qui aliorū uirtutibus & beneficijs gratulant. Habet in se quisq; profectō, qd in alijs amat; nec uirtute priuat, qui in ueritate diligit uirtuosos.

Et factū est in die octauo, uenerunt circumcidere puerum, & uocabant eum nomine patris sui Zachariām.

Circuncisio diei octauī, q̄ non ex lege, sed ex patribus erat, includebat mysterium, scilicet a quibus malis in octaua resurrectionis futura sit plebs fidelium circuncisa. In mortali hominum uita, castitatem & continentiam notat ex membro, necnō abdicationem placiti, & decisionem superflui. Quod autē eum nomine paterno uocabant, deferebant origini naturalī, & dignitati paternę, secundum cōsuetudinem multarum nationum, quod primogenitus nomine paterno censet. Sed qm̄ iam natura defecerat in parentibus, ut p̄ naturę legē uenire potuisset ad ortū, magis uero gratia p̄ stabat, decens non erat ut nomen sortiret paternum, neq; alicuius cognati. Proinde

Mater eius respondit, dicens: Nequaquā, sed uocabitur Iohannes.

Adhuc Elizabeth spiritus sancti uirtute p̄ phetabat, imō a spiritu didicit, quod non didicerat a marito. Non ipsa in tēplo audierat de nomine p̄cursoris, nec maritus mutus existēs, poterat n̄scire: sed hoc sciebat superna reuelante uirtute, quod sciam diffinitū erat, ut Iohannes filius eius uocaretur, quod nomen nō erat ab hominibus inuenitum, sed ab æterno pręuisum, & per angelum tempore congruo

reuelatum. Etenim sæpe nouimus, sacras scripturas acutē scrutantes, nomina multis cōpetere rōne bonitatis atq; mysterij, ac etiā sic a primæuo fuisse imposta, in pluribusq; mutata, qd in postea rerum monstrauit euentus. Cum autē prophetica mater sic filium uocari assereret, cognati ex humana cōsuetudine respōderunt, ignorantes gratiam tali consuetudine nō teneri, dicentes:

Quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine.

Igitur magis congruum erat, ut nomen nō habitū, haberetur, q̄ in alio repereret quo q̄s antea censebat. Et quippe uerē erat, quod in cognatione carnali tm̄ existens, nomen a cœlestibus non accepit. Quā cognationē carnalibus fieri expedit ad eptione gratię, nō extinctione naturę, in cognatione sp̄iali cognatū esse uirtutibus, q̄ priuilegia nominum querit: quoniam non secundum nomen, quod ab hominibus imponitur, ascribimur in libro uiuentiū, sed secundum nomē qd sortimur in cognatione uirtutum. Sed hi cognati ex carne, non dum supra ipsam facti,

Innuebant patri eius, quē uellet uocari eum. Innuebāt patri eius, ut ipse innueret, quoniam adhuc mutus. Innuebāt cui iure naturę maior erat potestas in filio, ut ipse differeret, quo noīe natus filius uocaretur, nō cōtēti, qd sua mater edixerat. Qui uoce priuatus, signo aliquo postulās pugillarē, scripsit dicēs:

Iohannes est nomen eius.

Scripsit in pugillari, in aliqua scilicet tabella, quę infra manum portabilis erat, ipso more, qui notare ad firmiorē memoriā aliqua consueuerūt. Sed nec ipse scribēdo nomen impositur, sed quod ab angelo audierat in tēplo, referauit. Iohannes est nomen eius. Ac si aperte dicat: Non sibi mater, non ego potior parēs, huic nomē imponimus, sed hoc est penitus nomen eius. Nos sibi non damus, uosq; cognati more solito in alijs, nato huic nomen non imponētis. habet nomen, tenet nomen: de cœlis, non de terris est nomen. Frustra, de huic imponēdo uocabulo, litigatis. qd de superis est sanctum, humanis iudicijs non transferi: uelleq; transferri, criminis dampnabilis notam habet. Igitur Iohannes est nomen eius. Ad quam scripturnam, nomen huiusmodi differētē,

Mirati sunt uniuersi.

Quare mirati? Nouitate gestorum, quę illorum non penetrabat acuitas intellectus. Nouum enim atq; incognitum, semper cōstituit homines in admirationē adducere. Sed maior admirationis occasio subdebat,

Quia apertū est ilico os eius, & loquebatur benedicens deum,

Uidete mirum, corde ariotate quod gerit. Prædixerat angelus Zachariā uoce priuandū, quicq; hoc qd dixerat cōpleret: sed iam cōpletum erat: qm̄ natus erat: cur igitur in natiuitate, aut in ipso ortu Iohannis, os Zacharię non fuit apertum, sed usq; in octaua die dilatatum? Quia nascendo noscebatur, quia filius in noīe uero eius, mysteriū pandebatur, cuius nati dignitas atrollebat ex mysterio plus, quam q̄natus esset homo. Et ex hoc non credimus Zachariām mutitate punitū, eo q̄ incredulus esset de filio, sed q̄ ad tantum pararetur mysterium, hæsitauit. Proinde filio nascēte, lingua nō soluitur, sed declaratio Iohannis nomine in octauo die, os increduli aperitur. Ecce potestas cœlici nominis, ut quod hæsitatio claudit, ipsa resoluat. Et ab eo liberatus ē pater, pro q̄ multatus extiterat: ut quod est causa culpę, sit uenię: quod poenę, sit præmijs, si in partē cōtrariam transferatur. O magnum nomen, quod patri uocem, concium ciuibus, uicinum conuicaneis, populo sacerdotem, uxori uirum, per usum loquelę restituit. Et magno factum est hoc præfatio futurorum, qm̄ sola gratia linguas hominū facit in ueritate disertas, sola gratia miracula operat, sola gratia est præuia saluatoris, sine qua plestimur, qua inhærente liberamur. Sed bene die octauo quo puer circumciditur, quo eius nomē uenit in publicum, senis hominis, ueterisq; sacerdoti lingua resoluē, cū muta fuerit omnis antiqua conditio, & ministratio ueteris testamenti, cuius os & lingua in aduentu noui hominis, in ortu nouę lucis, reconciliansq; gratię, mox resonet in laudē. Et hoc fuit testamētū tota perfectio, qm̄ præfigurauerat Christū, quę resolutis uocibus & magnis laudib; p̄conijs, resonabat bñdices deū, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Factus est autem timor super omnes uicinos: & super omnia montana ludæę, diuulgabantur omnia uerba hæc.

Timor terrenis incutitur, cū superna clarescunt, qui aut terret incredulos, aut cōmouet ad credendū, sed cōtingit uicinos corpore, ut plus mente uirtutibus uicinentur. Semper em̄ timor, qui de mirandis uirtutibus exit, ad ueritatē intelligendā uirtutemq; peragendā inuolat. Et fit timor super oīa montana ludæę, qm̄ omne quod altum in mundo creditur, uirtus diuina deterret, & timere facit, dum clangit. Sed nec datur timor immisus, magis autē ex cōsideratione mirandorū exortus, qm̄ filius ex ueteranis ultra naturalem uirtutē prodierat: qm̄ nomen ab angelo, non ab hoīe accēperat, in cuius uirtute solutū erat linguę uinculū senis hoīs, iam octo diebus & nouē mēsi- bus mutescētis. Hęc in admirationē hoīes induxerunt, hæc fecerunt pio timore pauentes,

qm̄ ista tam insolita p̄mōtāna ludæę & p̄ loca uicina uulgabant, & fecerūt hoīes redire in- trorsus ad cōspiciuā cōsiderationē gestorū.

Nam & posuerunt oēs qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cum illo.

Quid posuerūt in corde suo? Ea quę audierant. Quare? Ut cōsideraret, ut memoriter tenentes quā uere possent, mirabilem res cōstarent euentū. Ea quę de diuinis theorijs audiuimus, omnino sunt in corde ponēda. Etenim cor nostrū sic creatū est, ut sit in terra qddam armarium atq; repositoriū diuinorū. Ponenda sunt in corde sancta mysteria, uerbaq; diuina, ut credamus & diligamus, ut i illis sedulo imēditemur, & ex eis fiat directio gressuū nostrorū, ne a uero deuitēs, in aspera incidamus. Etenim hoc sensu propheta dicebat: In corde meo abscondi cloquia tua, ut nō peccem tibi. Et hi, de Iohanne uerba huiusmodi audientes, posuerūt in corde, ut intra se dicerent, aut foris loquendo condicerent: Quis putas puer iste erit? Admirati uē loquebatur, rerum nescientes euentū, existimantes tñ ex ipso atq; sperantes magnum euenire prouentū, qm̄ manus dñi, uirtus s̄ dei, potestas altissimi, erat cū illo in opatione futuri mysterij, & operatione tāta miraculi, paterni oris in suo nomine resoluēti.

Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suę.

Multa & exceedētia sensum, sunt donata patribus in huius uirtute nascētis, ut Elizabeth & Zacharias spiritu sancto repleterent: repleti uero, in uerba prophetica prorumperēt. Nam pater mutitate depulsa, spiritu afflatus, in altitudine p̄phetiæ uerba depromit, a laude atq; benedictione incipiens creatoris: Benedictus dñs deus Israel. Non dij gentium, sed ille dumtaxat, quem populus Israeliticus a principio suę institutionis coluerat. Et quancq; esset deus & dñs omniū nationum, deus Israel tantum laudatū cultu erat, in quo multa miranda profecerat ab eo, quod eū disposuit educere de Aegyptō, quem insuper uisitauit, & fecit redemptiōnem illius, per uigenitū filium eius. Uisitauit sæpe dñs plebem suā, sed adhuc redemptiōne non fecerat. Sed nunc Zacharias ex certitudine quā habebat, uerbis expressit ut factū. Et bñdixit: quia benedictus est ab æterno. Benedixit eū, qui in cœlestibus benedixit, cuius benedicti omēs electi. Benedixit qui omnibus benedicit. [Quia uisitauit] a creatione hominis, usq; in præsens uisitare nō desit: [plebē suam], quā etiam, pprio sanguine in cruce redemit, Et uisitacionem p̄tinens n̄ oportunitatē

connexit. Nam post peccatum ilico uisitauit Adam, dicens: ubi es? ut ad semetipsum poenitendo rediret, qui iustum contemnendo, a se ipso, ac etiam a deo disperserat. Uisitauit Ca in ante actum criminis post operari decreuerat, ne perficeret: uisitauit post scelus, ut poeniteret. Uisitauit Noe, ut a diluio eripiedus in rederet, post diluuium quomodo uiueret. Abraham, Isaac, & Iacob saepe sepius, necno & eoru uxores, per angelos & oracula, per no speratos coceptus, docendo, reuelando. Nec non Moysen in deserto per rubum. Et populum in Aegypto, Pharaonem per Moysen & Aaron, demu ipsum & Aegyptu, per ualidas & mirabiles plagas. Saepo populu in deserto, Gedeonem, Samsonem, Annamin coceptu, Heli per reprehensionem, & alterius sacerdotij praedicendo successione. Samuel dirigendo quid ageret, Dauid, Salomonem, plurimosq reges. Prophetas per spiritum sanctum, & populos in clamoribus prophetarum. In plenitudine quoq temporum, Zachariam per angelum ipsum, & uxorem eius per nouum filiu. Et omnem populum uniuersumq mundum per redemptorem omnium Christum, aeternu dei filium, in tempore filium hominis factum, misericorditer uisitauit. Proinde Zacharias a uisitate iam liberatus, spiritu sancto repletus, exclamabat: Benedictus dominus deus Israel, qui uisitauit & fecit deiectione plebis suae. Quod etia Dauid longe ante praedixerat: Redemptorem misit dominus populo suo, mandauit in aeternum testamentum suu. Hoc idem saluator, cum praedicaret, asseruit, dicens: Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Et Apostolus ad Corinthios, iam factum exclamat, dicens de dei filio, q facta sit nobis ab ipso nostra redemptio. Et alibi: In quo habemus redemptionem per sanguinem eius. Et ad Timotheu de huiusmodi fide instruxit: Unus enim deus, unus mediator dei & hominu, homo Christus Iesus, qui dedit redemptione semetipsum pro nobis. Qui introiuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Erectum esse cornu salutis in domo Dauid, asserit Zacharias, & nouo loquendi genere, monstrat adesse salutem. Et uelamentum est in narratione uerborum, quod statim auferetur, cum transimus in Christu. Cornu quasi os est, & discreta origine, ab alijs ossibus procedere, perspicuum est: qm caetera corio & carne uelantur, cornu uero carnem excedit, praeter corium & supra coriu se proendit, & alicui animi mali praeterquam in capite, non apparet. Arma sunt animalium, cornuq in capitibus orta.

Cornu, signatur regia potestas: quoniam in ueteri testamento oleu quo ungebatur reges, ferebatur in cornu: iuxta quod dicitur est Samuel, cum reprobatus esset Saul: Imple cornu tuum oleo, & mittam te ad Isai Bethleemem, prouidi enim in filijs eius mihi regem. Quod Samuel usq; quaq; perfecit. Proinde cornu erectu in domo Dauid, est regia Christi potestas, qui secundum carnem de lumbis Dauid scriptura tradete, genealogia diligenter inspecta, (ut Matthaeus & Lucas comemorant) mundo natus apparuit. Erecta est Christi potestas, qm omnis depressa erat potestia Iudaeoru, quibus omnis spes salutis erat adempta, nisi redderet per Christum, & omnis humana potestas, male pessundata uitijs subiaceret, quancq; etiam humano fastu Romana esset diffusa per orbem. Nulla prorsus est erecta potestas, nisi erigatur super uitia, nisi ad caelestia subleuet. Nempe depressa erit omnis potestas in moribus, neq; ter subiecta daemouibus, post hanc uitam suis includeda carceribus. Quae regalis hominu, quae imperialis potestas mortalium, quae nec seipsam neq; subditos poterat a potestate tartara liberare? Sed Christo ut dei filio, quauis esset ab aeterno summa potestas, in plenitudine uero temporu erecta dicitur in domo Dauid: ex cuius semine, per incorruptam uirginem factus est homo secundu carnem, antiqua promissione nunc tradita ueritati, cu sibi legitur: Et ponam in seculum seculi semem eius. Et iteru: Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in aeternu manebit. Et alibi dicitur inuenimus: De fructu ueteris tui ponam super sedem tuam. O quam erectum cornu salutis nostrae, cum semen Dauid in filio dei, fereat super sedem alti omnipotentis dei. Omnis fariet cornu salutis nostrae erectum dicitur, cu dei filius, Dauidica carne uestitus, caelos penetrauerit, superna conscenderit, & a dextris sedeat altissimi dei. Et uelut cornu excedit carnem & corium, sic Christus terram excessit omneq; caelum, cui a patre in caelo & in terra omnis est collata potestas. Hoc Anna propheticu spiritu longe ante praueiderat, dicens: Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Erectum est cornu, sublimatum est cornu. Salutem dat Christus in suo cornu, liberat a daemouibus in suo cornu. Nam & Dauid ante praecidit, qd nunc Zacharias in oru filij, de Christo nondum nato prophetauit, dicens: Protector meus, & cornu salutis meae. Protector est Christus ab omnibus incurstantibus malis, & omnibus sperantibus in eum, est cornu salutis: & in eo merito subueniens nobis, quo de lumbis secundum carnem descendit, in qua passus, mortuus, sanguinem fudit: resurgens a mortuis, superna conscendit. Hoc per Dauid, deus pater ante praedixerat, cu introduiturus esset

filium in orbem terrarum, ad cofringendum omnia cornua superbiorum, quod cornu eius esset erigendum, & super omnia exaltandum. Et omnia cornua peccatoru cofringam, & exaltabuntur cornua iusti. Nemo iustus inter homines, nisi qui peccare non uult. Et quancq; multi dicantur iusti, non tamen proprio, sed istius iusti merito sunt facti participes, cuius exaltata sunt cornua, uidelicet crucis, quae propheta dicente, fuerunt in manibus, in quibus stat abscondita fortitudo illius.

Psal. 74. Et ut ad aliud loquendi genus me transferram, Christiana potestas in cornu natura signata, De carne cornu confurgit, sed carnem omnino esse negamus. Qui cornu nunc uisitur in carne uiuens, super carnem factus agnoscitur. Cornu uisitur, qui a carnalibus uitijs omnino recessit, qui in uirtute solidatus, non mollescit terrenis delicijs, qui mundu uentilat, a seipso excutens, qui repugnat impugnantibus, qui cornu petat inuisibiles daemouum potestates, qui uelut cornu sustinet aereas potestates, qui carnem per omnia superat, qui temporalium rerum pellem per omnia suppeditare contedit, qui manet impassibilis ad forissecas actiones. Etem cornu in his, impassibilis dicitur esse natura, ut neq; pluuia, neq; aeris serenitatem, neq; aeris qualemcunq; pro tempore intemperiem expauescat, quauis & bestiarum pilu hac impassibilitate portantur, sed carent uirtute, qua possint uiolenter aut uultro aduersa depellere. Dicam cuiq; qd ei sit bene, si existens in carne, ipsam excessit: degens in corpore, ipsam superauit: corporali potere pressus, spiritualiter uixit: in terrenis habitans, in caelestibus mente conuersatus est. Sed hoc cornu non insurgit a natura corrupta, non a nobis datur in capite, erectum est nobis in domo Dauid pueri sui, serui dei, famuli dei, scilicet in Christo, in eiusq; domo, in ecclesia sancta eius, ubi est ois sanctitas eius. Domus Christi, ecclesia Christi. Extra illam nemini erectum est cornu salutis. Nulli salus, qui de ipso non erit. Domus Christi, domus uirtutum, domusq; donorum, ubi nobis erecta sunt cornua. Nam & Iohanes uisitat agnum tanq; occisum, in cuius capite cornua septem. Cornua septem, uirtutes septem, dona septem, beatitudines septem, quibus ome ad salutem nobis oppositum, impugnemus, non in nostra, sed in agni uirtute, qui tollit peccata mundi, ut non condemnetur, sed saluetur mundus per ipsum.

Apo. 5. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum eius.

Non, quasi de nouo per eum prophetauit, hoc loquitur Zacharias, sed asserit multifarie ante dictum per ora prophetarum. Et ut fides dictis indubitanter accedat, sanctos su-

isse testatur, non autem a seipsis missos, sed ab ipso deo directos: quoniam multi prophetae sunt non missi, non uera, sed falsa praedicetes, in seipsis decepti. Sed sancti prophetae, ab eo sculo Christi aduentu incipientes praedicere, in quo deo patri placuit reuelare. Nam Moyses scripsit quid ante se de Christi uisitatione, in qua incarnatio eius atq; natiuitas, & omnis eius conuersatio apprehenditur, extiterit praenunciatum, quid uel sibi fuerit scire commissum. Scripsit nempe quod fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandu paradisu, Christum uidelicet, in illo egressu commemorans, quem misit pater ad uisitandu hoc seculum. Et Abraham descendit in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi. Unigenitus dei ex paterno praeccepto descendit, quali peregrinus, uisitare huc mundu. Et uisitauit dominus Saram, sicut pmiserat: & impleuit quae locutus est. Concepit & peperit filiu in senectute sua. Uisitando autem Saram, synagogam in futuro uisitaturus erat. Quae cum senescens deficeret, concepit in uirgine filium, & mundo edidit alium partum. Hoc idem Iacob, Iudam per omnia benedicens, praephetauit: Non auferetur sceptru de Iuda, neq; dux de semore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Clara est in his propheta, quod Christus propheta batur mittendus, qui nunc missus, Iudaeorum populum & gentium uisitauit. Et impletu est in Christo, qd Moyses a deo poposcit, dicens: Obsecro dne, mitte quem missurus es. Ipse, pater de quo Zacharias loquitur, erat mittendus, licet missus, oem populum uisitaturus apparuit. Et Balaam sub nomine stellae ad illum nationem orbis Iesum mundum uisitaturum, in ipso nascituru omdit, & uelut uirgam correctionis & directiois & plenae dominationis asseruit: Oriet stella ex Iacob, & cofurget uirga ex Israel. Stella ex Iacob, Christus est, ex ipso per Dauid ordinata, & non praetermissa propa gine, usq; etiam uirginem coniugis, peccatoru ignorantiae tenebras fugaturus apparuit. Et uirga iustitiae in manibus eius, ad dirigendos bonos in uiam eius, perimendosq; inuitabiliter rebelles sermonibus eius. Multa sunt testimonia prophetaru, per quoru os locutus est deus, quae si p singula uellemus differere, longa uolumina ederent. Sed ut breuiter absq; alia declaratione pstringam, ad affirmationem eius, qd de Christo protulit Zacharias, etia Dauid locutus est, dicens: Dixit dns ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Quia descendit sicut pluuia in uellus. Et ipse ueritas existes, de terra orta est, quia ut homo natus est in Sionitico populo. Et lux orta est. Et noru fecit dns salutare suu. Et redemptionem misit dns populo suo. Et exortum est in tenebris lumen rectis corde. Et dei filius caelos inclinauit, & descendit. Et emisit

Psal. 110.
Mat. 20.
1. Cor. 1.
Eph. 1.
1. Tim. 2.

Psal. 74.
Abdo. 5.
Psal. 110.
Psal. 110.
Apo. 5.

Gen. 2.
Gen. 12.
Gen. 21.
Gen. 49.
Exod. 5.
Num. 24.
Psal. 2.
Psal. 71.
Psal. 84.
Psal. 97.
Psal. 110.
Psal. 117.
Psal. 148.

manum suam de alto altissimus deus, cum filium manifestauit in carne, ad ostendendam suae uirtutis potentiam, ad considerandum bona bonis, & supplicia digna dignis. Et Isaias suo modo testimonium dedit, quae fuerunt prophetiae penitus futurorum. Nisi fundamentum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset. Et erit in nouissimis diebus mons domus domini, praeparatus in uertice montium. Et confluent ad eum omnes gentes. Idem: Apprehendent septem mulieres uirum unum. Et alibi: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Idem: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et quae sequuntur, quod intenditur exprimitur. Et alibi, ut factum iam agnoscamus, Emitte agnum domine dominatorem terrae, de Petra defertur ad montem filiae Sion. Et Jeremias: Nouum fecit dominus super terram, & mulier circumdabit uirum. Daniel: Laus praecisus est de monte sine manibus. Quid enim uiuat omnes prophetas percurrere? Ac etiam omnes prophetias, suis modis obuelatas reperire, difficilimum esset. Sed hoc nemini diuinas scripturas scrutanti, in dubium ueniat, quod omnes ueri prophetae, sicut Zacharias in suo cantico protulit, de uisitacione domini uere atque mystice sunt locuti.

Luc. 1. Et [salutem] erexit scilicet nobis, [ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.] Erectum est cornu: sed nec frustra, quoniam in ipso nobis erecta est salus ab inimicis nostris inuisibilibus, ne ultra uolenter animas raperent, ne iustas animas patrum per amplius detinerent. Ipse saluat de manu implicabiliter odientium. Ipse cornu petit omnes homines, suos electos cornu persecutionis & superbiae impetentes. Erectum est cornu salutis,

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Tempus erat miserendi, quia uenit tempus, quo sancti patres excluderentur a potestate terrae, quo praeda sanctorum ab iniustus raptores tolleretur. Erat amodo celebranda misericordia cum antiquo patre Adam, qui fletibus & poenis culpam ad posse diluerat. Nec non & cum misera prole sua, quam a paradisi sedibus, a diuina gratia, per inobedientiam propria fecerat exulare. Penda erat Noe misericordia, qui euadendi spe pro reparacionis humanae munimine, centenariam arcam construxit, a quo condita sunt seculi testamenta. Facienda erat eum omnibus patribus misericordia, qui fide ueram, obedientiam promptam domino seruauerunt. Et cum omnibus sanctis prophetis, qui uera haec futura praedixerunt, & pro ueritate, ludibria & mortes & uincula passi sunt. Dilata erat misericordia, non ablata: prorogata, non denegata. Sed nunc canit per gaudium Za-

charias: quoniam deus uisitauit & fecit redemptionem, & cornu salutis crexit, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Testamentum sanctum, est promissio futurorum, promissio filij sui sancti sanctorum, & firma pollicitatio superiorum, cuius memoratus est, cum plenitudo temporis uenit. Haec iam in figura expectauerat Dauid: Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Spes diuinorum duntaxat daf ex uerbo. Nunquam aliter spes in diuinis, praeterquam ex uerbis innascitur. In humanis autem, ex uerbis quae adinuicem homines pollicentur conferunt, aut ex consuetudine naturae, qua semina ex seminibus, fructus ex arboribus capiunt. Proinde Dauid spem tenebat ex uerbo, cuius memorem pollicitatorum dominum esse quaerit. Sed est testamentum sanctum, & est testamentum sancti sui. Testamentum sanctum, uetus est, iuxta quod si nobiscum incedit, nihil aliud, imo minus, quam patres nostri suscipiemus. Sed inquit Dauid: Respice in testamentum tuum: In eum uidelicet, quod disposuit per filium suum sanctum, cuius Zacharias dicit dominum memorari. Etiam Jeremias legitur ante de testamento huiusmodi propheta uir: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & feriam domui Israel & domui iuda pactum nouum, (aliud testamentum nouum) non secundum pactum quod pepigi cum patribus uestris, in die qua apprehendi manus eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. Et quae sequuntur, in hac declaratione conueniunt. Nouum pactum, nouumque testamentum non est, sicut ex quo in haereditate praeterquam temporalia non cedebant, sed est quo, morte testatoris, confirmato, caelestis atque superna conferuntur haereditas, non quo terrena salus corporalibus sanitas, sed quo aeterna spiritualis prosperitas confertur. Testamentum sanctum, sanguinem habet hircorum, uitorum & aliorum animalium. Testamentum sui sancti, sanguinem proprium habet filij dei. Neque salus erat in sanguine animalium, nec liberatio captiuorum, sed in sanguine testamenti sancti dei, prout patrum Zachariae prophetam fuerat ante praedictum: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de laeu, in quo non erat aqua. Qui sanguis ante passionem impassibiliter datur discipulis, quibus saluator dicit: Bibite ex hoc oes: hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et ideo Christus sui noui sanctique testamenti, mediator existens, quod confirmatur suae mortis intercessione, in redemptionem earum praerogatione, quae erant sub prioris testamenti, ut remissionem accipiant oes qui uocati & electi sunt esse participes haereditatis aeternae. Vbi enim nouum testamentum est, mors necesse est ut intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Quod spiritu prophetico uidebat

Zacharias, deum memorari huiusmodi testamenti, quod ab aeterno disposuerat, per prophas promiserat, in quo salus, in cuius sanguine liberatio, in quo superna haereditas uocatis & electis tribuitur. Quod morte confirmatum ipse uidebat, nosque in fide inhaerentem aspiciamus confirmatum. de quo iusturandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Quoniam in semine suo benedictionem contulit omnium gentium.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

Porro nisi a daemonum dominatu liberemur, deo in ueritate seruire non possumus. Prius enim a daemonibus est habenda libertas: ante sunt soluenda uincula peccatorum, quibus uoluntari nosmetipsos inneximus. Prius a carceribus oportet dimitti, quam iustum deo famulatum exhibere possumus.

In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Quibus in timore ac misere uiuimus super terram. Ecce a quibus est habenda libertas. Ecce in quibus constituitur pietas. Libertas ab inimicis, euasio a peccatis. Pietas uero, quae deo seruitur, in sanctitate & iustitia plene consistit. Ad haec pro moribus Christi agebatur aduentus, ut liberemur ab inimicis, & a criminum nexibus soluamur, ut sibi in sanctitate & iustitia diebus omnibus seruiremus. Connectuntur haec adinuicem in ordine recte agendi, quorum uno deficiente, moralis acceptatio laetitia non consistit. Primum liberari a malis, secundum in iustitia & sanctitate seruire, tertium sit omnibus perseverare diebus. Sed ubi spiritus, ubi sancta libertas. Et quoniam inimici semper impugnant, ideo saluator docuit nos quotidie dicere: Sed libera nos a malo. Et ut liberet, ipse nobis factus est cornu. Fit libertas, cum a uisibilibus & corruptibilibus expeditur affectus, cum amor rerum non allicit, cum timor non inflectit ad nefas. Sibi in sanctitate seruitur, cum supra sensum hominis agitur uita, cum affectiones in superna ascendunt, cum mores aguntur in omni directione uirtutum. In iustitia porro altissimo famulamur, cum dilectio est dignorum usus & debitorum. Sed in his omnibus perseverantia opus est, sine qua nemo boni operis praemium apprehendit. Et post haec conuertit ad uerum prophetam sermonem, & uates de uate uaticinium canit. Maior aetate, minor ministerio, de minore per tempus, & maiore per gratiam exhibet prophetiam.

Et tu puer propheta altissimi uocaberis: praebis enim ante faciem domini parare uias eius. Acceperat Zacharias in templo per oraculum ab angelo, quod esset iste futurus, & quod praeriturus esset dominum in spiritu & uirtute

Heli: unde hoc quod de puero nato die octaua dicit soluto uinculo linguae, magis est patet factio suscepti oraculi, quam canticum prophetiae, quoniam ipse spiritu prophetico loquere, Puer uocandus erat Iohannes, quando hoc praemebatur a patre, quod uocandus esset propheta altissimi. Sed parum erat, quod uocandus erat, nisi euidens & index propheta fuisset. Qui etiam ut angelus dixit, parare uiam Christo in cordibus hominum, baptizando & praedicando praeparauit. Laudatur omnino, praere ad honorem & praeparationem domini subsequens. Vituperatur autem, qui propria directione praegambulat. Subsequitur dominus, quos ipse praemittit: & praedicatores, qui uiam Christo parare omni uirtute contendunt, fouedo postergat. Ad quod etiam praeriturus Iohannes?

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.

Plebs dei, proximae salutis scientiam non habebat, & per quem futura erat, iam latebat in utero, & de longinquo adhuc expectabatur a plebe. Salus autem prima, reddebat in remissionem omnium peccatorum, cuius tunc Iohannes scientiam plebi dedit, cum dixit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Praedicatorum officium & intentio in his, quae Zacharias de puero uaticinatur aut edicit, ostenditur praere Christum: non a seipsis, sed missi ab ipso, aut ab auctoritate habente. Praere ante faciem eius, ut semper Christi notitia subsistat. Parare uias eius, scilicet praedicare uirtutes, quibus iter est, quo ad homines ueniat altissimus filius altissimi dei. Et ut dent auditoribus scientiam de salute, ut ostendant plebi, non in quibus corporis, sed in quibus animae salus uera consistit, ut instruant populum, in quibus sit tota remissio peccatorum. Quo autem affectu fiat ipsa remissio, adhuc uaticinando profert:

Per uiscera misericordiae dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.

Per illa interiora sui cordis uitalia, scilicet amores inuisibiles misericordiae suae, quibus motus, ex alto ueniens, nos uisitare dignatus est, ut in illa sua ineffabili & incomprehensibili dilectione, peccatorum hominibus tribuatur remissio: qua incarnari, nasci, uisitare, conuersari, docere, pati, mori pro nobis uoluit. Quibus uisceribus, qua dilectione, [illuminare] disposuit [his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos] etiam [pedes nostros in uiam pacis].

Hoc Isaias multo praedixerat tempore: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: sedentibus in regione umbrarum mortis, lux orta est eis. Corporales tenebrae illae sunt, ubi omnis est priuatio lucis: eius siquidem absentia, regnum constituitur tene-

brarum. Quamquam nihil ponatur in rerū natura, tamen sic est ordo loquendi, ut priuatio lucis, tenebrarum possit esse cognitio. Ipsæ lucem apprehendere nunquam possunt, quæ per priuationem sunt. Tunc fugantur à luce, qua recedente ueniunt. In tenebris uero sedere, non sicut dicitur, sicut enim ipsæ non faciunt, sed in locis ubi nulla est præsentia lucis. Sed nec de his corporalibus tenebris, seu de corporali luce, istorum prophetarum fuit intentio, sed de tenebris ignorantiae atq; peccatorum, quibus animæ inuoluuntur. In quibus sedebant Iudæi & populi nationum, pro eo quod in his positi erant sedentes, uelut qui corporalibus tenebris circūscripti, cum quo pergant, nesciunt, etiam inuicti sedendo quiescunt. Nec lux ista ueritas iam orta fuerat, quam sequi possent, ne in tenebris ambularent. Quæ cum exorta fuisset, & apparere cœpisset, in moribus dicitur qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ: quam qui secuti sunt, tenebras euaserunt, eam ex Iudæis, quæ ex populi nationum. Hinc etiam Ierusalem dicebatur: Surge, illumina Ierusalem, quia uenit lumen tuum. Et post: Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Vt Zachariæ uaticinium de illuminatione illorum qui sedebant in tenebris, non solum ad Iudæos, sed etiam referatur ad gentes. Quod uero umbram mortis adiungit, in quadam secretiore consideratione immittit. Est enim mors, & esse dicitur umbra mortis. & ut à corporalibus ad spiritualia transeamus, in his differendi sumamus exordium.

Mors est priuatio uitæ, aut separatio animæ uitalis à corpore uitæ habente, quæ à moriendo nomē accepit, aut quia nimis mordet, aut quia morsum solum facit in parte: non enim in toto composito mors potest habere dominium. Non de animalibus ratione carentibus, sed de hominibus loquimur, in quibus mors, uirtute præcedentis doloris, corpori sensum adimit, unde anima ipsa recedit, in qua mors non potest amplius deseri, ut illi sensum adimat, & ad nihilū redigat. Proinde mors in parte mordet, in totū mortuum uedicare non potest.

Umbra uero mortis, est somnus siue dormitio, quæ proprie dicitur mortis imago. Est etiam umbra mortis, omnis infirmitas, qua ualidè corpus opprimitur, quando extalis aut sensuum alienatio inualefcit. Nam sicut umbra, prout in corporibus agitur, est aer carens sole, sic cum in hominibus dicitur, est quedam uita sine usu rationis & sensuum corporis. Sic in spiritualibus, reperimus mortem, & umbram mortis. Mors spiritualis animæ, cum peccato separatur à deo, qui est omnium uita, & cum æternè in infernū detrudat. Umbra uero huiusmodi mortis, est carentia ueræ cognitionis,

carentia ueritatis & fidei & lucis æternæ. Fie umbra in aere ab obiecto corpore luci, quæ remoto, aeris pars illa clarescit. Sic aliquid fit in animabus hominū, quod supernæ atq; inter-næ luci obijcit, unde illa umbra mortis generatur. Sed remoueri dum uiuunt potest, quæ usque derudantur animæ in infernum, omne quod luci opponitur ut umbra generetur. Hinc Zacharias differendo fatetur: Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uia pacis. Claret de corporali luce ac corporalibus tenebris, non prælo qui Zachariæ, sed de spiritualibus, ut tenebris huiusmodi iam depulsis, umbra mortis abiecta, pedes nostri, affectus parit & intellectus, pacis dirigantur in uiam, illius scilicet quam mundus ignorat, quia carens, alijs conferre non potest: sed in illam quæ superat omnem sensum, quam proximus passioni suis discipulis Christus dereliquit. Deinde redit euangelista in declarationem præcursoris, ob quem supra posita sunt contexta, dicens:

Puer autem crescebat, scilicet mole sui corporis, [& confortabatur spiritu,] scilicet sancto, quo ex utero plenus erat.

Qui accessit ad desertū, in quo moratus est usque in diē ostensionis suæ ad Israel.

Tempus accessionis, scriptura non explicat, sed à puerilibus annis desertū incoluisse credendus est, & loca quæstiuisse custodiae remotioris consistentiæ, apta contemplationi, orationi congruentia, & amica mororibus, ubi tandiu stetit diuinis reuelationibus uacans, & ex omni se diuinis theorijs intrudens, quousque mādato dñi ad Israel in opere sacri mysterij monstraretur.

Et habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius. Esca autē eius, erant locustæ & mel syluestre. Agrestis erat uita Iohannis, neque delicijs aliquando legimus studuisse, qui ex teneris annis deserticola factus est. Qui cœpta carnis mollitiæ, hispida ueste ac rigosa indutus est, de pilis scilicet camelorum. Decens uestimentū cuiuslibet Christiano, ut uanitate careat, ut non pascat oculos intuentium, ut sit sine nota lasciuie, ut carnē delicatē non tegat, ut signet huius uitæ contemptum, ut uilitati & abiectioni cōueniat, necessitati, non uoluptati, commensuratum. Maximè autem ei cōpetit uctis incultata, qui superna categorizat, qui catechizat indoctos, qui ad concionem profert rudimenta salutis: zona uero pellicea circa lumbos, ex aduerso cōfundit baltheos superborum, qui etiā in zonis uanitatem ostendunt, & in cingulis extollentiam pandunt: & quæ prohibitorius erat, quem præcurrebat, in se carēdo damnauit. Quia saluator dicit: Nolite portare aurum, neque argentū in zonis uestris. Cibus eius, non

esca electa, sed uagæ locustæ, ut etiam bene famelicis comedere sic horrore. Syluestre mel, illud erat quod ex syluestribus apibus cōdebat, non hominū studio, aut apparatu receptaculorum, sed prout in concauitatibus arborū his auiculis natura dicebat. Igitur admirando cōsiderate hunc puerum adolecentē, quanta inedia corporali continuo laborabat, quæ Christum imitabatur, ante quem factus erat, quem uita & prædicatione præibat. Paternas ædes abhorrens, desertū horridum cœpit incolere, parentum alludimenta deuotans, diuinis directiōibus agebatur, cognitionem omnem dimisit, in proprijs laribus derelinquens. In deserto cælum pro recto suscepit, cui ad impressiōnes æreas, penitus obex non erat. Familiaritatem hominum non eum uinculauit in seculo, sed in deserto bestijs domesticis erat: non recubuit, non operosius usus est, sed gubernationi diuinæ totus expositus subiacebat. Accuratior ciborum, sollicitudo rerum, cōpassio corporis, à suo animo & moribus exulabat. O ammirabilis & admirabilis adolefcens, spiritu pleno, sanctitate in utero immaculatae constantis, quæ te traiecit necessitas in desertum? Quid te aduersum te, tam rigidum fecit? Quæ te culpa premebat, ut ad illam abstergendam tot passio-nibus subdereris? Multa tibi iam erat de te maitente notitia, pro quo cuncta sic aspernaberis. Porro suspirabas, in dubitata fide, in aliam uitam, pro qua istam sic paruipendebas. Erat tibi pro stercore mūdus, ubi repudijs libellum tam subito intulisti. In membris adhuc rebellionē non senseras, & ipsa quasi ab infantia cruciatibus mancipasti, tibi nullam alimoniam carnī delectabilem præstans. Suspensio in cælo, spes humanæ uitæ uiluerat. Noueras certè mysterium tuum, ad quod prædestinatus atq; missus eras. Proinde te seruabas in desertis immaculatam, ut purus, purissimo occurreres uenienti, cuius propheta altissimi dicebatur: & qui debet has aquas intingere saluatorem, ne te macula contingeret, præcauisti. Ad contemplandum hunc iuuenem, sacra euangelij scriptura offert omnibus sectatoribus ueritatis, Christianæque uirtutis, ut sit forma uiuendi ualentioribus in Christi amore, atq; forma humilitatis his, qui ad tam ardua manum mittere nequiterunt, aut uelut repta noluerunt. Qui ab ipsis primordijs, quibus ætas hominum absq; adminiculo itinere potest, habitator deserti factus est, hirsuta ueste utens, qua magis caro pungeretur ad tactum, quæ ad solamen acciperet. In solitis cibus & asper, & potus amnis erat. Et hoc is, qui non peccauerat, qui à spiritu sancto ablutus erat in aluo. Quid autem ex isto sumendo normā, facere deberent hi, qui peccauerunt? Qui tandiu hæc in desertis agebat, quousque in iussu domini mundo ad mysteria complenda patesceret,

non tamen uitæ agrestis mutata censura. Tempus uero manifestationis, euangelista seriosa narratione descripsit, dicens:

Anno quoddecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iurææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilina tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Quia hic fuit missus à deo. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut oēs crederent in illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

Et uenit in omnem regionē Iordanis.

Descriptio temporis, ad euidētiam est factum, similiter & siendorū. Habet etiam inclusum mysterium; mores uero intendimus, nisi per uolentiam non cōtineret. Manifestatio tamen præcursoris se fidelium obtutibus magis offert, quæ nisi per mādatum dei facta non esset, ad omnium uolentium uerba proferre exemplum, ne præter mādatum domini fors loquendo procedant. Tunditas est, uelle nacti fieri: & per uirtutem prodire in publicum, non paruæ temeritatis, nisi desuper iussu ueniat & directio, ubi semina diuina iaciuntur. Virtus in necessitate est cuiuslibet ad seipsum: uerbum uero ad alios habet opportunitatem; non tamē ex propria uoluntate, sed ex alterius directio-ne; sed ubi uoluntas & necessitas, pari modo aut dispari quandoque concertant, necessitas preualeat, non uoluntas. Hic uero fuit missus à deo, & uenit in testimonium æterni luminis, quod mundo apparuerat, ut de ipso perhiberet testimonium eorum, quæ uisurus erat. Et uerè agnus dei erat, qui mundi uenerat auferre peccata. Et testimonium erat daturus superuenientis spiritus, in specie columbina & paternæ uocis, quæ intonuit super eum. Proinde tot uirtutibus perditus erat Iohannes, & à teneris annis, disponere de dño, deserticola factus erat, ut ocyus recipe-ret testimonium eius de Christo à populo Iudæorum. Lux uero fontalis, Iohannes non erat, nec sua uirtute resurgens, quamquam plurimū participaret de lumine, sed Christus cui testimonium dabat, erat lux uera; non alterius participatio, sed suo ortu proprio & æterno.

Venit igitur iussu domini [in omnem regionem Iordanis,] in quo Christū intincturus erat, prædicans baptismū penitentiae in remissionem peccatorum. Et ut penitentiam age-ret, [quæ appropinquabit regnum cælorum.] Hæc siquidē uerba de penitentiā saluator etiam dixit, quæ iam sunt dispersa per modicum. Sed diuersitas uidetur in uerbis, cū unus

referat dixisse Iohannem, agite poenitentiam: alius dicere uideatur, predicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Etiam ex euangelio plene colligimus, quod ipse personaliter baptizabat. Dabat Iohannes baptismum in primum baptismi Christi quem predicabat: non tamen baptismus Iohannis poterat peccata diluere. Expediebat enim suos inunctos, baptismo Christi ablui, ut sequeretur remissio peccatorum. Disponebat porro Iohannes uerbo illos qui baptismo Christi ablundi erant: actu uero etiam corpora preparabat. Baptismum uero Christi & poenitentiam predicabat in remissione peccatorum: nam baptismus poenitentiam includit, poenitentia uero ad baptismum perducit, ut nemo ad baptismum accedat, nisi primo poeniteat: poenitentia non ualeat, nisi aqua perfundat. Et uerbum interne factum super Iohannem, dum morabatur in deserto solitarii, ipsum ilico instruxit, ut uirtute danda elementis per uerbum prolatus agnosceret: nec salus hominibus esset, nisi corporalis esset inunctio, quod per uirtute inditam uerbo, inuisibiliter animas lauat: his duntaxat exceptis, qui in sanguine aut flamine ablunt. Duo protinus ad inunctum homines ad aliam uitam, predicabat Iohannes poenitentiam & baptismum: poenitentiam scilicet & recessum a uitijs, ab erroribus, ab infidelitatibus, quibus homines tenebantur: & abluitionem, qua ab huiusmodi contagijs lauarentur inuncti ad actionem uirtutum. Sic enim Petrus dicebat his qui timuerunt, quaerentes de euadendo consilio: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque uester in nomine Iesu Christi, in remissione peccatorum uestrorum. Haec predicatio semper in necessitate consistit, etiam his, qui ab originali contagio sunt abluti, si alij contagijs sunt infecti, ut uidelicet poenitentiam agant, & iterum baptizentur, non tamen rebaptizentur: quoniam ut ait Apostolus, impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum caelestis, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum dei uerbum, uirtutesque futuri seculi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam: renouari scilicet baptismum, quod culpa duntaxat originalis deletur, & omne crimen, quo, intingendus illa hora, esset infectus. Sed a posterioribus uitijs post illam primam abluitionem, non est renouatio per eandem. Attamen sunt alia baptismata, in quibus reabluuntur qui reformidit, cum poenitentiam egerit. Omnia siquidem sacramenta, excepto propagationis humanae, ablutoria sunt, baptismi sunt. Virtutes etiam lauatoria sunt, quibus lauari possunt hi, qui primam abluitionem, posterioribus peccatorum maculis foedauerunt. Confirmatur autem praedicatio Iohannis, uaticinio Isaiae, cum dicitur: Sicut scriptum est in libris sermonum Isaiae prophetae: Omnis uallis implebitur, & os

mnis mons & collis humiliabitur. Et erit praua in directa, & aspera in uias planas.

Impletio uallium, exaltatio est humilium. Humiliatio montium & collium, depressio est superborum. Qui deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et alibi: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabit. Et Iacobus apostolus: Supbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Et Isaiae textus sic continet: Omnis uallis exaltabitur. Haec siquidem per aduentum domini, & per operationem Christi hominibus prouenire denunciat. Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro salutare dei. Obliquitas erant homines, & praua facti erant, nec erat in eis rectitudo nem reperire, cum synagoga recesserit ab obseruantia praecceptorum, & cultibus idolorum erat dicata gentilitas: quauis in populo Iudaeorum pauci reperirentur adhuc zelum legis habentes. Et incessanter homines in prauitate cordis sui ambulabant, nec erat qui ad ueritatem dirigeret, neque qui ad rectitudinem homines reuocaret. Altitonabat Iohannes illam mundo aduenisse iustitiam, quae prauum reuocaret ad rectum, & asperum sua uirtute molliret. Nam quid prauum & asperum sit in rebus, ipsa uidentia docet, & loquendi consuetudo demonstrat. In moribus alius se obijcit intellectus. Nam prauus est omnis, qui ex usu longo & consuetudine mala, didicit male agere, rectitudinem rationis & iustitiae in animo & moribus praetermittens. Corrigitur autem per iustitiam, quoniam ipsa est, quae de prauo rectum facit: siue iustitia fidei, quae prauos per incredulitatem dirigit: siue moralis, quae homines in perditis moribus deprauatos, ad recta facienda reuocant. Prauus, est peruersus ab aliquo uitio, intantum, ut intentionem pariter & actionem in seipso puerterit. Prauus, est omnis qui se obstinate tuerit in malo, & aduersus quod est bonum, obdurate consistit. Asper, est autem omnis qui inaequalitatem habet, & qui est dissuauis eloquio, & conuersatione molestus, qui aspernatur salutis monita, & plus rigide increpat eum iustissime increpatem, quam fuerit increpatus. Erunt igitur praua in directa, & aspera in uias planas: cum peruersi, per iustitiam dirigentur, & iniqui ambulabunt uias & semitas aequitatis.

Et uidebit omnis caro salutare dei.

Salutare dei, est dei filius, ostensus in carne. Aliter oculus carnis uidere non potuisset, nisi esset ab eo nostra suscepta natura. Sed omnis caro rationalis hominis, non irrationalis animalis: omnis caro Iudaei & Graeci: quoniam carnis nomine, in hoc loco signatus est homo. Sic & in Genesi legitur: Omnis caro corruerat uiam suam. Non enim deus de carne animalium irrationabilium dicit, quoniam eorum merito deus non

Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudaea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua.

Ecce praedicatio Iohannis fortiebatu esse, etum, quia poenitentiam agebant, confitentes peccata sua. Et quaerebant remissionem, cum baptismum suscipere. Etiam late dispersa erat fama Iohannis, cum solum in regione Iordanis existens, non solum illa regio, sed etiam de Hierosolyma & de Iudaea, ut praedicationem audirent, & baptismum suscipere, properabant, peccata etiam confitentes. Sed haec omnia, dispositiones erant ad Christum, & ad illam sacramentorum formam, quae post spiritum sanctum tradita est ecclesiae orthodoxae. Nam praedicatio Iohannis, quamquam ex omnibus uera esset, attamen ad condendum euangelium disponebat baptismus eius, ad eum quem Christus daturus erat. Confessio uero turbarum, distincta non erat, ut singuli singulariter peccata Iohanni confiterentur, uelut ecclesia spiritus sancto praedita, tradidit omnibus fidelibus in praecceptum, ut si delinquant, recepto baptismate, ad illam ueniant iterum ablundi. Et nec Iohannes huiusmodi confessioni potuisset intendere, cum turbarum multitudine uallaretur. Sed audientes praedicationem eius, congregabantur, & confitebantur publice in legis peccata iustitiam: non in iustitiam fidei, quam nondum susceperant, cum Christus adhuc praedicare atque palam fieri non fuisset exorsus.

Uidens autem multos pharisaeorum & Saducaeorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies (siue genimina) uiperarum, quis demonstrabit (seu ostendet) uobis fugere a uentura ira?

Pharisaei sunt, quod ob aliquid in signo foris ostentum, magis religiosi a ceteris diuisi uidebantur: Saducaei etiam iustitiam, quam non habebant, praetendebant: negantes resurrectionem, abrenunciantes prophetis, tamen quinque libros Moyli recipientes, & asserunt animas cum corporibus interire. Qui an recto zelo, an fallaci uenerunt ad baptismum Iohannis, non immerito dubitatur, ex eo quod Iohannes eos tam audacter argueret, dicens: Progenies seu genimina uiperarum. Diuersitas est uocabulorum, non sententiae, quoniam progenies & genimina idem in significato, quoniam effectu rei conueniunt. Quare autem hos appellauerit filios serpentis, est quaerendum, ne nos posterum in hac negotia ueniamus, aut si uenimus, abscedamus: quoniam uis hoc pluribus sit differtum. Filij autem serpentis, qui pessimos & fraudiligos imitant, quod terrena sectantur: quoniam terra illis est cibus, quod anfractuose procedunt, qui humana habet prudentiam, non diuinam, non caelestem, sed oino terrenam. Proinde Iohannes sic eos arguendo confundit, imo

Matth. 3.

Luc. 1. Luc. 14.

Luc. 4.

Apo. 1.

Isa. 40.

Luc. 3.

Luc. 2.

Gen. 6.

Act. 2.

Heb. 6.

Isa. 40.

ne in posterum constandatur, in considerationem cauendorum immisit. Quis demonstrabit aut ostendet uobis fugere à uentura ira? Parum enim uobis ad me pro baptismo uenisse, nisi uobis melius prouideatis in futurum. Si ostesum est uobis, ut ad me purificandi ueniretis, si tremuistis ad uerbum meum, si uos, qui sapientes & iusti uidebamini ab alijs, similiter & in oculis uestris, humiliastis animas uestras, ut uos in aq̄ intingerem patiamini, uobis omnino non proderit, nisi ut ab ira uentura fugiatis, ab aliquo ostendatur. Quis ergo ostendet uobis, si fide uestris, si animo contentis, quod opere diligere demonstratis? quod cum multitudine turbarum curritis, si fidem sequimini plebeiorum, ne discordantes ab eis, etiam iniqui haberemini, qui quacitis iusti uideri, uobis non cedit in prosperum, nisi futurum iudicium caueatis, à quo sententialiter & aeternaliter non inuolui, quis monstrabit uobis? Sed quia poenitentiam praedicaui, cōpuncti estis: nisi poenitentiae ueritate intus agatis, nō sufficit uobis exterius abluī,

Sed facite fructus dignos poenitentiae.

In hoc protinus ostendet uobis fugere à uentura ira. Prudens & pia praedicatoris conditio, cum audacter de uitjs arguerit auditores, ut illi eo curam adhibeat, ut statim opponat remedia, ne peccatores desperatione frangantur. Opportunè praedicatori haec debet adesse prudentia, cum uia uoce uentura mala & aeterna fuit comminatus, ut sine interapedine teporis inferat de cauendo scientiam. In foueam desperationis continuè animus caderet, in euertabiliter se credens in aeternum supplicium, si nullum posset esse remedium. Aut deus iudicaret impius, si in euertabiliter supplicia peccatoribus statuisset. Porro nunquam esset dei misericordia praedicananda, si uitari neumodolibet posset discernentis iustitiae poena. At quia sciebat Iohannes dei esse iustitiam simul & misericordiam, nouerat etiam mundo non defuturos peccatores, & per poenitentiam posse indulgentiam reportare, ac per poenitentiae dignos fructus uenturam iram faciliter deuitare. Sanctus praedicator, nō odit homines, quanuis opportunè & importunè arguat de peccatis, imò si peccatores mordaciter pungit, in eo tamen quod sunt homines, diligit. Proinde statim ad arguionem scelerum, annectit remedium agendorum. [Facite ergo fructus dignos poenitentiae.] Multa hic dixerit, cui uellent fructus poenitentiae dignos declarare. Aliq̄ comice, aliq̄ prolixè, utriq̄ tamè optime differetes. Ego uero nescio, qualiter sum traictus in alium ordinem differendi. Supra Iohannes dixerat: Poenitentiam agite, appropinquat enim regnum caelorum. Similiter & Christus hanc eandem sententiam pronuntiat, cum praedicare coepisset, addentes quod

ad poenitentiam subsequatur: baptismum scilicet & credulitatem euangelij, & regnum caelorum in praemium poenitentiam. Nunc uero Iohannes aliter orsus, pro deuitanda ira uentura, fructus poenitentiae adiecit, ac si aliud esset poenitentia, aliud fructus eius. Sed cum saepe poenitentiam diffiniamus, ad praesens tamen de fructibus eius disseramus: Omnis quippe uirtus, proprios habet fructus, quorum primus est idē fecisse quod est. Nam primus fructus fidei, est credere: spei, sperare: charitatis, diligere: humilitatis, humiliari: obedientiae, obedire: sic quidem est de omnibus uirtutibus reperire. Nec primum fructum uirtus extra se ipsam habet: ad seipsam, per actum eius fructificando, reflectitur. Sicut & in artibus reperit, ut artis nauiticae, nauigare primus sit fructus: lucrum uero, quod ex navigatione uenit, non est fructus artis, sed hominis nauigantis. Et medicinalis artis fructus sit, sanitatem inducere: lucrum uero, fructus est medici, non medicinae. In sensibus etiam hominum, fructus uisus, est uidere, quanquam sit alia hominis uidentis intentio. Sic & in caeteris sensibus fructus est, propria obiecta sensisse. Primus igitur poenitentiae fructus est, in ueritate poenitere: fructus itaque dignus, scilicet conueniens est poenitentiae, ut in ueritate in animo fiat. Veritas igitur poenitentiae omnino placitum, paruum siue magnum, mundaenae delectationis excludit, & tam uiam iniquitatis, quam mortem corporis, plus abhorret. Nullus fructus uisus sibi est indignior, quam in ueritate uidisse, cui si omnis corporis moles, in quo est, deperiret, sibi non esset periculum, dum ipse posset in sua ueritate consistere. Primus fructus & amor naturalis omnium rerum est, in proprio esse, posse manere. Porro fructus poenitentiae, cum sit, poenitentiam, scilicet cognitionem peccati & damni auersionis diuinae, dolorem malè actorum, odium iniquitatis, cautelam omnimodam futurorum, ueraciter intrus in animo suscepisse, ista in ueritate perficit, et, contraria quaeque deuitans, nihil quam sic non esse, amplius pertimescēs. Et cum praeterquam de peccato non sit in hominibus poenitentia dignum, expedit ut dignè alterum altera compensetur. Dignum siquidem peccatum poenitentia, & ipsa peccato dignè debetur. Erit igitur poenitentiae dignus alius fructus, cum ipsa aequabit delictum, aut quod peram est commissum. Dignior autem, si omnino superaret. Sed hoc omnino me in scientia praeterit, quod aliqua poenitentia posset superare peccatum, cum sit infinitum, pro eo quod infinito deo displicuit. Audacter dixerim, si ponisset homo delicta & peccata per poenitentiam superare, gratia fuisset crucifixio saluatoris. Sed quia homo per poenitentiam peccatum superare non potuit, nec

posset, etiam si mala omnia in unum conflata pateretur, ideo infinitus deus, per assumptam carnem, pro oibus in cruce poenitentiam egit. Aequari autem poenitentia possit, ut tantus esset dolor animi, quanta fuit delectatio commissi peccati: & aequa futurorum cautea, sicut fuit prolapsio in commissis. Dignè poenitenti, dignus dicitur poenitentiae fructus, cum ipsa dolendo aequatur ad crimen. Alium fructum poenitentiae dignum attentius iudicauit, si uirtutis amor praualuerit amori, quem quis habuit in his, quibus ante peccatum, & delectatio bonitatis, delectationem nequam exuperet, & tantum ad id, quod nefas est, odium generet, quanta exitit delectatio, in quibus anima culpate delectata iacebat. Nec non per abstinentiam licitum fructus dignus poenitentiae agitur, cum quis abstinet ab his, quibus ante peccatum liberè absque culpa uti potuisset. Apostolus autem in ministerium iustitiae, fructum dignum iustitiae posuit, cum de liberatis à peccato loqueretur, dicens: Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestrae: Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Haec enim est opportunitas apostolicae sententiae, ut sicut membra hominis, quae accommodata sunt animae, ut sint instrumenta uirtutum, quae anima nequam semper cōuertit ad actionem culpabilem uitiorum: cum uero per poenitentiam respicit, ita conuertat in obsequium diuinae iustitiae, sicut iniquitati per omnia mactipauit. Nec impossibilitatem alleget sectando iustitiam, ualitudinem habens operando nequitiam, ut secundum mensuram humanitatis fiat, ne minor sit ualido membrorum obsequendo iustitiae, quam fuerat obtemperando nequitiae. Hic protinus est ultimus poenitentiae dignus fructus, cum actio in executione uirtutis atque iustitiae, iniquitatis aequabitur actioni. Sed quae male agendo ueterauit, cuius omnino membra tatebescunt, animo tamen & opere à peccato resiliuit, quid facit cum non possit membra sua tam ualidè operibus exhibere iustitiae, sicut in iniquitatis obsequium ante constituit, & denarium, diurnum sicut aurorarius, ita & uespertinum accepit? Responderim, quoniam quod membra non possunt, à positore agonum in actionibus non exigunt, & diues affectus operum superplet omnino defectus. Verè tamen, quoniam multi credunt sibi debere ueniam bonitate parentum, continuò excludit Iohannes, dicens:

Ne coeperitis dicere: patrem habemus Abraham.

Quia sicut nec iniquitas, ita nec iustitia deriuatur in filios, & sua cuique merita pro praemio siue supplicio, non alia seu paterna hominibus

in diuino examine respōdebunt. Nam sicut filius nō portabit iniquitatem patris, sic nec paterna iustitia fulcietur. Anima quae peccauerit, ipsa morietur, ut iustitiae unius in alium non possit esse transfusio. Nemo igitur confidat in praedecessoris iustitia, si sibi dominatur iniquitas. Nemo sibi de sanctitate alterius blandiatur, nisi & ipse uelit se in uirtutibus exercere. Ut incunctanter affirmem, nec Christus misericordia, & omne meritum eius, ac etiam totius suae sanctae ecclesiae, opem possit hominibus ferre, nisi ab iniquitatibus respiciant: & quantum permittitur, dignos poenitentiae fructus agant. Decreuit ab aeterno diuina iustitia, ut uoluntariè malè agentibus & impenitentibus, merita nulla subueniant. Proinde Iohannes hanc praesumptionem interimit, ut filijs merita paterna subueniant: quoniam filij Abraham, non computantur in semine, sed in fide ac imitatione morum, & directione uirtutum.

Dico enim uobis, quia potes est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.

Qui secundum repromissionem sibi factam non sunt traduce carnis, sed infusione uirtutis. Ac per hoc, undecunq̄ homines ad fidem Christi ueniant, sunt filij Abraham. Nam Zachaeus qui gentilis erat, nec de populo circumciso fuit natus, à Christo, in domo sua recumbente, appellatus est filius Abraham, pro eo quod fidem Abraham imitabatur. Hanc etiam concertationem Apostolus ad Galatas apertè disseruit: Abraham credidit deo, & reputatus est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo, quia ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura, quae ex fide iustificat gentes deus, pronunciauit Abraham: Quia benedicentur in te oēs gentes. Igitur quae ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham, cuius filij secundum Iohannis Baptistae sententiam, possent de lapidibus, imò de quibuscunq̄ creatis à domino suscitari. Sed intendebat Iohannes his uerbis in eos, qui de gentilibus aderant, & idololatrio cultu lapides adorabant, qui credentes in Christum, facti sunt filij Abraham, cum fidem quam Abraham tenuit, sunt possessi. Non poterant iustificari pharisaei & Saducaei ex opibus legis, nec Abraham merita eis posse potuissent, nisi fidem Abraham ostesum in Christo, a quo & moribus profiterent. Et transferuntur in oēs gentes, oēsque Iudaeos, quod Iohannes aduersus pharisaeos protulit & Saducaeos. Gentiles uero, quae à Iohanne lapides appellati sunt, sic & Apstus ad Galatas subsequenter ad praedicta dicit, quae gentiles & Graeci fuerant: Oēs enim filij dei estis, qui Christum induistis. Nō est Iudaeus neque Graecus, neque seruus, neque liber, nō est masculus neque foemina: oēs enim uos unum estis in Christo Iesu. Si ergo uos unum in Christo Iesu, ergo semen Abraham estis, secundum promissum

Luc. 3.

Roma, 6.

Galat. 3.

Ibidem.

tionem heredes. Verbum autem Iohannis de suscitacione filiorum Abraham, enunciatiuum erat diuinæ potestatis, nec non & propheticum: quoniam sic in posterum factum est, ut orthodoxa ecclesia Christi, ubi sunt secundum repromissionem & fidem filii Abraham, de gentibus sit collecta. Nullus igitur dona diuina desperet, nullus causet de potentia saluatoris, quoniam si non repugnat, (quantis ut lapis appareat durus & insensibilis) si diuinæ uocationi subiacet, ut lapis promittet se manuduci ad formam fidei & cætera uirtutum inuisibiliter induendam, suscitabitur in filium dei: quia quod impossibile uidetur hominibus, diuinæ subiacet potestati. Et ideo dicit Iohannes: Facite fructus dignos penitentiae. & ne cogitis dicere: patrem habemus Abraham, credentes in eius saluari iustitia, eius fidem penitus non habentes.

Matth. 5. Quoniam iam securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Similitudo est secutum quam Iohannes loquitur, non per proprietatem. Vnde sicut securis ad radicem steriles arboris iudicio domini ponitur, ut excidatur ad combustionem ignis: sic sententia diuinæ iustitiæ ad uoluntatem hominis posita est, ut homo sterilis excidatur de congregatione uerorum fidelium electorum, æternis ignibus in consumpibiliter mancipandus. Ad radicem siquidem, quoniam omnis uirtus arboris est principaliter à radice: qua euulsa, protentio arboris non subsistit, nec fructus germinare amplius potest. Illud prope quod homo fructificat, ipsa est ei uoluntas, quæ sic est in homine, sicut radix est in arbore. Igitur merito sententia diuinæ iustitiæ ponitur ad uoluntatem, quia nemo ex eo quod male egit, sed ex eo quod male uoluit, quo fructificare in uirtutibus pro beatitudine noluit, iudicatur. Quod uero iam dicit, tempus insinuat, sed ab æterno fuit diuina iustitia, tunc uero dicitur posita, cum creatura illius capax cõdita est, ut bene agens premiaretur, & puniret delinquens. Magis de proximo uidet Iohannes assistere, in Christum dumtaxat intendens: quia pater omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, qui bonas præferuet arbores, ad meliora commutans, steriles uero ignibus tradat. Ad cuius uerbum expauescunt sunt turbæ, incipientes querere copiam euadendi. Nam sequitur:

Luc. 3. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

Si dei uerbum in ueritate à concionatore percipitis, si uere ad audiendum corda peruenit, prius timorẽ incussit. Timor uero, cautela à piculis fecit ingredi. Signum euidentissimum est spectus uerbi, timor & cõpunctio audientium: quoniam statim infestiferunt, unde æterna possunt cauere picula.

Euidetius autem est, si ad actionem uirtutis se potius dedicarent: quoniam initium timoris est, uelle culpam succidere, unde homo torquetur: me dium uero eius, id uelle perficere, unde quiescat; tota eius perfectio cum abcesserit, sedet; omnimodam in anima reliquerit caritati. Querunt ergo turbæ quomodo possint diuinam securim effugere, ne uelut steriles arbor mittantur in ignem, dicentes: [Quid ergo faciemus?] Solerti & torrenti uerbo Iohannes locutus est, ad quod etiam est solertissimè uigilandum. Nam non dixit Iohannes securim positam ad radicem arboris malos fructus uitæ producentis, sed quia bonos non produxit, sit pro ignibus euellenda. Quid ergo de his, qui operati sunt iniquitatem, qui tyrannidem exercuerunt, qui bella finitimis perperam intulerunt, qui minus potentes, debacchari sunt, qui pauperes & innocentes indebitè uexauerunt, qui diuites facti sunt spolijs alienis, & ut perstringam, qui sunt cæteris sceleribus & criminibus irrecti? Nempe à minoribus factus est ascensus ad penam, ut sitis, qui bona non fecerit, ipsis ignis efficitur: quid fiet his, qui omni cõtempna diuina lege, domino peccauerunt? Sed turbæ tantum audientes à Iohanne de non faciendo bonum, posita ultionem, ut in illam non ueniant, quid sit faciendum inquirunt. Iuxta quod quaesitum, eruditio est Iohannis, qui respondens, dicebat illis:

Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat.

Non dat hic de non faciendo malo caute lam, sed de beneficiendo doctrinam, quoniam ad beneficiendum actio iniquitatis excluditur, tanquam bonum non possit procedere ab iniquo. Etsi bonum interdum proficit opus, iniquo facienti non credit in meritum. Hinc benedictus cum populum instrueret, prius mundati onem à sceleribus, & quietem à uitijs posuit, quam intulisset de beneficiendo scientiam, dicens: Manus uestræ plene sunt sanguine, lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiete agere peruersè, discite beneficiere. Sic Iohannes quasi iam à thematizasset per uerbum ab hominibus uitiatum, de opere subuentiois ad proximum protulit disciplinam: Qui habet duas tunicas, det non habenti, in remedium scelerum iam factorum: & qui habet escas, similiter faciat. Hoc nepe consilium dederat Daniel regi Chaldaeorum, ut sibi super peccatis suis indulgentia præstaretur, dicens: Quamobrem consilium meum, o rex, placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas miserere cordijs pauperum. Sed nec Iohannes per inquisitionem, aut per difficultatem, iubet turbis elemosynas elargiri, cum de eo quod superest, mādatur fieri cõpendia indigentium, & desuper

excrecentiam habentibus, non habentibus fieri supplementum. Nulla erit excusatio iam sulcitis, si non fouent de superfluis indigentes. Charitatem & cõpassionem ad proximum in uerbis suis includebat Iohannes, & effugere futuram sententiam, per subuentioem proximi fieri posse monstrauit: quoniam charitas ad proximum, ad esse infirmat charitatem ad deum. Et charitas, quæ opit multitudinem peccatorum, sine qua nemo iustus, cum quo, ois manet securus. Huic alius Iohannes, quasi similis sententia correspondet, licet cõmunem uideant inducere: Qui habet substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatē habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quod charitas dei manet in eo. At si charitas dei non manet in homine, quod sibi ab incidenti securi, & ab intrusione gehennæ, potest esse suffragium: Quamobrem quod consulit cursor, exequatur auditor, & si non de necessitate, saltē de superfluo indigentibus tribuat.

Ioh. 3.

Luc. 3.

Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad ipsum: Magister, quid faciemus?

Virtute plenus erat sermo Iohannis, huiusce modi homines ad se trahens, ut publicani, qui erant ab imperatore in publicis exactioibus cõstituti, pro remedio salutis accederent. Quibus Iohannes non damnans officium, dat exigendi censuram, cum dixit ad eos:

Nihil amplius quod cõstitutum est, faciatis.

Hoc nomen, non maculam portat, sed à Publio Scipione Romano consule, quod exactio: nē huiusce modi primo homines posuit, initium sumpsit, ac etiā quia talis exactio in utilitatē reipublice uertebatur, unde publicanum nomen in posterum inoleuit. Non dānat Iohannes exactiones principum, cum fiscalē interdū exigunt pro cõmuni utilitate pecuniā. Et principibus mundi expe dit rempublicam in tranquillitate tueri, & pro euentuum uarietate, in prouisionibus & agendis, fiscalē regimē semp̄ decet esse referenti, uelut fons in se cõtinens originalis aque abundantia, quod diuersis riuulis, ad diuersa loca deriuat. Sed hi, qui bus est exigere cõstitutum, nihil amplius exigant quod prima dictauit autoritas. Nec suo cõsilio suauit Iohannes publicanos à reipublice actione recedere, sed ipsam exercere secundum iustitiam cõstitutam. Indiget gubernatio principum, & legum cõstitutione mūdus, ne malorum insurgat improbitas, insurgens praeualeat, ne succumbat innocentiā non defensa, ne impietate perturbet, bene cõstituta ciuitas, ne hominum mores impunita iniquitate procedat, ex quo fit opportuna exactio fiscalium rerum, dum transit uera & iusta intentio, & actio exigentium, ne publica exercetes officia pessimetur ratione priuati. Nam hæc est recta ordinatio quorumcumque hominum, ut iuste percipiant, ad quod sunt per publicam iustitiam instituti.

Luc. 3.

Interrogabant autem eum & milites, di-

centes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris.

Non abrogat Iohannes militiam, quæ reipublice seruit, sed illam non tantquam malum uituperans, quid in illa sit cauendum, edocuit. Nam bonum est sub iusto principe militare, iustitiam bella mouente, atque propulsante improbitatem hominum, ut in pace agatur uita bonorum. Bonum est militare, ut tuta maneat innocens, ne ipsam opprimat uera ualiditas. Feliciter militatur, & iuste arma mouentur contra eos, qui uexant hominum pacem, qui contra queros crudescunt ad necem: magis laudabiliter militatur, ubi pro fide bellum indicitur. Porro expedit secundum reueuentus necessarios militare, maxime sub iusto duce, iustam causam tuente, ita dumtaxat, ut nullus concutiatur iniuste, sub uelamine iustitiae militat, nec inferantur damna eis, quibus militia debuit esse protectio. Etsi non protegi debuerit, aut non indigerit, tamen ex ipsa non debet æs reportare, ne uelint ditari alienis emolumentis, sed contenti maneant stipendijs cõstitutis. Indignum enim est, & omnino in moribus intolerabile, ut iustitiae fautores, sicut crassando prædones. & reipublice cura ilico destruitur, cum militaris ordo grassatur. Et inemendabiliter mala nocent, cum tutor prædo efficitur, cum miles per improbitatem accipit, quæ per probitatem defendere debuit, ne ab hostibus tollerentur. Perperam protinus cum damno tenetur gladius militaris, cum ordinat ad emulos, debacchari in suos. Proinde Iohannes milites admonet, ut neminem aliquo modo concutiant, cum ad hoc constituti sint, ne indebitè ab alijs concutiantur, ne inferant calumniam, cum debeant propellere illatores. Sint contenti constituti stipendijs. Quæ ut imperator daret, ab hominibus defendendis accepit. Et publicani constituti ad exigendum, insinuant quod ad solum implendum, pro militibus exhauiendum, exigebant. Non ergo fas est, ut qui constitutum censum dedit in obsequium reipublice, iterum exigendo uexetur à militate facti prædone. Atque uidetur esse iusta militia, cum Iohannes non reprehenderit milites, sed tantum dissuasit, quod in militia tribui posset ad crimen. Sed uique iusta, imò necessaria ex tunc, ut lex exorta diuinitus, non dico tantum Mosaicam aut euangelicam, sed cum lege naturæ militia sociatur. Nam lege originalis iustitiae, licitum est per uos homines propulsare, ac resistere illis, qui bella pacificis & innocentibus indicere tentauerunt. Et quam saluator tolerare sine reprobatione uicissitudinis dixerit, mala quæ posset inferre, quicunque alijs uellet esse molestus, ut non re-

perat auctoritate sua ille qui patitur, tamen uoluit ut per rectores reipublice, iniquitas hominum arceatur: nam nec fuisset necessarium militare, nisi homo alium hominem ui opprimeret prateruicentia. Et sicut lex Moisaica, omnibus alia lex, propter prateruicentia posita est, ita propter reprimendum inuestos, debuit esse militaria. Nam deus per suos angelos saepe militat aduersus malos, & boni contra superbos in celo uictoricem militiam perferunt. Et Abraham

Gen. 14.

postquam promissidem terrae Chananeorum accepit, & cum esset dei electus, pro defensione oppressorum innocentium militauit, ordinans ad expeditiones suas trecentos decem & octo uernaculos, cum quibus ordinatis in bellum, inuit super reges, qui alios per rapinam poterat opprimerent, & reduxit praedam, & reuexit spolia, restituit spoliatis, nec praeter uictum quippiam plus accepit. Dedit tamen uictimas Melchisedec sacerdoti dei, & ipse ab eo accepit benedictionem, & panem & uinum in figuram futuri mysterij. Nihilominus tamen illi in tunc sibi fuit licita ratio militandi, reprimendo improbos, tuendo quietos. Militauit Moyses, cum interfecit Aegyptium, qui iniuste opprimebat Hebraeos. Militauit in eremo, cum aduersum se uidebat iniusta bella consurgere. Militauerunt ducibus militando fuerunt, Iosue, Gedeon, Barachi, Samson, Iephte, Samuel, Dauid, multique reges ueteris testamenti, quos recte inuicellisse dicimus, & saluos esse fide tenemus. Militauerunt Machabaei, militauerunt etiam iuste quam multi principes & populi Christiani, in honore dei & zelo legis amore uirtutis, odio iniquitatis: ad coercedendam humanam audaciam, ad tuendam innocentiam, & ut sedaretur reipublica, & scipio esset omnibus uera iustitia. Et quamquam multi fungantur militiae nomine, illorum tantum est uera militia, qui aduersus ueritatem & turpia, bella mouent: ceterorum uero non est militia, sed aut uiolata praedatio, quod iuris est alieni, aut indignati animi odiosa uindicta.

Luc. 3.

Existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus: miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es?

Iohan. 1.

Pia, sed non uera erat ista existimatio populi de Iohanne, quod taliter seipsum in uirtute mouerat. Sic praedicabat ueritatem atque iustitiam, ut non duntaxat innotesceret Christus, quod sic non immerito crederet. Sed haec existimatio in eorum iudicium uertebatur, quod cognitionem per fidem de Christo uenturo habebant, quem iam in Iohanne uenisse credebant. Et nimirum ipsorum damnatio cumulat, cum tanta esset existimatio de Iohanne, ut Christus esse crederet, quod ei de Christo uera dicenti, nulla ratione

credebant. Sic unusquisque, quantum sibi permittitur, bonus fit uirtutis amator: non ut de ipso bonitatis fama peruiolent, sed ne infamia currat, omnino deuitet. Si uero fama uirtutem exceperit, caueat ne supra id quod est, rapiatur. Nam & Iohannes se infra claustra humilitatis tenebat, cum plus quam esset, de ipso crederetur, nec praesumebat rapere, quod sibi imperitum, uulgus uidebatur offerre. Si autem sopito uirtutis nomine infamia quoad quod tabesceret, constantia opus est, ne uirtus elidatur in animo, & ne animus atteratur per infamiam, depressa uirtute: quoniam neque fama bonos, nec infamia potuit facere criminosos. Et iustus iudex meritorumq; liberator, non secundum famam aut infamiam, sed secundum ueritatem uirtutis & uitij, homines iudicabit. Proinde quod Iohannes interrogatus a Leuitis & sacerdotibus responderit, audiat:

Et confessus est, & non negauit, confessus est, quia non sum ego Christus.

Optimi serui est, & cuiuscumque legati, sibi non appropriare quod nouit esse domini sui: & si quippiam offerretur, dare repudium. Nemo ut stultus supra seipsum opinionem hominum rapiat, si nouit sibi omnino deesse quod creditur. Spectat ad mentis constantiam, existimatione magna hominum non extolli, etiamsi adesset, quod fama uulgarium clamat, intra humilitatis & uilitatis claustra, se famosus includat. Ecce Iohannes diuina non rapit, oblata respicit: quod nouit esse Christi, non arrogat sibi. Suspenditur, patibulis, qui temporalia diripiunt, qui domino inuito aliena contrectant: quid autem erit eis, qui diuina rapiunt, qui diuinos honores inquirunt, qui etiam impertinenter oblatos non respiciunt: Formam praestruit Iohannes, ne quisquam supra id, quod est, rapiatur.

Et iterum interrogant eum: Helias es tu? Qui dicit: Non sum.

Praedixerat angelus Zachariae, quod Iohannes Iesus in spiritu Heliae praeturus erat, non tamen quod personaliter Iohannes esset Helias. Saluator etiam protestatus est: Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Ac per hoc, si uera est sententia domini saluatoris, quod ipse sit Helias, quomodo stabit responsio praecursoris, non sum Helias? Sed ipsa uerba sacrae scripturae perconsiderata, propitius ipsorum dubia soluent. Dicit namque Iesus de Iohanne, ipse est Helias qui uenturus est. Quomodo Iohannes qui iam uenerat, fuit Helias qui uenturus erat, nisi quia Iohannes qui iam uenerat, non erat Helias, sed ipsum habebat eius, qui iam tempore regum uenerat, & ante iudicium iterum uenturus erat? Firmam igitur tenet Iohannes ueritatis censuram, quod neque Christus, neque sit Helias insinuans.

Iterum interrogant: Propheeta es tu? Qui respondit: Non.

Propheeta Helias erat, quem esse se denegat.

Quid igitur, an sit propheta, ulterius interrogatur? Respondetur: Erat propheta Helias, & singulos tamen habebat inuicellus, & more Iohannis, deserta incoluit: aut Iohannes imitando Heliam, in desertis quasi ab infantia solitudinaliter habitauit. Posteriores namque prophetas sic peregrisse non legimus. Quoad obrem, si non est Christus, aut Helias, an sit aliquis ex praefatis prophetis, inquirunt. Et hoc quoque denegat, quia duntaxat praesens propheta existens, aliquis ex praefatis esse non poterat, qui nedum propheta, sed plus quam propheta fuisse commendabatur a Christo.

Dixerunt ergo ei, scilicet hi, qui missi fuerant: Quis es? ut respondimus demus his, qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domino, sicut dixit Isaias propheta.

Ipsi. 40.

Hoc quod de Isaias inducitur, praedixerat turbis, sed nunc seriose interrogatus, replicat sacerdotibus & Leuitis. Aliter rei gestae ueritas, & series uerborum Iohannis, ordine recto contexti non possent. Ego uero initium uerborum Isaias hic differendum distuli, pro eo quod non eius Iudaeorum dederat in responsum. Turbis uero non interrogantibus quis esset, gratis aperuit ad quid ipse uenisset. Veruntamen turbis, sacerdotibus atque Leuitis, ostendit suae legationis & officij ueritatem, nil supra id quod erat, insinuans. Ego uox, non mea dicendi auctoritas, sed habilitate loquendi. Ego uox illius duntaxat in deserto clamantis, Christi uidelicet, qui de proximo in deserto mundo clamaturus erat. Vox non semetipsam format, nec sua uirtute inuenit uerba differenda, sed aliunde uirtus est, unde uox ipsa formatur. Non a seipso Iohannes erat, sed ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Iohannes uerba differenda non inuenit, quia uox erat, cuius officium est, uerba iam in animo inuenta deprimere, non inuenire. Erat uox dearticulata Iohannes, non ullius animalis, quae secundum naturam a deo eis insitam, uoces inarticulatas emittunt. Sed disertè pronuntiabat ad quod missus erat, ut uoce praemissa, uerbi concepti, in animo intelligentia sequeretur. Erat porro ad hoc, uox omnium prophetarum quasi uehiculum, quo Christus per fidem in animas hominum ferretur. An forte ad seipsum referebatur, qui in deserto clamabat praegens Christum ad corda hominum cito uenturum, ut serie de his subsequatur: [Dirigite uiam domino]. Non est in hominum potestate dirigere uiam domino, etenim directa est ab aeterno. Si Christus est uia, sic illam uiam dixerim dirigendam, per quam Christi fides ingreditur: haec siquidem est uoluntas, quae tunc dirigitur, cum ad credendum uelle inclinatur, & suo imperio in obsequium fidei uinculatur intellectum. Obliqua protin-

us erat uia hominum uoluntatis, cum id querebat, quod detinebat ab hominum condicione, quod eadem urgebat in penam, cum in diuersa concupiscibilia inhiabat, & semper plura esuriens, uelut impasta manebat. Obliquabat uoluntas hominem a peruersa & erronea intelligentia ueritatis, cum per deo idola coleret, cum hi, quod diuina scriptura receperant, prophetasque habebat, & in illis uenturum Christum non intelligebant: ueris auctoris, ad falsa conuersi: exclusi ab aeternis, temporalibus inuoluti: priuati uirtutibus, uirtus irretiti. Quia uia tunc homines direxerunt, cum fide, theoria & actu, se conuerterunt ad Christum. Non autem quis abhorreat, quod uiam dirigendam dixerim uoluntatem, quoniam interna uirtutum ipsa est imperatrix, quantum non sit ipsa directrix, sed uera ratio, ipsam ad recte concupiscenda deducit. Veruntamen magis uoluntas cogit rationem, ut reuera perquirat, ut credenda intelligentia credat, quae ipsae possint augere uoluntatem, ut se ab eo, quod bene aut male uelit, auerant. Saepe quippe uoluntas appetit, quod ratio denegat: & quod ratio potuit, ipsa refugit: nec intelligentia potest quippiam credere, si uoluntas noluerit assentire: igitur directio uoluntatis, est directio uiae domini.

Et qui missi fuerant, erant ex pharisaeis.

Quibus aderat ex inuidia curiositas inquirendi, non tamen ex uoluntate credendi. Proinde sic ad improbationis argumenta conuertuntur:

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta?

Bona interrogatio in ueritate rei, sed dolose animi tenebant: quoniam nullus ablutionem potest dare animabus, neque sacramenta diuina conferre, nisi auctoritatem habeat propriam uel commissam. Propria, in Christo: commissam, in Helia siue propheta. Duae sunt protinus ecclesiae clauis: potestas in Helia, scientia in propheta. Helias potestate tradita, caelum clauis, idemque apertum, super duos quinquagenarios iustam ultimum induxit. Eliseus uero propheta, lepram cognouit aliter non curanda, quae in baptismo Iordanis: oesque alij ueri dei prophetae, discernendi inter bonum & malum scientiam habuerunt. Porro in excusabiles sunt Iudaei, de Christo ignorantiam allegantes: nam si Christum non credidissent esse uenturum, habiturumque super crimina hominum potestatem, atque sacramenta ex auctoritate debere conferre, Iohanni protinus non dixissent, quid ergo baptizas, si tu non es Christus? tanquam si Christo hoc agendi adesset plena potestas. Veruntamen hic arguuntur omnes, qui non concessam accipiunt potestatem. Proinde Iohannes, ac si iusta fuisset, quantum ex inuidia, quantum ex ignorantia resiliens iterata interrogatio nunciorum, apologeticum fecit. Unde respondit eis Iohannes, dicens:

3. Reg. 17. 4. Reg. 1. 4. Reg. 5

Matth. 3. Ego baptizo in aqua in poenitentia. me
Iohan. 1. dius autem uestrum fletit, quem uos nesci
Luce. 3. tis. ipse est, qui post me uerturus est, qui an
 te me factus est, & fortior me est, cuius non
 sum dignus calceamenta portare, aut pa
 cubens corrigiam calceamentorum eius
 soluere: ipse uos baptizabit in spiritu san
 cto & igne. Cuius uentilabrum in manu
 sua, & purgabit aream suam.

Quoniam nuncij nouerat, similiter & omnis
 synagoga Iudæorum, quod solus deus potest pec
 cata diluere, per amplius autem nouerat & Io
 hannes, idcirco non in remissionem peccato
 rum, sed in poenitentiam in aqua se asserit bap
 tizare. Christus uero, quem ipsi nesciebant, qui
 inter Iudæos natus erat, qui mediatorum inter
 deum & hominem uenerat, baptizabit in spi
 ritu sancto, in quo remissio conceditur pecca
 torum, nec non & in igne charitatis, quæ simili
 ter habet operire peccata. Hoc non puri homi
 nis, sed solius Christi est, dei & hominis, spiritum san
 ctum posse conferre, & hanc charitatis uirtu
 tem in cordibus hominum operari. Abnegat
 Iohannes sibi nihil arrogasse diuinum, in Chri
 stum solum retulit iura sua, quem ad se super
 iora cōparatione describit. Ipse est, qui post me
 uerturus est. Ac si diceret: Præco sum, sequetur
 ipse iudex: uox sum ego, uerbum est. Prius est
 uerbum conceptum, quod uox enuncians uerbum;
 præcedit enim uox uerbum ad alios declaratum.
 [Ipse ante me factus est.] Quod factus, per quæ
 omnia facta sunt: Non deitate factus, existens ante
 omnia secula deus: carne non ante factus, cum
 sexto mense post Iohannem fuerit conceptus
 iste, sed ante me factus etiam ut homo, ad ma
 iora mysteria ordinatus. Græcæ namque editio,
 ante, pro coram dicit, ac si in conspectu Iohan
 nis, omnia de Christo sine nube clarescunt. An
 te me factus, potestate scilicet beneficia conse
 rendi, & ad soluenda uincula peccatorum, ad
 confringendum regna tartarea, & ut electos suos
 prouehat in superna. Vnde Iohannes adie
 cit: [Et fortior me est.] Non erat ista cōpositio
 deitatis, quæ inter deum & hominem compara
 tio aboleretur, sed hominis & hominis erat: quia
 Christo homini, omnis erat donata potestas,
 quam ut deus ab æterno habebat. Non erat Io
 hannes illo fortior, qui fortis armati potuisset in
 tyroire hospitium, ac eius uasa diripere. Christus
 uero fortior illo erat, qui forti debet in di
 cere bellum, sibi que inferre conflictum, uasa di
 riperi, ipsum que sua potestate ligare, ac eo forti
 or, quo passus uicere, moriens sperauit, sepul
 tus propria uirtute surrexit, & terrenum cor
 pus, non aliena, sed propria uirtute, in cæli su
 periora subiecit. Indignitas uero calceamen
 ta portandi, aut soluendi corrigiam, per quan
 dam sui similitudinem ad humilitatem re

fertur. Nam portare calceamenta, in obsequi
 um dominorum, & corrigiam soluere, inter uer
 lia seruitia deputatur: quæquam & nobilis ser
 uus posset hoc agere, humili amore inclinatus
 ad dominum. Quam similitudinem ad seipsum
 reprimendum, cum tanta fama ipsum extolle
 ret, Iohannes assumpsit. Verum tamen hic mul
 ti multa dixerunt, quæ tacentes, nostra descri
 psimus. Equidem ex hoc in se standi & non ascen
 dendi, unde casus horrendus eueniat, omnibus
 forma monstratur, ut quanto quis per famam
 ab alijs reputat, tanto magis se ad ima dejiciat.
 Et per similitudinem humanarum actionum,
 habitum humilitatis insinuat, ut ab exteriori
 bus ad interiora capessendo uirtutes, fiat acces
 sus. In Christum uero iudiciariam retulit au
 toritatem, pro eo quod pater omne iudicium de
 dit filio. Vnde subiungit: [Cuius uentilabrum
 in manu eius, & purgabit aream suam.] Etiam
 ad ostendam autoritatem, similitudinem eo
 rum, quæ ab hominibus agunt, accepit. Con
 suetudo artificialis messoribus est, cum messi
 delata in aream fuerit, uarijs tuntionibus cede
 re, aut animalia superinducere ad terendum, de
 inde accipere uentilabra, ut granum cum pale
 is & arisis in aream eleuent, ad experientiam in
 sufflationis uenti, paleas extra aream deserentis
 ratione leuitatis, grano ratione grauitatis in are
 am retundere. Quo typo, Christus suam man
 dabat ecclesiam, iustis granis ac fide per pleni
 tudinem græ tribuens præmia meritorum, cōgre
 gans in sui superni horreum, & græ uacuis, cōse
 rens tormenta poenarum. Proinde sequitur:

**Et cōgregabit triticum in horreo suo, &
 paleas aut cōburet igne inextinguibilibi.**

De iudicio extremo prius locutus est, cum
 de messe uentilata similitudinem posuit, & ignem
 inextinguibilem adiecit damnandis. Et merito
 per uenti similitudinem adijcitur poena, quod
 nam circumlati sunt hi cum uento doctrinæ,
 sanam doctrinam animo & moribus contem
 nentes. Et nec inueniunt sunt in fide stabiles,
 nec in opere efficaces, à uanitatibus & cupidit
 atibus mundi, uelut paleæ aridæ, à uentis ua
 lidis agitati, quibus erit inextinguibilis ignis:
 quia ipsis uiuentibus, ignis malæ concupiscen
 tiæ non defecit. Nam anima calida, quasi ignis
 ardens, & non extinguetur, donec aliquid de
 glutiat. Mixta est bonis & malis area Christi
 dei, nec apparet, quanta electis sit tribuenda fe
 licitas, aut impijs seua damnatio. Mixta sunt
 grana cum paleis, mutua est conuersatio utro
 runque, qui ad superna gaudia, & qui spectant
 ad regna tartarea. Protinus ultimum uentila
 brum expectatur, quando in omni decedente
 à uita, causa sua æquissime uentiletur.

Multi quidem & alia exhortans euang
 gelizabat populo, I. quintaxat, quæ possentia

credulitatem illius quem præcedebat, inducere.
 Omnis proinus sermo Iohannis intende
 bat in Christum, ad quem conuertere niteba
 tur corda populorum.

Iohan. 1. Hæc facta sunt in Bethania trās Iordanem,
 ubi erat Iohannes baptizans.

Non in illa, quæ prope Ierusalē erat in utra
 que in obediētia designat, quæ mox facit & ui
 tam. Nam prope unā celebrat baptismus, ubi
 baptizatus moritur & resurgit: in altera etiam
 mortuus, Christi potentia resurrexit.

Matth. 3. Tunc uenit Iesus à Nazareth Galilææ,
 in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur
 ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, di
 cens: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis
 ad me? Gestis præcursoris, non saluatoris sum
 psimus differenda, quæ uirtutem sibi humilita
 tis inseruat, in omnibus seruat, & pia conten
 tione alloquitur Christum, quod non sit baptiz
 andus ab eo: quoniam quotquot Iohannes bap
 tizabat, ad Christi baptismum disponebat, & ipse
 baptizandus, peccata tollebat: Christum bap
 tizare iudicauit incongruum, qui suo baptismo
 lauare uenerat peccata cunctorum. Et uiceuer
 sa ratus est fieri, quod ipse ab eo deberet potius ba
 ptizari. Nouerat Iohannes, quod in baptismum pec
 cata lauantur, qui quantum sanctificatus esset
 in utero, non se ab eis, sed Christum asserbat
 immunem. Proinde contendit, quod non Christus
 ab eo, sed ipse à Christo debet baptisma susci
 pere. Sed non Iohannes aliqua macula scedaba
 tur ab illa sanctificatione, quam accepit in ute
 ro, quæ aquarum immersione deberet abster
 gi: omnino negauerim. Nam si omnia scelera
 commississet, non erat iterum baptizandus, quem
 in materno utero ab originali contagio ablu
 rat spiritus sanctus: nec ultra cōceditur aquarum
 sacramentalis immersio, ubi per spiritum sanctum
 culpa originalis est tera, quia pro illa duntax
 at nocetur instituta. Et uelut non iteratur ba
 ptismus, sic non conceditur, ubi primo modo
 abluit spiritus. Quid igitur est, quod Iohannes
 cum saluatore contendit, dicens: Ego a te de
 beo baptizari, & tu uenis ad me? Porro Iohan
 nes in Christi sanguine intendebat, prænosces se
 descendurum ad inferos, ibique mansurum, nisi
 ad superos Christi passio reuocaret. Vnde quæ
 quæ Iohannes immunis dici potuisset à tali con
 tagio, quod per baptismum ablui non habet, non
 tamen potuisset in superna conscendere, nisi
 Christi passio, qua humani generis peccata do
 nantur, cuius merito conceditur regnum cæ
 lorum, & mors, & resurrectio, & ascensio præ
 cessisset. Audeam in uirginem Christi matrem,
 quæ omni prærogatiua donorum aque uir
 tutum excedebat Iohannem, quod nec illa eti
 am, si præmortua, translata fuisset ad superos,
 nisi filij sui tam seua morte præuenta. Non abs

re Iohannes cum Christo contendit, quod ab ipso
 debeat baptizari, qui iam à spiritu baptizatus
 erat, sed nec sic, quod sine Christi sanguine omni
 um peccata tergente, traicij potuisset in regnum.
 Verum tamen sic decernentem Iesum, non am
 plius reluctans Iohannes, aquis immerisit. Et ui
 dit spiritum sanctum in colūba, & audiuit uo
 cem paternam, & totius trinitatis accepit, Chri
 stum baptizando, notitiam. Magnus Iohannes
 torius trinitatis minister, imò totius deitatis a
 micus, qui patrem deum audiuit in uoce, filium
 deum baptizauit in carne, spiritum sanctum
 deum aspectu in columbina specie, nec aliud,
 quam unum deum in substantia, & trinum in
 personis credidit, & opera trinitatis esse omni
 no indiuisa cognouit. Et cum Christus in des
 sertum abisset, Iohannes suæ legationis agebat
 officia, nec recedebat à regione Iordanis bap
 tizans & prædicans, ut etiā expectaret Chri
 stum à deserto regressum, qui quadragesimo ex
 plecto ieiunio, & diaboli peracto cōflictu, inde
 disc edes, pexit iterum ad Iohannem. Quæ Iohannes
 uidens ad se uenientem, his quæ secum ashabat, ait:

Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Omnem causam Christi aduentus, Iohan
 nes suis auditoribus aperit, quoniam uenit tol
 lere nostra peccata. Sed agnus est dei, agnitor
 dei & omnium quæ sunt, & quæ sunt, bono
 rum atque malorum, & nihil est quod suam agni
 tionem effugiat. Agnus dei, agnitus à deo, & cui
 pater dixit: Hic est filius meus dilectus. Agnus
 dei, mansuetus dei. Agnus innocens, Agnus in
 ter lupos, in breui occidendus à lupis. Creda
 mus cum præcis prophetis concordiam habu
 isse Iohannem, & unum spiritum propheticum
 suscepisse. Nam ut agnum, quem modò digi
 to demonstrabat, prophetæ prædixerunt esse
 uenturum, rogantes & affuturum. Inquit enim
 Isaias: Habitabit lupus cum agno. In solitum est
 lupum cum agno uelle habitare, quem festi
 nat occidere: sed agnus dei, de quo sic propheta
 tabatur, hoc habuit proprium, ut cum ipso uolu
 erint habitare lupi rapaces. Nonne lupus rapax
 Saulus cum agno isto habitauit in cælo, cum
 arcana diuina conspexisset? Nonne habitauit cum
 agno dei, pro quo sibi mundus crucifixus est,
 ipseque mundo? Nonne cum ipso habitauerunt
 multi lupi rapaces, diuinos rapientes honores,
 cum rapacitate deposita, facti sunt agni cum
 agno, habitantes cum ipso? Quotquot enim
 quæ sua sunt quæerunt, lupi rapaces sunt, sed
 cum respiciunt, ad bona conuersi, facti agni
 nouelli, contubernant in uirtutibus cum agno
 dei, demum habitantes æternæ cum eo in alti
 oribus partibus cæli. Hunc eundem Isaias expe
 tebat uenturum, dicens: Emitte agnum domi
 ne dominatorem terræ, de pena deserti, ad mon
 tem filiae Sion. Agnina mansuetudine, diabo
 li superbia propulsanda erat, ne uideatur po
 i

Iohan. 1.
Matth. 3.
Luce. 3.
Mat. 1.

Iohan. 1.

Isai. 11.

Isai. 16.

tentia solum humanę naturę uicisse uictorem. Quasi ad excusationem suam assumeret callidus hostis, quod non equo certamine esset de uictus, sed superioris uolentia suscepisset conflictum, cōtra quem ut agnus emissus est dei filius inire certamen, qui eum uicit passus, & peccata tulit occisus. Ecce agnus dei similitudine, non proprietate, qui quasi agnus coram tondeute obmutuit, ut cum sibi auferretur uita, ipse à nobis auferret nostra peccata. Hunc eundem agnum siue ipsum Christum, in similitudine agni, multis ænigmatibus alius aspexit Iohannes. Sic enim inquit: Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalū, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, & habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei, missi in omnē terram. In medio stabat agnus tanquam occisus, quia quanuis resurrexit, tanquam occisus stat cum merito mortis usque ad finem seculi, pro omnibus qui unam fidem de Christo tenent. Animalia uero, ad euangelicos uiros: seniores, ad eos qui in originali duntaxat iustitia, siue in circumcissione, siue in lege Mosaica desesserunt. omnium sanē istorum agnus occisus peccata in se purgaturus accepit, in quem Iohannes Baptista intendens, digito indicauit. Et cornua septē uidebatur habere, uniuersalem uidelicet potestatem, ad repugnandas omnes aduersarias potestates. Et oculos septem uniuersae uisionis, ut eius scientiam nihil possit effugere. Qui spiritus dei, dicuntur improhibiles atque inuisibiles ad agenda, nec non & septem dona spiritus, quæ ut mundus possit accipere, ipse meruit agnus, qui ecclesiam orthodoxam accepit uxorem. Et nuptiæ agni uenerunt, & uxor eius præparauit se, quam cooperuit bysso splendido & cādido, quod nequaquam fecisset, nisi prius eius peccata lauāda in suo sanguine abstulisset, ut iustificari à domino mereretur. Quod idem Iohannes secutus adiunxit: Bysinum enim, iustificationes sanctorum sunt. Et ipse agnus huius mundi consummato mysterio, lucerna eius erit in gloria æternæ claritatis. Sed magno studio præcauendum est, ne, qui nunc ipse agnus est omnibus mansuetus, in fine seculi fiat iratus. Quod Iohannes præuidit, cum diceret quosdam rogaturos montes & colles, ut sub eis, ab ira agni in illo tremendo examine, abscondantur. Ecce agnus dei. Ad intellectum nostrum, demōstratio ista refertur. Qui peccata tollit, inuitatio peccatorum est, & omnes uocantur ad ueniam, ut ad agnum hunc ueniant, qui ab omnibus potest homines exonerare peccatis. Cui ne credatur abiectus, altius testimonium subintulit ipse Iohannes, dicens:

Apo. 5

Apo. 19

Hic est de quo dixit: Qui post me uenit, ante me factus est, quia prior me erat, &

Ioh. 1.

ego nesciebam eum. Sed ut manifestaretur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Quod dixit de prioritate, iam expositum est. Sed hæc de Christo ignorātia Iohannis, non ex omnibus pender, quem adhuc existens in utero, spiritu sancto docente, cognouerat esse filium dei. Sed spiritus sanctus moderatur sua mysteria in prophetis, ut simul omnia non intelligant, sed successiue percipiendū percipiant. Et quanuis propheta fuerint & uidentes, non semper prophetauerunt atq; uiderūt, sed cum spiritus sanctus desuper eorum animos interius illustrabat. Quod Eliseus de seipso manifestat, qui cum esset propheta, etiam aliqua deus sibi celauerat. Nam cum Sunamitis illa hospita eius pro morte filij accessisset ad eum, teneretq; pedes eius, & seruus prophetae illam amouere niteretur, Eliseus ait: Dimitte illam, anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Erat in amaritudine anima illius, pro morte filij sui, quam mortem propheta ignorabat, nec spiritus sanctus sibi reuelauerat, nisi Sunamitis illa p didisset. Ad humilitatē est prophetarum, quod non omnia noscant: maxima est prouidentia dei, quod non semper eos affatur. Et plura credimus, quam prophetæ possint agnoscere. Reuelat autem pro loco & tempore, necessitate aut utilitate, sicut ad Corinthios Apostolus dicit: Omnis manifestatio spiritus, datur ad utilitatem. Ita Iohānes Baptista sciebat & nesciebat: sciebat porro, quod iam perceperat ex utero; nesciebat, quod Iesus ad tanta mysteria pararetur, & quod ad populos nationum eius esset deriuanda redemptio, & quod in aqua ipse deberet culpam originalem diluere. Porro supra sensum hominum erat, nec credibile uidebatur, quod subiectio fidelis, & immersio in fluxibili elemento, culpam originalem abstergeret. Sed ideo tantum uenit in aqua baptizans, ut manifestare tur in Israel, ad quem duntaxat populum, Christum datum esse credebat. Cōnectit euangelista ordinem dictorum, ut testimonium Iohannis series habeatur.

4. Re.

1. Cor.

Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei.

Ioh. 1.

Ioh. 3.

Clara sunt hæc ex alio euangelista, quod spiritus sanctus super Christum in specie columbina descendit, quem Iohannes se assererat ad aliqua ignorare, nisi ille, cuius uerbum in deserto factum est super eum, sibi interius illuxisset, & diceret, quod quanta testimonia ex cælo susciperet, erat filius dei, qui in uirtute spiritus sancti uenerat baptizare, peccata tollere, ueniam peccatoribus dare. Asserit se uideri Iohannes, non tantum oculo corporis speciem columbinam, & aure capitis uocem audisse paternā, sed fideli mētis intuitu conspexisse testimonium, quod reddebat de filio dei. Stabat Iohannes ad contemplandum de Chōne. Vnde

Alter die iterum stabat Iohānes, & ex discipulis eius duos: & respiciens Iesum ambulantem, ait: Ecce agnus dei.

Testis & testarius conueniebant, ut ille daret, ille acciperet testimonium, ut fieret Iohanne relicto, iustior sequela post Christum, ad quod omnibus uiribus nitebatur. Et uolebat despicere propter honorem Christi, salutemq; crediturum, quam ipse conferre non poterat. Ex omni se præco iste tendebat in iudicem, & oēnt gloriam & honorem, tanquam regi seculorum, Christo domino tribuebat, suis suadens discipulis, ut in Christi discipulatū festinē trāsirent. Prædagogum se dicebat, suos subsequos in sequelam Christi trāsiciens: proinde repetebat de agno dei, quod & factum est. Nam cum audissent duo ex discipulis Iohannis Iesum loquentem, Iohanne relicto, in Christi sequelam continuo sunt conuersi, ut figura in ueritatem, umbra in claritatem, uox in intellectum uerbi, præco in iudicem, seruus in dominum, uia in terminum, nauis in portum, & si qua sensu percipi, intellectu cōspici possunt, in Christum nos plenē trāsiciant. Ad hæc quidem nititur omnis series diuinarum scripturarum, patriarcharum gesta, similiter & oracula prophetarum, si qua categoria in theorijs, si qua exemplaria, ut ad eum ueniamus, impellant. Peracto iam anno prædicationis Christi, nec Iohanne ad prædicationem cessante, nec desistente à baptizare accedentium, & utroq; baptizante, Christo per apostolos, Iohāne per seipsum: Christo autoritate plena, Iohanne autoritate præuia, à discipulis de utroq; q̄stio exorta est.

Erat autem Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: & ueniebant, & baptizabantur. Nōdum enim missus fuerat in carcerem Iohannes. Facta est ergo quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt ad Iohannem, & dixerunt eis: Rabbī, qui erat tecum trās Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.

Baptizabat adhuc Iohannes in baptismo, quo primo ceperat, sed non baptismo Christi, quanuis Christus iam per annum prædicauerit, & baptizauerit per manus discipulorū, eos qui credebant, quia nondum ex toto innotuerat ueritas, ut umbrā cessaret: magis autem, quia nec præcursoris irritandum erat officium, quousque in carnē degisset, quin animas disponeret prædicatione uerbi, & baptismo penitentia, ad baptismum & credulitatē Christi. Magnum enim adminiculum Iohānes erat ad Christum, dum ipsum constanter, id quod erat, assereret: quanquam Christus aliter potuisset hominū corda disponere. Locus autem congruebat mysterio; quia ibi multæ aquæ erant. Sic enim Ennon interpretatur. Semper enim aptitudo loci & temporis captanda uirtutibus. Solertius etiam locum euāgelista descriuit, qui iuxta Salim erat oppidum, & trans Iordanem, ubi Melchisedec sacerdos dei summi, longē antē regnauerat: qui panē & uinum Abrahæ, à cæde regum reuertenti, obtulit, & ab ipso decimas oblatas accepit, ut & sacramenta in titulum conuenire credantur, & expedire omnia in salutem, & ueteres figuræ decretaq; ueritates, ad se inuicem uersa uice conueniant. Et copiosa se offert loquendi materia, si quis uellet differere, quid in se mysterij habeat, quod ubi præcessit figura corporis & sanguinis Christi, & benedictio sacerdotis, & decimarum oblatio, baptisma penitentia celebretur. Quod autem euangelista de Iohāne asserit, quod nondum missus fuerat in carcerem, ualeat ad ordinem rei gestæ, ut sciatur, quia nec p̄tmo animo prædicationis Christi, Iohannes m̄cipatus est carceri, & quod Christi facta & dicta præcesserunt multa Iohānem in clausum. Post cuius in clusionem, Matthæus, Marcus & Lucas, uidentur Christi prædicationem & aperta gesta uelle contexere, præmittentes quæ antē facta sunt. Facta quæstio ex discipulis cum Iudæis, de curiositate atq; incredulitate, atq; fortassis ex calumnia procedebat, quoniam aliqui præferebant purificationem, scilicet Iohannis esse maiorem, taliter se uentes quod Iohannes Christum baptizauerat: aliqui baptismum Christi, quia ipse plures baptizabat. Et multi ex discipulis & turbis, relicto Iohanne, Christum sequebantur, etiam à Iohanne dimissi, quia ipse omnes mittebat ad baptismum Christi. Infirmatatis etiam erat ista contentio, & argumentum obliuionis, aut non conspecti testimonij de Christo exhibitū à Iohanne, magis autem non intellectæ ueritatis: nam ubicunq; non est firma ueritatis adhesio, semper quæstio & contentio & hæsitatio locū habent. Sed optimum est in moribus hominum, & laudanda prouisio, quod in subortis quæstionibus, qui potest illas decidere, inquiratur: & quod habentes dubia, ueniant ad eum, qui certā scit & ualet præferre sententiam. Discipuli languentes in pugnis uerborum, ueniant ad magistrum: in op̄

nionibus concerrantes, ad iudicē ueritatis. Accedant per comparationem spūalia uentilantes, se subijciant melius decernenti. Venerunt ergo ad Iohannem, tanquam ad magistrum, quod huiusmodi quæstionem decideret, & imponeret silentium his, qui minus debite sentiebant. Et dixerunt ei, scilicet titulum quæstionis: [Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum]. Quod hoc uidet innuere: Cuius uestrius est melior purificatio: an baptismus tuus, qui cum baptizasti, & testimonium ei perhibuisti: an illius, qui te baptizatus est, & a te testimonium accepit, cum uterque uestrum baptizet, sed oēs ueniunt ad eum? Soluta protinus quæstio ipsa fuisse, si pro lato testimonio credi dissent. Igitur incredulitas, quæstionum & omnium spūalium malorum est causa. Sed in hoc quaeritur, utrum discipulorum Iohannis, an Iudæorum animi fatigarentur, ut alteri in Christum, alteri uelint impingere in Iohannem. Quod si discipuli, ab inuidia commouentur: si Iudæi, a seniori malitia detinentur. Sed nec credendum, quod tantus p̄co, tantus sanctus, tam magni adorator mysterij, discipulos retinere uoluisset hæsitantes de Christo, cum ipse totus esset ad Christum, oēsque uellet cōfestim in ipsum trahere. Sed quaerentibus & quæstis, respondit Iohannes, & dixit:

Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo.

Quali dicat: Melior est purificatio Christi, quia baptismus eius effectiuus est remissionis peccatorum. Ego autem homo sum, nihil a meipso habens, nisi prout ab ipso accepi, sed non accepi, ut possum baptizando peccata remittere, sed baptismum in poenitentiam prædicare. Nec quisquam potest aliquid uirtutis in seipso, aut in alio efficere, nisi ei desuper fuerit facta tributio. Licet enim ad seipsum Iohannes hæc uoluerit referre sententiam, ad oēs tamen æqua portione respondet, quod homo non potest accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo. Hinc Apostolus ait: Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepieris? Et Iacobus dicit: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desuper est, descendens a patre luminum. Nihil enim, præter iniquitatem & negligētiam, homo habet ex proprijs. Nemo sibi uirtutem, nemo sibi laudabilem proprietatem actionem. Nullus arroget propria autoritate, quod possit in alium aliquid boni transferre. duntaxat ex deo, si qua sunt expediti onis optime, capiunt. Administrant plurimi sacramenta, prout corpora, & in rebus uisibilibus peraguntur: effectus autem eorum, quod ita sint, quod alios mundent atque sanctificent, ex celo descendit. Abnegat omnino Iohannes, quod nihil est, aut habet a seipso. Afferit, quod quicquid ha-

Ioh. 3.

Roma. 4.

Iaco. 1.

bet, accepit. Confitetur Christum esse propriae potestatis, quod ipse ab æterno est quod est, & quod habet, habuit, & quod ab alio non accepit, scilicet licet ex forma dei: quoniam ex forma serui, confitetur etiam ipse a patre omnia accepisse. Etiam ipsos, qui uenerant responsionem super quæstionem positam accepturi, allegat in testes, dicens:

Ipsi uos mihi testimonium perhibebitis, quod dixi enim: Non sum ego Christus, sed quoniam missus sum ante illum.

Hæc ideo intulit, quia ipsis nunc nouiter interrogantibus, a principio idem de Christo dixerat, de quo præsentem percurrit, & quod nunquam uariatum est testimonium præcurforis. Proinde quod audistis, audite: quod dixi, dico: nec retracto dictum, quia uerum est quod protuli testimonium: uos ipsi testimonium perhibebitis testimonio quod perhibui: quia dico, quod dixi: nec a meipso, sed ab eo, ut dicerem sic, accepi. Non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei datum de celo. Semper Iohannes se Christum esse negauit, semper asseruit se ipsum esse præconem, & ante illum missum ad uiam Christo in cordibus hominum præparandam. Firmam tener Iohannes doctrinam, eo quod se uerum dixisse cognoscat. Semper eius sunt uniformia uerba, neque obliquat a recto. Idem animo a principio, quo exorsus est exultare in utero, & in prædicatione publica fuit, ex quo eius erat inuariata uerbum. Multa sit euangelizatoribus cura, ut taliter ordiantur, ne nitanter mutare decretum, nec sit opportunum alijs doctrinis mentes imbueri, reprobatis exordijs. Et si addendum est euentu temporis ad doctrinam, talis sit inicians, quod illam reprobare non liceat. Huiusmodi enim decet esse theoricum uerbum, ut etiam intentata morte, in suo robore teneatur: quamquam male dictum, semper sit corrigendum: sed sic assistat doctori prouiso, ut ea proferat, quæ iterum inquisitus, affirmare non pudeat. Soliditas enim doctrinae, cum inuariata consistit, stabilimentum est credentium: quæ uero pellis est serpentina, induxit errorem. Hinc uero cum Iohannes reassertum, quod ante prædixerat, scilicet quod Christus erat, quid ipse non erat, etiam et quod erat, nunc se a Christo alia minoratio ne designat, dicens:

Qui habet sponfam, sponsus est. Amicus autem sponsum, qui stat & audit eum, gaudet propter uocem sponsum.

Iam condebatur ecclesia, sumens in initia in Iudæis, sed in gentibus dilatanda. Et hæc sponsa Christi erat, nulli alteri ante desponsata, nec in posterum desponsanda. De qua Paulus ait: Despondi uos uni uiro, uirginē castā exhibere Christo. Cuius duntaxat Christus est sponsus, electi uero cæteri sunt amici, quauis Iohannes hoc nomen

Iohann.

Can. 10.

Can. 10.

Ibidem.

Can. 2.

amici, sibi singulariter uendicauerit. Differt sponsus ab amico: nam sponsus sponfam habet, cum qua thalamizat, quam comit & protegit: amicus, aut pronubus, aut in nuptijs minister assistit. Amicus erat Iohannes, & ut in sponfam Christi omnis Iudæa, omnis natio crederet, ut pronubus satagebat. Stat amicus sponsum & sponsam, quia unius sine altero non posset esse amicus: & audit sponsum loquentem ad sponfam, & similiter ad seipsum. Et gaudio gaudet, propter uocem sponsum. Vox sponsum, uox argutionis est, ne sponfam semetipsam ignoret, ne uilis existat, ut semetipsam, ad quid sit ordinata, conspiciat. Vnde in Canticis dicit: Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum, & pasce hœdo iuxta tabernacula pastorum. Equitatu meo in curribus Pharaonis, assimilauit te amica mea. Velut si sponsus ecclesiam animamque alloquitur: Pulchra es decore imaginis & similitudinis, ad quam facta es: pulchra decore naturæ, quæ multis superior facta es: pulchra decore legis & gratiæ. Si hæc pulchritudinem tu ignoras, maxime illam legis & gratiæ & mundationis in sanguine sponsum tui, egredere a me, uade post uestigia gregum, illarum uidelicet nationum, quæ animaliter uiuunt, & pasce tui corporis sensus, iuxta tabernacula pastorum, qui pascunt carnaliter & idolo Iolatricæ suos greges. Neque præceptum per hæc uocem sponsus dedisse credatur, ut sponsa suæ a seipso mandet egredium, ut insequatur uestigia nationum, sed uilitarem, in quam deuenire digna facta est, ante prædicit, si suam pulchritudinem non agnoscat. Alio enim sensu, uox ista sponsum ad aures sponsæ insonare uidetur, ut si pulchritudinem cōtemplationis ignorat, seruitutem exerceat actionum. Ipsa uero ad hoc facta est. Et ex hac imagine innotescit, ut amica uera sit in equitatu angelico, ad submergendam carnis exercitum Pharaonis. Hæc sit uirtus ecclesiastica, hoc habeat quilibet anima Christiana, ut gratia sponsum fauente, angelico sulca præsidio, mare seculi secure trāseat, illaesa consistat, & in eodem Aegyptios inuisibiles uideat suffocatos. Iterum uox sponsum, quæ facit gaudere Iohannem, ad pulchritudinem sponsæ proclamatur: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Si amica, pulchra: si pulchra, igitur & amica. Non est sponsa pulchra, nisi uere fuerit sui sponsa amica. Est amica, nunquam erit non pulchra. Hæc est ecclesiæ atque animarum omnium pulchritudo, ut amica sit Christi: ex illa enim amicitia, perfecta pulchritudo progreditur. Proinde non est pulchra, nisi amica: non est amica, nisi pulchra: & pulchrescendo amicat, amicando pulchrescit, quod in hoc fit, si simplex fuerit intentio nostræ mētis. Vnde sequitur: Oculi tui columbarum. In quo sponsus a sponsa per internam

uocem, & per prolationem in sono, aspectus simplices requisit. Vox sponsum ad sponfam, ad se inter agones & turbine comparantis illi: Ego flos campi, & liliū cōuallium. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Non facit sponsus inter quos habitat, ne inter quos habitat, sponsa languecat. Aperit, quantum ipsa preceperit alias filias, sicut liliū spinas. Vox sponsum ad quieret sponsæ: Adiuro uos filia Ierusalem, pro capreas ceruosque camporum, ne susciteris, neque cuiuslibet faciat dilectam, quoad usque ipsa uelit. Vox sponsum ad exercitum sanctum sponsæ, quoniam tempus beneficiendi dedit ei sponsum, ne segnitè transeat, sponsam inuitat: Surge, propera amica mea, columba mea, forma mea. Verba ista sunt insertarum uirtutum faciles actiones. Flores apparuerunt in terra nostra, qui tempore hyemis & inundationis imbrium apparere nequibant: inceperunt siquidem sancta desideria, per superis apparere. Tempus putationis aduenit, quæ peccata & actiones impertinentes, uelut a uite infructuosi palmites, ab ecclesia decidantur. Vox sponsum inuitatis sponsam ad passionem suam, & affectantis fidem eius in experientia, & uocem in oratione atque doctrina: Surge amica mea, sponsa mea, & ueni columba mea, in foraminibus petrae, in cauerna maderie. Ostendit mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Foramina petrae, plagæ sunt corporis: cauerna maderie, aptio est lateris: facies, fidei: pbata nouitia: uox, oratio, gratiarum actio, & impensa doctrina. Vox sponsum ad declarationem sponsæ: Quam pulchra es amica mea. Et quæ sequuntur, prolaxa habentia dissertatione, uox sponsum ad sponfam, uelut ad cognatam ex similitudine carnis. Vox sponsum inuitantis ipsam ad regulam & considerationem gestorum: Veni in hortum meum foram mea sponsum, mellei myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauam cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. Vox sponsum ad sponfam multiplex est, inenarrabilis protinus. Veruntamen omne quod ipsam erudit, quod monet, quod dirigat in superna, quod allicit per promissa, quod terret ne labatur, uox est sponsum, ad quam Iohannes exultat, & in passione pro Christo lætatur. Habebat alios amicos Christus, quæ sic gaudere didicerat. Inquit enim saluator omnium Christianus: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego precipio uobis. Ecce amicitia uerorum amicorum ad sponsum. Ecce gaudium amicorum, quod didicerit a sponso. Et ibi: habent apostoli gaudentes a cōspectu concilij, quoniam digni habitus sunt, pro nomine lesu conuulsi pati. Simus amici sponsum, & gaudemus ad uocem eius. Amicitia sponsum, eius ad uersarios inimicitias habet annexas, neque fieri potest amicitia uera sine odio uero. Aequo portione amicitia in aliam, & inimicitia in eius aduersarium peraguntur. Si diligimus Christum, odio

Ibidem.

Can. 4.

Can. 5.

Ioh. 15.

Actu. 5.

habeamus & mundum; etenim mundus eum non cognouit, mundus ipsum crucifixit. Odiamus peccatum, pro quo crucifixus est. Odiamus diabolum, qui aduersum eum semper contumaci ceruice extollitur. Quomodo quis diabolum odit, si eius suggestioibus acquiescat? Si amici fuerimus sponsi, non indigebimus aduocatis. Per ipsum uerus amicus ad regem habet accessum, imo & amicus sit mediator ad ceteros. Non indiget amicis quopiam, ut pro ipso interpellat ad principem. Ipse suam exponit causam, ipse loquitur in auribus regis, ipse laeta facie egreditur exauditus. Faciamus ergo precepta eius, & erimus amici eius in hoc oem amicitiae suae regulam desinituit. Et precepta eius grauius non sunt, honesta sunt, dulcia sunt. Hinc scriptura dicit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Et statim sequitur, quod haec eloquia sunt mandata: A mandatis tuis intellexi, propterea odium omnium iniquitatis. Gaudeamus ad uocem eius, quae notam facit uoluntatem eius. In hoc sit gaudium uerorum fidelium, noscere domini uoluntatem, ut deducant in actionem, quam in excusate cognouimus per spem Christi domini nostri uocem. Proinde autem Iohannes Christum sponsum, ecclesiam sponsam, se amicum sponsi appellauit, ne ipse crederetur sponsus, qui erat amicus: ne ipse caput, qui erat membrum: ne ipse fundamentum, qui lapis in parietibus erat: ne ipse dominus, qui erat seruus: ne ipse redemptor, qui erat redemptus: ne ipse Christus, qui erat homo purus: ne plebs oberraret, credendo falsa pro ueris. Etenim ueri praecones hoc praecipuum habeant, ne currat opinio falsa, ne subintrat mala doctrina, ne in fide atque more moribus eius obrepant.

In hoc gaudium meum impletum est.

Gaudium Iohannis in hoc impletum erat, & quod Christus erat sponsus, & ipse uerus amicus. Satis sibi sufficere computabat gratiam, quae de caelo susceperat, uidelicet quod Christum baptizaret, & amicus eius ageret ut paranympus, & quod audiret uocem eius. Permaxime autem gaudebat de eo, quod sequenter adiungit:

Illum oportet crescere, me autem minui.

Quauis plurimi hoc exponunt, quod Iesus esset exaltandus in cruce, Iohannes autem in capite mutilandus, ordinem temporis submittentes, in signum quod Christus natus esset luce crescente, die uero decrescente Iohannes. Sed ad aliud me huius uerbi sensus attollit: Quoniam fama Iohannis fuerat ample profusa, etiam ut famam Christi iam inuasiuam excederet, ut eum Christum esse populus existimaret. Sed Christus ex fama illum incipiebat excedere, cum de uirtutis excessu, non sit opus

differere. Quamobrem minuebatur fama Iohannis, qui Christus aestimabatur a populo, cum Christus moribus & doctrina, & uirtute miraculorum apparuisset in plebe. Odor famae Christi, omnem excedebat odorem, & si qua bonae famae fuissent, ad comparationem famae eius, merito uidebantur. Et quamquam uerum fuerit magna famae, Christus tamen excessit. Et cum uterque daemonium habere diceretur, alter uitae communis, manducans & bibens; alter uitae arctioris, ut non manducaret neque biberet communibus & humanis uisibus deputata, sed locustas meli, syluestre: tamen Christus, de cuius uirtute differere, sermo minueret potius, quam probasset, in fama omnem hominem ab initio mundi, cuius uisumque uirtutis, excessit, praeter id, quod fuerit filius dei, ex eo quod sic natus est, sicque declaratus, sic conuersus, sic locutus, sicque operatus, sic passus, & mortuus, & sepultus, omnes uirtute famaeque praecessit. Et si utroque uiuente, in fama & uirtute diuideretur opinio, tamen Iohanne mortuo, Christus superstitit, in solita mundo faciens. Iohanne moriente, omnis terra contremuit, sol palluit, scissa sunt saxa, monumenta reserata, ut ex his confiteretur paganus centurio: Verum filius dei erat iste. Figuram legis gestabat Iohannes, quae omnino erat Christi gratia superanda. Paeagogus erat Iohannes, uincendus erat autoritate magistri. Adueniente iudice, praeco non clamat. Cum sederint in throno maiestas, succumbunt quae parauerunt. Signo imperiali apparere in castris, sub: egulorum & militum signa mirantur. Omnis umbra, ueritate apparente, defugit. Subnequit Iohannes rationabiles differentias eius ad Christum, ut fides de Christo uera subsistat, & de ipso supra id quod est, opinio nulla consistat.

Qui de sursum uenit,] & carnem assumpsit, qui merito [est super omnes,] non solum super homines, qui in terris degunt, sed etiam super angelos, qui in caelis consistunt. Achi appetere diceret: Ego de deorsum sum, ex humano semine natus: ille dei filius de sursum uenit, & spiritu sancto conceptus, qui cum super omnes sit, etiam super me penitus est.

Qui de terra est, de terra loquitur.] & [qui de caelo uenit, super omnes est.] Coclauis uerba ista, ut expressior sententia capiatur. De terra se asserit esse Iohannes, de terrenis loquitur: quanquam non terrena diligeret, neque sectaretur, neque de ipsius more hominum loqueretur, sed dicit se esse de terra, quia ex corruptibili semine natus, licet recti fuerant sui parentes. Sed qui de caelo uenit, non sic conceptus, patet eius nullo modo in terrenis, non temporalis, sed ab aeterno deus: quauis puerperat

esset ex communi humana carne, non tamen in illam introiuit in semine. Natus est, non factus, & mater uirgo remansit. Iohannes autem factus & natus, in utroque parente, nulla corporis uirginitate seruata. De terra loquebatur Iohannes, eo iure quo erat de terra, nec loqui aliter potuisset, nisi accepisset de caelo. Supra dixit enim, non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo: proinde in eo, quod de terra erat Iohannes, loquebatur de terra: sed quoniam accepit dona de caelo, ut luce clarior pareret, de Christo altissime differerebat. Sed quod de caelo uenit, super omnes est potestate subistendi, & propria uirtute loquendi: & super me est, quod sum, quod ago, quod loquor, ab ipso accipi, qui ab aliquo nihil accipit.

Et quod uidit, & quod audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui acceperit testimonium eius, signauit, quia deus uerax est.

Alta profert de Christo Iohannes, per omnia se ab ipso minorans, omnesque satagens ad eius fidem conuertere, cum Christum dicat illa loquaturque testificari, quae uidit ab aeterno apud patrem, quae audiuit a patre, cuius ipse aeternus est filius. Sed testimonium eius nemo accipit, regnante adhuc duritia incredulitatis. Erat enim Christi testimonium aduersus hoc seculum, ut contemneretur: aduersus idololatriam, ut abijceretur: contra peccatum, ne committeretur: contra legis imperfectionem, ut induceret uitae euangelicam nouitatem. Erat testimonium omnino testificans aliud regnum, asserens unum & omnipotentem deum, qui pro nobis mortuus in peccatis, unum in morte tradidit filium. Sed hoc testimonium contemnebatur, nec accipiebatur ab his, qui mundo ex animo copulati erant. Erat testimonium Christi etiam testificans de seipso, quod erat filius dei, & in hoc uerum erat testimonium eius: quia duntaxat dicebat quae uidit apud patrem, & quod ab aeterno audiuit a patre: quamobrem testimonium Christi, erat testimonium dei. Sed uerum non accipientibus testimonium eius, uerum contemnentibus, etenim in districto examine, testimonio Christi carebunt, nullo alio praebente remedio. Sed qui accipit signum fidei, certum in corde suscipit, quoniam deus uerax est. Solidat per amplius Iohannes Christi testimonium esse uerum, quia uere Christus missus a deo, quia alia non loquitur, nisi quae ab aeterno audiuit ab ipso.

Quae enim misit deus, uerba dei loquitur.

Equidem uerba dei praeterquam uera esse non possunt. Mentiri ueritas nequit: & deus fallere nullo modo potest. Super omnes angelos, & oem creaturam, Iohannes praefert Christum, in acceptione donorum, nec eum cum aliqua creatura metitur. Attollit eum uerbo, re autem

ipsum non poterat. Erat enim ab aeterno deus, etiam ut homo super omnia constitutus. Sed dicit ipsum a patre super ceteros donorum praerogatiua tractari.

Non enim ad mensuram dat deus spiritum.

Cunctis dignis accipere dei dona, pater distribuit ad mensuram, scilicet donationis eius, & secundum capacitatem eorum, qui diuinis donis ornantur: sed Christo pater non dedit spiritum ad mensuram, cui totam infudit spiritus sancti gratiam, qui non solum haec, aut illa spiritus sancti dona, sed ipsum spiritum sanctum usquequaque suscepit.

Quoniam pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.

De hoc idem ipse filius assererat: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et alibi: Sciens, quoniam omnia sibi dedit pater in manus. Et alibi: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Sed quid est, quod Iohannes dicit de Christo: Pater diligit filium, nisi aeterna illa dilectio, qua separari non possunt, quia unum sunt, & quia per omnia in eis extat aequalitas, ubi nullius ab altero ulla minoritas: Quid est quod omnia dedit in manus, nisi quia nihil est quod habeat pater, quod non habeat etiam & filius, excepto, quod ipse genitus, ille ingenuus est: Propterea cum omnia filius habeat sicut pater, adiunctum est:

Qui credit in filium, habet uitam aeternam. Qui autem in incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

Habet uitam aeternam, qui credit in filium, quia omnia dedit pater in manus eius, ut etiam illam posset conferre credentibus. Sed si habet credulitas uitam aeternam, fides & uisio, nulla ratione differunt. Non autem hoc commune est atque uisione. In fide, sicut scriptum est: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerum deum, & quem misisti Iesum Christum: uidelicet cognoscant per fidem, quousque unusquisque cognoscit, sicut & ipse cognitus est, per explicitam uisionem. Et tanta est adhesio fidei Christi, ut spe gaudeat ac si possideat, & actu habeat etiam quod expectat. Et fide uiuens anima, tandiu in spe uitam supernam inhaesitanter possidet, donec fide, spe, abolitis, possessio credita & sperata in ueritate, atque in eternitate mansura, succedat. Sine fide impossibile est placere deo, & sine fide uita non possidet eterna. Hinc ad incredulos se uerba, sed iusta sententia deriuat: Qui autem in incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Fides quippe, temporalis est & aeterna. Temporalis, quia in tempore agit, donec uisio ipsa succedat. Aeterna uero, quia aeterna sunt quae credit, quae cum in praemium uitae aeternae, imo ipsum auctorem habeat, diuinam iram in ultionem aeternam incredulitas portat.

Mat. 11.
Iohan. 19.
Mat. 28.

Iohan. 3.

Ioh. 17.

Heb. 10.

Psal. 118.

Iohan. 5.

Mat. 11.

Iohan. 19.

Credere in filium, habet vitam æternam: non credere filio, iram æternam: nam ira dei, non est cum temporaliter punit, sed cum damnat æternè. Differentia tamen casualium dictio- num, ad differendum aliquid parat. Nam cre- dere in filium, dicit ad credulos: nō credere fi- lio, ad incredulos retulit: quoniam nemo cre- dit in filium, qui prius non crediderit filio: sed multū credunt filio, qui in filium non credide- runt. Pœnit omnino credere filio, id quod est in filium credere. Nam credere filio, est omnem eius credēdo suscepisse doctrinā: in filium cre- dere, est omnem in eum tradidisse amorem, o- mnemq; uirtutem, necnon & uirtutis possibili- lem actionem. Diligere rectè cupiens, addiscat quid diligendum: agere iustè uolentem, oportet prius instrui quid agendum, deinde sequi- tur dilectio recta, & actio in obliquata. Non er- go dixit, qui non credit in filium, sed qui non credit filio, sicut pro credulis loquens, non dixit: qui credit filio, sed qui credit in filium: quā non sufficit ad salutē credere filio, in promul- gatione doctrinæ, nisi credatur in filium, tan- quam in finem omnium, omnē amorem, & inten- tionem, & actionem, & omnia uisibilia & in- uisibilia referendo. Sed sufficit ad perditionē, non credere filio, absq; quod in filium nō refe- ratur credulitas. Quamobrē dixit: Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem in- credulus est filio, uita priuabitur, & merebitur iram. De patre, nulla fit à Iohanne dissertio, q̄- niam omnes Iudæi credunt omnium deū pa- trem, qui unitatem diuinæ substantiæ in tribus personis, aut tres esse unam substantiam, per si- dem intelligere non ualentes, tuentes suis asser- tionibus unitatem creatoris, genuisse filiū ne- gant, & spiritus sancti processionem omnino nō sustinent. Quibus assitit subsequa incredulitas, q̄ in mundum hunc uenerit, q̄ carnem assum- pserit, q̄ sit uisibiliter inter hoīes cōuersatus, q̄ sit passus, mortuus & sepultus, in q̄ robur no- stræ fidei, nostræq; salutis usq; quaq; consistit. Proinde Iohannes sic de filio asserit cū Iudæis.

De incarceratione Iohannis, & causa, secundū Mattheum, Marcum & Lucam.

Cap. II.

Vere iustus, iusteq; uerax, timori nō subia- cet, nec terret ex aliquo, quin impuden- tiam arguat tyrannorum, & pro ueritate atq; iustitia, nihil pendit corporis sui uitam, & qd iniquum, saltem argutione non sinit inultum. Peruenerat ad aures Iohannis, quāuis nō con- uersaretur sedulo in ædibus regis, quod Hero- des Galilææ tetrarcha, scelus nefarium cōmit- tebat, uidelicet, quod fratris sui uxore, sibi fe- cerat concubinam, & contra honestatis iustiti- am, fratrum thorum fœdauerat. Consensus utiq; malefidæ uxoris affuerat, qui oēm amo-

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 3.

rem uiri, transfulerat in fratrem, cuius philoca- pra, odiebat ex animo eū, qui Herodi iustū di- uortium suadebat: ex quo criminofior, quo ar- dentior in amore funesto: quo inimicior per iustitiam arguēti, quo eum habebat exosum, quem debebat diligere: quo pati non poterat medicū, qui sanabat: quo fecit includi, ne pos- set audire, ne loqueretur Herodi: à quo nole- bat bene feiungi, cum quo uolebat inhonestè se cōiungi. Talibus nanq; processibus illarum malitia graditur, in quibus sic ardet tam funes- tus amor. Sed etiam in hoc plus Herodis ex- cessit iniquitas, præter id quod Iohannem de- dit exitio, qui si honestatis iustitia uituperas- set in alia muliere zelare, p̄tinus debuit in fra- tris uxore, qui si thoros omnium ex libidine reuelasset, saltem fraterni debuit esse tutor. Apud quem commendatio ad custodiam fiet uxoris, si fratris dehonēstat uxore. Apud quem talium rerū fides, si frater decipit, si ger- manus reijcit fidem, & si uterinus honestū nō seruat amorem? Fit in Herode per amplius au- xelis ex crimine, q̄ iste uir, illa mulier: iste ab- sciderat, illa cōsenserat: iste iustitiæ minister, q̄ si huiuscemodi turpitudinem in quocunq; sibi subdito reperisset, ex officio debuisset ul- cisci: ac per hoc comparatus ad subditos in fa- cinore, ipse sceleratior exiit. In omnibus em̄ sceleratius à suis subditis peccat, qui commit- tit ex malè agendi libidine, quod in alio puni- re debuisset: ex autoritate iustitiæ. In simili q̄- dem crimine princeps & subditus, in ordine diuinæ iustitiæ, semper ad paria nō tenentur: aliquando princeps, aliquando subditus plus excedit. Tamen ad rei gestæ ordinem uenia- mus, cum illa suppletionē uerborū, quam etiā textus euangelicus prætermittit.

Herodes audita fama Iohannis, eum ad se accersiri fecit, audiendi & uidēdi auditate cō- motus. Ad quem Iohannes non frustra ter ac- cessit, sed suadens ei quæ iustæ uitæ sunt, & ma- ximè, quæ ad principem in republica pertine- bant. Quem libenter audiebat Herodes, & p̄- ter theosebiam, multa bona in humanis mori- bus faciebat, non tamen digna & decencia re- gno dei. Nulla siquidem bonā conueniunt il- li regno dei, quæ in fide Christi non sunt. Dis- suadebat sibi facinus, quod non solum lex da- ta, sed ipsa naturalis iustitia reprehēdit, & cō- suetudo & mores hominum maximè detesta- tur, quem Herodes, malè suafus ab amore pel- liceo, derulsit. Et mirum, quod eum audiebat in bonis, sed in cauendo scelere includebat. Mos enim est quorundam hominum repro- borum, ut aliquos pacificè audiant, pro qui- busdam humanis bonis operibus exercendis, in cauendis autem criminibus, aures auertant, & quod nequius, Herodē imitantes, affligant. Hinc euangelista proclamauit:

Deu. 5. Lev. 18.

Deu. 5. Lev. 18. Deu. 5. Lev. 18.

Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohā- nem, & uinxit eum in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Iohānes Herodi: Non licet tibi habere coniugem fratris tui.

Facere quod non licet, omnino peccatū est: facere quod licet, nullam habet mercedē, nul- lumq; crimen: facere q̄d ueritas iubet uel cōsu- lit, culpa caret, uirtutis est actio, uitaq; gehē- nā, & nascitur gloria. Non licebat Hero- di uxore fratris sui habere, imō nullius, neque cū aliqua fornicari: uti uerò sua licebat, & acci- pere si carebat: sed uxorem proximi necdū ha- bere: nec etiam concupiscere licet, diuino phi- bente mandato. Non desiderabis uxore pro- ximi tui. Et de uxore fraterna, expressa prohi- bitio facta est: Turpitudinē uxoris fratris tui, nō reuelabis, q̄a turpitudō fratris tui est. Ne- scio quid maioris criminis habeat concubere cum sore, q̄ cum fratris uxore, cum uir & uxor sint, dicente domino, caro una. Sed unde arguebat Iohannes Herodem? Si dixerim, ex nō licito legis, Herodes Romanus & paganus, erat, led legem non nouerat, Christi euangeli- um nondum audierat. Qua igitur ratione p̄- hibente uel lege, Iohannes Herodē arguebat, qui lege diuina carebat? Erat q̄p̄e præter hoc, quo ipsum audebat arguere, ipsa naturalis iur- stitia, qua hoc facinus omnibus hominibus inhi- betur. Et leges Persarū ac Medorum, Græcorū & Romanorum, hoc magnis decretis cauerūt; ne quis alterius uxorem inuadat. Et ipsa ratio aperte suadet, q̄ homines in magis proximis, maiorem custodiant honestatem, & quod He- rodi non licet, nemini licet. Nec licet ecclesia- stico uiro, iustitiam secularē, uxorem iam sa- ctam fratris secularis accipere: nec principi se- culari licet iurisdictionem ecclesiastici princi- pis in aliquo uendicare: quod si p̄prios huiusce- modi principes contentarentur uxoribus, non- nec stragibus Christiani populi q̄terentur. Vfur- patio p̄tinus iuris alieni, bella in mūdo cōmo- uit: publicā iustitiam, in priuatam tyrānidem uertit: & ordinē rectè uiuendi, tradidit confu- sioni, & nihil rectum agit: inquietantur ho- minum mores, cum per iniquitatē usurpatur, atq; transfertur æquitas dominandi. Excepto, quod à natura condita sumpsimus, nihil tam iuris est hominum, quā propria uxor, quo- niam uiro efficit una caro. Et cuiuscunq; ne- cessitudinis separatio sit facilior, quā uxoris, ut ita uir sibi uendicat ex diuina lege corpus uxoris: sicq; uxor in uiro ius sui corporis nan- ciscatur, ut neuter sui, sed alter alterius habeat potestatē. Hoc aperta sententia Paulus ad Co- rinthios clamat, dicēs: Mulier sui corporis po- testatem non habet, sed uir. Similiter autē &

1 Cor. 7

uir potestatem sui corporis non habet, sed mi- lic. Ac per hoc, in hac uxore Philippi, quam Herodes incestuosus fratri abstulerat, omne ius homini propriè competēs, quocunq; iustitiæ titulo significari arbitror, quod nemini licet al- teri auferre, nec quod sic abstulit, retinere.

De pertinaci odio Herodiadis in Iohannem. Caput III.

Sed Herodias infidiabatur illi, & uole- bat occidere eum, nec poterat.

Impatiens est mulierum amor, & sibi infidi- ari metuens, semper infidias machinatur, & nolens separari, à quo ligatur amore uenero, qui hoc arguebat, uenabat ad mortem: quoni- am non est nequitia super nequitiam mulie- ris. Et quantum diligit, tātum odit aduersum, necnon & odiū, dilectionis est signū. Anima ad- uertendum igitur, quantum Herodias esse in incestuoso adulterio diligebat, quæ Iohānem huius sceleris argutorem, uenabatur ad mor- tem. Nihil in hominibus nequius, nihil ad da- mnationem procliuus, quā odire ad mor- tem scelerum argutores. Quid in infirmo ma- gis infirmum, quā medici necem inquirere, qui quærit omnino sanare? Contra quos per prophetam dicitur: Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfectè, abomi- nati sunt. Habet hoc proprium anima deprā- uata, ut ad ultimū odiat, qui suis nefarijs pla- citis obicem conatur opponere. Perniciosa li- bertate gaudere exoptat. In se caeca, neminem sui sceleris uellet esse uidentem. Non sufficit egisse, quod omnino noscitur nefas, nisi uelit, extinguere ueritatem. Quod autem affectus damnatus, in effectum non uenit, nō pœniten- tia, sed impotentia fecit. Hinc euangelista dicit: Et uolebat eum occidere, nec poterat.

Amos. 5.

Herodes enim metuebat Iohannem, sci- ens eum uirum iustum & sanctum, & cus- todiebat eum. Et audito eo, multa facie- bat, & libenter eum audiebat.

Hæc omnia quæ Herodes de Iohanne no- uerat, crimen eius atq; fraternæ uxoris exage- rant: tum, quia nec propter sanctum & ius- tum se auerterunt: tum, quia ipsum tam neg- ter tradiderunt exitio. Non in ueritate time- bat Iohannem, sed melius sibi, si timuisset do- minum in Iohanne: quoniam timor domini expellit peccatum, & timor domini, custodia legum. Protinus auertisset iudiciū à perditio- ne Iohannis, si uerè timuisset dominum in Iohanne. Nec profuit, quia sciebat cum uirum iustum & sanctum, nisi dilexisset in ipso iusti- tiam & sanctitatem. Nec satis est, in ordine rectè agendi scire uiros iustos & sanctos, & nos- se iustitiam & sanctitatem, nisi amore ani- mus contrahatur. Animus sanctis uiris amo-

re contractus, imitatione adnexit. Dilecta sanctitas atque iustitia, mutavit in melius animum diligentis: mutato animo, ilico est mutatio in opere subsequuta. Nouimus enim sanctos, nouimus multos iustos: scimus quid sit iustitia: nec, quid sit sanctitas, ignoramus. sed quod haec scientia prodest? Profecto ad demerita plus accrescit, nisi accedat dilectio cognoscentis, nisi subsequatur actio diligentis. Quid utilitatis accedebat Herodi, quod audiendo Iohannem multa bona faciebat, si facinus eius, si qua benefeceret, superabat? Non est corruptela in iustitia iusti dei, ut ex aliquibus bonis, malis adesse concedat. Nisi recedatur a peccato, quod generat mortem, bona quae sunt, non profunt ad uitam. Non prodest egisse iustitiae opera, si ad male agendum adhuc suspirat affectus. Ad nihil ualeat operum bonorum nouella placatio, nisi malorum prius fiat eradicatio ueterum. Quid coferebat Herodi, quod multa faciebat audire Iohanne, cum, de quo ab eo arguebatur, non recedebat? Bona quae faciebat, malo facinore confundebat. Facinus quod perpetrabat, bonis illis operibus non debebat. Nullis enim bonis peccata delent, nisi prior poenitentia & eorum abdicatio antecedit. Voluntarie semper peccantibus, nulla bona facta subueniunt. Nemo sibi de bonis operibus blanditur, si ad prohibita spote prolabitur. Et quod Herodes libenter eum audiebat, ascribendum est derisioni potius, quam uirtuti, cum non respicebat a uitio. Si miles sunt, libenter audientibus cantilenas & fabulas poterant, homines audientes uerba iustorum, & praedicationes ueritatis, si pedes non auerunt ab itineribus prauitatis: auditio uera sermone domini ueritatis atque iustitiae, profuturum habet emenda criminum, profectumque uirtutum. Libens auditio docetis iustitiam, si ex humili & contrito corde procedit, desideria facit alia, & mutat homines mores. Sed nihil haec opera pro Iohanne, quin detineretur in uinculis:

In quibus cum audisset opera Christi, mitens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

Non haesitabat Iohannes de Christo, ad quem exultauit in utero, quem baptizauit in flumine, super quem testimonio diuina suscepit esse filium dei, de quo ipse testificatus est, quia erat agnus dei, qui tollere uenerat peccata mundi, sed curam agebat discipulorum suorum, quos (ut saepe diximus) omni studio remittebat ad Christum, ut ipsi ab ipso audirent, ipsi uiderent quid Christus docebat, quid agebat, quid ex his comprehendere poterat, ut ipsi ex ipso, praeter doctrinam Iohannis, in CHRISTO crederent deitatem & redemptionem esse, quam misit dominus populo suo, nec alium crederent, nisi eum, quem ipse eis praedicaauerat. quod,

Mat. II.

Cum uenissent ad eum uiri, dixerunt: Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

Attamen haec inquisitio, si Christus est uenturus, an alius expectetur, non ad primum aduentum iam factum pertinet, nec enim poterat perginere: nec ad secundum, quem adhuc multa mysteria & tempora praecedebant, antequam ueniat illa extrema & tremenda omnibus dies, in qua tremendae mundi omnem iudicaturus adueniet. Sed ex responsione inquisiti saluatoris, colligitur intentio inquirentis, quam ipse Christus plenissime comprehendit.

Respondensque Iesus, ait: Euntes, renunciate Iohanni quae audistis & uidistis.

Et ex his etiam quae sequuntur, claret de aduentu Christi ad mortem inquisiuisse Iohannem, pro quo saluator scandalum non in Iohanne, sed in alijs praecauebat, adiciens beatitudinem his, qui in aduentu eius ad mortem, scandalum in animo non paterent: ratum ex hoc faciens, quod non alius redemptor, sed omnino ad mortem ipse erat uenturus. Magnum est in his allegoriarum pelagus, quod non ingredientibus, ad dissertationem aliam ueniamus.

Iohannes natura homo constitutus in uinculis, genus humanum in compeibus peccatorum. Quilibet etiam existens in uinculis scelerum, Herodiana sustinet uincula. Pellicea gloria feret omnes inuoluit, ut facilius sit abdicatio rerum, quam inquisitae gloriae uel oblatio. Certat cum omnibus & in omnibus fallacis gloriae daemon, & omnes quaerit includere, & oem, nisi habentem paracletum, uinculat. Velut hic mundus habet subiectas materias gloriandi, & fastuosus animus, ex his quae naturae sunt, aut ex arte, haec auram uanam imbibit. Nam & scriptura dicit: Qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Multi damnabiliori audacia gloriantur, cum profecerint ea quae ueritas atque iustitia uetat, de quibus per Salomonem dicitur: Laetantur cum male se fecerint, & exultant in rebus pessimis. Proptrium est reproborum, exultare cum iniquitatem profecerint. Contra quos ipse Dauid in libro psalmorum proclamat, dicens: Quid gloriaris in malitia, qui potes es in iniquitate? Potens iniquitatem perficere, semper gloriatur cum efficit, quod perperam molitur. Omnium enim molientium aliquid agere, gloriari proptrium est cum efficitur. His quae sunt bona uel mala, hoc exceptionem non patitur, quamuis inaner gloriari & de bonis, transeat in peccatum. Et etiam qui iustus est, in ratione finis sine peccato possit quandoque gloriari. Quis enim non gaudeat effecisse uotum? Quis non gloriatur, coceptum in animo deduxisse in actum? Et Ierusalem per prophetam dominus comminatur

Luc. 7.

Mat. II.

Psal. 111.

Psal. 111.

do arguit, eo quod gloriata fuisset in malis. Numquid carnes sanctae, auferet a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Sed quod nunc ad Ierusalem dicitur, ad animam reprobam iure referatur, quae in malitijs gloriatur, quas ex terra sanctitudo non auferet, nisi dei misericordia, & interna poenitendo subueniant. Igitur si perfecisse iniquitatem in reprobis gloriam parit, quid in alijs prosperis, quae saepe uidentur specimen damnatam gloriae non habere? Nilui enim est ferre, quod ex seculo nequam ardeat, quod non ministret fomentum gloriandi: ut quod damnabilis est, ex his, quibus supernam homo nauiciscitur, humana captatur. Sed nec quis potest in huiusmodi coepibus tam clandestine deumeri, quin ad eum rumor operum Christi ueniat, ex quo excitatur animus, ut inquirat. Qui duos discipulos dirigit, ut uideant & interrogent. Hi discipuli nemini adulto desunt, uel omnibus semper assistunt, etiam in peccatorum ergastulo positum comitatur, ut semper homo habeat quos transmittat. Expediit oem hominem noscere quid agendum, quid uero diligendum, & a quo scienda ueritas, a quo felicitas postulanda, quem ad imitandum inquirere, in quo spes animi sit ponenda. Hi sunt discipuli, intellectus & affectus, quibus omnis homo, nisi omnino insanat, sociatur, cum quibus etiam apprehenditur ista expediens disciplina. Proinde inclusus in carceribus peccatorum, huius uiscerum discipulos mittat ad Christum. Ab ipso quid agendum, quid ue diligendum aperte cognoscitur. Ipse ueritate infallibilem docet. Ipse solus beatitudinis est largitor. Ipse semetipsum uitae agenda inobliquabile dedit exemplum. In ipso duxat spes hominum solidetur. Igitur exemplo innocentis in carcerati, nos qui uinculis peccatorum detinemur, hos duos discipulos mittamus ad Christum, audientes doctrinam eius, & uidentes mirabilia potestatis eius, ad imitandum eum in moribus & passionibus, in anima & uita crucifigi cum ipso, omnem spem & intentionem projicientes in eum, qui ipsi est cura de nobis. In uinculis non inuit, sed spote, quae nobis ipsi fecimus, exitumus, & detinemur ab improbitate maleficae placetis uoluntatis, & a consuetudine praua, fumes peccatorum ex mora & ex multitudine componentes, mittamus ad Christum, & responsum eius intentis cordis auribus audientes: Euntes, renunciate Iohanni quae audistis ab ore meo: qui quae diu ab aeterno deo uiuo & uero patre meo, haec loquor uobis: Et renunciate, quae audistis miracula supra naturam, intellectum & usum, inuitantia uos & omnem hominem ad indulgentiam peccatorum: quoniam qui corpora curat, per amplius animas sanare disposuit, & ad spem supernae patriae omnem animum commoentia facit.

In ipsa autem hora curauit multos a languoribus & plagis & spiritibus malis, & caecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis: Euntes, renunciate Iohanni, quae uidistis & audistis: Quia caeci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Callidior est lingua operum, quam uerborum, & efficacior responsio in ostentatione uirtutis, quam in prolacione sermonis. Haec omnia corporaliter agebantur a Christo, scilicet curationes huiusmodi infirmitatum: & paupertas erat in precio, cum beati pauperes dicerentur, quae spiritualium effectuum erant etiam imagines: quod spiritus mali, non per naturam, sed per malitiam abigebatur ab anima, cui resistendi nulla potestas, nisi per mediatoris gratiam praestaret. Inuidi sunt & reprobi, & aduersus corpus, magis uero aduersus animam furiebant. Quod mentis caecitas siue ignorantia perleretur, & tollebat claudicatio fidei & dilectionis, in utraque partem, ut esset ambulatio recta in uia ueritatis, abstergebatur contagiosus morbus, ut exclusi a sanorum conuersatione, sanati readmitterentur ad illam: fugabatur animae inobedientia, ut mites surdi recipientes auditum, interiore aure perciperent uerba libri uitae, ad agenda uitam pro uita: & subiugatur inuisibile mortis imperium, cum excluditur illa localis infirmitas, quae animae omnia grauabat officia, & separabat a uita omnium deo, apud quem fons omnis bonae beatitudinis uitae. Ad alta ferebat olim abiecta paupertas, & in sublimem tollebat odibile bonum: non odibile dixerim ab his qui nouerunt, sed ab his, qui non cognouerunt illam. Habet nunc euologium paupertas, habet & optimam categoriam, habet Christi euangelium in officio praedicandi, & euangelium in ipsam praecipua habet, non duntaxat inuisibilium regum, sed etiam inuisibilis uoluntatis. Ita Iohannis nuncij audierunt, ista erant renunciantia Iohanni, ista nostris nuncijs pateat. Sed statim adiecit:

Beatus qui non fuerat scandalizatus in me.

Ad uitandum dissidentiam, quae ratione passionis possit insurgere, ad robur fidei, ad augmentum meriti eius: post enumerationem illorum mirabilium, in declinatione scandalali, beatitudinem saluatoris opposuit, magni aliquid praerogans, si non haesitare aut offendere in fide, beatitudinem gignat regem in opprobrijs constitutum, a dignitate inherere non credere excelsisse, nec ab eo deficere tanquam si exinanitus esset, perfectae adhaerentium militum est. Et propter ea quae regiam dignitatem non decent, in qua rex ob liberationem populi, uoluntarius se deiecit, in ipso non scandalizari, ac si inuitate pareretur, nec ab eius haesione recedere, indubitate atque constantis fidei noscitur. Proinde nunc

Luc. 7.

Christū uidere supernaturaliter, supnaturalia operantem, nunc ex natura, prout si esset in culpa, cum culpabilibus patientem; & mortem subire, qui mortuos reduxit ad uitam; & tradi sepulchro, qui quatrduanū reuocauit à tumulo: qui operabatur ut deus, ab hac uita egredi ut homo multatus; ad scandalum mentes hominum disponebat, ut offenderet in lapidem fundamentalem & angularem, nisi fides solida restitisset. Quamobrē, qui scandalum nō suscipit, est beatus, beatorūq; futurus. Omne studiū fidelium, enitatur in fide solidari, & præteteritorum exemplis & argumento factorum mirabilium. Orationibus & omni prosequa, profulgetur à fidei fundatore, ut in animo incōcūsa conūstet, ne tempore agitationis fatanicæ, nec cum aduersitatis est regnum, nec cum iniquitas dominat, nec cū uidentur cūcta subuertī, scandalum offensionis obuēniat; ne inualefcat hæsitatio, ne diffidētia subrepat, ne inquiratur ratio naturalis, nec sensibilis experientia expectetur, sed solum eius ratio naturalis ratione deficiens teneatur, cuius meritum, qui cōdidit illam, cum aliarum uirtutum merita trutinat, plus appendit.

Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus ad turbas dicere de Iohanne: Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitaram? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce, qui in ueste preciosa sunt & in delicijs, & mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt.

Præconem uerum, uerus iudex exaltat: & regis uerbum, effert laudibus præcursorē, ut unus cōmendetur ex altero, mutuū testimoniū ex alterna laude clarescat. Nam laus p̄conis, redundat in iudicem: & fama p̄cursoris, cedit in regem: & iudicis atq; regis gloria, optima exaltatio est ministri. Hinc laus Iohānis adijcitur Christo, & Christi gloria extollit Iohānem. Et quā detinebatur ipse captiuus, ne crederetur ob culpā, saluator ipsū declarat. O quā optimum esset in his, qui patiuntur iniuste, non suam, non hoīm, sed excusationem expectare supernam: quæ cum hic fuerit, non ad fructum patientis infamiam, sed ad profectum audientium retorquetur. Cum uerō ad extremū examen differretur, eo magis erit gloriosior excusatio summi iudicis, quo hic fuerit abiectior conditio patientis. Veruntamen hic saluator præcursorē suū altē prædicando suspendit, cum dicit: [Quid existis in desertū uidere? Arundinem uento agitaram?] Per negationem cōtrarij, saluator asserit bonum qd de Iohanne intendit, illam scilicet spiritūsancti fortitudinem, qua homo non cedit in alteram partem, uelut arundo, quæ agitur à uento, in quam partem aura impulerit se conuertit;

tens: quā qui uerē cōstantiam habet, nec ab aura blanditiarum oblatæ famæ, seu laudis humanæ, non terroris atq; minarum, non etiam intentata morte, ab eo quod est ueritatis atq; uirtutis, diuertitur. Non cessit Iohannes magis opinioni, etiam iam creditus qd esset Christus: non cessit Herodis terrori, quin ab eo argueret incestus. Semper eodē modo se habet, quæ fidei cōstantia fouet. Alumnus uirtutis ab utero, semp̄ ipsius seruabat censurā. Non imaginē eius colebat, sed ipsam in sua ueritate gestabat. Arundo siquidē præter id qd mouetur leuiter, plus qd existat ostendit, cū interius uacua, exterius quid solidi uideatur ostēdere, ac designet illud malum pestiferū, quod uocatur hypocrisis, quam summē Iohānes in uerbis & moribus deuitabat. Peramplius Christus Iohānis insinuat bonitatem, ut exclusis ab eo uitijs incōstantiæ similiter & damnatæ hypocrisis, etiam mollitiei uitium & curiositatis & superfluitatis auerit, dicens: [Quid existis uidere? Hominem mollibus uestitū?] Abnegādo uitium, Christus ad turbas loquitur de Iohāne: [Ecce, qui in ueste preciosa sunt & in delicijs, & mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt.] Nō damnat Christus, extollendo Iohannē, in oībus hominibus preciosas uestes atq; delicias & mollia uestimenta, ubi tēperantia uentes habent, ubi status & conditio in designatione s̄ant, ubi cogit omnino ipsa necessitas. Status p̄cerū mundi, exigit etiam in preciosis uestibus designari. Et deliciari potest, assistēte modestia, is qui circumdatus est delicijs, & mollibus uti indigēs. Neq; regū domos uituperat, nec ipsos reges cōdemnat, eo qd homines huiuscemodi eorū reperiant tui in oculis, quibus mundus in suo regimine opus habet: quibus nō extantibus, respublica protinus ab improbis turbaretur. Sed Iohannem iam perfectionis uirtutum in utero professorē, ex huiuscemodi abdicatōne laudibus extulit: non tñ eos, qd talis uocationis non fuerant, reprobauit. Plura in professoribus uirtutis si facerent, ascribuntur ad uitā, quæ in nō profitentibus uelut crimina indulgentiam non inquirunt. Ad altē uerū uirtutum astringebatur Iohannes, quē in utero spiritūsancti sua uirtute perfuderat. Proinde Christus clarescēbat turbis ipsū, suam seruasse in uirtute censuram, ostendens qd nihil habebat in uita cōmune cū his, qui adhuc seculo seruiebant, sed quod singulariter gradiebatur in omni proreçtōne uirtutum, ut etiam pro ueritate captiuus, sæuū expectaret exitium. Veruntamen hæc quæ saluator abnegat à Iohanne, non tanquam uitium habēat ex natura, sed uelut lædentia, quod est modestiæ, quod est honestatis, quod est humilitatis, quod est contemplationis, excludat.

Sed quid existis uidere? Prophetā? Et ita

dico uobis, plus qd prophetam.

Bonum est exire ad uidentem uidentem, meretur enim uadens plus ipse uidere. Nulla peregrinatio deberet esse in causa ratione distantiæ, nullus labor opponi, nullæ graues expensæ ad uidentem, in quo fulget ueritas sanctitatis, à solis ortu usq; ad occasum, esset pro diecula reputandum. Non oberrat ad uidentem peregrinus, & sibi credens, cuncta tuta dispōnens: sed uidentis non credere, cedit in reprobum sensum, uelut Saul, qui non credidit Samueli. Et rex Iuda & Israel, cum non credidissent Michæ uera uidentis, magis autē falsa uidentibus, receperunt ab hostibus omnino cōflicti. Et multi turpiter corruerunt in ueteri testamento, uera uidentibus nō credentes. Et regnum Iudæorū omnino defecit, quia ueris prophetis nō præstatur fides. Et sub Salinansar, Israelis filij trā diti sunt in captiuitatem. Et sub Nabuchodonosor, regnum Iudæ in rege suo, morte probrofa perempto, turpē finem accepit. Et Ierusalē capta est, quod mendacibus magis, quā ueris prophetis fuit tributa credulitas. Proinde quid proderat, quod exhibant uidere Iohannem prophetam, & plus qd prophetam, si sibi nō credebāt, uerā dicitur de Christo: Ad exaggerationem peccati populi Iudæorum, Christus Iohannem tam altē cōmendare uideatur, cuius ueritatis fuerunt extorores rebelles. Nam per beatum Iob de reprobis dicit: Et ipsi fuerunt rebelles lumini. Quod rectē competit populo Iudæorum, qui contumaci aīo rebellabat lumine ueritatis, quā de Christo, Iohannes plus qd uidens, asserbat. Si multitudine sapientium, suauitas est orbis terrarum: ægritudo siquidē erit, eorum nō ad hærere consilijs, quibus profuit omnibus creditisse. Ex his enim sunt deuitata pericula, & aucta sunt regna. Nulli autem sapientiores, qd qui non solum humano, sed etiam diuino spiritu fuere uidentes. Et cum uidens eximius ac quiescit problemati uidentis, recognouit facinus. Cū uerō dixisset, Peccatū: ilico audiuit.

3. Re. 12. Transtulit deus peccatum tuum à te. Mulieres acceperunt filios in uteris proprijs, de quibus iam desperauerunt, quia crediderunt prophetis, & iterum ex mortis imperio receperunt. Videtur Sareptanæ multiplicata sunt bona, quoniam acquiescit uidentis, ut nec farina de hydria, nec oleum deficeret de lecytho, ut hoc typo trañciatur in gratiam, quod nunquam spiritibus annona deficiet his qui sanctis uidentibus crediderunt. Et uidua suis creditoribus ex maritali debito obligata, per multiplicationem olei, debitum soluit, & sibi filijsq; uiuendi stipēs remansit in reliquo. Ab omnibus obligationibus liberat sermo propheticus, ab omnibus cūstodit sermo diuinus, si uelut hamus, capiet primò captus. Frustra præstatur aures ad

uerbū propheticum, in cassum audiuntur uerba doctorum, ad perditionem operum aspiciuntur sancti. Ad quid itur ad eos, si eorū monita pro salute contemnimus, si fidem eorum ueris sermonibus non præstamus? Quid profuerat populo Iudæorū uidisse seu audiuisse Iohannem? Quid existimatio alta, quæ de ipso in populo ferebatur, si non ibat ad quem ipse mittebatur: si non sequebantur, quem ipse prædicando præibat? Sed unde plus quā ppheta Iohannes? Esse prophetam, ambiguitas nulla molestat: plus quā prophetam esse, diffinitionē inquirunt. Sed ubi deficeret probandi autoritas, ipsum alios excessisse pphetas, ad palmarē euidentiā facit ipsa irrefragabilis sententia saluatoris: nos autem non aliam inquiramus, tanquā qd Christus posuit subnectēs:

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce, Mal. 3. ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.

Ad nullum, præterquam ad Iohannē, Christum legimus sermones deriuasse ppheticos: neq; pro aliquo, præterquam pro ipso prophetam reperimus signatē expressam, quāuis de corpore Christi mystico plurimas lectemus. Hanc enim applicatē de Iohanne fuisse prolata, inficari nō possumus: cum qui olim multifarie patribus in prophetis, nūc nouissimē loqueretur in filio, in quo facta sunt secula, in q̄ thesauri omēs scientiæ absconditi sunt: q̄ nūc epistolat quod olim propheticē dici fecerat de Iohanne, ac si pater ad filium unigenitum loqueretur, qui uenturus erat nostram naturam suscipere: Ne ritus fili aduētus imparatus atq; improuisus esse uideatur, ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuā. Angelus æterni patris, dicitur esse Iohannes: terrenus siquidem, nō cælestis. Multa per omnem modum differentia est, inter terrenos angelos & cælestes. Nam supernæ uirtutes siue angelicæ potestates, spiritus sunt natura, ex officio angeli: terreni uerō compositi sunt, quāuis ex officio angelizent. Et quanquā angeli cælestes atque terreni oēs sint dei patris, hanc Malachiæ prophetiam saluator retulit in Iohannē: quoniam sic de Christo prophetatum fuerat, pro eo qd sic futurum erat. Et interpretatio diuinæ scripturarum, ad neminem decētius atq; uerius spectat, quā ad ipsarum infallibilem conditorem, qui est filius dei, æternē genita sapientia dei, qui angelum eius asserit esse Iohannē, & suæ uisæ proximum præparatorem. Et unde plus quā ppheta Iohannes est dictus, cum nullum prophetam scriptura prophetarum, angelum dixerit: nullus uiam Christo tam de proximo præparauerit, nullus ipsum tam manifeste esse dei filium à uoce patris audierit, nullus ipsum, præterquam Iohannes, aduenisse tam

signanter ostenderit. Sed quauis ad altitudinem tanti mysterij non omnis præmitatur ut angelus, tamen hoc quisq; sibi potest in uita & moribus uendicare, ut uiam Christo uenienti præparet. Querit em̄ Christus ingredi ad cor nostrum, sicut scriptum est: Ego sto ad ostium & pulso: Si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & conabō cum illo, & ipse mecum. Stat Christus ut deus, & ut homo pulsā ad ostium cordis nostri. Si quis obediēter audierit uocē eius comonefacientem, uocantem in uiam rectā, pollicentē & patriam, & aperuerit parando Christo uiam, oēm quippe intentionem & uoluntatem aperiendo directioni eius: ipse uero per hanc uiam sibi substratam ueniet, & introibit, sibi liberæ patefacta ianuā uoluntatis. Cœnabitq; nobiscum in mēsa uirtutum & gratiæ, ut nos cū illo in mensa æternæ beatitudinis epulemur. Porro angelus dei est, qui delectatione rerum uisibillium nō afficitur, qui legationem quam à deo in fide suscepit, ipseq; præsistit, exequitur. Angelus dei, qui diligit ignitē inextinguibiliter, & ardet innocuē igne superno: qm̄ deus ignis est, qui sapit & intelligit, omnis nouitæ ignorantia depulsa caligine: qui thronum iustitiæ in suo animo Christo parat; qui sibi ex omnibus per rationis iudicium dominat: qui potentia ardet aduersarias potestates: q; principium oīm agendorum in deo cōstituit, ut in ipso finiatur: qui mirabiliter & supra naturam uiuit in seipso: qui delectat in secretis diuinorū operum: qui semetipsum nouit seruare immaculatum. Per amplius autē Christus addidit de Iohanne, uerum iuramentū testificans:

Amen dico uobis: Inter natos mulierū, nōn surrexit maior Iohāne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.] Non se inclusit saluator in sua platiōe sermonis, ut in hac maiestate de ipso cōparatio fieret cum Iohāne. Matrem uirginem uero exclusit, cū duntaxat de hominibus, nō de foeminis loqueretur. Adhuc tamen pro cæteris ambiguitas esset, nisi adderetur officium, quod dicitur esse Baptista, quod præterq; sibi, nemini datum fuit. Ex his, ex multisq; iam pmissis dictum noscitur, unde inter natos mulierum, nullus Iohanne Baptista maior. Etsi nihil eorum quæ dicta sunt, in argumētum uerent probandæ maioritatis, palmaris ratio est assertio saluatoris, qui præter id quod ex euāgelio sumpsum est, aliquid arduum in uirtute præ cæteris in ipso cognouit, unde præ cæteris prætulit. Sibi soli cognita sunt oīm hominum mentes, & uirtute inuisibiliter fulgentes solus ipse cognoscat: qui nō ex eo quod exterius agitur, homines approbat, aut alios alijs pferet, sed ex eo quod interior splendet. Nec me

fallit deludens opinio, sed ueritas in me luceat, qm̄ ad omnia exteriora gesta Iohannis, sibi opponuntur cōsimiles. Quod si ex exterioribus cōmendatus est, cōmendarentur & cæteri. Nā etsi sanctificatus in utero, & Ieremias. Si exultrauit in utero, hoc, qm̄ in eodiuina uirtute acceratus est sensus: sed nec sanctificatio aut exultatio proprii meriti fuit, seu gratificantis uirtutis, sed acceptæ gratis. Si desertum quasi ex factis habitauit, hoc uerē plus accedit ad meritū proprium: ueruntamē si non inuenimus quēpiā ex tam tenella ætate incoluisse deserta, inuenimus equidē plurimos habitasse in illis ptempora lōgiora. Si prædicationē inspiciamus, excessit illum Paulus, & quilibet alius apostoloribus, mūdo p̄dico clamauerunt. Si quia in baptismo tetigit Christum, & sacerdotes sapientus in sacramento ministrant, nō alium nisi eundem ipsum quem Iohannes inymphis intinxit. Sed tanto sacerdotis atq; summentis ab illo differentijs, quanto immortales isti, mortales uero ille aqua pfudit. Neq; autē ex tactu corporis, Iohannes sanctificatus est p̄ amplius, nisi fuisset mēte propinquior, qm̄ & multi Christi alia tetigerūt. Si uocē audiuit paternā, & tres apostoli cum Christo existētes in monte, similititer audiuerunt. Si pro argutione incestus, in captiuitate detētus, & alij quamplurimi pro argutione scelex, pro damnatione idololatriæ, pro p̄dicanda fide, scruis detēti sunt. Si uero decollatus, in numerabiles inuenimus scruia & diuturniora p̄tulisse tormēta, & p̄ asperiorē sensum, p̄didisse corporis sensum. Quid igitur quod Iohānes natis mulierum p̄fertur? An ex exterioribus gestis sic eum p̄ferat saluator? Porro præter ea quæ dicta sunt, aliquid insigne uirtutis in animo Iohannes ferebat, unde illū Christus alijs p̄ferat. Excessus uirtutum, ab excessiua charitate confurgit, quare missus Iohannes sup̄ alios ferebat. Etenim uirgo matē à multis sanctis minoratur, quæ tñ inuiso meritum ponderare homines transcēdit & angelos, & uicit utroq; in merito & gloria dignitatem. Attamē ut nec uideamur derogare Iohanni, aut ipsum extollere ultra fas, uerba saluatoris, secundum quod ferre uidētur, humiliter indagemus. Tutius est em̄ minorare, aut nō sic exaltare Iohannē, q̄ de uerbis saluatoris aliquid sentire indignū. Nā uigilantibus uerbis ipse saluator usus est. Non enim dixit: inter natos mulierū nō surrexit æqualis, sed maior, ut intelligatur, q; nullus ipsum excessit: nō q; ipse oēs præcelleret, ut nemini sup̄ eum tribueret maioritas, nec sibi inæqualitas oīmō donaret. Et qui minor est in regno cælorum, maior est illo. Ipse Christus inter dum minor reputatus est. An quia oīm dñs, oīm factus est seruus, Iohāne penitus maior erat? Videtur etiā mihi,

q; in humilitatem Christus dñs intendebat, qm̄ sic reputatus Iohānes q; esset Christus, infra humilitatis clausura se tenuit, & inde maior, quō humilior: Quia oīs qui se humiliat, exaltabit: & qui profundius descenderit, ascendet excessius. Et qui in regno cælorum esset in humilitate minor, esset Iohāne maior. Si uero cōparationem uiatorum & beatorū accipimus, quisq; minor beatus, excedit quēuis maximū uiatorē. Igitur occultis & inuisis uirtutibus, magis q; actibus exterioribus studeamus, humilitate fundemur, charitate firmemur, ut nō paricipes cōmendationis, sed beatitudinis sumus potius cum Iohanne. Et mundo nō modica à diebus Iohānis Baptista exorta est nouitas, ut ipse magni mysterij sit initium, & ipse sit terminus magnarū antiquitatū: quomobrem plus in fama cōmendationis attollitur.

Mat. 11.

A diebus autem Iohannis Baptista usq; nunc, regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiūt illud. Omnes enim prophetae & lex usq; ad Iohannem prophetauerūt. Et si uultis recipere eum, ipse est Elias qui uenturus est. Qui habet aures audire, audiat.] Non intelliguntur dies Iohannis omnes quos uiuendo accepit, sed hi, à quibus prædicare atq; baptizare, diuino uerbo factō super eum, exorsus est: quia pauci nec magnum cōpleuere triennium. Sed ab his diebus prædicationis atq; baptismatis, uim sustinuit regnū cælorum, ut nō addatur extranea expositio, sed quam saluator adiecit: & uiolenti rapiunt illud, ut sic regnum cælorum uim patiantur, quia uiolenti rapiunt illud: illi duntaxat, q; sibi uiolentiam faciunt, resculpendo proprium spiritum, uincendo prauam cōsuetudinis legem, in obsequium Christi intellectus altitudinē subiugantes, dissoluta siue coercita lege membrorum, quæ stat in mēbris nostris, quæ captiua in lege peccati ex demeritis nostris: cōdelectati legi dei, etiam legi mētis nostræ. Huiuscemodi uiolentia nō modica est, qua quis in seipso deuictus, captat regna cælorum. Non enim delictijs atq; amœnitatibus perfunditorijs superna regna capiuntur, sed sudoribus & agonibus in expugnatione uitiorum, & acquisitione uirtutum. Non enim delicata palpatione, sed laboribus, uirtutum superatur. Nec accedit hominibus uirtus, uarijs agonibus nō quaesita; neq; diuinis coronat in castris, q; legitime cōtra omne aduersum nō cōsixerit in certamine, aut regi etiam post laborem, laboriosam nō exhibuerit feruitutē. Periclitantur oēs Christiani, sed fauente gratia, & agone Christiano, saluantur. Violentia hæc, à diebus Iohannis sumplit exordium: nō quod ante nō fuerint apti plurimi regno dei, & p̄ illo fortiter certauerint, sed à Iohāne primō nominatū est regnū cælorum, &

ipse gentibus ad eū exeuntibus p̄dicauit, unde regnum cælorum coepit in uolentia fieri, ut delictum eius uiolentaret animos hominū, ut p̄ illo p̄p̄tē cōgrediendo decerent esse uictores. Sed usq; nunc modicū erat tempus, si nūc fuisset & terminus, sed habebat eum in clutuma omnino similiter & deinceps, quisq; mūdi mysterium cōsummetur. [Omnes em̄ prophetae & lex usq; ad Iohannē p̄phetauerūt.] Porro oēs prophetae, quas prophetae ueraces p̄dixerunt usq; ad Iohannē, in uelamine tenebant, in enigmate ipsi prophetis prædicantibus affutura: Iohanne absq; omni enigmate prædicante, cum esset medius ueteris & noui testamenti, finis ueteris, nouiq; initium: quanq; alio sensu Christus finis existat. Lex autē cæremonialis usq; ad Iohannē etiam perdurauit, mandatorū uero lege cum euāgelio permanēte. A Iohannis tpe cæremoniae legales coeperunt cessare, intacta manente lege diuina. Quia Christus nō uenit legē soluere, sed adimplere, ut cæremonia cōmutetur in melius, diuina uero legis feruetur intacta. Quali etiam prope historiam uidetur hic intellectus includi, si usq; ad Iohannē erant illi & prophetae, & de his q; de Christo erant intelligendum est: qm̄ cum Iohannes Christum iam uenisse p̄dicaret, superuacuum erat, ut amplius prophetaretur de Christo, in quē omnis scriptura tēdebat. Quia uero populus Iudæorum, quibus repidē diligebat Eliam, & ipsum magno studio attollebant, suorū gestorū & suæ trāstitionis in paradysum durante memoria: idcirco uallans fama uirtutē Iohannē, ipsum trāstulit in Eliam, dicens: Etsi uultis recipere eum, ipse est Elias qui uenturus est. Non Elias erat distinctioe p̄sonæ, sicut interrogantibus sacerdotibus & Iudæis Iohannes se supra negauerat, sed in uirtute atq; mysterio, uerē Elias erat. O q̄is est similitudo uirtutum, ut eaq; efficacia, ipsarumq; p̄conio, sanctus unus transferatur in alterum, nō aliqua mutatione, sed ipsarū similitudine. Per quiddam uero uirtutūq; testamenti cōcordia in his uerbis expressa est, qm̄ id nouū exprimit, qd uetus in figura retinuit. Et Iohannes est Elias, quia id cōtinet gratia noui testamenti, quod propheta ueteris lōgē antē prædixerat. Ac si apte diceret turbis: Si recipere uultis hanc noui testamenti gratiam, nō cunctemini: quoniam sic est prout uetus testamentū habuit in occultis, & sic sunt patres ueteris testamenti sicut & noui: nam Iohannes est Elias, quia noui testamenti gratia, etiam patres ueteris circumfulsit, & impleuit propheta uidentes. Nō em̄ aliunde facti sunt patres & prophetae p̄teriti, nisi ex eo qd Iohānes credit & sperat, amat & p̄dicat. Ac p̄ hoc, si uultis eum recipere, ipse est Elias, etsi nō persona, una tñ aborum est gratia. Nam est omēs ab Adam usq; ad Christum, qui salui facti sunt, & qui ad spem salutis

detinebantur in limbo, psona iſdem non ſunt cum poſt Chriſtum ſaluſ factis, eadem tamen gratia omnes ſaluauit. Et quoniam hæc myſtica quidem ſunt magnum importantia intelledu, ſilico ſaluator adiecit: Qui habet aures audiendi, audiat: uideat qui audit, intelligat. Quod uero ad improperium protulit Iudæorum auſeritæ uicæ Iohannis, quod non mādūcauit neq; bibit, de communibus intelligendum eſt. Cuius uitæ auſeritatem ſuprà prætulimus, ut hic diſſerere nõ per amplius ſit opus.

Hæc quidem dicta ſunt à Chriſto de Iohanne adhuc in carcere conſtituto, de quo malè decebat Herodes.

Mat. 6. Mat. 14. Nam & cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ.

Dies opportunus non erat re aut neceſſitate, ſed uoluntatis uanitate, quia natalis diem cõuiujs honorabat. Melius ſibi fuiſſet, ſi diem mortis geſtaſſet in animo. Non nouerat iſte ſapientiam Salomonis, gẽtilis enim erat, quam ſi nouiſſet ex animo, feſtum omnino declinaſſet infaustum. Melior eſt dies mortis, die natiuitatis. Et melius eſt ire ad domum luctus, q̃ ad domum cõuiujs. Vtique iſta conueniunt conuiujs atq; conuijs, quod honeſtiorẽ atq; moſtiorẽ ordinat uitã, quã natiuitatis, mortis memoria. Imò dies natiuitatis diſſoluit hominum mores: dies mortis in memoria factus, habent. Væ qui huius mundi cum lætitia, conſpexerit annis multiplicatis ingreſſum, obliuioni tradentes egreſſum: ut erq; turpis, & miſeris plenus: ille ad temporalitã ſit, ſed iſte ad æternitatem miſeram uel beatam. Et ad domum luctuoſam accedere, ad prouidentiam cedit: & præſtat, ubi luctus eſt mortis, accedenti cautelam: nam in illa ſinis cunctõrum ad monetur hominum, & uiuens cogitat quid futurum ſit. Sed quid in domo funeſti conuiujs factum ſit, tu prudens lector aduerte. Impudica ſaltatio, impudicus aſpectus; improuiſa iuratio, promiſſio nequam ſeruata; in malum adhibita fides, iudicata nequiter innocẽtia: decollatus eſt iuſtus, & in iudicio inceſtus inuoluit, & ex omni typo dei gratia eſt dãnata. Ipſe quippe Iohãnes, ex ſuo nomine, gratiã ſonat.

Nam cum introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet in medio triclinio, & placuiſſet Herodi ſimulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Amor uanitatis & p̃paticæ gloriæ, in cõuiujs locum habet, & omes ad ſui trahit aſpectum. Et ſaltat conſortis membris: quia nihil rectum in mundi uanitatibus eſt. Et arte ludicra inſectitur & reſectitur, inclinatur & eleua-

tur corpus, & omnia membra monſtrant, ut etiam ipſa natura corporis & mēbrorum, p̃uerſa uideatur, ad præſagium ſclerum, quod mundi uanitas & luxuria, naturæ ordinem ex omni parte peruertunt. Saltat in medio triclinio ſæua puella, filia uiperæ uiperella. Triclinium, cœnaculũ trium lectõrum erat. Moſtalis quorundam antiquorum fuit, ut ubi reſectio, ibi etiam ad pompam oſtenderent & lecti. In cuius medio, iſta ſaltando conuiujs corda demulcet, ludicrans in medio, ut ab omnibus uideatur, ut omnium perſtringat aſpectus. Virtus & uitium, medium cõſueuere tenere; uirtus, ad fortitudinem & durationem: uitium, ut plures inuoluat ad fraudem. Placuit Herodi & ſimul recumbentibus. Placent mala malis, iniqua iniqs, impudica impudicis, inhoneſta inhoneſtis, ludibria incompoſitis, illiſcita eſtrenatis, ſimiliterq; uana uanis. Et omnia ſilẽtio ſunt, ut turpe currat liberius. Aſpectus in turpem actum deſigit, ut malè agẽs, agendo nequius inualeſcat. Lœtale ſilẽtiũ, ubi nõ arguuntur improbæ hominum actiones: crimen ad inferna præponderans, cum in placito factæ ſunt. Ferè inexpiabile malum, cum iniquitas præmium ſumit. Nam [rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi.] Vileſcit reſcius honor, cũ dona ex actibus improbis pollicetur: & propellit iuſtitiam, cum munera tribuit criminofis: nec non actiones ſclerũ promptiores reddit ad nefas, & delinquentibus cæteris tribuit incentiuum. Væ danti pro turpibus munera, uæ qui turpitudine præmium capiant. In utroq; protinus eſt improbanda, & utuperanda conditio eius, qui largitur & accipit, ſi turpis actio eſt, ob quam. Et quanto huſterior eſt ex turpibus pollicitatio munerum, tanto amplius ſuccumbit gratia pollicẽtis. Et carentiam ſanè circunſpectionis inſinuat, qui totum ſe ponit in optione petentis, ut illud uelit omnino largiri, non qd ratio ſana deſanxit, ſed qd petitur, iuſtum aut iniuſtum decreuerit. Non potuit inſimius uileſcere, q̃ quod dona ſua in optione puellæ poſuerit. Sed nedũ puellæ, imò nec prouectæ matronę, quoniam ex antiqua peſſimatione, ſenſus muliebris fuit improbus ad petendum, ut illud duxerit honeſtum, quod aduocauit in placitũ. Veruntamẽ nulli uiuẽti, etiam ſi uirtutibus fulgere uideat, interminata & inexceptuata pollicitatio fiat, niſi ſub cenſura iuſtiæ: qm̃ omnis homo mēdax: & omnes, quæ ſua ſunt quærunt, poſtpoſito libramine honeſtatis. In omni pollicitatiõẽ libera ſeu interpellatione puenita, hæc palma ris eſt ratio, ut ſine macula ueritatis atq; iuſtitie pollicitationes ſiant, petita cõcedant. Velut alienus ab honeſto, p̃mittebat Herodes, q̃ quid puella petuiſſet, illico ſe daturũ, etiam dimidiũ regni ſui. O uicinã illa oculum ſuum poſtulã-

ſet, ſiue linguam, aut membrorum aliquod, & ipſe ſeruafſet iuramenti uirtutem, prout ſtatuit in Iohanne. Vtinam dimidium regni ſui, aut filij, aut amici ſui poſtulãſſet exitium: utinam à ſua matre diuortium: profecto decreuiſſet potius ſubiaccere piturio, quã huic ſcedi modi ſeruare promiſſa. Facile ſeruatur pollicitationes ab improbis, quibus propria perſona non læditur, neque minuitur parta ſubſtantia. Attamen ſapiens nihil promittit incaute, nihil affirmabit ſi dei iuramento, niſi quod ſas negare non erit. Et ſi lapſus uerbo; contra ſas quippiam affirmauerit, non ipſum reuocare pudebit. Deceret potius in partem iuſtiæ ſe transferre, quã uerax appellari ex turpibus. In om̃ibus uerbis & factis nihil debet eſſe pudori, ſi detractio fiat: dum ſeruatur iuſtitia publicæ honeſtatis, contra quam nulla promiſſio, nulla obueniat aliquãdo iuratio: quod ſi ſit, illico detrita non ſtabit. Poenitentia incauti ſermoni, laudabilis, antequam ſequatur effectus: executio uero uergit in crimen, & ſape in id, quod poſſibile non habet emendam, & fortaliſs omnino inexpiabile, quanuis omnia ſint expiabilia penes deum. Hinc profecto beatus, qui non fuerit lapſus uerbo ex ore ſuo. Et qui moderatur ſermones ſuos, prudentiſſimus eſt: ut prius limam petant uerba quã linguam. Ethnicus erat Herodes: per quid tamen iurauerit, ignoratur. Sed per deos deasq; moſerati iurare Romanis. Legem iſte non nouerat, qua cohiberetur. Impetu ferebatur, & indiſcretè, præter neceſſitatem, non inqueſtus, incautum præſtitit iuramentum. Sed erant omnia præcipitio, & cuncta uidentur honeſta in conuiujs peccatorum. Rex à ſeipſo defecerat, reſigno priuari dignus, qui ſeipſum non nouerat gubernare. Et eo liberior currit iniquitas, cum nemò principem præſumat arguere. Vbi deus non timetur à regibus, cum homines ſubditos habeant, audacius peccant. Et tanto perniciouſus, quanto magis aſſiſtit impunitas. Et hæc eſt in gubernatione populorum extrema miſeria, cum iniqui tenent iudicariam poteſtatem. Eripius excluditur æquitas: & deplorat expulſa iuſtitia, cum omnes in malo conſentunt ſceptra tenentibus: aut offendere timentes principum faciem, neque in conclau, neque in publico ipſos ab iniquitate conſulendo ſeu diſſuadendo diuertit. Et iuſtum putatur quod agit, ubi ueritas tacet, ubi contra nefas ſilet argutor, ubi cõtra penurſa decreta nullus inſurgit, ubi pro innocentia nullus eſt tutor: ubi ad incauta dicta, prudentia ipſa ſuccumbit. Sed audita ſub regio iuramento pollicitatione, puella nequiter prudens, matrem conſulit quid petendum.

Mat. 6. Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid

petam? Et illa dixit: Caput Iohannis Baptiſta. Et cum introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit dicens: Volo, ut protinus des mihi in diſco caput Iohannis Baptiſta.

Vna dicitur hic ſeruabatur honeſtas, quanuis tam turpiffet crudelitas, quod mulieres non erant cum hominibus pariter conuiuantes. Nam puella exiit ab infaſto triclinio, uadens ad alias ædes, ceu cæcam conſultans matrem, quid ſubſtantia pollicitatione regis petitura foret. Vtinam pueriliter petuiſſet, & non conſuluiſſet matrem uiperam, filia uiperina, quæ uenera detenta dulcedine, niſi uolendit honores, aurum & argẽtum execrata eſt. Non cogitauit nobilem ſponſum pro filia, nec ſibi providere curans in poſterum, ut aſſolet maternus affectus. Omnem deiecit petitiõnem honeſti: ad quippiam utile ſuus non ſpirauit affectus: uerita, ne inceſtuofis amplexibus priuaretur argutione Iohannis, de amputatione capitis ipſius, ſæua mater ſæuæ filia: dedit conſilium. Steterat in inſidijs læna crudelis, & apto ſibi tempore proſiliuit in prædã, caput expectans, ne lingua uerdica, ſuis placitis amplius aduerſantia loqueretur. Vtq; quo progredi poteſt crudelitas mulierum, aduerſitate aſpiciat, qua cauſa efficiuntur ipſæ crudeles. Etenim ut amabiles ac tractabiles, ac deuotæ in lacrimis maneat, ad argutores uſque ad necem animoſe crudelium. Quibus blãditijs, quibus promiſſiõibus aut interminationibus mater ſillam fuerit allocuta, non eſt per ſingula diſſerendum: ſed totam ſe in petitiõẽ dedit, aſſerẽs hanc ſuã ſuã ſummã bonoſ, nihilq; in rebus ſibi poſſe melius puenire, q̃ ut caput Iohannis expeteret. His itaq; ſuaſiõibus monita, ſæuæ matri exiſtens obediens, nõ reuictã, nõ illã in aliq; recõpingens, nõ ſibi ad meliora prouidens, indignatione uerita maternã, aut aliter quoq; modo deluſa, reintrauit tricliniũ, feſtians ad regẽ: & ut protinus caput Iohannis Baptiſta in diſco daretur, expoſcit. Ecce funeſta petitiõ, ecce poſtulatio muliebris, ecce petitiõ ſterilis, ecce petitiõ ſanguinis innocẽtis, ex qua nil aliud ſatiãt, q̃ odioſus mulieris affectus.

Et cõtriftatus eſt rex propter iuſturandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriftare. Sed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput Iohannis in diſco, & decollauit eum in carcere.

Contriftatus eſt rex, ſed non ad poenitentiam, ad quã ſi accepiſſet triſtitiã, dolens de iuramento, cauiffet ab homicidio. Vñ impiẽ contriftaris Herodes: Si quia malè iurati, muta decretum, & triſtitia ſiccabitur radix: Si bonũ iurati, qd ergo triſtaris? Quare uultũ tuũ cõfundis in tãto cõuiuio? Sed ſimulatiõis malum, ad

alta se porrigit, cum inuoluit principes mundi. Simulata erat Herodis tristitia: Non enim in aliquoangebatur, implere petitam hominis mortem, neq; derogabat regiae dignitati detractare iusturandum, quod duntaxat ad honestas petitiones innectit, cuius pollicitatiōem puella malè præmonita, conuertit in necem. Sed hæc peruersitas agitur à peruerſis, ut sæpe de quo interius gaudent, cum sit nefas, exterius fingant adesse dolorem, de quo dolent cum aderit causa contraria, protestentur adesse lætitiā. Nec est quippiam rectum in simulato-ribus inuenire. Contra quos in Iob scriptum legitur: Simulatores & callidi puocant iram dei. Merito igitur dei ultionem super se simu-latores inducunt, qui diuino spreto iudicio, ho-minibus placere quærentes, aut infamiam ui-tare cupientes, omnia recta peruertunt: & ab ipso iusto iudicio reprobandur, qui in agendis humanum iudicium uerentur potius quam di-uinum. Et ualde mirum est, quod contristare puellam noluit contristatus, cum mos sit co-rum quorum animos tristitia possidet, alios con-tristare, ut socios habeant huiusmodi passio- nis, aut modico ponderare cum uiderint contri-statos. Sed non ex magnanimitate animi, aut ex aliqua uirtute, sed ex simulatione hoc proue-nerat in Herode, ut falso protestatus tristiti- am, nollet puellam inducere ad similem passi-onem. Hæc reproba fuit usquequaque compassio. Quæ id protinus egit, ut ne contristaretur ma-lè petens, intersectus sit innocens. Veruntamen si de compassione ad deuitandam proximi tri-stitiam in Herodis animo agebatur, potius de-buit compati, ne nullius mali conscius tradere-tur exitio, quam ut exitialis petitiō donaretur. In hac imagine, omnis humana propago da-mnationem accepit, quoniam Adam, eum malè suadenrem, noluit contristare, quæ con-tra domini præceptum, ipsum inuitabat ad esum. Comedit de uerito pomo, unde omnis humana propago multatur. Crudelitas est, non compassio; malignitas, non benignitas; insipi-entia, non cautela, cum malè postulatam con-ceditur. Censura protinus ista, in omnibus si-milibus locum tenet. Non compatiuntur pa-rentes diligentes rationabiliter prolem, si ali-quis à filiis queritur, quod eorum destruat seu minuat bonum. Alioquin sæuierent, non ama-rent utique naros. Medicus infirmo impiè com-pateretur, si sibi responderet ad uotum. Et ma-gister indisciplinato discipulo, si ab ipso corre-ptionis auerteret manum, aut si uagationis po-stulationem admitteret. Et deus omnium uir-tus, in quo sunt singulæ regulæ agendorum, iratus, malè postulata concedit, quæ denegat miseratus. Forma malè compassiuorum He-rodos, qui in malè petitis noluit contristare pe-ntem.

Iob. 36.

Sed misso spiculatore, præcepit affer-ri caput eius in disco, ut daretur puellæ. Quæ cum accepisset, detulit matri suæ.

Multa hic materia tragædiæ, si quis uellet differere. Et hic allegoriarum uorago, si quis penetrare decerneret.

Quo audito, uenerunt discipuli eius, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

Partitio non modica facta est de Iohanne: nam anima iuit ad limbum, & cum quem baptizauerat, illis patribus expectantibus nunci- auit, quandam conferens de suo aduentu lacti- tiam, cum uiderent illæ animæ breuiter à te- nebris extrahendæ de lacu, animam eius qui uiderat, qui tetigerat ipsorum & omnium re- demptorem iam carne uestitum, prædicam- tem resurrectiōem, morti uicinum, ut mortu- os liberaret. Ipsa Iohannis anima, ad illa ima descendens, in quibus erat concio tam nobili- um captiuorum, sed cito redimendorum, gau- dium eis præstitit, & spem illorum roborauit temporis breuitate. Verba uero Iohannis re- manserunt in cordibus fidelium auditorum, ad accedendum ad Christum, cuius duntaxat fuerat ipse præcurſor, & à multis repulſa, fru- ctum quempiam non fecerunt. Caput uero ablatum est in disco, & deductum est in ludibri- um, & ad complementum odij foeminarum. Præcisum à trunco caput, Christus creditus præter corpus, quasi non haberet ecclesiam si- bi uirtute fidei adherentem, & cognitio rati- onis, præter actionem, in ludibrio facta est. Delatum in conuiujs caput, & demum tradi- tum lubricanti, rationem omnino delictijs & lasciujs deditam arguit. Corpus in monumē- to positum, præter caput, edisserit, sine ratio- ne omnem sepultam atque deperditam acti- onem. Faciunt hoc Iohannis discipuli duntax- at in magistro ad officium pietatis, ad poste- ros uero deriuant opus instructionis, ut exhi- beamus sanctorum corporibus charitatis ob- sequia, & reuerentiam sanctitati, & ut cogno- scamus esse uelut sepulta omnia, præter ca- put. Nam ubi acceptalitas est, imago est hu- matorum.

LIBRI TERTII DE PA-
RENTIBVS ET ORTV
ATQVE PROCES-
SV PRÆCVRSO-
RIS, FINIS.

SIMONIS DE CASSIA,
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER QVARTVS,
Tractans speciatim
de uita domini saluatoris.

De uita eius in generali Caput .1.



Mnis doctrina q̄ de mori- bus datur, aut est affirma- tiua, aut negatiua. Affir- matiuā nempe doctrina, positiuè loquitur & nega- tiuè: nam affirmando, po- nit agendum. Et quia uno posito, remouetur cōtra- rium, etiā negat quod in Christianis moribus noscitur nō agendum, ut uia, quam ipsa demon- strat, semp sit recta, ois uero alia, indirecta. Quæ autē negando incedit, prohibet uicia: quæ ta- mē sint ad agendum necessaria, demonstrat. Id- circo postquā alteram alibi posuimus, hic de affirmatiua doctrina solummodo differamus, quam secundum euangelium aut Ch̄sus in se- psonaliter gessit, aut simpliciter docuit, aut p- uerbaliter disseruit, aut p aliquorum miracu- lorum insignia ostendere uoluit. Ac per hoc, ipsam uoluit esse uniuersalē, oibus communi- cabilem, oibus coaptabilem, oibus fecit com- munem & coaptabilem, ut in ea recipiatur im- peratores. & reges, principes & oēs proceres, qui uoluerint euangelij subdere colla iugo, ut absq; mutatione iustæ dignitatis, euangelicæ participes possint esse uirtutis. Recipit ipsa Iu- daeos; recipit paganos, recipit idolorum cultu- res, dignitate seruata, eiecta malitia. Non da- mnata iura coniugij, statum continentie fouet, extollit præ his in culmine uirginitatem. Gre- mio molliori complectitur debiles, arctior re- cipit fortes, blanditur nobilibus, & ignobili- bus dat audaciam uiuendi. Sapientes non abij- cit, insipientes non repellit. Non renuit domi- nos, & sub suo tugurio recipit seruos. Diuites nō dedignat, cōgratularur pauperibus, nec se- xus in sua operatione discernit. Formosos uo- cat, diminutos alloquitur; & nihil est, nisi pec- catum & uitium, quod discernat. Non locus, non ciuitas, non orientalis, non australis, non occidentalis, non aquilonaris plaga in conspe- ctu eius personam aliquando distinxit: quia nulla est acceptio personarum apud deum, ne que in euangelio sancto eius. Ac etiam nemi- nem pro sua uirtute atque capacitate uirtutis euangelicæ facit exortem, sicut ad Galatas & ad Colossenses testatur Apostolus: In Christo non est masculus neque foemina, ludæus, gen- tilis, neque Græcus: circumcisio, neq; præputi- um; seruus, neq; liber; barbarus, neq; Scythæ:

Galat. 3.
Col. 3.

sed omnia & in omnibus Christus. Nec nō ista quadrifariè ostensa doctrina, incipientibus par- ua, prouectioribus magna, prouectis alta uide- tur: & aliquos lacte, aliquos pane, & aliquos fo- lido cibo pascit. Ludit ipsa cum secularibus, lo- quitur cum renunciantibus seculo. Via plana est tardioribus, collis est uolentibus alta con- scendere: sublimibus animis efficit mons Olym- pus. Ciuile cum ciuibus est euangelium, rem- publicam communitatem diligētes regere do- cet. Cum se religatibus se religat, egreditur ad nemora cum pergentibus, & anachoretis par- ticipium sui præstat. Non respuit doctrina eu- angelica quempiam, nec accipit ex aliquo, nisi ex uirtute personam, ut eius acceptio non sit, ad quod deus cōdidit, & saluator redemit, sed ad uirtutem, cui se persona minus uel ampli- us mācipauit. Nihil in hominibus alienum est ab euangelica uita, nisi quod uicij portat infir- miam, quanuis omnes uiciosos ipsa recipiat, si uoluntariè atq; actiuè uicij reliquerint notam. Cadunt sub euangelio siqua sunt naturalia ra- tionis, non repelluntur ab eo arrium nouitates, non damnantur ab eo diuersi hominum mo- res. Hæc solum non pertinent ad euāgelicam uitam, quæ rationis non possunt esse partici- pes, propter rationis carentiam & infirmam ui- liratē, cum & euāgelium summa sit ratio in agendis. Nec angeli propter naturæ sublimita- tem, qui nunquam hic peregrini, semper degē- tes in superis, ac si aliquādo ad inferiora dimis- si, non ut mereantur secundum euangelium, sed ut pro nobis, aut contra nos perficiant di- uinum præceptum. Tantum recipit euange- lium homines in dupla uiuentes substantia, ut nec corpus absque anima, neque anima sine corpore, in uita euangelica per actionis meri- tum sit possibile fieri, quanuis ex euangelio se- quatur poena uel glōria, cum oportebit à uita ista dimitti: sanè quod homines utriusque se- xus tantum recipit euangelium, ut nihil in ho- minibus sit ab eo seorsum, nisi quod uirtuti. & rationi cognoscitur esse aduerſum, aut uitio mācipatum. Sed grateranter recipit semper à uitio emancipatum, ut firmiter teneatur atque credatur nulla uirtus naturæ, nulla uirtus aut opus originalis iustitiæ, nulla uirtus aut o- pus legis Moſaicæ, nulla uirtus aut opus mo- ralitatis, sapientie, consuetudinis superindu- ctæ, posse Christi euangelio atque uitæ morali euangelij cōuenire, nisi cum credulitate indu- bitata, & amore omnium, quæ in Christi eu- angelio cōtinentur. Quibus credēdis tanta hu- militate subjiciat animus, ut neq; incertā rōnis aut quæstiois litigiū quærat. Nō satagat alium de intelligere, quod est reseruatū oculo si- dei, & fidei puritati. Sed noueris primò, qd sit euangelium, cui oportet colla submittere, & sine quo alicui non est salus.

Euangelium, est uerbi incarnati historia, diuine hūmanę oſtēſa in Chriſto & in Chriſti pſona. Euangelium, eſt uerbum breuiatum quod fecit dominus ſuper terram, confirmatum operibus ad faciendum, ualidius operibus, declaratum miraculis, uelatum parabolis.

Euangelium, eſt lex æterna, tēporaliter promulgata, diuine uoluntatis oſtenſio, reformatio deformarę imaginis, inuiſibilem amor, uiſibilem ſanctum odium, terror dæmonū, clauſura inferni, ſupernaturalis operatio, paradifi porta, angelorę actus, ſupercorporalium cantilena, ſanctificatio ſenſuum, mūditiā cordis, dominiū mundi, animę ſpeculum, rōnis luminare ſplendidiſſimum, ſol inuiſibiliter lucens, ſcientia incorruptibiliū, ſupernaturaliū documentum, teſtamentum uirtutis & grę; hæc reditas pacis, chirographum promiſſiōis æternę, pulchritudo ſuperinducta in natura, ſupereccedens decor, uenusta moꝝ, mos omnium moꝝ forma, fortitudo ſuper naturam, temperantia extra uſum, iuſtitia ſuper leges, prouidentia ſuper hoies, tempus, corpus, locum & modum: ſcientia inapprehenſibilis ab hoie puro: apphenſibilis ſolum his, qui ſibi ipſis renunciant, & ea in quibus degit: ſyllogiſtica & ſophiſtica diſputatio nō uens, fide apphenditur, ſpe tenet, charitate moralizat, atq; actu perficitur: in ratione, non in ſenſibus lucet. Segregata ſapientia, per ſeipſam ſufficiens, ad optimi & perfecti cōprehenſionem. Cuius uitam aſpicites in bonorę actore leſu, incipimus ab eo tempore, quo communiter hoim ætas uirtutis & uicij incipit eſſe capax, ſcilicet ab annis duodecim, quanuis ipſe ab inſtanti conceptionis uiator & comprehenſor perfectus & perfectē pſtiterit, ſed per corporis molē, mutationes ætatum propter ſimilitudinem carnis, nobis ſimilis factus, perpeti uoluit. Et multa ſunt ante duodecim annos, & in ipſis duodecim annis, & poſt ipſos duodecim annos facta in ipſo, facta per ipſum, oſtenſa propter ipſum, quæ niſi diſtorſiſſimo ſenſu ad mores contrahi non ualere, cuius diſtorſionis à ſpū ſancto licentiam non habemus. Sed qm̄ illa puerilis adhuc & tenera ætas duodenſis incipit aſſentire ratiōi, & ſuadibilis ex cognitione ad bonum, & ad malū diſſuadibilis: demereri poteſt incipere atque mereri, maximē, cum in pueris ratiōnis acceleratus eſt ſenſus. Idcirco ſaluator in illa ætate ad informandum hominum mores, præter exceſſiua noſtrum intellectum, prætulit atq; oſtendit quid inſigne uirtutis, ab eo obedientia exordium faciens, in qua primus homo eſt conſtitutus. Ad quam primō ligatus, cum qua primō contubernatus, creatorum omnium accepit noticiam & eorum ſubiectionem ad nutum, ſi ad cōditorem fideliter primō ipſe ſeruauit, quam per malę uoluntatis audaciam frangēs,

proiectus eſt de amoniſſimo loco in hanc miſeriam, cum euipis & pœnis ſuis & ſuorū omniū poſteriorum. Nec inuenimus, ſaluatorem ante duodenarios annos aliquid feciſſe aut dixiſſe, uelut qui ſecūdam altiſſimam prouidentiam uolebat uideri agi, non agere: nec protuliſſe uerbum conceptum in luce ſuę ratiōnis, per reſonantem uocem & dearticulatam inter labia oris ante tempus, quod in communiter natis atq; uiuentibus capax ratiōis Adam habuit obedientiam, quam nec perſita ratiōne contempſit. Oſtendens ſe Chriſtus eſſe ratiōis capacem, in tempore cōgruo & in humanitate uerbo declarauit, operęq; perfectit. Ipſa eſt em̄ uirtutum omnium prima uirtus, per quam infidelis uenit ad fidem, & fidelis obediit in fide: ut omnino prior ſit obedientia fidei, deinde obedientia in fide: ut prima ſine probatione fidei firmē credat, alia in fide: ſecundum ratiōes fidei, opera fidei faciat. Ipſa præſente, à deo nulla poteſt eſſe auerſio: potius uerō in auerſis, fit recōuerſio. Cuius inobedientia æmula, in cordibus hominum regnum tenens imperat auerſionem, phibet cōuerſionem. Quam obedientiam ſaluator oſtendit uerbo rōnis & effectu opis, cum parentibus ſe querentibus reſpōdit:

Quid eſt quod me quærebatis? Neſciēbatis quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et deſcendit cum illis Nazareth, & erat ſubditus illis.

Vide tempus ratiōnis, & uerbum ratiōnis expreſſum, iam apertē inſinuans, quod uelabatur in carne. Magnum uerbum altiſſimę ratiōnis, qui nouit perficere uota patris. Magna obedientia eſt, cum uelut patrem proteſtabatur æternum & inuiſibilem, cuius ſe talem filium aſſerebat, cui ab æterno genitus, nō ut minor obediēbat. Et per carnis aſſumptiōem minor factus, nō in deitate mutatus, in carne perficiebat ab æterno præuiſa. Iſta autem obedientia nō obmiſſa, parentibus carnalibus in carne, nō carnaliter obediuit, cum deſcendit cum illis Nazareth, ſubditus factus illis, ut ſas ſit atq; neceſſe, mortalibus atq; corruptibilibus diſtinctionibus obedire, propter immortalitatem & incorruptibilem directionem.

¶ Semen omnium malorum, ppria uoluntas: obedientia uerō, roſtrauit illud. Radix ſit it crucis Chriſti, uoluntas ſenſualis, ſed placita obedientia, penitus deſiccauit eam. Nō machina ligni Chriſto cauſa pœnæ fuit, ſed placita uoluntas in parentibus primis: obedientia uerō ſuffocauit eam in multis naſcentibus careris. Qui nouit obedientiam, nouit portam uirtutum: ipſus ignarus regni, uitioꝝ eſt ciuis. In intellectuāle paradifiſum inhabitat eius indutus pallio: cōtēnēs p̄o, nudatus, maledictiōes pœnales accepit. Ipſa p̄dita, tulit exiliū, p̄cul dubio re-

patriæ obediētia uera. Si ab inobediētia ſunt mala inuiſibilia & uiſibilia ſimul exorta, certū eſt, obediētiā bonorę omnium eſſe germē. Depopulata eſt cælum inobediētia, obediētia uerō remittit ad ſedes. Cōfirmationem accēperant inuiſibiles ſpiritus inuiſibiliter obediētes, & in corporalibus aſſentit nemini paſſus. Caret timore uerus obediēs, nec ex pudore cōmiſſi mentis facies ſqualidatur corpora inuiſibiliū inſpectare, imō nec facies corporis coram oculo carnis. Inobediēs factus, timēs argutoris uocem; & nudatus honoris amictū, latibulum quærit. Non ſentit uitioꝝ ſentes huius collega uirtutis: diſcollegatus ab ea, in anima & corpore tribulus ſentit & ſpīnas. Omnis inobediēs circūcluditur à diabolo: in mari proiectus inundantium uoluntatum, recognoſcens per obediētiā deum, euomitur. Nunquam cum diabolo participium habet obediēs: ab ipſa diuiſus, ſoſialis eſt eius. Lux & tenebrę ſimul eſſe non poſſunt, multo minus obedientia & uitium. Via recta obediētia: omnes alie ad inferos penetrant. In cuius lucem ſi aſpirauerit infidelis, relinquens errores, uenit in fidem fidelis factus animal ſub iugale. Si fidelis in ipſam proſpexerit, obediuit mandatis, in nullo cōtumax ad clamorē eius, inuiſibilibus eius inuiſibilis, & moribus eius uiſibiliter ſe coaptans. Si uero intimā claritatem lucis eius agnouerit, ut lucifer eius fieret, ex toto reliquit ſeipſum: multo magis & quæ propter ſeipſum, in bonis naturę accepit. Qui ſibi & ſuis libellum repudiij ſcripſit, huic poruit eſſe conformis. Ligatus ſibi & materijs, non appropinquauit ad eius intelligibilem claritatē. Fecit iſta obediētia remota cœnobita, ut ſine tumultu eius tuba cœlica ſentiretur, ut paratū ad bellū ſub duce iubente cœnobitici ceratores. Et ipſa perſtrepente in auribus, de congreſſionibus uiſibilibus, corporali carne, placido mundo, & inuiſibilibus reportarent triumphum, ac etiā palmiferi occurrerent regi regum. Subdidit iſta ſpīalibus ducibus & temporalibus mulcorū hominum animos, qui ſecundum Petri ſententiā, caſtificauerunt animas ſuas in obediētia charitatis, nō timore neceſſitatis. Quam qui ſine contradictione perfece- rit, ab exactione diuina in exitū animę ab hac uita exitū liber, præceptore cum iudice remanente in lite. Non exigerit ratio de libera uoluntate, quam ex toto in manibus ducis renunciat uirtutis, ut noller ſeru placitū, ſed mandati. Non exquiretur de ſeuſum motu, q̄ eos non mouit aut uariat uoluntate, niſi ad iubēris imperium; excepto motu uegetabilis uitę, quæ obediētię legibus ſubiacere non nouit. Quomodo ergo exquiretur de donis, qui abrenūciat uirtutem, qui dona nō conuerit in placitum ſuum, ſed in largitoris obſe-

quium, ad ſuperioris præceptum: ut in elemētis & elemētatis ita deuitaret ſenſuale & uoluntarium uſum, ut præter legem poſitam & directionis iudicium, nihil ſua uoluntate frueretur? Magna uidetur dementia renūciare cōceſſis, & ſibi auferre in eis utenſilia iura: ego autem dico ſummam ſapientiam, totum ſe, atq; foris poſita tota, in cum qui fecit & condidit, per obediētiā reconuertere. Nec quidquam melius quid agere poteſt, quam ut ei ſe cōmitat qui cum condidit, atq; malę agere non poteſt. Omne nanq; opificium, melius ſub modeſtamine conſeruatur artificis, quam ſi p̄ ſe quieſcit aut agit in omni quod placet, & mouetur in omne quod poteſt. Iſte ſolum nouit & poteſt præſeruare cauſatum, qui tenet & nouit cauſas & principatum in terminis, cuius potentie ſolum omnia ſubduntur principia, & componentia ſeruare compoſita, ſine cuius autoritate componentia non componitur, imō ipſo nō gubernante, omnia ſoluerentur & relaberentur in priſtinam (de qua ſunt ex nihilo) in non dubitatam materiam: quod ſicut de uiſibilibus, ita de inuiſibilibus eſt ſentire. Beata igitur abrenūciatio cuiuslibet doni atq; iuris in manibus obediētię, per quam omnia cōſeruantur in eſſe, atq; proficiunt in ipſa per amplius et perfectius, quam acceperint in natura. Igitur liber ab omni exactione abibit in regnum, qui ſubiugauit obediētię omnia dona conſeſſa, nec non & omne donum naturę fecit inſtrumentum uirtutis, & quod natura & neceſſitas exigebat, inexhausibili theſauro uirtutis inrepetite perſoluit. Quendam multiplicationem ceterę patiuntur uirtutes: obediētia uerō modum fecit, & ſolum unum, quod eſt obediētia, ſit officij eius. Noui multiplicari hominum uoluntates, & ſæpe cognoui ad uolita inſalibilem impoſſibilitatem: ſolus obediēs perfectus quę uoluit. Nil em̄ aliud uolebat niſi obediētia, qd̄ nemini denegatur. Etiā ſi non eſſet, qui uocaliter p̄ciperet, ſemp̄ tñ obedit & meretur, qui huius uirtutis in aīo præcognouit officij. Non enim ad mala niſi deuitando, ſed ad bona eius inclinatur aſpectus. Quauis multi ſanctorum dixerint, ſine diſcretiōe oportere obediētia iſtius ſanctę mācipium, ſed intellexerim, tales intellexiſſe præcipientes penitus eſſe ſanctos, non exercitantes exercitandos niſi ad meliora, quibus incontraſtibilis obediētia deberetur. Nec non intellexerim in ſubditis ſubmiſſam à deo infinitam rationem atque fidem & charitatem, quæ luce clariū uidet mala. Ergo diſcernet ſubditus iuſta maioris Mimi. Sed abrenūciabit homo ueritati, fidei, charitati, quæ ad iſtius ſingularem obediētiā adduxerūt? Multo minus. Quia ſi ut animalia ductori non cōtradictoria obediētia debet, animalia tñ eſſe non debent, cum extra rationem

ueritatis & fidelis & charitatem obedientis, obedientia uera esse non possit, quanuis sine praeceptionis uirtute, uera obedientia esse penitus possit, dum faciat humiliter obediens bonus bonum, quod praecipit qui platus est, malus. Et enim obedientia non a praecipiente, sed ab obediente dicitur: sicut praecipit non ab obediente, sed a praecipiente causatur. Nempe omnis obedientia Christiana fundatur in euangelio, cui nulla repugnare debet obedientia spiritualis, nec aliqua ordinatio regularis, nec forma ulla uiuendi. Quod euangelium obedientia fidei percipitur, unde ad hanc singularem obedientiam deuenitur, quod non est in chartis, sed in uirtute rationis, & nullum peccatum minimum aut magnum praecipiendo aut obediendo includit. Igitur ubi praecipit minimum aut magnum ad esse certe cognoscitur, praecipit nemini obediatur. Vbi uero indifferens est, aut uirtus quod praecipitur, tamen distat discretio praecipit aut contra dictio ab obediente, quantum distat ortus ab occidente, ut si non quaerit mortis occasum, non discernat tale praecipit. Quod & fecit ipse saluator, qui obediuit iniquis absque peccato. Nam stetit coram principibus sacerdotum, stetit ante praesidem, uelut obediens usque ad mortem. Quod fecerunt quamplures martyres obediens paganis, mundi tyrannis, imperatoribus culcibus idolorum, quousque ad peccatum trahere tentauerunt. Vbi autem de peccato egrediebatur edictum, obedientiam deo, in obedientiam huiusmodi dominis porrexerunt. Nec obedientia dici potest, quae facinoroso praecipit inclinatur opere aut corde ceruicem: magis uero ubi hoc contingat, nihil dico in moribus sanctius, quam tali obedientiae pro obedientia repugnare. Ac etiam si expedit, uerba & flagella suscipere, nec intentatam mortem in aliquo formidare, dicta ac uerba per amplius, imo necesse sit omnino suscipere. In scholis obedientiae non docentur exceptiones regulae, rerum, locorum, temporum & sociorum replicationes non audiuntur, propelluntur allegationes, appellationes non admittuntur. Vbi sunt aut resonant ista, istudium est puerorum studium per clamorem, & ranae est rumor non distinguendum uoces. Accepit aliquando obedientia, uelut quaedam seuera regina, in animo subditi dijudicationis sceptrum, & ante auditum ab ore iubentis praecipit, omnem sensum & intellectum & uoluntatem & rationem adiudicauit morti, & ne fieret reluctatio, uelle uolebat & posse carere, ut quod expectabatur a duce, fieret sine querela, & in silentio cordis & oris.

¶ Quatuor fecerunt monstra, natura & ars, & iniquitas & obedientia. Monstra obedientiae mirantur angeli, tremunt daemones, rapiuntur super sidera firmamenti. Monstrum, est uiuus & mortuus simul & semel: monstrum, est tacens

& loquens, sedens & ambulans, gaudens & plorans, deficiens & proficiens, dormiens & uigilans, suus & non suus. Titubauit interdum obediens, unde in talibus minimis rebus meritum. Item dixit, forte oratio plus ualeret, & multum proficit in animo de genere uirtutis. Et illuxit de super in mente. Vix obedientiae meritum, non consistit in eo quod agitur aut toleratur exterius, sed in eo quod interius abnegat. Vbi uero est potissima uirtus, sibi & possimum meritum. Potissima uirtus, est propter deum abnegata uoluntas, quae non maior in magnis, & minor in paruis est. Nec numerant aut ponderantur ab agnom positore, quanta & quot sunt, a quibus uoluntas dissoluit, sed quantus est affectus qui ligabat. Conuicit ad horam in magnis minus, & in paruis ligari amplius. Vidi possidemem mille, & alium habentem centum: magis ligabatur affectus illius in centeno, quam in mille alterius. Voluntarie ambo reliquerunt: si numerum aspicias, plus millenarius: si affectum, plus centenarius dereliquit. Igitur & in minimis obedire, tanto fit auctori gratius, quanto magis abnegatur etiam in bono animi appetitus. Occurrunt siquidem unum simul duae uirtutes, quae mutuo se generant, ut una nascatur ex altera, & altera nascatur ex una, & unaquaeque agonistam inuitabat ad actum, scilicet humilitas & obedientia. Petrus quidem assentiuit humilitati, omnino absonum iudicans ab illa maiestatis lauari, & pro humilitate in aeternum sanctiuit. Insuper obedientia ex aduerso, & cum celestibus priuatur muneribus, si non obediatur misericordie operanti, quae uoluntas proiecit in directionem humilitatis, sed alterius in obedientia monstrabat uoluntas. Murat humilitas uultum atque iudicium, & aliter alloquitur quem ante deiecit, dicens: Et hoc proprium meum est obedire. Fit igitur obedientia, fit & humilitas: sed aliter quae fuerat ab agonista praesumsum. Sequi uoluntatem in sensu uoluntatis, oino est bestiale. Qui bestialitati obedit, eidem est subditus: diuortiat ab habentibus rationem, factus peccator & enobita. Qui obedit ad inuictam malitiam atque procaciam, diaboli factus est monachus. Qui bonitati se dicit uelle subijci, directionem propriam imitatus, sibi praecipitor est factus & subditus. Qui dicit, legem noui, non indigeo direttore. Et Paulus didicit a Christo euangelium, & post beatificam uisionem missus est ad Ananiam, ut eum doceret, quod oporteret facere. Negat humilitatem, qui non uult subijci pro doctrina. Nam Ananias interpretatur ouis, cui mittit lupus rapax, intellectus uidelicet, omnia se pro intellectu deuorare credens, sed plus nouit humilitas quam obedientia. Et idem Paulus post longam & annorum praedicationem euangelii, quod per reuelationem didicerat, dignatus est cum apostolis collationem facere, non ad tentationem & probationem, sed ad obedi-

Adu.

Galat.

nam & correctionem, si aliquid contulissent. Qui sibi factus est, etiam in bonis iubens & iustus, creatus est: sine deum desiderat, sed ignorat. Ebrius est talis, domum in animo reperit, sed nescit madefactus a uino, quo tramite reuertatur, & credens recte incedere, pedibus cespitat, & a se & corpore impetitur in parietem. Proprie proprium est obedientiae sanctae, potius in modis & paucis bonis, in parte certitudinis se tueri, quam fluctuare in magnis. Non habet obedientia dubitandi aduerbium, semper in affirmatiuam cedit certorum bonorum partem. Longe factum est ab obedientia, certificari in seipsa & dirigi a seipsa: incunctanter uult amare atque odire, loqui atque operari: quod fiet aut per certam rationem & doctrinam, aut per fidem & charitatem firmissimas ad pastorem. Postea deus omnem uiam ceruificare de suis placitis per occultas reuelationes, absque quod homo subderetur, sed humilitas & charitas frustra essent in ordine uirtutum. Nam humilitas est maxime obedientis, praecipientis uero fontalis est charitas. Obediens solum ad oculum, ioculator est, quae membra cororet ad sonum lyrae. Depictor est imaginum, & sculptor figurarum, aut statuarius conditor, qui obedientiam solum praeficit corpore. Multa sunt animalia, in magnis dominorum suorum perficiantia uoluntatem, & tales sunt qui actu exteriori, quantumcumque essentialiter perficiunt iustitiam maiorem. Omnis enim uirtus rationalis, est ad intellectum relata: corporis autem uirtutis actus uisibilis, est ad corpus relatus, prout ad corpore fit: ad rationem, prout ab ipsa disponitur. Obedientia uero in ratione fundatur, & primo peragitur in inuisibili sensu, ac per hoc tunc erit uera, cum intus mutatur mentis affectum, ut placitum ueratur in non placitum, & non placitum, placitum fiat: amor in odium, odium in amorem: uelle in nolle, nolle in uelle: delectatio in poenam, poena in delectationem ad iubentis impium: imo cognita superioris uoluntate per signa certa, & inuisibili & impassibili mutatione transferatur. Nihil iuris sui habet obediens: totum tradidit enim praesidenti. Qui non mutatur in intimis, aut non dedit, aut retractauit iura concessa. Si non dedit, praedicator est, & reuertitur in caput suum: etenim se dedisse fatebatur. Si uero retractauit oblata, sacrilegus est, reaccipit namque de alteri uirtutis quod non erat suum. Nam iure donationis ac etiam uenditionis, pro supernis omnem alteri tradiderat uoluntatem, & omnem corporis aptitudinem & consistentiam cum uoluntate alienauerat, uelut fundum instructum: nec est amplius ad se, qui semel se alteri dedicauit. Emuntur & uenduntur mancipia iure perpetuo, nec sunt suae potestatis, nisi manumittantur a dominis. Neminem uero dominum omnium manumitit, quod sibi se donauit in uoto, aut pro altis praemijs se uendidit uirtutibus altis: quis uelimus nolimus, sui sumus iuris: creauit enim nos atque

redemit. Qui uero animo parat ad subentis inuisibilem formam, & sine passioe ipsam recipere obedit, totus est dei, etiam si non respondeat corporis ualutudo. Verus enim uirtutis affectus, corporis excusat atque supplet defectus, sed non reuertitur, ut corporis actus, mentis excuset aut suppleat aliquando defectus. Vbi autem ista duo simul conueniunt, ex duabus substantijs unum uirtutis cognosce perfectum. Sed hi qui adhuc in hac caelesti uirtute cum passionibus certant, uellent deuicisse aut deuincere passiones, sed nequeunt, imo semper & saepe ipsarum patiuntur insultum, & quandam desiderium in anima perferunt, cum non possunt repellere ab animo quae oderunt, aut ipsi uirtuti exercendae aduersant. Sed dicimus quod aliud est tempus belli, aliud pacis, quae non possunt eadem sententia diffiniri: sed euenit aliquando, quod in tempore belli, maiora gloria conquirunt, quam sopitis hostibus in tempore pacis: saepe fit & conuerso, secundum differentiam agonum & agonistarum. Nulla enim uirtus in ueritate clarescit, nisi oppositum aut retrahens seu impediens patiat, non in succumbentia, sed in pugna. Si quis autem est, ille liberam uoluntatem & affectum inspiciat, & deo relinquat, praedentiam passionum, & fructum finalis curatus, & quare a deo ista permissio, nulla ratione consideret. Omnis enim uirtus aliquid habet aduersum, aliquid consentaneum, aliquid retrahens, aliquid prohibens, cum quo continua pugna cogreditor: sic enim ut inclarescat, necessarium est. Habet uirtus formam, habet & refrigerium: in uno praebatur, in altero requiescit: & habet agonem quo currat ad brauium, & nanciscatur coronas.

¶ Accessit aliquando tristitia, & peruenit ad animum obedientis, & conficiebat enim propter dissimilitudinem mentis, & operis sterilitatem, & diu iudicabat in animo praesidentem, uelut importunum & ignorantem expedientia, sed tacebat ore perficiens opus, non amore praecipit, sed sibi tamen mens notam aut querelam si reluctatus fuisset, & negocium suum pambulabat in tenebris. Ignorabat enim astutias demonum, qui saepe mentem faciunt dissuadem, ut ex praedio retardent obedientis cursum, nec uidebat quod neque sterilitas in inuicti operis, neque importunitas aut ignorantia praesidentis adimit meritum subiugalis uirtutis. Qui praecipientem iudicauit, terram sursum, caelum uero deorsum uertit, & eodem instans factus est iudex & reus, dominus & seruus. Obediuit quis in spem patri, temporaliter cum ueritus, & collegarum perhorrescens discrimen, pacem quaesiuit iste in terris, sed non bonae uoluntatis, gloria uero sibi ex hoc non erit in excessis. Omnis enim aspectus uirtutis, tendit primum in primam & increatam uirtutem: & non deo propter homines, sed hominibus propter deum obedientia & concordia debeatur. Obedire ad oculum carnis, carnis meritum habet: obedire ad oculum

lum spūs, supercelestia prēmia caprat. Sup' natur' semper uerē obediētis oculus: contra- rii uerō, statutus ad terram. Tristitia in obedi- entia perseverans, subiectum priuat à premijs: interpollata uerō, recendit ueraciter obedi- entie mancipatū, uelut aqua proiecta permodicū in igne, à flatu solliciti agitatur. Turbatio in obe- diētia quærat per causas, & ita dijudicetur. Sed Dauid oīno dicebat: Paratus sum, nō fui, non ero, & non sum turbatus, ut custodiā mā data tua. Semper obediētia p uerba dicitur, & agit de p'senti: non em̄ computat aliqd se fecisse tē- poris obliu' p'teriti, futurū nō spōdet, fecerat nē pe semel, ad p'sens temp'as asciscitur actus eius. Omēs em̄ uirtutes, suo modo merent'. Qui ue- rō semel ad stīpītē eius intellectū ligauit & as- sum, nunq̄ cadit: à merito dormiens & uigilās, sedens & ambulans, laborās & quiescens, cō- edens & abstinent, orans & legens, semper cu- mulat p'mia, propter promptitudinē primę oblatōis, & firmitate fidei ad iubenem. Genus est spūalis fenoris, mutuata om̄i pecunia sub uisuris, & si nunq̄ expendatur, accrescit ad mu- tuatēm. Locatum animal etiā si quiescat, lucra- tur domino, q̄ fuit in fœdere: firmatus obedi- ens, etiā si concutitur tentationibus aut qui- escit immotus, uoluntate meretur.

Psal. 118.

¶ Est obediētia ex parte uirtutis, est ex parte obediētis, est ex parte iubētis, est ex parte ipam primō institutis. In uirtutū descripta catalogo animi ē libertas, securitas cōsciētia, nō aberrās rō, terminata et sine q̄stōe intellīgētia, impleta uolūtas sine pōdere plena, sine nocte dies, lux tenebras fugās, r̄sio subita q̄stionibus diaboli, mūdi & aduersariorū hoīm, inquisitio cui res- pōderi non potest: respoīso q̄ replicationes nō suscipit, q̄a non possunt inferri: pactio inui- sibilis, perfecta originalis iustitia, debitum red- dens & actualiter exigens: iustitia legis & gra- tia: inuisa satisfactio: expiatio animæ, perfecta paupertas, pulchritudo & ordo naturæ, cōser- uatio entium, reuatio inclinatio, restauratio perditōis, & ad deū & ad hoīm p'æsidentem iusta & plena conformitas, inexceptuata dispo- sitio ad contraria sensus. Obediētia, est dona- tio semper exacta, & cū reddat, plus exigat: ma- gis uerō se amplius porrigens & ipsa, uerē ab- solutio est ab omni qd̄ exigi potest. Conuentū atq̄ congregationem inuisibile, oēs fecere uir- tutes, in medio statuantes paruulā atq̄ puellā obediētia, & ueritas surges in medio inuisibi- liter, in sensu inuisibili ab oibus p'quisiuit: Ha- betis ne aliqui d̄ q̄relæ aduersus hanc deiectā? Et r̄nderunt: Nequaq̄: imō, ipsa uelut famula cū sit primiceria, nos oēs honorat, in omi loco & tēpore atq̄ pe nos uerē, n̄as perficit uolū- tates, latificat congregationē nostrā. Et mirā q̄ impartite n̄a nobis simul tribuit iura. Ipam di- cimus oīno innocentem, imō nobis n̄a tribu-

ta inculpate reddentē, n̄ n̄as absoluimus debi- ris, dicētes: liberā debere regnū libeꝝ introire. Similit' fecerūt & demones, aduersus obediē- tiā quæretēs testimonia, nō inueniūt ipsam in aliquo suis legibus subiācere, sed oīno rebelle. Et nihil eorū iuris inuenientes, acquirit uelut in- perij maledixerūt, atq̄ dānauerūt ab ipsoꝝ re- gno, disponentes contra eā bella crudelia, q̄a ipsa ipsoꝝ fines actu intrepide semper pulsar.

¶ Ex obediētis aut parte, uita est imperu- babilis, applicatio uni inapplicabilis, alteri ad- hæsio ineuulsibilis, mos irreprensibilis, actus iustus, ponderatū opus, peruigil oculis, auris non obtusa, circūcisus modus, paratū animal ad oīa onera sine discretione ferenda, rota ysa & reuera semp' circa idē centrū, quieta militia non q̄scens, mirificus agō, impaudiditas mor- tis, cōsideratus mot', impassio sensuū, deiectio corporis, tæditū q̄ris, letitia laboris & iugitio.

¶ Obediētis, uerē dampnum suum exilitimāt silentium patris, & nihil se fecisse arbitrat, agi- tatus à promptitudine mentis. Collegā nō quē- rit in ope cōmissio, timens partitionem meritū sicut & rei, agitāt à sancta æmulatione. Vellet em̄ p̄ferri ad opera laboriosa & uilia, p̄pter pri- mum p̄mium huius uirtutis, q̄ sicut in alijs uir- tutibus est fecisse. In secundum uerō non fixit aspectum p̄pter certitudinē bonitatis in aīo p̄- fixe de summo & iusto deo, q̄ nullius boni de- tinet p̄mium. Est sine sanguine uiso martyr, q̄ lætæ portat obediētiae pondus. Pletracū sem- per instrumentum est, & esse cupit obediens, ut semp' resonet dñicam cantilenā. Rex ē, fer- uus obediens bonus, q̄ suo superiori in cōtra- dictē subijcit, & inferiori sibi possidet ipse sub- iecta. Semel & iteꝝ obediuerunt oīa uiuentia hoī, propter obediētiam feruaram ad deum. Mutabāt in Aegypto speciem creaturæ, pro- ducebantur & ueniebant & redibant ad impe- rium hoīs. Aethera dabant q̄si grandines lapides, & ostēdebant obediētiam obediētī. Stetit se sol legitur contra suæ legis cursum, obedi- ente deo uoci hoīs, ut monstraret dñs subdico- propter bonum obediētiae obedire. Obediūt Helix ignis, q̄a ipse dño obediuit, & in non re- uertentes fecit incendium, quia erat homo dei, & non suus, sibi scilicet uiuens. Tu poteris de cælo aduectare ignem, in consumptionem tu- orū peccatorū, & superborū motuum. Prohibe- bat imbres de cælo & educebat, & tu obediens poteris phibere lachrymas, & exae imbrema- le producere. Corui sibi subditi erant, etiā da- mones subijcitur uerē subiectis, ut eorū malo ministerio p̄ resistentiā mereamur panē uitælis doctrinē & spūalis alimētū: uespe yō, in sine secu- lōꝝ, resurrectionē carnis glōsiam accipiemus.

Iosue

4. Reg.

¶ Et magnus monachus Athanasius, centū demones habuisse legitur quadraginta annis ad tentationem, quos post resistētiam tanti tē-

poris habuit ad obediētiam & subiectiōem, & p̄cepto eius, trecentorum in monachorum fecerunt cōnobium, cum omnibus officiis, educētēs aquam per aqueductus à longē, ten- cantes etiam monachos, quos ipse uolebat ha- bere cōfocios sine intermissione, donec cum eo pergerent moraturi, magis uerō morituri. Igitur in obediēte, obediētia recuperatio est primæ iurisdictionis datæ creaturæ rationali. Dum periculisum, obediēns terret dæmo- nes: fulminat in inferno, tremere facit oēs aēre as retrasy potestates, & sibi asciscit lucidas, in- uiciā liuore carentes. Quod simile appētat si- mile, natura & ars, mos fecit & gratia. Igitur qualis obediens, tales sunt complices quæstī, aut uoluntariē accedentes. Huic uirtuti omne uitium insidiatur & argumētum, quoniam o- mnium ipsa est interemptrix, nihil asserbit ad impossibilitatem. Obediēs omnia sperat posse perficere iusta, nouit enim ista uirtutem mi- raculosē operari supra naturā & artem: quam sententiā si uellem armare peractis exemplis, ad inceptum sermonem tardē cōclusio sequē- retur. Obediētia obediētis, est quod ammo- do doctrina p̄cipientis, pro eo quod oportet obediētē omnes latebras animæ sugāt que omnes tentationes placentes & nō placen- tes, & si qua cōtingentia circa seipsum in utro- q̄ sensu suo manifestare directori, ut ex hoc percipiat quid insigere, quid uerō prohibere habeat in subiecto, aut quam cautelam quam- ue medelam expediat opponere, in quibus læ- xare aut retinere frenā: non enim omēs duces per sp̄ritum nouerunt omnem consistentiam subiectōꝝ. Qui uerō se abscondit dirigenti, tenet infra uiscera damnationis mortem.

¶ Est obediētia ex pte p̄cipientis. Ipsa est ex- quisitio debiti, ut p̄sides exgrat debita iura, ne remaneat exactor & exactus in debito inui- sibili obligatus. Est ars imposta diuersis perfici- enda operibus atq̄ laboribus, diuersa lucra suscipiens, nullis exhaurienda expensis. Proba- tio est athleticarum & subita tuba, ut p̄paratio fiat ad bellum, impositio non electa, p̄a- rogatio contrarij ad uoluntatem subiecti, ius- sio non quæstī: medicina p̄ter intentionem infirmi, impulsio & retractio, non requisit- to illo qui sic agit. Sessor pro suo modulo frenat & calcariibus urget equū, ut nec suæ forti- tudini, aut impetuoītatē cōsentiat, aut parcat segnitiei desolata. Moderatur auriga equos q̄ dirigam trahentes, & nunc tardius, nunc ueloci- us angit: sic qui p̄sident promptitudinī subie- ctōꝝ, non semper frenā relaxat & stimulat tarditatem, & uirtutum currum trahētēs, non iorizat ad placitum. Quoties enim qui p̄est, subditiōꝝ p̄aelectam perficit uoluntatem, aliquam margaritā cadere facit de corona, nisi p̄uenisset quod ipse disposuerat firmare: inā-

dato. Non permittebat Salomon ad ædificati- onem templi, aliquem magistrorū, in eorum sapientia laborare, sed in sua: ipse sciebat per- optimē, quomodo debebant dolata cōiungit- nec qui p̄est, permittat proprie sapientia opera fieri à subiectis: suum est diffinire scienda. Quotquot suis subditis nouerunt, atq̄ dilexe- runt inuisibiles conciliare coronas, cōtra ipsō- rum uoluntates, ex aduerso fecerunt ascēsum. Obediētia prout imponitur ab archonte, an- tidotum probatum est, porrectum contra ue- nena serpentis: sed qui experimento non didi- cit obediētiam, sæpe incautē p̄cipiet, sed si- des obediētis librabit utrumque. Durum est, quod sciat equitare, nesciens ambulare. Docere uerō, quod q̄s non didicit, aut p̄sumptio, aut stultitia, seu paracletus est. Nepe absq̄ du- bio, non à uerbo aut à libro, sed ab experientia ipsarum, aut infusione comprehenduntur per- fectæ uirtutes: & si de Christo dicit, ex his que passus est, didicit obediētiam, quod sequitur tacebo. Igitur ad huius directiōem perfectam, cum qui p̄cipit, oportebit sanctæ huius gu- stalle dulcedinē, & per longa temporā tractus per mōtana & plana huius uirtutis, nō sterilia, sed fructifera imperare subiectis, & diuersos di- uersis agones imponere, atq̄ uariare sonum, se- cundum tēpora, regiones, conuersationes, apti- tudines, & loca huius intellectuales mulcē in- strumentū. Ac per hoc, ex parte iubētis ipsa obediētia, est quidam oculus insopitus, ad cō- gnoscendam opportunam uarietatem: & re- nouatio moris & ordinis, atq̄ legis secūdum subiectōꝝ expedientiam magis bonam. Est etiam inflexibilis iustitia, ne cadat à rigore qui p̄cipit, etiam contradictus: nec aliquo tentus tædio, reponat in pharetra obediētiae sagit- tas. Nunquam sileat, obediētiae gubernacula tenens, nisi cūm ipsa operibus clamaret: cūm ue- rō ipse rex silet, dux spūitualis inclamitet. Sed nec segniter dixerim, ut post bene operantes, exhortando ad melius, etiam semper clamētī Clamat dux belli post impaudidos certatōres, ut p̄optiores reddat ad æmulos: Ad optimē remigantes, nauis gubernator sibilos crebros emitat & ualidas uoces, ut etiam apparere fa- ciat negligentes, ex huiuscōmōdi importunitate clamandi. P̄fectus operum non solum nē- gligentibus insultat clamoribus, sed etiam ex- hortatur actiuos. Obediētia, est p̄auiusio agē- dōꝝ, discretio uitandōꝝ, apponit prima, si qua dirigenda sunt in cælum: secernit secūda omnia, mergētia in infernū. Si cōditiōna- lis non est obediētia subiectōꝝ, sed libera & libere dedicata in omnem, & p̄pter oēni profectum p̄æsidentium: obediētia, quam dicimus mandatum, erit in omne bonum uir-utum. Ac per hoc, fides, post primam fidem: spes, post primam spem: charitas, humilitas,

Hebr. 5.

paupertas, castitas, iustitia, temperantia, prudentia, fortitudo saltem animi, ieiunium, oratio, psalmodia, missa, disciplina, pstrationes, abstinentia, patientia, mortis memoria, obliuio iniuriarum, pax, concordia, maturitas, mansuetudo, mititas, silentium, statio, quies, sensuum custodia, peregrinatio, priuatio, confidentia, timoris expulsiō, serenitas mentis, mollis respōsiō atq; locutio, uigilia, hospitalitas, poenaltas; & ut dicere audeā, ipsa p̄ciosa mors, sub obedientia cadunt. Has omnes & similes numerari difficiles, mandabit animarum diligens pastor, omni pr̄uisione pr̄habita. Conditionata obedientia, nō abnegauit per omnia uoluntatem, nec se totam tradidit rotæ, sed fecit partes & partes rerum, locorum & temporum, de qua nullus nobis ad pr̄sens est sermo. Scerens obedientia, omnia secernit, quæ ad regnū pertinent tenebrarum. Primō quidem archos istam dirigere uolens, lucis uirtutem assumat, ut æqualiter se cōmunicet in subiectos, ut lux in subiecta corpora sui luminis suscepiua. Nam à luce non fit corporum æquē acceptio, quantis corporum differētia multa sit ad ipsius susceptiōem, ut corpora diaphana & transparentia, quæ magis ipsam irradiantem suscipiunt, quàm cætera; quod non prouenit ab æqua irradiatione lucis, sed ab impositiōe suscipientis corporis. Erit igitur pr̄sides lucis inuitator intētus, ut æqualiter cōmunicet animis & moribus subiectorum. Et eo plus p̄mitat se illabi unī quàm alteri, quo subditorū cognouerit mētes & corpora, magis ad suā obedientiam aptari. Nec se retrahet lux à ligno, qd eam nisi superficialiter non recipit, & solum irradiabit crystallum, quod eam superficialiter & in intimis suscipit. Et quoniam lucis est, scernere à se tenebras ac fugare; hanc imitatus animarum dux, omnes tenebras spirituales & inuisibiles, nec non (ut ita fatear) & palpabiles, ex moribus fugabit de regno ducatus eius. Et primō quidem proprium amorem, uelut proditorem sancti cœnobij condemnabit. Amorem autem specialiter colligat unius ad alterum, maximē palam factum ex signatis moribus, eradicabit uelut pessimam pestem. Etenim applicatus amor ad unum, ceterorum est condemnatio atque accusatio pro defectu. Si enim pr̄pollentia uirtutis maiorem mereatur dilectiōem, annuimus; sed refrenabit si uirtuosus est, qui ex uirtute diligitur, improuidum dilectorem, qui se reddit notabilem ex conuersatione singulari atque speciali ad omnia. Uirtutis & Christianitatis amor, si pallium induit ueritatis, mente agit, signa non querit, maximē, ne astantium offendat aspectum. Igitur omnes alios accusabit & condemnabit, etiam si uirtuosus; quia non alij uirtuosi, quibus tantus non est adhibitus amor, atque ab

eis retractus, uni uerō accomodatus.

¶ Et communitatem fraudare muneribus ordinatis ad corporis uitā, damnabile fit: multo magis amore appropriato decipere, perexcrabile amplius est. Ex colligato enim amore atq; conuersatione, lites, defensiones, applaudationes oriuntur, & suspiciones, & indagations malæ: quandoque odia, obiurgationes & conuicia, quæ omnia uelut ramos uenentos, & ipsorum primam radicē, mucrone obedientiæ atq; iustitiæ oportet abscindere, uelut lædentia & inficientia, quod commune noscitur bonum. Ac per hoc, ut breui uerbo edisseram, in precipiente obedientia, est conseruatio iusta ordinis: quo non turbato, irreprehensibilia sunt omnia; quo turbato, merito reprehenduntur, quæ reprehendunt omnia. In omni enim reprehensio & argutio morum, ab intermissiōe ordinis sumpit exordium. Ordo enim omne uitium excludit, quia nullum uitium ordo recipit, nec esse potest ubi ordo consistit. Omne igitur uitium ordini est aduersum. Se debet planē, qui pr̄sedit in folio iustitiæ, ad firmandum contra uitia, per obedientiam irremota decreta, ne ordo nature, morum atque gratiæ, in aliquo conturbetur. Hinc Salomon ait: Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Malum lædens, quod cōmune noscitur bonum, & omnem perturbat uel publicam, cum unusquisq; facit quod libet. Hoc primō prima, in cælo, in terrestri paradiso, in originali mundo, ut scribitur: quia omnis caro corruperat uiam suam. Et in tempore quo populus dei deprauabatur, per id, quod in libro Iudicum legitur: In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat. Faciebat unusquisq; quod rectum sibi, nō quod rectum ordini atq; iustitiæ, uidebatur. Exterminandū est hoc malum, quantum se possibilitas efficit, nō solum de segregatis cœnobij, sed de omnibus limitibus Christianis, per obedientiam p̄fidentis; ut secundum Apostolum, omnia ordinatē fiant in nobis. Proprium uerō crescit in natura, uelut putrida tabes, & malum inficit omnem animam cui adhaeret. Deus nō dedit alicui proprium in suo uniuerso, quod uult omni bus esse commune. Hoc uerō proprium appellauit, quod specierum esse creatarum in ordine differendū dicitur, ut risibile hominis, crocitate corui, quod surgit ab ipsa ineunte natura, seu propter quod inhonestum deuitatur, & custoditur honestum; ut propria sit uxor, ne fiat turpitude cōmunitas, quod à uirtute seminata transductiōe produciatur, ut ita unus filius, tantum proprius sit duorum, quod nullo modo fieri possit plurium. Seruatur hoc etiam in animalibus & plantis. Aut proprium uirtutis

actus, cum quis hoc bonum facit, quod nemo alius facit, quāuis simile faciat, ut facere possit. Nec non proprium dixerim iniquitatis oclum, unde in agere generatur peccatum, quod ita est unius, quod nullo modo alterius. Nam si mille hominum uoluntates, ac manus ad homicidium unius conuenirent, ita quod unius est proprium in deordinatione uoluntatis & manualis iniectionis, nullius alterius esse neq; quanuis malum communiter fieri possit.

¶ Fertur quidam nomine Iohannes sanctæ uitæ, degens & habitans in remotis partibus, à cōmuni hominum habitatione, de suis facultatibus in retentē ministras petentibus: ostia domus suæ, q̄ nec uiatoribus clausa erāt, & multis sudoribus in arte laboriosa culturæ terrestris cōquirebat pprio, unde posset petentibus plene cōferre. Ad quem casu uisandū, uenerunt uno die quidam discipulantes, habitu religiosi, & uerbis & moribus idem p̄ficebantur; & indigentia urgente, hospitati sunt apud eum; & ut fieri assollet, cum curiosis quæstionibus ppulsaerunt, inter cætera p̄ferentes: Homo dei, bona sunt quæ facis, quod laboras, q̄ de tuis facultatibus, transeuntibus in retentē ministras: sed hæc propria sunt, domus, supellectilia, pr̄dium, atq; iuga bouum. Dimitte ista omnia, & uide absq; pprio. Qui simplex existens, & nihil in animo proprium possidens, magnæ sapientiæ dedit respōsum: Verē fratres ignoranter uixi usq; ad hunc diem! Non me credebam proprium possidere, cum personam & res, omnibus indigentibus uoluerim & fecerim esse cōmunem; nec unquam animo meo potui in hominibus cognoscere proprium, nisi peccatum. Illi autē stupētes ad respōsionem p̄bi, tacuerūt. Et uerē proprium creaturæ rationalis est, per iniquitatem posse peccare, quod ceteris speciebus dotatis non potest esse commune. Proprium uerō, quod ab avaritia sumpit initium, p̄ iustas leges ad deuitādum peiora, sæpe defensum ab origine mundi, usq; in hanc horam, ordinem perturbauit, quod ab omni p̄fessore uirtutis, per obedientiam est arcendum: ut nō solum in magnis rebus, sed etiā in modicis, proprius nō permittatur usus. Et incunctanter in omnibus, in quibus potest seruari communitas, seruetur nulla proprietates. Conseruit nempe, nō solum attributa proprietates, sed diutinus usus sibi uendicare in proprium quod accepit: & afficitur passibiliter animus, ut si priuatur, remaneat inquietus, & aduersus eum sæpe oculum strabonizat, cui uideatur adesse qd tenuit: & suspiciōem plerumq; imaginat, ut fiat suastidē alterius, qd de pastoris prouidentia sana procedit. Nō perimitet doctor, omnia alicuius animam ad rem aliquam colligari, sed etiam uestes & cetera membra mutabit unius ad alterum, nisi corpori inæqualitas cōradicat. In-

strumenta uerō artium, cōpetentia cōpetentibus, pr̄sides iudicio erogentur ut scriptor, cuius manus cōpetit penna, calamusq; q̄ sibi nec est ad aliud manus apta, atramentarium in usum suscipiet; & ligo; & uoluerit ei qui agriculturam nouit. Nō erit horum instrumentorum unius ad alterum faciendā cōuersio, ut nō aliter nisi secundum artis peritiam, instrumenta peritis in usu operis cōcedantur. Inuigilabit sedulus ductor spiritalis exercitus, ut ab omnibus no ciuis abstineant omnes, qui in agone spirituali cōtendunt, & inflexibili obedientiæ uirga minabitur, & percutiet omnium colla. Exquiret imprætermisse, sub censura ipsius obedientiæ, ab uno uitam alterius, ut qd per reuelatiōem, aut per spiritum nō nouit, per inuestigatiōem unius & plurium clandestinam possit inuenire, quæ sit morbida pecus, quæ aut sanabit pastoralibus instrumentis, & cataplasmatibus necessarijs; aut si plaga insanabilis adest, aut separebit omnino à grege, ne aliquam aliam in speciali maculet, aut totum corrumpti ouile.

¶ Si obedientiæ primū institutorem inspiciamus, obedientiæ inuestigatio in sublimi nos trahit, ut nec ad plenum posset intelligi. Et ad ostendendum quod dicitur, nō sufficit lingua cordi, cum deus summē bonus æternaliter existens, infinite incognitus, pro eo quod ab æterno creatura nō fuit suæ cognitiōis capax, sed ipse secundum altitudinem infinitæ sapientiæ suæ, cum uoluit, creaturam creauit: cui sua benignitate innotuit. Et primo quidē ordine atq; dignitate, angelicā, cui non per uerba sonantia, sed per intellectualem ostensionē illuxit, se insinuans eius creatorē, & deum, & dñm, exigens intellectualem obedientiā, non ad suam, sed ad illius firmandā beatitudinē, & creaturā rōnalem atq; cōpositā produxit in esse, cui longē aliter se insinuauit creatorē & dñm, & obedientiā in utroq; cōposito: exegit, quodam transitu respectu iteæ retransiuit, ac si deus homini loqueret: Creo, aut creauit te, uide transitū, ut obedias mihi, uide retransiuit, ut beatus fias. Iteæ uide retransiuit non in te, sed in me. Vide finalem, & iteæ post primā, & iteæ retransiuit & respectum. Et cū omnia deus simul aut indistinctē crearet, scripturæ tamen sacræ distinctā locutio commemorat, quod in omni quod produxit, deus in creando & producendo, nō dominus nominatur: cum uerō ad hominem creandum uenit, deus & dominus dicatur: ut ob insigne monstretur, nullius alterius creaturæ rōnalis uoluisse scripturam, quæ esset, dñm appellare, sed tantū hominis, cuius proprie proprium est, sub cælo rōnabilem obedientiam recipere, per intellectum sibi cōiugari, affectu & actu efficere, ab eo, qui collo eius suum iugum imposuit, potentiam accipit. Est siquidem obedientia, institutio æternæ

legis & uoluntatis temporalis exactio, firma
 ta dei sententia, irremota iustitia, inuariatū iu-
 diciū, irrehensibilis iussio, honestum pre-
 ceptum, utile mandatum, rationale imperi-
 ūm, regio quietis, expectatio in termino, con-
 seruatio creaturæ, turris fortitudinis, ars secu-
 ritatis, currus dei, luna nocturna, sol meridia-
 nus, arca Noe liberans a diluuiō, arca fœderis,
 super quam requiescit gloria inuisibilis dei. Et
 ut ex multis breui uerbo perstringam: obedi-
 entia, est tota pulchritudo actualis rōnalis crea-
 turæ: Obediētia, est iustitia in conspectu tri-
 bunalis diuini, diuinas ab eo exigens promissi-
 ones. Diuina enim bonitas, dedit creaturæ ra-
 tionalī speculū & argumētum, q̄ acceptam pul-
 chritudinē inuisibilē & uisibilē in moribus cō-
 seruaret, hoc est, obedientiam. Nam nulla ma-
 ior in creatura uisibilis pulchritudo, q̄ ut ipsa
 consistat ante factorem, & creatoris & creaturæ
 mutus sit aspectus: melius in eo, quod pul-
 chrum est sibi & aptum, & quod deforme aut
 ineptum, q̄ in seipsa conspiciens: hoc obediē-
 tia facit, a deo mentis faciem non auertens. Et
 quanuis ipse omnes respiciat, inobedientes ue-
 rō ipsū non respiciunt, ab ipso faciem auer-
 tentes. De quibus per prophetam dicitur: Et ni-
 hil uoluerunt attendere, scilicet, quæ manda-
 bantur, & uerterunt scapulam recedentes: uel
 secundum aliam literam, recesserunt terro, &
 aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor-
 sūtū posuerunt ut adamantē, ne audirent legē.

Zach. 7

¶ Speculum animæ, sine dubio deus est, qui
 saltem perscripturę obediētiā, nostris oculo-
 bus se opponit, in quod sedulē aspicientes, ser-
 uatur pulchritudo naturæ, necnō & gratiæ su-
 p̄inducit ornamētū. Nā quā pulchritudinē q̄
 libet creaturā singulatim atq; coniunctim ha-
 bere potest in ordine uniuersū, q̄ ut id agat qd
 sibi præceptum atq; imposuit est, & illū obui-
 neat finem, ad quē ordinata est: Ipsa nobis plā-
 tarum & arborum, atq; omniū res natura de-
 monstrat, considerantibus rōnalem & intelle-
 ctualem uniuersū pulchritudinē, non oculo-
 rū tm̄ obiectiōem. Quænam pulchritudo ma-
 ior potest esse cuiuslibet arboris, q̄ ut illos pro-
 ducat fructus, quos sibi prima natura, quæ de-
 us est, indidit in natura creata, q̄ successu pro-
 cedūt? Esti aliquando iustia, suscipit alterius ar-
 boris & producit, quanuis insertus sit furculus
 per manū artificis, quod suscipit & producit,
 magis est pulchritudo naturę, quā artis: nam
 cuiusuis arboris, id est fructus & finis. Quæ ma-
 ior pulchritudo cuiuslibet animalis, auis & pi-
 scis, quā ut id efficiant aut participent ex eis,
 ad quod deus in natura produxit? Nulla ma-
 ior oculorum pulchritudo decernitur esse, q̄
 uisus. Pulchritudo enim oculorum, non quan-
 titas & lippitudo, color & figura, sed uisus: ad
 hoc enim oculum ipsa natura produxit, Pul-

chritudo uerō auris, nulla maior auditus: & ma-
 rium, quā olfactus: palati, quā gustus: lin-
 guæ, quā diserta loquelam: manuum, quā ta-
 ctus: & similia similia est diffinire. Quænam
 maior pulchritudo lucis, quā ut luceat: &
 omnium elementorum, quā ut eorum pro-
 pria seruent, & sinem debitum sortiantur? Hęc
 omnia si qua dixerim, aut sensu, aut ratione ca-
 rē: sed ad rationalis hominis pulchritudinē
 reuertamur. Quæ maior hominis pulchritu-
 do, quā ut obediat deo? Certē dixerim nul-
 lam. Hoc est qd Salomon in fine sū cōcionā-
 tionis testatur, dicens: Faciendi plures libros
 non est finis. Time deum, & mandata eius ob-
 serua: hoc est omnis homo id est, ad hoc crea-
 tus est omnis homo, & ex hoc finē suum sorti-
 tur omnis homo. Si singulatim quempiam con-
 sideras, hęc est tota pulchritudo eius, ut coram
 prima & inturbabili pulchritudine semp aspi-
 cit, & pulchritudo creata coram increata per-
 maneat, & causatum, causam nulla ratione di-
 mittat. Si cum alijs quempiam contempleris,
 obediētię pulchritudo tanto erit ualidior, quā-
 to q̄ cum alijs, q̄ singulatim est melior. Ista fœ-
 deris arca durāte, per desertum & nemora por-
 tata, in castris sita, per māsiones cum ipsa sub-
 actis hostibus, mundo dirupto, in subuersione
 Iericho, patriam promissiōis nō terrenam, sed
 cælestem in curia & ante tribunal diuinę iusti-
 tię, iuste qd dammodo postulum postulare. Ipe
 nāq; ad huiusmodi uirtutem se pacto ligauit,
 & pollicitationis ei fecit æternas, iuxta quod
 Isaias dicit: Si uolueritis & audieritis me, bona
 terrę comedetis. Et in Prouerbis dicitur: Vir
 obediēs, loquetur uictoriam. Nullus de uicto-
 ria poterit disputare pro Christiana militiā, nisi
 si superna cooperauerit, sed uir obediēs, seipm̄
 mundumq; deuincens, palmiferam uictoriam
 loquetur. In superis, luce clarius patet, obedi-
 entiam quandam esse iustitiam, cum qua inue-
 recunda facie stare poterimus ante dominum
 ad promissa petenda, dei misericordia præstā-
 te audaciam, pro iustitia inferentes fidam obe-
 diētiā. Et in Deuteronomio post multas opti-
 ones & causas subiungitur: Elige ergo uitā, ut
 & tu uiuas in sempiternum, & diligas dominū
 deum tuum, atq; obediās uoci eius, illiq; adhæ-
 reas. Ipse est enim uita tua, & longitudo dierū
 tuorum, ut habites in terra pro qua iurauit pa-
 tribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, ut daret
 eam illis. Ecce quod sub iuramento, uerē obe-
 dientibus promissa est terra cælestis. Sed ne q̄s
 in animo quæruat, quod de terra promissi-
 onis intelligitur: respondetur, quod oīa in fi-
 gura contingebant illis. Et nec Abraham & Isa-
 ac & Iacob possederūt terrā promissiōis, neq;
 in illa, uita fuit alicui, aut erit in sempiternū. Nec
 in mūdo isto alicubi ē lōgitudō dierū: & nemini
 deus in hac regione umbrę mortis ita est ui-

Ecclesi.

Isai.

Deut. 30

ta, ut animæ a corporibus nō dissoluantur per
 mortem, & corpora resoluantur in cinerem.
 Perparum quid innotuit, quid ex parte institū-
 entis dei obediētia sit, sed adhuc suspice oculo
 mentis, & ad altiora porrigere uisum. Fecit de-
 us creaturā absq; ulla macula, & uellet ipsam
 manere absq; ulla querela: & qm̄ angeli non
 sunt stabiles per naturam, multo minus & ho-
 mines, q̄ habitant super terrā. Est mobile in mo-
 bili habens, immobilitatem habendo sortitur.
 Igitur statuit deus obediētiā homini, ut ui-
 ta sit sine querela, & ipsa sola uita, est obediē-
 tia, imō creatura uiuens sine inferenda querela.
 Nam de quo reprehēdi potest, q̄ summo crea-
 tori obedi: Quam aduersus eum quis habebit
 querelā, qui diuinis legibus seruit? Erit imma-
 culatum opus artificis, cum perficit uoluntatē
 actoris: & absoluetur a legibus motus, adhæ-
 rens ei, qui nunq; est morus. Ut referam obedi-
 entiam in amorē, imō dico obediētiā & cha-
 ritatem, prout ab ipso deo primō instituitur,
 nulla ratione differre. Nam amor amato obse-
 quitur & subijcitur, & tanto subijcitur uerius,
 quanto amat ardentius, & inhæret strictius, cū
 obedit attentius. Vt amodo obediētiā ulti-
 mō dico, obediētia instituta est charitas, quæ
 negligentiā ignorat, inculpatē obedit, possi-
 bilia omnia suscipit, cui nihil impossibile impo-
 nitur, uirtutes omnes disponit, quæ iugum su-
 auitur portat, inhæret tenaciter, suscipit affe-
 ctus immobilitatis, nesciens uariari per multa,
 diligens unum, quanuis multa perficiat pro-
 pter unum: & diuersa in unum reputat unum,
 & diuersos præceptores, quæ dei sunt præcipi-
 entes, existimat dñm unum, & omnia reducit
 in unum, & passiones innumeras, unam repu-
 rat, ppter unum: desideria coaceruat in unum,
 homini uni uel pluribus se subijcitur, ppter unū,
 præcepta decē aut duo, reducit in unum: quia
 obedire, solum esse dicit suū officium in unū,
 quia una est cōgnō, una cum uno, ut in æter-
 num fruatur uno, & omnibus beatis uno. Ad
 cuius ampliorem disertionem, p nostra for-
 ma uiuendi, qualiter sit facta Christi obediē-
 tia, oculo fidei uideamus.

Descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis.

Descensus est in obediētia: nam nisi animus
 ad ima descēdat, omnino relictabit obediēs.
 Hic descensus ab arte mentis sit, ab omni alti-
 tudine cordis, ab omni timore mentis, ab omni
 iudicio elationis, ab omni proposito cōtradi-
 ctionis, & ab omni reputatione proprię cog-
 nitionis. Vsq; quod erit descensus? Nazareth, est
 terminus. Ecclesia Christi, monasterium: eccle-
 sia Christi, cœnobium: ecclesia Christi, collegi-
 um: ubi Christus dei filius, ab omni mūdo ui-
 sibili: monachus abdicatus, incomprehensibilē

obediētiā agit. Sed decebat locus actiōis,
 decebat personæ obediēti. Nazareth flos est.
 Florida in odoribus, florida in aspectibus de-
 bet esse obediētia. Flos mediū est in gemmā
 & fructum. Præcedit gemma florem, sequitur
 florē fructus. Gemma, desiderium est siue uo-
 luntas ordinatē uiuendi ante conspectum dei:
 flos uerō, irrehensibilis est & delectabilis in
 uirtutibus uita. Fructus in quem flos desinet,
 uita æterna. Et philocapta spōsa uidere affecta
 bar, si uineæ, sanimæ gemmis desideriorū bo-
 norum tumidæ, in bonis operibus atq; uirtu-
 tibus floruisse, & si q̄ fructus ex uirtutū flori-
 bus carperent. Verē flos est obediētia, in uirtu-
 tū floribus agit, in fructū infallibiliter desinet,
 quod est superum regnum. Nazareth est uir-
 gultum, & sine uirga correptionis & discipli-
 nę, obediētia perfectē non agitur. Qui parit
 uirgæ, odit filium: dicit scriptura de carnali fi-
 lio, uerum sic experientia docet de spirituali fi-
 lio atq; patre. Luce clarius patet, q̄ pater spi-
 ritualis non corrigens subditum, usq; ad æter-
 nam mortem odit eum. Huiuscemodi odium
 carnalis patris in filium, sæpe temporalia siue
 corporalia damna cōcausat: sed spiritualis pa-
 tris negligentia corrigēdi, quæ odium dicitur,
 ad gehēnam compendii facit. Sit ergo in Na-
 zareth obediētia, & accipiat qui præest, omni-
 no uirgultum, & corrigat quē assumpti in fi-
 lium. Sanctitas interpretat Nazareth. sancti-
 tas certē, a sanguinis tractura sumpsit initium.
 Et sanctus, sanguine tinctus dicitur, ut usq; ad
 sanguinem imprætermisse oporteat obedire.
 nam & Christus in Nazareth subditus, factus
 est obediens usq; ad mortem, & omnē sangui-
 nis effusionem. Appellatur consecratio Naza-
 reth. Consecratio est alicuius rei ad deū. Con-
 secratus est & esse debet deo uerus obediēs, &
 ad nil aliud debet præostendere apitudinem,
 nisi ad ea quæ dei sunt, uelut uas solum diuini
 cultibus consecratū. Sed qui erit huic mo-
 nacho, huic formæ obediētię præsidens, q̄
 bus subditus erat, qui omnium dominus erat?
 Maria & Ioseph, ueritas & charitas. His dicitur
 bus, & his prælatis, sine intermissione obedi-
 mus. Si qui autem præcipunt, Mariam illumi-
 nationem, Ioseph augmentum, a suis lateribus
 habeant, ut præter ueritatē & charitatē subie-
 ctis nullo modo p̄cipiant, & præter ipsas, sub-
 ditos alia scire non doceant neq; cogant.

Can. 7.

Prov. 13.

De occultā uita Iesu. Caput 11.

Inter cætera quæ mēti uitam Iesu cōsideran-
 ti, attestantur ad miraculum, atq; in cōtem-
 platione suspēdium, est occultatio uitæ suæ:
 nō tamen p̄sonæ, per decem & octo annos iu-
 giter celebrata, de qua nullus quatuor euāge-
 listarum aliquid retulit: quę occultatio atq; si-
 lentium, magnum nobis innuit agendōs mo-
 rum mysterium, Deitas in humanitate celata

erat & occulta oculis, & ab omnibus præterquam à fidelibus intellectibus, quæ quod non uidebant, credebant, & quod ratione non percipiebant, fidei tradebant. Iste siquidem deus homo, submisit deitatem atque uirtutem in tempore, ut nec per opera mira crederetur deus, nec per alia exercitia, probitatem atque uirtutem habere crederetur, ut ex suis gestibus aliquos traheret in admirationem, aliquos in stuporem, aliquos in considerationem, aliquos in derisionem. Cognoscebat ab hominibus Nazarenis, quia nec celabat uirtutem personam, nec alius crederetur, quæ credi uolebat, si apparuisset ex templo. Credi sanè uolebat deus homo, inter homines conuersatus ut homo, peccati macula procul pulsa, cum carnis tamen similiter peccatrice. Erat sanè stupendum, hominem iuuenem uidere præ cæteris insignem, moribus grauem, incedentem honesto & placido uultu, procliuis oculis, retractis manibus, sermonem rarum habentem, & nihil impertinens in sermone, loquebatur uoce submissa, omni proiecto clamore; disertissimus in uerbo existens, uertitudo modestè, nihil perperam in uestibus habens: cõmensuratè pedes mouens, quiescens ad tempus: ut nulla leuitas notaret in motu; Egregiam corporis formam habens, qualis nunquam apparuit in natura: non giganteam aut remissam, sed talem, qualem habere decebat, qui omnia fecit in potestate & numero & mensura: qui nec reprehendi debeat, nec iuste poterat, in omnibus quæ sunt à moribus, aut insurgunt ab ipsa natura, nec secundum phisonomiam de moribus hominum, & interiora per exteriora falso iudicantes illi homini deo, ex defectu naturæ aliquid posset ascribi; nullam tamen humanam atque mundanam aptitudinem ostendebat, prout affolet ætas illa. Erat enim aptus rebus diuinis, imò totus diuinus erat, quauis ex dono naturæ indicia multa susciperet, quæ iure omnibus aptus esset. Et mirum erat credere, quæ pauperculis duobus talis filius esset natus: iudicabatur magis dignitati regie conuenire, quam Ioseph atque Mariæ. Sed quinimo. Ignorabant enim arcana. Ex alio autem insurgebat detractionis indicia, & habebatur ignauus, sæpe reputatus & stultus, ubi iam clarere incipit humilitas magna eius. Hic non studebat militiæ, nec satagebat pro corporis uirtute pandenda, ut se minus fortem, aut magis inter suos cõmuros ostenderet. Et si laesit inter dum iniuria, non manu aut lingua respondebat alieni uocem, unde fugax & pusillanimis habitus est. Artem nullam disciebat, unde captaret necessaria uitæ, sed aut matris aut patris lucris, & interdum quæstibus, uita frugali & parca, humiliter fouebatur. Etenim comedebat & bibebat & dirigebat & enatebat ut homo, nihil quæ deus simul latum agens. A hiernis erat à cõuiujs, spectacula nulla uidebat. In fœmina non fugebat oculum nec

animum fixum, non ad suam expediẽtem cautelam, (nam deus & homo erat) sed ne notaretur propter secretum & apertum mysterium. Illa pulchritudo appeti non poterat ab ulla muliere, magis uero alios eius sanctificabat aspectus: nec propter eximiam effigiem eius alicui exorta est aliquando detractione: uenerat enim depellere, non excitare. Pecuniam non ferebat, procul fecerat largitate iuuenim: nec enim habebat unde, minus aut decebat deificos mores. Frequenter habebat synagogam, ludæorum more, statutus autem temporibus ueniebat in templum. Cognoscebat ex personis, ex uirtute omnibus occultus erat: non enim aduenerat hora innocenti. Literas nullas didicit, suorum more cõuorum, ut etiam post tempus diceretur quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Ostendebat sine doctrina, uiuendi normam, & regulationem omnium sensum suum pra omni sensum. Operari erat oratio & subleuatio ineffabilis. Tota deifica erat uita eius: hoc solum retinens in humanis, quæ mutationes ætatum propter uoluit, & augmentum corporalis molis, usque ad terminum ordinatissimæ quantitatis, & ueritate humanitatis ostendere pro cibos & potus, & gestiones & somnos. Almissa cõalmifica operans in cõprehensibiliter ab omnibus, etiam ab his, quibus ex humilitate subijci ebatur, ut ipsi mirarentur & oblitescerent suum gestus eius, fide indubitata tenentes, quæ non falsebat, neque falsebatur in operibus eius. Erat extra omnium usus & mores, quæ tanto tempore occultauit semetipsum mundo, & uirtutem insertam. Sed in omnibus gestibus eius, cõponebat sequentium & adherentium mores, ut uiuamus occulte in cõspectu eius, cui nihil potest esse occultum. Nec queramus palam fieri mundo, qui reuelationem expectamus glorie inuisibilium angelorum, qui non ex uisibilibus corporeo sensu, sed inuisibiliter altissimo placuerunt. Uiuere in hominum fama, fascinationem mentis ostendit; extra notum fieri, recessus est à mète. Qui recessit à mète, oblitus est imaginis quam accepit, & paruipedit quod exellebat in eo, & lucem pro tenebris cõmutauit. Occulta uita, priuatio uanæ glorie: qui uero fieri uoluit sponte notus, eam accepit uxorem. In latibulis degens, uentos non timuit: in montibus positus, damna uetorum plerumque portauit. Monstrata oculis uita, præantecipauit famam: fama prælata uirtutibus, puerit ordinem sanctitatis. Oportet seruum dei, omni studio famam uirtutibus uincere. Monstratus digito, cõcutietur in corde, quo cõcussio, turbabit requies. Non est sapiens, sed stultus uiuere opinatè. Ad ueritatem oportet ambulare credentes: semper in insidijs sunt latrones, spoliabit uestibus uestitus, incidet in eos. Difficile fit, alienum fieri ab omni cõsorte naturæ, sed cõsortium sepe diuortiauit à deo. Periculosa est cõgressio certare cum laudibus: uincere uirtutibus famam,

agonizatio est ueror. Non uiuit sibi, quod nequus est, nec Christo, quod dominificauit in cordibus aliorum. Uiuere in deiectione prudentia, redemptio est à contrarijs, & augmentum cõtemplationis. Impossibile fit, quod omnes habeat corporale secretum, sed mentis oportet prætaxare uelamen: exteriores tenebræ atque pœnales, exteriora quæretibus absconduntur. Confidunt multi non cadere in ostensione uirtutis, sed si aliquando ita cedit, admiror: non dans tamen de ostensione præceptum, magis uero assueuerans tutius esse secretum. igitur oia celantur. Responderim: Oportet solum necessitatè, non uoluntatè ad ostensionem in causa supponere. Ad occultandam uitam, similiter & uirtutem, adiuuata est peregrinatio & solitudo deserti. Sed ignorantes multi peregrinationis directionem, in illa naufragia perulerunt, ex ostensione in hæretis boni, ciues effecti, ubi debuerunt esse peregrini. Perexerunt quæ plures ad interiora deserti, ageres ignotam hominibus uitam, sciens cælestibus ciuibus esse notam. Multi uero aliter occultari non ualent, fatuitate moribus ostenderunt, Christiferam meditates sapientiam. Aliqui per silentium abnuerunt substantiam cælestium morum: erat enim eis, & omnibus esse debet, gloria uitæ agere: de testimonio conscientie. Quauis dirigatur à dño uirtutis ostensio, ut opera nostra coram hominibus luceant, ad eos tamen directus est sermo, quos non solum sibi, sed etiam alijs oino uiuere oportebit, qui sunt in culmine dignitatis aut officij cõstituti. Occulta ergo Christianitas, manifestata per tempus, animabus nostris insinuat, non deuenire in publicum ante tempus à domino præfinitum: quia omnia tempus habet, suisque dispositionibus currunt uniuersa sub sole. Hoc enim & Iohannes Baptista fecit, qui non dimisit desertum, ueniens in omnem regionem Iordanis, quousque super eum uerbum domini fieret in deserto. Maxime uero sic deiectione prudentia & potètia operum & sermonum Christi, cauere hominem complacitiam docet, ut nihil propter eorum placitum fiat. Ac etiam ueritas esse silenda, ne eo sine profertur, quæ placeatur hominibus. Et iuuenes ad interiora transmittit atque secreta, quos facile gloria uana deludit, & à quibus saltè si non queritur, si offertur, difficile deuitatur. Et regulatur uita hominum inter homines, quomodo uiuant in ostensione pro se, sine denudatione uirtutis. Non omnis est, fieri corpore memorosum, & à turbis remotum fieri per recessum: sed omnium est, se coaptantium ad uirtutem, abscondite operari, & hominum deuitare cõspectum. Et si aliquando surrepat propter aliorum utile, ad imitationem exemplum uelle uideri, & omnino à cenodoxia iaculis se loracatum, & scuto bonæ uoluntatis prætextum se uideat, non damno quod intendit, sed de portu persiluit in pelagus, & exposuit se per

lagalibus uentis, qui firmato pede pgebat. Bona & magna sunt lucra cum nauibus: securiora dixerim, quæ non sunt exposita uentis excitantibus undas, submergètes suis fluctibus naues. Acquirere animas ex templo & doctrina oim regi Christo, magni est meriti, sed non profectiois oim: acquirere seipsum, tota est & omnium Christiana professio. Quod est necessitatis, præfertur electionibus uoluntarijs: & ad quod obligamur ad rationem reddendam in examine iudicis infallibilis, oportet præintendere, quæ quod propria directione suscipit. De se per oportebit reddere rationem: de alijs autè, nisi quæ aliorum per dñi obedientiam susceperunt, aut ipsi uoluntariè acceperunt. Occultus erat originali mundo Noe, quæ tanta insigniret uirtute, atque per artificij eius apud eum oim delendos seruaretur uitale semen: sed cum placuit ei, cui omne quod placet iustit est, post quingentos annos toti mundo uoluit palam fieri, & in cetero naualis ædificij tpe, toti mundo per relationem factus est notus. Et post deletum ex diluuiio mundum, centum adhuc annis supuixit orbi, ut sicut notus fuerat, ueteribus iam delictis, ita fieret nascitibus nouis: qui utique peccasset, si curam à dño impostam non sumplisset. Nesciebat quantæ uirtutis esset Abraham, nisi à dño fuisset ante uocatus: & in eo facta prima distinctio per circumcissionem in sanguine populi, per unius dei cultum dño placituri. Latebat uirtus in Ioseph, quousque deus sibi tempus & opportunitatem præparauit exercere uirtutis. Ignorabatur ab hominibus Moyses in occulta uirtute, nec erat singulariter notus Aaron: sed deus ostendit eos suo populo flagellato, & Pharaoni, & toti Aegypto, & multis populis nationum: & magnificauit in cõspectu regum, quod domino fuissent rebelles, si populi gubernacula pertinaciter recusassent. Iosue occultus erat, & (utrum in eo uirtus foret ducalis, præuim iam non erat) notificatus est à deo Moyse per deum & Moysen, notificatus est Israeli, & quos debellauit aduersis. Pastor adolecens erat Dauid, & sequebatur fortæ, nulla fama clamabat de illo per uirtute regalit: & à domino est ostensus, quæ erat homo securus cor suum, & uniuerso Israeli factus est rex & prælatus. Deliquisset, si non acceptasset ordinationem dei. Proinde, si qui mittuntur à deo in aliorum salutem, aut hominibus mittendi habentibus potestatem: seu, nescio, qui charitate aut presumptione, aliorum curam suscipiunt, reserta intentione ad deum, exemplo & doctrina subditis innocenti, secretum placendi magis dño in anima referunt. Velle uero ad exteriora propter inhaerentem uirtutem, per propria uoluntatis placitum notum fieri, priuauit proprijs numeribus ipsam uirtutem, quæ uis uidentis dñi uoluntatem, propter obedientiam dixerit: dñe mitte me. Moyses recusabat, allegans linguam Exod. 3.

Iere. 1.

defectum. Ieremias autem omnino factus humilis, animo recubabat, dicens: A a a, ecce dñe nescio loqui. Inter charitatem, quæ nos inclinât ad utile pximi, & uoluntatem, quæ præsumptiosè aut uirtuosè ad palàm fieri agitât: & humilitatem, quæ refrenat: tutius dixerim, superioris aut alicuius iure mandâti, expectare decretum, quàm per seipsum quomodolibet agitatum, exire in publicum, nisi certū esset interius à deo positum uerbum.

De baptismo Christi moraliter. Cap. II.

Actum aliud mirabile, ad credendum difficile, cū enarratur, q̄ summa puritas more impurorum se fluxibili subiiceret elemēto: etenim nihil habebat purgabile, imò purgatiōnem uenerat facere peccatorum. Sed præremisso, q̄ sanctificauit aquas, nec ab eis more successorum ablutus est, q̄ instituit sacramentum, quod per omnia uoluit similari fratribus suis, excepto peccato: quid nobis tam humilis actio monest faciat audiamus, ad informationē agēdæ uitæ in moribus Christianis. Si rota & totè perfectâ & supernaturali munditia, quasi peccato teneretur obnoxia, baptizari & lauari uoluit, sordibus baptisima nō effugiat: quāuis Christus ad se nil reuerti agendorum, sed nos aut instruxit ad salutem opere atq; sermone, aut potestate perfecit. Tinctus igitur est aq̄ saluator in ætate perfectâ, iam tricesimum annum attingens, oēm sequentem ipsum exēplo, ad subiectionē necessariæ purgationis inuitas, quæ primò & potissimè necessaria luridis est, si contraxerint aut commiserint q̄ deturpat, nec possunt suscipere ornāmētā uirtutum, nisi abiecerint, qui à sordibus detinētur. Purgatio uerò uirtutē nullatenus confert, sed disponit: gloriam nō præstat in cōsortio beatorum. Misericordiæ dēi est, nō purgationis atq; uirtutis, nihil cōdignum est ad gloriam expectarā. Nā dare propter infirmitates hominibus purgationes, non est inducere sanitatē, sed præparatio ad eandem: Loculum infixum defigere, nō fuit sanatio uulneris, sed remotio phibētis: Alia enim oportebat apponere medicamenta, pro recōiungenda carne, quæ diuisa erat ex telo. Abrasio tabulæ, nō fecit imaginem multicolorem, sed ad colorū susceptionē aptauit. Nec nouacula scripturam fecit in charta, cū nouaculator cum ipsa radebat: alijs instrumentis opus erat ad faciendā imaginē & scripturā. Dixerim hæc duntaxat de purgatiōe, quæ sacramentis agitatur, circa quam nostrā nō uersatur intēctio: sed alia est purgatio, cui subijci cogitur, qui primæ puritati expectat ascisci. Virtus omnis purgationem cōtrarij facit, cui nihil nisi uitium aduersatur, quæ suæ bonitatis effectum, ad corpora non extendit. Non enim habet ipsa cōtractū, ut tangat aut tangat à corpore, inuisibilis ad uisibile sit actio eius, q̄ si ad-

Mat. 5.
Mar. 1.
Luc. 3.
Iohan. 1.

erit tota, totū purgabit aduersum: si uerò de aduerso remaserit quippiam, uirtus p̄fecte nō aderit. Totus & primus aspectus uirtutis, est ad abolitionem aduersitatis: namq; suum regnum in anima nō stabiliret. Et semper innitetur sua potentia, ut cōtrarium eorum adimat: quod si nō fecerit, sit implicabile, imò impascibile bellum. Si aut uicio porrexit ipsa cōflictum, stabilietur proculdubio regnum eius, p̄pter impediētis abiectionem: cum eius secundū aspectus sit esse quod est, & ubi debet, & q̄ modo, ut statim exurgat in actum, p̄pter omnium beatificum finem. Nec p̄ tanto erit purgatio, si purget animus ab auaritia, & turpetur fæce luxurie, aut si ab hac mundabitur quispiam, & in dominandi libidine uoluptetē, aut si dominandi fuerit abiecta libido, & detineatur à uoragine gula. Igitur deus p̄ scopam uirtutis, uita quæq; purgat, purgatorū cuius dulcissimum est, & nihil lenit amari, cui tādū debemus esse subiecti, quousq; uirtus dici possit nō purgatorie, sed animæ iā purgatæ. Conterant sullones, quousq; maculas tergant: conterant dealbantes, concertant nitidantes, ut impuritates depellant res suis officijs subiectarū: nec est pax eis, quousq; in nitiditas uel albedo, aut illa puritas, quam exquirat subiecta materia, seu disponit autor inducere. Sic etiam uirtus in animabus nostris ipsa cōcertat: igitur primum uniuersale purgans, primū abluens, inuisibilis uirtus est, aut omnium autor p̄ eam. Eximius p̄phetarum contraxerat maculam, purgationem animo & uerbo in factō q̄ rebat, dicens: Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Si amplius quærebatur, iam in aliquo lotus erat, fortè p̄ cōtritionem cōmissi sceleris: sed amplius lauari optabat, quas requirebat uirtutes. Lauatorū enim uirtutum, ad p̄portionem uisionis inducit: & mundatur quis à peccato, in uirtutū balneo requiescens. Quotquot lauaciones in ueteri testamento hominum in cæremonijs delinquentium, uestium, uasorum, immunditiarū, animalium offerendorum, lauaciones figurabant inuisibilem uirtutum, quia omnia in figura contingebant illis. Et Naaman Syro dicitur esse, ut lauaretur septies in Iordane. Iordanis sanè ritus est iudicij. Septena uirtute, in uo iudicij est lauandum. Ritus namq; fuit, & fluius etiam iudiciorum, interpretatur Iordanis. Iudicium uerò fluens, ratio discurrens. Vt melior autem addatur intellectus, fluius iudiciorum, est multitudo iudiciorū dēi, discurrens ab initio mundi, usq; ad finem per omnia mundi climata, ut numerari nequeat, nec intelligi: sed maxime dēi pia iudicia ipsa sunt uirtutes, in q̄bus scēdatis abluat, & ois peccatorū turpitudō lauatur. Et uerè nomen iudiciorū uirtutes habere feruntur: quia sicut per iudicia i-

Psal. 50.
Iere. 6.
Iere. 6.

Dan. 11.

Mat. 5.

Iere. 6.

Psal. 17.

stus & reus discernuntur, constituti ante tribunal: sic p̄fecto uirtutes absoluunt, imò abluunt à criminibus, in eis firmiter se lauantē, & damnationi ascribunt, qui carū thermas ignorat. Porro Daniel interpretatur iudicium dēi, qui abluuit Susannā se lauantem à falso crimine: sacerdotes uerò nefarios, damnationi p̄scripsit. Et in iudiciorū calium fluuiio septies lotus, mūdatus est à lepra, & ab omni turpitudine inuisibili liber est, q̄ se lauerit talibus aq̄s. Proinde saluator à p̄fecta ætate incipiens, facturus mirabilia & utilia mundo, ad nostram informationē petiuit antè Iordanē, docēs nos ad omnia purgabilia humiliter aptari. Defæctos nos esse oportet, cælestia regna petentes & mundos, qui primam munditiam inspicere concupiscimus, ipsa dicente: Beati mundo corde, qm̄ ipsi deum uidebunt. Purgatio nempe peragitur p̄ ea, quæ habent asperū sensum: ut per ignem aut limam, ferrū, seu omne metallum: sic sæpe hoim uita per tribulationē purgatur & p̄ona. Purgatio enim propriè dicitur, impertinētis aut lædētis absterfio. Purgauit igitur ignominia impertinentes aut lædentes honores, paupertas diuitias: abstinentia delicias: uigilia somnos: persecutio quietes: tribulatio cōsolationes: flagella, carnis libidines: cōhibitio sensuum ipsorum, illicitas uoluptates. Mala igitur corporalia, quæ in hoc seculo patimur, aut sunt immediatè à deo, aut uoluntariè quæruntur, aut insferuntur ab hominibus, aut à demonibus irrogantur, aut à defectu nature insurgunt: sed non omnia & semper, instrumenta purgationis existunt. Mala autem quæ deus immittit, eos non purgant, qui sensualiter delectationes quærentes, tota intentione ipsis malis repugnant. Nam Pharaō, decē plagis à deo immulsis, non solum purgatus nō fuit, sed induratus magis ipse permanit. Et si gnū est reprobationis, qui ex flagellis non purgati durefcunt, de quibus per Ieremiam dicit: Frustra conflauit conflator, malitiæ eorum nō sunt consumptæ: argentum reprobum uocare eos, quia dominus picit illos. Omnipotens conflator hominem quem creauit, quia p̄ ignem tribulationis, atq; per uerba doctrinæ in unū uult redigere, quē dispersum in multa cognouit: & purgare, qui se propria uoluntate inserecit. Sed sæpe tribulationis ignis ardet, non purgat: & doctrina suscipitur, & nō emendat, nō defectu agentis, sed p̄uersitate patientis. Econtra, electi quo magis affliguntur, eo magis purgantur: de quorum numero se Dauid fatebatur esse, dicens: Disciplina tua correxit me in finem: disciplina tua ipsa me docebit. Tunc disciplina corrigit, cum quod lædit animam, aut ad ipsam non pertinet, abstergit. Tunc corrigit atq; purgat, cum sub ipsa humiliter anima omnia tolerat, æstimans ad se diuinā fieri atq;

inclinari pietatem, cum per flagella in hac uita suscipit purgationem. Melius namq; hic sit teporalibus ad purgationē macerari molestijs, q̄ supplicijs deputari æternis. Purgat docēdo dēi disciplina, quos diuina prouidentia in superna prænouerit inferendos. Ideo Propheta securus adiugit: Disciplina tua ipsa me docebit. Qui docetur, antè patiebatur ignorantiam, à qua purgatur per illatam doctrinam. Purgat doctor in scholis discipulos, quos nouit ignaros, & ipse animus addiscentis cognoscit, cū se uidet purgari à tenebris ignorantie, per lucem sanæ doctrinæ: sic disciplina diuinorū flagellorum hic erudit, ut finem optimum quem optamus, pacem & quietem quam uolumus, nō in mundo isto sic flagellato, sed alibi quæramus. Purgationem certè maximam accepit in animo, qui diuersitatem regionum umbræ mortis & uitæ, aspexit atq; cognouit, & odiēs tenebras, suspirauit in lucem. Passiōes electæ, eo ipso non purgant, quo pro terrenis cōmodis tolerantur: uerum si pro æternis sustinent, contrariorum adijciunt purgationem. Ab hominibus aut à demonibus mala irrogata, nō mundant eos, qui patientia carent: & licet aliqua uideantur auferre quæ non sunt necessaria, siue conferentia uitæ, non pro tanto purgatio sequitur, quia ira & odium in animo p̄denrium reseruantur: & ubi uitium remanet, purgatio facta nō est: purgabit uerò, si patientia nō ficta tolerantur illata. Malum, à natura corrupta insurgēs, quanuis refrenet à multis, purgatione salutifera purgat à nullis, si donum dēi non existimat ille q̄ sentit: purgaret sanè, si cōditoris & patientis cōcors esset una uoluntas. Proinde frustra conflatur conflator per ignē tribulationis, aut per doctrinā ueritatis, quæ dirigit, minatur atq; promittit, si minimum malitiæ atq; nequitie non consumunt. Sed uelut argentum, quod in conflatorio nō purgatur, dicitur reprobū: sic qui per doctrinam sacrā, & tribulationem à deo immulsam aut permisam, nō corriguntur, reprobant. Nullum sanè reprobationis signum certius, quàm purgatorijs per deum ordinatis, nolle purgari. Id p̄fecto quod saluator agit & loquitur, hoc intēdit, ut à malis purgemur, & secundum eius iustitiam, nostra opera faciamus. Hinc per Malachiam prophetam dicitur: Ipse est quasi ignis cōflans, & quasi herba sillonū. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos, quasi aurū & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Nam sacrificia, in Christiana iustitia offerre non potest, qui ab immunditijs uoluntarijs purgatus non est. sed qui non purgatur, argentum reprobum uocantur. Ideo per Ieremiam dicitur, quia dominus proiecit illos. Sed bonos deus non proiecit, pro quibus supra p̄-

Ibidem.

Mal. 3.

Iere. 6.

parauit sed reprobatio, est causa pietatis: & proiectio est testimonium reprobationis. Igitur dum in hac umbrosa uita perstitimus, & omnis rei purgatiuam intellectuualiter uirtute habent, humiliat colla subdamus, ne talis reprobatio ueniat, cui approbatio nulla succedat, exemplo Iesu dulcis & humilis, q se subdidit uelut purgatorijs amicis.

¶ De deserto Iesu, atq; morali uita deserti.

Caput IIII.

Mat. 4. **Mar. 1.** **Luc. 4.** **C**hristus post aquas abijt in desertum, a spiritu sancto ductus, ut & a propria uoluntate, quæ spiritus uelens hominem est, incipit innotescere, q manserat in uirtute occultus. Sed uidentia sunt insignia probitatis, & innotescetia mirabiles actiões. Quid enim est, q ad quæ nullus in cælo & in terra existimatus est, cum palam fieri uoluit, aquas perijt, post quas desertum per denarij quater ductu habitaturus intrauit. Sit ne ista insignia magni regis: sunt ista quæ decebat primo, in probitate peragere, regem regij subijci: istud firmu teneamus in corde, ut nulla ima oratio eius, derogauerit magnitudini eius, sed eo quælibet eius actio magna fuit, quo ipsam mudi dñs & saluator exercuit. Veruntamen, quia non agimus de robore corporum atque uirtute membrorum, in quibus nobis plurimæ bestie atq; animalia preferuntur, sed de inuisibilibus uirtutibus, quæ regnant in sedibus animorum, & disponit & ordinant mores corporum: proinde ad uirtutum insignia, nostra uerbula deriuamus.

¶ Prima igit uirtutis insignia, in quibus uirtutis uirtutis sunt ad seipm, & omis uirtutis actus, primo recipiatur q; transeat, se primo subiectum perficit proinde q; deriuetur in alium. Sterilis enim esset uirtus habenti, si nō sibi propagaretur ad alios: ac per hoc opus græde uirtutis, in seipso posse humiliari. Esti quispiam sibi subiecerit barbaras nationes, nihil fecisse dixerim sibi, stans elatus in animo. Esti amoenitate uerborum, deserta lingua, perornata doctrina humiliauerit audientes, nihil ad eum referat utile, nisi mentis fuerit humilitate delectus. Magnam ergo uirtutis in Christo præconium, cū se indignum uelut egentem subdidit aquis. Et cū inter cætera data nature humanæ, hoc sit præcipuū delectabile, suæ speciei delectari cōsimili, ac suæ nature semper secum habere cōfortem (habent enim animalia similibus copulari) tamen præter ab eis cognitam rationem, quāuis hoc exigit ratio ipsa nature, homo autem cū cognita ratione in ratione nature. Proinde homines personaliuiter deuitare, appellauerim quid insignis uirtutis & abstinentie magnæ: hac cōsolatione priuari, & segregari fieri ab hominibus, ut cōtemplationis oculus in præpedite dirigatur atq; attentius in autorem, al-

tioem partem dixerim occulte uirtutis. Segregat profecto dñs noster Iesus Christus, auctor supernæ gloriæ, moralis uitæ dux atq; magister, & relinquens hoies, in locū secēdic desertū. Verè desertus ab hominibus, in desertū uadit, deserens homines, loca deserta petit. Sed quid nobis, Christi mora deserti apeiat, intendamus: quāuis non oim sit habitare solitudinē atq; posse: nam si possibile omnibus fieret, desertum ciuitas esset. Quasi desertum accepit Adam delectabilem paradisi, in quo quædiu desertus mansit, a similitudine speciei delectauit autore, sola sibi cōsolatione in animo reaccipiens, & angelos quos mente nouerat, cum quibus se fociandū agnouerat, creaturas cæteras ratione carentes, ad usum acceptas atq; dominium, & mansit de deo dilectus, quādiu stetit humana societate desertus. Vbi uerò humana societas affuit, quod sequit, taceatur. Bonum est igitur solum ab hominibus fieri, societate in animo gerere creatoris, & incorruptibilium ciuium supernos. Sociatū uerò humane humanis, si nō semp, sepe uidet deulsum. Lachrymæ naturæ acceptabile sacrificium sunt altissimo, quæ profundius & acceptius inueniunt in locis solitarijs, moeroribus aptis. Legitur in libro Genesis, quod Anan filius Sebeon, cum pasceret asinos sui patris in solitudine, inuenit aquas calidas. Anan uerò iste, qui pascit asinos patris in solitudine, est qui asinos, bestiales s. motus & quinq; corporis sensus, in solitudine pascit, eos ab amoenitatibus ciuitatū humane cōuersationis auertens, ne illiciantur, & a creatore oim auerantur & dño. Timebat enim Dauid, ppter peccata sua, dei auersionem, quāuis suā faciem auerit perteret a peccatis. Sed cum in deserto quis pascit sensus suos, ab amoenis auersos, & motus animales retinet in deserto, inuenit aquas calidas, lachrymas deo acceptas, in corde igne charitatis decoctas. Si aut huius patris, aut filij nomina interpretarentur, eandem sententiam moraliter resonarent. Vellent cōmuniter hoies, inuenire uitæ refugium in mortis articulo cōstituti, & gaudium sit maius q; antè cum inuenierint. Ioseph namq; filius Iacob, ex subortis causis, odiosus erat fratribus suis, in quorū manus cum in patris absentia deuenisset, ab aliquibus eorum est adiudicatus ad mortem, & uix aliquo eorum remittente, mortis euasit imperium, cui cisterna, quæ in solitudine fossa erat absq; aqua, uitæ remedium fuit. Quippe mundus multos spiritualiter occideret, qui ppter fragilitatem non habent potentiam resistendi, quibus expedit propter infirmitatem præeligere fugam, & proijci uoluntarie pro refugio iustæ uitæ, in solitudinis cisternā. Cisterna sine aqua, est nostræ uitæ secretum, carens periculo submergēte. Defossa em erat. Consideratio

Gen. 36.

Gen. 37.

sepulturæ, multos auertit a malo. Sed erat in deserto siquidem locus, uel (solitudine, tam secreta habet, sine abundantia rerū, quæ si gnatur in aqua. Nam si abundaret desertum, non desertum, sed delicia dicerentur. Et mortis & sepulturæ memoria pro deuitatione maiorū, magis sedule agitur in deserto, quod si gnatur in terra defossa cisterna. Vide hominem, solum ob aspectum terræ defossæ, pro sepelendo cadauere, resculptum ex dolore in corde, auersum a malo, mutasse pristinos mores. Indubitatè quilibet teneat, quod si cisternā, id est, sepulchrum in terra defossam, in qua cōmuniter humana corpora resoluēda clauduntur, indepositè per memoriam secū ferret, & consideratione intentā, ingrederetur in illam, anteq; insensibiliter inseceretur in ipsa cadauer, æternæ damnationis deuitaret exitum. Sed inter obstrepentes hominum uoces & turbas, talis memoria defuit, cuius præsentie causa, locus desertus existit. Inter cætera, præter ultimam dei uisionem, quæ in hac uita nimè appetatur, aliqui uirtute pollētes, dei aliqualem uisionem, notitiam, cōsolationem, reuelationem, certam allocutionem, pro certitudine uitæ agendæ desiderant: sed Moyse cū ingrederetur ad interiora deserti, uidit dominū in rubo, uelut ignem inflammantem: cōsolationem accepit in animo, quam antè nunquā legitur suscepisse, notitiam habuit diuinorū, & reuelationem secretorū dei, & alloquiū eius de his, ad quæ a deo præordinatus erat. Non uiderat dominum in Aegypto, neq; per subiectam creaturam, audierat uocem eius. Desertus em locus, diuini est oraculis aptus: nec assunt stolidi laudatores, qui suis laudibus bona nostra dispergant. Et orare inrecurrat uolentē, oportet esse inuisum, imò tam à turba remotum, ut non cogitet hominum tillatiões, ad cellam pro incommoditate ad eundi, nec ipse persistat intentus, ne à proximo expectetur: excepto eo, qui obediētæ patris in solitudine subest, qui ad ipsius impensū tenetur, ab actuali oratione recedere. Aliter autem expectas & expectatus, quietem & inrecurratam orationē, raro fudit aliquando. Querunt mundi principes, atque omnes qui gerunt in orbe terrarū aliquam præfecturam, habere suos uernaculos expeditos, ministros in eorum obsequio explicatos: implicitos uerò seruos in alijs, paruipendunt, plerunque de suis habitacionibus procul pellunt. Fas enim non est, domini serui, præterq; in domini seruitio implicari. Populus autē dei, à Pharaōe in Aegypto pro suo seruitio implicabatur. Voluit ergo dominus populum suum explicari ab Aegyptiaco seruitio, & ad sacrificandum sibi, fieri liberum in deserto. Proinde misit dominus Moysen & Aaron ad Pharaonem, ut

Exod. 3.

Exod. 5.

dimitteret populum suum, ut sacrificaret ei in deserto, ubi expeditio erat quā in Aegypto, & in solitudine sacrificabit habilis, q in ciuitatibus residens. ¶ Et solerti mēte intendū est, quod est sacrificiū, quod a nobis a deo exquiritur, & expeditus reddi in deserto. Quia mores eligimus, literalia sacrificia & Israelitici populi dimittamus. Sacrificium dixerim esse, quod sanctitate in aīa aut in moribus sonat, seu sacri animæ aut corporis factum. Proinde omne qd deo reddi acceptū, sacrificiū est. Nihilominus tū oportet singulari disertōe intendere. Sacrificiū deo gratū Dauid in psalmo explicat, cū ad sacrificandū oēs iuitat, dicens: Sacri cate sacrificiū iustitiæ, & sperare in dño. Sacrificiū iustitiæ uniuersale, in uirtutibus noscitur esse bonum, ut reddamus deo bonū omne qd possumus, & sibi conuenire cognouimus. Ex hoc namq; dicto, nullū excludit bonū, quod nō sit deo reddēdum, aut dilectiōe animæ, aut opere corporali: quāuis omnia bona non sint omnibus apta, magis uerò, nec ab omnibus singulis sint exacta. Nam matrimonij bonū hōi exigitur à professione cælibis uitæ. Reuertitur certe quod dicitur. Nec elemosynæ bonum ab eo, qui a se omnia sequestrauit. Et sæpe conditiones & status impedit, & sexus diuersitas nō consentit. Valitudo & infirmitas & his similia contradicunt, ut non omnibus actiue conueniat: sed nō obstitunt, quin omne bonum regi superno gratum, secundum aptitudinem, profectiōe & decentiam, in se atq; in omnibus diligatur, quōis omne bonum non reddatur deo actu corporis, nec sit reddendū à singulis. Erit igitur sacrificium iustitiæ, quod sacrificabitur domino, omnem suam consistētiam aīæ & corporis uisibus mancipasse diuinis, ut totum se dedicit in eius seruitio, à quo id esse quod habet, accepit: & solū uacare, desertum est sacrificium, perfectæ iustitiæ, quod maxime peragit in deserto, ad quæ locū omnipotens, suum populum ad sacrificium inuitabat. Lectio, meditatio, intellectuualis seu uocalis oratio, cōtemplatio, inquisitio sui, custodia sui, silentij profundum, quies mentis, fragilis uita, carnis maceratio, abstinentia nociuosæ, agon rectus, quæ omnia sacrificia sunt iustitiæ, quod in deserto magis impræpedite peragit. Sed nemo credat, q; a nobis in Christianā uitam uocatis, sacrificiū mactari pecoris exquirat, aut effusi sanguinis, neq; rei uisibilis sine sacrificio mētis. Vnde per Psalmistā dicitur: Nō in sacrificijs tuis arguā te: nō accipia de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos: neq; manducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorū potabo. Acti dñs per prophetam dicat aperte: Non sunt ista sacrificia quæ requiro. Iā em Dauid intendebat in nouam uitā, & excimium sacrificiū cognoscebat. Subdit em: In

Psalm. 4.

Psalm. 49.

- Psal. 49.** mola deo sacrificiū laudis, & reddē altissimo uota tua. Et paulo post secutus adiūxit: Sacrificiū laudis honorificabit me: & illiciter q̄ ostēdam illi salutare dei. Laudis uerō sacrificiū, est ipsa gratia: actiō de acceptis. Laudis sacrificiū est, in aduersitatibus & prosperitatibus laudare dñm. Dicebat sanē ipse Dauid: Benedicam dñm in omni tēpore, semper laus eius in ore meo: ut si patiar, si affligar, si maledicar, si reprobus habear, si oīa mundi mala contra me conflent in unū, semper laus eius in corde atq; ore meo. Si mihi assint prospera cūcta, semper laus eius erit in animo, & nec lingua tacebit.
- Psalm. 33.** Hinc & dñs per prophetā dicebat: Infrenabo te laude mea. Qui frenū gestat in ore, progredit & sistit, dextrā & sinistrā, gyrat & uoluit ductū eius. Ac p̄ hoc sacrificiū laudis imolat, q̄ de omnibus & in loco & tēpore dñm laudat. Hinc etiam Psalm. dicebat: Lauda anima mea dñm, laudabo dñm in uita mea, psallam deo meo q̄ diu fuero. Nec nō in occultis iudicis eius, sacrificiū laudis tenemur offerre: nā q̄nto ipse opat̄ occultius, tanto sapiētius. Ecclesiasticus em̄ dicit: Sapiētia dñi affabit laus. Et ab omnibus creaturis laus diuina exquiri, quod ultimi psalmi Dauid insinuat. Offerit etiā sacrificium laudis, q̄ de dei prouidētia in nullo remurmurat. Et hoc est sacrificiū laudis, q̄d deum honorificat, cū in omnibus dei potentia, sapientia, & bonitate adoramus atque laudamus. Proinde illic est iter ad salutare dei. Diuina em̄ laus animo gesta, ore digesta, opere acta, p̄ducit ad salutare dei. Quae tāto studiosius in solitudine agit, q̄to cōsistentia hominis a nemine impedit. Est & sacrificiū quod maxime cōuenit offerre his, q̄ deliquerūt, & q̄ nō seruauerūt pacta diuina, nec aliud munus occisi pecoris, seu frugū & arboris, siue signati numismatis, ita placat deū offensum, quod & Dauid pro se obtulit in remediū adulterij, proditiōnis & homicidij. Inquit em̄: Sacrificiū deo spūs cōtribulatus, cor contritū & humiliatū deus nō despiciet. Quo modo erit sacrificiū deo spūs cōtribulatus, cū alia scriptura dicat: Animus gaudēs etatē floridam facit, spūs tristis exiccat ossa. Reprobāt a deo tristitia spūs: sed nō omnis tristitia bona, nec omnis tristitia mala. Spūs tñ cōtribulatus est uolūtas eo sensu dolens, q̄ delectata fuit in malo, ut tādū quotidie tribulet, donec dolor cōmissi criminis, ad æqualitatē perueniat, aut excedat per uerū delectatiōis, ut tāta uel excedēs tribulatio fiat in anima, quāta delectatio fuit in culpa. Et alibi Propheta dicebat: Anxiatus est in me spūs meus, in me turbatū est cor meū. Anxietas spūs, est tristitia pro peccatis: & turbatio cordis, pro fractiōne diuinorū pactorū. Nihil est, super q̄ sit in ducenda tristitia & anxietas, nisi super peccatū: & in nullo cadere debet turbatio, nisi cū offendimus creatore.

Istis remotis, omnia recta manēt: neq; superest quod fleat, sed anxietas pro malo commissio, utiq; bonum est. Sequit̄ enim exaltatio super Christū. hoc dicebat Dauid: Dum anxietaretur cor meum, in petra exaltasti me. Secundum Apostolum: Petra autē erat Christus. Ad hoc uerō sacrificiū offerendū, exquirūt saepe desertum: nam innumera multitudo, loca semper quaerunt apta mœroribus, nec quaerere desistunt, qui propter delicta & peccata tribulari sedulo quaerunt. Habet etiā saepe mundus læticias suas, quas obijcit uolentibus pro peccatis & diuinis offensionibus contristari, nec suis implicationibus permittit aliquē ad se ingredi, ut introrsus suae mœstitiae rationabiles causas inueniat, cū unufquiq; non solū dei offensor, sed etiā q̄ uidet iustus, dolēdi causas possideat, dispari tñ ratioe, atq; intentione penitus in æquali peccator, q̄ offendit iustus, q̄ offendere potest: & prolongat̄ eius cum periculo incolatus, & habitat Cedar cū filijs Imaelis. Ac per hoc omnium creator & dñs, peculiariter rem populū in manu Moyli & Aaron, ut sibi sacrificaret, uoluit inducere in desertū, comonefaciens nos, ut sacrificia spiritalia offeramus, & in præfinito tēpore humanatus, per actus nos docens, deserti est incola factus. Sed nec in talibus laudamus ita desertū, ut alijs uiuēdi modis Christianis, quomodolibet derogemus, posse p̄fici per uirtutē, sed deserti commoditates, pro diuersitate tēporū atq; locorū, conditionis hominū atq; uirosq; edicimus.

¶ Bonū igit̄ ē desertū, sed habet & pugnas, habet similit̄ & uictorias, & orōnibus uniat̄ potius q̄ ensibus Amalech: habet serpētes innumeros, moribus morte inferētes, habet & serpētes ænētū, solo aspectu sanantē patientes, habet amaras aquas, habet quod dulcorat, habet aduersa, habet & propicia. Sed uae hodie, quia speciosa deserti cōbussit ignis. Vbi dei populū in deserto: Vbi Elias: Vbi Eliseus: Vbi discipuli prophetarū: Vbi Iohānes Baptista, q̄ desertū ab infantia tenerrimus habitauit: Vbi deserti Aegypti habitatores: Vbi Thebaide: Vbi Sichi: ubi mōtis Nitrig: Vbi mōtis Syrig: ubi Raychur: Vbi Armeniae: Vbi altioris Graeciae: Sed uae huic generatiōi, q̄a deserta, sunt ab hominibus facta deserta, & que remanserunt, sunt deliciae loca: sensuali desertū uitae: nec (ut assole) iusta hominū monachorū, aspera & agrestis. Denicāt cultores Christi loca deserta, quae sunt amica mœroribus, & facti sunt q̄si ciues in medio ciuitatū, & facta ē cū secularibus tanta ciuilitas, ut plerūq; turpe ē honestas. ¶ Sed ad dñm Iesum incola deserti factū, oculus interior dirigat, & multo in uitu ipm absentē, tāq; presentē sedulo contēplentur, & moueat affectibus anima, contrahatur mœrore atque turbetur, suspendatur in admiratione, cū Christi

intueat in deserto. Stulticia est sapiētibus tūm di, derisio delicatis, incredulis fabula, q̄ Christus steterit in deserto. Quid em̄ est uidere iuuenē delicatū, immaculatū, & abq; pctō, esse cum bestijs in deserto? Quid faciebat rex regū & dñs dominantium, factus incola in deserto, humana cōsolatione priuatus, squalida facie, ab inedia & ieiunio cruciatus? Nō secum patre, non matre, nō aliquē habens in illo deserto sodalē, sed angelos: nō carebat consortio, qui hoīm cōfortia deuitabat. Non fouebat ut homo, supra hoīm naturā agebat: Carebat lectulo, nec puluinar supponebat diuino capiti humanitas quiescenti: Sedile nō erat ei: Terra uerō stratum erat & sella, nō operiebat nocturno tpe pannis: Carebat rugurio, nullas habebat ædiculas, nec aliq; tecto regebat ab intempérie aeris. Hyems nepe frigidibus algēs erat, cū in deserto squalido uersabat. Locus deserti, aut arboribus in fūdosis præditus erat, prohibebat certe hyems in plantis uiriditate atq; æmœnitate foliorū, aut totus squalidus erat locus, aut bipartitus erat, ut sibi esset quaedam peregrinandi uarietas in deserto. Habitaculū fecisse non legimus, ubi stetit firmi penitus pedes eius, & omnino sibi poenam dabat locus & tempus, cū a quinta Ianuarij die, usq; ad quartamdecimā Februarij, in deserto fuerit mora eius, quod tempus aut imbribus, aut est frigidibus aptum. Nihil uerō ad remediū de ciuitatibus tulit, aut quicquam postulauit a matre: pauperes em̄ erant. Pauper accessit, pauperij moratus, nec igne aliquando calefactus est. Vbi mundi reges: Vbi quos ambit multitudo populorū: Vbi delicatū Veniant & contēplentur omnium regem, ab animalibus sociatū, & humana dignitate pallentem: Quid faciebat hic singularis homo, singulariter uiuens, singulariter degens: Orabat ne quotidie noctes dumberat infomes? Legebat: Non em̄ portauerat codices, thesauris sapiētiae plenus. Contēplabat incessantē, erat mens insuspensē fixa caelo. Plorabat interdum, iudebat forte cum bestijs: nouerat em̄ eas, & uocatae uenissent, obediissent: hoc em̄ primus homo, in delicato deserto, suscepit in dono. Quid ergo faciebat tam nobilis heros, omnino irprehensibilis in moribus & actibus suis: Non em̄ poterat errare, nec nouerat. Quid igitur faciebat? Forte dormiebat interdū. Quid faciebat, qui non præbebat hominibus tunc exemplū, quia nec ab hominibus uidebat: sed uidebatur ab angelis, quibus non oportebat temporalia exempla uirtutis inferre: Bestiae exemplificari nō nouerant. Quid faciebat? Temerarium est distinare, quod cælicis notarij nō scripserunt, sed il lud faciebat quod facere debebat hominē diuinum, humana diuine, diuina humane operantē, nihilq; sine causa & ratione aut sterilit̄ agen-

tē. Et acta eius, intellecta siue ignorata, digna sunt adorari, & eo magis quo nō possunt inuestigari. Sed incunctantē credamus, q̄ in omnibus agebat & itendebar salutē omnium nīm p̄ exemplum, documentum, & per affectum, præostendēs prius, debere hominē esse sui ipsius quā alterius, & antē ad seipsum, quā ad alium fieri, & per orationē & contēplationē quaerere, quod debet docere, quod & mōstrat aptitudo deserti. Sed quod nec uisitauit quisp̄piam hominū dñm Iesum, hoc maximū testimoniū erat, quia nondum notus erat, nondum discipulos fecerat: uisitasset em̄ eū atq; requisissent. Sed pia mater eius cur sustinebat absentiam eius: Nouerat ipsa filij uoluntatem, & eius infallibilē actionē, & amodo subiicienda erat in regimine filio, quē usq; modo more humano habuerat ipsa subiectū, & cognoscebat in eo æternum propositū uoluntatis, pro saluatione humani generis, quantū permittebat sibi cognoscere, quem portauit in ergastulo mortis, & lactauit mammillis, & nunc morabat in deserto cū bestijs, carens potibus atq; cibis. Sed beatus, qui se fideliter in charitate uisitasset, & attulisset de naturae bonis, quae tu deus, factus homo creasti, & tua fuisset allocutione potitus. Veruntamē nemo attulit sibi cibum, nec aliunde uenire fecit.

Ieiunauit enim [quadraginta diebus & Matt. 4. quadraginta noctibus, ac postea esuriit.

¶ Ieiuniū Christi, poena est sui corporis, sed totius humani generis est refectio: & sibi est ad supplicium, nobis ad bñficium. Ieiuniū Christi, fuit est & nostrum: fuit p̄ actualē poenā corporis: nostrum, p̄ exemplum: nostrum, per doctrinā: nostrū, per diētā, quae fiebat in capite pro liberatione mēbrorum: Christus est caput nostrum, nosq; mēbra eius. Si aut̄ per exemplum, nostrum est ieiuniū, almfico præerogato exemplo, protinus ieiunemus. Et cū multa uiderim atq; legerim de ieiunio diffinita, sermo angustabit, parq; qd de ipso edicere uolēs. ¶ Ieiuniū, est uirginitas instrumentorum uocis, ut prior emittat oſo, & mundior sit psalmodia, & sermo aliquid postulans ante deū. Ieiuniū, est uentris tenuitas, q̄ attenuato, adest in orādo aut legedo libertas. Ieiuniū, est euigilatio & solertia sensuū, est & liberatio q̄dā a phantasmatibus malis. Ieiuniū, applicauit mētē quæ sita, & seruari supra mentē diuina meditari uolentē, & subiecit mēbra corporis rationi, cuius ueritas & acceptio in ratione fundat. Nam ieiuniū sociatū uizio, cruciat & siccitat, nō meret̄: supplicium habet certū, præmium nullū. Virtus & uirtū semp habent diuertium. Impius ieiunans, aiam torquet & corpus: auarus ieiunans, facit similit̄: iracundus uerō copulat̄ eis dē. Hypocritalis abstinet cibus, & diuinis muneribus parit

se priuauit, & sit omnino duplici cōtione cō-
 tritus, ut in anima lædatur & corpore. Ieiunium
 corporis, non est uirtus, sed actus est uirtutis.
 Quod corpore agit, nō est uirtus, sed actus ab
 ipsa procedēs. Virtus em̄ generans, temperan-
 tia est; sed hoc est fieri etiā in moribus pagano-
 rum. In Christianis uerō, etiā ieiunium corpo-
 ris, nō est uirtus mentis, sed uirtutis actus, p̄ cor-
 pus mōstratus. Virtus ieiunij, nō in corpore,
 sed in anima uerē persēdit. Erit igitur ieiuniū
 de Christianis, actus charitatis q̄ fertur in deū.
 Nam homo ex charitate diligit deum, quæ si
 ultra progreditur, plus diligit q̄ seipm̄: multo
 magis facta propter seipsum despiciet, proin-
 de despiciet escas prop̄ deum, ut non uideatur
 ad eas affici prop̄ deū, excepto sustentamēto
 nature, quod omnibus inculpatē cōcedit, q̄ crea-
 tor est omnium. Igitur ieiuniū p̄batio est amoris
 ad deū, in abstinentia delectabilium ciborū pro-
 pter deum; quia nec a cibis abstinentiū est, ue-
 lut a re dānata in natura, q̄a nulla natura ma-
 la, nec a re dānata per culpā, quia qd̄ uirtutem
 nō recipit, nec uitū potest admittere. Et Apo-
 stolus dicit, nihil prohibēt esse, qd̄ cum gra-
 tiæ actione percipitur. Sed abstinentia fiet a
 bono creato, prop̄ bonum increatū, cum di-
 uinum cognoscitur placitū. Igitur ieiunium,
 quædā probatio est potioris amoris in deum,
 minoris ad escas; & ipsum, est signum negati
 amoris ad corpus propriū, propter Christum:
 & cōpassio tanta diffoderata cū corpore, Chri-
 stum acquisiuit in fœdere. Nisi uerō tanta cor-
 poris amicitia & cōpassio dissoluatur, & in-
 uisibilibus compassionibus & diuinis muneribus
 priuabitur anima, & forte cœlestibus cū a
 corpore dissoluatur. Nec p̄ hoc agatur, aut ta-
 le fiat ieiunium, ut infirmitas aut debilitas in
 corpore subsequatur, maxime in diuino serui-
 tio inexpectate mancipatis. Non em̄ deus fe-
 cit, talē uoluit permanere: ut fortis esset in ani-
 mo, uirtus in corpore ad operandū diuina mā-
 data. Christianum ergo ieiunium sempertene-
 bit modū, ne ieiunās deficiat, & ne cōmedens,
 effluat. Ieiunās cum læditur, multipliciter pro-
 bet seipsum; nec primis debilitatibus cederet
 & secundis & tertijs. Habent em̄ demones ple-
 runq; debilitare abstinentes, ut pusillanimes
 fiant, & nutriat plus debito corpora, quæ no-
 uerunt ex ieiunio infirmari, & fiet colluuiū &
 illufio ex summatione ciborū. Plerunq; uerō iei-
 unantes patientur in nocte aut somnis pluri-
 mas turpitudines: & ascribentur debilitati na-
 turæ, ut fiat reciditiū ad escam. Cum uerō di-
 uersa diuersimodē corporū experientia facta
 fuerit, serenius iudicabit de seipso qui patitur,
 aut alium discretiorē inquirat. Non omnium
 ieiunia sunt equalia, nec eiusdem meriti apud
 deum; nec in ieiunio pensatur abstinentia, sed

1. Tim. 4

passio ieiunantis. Et diuersitatē possident hu-
 mana corpora, sicut diuersitatē habent ligna,
 lapides & metalla, quorū aliqua mollioris, ali-
 qua uerō sunt matrice durioris. Ieiunans fœ-
 pelapideus in oratione, post cibū uerō lachry-
 mas uidetur effundere; quod aut deceptio est
 maligni, aut passio colligata. Ieiunium, existit
 multis preparatio gulæ, cū effusus in escā ef-
 fundit, cū resoluū. Iracundus uidebit q̄ ante q̄
 edat, post alitū corpus sedabit irā, p̄cella; sed
 certē, q̄ hic non accepit mentis dñum ex uir-
 tute. Bonum est ieiunium a delicatis, bonum
 ab accuratis, bonum a preciosis; sed melius a
 sumptuosis & delectabilibus & ab inflāman-
 tibus corpus. Ieiunauit q̄s ab huiusmodi, sed
 uilioribus cibis ex multitudine oppressit ani-
 mę sensum. Multi studuerūt uincere p̄ ieiuniū
 passiones gulæ, sed propter in discretionē per-
 diderūt orationis fauorē, magis uerō fructum.
 Expedi omnino, ut agon a maioribus & pro
 maioribus uirtutibus dirigat, & ex altioribus
 captemus præmia quæ optamus. Quia uerū
 est, ieiuniū non esse uirtutē, sed actū ipsius, ma-
 gna discretionē nepe opus est, ne sensibilis uir-
 tutis actus, in uisibile uirtutē mentis impediatur.
 Si digea expedit corpori humano in infirmitate
 fatiscēt, ut a noxijs caueat, multo magis &
 aīa, cū opprimat a uarietate ciborū. Nā melius
 & tutius est agonistæ fidelis, qui gulæ libellū
 repudiū dedit, aliquo cibo quāuis delicato re-
 fici, quā rustico sariari obnubilante animū,
 aut talē molestiā inferere, ut medicis expedi-
 ret intēdere, aut ab oratione seu cōtēplatio-
 ne cessare. Aurum cōmutauit in plumbum, q̄
 uirtutē molestauit in aliq̄ propter actum; sed
 primō seipsum in certo examine ponat, si mo-
 lestia sit a cibo aut a maligno. Cōsueuerunt em̄
 maligni multam molestiam immittere post ci-
 bū, ut cibi duritia, seu indigestibilis materia,
 nō ipse, accuset. Durū profectō erit cognosce-
 re, an a cibo an a dæmonio fiat; uerū tñ dabit
 deus suis paruulis & fidelibus intellectū, aut
 p̄ aliū, aut p̄ seipsum. Vbi agonistæ fideles hy-
 pocrisim & simulatiōnē, & complacentiam &
 omne figmentum fictitium incitauerunt in ani-
 mo, quānis tenent itē; ab eis dē, certum fiat,
 q̄ in omnibus aut a dño aut ab aliquo directō-
 re secundum deum & dei timorē dabitur clā-
 ritas in agēdis, & serenabitur mentes, quæ in
 omni fide se dño subdiderunt, & obtulerūt in-
 repetitē omnem mentis & corporis consisten-
 tiā saluatori. Si mensura ciborū pensabitur in
 ieiunio, sequetur cōfusio; si corporū: ualetudo
 & dispositio, erit directio. Nā quis ex modico
 cibo statim reficit, & fastiditus est stomachus,
 nec graclat & corpus. Alius uerō multā sumit
 cibi quantitatē, nec reficit, nec stomachus nau-
 seat, sed amplius appetit, & corpus arefcit. Igitur
 i ieiunio nō q̄ntitas cibi, sed corporū est cōsue-

2. Reg. 7

1. Reg. 7

2. Reg. 12

1. Reg. 17

tanda conditio. Spiritus & caro per similitudi-
 nem sicularū aguntur, quarum si una descēdit,
 altera sursum fertur: si altera sursum, reliqua
 parte omīno deorsum; & mirum, quod corpo-
 rale depressū, spūale faciat sursum ferri. Te-
 nuitas corporis ex ieiunio decenter assumpta,
 tenuē sensum causauit in anima. Pōdus super
 pōdus impositū onerifer animalis, sæpe illud
 incuruauit ad terrā: & sarcina sup̄ sarcinas, ani-
 malia robusta cōgregit. Corpus nostrū, pōdus
 est animæ, horrēdē ponderans super illā. Sapi-
 entia dicit: Corpus quod corrumpitur, aggra-
 uat animā. Escarum autē appositio iterū aggra-
 uauit, ut sub escis & corpore sæpe anima in sua
 uirtute frāgatur. Ieiuniū uerō nō apposuit one-
 ra, sed exonerauit imposita; nā aut extenuauit
 corpus, aut nō permittit pinguescere. Induce-
 runt sepe somnū epulæ atq; ieiuniū, sed ab illo
 tardius & grauius, ab isto citius & leuius euigi-
 laur. Cura corporis, p̄pter deum relicta, in cu-
 ram animæ inflexit aurore, & corpus sustenta-
 uit sæpe aliter, q̄ per cibū. Alia em̄ est cura na-
 turæ, alia uoluptatis; illa permittitur etiā qui-
 buscunq; abstinentibus, quia natura modicis
 cōtēnatur, nec accuratis intēdit; hæc dissuade-
 tur, q̄a recedit antētius a prima rerum natura,
 secundum quam originalis mundus uixit, nec
 delicijs præstitit studium neq; curā. Ieiunium
 quonidianū, proportionatū complexionis, lau-
 datur a sanctis; uolentium uerō interpositū, sæ-
 pe damnatur. Semper dandum est in quolibet
 homine, quod appetit cōplexio naturalis, non
 quod appetit uoluntas carnis. Sed cum esuri-
 tur atq; sititur, & corpus incipit agitari, diffici-
 le discernetur an naturalis seu uoluptatiuus
 sit appetitus. Non em̄ est ieiunium institutum
 contra naturam conditā, sed ad refrinandum
 corruptā, & ne multitudo escarum inualescat
 supra debitum ordinem; quia dum quærimus
 reficere uentrem, sæpe inficimus mentem. Igitur
 abstinentia stabit, quousq; tolerari potest
 sine detrimento naturæ atq; impedimēto exer-
 citationum sanctarum, uisibilibus & inuisibili-
 um, ad quas omnis uerus agonista debito diu-
 no ligatur. Est ieiunium a multitudine ciborū,
 non autem a numerositate comedēdi, & bo-
 num est: est ieiunium a numero horarum siue
 dierum, sed non a copia rerum, & etiā bonum
 est; sed si utrumq; peragitur incorrupta manētē
 natura, beatificant agentē. Stetit ieiunus in pa-
 radiso Adam; comedens uerō, passus est exili-
 um, nō quod rem malam comederit, sed quia
 præter obedientiā comedit. Ieiunauit & a car-
 nibus originalis mūdus, nihilominus propter
 luxuriam est delectus, igitur non ualent ieiunia
 criminosa. Farinam cārummodo abstulerunt
 ab Aegyptijs Israelis filij; carnem & uinum, &
 si qua lacticia, non leguntur abstulisse. Ibant
 enim in desertum. Ad ipsorū sitim, solum est

aqua de petra educta, & ad duodecim fontes
 aquarum non uegetes uini, perueniunt in He-
 lim, ut reficerentur qui sitim patiebantur. Inue-
 nerūt semel aquas amaras, & dulcoratæ sunt li-
 gno. Si amara est potio aquæ, ligno crucis dul-
 cificatur. Non est ieiuniū absq; ratione. Quot-
 quot uerō ieiunauerūt, aut supposuerunt cau-
 sas, aut acceperūt aut posuerunt finē: non em̄
 agendum hoc opus est, sine p̄eunte aut sequen-
 te causa laudabili. Ieiunauerunt filij Israel in
 uno die, q̄ receperunt a Beniamitis cōfictum
 usq; ad uesperam: primō pro dolore cōfictus
 qui acciderat, & pro multitudine interfectoꝝ,
 quia credebant iuste agere, uolentes uindicare
 tantum scelus, ut ex multitudine concuben-
 tium, mulier moreretur. Mirabatur quōd tam
 felices habebant hostes, qui debebant iusta ul-
 tione puniri, quasi per ieiunium a dño expecta-
 rent decretū quid in hac causa foret agēdum.
 Ieiuna & tu, si cōfictum sustines ab inuisibili
 hoste; nam non fortitudine corporis, sed debi-
 litate uincitur. Ieiuna quasi pœnitentiā agēs,
 & dolēs de uirtutibus interfectis in anima in-
 uisibiliter, & uisibiliter apertis moribus desola-
 tis in numero magno, non paruo. Ieiuna, & a
 malicia purga te ipsum. Ieiuna, ut uirtute chris-
 tiferi hostes deuincas, quos corporum feroci-
 tate, atq; armorū industria nō uales deuincere.
 Filij Israel cum arguerētur a Samuele, q̄ ado-
 rauerant deos alienos, Baalim & Astaroth, &
 uellet eos congregare in Masphath, ad docen-
 dum eos dñi bona, pactum facientes cum dño
 de non adorando idola; & cōfelli sunt se pecca-
 tores, & ieiunauerūt ob pœnitentiā, aut per
 amorem subiectum indebitē ad creaturas, &
 pro suscipienda doctrina. Sensus epulis nō op-
 pressus, facile suscipit documenta uirtutū. Et uir-
 ri labes ieiunauerunt septem diebus pro sepul-
 tura Saulis. Et pro mortuis in fide Christiana,
 portāda est corporis pœna, ut eorū animæ a pe-
 na releuentur in charitate Christi, cōmunicati-
 one facta dolorū. Similiter Dauid & qui cum
 eo erant, ieiunauerunt usq; ad uesperam super
 mortē Saulis cū adirent cōmunicātes secum
 in pœnis; q̄a credebant in fide, in alia uita passu-
 rum, ut certum in fide teneamus, animas glori-
 ficanas releuari a pœnis, propter pœnas uiuorū
 p̄ ipsis in charitate toleratas. Nec obstat q̄
 Saul fuerit reprobatus, quia non est uiuorū; fer-
 re certa iudicia super absolutos acta, hoc solū
 nouit altissimus. Nō em̄ debemus penitus offi-
 cia charitatis impedere pro his, qui nobiscum
 æquale sortiti sunt sacramentum, si cum eius
 negatione decesserint. Et pro filio in firmo ieiū-
 nauit Dauid, uolēs eum a morte auertere, qui
 pro peccato paterno morti prophetæ iudicio
 tradebatur, quīs nequiuert. Proculdubio ieiū-
 nia mūda magna sunt preces in cōpescu do-
 mini ad obtinēdum quod petitur, ut si non ad

Numer. 20.

Exo. 17.

Iudi. 20.

1. Reg. 7.

2. Reg. 1.

2. Reg. 12.

placitum, saltē ad utile qui petit, exaudiatur: Achab rex israel cum argueretur ab Elia propheta de scelere pacto in Naboth Iezraelite, & sanguis eius lambēdus esset à canibus in eodē loco, ubi Naboth fuerat lapidatus, statim seidit uestimēta sua, & operuit cilicio carnē. & ieiunavit, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, à q̄ ppter humilitatē suā trāssa tū est peccatū suū, & in filio referuatū ad puniendum, ut ieiuniū numeretur inter opera, ex q̄bus uindicta dei differtur, aut ex toto auferatur. **Nehc. 1.** Nehemias audiēs destrucōem & captiuitatē Ierusalē, ieiunauit & orauit. Ieiunium meritōriū & acceptū orationi sociatū, insinuans, ad inclinandā diuinam maiestātē precibus nostris, animā in oratiōe contritā fieri oportere. **Iudith. 8.** Corpus uerō affligi ieiunijs, declarauit Iudith uidua, quę erat elegātis pulchritudinis, & ieiunabat omnibus diebus uitę suę, p̄ter sabbata & neomenias & festa domus Israel. Ista uerō prætermittebat, nō ppter gulam & relaxatiōnem, sed ppter familiā, cui se communicabat in cōsolatione atq̄ participatione sui tēpore festiuitatū, ac etiā ratione cognatōe & conuētōe, si ad eā uisitandi gratia in tali tēpore accessissent: in alijs uerō tēporibus, ieiunij nō relaxabat censurā, ut domaret iuuentutē, refrenaret pulchritudinē, honoraret ieiunio castitatē. Est etiā ieiunij, castigatio iuuetutis, pallor pulchritudinis, & castitatis honor atq̄ fomentum. **Esther. 4.** Esther præmonita, oppido, ut ingrederet ad regem Assuerū uirum suum, timuit, nec propter firmatū decretum, ausa erat ad eū ingredi pro liberatione totius suę gentis, nisi primō omnibus Iudæis qui erant in Susis, per dies tres indicisset ieiunij, ipsa similiter cum ancillis suis se ieiunaturam p̄mittens. post quæ, ingressum præsumpsit ad regē, & totius suę gentis liberationē obtinuit, inimico Iudæorū ad patibulum ē regiōe damnato. Triduanū ieiunium, certū est, q̄ corpus attenuat, sensum euigilat. Triduanū magis ieiunij appellauit, quod in cultū trinitatis admittit, & ubi cor, lingua & actus à nociuis & ad re non p̄nētibus abstinent. Ieiunij indixerat Esther liberandis, & ipsa liberare cupiens ieiunabat, ut placaret deus, ut inclinaretur deus ad miseriam hominum, propter afflictionem corporum, & compateret his qui sibi non compatiēbant. Omnipotentis benignitas consueuit compati, sibi non compati suis. Vbi hominū compassio cessat ad seipos, diuina subsequitur, dumtaxat quōd propter deum incompassio fiat. Est enim ieiunium, incompassio quędam corporum, dum alimentata pro tempore subtrahuntur, aut non dantur, quæ à uoragine gulę appetuntur. Nouerat Esther corda principum in manu domini, & ad quæ uult illa inclinari: igitur uolens inclinare in suā petitionem principem temporalem & ter-

renum, prius studuit per ieiunium inclinare cęlestē atq̄ æternū. Porro in omnibus tribulationibus à q̄bus anima desiderat liberari, oportet dei auxiliū inuocare, sed eū prius placare ieiunio & muneribus. Signū est ieiunij, cōtrita sp̄s & hūiliati cordis, ad quod deus respicit, & secundum multiplicationes dolorū in anima & corpore, deus à nobis periculosas auertit æritas. Iosaphat uerō rex Iuda, cum uideret aduersum se multorum hostium & potentium bella consergere, timore perterritus, totū se contulit ad rogandū deum, sed primō prædicauit ieiunij uniuerso Iuda. Credebat p̄ ieiunij placare deū, & pericula inimicorū effugere; magis uerō sp̄i cognoscebat, orationis præambullū & præuētū esse ieiunij. Nā ieiunij corporis, dispositio est mētalis atq̄ uocalis oratiōis, qua rogatur atq̄ placat omnipotēs, nec nō & impolluta lingua laudatur. Labia uerō crapulis dissoluta, dispersam laudē & orationē dño decantauerunt. Et q̄uis quod in os intrat, secundū sententiā saluatoris, nō coinquinat animā, nihilo minus multitudō elcār atq̄ uarietas, & uini potētia opprimunt sensum, ut fumo uaporantium ciborū magis cordis intentio sit onerata, q̄ ornata laus atq̄ oratio. Ezras cum esset in Babylone, obtenta licentia de redeundo in Ierusalem, cōgregatis principalibus familiarū & familiarijs, accepta multitudine auri & argētī p̄ donarijs ad honorē & decorē tēpli, antequā caperet iter, seu repedare coepisset, primō indicxit ieiunium, dicēs: Prædicauit sibi ieiunium, iuxta fluuiū Hana, ut affligeremur coram dño deo nostro, & petere ius ab eo uia rectā nobis & filijs nostris & ueris substantiarū nostrarū. Erubui em̄ petere regis auxiliū & equites, qui defenderēt nos ab inimico in uia, quia dixeramus regi: magis debet est super omnes qui quærūt eum in bonitate, & imperium eius & fortitudō eius & furor super oēs, qui derelinquunt illum. Ieiunauimus autē & rogauimus dñm nostrū pro hoc, & euenit nobis prosperē. Vide hominē humiliter alia sapientem, qui magis confidebat in afflictione carnis q̄ in auxilio regis: magis in ieiunio & maceratione corporis, quā in apparatu militum. Patenter igitur dicit, quia ratione prædica uerat ieiunium, ut affligerentur corā dño & ppter dñm: nouerat altissima fide, afflictis propter dñm, & corā ipso, nō ad gloriā hominū, eius auxiliū non deesse. Amat em̄ diuina bonitas sibi non parcētibz parcere, & diffisis de humano auxilio, suum impendere: idcirco noluerunt à rege rutelam neq̄ subsidij, confidentes solum in domino propter ieiunium. Vnde per experientiam, fidem facit uerbis, dicens: Euenit nobis prosperē, magis propter ieiunij, quā si à rege habuissēmus copiam militū, quia in ieiunio nobis propiciū fecimus omnium uerum & summum deum, propter quem erit

descendū satis est, in omni re auxiliū mendicare humanum. Hunc cruciatum quare deus uoluerit in hominibus fieri, humanus intuitus non uidebit, nisi per fidem, supra seipsum animus noster fiat. Fecit omnipotens deus omnia in ordine ad seipm, ut à quo creata sunt omnia, ad eum ordinata manerent, sed propinquē & propinquissimē, remotē atq̄ remotissimē: sed sub cęlesti ordine sermo noster intendit. Oia quę sub cęlo sunt, his differentijs distinguunt, & his ordinibus ordinantur, donec in creatorem p̄ creaturā sibi maximē proximā ueniat. Habet hic mūdus enīa multa, quibus solū id quōd sunt, & omni alio addito carent: quorū aliqua sunt ad usum humanorum corporum & bestiarum, similiter & dissimiliter in sustentatione animę cum corpore, imō corpus cum aīa rationali aut uegetabili: & ista nullo modo ad seipsa, sed ad aliud sunt ordinata. Quę tamen ueniunt in usum corporum, & quę nō ueniunt, ad considerationem debent fieri animorum, ut in omnibus laudetur magnificentia creatoris. Sensibilia irrationabilia similiter mundus habet, quę solum entibus præponuntur: quorum aliqua ueniunt in usum humanorum corporum, & ipsorum similiter & dissimiliter: ista uerō talia, experientia plus q̄ eloquentia docet. Et sunt multo plura q̄ in usum corporū nulla ratione deueniunt, imō plura quę corpora humana interimunt: sed in consideratione animarum nostrarū, fiunt, ut etiā in his laudetur potentia creatoris: quę omnia facta & ordinata sunt in usum utriusq̄ hominis: nec ordinata sunt immeditatē neq̄ propinquē ad deū, sed remotē atq̄ remotissimē in ordine dignitatis & participatiōis diuinę. Corpus uerō humanū ad animū ordinat, & ipso aīa in suis sensibus utit; sed corpus aīa nō utit, nec ad corpus tanq̄ ad suū æquale aut inferius aīa ordinatur; quę corporibus omnibus superferatur nobilitate seu dignitate naturę. Anima igitur solū & immeditatē atq̄ p̄p̄inquisimē ad deū ordinatur. Proinde habes, quod oīa inferiora nō solū sicut corporis aut in uirtute cōsiderationis, ut laudēt bonitas creatoris: anima uerō distinxat ordinat ad deū, ut dū est in uia, ipm contēpletur, amet, & ratio, intellectu, memoria, uoluntate atq̄ moribus quærat. Quod ut melius ipsa perficiat, noluit effundi p̄ efcā, & in inquisitione diuersorū appetibilibum, gustuq̄ delectabilium, ne in his occupata pro fouendo delectabili corpore, auerteretur à creatore. Ipsa cibus nō alitur, detrimentum aut incrementum nō suscipit, ualitudinē aut infirmitatē ex cibus nō recipit. Cibus animę, ueritas & amor. Corpus uerō corporalibus cibus crescit, atq̄ decreuit, inualefcit & tabet, sed modicis nutrit, gubernatur atq̄ fouetur ad sui cōseruationem, & ad animę libertatem, quā corpus ultra mo-

dum uegetum atq̄ fottum, necesse sit ut impediatur, ex quo anima sustinebit à creatore auersionem, aut non faciet sibi debitam habitationem: & his qualificata cōtagijs, indurabitur quasi lapidis. Corpus uerō tēperatē nec exquisitē nutrit, nō inferet molestiā animę, quę infra ipsum iacet inclusa; nec ipsa suis intētā curis, uacabit steriliter in se ferēs causam, qua creatori & eius theorijs assidat. Fructus autē ieiunij, & huius cruciatu declarat, quanta ipsum oporteat diligentia custodiri. Sanctos igitur patres mēte interrogemus, & mēdebunt nobis. Moses ieiunium accepit legē & diuinum alloquū: Elias raptus est in paradysum: Daniel cōcludit ora leonū, & ieiunus homo, à ieiunio leonibus honoratur. Experientia uerō agonistarū uerorū, in auribus intellectualibus magis clamat, declarans ieiunij bonitatē, magis uerō turā opportunitatē. Adstūgebatur ieiunio mētalis & corporalibus uigilia, & ad utruq̄ ieiunium præstat fomentum. Et quanuis nō legatur explicitē, quid in deserto fecerit Christus, tū credendum est, q̄ agebat ut homo diuinus, exemplum omnium factus. Vigilabat Christus corpore, quia nec habebat oppressum epulis sensum. Et oculis intēdebat in cęlum, suspirās in supernas amonietas, ad quas introducturus erat sibi fide, spe, charitate cohærentes: aspiciens supernū nidū, quem tur tur factus pro nobis, inuenerat ad reponendū pullos, quos ab æterno præordinauerat suos. Et magnum tribuit nobis documentum uigilia saluatoris, ne noster oculus malē sopiatur, & in retrouersibiliter prætereat tēpus accommodationis ad lucra superna. Vigilauit Christus carnis oculis in conspectu domini, ante cuius conspectum uigilabat eum iniquitatum nostrarū. Lamentabiliter em̄ prædixerat Ieremias: Vigilauit iugum iniquitatum nostrarum. **Thren. 1.** Iugum, à iungendo duo saltem, dicitur. Iugum iniquitatis, est animę & corporis deliberrata consensio in peccatum, diabo lo subiecta, iniquitati subiecta. Vigilabat iugum iniquitatis, quia diabolus affectum & rationem uinxerat ad arandam & sulcandam terram corporis nostri uomere pertinacię ad peragendum malum, sulcis malarum & uariarum actionum delectantium præter deū. Contra quod, Christus anima & corpore uigilaturus aduenerat, ut uigilia uigilia destrueretur. Iugum iniquitatis uigilabat, cū hō iniquitati uoluntariē subditus, nō dormit nisi malum perficiat quod mente concepit. Contra quod iugum Christus se non dormitaturum obiecerat. Vigilemus nos, si uita omnium uigilauit pro nobis. Suscipiamus in hac parte potius uigilandi exemplum, quā discussionis officij. Vigilia corporis, ultra q̄ ieiunium, attenuauit eum. Quod & sapiētia loquit: Vigilia honestatis tabefacit carnē. Defecauit plerūq̄ pruriētē humorē, & sordidatōes **Ecc. 31.**

Exod. 24
4. Reg. 1
Dani. 10.

faciæ similiter & carnis auertit. In sopitis oculis exercitauit corpus, & ad diuinas actiões ordinauit eundem. Vigilia, status ante peccatum, nõ enim somnus ante peccatum obrepisset in homines. Assimilat uigilia supernis ciuibus, indormiticij porro sunt. Corpori quandã de dicit aptitudinẽ spiritus, magis uerò morem. Possident abscq; dubio in corporei oculum in sopitum. Mortis habet similitudinẽ membra soporis in tẽpore. Vigilia uerò, resurrectio est membrorum, & oēs sensus disposuit ad obiecta. Gaudiũ est, uidere summi artificis opera. uidit uigilans oculus, igitur & mentis est facta dispersio. Sed & multi cõgregauerunt mẽrem, & ab exterioribus ad interiora, à uisibilibus ad inuisibilia processerunt. Vigilia corporis, exercitatio mentis. Aggrauatum sæpe corpus, intruam animam in seipso per somnum oppressit. Nõ agit in uiris agonistis uigilia propter corpus, sed ut in uigili corpore interior sensus magis inuigilet. Caret anima suo imperio in corpore dormiẽti, sensibus om̃ibus imperat dum corpus inuigilat. Sunt uirtutes absq; merito, corpore dormiẽte; exercitant uerò in anima, cum illa in corpore non opprimatur. Diuinas theorias atq; theophasias anima oculo sopito non sentit, & si sentire uideretur, aut sine merito, aut illusionis plerunq; dæmonũ sunt. A similitudine mortis fecit diuortiu, q̃ studuit uigilare, & socium se fecit nõ dormiẽti uitæ. Magna fuit hominibus cõsolatio, uidere mudi lucem atq; ornatum, & regum atq; procerũ maiestare. Superexcedit per omnia incomparabiliter, cũ anima nocte uigilat, acuto & intellectu ali & fideli oculo aspiciat intelligibilem lucẽ, superiorem decorẽ, & om̃ium regũ regum cum assistẽtib; substantijs separatis, irruelata facie cõtemplatur, quis nõ intueatur in lymido. Uigilans uicit naturã corruptã, & supernaturalia sortietur, assuefactus diuinis. Damnu existima uit modicu somnum propter illorũ carẽtiã. Nocturne uigilans exinanuit seipsum, & oẽm rationem perditõrũ & acquisitorũ exegit, & ante gradum & retro gradu sui agonis cognouit. Somno deditus nihil horũ fecit, anima laborauit in uanum. Ingressum habuit in pfundũ abyssalis mali, qui decreta & fructuosam exegit uigiliã, & pauefactus, reuigilauit ad dñm, & castigabat de malo liberari, desiderans cũ clamoribus anxiatũ spũs & turbati cordis, dicebatq; ore, magis uerò corde clamabat; Ne auertas faciem tuã à me, & similis ero descẽdentibus in lacũ, quem uigilando mente cõspexerat. Vigilia, custodia est cordis. Qui cor custodit, custodit intellectualem uitam. Proinde scriptura dicit; Omni custodia serua cor tuũ, qm̃ ab ipso uita procedit. Stabit uigilans intellectualiter in porta cordis, & oẽm cogitationem insurgentem ab intra, ingredientem per obiectas sensu

videm

*enim

Psal. 142

Prou. 4

um forinsecas qualitates & subortas actiões, examinabit, discutiet, scire uolẽs unde uenit, quã uenit, qd̃ desert, quõve tẽdit, & secũdum rationem non naturã aut uoluntatis, sed fidei & charitatis, cõcedet aut prohibebit egressum, simili obstat aut permittet ingressum. Non oēs aues nidificare debent in abdito cordis nostri, nec oēs sunt prohibẽdæ. Turtur & columba, passer solitarius, non prohibentur nidificare uolentes. Symbolicẽ loquor; qui legit, intel ligat. Vigilet ratio sedula in porta cordis, nec sine ratioẽ alicui pmitat egressum siue ingressum. Nullum em̃ castrum oportet tãta diligentia custodiri. Castrametati sunt undiq; inimici pariter & amici; & intus sunt ad eosdẽ inimici, similiter & amici; & similes ad cõsimiles sperat habere colloquũ, ut tradatur castrum in manibus exterorũ, interorũ amicitia id agente. Est in nobis condita natura, ratio & diuina imago, quã ad uirtutes extra castrametantes, inuisibilem & indissolubilem ex utraq; natura, pulchram amicitia habent, & collegari se appetit ad agẽda diuina. Custos uerò portæ, egressum & ingressum his quẽ permittit. Non em̃ istorum erit alloquium, nisi ad placitũ cõditoris, & ad castri tutelam. At etiam est in nobis natura corrupta, & plerunq; cõsuetudo antiqua malorum, & ipsorũ memoria, quã uitis & rebus corruptibilibus sunt amice. Fiat igitur discretio nõ sopita, ne permittat egressum. Volunt em̃ egredi, ut laruales uitios; multitudines introducant cum ducibus tenebrarũ. Tu uerò uigila, portamq; claudẽ maledicis; perdere cum cõta uolũt, & funditus subuertere castrũ, ut conditori & redemptori locus non remaneat ad manendum. Vigila expectans, si uocaris intellectuali uoce, aut quid dicatur, aduerte. Ante oĩm cõditorem nefas est insensibiliter somno premi. Nec in seruis coram dominis patit ordo iustitiæ; forte q̃ tibi loquetur deus, & non homo, quem sæpe homo uigilando expectat. Iacebat in tabernaculo dñi Samuel cũ Heli, se credẽs ab illo uocatum, fed tertio uigilans, inquit; Loquere dñe, q̃a audis seruus tuus; & nota facta est ad eũ in multis diuina uolũtas. Vigila & tu om̃i oculo cũ Samuel & cũ Dauid, dicẽs; Audia qd̃ loquat in me dñs deus, qm̃ loquetur pacẽ in plebem suam. Et ad hanc uigiliã solitudinis, ut animẽ aptius dñs eloquatur, dicebat per prophetam; Ducã eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, dum uigilat intẽte, qui querit aut debet audire diuina. Qui uigilare nõ didicit, difficilẽ potuit uerẽ cõpungi, nec suam inuestigare interiorẽ cõsistentiam, nec exteriori apposuit aptum modum. Habet tur multus innumeros lux diurna, & spargere magis, quã congregare, suum est proprium. Si lèt in nocte rationales rumores, qui magis distrahunt mentem, quã om̃es ferarum & auir

1. Reg.

Psal. 142

Offic.

um uoces. Et in tenebris quilibet recolligit ad seipsum. Proinde nocturna uigilia in tenebris animæ lucet. Tenebræ corporales, lucẽ menti superinducunt, & scrutatur quietẽ anima legẽ dei, seipsam aspiciẽ, stantibus tenebris sup̃ terram; ac ueritatis cõspector in die sibi tenebras fecit, & ut perspicacius intueretur mente in illam, in magnis splendoribus corporis oculos clausit luci. Vagatio uisui sensus, uagari sæpe animam fecit, qui nõ uagatur nisi mediantẽ luce; orbe uerò tenebris obuoluto, nec uagatur anima sui causa, sed hoc cæcus quilibet habet in die, sed auribus sentit ipse rumores. Ergo bonũ sunt tenebræ, q̃a in tenebris corporis oculorũ non uidentur; sicutur ut plurimum, quã maxime sunt causa inuestigatiõis animæ, tenebræ scilicet & silentium. Contrarium uerò, faciunt lux & rumor. Portæ namq; sunt horum perceptibiles sensus, per quas multa ingrediuntur ad mentem. Ac per hoc nox animæ fecit aurorã, tenebræ meridiem, ut conspiceret intellectus ualem orbem diuinorum bonorum, uarijs & inenarrabilibus redimitum. Silentium uerò animæ renouauit, imò roborauit auditum, in auditione arcanorum. Et in nocte confessio diuinæ laudis & propitijs criminis ad deum peragitur; hoc asserbat, dicẽs; Media nocte surgebã, mente pariter & corpore, ad cõsistendum tibi. Intellectualia prata perambulatur in tenebris corporis, & per uias æquitatis eo tempore rectius mens percurrit, & tacentibus hominibus, loquitur deus. Ipsis non auditis, audiuntur corporis uoce carẽtes lucidi & laruales; hi, ut erudiant & consolentur illi, ut terreat & cõtristent. Necnon & plerisque redemptor perparates innotuit. Quod dico, non omnibus dico, sed iure uigilans exequentibus propter intellectualem & incorruptibile bonum, non propter bonũ corporis corruptibile. Vigilant artifices, uigilant studentes, uigilant latrones, uigilant in insidijs milites; ad quos nullus noster est sermo, dum non propellunt somnum, propter omnium creatorẽ, sed ut uenient in mari cordis uitia siue uirtutes. Viderunt bonum uigiliã q̃ plures, noctem uerterunt in diem, ut impræpedite sisterent corã dño. Vidit bonũ uigiliã Paulus, qui ad multas uigilias hortabatur. Vidit & Petrus, sed in oratione uigilare iubebat. Viderunt eremicolæ, qui magis cælicolæ dici possent, quorum plurimi stabat in uigilijs per totam noctem. Vidit Dorotheus, q̃ ab adulta ætate, nocte atq; die dormire nolēbat; qui semel somno oppressus, dormiuit in cœno; expergetus somno, diabolo dixit; Si persuadebis somnũ angelis, persuadebis & mihi. Qui deinceps nõ dormiuit, nisi somno mortis, semper uigilans ad diuina. Tempus breue infallibiliter est. Væ qui somno præterire permittunt, nisi quod non possunt negare naturæ

Psal. 118

2. Cor. 6

1. Pet. 4

improbæ exactrici, cui probiter est negandũ. Amator somni, receptaculum illusionũ. Qui somnũ odit, à phantasis in modico libera erit. In charta perditarum expectarum temporum scribe. Ad fiscales introitus districte pone uigilias. Qui nouit uigilare, nouit orare, & oratiõẽ percutere inuisibiles inimicos; in quorum figura, omnipotens deus in uigilia matutina respexit supra castra Aegyptiorum inuentum Israelẽ, & omnes principes & robur Pharaonis, demersit in mari profundo. Aptum tẽpus ueris agonistis existit, ad interficiendum dæmones & uitia, uigilia matutina; nihilo minus idoneũ illuminationibus nostræ mentis. Hora enim tali, salutationem angelicam, responsionem uirgineam, cõceptionem diuinam, legimus celebratas; & matutinali eadem hora, qua conceptus est, saluator est natus. Cuius natiuitatem, uigilantes pastores à se paratis socijs, didicerunt, & audierunt in corporeũ cantus atq; ineffabiles melodias; quia semper angelis est congrua tam honesta uigilia, exacta pro regno superno, in quo ipsi non dormiunt. Naturale ab eorum creatione, fuit angelis non dormire; nobis uerò, uirtute præstatur & gratia. Eadem hora celebrata nouitas regni cælestis, scilicet resurrectio uolũtariẽ morientis, potentia propria resurgentis; ad quorum memoriã debet amabilis, imò actualis fieri uigilia matutina, ut actus sit mentis discursus per amoenitates inuisibiles paradisi, cum quiete corporis, atq; debito exercitio propellenti somnolentiam importunam. Astant em̃ nequius his tẽporibus terti. Fide certissima tendendum est, dominum caprum pro redemptiõne hominum, tota nocte illa non captalle soporem, sed in afflictionibus & derisionibus irrogatis, pœnaliter cum affectu magni operis uigilasse. Conformia expedit fieri membra, cũ capite inopito. In luce placida est uigilatio, in tenebris uirtuosa, eorum uidelicet, qui p̃ Christo & superis agonizant; ceterorũ uerò, laboriosa uel turpis. Albedo habet disgregare uisum; aggregare, nigredo. Et uisus animæ à luce patitur illud idem, q̃ congregatur in tenebris siue nocte. Proinde omnipotens, nõ solum in signũ magni facinoris, quo filius moriebat in cruce, sed ut rotius mundi oĩm hominũ mentes, in admiratione atq; contemplatione suspēderet, tenebras induxit in medijs splendoribus sup̃ terrã, non solum iudæam, sed uniuersam, ut aduertetẽ nõ esse sine magno mysterio, qd̃ tam insolitũ uidebat. Non fecit tũc tenebras, ut more solito hominẽs dormitarẽt, sed ut nõ uagantibus oculis ingrederentur ad m̃ctes. Fecit tunc noctẽ, nõ ad nocendum, unde nox appellatur, sed ad meditandum, propinque atq; remotis. Proinde p̃ omnia mundi climata, illa obscuritas fuit, in libris annalibus, ac tẽporẽ ge

Exo. 14.

Luc. 2.

1. Pet. 4

Matt. 27

sta continentibus, annotata. Et cum apostolo
rū & condiscipuloꝝ Christi p̄dicatio, per ter-
rarum t̄brebreferet orbem, ex illa obscuritate
multoꝝ claruerunt mentes, cum in p̄dicati
one ip̄soꝝ, concordia facti agnosceret pariter
& uerboꝝ. De quoruꝝ numero fuit Dionysius
Areopagita, ut ex apostolicis: actionum lite-
ra cōprehēdi potest, & fideles historiae narat.
Igitur nō fecit deus illas tenebras, ut tenebræ
diu essent, cum scriptura euāgelica recitat, cō-
festim fuisse remotas: sed ideo fecit, ut in poste-
rum generarent hominibus claritatem. Non
est nox, ut noccat, sed ut prosit ad uitā. Nō est
nox, ut semper ipsam homo dormiendo per-
transeat, sed ut quietus, nō sit suspensus: nō ui-
dens corporalia, spiritalia contempletur: nō
uidens terrena, intueatur caelestia: nō uidēs ho-
mines, cum angelis chorū faciat: immotus pe-
dibus, affectibus gradiatur, quibus solum igni-
tis atq; irruerentibus appropinquatur ad deū.
Ac per hoc bonæ sunt tenebræ corporales, si
in eis lux æterna cōquirat. Bona nox, & fallit
regula deriuatium, quia ipsa p̄stat aptitudinē
contempladi. Et cōtemplari, opus Christi erat
in deserto. Non est scripta literis cōtemplatio
eius, sed scripta est in tabulis iusti cordis, & in
membranulis fidei. Talia contemplant, q̄lia
decebat solum dei & hoīs contemplari. Non p̄-
gitemur accedere ad desertū, si non corpore,
saltem mente, ad cōtemplandum diuina tem-
pore noctis, similiter & diei. Aut diem, pro di-
uinis quiete agendis, uertamus in noctem: aut
ipsum altis cōtemplationibus, mediocribus &
infimis transgamus. Altas dixerim, trinitatē, &
quæ circa nos sunt, bona naturæ & gratiæ: infi-
mas, ipsos dānatos & iniquitatū fasciculos de-
primētes. Vigilia orationē eduxit in lucē. Nā
si ueri oratores (secundū Christi sententiā) sunt
in spiritu, quia deus est spiritus: & tales q̄rit,
nō in monte uel tēplo: in nocte apertior sp̄s, in
die aptius corpus. Et Iesus ductus est in deser-
tū à spiritu, ut in sp̄u oraret, sp̄u uiueret, spiritu
ambularet, ad sui uerā imitationē cætera mē-
bra trahēs, ut in deserto eam, ducti à spiritu.
Vigilemus spiritu, uiuamus sp̄u, ambulemus
sp̄u, & desideria carnis nō periciamus, ne à so-
mmo turpis immergamur. Sed habet nocturni
na uigilia timores nocturnos, similiter habet
& gladios. In Canticis dicitur: Vniuersi uiscerū
que ensis super femur suum, propter timores
nocturnos. Timores nocturni, à dæmonibus
immittuntur, ut aut homo non surgat, aut pa-
uefactus, confocium quærat, qui ad securitatē
erit remedium: impedimentum tamen erit di-
uinarum cultuum, ob reuerentiā innotescen-

Act. 17

Iohan. 4.

Mat. 4.

Galat. 5.

Can. 3.

di, aut reuerentiā cōturbandi: aut sustinebit
illusiones phantasmatum, strepitusq; corpo-
rum sentire sibi uidebitur: in horriditas capillo-
rum saepe fiet: clamor confusus, interdum di-
stincta uox audietur: impulsiones, corporumq;
contactus sentientur, qui à spiritibus fieri per-
hibentur: & illusiones ipsorū dormientes etiā
sentimus: & multa similia cum his sepe fiunt.
Nouerunt enim maligni, tempus nocturnum
aptissimum diuinis theorijs, quod cōtūtur eri-
pere per somnum, aut in uigilia conturbare:
quia in matutino interficiebat. Dauid oēs pec-
catores terræ. Disponebat sanē in nocte iudi-
cia, quia rex erat, ut malefici & iniqui non ui-
uerēt super terram. Sed orādum est, & in qui-
ete noctis mens humana consideret, quomo-
do uitia, p̄cellat, reuocet uirtutes, castiget ma-
la peracta, & malum impunitum in ipsa nō si-
nat. Contra dæmones, peccatores lacrymis
& obsecrationibus interpellant ad dominum.
Et idem Dauid dicebat: In matutinis medita-
borā te, quia fuisti adiutor meus. Ex quibus
irritantur dæmones, excitantur furie inferna-
les ad nocturnos inferēdum saepe timores. Sed
sunt gladij cōtra ipsos tenendi omnino inde-
positē sup femur. Ensis sup femur, iudicium di-
uinum, ad qd̄ ineuitaliter inus omnes, si p̄
fragilitatē anīe n̄e timore superemur. Inter-
rogauit quidam discipulus factus in magno
desiderio uigilandi pro cultu Christiano, quæ-
dam eruditum & peritū in placitis moribus se-
nem, dicens: Quomodo possim bene uigilare
& orare de nocte? Et intēdebat quærēs aliquid
corporale pro argumento suscipere. Et ait ad
eū senex: Timor diuini iudicij, si fuerit inuul-
sibiliter tuo cordi p̄fixus, paululum dormi-
es, modicum dormitabis: uigilabis utiq; atque
orabis, & uelut pestem, fugies grauem somnū.
Ad quem discipulus: Credebam te pater mi-
hi corporis adhibere diætā siue medelam.
Ad quem senex: Experimento didici, nihil fa-
cere tam animam uigilem, & carnem suspirare
altitudie soporis immersam, quam timorem
ineuitabilis iudicij, & distinctæ atq; insubterfu-
gibilis examinationis. Igitur timores nocturni,
diuinis timoribus reprimentur: nec non si
ueritate uirtutum Christi, quem colimus, scu-
to p̄tegimur, non timebimus à timoribus noc-
turnis. Scriptura dicit: Scuto circumdabit te
ueritas eius, non timebis à timore nocturno.
Sanē Christi ueritas, à dæmonum liberat falli-
tibus. Falsa sunt omnino phantasmata, & ab-
initio mendax, mendacijs decipit. Intentio est
maligni, ut tempus nocturnum atq; diurnum,
sine fructu pertranseat. Nocturnum ipsi, diu-
num conturbandū hominibus derelinquunt.
& quod crudele auditu, q̄ uiris solitarijs, remo-
tis à uexationibus hominum, pleriq; cum lu-
cē uariauerunt eorum mentes, & curatā ora-

Psal. 100.

Psal. 101.

Psal. 107.

Pet. 4.

Psal. 51.

Exo. 26.

tionem, & tepidā contemperationem fecerunt,
quāuis non ex toto dimiserunt. Legi quendā
noctis & tenebrarum corporalium utilitatem
aspexisse, qui de materiali sole lacrymabiliter
quererebatur, eo q̄ immaterialis solis abstulisset
solamen. Fures cum furātur, odiunt lumen so-
lis, omnemq; lucem abhorrent: & cum apparu-
erit, existimāt mortis umbrā: nōrunt enim, ad
eorum opera, lucem fieri omnino impedimen-
tum. Cælestes nempe fures diuinorum chari-
smatū atq; secretorum, ad eorum agēda my-
steria, tanq̄ impedimētum condemnarunt: lu-
cem, ueritatem non oderunt. Nihil tamen
odio habendum in ordine uniuersi, prout à di-
uina prouidentia ordinatur. Ergo nulla dor-
mitio uitinā fieri possit, innocua remanente na-
tura: sed non ad delectationem, sed ad necessi-
tatem ineuitabilem capiatur sopor: & locus de-
tur dormitioni recipiens corpus ad requiem,
non retinens dormiendi suauitatem. Dormi-
runt sanē multi modico somno, quorum exci-
tatio non fuit gyratio in aliā partem corporis,
sed egressio à loco dormitionis. Aliqui erecti
stātes, captauerunt sopores. Aliqui sedentes in
cella, somni modicum participium habuerunt.
Aliq̄ post communem orationem & contem-
plationem, egressi sunt in lectionis gradum, &
liberatum eorum facies suscipiebat, & idem
semper erat dormitionis & lectionis locus. Ali-
q̄ commiserunt directoris iudicio, & nihil am-
plius addiderunt. Aliq̄ nunquā præterierunt
iudicium discretionis, nihil dātes aut detrahen-
tes, secūdam mensurā infirmæ aut ualidæ ma-
teriei. Hos securiores dixerim, sed de mille dif-
ficile fit monadem reperire. Diuersæ sunt uigi-
liæ & uigilantiū actus: sicut intentio & remis-
sio in amoribus diuinis & timoribus agitur.
Eximius prophetaur dixit suæ uigiliæ typū:
Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius
in tecto. Alia scriptura dicit, in parietinis. Vigi-
lat rex sui corporis, qui pro Christo suscepit ago-
nem more auiculæ solitariae. Sed ubi agitur ui-
gilia? In tecto. Tectum animæ; corpus nostrū
est: quo dormiente, anima oppressionem patit-
tur, & in suis directionibus non est libera: ipso
uero uigilante, animæ sua iura subueniūt. Te-
ctum, charitas est: quia charitas operit multitu-
dinē peccatorum. In amore seruido uigilandū
est. Et beatitudinem dicebat Dauid peccata
sic tecta: Beati quorum tecta sunt peccata. Te-
ctum dicitur Gog, in quo intelligitur occulta
diaboli tentatio. In quo tecto uigilandū est, ne
diabolus uitū uirtutū similitudinibus tegat, &
nos in foueā deceptionis immergat. Inuestigat
hæc uigilia solitaria, & sicut passer solitarius se-
dulō inuigilet Christianus, ut diaboli tectos pos-
sit intelligere dolos. Vigilandum sanē in tecto
est, quod legitur fuisse à deo mādātū, quod te-
ctum tabernaculi regeretur sagis cilicinis: Tar-

bernaculum dñi est, ubi dñi steterunt pedes,
de quo etiam Psalmista dicit: Introibimus in
tabernaculum eius, adorabimus in loco, ubi
steterunt pedes eius, qd̄ est ecclesia: & ubi ste-
terunt pedes dñi, scilicet Christi humilitas, q̄s
pedes Magdalena lacrymis lauit. Apostoli
eius predicatorum, q̄ per mundū uniuersum eū
p̄dicādo portauerunt, quos prope horam
mortis, Ch̄s proprijs manibus lauit, ut mūdī
ores & aptiores essent ad euāgeliiū p̄dicā-
dum, quosq; pulchritudo antequā esset, à spiri-
tu sancto accepit p̄conitū pulchritudinis at-
que laudis. Vnde Isaias dicit: Quā pulchri su-
per mōtes pedes annūciātis & p̄dicātis pa-
cē: Quæ pulchritudo ad apostolos referē, qui
supra montē ecclesię positi, pedes Christi pacē
annūciātis atq; faciētis in toto mundo fue-
runt. Pedes dñi, affectus & intellectus Christi,
q̄bus inter nos ambulat usq; ad finem mūdī.
Propterea ipse dicit: Ecce ego uobiscum sum
o. di. usq; ad con. seculi: quia diligit nos, & opa
dilectionis impendit, & intelligit nos, & quæ
circa nos sunt, ut nihil sit absconditū ei. Tectū
uero huius tabernaculi, est supereminens cha-
ritas, quæ iteꝝ operit sagis cilicinis: quia quāto
ardētius & altius fideles dilexerunt omnū de-
um & patrem, & filium eius quē misit Iesum
Christum, tanto asperioribus uestibus tribu-
lationū uoluntariē sunt operi. Interroga mar-
tyres, interroga cōfessores, interroga & uirgi-
nes, & respōdebūt tibi. De quo tecto, etiam
Psalmista pro ecclesia loquit: Extendens cæli
sicut pellē, qui regis aquis superiora eius. Cæ-
lū est ecclesia, ad differentiā synagogæ pro-
cis atq; terrenę. Extensa est & dilatata est eccle-
sia, more pellis, ubi sunt scripta diuina myste-
ria. Superiora uero, tecta sunt aquis, qui sunt
superiores sancti, tribulationum, angustiarū,
afflictionū imbribus operi fuerunt. De quo
charitatis ecclesiæ tecto, saluator tribulatio-
num tempore consulit non descendere, dicēs:
Et qui in tecto est, non descendat tollere ali-
quid de domo sua. Et gloriam dñi uidebant
filij Israel super tectum foederis, dum erant in
deserto solitudinis, ut omnino more solitarij
passeris nos oporteat uigilare in tecto, si glori-
am domini quæramus contemplari. Et ita ui-
gilemus in tecto, ut ne credamus confortes sic
ri consolationum, nisi fuerimus & passionum.
Fiat igitur uigilia corporis, ut esse possit in cō-
sideratione horum uigilia mentis: quoniam ali-
ter q̄ in tecto ecclesiæ non est salus. Et tribula-
tionum sagis cilicinis assumptarū aut illatarū,
oportet operiri saluari uolentem. Delicata in
adultis hoibus uirtus, nescio si p̄duxit ad deū.
Silebat in deserto Christus, nemini ore
corporis loquebatur. Pax ei ab hoibus loqua-
cibus erat, prærogauit in se utilitū res: normā,
& silentij sui censura nos ad silendum clamat.

Psal. 131

Luce. 7.

Isaie. 52.

Mat. 28.

Psal. 103.

Mat. 24.

Num. 14.

Iſaie. 30.

Pro nobis Christus omnia gessit, nō cogebat necessitate aliqd ad seipsum referre. Viator erat & comprehensor: sed nouerat bonum sicut sentij & pacis, quod ante per suam sapientiam prædictum fuerat ex propheta: In silentio & spe, erit fortitudo uestra. Erat cū bestijs, quæ sibi non loquebantur, & ignorabatur ab eis, nisi prout animalia consueuerunt propriū do minum recognoscere, quodam eis indito in ſtinctu naturali, uelut eorum creatorem & do minum agnouissent: ea differentia cognoscen di, qua differunt ab hominibus utentibus ra tione. Faciebat hæc in sapietia Christus, & per sapientiam in deserto cum bestijs morabatur. Ad scholas deserti ueniant, qui uolūt noua sa pientia, imò æterna sapietia edoceri, & illa sci re quæ uulgaris mundus ignorat. Si quis sapi ens esse cupit, hæc agat & intelligat, & sapiens erit. In moribus em Christi, magis actione, q̄ lectioe quisq; fit sapiens. Si quis em cuius ra tio uigeat, appetet magis scire, q̄ cum proca cibus loqui: & cum insignitis ratione, carenti bus usu eius, nullo modo habebit alloquiū. Qui cū paruulo loquit, oportet in qua organi zare paruuliter: & qui cū stulto, stultorū finge re uerba. Cū a ratione auerſis loqui, similes ex pediet formæ sermones. Ad quæ sapiēs nul lo pacto animum inclinabit, damnū existima bit inaniter emittit uerbum, silebit potius, aut interdū cum irrationabilibus animalibus & auibus aliquatili delectatione uacabit. Et enim aues & animalia terrestria secundū natu ram agunt, & nihil reprehensibile habent. A ra tione per p̄m auerſi, cōtra naturam faciunt & loquuntur, quorum consortium maxime sapiens deuitabit, & captabit potius cōsortia bestiarū. Delectabilis est omnino animæ lu cidā ratione uigenti, cum secundum naturam agentibus animalibus stare, quantum per ratio nem incognitus sit ab eis, q̄ cum hominibus à ratione distortis asciscis, si per rationē non est cognitus eis, aut si esse non potest confabula tio rationis. Nam si sapientia dicite, ubi non est auditus, non effundas sermonem, multo magis informat cū hominibus fatuis, sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, ne ha beas locutionem. In bestijs nō turpatur natu ra. In huiusmodi hominibus, ratio natura lis confunditur. Querat igitur qui sapiens est, à malis hominibus omnino secretum, etsi ali quando expedit, potius cū animalibus quam cum secleratis hominibus ex hilarationis ca pteat compendia. Ergo uitabit omnino publi cum sapiēs. Deuitabit, ut sola necessitas appa reat faciat in publico, uoluntas uero eum te neat in occulto, & sapiens silebit usq; ad tēpus.

Ecc̄i. 31.

¶ Sed post ieiunium Christus reuocauit esu riem, quam alta uirtute frenauerat.

Et cū ieiunasset quadraginta diebus

& quadraginta noctibus, postea esuriit.

¶ Esuries est quædam inestina adustio, ex carentia cibi, cum stomachus nō habet quod urat, in semetipso esurit. Sed hoc nobis ma gis ueritate humane nature ostendit, & id quod Christus pro nobis gessit, quam mores. Proinde Christianæ mentes insurgant, & hu manatum dei filium contemplantur in deser to iuuenem egregie formæ, hominē sine ma cula & p̄tō, attenuari ei uinijs, squalidari pal loribus, cum bestijs conuersantem, orantem, uigilantem, tacentem, nescio si lachrymantē, homo enim erat, & quod fecit, nō minus cre ditur in occulto fecisse, unde forte q̄ in deser to pro humana natura coram æterno patre la chrymis factis fecit. Videte progressum istius hominis in deserto. Ab omni corporis cura lon ge factus erat, & quod plus est, dæmonijs se ad tentandum exposuit, ut causam legitimā ad uersus diabolum sumeret, si tētare præsumeret innocentem: & ad periculum & expoliationē diaboli cederet, si cum Christo iniciaret iniuste cōgressum, ac terrorē nobis in cūteret dei omni potentis, consideratibus lauale exercitum, in quo inuentus est tantæ audaciæ dæmon, q̄ præsumpsit in Christum. Cuius cor formidi ne non terrebitur, si audit à diabolo Christum fuisse tentatum? Prærogauit etiam patientiæ atq; resistendi exemplum, cum eius progres sum atq; finem tētionis inspicimus. Sed qua ratione, quo tempore, qua effigie, quo gestu ad eum tētor accellerit, prout ipse ministra uerit, enodemus. ¶ Rationabilis diabolus est, & quantūcūque damnatus, bona nature nō perdidit. Et subortis rationibus, ad Christum tentaturus accessit in eremo. Luciferum uero, præ omnibus acuitate splendētem, credimus hunc fuisse: & decebat, quonia ab hominis pri ma creatione, homo similis & tantæ nouita tis atq; uirtutis, mūdo usq; in præsens illud nō apparuerat, & terrebantur dæmones nouita te degentis, quorum inuisibili & mutua deli beratione omnium decreto, iste præsumpsit adi re, ratioibus altissimis & incōprehensibilibus incitatus. Nouit diabolus omnium corporū mo tus, actus, & nihil ei subterfugibile in corpori bus: & ab eo tēpore, quo Abræe atq; David fa cta est reprobmissio de Christo, cœtus dæmonij quod euenit expauiit, & semper suspicatus qd accidit. Intelligebat em diabolus promissionē illā, intelligendi claritate qua fulget. Et cū ad Isaiā factus est sermo, Ecce uirgo uel alma cō cipiet, semper territus māsit. Prophetas em de Christo factas, plenissime intelligebat, tēpus omnino nō no uerat. Cū aut cognouerit dæ monēs uirginis intumescere corpus, integritate seruata, obstupuerunt. Sciebat em, quod nec Ioseph ad eā, nec alius fornicator accesserat: nec aliqd ore supserat, unde corpus grauidæ

Iſaie.

si more tumesceret, & tunc uelut solertissimi & insopiti exploratores afflebant, ut rei eue ſſi cognitione perciperent. Cum aut uirgo pe perit, integritate seruata, cor intellectus omni no clauderetur, quia præ natura hoc esse in dubitanter sciebant, sed factum intelligebant potētia creatoris, quam ipsi sciunt firmiter infi nitam. Cognouerunt puerū ingressum habere ad hanc mundi miseriam per cōmunem natu ræ portā, & purum esse hominē putauerūt: sed porta in ingressu, in egressu, post egressum clau sa manente, plus q̄ hominem crediderūt. Au dientes solitos infantium uagitus, hominē pu rum esse dixerunt: ab angelis nouā & insolitā cantilenam audientes, addiderunt stupori.

Locus aliquis ostēdebat humanū, nouitas declarata pastoribus, aliqd ostēdebat diuinū.

Falsitatis, cunæ, ablutio atq; lactatio, circū ciso octaualis, humanitatis erat indicij: q̄ le ſus uocaretur, prætebat diuinum.

Mora præsepina, erat humanitatis: sidus no uitratis effulgens, ducatum insolitū mundi re gibus præbens, ipsorum adoratio prona, obla tio mystica, erat sp̄cimen deitatis.

Præsentatio in tēplo cū oblationibus pau perum, animos ad humana solum consideran da uergebat: Simeonis & Annæ uerborū ex cessus, ad diuina mittebat.

Mat. 2.

Fuga in Aegyptū, purū hoīem demonstra uit: simulacrorū casus, diuinū ostendit autorē. Regressus in Iudæam, hoīem designauit: du odēnis atq; templaris inter doctores standi au dacia, præfagia uitæ excessum.

excessū

Parentū quæstio, arguebat p̄ hominē: ipsi us responsio, patrem ostēdebat diuinum.

Luc. 2.

Descensus Nazareth atq; subiectio, cōmu nis forma uiuēdi, humanitatis erat assertio: pa rentū reuerētia, stupor in uisidō, locutio mu tua, q̄ de ipso sapius erat, ad diuina scēdebat.

Omnium carentia uitiorum, corporis mo tus ex omni ratione peractus, dñum mebro rum, reprehensibilitas nulla, sanctitatis altissi mæ imaginem præferbat.

Mat. 3.

Cum ad baptismū uenit, monstratus est ut homo peccator: cū uox paterna insonuit, cōfusi sunt in suis opinionibus dæmones, sed detē ti ab ignorantia, æstimaerunt etiam uirtuo sum hominem filium dei posse clamari, quod scriptura sæpe commemorat.

Accessus ad desertum, ad hominem perti net: abstinentia longa, sanctitatem atque altam uirtutem insinuat.

Esuries uero, ad humanæ nature defectum cogit regredi contemplantem.

His rationibus in seipsis per oīm modum distantibus, agitur diabolus, ad probandum quisnam esset, non potuit amplius differre cō gressum. Volebat enim scire quis esset, cū oīm hominum haberet ipse scitiam, & suo iuri to

tum genus mancipasset humanū, quantum dis par in hominibus eius esset sēua potestas, & mi rabatur q̄ cum saltem in motu corporis non poterat titillare, ut quid modicum operaretur impertinens, & usq; ad corporis præter ratio nem motum, non poterat inclinare. Plus erat stupendum, q̄ uelut ad flammantē ignem nō audebat approximationem facere, p̄ter ipsam liberam uoluntatem. Nunc uero unus prouo catus ab ipso, ad ipsum tentator accessit, uolēs etiam maculare si posset. Pœna semper reno uatur dæmonibus, & uerecundia quædam, si uident quempiam ex uirtute superna conscen dere unde ipsi corruerunt, & eorū pœna susci pit iure augmentum, cum inferiorē partem uirtute propellere cognoscunt, quam ipsi na tura nobiliores procaciter abiecerunt. Et si ma culare non posset, quærebat ipse habere no titiam, ut si secundum suspicionem deus erat, nullum sibi uidebat adesse remediū: si sanctus, quod maxime præuidebat, non tantum sibi ti moris ascriberet, aut de perditione captiuitate dubitaret: Sciebat q̄ nemo sanctorū aliquē si bi uiolentē abstulerat, ipse uero sanctorū ueteris testamēti, & duces, & reges, & patriarchas, & p̄ phetas populi, licet non pœnaliter, tenebat in clusos. Innumeros uero ex omni populo pœ naliter, nec p̄ Christum eruditos, detinebat in trusos. hoc peragere antiqua & practica mali cia satagens, effigiem assumpsit, qualē cogno ſcebat huic mysterio conuenire. Dum em ten tati fuerunt primi parentes atq; decepti, procu ratum fuit à diabolo in forma serpentis, q̄ erat

Gen. 3.

callidior cunctis animantibus, non tñ callidi or homine: homo uero alius nondū erat, quē ad tentandum potuisset absumere: atq; per al terum non debebat primo congressu decipe re, s̄ assumendo unius effigiem ad deceptionē alterius. Cognoſcebat se mutuo, & tertij de inceps sciebant hominem nō esse creatum, p̄ inde facile machinamētum diaboli fuisse de rectum. Sed tempore, quo diabolus Christum tentaturus aduenit, orbis terrarū pollebat mul titudine hominum, & famosorum in omni fa cultate doctrinæ. Adhuc aut & philosophan tes, deserta petebant & inhabitabant, ad subti liorem speculationem eorum, quæ uolebant in astris & rerum natura conquirere. Proinde qui accessit, effigiem assumpsit humanam, sub eo respectu præ eminentiæ, qua homo anima libus omnibus antefertur. Et erat effigies, non ueterani hominis, decrepitiq; ætatis, ne crede retur delirus: non adolescentis, ne sciolus aut inexpertus haberet: sed effigiem grandæui ho minis, mediocris ætatis, modestiorum morum, multæ peritiæ, magnæ eloquentiæ: qui nō sta tim uerbum tētionis emisit, sed uelut tenta tor uerba præmisit, quæ nullus euangelistarū ponit, & intantū in talibus præmissis sunt mul

ta & uaria uerba premissa, ut ex parte diaboli conditionalis locutio sequeret, ut scire posset quod per eum potissimè quærebatur.

Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Sed ante uerborum declarationem, tempus aduentus diaboli prænotemus. Peracto quidrigato ieiunio ex fame aduocata, quã diabolo innotescere uoluit, ipse tentator aduenit, cauens omnino tempus nocturnũ, ne reputaretur phantasma, uel fallax aut latibulus pseudo. Diurno siquidem tempore uoluit inire congressum. præuidebat enim cum esse solertissimum uisorum, & sciebat quod cum nullum adhuc poterat maculare delictũ, & omne peccatum abstabat ab actibus eius, & timebat reprehendi ab ipso in astutia sua p sapientiam eius: nec ad tentandum multũ tempus apposuit, sed quasi modico pparatiuo, fecit omne machinamentum eius. Sicut primorũ parentum masculasor, breui hora perfecit exitum, sic iste credidit hunc hominem tentationis bello cõsistere: sed relictionẽ accepit, & protensa parump mora, sed tñ eodem die trinam tentationẽ pfectit. Nec ut quidam male suspicantur, antecesserit: aut accessit iterum in deserto, nec nisi trinam tentationẽ, ut euangelistæ tradunt, ingressit. Sed mirum atq; stupendũ hũc dialogũ, audire oẽm astutiam, cum omni sapientiã cõuenisset: iniquitatẽ cum iustitiã: machinatorem mortis, cum largitore uitæ: proditorẽ, cum ueritate: damnatum, cũ saluatore: Belial, & Christum, inter quos nulla est conuentio. Exploratiuẽ diabolus loquitur, cum conditionẽ apposuit, Si. Huius uerò dialogi declaratio spectat, ubi de uerbis agitur saluatoris: expedit em̄ ordinem seruare susceptum.

¶ Sustinuit tamen passionẽ dñs noster Iesus Christus p patientiam, qua oēs expedit in tentationibus præornari. Profecto impatiẽtia in tentationibus, est ruina tentati, quũ in id de quod tentatur, non ruat. Non expedit animã tentationes impatienter suscipere. Frangit sanẽ impatiẽtia mentes, sed uelut agonem coronarũ conciliatiuum, oportet ingredi tentationis ex amen, & cognoscere diuinam prouidentia ad nos inclinam, ut inuisibiliter ab inuisibilibus hostibus inculpatẽ probati, probati uerò, coronemur in castris triumphalibus magni regis. Adhibuit sapientiam in tentatione uincenda saluator. Etenim scriptura se tuebatur, dolis non esse præstandum assensum. Ipsa quidẽ scriptura maxima pars est tutelẽ: si anima in illam perfectẽ direxerit intuitum, uoto se firmans directionibus eius, inuenit plenẽ in illa unde ois tẽtatio rescupatur. In Dauid autẽ figurabatur, qui stetit in deserto Engaddi. Engaddi, oculus tentationis interpretatur. Oculatus erat Iesus aduersus diabolum. Oculatũ oportet esse tentatum, aduersus eum qui tentat, ut perspicaci-

Gen. 3.

1. Re. 24.

ter uideat unde resistat, ne ipse uelut cæcus ad obiecta succumbat. Sed attende profundissimam humilitatem dñi saluatoris. Scripturarũ documento atq; doctrina, nõ potentia uoluit reprimere tẽtationem, præmonest faciens nobis, ut eodem schemate reluctemur. Resistẽtiã pel tam accipiẽs, in nullo præstitit assensum. Sed cum paternum honorem derogare diabolus aspirasset, ut adorationem soli deo competentem, ad se cõuertere niteretur: digna, quã meruit, fuit repulsione damnatus. Quo depulso, statimsecutum est ministerium angelorũ, nobis omnino ignorantibus in quo erat: nescimus si corporaliter ad cibum, aut aliquid aliud, aut spiritualiter ministrabant. Sed crediderim, in ministerium laudum & glorificationũ & adorationum competentium, omnium regum, p triumpho duelli, quẽ de hoste tenebroso susceperat, ad nostram animationem progatum exẽplum, ut si dæmones uincimus, socios angelos habeamus. Ac per hoc omnium doctor Christus, qui ueram & infallibilem & sursum ferentem, docet hominem scientiam, & spiritualis itinerationis in se, per se, a se, p se ponere gressus nouit, in isto deserto nos instruit, ad quod ducatur sancti spiritus ut homo accessit, erudiẽs nos, ut nõ humano sensu, ac propria regulatione ad agẽda feramur, sed ad lumen & directionem spiritus sancti, qui datus est multipliciter & uariẽ, differenter & mysticẽ, unus existens, diuersum o de facies: & extra mundum & oẽm amœnitatem & cõsolationẽ corporis & cõpassionẽ fieri ueros sequaces docuit, cum solus abiit in desertum. In quo prærogauit nobis exemplum orationũ, uigiliarũ, meditationũ, cõtẽplationum, segregationũ, pugnarum, & ad tẽtationem præparauit suo exemplo uoluntarios sectatores. Sed nostri capitũ & uictoriosissimi ducis tentatione inspecta, nostras prout fieri assolent, partim per inuestigatione infima perscrutemur. Nempe lux si dei nostræ uniuerã perlustrat, & bona & mala perquirat. Illa ut agat, ista ut caueat. Sed mala priusquam fiant, præcedit plerumq; tentatio atque deordinatio interioris hominis: idcirco mali mentalis aut actualis aditum, initium, pcessum ad euitandum, Christiana consideratiõne tangamus.

¶ De diuersa & multiplici tentatione. Cap. V.

LVx fidei uniuerã plustrat, & bona & mala perquirat, ut agat & caueat. Sed quã mala priusquam fiunt, præcedit plerumq; tentatio, & deordinatio interioris hominis, idcirco mali mentalis & actualis aditum, initium & processum ut euiremus, Christiana consideratiõne tangamus. Tentatio euenit plerumque nascẽtis postea, sicut fuit in parentibus primis: sed non est in potestate nostra cum sit,

Mat.

unus

nec potest esse nostræ uirtutis, quod nõ fiat, sed nõstrum est præbere uel nõ præstare consensum, quæ cum sit & resistitur, non ad culpam & peccatum, sed potius ascribitur ad uictoriam & coronam. Et quia dæmonis est tentare, nostrum est resistere: quod diabolus quod in se est, & nos quod nostrum est, faciamus: qui propter suã improbitatem & impudentiam, tempus ad tentationem uacuum nõ prætermitterit, nisi ut pacẽ præterdat, & securius hominem incautum ex parte inuadat. Aut cũ quẽpiam qualificauerit, ut tibi & superbia repleuerit, quẽ tentare nõ oportebit, quia ille seipsum tentat, seipsum impugnat, sibi ipsi blanditur in malis, ipsemet sibi laquei parat, seipsum cõfodit, p seipsum ad cadendum absq; impulsore sufficiens est, imò deficiens. Sed post tentationem, si nõ resistitur, sequitur cogitatio cũ aliquo de cursu temporis, quod leue peccatũ est, aut nullum, si cogitatio sit ut peccato aduerset. Postmodum sequitur delectatio, quæ uel erit citra cõsensum, & tunc erit ueniale malum: aut erit morosa etiam absque cõsensu, cum quis uult in cogitationibus carnalibus delectari, sed nõ cõsentire in actum, & hæc inter moralia deputanda: aut erit cũ consensu, & tunc erit peccatũ mortale, si de his infurgit & perficitur, quod de suo genere moralia sunt. Post consensum uerò deuenitur in opus, si habilis caderet, & tẽpus & locus. Ergo peccatũ actualis, in ordine tentationis, originẽ trahit a libera uoluntate uniuscuiusq; per suggestionem, delectationem, consensum & operationem, secundum illud Iacob: Unusquisq; tentatur a sua concupiscentia, abstractus & illicitus: deinde cum concupiscentia carnis conceperit, parit peccatũ: peccatum autẽ cum cõsummatum fuerit, generat mortẽ. Nec etiam hostis antiquus de aliquo uitio tentare desistit, quod nõ dormit nisi supplanter. Et uices tentationũ uariarum multipliciter, ut decipiat, quod si non in omnibus, saltẽ in aliquo uincat. Tentat quippe initium faciens, ut aut p auersionem a creatore ad infima conuertatur: aut per cõuersionem ad creaturam, ab eo qui nos cõdidit, auertatur. Quod uerò istorũ prioriter aut posteriter in anima, durum est diffinire. Nos uerò dicimus uelut generationẽ & corruptionem simul fieri circa idem: quia si confinia uitiorũ sunt uirtutes, uirtutum autẽ termini aliena uitia existunt: non ergo erit ab uno egressus, quin ipso instanti, ad alia fiet ingressus: nec fiet ingressus ad alia, nisi ab alijs subitus sit egressus. Sed si fidei mysterium inducimus, quod dicuntur, clarius patenti: quia sicut in eo qui baptizatur, de filio iræ, gratiæ pfititur filius, eodemq; momento cũ filius efficitur gratiæ, ab ira paterna egreditur. Ac hoc nõ est intelligendũ, quod si uirtuosus actus ex discretiõne, aut ex mandato, seu necessitate interdũ intermititur, quod uirtus dilata ex animo relinquatur.

Nec credendum, quod p improuidã negligẽtiam seu tristitiam, aut incautelã & somnolentiam, & similia, seu p incuriam uenialium peccatorũ egrediat quis a deo, & ad creaturam cõuertat ipso spreto, si uirtus & amor eius teneatur in animo. Progredu ultrã tẽtatio, ut bonum aliquid nõ fiat, quã repellit mortis festinãtis memoria, prompta sollicitudo bonorũ, sanctorum nõ impeditur amor. Si succubunt in istis improbi tentatores, aliam inferunt acrimiam, ut si bonum quis facere disponit, saltem minoris boni electio in agẽdo ualeat, melioris electione abiecta, cui uera & summa dilectio aduersatur, & desiderium maioris approximationis ad deum oim regum regẽ, quod moralis æmulatione terrenos milites, ad terrenos reges uidemus insistere, ut uniusquisq; uelit esse se propinquior. Quod cũ in ista præualere nõ possint, suggeritur ex tẽtatione, ut bonũ fiat iudicio proprio, saniori cõsilio resutatio, quam debellant timores aut obediẽtia charitatis, exemplum sanctorũ uitã in ueritate agentũ Christianã, consilia & testimonia scripturæ. Cum uerò agonista Christiferus ex uictoria supra factum agonẽ perfecit, ad inanẽ gloriam & sterilem laudem se conuertunt inuisibiles tentatores, & apros actibus suis inueniunt inuisibiles laudatores, ut parta in pelago, in portu laudibus mergant, & onustam ex sanctis labioribus nauem, beatificando animã omnia bene fecisse, ad profunda pditionis deducant: quã Apostoli sententiã reprimunt, cũ dicit: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanq; ex nobis, multo minus & facere: sed omnis sufficientia nostra, ex deo est. Et saluatoris sententiã confundit, quod dicit: Cum omnia benefeceris, dicite: serui inutiles sumus. Nec nõ altitudo dei & dignitas magnificentie suæ, cui suspirando seruiamus, omnino dignẽ seruire non possumus, apud quẽ secundũ Isaiã, uelut pannus mensuratur, sunt nostræ reputatæ iustitiæ. Quomodo enim creatura ex cõdigno respondebit altissimo? Magnitudo autẽ promissi præmij, (quod secundum Apostolum nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriam, quod reuelabitur in nobis) uirtutumq; cõsiderata proprietates, quã implere nequimus, a tali uana tentatione nos liberauit, nec nõ ad sanctorũ altissimorum uita pfecta, te pmettet extolli de pfectione uirtutum. Horũ em̄ consideratio sedula, quã pia aiam in terminos nihilitatis, & nullius operationis includit, ut sibi nihil fecisse uideatur, & quod fecit, magis iniquitas sibi quã acquiras apparebit. Tentat inquieti sibi, & nobis improbi, dæmones de omni uitio spirituali, ut ad quãdã infidelitatẽ seu dubietatẽ misteriorũ Christi, animã inducãt, s. incarnationis, natiuitatis, cõuersionis, passionis, mortis, sepulturæ, resurrectionis, ascensionis, repromissionis æter-

2. Cor. 3.

Luc. 17.

Isa. 64.

Rom. 8.

nae, similiter sacramentorum, maxime corporis Christi, dubium inferre conantur: immunditiam in Christo, in uirgine matre importune plerumque menti nostrae supponunt, ad blasphemandum inducunt, & incoemencia plura circa diuina phantasticari faciunt mentem nostram, & de spiritali supbia & uana gloria, & similibus mentem nefarie colaphizant, & de exterioribus uitijs a tentando, propterea non quiescunt, de quibus dearticulatum, doctrinalis dabitur sermo. Sed quia multoties per eorum improbitatem conuinuam, uarietate tentationum intantum mentem afficiunt, ut aperiatur in uitijs periculosa tentatio, ut uicinia faciat passioni, magis uero cuiusdam desperationi, ut ipsemet discernere nesciat, si peccato ex tentatione negauit, aut praestitit assensum: idcirco tali perplexitati dignum duxi humiliter, magis uero fideliter subuenire. Cum enim tentatio agitur in quocumque tentationis genere, siue trahatur per ipsam contra diuina, siue ad humana & temporalia tentatio ipsa descendat, si displicentia & amaritudo aduersus ea, de quibus tentatio agitur, in corde firmiter teneatur, ut potius poena eligeret, quam consentiret, & mortis expectaret supplicium, quam deueniret in actum: nihil adesse periculi, nihil mali causa timeatur. Probat enim nos deus, qui fidelis est secundum Apostolum, nec nos supra id quod possumus, tentari permittit, sed facit cum tentatione, puenctum. Nam nec quomodolibet tentari, sed assentire, peccatum est. Proinde in quacumque perplexitate propter uehementiam tentationum persistitur, non ad ipsam tentationem, aut suggesta per demones, sed ad uoluntatis rectitudinem & placitum reuertatur. ut ipsa rectitudo seu ratio, uoluntatis placitum liberameto suae aequitatis examinet, ut sciat quae magis in placito sunt, spiritalia seu corporalia, uirtutes uel uitia, diuina uel humana, inuisibilia siue uisibilia, potiora uel minora: ut si mens digniora placido amore amplectitur, indigniora iusto iudicio dedignatur, in sanam partem deflectat iudicium, ne credatur adesse infernale peccatum, pro eo quod naturalis ordo iustitiae, legis & gratiae, a tentato macula non accipit. Si autem indigniora indebito amore perstringit, peruerso iudicio potiora continent, in sinistram partem declinat iudicium, & peccatum adesse in foribus protestetur, quia ordinem trinum legum maculam tentatus iniecit. Proinde multa intelligentia oportet intendere, si horum cupimus habere notitiam: sed neque possumus, nisi de primis motibus illustremur, qui si a pura natura & condita insurgunt, peccatum non inferunt: quia neque a bona causa causat & malum, neque percipiendo per naturam & sensum, obiectas extrinsecas qualitates peccatum admittimus, si naturalis ordo iustitiae non maculatur, & lex scripta perhibens, inuolata seruatur, & desuper infusa & data gratia custoditur. Quis

1. Cor. 10

enim uidendo, audiendo, gustando, olfaciendo, tangendo, loquendo, tacendo, quiescendo, operando, cogitando, imaginando, naturaliter peccauit aliquando, nisi quia ordinem naturae iustitiae peruerit, legem scriptam non custodit, & gratiae fecit despectionem? Sed plerumque insurgit in sensualitate a natura corrupta motus illiciti, qui si statim attenditur ad petram, peccatum non causant, cum nostrae potestatis non sit auertere, ne insurgant: sed cum insurrexerint, ne procedant, nostri recte arbitrii potestatis: qui si statim repressi non fuerint, a corrupta natura in sensualitate habentes initium, etiam si non progrediatur ulterius, generat ueniale peccatum: quia non statim prohibuit malum, quod debuit prohibere liberae uoluntatis dominum: & saltem accedit aliquantilla delectatio & causatura, unde peioratur & uilificatur anima, sicut per accessum ad deum, & delectationem in ipso, melior facta fuisset atque nobilior: procedentes uero ulterius non repressi, in tantum grauamur in culpa, in quantum naturae legis & gratiae confunditur debitus ordo.

¶ Unde tentatio. Caput VI.

A Patre misericordiarum, gratiarum, consolatorum & luminum, omnia opportuna nobis ab eius aeterno filio & tempore fratre nostro docemur expectare, ut etiam a tentatione custodiamur. Non autem est timenda tentatio, sed casus in illa: nec orandum est contra ipsam, ne ueniat, sed ne decipiat aut inuoluet cum uenerit. Ipse saluator quod docuit sic orare, in seipso ante fuerat expertus tentationes satanicas: factus iam in experientia humanorum, quibus in carne succubuit, nunquam animo superatus aut per molestiam motus, excepto quod pro nobis assumpsit tristitiam. Praecepit enim in capite, quod diffundendum erat in corpore, ut fideles eius tentationis potera paterent, non ad subuersionem, sed ad probationem molestioris agonis, ut post uictoriam preciosior corda in certatoris capite ponerent. Si uero tentatio ex uehementia quaeque subuertit, aut ante ne subuerteret, humiliter non fuit oratus, aut talis superbia in anima insidebat, quae per casum tentationis propellenda erat. Multis quidem alta sapientibus, & de se presumptibus inductio permittitur in tentationem, profuit ad uirtutem, ut dirigeret in salutem. Saepem uero ipsa tentatio tentari, demerito cognitum uel occulto, deduxit in casum, & casus in aeternum supplicium deduxit cadentem. Ac per hoc filius dei diuine atque humane hostes docens, edixit a patre petere, non ne tentemur, sed ne in tentationis barathrum demergamur. Inductio in tentationem qua petimus deuitare, est in illis malis seu mali sine deuenire, prout improbus tentator intrudit. Est autem difformibus & difformiter sepe aut aliquando immixta tentatio: non enim ois est inductio deuitanda, sed illius, qui ex principio & medio & fine perperam

Deut. 15

1. Cor. 1

1. Cor. 7

Mat. 5

Mat. 5

agit. Nam tentat deus ut probet uirtutem, probatam coronet, ut tentauit Abraham in fide, spe & charitate, cum offerre iuberet filium in uno montium sibi ostenso in sacrificio mortuum. In tenebat quidem deus non aliquid mali, sed in ipso probare uirtutes fide: quia cum Isaac esset filius reprobationis, in quo multipliciter ad futurum gentium, non est mente aut uerbo aduersatus offerre illum iuxta mandatum, nec haesitauit quomodo multiplicatio generum oriret. Contraaria porro erant, quae ex Isaac multiplicarent gentes, & quae in more mortui litarent. Nec obstat quod in semine quod erat Christi, in figura talia dicebant, quin deus uoluerit Abraham in fide tentare, ita & in spe prope caelestia capellenda, contemptum terrenum in charitate, cum filium in quem totus paternus amor diffunditur, diuine iussioni postposuit, amorem diligens deum. Ac pro hoc cum deus tentat, non est petendum, ne in illam fiat inductio, cum tentat ad probationem uirtutis, sicut scriptum est: Si surrexerit in medio tui prophetae, aut qui somnium uidisse se dicat, & praedixerit signum atque portentum, & euenierit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruamus eis: non audies uerba prophetarum illius ut somnatoris, quia tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima uestra. Nisi quod ad perperam agere uel sentire tentauit aut tentat amator omnium deus, quod Iacobus Christi apostolus asseuerat, promittens in tentatione beatitudinem sufferentis: Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam reprobis deus diligentibus se. Nemo enim cum tentat, dicat quia a deo tentat: deus enim intencator malorum est, ipse enim neminem tentat, uidelicet ad subuersionem. Vnusquisque enim tentat a sua concupiscentia abstractus & illectus. Itaque contra inductionem in tentationem propriae concupiscentiae, coram aeterno patre puerandum est contra satanam, de quo scriptum est: Nolite fraudare in uicem, sed reuertimini in idipsum, ne tentet uos satanas prope incognitum am uestrum. Et Petrus Ananiam dixit: Cur tentauit satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agris? Huic quidem contra casum in tentatione huiusmodi orandum est. Non autem permittit deus tentari aliquem supra posse in superna: quoniam non coronabit, nisi qui legitime certauerit: certam uero, sine tentationum bello non gerit.

¶ De uocatione discipulorum, & praecipitatione domini Iesu in Nazareth, & de ascensione in mortem. Cap. VII.
Peracta mora deserti, & pugna & uictoria saluatoris Iesu in uirtute spiritus sancti, in cuius ducatu accesserat atque intrauerat desertum: egressus est de deserto, & uenit in Galilaeam, & uocauit discipulos quos elegerat, ante quos conspectum facturus erat atque diciturus: ut oibus post mortem eius

& ascensionem, testificaretur in orbe terrarum: se uidisse & audiuisse quae fecerat & dixerat Iesus filius dei pro nobis in allumpra carne, docere & praedicabat in synagogis Galilaeae. Cum uero docuisset in Nazareth, ibi prima inuita ex euangelio collecta extitit propulsatus.

Nam eiectus est extra ciuitatem, & ad praecipitandum eum, ductus est supra montem. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

¶ Exemplo saluatoris patientiam docet, & tanto maiorem, quanto a propinquis & notis & proprijs ciuibus iniuria irrogat: aduersus quos Iesus non uerbis aut actionibus repugnauit, sed declinatio, eorum auertit furor. Nam aduersus impetuosos contendere uerbis, est excitare furor & iram, quae forte gesceret, magis excitata repensio. Postus ignis agitatus a flatu, erupit in flammam, & saepe inemendabile facit incendium. In quibus in corde uiri a flatu aliorum uerborum commotus, proficit in malum. Proinde ois melius est silentium, quod & saluator fecit, quam nunquam fuit, nisi necessitate locutus. Non solum prudentem uirum decet non contedere uerbis, sed se subtrahere ab aspectu irati, ut sibi medeatur & tibi, sibi, ne prolabatur in animae malum: tibi, prope paruale periculum.

¶ Ad hoc etiam refertur, quod audita captiue Iohannis, reliquit Nazareth, & secessit & Galilaeam in Capharnaum maritimum, in finibus terrae Zabulon & Nephthali. In quo magno sacramento morum nos docuit, quod excitata persecutio, si quis inuolui timet, fugiat, dummodo fidei periculum non relinquat. Et progauit exemplum eorum quae diciturus erat apostolis: Si persecuti uos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam: quod ipse non timore, sed exemplo praefecit.

¶ Et cum post miraculorum multitudinem, & doctrinae suauitatem, a turbarum multitudine circumdaretur: iteque deserti cultor, reabsit in desertum, ut etiam post utilitatem proximorum in id, quod orationis ac contemplationis est, fiat non impeditus regressus. Bonum enim est, imo expediens agonis: perito, redire ad seipsum, & frui seipso, & intedere impraeoccupato animo in diuina, & expectare a deo quae ad ducatum & profectum expedit proximo, & quos instruxit impresentiarum doctrina, iuuet ofone secreta, ut capiant, & uerba diuina non effundant incassum. Oratorem expedit esse bene docere uolentem, nec expedit saepe uidere quos docet, aut nimia familiaritate constringi, ne doctrina uilescat. Rarus fiat non ex superbia, sed ex dispensatione ob causam amplioris profectus. Sed uae mihi & pluribus, qui unum cum auditoribus facti sumus, ut ex nimia participatione ad eos aufugerit reuerentia, peruersa sit introducta securitas, & habitata sit uilis altissima Christi doctrina, ut euan gelium quod est diuinum, ex isto participio tam frequenti uideatur humanum. Desertus enim loc

Luc. 4

Mat. 4

Mat. 10

cus; & in doctrinā habueriores attulit fuerit. Norma ergo sit nobis quod fecit doctor Iesus. Nam ex fuga desiderium audientium auxit, ut usq; ad desertum turbæ uenirent ad requirendum. Optimū esse ad doctrinam requiri. Præsumptio, sese ingerere non quæsitū. Et ubi doctor requiritur, auditas est audientium siue turbarum. Cum audientes quæruntur, præsumptio est doctorum: Et qui semper uolunt docere, uolunt semper ignorantes habere.

¶ Sed iterum tertio relicto turbis, abiit in desertum, & orabat. Anima quieta, semper loca quieta requirit: & orationis auida, secedit à turbis. Quæ deo uacare disponit, nisi necessitate, nunq; publicum querit. Aues, bestia, pisces, iterat uias ad loca, in quibus ex solito escas aptas inueniunt: & animæ theocole ubi orationes imprepetitas mentales atq; uocales emittunt. Pastus animæ, irrecruata oratio. Sæpe deus de cælo supernaturaliter animas pascat. Assuetæ aues ad ecclā, regrediunt ad eam, & ad animæ orationis cibum. Proinde adhuc

In montem ascendit, & erat pernoctans in oratione dei.

¶ Ascensus in montem, eleuatio à terrenis, & approximatio mentis ad deum: quæ omnis approximatō ad deū, nō in uirtute ascendētis sit, sed descendētis benignitate peragit. Ascendebat Moyses in montem, sed nec ultra poterat progredi. Sed deus suo modo p subiectā creaturam descendebat, & mutuo fiebat alloquium & tractatio diuinorū. Præfinitus est aīæ terminus pgressiōnis suæ, ultra quem nō est conari. Deus uero pportionalē nobis. Ipse descendit ultra quē terminū anima nequit ascendere, p id qd à natura suscepit, aut p id qd à natura acq; uit. Quātum autē deus & usq; quo possit animā trahere, nemo nouit, nisi qui trahit.

- Ascēsus mōtis, ab impedimētis est elōgatio.
- Ascēsus mōtis, segregata in altitudine uita.
- Ascēsus mōtis, suplatus in uirtutibus mos.
- Ascēsus montis, gradatio ad potiora.
- Ascēsus in montis, diminytio prodeundit: tantur enim in cacumine montes.
- Ascēsus montis, supra seipsum fieri.

Ascēsus montis, causam supponit, participiū em lucis permagis q̄ in uallibus dat. Salomon dicit: Tripliciter sol exurens mōtes: in recessu aurore, meridie, atq; uespere. Valles in meridie atq; sero non habent. Si q̄ in mōtem intellectualem, statum scilicet uirtutis, ascendit, a ueritate illuminabitur in principio, medio atq; fine, ut etiā oīm actuum suorū oēm consistentiā uideat. Oraī melius in mōte, ab æq̄litate uallium siue planities eleuato, q̄ cū cōmunitate multorū. Proinde Iesus in monte pernoctabat in oratione dei. Multi ad orādum p-

noctant, sed nō pagūt orōnē dei. Si quis in oratione aliud q̄ ipm quē oramus deū postulat, non fecit orationē dei, sed eius quod uoluit pter deum. Oratio dei agit absq; medio. Per seipsum accessit, qui deū orauit. Accessit quis ad principem, & frequētauit inuans eius, orās ut p eo interpellaret ad regē. Alius sumpsit auidaciā, clamauit p foribus, urgebat eū necessitas, nec apposuit mediū, non credebat q̄ alius ut erat, explicaret desiderii eius. Bona est orō ad angelos, nulla melior: q̄ quæ immediatē ferē in deū. Oratio ad deū indeterminata est, magis uero indistincta. Nihil oīno habet determinare atq; distinguere, immediatē deū orans in altitudine uirtutis & cordis. Nihil ab eo petendū, nisi quod ab æterno dare prænouerit. Et quæ q̄ in oratiōe dñica multa determinata & distincta scriptura cōmoueret, sicut in uocibus cantat ecclesia, etiā referēda sunt oīno in uoluntatem eius: plura enim nouit, q̄ dixerit. Intellectualiter orans in monte intelligentiæ, sc̄ptem orationis uerba reflexit in unum, & omnia extra illa reuocauit ad unum, ad effectum scilicet inculpatum uolūtatis eius. Ista est oratio Christi, nec aliter inuenimus sua cōclusisse precamina. Intellectualis orās participiū cum angelis habet homo. Angeli uero nō uariant in uolūtis: hoc uolunt, hoc petunt, qd noscunt uelle oīa iuste uolentē. Pernox in oratiōe dei Chrs erat ut homo. In mōte postius ter agebat, quod hoīs erat excessi, nihil ad terra recuratū habēs. Homo erat, & extra hoīem exteriorē erat orō. Non em orabat ex forma uisibili, sed inuisibili, q̄uis ad aiām coaptaret corpus. Nec orabat ex altissimo extremo & ineffabili, qd deus erat, sed ex medio, qd animā habebat mediator: & ex medio p̄stiebat orōnem q̄ in oībus & ex oībus erat dei. Nostra igit inuisibilis & insensibilis interior sit, in oībus dei existēs, ut ab ipō grām orādi accipiēs, oremus ipm, petamus ipm, ex ipso, in ipso, & propter ipm, & decētia ipsi cū ipso, ut dei sit orō, quia ab ipso est uirtus, ipse interpellat, ipse sit bonū qd petit. Et hoc est ineffabile atq; inuisibile sacramentū, ut qui rogat, seipsum uelit dare roganti. Porro qui in omni loco & tēpore, intētiōe, sermone & ope, deo fuerit cōnitus, pernoctauit in mōte & oratione dei: quoniam qui ex his omnibus adhæret deo, unus spiritus cum deo, solum quæ dei sunt orat & uult. Amorum atq; uoluntatum coniunctio, expulsio est diuersorum atq; contrariorum: ubi horum facta est exultatio, quod est dei uoluntatis, est & hominis: quod est hominis, similiter est dei. Et facta est tota uigilia in oratione dei.

Et cum audiret [Herodes famam Iesu, ipse uero sciens, fecit secessum iterum in desertum Bethsaida.

¶ Frequentabat desertum Iesus, uerbum &

conuersationē ab hominibus interdum auertens, nobis exemplificans quid agendum. Respiratio mentis est, solitudo deserti, ubi congregantur dispersiones inuisibilis Irael. Et frequens Christi repetitio, q̄ sit bonū, solitariū fieri, postendit, qd Marcus hoc idē uerbis p̄stiacioribus refert p altiori mysterio agendorū.

Et cum nuntiatum fuisset Iesu de morte Iohannis atque sepultura, dixit apostolis nunciatibus: **Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.**

¶ Seorsat suos apostolos Christus mente & moribus à mūdānis. Seorsum ab hominibus omnibus, cōceptus & natus est, q̄uis homo sup oēs hoīes erat, & discipulos suos inuitat ad uiuendū à cōmunitate male uiuētibus oīno seorsum. Seorsum, nō in domibus ciuitatū, non in domibus regū, nō in aulis procerū mundi, nō in mōnijs, nō in muratis palatijs, cū obliquatis fenestris, & laquearijs cypresinis, nō in domibus æstiuālibus, aut hyemalibus cameris. Sed q̄ seorsum, in desertū uidelicet locū. Cultores oportebat esse primō deserti, ac eius amocnitate illecti, & speciositate decori, qui mūdā amocnatiuis uidebā p̄dicare cōtraria, & malē decoro mūdō in perniciē animarū, ad ipsarū salutē obuiatūri erant uita, moribus & doctrina p p̄sullanti audaciā ex aduerso. De spectos corpe, rigosa ueste, illora facie, inculta cesarie, cultores deserti, contēptores mūdī cē decebat, q̄ delizioso mūdō p̄uisi erāt, in altitudine fidei atq; uirtutis, dare tpe p̄finito conflictum. Nō expedit hoīem primō amicum fieri eius, quē apertē debellare disponit: nec decet retinere, quæ prophanare intendit. Nullus ita desipiēs, domum habitaret, quā ruinæ cōspiceret esse uicinā, aut ipse libentē disponderet ad ruinā. Aduerfaturū erāt apostoli toti mundo, unde non incolæ mundi, sed deserti accolæ primō esse decebat. Sed ad maiore admiratiōnem omnium subuehit, cum saluator adiecit:

Et requiescite pusillum.

Vbi requies: In deserto. Vbi pax: In deserto. Vbi tranquillitas: In deserto. Vbi absconditio à contradictione hominū: In deserto. Vbi refugium à maledictione linguarū: In deserto. Vbi quiescit petulās oculus: Vbi auris ab ineptis clamoribus pauas: In deserto. Vbi aëris quiescit flabellū: In deserto. Vbi gustus nō sollicitus reddit: In deserto. Vbi uaria & sterilis ambulatio cessat: In deserto. Vbi homo cum se ipso potest habere colloquium: In deserto. Requiescamus ergo nos, inuitante dño, paululū in deserto. Requiescere in deserto, cessare ab impertinētibus actionibus mundi est, & quietem possidere in animo, in omnibus abdicatiōibus eius, & gratiā hominū perdere, ascribere ad imperium habitū pacē, & abdicatū fieri ab

occasiōibus malis, & ab his, quibus sensualitate amicat atq; delectabilē præ necessitate fouetur, est qes sancta deserti. Quiescere prius uolebat dei filius in deserto, ut apostolos quos in iniquitū mūdū missurus erat, inuitaret ad requiē. Conueniens penitus erat, ut experimēto sentiret, quā bona foret qes rationalis animæ, quā dulcis contēplatio diuinorū, q̄ iucundū secretū, ab hoībus & à mundi negocijs fieri, q̄ à mūdō disponebant auellere euis amocnatiuis amocnatos. Nec Christus eos præ se misit ad requiescendū pusillum in deserto, sed ipam quietē simul cū ipso uocauit. Nō em esset sine Chro qes debita in deserto, cū ipso uero, ubiq; noscitur qes. Nō locus asper, nō hispidus lectus, nō marina pcella, nō terremotus, nō aura corrupēs, nō subitō fulmē, nō extēplo contrariū inquietudinē dabit, si anima cū Christo quiescit. Cū Chro quiescere in deserto, terminatio est amoris. Et adiuuant à ipso cūcta, ut quiescat dilecta quæ ipsa uelit. Fluctuat oīnis amor, nisi quiescat in Chro. In tēpētibus sunt desideria, nisi terminent in ipso. Quocūq; se anima uerterit, pungentes sentit aculeos, laborat pedibus fossis, spineā portat coronam, terror semp in auribus eius, in pace infidias patitur: oīnis regio generat sibi tēpētate, nisi cū Chro requiescit in deserto. Desertū quietis cū Chro intellige, cū in ipsum & animā, nullas admiscet extraneas: nec ad aliqd afficit anima, nisi ad quod mouerit assensit, q̄ ad se cū quiescendū inuitat. Itē cōpellit trāsiretate discipulos post refectionē quinq; panum: turba dimissa, ascendit in montē solus orare. Ascensus mōris, inuisibile dicit pfectū & arduitate bonū: ut nō Chrs uirtutib; refeceret, nā ab instāti cōceptiōnis diuinorū charismatū habuit plenitudinē, sed nobis p̄debat iter solus ascendēs. Verē solus erat, nullus ei similis erat in cælo & i terra. Singularis erat, nō em p̄cellerat eius exēplum, neq; ratio factorū eius. In turbis solus erat, in solitudine solus erat, i omnibus operibus solus erat. ppter ineffabiles ratios. In uita solus erat. Propheta hoc ex sua p̄sona dixerat: Singularis sum ego donec trāseā. In passione & morte solus, ad effectū eius p q̄ patiebat pœnas & mortē. Ipse uero p prophetā de se ipso prædixerat: Torcular calcui solus. In cælo solus est, nō à societate assistētū, sed nobilitate regnā dñicē in morte pro nobis in remediū & exemplū solus orās erat, sed nec in omnibus his à patre & spū sancto solum esse intelligas. Huius ascēsus causam, Iohānes euāgelista p̄supponit, qd post miraculū quinq; panū nosset Iesus ad rapientem eum turbā esse uenturā, ut ipsum faceret sup se regē. Sed in hac declaratione, obmissio q̄ rex erat regum & dñs dominatiōum: qd etiā aliter eorum mentes auertere poterat, etiā aliē declinare. Ad prærogandū nobis deuotiōis

Eccl. 45

Mat. 14

Mat. 6
Mat. 14

Psal. 40

Isa. 63

& melioris electionis exemplum, itē fugit in montē solus, insinuās nobis meliōrē fore altitudinē solitariae contēplationis, & nō praepectae uacationis ad deū, quā regale solū ascendere, atq; regnare cū multis, & fieri turbidum inter turbines, & inter inquietudines nō quietū. Quærent homines potentia, sed nulla maior in hac uita, & quā per cōtemplationem & uacationē expeditā, ad deū sibi adhærere. Nā qui adhæreret deo, unus spūs est cum eo. Et quid est qd posse debeat & nō possit, qui adhæreret ei qui omnia potest. Multitudinē quærent homines, & circumdari a turba in obsequiū & fauorē, & in protectionē ab aduersis: sed quāuis inuisibili, circumdatur tñ ab angelorū exercitu, qui adhærēt creatori dño & angelorū. Ipse deus profectō est, cui assistit millia millium, & decies cetera millia ministrant ei, & adhærētibus ei ad obsequiū expediens, & ad protectionem à malis. Geniculant hoies regibus, & angeli honorant q̄s expectant cōcūis, & Christū uerent, & mysticū corpus eius, & singulatim omnia mēbra eius. Sapientia opus est populis uelle præesse, & ipsa ornatum fieri, est optima uirtus: sed nulla sp̄caciōr, quā per cōtemplationem placitā assistere creatori. In id em tendit omnis ueræ sapientia pulchritudo, & nitē omnis effectus, ut ipse p speculationē & cōtemplationem & amore fruatur in uia, quousq; fruatur æternaliter in superna patria. Et si sano mētis intuitu cōtemur incarnati uerbi mirabiles actiones, semp eligere docuit, quod plus utilitatis nobis posset cōferre, & imperare p orationis grām, qd non concedit per naturā. Fugit igit in montē Iesus, humanā gloriā, dignitatē terrē nā declinans, ut homo diuinis cōmunijs solū uacans, præponēs omibus uisibilibus interlucētē & theoreticā sapientiam, quod & Salomon in libro sapientiaē clamat, & suo exēplo inuita uit animos, dicēs: Optaui, & datus est mihi sensus in uocauit, & uenit in me spūs sapientiaē, & proposui illi regnū & sedibus, & diuitias nihil esse dixi, in cōparatione illius. Nec comparauit illi lapidē preciosum, qm̄ omne aurum in cōparatione illius, arena exigua est, & tanquam lutum aestimabit argentum in conspectu illius. Super salutē & speciē dilexi illā, & proposui pro luce habere illā, qm̄ inextinguibile est lumen illius. Venerunt autē mihi omnia bona pariter cū illa, & innumerabilis honestas per manus illius: & lætatus sum in omnibus, quoniam antecedeat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est, quā sine fictione didici, & sine inuidia cōmunicō bonis illius, & honestatem non abscondo. Infinitus em̄ thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, facti sunt participes amicitiaē dei. Optare atq; inuocare, ad orationem pertinent, quæ præuium est ad sapientiaē cōtemplationis, seu ad

1. Cor. 6.

Sapient. 7.

saporem eius, ubi gustat intellectus infallibilis ueritatem, affectus ineffabilem atq; inextinguibilem dulcedinem, ubi anima dignū iudicat mori amoris: regna, dignitates, diuitiæ, lapides preciosi, quælibet claritas mūdāna, quæ tumlibet solida, aurum, quælibet alia sapientia, argentū eloquentia, salus corporis & pulchritudo, nihil ad eam: quoniam ipsa inuisibiliter & inextinguibiliter lucet, omnia bona cōfert, seruat honoris statū, supra id qd numerari possit: bonorū omnium mater: thesaurus, unde exhaurit numisma, q̄ amici efficitur omnium regi regū. Si quē omnium creator produxit in esse, consistant in unū, posse dei amicitū fieri, plus splendescit. Ex hoc saluator terrēna deuitans, ad capessenda diuina, fugit in montem solus orās. Per sp̄caciōr mentis intuitu ista cōueniēs, sunt quidā proficentium & ascendētū gradus, non q̄ alij nō sint, sed isti sic ordinant.

¶ Primus animæ gradus atq; status, cum in dei uia incipit ambulare, inferiorū & corporaliū omnium est supergressio & dñatio, ut anima regnet, regatq; inferiora sua. Et q̄ carnem & omnem corporis motū lege iustitiæ rexit, regnū habet & tenet: extra quod nullū maius uirtute, quīs quantitas longior & latior possit esse diffusio, & præponēt ista sapientia regnis.

¶ Secundus, ē quietis interioris hois, in q̄ sedet aīa i sede infallibilis ratiōis, circūuallata ne cadat, nec inquietudinē patit ab amoribus tetris.

¶ Tertius, est cum ascendit altius, & uirtutum copiam obtinuerit, & amoris corporis, solum uirtutes & thesaurus aperit diuitiarū.

¶ Quartus, est claritas hominis utriusq; ut intus & extrā sit clarus ascensor: & solitas sit in uita, & preciositas supra id qd cōmunitur agitur, resplendet, & lapis angularis sit in omnibus imitationis exemplum.

¶ Quintus, ē infragibilis patientia, & impassibilitas apimi acquisita p tunctiones, sudores atq; labores, i omni fornace tribulationis & amoris & subtractōis diuinorū charismatū, ut nō desinat agere qd incepit, q̄ ascensionē i corde disposuit.

¶ Sextus, est claritas diuini eloquij, & sonus p̄tinens, & excitatio mentis, & solertia nō p̄pedita, cū argentea tuba clamat ad congregatiōnē omnium uirtutū, ad bellū inuisibile, ad inuisibilia cōiuiua, & ad diuinas festiuitates, quę in sensum carnis nō ueniūt, maxime ut p̄mutatiōnes nō fiant corporis & locorū & directionū, nisi sonitu & clamore eloquij, aut infusi præcepti siue cōsiliij. Hęc quidē in figura in tubis argenteis ueteris testamētū agebantur, quæ diuino præcepto, buccinæ sunt factæ, in directione ueræ actionis & ocij sancti.

¶ Septimus, procuratio alienæ salutis.

¶ Octauus, morum inuisibilitū & uisibilitū pulchritudo, ut nihil appareat aut existat reprehensibile: ascendētū uideat p̄prio studio ali

qd addere iam non posse, ut uirtus nihil habeat, neq; purgabile inueniat, quāuis sentiat hostes insidiantes, aduersus quos occulta lucra non desunt, & nunc rota erit speciosissima charissima. Sed ad hoc quis idoneus?

¶ Altior tamen est nonus, quem oibus glificens ex animo præferbat, de quo nullus mihi sermo. Ibi perditur, quicquid est humanum, quicquid cōprehensibilis rōnis, ut nullus possit esse in exterioribus sermo: nec cū talis excelsus cessauerit, ostensorū potest esse ostensio.

¶ Primus est in regnis.

¶ Secundus in sedibus.

¶ Tertius in diuitijs.

¶ Quartus in lapide.

¶ Quintus in auro.

¶ Sextus in argento, ut non attendatur metalinobilitas, sed significatio.

¶ Septimus in salute.

¶ Octauus in specie.

¶ Nonus in sapientia, ex cuius thesauro p̄fectē cōstituitur amicitia creatoris. Quā sapientia, q̄ ineffabile atq; incōparabilem amicitiam statuit, nō incōgrue p̄cessum incarnatæ sapientia: appellamus, ante quē (quantū multos ex scripturā ueteri amicos dei nouerimus) fruitionē & nullos habuisse cognouimus. Perficere & imitare, si uales, & ascende in montē solus orare.

¶ Solum oportet esse affectum, in superna conscendere uolentem, & ab oibus materialibus denudatum. Materij uisibiles animam oppreserunt, & caligauerūt oculos eius: denudatus ab his animus, aspexit in lucem.

¶ Solus erit affectus, q̄ sibi nihil tēporale cōsociat. Tēporalitas importunē se ueris æternis opposuit, & recurauit sapē ad solita mentē.

¶ Solus, qui corporis curam omnino delictam negauit.

¶ Solus, cui nulla passibilis assistit affectio, Solus, qui omni propinquantī libellum repudij dedit.

¶ Solus, qui hominum uisitationem in bonorum ascripsit ad damnū, uolens ab optimis pro melioribus relaxari.

¶ Solus, qui se incomitabilem & uisus & secretis moribus fecit.

¶ Solus, quem mundus suis fulgoribus non irradiat.

¶ Solus, qui nihil uerbo, moribusue gestat quod mundus possit diligere.

¶ Solus, q̄ nullū ad se amonnis moribus trahit. Solus, q̄ oēm deuitauit implicationis causam.

¶ Proinde solus orat & incipit, qm̄ uult, mediat & finit, nihil in oīone phorrens, nisi dæmonū insultus, quia huic uirtuti instantissimē aduersant: scit em̄ illā q̄q; p̄necare obstantia. Et nullius ostiarij atq; custodis indigeret licetia, cū æterni regis perit uidere cōspectū, sed solus sic factus, etiā dæmōnes nō timebit. Nō em̄ inue-

niunt, ad quid illā recurrunt, q̄ ab oibus sp̄ūali gladio se diuisit. Ad ipsorū cōtemplationē & uacationē, animā trahere dæmōnes tenauerūt. Cognoscit em̄ quāta sit eorū horribilitas, & q̄ amore & cōtemplatione hoim nō sunt digni. Et fidē nostrā sciunt, q̄ ipsos existimamus abiectos, & q̄ contra ipsos interpellamus ad dñm. Sed plerunq; transfigurant se, ut ait Ap̄ls, in angelos lucis, & p̄supponunt simulacū bonū, ut orātem animā a ueris auerāt, ut qd alia & p̄bitate p̄ficere nequeunt, falsitate p̄ficiant. Verū tamen eo merito, q̄ quis solū fecit affectū, ut nihil aliud uelit amare intellectum, ut nihil aliud uelit intelligere præter Christum, & q̄ sunt eius: memoriā ad solū honesta conuertit, moresq; consecrauit oim regi regū, dæmonū deceptiones euadet oīno: nec irruent in eum illoretaliū doli, p̄pulsabunt undiq; uarijs explorationibus tētabunt ingressum: sed cōsecratim uisibiles dño aedes, ab alijs inuisibilibus lucidus indormitata custodia protegunt, ne prophani ingrediantur in sancta sanctorum dei.

¶ Ascēdit etiā Iesus in montē, daturus superni regni doctrinā. Multa de mōte uidentē, & ualles & plana subiciunt oculis eorū, qui morantē in montibus. Multa oportet scire docentē, nec uita infima, cōperit superna docētī. Deridet sæpe alta doctrina ex infima uira, nec expedit docere incuruantia, sed sursum uerentia mentem. Nō autē protrahatur ultra quā possit auditorum intelligentia peruenire.

¶ Sedebat Iesus docens. Quietā animā docet habere doctorē, nec in fastu propinare doctrinā, sed humilem humilibus: dicimus & p̄portionatū fieri cum auditoribus, necesse esse eum qui docet. Sedebat, nobis, excepto peccato, in omnibus accommodatus. Sedebat, uelut expectans eos, qui nondum ascenderant. Et sane docens expectet, non corpora, sed tardiores mentes, nec suspēdat ad non intelligibilia homines. Sedebat, quia doctrina de quiete anime effundebatur. Nunquam uerē quiescit in suis uirtibus anima, nisi ad euangelicā doctrinā cōspiret: ista em̄ doctrina, dat quietē uaticā & æternā. Sedebat cum sedentibus, quia ueritatis studium agere nequeunt, nisi utrunque quieti. Et in animabus audientium, quærebat inuisibiles sedes. Et ipsa sapientia sedebat cum ignaris hominibus. Prædixerat de sapientia Salomon: Et deliciae meae esse cum filijs hominum. Et alibi: Cum simplicibus sermocinatio eius. Et sapientia quærebat in anima hominum per iustitiam factum thronum; quia anima iustū, sedes est sapientiaē. Tota diuinitas erat in illo homine, qui sedebat in monte. Beati assistentes superna docenti, scilicet in montibus uirtutis & altitudinis uitæ.

¶ Pasturus turbas, ascēdit in montē. Sp̄ūalis cetera in mōtib; est. Hoc moribus hoim atq; de

1. Cor. 2. impro

Pro. 8. Pro. 3.

bar Iesus, mēres à terrenis ad supna fustollere, hoc actu & theoria semp agebat, dum saepe pe tebar altitudines montium: sed pascit in monti bus turbas, ut ad iteriora dirigat se & tiores. Vi uir corpus ex anima, sed anima ex corpore nō uiuit, imō liberior sine corpore uiuit, & habet oīno uiuere pter id: corpus uerō, minimē pter ipsam. Supra corpus & plus oīno q̄ corpus est, q̄d ip̄a uiuere facit. Aliunde nō habet un de uiuat, nisi ex eo quod gefat, aut quod infra ip̄m singulari ordinatiōe includitur. Hoc ip̄m hanc capta uitam, magis uerō grauiamē reportat. hinc p̄ Salomonē dicit: Corpus quod corrupi tur, aggrauat animam. Proinde aliunde anima suscipit uitalem annonā, nō ab inferiori, nō ab equali, sed ab eo, quod supra ipsam, p̄ oīa & in oībus est. Et reperitur in mōte ip̄sae animae pas tura, ad quam saluator expectat, & expectatas pascit modo ineffabili turbas. Mons iste deitas est, scriptura est, uirtus est, ecclesia est in super na parua. Ascendat igit̄ aia de planitie & latitu dine uisibilium in montem, & ibi pascat in lo cis huiusmodi, bibat aquam de fonte supne ui tae, & semper inhiet in supna fluuenta, & accipi at escam opportunam in tēpore opportuno, & contēpletur diuinam potētiam, cui modus subueniēdi nō deest, neq; facultas infinita con solandi eos, q̄ cum patrem cōsolationis & mi sericordiae uocāt. Vae animabus in imis stan tibus, ima petētibus, q̄ ad montes nō leuat ocu los, unde uenit auxiliū nostrum. Sursum expe dit cor habere, non elatione, sed humilī mēris intuitu, nec animus relabatur in ima, q̄ repro misiones accepit aeternas.

¶ Alio q̄dem tēpore p̄ excessum montis, se cit ascensum cum tribus assumptis discipulis. Transfigurationem celebravit in mōte, in qua modicum diuine maiestatis apparuit, quod ab infirmis aspectibus etiam tolerari non potuit. De q̄ ascensu sermo nō modicus, nec facilliter explicabilis exurgit, fatigans ex difficultate di centē: audientē uerō excitans, & gradatim the orizans in supna cōscendere uatico gradu, dū in tremēdo atq; incerto agone cōiēdimus, do nec ad illam specularē & uisōem ineffabilem ueniamus. In q̄ transfiguratione nihil morale cō spicio, nisi ascensum: hoc em̄ mysterium anago giam porius clamat, q̄uis quadā uolentia lite re & mysterij posset trahi ad mores hoīm infor mandos, ut sicut Chrs̄s trāsfiguratus est, ita nos ad ambulādum in nouitate uitae, uirtutibus & moribus transfiguremur. Repugnat tñ paradi si societatis, & de limbo ueniētis aspectus, & Pe tri desiderium, cū tabernacula dispōsuit & ibi uult esse. Agonizare amplius renuit, pximorū obliuio, sibi, & q̄ncq; montanarijs in posterū p̄ uidebat. Nubes em̄ recusat moralia. Vox p̄o paterna, obediētiam sanctā dicit. Terror disci

Sapient. 9.

Matt. 17

puloꝝ, infirmitatē humanā ad diuina toleran da insinuat. Sed ista trāsfiguratio, allectio quae dam est, & esca supnaturalis in illa humanita te ostēsa parump, magisq; uelata, q̄ capiant ra tionales aues, non dāno aut piculo moriendi, sed necessitate beatē uiuēdi. Transfiguratio il la, fuit excitatio desiderij uelocit̄ in supna con scendere, ut semp petat homo mortalis, in gre mio immortalitatis trāsfundi. Inuitabat Iesus in illa trāsfiguratione terrenos ad celestia, mor tales ad immortalia, hoīes ad diuina, agonizā tes ad requiē, laborantes ad quietem, ad patri am pegninos, ad refugium miserōs, & ad con templationē altissimam, mentes hoīm suspen debat. Hoc etiā agebat ille deus homo, deus in se, homo pro nobis, in trāsfiguratione ineffabi li, quā ostēdit, ut de cordibus illoꝝ discipuloꝝ ceteroꝝq; seclatorū in posterū, scādālū timorūq; crucis, opprobrioꝝ & mortis, firmetur tolleret, cum in uerbo dei uiderēt carnem assumptam, tāta felicitate donandā, & q̄d terrenum erat, posse tanta claritate splēdescere. Ostendebatur in tempore quod futurū erat aeternum, & quod non erat ab humanitatis natura, supnaturalit̄ monstrabatur. Excessus erat supra id quod hu manitatis est, & uisibili signo, imō in ueritate si gnati, pandebat humanitas scitatu se fore cō iunctam. Sed haec, q̄ in tam alta nos prouehūt, obmittamus, moribus intendētes.

¶ Ascētor caeli & auxiliator n̄ est, ipse nobis ad ascēsum p̄stat auxiliū, ut ip̄m seq̄mur ī mō tē intima claritatis, ad quē ipse ascēdens, nui tar P̄sa misit, dicens: Quis ascēdet in montē do mini? Quasi rarus sit ab hoībus, qui ascēdat. Sed quis ascēsus? Qui ascēdēdi gradus? Quis ascētor in retro gradus? Recedamus à corpore, recedamus à cōsuetudine sensuū, patebit ascē sus. Verbū est tñ corpori competēs, cū de in ferioribus ad supiora, p̄greditur: sed ad inuisi bilia hoīs referamus: nā uerus ascēdens, ascēsi ones in corde disposuit. Creatus em̄ homo est, ut p̄ id quo alijs praefertur, inuisibiliter in supe riora cōscēdat. Corpore nāq; sibi animalia p̄ feruntur, potissimē uolatilia pēnata, quae uirtu te pēnarum in aēra subleuātur, ut feratur aqui la usq; ad sphāra ignis posse se tollere, q̄d hu manis corporibus denegatur, quousq; eis glo rificatio inrogatur. Proinde aliq̄d est in nobis, q̄ illā excellimus, unde noster fiat ascēsus. Ascē dit hoīs intellectus ad seip̄m, ut si q̄ modo pō seip̄m intelligat, ubi gradum figēs, intelligētiae quodā oculo respiciat in subiecta, ut q̄ sibi nul lo modo aequatur, agnoscat. Quae cum agno uerit, gloriā in sede altitudinis, à q̄ poenalter deiecit, si humilit̄ nō recognoscit auctorē: atque reulerit grās ei, q̄ em̄ in tanta celsitudine collo cauit. Ibi p̄sistens, coeqlia intuet, ad q̄ nō ascē sus, sed pambulatio est. Per aēqlia neq; ascēsus neq; descēsus peragit: supra ip̄m necessariō pō

p̄sist.

Exo. 19.

Pro. 25.

Eccl. 3.

nitur, ad quod ip̄sus fiat ascensus. Virtus nem pe supra intellectum hoīs est, ad quam conē intellectus ascēdere, & semper intellectui sup fertur, & acuitatē eius effugit: neq; ad apicem huius montis peruenit aliquando, ut cum sibi subijceret intellectus, & subiaceret pedibus ei us. Comitatus à fide appropinquauit interdū. In ueritatis montem si subijce intellectus, ab er roribus & phantasmatis liber fuit, & detē xit daemonum falsitates, & quae circa sensum illusiones ab eis sunt. Altissimus enim est, nec recepit aēreas, scilicet terales, impressiōes. Qui fixit tabernacula in altitudine ueritatis, cogno uit serenitatem dilectionis à caligine libidinis: nec eum latuit fecit abe sensuualis, & animalis innotuit inclinatio, & ad quae impetu carnis, aut impetu spūs inducimur. Ex huius altitudi ne uidemus per infimas reꝝ ualles, decumētia flumina in mare damnationis, quae sunt amo res fluxibiles, qui stabiles in stabili deo non sunt, & uelut Olympus, subiectas habet pluui as, & aēreas tempestates, & nubes carnis, & la bentium rerum hinc ascendenti non impedi unt lumen solis iustitiae, intellectualiter em̄ su perstatuatus est eis. Existens in mōte, uiarum re ctitudinem & obliquitatem aspexit in subie cta planitie, ut si descēdens uirgeretur ad ambu landum, cautior esset in eis. Cōstitutus in mon te ueritatis, uias actionis nostrae cognouit obli q̄s & rectas, & in prudētia factus est in oppor tunis actionibus propter regnū. Qui montem altiorem cōscēderit, ortum solis & occasum in horizōte suo, nouit melius praenotare. Qui ad montem ueritatis peruenit, ex animo de intellectuali sole fecit hoc idem: sed frustra in tellectus, quocunq; ducatu in tam alta se tol lit, nisi eum comitetur affectus. Euanescit bo norum cognitio, nisi uires amor accēdat. Co mitetur, in quā, affectus intellectum ad illa bo na, quae ascendendo nouerit: quauis plura & efficacius possit affectus diligere, quam plenē intelligere intellectus. Purificat semper cogni tionē amor, & quauis non diligatur ut bonū, nisi praecognitum, uerius tamē saepe diligitur, quam noscatur: & interdū minus, aliq̄n nihil. Terminatus est intellectus usq; quo possit ascē dere, finitus em̄ est. Supra naturam autē multi ad ascēsum inuisibilē sunt uocati, prophetē si quidē, & quibus illuxit claritas spūs sancti. Nō tñ curiositate ascēdendum est aliqua intelligē di uirtute, nam in Exodo dicitur: Bestia quae te tigerit montem, lapidabitur. Bestialis & ani malis est intellectus, lapidarij dignus, si ali quid diuinum curiosē aut uolentē intellige re praesumpserit. Et in Prouerbio libro dici tur: Scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. Ecclesiasticus etiā nō tacuit, phibere, ne intelle ctus suos uelit excedere terminos, dicens: Altio ra te, ne quaeferis. Satagat semper tamē, ut in

suis uiribus non remaneat ociosus, magis ue ro, ne ascendendo curiosus fiat siue superbus. Dānabilius est em̄ curiosē atq; superbē inqui rere, quam intellectū habere remissum, quā uis hoc sit malum. Ascendat sanē intellectus hominis atq; affectus cōserta manu adiuuicē, ut unus alterum non dimittat, uelut collegae, qui naturali amore ab eorum inuente puerili tate, iū. tū in domo una atq; alii sunt, quos sit primus ascēsus, ut à plano naturae ad mon tem grauiā subeant, & ibi expolientur ueteri ueste peccatorum, & malarum consuetudinū. Et alio gradu, ascendendo proficiant à uisibi libus ad inuisibilia, à corporalibus ad spirita lia cōscēdentes. Concito gradu adhuc pro gredientes à causis recuruantibus ac irretenti bus, ad illas, quae proficiendi praestant subidū um, ascēdāt. Deinde fiat ascensus de uirtute in uirtutem, ut semper intellectus atque affe ctus ad potiora festinent. Retardatio horum ubi potest esse profectus, non est mora, sed ca sus, & tanto recuruantur ad infima, quāto ad altiora eorum posset esse ascensus. Sed ad eū terminum dum militamus, sit omnino studiū & festinatio ascendendi, ut omnium etiam sui propter deum obliuiscatur affectus, & nihil aliud praeter ipsum scire appetat intellectus. Nec curet, si in deū totus transiuit affectus, ad proximos paratum fieri, nisi quādo eum licen tiauerit, qui ad seipsum tenebat abstractū. Nō enim sunt diu durabiles mentis excessus, quā do nubes permittitur interponi ad seipsum & ad proximos, iusta lege reuertatur affectus, sa pienter ab implicatione se tuens, ne laqueo he reat, cum ad id, in quo antē fuerat, iterum fue rit reuocatus. Intellectus in ipsum ascendere non potest ut capiat, sed in aliquid illoꝝ quae ip̄sus sunt. Fidelis existens, totū credat, intell gere nequies: nec aliunde uelit sapiēs fieri, nisi ex eo, qui omnem sapientiam tribuit ad men suram. Omnia diligendā dilexit affectus, si to tus & totē in omnium ascēdit auctorē. Omnia nouit similiter intellectus, si solum diuinis the orijs uacabat. Melius in dei sapientia homo & angelus omnia nouit, quāsi si ad seip̄os & ad extrā posita reflectantur.

¶ Ascensus initium, consuetudo à sensibus recedendi: magis uerō replicatio animae à rela tionibus ministrorum eius. Inuisibiliter enim graditur, qui à uisibilibus non tenetur.

¶ Medium eius, est gradi absq; memoria re licitorum graduū, ut non quod peractū est de itinere montis, sed quod restat solū intruceatur ascensor cū festinantia, quod transeat in praer teritū, q̄d aspicit futurū, & cessantibus his duo bus, solū sit gaudiū de praesenti. Sed impossibi le sit, q̄ creatura praeteritum nō habeat & fu turū: sed cui assistit deus, tñ habet praesens, q̄d praeterire nō potest, q̄d animae futurū ostendit.

incontradictio omnium inferiorum. Et huiusmodi finis, experimentum est reacquisiti domini, quod in protoplasto perdidimus.

¶ Finis ascensionis, libertas non solum inferioribus, sed in superioribus deambulatio libera in conspectu illius, qui tibi permisit ascensum, & progredi & sisti in aula inuisibilis & imperturbabilis pacis, prout habere decreuit in agonistica uita ille, qui quando uult, & quibus uult, & quomodo uult, nouit terminare agones hominis utriusque atque processus.

¶ Ascensorem uero oportet fieri moribus innocentem, puritatem animi possidere, constantiam mentis, ne feratur in uana, dolis omnibus priuari ad proximum. Hæc quatuor breui sententia cõsultat Dauid, dicens: Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Et per responsum accepit: Innocens manibus & mundo corde, qui non accipit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

¶ Ascensionis typus, his qui contendit subuehi à terrenis, sit aquila, quæ interdum sphaeram ignis ascendendo attingit. Deus, ignis consumens est, non ardens nocuè, sed dulciter urens, usque ad quem animæ potest celebrari ascensus, uehiculo fidei & amoris. Sed accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus, ut non intelligatur comprehensio posse fieri deitatis, neque usque ad dei substantiam, animam trabecarnis indutam posse pertingere: lucem enim secundum Apolosolum habitat inaccessibilem, quantum multa supra id quod intelligimus, possit operari diuinitas. Proinde ascensus peruenit ad aliquid secretorum, uidelicet cor secretum. Cor secretum deus non est, sed aliquid eorum quæ circa ipsum sunt. Veruntamen aliter exordientes, uidebimus citius consistentiam inuisibilis ascensionis.

¶ Cor altum, est dogmatum altitudo, scripturarumque profunditas. Accessit homo ad cor altum, scilicet ad altitudinem dogmatum, accessit ad profunditatem scripturarum. Sed exaltatus est deus: nam supra id quod dogmatum altitudo demonstrat, & scripturarum profunditas loquitur, exaltatus est à mentibus deus.

¶ Cor altum, profundum iudiciorum dei: cor altum, altitudo misericordie dei. Ad hæc accessit homo, & per amplius eleuatus est deus.

¶ Cor altum, secretum sacramentorum: ad hoc accessit homo, & exaltatus est deus.

¶ Cor altum, est omne quod supra se aspicit in uirtutibus, & sanctus intellectus: accessit homo, exaltatus per omnia deus.

¶ Cor altum, oratio: cor altum, meditatio: cor altum, contemplatio.

¶ Accessit ad omnia hæc, pro modulo suo in uirtutibus homo, & exaltatus est super omnem intelligentiam deus. Incomprehensibilis

Psal. 123.

Psal. 63.

1. Tim. 6.

est deus, etiã si usque ad ipsum fiat inuisibilis & mentalis ascensus. Et quãto magis animus per inuisibiles uirtutis & contemplationis gradus ascendit, tanto magis exaltatur deus: non de nouo, quia mutabilis non est, sed hoc ascensoribus magis apparet. Vidit quis à longe montem, quanquam magnum, & ad ipsum, facile existimauit ascensum. Accessit propius, altior apparuit de propè, quam de longe. Si stella quondam fixa & omnino immobilis, in parte cæli orientali situaretur, quã prospicere posses in partibus occidentis, quasi per æquale Zenith tui capitis uideretur, nec oculos ad eius aspectum oporteret ad superius circumferri, aut obliquari, nec caput agitari ad aptitudinem uisionis: solum uersa facie, apertisq; oculis quasi linealiter uisus in tueret. Sol etiam cum oritur, & in horizonte usque quem uisus protenditur oculorum, ex æquali planitie radios, resultat in oculis existentium in lateribus occidentis, & per eandem planitiam reuidetur. Qui si diuina potentia firmaret, moueretur; quispia de oppositis partibus ad ambulandum linealiter, uersus stellam aut solẽ: quanto magis appropinquatio fieret, tanto magis uideretur stella uel sol in altiora sustolli, cum in se immutabilitate omnino feruarent. Sic humanis mentibus appropinquatibus per occultos ascensionis gradus ad deum, altius exaltatus apparet. Ipsa enim ueritas ostendit de propè, quod longe impossibile fuerat omnino uidere. Superi namque ciues qui mundo in isto iam peregrini fuerunt, illam exaltationem exaltatiorem, quam hic cõtemplati fuerant, contemplantur. Sententia omnino infallibilis manet, quod accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Cor altum, incarnatio uerbi est, natiuitas, educatio, conuersatio, passio, mors, sepultura Christi est. Accessit ad hæc homo, & in omnibus exaltatum reperit deum: tam, ut in his non esset minorata diuinitas, neque ab intellectu hominum cum humanitate apprehensa foret unita maiestas. Accedat homo ad cor altum, & super exaltabitur deus. Cor altum, altitudo humanæ intelligentie dicitur, & tradite ratiois. Cor bestiarum, cor est, sed altum non est: non enim potest in superiora cogitando sustolli. Angeli cor non habent, sunt namque intelligentie separate. Cor altum, solum hominis est. Accessit homo ad cor altum. Ascendit ad seipsum, ascendit in superiora intelligentie atque ratiois. Ascendit ad cor altum, eleuatum naturaliter super omnia supercælestia. Sed in corde alto, altas disposuit ascensiones, ut in illud altius ascenderet, supra quod, nihil altius est quod omnimodè præmineret. Et per gradus proprios unusquisque fecit ascensum. Non enim omnibus una scala & gradatio præfigitur ascendendi. Alius quidem sic, alius uero sic. Non est uolentium ascendere, gradus ascensionis eligere: sed eius

æquum

Num. 22.

Gen. 3.

solum est ostendere ascensionis iter, qui de cælo descendens in terras, recte uiuendi atque ambulandi factus est iter. Doctrinam ascensionis uelle firmare omnibus per omnia similem, rationale non fuit, ac si quis omnes uias quibus mundus iste ambulando peragitur, uellet coartare in unum, cum latiores sint spirituales spiritualiter peragrabiles campi, quam terra quæ pedibus hominum & bestiarum subiecta, calcatur. Ascensus animalium, ascensus est supra naturam corporaliu atque carnaliu motionu. Habet rationalis homo id quod ascendit, quod est, quod in ipso præcellit: habet super quod ascendat, quod est corporalitas animata uetus aëna, & appetit laeuum, scilicet indomitum pullum eius: habet ad quod ascendat, quod est dominus gratie & iuratum & rex glorie, atque uniuersorum dominus. Non autem ratio infra montes carnales inclusa tenebitur, aut ascendet, aut releuabitur super eas: sed tenebitur inclusa, aut deflectetur infra carnales & corporales uoluptates, & ab eis se pellendari permittet, nec celebrabit super ascensum, nihil est quod hominis bonitati ascribas, aut eum pollis uerum hominem iuste censere. Nam ut omnibus hominibus, uelut uni loquar, inquam: Quid gloriaris homo ratione deflexa, si super tuum esse corporeum, & super eius obiectu appetibile, imò super appetitum carnis proprium ascendere neglexisti? Cum figura & nomine hominum, de numero te censeo bestiarum, nec non infra multas te decerno depressum. Nam si corpus habes, habent & lapides: si cretiscis, crescunt & arbores: si magnus es, maiores sunt equi, elephantes, & grandia cete: si fortis es, fortiores sunt leones: si uelox es, uelociores sunt pardisi pulcheres, pulchriores sunt pauones: si uocem habes, nunquid maiorem ut tauri: nunquid clariorem ut canes: nunquid dulciorem ut philomena? Si uisum habes, nunquid acutiorem ut aquila, que irreuerberatis oculis, solis radios contuet? Nunquid penetrabilior ut lynceus, qui multa suo uisu obstantia penetrat? Si ceteros sensus habes, & animalia multa bruta. Si prouidus es in tempora, & formicæ. Si sapiens in domicilijs construendis, & aues aëreæ. Si desiderium conseruandi te habes, & conchæ marinæ. Si insudas ingenio artibus, apes & multa talium non excedis. Si filios generas, & terrena & aquatica multitudo animalium atque piscium, domini præcepto, terram mareque ornant. Si colores uarios, naturam penitus non adæquas. Si loquela lingue disertæ, de arculata uoce te alijs præfers, & a fellam Balæe disertè legimus fuisse locutum. Et serpentem primis parentibus legimus disertum protulisse sermonem, uirtute diaboli organizatum, & multas aues aliqualem hominum didicerunt loquelam. Sed, iniquies, nec continuare potuissent per tempora, uel

multa uerba ualuisse proferre. Sed si infra bestias redactus es, nec ascendisti corporalem entitatem atque uoluntatem: eo magis dico te miserum, quo per tuam loquelam, tuu patet opprobrium. Si corpus habes erectum, sed nec in altum eleuauit ut aues. Profecto nihil est quod à bestiis atque a uibus, aut ab alijs uentibus existimat, nisi ratio quæ potest ascendere uirtute propria super corpus, ac eius regere ascendens de super appetitum: magis autem, cum sibi adiecta fuerit gratia Christiana. Si autem ratio super appetitum sensualem ascenderit, uelut à pondere libera, poterit ad sua superiora ascendere. Sed iste ascensus sessionem accepit. Sedit enim more hominis equitantis super animalia Christiana. Ascende & sede, superior factus, rege in quiete, quod noueris tibi esse subiectum, & à tua potestate regendum. Ut moliter sedeat, interpone apostolorum uelut ipsorum exempla te sedentem docebunt, & circunquaque assistent ad directionem indiscereatissimi animalis. Ipsorum doctrina non permittet exorbitationem fieri. Brunt laudes, uoces, palmae atque oliuæ in signum uictoriae atque pacis. Nullus enim dignus est laude uel palma, qui primo de seipso non fecit plenè triumphum, & subactum corpus tenuit rationi. Super alle barbaros & indomitas gentes, magis est uituperari quam honorari, si quis à sensualitate uincit. Maior uero de hoste aliquid non potest esse uictoria, quæ de seipso reportasse triumphum.

¶ Ascendit sepe in nauiculam Christus, & multa mysteria est in nauicula operatus, sed solum uideamus ascensum mysterijs permixtis. Transiit uado modicum flumen; excedens uero, per pontem; mare uero, per nauem.

Marina est operatio nauis, à qua deiectus Ionas deuoratus à ceto, in qua, in generali diluio omnium uitalium specierum reserua est uita.

Instrumentum est, quo secretum sulcatur elementum, & acceditur ad diuisas atque remotissimas regiones.

Domus est, in qua statur absque stabili fundamento, & agitata uento aut remigandi arte mouetur. Non propter peragendam stabilem terram, sed propter fluidam aquam est adinuenta.

Ars est, qua mare transitur. Mare, procellosus & amarus est mundus. Proinde artem transeundi per mundi discrimina, conscendamus.

Ars uiuendi cautè atque irreprehensibiliter super terram, nobilissima est, & perueniendi ad portum. Hoc enim peroptant qui nauigant, ut ad cupitum portum perueniant, & tota pitia nautica id intendit, ut in portu salutis deueniat.

Ars artium est, euadere posse, cum turbine atque tempestatibus mundus incipit inhorrescere.

Ars artium est, onustam spiritalibus meribus nauem liberare de pelago, & à piratis ui

Ion. 2.

fibilibus & inuisibilibus euasisse, magna est pericia nauigandi.

Vita enim nostra quoddam nauigium est, undique à rheumatibus & reuolutiōibus & rem pestatibus agitatur. Multi enim scopuli sunt in pelago huius mundi, in quos saepe incidit nauis incauta, & propter improvidentiam proreæ, naufragiū patitur. Christiana fides, est Christianæ uitæ nauigium, quæ sola tranquillitate turbatur, & agitationibus citius uenit in portum, nec nisi à nauigante potest pari naufragia seu contrarium uerum. Omne malum nauis rationalis, ab interioribus eius insurgit. Nihil enim demergit hominem in pelago mundi huius, nisi quod ab eius uoluntate procedit.

¶ Fides, nauis est, quæ Christum habet agilem ascensorem, quæ ab arietantibus procellis concuti potest, submergi minime. Cuius gubernator pater, proreca filius, uentus uela implet sanctus quoque spiritus, uelum charitas, arbor spes, uictus diuinum uerbum.

¶ Nauis, est domus uirtutū, fabricata in campo naturæ seu in altitudine gratiæ, ex tabulis dolatis atque contextis & leuigatis, deductus in compositione ad regulam terrenam, & stabili fundamento carens: nihil enim in terris stabile habet uirtus. Ad spirituale compositum, suo modo debent omnes conuenire uirtutes, quo nauigabimus mare magnum, pleni magnis daemonibus, quorum non est numerus. Ipsi enim nauigium nos liberat, ne abyssalia profunda petamus. Quod qui non ascendit, non pertransiit ad requiem: aut si tentauerit incedere isto relicto nauigio, cum marini uertices submerserunt. Operatiōes multas ad placitum creatoris & ad tutelam, à non quiescentibus undis oportet facere in aquis multis cum nauibus Christianæ uirtutis, & eo mirabiliores, quo à multis aquis peccatorum fluxibilibus reserui euasimus: eo clariore, quo abyssum non petiuimus quasi lapis, & à uehementia aquarum multarum more plumbi non descendimus in profundum, ut beatiore appareamus cum angelis in excelsis, quo præclara uirtutum opera fecimus in aquis, inundantibus ad contraria multis. Nauis Noe altior fiebat nimietate aquarum, & eleuata est super omnes montes, qui erant sub uniuerso cælo. Apta enim erat sic superferri. In aquis crescentibus extollebatur in altum. Et illius nauis mirabilis operatio fiebat in aquis multis. Et tu uallem ascendere uirtutis. Adhuc sunt, & usque ad finem seculi erunt aquæ peccatorum, tentationum, tribulationum, rerum fluxibilibus super terram, te, si non ascenderis, submergentes.

¶ De diuersis ascensionibus. Caput VIII.

IN Ierusalem ascendit Iesus. In pacem fit totalis ascensio eius. Pax erat, & ad Ierusalem

pacis uisionem ascendebat: hoc enim ipse erat ad quod ascendebat. Sed trahit nos post se, nosque curramus in sua uolentes sanctissimos mores eius, & ascendamus ad pacem. Sed quid pax? Quid ascensus eius? Quid ascensionis fructus? Multiplex cum sit pax, non ad omnem dirigendus ascensus. Aliqua enim est, quæ utilis in discordiam uerteretur, uidelicet animæ ad corpus, & hominum iniquorum, qui ad mala patranda pacis fœdera tenent, & malè concorditer sentiunt contra regulas ueritatis, aut agentium contra iustitiam iusti moris. Pax cum uirtutibus atque peccatis, iustus uerteret in bellum.

¶ Pax uero, ad quam est ordinandus ascensus, prima est corporis ad animam, non animæ ad corpus. Expedit omnino non animam corpori cõdescendere in fœderibus iniustæ pacis, sed corpus cum anima in lege deifera concordare. Non enim est pax, si iustus concordiam cum iniquo habeat: quia eo ipso iustus, iniquus efficit, si cuiusque pacis fœdere colligatur. Proinde non anima corpori cõdescendat in fœderibus & animi malitibus atque sensualitatibus eius, sed corpus à potestatiua uirtute animæ subtrahatur & dirigatur rationalibus directiōibus eius. Non celebratur pax inter corpus & animam, uelut inter æquales & æqualiter rationem habentes: sed eo modo, quo inter fessorem & equum cõcordia equitandi peragitur. Non fessor ab equo, sed equus à fessore dirigitur, lorizatur atque calcibus perurgitur: & tunc agitur pax, cum dirigenti manu se commodat, & lorizanti se donat, in dexteram uel in sinistram: & si expedit, faciem reconuertit ad tergum, & repetit sæpe iter, per quod semel inceserat: nõ deuitat mortuum & collium altitudinem, plantam neque ualles: cœnum ingreditur atque transfundibile flumen, neque pauefactus retardat incessum, calcibus urgentibus non resistit, & se totum colligit ad imperium insidentis. Sic cum corpus dirigi se permittit ab anima, lorizari atque uagari per omnem similitudinem, qua equus à fessore deducitur. Erit igitur pax corporis atque animæ, ordinata subiectio corporis ad animam, ipsum in ratione ducentem, ad quam pacem, est ordinandus & perficiendus ascensus.

¶ Alia siquid pax est ipsius consistentiæ spiritalis, scilicet intellectualis animæ, quæ agitatur in agonistica uita & militia spiritali, cum appetitur quod animam perficit, nec queritur quod deicit in defectum. Pax animæ rationalis, est imperturbabilis uoluntas, & ratio eorum quæ à conditore aguntur. Pax animæ, purgatio affectus, & intelligentia non curiosa.

¶ Alia pax est ad proximum. Pax uero ad proximum, est in actionibus & passionibus nulla querela.

¶ Pax ad deum, dum in isto mundo tot per-

iculis militantiis, est ex omnibus prompta & inexceptuata susceptio atque obediencia eorum, quæ in diuina lege mandantur, usque ad sanguinem, poenas quaslibet atque mortem. Ad hanc pacem, omnium in hac uita degentium debet festinare intentio, & properare ascensus. Quotiescumque uero dominus noster Iesus Christus ascendebat Ierusalem, ingrediebatur in templum: nõ in pace solida, est orationis & postulationis & exauditionis & cõtemplationis locus. Et ueritatem doctrinæ, magis & melius orando quam legendo intellexerunt homines sancti dei. In Ierusalem erat templum. In pace sunt omnia diuina mysteria & reuelationes & Cherubim scientiæ, & gloria & propiciatio pro peccatis, & ablutio a sordibus. Ad pacem istam ascendamus, istaque festemur, & deus pacis erit oïno nobiscum.

¶ Montis oliuæ: ascensum enim fecit diuinus montanus, qui à montibus æternis illuminat omnem animam illuminari dignam: ut semper ad ascensum animas promoueret, quas ad hoc creauit, ut non remaneret in imis, sed ut collocarentur in superioribus supernis. Ad luminis fomentum, per hunc ascensum nõ saluator inuitat. Non est oleum lumen, sed ipsum fomentum. Oleum discretio est: habet enim condire multa cibaria, & diuina in suauitatem conuertere. Discretio, condimentum agendæ uitæ est, atque morum expedientium ad salutem. Oleum miscere aspera plura facit. Loquens diuinitas multos duros fecit à feritate cessare: oleum nempe suauitatem linguæ importat. Oleum omnibus liquoribus supernaturat, ac etiam eis nisi artificiosis argumentis penitus non miscetur. Superinfusum supernaturat. Si super ipsum liquor alius infundatur, oleum supernaturat: sua enim natura non patitur alijs liquoribus cõmisceri prima coniunctione. Anima uero suæ naturæ altitudinē seruans, & intellectualem leuitatem quæ à deo in creatione accepit, cum terrenis aliquam cõmixtionem non fortitur: damno suo argumento talibus se immiscet. Oliua uiriditatem in folijs seruat, & folium uerborum tuorum non cadat in uinum, neque desuat in perditionem. Oliua, signum est uictoriæ atque nouæ Igitur. Inno uant in nobis quotidie daemonum bella, & pugna uictorum interius nõ quiescunt. Exterius uero nõ mundus & homines perstreperant, aduersus animam finire certamina non desistunt, & inter occultam luctam & pugnam aperta, ferè licet animæ respirare. Sed ad montem Oliuæ per Christum ascendente inuitamur ascendere, ut per signa uictoriæ, uictoriam de oculis hostibus faciamus, & de palam nobiscum congregientibus ad inferendum inuisibilia damna, signum, imò effectum, uictoriæ reportemus: nõ ad corpora, uelut inimicis carnis dantes conflictum, sed à malis suis omnibus, omnino inculpatam tutelam ad castra christifere militiæ reportantes. In signum pacis

primò ramus oliuæ ab aue pacifica Noe scripturatur ad uesperam, ut ostenderetur quod dei descensio ira quieterat, qui omnem uiuam animam deluerat super terram, his dicitur exceptis, quæ in arca Noëica sunt repertæ. Igitur oliua, signum noscitur pacis. Proinde festinat cum Christo in montem ascendere Oliuæ, ut in uirtutibus spiritualibus ex talibus similitudinem sumptis degas.

¶ Ascendit animalia Iesus, inter allegorica mores eudæ, ut super omnem animalitatem, rationis impio & loro regiminis ascendamus.

¶ Ascendit crucem Iesus uoluntariè, nõ inuitus: perficiens uituperio suo nostrum honorem, ignominia gloriam, poena beatitudinem, morte uitam: in ordine uitæ agendæ ad omnia humanitati contraria suos animans sectatores. Non creditur à utilitatibus, quod sit ascensus, sed descensus ad poenam: sed ueritas Christiana magnam credit ascensum, posse pro passio pro nobis uoluntariè pati. Habet uoluntarius ascensus ad præuisam poenam, mirabilem actionem: sit enim supra se seipso penitentis maior quam uoluntariè aspergit poenis. Habet profecto asperum sensum, quæ nõ tenella natura semper reputauit aduersum. Contrarijs poenilibus & afflictius naturæ se tradere, uictore suæ naturæ se monstrat, & seipsum calet seipso superior, & uicit omnino domesticum hostem, cum qui dormit & pabulat, cum qui pergit & sistit, cum qui quiescit & loquitur: qui portat atque portat, qui nisi per mortem nullis diuidit & medijs, quæ deuincere, maior est quam inueneros extra se uicisse, dixi uictoria. Maioritatem signum habet talis ascensus, nõ transiuitua, sed cõparatione reciproca: & ratio dignior, quanto primò secum ueris & christifere agonista duellat, & se primò deuicto, nihil inuincibile manet. Quid enim est, quod nõ uincat, qui se uoluntariè obicit poenis, si expedit: aut libes expectat, si eum tortor inquirat. A nemine potest deuinci, qui est à seipso uirtuose deuictus. Nõ uincit eum poena, quæ libens amplectitur. Non deicit eum dolor, cui appetit subiacere. Non tortor cum necantibus instrumentis, qui secum concordat in uotis: Nã querit tortor perire, ille desiderat tolerare. Si ille occidere, hic anhelat exire. Si ille corpus perimere, iste corpus relinquere. Si tortor uult quod amplius non uiuat in mundo, ille uero semper operatur libertatē à mundo. Nõ terrent tyrannorum terrore, qui inter animam & corpus gladii inimicitie poluerunt. Habet ascensus spontaneus, factus ad crucem, promptitudinem exquisitæ uirtutis. Promptitudo uirtutis, penitus illa est, quæ marecescere oculo timet: quæ semper affectat habere cum inimico cõgressum: quiete, ignamiam dicit: & non probari, torporē. Coronam renuit sine bello, uirtutem in delicijs refugit, semper parata reddere. Nihil exceptuat in euentibus. Nouitate euentuum

æstimat quid antiquum: præuiderat enim ante, seip̄ parauerat ad esse futurum. Animosior red dicitur post labores: cum opportunitas certaminis adesset, nō dicit, expecta. Nihil promptitudo uirtutis imparati habet. Arma sibi nō desunt. Semper habet, ubi quas appetit, possit perpeti pœnas: aut unde soluat quod cupit, debitum mortis. Promptitudo uirtutis supplicium deputat, si quod suum est, nō fecit, etsi omnes nō possint in experientia uires. Igitur uoluntarie Christus ascendens in crucem uirtutis, promptitudinem demōstrauit, & animauit ad ascensum ueridicos sectatores.

¶ Ascensus crucis, oīm completitū ignominiam: erat em̄ tunc tēporis turpius supplicij genus: ut in sequela Chr̄i quispiā factus in ignominijs, non expauesceret malum pudoris, nec absterreret metu horribilis cruciatus, cum sic p̄cessisse inspiceret caput oīm nostrum. Supra naturam est, gradus ascendisse pœnarum: & sensui nostro repugnant, cū tam acris cū ipso duellant: sed hoc fecit & factus in sanctis gr̄a, non natura. Nec em̄p naturā superna captabimus: supra naturā ergo fieri expedit, qui corde anxio inhiant in superna. Non autē est ad omne quod cruciatur, ascendendū: multi em̄ absq; merito ferunt esse cruciatus. Habet em̄ diabolus ad infernum descensus peragit, ut pœna, non gloria subsequat ad pœnam. Quod cōtrarium in sanctis christifidelis agit, ut post pœnam gl̄ia subsequatur. Crux est, cum aliqd appetitur & nō habetur: aut si habet, non ita perfecte ut queritur. Ascendit animus stimulo sancto punctus ad inuisibilem crucem, & desiderabat uirtutē legitime in aīo possidere: nec em̄ poterat sicut uolebat, & hoc cruciatus erat illi. Volebat em̄ oīonem in recuruatam possidere, intentatā ab immunditijs castitatem, humilitatem in euulsibilem, & immotam patientiam habere quærebat. Et sicut ignis, aut quodlibet elementum se cōdū suas proprietates habet, sic querit animus habere uirtutes, & applicare ad opus: sic ut applicat instrumenta fabrilia seu cataplasmata super uulnus, sed nec iuxta uosū subsequitur effectus, & hoc, crux erat interioris hominis. Meritum tñ habet desiderium sanctū, etiā si non sequitur ex toto quod queritur, dūmodo de negligētia nostra animus nō causetur. Quære rit anima iuxta diuinum p̄ceptum, deum tota & totē diligere, proximū autē, iuxta mēsuram suā a dño p̄sinitam: sed nequit implere oīo in indefectibili qd̄ p̄cipit, & cruciatur cruciatus, nihilo minus est tñ uirtuosus ascensus. Ascendere uoluit intellectus & intelligere: qd̄ autē q̄rebat, aut ex toto aut ex parte habebat uelamē. In cruce configit intellectus, si nō plenē intelligat: asperius affigitur, si oīmino nihil intelligat: sed non demeritum, imo meritū habet, si igno-

rat ut credat. Actualiter ad pœnas corporales, ab alijs irrogandas ascendere, si non est meritus, ad superbiam possit ascribi: æque autem ad tentationem dei, nisi a spiritu fuisset p̄monitus: sed hunc retardat ascensum, interiorē asserens debere semper esse paratum. Ascendamus tamen crucem electiuam pœnarum, ut unusquisq; propemodum coram deo in eius aram se mactet. Ascendamus crucem impriorum & sublationum: & oīm acerbitatem & derisionem & potionem amarā sustineamus. Neq; ascensus gloriæ celebrabitur, nisi prius ascensus huius crucis uersatilis celebretur. Nō cōsideremus materiā crucis, quā corporaliter & pœnaliter Christus ascēdit: lignea em̄ fuit: non figuram, tria solum brachia habuit, excepto triumphali titulo superposito, quā uis hodie nō sine mysterio brachijs quatuor figeretur: sed pœnam quam ascendens sustinuit. Nec sine causa pronūciauerat antē saluator: Qui uult uenire post me, abneget semetip̄m, & tollat crucem suam, & sequatur me. Præcessit, qui non abhorruit pro nobis sustinere acerbillimas pœnas: te uero, ad hūc expectat ascensum. Si appetis imitari Iesum ad suū pœnalem ascensum, deinde ad celestē gloriā te uocantem, abnega te metip̄m, scilicet illā perimas uoluntatē, quæ repudiat sensibilibus asperis, & quæ priuari renuit affectatis. Abnega te metip̄m in flumine diuini amoris, in gurgite humilitatis tibi meret dona libellū repudiij. Noli uelle tuus esse uel fieri, tua potestate non gaudeas, accede per fidem cum humilitate ad crucem.

¶ Crux, palma est, fructus habet amœnos, licet sit asper ascensus. Inquit sponsa legitima: Ascendam ad palmam, & apprehendam fructus eius. Iuxta truncum autē stipitem assistens, non accipiebat fructus, nisi ascendisset. Non marcescunt fructus eius in arbore, neque cadunt: non agitantur a uento, neq; cadunt. Sēper in cruce sunt fructus, ascendentes solummodo percipiunt: ascendentes oportet denudari, & nudos nudam ascendere crucem, ad nudū in ipsa pendente. Crux aliter intellectu alibus oculis apparebit.

¶ Crux, generalis est uirtus: magis uero crux, consummatio est uirtutum, & in ipsa clamatū est, Consummatum est.

Ascensus crucis disponetur in corde humilitatis, quæ appetit passionibus fieri oīno cōsortem. In corde legitimi amoris disponatur ascensio crucis. Profecto usque ad mortem, & matrem sociat uerus amor, & cum consummato indefesse omnia consummante, appetit cōsummari. Amor id habet abiectionem, quod homo non abiecit mētē atque corpore pro amato. Veller æquari in cruciatibus uerus amor, quanuis in causa non possit.

Ascensus crucis, est erectio a terrenis.

Ascensus crucis, initium, medium, & perfectio paupertatis. Nihil habet in intellectualis crucis ascensu, & non curat si diuidatur inter homines bona mundi, & quæ de iure uidentur sua. solum sibi reputat, opera facere aut fecisse uirtutis, etiam si super fortē bona sua in alios quosq; perueniant, non sentit in animo passiones. Solum hæc passio in animo figit, quousq; perficitur diuina uoluntas, & tota uirtutis iustitia cōpletur. Tunc em̄ ab hoīe fit completa iustitia, cum nihil nouit quid interius aut exterius addat per potentiam, neq; per uoluntatē. Plura em̄ pot̄ uelle uoluntas, quam hō possit efficere.

¶ Proinde nudum oportet fieri ascensorem & impassibilem animo ad perditā, & ad illas quæ pati passiones, ac etiam ad pœnarum ministros. Impassibiliter pendet in pœnis in animo Christus, excepto quod pro nobis dolet, sed nō de pœnis in anima dolet. Amor suus insuperabilis, non permittebat animam dolere de pœnis. Nos uero crucem impassibiliter ascendamus, ut ad omnia materialia non sit, aut impassibilis sit, affectio. Qui ad impassibilitatem peruenit, reaccipit in animo diuinam & clarā imaginem atq; uirtutem: non corporis, sed animæ impassibilitatem pronunciat. Alioquin si corpus istam in hoc mundo sortiretur, p̄mio martyrum priuaretur, quod in eo cōciliatur atq; reponitur, quia natura passibilis sustinet asperū sensum, ut ex eo in plerisque martyribus a corpore anima pateretur exilium.

Impassibilitas atq; sola est sub cælo libertas. Impassibilitas animæ, quæ dā ipsius intrinsecus mutabilitas est: ut in honore & ignominijs, in hōnditionibus & maledictionibus, in opprobrijs & laudibus, in doloribus corporis atque sanitatibus, in dilectionibus & odijs & alijs irrogatis uicissitudinibus obumbrationem atq; transmutationem, neq; uarietatem ipsa suscipiat per studium gr̄æ, nō potestate naturæ, quod solius dei est. Studebat anima in retardatis uirtutibus ad hanc uirtutem ascendere, ut etiam aduersus ea quæ a natura insurgunt passibiliter, impassibilis maneat. Et aduersus diabolum oportet in istam arborem ascendere, aduersus quem, occultam & indeficientē luctā habemus. Chr̄s nāq; de tetrīs exercitijs triumphauit in semetipso, in effectū nr̄æ redēptionis & imitatiois exemplū, p̄ manū affixā cruci, nō ad repercutionem extēsam, in nullo motus in anima.

Impassibilitas animæ firmiter noscitur sitata, si oīno ad uitā potentia ingredi, manet immobilis.

Impassibilitas animæ, consummatio est uirtutum naturalium atq; per gr̄am acquisitarum, ut in nullo cedat uitijs uel aduersis: nec lassitudinem patit in actione uirtutum, nec ipsam expedit quietescere, quia libertatem sortitur: sed omnem exercitare uirtutem, secundum inherēntem ipsa rī proprietatē, & uarietatē temporis & locorum,

& assistentium hoīm atq; rerū, & insurgētium motuōnum in anima, & immisionum factarū ab angelis aut a suprema uirtute.

¶ Per comparationem, ipsum ascendētem oportet inspicere: ut sciāmus, quantum nobis ad usq; ascensum desit, & sine retardatiōe accedamus, ad quod agendum proponitur nobis. Sic em̄ Apostolus ad Hebr̄eos scribit: Deponentes omne pondus & circumstantis nos peccata Heb. 12. tum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in autorem fidei & consummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, omni confusione cōtēpta. Recogitate igitur eum qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionem, ut nō fatigaretur animi uestris deficientes: nō dū em̄ usq; ad sanguinem restitistis aduersus p̄nam repugnantes. Verbo multa completenti Apostolus locutus est, dicens: Deponentes omne pondus.

Pondus, est lex non deponenda.

Pondus, timor non deponendus.

Pondus, amor non deponendus. Quid est quod dicit, Deponentes omne pondus, ut curramus ad certamen? Multa sunt pondera, sed bona & mala: hoc uero ad id referit qd̄ ad Corinthios scribit Apostolus: Oīs em̄ qui in agone contendit, ab oībus se abstinēt. Si ab oībus, ergo a contendendo, ergo ab equitando. Quō ab oībus se abstinēt? scilicet quæ impedimentū p̄stant ad contentiōnē, q̄ agit in agone. Hic autē omne pondus monetur deponere: non illud, quo uirtuosē anima ponderatur, sed quo anima impeditur, pondus deponendum est.

¶ Pondus contrāctū, scilicet originale peccatum, qd̄ nisi abluat, demergit ad infernum.

Pondus, natura corrupta.

¶ Pondus, est amor inficiens & infectus.

Pondus animæ, est omne uisibile & corruptibile: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sed nec deponendum corpus, nisi cum per inuitabile mortis imperium a corpore anima segregatur, deponendū tamē pondus est accuratē sollicitudinis. Omnes animæ uocantur ad sabbatum uirtutis, ut ad sabbatum æternæ beatitudinis perueniāt. Sabbatizantes, phibent portare deprimentia pondera & onera, q̄ animā a diuinis impediūt. Ieremias dicit: Si autē nō audieritis me, ut sanctificetis diē sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis portas Ierusalem in diē sabbati: succendā ignē in portis eius, & deuorabit portas Ierusalem, & nō extinguet. P̄ctm uero circūstās oportet deponere, ut curramus ad certamen, qd̄ nobis a sanctos agonum positore Chr̄o Iesu, in cruce nobis pponit, ut inspiciamus fidē quā nobis p̄ crucē fecit. Ex fide namq; christifera crucis, pœna malorū cōuersa est in arma uirtutum: & quod est iniqui supplicij, in ueri agonistæ meritū est

cōuersum. Et quod fuit poena primi hoīs delin-
quētis, triumphus efficit certatoris, p̄ Christo
hominis subsequētis. Et mors suā seruando
uocabulo & actione malitiā, piē tolerata glo-
riā acquirit aeternam. Et si quid sensui delicato
nosct̄ horridū, si pro Christo pendat, nanciscit̄
præmiū. Assumptæ per uoluntatem afflictio-
nes in corpore, atq; irrogatæ ab improbis, cō-
secrantur ad gloriā per fidei meritum sanctæ
crucis. Etia ipsa mors quæ tanto studio ab hui-
us uitæ dilectoribus deuatur, pro Christo
suscepta, consecratur ad præmiū, quanuis cum
tanto dolore hominum adimat sensum. Fecit
em̄ nobis hāc in cruce fidem ille Iesus, qui pro
nobis sustinuit mortem, Nec ista sensibus per-
cipienda seu cōprehendenda rationibus subia-
cent, nisi huius fidei autorem, potius uerō au-
ctam ab ipso fidem aspiciamus. Ipsa enim si-
des hoc gratiæ priuilegium à Christo suscepit,
ut omnia mala poenalia, dum uiuit, transferre
possit in arma uirtutis. Et si qua humana uitæ
propter aspectū sensum, aut per priuationē de-
lectationis noscuntur aduersa, pontes & uiae
siant ad aeternā uitā pro fidei autore suscepta.

¶ Appropinquemus in altitudinem nostræ
mētis ad crucem, & aspiciamus consummato-
rē Iesum. In illa, facta est consumptio p̄fecta
nostræ redēptionis, in nullo sortita defectū. Sā-
guis em̄ diuinus in illa effusus est, & solum
est debitum quo tenebamur obnoxij. Nec cō-
summationē fecit illa uirtutū, sed uelut signū
siue sigillum instrumento atq; chirographo ui-
tæ suæ atq; doctrinæ, in consummatam perfe-
ctionem apposuit, & per signum monstratæ
sunt in illa in anō habitæ atq; dilectæ uirtutes
& excessus amoris, ad creaturam de horren-
dis periculis erudendam. Omnis hominū ratio
in crucis est consummata mysterio. Ad spem
supernæ uitæ commota est, qm̄ propter æter-
nam uitam tēporalibus cōcedendam tempo-
ralem mortē tolerauit aeternus. Proinde spes
omniū nostrum, de altissimis est defixa radici-
bus, ostensa est per mortē charitas. Ad ipsam
uerō ascendere uolētes, inuitamur ad crucem:
pendet enim ibi, repensio ab omnibus quæ-
rēs. Omnis humilitas depicta est in tabula san-
ctæ crucis: nulla deest in cruce imago uirtutis,
imō nulla deest uirtutū proprietates uirtutumq;
perfectio. Etenim ibi inexceptuata paupertas
rerum, amicorū & humanæ potentiae, inexe-
ptuata patientia. Nulla querela ibi audīt, nisi
oratiōes ad patrem, & bñdictiones pro male-
dictionibus. Inexceptuata malorū & ignomi-
niarū susceptio, inexceptuata expositio corpo-
ris & animæ ad opprobria, inexceptuata absti-
nentia & afflictio gustus, inexceptuata castiga-
tio corporis, inexceptuata castitas, inexceptua-
ta uilitas atq; delectio. Verē cōsummator bo-
norū Iesus, omne uirtutē cōsummavit. Ascen-

damus ad istas passiōes, uidelicet cōsummatas
à Christo uirtutes, nec ascendendo unquā no-
bis deest ascēsus, semp̄ supererit quō ascēda-
mus fide. Ascendamus amore, & imitari ueli-
mus in passionibus in offēs exēplo uirtutibus
eū, à q̄ petimus coronari. Volēs attingere pal-
miferæ culmē, istam arborē ascendere non de-
uiter. Aspicientibus hęc claret impassibilitas.
Ipsa em̄ est inexceptuata uirtus & inexceptu-
ata dispositio, ad omne applicabile animo &
corpori per uirtutē. Ipsa est quæ nihil determi-
natū aut propositum habet ad bñ agere atque
p̄ iustitia pati. Inēdit enim bonis, gaudet pro
iustitia & passionibus omnibus, in aula impas-
sibilitatis nihil est triste, uirtutes lætificantes
nō desunt, nec ingrediunt̄ conturbātia mala.
Inexceptuatē se protegit à magnis atq; ad uitijs
paruis, & usq; ad sanguinem, imō usq; ad mor-
tem includendam: repugnans, aduersus uitia
resistentiam facit, & non patitur ex prohibi-
tē certandi quōd sibi ascribat ignauiā. Querit
ista probissima uirtus semper in agōibus esse.
Agonizare uerō, quietem suā dicit & pacem.
Ve uerō triumphando possit inire certamen,
querit spe ducē, cui se inexceptuatē supponit
in directionibus eius: suspensa semper ad tubā
excitatiōis eius, impassibilitē suscipit onus bel-
li. Ipsa nempe nunquā adueniet, nisi recesserit
ab hoīe suus hostis. Impassibilis hostis eius est,
proprius amor, cōcederatus corpori per amo-
rem. Etiam hanc umbrosam perpassū diligens
uitam, aut tenuiter appetens uiuere in cordi-
bus aliorum, nūquam ad istam uirtutem per-
ueniet. Discompassionatus ad corpus, corpo-
ris pericula non timebit; exponit em̄ illud ue-
lut syluestrem bestia ad affligentia mala. Non
dicitur aliquid perdere, qui nō dolet de perdi-
tis: nec dicendus est pati periculum, qui proprio
animo incidit in illud. Abhorrens uitam, non
patiet̄ à morte. Cui em̄ inimica est uita, seu in
amore ipsa non est, mors est amica. Nemo
em̄ se dicit pati ab amico, si sibi seruit in placiti-
tis. Cupiebat dissolui Apostolus, & esse cum
Christo. Dissoluens ergo mors sibi erat amica,
quia sibi seruebat in placito. Fertur, magnam
quendā agonistā, tyrāno minanti & uolētī eū
ista uita priuare, tale dedisse respōsum: Tu so-
lus ad mea uota concordas, & gratias tibi ago
innumeras, q̄ me ab iniquis dñis absolutū re-
stitues iustissimo regi regū. Qui non afficit ad
hanc uitam, impossibile dico affici ad aliquid
uitiōse, quo uita ista fulciat. Proinde non patie-
tur, si aliquid adimat. Qui uerō in cordibus ali-
orum residere nō appetit, non patiet̄ ex nota
porrecta, neq; curabit conspicuum in aliq̄ ste-
ri, nec priuatus amicis per decisionem & mor-
tē, passiōē in animo patietur, & uerbo in aliq̄
contra deū. Impassibilitas, non est ex carentia
sensu, ut est in illis rebus, quæ omī uita & sen-

su priuante: nec est in temerarijs qui ex ipsa te-
meritate p̄sumunt: nec illā tētamus in uia, quā
in supna patria supni per beatitudinē posside-
bunt ciues: sed illā, quæ nascitur aut gignit de
p̄dominante ratione. Prædominās ratio, quæ
rationaliter iubet oīa fieri, sæpe non patitur
aut afficitur uitiōse, aut peruenit de lōginquo
uirtutū studio multis gemitibus & intinuis de-
siderijs & orationibus habito p̄ diuinā gratiā
irrogatā. Nunquā impassibilitas à natura solum
habet insurgere: donum em̄ est cælitus in ho-
mine. Qui habet diffusam gratiā ad deo in ani-
mā & potentijs eius, p̄ponit sibi aliquid æter-
nū impassibilitatē quærens, quo auctus, post-
ponit trahitorū cruciatū: proponit cælestē, ut
postponat terrenū: p̄ponit diuinū, ut postpo-
nat hūanū. Sustinet quod insertur, cōtemnit si
contemnit atq; deicitur, qui gaudium ineffa-
bile anteposuit. Vilis est omnis poena, ubi pur-
ra & libera conscientia gaudet. Contemnit oīs
confusio, ubi menti præponitur gaudium uir-
tutis, & ueritas æternitatis. Recogitemus eum
qui consummationē fecit bonorū omnium p̄
crucē, quam ascēdamus in alleviationē fatiga-
tionum aduenientū, & omīno nō deficiemus.
Impassibilitatē animi ostendit Abraham, & oī-
modam carentiam uitiōse affectionis, cū pro-
pititudinem ostendit sine animi passione ad fili-
um immolādum, audito diuino imperio, cui
nec uerbo, nec animo reluctatus est. Qui care-
re absq; dolore potest his, quæ cōmuni & na-
turaliter diligunt, ad impassibilitatē crucis cœ-
pit ascensum: qui uerō per legitima & insolu-
bilia fœdera nouæ sapiētiae in uxore susceptæ,
sup̄ materna morte consolatur, s. super priua-
tione à deo facta, seu permissa, eorū quæ à na-
tura insurgunt, solum nouis & intellectuali-
bus amplexibus delectatur, altiore ascendit
gradum. Quod Isaac legit̄ fecisse, cum Rebec-
cæ amplexibus fuisset affectus: Interpretat̄ em̄
multa patientia, aut quæ multū accepit. Multa
patientia solum ibi est, ubi uera impassibili-
tas est: & ubi multa patientia regnat, multā
sapiētiam adesse nullatenus ambigatur. Et
multa recipit, qui multa summo & in defecti-
bili largitori dedit. Multa deo reddit impassibi-
litas uirtus, quæ nondum multa, sed pluri-
ora suscipit à deo, & sæpe sensum exceden-
tia: usq; quō consummatio amoris Iesu, impē-
si atq; repensū, fecit in uia ultimam impassibili-
tatē, & nullam nisi patrialem expectat. Est em̄
ipsa propter impassibilem, non inuitē, sed uoluntariē
patientem uirtus in anima, & actio in
corpore consummata. Beatitudo est & gloria
subcælestis in agonistis agonizantibus, p̄pter
Christū, & gloriosē degit in ualle miseriarū. Ipsa
est felicitas interioris paradisi, eandē rehabens
imaginē quā accepit: ultra istam nō nouit nisi
gloriosum & æternū sperare triumphū. Si cō-

ceptio cessaret à locutionibus ueritatīs, & oculi
rōnis & fidei absq; umbra respicerēt, oīno ui-
derent ipsam & p̄fectā charitatē, nō aliter, nisi
solis differre nomimbus. Et cōueniunt sine dif-
ferentia in p̄fectione certantis in stadio, q̄ cur-
ritur ad brauium supnæ uocationis. Aspiciamus
& ascēdamus, totis uiribus innitentes, im-
passibiles fieri: & fiet oīno non nostro merito,
sed diuino dono, ut usq; ad id celeberrē impre-
termisē agonizātis ascensum, à quo p̄positū
inceptus occasus, excepta morte quam experi-
mur: quam ille, si sterillet, non fuisset experius.
Ascensus crucis, ad hanc ascēdere omnino in-
uitat. Sed claudirur huius intelligentiæ altitu-
do dycolis, uelut conuulsio instātanga, incō-
prehensibiliter quid ostendens: aperitur in eu-
angelio p̄ fidem & agones iniūtiatis, graditibus
inreconuersē iter uirtutum. Claret uelut auro-
ræ distinctio à præcedente termino noctis, uer-
ris & studiosis inquisitoribus occultę ueritatīs,
uelut meridiana lux innotescit, quōd ascensus
impassibilitatis, est etiam ascensus crucis.

¶ Hęc siquidē de cruce p̄sumimus, p̄p̄ Christi
cōtinuandū ascensum, in nostrū exēplū: sed
alibi crucis mysterium disserendū seruamus.

¶ De descensu saluatoris. Caput IX.

Ascendit Iesus in cælos, ubi nisi uolento
sensu moralitas nō p̄struitur. Gloriosus
surrexit, & gloriosus ascēdit. Gloriosa resurre-
ctio, & ascensio, finis est morū. Mysteriū altum
est, non exacta moralitas. Conati sunt tñ pluri-
mi hęc reducere ad mores: nō contradicēs qd
bene dicitur, & uulgares piē informat: distor-
quetur, dum mores huiusmodi ineffabilia my-
steria deuicat. Sicut ascēdit, sic & celebravit de-
scensus, qui aut suam ineffabilem humilitatē
& dignationem p̄pter nos infinuat, aut cōfor-
mitatem, aut exēplares in nobis & purissimas
actiones, ut propemodum exequamur: proque
ipse progauit exēplum: quātuis habuerit absq;
inuisibili bello uirtutes ab omī labe purgatas,
similiter & subiectissimas uirtutibus corporis
actiones, quanquam tentari uoluerit & perpe-
ti poenaltates, & p̄o sensualitate in profunda
oratione deposuerit, argumenta.

¶ Descēdit Iesus (ut supra progauimus) Na-
zareth, in exēplum oīs deiectionis inuisibilis,
atq; uisibilis hoīs: pro obedientia, quæ reducit
in patriā, exequēda. Ipse namq; alibi dixit: De-
scēdi de cælo, non ut meā faciā, sed uoluntatē
eius, q̄ misit me. Primus uerus & mētis descen-
sus in id tēdit, ut nō uoluntatē nostrā, sed uol-
untatē illius qui nos in hūc mundū misit, in-
cōtradictē faciamus. Non em̄ nisi ut ad supna
reuocet, destinauit. Et eorū siquidē qui dirigūt
autoritate atq; scientia in superna, oportet (ue-
lut uicē gerētium) primi patris uoluntatē exee-
qui, secundum directionē almissā sursum fer-

rētis uirtutis. Qui nō descēdere nouit uoluntariē ab omni cacamine mentis & propriē dicitur, nūquam appropinquauit ad aliquem uirtutum ascensionis gradum. Non in angustum includo uirtutes, sic theorizans omnibus existentibus in mundo & extra mundum fieri uolentibus, atq; in ueritate factis, extra ipsum loquor, quod nisi quis descēderit ab eo, quod est p naturā corruptū, aut per uoluntatē ppiā, nunq; ascēder p gradus fabricatos per gratiā diuināq; iustitiā. Præ has, duas arces altissimas fabricauerūt, q sibi uident iustit; unā uide licet ppiē reputatōis, aliā uerō ppiē regularionis. Alij primā & nō reliquā, alij reliquā & non primā, alij primā & reliquā. Reputatio difficiliter reprimitur, atq; ab arce desicitur q ascēderit. Ab arce uerō propriē regulatiōis neminem uidi descēdere. Facilior fit ascēsus, quā ab arce propriē regulatiōis descēsus. Trauimus autē hęc ubi de uitijs egimus. Sed descēdere ab his oportet iustificari uolentē.

¶ Descensio uerō Iesu de montibus ad planitiem, in exhibitione sua facta turbis & infirmis nō ualentibus alta cōscendere, seu detētis à desidiā ascendendī, construit humilimos hominū mores, eorū uidelicet, qui diuinas susceperunt illustrationes, aut gustauerunt cælestia & ineffabilia bona; descēdentes ad eos, q in uolunt in turbis, & detinent ab infirmitatibus spūalibus, quos uiuare cupiunt ex charitate diffusa in eorū cordibus, ut uelint oēs dirigere ad patrem luminū, cuius charitatē cognoscentes supernaturaliter, superintelligibiliter, & æternaliter diffundit in nos pro capu fidei, super oēm rationalem creaturā, & intuentes p fidem uoluntatē eius, qua uult oēs homines saluos fieri, & ad agnitiōē ueritatis uenire, conātur eripere de operibus tenebrarum, & cōmunicant infirmitatibus infirmorum, & omnibus oīa fiunt, ut oēs lucrificarent propter eū, q nobis oīa factus est ut oēs lucrificarent; & proprias cōsolationes dimittunt, & recusant semper morari in mōtib; contemplatiōis & diuinæ habertatis, ppter releuandos proximos, quos iacere nōrunt & habitare in uallibus nebulosis. Cognoscūt sanē necessitatem descēdendī propter proximos; magis uerō, prop seipsos, propter diuinā iustitiā, quæ in auribus oīm hōim ratione utentium clamat: Qui suos inferiores nō adiuuat, nec ipse à sublimioribus potestatis adiuuet; & qui manū nō porrexit ad iacentes, nec ipse super se sentiet omnipotentis manū releuantē atq; trahentem. Proinde necesse fit quandoq; descēdere ad conferuos, etiā consideratione communis gloriæ possidendæ. Respectu æternæ gloriæ proximo acquirendæ, deuitandæq; pœnarum æternitatis, quicq; esse potest contemplatiōis, suspensionis mentis, dulcedinis ineffabilis; si in tempore agitur, securissimē obmittat. Tutius atq; gratius relinquitur quodcūq; perfunctorum bonum, pro deuitādo malo æterno, atq; suscipiendo bono æterno, etiā in proximo, quā reneatur dulciter in seipso.

¶ Descensus ineffabilis dei est, cum ad considerationem factorum nostrorum bonorū siue malorum, semetipsum inclinaret: licet ipse oīa in semetipso immutabilis faciat, sed creata natura mutabilis, opera diuina in se mutabiliter suscipit. Ut uerō in descētionibus ædificemus mores, per prata scripturæ sacræ aliquantulū decurramus. Cum peccasset Adam, ad eum diuina potentia in uoce descēdit, interrogans ubi erat. Verē quædam dignatio descensionis erat, cum creator creaturam de actionibus suis exquireret, & inuitabat ad cōfiteendum qd fecerat, ut parceret, si cōfiteretur humiliter: puniret, si negaret procaciter; aut cōmissum malum superbē ostenderet, quod & factum est. In quo docti sumus, ut humiliter descēdamus ad delinquentium delicta, ad exigendum humiliter culpā: ut corrigamus atq; parcamus, aut cum misericordia puniamus. Etenim deus ad istam descēdens, nō deleuit ut potuit; sed puniuit, ut uoluit peccatricem naturam. Descēdit in uoce delapsa de cælo, ad præcauendum de Cain præcogitatum malum, & ite; ad exigendam confessionem humilem, ut prætaret debitam ueniam. Immediatē in suis montibus habitat, qui potest in proximo præcauere delicta, ut etiā nouit, qd in se est faciat, quam sæpe præmonitus ipse non caueat. Saluasti enim (ut per Iezechielem dicitur) animā tuā, etiā si præmonitus proximus delinquendo perdidit suam. Multum superbē ascendit, qui si potest, non reuocat aut tentat dispositū ad ruinam, ne in pœnam intrintraetur æternam; magis uerō, ne diuinam offendat iustitiā. Nam si quispiam in altissimis mōtib; degēs, qualicumq; oculo cōspiceret carnalem patrem à quoquā offendi debere; uelut fulmen descēderet, paternam deuitaret aut impediret offensam, assumptos labores & quietem perditam non abhorrēs. Malē paternas oues custodiret in montibus ex præcepto paterno, si suam nō deuitaret, cum posset, iniuriam, dum cōspiceret esse uicinam. Excedit sanē oēm impensum atq; impendendū honorē, iniuriā deuitare paternam. Nam ipsam sustinere quā posses auertere, oēm excedit iniuriam: præter quā, tu ipse malē agitatus inferres, & oēm confundit honoris impensionē iniuria tolerata. Quanto magis pro æterno patre sunt uicissitudines assumendæ, ut nūc in mōtib; nūc ad ualles fiat descēsus, si potest cauere ne offendatur lingua: Penitus erat dei descensio ad Cain, ne conceptum facinus perpetraret. Tu quoq; descēde usque ad peccatorū conuallem, & auerte, si potes, iniuriam dei; & si tale malum intenditur, damnū remoue proximi. Quomodo ergo diligit deū, etiā si sibi & multis alijs seruiat, si potest, & eius iniuriam non auertit? Similiter ad reuocandū Cain post fratricidium, in uoce interrogationis ad cōpungendum ipsum, ite; descēdit amator hominum deus. Hoc idem parabola insinuat, q; descēdens pastor de mōtib; in illis nonaginta nouē relinquens, pereuntē unā descēdit in uallibus q; rere: oīno inueniens, ut hi q superiores sunt a uoluntate, doctrina, uita, ad eos qui inferiorantur, descēdant: iuxta qd scriptura: Descendit autē dñs, ut uideret ciuitatē & turrim, quā ædificabāt filij Adā. Hic enī descēsus ad mores relatus, certitudinē discipulis onis malorū prænciat; ut malū corrigendum aut puniendū nō sit in opinione, sed in certitudine. Similiter fecit cū dixit: Clamor Sodomo rū multiplicatus est, descēdit & uidebo, ut rē opere cōpleuerit, an nō ita est, ut sciam. Humiliter & prouidē in omni foro iudicij, ad certā scientiam malorū quæ agunt, descēdat ille q; præstet: ne quomodolibet incautus inferat ultionē, aut corrigendo prætereat delinquentē, & nocet infamia, uel pœna puniat innocentē. Et cū uideret ab opere nō cessare superbos, ad impediendum & uiscēdit (ut scriptura refert) iteratō descendit, dicens: Venite igit, & descēdamus & cōfundamus ibi linguā illorū, ut nō audiat unusquisq; uocem proximi sui: quod & factū est. Ecce diuina descensio ad impediendū, ne tantum procedat, quantum fuerat antē pui sum. Prouidentia nōscitur esse descensio, ne mala incepta progrediantur in amplius: misericordiæ descensio ista p̄noscitur, ne malum initiatum ultra procedat, ne iudex aliquem inueniat, in quem puniendo defauiat. Descēsus iste iustitiæ fuisse nō ambigitur, cum mala iustē puniuntur intentio, etiā si operatio nō succedat: nec enim isti, ut intendebant, ascendere in cælum. Iustitiæ fuit ista descensio, ut mala in simul conspirantes confusio sequeretur. Iustē igitur fit, ut qui ad mala patranda conueniunt, quod ut ne perficiant, diuidantur. Magna et cōm est diuina, ubi qd dicitur ab uno, ab alio non intelligitur. Quod si aliter fieri nequit, separētur corpore atq; locis, qui ad mala fiunt uoluntate atq; actione concordēs. Proinde quorum intereēt, ex his formam descensionis assument. Ad liberandū a malo subiectos, oportet omnino descēdere in aliquo culmine cōstitutos, ex exemplo conditoris, qui omnes uult

Gen. 15.
Gen. 11.
Gen. 18.
Gen. 4.
Gen. 11.

liberare q; cōdidit. Inquit certē, ut in Exodo legitur: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiuī. Et subditur: Descendi liberare eum de manibus Aegyptiorum. Humili dignatione descēdat in aliqua celsitudine cōstitutus ad eos, qui à diabolo & tenebrosō uiciorum populo affiguntur, ad eripiendum eos de manibus eorum. Et his gradibus atq; modis fiat descēsus, quibus oportet, nē liberetur malē detentus, doctriua, suasionē, remedio, uirga, minis, & his quæ requirunt dispositio detentorū. Ac per hoc, si per Christi descēsum nostris moribus famā damus, tota Christi uita descensio est per humilitatis, uilitatis, despectiōis, paupertatis, pœnalitatis gradus, & per liberationis uiam: quousq; inferna descēdendo penetraret, & inde solū misericordia dignos extraheret. Descēdamus per hos gradus: descēdamus de solio iniquitatis: descēdamus consideratione atq; dolore in mala q fecimus, & in quas meruimus pœnas: descēdamus in infernum uiuentes, capientes exinde ad mala cauenda timorem atq; errorem, ne descēdamus illuc morientes, habētes uitam sine fine pœnalem. Descensus Christi ad inferos, non habet mores, sicut ascēsus ad cælos. Libuit iure post ascēsum, descēsum apponere: pro eo quod omnes ex natura corrupti sumus in imis, nec nobis potest esse uirtutis descēsus, nisi per gratiam ad uirtutem fiat primō ascēsus, quantum ad actualia peccata pecliuior potest esse descēsus.

Sunt deambulationes laboriosæ Iesu, pter ascēsum atq; descēsum, ex quibus fatigatus sedebat sup fontē, cū hora esset quasi sexta. Pro forma serui dicit, fatigatus erat & quod sedebat. Forma dei oīno infatigabilis & impassibilis est. Ex hoc innuit, quid suscepit p nobis, & q amore coniungit nobis, si fatigat infatigabilis. Ex quo postendit hæreditarios mores nobis ex actiōe sua relictos, ut in laboribus & fatigatiōibus agamus hęc umbraticā uitā. Adā de loco quietis iustē expulsus, meritō in loco miseri huius incolatus, cū tota sua ple fuit passus exiliū, ut nec solutū pro nobis precitū ad paradisi moenia reuocaret. Sed nec ad hunc quietis locū uenit nos saluator requirere: sed ad locū miseriæ atq; pœnæ, ut una esset pœna, nō culpa redepitoris & redēpti. Et qui tradidit hoies in exiliū, cū illis exiliū paterec; & uindicta iustissima peccatoris esset, iniustum supplicij redemptoris. Ac per hoc capitis fatigatio, mēbra fatigare iustē cōpellit, ut nec uelimus quietē, ubi ipse uoluit laborare. Sed si requies in uia interdū, antequā deueniat ad terminū, quæritur, sic fiat pro quiete, sessio super fontē. Sed sicut prohibitum est desperare, sic præsumere prohibetur. Sicut nemo præmia diuina desperare p̄cogitet, sic nec sibi de misericordia

Exo. 3.

blandiatur. Præsumperunt multi habitantes in uoragine occultæ deceptionis, dicentes: Ad quid necessarii sunt labores, ad quid abstinentiæ atq; oēs corporis afflictiones, ad quid cōferuntur talia? Spūs est em̄ deus, & in spū adorari uult, & amari. Si adoramus atq; amamus in spū, quid nobis agendum remanebit in posterum? Vana sunt quæ sūt, & ludibria puerorū, aut nouitiorū steriles passionēs. Sed nō aduertit aliam saluatoris sententiā, dicentis: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et aliam: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequat̄ me. Et Petrus dicit: Christus passus est pro nobis, uobis relinquit̄ exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et Paulus ait: Exeamus extra castra, in propriū eius portantes. Et Iohannes in canonica sua dicit: Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Et oportet omnino, quod uita Christi Iesu manifestet̄ in uestra carne mortali. Et ad Galatas Apostolus loquit̄: Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Nec unigenitus dei filius pro nobis in tpe factus homo, uoluit sufficere, quod nō diligebat: etiam aliter quā per pœnas & mortem redimere poterat: nisi p corporalia signa ostenderet, ac sustineret pœnas & crudelissimam mortem. Quo modo, q̄ pacto inficiabimur, non expedire corporis passionē atq; labores, si membra debet̄ capiti nostro in moribus cōformari, si fatigationes atq; labores sustinuit, qui nos poterat absq; his oībus liberare? Nam si unguētum capitis descendit in barbā, similiter & sanguinem capitis barba suscipiat. Et si speramus in corpore beatificari, expedit (secūdum decentiam iuris) q̄ toleremus in corpore passionēs, quāuis ad gloriā non sint sufficientes. Inquit em̄ Apostolus: Non sunt condignæ passionēs huius tēporis ad futuram gloriā, quæ reuelabit̄ in nobis. Et in Actibus apostolorū legitur, per multas tribulationes oportere intrare in regnum dei. Et Iacobus in canonica sua dicit: Omne gaudium exultimam fratres, cum in tērationes uarias incideritis. Et Petrus ait: Communicantes Christi passiōibus gaudeat. Ad idem refertur quod Apostolus dixerat Corinthiis 1. Sciētes, quoniam sicut socij passionū estis, sic & resurrectionis eritis. Et si corpus suum castigabat Apostolus, nunquā de non castigando præsumat in posterum Christianus adultus. Statuit diuina iustitia in homine certate coronas, sed non coronabitur, nisi legitime certauerit. Sicut enim nec in uia, sic nec in patria eiusdem nature sient corpus & anima: & unicuiq; stabit merces propria prætaxata. Si non requiritur ad supernum regnum corporei labores atque dolores, fultē crucifixus est Christus: qd̄ erat

Ioh. 12.

Mat. 16.

1. Pet. 2.

Heb. 13.

1. Ioh. 2.

Gal. 6.

Rom. 8.

Act. 14.

Iac. 1.

impertinens operatus, & egit à seipso & in seipso: quia fecit præter iusticiam & rationē seu iustam necessitatē, & deliquit si non expedientia seu superflua fecit: quod credere, nefas fides catholica dicit, asserens, nihil nisi ppter iusticiā & rationem atq; debitam existentiā, Christū eduxisse in actū. Stulti fuerunt apostoli, martyres & ceteri sancti, qui tot laboribus & sudoribus & fatigationibus, passionibus insudarunt, ut captarent regna cælestia, si opera corporalia & exercitia laboriosa non exquirunt in adultis ad regnum. Ad indignationem dei sibi blandiunt talia machinātes, quod amatibus solum in animo & altissimis contemplationibus insistentibus non expediant opera laboriosa. Nā nullus maior Christo, nullus maior uirgine, nullus maior eo, q̄ quasi ex fasciis incola ē factus deserti: nullus posterior maior apostolis, q̄ corpora in ieiunijs, laboribus, abstinentijs & sudoribus macerauerūt. Et expedit oīno, animo & corpore fieri Christiformē: nā ipse aio & corpore factus est hominiformis, similiter & paniformis. Et si subrogat̄ suæ passionis argumentū, q̄ ideo Christus sustinuit, ne nos pateremur: imō ipse sustinuit, ut & nos imitemur. Nec credēdum est, quod à tēporalibus pœnis erudis laboraret æternis tēpore, sed p æternis. Nec mutatus est Christus, aut aliam legem dedit, aut aliud euāgeliū condidit: sed qui heri, & ille nunc, & ipse in secula seculorū; & euāgelium eius & euāgelici mores durabit̄ immutabiliter, quousq; finali sententia uita oīm hominum terminetur.

Fatigatus est dominus Iesus ex itinere, fatigemur & nos itineribus mentis. Ex nihilo uenimus, & in id tendimus, nisi conditor siteret. Naturam infecimus, onera ipsius corruptionis portamus, frequentamus peccatorum & delictorū uias. Iura nostra scripta sunt in inferno, illuc pergitur motu nostro cum antiquis peccatoribus sociandi. Lubrica & lubricata sunt uestigia nostra: nihil deo dignum, nihil rectum agimus, ambulamus uias difficiles, uiam dñi ignoramus, nō incedimus iter rectum, sed tenebrosas uias. infames sunt gressus nostri, per uerfæ sunt uix nostræ, nec uite semitas ambulamus. Hæc & plura indicibilia mala sunt in nobis. Fatigemur igit talibus cōsideratiōibus in intemis nostris, fatigemur in quibuscunq; uirtuosis. Fatigemur in sedulis memoratiōibus eorū, quæ nobis diuina bonitas cōtulit & pmisit, & in finitorū malorū, à quibus nos misericorditer eruit, & ad locū inuitabilis iudicij mēs fatigata incessanter accedat. Fatigetur & corpus saluatoris, p posse corporea imitando uestigia. Iob pro se ac pro nobis animandis dicebat: uestigia eius securus ē pes meus. Cū uero in uia interdū quiescere uoluimus, sedeamus hora sexta, sic, sup fontem. Fons iste siue puteus

Q

minu

Ioh. 4.

Ioh. 4.

us, abundantia est & pfunditas terrenorū: fons iste, emanatio delectationum est: fons iste, profunditas naturalium & scientiarum humanarum: fons iste, emanatio ueterum scripturarū atq; cæremoniārum est, quarum omnium bñctio, sitim nō auferit, sed multiplicat. Sed Samaritana ierat iterū atq; iterū haurire, cui fontis defectum declarat ipse saluator: Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Super quem fontem oportet super sedere, non subiacere. Non subijciatur defectibilibus amor: non em̄ quiescat subactus atq; agitatus calcaribus equus, super sedēs uero quiescit & ferur. Aur res nos deferunt, aut ipsas deferimus: si deferūt, in adiutorio sunt: si deferimus, corpora & corda grauant. Super legē & prophetas, super cæremonias & historias ueteris testamenti, per intellectum fidei quiescamus. Omnia enim expectabant super sedentem Iesum. Si qua sunt pfunda & alta ueteris testamenti, super sedet dñs Iesus, ad quē si accesseris, profunditas legis antiq̄ subiacet intelligentiæ fidei. Nam sicut uclamen erat in facie Moysi, ut in eam filij Israel aspicerent firmē non possent: sic & nunc in cordibus oīm, sed cum à quibuscunq; trāsitur ad Christum, aufertur uclamē. Nihil ad salutem expediens, latet in ueteri lege: sed Christus in illa cum corpore seu mystico intelligitur figuratus, similiter & prophetas. Simili modo & puteus altus est, cui super sedet & Christus cum corpore suo mystico, cuius quilibet singularis fidelis fideliter membrum est. Quiescamus in ambulationibus nostræ mentis sup puteum scripturarū per fidem in hora sexta, ætate sic quota scilicet, in qua diuina sunt reuelata mysteria. Super sedeamus ad puteum oīm naturalium inuestigationum. Gratia penitus super sedere facit, præfertur ipsa natura, subijci gratiæ creatura, & sua uarietate decurrens natura. Puteus altus est, & ab omnibus totē oīno imperferutabilis: fons est, indecise suæ uarias fundens aquas. Super sedendum est, nec amplius haurienda est de naturarum profundissimis aqua. Christus certē non haurit, nec Samaritanæ suis ueribus permisit haurire: sed reliquit hydriam, concupiscentiam & uoluntatem, quas ex ipsa solēt implere, qui ab huiusmodi cōquisitione uexantur: sed euacuatur hydria concupiscentiæ & uoluntatis, & semper reuertuntur ad idem. Fons iste mihi aliud non offendit, nisi omne à uero esse deficiens, nec perficiens quempiam in salutem. Quod insinuat, Christū non hausisse, nec Samaritanā haurire permisisse, pollicitum aliam aquā sufficientem. Quippe uirtuosē quiescit, q̄ non haurit impertinens atq; defectus, sedēs corpore, mēte uero in sublimia & pfunda cōsideranda perambulans. Ambulabat Iesus, & ibat p ciuitates & castra, theoria & actu mores ordinans ad p̄sentem

Ioh. 4.

Exo. 34.

tes, similis & ad futuros, quos præuidebat esse sequaces, in nullo sibi parcens, pro nobis omnia factus, nō usus uehiculis aut equis. Nunquam in suis itineribus legimus equitasse Iesum, ecce pro, quod in designatione mysterij & ostendendæ humilitatis, sitim futuris successoribus eius, in autoritate regiminis, & pro sequacibus eius, in imitatione uirtutis, semel ascēdit asinam & pullū eius. Sed pro dolor, quod humilis asinus factus est superbissimus equus. Apostolorū uestimenta quibus superpositis asinino dorso, dñs & saluator super sedet, facta sunt eburnæ sella, similiter deauratæ ornateq; margaritis: funis canabeus quo ligabatur, ducbat, lorizabatur animal subiugale, in ferreas celsic habenas: & asinum caput, uersum est in equū, & auro undiq; fulget, & subdentibus uoluitur in circulis. Dependebant pedes Iesu ca latera subiugalis, nec in aliquo præterquam in elemento leui aëris insolidi se figebant. Et laboriosa est atq; pœnalis egrotatio pedibus in aliquo non firmatis. Sed uia iterum atq; iterū, q̄ stupidæ factæ sunt in oculis inuentium radiantes ad sustentationem pedum, & ad ostendendam in minimis utentium uanitatē. Virga qua excitabatur pigris subiugalis, trāsit in calcaria deaurata, quibus à quiescente pede deator equus urgetur, ne labore manus uirgæ agitando per aëra. Abhorruit ista saluator, & suis moribus iustissimis in posteris diffusit, abrenunciās materiæ uisibili auri & argenti, ut etiā unde posset emere non haberet.

Mat. 21.

Vius est aliquādo nauigio sup undas marinas, potens omnino aliter & subito transire, sed uoluit similis apparere per omnia fratribus suis, & peccatorū fluidas aquas docuit pertrāsire. Ambulauit interdum fixo uestigio siccoq; pede absq; nauigio super mare, ut glorificationem corporis ostenderet, quam ab instanti cōceptionis suæ ipse possedit, sicut æternorum supergloriosus & super oēm creaturā compenfor existens, quanuis uoluerit p nobis incedere ut uiator. In qua etiā ambulatione fidelibus mentibus id ostendit, quantum uirtus fidei & gratiæ superferatur ipsi naturæ. Nam habetur per fidem & gratiam quod naturæ, qua uiuimus, omnino negatur, eo merito quo corrupta, quāuis si manens in eo quod condita, hoc donum cum ceteris perditis habuisset humiliter ignoremus. Sed hæc perficiens, extitit à suis discipulis & conuatis existimatus phantasma

Phantasma enim est apparitio incorporeæ rei sub figura corporea.

Phantasma, est apparitio umbrosa sub indistincta & incomprehensa figura.

Phantasma, est apparitio quæ fit sensibus cōturbatis, timore aut aliqua passione.

Phantasma, est oē uanū qd̄ uidemus in somnis,

Phantasma, fit dæmonij illusione circa hominis exteriorem sensum.

Phantasma, est aliquid existimatum aliud quam id quod est, ex difficultate aut ex ignorantia discernendi.

Phantasma, est qd inducit alicui ex aliquo ap parēti, nō aut existenti, ex improuiso timorē.

Phantasma, imaginatiōis uanitas. Sed in nocte Christus in adiutorium ueniens, daturus requiem fatigatis, securitatem timentibus, creditur esse phantasma. Regnat adhuc hæc pessima existimatio super terrā. Existimant phantasma Iudæi omnia mysteria Christi: hoc pagani, hoc philosophi naturales, & impossibilia & quædā deliramenta credunt Christi humiles actiones, & uelut phantasma fictum Christi mysteria, uitam & doctrinam existimant fictiones. Assensu autē his grauiori delicto atq; peccato Christianorum perfidi peccatores, qui si credunt in terdum Christi mysteria, phantasmatis moribus eius attribuit; pauperē pro Christo fieri, castratum esse propter regna cælestia, uiuere in deiecta prudētia, uilescere coram hominibus, castigare corpus & reducere in animæ seruitutem, insistere uigilijs, orationibus intendere, q̄rere solitudines, patienter perpeti passiones, illatas iniurias, quieto animo tolerare, alienum fieri a parentibus, cognatis & notis, adhuc dicunt esse phantasma: & phantasticos, imō uelut fanos, reputant talium sectatores. Quadā humana ratione mouebantur, qui tempore illo noctis, existimauerunt corpus Christi esse phantasma, solidæcæ solidæ impressioni cedere debere fluxibile atq; transparens clemētum: nec cogitabant, quod in homine corpulēto uirtus esset tantæ agilitatis, ut non merfus, sed reclusus supernaret aquis: nec suspicabatur aquas solidas fieri posse subitis humanos pedes. Hominem uerō illum, in quo erat omnis plenitudo diuinitatis, etiam corporaliter nō credebant illo in tempore supra mare firmare uestigia, q̄ usq; ad eos saluator cōfidentia dixerit sermonem, declarantem se esse qui erat. Quem utrū ipse esset, Petrus experientiam perijt, ut ambularet solidē super aquas, qui ad imperium descendit in mare, defluctuante nauicula. Confidens pergebat, dubitans mergebatur. Quo liberato de fluctibus, Christus ascendit in nauē, & fluctuantia siluerunt. Vbi nāq; in gratia efficitur, nihil dominat aduersi, ut reuocet a portu salutis. Et secuta est nauigatio, ubi conuata est dominus. Ipse dominatur potestati maris, & motum fluctuum eius mitigare in perpetuum potest. Circa quam deambulationē dormini saluatoris, notemus & horā. Erat quippe quarta uigilia noctis. Quid sit uigilia corporalis atq; spiritalis, supra definisse me memini. Sed nox in sacro eloquio sæpe accipit p̄ peccato. Theop. 5 cato, iuxta illud Apostoli: Qui dormiunt, no-

cte dormiunt: & q̄ ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Et cum diuideret obumbrato mysterio lucē a tenebris, uirtutē a peccatis, appellauit tenebras noctem. Et suo uocabulo id insinuat, uel delicti peccati. A uocando nox penitus dicit, quia uiatoribus nocet. Nihil em̄ adeo uiatoribus ad supna, ut peccati, intulit nocumenta. Non em̄ peccator antiquus atq; inuisibilis hostis, sicut peccati, uiatoribus nocet. Cuius noctis opacæ, quatuor sunt uigiliæ. Prima circa quantitatem eius, quam magno aīo & affectu sit in actum ab agente deducit, quātum in pximum fecerit læsionis, quātæ uerō prolubitionis extiterit, quātæq; duritionis. Multa em̄ sunt augmentantia quantitatis peccati, q̄ præsentis dilertionis nō sunt. Circa quā prima uigilia sit autō: malō: secunda, circa nouitatem eius: tertia, circa enormitatem eius: quarta, circa displicitiam eius. Cū em̄ peccati incipit displicere, & dñs incipit apparere, daturus motibus tranquillitatem, a uentis prohibentibus deuenire in portū: displicitiam peccati, dei cōplacētiam prouocauit: & malum qd displicet, poenitentiam generat. Poenitentia uerō expedit in misericordia regnū cælorum, quod secundū euāgelij sententiā appropinquat. Ut illima profectio est quarta istius malæ noctis uigilia, ut in nos ueniat uera displicitia peccatorum, quæ de uero meretur in piam atq; misericordē notitiā. Vnde per Iezechielē dicitur: Recordabimini uiam uestram: & omnium scelerum uestrorum, quibus polluti estis in eis, & displicebitis uobis in conspectu uestro in omnibus malitijs uestris quas fecistis. Et sciatis quia ego dñs, cū benefecero uobis propter nomen meū. Ecce quarta uigilia, in qua est sedulō uigilandum, ut nobis nostra mala displiceant: quæ displicitia nobis creatoris beneficentia facit habere scientiā. Nox, est diabolus: nox, est mundus: nox, est uita p̄sens: nox, synagoga: nox, lex antiqua: nox, tribulatio, quæ quaterinas habet uigilias. Sed quā hic pro nostris informādis moribus, uitam tractādam sumptimus saluatoris, harum differentes intermittimus: quauis hæc pauca dixerimus, ne horam apparitionis eius, pro forma morum præterisse uideamur.

¶ Dormiuit etiam saluator sup ceruicā, nō uelut præcatus a somno. Dominabat in omnibus corpori suo: nec ei somnus, nisi permissus, imō uocatus, obrepserat. sed dormitio illa, suo modo notauit eius nobis similitudinem in natura, & uisus est capere quietem, ut fragilibus & infirmis daret audaciam quiescendi, si necessitas exegisset. Dormitio illa in nauī, aliqd ostēdit insigne uirtutis, nō solum in ipso, qui summa est uirtus, sed in his, quos suis actibus saluator ad rectē uiuendum informat, ut ad tantam perfectam perfectionem quis possit euenire, aut studeat euenire, ut cum inquieta non inquietent, & pericula non pauefaciant, neq; reuocet a quiete aut tranquillitate Christifere pacis. In quietum erat mare, dormiebatq; saluator. Ari etabant ex omni parte pcellæ, & dominus dormiebat. Irruebat in nauiculam pacis, & dominus dormiebat. Proinde si in uenti ipsius obdormiisti atq; obdormies, omnino in perturbationibus quiesces. Nec tribulatio, nec angustia, neq; algor, neq; penuria, et si qd malum possibile deuentū, non te diuidet a quiete, quā es in Christo, & cū Christo, & p̄ Christo, & de Christo sortitus. Dormitio Christi est cum p̄mittit expiri sequaces sui, cuius animi, cuius uirtutis, cuius uirtutis, ut cum seipos cognouerint a uirtute defecere, de seipis humiliter diffidentes, recurrant in eum, de quo nemo malē diffidit aliquando, qui cōfidentibus in eo nunq̄ defuit, & sperantibus in eo nunq̄ defecit. Quo circa excitatus corpore, qui animo uigilabat, postulatū impedit auxilium, uentis prohibens imperio uerbi sui.

¶ Imperio facta uentis, ne nauiculam quā ipse ascenderat, conturbarent, ad ecclesiam relata catholicam, maxima mysteria nūciat. Ad singulares, hominum mores aliam dat materiam differendi: ipso claudendos sumptimus, ipsoq; pertractemus. Ventus est inuisibilis flatus, sed omnino sensibilis. Ventus est inuisibilis impetus, obstantia quandoq; plura subuertens, quod Iob historialiter clamat de uento, q̄ irruit a regione deserti, qui concussit quatuor angulos domus, ipsamq; subuertit. Ventus est quedam tempesta aëris, de corde terræ proueniens. Ventus est inuisibilis motor, uisibiles motiones in aqua & in leuibus corporibus faciens. Ventus est spiritus insensibilis & irrationalis. Ventus a uehēdo dicitur, quia uehit in mare naues, & corpora mouet leuia super terrā.

¶ Spiritus uentus, est dæmonum inuisibilis impetus atq; insufflatio in anima, ut non q̄ ipsa quandoq; uelut, sed quod non uelut impellar. Ventus animæ dicitur prædominās uanitas: uentus animæ, impulsio ad contraria: uentus animæ, ad malum commotio subita, non præuisa. Ventus sæpe puluē de terra in oculos excitat, nec uel de uenerit aut quod iuerit in uentur: sic sepe diabolus in sufflauit puluē terrenorum. Ventus a saluatore prohiberi, inuisibiles sunt in anima tempestates, aut a diabolo excitare, aut de terra carnis nostræ insecta progredientes, aut a mundo, aut a malis consultiuibus in sufflatæ, quas nemo nisi saluator secreta potestate a foribus nostræ mentis auertit. Vita hominis, uentus est, Iob dicente: Memento mei deus, quia uentus est uita mea. Qui subiacer imperio saluatoris, ut nullius hominis uita p̄ter eius prouidentiam & imperiū remittat in minus, aut pretendatur in amplius.

Ventus est uita hominis, quia uelut uentus nō reliquit in suo motu uestigium, nec uita hominū post recessum. Ventus nullo potest in aëre obstaculo impediri, quia aëris spatia quæq; percurrat, nec refrinari potest hominum uita quin uergat in mortem. Posset em̄, q̄uis nō faciat ipse saluator, quin oēs ueniāt in mortem, iustissimā condēnationē: cui adest potestas immensa, hunc uentū quem dicimus uitā, potest de thesauris suis iteq; reuocare, quod in generali resurrectione indubitata fide perficit.

¶ Ventus est uita nostra: ipsa quidē anima, cuius p̄sentia uiuūt & corpus, rationalis est uentus & inuisibilis ab aspectu corporalium oculorum: quæ, uelut uentus corpora, sic ipsa corpus cui est inclusa, agitat & impellit. Et sicut uentorum ignoratur origo, & in quem desinat terminus: sic animarum ignoramus originem, excepto quod credimus, quod cum corporibus infunduntur, de nihilo procreant, & ipsarū terminus, nisi quantū fide credimus, sit ignotus. Istis uentis, quibus iste mūdus peragitur & cōmouetur, saluator imperat in secreto, & ex aperto euangelio, præcepta iusta diuulgat.

¶ Ventus est mors, quæ cum uerdine & dolore omnes inuoluit. De quo per Iob dicitur, 106. 17. cum de malo diuine loqueretur: Tolle eū uentus urēs & auferet, & uelut turbo rapiet eum de loco suo. Mors ipsa, uentus inuisibilis est, horrendam actionem, imō præuaricationē faciens cum corpus sensibili uita priuat, cuius nullus apparet aspectus, uelut cū corpora cōmouet uentus, facit tamen asperū sensum: corpora ipsa eum uitali natura confligit, ut delectabilem interimat sensum, uelut cum uentus agitat corpora p̄ ualidum & inuisibilem, sed sensibile impulsū, cuius mortis solus saluator habet imperiū. Clauis mortis & inferni, in Apocal. ostendit Iohanni se habere saluator.

¶ Ventis, sunt inuisibiles hominum amores atq; timores. De quibus p̄ Iob dicitur: Qui fecit uentis pondus. Ventis qui sic sensibilia corpora mouent, omnino sunt imponderabiles: sic & inuisibiles animarū affectiōes. Sed qui creator est oīm, cognitor & saluator, nouit infal libiliter ponderare. Pondus quidem oīm rerū est illud, quo res feruntur sursum uel deorsum, natura uel arte: aut quo res praualent ad deualent, in comparatione aut æstimatione. Ipse fecit uentis pondus, qui lance suæ iustitiæ trutinat merita & demerita subiectōes, quæ amoris uigore aut pallidatione proueniunt. Ipse fecit & nouit quantum mereatur amor diuinus, quantum toleretur humanus, & quantum demereatur carnalis atque mundanus: qui etiam timoribus perfimile fecit & pondus. Ipse fecit & nouit, quantum sursum ferantur amores pondere suo in diuina siue suprema: quantum uerō in ima mergantur, quantum accendatur

ad spiritualia & uirtutes, quantum ad corporalia & uitia succendant: quantum ad deum, quantum ad proximum ferueant. Nemo suos aut aliorum nouit ponderare amores, unusquisque se aliquid diligere nouit: quantum uero diligat aut ponderet amor, omnino non nouit. Scimus nos diligere deum, sed ipse amoris ignoramus profecto mensuram. Quauis dolor & sollicitudo quodammodo pondera sunt amoris, cum unusquisque pari modo doleat, quo aliquid amauit amissum: ac etiam sollicitudine agitur agendi & perquirendi, quo dilexit aliquid facere uel habere. Hæc enim ponderant amores honestos & inhonestos, diuinos siue humanos, quæ pondera deus amoribus iustis posuit, ut quantum diligitur bonum, tantum defleatur amissum, aut non habitum inquiratur. Sollicitudo namque agendi quod iuste debetur, ponderatur amore, ipso ponderatore dicere: Si diligitis me, mandata mea seruare. Et qui diligit me, sermonem meum seruabit.

Job. 14.

Timores uero æqua lance cum amoribus ponderantur. Namque timoribus cautelæ atque obedientiæ pondera sunt apposta, ut quantum unusquisque timet separari ab omnium conditore, atque in infernum derudi, tantum caueat separantia mala, quod in mundo criminosis non faciunt. Non cauet latro furta, nec perhorret patibula: non cauet homicidia, nec truncationem capitis odit: non cauet falsa committere, nec propter hoc ignis cauet incendium. Non cauet homo seditionem, nec timet à ciuitate propria exulare. Nec cauent improuidi homines peccata, diuidentiæ nos à deo, & in infernum mergentiæ: Sic separatione aut illa intrusionem allerunt se timere. Proinde diuina iustitia timoribus pondera cautelæ apposuit, ut ita caueat sicut timet. Nam qui timet in ueritate dñm, declinabit à malo. Scriptura dicit: Pro. 14. Sapiens timet, & declinat à malo. Et alibi: Ibidem. 8. mor domini, odit malum. Et qui timet poenas æternas, non committet trahentiæ mala. Verè timor dñi, custodia legum.

Pro. 14. Ibidem. 8.

Pondus aliud timoris, obedientia est. Qui timet dñm (dicit scriptura) nihil negligit. Pondus timoris, obedientia iusta, ut non obmiratur sanctum præceptum: & quod sancto mandato susceptum est, obedientia sancta perficiat. Propterea dicit: Qui timetis dominum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra. Illi deo credunt, qui eius mandata perficiunt. Et iterum: Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda uestra. Qui uero in ueritate diligit, obedit & perficit iusta dilecti. Et iterum: Qui timet dominum, requirunt quæ placita sunt illi. Profecto illi diuina placita requirunt, qui ei in his quæ per sacra eloquia declarauit sibi placere, sine contradictione obediunt. Hæc siquidem pon-

Eccles. 7. Ec. 1. 2. Ibidem.

dera eregione dominus amoribus & timoribus posuit, uelut illa quæ contra libranda numismata in trutinâ opponuntur. Sed perspicacius claret, quod pondera dignissima superposuit, scilicet beneficia quod sumus, & quod sic sumus, & quod redempti suo sanguine sumus, & quod etiam æternorum accepimus repromissionem. Hæc nempe ita imposita sunt, uelut iugum super colla istorum bouum, ut nihil in amore atque timore sit ponderosius & leuius sentiendum. Hoc iugum saluator ipse suis sequacibus nitetur dulciter atque suauiter imponere, ut colla lenirentur, non frangerentur. Dicebat enim: Tollite iugum meum super uos. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Suauia pondera, imposuit amor: leuia uero, timori apposuit, ut ex beneficijs susceperis atque promissis, amor totum se cõuerteret in auctore: omnem autem honorem sibi timor inferret.

Matth.

Psal. 114.

Eccles.

Sunt & uenti uidelicet diuinæ punitionis siue uindictæ, quæ de occultis thesauris domini, scilicet de occultis iudicij eius producantur, de quibus Psalmista dicit: Qui producit uentos de thesauris suis, inuisibiles uindictas atque punitiones, aut angelos tenebrarum, iustitiæ dei ulticis executores, quibus ipse imperat, ne tantum sciant, quantum puniendi merentur, & angelos tenebrarum coercet, ne tantum nocent quantum cupiunt.

Venti agitantis mentis nostræ nauicularum, quibus saluator imperat & coercet, sunt uaria consilia siue doctrinæ, quæ sæpe uariam animam à ueritatis fundameto, mouentes ut gradatur per deuiam, recta quæque relinquit. Ex hoc enim in Ecclesiastico dicitur: Non uentiles te in omnem uentum, & non eas in omnem uiam. Tanquam proprium possessorem mens hominum instabilitatem possidet, & sæpe credit omni uento doctrinæ, & uerbis uentosis sub specie boni plerumque præstat assensum: & eo fit deuior, quo pluribus diuersa loquentibus credit. Circumferri ruinorum uento, uicinum pronunciat adesse mentis naufragium.

Venti super terram uiarum uestigia non relinquunt, sed post ipsorum processum, ostenduntur damna quæ faciunt, eradicationes arborum, subuersiones domorum, æquoribus tempestate, ex quibus submerguntur & nauis. Sic sæpe faciunt inuisibiles dæmones, non relinquentes oromas aut uestigia cum incedunt, sed in posterum sentiuntur mala pessima quæ fecerunt. De quibus in canonica lude apostoli dicitur, cum ipse de peruersis hominibus loqueretur: Nubes sine aqua, quæ à uentis circumferuntur. Venti siquidem nubium sunt motores, sed omnino inuisibiles, ut res mota uideat atque discernatur dum, mouetur

aspectus. Nubes igitur sine aqua, sunt sine gratia piores, & salutarî doctrinæ contemptibilis leues, qui ab inuisibilibus dæmonibus nunquam uis mouentur, quibus solus saluator imperat, ne submergant concitatis tempestatibus animæ nauem, aut à salutaribus mercimonijs faciant remanere inanem.

1. 37.

Sunt uenti uitales quatuor, à quibus imperio dñi ueni uiuificans spūs, & fecit reuiuiscere ossa quæ uita carebant: sed neque possunt uenti uiuificantem spū emittere, nisi acti ab imperio summi regis. Venti, status sunt: sed quatuor spūales uenti, statum alii ad uitam emittunt. Insufflauit deus in Adam, & factus est in animam uiuentē. Insufflauit uenti ab imperio dñi, & emittunt spū uiuificantem. Hos prauit debet Iezechiel, cum dicebat: hæc dicit dñs deus: A quatuor uentis cæli ueni spūs, & insufflaui super interfectos istos, & reuiuiscant. Cælum est celatum mysterium ecclesiæ, siue uirtutum & beneficiorum dei, in cuius regionibus sunt quatuor uenti, à quibus spūs uiuificatiuus egreditur, & insufflat in animas interfectas à diabolo, & reuiuiscunt: quos unus est studium inquirendi sedulo creatorē. Licet enim omni uiuenti querere uerū deū, & hoc nulla lex hominum unquam prohibuit: quis Chrm habere in deū uerū querere, primū est in omni uirtute, atque oem uirtutē uirtus ista cõsociat: & quæ prima campum spūalis agonis ingreditur, ultima remanet, & nunquam egreditur. Ipsa porro inicit, comitat, & sine fine finit. Igitur querere ueraciter uerū deum, inuisibilis & magna cõmotio est spūalis uenti, à quibus uiuificans uenit. Cui uentus magnæ cõmotionis subsequitur, scilicet fides, quæ supra naturā & intellectū animæ cõmouet. Nā in hac uita deū querere aut inuenire alii non possumus, nisi nos impellat fidei uētus. Vētus iste, nō est naturæ: quia nec à natura fides ipsa cõsurgit, nec ab humano intellectu insurgit in nobis: unde cõmotio fidei, existit omnino mirabilis. Spei uētus sine tempestate, procedit de thalamo celati mysterij, & ab inferioribus ad superiora quæ agit, prouehit & impellit, ut relicta felicitate terrena, omnino speretur æterna. Charitas, uentus est suauissimus, & dulciter stat in animæ uirtutibus aptas, & prouehit & introducit in portum iustissimæ atque sanctissimæ uoluntatis: nec infirmitatem generat, sed quod sanū est, ipsa producit. Hæc namque quatuor uirtutes inuisibiles & diuinæ, solum habent homines, in infidelitate atque in peccatis mortuos, uiuificare. Cardinales uero, tantum habent dispo- nere hominum bonos mores. Nam si uiuifica res hoies potuissent, arbitraremur hominē posse iustificari præter fidem & charitatem: & de multis philosophis esset mimimè ambigendum, qui in quatuor uirtutibus erāt usquequaque soleres, quod credere nefas est. Ab istis quatuor uentis

suauiter mouentibus, egreditur quædam diuina & inuisibilis portētia, siue uirtus, seu incomprensibilis actio inuisibilis mouens, quæ uocat uiuificans spiritus, ut ab eo quod Iezechiel perspiciebat per ostensam uisionē in corpore fieri, similitudo trahat ad spūales & inuisibiles, quæ sūt in animabus sapillimæ, actiōes. Vnde igitur anima per infidelitatem mortua reuiuiscit, nisi cum inuisibilis operatio ista: uirtutū, ipsam reuiuiscere facit? Vnde animæ obruta ponderibus peccatorum, ad spiritualem uitā redeunt, nisi cum ab istis uirtutibus mirifico statu inuisibiliter insufflant? Vnde à diabolo diuersimodè interfectæ gladijs operum inuisibilis, uitæ gratiæ perditam recipiunt, nisi ab istis uentis uirtutum inuisibilis spiritus, qui animas mortuas ex carētia gratiæ, non priuatas uita naturæ, redire facit ad uitam, quæ donat per gratiā? Sed nec creditur spūs tertia trinitatis persona, sed istis uirtutibus quædam secreta cõcessa potentia. Hi uenti, uidelicet uirtutes inuisibilis mouentes atque sufflantes, hanc uiuificantem potentiam non emittunt, nisi diuino imperio excitent. Proinde necessaria est oratio ad uentis imperatorē, ut ipse imperet uentis his, ut spiritum uiuificantē in sufflent in nos peccatorum gladijs interfectos.

Quatuor alios uentos cæli pugnare in mari, uidit Balthasar rex Babylonis in ostensa uisione. Prætermittentes tamen uisionis coniecturam, & ordinem rei geste, ac ex coniectura innotuit, quia gesta Christi agimus, moribus intēdamus. Quoniā præter aërem nequeunt esse uenti, uenti cæli, uenti aëris sunt: nam supra aërem in sphaera ignis & deinde, uenti esse non possunt, subterranea uero penetrare non ualent. Quod si aliquis uapor interdum in cludit, cum exire per naturam in communem aërem cogitur, terra cõcutitur: nec ingrediuntur profunda secretioris elementi, sed tantum superficiem agitationibus uexant. Cælum igitur unde sunt uenti, humana mens est, quæ uelut aër corporeas & uisibiles recipit impressiones: sic & hominum recipit inuisibiles affectiones. Et sicut aër natura obfcurus est, nec à se ipso dilucescere ualet, sed à corporibus superiorum orbium atque cælorum luminis beneficia suscipit: sic mēs hominum sedibus tetralibus sedet, nisi à superioribus portētijs illustrer. Huius uenti, sunt quatuor affectiones in mundo isto, aut in corde hominū, uelut in quodam mari magno pugnantes, de quibus aliqui antiquorum de uirtutibus subtilissimi tractatores, sententia liter diffiniunt cadere non posse seu debere in animo sapiētis. Sed nō aspexerunt in gratiā Chriānam, quæ aliter quæ naturaliter & humane à naturæ radicibus subuertit humanas hominum mentes: nō quod naturā creatā in aliud mutet, sed aliter faciat affici atque dolere. Pugnāt quatuor uenti, scilicet gaudij & dolor, spes

& timor in corde hominum: & contra diffini-
tionem sapientum, aut non sinunt animā esse
felicem siue quietam, aut illam in meliora cō-
pellunt. Nam si non gaudendum, ergo nulla
sunt bona præsentiā: si non sperandum, nulla
bona futura: si non timendū, non possunt cō-
tingere mala. Si ex his nullo modo est uarian-
dus affectus, inuano sacra scriptura de his af-
fectionibus in suis locis tantum eloquitur.

Mat. 5. Nam gaudet, & ad gaudium præsens inui-
tatur familia Christi, sacro redēpta sanguine,
ab ipsa sententia sancta eius: Gaudete & exul-
tate, quā merces uestra copiosa est in cælis. Et
quāuis gaudium non sit de p̄sentibus bonis,
tamē præsenter gaudendum est de futuris. Et
licet gaudendum non sit de exterioribus bo-
nis: gaudendū penitus est de in aīa celatis uiu-
tutibus. Nec non in tribulationibus uult nos

Mat. 11. gaudere apostolus Iacobus, dicens: Omne gau-
dium existimate fratres, cum in tētationes ua-
rias incideritis. Et Paulus apostolus in præsenti
gaudebat, cum dicebat: Gaudeo in tribulati-
onibus meis pro uobis. Et in Actibus aposto-
lorum legitur: Ibant apostoli gaudentes à con-
spectu concilij, quā digni habiti sunt, pro no-
mine Iesu contumeliam pati. Et de animæ pur-
ritate seu uirtute, gaudēdum admonet senten-
tia Salomonis: Non habet amaritudinem cō-
uersatio eius, neq; tædium cōuictus illius, sed
laetiam & gaudium: quod de sapientia, quæ
uerior est uirtutis, proficitur ista sententia. Hic
em̄ audacter affirmo, q̄ esset de uirtute agen-
dum: nō solū quia uita inquirimus aliam, sed
etiam si cū uita ista oīs uita finiret. Et filius Si-
rach dicit: Non est oblectatio super cordis gau-
dij, quod aliunde q̄ de puritate siue uirtute in
præsenti euenire nō potest. Hinc incipiūt fami-
liæ sanctæ Christi celeberrima cordis gaudia.

Phil. 4. Inquit em̄ ad Philippen. Apostolus: Gaudete
in dño semp: iteq; dico, gaudete. In p̄senti, gau-
uisi sunt discipuli, uiso dño. Et magi, qui sapi-
entes humani erant, uidentes quā perdidierant
stellā, gauisi sunt gaudio magno ualde. In p̄senti
hæc scriptura loquit̄ iustis: Lætamini in
dño & exultate iusti, & gloriāmini oēs recti cor-
de. Et alibi: Dediti lætitiā in corde meo. Et ite-
rū lætabat̄ Dauid cū audiuit diuina oracula,
dicens: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.
Luce clarius patet gaudij adesse iustis de p̄sen-
tibus uirtutibus, & in p̄senti gaudere de p̄mis-
sis cælestibus. Similiter & doloribus angit̄ dei
familia. Et etiā in sapiētissimis iustis, aut uoca-
tis uocabulo Christianis, dolor infedit, & affe-
cit affectione dolor ipsorū rectissimas mentes.
Doluit uirgo diuina, æterni regis filia, Christi
mat̄, spūllancti spōsa, & cū suo uiro uerbis de
absentia filij est protestata dolorē, dicens:

Luce. 2. Fili, quid fecisti nobis sic? ecce, pater tu

Mat. 26. & ego dolentes quærebamus te.

Mat. 26. Similiter Simeon transuerberandā doloris
gladio nūciauerat, qd̄ & factū est tpe passiois.
ipsemet saluator uirtutū autor & forma, affe-
ctionē doloris assumpsit, quam & bis p̄stata
Tob. 16. dicens: Nunc autē aīa mea turbata est in
memetipso. Et alibi: Tristis est anima mea usq;
ad mortē. Et sob̄ doloribus replebat̄, dicens: Si
locutus fuero, nō quiescet dolor meus: & si ta-
cuerō, ipse nō recedet à me. Et Ieremias pro Ie-
rusalē doloribus afficiebatur, dicens: Ventrem
meū doleo, uentrē meū doleo. Nō em̄ uentrem
corpōris, sed mētis dicebat doloribus agitari.
Nec intellexerūt ueram sapientiā, qui uētum
doloris atq; tristitię, aīo sapiētis accedere posse
aut debere negauerūt. Inquit em̄ scriptura di-
uina: Cor sapiētum, ubi tristitia: cor stultorū,
ubi lætitia. Etiam in præsenti quantalibet sa-
pientes, multi agunt dolores.

Mat. 17. In spe uerō oīm uiuentiū & uentū rōne,
tota uita pagit̄: nō solū pro æternis, sed etiam
pro tp̄alibus & p̄functorijs bonis. In p̄sentibus
uero in uirtute spes insidet aīo melioris
f. intellectus uirtutis: q̄ cū uirtutis altitudi-
nē cognouerunt, sperauerunt boni existentes
effici meliores. Ad spem uerō superiorum bo-
norū, mores ac gesta uiuorum omnium anti-
quorū nos uocant, inuitant prophetica dicta.
Et oīs aras, omnis natio per Christi suosq; do-
ctores ad spem æternæ uitæ inuitata est.

Mat. 17. Resellit illos de timore ista sententia: Initiū
sapiētia, timor dñi. Et illa: Qui sine timore est,
iustificari nō potest. Et illa: Qui timet dñm, de-
clinat à malo. Et tutor est sapiētissimus pupil-
lorum sedulus timor. Nec q̄s in hominibus p̄-
ter consummatorē omnium bonorū Iesum,
ad tantam perfectionem in hac uita peruenit,
ut uelut dū store post tergum sequente, comi-
tante à lateribus timore sancto, non indigeret.

Mat. 17. Confuseuerunt etiā alijs nominibus insi-
gniri: lætitia, turbatio, timor, cupiditas. Sed de
noibus non uertitur quæstio, ubi est in cogni-
tione qd̄ dicit̄. Gaudet familia Christi de bonis
operibus, de instis uirtutibus animæ, de p̄mis-
sione superna, de proximorū profectu atq; ui-
tute. Dolet atq; tristat̄, si deficit in profectu ui-
tæ agēdæ, si decidit p̄ negligentia, si aliqñ cor-
ruit per improbā uoluntatem: dolet de proxi-
mo, si à uirtutibus se auerit. Concupiscit aut
sperat in bono p̄ficere, aggregare internas ui-
tutes, ipsarū effectus clodere moribus, cōcupi-
scit & sperat uita æternā, & pro proximo simi-
lis cura crescit. Timet peccare, timet deficere, ti-
met malē placere, timet diuinū diuortij, expa-
uescit consortij dæmonij, & simili timore sibi
ueat & proximū. Gaudet atq; lætat̄ de uirtuti-
bus, dolet atq; tristat̄ de peccati miseria, sperat
& cōcupiscit misericordiā, timet horrendam
Christi iustitiā. Hi ueti pugnāt in mari magnō

Mat. 17. cordis hominum. Hi quatuor uentos contra-
rios mundi habent ex aduerso, his solū Chris-
tus imperat uerbo sui præcepti. Ista quæ præ-
dicta est imperatio facta uentis, magnum no-
bis in imperio & in uentis innuit sacramentū,
ex his quæ posita sunt: ac etiā, ut ex eis in am-
pliora transferatur consideratio intelligentiū,
sed maiora considerentur, quæ nec poni potu-
erunt. Hoc siquidem addat indagare: Ictōr, q̄
gaudium, dolor, spes & timor temporalium,
uelut uenti turbinum in corde nostro intrant,
atq; cum suprapositis, usq; ad finem uitæ no-
stræ, sine pace atq; sine intermissione cōpungāt,
quibus solum altissimus nouit imperare atq;
cōpescere. Quæ pugna delectat̄ exterioris, nun-
quam noscit quomodo agatur interioris. Acti-
onem quandam atq; mirandam nostri salua-
toris præfigamus mētibus nostris, in eo q̄ ipse
liber existens, imō dñs omnium, tributa mun-
di regibus, ad deuitanda scandala, soluit: cuius
solutionis ordinem & causam inspicimus.

Mat. 17. Cum uenisset Iesus cum discipulis suis
Capharnaum, accesserunt hi qui pro re-
gibus à Romanis imperatoribus constituti,
didrachma capiebant, ad Petrum, & dix-
erunt ei: Magister uester non soluit didra-
chma? Et ait Petrus: Etiam. Et cum intra-
set in domum, præuenit eum Iesus, dicens:
Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à
q̄bus accipiunt tributum uel censum? à fi-
lijis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab ali-
enis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.
Ut autem nō scandalizemus eos, uade ad
mare, & mitte hamū: & eū piscē q̄ primus
ascenderit, tolle: & apto ore eius, inuenis
es faterem: illū sumēs, da eis p̄ me & te.

Mat. 17. Censuum reipub. exactores, credebāt salua-
torem in cōmunitate hominum debere subij-
ci terrenis regibus in tributo: nihil aliud in eo,
q̄ hominem attendentes. Quod utiq; saluator
noster prænoscens, anticipauit Petrum inter-
rogatum, qui de hac re interrogaturus erat &
Christum. Et determinatione facta, extitit di-
drachma solutū. Et filij terrenorum regum li-
beri sunt à censibus: multo magis æterni regis
filius & familia ipsius, sibi ad sequelam usq; ad
mortem dicata. Et is maxime debet esse li-
ber, qui nihil possidet aut possidere intēdit, qd̄
iure aliquo, sub terrenorum dominio regum
cadit. Sed Christus uoluit soluere, non uelut
à iure solutionis astrictus, sed ut scādalum de-
uitaret: nō in se aut in discipulis, sed in his, qui
censum ab hominibus exigebant. Expedit em̄
saluatoris exemplo, siqua possimus scandala
in hominibus deuitare, quousq; ueritas, uita, si
ue iustitia, siue quæcūq; uirtus uicinaret̄ exi-
lio. Anteq; istarum aliquā dīratur, scandala

Mat. 17. lum iussē à diuina licentia permittitur euenire.
Non enim aliam allegauit solutionis causam,
nisi ut scandalū deuitaret in proximo. Pro mo-
dica enim re soluenda, dimittenda, uel danda
seu offerenda, quantumcūq; diuina iura non
cogant, aut condita: leges in iustitiā modera-
mine non astringant: cum euentus reuenerit,
nō sunt argumenta defensionis mouenda. Tē-
porum uerborumq; perditio excesserit sapit̄
sine censum: & melius pacem redimere, q̄ liti-
gare pro re. Nec nouerunt omnes libertatē iu-
storum. Et cum exactoribus reipub. habere li-
tigium, in præiudicium uertitur litigantium.
Omanem enim sibi uendicat rationem, qui pro
reipub. loquitur aut certat. Poterat namq; sal-
uator supra homines deitatem allegare, deus
profecto erat, & oīm abdicationem inferre. Nā
hīl enim habebat, neq; familia eius fide genit-
ta, quod subiaceret censibus regū. Poterat etiā
se suosq; sequaces ab omni exactioe reddere
in libertatē, sed uoluit subiacere, uelut reipub.
ac honeste iustitiæ non aduersus. Et cum sol-
uere uellet, omnino proprium peculium unde
solueret, non habebat. Humanas artes ipse nō
fecit, unde pecuniam crumenaret atq; cumula-
ret: terrenum patrimonium aut matrimonij
nō habebat. Mortuus enim pater putatius Ioseph,
nihil sibi relinquens hereditario more:
pauper enim carpētarius fuerat. Nec Christus
& uirgo leguntur instrumenta carpentaria uē-
didisse in proprium, aut exposuisse cōmercio,
p̄pter ipsius decessum. Mater pauperula erat,
& uitam acū & colo quæsierat, quousq; Chri-
stus cepit euangelizare superna, & suæ doctri-
næ atq; imitationis quærere discipulos. Exiit
uixit secundū educatum filij atq; ducit̄: nec
ipsa legit dotis aliqd̄ habuisse. Profecto Chri-
stus pauperes possessibilibus rebus pariter & mo-
bilibus uoluit habere parentes: falsō enim p̄di-
casset contemptum mundi, & argueret mun-
di diuites, si ab unda esset in censibus, & in dolo
prædicasset superna, terrenis operibus sultus.
Et forte, q̄ tunc in illo collegio aliquid habe-
batur de stupe largita intuitu pietatis. Non em̄
asserat scriptura, q̄ semp̄ haberet Iudas pec-
uniam in loculis: quia quæ dabatur, pauperes
expēdebantur ad usum. Mos probatissimus
est, q̄ qui de datis contribunt, nec aliunde ha-
bent unde tribuant, nisi dentur: & cum uident
pauperes indigentes, largiri non differunt, q̄
semper nō habent oculos plenos. Quod si sic
uolumus opinari, magis in impietatem, q̄ in
pietate uergit opinio. Si autem omnino in tē-
pore aliquid habebat Christi sanctum collegi-
um, noluit ipse cōuertere in proprium usum,
ne subuentiones pauperum defraudaret, pro
quibus p̄mittebat oblata deferri: nec expecta-
re uoluit ab amico, ne p̄functoria re amicari
aliqui uideretur: aut confidentiā ostendere, de

p iij

cordis hominum. Hi quatuor uentos contra-
rios mundi habent ex aduerso, his solū Chris-
tus imperat uerbo sui præcepti. Ista quæ præ-
dicta est imperatio facta uentis, magnum no-
bis in imperio & in uentis innuit sacramentū,
ex his quæ posita sunt: ac etiā, ut ex eis in am-
pliora transferatur consideratio intelligentiū,
sed maiora considerentur, quæ nec poni potu-
erunt. Hoc siquidem addat indagare: Ictōr, q̄
gaudium, dolor, spes & timor temporalium,
uelut uenti turbinum in corde nostro intrant,
atq; cum suprapositis, usq; ad finem uitæ no-
stræ, sine pace atq; sine intermissione cōpungāt,
quibus solum altissimus nouit imperare atq;
cōpescere. Quæ pugna delectat̄ exterioris, nun-
quam noscit quomodo agatur interioris. Acti-
onem quandam atq; mirandam nostri salua-
toris præfigamus mētibus nostris, in eo q̄ ipse
liber existens, imō dñs omnium, tributa mun-
di regibus, ad deuitanda scandala, soluit: cuius
solutionis ordinem & causam inspicimus.

Mat. 17. Cum uenisset Iesus cum discipulis suis
Capharnaum, accesserunt hi qui pro re-
gibus à Romanis imperatoribus constituti,
didrachma capiebant, ad Petrum, & dix-
erunt ei: Magister uester non soluit didra-
chma? Et ait Petrus: Etiam. Et cum intra-
set in domum, præuenit eum Iesus, dicens:
Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à
q̄bus accipiunt tributum uel censum? à fi-
lijis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab ali-
enis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.
Ut autem nō scandalizemus eos, uade ad
mare, & mitte hamū: & eū piscē q̄ primus
ascenderit, tolle: & apto ore eius, inuenis
es faterem: illū sumēs, da eis p̄ me & te.

Mat. 17. Censuum reipub. exactores, credebāt salua-
torem in cōmunitate hominum debere subij-
ci terrenis regibus in tributo: nihil aliud in eo,
q̄ hominem attendentes. Quod utiq; saluator
noster prænoscens, anticipauit Petrum inter-
rogatum, qui de hac re interrogaturus erat &
Christum. Et determinatione facta, extitit di-
drachma solutū. Et filij terrenorum regum li-
beri sunt à censibus: multo magis æterni regis
filius & familia ipsius, sibi ad sequelam usq; ad
mortem dicata. Et is maxime debet esse li-
ber, qui nihil possidet aut possidere intēdit, qd̄
iure aliquo, sub terrenorum dominio regum
cadit. Sed Christus uoluit soluere, non uelut
à iure solutionis astrictus, sed ut scādalum de-
uitaret: nō in se aut in discipulis, sed in his, qui
censum ab hominibus exigebant. Expedit em̄
saluatoris exemplo, siqua possimus scandala
in hominibus deuitare, quousq; ueritas, uita, si
ue iustitia, siue quæcūq; uirtus uicinaret̄ exi-
lio. Anteq; istarum aliquā dīratur, scandala

p iij

epalibus & locupletibus amicis, qui de diuitiarum sunt munere, nō de genere paupertatis, quia ipse splendet, & fulgere uoluit, quos uere appellauit amicos. Sed quoniam propter legem hominum & cogitatis rationis, tributū soluere disponebat p̄ter legem & ordinē, quibus diuitiæ atque numismata conquirunt, censualem staterē uoluit reperiri, ut inueniretur in ore marini piscis moneta impressa stigmatibus tribuenda pro censu, ut saluator ait: da eis pro me & te. Pro seipso quare saluator uoluit solui, & de discipulis alijs nullam mentionē fecit, sed de Petro? Pro seipso nempe saluator solui uoluit, ne reipub. contrarius uideretur, aut conturbare publicos bonos mores. Non enim spectat ad aliquid quem prudentē, ipsos etiam in modico cōturbare. Placent nempe Christo mores publici, si sunt iusti: nec decebat eū cōtentionibus deservire in allegatione iuris suæ altissimæ libertatis, cum etiam aliter potuisset frenare oīm mētes ad credendum quod erat & quod agebat. Sed cum mundanis & puris humanis, humanū uoluit habere incessum, excepto, quod diuinē redemit, & supra humanitatem diffundit in hominē corda gratiam & uirtutem. Pro Petro uidelicet uoluit quod soluere, & pro tota familia sua, s. apostolorum: sed Petrus specialius nominauit, uelut præordinatum totius uerticē chori, & protosignifer post Christum totius religionis Christianæ, sanctæ trinitatis cultricis: confirmandū uerō ab ipso, post ipsius sanctam resurrectionem, ut quod actum est pro Petro, pro toto Christi collegio factū fuisse credatur. In huiusmodi actione totius nostræ redemptionis fulget mysterium. Nam actor Christus, piscis Christus, stater Christus: quo exhibito, liberamur à debito tartareo malē tenti. Mare seculum, & totalium amaritudo & abundantia passionū. Petrus tota ecclesia orthodoxa. Sed mores in hoc uolumine p̄ordinauimus, nō mysteria, idcirco indiffusa remaneant. Declaratio uerō inueniēti stateris, in numero miraculorum potius ponenda censetur.

Qualiter habuit saluator inuitatus ad conuiuia. Cap. X.

Luce. 7. c. 14. Egreditor Christus accessisse ad conuiuia inuitatus, nō edendi uuiditate, sed ad ostendendam inopem uitā: quibus non oīa conuiuia propter sustentationē inopū fiant, sed ad uoracitatem diuitū & conuiuia, & p̄textu mutue uisōis, & in ostentatione uanissimæ laudis. Sed Christus opibus, domibus, laribus, domicilijs proprijs caris, etiam in conuiujs uitæ sumebat cōpēdia: ea paritate, qua uirtutū decebat auctore: ea forma uiuendi, quā se hominibus in inferioribus fecerat humanatus. Præterdebat namque saluator se cōmunē ostendere, ne singularitate superbiæ noceret. Et quia in conuiujs sepe oculi edentū, familiaris in alterutras fa-

cies desigunt, & quadā certa seriositate gestus notantur & mores: idcirco saluator oculis talitū saliter se obiecit, uelut qui notari uolebat de sua irreprehensibili uita; non inaniter, sed pro inuentum bono. Et quia uisibiliter & probabiliter comedebat, quod phantasma nō erat, sed uerus homo erat, & ex aspectu exteriori humanis mētibus ostendebat, diuinitatē uerō in his & alijs gestibus referuabat fidei. Patiebatur saluator atque uolebat, quod oīs suspicio cordibus hominū tolleretur, nec aliud crederetur, quod in ueritate erat, ut mysteriū nostræ redemptionis atque salutis crederetur in homine diuinē cōpletū, ex hoc de seipso certitudine secundū deitiam inferebat. Ibat etiam diuinus ad cōuiuia, ne crederetur fugax: & quod hominū qui aliquid uidebant, iudicaret deuitare conspectus. Solent enim in cōuiujs multa conquiri & tentari uiuorum prudentia, curiosē similiter & opportune. Hoc enim saluator quarebat, ut non ad subuersionem & hypocritaliter, sed ueraciter qualis uita, uerbis, moribus erat, ab omnibus probaretur, ut probatus, nō reprobaretur. Accidit sepe in conuiujs multa loquendi materia, quā exigebat doctor nobilis, ut doceret ignaros, & iusta ac necessaria querentibus atque interrogantibus responderet. In quibus motus magis quod corpore se p̄cedebat, maximē apud eos & inter illos, quorum corda erant receptacula uerbi sui. Et sumebat corpore cibis, & refundebat ex ore suo in audientium corda doctrinā, & nobilitate quæ acceptat, erogabat: spiritualia pro corporalibus benignē rependens, simulque p̄notēscens in finitū esse p̄ximij, eum suscepisse hospitio. Et per corporale hospitium, ad cordis interiora per fidem tētabat ingressum. Volebat enim ab omnibus recipi per fidem, & diligenti charitate, quam ipse paratus erat diffundere in cordibus uerē credentium. Hoc totum sibi solum existimabat ad cibum, uoluntatem p̄fessisse paternam: quæ talis erat, ut omnis qui uidebat eum atque credebatur, haberet uitā æternā: pro eo quod quod recipiebat eum ad uera credulitate atque dilectione, recipiebat patre æternū, eum in tpe ab æterno p̄finito mittentem. Et in hoc tanta familiaritate inuitantibus, & cōuiujs & peccatoribus condescendit, ut eū scribæ & pharisæi falsa suspitione nocerent, quod cū peccatoribus mādudicaret & biberet ac si peccator, quia recipiebat in consortio peccatores. Mos enim est & ratio usualis, ut homo suis cōsimilibus delectetur. Sed altiori sensu est de ratione uirtutis, ut bonus non turpetur conuersatione malorum, magis uerō mali cōmurentur in melius, in cōuersatione honorum. De diuino iure omnino esse p̄notescit, quod cōstantior sit uirtus, quæ bona est & bonū habet subiectum, quod ipsa super naturam perficit & decorat, quæ uitium quod est malum, & nisi in bono non suscipit

fundamentum, quod per priuationem destruit atque turpat. Proinde, qui bonus est natura & gratia, firmior esse debet in ordine suo, quæ natura bonus, & iniquitate turpat in suo defectu. Igitur de ratione ueridica, inclinabilior est iniquus ad bonū, quam bonus ad malum: unde morum mutatio subiequitur & alterius exemplorum. Sed qui per naturam omnino ad mala immutabilis erat, cum peccatoribus immaculose conuersabatur, ut uelut magnes ferrū, sic ipse inuisibili sensu ad se traheret frigidus peccatores, quos uenerat saluare, uelut medicus subiectos ægros, sub qua metaphora de se murrantibus, saluator ipse respondit: Non est opus sanis medicus, sed ægrotis.

Mat. 9.

Luce. 14.

Multa legimus saluatorē in conuiujs docuisse, doctrinæ magis quam cibis intentus, inuisuans sanctis uiris quid sit agendum, cum accesserint ad agapes deuotorum, ut aut pauperes accedant in Christi paupertate conformes, aut præcedant honorificiore causam. Cum autem in locum refectionis deuenirent, non eligant accubitus primos aut secundos, neque deinceps ad præsumptionibus agitati, neque postremo à singularitate præueniunt, ne contentio deserviant, in ordine priorandi aut posteriorandi seipos, aut quos noscunt fieri commensales, sed stent sine contradictione diffinitionibus inuitantis, aut eius qui habet quorati ones cōuiuuarum disponere. Vtraque contentio periculum parit: illa præsumptionis, ista singularitatis & occultæ elationis est germen. Cū uerō recumbunt, aut sileant, aut loquatur utilia. Seruos dei omnino decet etiam in conuiujs, si interesse contigerit, aut silere, aut parce loqui, sed nec nisi quæ possint animarum audientium ædificium in moribus facere. Hanc enim formam prætaxauit nobis, qui est in omnibus miriformis, nec quenquam despiciendum docuit, quoniam omnes natura similes sumus: quanquam ignoremus quantum sumus gratia differentes, aut dissimiles turpitudine uitiorum. Omnem urbanitatem in conuiujs saluator impræcetermissē seruabat, maximē uerō illam, quæ inuitabat ad regna cælorum. Iure suspēdebantur inuentium mentes in consideratione urbanitatis eius, ut inter conuiuas recumbens, magis ad se, quam ad eum eos inuitaret, quorum aliqui amabiliter & eum imitantes intrinseca facta, mirifice ad eum traherentur illecti: aliqui uerō traherantur ad eum ex deficiis moribus, quos non intelligētes, uelut proterui & murratores in negetia remanent. Sed tamen ab utrisque laudabatur uirtus altissima, & urbanitas saluatoris, uelut solis claritas, quæ à sanis oculis atque ægris laudis præconium recipit: ab illis sanis, quia delectantur tantis claritate: ab infirmis, quia eorum defectu tantum fulgorem sustinere non possunt.

Non tamen prætereundum est, quod ab aliquibus inuitatus, apud aliquos se inuitauit ipse saluator, & puenit eos, qui forte fecissent, aut si nō fecissent ex pusillanimitate, p̄stitit aut daciā: aut si uelut incurij aut improuidi, p̄rogauit & uia. Quod fecisse legimus in Zachæo. Luc. 19.

Multa nēpe inuitauerunt corpore saluatorē; & apposuerunt ad esum decētia, & secū ad eandē mēsam, in eodē scāno sederunt: cordis uerō mensa non sibi, sed aduersarijs inuisibilibus & uisibilibus aut indifferentibus hominibus parabat. Huius maximū est argumētum, quia detraxerunt, nec legimus ab eo salutis suscepisse doctrinā. Incessantē hodie in nostris locutibus moribus agit, ut ab extrā multa decētia faciamus: mensa uerō cordis, alios habeat assidentes, ut sæpe sit dapifera p̄ aduersis. Sed uix quod ad mensam interiorē non introduxerunt oīa regum regem. In cubiculū spōsa spōsum introducere festinabat, & poculū ex uino condito, & mustū malorum granatorum promiserat se daturā, ut oīm iusticiā opus cū delectatione p̄ficeret, & sustineret illarū, & diligeret aīo cū sentiret: ac etiā oīm orōnē ad sanctos martyres, & unionē aīe ad oēs, uita & moribus se disponebat acturā. Aliqui etiā inuitauerunt corpore ap̄to, sed animo promptiore, ut Lucei, Martha, Magdalena, Lazarus, quæ facti sunt discipuli eius, & salui facti sunt, cū eorum finis aduenit. Gloriosum est in actibus Christianis, aīo & corpore acceptū fieri corā deo, & in corde parare uirtutū acceptibile & dapiferā mēsam in conspectu uidētis interiora mentis. Super illius cordis mēsam libet saluator recubuit, quod nouit ueraciter dicere cū David: Parati cor meū deus, parati cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Hanc protinus præparationē saluator sci licet mēse cordis requirit, ut solū cantus & exultatio sit in gloria nra, quæ est testimonium cōscientiæ nostræ: non in exteriori, qua quis delectatus, mittēdus est in tenebras exteriores. Aliā præparationem mensæ cordis oportet apponere, quæ sit perfectioni uicinior, quam quidem David se p̄tendebat habere: Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mādaca tua. Porro ad oīa beneplicita & mādaca dei manere imperturbatum, perfectionis est augmentum, & in aula impassibilitatis habitant imperurbationis amici. Hanc præparationem exaudit omnipotens, ipso dicente David: Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Sunt sæpe nonnulli, qui corporeis actionibus sunt priuati, corporeis p̄dominante languore, aut utenditi corpore pro necessitate mercede, aut in mādaciis exercitijs mādicipati, seu iugo alicuius traditi seruitutis, & catena cōiugali cōstricti, qui tū ignitorum desideriorum parauerunt in corde aīo diuinū cōspectū sacrā mēsam, ad quā deus recubuit placitē: quæ magna est magnitudine affectus,

quauis opere tripedibus non subsistat. Omnis
bus ratione utentibus, saluator pulsat ad ostium
interius nostræ mentis, ut ingrediat, comedatque
nobiscum in mensa uirtutum, nosque cum illo ex uir-
tutibus Christi formibus epulemur, ut ex con-
uiuio uirtutum, ad conuiuium beatitudinum ue-
niatur. Iohannes in Apocalypsi refert saluato-
rem sibi per uisionem dixisse: Ecce sto ad ostium
& pulso. si quis audierit uocem meam, & aper-
uerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cona-
bo cum illo, & ille mecum. Adhuc apud nos
nobilis & diuinus heros, per inuisibilitatem uir-
tutibus, & sacramentalitatem in signis & rebus pere-
grinat. Væ qui diu facit illum expectare ad ostium,
pamplius uero eis, qui omnino eius crebris
pulsationibus surduerunt, nec præstant aditum
regi regum. Qui enim negant eum, negabuntur
ab eo. Qui non recipiunt eum, non recipient
ab eo. Qui sibi mentem saltem in corde non pa-
rant, conuiuia æterna desperent. Qui sacramen-
ta repudiant, inferni facti sunt ciues. Quid enim
potest esse in uirtutibus sanctius, quam omnium
redemptorem in mensa uirtutum, habere con-
uiuia? Qui semper adest cum paratur, cum ni-
hil recipit, sed impendit. Hi qui dominum ad
sacratam & inuisibilem mentem inuitant, iam
occulte à diuina gratia sunt præuenti. Non
enim potuissent in illum pauperem & ege-
num pro nobis intendere, nisi eos suis inspira-
tionibus præuenisset.

¶ Sed quoniam apud Zachæum se non in-
uitatus inuitat, excepto mysterio linguæ, præ-
uentionem ad peccatores ostendit. Sunt namque
nonnulli, quos peccatorum grauis sarcina
premit, torquet conscientia, conglobatim
occurrunt occulta peccata, & manifesta hosti-
lem aciem ponunt, confundit pudor, & ex pu-
sillanimitate fidei, ad saluatoris amicitiam ascen-
di posse desperant, sed desiderio uigent, & ca-
prant argumenta uidendi, sed carent audacia
inuitandi. Hos saluator occulte, similiter & ma-
nifeste præuenit, per inspirationes & uitas ho-
minum uoces, quas sacris sermonibus aptita-
uit, ut detur omnibus audaciæ sanctæ signum,
quod peccator quorumlibet peccatorum mole
grauatus, aut delictorum pondere pressus, si de-
siderio sancto uiget, si quærit argumenta salu-
tis, ne in dei amicitiam redire posse diffidat, ut
etiam internum cum homine uelit habere con-
uiuium. Hæc sunt deliciae saluatoris, referente
Proph. 3. scriptura: Deliciae meæ esse cum filiis hominum
in mensa uirtutum: ut peracto uirtutum con-
uiuio, beatitudinum succedat in superis.

¶ De patientia domini ad peccatores.

Caput XI.


Legimus saluatorem uerbo remisisse pec-
cata, & nullam adiecisse poenam ulterio-
rem, sed futurorum cautelam, quasi rota pec-

nitentia præteritorum, in cautelam transe-
at futurorum: nec confessionem illorum scri-
ptura commemorat, quibus sunt dimissa pec-
cata. Saluator omnium deus, non appendit in
lance iustitiæ suæ multitudinem temporis, sed
dolores: idcirco ecclesia catholica, quam ipse
gubernet, poenitentiam poenitentium, in arbi-
trio discreti sacerdotis imponit. Et hæc est ho-
minis delinquentis uerior poenitentia, doluisse
se de peccatis ex æquo delectationis: uerissi-
ma & probatissima est, excessisse, quam solum
nouit Christus, qui suscepit offensam. Et cum
præteritorum dolor prohibere committere
amplior, in posterum præcauere, de commis-
sis dolere ueraciter, est certissimum signum.
Proinde saluator cum hoc agebat, dicebat:
Vade, & iam amplius noli peccare. Quod
idem sonat cum Magdalene dixit: Vade in
pace. Nullus sibi blandiat de remissione præ-
teritorum, si ad ampliora, seu ad aliqua mini-
ma suspirat affectus: nec credat posse cauere
futura, si præteritorum figura præluserit, aut
nauseam in anima non fecerint, uelut corpo-
ra scelerum uermibus hominum solent infer-
re olfactibus. Nec prætereundum silentio, cum
ueller adductam in templo adulteram libera-
re, quod scribebat in terra. Mirandum utique,
inmirabile quod egit saluator. Inclina-
bat se coram oculis, & ante pedes hominum
iniquorum, cum digito templi tangeret pau-
mentum. Pauimentum sancti templi, marmo-
reum erat, ut refert Paralipomenon historia,
nec duritia marmoris ex natura cedit materiei
molliori. Sed non uirtute carnis, neque uirtute la-
pidis, sed diuina saluator in illo pauimento scri-
bat, licet uisitato more loquendi dicatur, quod
scribebat in terra. Miraculum certe iudicari
poterat, quod scribebat digito carnis, in lapide
de marmoris. Quod uero scribebat, scimus:
quid autem scribebat, omnino nescimus. De-
clarandum uero miraculum, in suo ordine re-
feruamus. Sed in omnibus gestis suis, salua-
tor nostros præordinat mores, ut dum quem-
piam autoritate aut testimonio cogimur iudi-
care, si poenitentiam ueram agnoscamus, mi-
sericordiam iustitiæ præmittamus. Et quan-
uis constet de patratæ scelere, si cognoscitur po-
nitentia, non abnegatur misericordia: fallit ta-
men in regimine reipublicæ, quam misericor-
dia periculis uulnerat, iustitia sanat. Præroga-
tur etiam omnibus nobis forma, ut in libera-
tione rei, etiam accusantium ruborem causis
sine deuitemus. Non enim saluator peccata
ipsorum obiecit in faciem, sed taliter dixit &
scripsit, ut confiterentur exterius, absque quod
interius uerecundiam paterentur. Permaxi-
mè autem saluator in illa descriptione agebat,
ut eorum corda conruderet, qui non amore
iustitiæ, aut personæ, seu odio patratæ sceleris,

SIMONIS DE CASSIA,
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER QUINTVS,
Tractans specialem
DE MIRACVLIS SALVATORIS.

¶ De miraculis factis in aqua.

Caput I.



Expedire nouit qui
omnia nouit, mira-
cula fieri supra na-
turam, supra usum,
supra rationem, supra
mentis capacitatem,
& omnem transcen-
dentem intellectum,
quod aliter non cape-
rent, nisi per fidem:

& ubi natura & ars medicinæ deficiebat, uir-
tus diuina desuper innotesceret. In quibus, om-
nibus alijs prætermittis, quid uitæ agendæ aut
præcauendæ in nostris Christianis moribus ar-
guitur, aut agere, aut deuitare debeat, prout
dominus doctus aperiam. Præsciendum tam-
en, quod (excepto quod miraculose natus est
atque demonstratus) ante egressum de deserto,
nullum miraculum fecisse sacri euangelistæ
traderunt. Completus in ætate Christus uiginti
unum annis, & decemque diebus, octauo ianua-
rii baptizatus est. Et tunc dicitur molin-
na nesciens, eodem die sub ducatu spiritus sancti
egressus, ut hominibus in desertum, ubi quadragin-
ta diebus & totidem noctibus indefessis moram
faciens, decemotertio calendæ Martij egressus
est. Et prædicans per uniuersam Galilæam in
synagogis, plateis, uis & domibus, elegit apo-
stolos atque discipulos, nullum miraculum il-
lo primo anno prædicationis suæ faciens: quo
reuoluto, eodem die quo baptizatus est, pri-
mum signorum suorum fecit in aqua, cum in-
uitatus esset ad nuptias. Si rationem quereremus
in miraculis Christi, non essent miracula. Si ex-
empla multa præcedentia haberemus in alia
uirtute, quam diuina factorum miraculorum,
non essent singularia: sed si qua facta nouimus
ante Christi tempora, diuina uirtute facta om-
nino credamus. Veruntamen de licentia spi-
ritus sancti, omnia Christi miracula punctali-
ter, nec historiarum serie prætermittenda, ad Chri-
stianos mores, quantum possumus, conuertamus.

¶ Fertur, & ita credimus, quod saluator no-
ster secreta potestate aquam conuertit in uinum,
propter uini defectum ad supplementum nup-
tiarum, & ad iucunditatem & lætitiæ conuiu-
rii, ad ostendendam uirtutem suam secretæ poten-
tiæ, ut latens in humanitate, diuinitas crederetur.
Pulsat animum nostrum, si quidem deus in uocem

sed quadam dolositate commoti, seuiunt in
peccantes, quod nefarium est omnino in or-
dine æquitatis. Secus autem est ingerere in ac-
cusatione peccantis, secus à tribunali trahi.
Si se ingerit, præter liberum amorem iustitiæ,
omnino deliquit: si trahitur, uerum omnino
non sileat. Vult etiam & insinuat infallibilis
iudex, quod qui uult alios accusare à libera uo-
luntate commotus, quod teneat innocentiam
sacramentam, propterea ad phariseos intulit ipse
saluator: Si quis uerum sine peccato est, pri-
mum ille lapidem mittat. Et declinans ad ter-
ram oculos, sine confusione notabili, eis per-
mittebat egressum. Mos sapientium & hono-
rum uirorum est, non respicere faciem iniquo-
rum in primo congressu, ne confundi timeas,
efficiantur uerbis & animo seuiore, sed aue-
tere faciem, ut in seipsum, & non coram alijs eru-
bescant: & cum in faciem non respicitur, ter-
giuersandi occasio prærogatur. Ad adulteram
sua benignitate oculos leuans, quam homo non
condemnat, absoluta: ad hoc enim uenerat,
non condemnare peccatores, si fuerint poeni-
tentes. Amator omnium Christus, querit unde
possit hominibus donare peccata, & indulgen-
tiam præstare quærentibus. Et cum à iustitia sit
appellatus à peccatoribus ad uitam misericor-
diæ, aut omnia remittuntur, aut pie plectuntur,
qui facinora commiserunt. Ipse profecto est ad-
uocatus & iudex, miris modis inquirens unde
absoluatur, qui ante tempus inueniens est reus;
nec eum iudicem accipit nostra iniquitas fecit,
aduocatum uero, nostra necessitas iurung; ta-
men peccati miseriam habet germen. Quod
autem bis scripsit, ad præcipiti sententia cautos
uoluit esse retores, ne cito proferant, quam re-
uocare non possunt. Quando lædat infamia,
seu cruciet poena sensibilis, ante discutienda
sunt iura, quam sententia proferatur: prius ex-
certo possibili sciatur, quam ex ore iudicium
exeat: nam uita hominum, per hominem non
refunditur cum auferitur, nec sine signatibus
resarcitur caro decisa. Et abscisum membrum,
ueram imaginem non resumit. Cum uero iu-
dicaturus testes & accusatores interrogat, ter-
retur & mouetur, ab improbus accusationibus im-
probos cessare actores. Pertinacissimum ma-
lum noscitur coram deo, contra quem piæ
persistere sine causa iustitiæ, improbitate no-
cendi. Ex his benignitatem domini saluatoris
agnoscamus, qui ad parcendum, quam ad per-
cutiendum est omnino procliuor, nisi homi-
num pertinacia, in seueritate misericordiam
uerat.

LIBRI QVARTI DE VI
TA DOMINI SALVA
TORIS, FINIS.

gare permittit, cur incepit ab aqua conuertenda in uinum dominus Iesus Christus, siue cur à liquoribus inchoauit. Multa sanè mysteria legimus dominum in aqua fecisse. In prima re creatione dicitur, quod spiritus domini ferebatur super aquas, ut omnem rerum fluxibilem materiam intelligamus in aquis, super quã fertur domini spiritus: quia indigna est operatio eius, nec necessitate in esse aliqd. pduxit. Subiacet rebus ipsa necessitas, ex qua, si creator omnium teneretur, non superferretur spiritus eius, sed subiaceret operatio eius. Nec amor eius indignus subijci rebus, * indignus est enim: intellectus autem superuolitat omnibus à se factis, nihil enim subterfugit eum. Igitur spūs eius ferebatur super aquas, ad id rationalem creaturam cõpeltans, ne rebus, quibus ipsa nobilior, imò domina cõstituta, uelit malè subijci per amorem. Conseruit enim amor hominũ subijci rebus quas diligit, qui soli deo debet esse subiectus. Nec subijciatur intellectus importunitate intelligendi, cum necessariò subijciatur ex natura. Non enim omnia & rationes omnium creatura apprehendit intellectus hominum, & incassum conatus est philosophorum extus: multa prætereunt philosophantes, sed habemus unde superferatur, scilicet fidem, cuius intellectus creatis omnibus superferatur. Nec mirum, fide nempe ipse creator conspicitur, qui est sup̄ omnia deus. Qui ergo peruenit ad summum, & id quod inuenit est excessus. Congregauit etiam aquas in locũ unũ. Elementa distinxit abinuicem, sed fluidas hominũ mentes uoluit conuenire in unum, in unanimitate scilicet uoluntatum: ad unum, ut uirtus firma diuideret filios dei, à filiis perditionis. Et tu omnem tuam fluxibilitatem ad unum locum ordina, & per firmatam uirtutem cognosce cum quibus sis aggregandus, in superis aut in imis locandus.

Gen. 7. Aquis diluuij deleuit animam uiuam non exstentem in arca, obedientiam omnis creaturæ ad uindictam malorum præsignans. Et mundi originalis purgatio facta est per aquam, ut quæ fluidæ animæ hominum, & similiter corpora fluebant ad malum, & omnis caro corruperat uitam suam, dignum iudicauit diuina iustitia, ut à fluido paterentur elemento. Et quia præter domini uoluntatem amor hominum subijciabatur rebus dilectis, ex quibus percipiebatur abusus, non superferrebat eis ut spūs domini super aquas, iure ipsi operientibus orbẽ homines peccantes subiecti, qui octauo numero præsignati, octauam æternitatis possidentiam ostendit eis q̄ nõ mererentur deleri. Similit̄

Exo. 7. Aegypti aquæ cõuersæ in sanguinẽ, diuinã uisionẽ ostendunt super eos, q̄ cuncta creata cõuer-

tũt in sanguinem peccatorũ, de quibus Dauid dicebat: Libera me de sanguinibus. Et aquæ celsæ serunt Israheliticis, & Aegyptios suffocauerunt. Et qui creatis fluidis malè non utitur, nõ ferat ultionis pœnam. Qui uerò maculosè in eis degunt, dignam in illis perferant ultionem. Diluuium & Aegyptios submersio, figurauerunt baptismum, in q̄ delectur iniquitas, & bonitas remanet naturæ. Inuertæ sunt aquæ amarissimæ in deserto, sed sunt dulcoratæ per lignũ. Multa sunt in hoc squalido mundo amara & asperè decertantia cõtra tenerum sensum, sed fecit dulciter tolerare asperæ crucis lignum. Et Christi amor hoc egit in cordibus uerorũ fidelium, ut pro uoto suscipereũt corporis passiones. Verè amor ualidi ligni, mĩdi huius indurcauit amara. Et bñdicitur in ueteri testamento lignũ p̄ quod fiebat iustitia. Lignũ per qd̄ facta tota iustitia nra, crux est, q̄ si adaptat hĩs q̄ refugit sensus, uolũtas amabili suscipit. Nec nõ lignum per qd̄ iustitia bñdictum mĩribus nris insinuat iustitiæ sanctum opus: quod si solerter aspiciamus, nos pœna undiq̄ p̄mit, siue nobis irrogetur inuitis, siue cum illam libetè amplectimur, cũ nulla sit digna præexhibitio pro futuris aut æqua recompensatio ligni crucis. Proinde huiuscemodi lignũ præstat dulcedinem nostris pœnis, & dulcis fit tribulatio, uelut aqua labẽs mĩdi sine mora labẽtis. Proditã de petra legimus aquam per uirgam, ad potandum & ad sedandum populũ murmurantẽ, & deinde cõtradictionis aqua exiit appellata: quia de Christi latere aqua nostræ salutis & sapientiæ sanctæ dei fluxit, qua potaretur huiusmodi gcnus, quod murmurauerat aut murmuraturum erat in pœnis. Nulla salubrior atq̄, q̄ quæ defluxit ex latere: nulla sapientia melior, q̄ Christum noscere crucifixum. Sed hæc aqua fuit edueta per uirgam, quia infallibilis & recta & inflexibilis iustitia dei, suo secreto iudicio & ineffabili modo, puniuit quod non peccauit in filio: & ex peccato nocentis, carõ plectitur innocentis. Sed cõtradictionis nomen accepit, quia si ex aqua ista salus multorum, non tamen omnium constituitur cum Christo: ab ipsa incunte infantia usq̄ ad mundi finem ab improbis infidelibus & malè fidelibus contradicitur. Nam quantum si meo cecinitisset alia de Christo, quod positus esset à deo patre in resurrectionem multorum atq̄ ruinam, nihilo minus & in signum cui contradicitur, adnexit. Et ab origine nullius scientiæ maiorem cõtradictionem audiui mus, quàm sapientiæ Christianæ, cui uerbis & moribus contradicitur, etiam ab his qui suo nomine insulantur. Peruenit populus in deserto in locum, in quo duodecim fontes erant quarum, ubi refocillauerunt animas sitientes. Peregrinabatur genus humanũ in Adam ex-

pulum à paradiso, ubi qui quadrifario fonte iugiter rigabatur, nec inuenit aquam in copia suis copiam auferentem: præter illam sacrosanctam doctrinam duodecim apostolorum, qui mundum uniuersum misericorditer rigauerunt. Aquæ multa mysteria facta cognouimus, q̄s si deus continet, omnia siccabunt: si uerò emiserit, subuertent terram. Gratiã diuinã in his uerbis intelligimus figuratam, quæ si continetur, omnia præariditate sua deficiunt & siccantur. Si uerò de superis abundanter emittitur, terra cordis nostri subuertitur: ut dolendo puniat, quod gaudendo deliquit. Nobiles commutationes in aqua factas esse prænouimus, cũ in illam transferit circuncisionis asperitas: ut elementum sanctificetur per uerbum, & sensibile corpus, insensibilem in corpore atque inuisibilem gratiam capiat: & fiat celestis, qui per corruptionem huic mundo terrenus apparuit. Non resistit hoc elementum impressionibus à duriori aut uehemẽtiori corpore factis: & tandiu tenet impressionem, q̄ diu supermanet impressum. Tales animas deus querit, ut suis deficiis impressionibus non resistant nec remoueant, cum ipse sit semper supersedere paratus, & gratiæ suæ immobiliter situare. Inspida & frigida & abscolore est aqua: sic omnium anima, nisi saporem sapientiæ suæ, & calorem charitatis eius, atque colorem pulchritudinis uirtutis, ipse qui creauit, apponat. Sic & lex Moisaica erat, quam deus in euangelium sapidum & charitate plenum, & optimi coloris, sua potestate conuertit. Quocirca in mysterio, & pro nostris moribus ordinandis, Christus in uinum conuertit inspida & discolorẽ atq̄ frigidã aquã, ut effectum cognoscamus uirtutis eius inuisibiliter operantis in nobis, per id quod cum fecisse foris agnouimus. Nec nõn & quàm tractabiles & conuertibiles ad sua iussa nos esse uelit, ex hac commutatione demonstrat. Curiosè atq̄ superbe scrutari non debemus, quare ab aqua miracula incepit saluator, sed laudare potentiam, & uoluntatem suam iustissimam uenerari.

¶ Ad ordinem uerò rei gestæ, ut nullus in eo exorbitet, secundum literam primitus ueniamus, ut etiam in his quæ præcedunt & comminantur & sequuntur miraculum, regulam atq̄ formã nostrorum morum, prout possumus, assumamus, prætermittentes mysteria, præterquam ubi ad mores, nisi tactis mysterijs non possemus aliter pertransire.

Matt. 4. ¶ Perfecit omni tentatione deserti atq̄ uictoria, saluator egressus de deserto in Galilæam, cepit prædicare, congregare discipulos, illos allicere altitudine atq̄ nouitate doctrinæ. Neque à die sui baptismatis usq̄ ad eundem diem reuoluto anno miraculũ aliquod

fecit, quoniam mutatio aquæ in uinum, fuit initium signorum, quæ fecit Iesus. Nemo autem in hoc quod dico, se fallat, quoniam auctoritas sanctæ matris ecclesiæ longa consuetudine roborata, hoc asserere non compellit, quæ illud solum (quanuis non per scripturã declaratam) in consuetudinem inuariabilem profecto suscepit, quod à gestis & moribus apostolorum, Christum in carne uidentium atque discipulorum, ipsa in suo ortu & inchoatione cognouit. Eo igit die q̄ saluator baptizatus est anno reuoluto, ecclesia infallibilis hoc nobis tradente, fecit hoc miraculũ initium miraculorũ. Quod si inicitũ, cetera sunt sequentia: quia eodẽ die siue anni reuoluitone, baptizatus & miraculũ aquæ fecit, cũ statim spiritus eum expulerit in desertum, & de deserto in Galilæam, ubi pluries prædicans, & egrediens & regrediens, & uocatis discipulis (sicut referunt alij euangelistæ) tertio die ab illo quo Iohannes Baptista respondit sacerdotibus & Leuitis, missis ab Hierosolymis, à Iudæis, ut in terroret eum tu q̄s es. Nã anno illo primo, quanuis non integro, prædicauerunt Christus & Iohannes, qui testificabatur de Christo, quæ digna uidebantur, & suos discipulos in scholam Christi mittebat, quem etiam ostendit discipulis suis, dicens: Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit peccata mĩdi. Nam Christus post egressum de deserto Iohannem, iterum uisitauit prædicantem & baptizantem. Discipuli etiam Iohannis dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanẽ, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Et Pharisei audierunt quod plures discipulos faciebat & baptizabat Iesus quàm Iohannes. Hæc pro tanto dixerim, quia non sic legitur in Mattheo, statim post egressum de deserto, Iohannes traditus est in carcerem, post quam traditionem etiam Christus congregauit discipulos, corã quibus maxime illis quos apostolos nominauit, saluator sua miracula fecit. Nam expediebat ordini & rationi, ut omnes apostoli congregati iam essent ad uidentium Christi miracula, quæ ipsi prædicaturi erant coram gentibus & regibus mundi, & per mortem & sanguinem testificaturi pro eis. Et cum omnem aggregationem apostolorum primo anno prædicationis fecerit, luce clarius patet, non fuisse Iohannem uocatum de nuptijs, in quibus aquam in uinum secundo anno suæ prædicationis cõuertit. Nec quempiam moueat, quod erat ibi mater Iesu, ut uelit causam suæ interuisionis fuisse Iohannem: plures em̄ habebat propinquos, quorum alicuius intuitu potuisset adesse, filiosq̄ Zebedæi Iacobum & Iohannem, de nauis & piscatione, non de nuptijs, legimus esse uocatos.

Iohann. 2.



Factæ sunt igitur nuptiæ in Cana Galilææ.

Nuptiæ uocabulū, quod quondam uerecundiam & honestatem coniugij significabat, transiit in epulas & in mensas ornatas cibarijs. Nā nuptiæ ab obnuendo, id est, cooperiēdo uultum & caput antequam dicebantur; nunc uerō eodem manente uocabulo, neq; tam antiq; significatione mutata, sed alia significatione adiecta, exultato more loquēdi, nuptiæ dicuntur esse splendidi pro nuptijs comestibilium apparatus. Nuptiæ factæ in Cana Galilææ, zelotypum amorem, scilicet amoris feruorem inter Christi & ecclesiam signat, uelut inter sponsum & inter sponsam, ut uterq; pro utroq; moreret amoris uehementia insisteret; ut Chrs̄ pro ipsa ecclesia moreret, & ipsa ecclesia orthodoxa pro ipso, mundo uoluntariē moriatur, & in martyribus suis morte corporis crudeliter sit extincta ex tyrannorū furore atq; terrore, quis ipsa usq; ad finem seculi sit militādo mansura. Cana zelus interpretat, qui zelus est ut placitam altissimi habeat uoluntatē. Sed nō oīs zelus bonus. Bonus profectō est, qui trāsmearē penitus ab hoc mundo desiderat, aut cum homo trāsmearē uiuat, nihil sibi approprias de terrenis, nō certis mansionibus degens, uita indefinita potius: nil certum gliscens, præterq; animi uirtutem; nihil certum expectans, nisi mortē & dei misericordiam & iudiciū: & in omnibus ablatiōis euentibus, manens in conturbatus: irretitus ab omnibus, præterq; ab eo quod uirtutem & dei bñplacitum resonat: mundum hunc uisibiliter, prout sit possibiliter & inuisibiliter, q̄a possibiliter, peragrans. Hic ecclesie celebrant nuptiæ, hic fidelis animæ thalami præparant. Nam transmaritima mea, Galilæa interpretatur, ut unusquisq; ex seipso ex hoc & in hoc mūdo transmaritine festinet, pro sua uoluntate uidelicet, aut suo declinando periculo. Nam per dei naturalem iustitiam unusquisq; de suo dānatur uitio, nō de alieno. Et per misericordiam dei, de sua laudabili actione saluabit, nō de alieno profectu. Proinde in Cana Galilææ, id est, in zelo huiusmodi amoris celebrant animarum nuptiæ, quibus saluator interfuit, Maria existēte, p̄nuba, fide sc̄. christifere ueritatis. Nā dicit:

Et erat mater Iesu ibi.

Suberat causa quare mater Iesu erat ibi. Rationabilis erat causa, quare m̄di regina ibi erat. Non em̄ credamus alicubi absq; rōnabili causa ipsam interfuisse. Agebat em̄ à sp̄i dei, uelut filia dei, mater dei, sponsa dei, nihil imp-

tinēs atq; superflū in suis moribus apparebat. At ubi postquam interfuisse illis nuptijs credimus, iustam esse credentes causam, ipsam aliē non queramus: Non enim omnium actuum à nobis inuestigandæ sunt causæ: magis uerō, quæ ex eis est utilitas, capessenda.

Vocatus est autē Iesus & discipuli eius ad nuptias. ¶ Aut uelut pauper, aut uelut notus à sponso, aut ex confidentia parentelæ, aut specialis notitiæ, aut suggestiōne matris factū est, quæ filij sui præsentiam ubique cupiebat. Melius autem diuina dispositione factum esse credamus, ut Iesus ad nuptias huiusmodi uocaretur, propter ea quæ mirabiliter sunt secuta. Qui non iustos, sed peccatores uocare uenit ad penitentiam, omnes ad fidem, omnes ad uirtutes, omnes ad gloriam, quauis non omnes respondeant, nunc ipse uocatur ad nuptias, ad quas non pro pastu corporis, sed pro edulio mentis accessit. Beatus qui dominū Christum in suis uocat agendis. Et beati, qui eum in carnalibus nuptijs testē habere uolunt atq; p̄sentem. Blandiunt & sibipsis q̄ plures pro eo q̄ saluator nuptijs uoluit inter esse, ut aut perniciosa licentia in matrimonio amplius quàm expediat deleatē, aut uitæ cælibi præferre audeant uel æquare. Sed aduertant, quoniam Christus tota sanctitas & sanctificatio est: non ergo per blanditiōs actus honestas matrimonij deturperet. Ad omnem honestatē nuptias oportet conuētere, si Christum uelint habere in iudicem & in testem. Condemnat & testificatur contra turpitudines & immunditias saluator oīm Christus. Nam beatorum profectō essent nuptiæ, si pro Christo uouerent castitatem, & si non omnimodam, saltem ad tempus illam interponerent redolentem. Nam quanto magis, communia sensu, castitas inter uirum & uxorē, t̄to amplius in cōspectu Christi nuptiæ placitæ sunt. Pulchriores atq; ditiores sunt nuptiæ castitate, quàm copia filiorū. Et quanto humana caro pia intentione ab amplexibus & concubitu remouetur, tanto ad primam illā creationis suæ pulchritudinem repropinquat. Et Christianitas, qua illibata manente, in thronizatur i superis, efficitur sanctior, q̄ hominis humanitas contactibus non turpatur. Nec eura fiat hominibus, si non essent nuptiæ, aut castrentur propter regna cælorum, propagationem humani generis defuturam: quia deficere nequit potentia & sapientia creatoris, qui omnia ex nihilo in esse produxit. Nec est hominum, dei sapientiam & qualiter hominum successio fiat, ulla temeritate conquirere: sed eius exequi placitum uoluntatis, nostræ sit officium uoluntatis. Nec ad confirmationē siue renouationem uoluit saluator nuptijs interesse. Non inter illas desinuerat aut super eas induxerat uetustatem, cum ipse antiquam

habeant nouitatem. Ad nuptias quippe nihil noui apposuit, qui uirginitatem ex cōsilio nouiter introduxit, & castitatem ex moribus & doctrina præfecit. Ac per hoc uocent omnes Christum ad nuptias, ut aut eas ex toto castificent, aut nihil in eis agant, quàm christifera decet at sanctitatem. Vocemus Iesum in operibus nostris, & ipsum reuereamur omnia in spiciētem, ut uenientem iudicem, securam & lætam conscientiam uideamus. Nec discipulos eius ab hac uocatione legimus intermissos. Nam uocatus est Iesus & discipuli eius. Decet sanē ad ordinem atq; profectum uitæ agendæ, ut doctores & discipulos, duces & milites, ad exhortationem similiter & exemplum mentis intuitu uideamus, ut nobis forma uiuēdi ex agonum positore uerisq; sectatoribus luceat. Tu quis es, ad mentem reuoca Christum, & quàm humilitatis, aporiatu incedat, aduerte. Reuoca & discipulos eius, nō Aristotelis aut Platonis inutilium doctrinarum, sed discipulos ab omni doctrina exclusos, mundo mortuos, repudiantes omne uisibile, ipsum solum irretouersibiliter & possibiliter theoris, moribus & uita hūmilitate imitantes, solum diuinis dogmatibus intendentes. Non reuocemus ad mentem, hominum negligentium uitam: habet enim inducere profectō segnitiam, sed eorum, qui tarditatis & pigritiæ molimina nescierunt. Præstat nanque semper audaciam plus agendū: & sæpe feruor unius aut plurium, teporem unius aut plurium excitauit. Bonum oīmō cum Christo & discipulis recumbere in mensa uirtutum. Veruntamen edentibus qui recumbant, uinū deficere nunciat et q̄ oīa p̄nouerat.

Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

¶ Mirum cogitare uel dicere, ubi sufficientia omnium astat, quod uinum deficiat. Sed naturale defecit, ut supernaturaliter factum apponeretur: & supernaturaliter innotescere inciperet, qui supra naturam & usum ineffabiliter natus est: & deterior ab euangelio Mosaiica lex uicinaretur defecioni, ut apponeretur euangelium nouum. In parte deficiente lege Mosaiica, deficiente uino humanæ lætitiæ, apponendum erat uinum lætitiæ spiritalis, & ad defectum summus erat aduenturus profectus. Cum creatura uoluntariē mundo defecit, profectus diuinus aduenit. P̄gnuncia defecit mater Iesu erat. Almissa regina tierē compatiatur omnibus, & omnium uellet remouere defecit, nisi dei amula hominum pertinacia eregione tentoria figeret. Et pro omnibus libens sumit interpellationis officium, si amota nostra protulerit non fuerit, aut si rogata humiliter & fida prece præfuerit. Allegat pronuba castissimā in uirginitate solis claritate lucidior,

q̄ uinum nō habent nuptiæ uel coniugij quia uel non habent unde lætentur, aut humanam lætitiā propria uoluntate contēnunt, ut nolle habere ad non habere reducat. Verē omnes in hac uita degentes, non habent unde gaudeant, sed unde molestia fatient. P̄nalia uocamus omni bus corporis subiecti sumus, mors certissima in nō certo termino cōminat, undiq; mala uisibilia & inuisibilia seipsa conglomerant, obstant & includunt, cruciant & affligunt, & oīs uia p̄cluditur euadendū: exceptis his, qui per uiam mundi asperam incedere statuerūt. Dispōnentem se ad futura picula propter deum, clades præuifa seu inopinata non lædit. Igitur unde lætabit tor castris & malorū papilionibus circumseptus? Unde lætabit inuisibilibus agitatus ab hostibus, q̄z castra mortales oculi nequeunt intueri, neq; in illa factare lædentia? Neq; cū sp̄ialibus oculis eorū semp̄ aduere possimus totam fraudē, nec sentimus insidias, etiā cū fecerimus casum. Quæ lætitiā, q̄ iuctiditas esse potest in ualle miseriæ, ubi uelut regina solū uisibiliter tenens, ipsa miseriā oīa ferē in suā deditiōne ascriptit: Proculdubio cuncti carent unde in ueritate lætent. Idcirco pro nobis ueritatē interpellans, uelut pro cōiuiis aut nuptijs alma Maria dicit: Vinū non habent. Aut ipsam humanā quantalibet perfunctoriā humanamq; lætitiā inhærentē tenuerit, à nobis uoluntariē abdicamus, ut nō merito dici possit, quod uinū huiusmodi nō habemus, & nostræ carentiæ redundantia illa succedat, quæ nō de creatura, sed de creatore procedit. Quodlibet igitur proferat, ad creaturā referat uinū q̄d defecit, ut sc̄etur diuinū q̄d deficere nescit. Ad defectū uini, referat legis impossibilitatis, q̄ neminem iustificauit ex toto. Ad miraculosum uinū p̄struitur euangelij, cuius ueritas obseruata, intro ducit in regnū. Ad uini defectū p̄tinet oīs creaturæ carētia, sed ad miraculosum spectat q̄cquid pro æqualitate nō meritū diuinā bonitate suscipimus. Ad hūc etiā uini defectū p̄tinere p̄t, cū labentis re defectū cū ipsis, uti possimus, sustinemus, sperantes bonis altioribus munerari. Ad uinum bonum seruati usq; adhuc, sequitur gloriæ stabilitas æternorū.

¶ Intentius dictum istud trahentes in mores deficiente uino, & uinū nō habent, alia se parat forma loquēdi, ut uini defectus atq; carētia, sit à libera hominis uoluntate de typicis malis atq; transumptis, quæ uinum bibitum supra modum facere consueuit. Legitur enim in Ezra, cum de uini fortitudine ageretur, quod uinum seducit mentem. Seductio enim mentis est, à superioribus ad ima prolapsus, & separatio à tramite ueritatis & lumine ratiōis. Unde per prophetā dicitur: Ephraim sicut columba seducta nō habet cor. Nā sæpe huiusmodi uis ab altitudine aëris se demittens, terris in-

dens propter escas & aquas, ad exitum capis: Sic homo q̄ a diuinis theorijs ad ima prolabit, ad exitum peccati atq; in ferni plerunq; occulta pedica improuise tenetur. Et sepe nificat unde pulli auferuntur. Seductio igitur mentis est, ibi suos conatus apponere, ubi operum p̄ditio sequitur, quia scriptura dicit: Omne opus corruptibile in fine deficit, & qui illud operatur, peribit cum illo. Hinc uero malo defecere, bonorum succellioem habet in p̄mium. Necnon ut eadem refert scriptura, regis & orphani unum facit mentem uanam. Nam plerunq; in populis regimins scepra tenetes, mudi uanitate sectantur: similiter & patre filij desolati, ut neq; conditio status nobilis uel abiecta, se uelit & nouerit a seculi uanitate tueri.

Ecci. 24. Cōtra q̄s propheta sanctus inclamarit: Filij hominū, ut q̄s q̄ graues corde: ut qd diligitis uanitate, & quæritis mēdaciū? Profecto uanitas est bonorū sp̄ialium, atq; uerorū firma uacuitas. Proinde uana dicit mens quæ delectat caducis, q̄ afferit sepe periculū, nullū uero remedium. Vana est mens quæ uirtutibus uacuum peram habet, & p̄functorio haultu p̄naliter amplius sicit. Et uir uanus in sup̄biam erigit, & q̄si pullum onagri libere se natum putat. Iure in altum, q̄ cuanescat, ut fumus, homo p̄sup̄biam tollit, cuius animus nō reprimi potest iusto uirtutū, quā uacuitatem facit seculi uinum, cuius habere defectum, sufficientiam maximam appellauit. Et serui ac liberi, pauperis ac diuitis & omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem. Vbi humana securitas, ubi cadit fragilitas: & quo securitas maior, casus uiciorū atque profundior. Non est securitas quiescere inter hostes, neq; tutū inter insidias crudelitū ambulare. Tremor & timor manent super nos, conectos tenebris peccatorum. Implacabiles sunt inimici, quos inuisibilis patimur, & cōtra nos impacifibile bellum gerunt. Pessimū est esse securum, ubi athletæ Christi maximi trepidarunt. Et ingredientī terram hostilem non securitas, sed timor pro baculo subsidij opus est. Inimicatur nobis mundus, præter cuius terram nemini patet gressus. Et caro corporalis animæ aduersatur, quā depone non possumus, nisi p̄ improuisam mortem. Quis igitur hominum dormiet aliquando securus, in castro inimici mortaliter odieris? Quis audacter nudis pedibus incedet super spinas? Quis securitate noctabit in domo minanti ex omni parte ruinam? Et procellis in mari sonantibus non securitas, sed ignauia est dormire. Iucundari autem in loco funeris & tristitie, atq; in tempore flendi, ebrietas est atq; stulticia. In hæc cadere uinum seculi sepe fecit, cuius carētia magis q̄ redundancia est in laude. Sed qd sequit, amplius mala malis accumulac, & nō meminit oēm iustitiā & debitū. Qui caret

Ecci. 24.

Psal. 4.

Iob. 11.

iustitia, p̄ iustitiā puniet. Et qui nō reddit debitū, p̄nax debiti soluet. Obliuiscētis iustitie obliuiscit deus. Et nō soluent deo debiti, & promissum iustū hoibus, ordinauit ad rhomphæā. Ebrietas autē corruptibilit̄ & amoris male diffusi, obliuionē induxit iustitię: debitū negare creditoribus fecit, & irritare promissa. Hoc nō bibere uinum, dixi maximum lucrū. Nam ut adiungitur, omnia p̄cordia facit honesta, & non meminit regem neq; magistratū. Pereunt iudicia rōnis, cum p̄cordia uident honesta, pro eo quod multos ad malum p̄cipites, nō deus aut timor, sed reuocatio honestas, nō illa christifera, sed humana, cum nōnulli nō timeant turpes in cōspectu dei, sed in cōspectu hoim apparere. Cōtra illa q̄ honesta non sunt, tñ quia cordis penetrabilia intrauerūt, p̄ affectu honesta uident, subruūt rō, perit iudicium: uera honestas exilio tradit, & malū uel uelicitum, deuenit in actum. Necnō & p̄cipiti audacia contēniur iustitia tribunalis, & docentium sana doctrina, & annullat reuerētia magistratum, ut sepe memoria placitis intēta, ita non recolat, aut uelut caeca in peccatorum foras ruat, quāuis hic uel alibi digna p̄na succedat, si non extemplo, saltem in tempore a dei prouidentia p̄afinito. Huius uini defectus sufficientiam aliam sperat, procedit huiusmodi lædens malum, & omnia per talēta facit loqui. Qui per talenta loquitur, uertibilis est, & ad hoc se donat quod largitor inquirat, ut non ueritas & iustitia, sed placitum sit in iure. Non meminit cū biberit, amicitiam uel fraternitatem. Execrabile malum, ut pulchritudo humani generis, & delectatio rationis, quæ amicitia noscitur, uini potatione obliuioni tradatur: & quos natura ex traduce unionis coniuinxit, reijciat potatio falernalis. Sed non post multum suum uinum gladius. Ecce, ad quid malum uinum sepe conuertit, ut ad lædendum atq; perimendum naturæ conforrem, gladius ductilis assumatur: & hominem facit transire in beluam, cum ad sui similitudinem parat nocentia naturam. Multæ nanq; beluæ odiunt & interimunt homines, quibus truces ipsi sunt similes. Ad hæc mala secutus huiusmodi philosophator adiungit: Et cum a uino meruerint atque sur exerint, non meminerunt quæ gesserunt. Hoc em̄ in malis actibus ultimum est malorum, si obliuio sequitur male facti: quia nec interuenit penitētia, sed sequitur p̄na damnati. Quod uinū, amores seculi merito appellat. Vtinā nō in istud uinum oimino deficiat, ut uirgo uirginū pro nobis ad filiū interpellat, & dicat deficienti uino: Vinum nō habent, ut interpellando pro nobis obtrineat, si non habent uinum, amorem uelidelicet secularē. Proinde quod noueris expedire, Anima terrenis uacuata materijs, merito se repleri charismatibus diuinis inicit. Cui saluator omium Christus non asperere aut exprobratiue, ut libera sonare uidetur, sed interrogando respondit:

Ioh. 2.

Quid mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea.

Luce clarius patet, omnibus Christum sapienter ad interrogata dedisse respōsa uera, non incompacta. Quæ igitur fuit p̄titio uirginis, ut ista respōsio sequeretur? Dicebat alma mater: Vinum non habent. Respōdit deus homo: Quid mihi & tibi est mulier? Vix uirgo, p̄uixit, & Christus uerē respondit. P̄ uirgo dixit, nec impiē Christus edixit. Non errabat rarior quæ uirgo, nec Christus aliquando ipsam exprobrauit in facie, ut coram omnibus cōuictis uideretur habere calumniam. Sed menti humiliter ductæ per gratiam in aetium scripturarū, ipsa ductrix intelligibilem dat ipsædorē. Quid mihi & tibi est mulier? Nulla permixtio aut commixtio naturarum, uno tantummodo est natura, cuius thalamus tu fuit. Quid mihi & tibi? Quid mihi deo & homini, & ubi homini soli? Quid mihi creati, & tibi creatæ materiæ? Quid mihi æterni, & tibi extempore entis? Aequalitatem denegat naturarum, nō ipsam in denunciatione sua exprobrat uel cōtemnit. Si requiris ut filium, non est unde fiat miraculum, aut supra naturam apponat falernum. Si requiris ut deum, tu mulier, ego deus, nulla communitas naturarū. Suscepi ex te hoc corruptibile corpus. Nōdum uenit hora mea, ut ipso corrupto per mortem, humanum corruptum restaretur genus. Quod dixit, nondū uenit hora mea, ut homo loquebat, qui p̄temporum momenta deducit. Deus autē temporū momenta non habet, æternus em̄ est. Si submissē interrogacione reiecta proferatur, aliam intelligendi formulā parat. Quid mihi, & tibi est mulier? Quid mihi, & tibi omnino in placito est. Quod ego uolo, & tu uis. Sumus omnino uolūtatē concordēs. Subuenire uolo, & tu uis. Redimere uolo, & tu hoc affectas. Quod pro salute communi facere uolo, tu quoq; nosti. Sed nondum uenit hora mea, tempus scilicet p̄afinitum a patre. Quod em̄ tēpus p̄finitū uis missionis, p̄finitū & mortis. Quod nondū uenit, ut mortuos iusta morte, iniusta morte lætificem, & quærentibus uitam ex mea morte restitua. Argumentū agendorū, & ois actio Christi in hoc maxime, ut horā debitā reddēdis debitis expectemus. Quæ autē Ch̄s matrem nō exprobrauerit, ipsius sequēs fiducia manifestat.

Dicit mater eius ministris: Quodcūque dixerit uobis, facite.

Nouerit ipsa uolūtatē filij sui saluatoris, & q̄ nō patere delictorū suorū eclipsim, quæ uenerat p̄ oibus eclipsari. Proinde instruit & informat, ut merito sanctę obediētiæ defectus

uirtū, sufficientia Ch̄i protinus auferat. Ait em̄ p̄nuba sollicita: Quodcūq; dixerit uobis, facite. Quin in p̄ceptis errare nō nouit, uilia p̄cipit, possibilia indicit, & mandat honesta. Nihil ergo excludit doctrix uirgo sanctissima. Quodcūq; dixerit uobis, facite. Sciebat em̄ suū esse oimō irrephensibile dicitū. Nihil rephensibile aut impossibile dicere p̄ōt. Si autē dixerit aliquid irrephensibile atq; possibile, sit corp̄o qd dicit.

Dicit possibile Adæ p̄ceptū, in cuius p̄uati catioe t̄to grauius sunt p̄oplasti puniti, q̄to ip̄suis obseruatiā honestior fuit atq; facilior.

Dixit Noæ, ut faceret centenariā ex tēpo re arcam, ex omi quacitate protensam, in tanto diluuiō duraturam, in qua saluaret genus creaturæ rōnalis, & irrōnalis siue sensibilis: q̄ neq; affectus r̄ctio, neq; labore sup̄patus, nec tpe longo deuictus, neq; dictis aut minis in credulus, nec difficultate retractus, perfecerat omnino quod acceperat in mandatis.

Dixit d̄s ad Abraham atq; mandauit, ut egredere de terra sua, & egressus est. Præcepit ut immolaret filiū eius, & p̄æsto factus est. Et hinc inde progredi iussus, nihil denegauit efficere, manēs incōurbatus; nec turpe aut impossibile ratus, quod esse diuinum cognouerat.

Isaac a deo difficultia oracula non accepit, sed cū uellet tēpore famis descendere in Aegyptum, dicente domino, mansit in Geraris, ad omem obediētiā dispositus p̄ceptoris.

Iacob in laboribus fuit gratissimē obediens uoci d̄ni, omi eiecta examinatioe p̄cepti.

Ioseph occulto mandato dei fratres suos apud patrē crimine infectos, accusabat: eorum odia paruipendens, factus in amore uirtutum, uenudaliter traditus in Aegyptū, potius uoluit carceris tolerare p̄ssuras, & famā pudicitie p̄dere, q̄ dilectā perdere pudicitia, mādato domini parens, pallium pro seruanda castitate reliquit in manu Aegyptiæ meretricis.

Moyse diuinis iussioēs accepit, nihil eregiōe allegans, nisi propriā uilitatē: nec ueritas faciē pessimi Pharaonis, intrepidus diuina iussa compleuit, in nullo hæsitans, mira faciebat in uirga. Mente constans, corpore diuisum mare transiuit cum cæteris. Iussus montem ascendere, loquebatur cum domino, a quo legē dōlaris accepit in tabulis, nihil agens præterq̄ ad imperium domini: desertum mansionibus calculauit, castra ponens secundum uoluntatem domini ostensam in signo nubis. Nil impossibile, nil impertinens in diuinis editionibus oponebat, iustum & facile arbitrans, quod de uoluntate summi domini processisset.

Iosue philosophis, diuina nō recusauit p̄cepta, nō expauit picula, quæ cōsueuerit euentus generare bellorū. Ad ardua manū mittens dux nouæ multitudinis, ortæ in peregrin deserto, Iordanē se a suis superioribus uelut in mu-

Gene. 2.

Gene. 6.

Gene. 11.

Gene. 16.

Gene. 37.

Gene. 39.

Exodi. 3.

Exo. 14.

Iosue. 3.

rum firmum aut parietem æqualem & immo-
bilem colligentem, ab inferioribus defluentē,
domino præcipiēte, cum omni exercitu transi-
iuit sicco uestigio, subuerit terras atq; subegit.
Interfecit reges, in deductionem deduxit re-
belles, promissam terram Israëlitis forte diui-
sit. Quod Moyses cepit, ipse perfecit domini
dictum, in nullo cunctatus. Proinde non abs-
re mater Christi ministris consulit nuptiarum:
Quodcumq; dixerit uobis, facite.

Iudic. 7. ¶ Gedeon dictum domini rarus, non existi-
mauit impossibile cum trecentis uiris pluri-
mam multitudinem debellare, centum uigin-
ti millibus ex hostibus cepis, spolijsq; susceptis.
In præceptis altissimi nihil ad tandem diffici-
le arbitrat, quantū esset in corporibus lassitu-
do labore debellandi: sciebat enim deum simul
cum præcepto agendi uirtutem.

Iudic. 16. ¶ Multa fecit Samson præcepto dominico:
quo suscepto, mentaliter se cum hostibus in-
terfecit. Nam si non iussus mēte fecisset, de nu-
mero fuisset factus homicidarum, nō inter ele-
ctos cum nominare Apostolus. Etenim q̄ seip-
sum occidit, hominem occidit, & homicida
peccatorum constituitur: quanuis illo in tem-
pore de inimicis ulcisci, absq; peccato permit-
teretur. Nec extinctionem uitæ suæ in aliquo
tremefactus expauit. nam nihilo pēdit uitam,
quietē, corporis mortem, q̄ præcepti uirtutē,
& bonitatem diuinę præcipientis agnouit.

¶ Samuel dño ter uocātī propra obedientia
mētis, sanctū & possibile asserbat eē mādatū.

1. Reg. 5. ¶ Dauid multa oracula suscepit a domino,
in laboribus existens a iuuentute sua, expugna-
tus sæpe, inuito animo diuina iussa comple-
bat, patienter tolerans inimicos, inter quos eti-
am perulit, quem genuerat, bellorum cauma-
ta æquē portans, secūdum cor domini factus,
in nullo diuinis iussionibus contradixit: exce-
pto, quod peccauit adulterē, necem probi mi-
litis constituens, incauto intuitu iniitante ma-
teriam: ex quo factus humilior, deleuit crimē
fontibus lachrymarum. Ipse enim cum uirgi-
ne diuina laudando præcepta, de factione con-
cordat, & animat in hac uita quomodolibet
ministrantes. Inquit enim: Lex domini immac-
culata, cōuertens animas. Quis ergo adimple-
re recuset suis operibus immaculatam atque
irreprehensibilem domini legem? Quis contu-
max non perficiet ipsam, ad deum animas cō-
uertentem, a mīdo pestifero, & diabolo pes-
simo auertētem? Nulla quippe conuersio abs-
que auersione, auersio nulla sine conuersione
peragitur. Subiungit Dauid cum uirgine ma-
tre domini, ad ipsius præcepta nos animans:
Iustitię domini rectę, lætificans corda: præ-
ceptum domini lucidum, illuminans oculos.
Faciamus igitur, uirgine suadente, quæcum-
que dixerit, quonia iusta præcipit, & iustitię

2. Reg. 11

1. Reg. 18.

Ibidem.

sua sunt mandata, quæ ab ipso procedunt. Iu-
stitię uerō domini corda nostra lætificat. Cor-
dis autem lætitiā omnes quærunt, sed nulla
uerior in hac uita, quā de iustitijs domini
uaporant. Quem uerō iustitię domini non læ-
tificant, æternę tristitię dimittunt. Lætificat,
cum iuxta theotoconis consiliū peragimus.
Tunc sanē cordibus hominum est uera lætitiā,
cum iustitię iustā complentur. Obnubi nos
profectō tenebrę ignorantię, iacemus in ter-
tris specibus peccatorum: in aernalibus ob-
scuritibus inuolueremur, nisi præceptum do-
mini lucidum prodepellat. Affectat omnis
uadere obscuritatem, lumen requirit existens
in tenebris. Viator nocturnus aut malē impe-
git, aut improuise incidit in latrones, expectat
lucem, & bene agere cupit. Tenebrę sunt aptę
malefactoribus. Qui tenebras refugit, optatq;
lucem, præcepto se domini subdat: nam præ-
ceptum domini lucidum, illuminans oculos
illos interiores, quibus inspicitur ueritas, non
illos exteriores, quos cum animalibus irratio-
nalibus noscitur habere communes, sepiissi-
me inferiores. Et seruus dei, minister dei, mini-
ster in nuptijs, ubi usque ad finem seculi astat,
presentia Christi custodit ea, quia in custodi-
endis illis retributio multa. Multa retributio
sequitur, ubi temporaliter domini præcepta te-
nenti uita æterna tribuitur. Magno nostro me-
rito Christi mater loquitur: Quodcumque di-
xerit uobis, facite. Multa consonantia sibi re-
spondet Dauid ex scriptis, qui operibus præ-
cepta diuina seruauit.

¶ Dixit dominus Salomoni, ut tēplum ædi-
ficaret nomini eius, qui nullam recusans solici-
tudinem & laborem, in sapientiā sibi concessā,
miro modo compleuit. Et quanuis deliquerit,
pro diuinis explendis mandatis altē fanciuit.
Scripta eius multis disertionibus atq; sermo-
nibus sonant, quod deisera uirgo uno uerbo
dissertuit: Quodcumq; dixerit uobis, facite.

¶ Præcepta uania & laboriosa Helias acce-
pit a dño, & sustinētia famis, quasi p̄fundus in
mōtibus & cauernis, nō ueritus facies regū, in
paradisō receptus, corpore alacer expectat p̄
sanguinē atq; mortē, p̄ Ch̄ro iubete uerus re-
fuit & hostia fieri, qd p̄ obediētia corda filioꝝ
cōuertet ad p̄es, ut nō s̄nt anathema, si fuerint
obsequentes. Nouerit em̄ qd boni eueniat i su-
turo, q̄ in p̄senti seculo diuina iussa cōpleuerit.

¶ Eliseus factus in duplici spiritu eius, diu-
na non recusauit mandata, nec cor eius prop̄
cōminatōres reges extrahuit: diuinorum dicto-
rum uirtutem consideranti sibi, omē præceptū
facile uidebatur. Prophetam uerō uocā domi-
ni non obedientem, leo interfecit in uia, nec si-
bi pepercit diuina iustitiā, pro eo quod alijs
obediuerat, cum in uno deliquit, cū oīa sunt
faciēda quæ iubet. Nā inexactuē theotocon-

1. Reg. 20.

1. Reg. 1.

Dani. 1.

nilla dicit: Quodcumque dixerit uobis, facite.
¶ Helias nō requisitus aut iussus, ultero se obtu-
lit ad diuina impia faciēda, habere illoꝝ facti-
onis prænoscens esse mercedem. Et ambulauit
nudus & discalceatus, sicut ei dominus impe-
rauerat, in signum atq; portentū eorum, quæ
prædicauerat atq; futura erant. Nuditatem, re-
galem purpuram cogitans: neq; frigus aut in-
solitam rem, uelut pudendam, suos ante ocu-
los posuit. Nullus pudor in moribus atq; re-
bus, ubi sit diuina uoluntas. Superbus est mi-
les, qui ad regis edictū opponit opprobrium
uel honorem, aut considerat qualis in horꝝ al-
tero sit futurus. Nam tota subiecti gloria, est
iustum fecisse mādatum, etiamsi a cōmunibus
moribus singularitate discordet, totū oppro-
briū neglexisse. Mors uerō repugnat prociaci-
ter. Omnem actionem excusat, & obrectanti
um linguas ligat iustū regis edictū: multo ma-
gis omne quod inuerecundum atq; turpe uideē
hominibus, diuina sanctio regis. Deposito tal-
ceorum, equū parabat & ocreas, iussa ex prom-
ptitudine facienti. Nihil dicere aut facere re-
cusauit obediētiam imponēti, quousq; regis su-
rioso imperio terra lignea secūsus interiit, mer-
cedē iustę obediētia suo tempore recepturus.

¶ Jeremias ad primam iussu domini hu-
militatem opposuit, dicens: Ego a a domine, ec-
ce nescio loqui, quia puer ego sum. Sed ubi fir-
mam agnouit domini uoluntatem, a collo suo
iugum tarditatis excussit, & uincula, carceres,
puteum sustinuit & catenas. Et nec rædio aut
tristitia obediendi affectus, pagellas scissas at-
que combustas iterum reparauit, aporiatus &
reprobatus & lapidatus, est imperium domini
prosecutus, in nullo uitam appendēs, ad obe-
dientiam desuper decernentis. Aspiciēbat em̄
per fidem, quid temporibus diuinorum
mandatorū, quidve factoribus diuina iustitia
clodat, & qd in læce suę dijudicatiōis appēdat.

¶ Iezechiel in multis obediētis a dño uen-
tilatus atq; probatus est, ut etiam cuilibet audi-
enti, horrorem & nauisā faciat, cum iustus fu-
erit centum nonaginta diebus ad exprobrati-
onem domus Israel, dormire super unū latus,
& ad exprobrationē domus dauid, dormire in-
conuertibiliter quadraginta, & panem se mi-
xum comedere opertum stercore hominum
siue boum. Et multa laborem insinuant & do-
lorem, nec eum inuenimus in aliquo reluctan-
tē, & ut posset iussa exeq, nihil ascribēbat hor-
rori. Hoc solū execrabile factū est, dñi nō p̄se-
cisse mādata: & ipsa nauisā, localis ē nauisā.

¶ Daniel fuit inter filios transiugatiōis, &
omnia diuina decreta sibi facta compleuit, ut
nec coinquinaretur cibis regis: non ueritus im-
perium, deum cæli, ad occidentem uersus se-
nectis apertis, ad terram procliuis, in die tri-
bus uicibus adorabat: & inter leones cōiectus,

mansit illæsus: & in nullo ueritus humanam
audaciam, Bel idolum Babyloniorum deisti-
xit, & draconē interfecit. Nihil est formidabi-
le, ubi dñs urget calcaribus præceptorum.

¶ Osce de mādato domini fornicariam ac-
cepit uxorem, & nihilo pendit Mosaicam le-
gem talia prohibētē, ubi a domino firmum
mādatum acceperat: & opprobria hominum,
& fururamenta crudelia penitus non expauit,
nec quod a uiris in uxoribus abhorretur, ab-
horruit: nec pudicitiam, quæ magis in eis quæ-
ritur, magnipendit, nec turpari timuit conuer-
satione peioris. Nihil horum considerans, p̄se-
cic mādatum domini, iuxta uerbum. Abiit,
quod opprobriū notam gerat, ubi manda: qui
creator est omnium. Et omnis impudicitia tol-
litur, ubi præcipit pudica iustitia: & castum est
omne, quod præcipit conditor castitatis: & p̄-
ceptum nouum a ueteribus p̄ceptis absoluit,
etiāsi in eis dē in aliquo uideat aduersum. Et si
delis executio præceptorum, inter pericula tu-
etur agentē, & ab immūditijs p̄feruat intactū.

¶ Ionas cum dictum domini recusaret, pa-
rarety fugam, fecit oriri horrendam in aquor-
re tempestatem: forte deprehēsum, in mari p̄-
iectum belua marina suscepit, & quod non ac-
cessit uoluntarius, inuitus euomitur, ut luce cla-
rius pateat omnibus, sine ultione nō fieri trans-
gressiōnē præceptorum dñi. Vbi autē Iona se
cognouit diuina uirtute deductum, quod ip̄on-
te recusabat accedere, sollicit diuina iussa com-
pleuit, non hæsitans præteriri nō debere præ-
ceptum, cum fuerit positum.

¶ Micheas persuasiōi nunciorum regis non
præstitit assensum, ut præter uoluntatem do-
mini, felicitatem futurorum bellorum pro re-
gibus Iuda & Ierusalem atque Samarię, cum
prophetis mendacibus prophetaret, & expro-
bratus, realapatus est, & ut captiuus derentus
est, donec euentus bellorum uerbis suis certis-
simam fidem daret. Nam recognoscentis uor-
luntatem diuinam, ad peragendam nullæ ho-
minum minæ debent animum perterere.

¶ Omnes quidem patriarchę, sancti reges,
prophete ueraces, fidam obedientiam domi-
no præstiterunt: tradentes dictis, quā ma-
lum diuina dicta contēnere, aut nō exequi qd
iubetur: & quā bonum sit dicta diuina com-
plere, uerbis & ænigmatibus tradiderunt.

¶ Ecce quanta dicto theotoconis alludunt,
ut iuxta suam suasionem, quodcumq; Christus
nobis dixerit, faciamus.

¶ Plurima & alia testimonia, ut quodcum-
que uobis dixerit Christus, faciamus: prolixius
tas, quā p̄ posse uitamus, non sinit admittere.

¶ Post Christum uerō, quanta fide uerbum
uirginis suauissimum similiter & cōsultum, aut
testimonij sit firmatum, dicat & clamet san-
guis effusus pro Christo, innumerę marcy

Osce. 1.

1. Reg. 1.

3. Reg. 28

rii passiones in consideratione reuelent; diuersa & crudelissima supplicia nobis inclament, quorum atrocitate adimebatur hominis sensus, & sub diro mortis imperio includebatur Christi athleta legitimus; nec non carceres & exilia inuisant, quāto sit agone certatū, ut quod Christus dixerat, seruaretur. In enarrando, linguarum hominum defecerunt atque deficiunt: per scripturam uero tradendo memoriae, manus etiam scriptorum extabuerunt. Quos & quot fuerunt fide pleni, spe subuecti, charitate feruentes, in exceptuāte quod Christus dixerat acceperunt, & quanuis animo & corpore, plus tamen animo quam corpore facientes. Amoris enim uehementia faciendi, excedebat omne quod in corpore pœnaliter agebatur. Non solum ad illorum, sed ad futurorū obedientiam Christo reddendam ipsius mater asseruit: [Quodcumque dixerit uobis, facite.] Quod non multo post, pater in uoce mirifica, in transfiguratione montis, confirmaturus erat: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Vbi uero Christi prænuncia, & suae conscientia uoluntatis, obedientiam ministros docuerat, Christus statim illam exegit opere; ad quam illa uerbo illos induxerat, dicens:

**Implete hydrias aqua. Erant autem la-
pideae hydriae sex positae, secundum puri-
ficationem ludaeorum.**

¶ Declarat euangelista conditionē uasorū & causam, & nō absque mysterio, ut in multam considerationem audientium atq; legentium mentes inducat. Hydria dicitur ab hydor, qd est aqua, quia tantum ad continentiam aquae deputatae tenebantur; & ministrorum qui seruiabant in ministerio nuptiarum. Multis namque purificationibus utuntur Iudaei, duntaxat in rebus corporis secundum legem, atq; suorum antiquorum traditionē, quanuis animas suas relinquunt in facibus peccatorum. Sex erant, atq; lapideae. Atqui nos qui Christiano nomine insignimur, sex hydrias habemus secundum purificationem nostrā, continentes aquam misericordiae in ablutionem animarum nostrarum, & in abstersionem sordidantium peccatorum. Clamat profecto scriptura noui testamenti: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Vocat saluator benedictos in regnum, qui ex aqua misericordiae sex laudabilium operum spiritualiter purificati sunt, uelut corporaliter Iudaei ex aqua sex hydriarum. Sex sunt sacramenta in nuptijs ecclesiae orthodoxae, quae usque ad summum, animas usque quaque purificant: continentia inuisibilis & diuinæ gratiae mundam aquam, qua peccator abluatur, qua delicta donantur, qua sacerdos reum funibus turpitudinis irretitum absoluit. Et munda efficitur anima, quae per si-

dem ex aqua est; quā Iezechiel propheta multo antè prauidit, uaticinatus de gratia saluatoris, quam in sex sacramentis ipse saluator induxit; Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris. Sacramentum uero matrimonij aquam ablutionem non continet, quanuis in ipso incontinentis, à magnis criminibus praeretur: de indulgentia enim, non de praepcepto, in nouo testamento permittitur. Quod ad indulgentiam pertinet, magnam aut paruulam notam criminis habet. Et quanuis hoc sacramentum licitum sit & iustum, tamen sub ipso manentes, magis indiget ablui quam abstergeri, propter actus impertinentes & blandos, qui ferè à paucis sinitis uiris matrimonij gesta sectantibus, euitantur. Nec non senarius numerus, primam numeri perfectionem in laeua existentis, enunciat. Resultat enim ex suis aequalibus quotibus idem totum, detrimētum non suscipiens uel augmentum. ¶ Prima namque perfectio actus uae uitae: quae in huius mundi laeua consistit, est mundum fieri à peccatis, & purificatum sedulo fieri à delictis. Hae uero perfecta purificatio signat in aqua, contenta sex hydrijs.

¶ Secunda perfectio est, uirtutibus inclarescere, quae habet numerū uicesimum octauum, quod huius speculationis non est. Deinde perfectio numero, transitur in dexteram. Sed ad coepta studia reuertamur.

¶ Lapidæ erant hydriae. Non ad obumbrato, sed claro fideli mentis interlucet, quod omne mundificans, seu à qualibet inuisibili contagione purificans. Et si quis quempiam perfectionis gradum ascendit, uirtutem habet, & pedem interiore posuit in lapide angulari, qui est Christus deus noster, à Iudæis improbarus, ab infidelibus non assumptus, à Christianis pessimis reprobatus. Ipse nempe dicitur lapis adiutorij, quia omne adiutorij nostrū est in nomine domini. Proinde merito hydriæ aquam gratiae continentes, dicitur fuisse lapidæ, Christo lapidi angulari connexae. Si uero aquam illam sapientiam uoluerimus appellare, satis uicinus est sensus. Qui Christus, lapis angularis oēs thesauros sapientiae in se continens, factus est nobis à deo sapientia summa.

¶ Hydriarum uero capacitates, euangelista non tacuit, quam dum binarum aut trinarum metretarum esse cōscripsit, disparē primū dixit: sed alio sensu parem dixit & disparē. Nam trinum à bino, disparitate secernitur. Et quae bina sunt, inter se paritatem habent; & disparitatem, quae disparia sunt; disparitatem, ut in omni Christianorum congregatione, inueniatur disparitas morum siue uirtutum. Et inter se multi pares sunt, ad suos uero superiores, impares: multi disparēs, alij ori-

uirtute pollentes, ad suos inferiores, nō pares: qd quanuis eandem in materia rei aquam uasa contineant, sed disparia sunt, in aqua cōtinentia, disparē faciunt quantitatem. Nam binas metretas illae animae solum capiunt, quae duo solum statuentes seruare praepcepta, ut plus uirtutis capiant, nō dilatantur. Trinas metretas capiēdo recipiunt, quae à mundo se abdicant: corpus pulchrefaciunt castitate, uoluntatibus proprijs omnino renunciant, superiorum directione contētāe. Iubet igitur Christus hydrias impleri aqua, ut sacramenta uidelicet purificatiua uirtute impleantur, ut animae abluantur à sordibus peccatorum, ut prima uita perfectio habeatur, ut sapientiam habeamus ipsius placitis & nostris utilitatibus aptam.

¶ Quod per ministros agitur, sacerdotes in sinuat, qui sacramenta uerbis & diuina uirtute conficiunt, & praedicatorēs qui sapientia euangelica docēdo animas replent. Vnde ministri nuptiarum Christi dicta complentes, usque ad summum aqua hydrias impleuerunt. Velle enim omnium saluator Christus, omnem animam capere quantum posset, & intantum repleri uirtutum moribus & beatifica gloria, ut amplius impleri nō posset. Nam anima hic uiuens, non agnoscit quantum dilatari potuit in captione gratiae siue uirtutis, aut quantum hic potuit à uitijs depurari; uidebit autem, exempta cū à corpore fuerit; & in tetralibus sedi bus sita, aequè dolebit de huiusmodi negligentia, ut de poena. In mansionibus uero recepta supernis, sine dolore cognoscer, unde dolendū esset, nisi beata foret; & perspicue intuebitur, ad quas cellitudines fuisse à suo redemptore sublata, si dum in hac tenebrosa uita degebat dilataisset seipsum ad capessendā patriam & uirtutes, quantum ex eis desuper saluator uolebat infundere, qui nunquam cessaret, nisi anima fastidiret. Longè latior esse posset nostrae mentis capacitas, qd credimus: sed ipsam in angustum sinum colligimus, cum ipsam intēdimus replere caducis, & illa in ipsam intrudimus, ad quae creata nō fuit. Non autē deus replet aiam iuxta capacitatē, quā posset habere si uellet, sed iuxta illā, quā ipsa remissa uoluntate sibi fecit & habuit. Veruntū usque ad summum repletae sunt hydriae: ut oīno credamus, oēm aiam repleri secundū mensurā donationis Christi, ut ait Apostolus. Mensura uero donationis Christi, nō est ex parte ipsius, qm oīno immensurabilis est, sed ex parte aīae, put ad recipiendū sua potentia diuinā uirtutē & gratiā se coapat: quā aqua in uinū meracissimū sua potestate cōuertit, absq; aliq; nutu corporis & prolatione uerborū. Sua em temp est affectiua uoluntas, ut ad imperiū eius qd non est, in esse deueniat, & entia suā speciem & primā naturā mutet ipso iubete. Quod factū, eo men-

tibus hoīm plus accrescit, qd singularitate potestescit: & mox sine aliquo tēporis interuallo factū cernitur, qd natura suis occultis successibus operat, dum humorem terrae in uitam uiridē trajicit, ex uite in botros uarios mittit, deinde arte hoīm accedente, uinū eliquat. Omnia miracula saluatoris ab ipso facta, & à suis sequentibus posteris, tanto altiori cōsideratione atollunt rudes hoīm mentes, quāto rariū prater naturā cursum facta legunt. Et deferunt, remissa cōreptione maios, quae quotidie fiunt: quae, qd cursu & ordine naturae agunt, nō interpolato successu, in animaduersionē nra pollescant, & multo maiora, maioresq; mutationes inuisibiliter facta recognoscimus, qd acta in corpore lectitemus. Fit miris & occultis modis quotidie mutatio in mētibus hoīm, quae praeretur mutationi aquae in uinū.

Vinum autē mirè factum, iussu dñi ad architrclinum deferret, ut apertè luceat quod actum est secreta uirtute. Honorē etiā deferri primatibus mōstrat, cum in nuptijs architrclino primō iubet afferri. Architrclinus erat, cuius nutu & ordinatione oīa in nuptijs agebantur, & in primo mensarum accubitu recumbebat; nesciens quod tacitē gestum erat, cum gustasset, prorupit in uocē: & quod ignorabat, detexit, & extollebat uocibus uinū, productionis ignorata uirtute. Meretur semper laudem qd bene gestum est, si originalis causa nō pateat. Nec expedit latentes causas quarumlibet reuinquere, sed insitam laudare uirtutē. Gustauit architrclinus aquam uinū factā, cuius plus qd ex natura fuerit, senties bonitatem, uelut admirans, uocauit & sponsūm. Hoc sanè in miraculis factis diuinitus est tenendum, qd uirtutem & operationem excellere naturā: non solum in eo, quod praeter ipsam facta sunt, sed in eo quod plus bonitatis quam natura contulerit, possederunt. Proinde architrclinus his uerbis sponsūm alloquitur:

Omnis hō primū bonū uinū ponit, & cū inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autē seruaisti bonū uinū usq; adhuc.

Sed ordine nobiliori qd homo, fecit omnia deus homo. Versa est aqua squalida, frigida & insipida, in uinum contrarijs dotibus sultum. Mosāica enim lex, psalmi & prophetiae, in euangelium transferunt, & humana natura insigniori dono resurgit, qd fuerit antè clara. Vnō nanq; uerbi praeposterauit naturam dignitudo. In letitia uerū est per misericordiam, quod antè p iustitiam creatura humana dolebat. In aeternam laetitiam omnia quae sunt uerorum ecclesiae nuptialium, donantur praeparanda. Factum est absq; torcularibus uinū, ut citam non corpore patiamur, fide tū sumamus, participemus & sanguinem. Mētis dispositio,

quæ signabatur in aqua, illam formã accepit, quam redemptor inseruit. Et sapientia salutaris in cognitione diuinorum, nouam nostræ menti exultationẽ adduxit. Nulla facta est permutatio loci, nulla obuenit interpositio temporis, nullus ab extrã positus est actus. Præter oia hæc, liquidum elementum quantitate atque substantia semper eodem modo se habens, diuersas qualitates accepit. Argumento magno nobis ostensum est, ut simpla, & eadẽ animarum nostrarum natura consistens, semper parata prima neque diuinarum permutacione recipere qualitatũ, prout aqua, dum in uinum uertere, accepit.

¶ Vinum istud architríclinus laudat, qui non mine officij, non in diuiduato & proprio, insignitus, princeps triũ lectorum dicitur. Virtutes uerò, ubi anima uelut in lecto, quiescit, tres sunt: & hæc dicuntur chirurgicæ, selectæ atque archoticæ, fides, spes, atq; eximia charitas, in quibus cubans, architríclinus est, qui non ex nomine proprio, aut ex eo quod est, sed ex his uirtutibus uinũ suscipit, gustat, bibit atq; discernit: quã bonum sit omne quod per gratiam & diuinã uirtute mutatur, & operatione gratiæ nouit superferri naturæ operationi, & quod per gratiam acquiramus, quod per naturam perdidimus uel caremus. Ex his uirtutibus archoticis, mentibus hominum suauitas euangelij claruit. Et ex istis, non ex lege, aut ex quadriuo uirtutum mores hominum disponuntur, iustificatur homo. Quod Apostolus in plerisque scripturæ sententijs clamat. Quod omnis homo primò bonum uinum ponit, & quod sequitur, hoc factum est ordine puri hominis. Quod autem seruari dicitur bonum in posterum, ordine diuino factum esse cognoscitur, qui meliora semper suo infallibili ordine posteraruit, quousq; perueniamus ad inuariabilem finem gloriæ uel pœnarum.

Bonum est, q̄ nos creauit ad imaginem & similitudinem suam.

Bonum, quod creauit: melius, q̄ recreauit.

Bona natura, melior gratia.

Bona lex, euangelij uerò sibi præfertur.

Actiua uita bona, sed melior contemplatiua quæ sequitur.

Bona synagoga, sed ecclesia præualet.

Bonum est omne quod in ecclesia in cursu labentis temporis agitur: sed melius, quod in æterna gloria futurũ speratur.

Semper enim ordine Christi dei, uinũ melius seruatur usq; adhuc, cui humanus ordo eregione procedit. Ordo cogitationum & uiarũ dei, ab ordine humano rei ueritate secluditur. Inquit enim ipse per Isaiam prophetam: Non enim cogitationes meæ ut cogitationes uestræ, neque uix meæ ut uix uestræ, dicit dominus. Sed sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt uix meæ à uix uestris, & cogitationes meæ

Isa. 55.

à cogitationibus uestris. Quæ uerba omnino insinuant, diuersum esse diuinum ordinem & humanũ, quauis ad effectũ misericordie dei Isaias protulerit. Ordo igit diuinæ providentiæ semper est, meliora seruare in posterũ: sicut ex affectibus hominũ & ex profectu uirtutũ, semper ad superiora & potiora climatio.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriã suã, & crediderunt in eum discipuli eius.

Sed hoc fuit initium, miracula cætera subsequuntur. Initium in aqua in uinũ Christi uirtute conuersa, ut hoc primũ, & tanq; uitæ agendæ initium, exigere uideat animas nostras ad meliora conuerti. Nam conuerti ad deũ, & ad optima quæq; uirtutũ, derelictio est peccati, & salutis exordium. Signorũ noie miracula designant. Factũ in Cana Galilææ, ubi & nuptiæ, manifestauit gloriã suã, quia plus poterat deitate q̄ apparet in hoie: manifestans ex miraculo uirtutẽ latentis deitatis in hoie manifesto. Huius miraculi fructus, p̄ter id q̄d in corpore actum est, credulitas discipulorum fuit: quã dammodo iam crediderant, cũ uocati sequerentur, sed eorũ credulitas, uiso miraculo, est facta ualidior. Nempe Christus doctrinã p̄bãlem, & fidẽ, ad quã populos inuitabat, firmã uel miraculis & operibus proprijs. Hoc em̄ prius exgrit à nobis, ut credamus cũ effectu operũ, propter q̄d prærogat acta signorũ, & ut credentes habeamus uitã æternã. Sed nullus diuinã bonitatẽ lasciar in aliquo, aut semetipsum fallaci admiratione suspẽdat, cur nũc talia miracula nõ elucet: nam modica nunc esset hominũ uel ecclesiæ fides, si miraculis augerẽt. Et maiorã nunc inuisibilitẽ in aĩabus hoim siunt, q̄ tunc facta in corporibus agnoscamus: qm̄ quanto aĩa nobilior est corpore, tanto, q̄d in ipsa uirtuose peragit, q̄ quod in corpore, plus excedit. Nec infantula seu edẽula est ecclesia, ut semp sibi expediat miraculorũ lacte nutriti. Creuit ipsa uirtuosis augmẽtis, quæ si corporalia miracula nunq; exciperet, fide nõ nutat, spe nõ concutit, charitate non deficit in bene suis cohærentibus mebris. Aliter nunc q̄ per miracula, euangelij Christianorũ mentibus luces, nec ecclesia uelut nouitia, miraculorũ corporalium recipit disciplinã. In anteriora se p̄uehit in suis fideliter fidelibus, & proficit fidelis euagelij cognitione atq; uirtutũ. Ac p̄ hoc credamus opera iusta fidei assistentis, si miracula legimus saluatoris, qm̄ crediderunt in eũ, uiso miraculo, discipuli eius: quos oēs ante p̄bo uo cauerat, maximẽ quos apostolos nominauit, nunc miraculo illorũ fidẽ magis ualidã fecit.

¶ De tẽpestate in mari orta, Christo dormiente in nauicula, ad imperium eius sedata, secundum Matthæum, Marcum & Lucam. Cap. 11.

Miraculorum inspectio diuini ordinis facit, ut aut sensibilia sensibilibus, & insensibilia insensibilibus coniungantur, aut ordo factionis eluceat. Sensibilia quidem miracula sunt, quæ in creatura utroq; sensu sensibili facta noscunt, q̄ sensus exterior in meliora mutatum se uideat, imò de sensibili malo in sensibile bonũ uenisse, & interior sensus clara rone cognoscat, siue q̄ animus se uideat purificatũ à uitijs, & uirtutũ fulgere splendoribus. Insensibilia uerò sunt, quæ in rebus sensu & ratione carentibus fiunt. Ac per hoc, miraculorũ nuncupatio sic emicet, ut omne q̄d in creatura supra naturã & præ naturã, rationem, usum & artẽ agit, sensibile aut insensibile miraculũ esse dicat: nõ respectu diuinæ uirtutis, qua mediãte agitur, aut respectu eius, à quo diuina uirtus ad faciendã miracula inuocatur: ex his enim semper eodem modo sensibilia fiunt: sed ex parte illius, in quo miraculũ agitur, sensibile aut insensibile dicitur, quauis consideratione uidentium, omne miraculum sensibile uel cognoscibile iudicetur. Sed in hoc pariter factionis ordinem obmittentes, prout copimus insensibilia primò serie debita pertractemus.

¶ De eo q̄ saluator mare increpauit, recitat secundum Matthæũ 8. Marc. 4. Luc. 8. Cũ dñs saluator cũ discipulis suis nauim ascenderet,

Factus est motus magnus in mari, ita, ut nauicula operiret fluctibus. Et erat ipse in puppi, supra ceruicula dormiens. Accedentes uero ad eum discipuli, excitauerunt eũ, dicentes: Dñe, nonne ad te p̄tinet q̄a perimus? Tunc surgens imperauit uentis & mari. Alia litera: Comminatus est uentis, & dixit mari: Tace, obmutesce. Alia litera: Increpauit uentum & tempestatẽ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Et dixit eis: Quid timidi estis modicæ fidei? Alia litera: Vbi est fides uestra?

Hunc siquidem nauis ascensum, in moribus declarauimus saluatoris: sed hic, prout ordo miraculorũ contextitur, aliter differemus.

¶ Omnis Christi ascensum factus in corpore, ad sp̄italem ascensum aĩas prouocat: sed ascensus nauis, superlatione & transeundi super pericula illa se, peritiã monstrat. Secretũ elementum est aqua, domicilium est piscium per naturam inditam. Hominum autẽ sacramentũ est, itine/ris dubij p̄ arte inuentã. Nõ em̄ à natura hoies natat: discunt, & transeunt p̄ modicũ, natandi phibente labore, aut arte carpentaria condit, q̄ mare perambulant, seu transeunt etiam manente timore. Nam semp in quietudo maris, & uentus uehemens nauigantibus minat naufragiũ.

Mare, mundus est præfens, qui nunquã plena pace quiescit, quauis nunc leuius, nũc acris suis fluctibus inhorrescat.

Mat. 8. Marc. 4. Luc. 8.

Nauis, est quodlibet artificium sp̄ituum facti, quo inhorrescens tempestatis seculum pertransimus, & peruenimus in portum, non illum ad quem perueniunt naues seculi negotia deferentes, sed in illum, ubi quies & salus æterna conquiruntur. Non una est operatio nauis, nec differentia simpla. Primus siquidem, p̄patorum sensibilibus & irrationabilibus & rationabilibus creatorum fuit: & insensibilis uenter, continens insensibiliter sensibilibus propagines, propaginabiles in futurũ, quæ à primo protoplasto prodierunt. Ipsa conseruationis mater, quam deus uelut maternũ uterum, ab egredientibus filijs occultauit: ut uelut ex phibitione naturæ, in illam insensibile, sicut insensientem matrem, non possit esse egressus: & in talibus quiescit mōtibus, ut difficilis aut impossibilis possit esse accessus. Per hanc non deueniebatur in portũ sp̄atia peragrande, nec pro mercede rerum delatura fiebat: sed cõseruabat omnium semina specie, quæ in principio distinctum habuerunt creationis initium, nullis uelis aut remis aquarũ sp̄atia prmutabat. Solũ atrollebat se atrolentibus aquis, & uagabatur agitãtibus undis, prout diuina prouidentia disponebat, donec in montibus Armeniæ requieuit. Hanc corporaliter dominus noster adhuc incorporeus non ascenderet, sed deus uerus diuinẽ protexit. Hæc siquidem distinguit contra omnes, & oēs ab ipsã clara differentia feceruntur, & ipsorum usus & experientia monstrat. Nauis uerò quam Christus ascendit, pro negocijs similis cæteris, pro mysterio usq; quaq; dissimilis: ut ex aptitudinis uirtutibus, domum sine fundamento terreno fundauit, ad cælestia, mundi æquore transuadato, & præferuante nos à fluctibus, cognoscamus: aut ecclesiæ sanctæ fidem, quæ semper malis motibus & uarijs cõcussionibus quatitur: quauis deo gubernante, nõ possit pati naufragium, in qua Christus dormit, uelut quiescens in domo uirtutum, & in fide ecclesiæ quam fundauit. Illa nempe dormitio fluctuum perturbatorũ, dormientis securitatem insinuat, & nihil opẽdere terrores mundi uarios præoffendit. Dormitio non mortem, sed similitudinem mortis habet: & uelut mundo mortuos, expedit peragere uitam istam. Et humanitatis assumptæ uerũ testimoniũ erat, q̄ Christus dormiebat in nauis. Nec nõ & pro eo tpe quo fiebat illa dormitio, ad punctum & in modico derelinqui apostoli uidebantur, ut probare experimẽto sensibili, q̄ absq; Christi adiutorio in mari lætiferoro huius mudi submerginur, à uarietate fluctuum inuoluti, à uitiosa inuolutiõẽ ad inferiora pœnarũ in posterũ descendentes. Sed qui malis agunt, p̄forant doloribus & timore: his uulnerati sagittis, quærunt auxilia unde possunt, & uocibus protestantur infesta quæ sentiunt.

Gene. 8.

Marc. 4.



Proinde discipuli accedentes ad Iesum, excitauerunt eum, dicentes: Domine, nonne ad te pertinet, quia perimus?

Scriptum est in psalmo de ueteri populo, multis flagellationibus flagellato: Et clamaue-

Psal. 106.

runt ad dominum cum tribularentur, & de tribulationibus eorum liberauit eos. Vexatio, quae uicinum habet periculum, nescit moras innectere: & timor uexatum exagitat, ne incurat quiete: & ex hoc, accedunt discipuli ad Iesum. Illi tunc mente pariter & corpore accesserunt: nobis autem non corpore, sed mentalis atque fidelis remansit accessus. In nauis erant, mari undique cingebatur: alius nullus erat, ad quem potuissent pro ope recurrere. Nam extra dominum fidei & uirtutum, non est adiutorium in nomine domini. Non poterant in mare apostoli pro tempore descendere, comminans ex omni parte naufragium, & nemo ad inimicum, pro remedio, refugium facit. Iam mare inimicabatur, nitens nauiculam operire fluctibus: si tenuissent solidam terram, derisissent mamma pericula. Qui fidei & uirtutum sacramenta sumptulerunt, indixerunt mundo & uitrijs bellum; sed extra uirtutes & fidem, nulla sunt copendia euadendi. Extra fidem & uirtutem omnia minantur animae nostrae naufragium, & facta hostilia, pacis desperato mysterio. Existentes in uirtutibus atque fide, horum necesse sit sentire contraria, & esse in bello aduersum aduersantia bonis. Sed qui fidei & uirtutum domum inuisibilem non intrauerunt, habuerunt in hac uita pacatos earum hostes, quos postmodum sensere tortores. Ac per hoc cupidus infallibilium & delectabilium aeternorum, necnon factum est potius nauem conscendere ad utraque bella disposita, & a diabolo, & a mundo fieri non quietum, quam ad tempus pati aequanimitatem, aeterno turbine subsequente. Nauigium uitae nostrae tranquillitate non gaudet. Quisquis turbatae aequanimitatis maris horret blanditias, aut remis & sudoribus remigantium, aut uentis agitantibus peruenit in portum. Non ergo ascensus ad fidem terreat infideles, nec ascensus ad uirtutem terreat criminiosos: non incipientes in altiora conscendere, pauere faciat securura tempestas: quam his & alijs periculis uita Christiana peragitur, deducitur & probatur, nec aliter perueniet in quietis aeternae portum. Nam per multas tribulationes introire oportet regnum dei. Et apostolus ait: Existimo, quod non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Et Iacobus in canonica sua dicit: Omne gaudium

Act. 14.

Rom. 8.

Iaco. 1.

existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes quoniam probatio fidei uestrae patientiam operatur. Patientia uero opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Proinde non timeatur uirtutis ascensus, a quo in gloriam fit sublatio, etiam si omnia mundi mala in unum conflarentur ad pugnam. Sed quia dominus refugium factus est nobis, in omnibus aduersantibus nobis, dicunt apostoli: Domine, nonne ad te pertinet quia perimus. Magne profunditatis & diuinae inclinationis est uerbum: Domine, nonne ad te pertinet quia perimus. Immo ad ad neminem pertinet, praeterquam ad te pertinet, si perimus. Tui enim ex creatio sumus, tibi ergo perimus, si tui sumus. Ad te solum liberare pertinet, ne pereamus: & reassumere de periculo, si incurrimus. Uocasti nos in promissione tua, sequimur te uestigijs nostris. Patrocinia mundi dimisimus, & sub tua protectione confugimus. Ergo ad te solum pertinet si perimus, neque alium habemus, ad quem indubitata fide fugimus. Aut ergo adiuua, si ad te solum pertinet, ne pereamus: aut ostende, si ad te non pertinet, ad quem recurramus. Excitauerunt discipuli tactibus aut clamoribus Christum. Facilliter excitatur, qui necessitate non dormit. Facilliter excitatur, cuius clauditur tantum oculus corporeus, mentis uero insopitus est oculus. Per Salomonem fuerat ante praedictum: Ego dormio, & cor meum uigilat. Dormire uidet dominus eis, qui sibi dormiunt. Nam merito se omnibus exhibet, qualem merita cuiuscumque requirunt. Uocibus uero cordis & amoribus excitatur, necnon clamoribus incurruatae orationis. Dicebat enim Dauid: Clamaui in toto corde, exaudi me domine. In toto corde clamat, excitaturque Christum, qui omnem intentionem in eum dirigit atque conuertit. Tactibus forte fuit excitatus & Christus: namque & opera iustitiae Christum ad nos uigilare fecerunt, & intendere super tribulationibus nostras, ut liberaret ab eis. Multoties Christum nauem ascendisse cognouimus, sed nisi semel in illa dormiuisse legimus, quam multas operationes saluator diuina potentia in humanitate, uelut in artis instrumento, fecit in seculo: sed tamen semel mortuus est, & semel excitatus sua potentia qua deus erat, uelut a sanctorum precibus concitatus. In quos persona praeloquebatur Dauid, dicens: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Et alibi: Exurge domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Et uelut quod petebat, iam factum gratulatus, dicebat: Et excitatus est tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapulatus ad uinum. Et in ipsius persona Dauid multo ante praedixerat: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quia dominus suscepit me. Nec uereor dicere, quod dormire dicitur tepidis: quia sollicitis si precibus

Can. 1.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 86.

excitatur, inuigilat. Tunc surgens imperauit uentis & mari. Imperat mari dominus, & mitigat mare: sine cuius imperio aura mare non excitatur, neque percella molestat. Scriptura enim dicit: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Seculum praesens diuersis concitatur auribus, diuina prouidentia permittente: sed nec quiescit eius horrida tempestas, nisi domino imperante. Undificat undique saeuie mundus, & quandoque Christiferae naues concutit, submergit autem nunquam: sed concuti omnipotens dispensatiue permittit. Submerguntur plurimae si deus nauigantium peccatis iratus concedit, sed imperium domini, seculi ferocitatem & malorum hominum impietatem, secreta potestate refrenat, ne tantum noceat, quantum affectabat iniquitas. Alia uero litera dicit: **Comminatus est uentis, & dixit maribus, obmutescite.** Comminatio, est terror incussus ex subsequente poena: ut ipsa praeuisa, omnino male arceatur iniquitas. Comminatio, est prohibitio ne fiendi, ad dita multatione si fieret. **Comminari dicitur** potest, qui post male actum, iustam potest inferre uindictam. Comminatio, sicut aut uerbo peragitur, facta autem nunquam. Signo indicitur, ne fiendum, aliquo membro corporis, cum ostentatione instrumenti, quod sit plebenda improbitas: uerbo autem, cum expressione utriusque insigitur. Sensibilia, rationalia, & irrationalia comminationem superioris, aut cuiuscumque terrenis agnoscent: illa ratione, ista uero instinctu naturae, consuetudine uerborum, quibus solito acerbantur. In sensibilia siquidem comminationem non sentiunt, nec percipiunt animo, quid signo aut uerbo dicatur. Quid ergo est, quod Christus comminatus est uentis, & mari dixit, obmutescite? Nam iuxta experientiam intelligentiae literalis, ita creatura creatori obedit, acsi rationali anima intelligeret quod profertur: qua inspecta, propensius altior sensus elicitur. Nam uenti, sunt ualidae hominum tempestates, mundum (uelut mare) undique saeuus molestis concitantium, qui nullo superiore arcentur, nisi comminatione omnium domini terrentur. Sunt namque nonnulli, quod potestati iniquitate florcent, inter homines non habentes, quae ut superiore timeant, inferunt alijs mala quae cogitant, & si habent quae iuste reuereri debeant, animi peruersitate contendant: maxime, cum iniquitas male agendi acceperit facultatem: & uelut uentorum flatus humana potestate recludi non possunt, sic eorum uexatio nequit ab hominibus prohiberi, quibus solus dominus desuper comminatur aut a malis inferendis resiliant, aut iustam demum sustineant ultionem. Quod mare obmutescat ex dicto domini saluatoris, ad id referitur: quoniam diuina prouidentia, non humana uirtute, siue peritiam interdum mundus in parte, uel in toto a uexatione quiescit. Alio loquendi genere alius

euangelista Christus dixisse asseruit, dicens: **Increpans uentum & tempestatem.** Increpatio, est reprehensio ad improbas actiones. Est etiam increpatio, reconditio mali acti, seu male dispositionis, ne procedat in actum. Increpatio, est inclamatio contra prohibentia debitam seu uoluntariam actionem, quae sit propria ad rationabiles creaturas: sed accommodato uocabulo in non rationabiles & in non sensibiles scriptura sacra saepe reflexit. Nam psalmissa dicit: Increpauit mare rubrum, & exiccatum est. Iuxta literalem intelligentiam sic patet credimus, ut deus in Moyses seruo suo, duce populi sui, secreta potentia & creaturae obedientia manifesta, quod mare increpauerit, & in utranque partem coartauerit aquas, ut populus suus ex Aegypto egressus, sicco uestigio pertransiret. Hic uero mare increpat & quiescit, ut in pace apostolorum nauigium fiat. Et alia scriptura: **Increpans mare & exiccans illud.** Quod si praeter mundum & eius horrendas tempestates, per mare, cor humanum intelligere uolumus, in quo Christus & apostolorum collegium nauigat per fidem, arbore spei, charitatis uelo, caeterarumque remis uirtutum: nam aliter cor nostrum, quam his instrumentis in hac uita Christus & apostolos portare non potest, non incongrue cogitamus. Spiritus sancti licentia, etiam in hanc interpretationem iuste uenire corda scripturas quaerentium sinit, quantum nobis alia praerogae forma loquendi. Nam quis imperare potest cordibus hominum, nisi deus? Quis mutare potest hominum corda, nisi qui condidit? Quis odium & amorem reuocare in alterutrum potest, aut ex eis inferre, nisi creator omnium deus? Nam imperatores, aut terreni domini cum imperant multa fieri, corda non mutant (quauis mutata uideantur) cum eorum iussa complentur: quod non fit ratione praecipientis, siue praecipi cum faciunt, sed quia omnis homo, nisi alia uirtutis fortitudine uigeat, timet uel cupit sibi. Voluntas enim hominis libera facta fuit, ut a nemine praeterquam a deo, & a seipso in aliquo moueret. Solus enim deus super humana corda uexat: habet imperium, ut illa mutare possit ab uno concepto in aliud. Et ipsa siquidem sunt liberae motiois, nullo praeter deum cogente ad appetendum, uel renuendum hoc uel illud. Et quauis humana corpora multis hominum subdant imperijs, corda uero deus saltim ab hominibus quaerit, iuxta illam sententiam: **Fili, da mihi cor tuum.** Et multa experientia nouimus, sanctorum corpora multis a deo tyrannorum uexationibus derelicta, in quibus ipse omnino reueruauit & corda, quae ita eius imperio subdebant, ut nihillo pederent corpora, in quibus tam saeuissime torquebant. Corda etiam comminat, quia ibi ratio & intelligentia sunt & concupiscentia & motus irae, & illa quae reprimenda sunt, ne coalescant in eo per affectiones & placita, contra uoluntatem domini crea-

Psal. 105.

Num. 1.

Pro. 23.

toris, & ne impressa per interminationem peccatorum, progrediatur in reprobum actum, dei obedientia derelicta. Necnon & iure increpationes cordi humano fiunt, cum saepe illa delectabiliter meditetur, quae dei displicentiam generant, & confundunt iustitiam si patrata consistant. Nonne cor saepe cogitat, quae sunt obliuio dignissima? Increpatione namque cum ad cor hominum dirigitur, est obliuio eorum quae contra iustitiam diliguntur & fiunt. Est etiam increpatione per expressionem uerborum, facta reprobatio eius quod male credit, aut erroneo intellectu percipit. Huiusmodi mala quam in corde saepe, proueniunt & oriuntur improvide, quae saepe celeriter, non increpata uel repressa, in actum deueniant, calculare digitis, & resoluere per manus, & arte numerandi uelle perquirere, facilius maris numerat arena. Ex cuius typo cor humanum merito mare uocatur. Nam inuisibilem cogitationum malarum cordis, ad arenam facta, proportionem, proculdubio arena succumberet. Volubilitatem nempe illius nemo perfecte cognouit, nisi deus qui condidit. De quo propheta dicit: Ego deus scrutans corda. Increpat ergo deus hominum cor, cum in alta praeter diuina statuta se tollit. Vnde Psalmista: Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Tota hominum superbia in hoc praefigitur, cum a mandatis eius declinat. Et maledictio aeterna apposta est super his, qui diuinis contemnunt parere mandatis. Hos dominus increpat cum reprimat, aut cum eos obiurgando conuertit, aut cum poenas addicit non conuertis. Si qua uero de mundo, uelut de mari supra diximus, ad cor hominis cooperatis sententiae referuntur. Sed increpationem inuisibilem mare, factum increpatori obediens, homines contemptores iusta comparatione condemnat, quae irrationalia & insensibilia summo praecceptori obediunt, & creatura rationalis cognitione insignita, sua prauitate continent. Sed increpatione domini saepe solet esse correptione, quam contemnere praesumere non debemus. Nam Iob dicitur: Beatus homo qui corripitur a domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Beatitudo quaedam est corripit, antequam homo progrediatur in malum, aut cum progressus fuerit, ut resiliat: quia aeterni barathri clauditor ostium, & seratio caelestis ianuam remouetur. Et correptione increpationem significat: increpatione uero, est ipsa correptione. Propter quod sequitur: Increpatione ergo domini ne reprobes, quae tunc reprobari dicitur, cum sibi non acquieuerit increpatus. Veruntamen damno proprio non acquiescit, propter uitam quae foedis moribus deturpatur, & propter acerbam poenam, quae uitam torpente insequitur. Quod propheta spiritu & clara

cognitione Salomon uniuersaque rationis caute tanquam filium praedocet, cum a muliere fallaci, sicut a mundi uanitate ac sensualitate propria, cauere censebat, dicens: Fili, si mihi non crederis, uereor ne forte dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Indicibilia porro sunt mala, quae hic & alibi cruciabantur increpationibus domini & prudentiter contumaciae. Est etiam increpatione, cum quis in corpore proprio a domino molestat. Proinde cum dicitur sic, increpatione domini ne reprobes, ilico secutus adiungit, quia ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Vnde de eum quae prius uulneribus sauciatur, perurbat doloribus, percussionebus caedit, increpatione domini est, quae absque periculo nostro reprobare non licet. Quae ille reprobat, qui aduersus dei prouidentiam & iustitiam murmurat, & corpore caesus, maiores in animo patitur cruciatus. Et quia non potest remouere, quae extra diuino iudicio patitur, de diuina iustitia non laetatus, in mente inuisibilis doloribus perforat. Sed bene per Salomonem contra hos dicitur: Desperasti omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti; Ego quoque in interitum uestro ridebo, & subannabo uos, cum uobis quod timebatis aduenerit. Quae uerba hoc fonare uident, quod negligit increpationes diuinae uerborum, hominum prudentium, cum ipsi mala quae uerebantur, pertulerint, a domino derisui & subannationibus habebunt. Necnon ad illos ista refert sententia, qui etiam molestias corporis a domino pro increpationibus irrogatas, per odium ipsarum cum patiuntur immurmurat. Nam & per eundem Salomonem dicitur: Qui increpationes odit, morietur. Quod de omnibus increpationibus iustis, ex uerbis & factis uera dei deservit iustitia, ut ipsas odians moriatur, non tamen illa morte quae communis est bonis & malis, sed illa dicitur quae debetur reprobis. Et ipsas relinquens, intellectu & moribus errat. Hinc in prouerbis dicitur: Qui increpationes relinquit, errat. Et ad ipsas in odio factus, sapientia uero priuatus, insipienter subiacebit. Et cum absque sapientia in hanc miseriam ueniamus, ad ipsam suspirare deberet omnium humanorum intentio, saltem ad illam, quae ad supernam uitam docet expediens. Sed nisi per disciplinam nostra ignorantia increpetur, sapientia uera non capitur. Quam obrem ab insipientiae tenebris obuelatus, in lucem sapientiae non aspirat aspectus, scriptura sacra dicit: Qui diligit disciplinam, diligit sapientiam; qui autem odit increpationes, insipiens est. Ecce quod dilectio disciplinae sapientiam generat, increpationum autem odium, insipientiam parit. Ex quo aperte colligitur, quod increpatione est disciplina, per quam ad debitam sapientiam peruenitur, cuius splendore praefulgens, inter sapientes inreprehensibili audacia residebit. Et hinc est quod dicitur:

citur: Auris quae audit increpationes uitae, in medio sapientium morabitur. Quod in moribus hominum quanta ueritate clarescat, ipsa experientia magis clamat. Sed ad altiora merita secretior intellectus. Sapientes uiri, sunt superbi ciues, qui nunquam domino peccauerunt, siue in hac uita umbratica peregrini custodes innocetiae, seu recipientes, a delictis & a patris scelibus, addita poenitentia, priusquam uita corporis priuant. Sapientes sunt, qui reprehensibilia nulla faciunt, & seruire sciunt uerbo inuisibili humanato, in quorum consortio hic residebit ex moribus, & cum beatitudine in supernis. Vnum uero relatione dignum, non repulsa increpatione facit, quod difficile in sanctis hominibus dixerim, & in non perfectis impossibile fieri existimaui, quod quis cor suum possit ex omnibus, & ab omnibus coartare. Sed scriptura sacra de increpationibus dicit: Qui autem accescit increpationibus, possessor est cordis. Ille uero in ueritate cor suum possidet, quod in nulla diffunditur praua, & recte omnia meditatur. Merito igitur nos, uelut mare, arguit, si suo typo non acquiescimus increpati. Si uero iuxta literam, uentum & tempestatem dixerimus increpatos: supradicta non absont, quin eo sensu, quo dicta sunt de mari, ad uentum & tempestatem ualeant retorqueri. Nam uentus, est commotor inuisibilis aeris, quo primus motus, etiam corpora solida impetuntur, & minus stabilia commouentur. Sic uentus aërem nostrae mentis exagitant, est inuisibilis demonum aura, & importuna cordis & non uisa commotio: aut irrationalis uexatio cordis, cuius saepe non apprehenditur causa, necno & ab extra fit concitatio per improbitatem hominum, cuius non est inuenire iustum aut rationale uestigium. Sed uenti, mox impraeuis nulla praerogata materia inter homines male moti, etiam quietos ab extra perturbant. Tempestatas, a temporis mutatione nomen accepit, cum tempus insolentis & nocius turbationibus inhorrescit, quod accommodato uocabulo ad illam tempestatem, quam in animo patiuntur & iniqui, apte refert: quam solus qui nouit abscondita cordium, inebriat, prohibet & rerundit. Similit & illa quae temporis lapsu prouenit, cum tempa successione alternant, & nunc quieta, nunc inquietat: nunc magis, nunc minus secundum illam ineffabilem dei prouidentiam, humana malicia capiente male agendi audaciam, iudicent. Sed sub designatione commoti elementi, declaratur hic saeva tempestatas, cui alius euangelista dicit:

Increpauit uentum & tempestatem aquae.

Nomine aquae, decurreret doctrina saepe accipimus. Et in doctrinis uariis, uariarum ortae sunt pestes, insipientes in plurius robur fidei, & laesantes mores recte uiuendi. Hanc tempestatem Christus solus abigit. Vnde sequitur:

Et facta est tranquillitas magna.

Modica tranquillitas ex imperijs hominum sequitur: magna uero sequitur, cum imperat summus archos. Nec quisquam quiete inuenisse se credit orationis studio, aut auxilio patronatus humani, seu consortio peritorum, nisi supernus homo induxerit. Proinde uere secuta est magna tranquillitas, cum Christus increpauit omne perturbans, & saluauit in mari ad se pertinentes. Tranquillitas magna in uicioribus saepe non scitur, dicitur uero maxima in beatis. Magna profecto est, quae subiectum habet aduersum, aut cum uirtute Christi repugnare potest aduerso, ut etiam undique insurgentibus malorum fragoribus, ipsa anima penitus non laedat, non scuto protecto uitreo, sed diuino. Increpatione uero Christi ad discipulos de modicitate fidei, ad tractatum pertinet uitiorum.

Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia mare & uenti obediunt ei.

Homines mirantur de diuinis operibus, quia homines sunt: non mirarentur, si supra homines essent. Mirantur, quia ut homines in Christo diuinam uirtutem ignorant. Ignorantia saepe admirationis est causa. Prouenit in admirationem, quod prouenit insolite, atque ubi non seruat uisus ordo naturae: & quod supra quilibet & potentiam hominum fit, in admirationem adducit. Continuo admirantur, & deficit humanitas in altissimis operationibus deitatis. Ipsa uero interrogatio, siue inquisitio inter se ipsos, incomprehensibilem super hominem qualitatem insinuat. Qualis est hic? A qualitate inquirentis, quales & tales homines appellatur. Sed nihil deo inhæret. Quod est, & quod habet, substantialiter est & habet: accidentia nulla recipit, substantia per omnia simplex. Si in ipso est, quod abstracta seu concreta locutione de ipso profertur, substantia sua est, quod de deo abstractis & concretis uocabulis nominamus. Ac per hoc huic interrogationi responsio terminata non redditur, si ad deum qualitatis interrogatio referatur. Sed nec credamus illos homines imperitos deum inquirendo uelle contingere: hominem uidebant de quo admirati uere querebant. Si qualis erat, ad cuius imperium uenti & mare subdebantur, quasi sub admiratione profertur, incomprehensibilis qualitas huius hominis claret. Mos enim in doctrina plebeculae, quod non intelligit, plus mirari, & per ut intus agit, foris eloqui. Si uero sub interrogatio de promittitur, de qualitate inquirunt hominis patris, cum uirtus non adesse credatur in carne dei latentis. Obedientia quippe maris atque uentorum, homines illos ad hanc admirationem atque quaestionem adduxerat, iubenentis ignorata potentia, seu in hodie non uisa, quae pure noscitur esse diuina. Sed quid responsum fuerit, scriptur

ra non explicat: nam mutua interrogatio imperitorum, & omnis eorū quæstio, manet insoluta. Quæstio atq; interrogatio uicaria, in homines sciolos uel indoctos p̄ professionē ignorantie, aut, per taciturnitatem melius soluitur, & huiuscemodi quæstionibus per huiuscemodi aptus respondetur. Sed si omnes ab origine mundi peritos interrogationibus de Christo & quæstionibus adoriremur, qualis est hic homo Christus, explicare non possent: & taciturnitas & laus bonitatis, essent in responsonibus aptiores. Et ut dialecticos euitemus, nō credamus sub illo uerbo qualis, tantam qualitatem, quæ de decem categorijs est una, illos plebeculos quæsiuissē. Astutias enim dialecticas penitus ignorabant, sed simplici & rudi more loquendi quærebant, quicquid posset talem hominem, operantem talia, diffinire. Sed ad hæc responsonem quis idoneus? Habemus tamen hanc quæstionem, similiter & responsonem à spiritu sancto præhabitam in Canticis canticorū. Nam sub disciplina spiritus sancti, uelut ab ignorantibus aut ab extra ecclesiam catholicā positis, quæsiuit ænigmaticè de Christo, sub hac forma uerborū: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulier.* Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima, quia sic adiurasti nos: Pulcherrima mulier, ecclesia catholica est. Ipsa sola per altitudinē fidei, qualis sit Christus, agnouit. Pulcherrima mulierum, est illa fidelis anima, quæ oīm terrenorū amore priuata, dumtaxat uirtutum decore præfulget. Seu pulcherrima, est ecclesia triumphans in supernis. Fit in interrogatio ab extrā positis, aut à minus doctis: Qualis est dilectus tuus ex dilecto. Dilectus ex dilecto, Christus ex deo. Dilectus est pater, dilectus est filius. Dilectus ex dilecto, filius ex patre. Dilectus est Christus, ac ab ipso nostro diligens diligis animus. Dilectus ex dilecto, Christus dilectus ab animo, ab ipso dilecto. Qui, quælis sit inquiritur, ut quæstio cum diligente plebno animo asciscat. Qualis est &c. Sed quæ nouit per fidem, responder per ueritatem: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimū. Secundū Apostolum, caput Christi deus. Proinde si de substantia quæritur, deus est in homine latens, & homo patens, deitati unitus existens. Si de qualitate, deus in sua naturali qualitate, nō aduentitia, bonus, sapiens, immortalis, fortis, omnipotens, rex regum, & dñs dominantium, totū bonum, summū bonū, omne bonū, omnibus præexistens. Cæteræ descriptiones quas sponfa subnectit, ad sensus mysticos & tropologicos referunt. Hinc est quod cum quæritur, qualis est hic cui mare & uenti obediunt palmariē respondet: Iustus & uerus, omnipotens dñs uniuersū, ad condemnationē oīm contumacium, qui ei obediunt contemnuunt, cui muta & insen-

Can. 5.

1. Cor. 11.

sibilia, & flatiles auræ subditur, ad imperium eius facientia uerbum illius. Et consilio notitiæ nostræ cooperiet nos, cum in sensibilia nobis obedientibus in ordine obedientiæ præferentur, quæ naturæ ordine posterantur.

De miraculo quinq; panum, & duorū piscium multiplicatorum, secundum Mattheum, Marcum & Iohannem. Cap. III.

Tertium miraculum, quod in re insensibili operatus est Christus, de quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus fuit. Sed ut apertius miraculum clareat, gestæ rei est ordo rexendus. Post curationem infirmi longi tēporis ad piscinā, & longā concertationē uerborū Christi cum Iudæis Hierosolymis habitam,

Iesus abiit trās mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur.

Ambulans Iesus mare circumibat Galilææ, circa quod erant plurimæ ciuitates, & sanabat ægrotos, ut essent habiles ad sequelā, nec possent de infirmitate caulam excusationis inueterare, si non dominū sequerent. Ideo ab infirmitatibus liberat, ut sequatur: nec sequi Christum possunt, qui ab infirmitatibus animæ detinentur, nec sanari ab alio quā à Christo. Prærogatur igitur nō deesse sanitas, sed ut fiat sequela eius, qui oēm animā uolentem ducit per se mitas æquitatis. Sed circa mare Galilææ & Tiberiadis Christus quærit habere sequelā. Pro uincia siue regio, est Galilæa: sed Tiberiadis, ciuitas est, à Tiberio Cæsare nominata. Hæc si quidem noīa ministerio & actioni conueniunt. Rotatio dicit Galilæa seu transmigratione: Tiberiadis uerò, uidens testimonium interpretat.

Aquarū cōgregatio est in prouincia, subiacet ciuitati. Transineat huiusmodi mare Iesus, & eum sequit multitudo: ut desiderio in anteriora rotandi, à posterioribus eleuādi, & transmigrationē præfens seculum, Christum sequendo animo & moribus, festinemus uidendo testimonia sancta eius, quæ testificant potentiam & bonitatem magnitudinis eius. Sequebatur eū multitudo magna. In quo magna: In numero, aut uirtute, aut in potentia felicitatis terrenæ. Non in uirtute atq; potentia, sed in numero fortē magna. Sed nec magnam profectō ex omnibus dixerim, si respicimus ducem, ad cuius ducitū omnis multitudo modica, & magnitudo paruifecit. Ex alia inhærente uirtute magnam appellare non possumus, quā propter signa dñi sequebat. Esset utiq; magna, si propter eius doctrinā, mores & uitā, præeuntem ipsum secuta fuisset. Nam quomodo magna in fide turba illa fuit, quæ propter signa facta super infirmos, dñm sequebatur, cū nō propter fideles, sed propter infideles data signa nō

Luc. 9.

Ioh. 6.

Luc. 9.

scamus: Erat ne magna, indocta deuotio: Sed nec deuotio sancta, quā uera fides nō præstruit. More humano hic euāgelista disseruit, apud quē parūtū insolitū, dicitur sæpe magnam.

Et cum esset IESVS cum discipulis suis in deserto loco Bethsaidæ, usq; ad quem Christum turba secuta fuisset,

Excepit eos, & loquebat illis de regno dei. Benigne recipit Christus oēs ad se ueniētes, & multa prærogat ut sequamur, & dulcedine nō fallaci allicit auditores, & ex doctrina demonstrat frustrandam nō esse sequelam. Loquebatur enim illis de regno dei. Non in te seruit euāgelista formam uerborū, qualis de regno altissimo loquebatur, sed pia fides nostris mentibus interlucet, quod aut promittendo, aut astruendo uitam, cum illa gregaria multitudinede regno dei deus homo loqueretur. Et qui curari indigebant, sanabat. Indigentibus necessaria liberè diuina largitas donat: sed qui ægrotat, præ cæteris indiget sanitate, quæ priuati homines, ex abundantia cæterorū doctoribus acrioribus perforantur. Permodicum prodest uallari copijs rerum, & carere seipso, quia nec seipsum in pace possidet, qui ægrotat. Est propter corporis languores in ueritate sic esse decernimus, quæ uehementius indiget sanari, qui animæ non fruitur sospitate, sed inuisibilibus languoribus dolet atq; tabescit: Sed præsanat Christus, qui cum secuti per planitiē fuerant & quæsierant in deserto, ut etiam ad pabula montis perficiatur ascensus. Semper enim Christus ad superiora hominum mentes p̄ desideria trahit, quousq; conserat, quod infallibiliter pollicetur. Sed dies iam cœperat declinare: illa uidelicet, quæ ortu solis exoritur, & eius occasu finitur. Non aut timendū, ubi lux erat mundi, quā qui sequitur, tenebras nescit.

Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sequebatur eum discipulis suis.

Expectabat enim turbam, quā signis & uerbis allexerat ad sequelam.

Et accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes, in castella uillasq; quæ circa sunt, diuertāt, ut inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus.

Præsumunt discipuli in magistrum, in sapientē in docti, consilij indigentes consulunt ueritati. Et modicæ adhuc sum fidei, cū de cibo turbæ angunt existentes cū Christo, nec non malè prouident turbis, quas à Christo segregare uel saltem ad modicum tentant sub specie pietatis. Sunt enim hæc imperita consilia, in quæ qui boni uidentur, ex ignorantia seu inaduerentia sæpe cadunt, ut ubi uelamine boni, animæ dispergant. Sed unum est castellum & uilla, sancta mater ecclesia, cuius fundamentum, actor & rector & pastor est Christus. In ipsa,

non extra ipsam in castellis & uillis hæreticorum, philosophorum, sapientū mundi atq; potentū & diuitum terrenorū, animarū quæredæ sunt escas, sed à Christo, qui in sancta, ecclesia corporalē & spiritualementem curat annonam. Nec pauorem pro defectu uitæ corporalis incutiat solitudo deserti: pauerat enim in deserto cælesti manna multis annis populū peregrinū. Nā & si oporteret, tutius est cū Christo exitiale ieiunium, quæ ad uotum refici præter Christum. Non sunt timēda ieiunia, ubi pastor est uitæ: nec esuries corporis propulsanda, ubi pascus est uerbi. Prædictū porro fuerat, quia nō in solo pane uiuit homo, sed ex omni uerbo quod procedit de ore dei. Nondū nouerat apostoli hanc in Christo adesse potentiam, nec uiderat præter naturæ ordinem multiplicare uictum.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uideret multitudinem maximam uenit ad eum, dixit ad discipulos suos: ut suppleatur litera euāgelij: Vos dixistis, ut dimitterem turbas: iuxta uestrum consilium non dimisi. Ecce turbæ ueniunt, uos date illis manducare. Sed dissidentibus discipulis atq; tacentibus,

Dicit Iesus ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducent his?

Ad Philippū primò platus est sermo, uelut ad hoīem, qui erat patris, nam erat à Bethsaida illi monti uicina. Nec Christus, uelut ignarus, interrogat: sed ut euāgelista refert,

Hoc autē dicebat, tentans eum: Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Tentatio, probatio est humanæ peritiæ, ut clareat, cum qualibus sapientibus mundū conuersurus Christus progreditur. Non enim more dæmonum, aut similitudine hominū tentat Christus. Intentator penitus est ipse malorū. Sed probauit Philippi prudentiā, sicut in ueteri testamento probauit obedientiam Abraham, scriptura dicente: Tentauit autē deus Abraham. Philippus uerò rerum agendarum ignarus, improuise atq; inconsulte respondit, non cœquans uictum hominum quantitati.

Ducentorū denariorū panes nō sufficiunt eis, ut unusquisq; modicū quod accipiat.

Verum uerò ista pecunia sic numerata p̄to fuerit, scriptura non refert: quancūq; multi amore illecti pecuniæ, uelint illi sancto apostolorū collegio de pecunia facere imposturā, ut illorū exēplo, in licitū nitanē cōuertere propriā auaritiā: & eo se credāt à peccato immunes, quæ sanctos in exēplū uitæ moralis inducunt. Et bonos sæpe infamant, ne ipsi soli deliquisse uideant. Sed aliorū turpitudine si adesse, turpitudine propria nō deletur. Veruntamen si affuisset illa pecunia, nil ademisset apostolorū uirtutibus: bera enim mente super terrena omnia ferebant.

Deu. 8.

Ioh. 6.

Iacob. 1.

Gen. 22.



Iohan. 6.

Vnus aut̄ alius ex di-
scipulis eius, Andre-
as frater Simonis Pe-
tri, dixit ad IESVM:
Est puer unus hic, q̄
habet quinque panes
hordeaceos, & duos
piscis: sed hæc quid
sunt inter tantos?
Nec refert quod ali-
us euangelista dicit:

Lucæ. 9. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus q̄
quinque panes & duo pisces: nisi forte nos
eamus, & emamus i oem hæc turbâ escas.
Quia q̄d unus dixit, oēs dixisse vident, & usi-
tato more multitudo sepe loquitur p̄ unū.

Ait autem ad discipulos: Facite homi-
nes discumbere,] per conuiuia quinquage-
nos, & ita discumbere fecerunt omnes.

Erat aut̄ scenu multū in loco. Discubu-
erunt ergo uiri numero quasi quinque mil-
lia. Acceptis autem quinque panibus & du-
obus piscibus, respexit in cælum, & grati-
as agens, benedixit illis. Et fregit & distri-
buit discipulis suis,] ut ponerent ante turbas
quantum uolebant.

Et manducauerunt omnes, & satura-
ti sunt. Dicit Iesus discipulis suis: Colligi-
te quæ superauerunt fragmenta, ne per-
eant. Collegerunt ergo, & impleuerunt
duodecim cophinos fragmentorū, ex quin-
que panibus hordeaceis & duobus piscibus,
quæ superauerunt his qui manducauerāt.
Illi ergo hoies, cū uidiissent quod Iesus fe-
cerat signum, dicebant: Quia hic est uere
propheta, qui uenturus est in mundum.

Verè, quanuis non toti isti de signo transie-
runt ad signatū, ut uidentes signū, intelligerent
supernaturalem autorem, & potentiam extra-
usum & uirtutē ostēsam hominibus supra sen-
sum. Et hæc est omnium miraculorū palmaris
ratio, ut in cognitionem factoris inducant, &
ex hoc hominibus ipsa panditur. Ex signo da-
to ex homine, quem purū credebant, putaue-
runt prophetam. Ultra naturam eos signū ra-
le produxit: qm̄ nō ex natura, sed ex infusa gra-
tia data est hominibus propheta. Sed modica
erat ista credulitas, quia nō propheta magnus
erat: porro ampla fuisset, si omnium atq; pro-
phetarum credidissent factorem. Sed quid est
quod dicebatur, quia uenturus erat, qui om̄i-
nō iam uenerat? Et quia non credebant totū,
quod Christus erat uenturus, forte ipsorū opi-
nio asserbat: aut forte ad secundum aduentū
istorum opinio ferebatur.

¶ De multiplicatione septem panum, secundum
Matthæum & Marcum. Cap. 1111.

Septem uero panum & paucorum piscicu-
lorum multiplicatio, à superiori miraculo
in uirtute non differt, nisi ex annexis & nume-
ro: sed ordo gestorum, dicendi materiam da-
bit, & illustrabit gratia spirituali facti.

Turba multa erat cum Iesu, nec habebant
quod manducaerent.

Turba facile turbat, & turba impetu & cla-
moribus sæpe fertur, & raro quiescit, nisi per
prouidum ducem: sed quæ sequebatur Iesum,
turbationis causa carebat. Nihil habet unde
turbetur, qui stare didicerit cū Iesu: origo em̄
est, & fons indeficiens omnis consolationis &
pacis. Sed hoc non habebant quid manduca-
erent: quia non ex ipso, sed ex nobis defectio ē
& carentia bonorum. Non habemus unde ui-
uamus, sed unde moriamur, ex nobis. Nō ha-
bere similiter & deficere, de uno fonte proce-
dit, s. materia nihili. Vnde per creationem in
esse deuenimus: sed creatoris ē seruire in esse,
quod fecit. Subsistere, nequaquā nostræ noscūt
potestatis: defectio nostrum est pati, mede-
ri est creatoris. Hinc Iesus affectū pandit apo-
stolis siue discipulis animi miserentis.

Vnde conuocatis discipulis, dixit illis:
Miserere super turbâ, quia ecce iam tri-
duo sustinet me, nec habet quod manduca-
erent.] Pro consilio audiendo discipulis enū-
ciare uidetur, nō uelut indigens, sed ut magis
redderent attentū ad ea, quæ facturus erat. In-
dicat animi sui misericordiam, qua mouet ad
turbam: quia oim̄ miseret̄ deus, nihil eorū quæ
fecit, abhorrens. Et misericordiam dñi, quod nō
sumus consumpti, nec defecerūt miserationes
eius. Consumemur omnino in nihilum re-
uertentes, nisi ope diuinæ misericordiam tene-
remur, quæ nemini deficit, nisi homo prius de-
ficiat. Nemini deficit omnino, nisi confiden-
tibus in seipso. Nemini deficit quod deficere
nescit: quod largitione non minuitur nec
augetur, nullum nouit habere defectū. Inex-
haustibilis, imò in euacuabilis est diuinæ miseri-
cordiam uena, quæ nūquam in copia, nec in uo-
luntate deficit. Plus abundat, q̄ possunt oēs an-
geli & homines indigere. Superabundat etiā
dantis uolūtas, supra quàm uelimus recipere.
Nulla uolūtas ad uelle paratior, quàm ad cō-
ferendum, diuina: sed non omnibus, nisi susti-
nentibus eum. Proinde adiecit: Quia ecce iam
triduo sustinet me, nec habent quod manduca-
erent. Verum est, quod charitas omnia sustinet
p̄pter deū, patientius uero ipsū sustinet. Sed
nec cōfundi possunt, qui dñm sustinuerunt. Ex
hoc Psalmista dicit: Vniuersi qui sustinent te,
nō cōfundent: qm̄ est multæ misericordiam, &
uerax omnibus qui sperant in eum. Et iterum;

Psalmista: Expecta dominum, uiriliter age: cō-
fortetur cor tuum, & sustine dominū. Exhor-
tatur ueritas eos, qui sperant uidere domini bo-
na in terra uiuentium, ut expectet dominum,
non effocinat̄ seu molliter, sed ea quæ ad sa-
lutem pertinent, agendo uiriliter. Et conforte-
tur, ne efficiatur desidia, neq; infirmetur: ma-
gis uero sustinet dñm, qui non deest sustinen-
tibus eum. Nam siue ad tolerantiam passionū,
siue ad expectationem promissorū uerbū susti-
nentiam referatur, in id redit, ut sustineamus oīa
propter ipsū dñm & fidelem exolutorē p̄-
missorū suorum. Hæc siquidem differenter &
mysticè, uariè atq; moraliter exhortans eccle-
siasticus manifestat, cum quempiam, uelut fili-
um, erudiret, dicens: Filii, accedes ad seruitu-
tē dei, sta in iustitia & timore, & prepara ani-
mā tuam ad tentationem. Deprime cor tuum
& sustine. Inclina aurē tuā, & excipe uerba in-
tellectus, & ne festines in tempore obductio-
nis. Sustine sustentationes dei. Coniungere deo, &
sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. Omne
quod applicitum fuerit tibi, accipe, & in dolo-
re sustine. Et paulo post adiecit: Metuentes de-
um, sustinete misericordiam eius, & non desle-
ctatis ab illo, ne cadatis. Bonū est timentibus
Christū, sustinere misericordiam eius, qm̄ ipse di-
cit: Misereor super turbam, s. super omnes ho-
minū nationes, etiam super animā unam. Sed
illi misericordiam non consequūtur, qui eum
sustinere noluerunt promittentē, aut qui pro-
pter eum sustinere noluerunt prementē perse-
cutionem. Sed hanc turbæ sustententiā per tri-
duum factā, cōmemorat, ut hæc trinitas dierū,
in alias trinitates, mentes hoim̄ considerando
traiciat, in creatricem. Quæ deus est pater &
filius & spiritus sanctus. Et in tertio die tridui,
Christus misertus est turbæ: qm̄ in spirituali
cōmiseratio sit populorū, & in sua uirtute ce-
lebratur remissio peccatorū. Et in illam trinita-
tem uirtutū, in qua reuoluimur, in peccatis
mortuū cū tertia intercesserit, fides, spes, chari-
tas, ista trinitas est. Et in charitate profectō sit
miseratio peccatorū, qm̄ charitas illorū multitu-
dinem operit. Nouerat saluator turbæ indi-
gentiam, cum miseratus dicebat: [Nec habet
quod manducet.] Non habent hoies unde sit
as animas refocillent. Nec habent hoies in de-
serto huius mundi alimoniam spiritualis alimē-
ti, nisi saluator ipse cōtribuat. O utinam anne-
xam humanæ nature inopia cognosceret uni-
uersi, quibus bonis priuati sumus, quanta pri-
uati quæ Christus miseret̄, quæta genus huma-
nū inedia premebat: erat horrida fames, saturi-
tas non aderat ulla, exhalabat plurimū aīas su-
as, om̄ino à ueritate impastus, & turbæ mul-
tudo æternū patiebatur exitiū. Venit qui cō-
gnoscebat originalē defectū, se offerens ad se-
quendū, ut misertus, sequentibus afferret sanē

remediū, his duntaxat, qui deserentes animo
mūdum deserūt, Christū in deserto sectarent̄.
Nam turbâ filiorum Israel in deserto in Moy-
se sequentem deum, in columna ignis & nu-
bis, cælesti alimento nutriuit. Et nunc miseret̄
turbæ, illum in deserto sequentis. Et dñs per Le-
remiam recōmemorat illud præteritū, quod
propheta erat in futurū: Et factum est uerbum
dñi ad Ieremiam, dicens: Vade, & clama in au-
ribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit dñs: Reco-
datus sum tui, miserans adolescentiam tuā, &
charitatē desponsationis tuæ, qm̄ secuta es me
in deserto, in terra quæ non seminat. Hæc ad
Ierusalē dñs inferebat. Prædicans turbis, Chri-
stus ostendit in corporali alimonia, q̄ deficit
ecclesiæ in spirituali gratia. Præuidit pericula
Christus, quæ possunt exciuiuo bonorū spiri-
tualium hominibus prouenire, defectū s. quo
homo languescit in uia. Proinde subiicit:

Et si dimisero eos ieiunos in domum su-
am, deficient in uia.

Ieiunus à Christo dimittitur, q̄ spiritualē
nō accipit alimētum. Sed non est parcitas dan-
tis, sed negligentia nō accipientis. Effundit, sed
denegat imparatis. Nulla uero noxia ieiun-
ia, q̄ ab alimonis Christi fecerit. Dimittunt
ieiuni q̄ plurimi redeunt̄ in domū suam, cū
uniusquisq; propriū placitū sequi, Christi gra-
tia non refectus. Periculosum est ad propnam
redire quietem, & spiritualiū inedia expugnā-
ri. Etenim defectus aduenit cadendi siue sicut
dij, & q̄d magis flendū, sæpius oberrandi. Non
cogit Christus ad propria corporis & actionū
reporalium non redire, sed sacramentorū gra-
tia & mandatorū disciplina uult esse refectus,
ut sacramentalis sit uita hoim̄ sub regula man-
datoꝝ. Et enim sic incedentes, non deficient in
uia: non cadent, quin releuent̄, nō sistent, quin
perficiant: nō oberrabunt, qm̄ redeant. Domū
uero cunctorū uiuentiū, terram matrē nascenti-
um etiā appellauit, seu illam cælestē patriā,
in qua uult deus oēs hoies saluos fieri, ad cuius
beatitudinem omnium credentiū tendit inten-
tio. Via, qua gradiendum est, Christus est, an-
tequam reuertamur ad terrā, de qua sumpti sum-
us, & sicut quæ peruenire ad cælestē patriam
om̄ino non possumus. In qua uia defecerunt,
qui errauerunt à fide, aut qui nō peruenerunt
ad fidem, qui de Christo plus aut minus debi-
to crediderunt, qui despexerunt quæ elegit, q̄
contempserunt quæ sustinuit, qui per omnia
eius euangelio non se subiecerunt, qui ea quæ
despexit, habere uoluerunt, qui retro gradē p̄-
reuerunt, aut qui ex negligentia remanserunt.
Multi autem rectè pergentes, dum aspexerunt
amœna mundi, ulterius progredi sunt oblitū
sed nec hi perseverauerunt, qui diuinis muneribus
sunt refecti.

Quidam enim ex eis de longe uenerunt. Propiores erant aut esse debebant ad seque Christi, qui de lege domini erant, qui gentiliter uixerant: sed praposterum est, & qui debebant esse propiniores, sunt remotiores: & qui de longe erat, proximi facti sunt. Necnon & de longe ad Christum ueniunt, qui extiterunt maioribus criminibus irretiti, & in mundi delicijs atq; diuitijs plus affecti, quibus est celerius diuino edulio prouidendum, ne reuocati a pristinis, in uia statim deficiant. Dant desperationis seu difficultatis consilium imperiti, ueluti diuinam potentiam ignorantes.

Mar. 8.

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde poterit istos quis hic saturare panibus in solitudine. Concordat hęc exinanita rñsio cũ illa, q̄ superius dictũ est: Vnde ememus panes ut manducent hęc. Sed hanc protulit Christus, sciens omnino quid erat ipse facturũ: illam protulerũt discipuli, uirtutem Christi docti non cogitantes. Naturalibus progressibus assueti, nesciunt considerare diuinę uirtutis potentiam, pręter ipsam naturam, quam ex toto sequentes, illam ineffabilem uehementię gratiam non aspererunt. Verę autem nullus est, qui possit panibus homines saturare in solitudine huius mundi: semper em̄ post sumptum cibum, comedendi debellat inedia: & saturatus, iterum refamescit. Nullus porro affectus hominũ habet satis, nisi reficiatur a gratia, cuius nemo penitus hominum est largitor, nisi factus homo conditor & redemptor.

Iohan. 6.



Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt eis: Septem,] & pisciculos paucos. Et pręcepit turbę, ut discubarent super terram. Et accipiens Iesus septem panes & pisces, gratias agens, fregit & dedit discipulis suis ut apponerent. Et discipuli dederunt populo, seu apposuerunt turbę, & manducauerunt, & saturati sunt. Cum Christus legitur interrogare, nunquam, uelut ignorans, interrogare creditur: sed more humano loquitur, & familiarem se discipulis suis monstrat, & ut clareat eidentius quid erat ipse facturũ. Nouerat enim omnino quot panes habebant. Discubitus turbę super terram, ordinatio est fidelium in ecclesia: ut unusquisque in eo, ad quod ordinatus est, sacramentorum gratiam sumat. Et ipsa humiliatio ad diuina & ad sacramenta, quę fiunt penitus ex corruptibilibus & terrenis, signatur in discubitu super terram. Maxima in hoc noscitur humilitas hominum, cum se in-

clinant ex fide ad suscipienda elementa, & gratiam non uidentes, credunt esse sacramenta. Accepit septem panes, & fregit, & dedit discipulis ut apponerent. Septem sunt, quę distribuit, sacramenta. Sunt etiã septem dona spiritũsancti, quę hominibus pro sui dispositione atq; capacitate, partitur per manus apostolorum. Nam hominibus a Christo traditũ est determinato mysterio, ut alios homines in fide subire, eos, alimento sacramentalis gratię atq; diuinis sermonibus pascat: ut hęc erit una beatitudo, sit una & mutua cõmunio int̄ eos.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.

Pisciculorum additio, qui extrahuntur ex aquis, traicitur in dulcedinem, quę de amaritudine uitę carpitur; nam amarum sit aquę maris, & dulces pisces generat. Et si dulces sunt, aut fluunt, aut commouentur a uento; ut etiã tribulatio semper signetur in aquis, cuius fructus est dulcis, coniunctus ei uitę, quę dicitur sacramentalis. Et manducauerunt de miraculo se productis, & saturati sunt. Profecto satur dicitur, resectus a gratia. Et depellitur hispida fames, cum Christus ornat suis alimonijs mensam. Nemo, nisi quem Christus alit, dicitur saturatus. Neq; fieri potest, ut anima satietatem accipiat ab his, quę inania sunt. Optima satietas, gratia; neque fastidit animam, sed amplioribus & suauioribus desiderijs angit. Corporis nempe satietas quandoque nauicam generat, & resectum languoribus urget.

Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerunt, quasi quatuor millia hominum: & dimisit eos.

Sublatę sportę de fragmentis, appositorũ numero correspondent: etenim septem fuerũt panes. Et qui reseruatur, id insinuatur, ut usque in finem seculi eadem perduret ministratio sacramentorum. Sed neq; septem panum atq; septem sportarum numerus, æquat non calculata multiplicatiõni factę a diuina uirtute, q̄ tanta multitudo resecta est. Nec uilius hominum dinumerare potuit, neq; scire, in quantũ numerũ deuenerit multiplicatiõ panum: nisi q̄ tantum rei affectus innotuit, quia omnes saturati sunt: quoniam non est mensurabilis aut numerabilis sensibiliter occulta sacramentorũ uirtus, quę animas reficit, nec beatitudo quę peruenit. Nec alligatur numerus & mensura illa dulcedo tribulationis, quę signatur in pisciculis ex mari amaro carptis. Numerus manducatiũ claret, ut in clarescat miraculũ. Sed q̄datura ultima siue maioris numeri, soliditatę & firmitatę grę, magis uerõ æternę uitę significat. In rebus em̄ solidis, quadra figura dicitur firmi solidius. Et quadrati sunt lapides, iussu

Salomonis, qui ponebantur in fundamento templi. Et opera sunt omnia in templo opere quadro. [Et dimisit eos,] scilicet a se, ut liberi abirent, ne in uia deficerent. Nõ enim aufert Christus ex pręceptis, aut ex sacramentis, aut ex quibuscunq; charismatibus hominibus libertatem: sed ideo talia confert, ne deficiamus, ne impediamur a fatana; ut liberi opere mur, pro superna libertate captanda.

De miraculo inuenti stateris, secundum Mattheum tantũ. Caput V.

Matt. 17.

Quoniam sicut perspicua fidelium ratio docet, nõ debeat dici miraculum, quod posset euenire naturę ipse lōgo uel breui, aut mysterio artis, etiãsi nunq̄ penitus, penitus: sed illud duntaxat, ad quod uel artis nõ esset aut posset esse conatus; idcirco quodam modo hæsitauerim in uenturam stateris in ore piscis, inter miracula computari, quoniã quodam artis mysterio id agi potuisset, adiecta sententia domini saluatoris. Nam stater casu quodam potuisset esse profectus, quanuis non illo fine, ut sic inueniretur, sic etiã pro tributo terrenis dominis soluere: aut quodam alio fortuito cecidisse, piscemq; perquirentem elcas, cum alijs uorandis uoraciter assumpsisse, sciuissetq; dominum saluatorem, qui est omnium rerum cognitor. Similiter & de ficulnea, quã subito arefecit, quę longo tractu tēporis ex natura siue opposita incisione, aut quomodo libet aliter, arefieri potuisset.

Sed prę subita actione, possunt inter domini miracula computari: quanquam omnino in miraculis communis ordo naturę conuenire non debeat, neque humana studia casualia uel pręuisa, possint præstare iuuamę, mora interposita uel repente. Veruntamen, quia magno mysterio acta sunt ista, & mox, ut ab ore domini processit imperium, rei obedientia monstrauit effectum, decreui omnino inter miracula pertractare. Cum natura siue ars potuisset diuersimodę similia facere, non tamen eo modo quo facta sunt, potuisset in æternum efficere. Vnde quanuis fiat ex miraculo quod habet natura, & quod facit mira potentia, posset tamen ex natura diuinitę sortiri effectum. Et quod fit repente, in rerum fieri posset ex arte: uerũtamen alijs instrumētis, alijsq; medijs, diuersis originalibus causis potentia, qua miracula fiunt, quã natura uel ars humana, procedit. Proinde illa inuentio stateris in ore piscis, miraculum fuit. Decensq; fuit, ut esset miraculum, quod ad tantum mysterium parabatur. Nam cum determinaretur cum Petro, liberos esse filios a solutione tributi: tamen scandalum deuitauit, iubens Petrum ad mare accedere, & primum piscem tollere ascendentem, in cuius ore inuentum staterem regi terreno persolueret: quod Petrus, domino iubente, perfecit. Mare;

mundus: piscis, Christus ex undis eius usq; quaque cõcussus. Stater, precium quo humanum genus, nullo urgente debito, sed gratuito, ab hoste redemit. Quis enim illum pręparauit piscem, ut sic eum subita piscatione inueniret Petrus, nisi q̄ pręparauerat lonę alium, in q̄ recepti illælusus: Quis illum signatum staterem fecit reperiri, nisi qui homines nolebat malę pite?

De miraculo subite arefactionis ficulneę, secundum Mattheum & Marcum.

Caput VI.

Similiter & illa subita siccatio ficulneę, quę in admirationem aspicientes traxit, etiã int̄ miracula computatur. Nam scriptum est:

Mane aut̄ reuertens in ciuitate, esuriit.

Christi esuries erat ex uoluntate; non em̄ illum illa inuitę premebat, nec præter uoluntatem famis fatigabat inedia. Sed per esuriam corporis ab extrã ostensam, intrinsecam esuriam ostendebat, scilicet synagogę, quę in ficulnea, iuxta quam monstrauit esuriam, significabatur arefenda subito: quia Christo uero cultori fructũ uirtutis, ex longo iam tempore, ipsa non dederat; nec durata illis temporibus parabatur, quę peccatis præteritis, præsentibus atq; futuris siccando, ilico maledicebatur in sicu, quę aruit subito a domino maledicta; non apposito igne, non ferro cedente, nõ euulsa uento, non defossa radicibus, non alio artis ingenio, sed solo uerbo illam dominus arefecit: ut sic discipuli mirarentur, dicens:

Quomodo continuo aruit?

Et ut miraculũ credere, præter solitũ naturę curium, similia & maiora posse fieri a fidẽ inhęcitantem habentibus, saluator asseruit, dicens:

Amen dico uobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare, fiet.

Et quanq; hoc factum scriptura nulla cõmemoret, non tamen credendum, hanc defuisse fidei potestatem. Sed neque Christus, aut hi qui ab ipso potestatem faciendi miracula susceperunt, aliquando experti sunt, utrũ possent montem in mare iactare, ut uocaret ad fidẽ incredulos, ut darent infidelibus signa, ut miraculis moueretur indocta gẽtilitas, quę dæmonibus illudabatur: & confunderetur hominum sapientia, quę tantum inniuitur in natura. Nil per ostentationem in miraculis apostoli effecerunt, sed ad utilitatem uidentium: quoniam hæc potestas quę a spiritu sancto concedit, præterq̄ ad utilitatẽ, nemini exhibet. Ac per hoc, si nõ inuenimus talia facta, inuenimus forte similia. Et si nunq; aut nusq; facta sciuntur, in proculdubio fieri potuerunt: & si nunc non fiunt, fieri tñ possunt. Et si nunq; fierent, fieri potius possent, qm̄ ordo miraculorũ: sicut existit

Iohan. 7.

Matt. 27. Marc. 11.

à diuina potentia, sic per diuinam prouidentiam agit, ut in nullo, præterquam ad opportunitatem in agendo, declinet. Quamobrem si nunc fieri miracula opportunitas flagitaret, haberet in se uirtus nostræ fidei unde posset efficere: quâuis multi causerentur, miracula tam magna seu ita crebra non fieri, quod si fierent, sequeretur hominum miranda & opportuna cõuersio. Quibus respondemus, quod melius nouit diuina sapientia, quid & quando opportunum sit homini, quam homo cognoscat, quid sit utile sibi: quæ si cognosceret, inexhausta & indefessa dei bonitas, deficere utilitatibus hominum omnino nesciret. Alibi in hoc perstrinximus, quare non fiant crebra miracula.

¶ De miraculis in domini passione monstratis, secundum Mattheum, Marcum, Lucam & Iohannem. Caput VII.

Matth. 27
Mar. 15,
Luc. 25,

Illa etiam meridiana solaris eclipsis, quæ in plenissimo & in medio hemisphærio, Christo moriente, humanos perstrinxit oculos, ordinem miraculorum omnino non deseruit: sed tanto magis auget miraculi dignitatem, quo per uniuersum orbem ilico & in momento innotuit: ut sicut lucerna accensa in domo, subito per radios non obstantes, totam domum illuminat: ea uero celeritate, qua, extinguitur, in omni parte domus tenebræ diffunduntur: sic cum lumen mundi uisibilis, scilicet radius solis, subito fuit extinctus, imò ipse sol in suo corpore obscuratus, totus sensibilis mundus in omni sua parte obtenebratus est: ut tunc mundi sapientes & studentes, in motibus siderum notarent esse miraculum, præter solitum naturæ cursum & consuetum eclipsationis modum, quæ nunquam in sole agitur, nisi cum inter solem & terram, in toto uel in parte, luna interponitur: & tunc librabatur in inferiori hemisphærio sub terra deorsum, sol uero in superiori hemisphærio super terram, in altioribus suæ spheræ partibus ferebatur. Diuisio ueli templaris à summo usque deorsum, scissio saxorum, apertio monumentorum, astruunt omnino miraculum: quoniam opus naturæ non fuit, nec ars humana, ut hoc operaretur, accessit. Terræ motus uero, qui tunc & in resurrectione conterruit, etiam miraculum fuit: quoniam quâuis ex natura cursu interdum proueniat, etiam tam uehemens, ut ædificia sæpe subuertat: non tamen illo in tempore opus naturæ fuit, sed natura in suis, à domino requisita, morienti & resurgenti Christo seruitiuit. Exitus aquæ atque sanguinis ex latere, ad miraculum spectat: quoniam post mortem, infrigidatumque corpus, iure naturæ nec sanguinis aut aquæ potest esse decursus.

Matth. 27

Iohan. 19

¶ Hæc quoniam alibi aliter tractauimus, hic longè differere intermittimus, dumtaxat ad miraculorum in rebus insensibilibus paratorum ordinem conuertentes.

¶ De curatione hominis spiritum immundum habentis, secundum Marcum & Lucam.

Caput VIII.

Congruum fuit, & irreprehensibiliter diuina formauit iustitia, ut qui diuinitatem sibi concupiuit adesse præter illum ordinem, quo benigna sua uisione disposuerat beatificare mortales, quod dæmone repletur, & sic res homo immundus per spiritum immundum, qui ueram munditiam inobediendo reliquit. Veruntamen, quia diuina bonitas misereri non desinit, nec continere in ira misericordias suas, filium suum misit in terris, ut passionibus humani generis in protoplasto damnati, quas in singularibus patiebatur hominibus, quas neque natura uel ars poterat sua uirtute curare, diuina & supernaturali atque superartificiali uirtute depelleret, ut ostenderet quid in animabus facturus erat, qui sic corpora refouebat. Et primo cepit à sexu uirili, qui primò creatus est, & ab expulsiōe dæmonis, qui primò hominem in paradiso decepit.

Vnde cum esset in synagoga Capharnaum ciuitatis Galilææ, etiam in illa erat homo in spiritu immundo, aut habens dæmonium immundum, & exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos? Sciote, quia sis sanctus dei.

¶ Quod hæc infectio ad totam humanam naturam referatur, non est ambigendum. Attamen homo habens dæmonium immundum, est omnis, qui immundis cogitationibus delectatur. Est autem metus immunditia, omnis delectatio præter deum. Sed in dæmonio hæc immunditia possidet, cum ipse illa suadeat, ad hocq; conatur, ut animas à uera munditia quæ deus est, auertens, ad turpia retrouertat. Peruersa immunditia idolatria fuit, ad quam induxit eos qui deum ignorauerunt, ut inclinarentur in cultura idolorum, creaturam pro creatore uenerantes. Spuria est omnis anima, diuinis honoribus uenerans creaturam. Et immunditia, est incontinentia genitalium membrorum, ad quam spiritus immundus impellit, & suæ inuidiæ suasioni præstat assensum, rebellionem in illis fecit adesse, ut de nuditate in natura laudabilis erubesceret. Et immundus motus, est gnatus in carne, in offensione quæ dæmon non natura, sed per auersionem ab autore suo factus immundus, in hæc immunditia genus humanum sua deceptioe perduxit. Quærit omnis dæmon à domino tentare permissus, in illa immunditia, omnem quæ tætat, inducere, in qua ipse deueniens, à deo reprobarus est. hæc homo in synagoga erat. siquid meritò, quoniam illa repudiabat Christum, ut etiam uellet præcipitum mori tradere. Nam omnis congregatio dæmonium habet, quæ ueritatis & iustitiæ sermonibus est aduersa:

& quod in uno potissime ostenditur, signum erat etiam cæterorum. Veruntamen exclamauit uoce magna dæmon in homine quem inuaserat, non in se. Carebat enim sua natura instrumentis, quibus posset in uocem formare. Dicebat audacter: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus torquere nos? Pessimus dæmon suam immunditiam cupiens ubique regnare, quam primis parentibus persuasit: de Christo querimoniam facit, quem uellet finire ac prætermittere quod incepit. Vnde aperto uerbo exprimit, ut Christus ab eorum uexatione quiescat. Quid nobis &c. Patet dæmones ad malum esse concordēs, & quod in hoc nulla discordia diuiduntur, cum unus non profectim, sed pro omnibus queratur: & necessaria cõsentio, quoniam Christi ad eos nulla sit iusta conuentio, hoc dumtaxat excepto, quod dñs est eorum, & quod non suo imperio peraguntur. Notat iste dæmon pro uoce iam obsessi, quod Iesus sit patria Nazarenus, & quem synagoga exhonora uerat, iste tremendo ueneratur, & conficitur eum esse magnæ potestatis, ut eos possit torquere quem pessima synagoga præcipitio tradere præcauit. Insinuat spiritus immundus ueritatem aduentum, dicens: Venisti ante tempus torquere nos: iam dæmones torquebant, & erant eorum ruina æternis ignibus mancipati: quid ergo est quod iste conquiritur, quod ante tempus à Christo torqueantur? An forte iste dæmon erat de his, quibus iste aer plenus est? Sed absque tortura etiam hi esse non possunt: quoniam eo ipso quo de celo ceciderunt, torti sunt. Vt autem huius uerbi uinculum absoluamus, aduertite: Vclut insatiabiles ad malum & ad penas hominibus inferendas, torturam æstimant, quia pelluntur à corporibus hominum: magis autem, quia Christo uocante homines, expelluntur à sedibus animarum. Et quod eorum præda, quæ tot millibus annorum tenuerant, diripienda in breui erat, & claudenda portæ inferi, ne amplius quis inuirit factus præda, descenderet, hoc sibi ad torturam immanes torquebant. Etiam in hominibus sæuis plerique contingit, quod in seipsis torqueant, si alios torque non possunt. Hoc enim habet proprium obstinata crudelitas, ut poenâ patiat, si poenâ non inferat. An spiritus hoc inferri eis deplorat, quia forte adhuc Christum uenire non autumabant, aut quia non credebant dei iustitiam esse cõpletam, ut misereri illi humano generi uoluisset, existimantes fortasse, quod sicut ipsorum, ita hominum poenitio esset æterna. Dicebat etiam hic dæmon pro os hominis quæ uexabat: Sciote te quia sis sanctus dei. Sciebat dæmon, prout sibi Christus scire permisit, quod ipse sanctus dei esset. Dant dæmones testimonium ueritati, & inimici Christi de ipso testificantur, quod sit sanctus dei, ut homines increduli confundant, Christo non credentes uera dicenti & rara, & miraculis cõfirmanti suos sermones.



Et exclamans uoce magna, exiit ab illo, nihilque ei nocuit, quoniam integra semper manet natura recedente malitia, quæ nec de bono secum potest quippiam ferre. Et mirati sunt omnes, ita ut cõquirent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? Quæ doctrina hæc noua? Quia in potestate & uirtute spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.

¶ Mirantur, quia non intelligunt diuinam uirtutem: quam si intelligerent, protinus non mirarentur, quoniam iure atque inexceptuatur Christo Iesu subicitur omnis creatura. Sed non solum de patrato miraculo, uerum etiam de doctrina quæ eis noua uidebatur, tremendo admirantur. Sed nec mirum, quia protinus noua erat, excludens figuras, umbras & ceremonias Iudaicæ uetustatis: ex quibus mundus nouus erat reparandus sacramentis, nouis moribus instruendus. Protinus nouus homo nouam afferebat mundo doctrinam: qua mundus contemneret, qua præstaretur indulgentia feruenti, qua super coniugium uirginitas ferebatur, qua dignitatem caelestem terrena uilitas mercaret, qua per poenas & opprobria homo posset in superna conscendere, quæ in simplicitate fidei magis, quam in prudentia humana consistit. Noua doctrina innotens uitam nouam, ad necionem ueteris hominis, & ad induendum nouum hominem qui secundum deum est, suos animans dociles auditores. Tam uero arduorum gestorum Christi fama, diuulgabatur in circumiacentes regionis ciuitates.

¶ De sanatione socrus Petri febricitantis, secundum Mattheum, Marcum & Lucam.

Caput IX.

Facta est mulier ex latere uiri soporati, non uigilatis, ne dei adiutor esse uideretur, aut consiliator ad ea, quae creator agebat, & ut scientia magnificaretur per amplius, post facti onem cognoscens, quod ex corpore suo sumpta erat. Ad praesagium etiam futurorum, quod ex latere dormientis in cruce, per aquam & sanguinem Christi orthodoxa ecclesia formaretur: quae quauis cum eo de quo erat traducta, in paradisi delicijs moraretur, primo tamen malae suauitatis insultum perpessa est: nihil uero nisi seipsum, non generis posteritatem, laesisset, prius creati hominis assensu non praestito. Igitur Eua non posteritati, sed sibi periculum fuit. Homo autem Adam, sibi & cunctae propagationi sequenti, traducem maculam propinauit. Proinde de Adam cunctorum hominum genearcha existens, perditio prima fuit occasio. Quamobrem prius in uiro, deinde in foemina generis humani est curatio celebrata: cum post expulsi onem immundi spiritus a uiro, de synagoga con surgens, pro sanando accessit ad foeminam:

Luc. 4. Cum surgens de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus,

¶ Marcus uero sic dicit:

Marc. 1. Et protinus egredientes de synagoga, uenerunt in domum Simonis & Andreae cum Iacobo & Iohanne. Decubebat autem socrus Simonis, febricitans.

¶ Sanato qui primo creatus, fuerat ad sanitatem proceditur, quae prima seducta fuerat. Veruntamen haec mulier hic taceat ex nomine, solum ex affinitatis necessitudine designatur, quia socrus erat Simonis. Tria sunt officia, quorum duo speciem maternitatis habent, sed tertium ueritatem, socrus, nouerca, genitrix. Haec mulier quae patiebatur, socrus erat, quia per filiam cum ipso societatem quandam contraxerat, quae patiebatur ualidas febres. Si significata conspicimus, natura est humana. Est etiam synagoga penitus Iudaeorum, qui ex febre patiebantur: sed nec hoc differere libet. Si uero discutimus tropos, haec mulier fides est, quae cum Simone societatem per dilectionem fecit: etenim dilectio, filia est fidei. Et fides illa saluat, quae per dilectionem operatur.

Luc. 21. ¶ Est igitur fides socrus Simonis, sed magnas habet febres, cum semper impugnetur a demone. Quod proximus passioni, Petro saluator ait: Ecce satanas expetuit te a me, ut cribraret te sicut triticum. Patiebatur febres, cum si quis Christum confiteretur, extra synagogam fieret. Passa est febres in omnibus apostolis & discipulis, cum eo relicto fugerunt, denegantes eum

uelut hominem purum. In territorijs tyrannorum & principum mundi patiebatur magnis febribus cum uexatione, cum omnes Christum confitentes, traderentur exitio, & exilia horribilia paterentur, cum cogerentur cultum diuinum idolis exhibere; non facientes, illico exponerentur ad omnia genera tormentorum, & tandem super eos mortis sententia dictabatur. Erat tunc etiam fides uexata febribus, cum tot persecutionibus agebantur omnino fideles. Saepem quippe febricitabat in animo, si pro non uisus erant tor ferenda tormenta. Febricitauit fides in falsis assertionibus haereticorum, sed per dei gratiam utique sanata est.

¶ Sed adhuc in moribus hominum febres quod ridianas patit, quoniam mores hominum fidei Simonis non conueniunt: potius autem improbiliter aduersantur, ut plerumque inspecta uita regentium, subditorum fides ferè deficiat. Et cum in considerationem ueniunt sapientium & doctorum mores, imperitorum fides à magnis febribus & dubijs agitata. Febricitare fidem facit in subditis, cum in praesidentibus uita regimini non concordat: & per ualidè concutit animum auditorum, si cum doctrina non conuenit uita doctorum. ¶ Socrus Simonis, ipsa Christianorum generalis est uirtus, quae se hominibus sociat, cum eius dilectio siue cognitio in spiritali matrimonio copulatur, quae frequenter magnis febribus angitur, cum indifferetè tenetur, cum praetermittitur improuise, cum creditur atque cognoscitur: operibus uero peruersis confunditur, cum mundi delectationes atque peccata ex omni parte aduersus illum insurgunt, ut decumbens lecto, à febribus huiusmodi agitata, surgere non possit, neque ministrare Christo, suoque collegio, nisi per Christum, expulsis febribus, ipsa sanetur. ¶ Sed uenit Christus in domum Simonis & Andreae, quae obedientia est. Ecclesia est, ubi Christo apostolorum precibus supplicatur, ut ei sanitatem restituat. Valent preces fidelium ad remissionem peccatorum, ut facilius & ocyus recedatur à uitijs: non tamen ualent ad cumulum praemiorum. Valent ad dei gratiam promerendam, non tamen ad gloriam plus adaugendam. Impeuerunt saepe dei misericordiam aliorum precamina, sed beatitudinis, nisi per merita propria, nunquam fuit auxilium.

Luc. 21. Et rogauerunt illam per ea. Et stans super illam, eleuauit eam, apprehensa manu eius, & impera uit febrim, & continuo dimisit eam febris. Et illa continuo surgens, ministrabat illis.

¶ Necessariae sunt praesces uerorum fidelium, adhuc existentium in hac uita mortali: ut quod non potest unius indigentis facultas, intercessione plurium largiatur: & quod minus acceptus impetrare non potest, potior in fide ac amore concitatus, obtineat.

Ecce saluator uoluntarius & rogatus accessit. Unde exaudibiliter rogatus, quia uoluntarius: ideo uoluntarius, quia rogatus. Frustra enim rogaretur, nisi de quo rogatur, uellet efficere: sed uult omnes homines saluos fieri, uult omnes sanare, uult omnibus meliora, quam petant, conferre. Accedit & stat. Accedit corpore, deitate stat. Accedit uoluntate, stat ut quod rogatus erat, efficiat. Stat super illam infirmam inueniens, & ut eam leuet, stareque faciat quae iacebat. Unde apprehensa manu, eleuauit eam.

¶ Magna benignitas saluatoris quod manum porrigit, manumque febricitantis apprehendit. Conferuntur manus dei & hominis, saluatoris & saluandi, redemptoris & redempti, iusti dei & hominis peccatoris. Manus, potentiam in plerisque scripturae sententijs signant, iuxta quod Dauid spiritu prophético postulabat: Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Ecce manus dei expetitur contra hominum manum, scilicet ut dei potentia, de potentia iniquorum eripiat. Per manus etiam opera peraguntur, iuxta quod de dei manibus dicitur: Manus tuae domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Et Psalmista hanc sententiam replicat: Manus tuae fecerunt me & plasmauerunt me. Et in lib. Sapientiae scribitur: Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quae creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Sic & de manu hominum legitur: Quodcumque potest manus tua, instanter operare. Et Ieremias cum de retributione malorum loqueretur, iuxta opera manuum fieri precabatur, aut sic nunciabat futurum: Reddes eis uicem domine iuxta opera manuum suarum. Necnon & largitatem beneficiorum in scripturis manus saepe signant, sicut in prouerbijs Salomonis dicitur: Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Ac si deus conquerens hominibus loqueretur, quod multa beneficia contulerit, nec fuerit qui gratanter acciperet atque rependeret. Similitè in hanc significationem manus hominis uenit, quod Ecclesiasticus aperte dicitur: Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta. Ecce potentia dei semper ualida, potentia hominis semper infirma, nisi una in alteram pro releuatione cõseratur. Ex quo profulget sententia saluatoris: Sine me nihil potestis facere.

Psal. 143

Iob. 10.

Psal. 118.

Ipsi. 11.

Eccl. 9.

Thren. 1.

Pro. 1.

Eccl. 4.

Ioh. 15.

Opus dei semper integrum, opus uero nostrum ex omni parte corruptum, nisi per confessionem diuini operis remascellet. Est beneficium dei, si cum eo quod homo potest efficere, iungitur, nostrum utique reualefcit. Et apprehensa manu, & infirma quodam fibleuata de lecto, in quae febricitans inquietata iacebat, febris mandauit abscellum. Quamquam enim homo releuetur à delectatione rebus temporalium, in quibus uelut corpus in lecto, agitatius undique perturbatus cubabat, quis respirare uideat,

quis in superna suspiret, non tamen contractum uitium, non satan infestans, nisi per diuinum imperium à iam in uitijs qualificato recedat. Nam si ois fuerit sublata occasio peccandi in quocumque genere delinquendi, nisi dominus iubeat, uitium non abscedit. Actus & occasio uitiorum, plurimum aguntur exterius. Vitium autem cum admissum fuerit, animam habet in sedem, à qua duntaxat per dominum Christum potest expelli. Proinde ipse imperat febrim, ut dimittat illam quam poenaliter molestabat: ipse imperat uitio ut recedat, non bonae naturae ut expellat: quia nec datum est alicui naturae bonae, ut potestati uideat uitium, cui se uoluntarie tradidit, possit expellere, quis sit ei permissum ut possit admittere. Ad cuius imperium continuo hostilis febris, febricitantem dimisit. Et respondens Christi subiectae actioni, continuo surgens ministrabat illis, Christo s. sanatori eius, & sanctis apostolis intercessoribus eius. Non ista beneficium ocioso suscipit, nam recepta illico sanitate, cõtulit ad agenda, cõspiciens fore necessitatè & decentiam, Christo pauperi & eius collegio ministrare. Non expetuit de ministratiõne praecipuum, quamquam non sine praecipito importuna febris abisset. Videbat enim Christum stipe humana egentem & pauperem, super quem intendere, beatitudo erat: uidebat eum careere famulis, pedilectis & pedilectis non habere: hospitia sibi non erant in mundo, stabulum non conduxerat, uidebat generum suum oia dimississe, oesque apostolos contempsisse terrena, & cõtendentes occupare caelestia. surgens ministrabat illis de facultatibus, & corpore circa obsequia se praestabat. Optimum in moribus est, acceptae gratiae cooperari, & omne quod à deo accepimus, in dedicationem cõuertere creatoris: sicut ista sanitatem receptam, in obsequium illi co statuit largitoris. Nihil erat ista mulier ad seipsam, uelut aliorum intenta compendijs, & praeter solitum foeminarum morem, quae cum ab infirmitatibus conualescunt, sibi de quieta mansione corporis blandiunt. Sed haec ista in aliquo sibi de quiete blandiebatur, uelut infirmitatis oblita: magis autem credendum, quod Christus sibi amplio rem ualeu dñem mox & miraculose sanando dederit, quam tractu temporis opere medicinae potuisset accipere, aut habebat priusquam infirmata fuisset. Et in hoc quaedam miraculorum est claritas, quod repente fuerit, quod melius quam habuerat, natura tribuitur. Potior est in omnibus spiritus sancti potentia quam natura. Bene igitur ministrabat, quia beneficium susceptum retorfit in largitorem. Sic igitur surgendum à lecto, in quo male delectati iacuumus, ne torpeamus suscepta uirtute, ne marcescat negligentia uirtus, ne tempus ocio pereat: sic ministrandum CHRISTO, sic sancto collegio assistendum, ut ea quae placita nouimus, faciamus.

Sed ad excusabilem intelligentiam ministerij exhibendi, generum huius sanate focus per pensus audiamus: Vos autem omnem curam subinferentes, ministrare in fide uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amore fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem. Hæc enim si nobiscum assint & superent, non uacuos nec sine fructu nos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manutentans, obliuio non accipiens purgationis ueterum suorum delictorum. Ecce ministerium gratiæ, est necessitas ministrandi: hæc sunt in quibus ministrandū est bonorum omnium largitori.

¶ De sanatione infirmorum, languidorum, energumenorum, secundū Mattheum, Marcum & Lucā. Caput X.

Matth. 8. Vespere autem facta cum sol occidisset, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, & multos demonia habentes, ducebant illos ad eum. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. At ille singulis manus imponens, curabat eos. ut adimpleretur quod dictū est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accipit, & ægrotationes nostras portauit. [Luc. 4.]

¶ Curationem infirmorum, & uariæ languentium, & energumenorum, per tempus & locum & modum euangelistæ describunt. Vespere facta, sole habete iam occasum, omnes male habentes ad dominum deferunt, ut ex hoc agnoscamus post mortē, imō ipsam Christi mortem, mundo fuisse redditam sanitatē. Nec non cum aduerserit terrena prosperitas, aut cum humana claritas obscuratur in nobis, tunc est tempus percipiendæ salutis. His splendētibus desuper, malē se habentes, ad Christum nō ueniunt. Quousq; humana claritas terrenas homines circumfulget, quousq; terrena prosperitas hominibus placet, ad claritatem illius non uenitur, qui cælestem claritatem hominibus repromittit: nec diuina quærunt humanis illud, sed cum ignominia facies hominis implet, tunc quærunt nomen eius. Tunc enim ignominia facies hominis perfundit, cum urget in occasum terrena felicitas. Tunc siquidē ad eum ducunt infirmi, scilicet qui proni sunt ad cadendū, fragiles ad resurgendū. Infirmi sunt, a quibus uitio rum ingressu, omnis uirtus abscissit. Tenent uarijs languoribus, quod multiplicibus amoribus languent. Nihil adeo aīas hominis languidas facit, sicut multiplicium rerum multiplicata dilectio. De monia protinus habent, quæ est desperata correctio, quæ semper superbiunt, quæ demonia per contumacem inobediētiam imitant. [Et omnis ciuitas congregata erat ad ianuā.] In domo Simonis adhuc

erat Iesus, nec sanata socru statim discessit: expectabat enim alios infirmos, quibus cōferre uolebat remedia sanitaris. Et hūc in domo Simonis erat, scilicet in domo obediētiae, in qua sanata malē febricitas, aī cuius ianuā multitudo ciuitatis expectat, ut sanet infirmos & energumēnos liberet, ut uideat illa signa, quæ ante nemo hominum fecerat. Beati quoque ante domū obediētiae congregant. In obediētia Christus erat usq; ad mortē crucis. In obediētia Christus, protoplasti in obediētia compensatur. Ad obediētiam Christi & ecclesiæ oportet accedere, si qui uolunt consuetudine inuisibilibus uulneribus sanitate.

At ille singulis manus imponens, curabat omnes. [Magnum secretum offertur, quod Christus possit omnes solo uerbo ad uoluntatem curare, quod singulis manus imponebat. Vna est dei potentia, dei uirtus, dei gratia, quæ omnes sanat: sed singulariter & singulariter imponitur singulis, quia proprijs & singularibus infirmatur quousq; peccatis, nec omnes uno uitio languent, aut una infirmitate peccatorum laborat. Expediunt singulis adhibere medicamentum peccatis proprium, cum sicut infirmitatum corporalium, sic & spiritualium cura sit a contrarijs. Nam aliter timor mentis ex genere, aliter ex aere, aliter concupiscentia dominandi, aliter elatio spiritus, aliter propria reputatio, aliter præsumptio, aliter pharyngia, aliter cenodoxia, aliter indignatio, aliter dedignatio, aliter furor, aliter negligentia, aliter incompassio, aliter æmulationis, aliter gastrimargia, aliter immunditia mentis, aliter cum ex ipsa lapsus est corporis, aliter appetitus, aliter appetitus mali alterius, aliter cacocordium, aliter cacouerbum, aliter cacogestium. Omnia ista & his similia, curationē diuersimode suscipiunt, cum sanant. Nec omnis est una malorum affectio, & si plurius hominum esset, non tamē omni æque intendit. Sed ille quem latere nihil potest, qui omnia desuper spectat, qui librat hominum uoluntates, qui nouit signum nostrum, qui omnia mala trutinat in statera iustitiæ, qui non fallitur in ponderibus singulorum, qui peccata uidet quod inhæreant: quæ causa inhæreant, quæ tenaciter inhæreant, quæ longa seu recēti consuetudine inhæreant: qui habet omni medicamentum apothecam, singulis manus imponit, omnibus non unam, sed illam adhibens medicinam quam expedire conspexerit: dicitur sanaturus infirmos, singulis manus imponit. Vbi etiā attendit maximā dignatio saluatoris, quod non dedit gnare tagere creaturam, prope admissam malitiam. Et tagendo refouet bonam naturam, cum expulit quod illam infecerat: ut a dimperet quod dicitur est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Longē ante propheta uerit Isaias, quod nunc Mattheus assumit in testimonium, scilicet Iesus hominum infirmitates accipit in notitiā, ut argumēto me

dicinæ propellat, & ægrotationes hominum portaturus, uelut qui phreneticum sustinet, & quemlibet infirmum, uolens adhibere salutem. Portat Christus ægrotationes, cum tolerat sepe cadentes, cum expectat ut resipiscant, cum illico non punit, prout iniquitas exigit.


¶ Exibant autem demonia per impositionem manus Christi in multis, clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non finebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

¶ Quia expellebant, exhibant: non uoluntarius eorum erat egressus. Infatigabiles sunt in malo. Sterilis pro uino uoluisse, quousque animas detraxissent ad loca tartarea. Et clamabant, non per proprias uoces, (carer enim instrumentis, quibus uox diferta formatur) sed per uoces illorum a quibus egrediebantur, quos inuitē dimittebant. Et dicebant, quia erat qui ea expellebat, filius dei. Hoc enim ideo cōclamabant, mirabilem potētiam & inuitabilem supra se sentientes, cui resistere nequibant. Et quoniam sciebant quis esset Christus, scilicet dei filius, ut tacerent, dñs increpabat uelut eorum dñs, uelut deuitans humanam instantiā, quam nullum uitium Christum potuisset contingere. Et ne in posterum deciperent mandantes, cum assoliti fuerint connectere falsa ueris, consimiliter uera falsis. Maximē corā turbis & indoctis dæmonis arguit, ne crederent inter cōfessionē deitatis, pietatis in eis aliquid remansisse. Etiam nolebat innotescere mundo prædicatione dæmonū, quibus apparebat uita, doctrina & operatio miraculorū. Maximē uerō nobis salutare dogma præstruunt, ne superborum & reprobiorū hominum aliqua bona modica, cum egerint, acceptemus: ne uideamur simul & mala horrida eorum accepisse dignanter. Postremo, ne quempiam approbemus propter ueram doctrinam, si uita nequam extiterit. Et enim de monia uera dicebant, sed in omnibus reprobiorum erant. Heu multorum Christianorum miseranda cōditio, qui similes dæmonij facti sunt, Christum consistentes, & uitā odientes, sed uitam non peiores. Nam dæmones credunt, & contra militat: peruersi uerō, sæpe credunt & non uerē.

¶ De leproso quē curauit Iesus in descensu montis, secundum Mattheum, Marcum, & Lucam. Cap. XI.

¶ Summa munditia, creaturam rationabilem immundam esse non patitur, & in utraque substantia ipsam madaurum aduenit, si ab originali & ab his cōtagijs quæ uoluntate cōtraxit, uelit ipsa mūdari: quanquā hic omēs corporum maculas non abstergat, relinques in electis suis in resurrectione signa penitus abstergendas. Et se dedit infirmis obuiū, ut inueniri possit ab eis

ad ipsorum curationem, a quacunque infirmitate tenerentur.



Vnde Cum descendisset Iesus de monte, & turbæ eū sequerentur: ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, pote me mūdare.

Ecce occurrit homo Iesu ad nostra humilia descendenti: non a nomine, sed ab infirmitate notescens, quia leprosus erat: illo morbo laborans, qui erat in populo anathema, cui nisi pro stipe uiuendi, licitum in ciuitatem intrare non erat. Quem Lucas in una ciuitate scribit ad dñm accessisse, nō tñ aduersatur Mattheo, qui ponit in montis descensu, quia post illum descensum, hoc factū euangelica scriptura cōmemorat. Et adorabat eū, per quē credidit cōsequi posse salutē. Cultu Iudæa adorabat, in quē se purū hominem, Christū uerō deū & hominem ferebat. Et ore profitebatur, quod Christi est potētior effectiua uoluntas, ut omnia quæ uelit, possit efficere, cum dicit: Dñe, si uis, potes me mūdare. Tamē uelut dubius, utrum uelit, supponit conditionē: quā protinus non præmississet, si sciuisset quāto amore sup hoīes ferebatur, & si sui causam cognouisset aduentus: quā nil aliud quā amor, ad terrā eum de celis eduxerat, nec ob aliud uenerat, quā mūdare infectos, ut omni cōtaminatione deterfa, in superna possit inferre mūdatos, quod etiā non solū subisset. Sed ignarus hic leprosus erat, an eum dñs mūdare dignaret, cū ipse se sentiret indignū. Itā uerba suæ petitionis & affectiōis, submissē pmebat, dicens: Dñe, si uis, potes me mūdare. Si uult, potest: si potest, uult. sua uolūtas, sua potētia est: nihil enim uult quod nō possit, & nihil facit inuitus. & ordinatissima est oratio, nec habet quā transeat oppositā nubē, si tñ quod dñs uelit cōcedere, petiit, ut nec alia importunitate satagat inflectere, cōcedere postulata uidentē, quā ad suā uoluntatē referre quod petiit. Petitiō relata in uoluntate rogati, nullis calumnias patit: reprehēsiōe caret, omnibus licitā est. si non admittit, iuste tñ porrigit. Sic petere omnibus cōcessum est: Dñe, si uis, potes mihi, quod quero, cōferre. Nec nō & in ore iure damnandorum, cōgruē uerbu sonat: Si uis, potes me liberare: quā si deus decreuit, quod quærēt, fiet: sin autem, postulatio tendit in uanū. Hoc enim modo Mardocheus pro populo suo liberando ante dñm preces fundebat, dicens: Dñe rex oīpotēs, in ditione tua cūcta sunt posita, & nō est quod possit resistere tuæ uoluntati: si decreueris saluare Israel, cōtinuō liberabimur. Iesus autē uidēs, quod

Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4.

Esther. 15

in uoluntatem eius referebatur petitio, annu-
it sic humiliter deprecanti.

Et extendēs lesum manum, tetigit eum,
dicens: Volo, Mundare.

¶ Tetigit eū qui prohibebat à lege, qm̄ ipse
dñs legis erat, nec sub lege Mosaiica tenebatur.
Et ppter leprā non abhorrebat ut homo, quā
ut deus creauerat ipse naturā. Extensio manus
eius, largitatē beneficiorū iustē perētibus mon-
strat. Tactus uerō, ad meliora est excitatio.
Vult, & ilico efficit, cum dicit: Mundare, Impe-
ratiuū est uerbū. Parent oīa imperio eius.

Et confestim mundata est lepra eius.

¶ Reconuersa locutio, non ex ueritate rei,
sed ex usu loquendi, qm̄ nullū malū purgatio-
nem suscipit: caret substantiua positioe, sed na-
tura bona purgat à malo. Non em̄ illuminantē
tenebræ, sed fugantur à luce: Non mundatur
lepra. Nihil supra seipsam alterius mali habe-
bat, à quo mundaret: neq; malum alterius est
substrata substantia. Solū qd bonū est, malo
subiicit: qd bonū natura est, sine malo esse pos-
set: malū uerō, pterquā in bono, existere nō ha-
bet. Quid ergo? Non mundat lepra, sed lepro-
sus natura bonus, mundat à lepra quæ ipsum
inuaserat, aut ad totam perniciē, aut ad dimi-
nutionē eius quod bonū erat, quæ nō à potesta-
te naturæ potuit eijci. Etenim in primordio, si
potuisset resistere, non concessisset ingressum:
nec ab aliā pitiā, pcul pulsa est, sed à cōditore
naturæ degere in carne, iussa, fecit abscessum.

Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris,
sed uade, ostende te sacerdoti, & offer mu-
nustum, quod præcepit Moyses in testi-
monium illis.

¶ Prohibitio de nō publicando miraculū,
quauis uideat in deuitationem uanæ gloriæ
tendere, nihilo minus tū, ne insipientibus diuul-
gatio diuinorū p neophytos, aut quoquo mo-
do in uirtute nouitios, fiat, phibet. Sed istum
duntaxat prius uoluit ostēdi sacerdotibus, q̄
p dicationis officium assumpsisset. In quo for-
ma præstruitur, ne quis propter singularē gra-
tiam atq; priuatam, prædicare præsumat, nisi
quod ecclesia nouerit cōmune. Protinus nul-
la priuata gratia, uniuersali ecclesiæ præiudici-
um, sed ei debet esse cōformis. Et zelo magno
Christus zelatur ecclesiam & sacerdotiū con-
stitutiū: uult cum eis sua priuata beneficia con-
uenire, atq; suo testimonio approbari: ne antē
fiat prædicatio priuatorum, quā ostensio sa-
cerdoti. Et uult munus offerri in testimoniū,
quod Moyses antē mandauerat. Sacerdotale
munus in lege, figura erat muneris gratiæ: sed
quod legis est, aufertur: quod uerō gratiæ est,
offertur. Etiam in hoc saluator legis Mosaiicæ
reuerentiam præseruabat, ne in omnibus, sol-

uendo non legē, sed cæremonias legis, ab eius
iniuria incepisse uideretur.

¶ De curatione pueri centurionis, secundum
Matthæum, Lucam & Iohannem.
Caput XII.

Q Vauis in curatione huius pueri, pro cen-
turionis accessu, aliter Matthæus, aliter
Lucas, quod unus per seipsum, alter per nunci-
os eū accessisse describat: curatio tñ, ad quam
euāgelica uersat intentio, una esse monstrat,
antequā fidem centurionis expedit, inuerti.



Cum intrasset Ie-
sus Capharnaum, ac-
cessit ad eum centu-
rio, rogans eum, &
dixit: Puer meus ia-
cet paralyticus in do-
mo, & male torque-
tur: Lucas uerō dicit
Centurionis cuiusda
seruus male habens,
erat moriturus, qui illi erat preciosus. Et
cum audisset de Iesu, misit ad eum senio-
res Iudæorum, rogans ut ueniret & sana-
ret seruum eius. At illi cum uenissent ad
Iesum, rogabant eum folicite, dicentes ei:
quia dignus est ut hoc illi præstes. Diligit
enim gentem nostram, & synagogam ipse
ædificauit nobis.

¶ Varijs & typicis sensibus ista florescunt,
sed mor̄ fructus magis carpere liber. Centurio,
à p̄minencia centū militū dicebat, sicut statuti
erat à Cæsare Augusto, ut uniuersus orbis ser-
uaret in pace, q̄ essent legiones, cohortes, &
centuriæ distributæ. Nomē officij hoc est, non
particularis hoīs. Et p̄lagiū, q̄ misit aut uenit
ad Christū: quia iam gentilis populus erat uen-
turus ad illum, uelut cētenarius numerus à la-
ua transit in dexteram. Cui erat puer, non ab-
etate, sed à seruitute, ut alter euāgelista expre-
sit. Et hic erat malē habens, qm̄ paralyticus &
torquebatur, & quasi moriturus erat. Et preci-
osus erat ei, scilicet gratiose seruiēs, & forte in-
tellectu uigebat nō paruus: qm̄ acceptus est do-
mino minister intelligens. Seruus centurionis,
actiua est uita, quæ pro supernæ uitæ dextra/
libus seruire deberet. sed malē se habet cū para-
lysum patitur, quæ dissolutio est membrorū.
Porro mores hominum uagantur incerti, cum
compage uirtutum in omnibus dissoluti sunt,
cum unusquisq; in agenda fertur, non manda-
to iustissimæ legis, sed placito pessimæ uolūta-
tis. Et nulla mor̄ maior dissolutio, q̄ nō quod
debet, sed quod liber, uelle perficere. Torque-
batur hoim uita, cum infirma iacebat in lecto,
quietis humanæ: quæ quauis q̄s esse uideat,

anxius labor est, & ex omni parte calamitati-
bus plena, quæ in omnibus frustrata, tabescit,
nisi uere pro cælestibus seruiat. Afflictio spi-
ritus in omnibus est: & tortura mentis & cor-
poris, omnibus dominaat. Et moriturus erat,
quoniam ex toto cuncta hominum actio ten-
dit in mortem, nisi Christus sua potenti mi-
sericordia liberasset. Preciosus est interdū ser-
uus domino suo: sic & actio quæ affuit de pla-
cito uoluntatis. Nihil tam in hac uita homini-
bus gratiosum, quàm habere in placitis facillē
actionem. Etia seruus paralyticus iacens, est
cōmunis hominū timor. Semper enim timor
seruitutem habet. Seruus quoq; timoris cal-
caribus angitur, nisi ubi libera charitas seruit;
sed paralyticū patit, cum dissoluitur. Et æter-
num uæ scripturā comminatur his, qui in ani-
mā dissoluuntur. Inquit enim: Væ dissolutis
corde. Corde porro dissoluti, qui timēs perde-
re quod delectat, cōmittit qd uitiat: timensq;
pœnam corporis, dominis seruit iniquis. Cor-
pus hominū, protinus animal seruire est: sed
paralyticū sustinet, cum uitijs omnibus disso-
lutum, in peccatorē facibus iacet. Sed cēturio
qui talē possidet seruum, cernēs infirmū, de
alieno diffusis auxilio, primō mittit ad Chri-
stum, nō fastu superbiæ ad ipsum uenire dedi-
gnans, cum in eadem ciuitate tunc esset, sed
quoniam cultor idolorū erat, Christi est uerit-
us præsentiam, melius ratus, ad eum Iudæorū
(de quorum populo Christus erat) mittere se-
niores, rogaturos eum, ut seruum eius libera-
re dignaretur. Qui uenientes, rogamina posu-
erunt, submitteēs causam, qua dicebant eum
merito exaudiendum, quia diligebat gentem
populi Iudæorum, ac etiam ædificauerit syna-
gogam. Iam utinam cōperat gentilitas cum
populo Iudæorum, iam incipiebat grata so-
cietas, iam lex Mosaiica deriuabatur ad gētes:
iam tēpus erat, ut paganitas idololatrā unum
deum crederet, & eius filium incarnatum per
oracula prophetarū. ¶ Quid em̄ est, gentem
Iudæorum diligere, synagogam ædificare, ni-
si id uelle diligere, quod ueri Hebræi dilexe-
rūt, quod lex per Moysen data decernit, quod
continet diticeus, quæ prophetæ de Christo
uenturo uerissima prædixerunt: Hoc est enim
gentem diligere Iudæorum, hoc est constitue-
re synagogam, non illam sæuam, quæ seruit
Christum mortis proscriptioe dānauit. Ni-
hil enim diligitur, nisi sub ratione boni, quan-
quam sepe in dilectione homines fallantur.
Pars est prudētis, se non exhibere coram eo,
apud quem credit acceptum non fieri: p̄ iuris
enim est eos præmittere, quos nouerat esse ac-
ceptos, & per quos consequi gratiā ocy us spe-
rat. In hoc enim sic præstruimur agere coram
deo, ut nostram indignitatem firmiter agno-
scentes ad intercedendum, sanctos patriæ, simi-

liter & quos in uia bonos credimus, præmitta-
mus. Iuuat incūctanter bonorum oratio præ-
missorum, seu oratio præmissa bonorum: ma-
ximē, si in quo interceditur, inuenitur aliqua
iustitia quæ submittatur in causa. Sed inter-
cessoribus centurionis saluator respondit:

Ego ueniā, & curabo eū. Et ibat cū illis.

¶ Quia semp̄ Christus iustus intercessoribus
adest, & sequitur, ut iusta uota perficiat.

Et cū iam non longe esset à domo, misit
ad eum centurio amicos suos, dicens: Domine,
noli uexari: Non enim sum dignus ut intres sub
tectum meum. Propter quod & ego me ipsum non
sum dignū ar-
bitratus, ut uenirem ad te. Sed tātum dic
uerbo, & sanabitur puer meus.

¶ Patet, quod centurio non imposuerat seni-
oribus Iudæorū, rogare dñm de aduentu, sed
illi plus petiuerunt, quàm ille cōdixerit. Postq;
em̄ fidē centurio de saluatore concepit, semp̄
eodem modo ipse retinuit, q̄ possit saluator
seruum suum etiā in absentia liberare. Nam
prænosens ipsum sua benignitate ueturum,
præmittit amicos, ne dñs ueniēdo uexet, per
eos confessus suam indignitatem, & fidē quā
de ipso cōceperat. Inquiunt em̄ nūcij, ac si per-
sonalit centurio accessisset, & ore proprio lo-
queret. Dñe, noli uexari. Non em̄ sum dignus
ut intres sub tectū meū. Nam & sic Matthæus
uideat innuere: Accessit ad eū centurio, rogās
eum. Sed qd per nuncios factum est, per eum
factum merito dicit. Senfum rei gestæ, non rē
gestā Matthæus accepit, cū maior fidei quā
corporis sit accessus. Fide, p̄tinus prius accessit,
q̄ seniores personalit misit, similis & amicos.
Non enim illos misisset, nisi antē per fidē ad
Christū habuisset accessum. Proficet centurio
suā indignitatem, quia gentilis erat, idolorūq;
cultor: & nulla indignitas peior, quàm gentilit
uiuere, sicut genitus est, quàm diuinis legibus
non erudiri, quàm unius dei creatoris non ha-
bere notitiā: & in hac miserā prolabi, ut simu-
lacris adorando uelit prosterni. Sed nec iste cē-
turio suæ uilitatis cognitor extitisset, nisi alpe-
xisset in ueritatē, cuius lumen ostendit homi-
nibus, quid sint natura, quid moribus, qd affe-
ctibus, quō uigēat intellectu, quid boni aut
mali fecerint, quid uerō in posterū sit agendū.
Porro nemo gradum in q̄ est cognoscit, nisi
ubi nō est, æquē cognoscat. Nemo se cognos-
ceret in imo manere, nisi summū antē uidis-
set: neq; in tenebris habitare, nisi cognita luce.
Omnia seu per comparisonem, aut per oppo-
situm in notitiam ueniunt: nam bona per me-
liora; & hæc per optima: mala per peiora, &
hæc per pessima: malum per bonum, nox per
diem, tenebræ per lucem, infirmitas per sani-
tatem, mendacium per ueritatem, uitium per

uirtutem, turpitudine per honestatem, & si qua similia huiusmodi agnoscuntur. Dignitatem Christo centurio nouerat, unde se Christo & sua praesentia iudicabat indignum. Dignus centurionis sermo, quem ecclesia cum corpus Christi recipit, ante promittit, in quo nostra uilitas & Christi dignitas nunciatur. Et per quamdam compositionem sui ad Christum, eius dignitatem differuit, dicens:

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Et dico huic, uade, & uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit.

¶ Attendamus huius minoratae comparationis processum. Homo sum, & tu deus & homo es. Sub potestate Caesaris sum, tu sub nullius redigeris potestate, tu omnibus dominaris, tibi omnis creatura subijcitur. Habeo sub me milites, tu supnas uirtutes, hominesq; terrestres. Mihi sunt ab imperatore submissi, tibi omnia naturali dominatu subduntur. Obediunt mihi quia uolunt, tibi uero nihil repugnare ualer. Dico huic, uade, & uadit: & alio, ueni, & uenit: Tibi omnia pro tua uoluntate obediunt, ut nec expediat uerba formare, nec instrumenta commouere. Propterea obediunt mihi, quia sic decreuit imperatoris autoritas, qua non decernente, non centurio, sed unus de commilitonibus essent: tibi uero a teipso, quia deus es, omnium est una insuperabilis potestas. Et seruo meo, fac hoc, & facit: & tibi omnis creatura sciens & nesciens subiecta deseruit. Sed quod sit inferendum ex his uerbis, euangelistae, tanquam planum habentes, non exprimunt. hoc tamen loquendi ordine sequebatur: Si mihi homini obediunt mihi commisi, multo magis tibi deo uero & homini uero famulabuntur angeli tui, discipuli quos elegisti: quod si quid imposueris, poterunt in tua uirtute perficere. Siquidem amplius, si uerbo mandabis absens, illico paralytica infirmitas a meo seruo recedit.

Audies autem hoc Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel.

¶ Miratio de nouis & insolitis accidentibus est, quae supra id quod consuetudine naturae uel morum agit. Haec si quidem non cadit in eum, apud quem nihil est nouum, nihilq; insolitum, sed more hominum egit, ut de nouitate fidei, quam in centurione ipse plantauerat, se ostenderet admirari. Protinus ipse fidem dederat, nec ab alio quam ab ipso, potest inesse hominibus uera fides. Non ergo ut largitor, sed ut auditor illius fidei, mirabatur, quam per comparationem, fidei Israelitici populi praetulerat, dicens: [Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel]. Non de singulis personis qui in eum ueraciter crediderunt, credendus

est dixisse saluator, sed de populo Iudaeorum, cum ipsi habuissent Moysen & prophetas unde potuissent ocys credere. Centurio autem ab omnibus his alienus, ut audiuit de Christo sermonem, adhibuit fidem, tantam uidelicet, ut crederet quod sicut uerbo creata sunt omnia, quoniam dixit & facta sunt: ita uerbo possit omnia deperdita restaurare, atq; sanitatem male habentibus reddere: nec non & uerebatur absentia, cuius praesentiam Iudaei per seipsum contemnebant.

Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Isaac & Iacob in regno caelorum. Filii autem regni huius eijciantur foras, & mittentur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium.

¶ Quod longae fuerat ante prophetatum, nunc saluator pro fide istius gentilis commemorat, ac si in eo fides gentium significaret, quae de omnibus partibus in proximo erant crediturae in Christum. Nam cum per Isaiam consolaretur dominus populum Iudaeorum, appellans eos semet Iacob & Israel, in caetera hoc quod dixit: Ab oriente abducam semen tuum, & ab occidente congregabo te: dicens aquilis, da: & austro, noli prohibere. Magna concordia est uerborum, maior sententiarum. Magna consonantia noui & ueteris testamenti: quoniam hic figurae, illic ueritates appareant: hic umbrae, illic serenitates; hic uelamina, illic omnia nuda luceant. Nam a quatuor partibus mundi constituti sunt fideles ex gentibus. Ab oriente per lumen fidei, spes supernorum in omnibus quae noxia sunt, dedit occasum. Aquilonaris tribulatio, multos martyres fecit: Australis charitas, operit peccata conuersorum, & errores gentiliu[m]. [Et recumbent cum Abraam & Isaac & Iacob in regno caelorum.] Mensa est in ecclesia omnium charismatum spiritualium, super quam recumbent, qui omnia quae de Christo sunt, incunctanter credunt: eam fidem cum Abraam, Isaac & Iacob tenentes, quam habuerunt de Christo futuro, quam uera fides nunc tenet de Christo iam facto. Mensa est in caelestibus, ubi recumbent cum Abraam, Isaac & Iacob, hi qui a quatuor mundi partibus uenient, illa credentes quae illi crediderunt, imitantes quae illi fecerunt: quoniam filii patriarcharum non in traduce carnis, sed in spiritu & fidei semine computant. Porro hi tres aliquid in signe mysterij atq; uirtutis habuerunt, quod caeteris premissis soli nominant, quod cum eis in regno dei recubitus sit futurus. Equidem Abraam primus circumsionem accepit, distictus a caeteris populis: ad imperium dei paternam domum, cognitionem omnem derelinquens: qui iubebat, in peregre profectus est: credens per omnia deo, iustus & amicus dei appellatus est: non diffidens de promissione, pagando

prolis in filio, ipsum iubenti domino uictima habet. Isaac etiam fuit miranda uirtutis, qui iubente domino similiter & in peregre factus, & multa sunt in ipso celebrata mysteria. Quid de Iacob dicamus in quo ab eo tempore, quo adhuc in materni corporis ergastulo claudebatur, usquequo diem clausit extremum, non deserunt mysteria, non magna praesentia futurorum, non prophetiae. Qui morti uicinus, benedicens filios, uentura seculo prophetauit. Si quis Benesisti plenè discutiet, uidebit ipsorum magna mysteria, nec non & cognoscat quid imitatio ne ipsorum in moribus sit agendum. In Abraam quoque pater, in Isaac filius, in Iacob spiritus sanctus ostenditur. In Abraam fides, in Isaac spes, in Iacob charitas designatur. His tribus patriarchis, omnis status uerorum fidelium reperitur, cum quibus eorum imitatores recumbent in regno caelorum, qui non carnis, sed filij sunt uirtutis. [Filij autem regni huius eijciantur in tenebras exteriores.] Hi sunt reprobi Iudaei, qui filij sunt patriarcharum traduce carnis, non imitatione uirtutis. Filij sunt regni huius, quia duntaxat haec temporalia dilexerunt, ideo eijciantur in tenebras exteriores, sicut in exterioribus delectati, spirituali delectatione carentes. In tenebras exteriores eijciantur, quicunque intrinsecus priuati lumine ueritatis, affectu corruptibilibus, ex diuina iustitia poenas positas patiuntur, ut nemini adijciatur exterior obscuritas, nisi mens astitit caecitas: nullusq; crucietur exterioris, nisi qui exterioribus mente corruptus est, non tamen si corpore per modestiam usus est, ut inde quisque uat supplicium, unde contempta mortalia, quae fuit habere solatiu[m]. Quamobrem ibi erit fletus & stridor dentium. Fletus pro temporali laetitia, & quia noluerunt flere per fenestras mortis ingressum, quoniam gemer aeternè, qui temporali ter peccata non fleuit. Stridor dentium pro his, qui superbiunt, & superbiendo furiant, & indebitè innocentibus irascuntur, & in mundo sonitum, iactando se, faciunt. Dabitur poenalter in inferno hi sonum dentium, quoniam in hoc seculo culpabiliter sonuerunt.

Et dixit Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.

¶ Sensum ita Matthaeus exprimit, non tamen totam seriem rei gesta, cum centurio personalter non accesserit, & nuncijs tanquam sibi praesenti dominus loquebatur, dicens: Vade. Cui iuxta mensuram fidei Christus respondens, seruum eius restituit sanitatem.

Et sanatus est puer illius ex illa hora. Et reuersi, qui missi fuerat, domum, inueniunt seruum qui languerat, sanum.

¶ Ex illa hora puer sanatus est qua Christus dixit: sicut credidisti, fiat tibi. Quae secundi nu-

cij centurionis redeuntes, inueniunt sanum, qui dissiuaserunt Christo, ne ueniret in domum. Sed libet in fidem huius centurionis intendere: quoniam fides initium est, materq; uirtutum, sine qua deo placere impossibile factum, quoniam sine operibus mortua. Libet in eius descriptionem, considerationem immittere, singulatum uero expedit ista conquirere. Fides de inuisibilibus & non probabilibus argumentis exoritur, supra naturam usum & modum & omnem consuetudinem, supra rationem & practicam constituitur. Hac centurio motus, accessit ad Christum propius, quae sine ipsa corpore, ita ut tangeret, accessisset. Haec illuminat hominem ad cognitionem suam, ut in ueritate suam indignitatem agnoscat, cui omnino Christi non proportionatur dignitas. Et spem generat fides, similiter & petendi promptitudinem praestat, & utrunque in centurione operata est. Pronunciat centurio quod habet esse cum hominibus in natura, & quod sibi auctoritate humana concessit. Euge cui ex uirtute huius cognitionis adesse processus. Homo sum, dicit centurio, ergo mortalis. Nam sic factus est homo, & ipse se per peccatum mortuum fecit. Homo, ergo similitudo dei in illo erat, sic enim ad similitudinem factus. Horum consideratio, timorem generat & cautelam a malis, cum assit homini necessitas moriendi: parit bonorum custodiam, ne dignitatem, quam in creatione accepit, amittat. Nulla maior dignitas exemplaris, quae quod ad similitudinem dei factus sit homo, quam non custodiens, pecoribus similibus factus est, demum daemonibus sociandus. Hominem se dicebat centurio, & hominis deus est memor: quod admiras Psalmista, ait: Quid est homo quod memor es eius? Per amplius uero, quia homini deus innotuit. Domine, quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum? Et hominem deus magnificat, considerat, uisitat & probat, quod Iob in se expertus asseruit: Quid est homo quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Uisitas eum diluculo, & subito probas illum. Vilis est homo qui moritur. Nam quis est homo, qui uiuet & non uidebit mortem? Quasi diceret, nullus, quia miserias patitur. Hinc Iob: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egredit & conterit, & nunquam in eodem statu permanet. Et breues dies hois sunt. Vilius, cum se uitio seruū constituit. Vilius est homo, quae conditione naturae. Ex alio autem ordine, magnae dignitatis est homo. Similitudo & imago dei est, fortiri potest consortium angelorum. Et deus factus est homo. Non potest ulterius humanitas puehi, quam se poterit deitas inclinare. Beatificari potest homo, & in reprobationem supra regna suscipere. Vtinam ab

Psalm. 8. Psal. 145. Psal. 83.

Iob. 7.

Iob. 14.

hoibus agnosceret qd est homo, & præminētia, quam accepit sup animalia, feruaretur, & expaueret culpam, ne deueniret in poenā, magis autem ne amitteret gloriam. Subpotē stare hominis etiā hic homo constitutus erat, quem timebat: & nos dei effugere non possimus dominatum, cui nobilior charitas, quam necessitas seruit. Necnon & super alios habere dominium fatebatur: ut haberet milites eius & uenientes, & operantem seruum. Miles uadens, intellectus inquirens: miles rediens, affectus diligēs: seruus operās, corpus est seruus. Beatus qui hanc militiam & dominatum rationabiliter tenet, ut intellectus inquirat nō quæ corpus, sed quæ animam optimam faciat: & affectus ueniat ab his quæ malè dilexit, ad illa quæ ratio uera inuenit: & corpus in illā transeat actionem, non quod caro spiritui dominetur, sed ipsi sub diuina lege pessundata iaceat. Fidei uerò retributio, iuxta mensuram ad omnes uirtutes extēditur, ut sicut illarum compotes sumus, ita nostrarum iustarum petitionum assequamur effectum.

De suscitacione adolescentis, secundum Lucam.
Capitulum XII.

Fontalis uita Iesus, quia deus: & apud quē est fons uitæ, in ipsoq; uita omnium ab æterno manet: nihil sibi moritur, sibi omnia uiuunt: ablatum æternam mortem, daturusq; uitam, in mortali assumpta carne, mundo subuenit, & ostendens se habere super mortem imperium, quæ nō ex seipso, sed in uia satanica, per tratione peccati, in orbē terrarum intrauerat: ac etiam indefectibilis uitæ uerum esse datorē, mortuos in hac uita reuocauit ab inferis. Vnde factū est deinceps à curatione pueri cæcū uisus,

Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naïm. Et ibat cum eo discipuli eius & turba copiosa.

Quo ibat, ubiq; cōsistēs: quod ibat, omnia cōtinēs: quod ibat, immobilis: q; ibat, q; omnia poterat uolūtate p̄ficere: quod ibat, q; oia in p̄sentia teneret: quod ibat, in omni loco effectiue p̄domināse: Et forma serui erat itio, pedibus ostēdens se hominem ueraciter factū, nec subiugalibus utēs, ad unam ciuitatē iens, saluatorus omnes aduenerat, prænoscens accidens affuturum pro quo ibat. [Et ibat cum eo discipuli eius.] Non philosophorum, non sapientum secundum carnem, sed duntaxat eius, qui supra humanam prudentiam dogmatizabat, sed in tāta simplicitate, q; sensus prudentum secundum carnem, corrumpebantur in illa. Semoti erāt à cæteris discipuli eius: quia ipsum sequentes solum, quæ uirtutis sursum ferentis & beati tudinis sunt, addidit. Non em̄ decebat alia docere Iesum, nisi ea quæ salutis existunt. Doctor & doctrina, conuenientes erant. Actū &

theoria perficiebat salutem. Et optimus discipularus nihil improbable, nihil per contentionem, nihil inuile docet. Discipulus Iesu, etiā qui uidetur abiectione, professor omnes excedit alterius facultatis. [Et ibat cum eo turba copiosa,] non tantum numero, sed comitatu Iesu, qui omnium uisibilem & inuisibilem copiam habet. Et appropinquans [portæ ciuitatis,] corpore, mente iam erat.



Et ecce defunctus efferebatur.

Quia per se ambulare non poterat, nec nouerat portatores. Turpabatur porta exportatione defuncti, & turpatione defunctus in quo iaceat, similis & domus in qua ferebatur, nec honor portatoribus erat. Omnia sunt horri, omnia dedecori, ubi de morte causat: quam si ad animā uocabulo mutuato transferimus, omnia sunt culpanda, ubi agitur de peccato, quod mortem animæ protinus esse cognoscimus. Nihil est laudabile in participantibus cum anima peccatrice, nihil in corpore turpius morte. Vt autem doctius loquar, nil turpius habet corpus solitum uiuere, nisi cum remanet præter uitam: sic & anima cum peccatum commiserit, perdideritq; uirtutem.

Erat iste [filius unicus matris suæ.

Vnus est hominis affectus, quauis plurificet in rebus, qui ad prohibita ire delibetans, ilico incurrit exitiū. Ecce in hypante fuit uita & mors, salus & infirmitas, iustus & iniquus, in porta insimul obuiauerunt ad magnam scientiam eorum quæ inuisibilitē aguntur: quoniam miris modis fit, ut saluator malis deliberationibus hominum obuiet, ne malè concepta progrediantur in actum. Nam & Balaam & Saulo aperte obicē fecit, ut ille dei populum nō malediceret, & ne Christicolis iste alligaret. Illum arguit per subiugalem, istum per uocem de cælo terentem. Et aliud mysterium se offert ad præstendam doctrinam, q; uidua occurrit Christo, cum copia hominum filium secuta defunctum, delatum ad sepulchrum. Vidua, sed honorāda, si uerè uidua erat. Relicta siquidem à carnali uiro per mortē, in spūales nuptias cōmutāda erat, Christo desponsa p̄ fidem, quæ duo damna tolerabat, mariti & filij mortē. Quos typo peccatrix anima duobus spūalibus malis addidit, ut regentē intellectum amittat, & amorem ad prohibita sequat ipsa defunctum. Cui a derat copia ciuitatis, quæ sequebat uiduam, non ut dolorem minuerent, sed auerent. Multa quidē hoibus

suppetunt ad mala complenda, sed qui ueniat obuiare periculis, fletu reuocauit gaudium.

Quā uiduam cū uidisset dñs, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

Homo Christus erat, & corporaliter intus est uiduam deplorantem, sed mente plus nouerat, misericordia motus super eam. Nō noua misericordia noui motus est motus, ab æterno misericors, ut ab æterno deus est. Mortus misericordie ad ostensionē refertur. Ostendit ei ut homo, quoniam ab illa cordis affectione mouebat, & omnibus misereri cupiens, quærebat, sup quos illā posset effundere. Sed omnes indigent, non tñ omnes se p̄parant ad illam suscipiendam. Oportet em̄ miseros, se ad misericordiam p̄parare. Omnis autē qui misericordia indiget, miser est: & oēs indigent, igitur oēs miseri sunt: sed nō oēs misericordiam consequuntur. Sed huic, sup quā misericordia motus ē, dicit primo: Noli flere. Prohibet fletū, suscitaturus mortuū: mors q̄pp causa fletus erat. Et nihil fletus causa, quam spūalis mors: nihil plāgendū ab hoibus, q; p̄ctum. Quid ciuitatē excidia: Quid exitia corporis? Quid cū mundi huius mala uniuersa crebrescūt, si nō incurrit peccati, acsi destruerēt ea q; uirtutibus sunt inimica? Solum peccatum iustam habet materiam deplorandi. Sed quare saluator fletū prohibet, cū ex multis scripturis ueteris testamētī fletum indixisse sciamus? Vult deus fletū fieri pro spūalibus malis, non autē p̄ corporalibus damnis. Sed si peccatricis animæ ista uidua typū habet, cur reuocat à fletu? Merito propter præsentiam saluatoris, q; etiam ex p̄teritis criminibus profundere lachrymas prohibet, & piē abstergit illas ab oculis hominum, cum in eum fit tota conuersio: cum ipse uult adesse p̄ gratiam, cum ad eius profectum incessanter acceditur, cum omnium peccatorū est indulgentia irrogata. Et si phibet interdum dolōris lachrymas, cum omnium peccatorū est facta remissio, amoris eadē lachrymas nō resculpit. Fit in uidua ilico, Christo iubete, moestitium.

Et ipse accessit, & tetigit loculū. Hi autē qui portabant, steterunt.

Corporaliter gesta sunt hæc, & sensibilem historiam habent, sed ea in alium sensum conuertimus. Accessit Christi Iesu, approximatio est infirmitatibus nostris, maxime quidē, cum in peccato iacemus mortui, ad eum accedere non ualentes, nisi prius ipse accedat ad nos. Tangit loculum, s. animæ insensibilitatē, in qua ferebatur. Statio fit portatorum, quoniam operante Christo, sicut fluida nostra, & ea quæ portant hominem ad humandum in humo terrenorum. Portatur corpus ex quatuor elementis ad mortem, & anima ex quatuor affectionibus malè ordinatis emoritur.

Et ait Iesus adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui fuerat mortuus.

Non nomine proprio, sed ex ætate eum nominans, ab inferis reuocatum inuens, quod ætas est aliquando in culpa. Feruet in iuuenibus sanguis: & animositas, cum deprauantur ad omnia, est in eis ad iram, ad cædes, ad mortes, ad prædam, ad lubricitatem. Res est infirmita, iuuentus, nisi à uirtute aut terrore hominum fuerit coercita. Protinus aliquid signandum præstruitur, cum iste defunctus reuocatus ad uitam, ex ætate nominat. Imperio sum est dei uerbu: & quod præcipit, statim fit, quauis posset omnia sola uoluntate perficere.

[Et resedit qui fuerat mortuus.]

Ad sedem rationis, & ad iudiciū eius internè reuersus est, qui obruta ratione in secleribus actu obrūdus uelut insensibilis ferebatur. Prior enim actio spūitualiter suscitatus, est ut reuertatur ad sedem mentis, ad rationis iudiciū, ad illam partem qua cunctis alijs animantibus excelso factus est: qua præter illū q; se præcellit, nihil debet inquirere, ac redire in eum à quo, reuerentiam rationis dimittēdo, recesserat. Hinc per Isaiam dicit: Redite præuaricatores ad cor. A q; recedentes homines, per lubrica uel uana uel deua pergunt. Resedit igitur qui fuerat mortuus, in sede rationis. Iam nouerat quod pergebat, & qui euit ab actibus prauis, internè audiēs uocem dñicam: Quiescite agere puerse. Solerti uerbo euangelista locutus est: quia q; ad malè agendum ferebat in præceptis, resedit ad dñicam uocē, quietem mentis enuncians. Et cum dñs dixerit, surge, nō surrexit totus in corpore, sed refecta: ad illā resurrectionē rationis introrsus resedit, ubi est primo prolapsus, ubi primò ē resurrectio celebrāda, ubi primò est malè agentis q̄es. Cū em̄ interior hō sicut à uirtute, ne ulterius phibita gliscat, exterior puerse declinat ab actibus.

Et cœpit loqui.

Signū erat animæ omnino ad corpus reuerse. Sic & cum peccator reuocatur ad uitā, incipit loqui, cōfreri s. mala quæ fecit, & gratias agere, q; existens diuini potestati rebellis, toleratus est: expectatus est & qualitus ad ueritatem, non derelictus in malis, non ilico factus inimicus dei, suam pertulit ultionē, magis uerò erumpat in laudē, q; relaxatis uitijs, superiorum honorum pollicitationē accipit. Post hæc matri restituitur deploranti.

Nam & dedit illum matri suæ.

Quā maternè p̄ctoribus cōminat, ut redeat & deploret aduersa: cōuersos recipit, dirigit recte agentes, sine quo nullus recte agere potest.

Accipit autē oēs timor, & magnificabāt deū, dicētes: Quia p̄pheta magnus surrexit in nobis, & quia deus uisitauit plebē suā.] Timor

iste admirationis erat, et enim in solita intuebatur. Magnificabant autem deum non effectu, sed existimatione atque uerbo: quia propheta magnus & insolitus resurrexit in seculo, & per eum deus uisitauit plebem suam. Magnus siquidem propheta dicebat. Eratq; maior quam diceretur, imo maximus omnium: qui omnia uidebat, omnia nouerat: nihilq; subterfugit sapientiam eius, cui non est numerus, a cuius conspectu nullus peccat inuisus. Sed utinam hoc mortales homines expauerent atq; meditentur, cum deliberant perperam agere: quod si humanos deuitant oculos, istius aspectu deuotare non possunt, quonia in omni loco oculi domini contemplatur bonos & malos. Et si Giezi, Elisei prophetae non potuit oculos effugere, dum contra uoluntatem eius morus a concupiscentia in debita plus habendi, a Naaman uestes & munera extorsisset: quanto minus nos subterfugere poterimus, male agentes, oculos praeter obicem desuper cuncta cernentis? Nunc quid qui alijs prophetiam praestat, ipse priuabitur? Aut qui finxit oculum, non considerat? Nec peccatum prophetae Dauid, prophetam potuit latere Nathan, qui per similitudinem ad eum reprehensus aduenit. Et peccatum Saul, factum est cognitum Samuelli. Terrenatur igitur hominum corda, quoniam propheta magnus surrexit in nobis, quem nihil latere potest, qui omnia, & quae praesentia, praeterita & futura, & praesentibus bona & mala, sed iam actionem bonorum, & malorum deuotionem predicando suauit. Quid excusationis iuste habere possit humanum genus, quid inquirere ad alium appellandum, ignoro: si dei filius in carne propheta, si euangelizat superna, si apud inferos intrudendus denunciat criminosos. Sed ecce retardatio ex aduerso con surget: nam si propheta est magnus, cur sibi tota illa turba non creditur? Cur non eum secuta est? Si timor eos apprehendit, cur non mutauere uitam? Cur non sunt ad meliora conuersi? Cognitio quam de propheta ceperant, ipsorum esse condemnationem. Sicq; fit, ut qui nouit cui possit adherere per doctrinae ueritatem, & negligit, quod ipse spernat ab eo quem nouit. Et agitur saepe magno cognoscentium de trimento, ut solum uerbis, non imitatione uelint laudare recte docentem. Et quia uisitauit dominus plebem suam, profitebantur isti se diuinam benignitatem agnoscere, quia uisita uerat dominus populum suum: sed in hoc plus erat uerborum sententia, quam ipsorum cognitio. Non istam uisitationem in assumptione carnis a uerbo factam esse credebant, non ad dei uerbum, neq; ad spiritum sanctum attollitur credulitas Iudaeorum. Attamen uere sic erat, quod dominus in filio humanato uisitauerat plebem suam, quam dixerim omne hu-

Pro. 15. 4. Re. 5.

Psal. 93. 2. Re. 12.

1. Re. 15.

manum genus, quanquam singulariter & peculiariter credatur populus Iudaeorum. Sed nobis qui credimus, & hanc in lapsissimo fidei, perpetua & acerbiora debentur tormenta, si contempserimus uisitantem, si diuinae uisitationi non coaptabitur totus homo. Quid hac uisitatione dignatus, ut altitudo diuina ubiq; consistens, has inferiores partes in humano habitu uisitare? quia & habitus inrer homines, & cum hominibus est inuentus ut homo. Uisitauit supernus archiatrus aegrotantem in lecto terrenae delectationis, quem mala consuetudo premebat. Et male secum cum omnibus usus erat ei, & inuenit in illo uelut alteram factam naturam ab illa quam dederat, quae sibi non in substantia, sed constantia ex moribus. Et tam longae uisitationis erat illa corruptio, quod ex omni parte foetebat, nec aderat potentia resurgendi. Uisitans eum archiatricis argumentis, interdum non agnitus, interdum agnitus, sed contempus est. Erat aduersum sensui archiatricum studium, sed eo laudabilius, quo plaga danosior: & quo asperius, eo salubrius erat. Nihil secutulerat quod non conferret per omnia infirmanti. In omnibus autem qui contempserunt archiatricam actionem, ad damnationem aeternam aegrotatio facta est. In his siquidem, qui se commiserunt diuinae salutem hominum operanti, aeterna est subsequuta. Captiuum uisitauit in carcere, in omnibus membris compeditum inueniens: illis sane compedibus, quibus non corpora, sed hominum ligantur affectus omnino inexplicabiles, nisi uisitans explicatos absoluat. Igitur ad uisitantem catenas nos inuisibiliter detinentes, extendamus manus, ostendamus affectus, & omnem uinculationem pandamus ei. Nouit enim, etiam si occultabimus, sed ei uoluntarie pro solutione fateamur. Sed nunc quid uisitare desistit? Nonne semper exercet uisitationis officium? Tunc exercuit, cum ipse bibens mortis potum, sanauit aegrotum: cum ingressus in carcerem, commercians cum captiuo, miseratus uinculati pauperis, omni alia ope carentis, pro ipso precium sanguinis soluit. Omne bonum obuiare Iesu, quam bonum cum ipso in hypante fieri. Flestitium factum est. Reuocatus ab inferis mortuus. Vidua uero carnis, spirituales cum Christo in fide nuptias celebrat. Nam eius discipula bene didascala facta est, & filius eius securus est ab inferis reuocantem. Videntem optimum timor inuasit. Iam ut propheta saluator agnitus, dei benignitatem coepit faceri, quod uisita uerat plebem suam. Ex hoc circumcisis, propter hoc trinerariu nostrum metis esse omnino deberet, ut esset mutua & interna obuiatio in Christum, adhuc inter nos inuisit ambulantes, & nos in hunc uitae tenebris ambulantes, & suspirantes in supernas

Philipp.

1. Co. 15.

Matt. 11.

Matt. 9. Marci. 5. Luc. 8.



Et ecce uenit uir cui nomen lairus, & ipse princeps synagogae erat: & accessit, & cecidit ante pedes Iesu, & adorauit: rogans eum, ut intraret in domum eius, quia filia unica erat illi, fere annorum duo decim, & haec moriebatur.

Alius euangelista:

Quoniam filia mea in extremis est, sed ueni, impone manum tuam super eam, ut salua sit, & uiuat. Et abiit cum illo. Et contigit cum iret, & sanaret in uia haemorrhoisam, uenit quidam ad principem syna-

et tunc enim ipse cum alibi tunc hic turbatus est: ut de eorum fide mitterent.

gogae, ad quas nisi ipse obuiet, non potest esse accessus, neque a tumulo prauae consuetudinis & obduratae malitiae, regressus. Nec possumus ad intima nostra reuerti, a quibus per inania sensitiua obiecta discessimus in incerto laici, nisi Iesus iens pro utilibus nostris occurrat.

De uisitatione filiae Iairi archisynagogi, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Caput XIII.

Vita uiuens, in seipsa uita, nec ab alio uita, in defectibilis uita, immortalis omni no uita, creauit in rebus creatis uitam: & unde in hominibus perpetuetur, ostendit: & interminatus est mortem quam non fecit, ut amplius custodiretur & amaretur uita. Paululum durauit eius imperium: fraude immortalis maligni, subintravit mortis imperium. Re gnauit quoque ab Adam usque ad Christum, & a Christo usque ad seculum, illa quae corporalis est, nec destruenda per aliquem ante iudicium. Nouissime autem inimica destruetur mors. Vita mortem odit, mors in uitam seuit. Frustra quispian fecialis accederet, tractaturus concordiam inter ipsas: solum altera, altera conficta, quiescere nouit. Non habebat creata misera uita, unde posset illam profigare de finibus, aut a suis dilectoribus ex toto depeilere, nisi summa uita calamitosae uitae praestaret auxilium, quod & fecit: attamen mortali carne uestita, & persequeretur omnimode mortem, quae suum regnum satanica fraude inuasit: In cuius indicium, iam morte perituros reuocabat ad uitam, ut regnaret quod fecit, destrueretur quod ipse non fecit. Unde dum Iohannis discipulis responderet, inter caetera ait: Caeci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt &c.

agogae, dicens: quia mortua est filia tua. Quid ultra uexas magistrum? Aut noli uexare illum. Sed secundum alium euangelistam, ipse tunc accessit (scilicet iterum) & adorauit eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed ueni, impone manum tuam super eam, & uiuet. Iesus autem audito uerbo quod dicebatur, ait archisynagogo, scilicet patri puella: Noli timere. Crede tantum, & salua erit. Et cum uenisset in domum principis, non permisit introire secum quemquam, nisi Petrum, Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi, & patrem & matrem puellae. Et cum uidisset tibicines & turbam tumultuantem, stantes & euulantes multum, dicebat ad eos: Recedite, nolite flere: non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem eiecit omnibus, tenens manum puellae, ait: Tabitha cumi, quod est interpretatum, puella (tibi dico) surge. Et reuersus est spiritus eius, & continuo surrexit, & ambulabat. Et iussit dari illum ducere. Et praecipit, ne alicui dicerent quod factum erat.

do seruati vobis potuerit.

Magna praefertur in allegorijs occasio differendi, sed ab illis alia tropologia me auertit. Multiformis gratia dei multipliciter hominibus innotuit, operans suae uirtutis antidota. Et ostendit archisynagogi filia, cum eius precibus & fide, de morte reuocatur ad uitam. Iairus est cuius filia infirmatur & moritur, & illuminatio siquidem interpretatur, & officio insignis, quia princeps in synagoga erat. Ex quo timor incutitur, ut neque lumen scientiae, neque dignitatis sufficiant ad tantam animae infirmitatem, neque ad peccatorum prolapsum declinandum. Virtute opus est, ut non peccemus: habentio gratiae facit, ut non deueniatur in mortem. Quid illuminatio, qualitercunque musicalis, cui non est illuminatio dominus? Sed qui uere illuminatus erat, dicebat: Dominus illuminatio mea. Nullius scientiae sermones illuminant, praeter sermones domini. Inquit enim scriptura: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Non enim declarati domini sermones in animo eius erant, idcirco infirmitas & mors in domum eius intrauerant. Quid alicui unquam profuit illuminatio, praeterquam in domino? Nec enim diuinorum scientia profuit Salomoni, quin rueret procul pulsa uirtute. Vera mentis illuminatio, protinus est uirtutis, non solum cognita, sed astantis. Illuminat sol hemisphaerium nostrum, dum in

Psal. 26.

Psal. 113.

sphæra sua agit super terram; sequuntur illi co tenebræ, cum fecit occasum, etiã luminis notitia remanente, quæ omnino tenebras nõ depellit. Sed non uerè uirtus illuminat, nisi cũ astat in anima, & in ipsa uidet debitas actiões. Cũ uerò nostra uoluntate illam propellent de finibus, uelut ex eius occasu, tenebræ sequuntur: & erit lumē, nõ lumē; lumē cognitio nis, nõ lumen accepti de coris, sed tenebræ peccatorum, quæ nostram infirmant animam: cũ uerò denfantur, operantur & morsem. Porro cõtra alijs luminibus quàm diuinis, quàm uirtutibus uerè luciferis & seruat, maxima hinc inuestio tenderetur: sed subséquens hic diuiftere me non sinit. Principatus in hominibus, nunquid obstitit ut peccata nõ faciãt? Nõ me fallit scriptura gentiliũ, in qua reperi, quod principes gentium publicè atq; occultè turpiter peccauerũt. Et quos humanus aspectus & rumor reipublicæ auertit à crimine, clandestinũ plus infecit. Sed qd mihi de his, lege dei carẽtibus, disputare? Ad legitimos reuertamur.

¶ Princeps Saul, à deo õstenfus in regem, **1. Reg. 15.** trisariè deliquit, ut ex toto ob sua demerita reprobex haberetur. Dauid etiã deliquit, nec ex eo quod à deo rex ordinatus est, peccata præiit. Salomon rex multifariè perperã operatus est. Omnesq; reges Iuda & Samariæ, in sacris uoluminibus inueniuntur criminibus magnis obnoxij, nec à principatu habentis funt: quoniam uirtus non retinebat habenas, ac per hoc principatus & scientia, deflexa uirtute, à peccatis homines non auertunt.

¶ Infirmata est igitur filia laici archisynagogi, dilectio illa uidelicet quæ generatur. Hinc Psalmista deplorabat: Infirmata est in paupertate uirtus mea. Virtus siquidem in infirmitate quiescit, cum dilectio honorum operæ ob gratiæ carentiam deficit. Sed quousq; facta sit in poenis finalis intrusio, non deest quærentibus recursus ad auxilia, maximè ad diuina, ubi deliciunt humana. Proinde hic audita fama Christi, accessit ad Christum, procidit ante illum, fecit profeuchas pro infirmate filia, quæ unica sibi erat. Commonefactum est nobis, Christo humiles preces porrigere, cũ unica nostra dilectio infirmatur, & expetere maximum potentiæ suæ superponi nobis. Similiter enim liberari possunt, qui spiritu mētis ægrotant. Hæc filia in extremis erat, ut nihil deesset ad mortem. Ad extremas iniquitates, interdum fe dilectio peruersa protendit. Sed sunt extrema uitiorum, sunt uirtutum: utraque periculosa, sed uitiorũ extremas omnino inexcusabilis, omnino damnabilis est. Virus uerò extrema, se in terdũ excusatione tueatur. Extremum in omni re dicimus, ubi nihil amplius est de ipsa. Vnde extremum est, ultra quod nihil est eius ad quod refertur. Proinde

extrema uitiorum, protinus sunt progressiões ad ultimum, ultra quod ex inordinata uoluntate nõ possit in uitio alterius progredi, quæ uis possit uitium multoties iterari. Sunt pleriq; qui uoluntate deordinata, & ratione peruersa, usq; ad extrema peccatorum deueniunt, ut nihil obmittant in malis concupiscentijs, nihil in odio, nihil in uanitate, nihil in superbia, nihil in arrogantiã; & cum adest facultas, actione consummant. Extrema uerò uirtutũ aut reputatione sunt noxia, cum quis opinatur illarum apicem attingisse; aut actione, cũ per indifferentiã ad actus extremos lædentes omnino naturam, deuenit. Sic filia, hominum dilectio siue uoluntas, aut actio, laborat ut plurimum in extremis, sicut in infirmitate faciles, cũ est in extremis, uicinus est morti, ad quã extrema uitæ terminantur. Sed timenti deum, **Eccl. 1.** bñ erit in extremis: quoniam in illis extremis timore dei concutitur. Nec desperandũ est de extremis, si diuinus timor occurrat. Vbi uerò dei timor non fuerit, periculo sunt extrema. Hinc per sapiẽtiã dicitur: Extrema gaudij luctus occupat. Et quantum hic intelligat **Prover. 11.** extrema temporum, nihil minus intelligitur extremas uitiorũ, ut qui usq; ad extrema temporum sine timore in gaudijs temporalibus fuit, à luctu interminabili teneatur. Contra quos per Ieremiam dicitur: Quia gladius domini deorabit ab extremo terræ usque ad extremum eius. Alia translatio: à termino usq; ad terminum. Qui sunt hi, qui tenuerunt extrema uitiorum: ex omni extremo uitæ, temporũ atq; poenarum, desolent. Sed nec illis philosophorum regulis inuoluamur, quibus extrema dicuntur peræquẽ à medio distantia, seu quæ in medio aliquo conueniunt, seu quæ naturam medijs sapiunt. Sed extrema omnium nouissima sunt eorũ quæ adijci possunt, etiam ad uirtutem & ad dignitates & ad nobiles actiones. Sed in ista puella, pro termino uitæ sumitur: in malè agentibus, malorum ultimitas. ¶ Moriebat ista duodennis puella, nec Christus ante mortem uoluit subuenire, ut per reuocationem à morte, attolleretur miraculum, & fides scientium per amplius firmaretur. Igitur à Christi potentia non retenta puella, mortis fecit occasum: & nunciatum archisynagogi, ne uexaret ultra magistrũ, ac si in eo non esset potentia suscitandi. Desperat natura omnino seipsam, ut cum mors uiuentem extinxerit, quod ipsa uiuificare non possit. Nec ex natura, nec ex uirtute, nec ex rariorie in surgit ista cognitio, quod per hominem sit ab inferis reuocatio super terram. Christus reuertabatur homo: & si magister, non deus. Per õs archisynagogi cõiunctos desperabat de uita. Monstrat hoc denunciãns mortem, suadensq; ut nõ uexet magistrũ. sed insisit lairus oppo-

tunẽ, non improbitè: fide subnixus, non hæsitans. Accedit iteq; in eadem fide, adoratq; simili latia: & annuncians sibi denunciãtã mortẽ, adhuc eius implorat aduentũ & impositionẽ manus. Fide hic agit, sed non plena, cum denunciat sibi mortẽ quam ipse iam nouerat: cum petit presentiam eius, quæ æquẽ potest esse absens. Ad infirmitatẽ fidei suæ in torquebatur, quod denunciabat, q; quærebat aduentũ. Remouet saluator dubiũ fidei eius, auget in animo fidem, spondetq; in fide non hæsitanti salutem. Nam ait archisynagogo.

¶ Noli timere, tantũ crede, & salua erit. ¶ Videbat archisynagogus timere, ne tm ualeret potentia saluatoris in mortua, sicut in infirma ualisset. Nõ bene nouerat, quoniam dei potentia est in paruis rebus & in magnis & in omnibus, æqua. Remouet timorem, sicut in uidua sterum. Hinc accipimus, cõtingere posse timorem ex dubio fiendorum: & differt ab alijs, qui ab arguta sapientia sunt uocati. Remouet hunc saluator: quoniam nihil sibi, præter inconueniẽs, impossibile. Noli timere. Ac si dicat: Omnia mihi æquẽ possibilia sunt: Crede tm, & salua erit. Non qd fides dumtaxat sua uirtute saluet, nisi creditus saluator efficiat. Nihil potest efficere fides, neq; fidelis in his, quæ supra naturã sũt, nisi deus, aut deus homo, factõr & facturus, accedat. Sed ideo fides exquiritur, quia solũ fidelibus iam factis, aut ut fiant, huiuscemodi supernaturalia sunt p̄stada. Merito fidei, siue fide naturalis, nihil in supernaturalibus operat; sed ex his uoluntariè motus, oĩpotes supernaturaliter operat. Proinde cũ saluatori deo irremotè allit om̄ipotentis operãdi, ex parte indigentũ fides exquirat. Magnũ munus fidei progatũ est, cũ dicit: Crede tantũ, & salua erit. Itaq; dubieratis depulso timore, suasa in homine fide, Iesus ad puellã exanimẽ facit ingressum. Inuenit tibicines, eos uidelicet, qui musicalibus instrumẽtis utebant in funeribus, in sono lugubri cũ lugubribus uocibus cõciliatis. Mos em̄ tũc tẽporis in illis regibus erat, ut ad prouocandũ luctũ, illis symphonijs in funeribus uterent: sed à quibusdã tibijs appositis ori uirtute flatus immisisti, sup̄ ramina nũc appositis digitis, nunc remoris, lamentabili sono sonantibus. Inuenit turbã tumultuantẽ pro funere, flentes & euilãtes multũ pro filia, quia erat unica patri. Hi ões sunt augentes in temporali damno dolorem. Hos saluator remouet, dicens:

¶ Recedite, nolite flere. non est mortua puella, sed dormit. ¶ Si peccata planxissent, nõ eis dñs indixisset recessum, nec auertisset & flectit. Mortua tñ puella erat, dormiebatq; sibi, unde ab ignorãtibus uirtutẽ eius, pariter derisus est. Nec mirũ, non em̄ amplius in eo, qd qd est hominis, cognoscebãt. Derident pleriq; in homi-

ne deũ, nec in deo uerũ hoĩem uenerãtur. Non enim intelligebant hi, quo sensu dñs loqueretur. Sed ões Christus eijcit derisores. Gerebant em̄ isti pro futuris pessimũ typũ, cũ multi deri sui fecerint uitã Christi, similiter & doctrinã, in qua docetur agenda uita, similiter & speranda: ex qua ex uelata fide cognoscitur, qd à morte peccati reuocatio fit ad uitã. Eijcit ões Christus, qui miserias aliorũ deplorãt: aduersus autem proprias, quasi beati cõsistit. Et ceteris oĩbus, tribus apostolis, duobus parentibus stantibus cum Christo, mortuam puellam ipsam reuocauit ad uitam. Hi testes miraculi. Hos, puella reuocata de morte aperiens oculos, primũ debebat aspicere, nec alia obiecta prius opponenda erant reddite cognitioni. Autorẽ uitæ, destructorẽq; mortis, bona naturæ in parẽtibus, bona gratiæ in apostolis reuisura, in facta cõparatiõẽ, cognosceret qualiter uiuendũ foret, & quibus amplius defendendum. Ac si ad puellam suscitãtam exhortatiũs & excitatiũs sermo diceretur: Isti sunt õ filia parentes tui, per quos in hanc uitã miseram deuenisti, qui te genuerunt mortalem ipsi mortales, peccatis obnoxiam ipsi peccatores. Volente deo, naturali ordine, infuso corruptibili semine te gignere poterunt: sed te inuadentem infirmitatem acerbam, prohibere nequiterunt, neq; subleuam mortem. Cum iacuiisti exanimis, luctus erat, nullumq; iuamẽ. Ecce uitæ factor & dator uocatus aduenit tibi data manu in manu, solo uerbo te reuocauit ad uitam. Inspice igitur eum, & si amatrix es uitæ, dato ri uitæ subdaris. Ipse solus uitæ atq; mortis habet imperium. Nihil in hoc tibi tui profuere parẽtes, ad abigendam mortẽ, & reuocare uitam. Inspice filia: Expulsi sunt tui naturæ carnis confortes, qui te mortuam lamentabãtur steriliter. Confortes gratiæ tibi, cum à morte reuocaris, assistunt. Vide Petrum, respice Iacobum, cõtẽmplare Iohannem: hi alumni sunt gratiæ, hi uitam ueterem obmittentes, transferunt in nouam, quorũ similitudine sit tua uita deinceps. Obliuiscere patrem tuum, matrem carnis nullo pacto sequaris. Supra naturam suscitata es: supra naturam uiuere, ratio te compellit. Vide in Petro cognitionem Christianam, in Iacobo Christianum agonem & luctum: agnosce in Iohanne coadunantem se gratiæ naturam. Ista sunt, quibus amodò te oportet insistere. Isti sunt, quos saluator secum duxit: tuos uerò ex natura parentes, tecum inuenit: Christi sociari adhæreas: ad uitam denuo reuocata, paruiendas ea quæ tibi ad uitam prodesse nequibant. Nam necessãriò factum est his, qui peccatorũ reuocantur à morte, mutare in melius uitam: & illis assistere, qui nõ secundum naturã, sed secundũ gratiã uiuere statuerũt. Et cum tali bus testibus accessisset uita omnũ Christus ad

corpus exanime, omnibus alijs eiectis, tenens manum puellae, illa significatione, qua focus Simonis fanando manum tenuerat, ait:

[Tabitha cumi, quod est interpretatū, puella (tibi dico) surge.]

Quod in euāgelio interpretatū legimus, nobis aliter interpretari non licet. Directio uerbo in puellā, excitata est, reuocata ut surgeret per gratiā a defectu, in quem ceciderat per naturā. Mortuis omnibus in peccatis dicitur, ut resurgant ab illis malis, in quae uoluntariē ceciderūt. Audiuit ilicō uerbū spūs, qui corpus reliquerat. Vbi aūt, & nouit lōgē a corpore ille spūs abierat, solū nouit q̄ reuocauit. Sed ubi eū que fuisset detentus ad horā, audiuit dominicā uocē, sensit diuinā uirtutē, quae ubiq̄ oī potens est, nihil habens ex spātīs absens. [& reuersus est spūs eius, & surrexit continuo.] Reuersus est spūs ad corruptibile corpus, & subito harmonia desituti corporis reconciliata est, & mortui & insensibilis sensus, rediuiui facti sunt. Eadē imagine hęc operatio in aīam trāsīt, cū reuocat a malis. Et continuo surrexit puella, ut actus exteriori appareat q̄d intrinsecus actū est. Et ambulabat de uirtute in uirtute, progressum insinuans in his, q̄ regressi sunt ab exitio peccatorū. [Et iussit illi dari manducare.] Et post p̄nitentiā peccatorū, post primam resurrectionē, post uirtutis exercitiū iubet, ut sacramenta corporis & sanguinis Christi apponatur. Ipse qui iussit, aliās dixit: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendī. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Ideo anima reuocatur a Christo de morte ad uitā, ut beatē uiuat in æternū. Panis aūt corpus est Christi, tribuens illā uitā. Proinde post uirtutū exercitia iubet apponi, ut manducet anima ineptis atq̄ peruersis fessā laboribus, & uiuat in æternū. Eriā in cōprehensibile beneficiū: propter æternam uitam, omnia Christus operatur in nobis. Rectus siquidem progressus in gratia, cum a morte peccati reuocandus est impius, ut perueniat in salutem. Fiunt primō profectu chæ, apponit deus manum potentiae suae, uerbo imperat, reuertitur spiritus ad ergastulum unde discesserat, scilicet anima redit in ordinem rationis, surgit ab omni peccato, ambulat, sitq̄ profectus semper ad amplius: iubetur ut apponatur cibus illarum rerum saltem in fide, sine q̄bus nemo potuit uiuere in æternū, sicut saluator aperit monstrauit, dicens:

Iohan. 6.

Iohan. 6.

Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducauerit meam carnem, & biberit meum sanguinem, habet uitam æternam. [Et praecepit, ne cui diceret quod factum est.] Opera praedicabant quidem ipsum, non indigebat humanis relationibus praedicari.

De suscitacione Lazari quatuoriduanī, secundum Iohannem tantūm.

Capit. XV.

Mortalis a deo factus est homo, nō mortuus: a quo auersus, mortuus fieret: & utrunq̄ secutum est, ut auerteretur & moreretur: nec erat regressus ad posse non mori, & ad mori, & ad mori non posse. Praeuaricatio editi requissimū hoc effectū, & editi parentes primi, & oīs propagatio subsequa, ei quod deus nō fecit, soluere tributū. Merito siquidem, qm̄ qui quod deus noluit, fecit: subiiciatur morti quam ipse nō fecit. Scriptura dicit, quod deus mortē non fecit. Et qui praetergredit quod deus uult, fiet ei quod ipse non uult. Alia enim dicit scriptura: Non uult deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et si nō uult mortē quā meretur iustus peccator, multo minus nec uolebat mortē eius qui non peccauerat. Nulla mors de uoluntate dei est, qm̄ ipse omnis uita, & ad se constituit oīm uitā. Sed qui sibi ipsi placet, sibiq̄ donatur, qui sibi meretur, non enim habet unde de se plenē uiuere possit. Iura nihilitalis consistunt in homine, nō entitatis. Ex nihilo enim in anima & corpore factus est homo, sed in sua creatione de nihilo spiraculum uitae suscepit, ut fieret in animam uiuentem: non custodiens uitale partem, in regionē mortis deiectus est: sibiq̄ subiectus, illam uitare nequit. Et necessitas facta est de eo, quod poterat esse uoluntas: & nō reuocatur ab illa depressus, nisi ab eo q̄ creauit, ad uitā: qui ut nos ab illa liberaret, sibi factus est subditus. Et quia homo moriebatur in humanitate nobis factus cōsors, illam insecutus est: non ut non amplius interimeret, quousq̄ minimum generatio non cessaret, sed ut non detineret in cinere corpora quae de puluere facta sunt: quanquam animae reorum in illa morte æterna, quae potius dicitur infelicitissima uita, detineantur. Et praesagiū fecit Christus homo nobiscū in his quos reuocauit ab inferis, quoniam solui poterat per filij dei & hominis imperium mortis, licet suscitauerit uelut iterum mortuorum, quousq̄ generalis resurrectio fiat mortuorum. Et oportebat quod darentur intelligi, quis qualisq̄ hic esset, qui aliam uitam daturus adueniret. Sed gens stolidā Iudaeorum, signorum ostensione nutrita, non intenderat in eum, nisi esse quod erat, signa faterentur. Proinde in maiora signa per Christum deuentum est, scilicet ut fœtēs mortuos, sua uoce reuocaretur ad uitam: quanuis plurimorum obstinata uoluntas, etiam post signa in eum nolisset intantum credulitatis desistere, sed hostiliter insequi, uelut mortis reum, aduersus quā deitatis potentiam ostendebat. Sed qui tanta ostensione reuocatur ad uitā, his modis in mortem deueniat.

Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariae & Marthae sororum eius.

Rarō quidē scriptura diuina, ubi Quidā, posuit, proprium nomē adiecit: cum quidam, absq̄ adiectione proprii nominis, aut aliquem inclytum, aut indignum propter facinora nō minet: sed obmissio loquēdi genere, quid in re gesta potissimum sit, uideamus. Languor mortem praecedebat, ad quam inducendam cum natura corporis decertabat. Sic enim in unoquoque corpore agit, ut aut languor intantum prauealeat, ut mortem irroget: aut natura languorem superet, mortemq̄ deuitet.

Hic typus in anima generatur, ut aut affectus malus qui languor est animae, mortem peccati inferat, cum cōcertat: aut gratia uincat affectum prauum, actumq̄ depellat. Languet hic Lazarus languore uehementi, & morti uicinabat ex ipso potius, quam illū ex se impelleret, ut iam desperatio de salute, sororū assistētium animos titillaret. Sed unde corpori languor adueniat, nobis physiciari non licet: magis, unde anima ipsa languescat. Ex uitio siquidē, ex uirtute aūt interdum, anima languet. Saepe neq̄ uitium, neq̄ uirtus ipsam languere cōpescat, sed communis seu quaedam applicata natura. Sed prout languor infirmitas est, languet anima cū q̄d querit, nō inuenit: siue intelligere, siue possidere aliqd̄ querat. Languet cū inuenit, si minus quam crediderit, bonū fuerit, aut aliquid incommoditatis attulerit: cū autē sine reuersione dilexerit, similiter languet: & si nō fertur in sibi expediens, languet. Omnis amor sine adiectione languet. Sed hęc ad rem corruptibilem referuntur: uitiosus est languor, si ad incorruptibilia uirtus illum efficit. Ex neutro siquidem, cum decencia non assistunt & infirmitas lædencia, duntaxat quod pro carentia uitij, uoluntati diuinæ uolūtas hominum supponatur. Erat languens Lazarus languore mortali, ut ita inualeceret, ut halitus nō remaneret. Et uergebat protinus in occasum, ut hominis extingueret uitam. Hoc omnis infirmitas intendit in corpore: hoc peccati languor in anima fatigat: & languor prolixior grauiat medicū. Sic p̄uerans languor ab origine mūdi, grauiat medicū Ch̄m, ut ipse medelā sumeret vñ languidus sanaret: ut pateret in corpore malū, a q̄ in aīa & corpore expiaret infirmum. Sed in Bethania Lazarus infirmabatur: quae castellum erat Mariae & Marthae sororū eius. Ad noticiam facti euāgelista ista commemorat, scilicet locum & cognationem. Totusq̄ mundus infirmitatis est locus, nec humana cognatio illam ualet auertere: nā deus est q̄ percutit, & qui sanat: & nec ē qui seipsum aut alium de manu sua possit eruere.

Maria autem erat, quae unxit dominū unguēto, extersit pedes eius capillis suis.

Verba sunt euāgelistae contextentis historiam, qui Mariam dicit cum Marthā castelli Bethaniae fuisse participem: quam etiam ex officio pietatis distinguit a ceteris, quoniam & plures erāt Christi discipulæ, quae hoc nomine uocabantur. Astabant istae sorores plenae castitiae lectulo infirmantis, uerbis exhortabantur, ut bono fieret animo suadebant, ut moris est muliercularum piarum blādiri ægrotis. Et cū aduerterent quod euidenter in ipso natura deficeret, nec ars archiatrica poterat afferre remedium, quid agendum foret, perfectē infirmulū cōsultarunt, ut ei per nuncium intimerent, q̄ iam multos infirmos sanauerat, & duos ad uitam reuocauerat a sepulchris. Melius enim sibi dolentibus & fratri languenti providere non poterant, quam ad eum recurrere, qui supra naturam & artem potest conferre subsidia. Et multa in periculis docet necessitas, multa facit oportunitas cogitare, ut desperantes de humanis, ad diuinā se conferant. Non tamen istae ab altitudine fidei, cum miserūt ad Christum, uelut ad ignorātem, scientiam dantes de infirmis germani: magis autem, si eum scire credentes, hæsitabant quod suis dilectoribus ad opportuna deficeret, qui diligentes se diligit: & ipsae iam experimento probauerant, quod amabatur a Christo, ex eo quod hospitium apud eas quadā singularitate susceperat, & q̄ Mariæ indulserat peccata multa, a qua & se tāgi consensit, & in altera fluxum sanguinis desiccavit. Et inuenientes nuncium domesticum domus, qui Iesum ex mutua uisione cognosceret, transmiserunt, legationem parauam in uerbis, magnam in pondere imponentes.

Domine, ecce quem amas, infirmatur.

Iura praemittunt amoris, cui nulla denegetanda est iusta subuentio, cū dicunt: Ecce quē amas. Et ipsius sequuntur regulam, qui multa non loquitur, sed tantum, ut constitutus est in prosperis uel aduersis, notificat diligentibus: quoniam uerē diligēs, nouit formare affectū & exhibere subsidia, secundū cōtingētia in dilectū.

Sed in his duabus sororibus, duas uias cognouerim, contemplatiuam uidelicet & actiuam, quae subuenire cupiunt homini ægrotanti, mittentes amorem legatum ad Christum omnium uitam, qui nostra mala impugnaturus aduenit. Aptius quidē orationē dixerim officio legationis insistere, quae causas male aduenientes nouit exponere, atq̄ aduersā indicare quae patitur autor eius. Hęc existens in terris, cælo se inserit. Constituta in imis, alta pulsat. Sibi non obstitunt in terualla locorum. Nulla minima sibi obicem faciunt. A longē, ut de p̄pe loquitur. Hęc uelociter currit ad exponē

dum mala quæ patimur, ad denunciandum quod nobis ex aduerso confurgunt. Et plena est scriptura veteris testamenti huiuscemodi testimonij, quod omnes sancti cum tribulationibus agebantur, orationem domino præmiserunt, nec quem nuncium expeditorem ad dominum mitterent, inuenerunt. Hæc breuiter infestata mala denunciat. Non prosequitur dominum multiplicatione uerborum in ictu & iaculatu, quæ protectoris nouit, alloquitur: [Domine, ecce quem amas, infirmatur.] Sed mira sunt uerba, magisq; miranda sententia. Si amas o Christe, quomodo & qualiter infirmatur? Si nis ne tuos infirmari dilectos? Si infirmat, ubi est quod amas? Nam a te non diligi, hæc est penitus mortalis infirmitas: cum neminem diligas, nisi quem diligendum agnoueris; neminem tua dilectione priues, nisi iuste decreueris. Nouerat dominus antequam sibi diceretur, quod Lazarus infirmabatur, & nihilominus ab alio nunciante suscepit. Simili modo cunctorum miserias nouit, & ad repellendum expedit, ut ei humiliter exponamus. Nam Dauid cum sepe orasset ad dominum, semper suas miserias replicat, ut in Psalmis pluribus, legentibus claret. Populus dei cum orabat, etiam cuncta mala contra quæ interpellabat dominum, replicabat. Iob, Tobias, Ezras, Nehemias, cunctiq; prophete, Iudith, Esther, cum dominum precibus exorabant, illa molesta contra quæ orationibus intendebant, explicando in medium proferebant. Sic istæ sorores corpore absentes, mente præsentis, adentes dominum per nuncium ipsi molestiam animæ indicabant. Non autem orabant uoce ut ueniret, sed mente, proferrebant tamen quod ipsarum animum aggrauabat. [Ecce quem amas, infirmatur.] Quid subnectendum fuisse, si uerbis ulterius processisset oratio: Ecce quem amas, infirmatur. Igitur aut eum sanitati restitue, nosq; a doloribus exuas: aut si pro melioribus decedere decreuisti, sibi requiem, nobisq; patientiam præsta. Equidem aliter: Ecce quem amas, infirmatur. Ergo quod melius est decerne, & de omnibus uoluntas tua fiat: nosq; tuam semper laudabimus bonitatem. Nunquam melius nostre terminantur profectus, quam ut referantur in domini uoluntatem, ut in his quæ decernit, sibi nostra uoluntas pacata subdatur.

**Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmi-
tas hæc non est ad mortem, sed pro gloria
dei, ut glorificetur filius dei per eam.**

¶ Ecce quare permisit infirmari quem amabat: quia non ad mortem æternam, sed ad probationem uirtutis, ad examinationem bonitatis. Ut etiam in malis quæ patimur, dei gloria reluceat, multis nos tentari uarijs tribulationibus sinit. Attamē illa infirmitas ad mortem

corporis erat, etenim ipsa secuta est: sed non est apud eum, qui fontalis est uita, sed nec ad mortem, ut per eius imperio ab ipsa irreuocabilem retineret, siue ut post illam temporale corporis infirmitatem, æterna mors in anima sequeretur, sed ut glorificaretur filius dei per eam. Non ad augmentum illius, quam ab æterno possidebat, aut noua gloria qua caruit, sed apud discipulos eius, & apud gentem incredulam Iudæorum, quam conabatur signis & uerbis ad sua rudimenta conuertere, nec non apud futuros fideles usq; seculi finem, qui Christo tribuunt gloriam, cum eum audiunt & credunt supra naturam huiuscemodi fecisse mysteria. Non autem in his quæ Christus operabatur, unde glorificaretur ad seipsum uelut ad indignum, aut humana delectatione affectum aliquid in torquebat, sed uestris utilitatibus aliter consultus sic agebat. Non suscipit incrementum filij us dei, nec homines augent sibi gloriam, cum ipsum ex miris factis extollit, aut laudibus prædicant. Inimitabilia & immutabilia omnia sunt in dei filio. Sed sic agendum est nobis, ut eum glorificemus, si gloriæ eius uolumus esse participes. De nullo quidem signo siue prodigio, sic gloriam suam Christus manifestari asseruit, quod de isto: licet quoddam simile de cæco nato dixisse uideretur, scilicet ut præter peccata propria & propinquorum parentum, ob id cæcū fuisse natū, ut dei opera in illo manifestarentur. Quoniam quadrivanus suscitandus erat: neminem Christus tantæ diuinitatis extinctū reuocauit ab inferis, nullū tam insignē uirū atque magis deploratum, ante suā passionē suscitauit à mortuis, ut spes etiā aliter utilior præstaretur, quod posset & quantumcunque in peccatis diutinos, ad iustitiam reuocare.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.

¶ Hoc euangelista denunciat, qui nouerat & mores eius, & signa dilectionis eius, quæ ad istos monstauerat, apud quos elegerat iura hospitij, sicut apud filios pacis, quos & arguit dominum dilexisse: quia ipse diligentes se diligit. Quid autem gratius inueniri possit ignoro, quod a domino esse dilectū: uirtutē em præmonstrat in esse in dilecto, quoniam ipsum non personam, sed uirtutē credimus acceptorē. Et beatitudinē quandā inlinuat, quod a creatore creatura, homo a deo, miser a beato, mortalis a uita diligitur. Et si omnia quæ sunt, in optionē uenirent: diligere deū, & ab ipso diligi, esset præ ceteris eligendū. Nā unū est consummatæ uirtutis, alter: uero beatitudinis est. Si uero inter ista duo copiosius electio adueniret, diligere potius suaderet, quoniam hoc magis & præsertim expedit omni uiuenti, ex electione nascisci, quod sui est iuris & debiti: ad agendum. Diligere qui

dem deum, iustitia ipsa compellit, nostri est iuris: atque uirtutis: diligi uero a deo, suæ dumtaxat est potestatis. Amor ad deum, est merita: amor a deo, est præmij. Amor ad deum, retributionem acquirit: amor a deo, retribuit. Et amor dei, semper retorquetur in nostrum: nos ster autem, non semper retorquetur in deum. Hæc maxime a cunctis ferè mortalibus ex dilectione appetuntur, scilicet diligere & amari. Et semper quædam suspicio diligentium animos uexat, ne minus quam diligant, diligantur: non autem ex suspitione laborat, ne plus diligantur quam diligant. In iure uero aut arte dilectionis solertes atque periti, semper satagunt, quam recipiant, plus inferre. Interdum uero experti sunt, qui tantum transitio amore, non retranctio alios dilexerunt. Et si hoc inter homines & homines quotidie agit, quantum magis cunctorum mortalium omnis debet esse conatus, ut Christum diligenter, ut ab ipso amaretur: Sed nec expedire conari in secundum, si uerè præferatur & primum: quoniam diligebat Iesus Martham, & Mariam sororem eius, & Lazarum: non quia hospites, non quia nobiles, non quia mulieres, non quia uir insignis & prudens, non quia diuites: sed, quia suos cognouerat amatores. Optima ista trinitas, quam Christus dominus diligebat: quam si quis acutè speculari tentabit, aliquid occulti mysterij supra sensum humanum inueniet.

Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidē mansit in eodē loco duobus diebus.

¶ Hæc mora fuit, ut in sua corporali absentia Lazarus moreretur, & quadrivanus fieret in sepulchro.

Deinde post hæc dicit discipulis suis: **Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quare ueniret in Iudæam, & iterum uadis illuc?**

¶ Ordine sociali Christus cum suis discipulis agit, cum hortatur, cum agēda prædicat, non eos potestatiuē deducit. Et uolebat ob Lazarum uenire iterum in Iudæam, a qua paulo ante discesserat. Sed terrentur discipuli pro seipsis, magis autem uidentur zelum præferre magistrj, allegantes Iudæorum uesaniam, qui eum tentauerunt lapidare. Boni discipuli, qui uolunt præseruare magistrum, maxime docentem utilia & sursum ferentem uirtutē: & illa, quæ non corpus in hac uita, sed quæ animam optimam faciunt. Pusillus iste grex, erat sollicitus de pastore, qui eos uerbis uitæ pascebat, ne a Iudæorum inuidia traderetur exitio. Manipulus iste inermium militum, præter duccem non sperabat uictoriam de congressu: tunc, quia non poterant eum tueri armis, conabantur in fugam. Nolabant orbari patre misericordias: & gratijs, qui

naturales reliquerant. Quoddam simile reperitur in ueteri testamento de zelo seruorum ad dominum. Nam cum Dauid egressus esset ad bellum contra cætra Philistinorum, quidam de Philistæis nisus est signanter percutere Dauid, qui, Abisai filio Saruiz præsidio existente, euasit. Tunc irauerunt uiri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam in Israel. Prudenter atq; probiter decreuerunt uiri Dauid, bellare bella eius præter præsentiam eius, ne, ut assoler euenire, ipse rex interiret: quod capto uel mortuo, bellatoribus non est ultra uigor seu causa certandi. Et hoc est phara fidelitas seruorum ad dominum, ut exponant se periculis propter ipsum, & uelint in laboribus esse domino quiescente. Timebant ne in Israel lucerna extingueretur: quoniam ipse ordinatus a deo, illum populū regimine suæ sapientiæ gubernabat: & erat uelut lucernam in domo præstant omnibus, in quam actionem declinare conueniat. Plus enim est in regno prouidentia regis, quam bellatorum. Sic zelantes Christum discipuli, quoniam modica fide, cum credebant quod posset in uitæ mori, dissuadebant ulterius cum improbitate Iudæorum uelle habere congressum. Excitabat tamen pius amor in eis fidei paruitatem, quoniam Christus nisi uoluntariè pati non potuit. Sed nec adhuc omnia nouerant Christi mysteria, nec animabantur ad mortem, quoniam non adhuc spiritus ille diuinus infulserat, qui pro uera uita, corpus fecit exponere uitæ. In ductione humili conatur cælestis dux degens in terris, suos cõmiliones quos elegerat, suam inducere ad sequela: quia, siue absterrentur mortis metu in seipsis, aut in cælesti duce, sequerentur. Hinc saluator ad eos, ac si dux pro futuro bello ad suos animados milites loquens,

Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Siquis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet.

¶ Siquis literam & non sensum a dertit, im portuna uidetur responsio. Sed nec aliter eis Christus apologizari debuit, nisi quia duodecim sunt horæ diei, pro eo quod in eis facile atq; tantundem hominem imitari contingit, & in successione temporum, sæpe fuit successio uoluntatum, ad mutationem agendæ nequitiae uel uirtutis, nihil existente stabile in hominibus super terram. Magis autem, naturalis ordinis debito sequelam exigere uidebatur, uelut horæ diem, sic ipsum ad omnia sequerentur. Quoniam [si quis ambulauerit in die, non offendit.] Multi enim in die ambulat & offendunt, quia lucem uidere non possunt, aut uide re continent. Claudere ad lumē oculos, impingere in obicē abscq; duce, necessitas facta est. Si uero ad spirituale actionem referimus, uni,

ueritas omnium recte agere uolentium, est in horis, quæ diem inobscurabilem Christum, qui debet inexceptuare ad quilibet actiões. Ambulatio diurna, offendiculum non suscipit; no eterna uero scandalum patitur, & absque disceptatione seu obiectione uerborum, in hoc nobis sufficiat Christi patrona sententia. Sensu altiore ista pensantes, lux inuisibilis & rationalis mundi, est rectus amor: nox uero, amor obliquus. Lux, ueritas; nox, falsitas est; lux, timor dei; nox, timor munditi in quo ambulans, scandalum passus est. Videte qualibus rationibus atque sermonibus hortatur Iesus suos discipulos ad sequelam, & ad doctum ducem omnino statuit spectare tirones, & discipulos ad magistrum, seruos ad dominum.

Et post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum.

¶ More antiquo (sicut uetus scriptura narrat) dominus loquebatur, ubi sæpe dicitur de mortuis, dormit cum patribus suis. Et Psalmista dicit: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Et in libro Machabeorum legitur de his, qui cum pietate dormitionem acciperant, ut ex dormitione huiusmodi mors intelligatur. Nec credat dominus locutus fuisse iuxta intelligentiam linguæ latinæ, ut sibi dormire propter potentiam suam facilliter suscitandus, sed uere mortuum asseruit. Quod apostoli de somno dormitione intelligentes, cum dormire sic comune morti atque quieti, adiecerunt, dicentes:

Domine, si dormit, saluus erit.

¶ Sed occultam energiam dominus fuisse in Lazaro hic ostendit, cum suum & totius discipulatus eius appellat amicum, dicens, Lazarus amicus noster. Nihil amplius apud perceres mundum inuenitur, quam ipsos habere amicos: etenim mediatores inter amicos ad necessaria seu ad conquirenda placita non existunt; per contra amicus, si ignorat, amici decencia; & si nouit, impendit. Omnipotens & omnia sciens, est Christus: beatus ergo cui extat amicus. Vir tutem & misericordiam possidet, qui Christum & discipulatum eius habet amicos. Et ad uitam agendam nihil expeditius, imò nihil maius, quam amare Christum, diligereque doctrinam. Sed quæ conuentio Christi ad homines, ut eos uelit habere amicos? Quæ dignatio est, quæ subiectio est, qui appellatur amicus? Non tamen hominis ad deum esset ascensus, ut illo in amicitia fruere, nisi dignaretur ipse ad nostra infirma inclinari. Nam Moyses qui cum domino uelut cum amico loquebatur, sicbatque conuerso, ipse in montem Sinai ascendebat, & ad eum dominus descendebat. Ami-

cus pro amico, non nouit in necessitate recurrere labores. Et ecce cælestis amicus, pro terrene se disponit ad itinera, dicens: Eamus iterum in Iudæam; & reuersus uado, ut à somno excitem eum. Insidens adhuc in cordibus discipulorum terror seu zelus ad Christum, eos ad sequelam inclinari non sinit, sed semper cum specie pietatis contendunt, dicentes: Domine, si dormit, saluus erit. Intelligebant discipuli dormitionis duntaxat alteram parem: sed ut euangelista exponit,

Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt quod de dormitione somni diceret.

¶ Nimis à iustitia subiectionis sunt alieni, qui semper cum dictatore contendunt, etiam si præferant pietatem, si specie melioris boni, si prætextu periculi euadendi, si zelo dilectionis accensi, cum ex sæpe latis uerbis animum nouerint dirigentis.

Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, sed gaudeo propter uos, ut credatis, quoniam non eram ibi.

¶ Aperit Iesus quod ipsi nesciebant, & Lazarum mortuum nunciat. Gaudium uero Christi propter apostolos, id insinuat, ut ipsi credant eum omnino scire absentia ut presentia, & nihil penitus esse quod suam scientiam fugiat. Non enim Christus sua, sed discipulorum utilitate congaudet, quæ de firma Christi credulitate nascitur: ut non aliter, sed sicut est, ita credatur. Si præsens fuisset, nil magni uideretur, Lazarum sciuisse defunctum. Excedit porro humanam scientiam, quod absque relatore, absens agnouit. Non enim nuncium de morte, sicut de infirmitate, susceperat. & hoc adiecit: [ut credatis, quoniam non eram ibi.] In pauperem atque cautelam, hoc uerbum corda discipulorum uertere debuit, si omnium secretorum, presentium & absentium, parem notitiam habet, ut etiam terretur aliquid mali agere uel cogitare, eius scientiam uitare credentes. Quod malè infelix Iudas aduertit, qui in suis malefactis, fortassis eius credebatur declinare scientiam. Sed omne cor intelligebatur ab illo, & eum nihil latere potest. Et iam gaudium propter discipulos Christo erat, quod ex reuocatione illius à mortuis, in fide amplius firmaretur, quem forte, ab eius fororibus prosequatus, deuenire non permisisset in mortem, aut fieri quadriuanum. Semper tamen pro maiori augmento fidelium, fuerunt gesta domini saluatoris. Attamen cum hæc dixisset, & statuisset omnino resuscitare defunctum, calefecit corda tepentium, & tabescerent animos uigorauit: quod Thomas ostendit, cum alios affaretur:

Dicit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum illo.

¶ Impossibile factum est, detineri à morte eum, qui cum uita moreretur: etenim Christus est uita. Ecce bonus commilito, qui ad perbitatem socios animarum, & uelut ignitus carbo, alios extinctos nititur facere reuiuos: & à mortis pauore iam factus extraneus, alios inuitat ad mortem: dignum omnino ratus, omnes milites, si expedit, mortem subire cum duce, maxime illam modicam cateruam, post cælestis ducis mortem, uita iudicabat indignam. Propterea omnes hortatur ad mortem, si ipse mori decreuerit: ac si diceret: Quid nobis uita post ducem? Est ne preciosior uita omnium nostrum, quam ducis & domini omnium? Quid eum sequi cunctamur, si uult ad bella procedere, ubi non nos ante præmittit, sed ipse primus uult habere congressum? Cur sibi adhæsimus, si sequi retardamus? Cur ei fidem dedimus, si terga uertimus sine bello? Magna nobis ascriberetur ignauia, si ipso iubente, nollemus procedere, nedum sequi dominum præeuntem. Nec non inexpiabile dedecus est omnium militum, etiam rege existente in aula, si ad imperium eius nolent aduersus hostes arma mouere. Non est subiectorum, ad quid eos uelint exponere præcedentes. Etiam ad Thomæ eloquium pertinebat: Nonne omnia dimisimus propter istum, quem non propter terrena, sed propter cælestia imitatur; quem non purum hominem, sed deum & hominem confitemur? Magna fidei & amoris adhæsiō erat in Thoma, qui timori mortis repudium dederat, animabatque socios huiusmodi timorē abijcere: sicut legimus in ueteri testamento, cum Ethai Gethæus regi Dauid suadenti ut remaneret in ciuitate, nec prosequeretur eum persecutionē à filio sustinentem, noluit acquiescere, sed hoc ferretur dedisse responsum: **Viuit dominus, & uiuit dominus meus rex, quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in uita, ibi erit seruus tuus.** Et si ad terram dominum noscitur, usque ad inclusionem mortis, seruata fidelitas, quid ad omnium creatorem & dominum? In futuram martyrum eadem, uerbum istud etiam ferebatur, qui altitudine fidei, seruire charitatis, in mortē sua corpora propter dominum tradiderunt, & in domino mortui sunt: quoniam beati mortui, qui in domino moriuntur. Et propter eum mortui sunt primo prius uoluntatibus, & his quæ mūdus suis dilectoribus offert: deinde in proutidine spiritus ad mortem corpora tradiderunt illi, quos tyrannorum infidelis terror inuenit. Quamplures uero, uelut abdicati mūdo mortui, mortem corporum non ab alijs il-

latam, sed ex diuina providentiā cum gaudio expectauerunt. Et nihil maius reperit mori ex uirtute in actiōibus hominum, quam esse cum illo, & in illo, & propter illum, qui pro omnibus mortuus in peccatis, & in corpore mortuus, mortuus est & resurrexit. Omnis uirtutum feruor exhalauit, cum dixit: **Moriatur cum illo.** Sed cum omnes mortis debito teneantur obnoxij, quod Christo ex mori cum ipso, tribuitur? In quo Thomas credebatur gratificari per amplius coram Christo, cur condiscipulos inuitabat ad mortem, ad quam impelluntur omnes homines ex natura? Dixerim, ipsa præuentione temporis, quo quis mortem possit deuitare, ipsa moriendi uoluntas, ipsa indifferentia moriendi, desideria conformitatis ad caput, & ipsa Christiformitas, mereri homines gloriososque martyres fecit. Et si illo in tunc, cum Christo apostoli non sunt mortui, nec tempore passiōis eius: in posterum uero, mortem cum Christo & in Christo promptissimè perfoluerunt, non decubantes in lectis, sed tyrannorum terrore in uerbis & ludibrijs & in sanguine consecrati. Sed ut quod subintulit Thomas, Eamus & nos, & moriamur cum illo, cum ipse Christus non de se morituro, sed de Lazari suscitatur loqueretur? Ad timorem discipulorum uerba protulit, qui memores perfidie Iudeorum aduersus Christum, etiam ipsi affligi cum ipso metuebant. Sed cum feruor fidei in cordibus hominum inualescit, nihilo penditur uita: deridentur minæ, uilipenduntur terrores, furor tyrannorum, ut gemitus puerorum: uerba terrentia, ut clamor eorum: ministri scelerum, ut manus infirmorum. Nihil enim est ex inductiōibus dæmonum, ex inuentionibus hominum, ex genere suppliciorum, quod feruorem fidei possit reprimere cum seruescit, aut charitatem extinguere cum ardescit.

Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem,

¶ Motu corporis uenit, qui animo præsens erat: præsens omnino, qui inuenturus erat. Inuenit quod sciebat, quod ipse non prodiderat. Nec nouum aut insolitum sibi uidebatur hominis dissoluta compago, nec ad uitam reuocatio impossibilis quadriuanus cadaveris. Sed quatuor diebus uoluit iacere humatum, ut dissoluti corporis uita recessisse probaretur, & animam reuocata in thecam, spectantium astruere fidem, præstare solamen afflictis, diuina gloria monstraretur in homine, & peridorum omnino confunderetur improbitas, cum sic mirifice reuocaretur quadriuanus ad uitam. Perfima quadra ista, cum peccator per dies quatuor iacet inclusus, ut nihil desit ad malorum efficiendā, quousque peccati cum consummatū fuerit, generet mortē, illam uidelicet, quæ non corpus

Amos. 1.

anima, sed animam uita priuat. Et cū in octo comminationibus & improprietis ante factis, quas diuersis gentibus facit dominus, p. Amos prophetam, super quatuor sceleribus facturū conuersionem se denegar, ut sciant homines quāta sollicitudine oporteat custodiri, ne quar ti diei rota subiūgatur ad culpam: ut primum scelus sit, delectatio mali: secundum, consensus: tertium, actio peruersa: quartum, impoenitentia. Sic & hi quatuor dies, quos iste habet in monumento, eadem serie calculentur, ut uelut in corpore mortuo, nulla est surgendi potestas, nisi uirtus superna perfecit: sic nulla ualido recedendi a uitijis, his q̄ peccata in longā cōsuetudine traduxerūt: iacet sub lapidea duritia tumulati, sed oīa sunt possibilia apud deū.

Erat autem Bethania iuxta Ierusalem quasi stadijs quindecim.

¶ Optima situatio huius castrī, quia prope Ierusalem. Semper enim domus ueræ obedientiæ iuxta uisionem pacis assisit. Nam si obediens nō uidit in anima sua pacem, frustra obedientiæ subiacet in animo perturbatus. Et ad pacificam obedientiam, potest fieri suscitatio in anima mortuorum. Domus obedientiæ, Bethania: Ierusalem, pacis uisio interpretat: quæ quindecim stadiorum spatio interiecto iungitur, ut in decem præceptis, in sensibus quinque obedientia plena fiat. Aliter autem obedientia & uisio pacis nō continentur adinuicem, nisi p̄ huiusmodi numerū stadiorū. Stadium quippe ad stādō dictū est, q̄a exortū a magno Hercule habuit, q̄ cētū uiginti quinque passibus uno anheliu absq̄ respiratiōe currebat, sicq̄ stabat.

Multi autem ex ludæis uenerāt ad Martham & Mariam, ut consolaretur eas de fratre suo. ¶ Consolatores onerosi sunt, qui nisi uerbotenus non possunt afferre iuuamen, & præterquam lingua non ualent inferre lætitiā, nec causam remouere tristitiæ. Nisi recōpensatio fiat de perditis, non ad consolationē adduci, sed ad patientiam potest induci priuatio amāris. In antidotis duntaxat solet cōsolatio adhiberi: ad desperatē dimissa, patientia opus est. Quæ consolatio his, qui rem amatam irrecuperabiliter perdidērunt? Quam consolationem super mortuos, possunt præstare mortales: Plangere simul possunt in augmentū doloris, non ipsius remouere materiam. Ad omnem rerum priuationem, per antidota potest consolatio prouenire, præterquam in morte charorum & perditione membrorum. Nō habet hoc humana potētia, ut uitalia possit afferre. Et ut traiciamus in aliu sensum, quæ cōsolatio his duabus sororibus, scilicet animæ & carni, super affectū mortuū in peccatis, super sepulchrum interiore hominem in terrenis, super spiritum nostrum cōsuetudinariū in de-

licitis, super cor impoenitens, thesaurizans dei iram in die ire? Ad huiusmodi funus, nequeunt consolari mortales, sed solus qui à tumulis ualeat reuocare sepultos, sicut & scriptū est: Consolationem tuā, scilicet dei, non hominū, P̄sal. 93. lætificauerunt animam meam. Et Apostolus 1. Cor. 13. ait: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu CHRISTI, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et deplorans propheteta Ierusalē, dicebat: Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Non est uera consolatio mortuis in peccatis, ad huius seculi charis, nisi uerus consolator adueniat. Proinde Martha consolatores onerosos & humanē loquentes dimisit, cum Christi nouit aduentum.

Martha ergo ut audiuit quia Iesus uenit, occurrit illi. Maria autē domi sedebat, quia nondum nouerat aduenisse deum. Dimitte Martha domum, dimitte sororem, dimitte consanguineos & amicos, dimitte, qui humanē uenerant præstare solamina: & in consulti uenit, cum superiore potentia & uirtute, aduenisse cognouit. Dimittuntur bonā, cū meliora proueniunt. Et ita pro summis, terrena pro caelestibus, humana pro diuinis dimittere ratio sic sana docet. Nec sunt experenda consilia, ubi euidētia melioris apparet. Et summa Christus est causa, ut omnia fiant repudio cum aduenit. Et hūana cōsolatio deserat, ut se pmittit adesse diuina. Beatus igitur est, q̄ Ch̄so uenit, in occursum de sup̄is properat. Et cū uenisset, dixit Martha ad Iesum: **Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.**

¶ Infideliter & fideliter, infirmiter & altē Martha loquebatur, cum dicebat: Domine, si fuisses hic. Ibi fuerat, sed ipsa nesciebat. Secundum hominem prorūpebat in uerbis, non considerans ubique præsentiam deitatis. Forrē dolor hanc considerationem ademerat, aut modica fides intellectum confuderat, ut non posset Iesus nisi præsens, destruere mortis imperium. Sed fideliter & altē protulit, quod mors ipso præsentē, aut sum non fecisset in fratre. Rectē pronunciauit, quia ubi uita præsens, mors ipsa defugit. Competit hoc uerbum omnibus uoluntariē labētibus in peccata, quæ mortem in anima priusquam in corpore operatur. Domine, si fuisses nobiscum, prolapsi non fuisset mus in mortem. Protrius ubi Christus anima uita nō aderit, peccatum regnat in corpore, mors pessundat eius animam ex toto. Sed non causemus Christum, cum ipse non habemus præsentiam: nobis affribamus malitiam, quod in iustē Christum deserentes, iuste ab ipso deserimur, qui nunquam deserit nisi deseratur. At tamen ad fortiora fidei se Martha cōuertit, cum adiecit:

Sed & nunc scio, quia quæcumq̄ popo feceris a deo, dabit tibi deus.

¶ Si purum hominē credit, magnæ potentia, magnæq̄ sanctitatis eum aut nauit apud deum, q̄ suorum precaminum interuentu, frater reuocetur ab inferis. Si uerō deum & hominem credit, in parte fides eius hebescit, q̄ nisi porrigat preces in alto, suscitare non possit, cū nihil sit quod nequit perficere deus homo. Et quanuis interdum corā astantibus, preces ad patrem porrexerit ut homo, nō ut deus: fecit humilitate hominis, non necessitate potentia, ut asseueret orandi morem, non indigentiam passus: etenim æquæ potentia, ut pater, est filius, nec ab illa minoratus in aliquo, factus homo. Sed huic fidei Iesus ad uota respondet, & desiderio deplorantis, dicens:

Resurget frater tuus.

¶ Non fuit propheta, sed promissio, ut Lazarus sua potestate resurgeret, sed quia eum paulo post suscitaturus erat. Dulce uerbū animæ, cum promittitur resuscitandus affectus. Sed Martha non in præsens, sed suam fidē traiecit in futurum, cum dicit:

Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

¶ Amor festinus possidendi quæsitum, tardum reputat quousq̄ possideat: nec credit factum fieri, nisi completum aspiciat, & causat intercedere temporum promittentem, nisi confestim uotum concesserit. At Iesus non illam auertēs a fide ultimæ resurrectionis, agnosci cupidus, qualis esset pro quo facturus ilico erat, ad plenitudinem fidei se totū prorogans, interrogando prouocat Martham.

Ego sum resurrectio & uita: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: Et omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in æternum. Credis hoc?

¶ Resurrectio est Christus pro mortuis, uita pro uiuis: ut ad duplicem resurrectionē nostrā, pro duplici morte quæ regnat in nobis, ipsius simpli resurrectione referatur. Similiter fit in uirtutibus & beatitudinibus ipse uita, dūtaxat in credulitate credētibus. Quam obrem interrogatur Martha, si credit: nam non credentibus, non est cōferenda beata resurrectio neq̄ uita, quamquam etiam ad penam ampliore sint etiam impij resurrecturi. Et bene Christum uocatur, si hoc Martha credebatur. Sed si corde creditur ad iustitiam, ore tamen sit confessio ad salutem. Ipse quidem fidem infundit, aliās autē nemo credit, uerbū cuius in auribus Marthæ sonans, iustitiam fidei trāsfundebat in anima. Sic quoq̄ uerba credendū, per doctores sonant in auribus audientū, sed solim deus credulitatem immittit in cordibus. Proinde Martha sic prouocata, respondet:

Ego credidi, quia tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.

¶ Omne fidei mysteriū Martha cōplexa est, cum in una persona deū & hominem confiteat: & filium, non patrē, non spiritū sanctū, asserit incarnatū. Hominē cōfiteretur in Christi uocabulo, qm̄ non deus, sed homo unctus est: filium, & deum patrē uiuum, & spiritū sanctum amorem, cū ipsum fatetur uenisse in mundū, nō aliter hic uisibilem, q̄ per susceptā carnē. Ab ore utriusq̄ sexus hęc confessionē Christus dominus exquisiuit, quādo Petrus interrogatus cū cæteris, quē diceret filiū hoīs, a patre superno doctus respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Et nunc a Martha, propē æqua & simili cōfessione fateat. Hęc confessio meret nobis, quod quid Christus operat in nobis, & præter hanc confessionē, oīa sunt irrita uota mortalium.

Et cū hęc dixisset, abiit & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & uocat te.

¶ Non credamus Marthā suo arbitrio a domino recessisse, quanuis affectione sororis in anima teneretur, quam sciebat anxīa uisione magistri, sed a Christo recepisse inuicitionem, aut signū, ut ipsam accessisset: aliter mentita fuisset, dicens: Magister adest, & uocat te. Etenim dñs quanuis loqueretur cū Martha, & illam suis inquisitionibus ad confessionē ueræ fidei pertraxisset: quīs eā diligeret, ut supra textus eloquitur, nō suis precibus fratē reuocabat a tumulo, plus meriti & uirtutis aspiciens in Maria, quā uelut dilectā discipulā expectabat, ne nō quærita, ob absterā scelera uideret data cōtemptui. Sed nec acceptorē personarū dñm iudicemus, huiusmodi & omni labe carentem, cū fuerit propensior ad Mariam: sed maiorum uirtutū potius inspectorē, & eos qui peccauerunt, materna charitate fouentē. Et cum duas uitas in his duabus mulieribus legamus esse signatas, actiuam & alta meditantē: plus contemplatiuæ q̄ actiuæ donaturus est Christus, cui actiua semper prior occurrit, quæ ad magna consideranda mysteria, iusta est uocare sororē, scilicet speculationem internā, quæ actioni q̄ si germanæ sociatur. Etenim in actionibus se iustitiam solummodo constituti, non possunt inspicere alta resurrectionis mysteria, nisi reuertatur introrsum in illud secretū, ubi sedes est sapientia, ubi est speculatio ueritatis, ubi ueritas ipsa resurgit, ubi absq̄ strepitu regnat ueritatis imperium, & in silentio capiuntur dogmata deitatis. Proinde Martha silenter accessit ipsa sororem. Ac si diceret: Accessi ad dominum exponens miseriam, quærens misericordiam, alta resurrectionis mysteria percontans. Sola repulsam patior: tecum optata uota feram: non me qui potens est, exaudit abs te.

omnino te uult accessiri. mecum penitus uenire festina, ipse te uocat, ut uenias. Verè sic est, quod nec sine iussu domini actio speculationem habet in sociam: & nisi deus uocet, ipsa non uenit. Supra sensum est hominum, alia contemplari. Sed cum dicit, [magister adest, & uocat te,] dei appropinquationem insinuat facta electis eius, cui possibilitas humana proxima fieri nequit, nisi per prius ipse nobis approximet. Fit dominus nobis presentens, ut sibi possimus esse nostra speculatione presentes, a quo nunquam subterfugiendo aut quomodolibet aliter possumus esse absentes. Adest profecto dominus omnibus in uocantibus eum in ueritate, uocans, ut propius accedamus, uelut ad magistrum caelestia & diuina docentem: qui magister uerax est, uiam dei in ueritate docens, ut per eam in nobis gradientes, in id ueniamus, a quo ipse uenit ad nos. Quærit ille magister instruere ignorantes, & uiam ueræ sapientiae atque immortalitatis monstrare mortalibus. Sic enim per sapientiam dicitur: *Viam sapientiae monstrabo tibi, & ducam te per semitas aequitatis: quas cum ingressus fueris, non coartabunt gressus tuos: & currens, non habebis offendiculum.* Sed uix his, qui huic uocationi non praestant auditum. Scriptum est enim: *Vocauit, & renouit: extendi manum, & non fuit qui aspiceret: despectis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitum uestro ridebo, & subannabo, cum uobis quod timebatis, aduenerit. Et multa siquidem, quæ ibi sequuntur in ultionem eorum, qui uocationem summam magistrum despicunt. Manet in erroribus, qui non audit uocantem diuinum magistrum, ad cuius uerba, interna praestanda est auris. Corporalis enim, licet in sono a doctore uerba suscipiat, quid sapiant ipsa, non percipit. Unde, uelut auris corporis, Martha interna ad magistrum tam alte docentem, inuocat aurem mentis, scilicet Mariam, quæ domi remanserat nondum mota: quia prius quod animale, deinde quod spirituale est. Festinat auris mentis ad theorias diuinas, & abijcit tarda molimina, cum supernum audierit adesse doctorem.*

Pro. 4.

Pro. 1.

Hinc illa ut audiuit, surrexit citò, & uenit ad eum. [Citò surgit, quem dominus uocat: & male sedebat, qui uocatus, citò surrexit: aut meliora nouit esse, ad que uocabatur. Male sedet speculatio mentis domi terrenorum, & cum consultoribus onerosis. Male sedet auris interior, si non assurgit audire diuina, solum humanis illecta. Sed praefertur omnibus, qui adest, ipse magister. Et Maria solita erat uidere Iesum, in cuius uisione atque eloquijs interne iucundabatur, ut etiam ab omni actione corpus cõpesceret: quod priuabat ad tempus, reddebat ardentior ad uidentem. Ad quem, audiens aduenisse, maxime quia uocauerat, cõcito gradu uenit: stupens, quod eius memoriam sic apud se seruasset magister.]

Magister ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, dicens: Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.

Bene cecidit ad illos uenerandos pedes, quos rigans lachrymis, capillis tergens: supra quos oculo crebra desigens, perungens totius deuotionis unguento, remissione omnium suorum receperat peccatorum, & uocem salutis audierat atque pacis aeternæ. Procidit ante pedes, qui eam uisitaturi aduenerant & suscitare geramanum, qui pro ipsa laborauerant, super quos ipsa gradum prauæ actionis defixerat, ne laboreretur in peius, in quibus terminati fuerant gressus iniqui, in quibus iuerat in sacramenta caelestia. Male statum in se ad ruinam se parat, qui stare in semetipso disposuit. Angeli magni & primi hominis casus edixerit, quod periculosissimum in se stat. Sed cecidisse ante dominicos pedes, obedientia prompta, humilitate profunda, est resurrectionis initiu: abolitio casus, immobilitas firmatio, situatio incõcussa, debitum creaturæ, solutio debiti: quies itineris laboribus, prostratio ad salutem humanitatis, in deitate humilis latria. Sed nec Martha cecidit ad pedes Iesu, quoniam minus ueneratur dilectum omnium in amore remissior. Nec honorat, honorandum nesciens, sicut ille qui nouit. Excedebat Martha in amore Maria, & de Christo nouerat altiora, quam Martha omnem fidei altitudinem in Christo cõfessa fuisset. Sed primo aspectu non prostravit se ad pedes: forsan non tamen nouerat, quantum duce Christo nouit in posterum. Sed si hoc trausiciat in tropos, anima plus quam caro, spiritus quam corpus, speculatio quam actio, auris interna quam exterior, plus diligit atque cognoscit, & oia diuina profundius uenerat. Talia, sed non tot Maria, ut Martha, fatum ad Christum. Dicit, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus. Adhuc, ut mos est mulierum, sensualiter loquebantur: & ab amore proprio exordiebantur, cum utraq, frater meus, exprimeret, ac si nihil esset, quod Iesu & ante mortem intima ueritatibus: Ecce quem amas, infirmam. Inspicienda sunt huiusmodi uerba, quod priusquam moueretur, erat amatus Iesu, non frater, non iatus: sed mortuus, dicit frater meus: nam unaquæque pro proprio fodiebat dolore, quod si doleat esset causa communis, uelut in uno funere, ubi multæ sunt personæ, proprio dolore plangentes. Sed unum est funus, una causa plangendi, si qui decessit. Sed quia uiuens erat amatus Iesu, id dixit: quoniam Christus est uita, & qui recte uiuit, sunt amati Iesu, etiam si aliquando spiritualiter infirmantur. Mortuus, non Iesu: quia deus mortem non fecit, nec lætat in perditione morientium: & totum est hominum, non dei, quod in peccatis morimur, quod corporalis uita morte concluditur.

Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & lu

deos qui uenerant cum ea, plorantes, in fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum?

Totum se Christus in humana contraxit: humane compatiens flentibus, factus est eis similis in doloribus absque peccato, non tamen in causa doloris uoluntate propria fremuit doloris insinuans. Et seipsum turbauit, ab alijs imperturbabilis & imperturbatus existens. Non enim se metipsum turbauit ironice, neque damnari amissæ rei aut indigentiam, seu aliquam inuoluntariè passus, sed exhibuit se flentibus cõpassiuum, ostendens quia homo uerus erat, & ut deus, hunc quatuor uanum suscitaturus erat. Et præmonstrauit humana, ut aliter crederet de homine, cum diuina succederent. Interrogat quod sciebat, ut ipsi proderet mortuus, quem ipse faceret rediuuui: & ut magis claresceret altantium oculis, quod abs dubio agebatur, ut non posset parari calumnia, quantum esset inuidia securura. Inquirit, ubi posuistis eum, uelut exigens confessionem patrorum scelera. Non enim ignorat nostra facinorameque aliquid agentes, subterfugere possumus eius scientiam: sed ore uult ad nobis manifestari, quæ fecimus, ut agnoscamus in qualis miseriam peccato prolabimur. Sic etiam exquirit uir Adam, cum fregit obedientiam: Adam, ubi es? quod ipse optime nouerat, sed inuitabat eum ad confessionem fractæ obedientiæ, nec non ut agnosceret, in qua uilitatem deuenerat, qui honoris sui fastidium nesciuerat custodire. Sed hinc uelut si diceret: O mortales, ubi mortuum posuistis, ex quo terreri debetis: quia sicut ipse fuit quod estis, sic eritis uos ipsi, quod est. Vbi posuistis eum, qui uita priuatus, ambulare non potuit: Vbi est natura cõsors, genealogia cõiunctus, cõuersatione domesticus, amicitia charus: O utinam in cordibus mortalium teneret, in quid mors cogit redire corpus, & ubi peccata tristem animam ponunt. Profecto dixerim, quod hæc consideratio, a uia iniquitatis multos auerteret. Sed uelut esset inexplicabile malum,

Gen. 3.

Dicunt ei: Dñe, ueni, & uide. Et lachrymatu s est Iesus, ostendens mentis affectum, quanta compassione super miseros homines ferebat, pro quibus diuinas lachrymas fundit, quæ restimonium sunt doloris & amoris inuisti. Sed animaduertendum est, quid sit quod rex secularis, uelut mortuus, illachrymat, & creator omnium deus, fufus lachrymis tristitiam prestatatur: & deus homo rigatus aqua maxillis, internum pandit amorem: & plangendo præfert dolorem, cõsolator daturus cito lætitiã. Quid est, quod hominibus similitudine tanta se sociat, ut etiam cum plangentibus plangat: Omne scilicet inuitatur ad lachrymas, cum in ualle lachrymarum Iesus genas & ora perfudit, cum dei filius lachrymat: humane, Christus homo di

uinè deplorat. Vna protinus illarum lachrymarum pro redemptione humani generis suffecisset in precium, si preciositas eius appenderetur in statera iustitiæ, si fundendum sanguinem uoluisset in lachrymas cõmutare. Magis ista cõtemplationi sunt tradenda, quam scripto. Sed nec pretereat, quod Maria sociata uenit, quam sunt carnis cõsolator oves secuti, & quod ad aduentum eius Christus prorupit in lachrymas: quoniam cum anima mouetur, seu cõtemplatio ad aliquod præagendum, si qua sunt corporis trahit secum: & omnia fiunt admiratione eorum, quæ supra sensum aguntur in anima. Et supernus aspector interiora respicit magis, quam ea sensibus exterioribus fiunt, & ad motus interiores ipse mouetur, & interne nobis se sociat, factus familiaris uotis internis, ut ferè uideatur unus ex nobis. Nam ita Christus exteriori gestu plorantibus factus est similis, ut ascensum aios in admiratione suspenderet, ut etiam ad inuicem loquerentur:

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Vn ista ostensio amoris, demonstrata per dolorem, nisi quia fremuit & turbatus lachrymas fudit: Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?

Nam ipsa confessio Iudæorum confundit eos, & inexcusate accusat, si non credunt in Christum: cum sic fateantur, quod aperuit oculos cæci nati, & confiteantur de ipso miracula, quæ nullus hominum fecit. Iam ipsi diuinæ potestatis in isto argumenta cõficiunt, ut si unum supernaturale potuit facere, quod & reliquum poterat. Sed bene potuit præseruare a morte, qui mortuum fecit iterum rediuuuium: attamen noluit, ut eius potentia fieret omnino potentior. Si ad calumniam protulerant hæc uerba Iudæi, quod Christi esset diminuta potentia, quod unum posuisset, alterum nequeat, apparebit illico quantum possit. Si ex animo protulerunt, iusta est ipsorum cõfessio, iusta eos damnatio seua tenet, si cõfiterentur miraculum, quod autorem despiciunt, quod ad Christum fide non ueniunt.



Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum.

In geminat actus saluator omnium Christus, quibus ostendit amorem pariter & dolorem, quibus assimilatus est nobis. Et iterat actiões exhibitas propter nos, ut ueritas ipsarum magis inclareat. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

In saxo concavis sic homo positus erat, &

faxo desuper premebatur, ut ex omi parte cognoscamus duritiam peccatoris & obstinatam uitam, quem inferi non terruerunt, non allegerunt superna, circumstantia non eos induxerunt in dilectione & notitiam creatoris. Merito data est peccatori est sepultura confimilis, ad cautelam & presagium similitum futurorum. Et totum humanum genus in hoc mortuo intellexerim, quod inter lapides idololatrie iacebat defossam, maxime gentilem populum, q lapides sculptos sua religione colebat.

Ait Iesus: Tollite lapidem.

Lapis superpositus, qui iubet auferri, duritia est cordis humani, quae nisi praecepto domini auferatur, resuscitari non potest mortuus in peccatis, sicut scriptum est: In similitudinem lapidis aquae durantur, sicut voluptates hominum, cum ad peiora semper decurrunt. Et a se ipso peccator est immobilis ad peccatum dimittendum, capessendamque uirtutem, scriptura dicente de impijs: Fiant immobiles quasi lapis. Et quod impossibile dicitur apud homines, possibile est apud deum.

Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam sciet, quatruiduanus est. Hanc uocem dominus audire cupiebat, ad hoc uenire distulerat, ut audiret foetentem atque quatruiduanum in monumento, ut resurrectio mirabilior sequeretur. Sed uerba praenunciatur de mortuo quae foetet, quod in cadaueribus semper conringit, ut etiam ad cadauera referatur, quod Isaias dicit: Et erit, pro suaui odore foetoris. Nam quanto humana corpora delicatius nutriuntur, tanto foetidius resoluuntur. Et alibi de malitiosis interfectis pronunciat: Et de cadaueribus ipsorum ascendet foetor. Porro contrarium non est, quod ex corporibus mortuorum huiusmodi foetor proueniat: nam astantes charissimi abhorrent charissima corpora mortuorum, ut saepe nares comprimant, ne foetore olfactus suscipiant, & cito humare festinant, ne foetoris insidiat remanentes. Sed si foetor mortuorum in iniquitatibus sentiret, conuersatio mortalium omnino scinderet, nec esset aliqua necessitudo aut copula seu amor innectens simul conuersari consentientes. Sed foetor peccatorum qui precipitur & sentitur, est utique mala fama & detestabilis actio, & exemplaris infectio proximorum, cum exemplo unius propter agentis, multi corrumpantur. Nam est uerba Isaias trajectantur in alium sensum, quod pro suaui odore foetoris adueniat: quid dixerim, quod quanto magis quis ad seipsum accuratius uiuit, tanto amplius foetet ad proximum: & infectorum in anima male uiuenti pestilentia inficiens, peruagatur in plurimos: & quatruiduanus hic est, ut supra praediximus. Sed ois labis hic aperitur confessio, ut uelut est quadra uirtutum, sic & quadra uitiosorum,

Iob. 38.

Exo. 15. Mat. 19.

Iud. 5.

Iud. 34.

ut contra prudentiam imprudentiam, contra iustitiam iniustitiam, contra fortitudinem imbecillitatem, contra reuerentiam inreuerentiam eregione consistat: & sic per effectum malorum, quatruiduanus denunciatur, assoluitur in peccatis. Sed quae Martha uel timebat, ne dñs sentiret foetorem aut difficultatem, audiuit a domino:

Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, uidebis gloriam dei?

Hoc est quod ante praedixerat: Infirmitas haec non est ad mortem, sed ut glorificetur filius dei per eam. Gloria dei & resurrectio mortuorum, non ad seipsum, sed ad eos qui credunt, & beate resurgunt. Gloria dei, potentia est eius, quam nihil subterfugere potest, quae taliter nationi hominum primo demonstranda erat. Porro creditas ad oia bona inconstanter est praeuia, sine qua nemo in se atque in alio, uideri potuit resurrectionem inuisibilem a peccatis. Et in hac uita, quaedam non modica est gloria, eripi a criminibus, resurgere a tumulis peccatorum.

Tulerunt ergo lapidem, male grauatem duritiam & iniquitatem. Quoniam sicut in sua natura lapis est grauis, sic in suo effectu est iniquitas grauior. Hinc Dauid forma conuersi peccatoris accipiens, ait: Quoniam iniquitates meae supgressae sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatae sunt super me. Tollitur lapis situatae duritiae, cum per praedicatorum uocem auditor aut amore molliatur, aut timore coneritur, aut cum praedicta hominis ratio, peccatoris dedecus nouit, & decus uirtutis intelligit.

Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.

Eleuat oculos sursum ut homo, unde cuncta bona procedunt, sicut Iacobus dicit: Omne datum optimum & omne donum perfectum, desursum est. Et quia Christus homo erat, se missum a patre & oia suscipere ab ipso, lingua, moribus praefata, ad hocque satagebat, ut sicut erat, ita crederet. Et forma petitionum praerogata, cum supplices odas & gratias: actiones facit ad patrem. Legimus namque, saluatore nostrum pluries suos oculos leuasse in caelum orando ad patrem, quoniam multiplicauit quinque panes & duos pisces, ad refectioem sequentium, sicut tres euangelistae testantur: ut quicquid sit spiritualis alimentum, quo corporaliter uiuimus, habemus a patre. Et quoniam sanauit surdum & mutum, suspiciens in caelum, ingemuit, ut recta obedientia, & auditio ueritatis, & oris confessio ad salutem, non aliunde quam de caelo proueniat. Et cum panem in sui corporis substantia secreta potestate conuerterit, ut testat ecclesia, oculos eleuauit in caelum, in designatione occultae uirtutis, quae non aliunde quam de caelo descendit, qua unum corpus sumus cum Christo, qua & possumus in ipsa caelorum superna coescendere. Et cum sui clarificationem experitiui a pa-

Psal. 37.

Iob. 41.

Iob. 41.

Mat. 7.

tre, oculos in caelum leuauit. Sic enim scriptum est: Et subleuatis in caelum oculis, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Quid ad Christum uerba ista conueniunt, subticemus, retorquentes in mores, ut qui claritatem appetunt, non terrenam postulent, sed caelestem: & non ab hominibus, sed a deo. Quid enim prodest, ad tempus inter homines clarum fieri, si a domino non approbamur, si non sumus supernis aptati, si superno lumine illustrati non sumus, si ab aeterno & caelesti patre non discernimur: Et cum mortuum quarec ad uitam, etiam ad caelos oculos erigit, quoniam inde resurgendi uirtus. Pro caelo, est resurrectio ordinata prima siue secunda. Et nemo a sua iniquitate resurgit, nisi mente feratur in caelum. [Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.

Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti.

Semetipsum declarat cur gratias egerit, quia ut erat, sic credi uoluit. Hoc enim optimum omni nationi, Iesum credere missum a deo in nostra carne mortali, sua impassibili seruata natura. Et quod uere sit ipse filius dei, comonefaciens omnibus quod in omni gratiarum actione petitiones nostrae innotescant apud deum, & quod antequam exaudiamur, gratias referamus, etiam si petitiones nostrae contemptui traderentur. Esti ante imperationem docemur gratias inferre, quid cum petitionum nostrarum fortitur effectum?

Hac cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras.

Remoro lapide, Lazarus, prout positus erat, ab omnibus uidebatur: & idcirco in ordine reigesta facta est illa remotio, ne suscitatus alius, quam Lazarus crederetur. Nec de phantastico corpore potuisset illo in tunc esse cunctam: quanquam plurimis argumentis probandus esset, quod ipse resuscitatus, qui fuerat mortuus. Et cum ita patefceret oculis intuentium, uoce magna uocatur egredi foras. Uoce magna, a magno mysterio, pro magno miraculo, pro magno auditu, pro diuulgatione magna, pro memoria magna. Uoce magna, in hanc miseram uitam ruocat mortuum, qui pendens in cruce, clamans uoce magna, tradidit spiritum: quoniam aequae magnus moriens, sicut uiuens. Magnus super uitam, magnus super mortem, utriusque tenes imperij potestatem. Cum magna uox ad aliquid uocandum emittitur, aut nimis distat a uocante uocatus, aut profundus soporatus est, aut circa eum aliqui alij soni perstreperunt, quos uocis magnitudine oportet superari, aut a uocante faciem habet auersam, aut intentem occupatus in aliquo seu aliqua surditate tabescit. Hac quidem omnia, peccatoribus huius seculi usquequaque

Iob. 17.

Iob. 11.

Luc. 23.

conueniunt, ad quos expedit, ut uox magna plus in effectu, quam in sono emittat. Non longe distat a domino peccatores, sicut in Iob scriptum est: Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius, statim longe fiens filij eius a salute. Stultus est firma radice, qui mente decipit in hac uita radice suae uoluntatis fundauit, atque firmavit, cuius filij, desideria uidelicet atque opera, longe sunt a salute, cum solum quae sunt terrena, sectantur, a salute omnium quae est Christus elongantur. Et in Psalmo dicitur: Longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquirunt. Etiam per Salomonem dicitur: Longe est dominus ab impijs. Sed non aliter impij sunt, nisi quia a deo elongantur. Nam non deus ab hominibus, sed ab ipso homines longe per impietatem effugiunt. Et de hypocritis & fallacibus Isaias pronunciat: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Quod uerbum contra scribas & pharisaeos dominus improperebat. Et alibi per Isaiam dominus clamat: Audite me duro corde, qui longe estis a iustitia. Qui longe sunt a iustitia, longe sunt a Christo: quoniam ipse factus est iustitia a deo. Proinde oportune uoce magna clamatur ad eos, qui tam longe in suis iniquitatibus a domino recesserunt. Nam nulla distantia maior, quam inter deum & homines peccatores. Sapore graui dormiebat fugitiuus domini Ionas, ad quem excitandum, in interiora nauis nauata descenderunt. Profunde dormiunt, qui dei obedientiam uelut Ionas, effugiunt. Et ascendunt nauem euntem in Tharhis, terrena gaudia explorare tentantes. Tharhis enim, exploratio gaudij interpretatur. Ibi quieti sunt, sed dormientes mortui sunt. De quibus Apostolus ait: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Si dormit, quomodo exurgit a mortuis: si a mortuis, quomodo dormit aut a dormitione resurgit, nisi quia est mors dormitio, quies uidelicet in peccatis. Sunt etiam nonnulli, quorum aures prurientes doctores requirunt, qui non uera, sed placita loquantur, ueritate auersi, uanitatibus seculi delectati, quod uocem suauem non audiunt, nisi in magnitudine dolorum aut tormentorum inuitabilem proferat.

Psal. 118.

Prom. 15.

Iud. 29. Mat. 15.

Iud. 46.

Iona. 1.

Eph. 5.

2. Tim. 4.

De quibus per Apostolum ad Timotheum dicitur: Erit enim tempus cum sana doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt quibus magistros, prurientes auribus: & a ueritate quidem auditum auerterent, ad fabulas autem conuertentur. Aliquid male doctrinae perstreperit in auribus hominum, cum contemptum habetur sana doctrina, neque ab auditoribus sustinetur. Et qui quaerunt magistros, humanis auribus delectantes, uocem audire nolunt sensibus aduersantem: & illecti uanitatibus seculi, a ueritate auditum auerterunt, & conuertunt ad fabulas impertinentes, ad illas uidelicet narrationes, quae nec habent nec habere possunt aliquid deo dignum. Hos sic superatos,

expedit magna uoce superari. Faciem quidē auersam habent, qui contumaci animo pacta diuina seruare contemnerunt, de quibus p̄ Psal. 77. *Psalmi dicit: Auertunt se, & non seruauerunt pactū: quemadmodum patres eorū, conuersi sunt in arcum prauū. Contemnerunt pleriq; diuina seruare promissa, pessimorū uiam animo & moribus imitantes, & conuertuntur in arcū prauum. Prauus est arcus, à quo spicula recte non procedunt, & à quo in amicū uelut inimicū, sagitta dirigit. Sed hæc nō est arcus prauitas, sed intendentis. Qui enim percussit quē debet protegere, eum odit quem debet diligere. Et iusto iniustitiam parat, & damnandum impium liberat à perditione, uelut Iudæi, p̄ quibus hæc prophetata sunt, iustum Christū tradentes exitio, Barraban impium liberantes.*

Contra quos etiam per Ieremiā dominus loquitur: Et uertunt ad me terga, & nō facies, cum docerem eos diluculo & erudirē, & nolent audire me, ut acciperēt disciplinam. Semper enim contumaces & proterui faciem, scilicet ueram cognitionem, à domino auertūt, & terga uertunt, diuina dogmata audire nolētes, de quibus per alium prophetam dicitur: Et noluerunt attendere, & uertunt scapulam recedentes: aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Et cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem. Proinde sic faciem auersam habentibus, magna uoce clamare expedit, ut faciem ad dñm uertant, terga reuertāt. Et qui occupāt in nimia sollicitudine negotiorū mundi, magna uoce indigent, ut auellantur, à quibus uelut à uinculis irretiti sunt. Nam occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de uētre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Sed nec à deo creatam credamus occupationem, quæ peccatum habet: sed ideo creatam, quia de nihilo exortam, quæ nihil aliud est, nisi quædam mentis distractio & illaqueatio animæ, suffocatioq; spiritus: quæ illa, quæ salutis sunt, cogitare aut audire non sinit, quæ aut sub specie necessitatis, aut per curiositatem, aut per damnatam cupiditatem, animū implicat. Hæc super filios Adæ, scilicet super homines peccatores uelut iugū graue pessundat, ab eo die quo nascimur, quousq; moriamur. Sed ideo criminosa, quia uoluntate propria cum illa contrahimur: ac p̄ hoc ad magnam occupationem abigendam, magna oportet uoce clamari. Porro perniciosa furditate tabescunt, non qui nō audiunt auribus corporis, sed qui mentis auribus ueritatem audire non student: sed si auribus corporis sermones percipiunt, abiecta obedientia, iussa non faciunt. Nulla furditas maior, q̄ in obedientia designatur, iuxta quod dicitur: In auditu auris obediuit mihi. Et alibi: Audiam

quid loquatur in me dñs eius. Et Samuel domino dicebat: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Econtra de reprobis dicitur: Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israel non intendit mihi. Et de audientibus & nō facientibus, per Iezchielem dominus querulatur: Audiunt sermones, & non faciunt, in canticū oris sui uertunt illos. Et per Isaiā de perniciosa furditate dominus clamat: Quis surdus, nisi ad quem sermones meos misi? Igitur in horū malorum designationem, uoce magna Christus clamauit ad Lazarum: hos enim criminosos magnis uocibus expedit excitare. Est siquidem uox magna, cum profundē deterret: Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcū suum tendet, & parauit illum. Et cum mada ta Moysi diceret, pro contemptoribus statim adiecit: Ego sum dñs deus tuus, fortis zelotes. Et in psalmis claret aperte uox magna eius, in comminationibus eius: Conuertantur peccatores in infernū: omnes gentes quæ obliuiscunt deum. Pluet super peccatores laqueus ignis, sulfur, spūs procellarū &c: Vox domini constringentis cedros. Tu uero deus deduces eos in puteū interitus. Et plena est scriptura in comminationibus domini, ex quibus uelut ex magna uoce, oportet peccatorē sepultū in uitij, reuocari. Magna in promissionibus uox Christi, cum poenitentiam agētib; regna cælestia promittuntur. Agite poenitentiam, appropinquet enim regnum cælorū. Vox magna, contra uitia magna: magna, p̄ uirtutibus magnis. Vox magna à magno, quia magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, tam in poenit q̄ in beatitudinibus magnis. Veni foras, qui malē infra uitia iacebas. Veni foras in lucem, qui tenebris obuolutus eras. Veni foras in publicum, qui occulte operaberis iniqua. Semper occulta, nonnulla uirtutia petūt. Veni foras, qui iacebas cōpeditus in carcere. Liquet, de Christo prophetatum esse: Educ foras populum tecū, ut ab omnibus malis educatus, quē sustinebat in carcere, palam publicam dei bonitatem aspiat.

Et statim prodijt, qui fuerat mortuus. Bene statim prodijt, ad uocem magnā imperij magni. Nam deus dedit ei uocē uirtutis, ut qñ imperat, tanta uelocitate creatura obediat, ut uix ab obedientia discernat imperiū.

Ligatus manus & pedes inuitis, & factus eius sudario erat ligatus. Omnia hæc in miraculo auxesim efficiunt, quod statim prodijt mortuus, anima reuocata de occultis sedibus, quod ligatus ambulat, quod uelatis oculis uenit in publicū, quod factor, qui timebatur, abcessit. Quanta sunt & quæ illa incommoda peccatorū: Ligatur manus, ne quippiam boni faciat: ligantur pedes, ne quæ

sunt bona desideret: pedes siquidē ad affectus pertinent. Velatur facie, ne quæ sunt agenda cognoscat. Ponitur in tumulo, sepelitur in sceleribus, undiq; lapide clauditur, ex omniuerso in animo induratur: & ex se aliquid nequit, sed possibilia sunt omnia diuinæ potestati.

Dicit eis: Soluite eum, & sinite abire.

¶ Apostolis & discipulis dicit, & mysteriū absolutionis hic consecratum est. Nam primò Christus peccatorem in anima suscitauit, dein de sacerdotibus traditur absoluedus. Nam si primò non suscitaretur à Christo in anima, sacerdotalis absolutio frustra prodiret. Hinc ignorantia oēs detinemur, an qui uerbo sacerdotis absolutus, sit suscitatus à Christo in anima: q̄ si utrunq; in idipsum conuenit, nulla sit de absolutione contentio. Si alterū seu neutrum defuerit, adhuc mortuus foret & iacet in tumulo, quantum ex uera poenitudine animæ, Christus sæpe resuscitet, ubi absolutionem sacerdotum impossibilitas admittit. Et libero arbitrio redditur absolutus cum sinitur, ut non necessitate, sed uolūtate libera se compescat à uitij, & amator fiat possessoris uirtutum.

¶ Multi ex his qui adcrāt, uiso miraculo, crederunt in Christum. Multi iuerunt ad nauis pharisæis & scribis, unde secutum est perniciosum concilium: Collegerūt ergo pontifices &c.

¶ De eiectione dæmonis, cui nomen legio, secundū Matthæum, Marcum & Lucam. Caput Xvi.

¶ Inimicus dæmonum Christus, non naturæ qua spiritus sunt, sed ipsorū perueris uoluntati, qua se à dño auertunt: in mundo degēs, sæpe obuiam habuit suo secreto dispensationis mysterio, quo eos ad se uenire cogebat, aut quia Christum euitare non poterāt, tanquam eorum dominum, quem nondum in deitate, sed etiam nunc eos in humanitate terrentē sentiebant. Nam cum peruenisset ad terram Genesiorum, quæ est contra Galilæam,

Et de nauis egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam in spū immundo, q̄ habebat dæmonium iam temporibus multis, & uestimento non induebatur, neque in domo manebat, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat. Et multis temporibus dæmon strīpēbat eum, & nemo poterat illum domare, & uincirebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis uinculis agebatur à dæmonijs in deserto, clamās & cōcidens se lapidibus. Interrogauit autem illum Iesus: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio, quia in trauerunt multa dæmonia in eum.

Ne prolixior materia sit loquendi, quid sermo literalis & allegoricus habeat, fileatur. In sinuatur ista legentibus, quales homines dæmon efficiat cum coeperit eos possidere, ac q̄ sint dæmoniaci homines, cum ipsi sibi ipsi facti dæmones: quoniam nullus dæmon magis impugnat hominē q̄ ipsemet, cum superbia sua in semetipso fuerit deprauatus.

¶ Eijcit uestimentū à seipso, concussus à dæmone uel à se, ut illam habeat nuditatem, quā protoplasti per inobedientiam incurrerūt, gratia dei expoliati, & à felicitate paradisi ciecti. Sed hanc nuditatem agitatione dæmonis factam, illam impudentiam dixerim, qua homo peccare non erubescit: iuxta quem sensum, Ierusalem per prophetam à domino increpat: Iere. 5. Frons meretricis mulieris facta est tibi, noluit isti erubescere. Sæpe quidem damnati homines in tantam impudentiam uentur, ut neque propter deum omnium inspectorem, quem latere nihil potest, nec propter angelum nostræ custodiæ deputatum intus in conscientia, nec propter homines exterius pudeat detestanda mala cōmittere, cum sæpe homines dei timore reiecto, ne ab hominibus erubescerent patiantur, perperam agere reformidat. Sed cum abiecerint pudoris habitum, in eam scelerationem deueniunt, ut in rebus pessimis gloriantur. De quibus per Salomonē dicitur: Lætant cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Proh. 2.

Quid autem est non indui uestimento, nisi nō frenari pudore, spoliari decore naturæ, nudari gratia, exui honore inditæ rationis, similē bestijs fieri, quæ agunt oia sine rubore.

Nec iste manebat in domo, scilicet in sancta ecclesia dei, quā sanctitudo decet: nec infra cōscientiā habitabat, ne ab ipsa interdū cōpunge retur, & reslirer à malis. Fit protinus in peruersis, ut propriam cōscientiā magis effugiant, q̄ iudiciariam potestatem.

Sed habitabat in monumentis, in operibus mortuis obuersatus: die ac nocte, iuxta tenebrositas peccatorum & poenarum eū à malo nō auerteret, neq; dies ueritatis & luminis ad meliora conuerteret. Erat autē in monumentis, scilicet mortuorum imitatus exempla. Semper enim deprauatus homo sibi quærit exempla malorum, ut liberius agat quod malē disposuit, ut sibi focios inuenisse uideatur, ne singularis appareat in peccatis. Quærit malus exempla malorū, quibus possit esse deterior: non bonorum, quibus possit resiliens à malis, ad meliora conuertī. Erat in monumentis, sed nec unde dicta sunt monumenta, captabat. Et ad exaggerationem iniquitatis malorum cedit, q̄ sepulturas hominum cognoscentes, socios & coæuos morti cōspicientes, nec non sæpe deserētes ad tumulos cadauera mortuorū, nec sic aliquando cōpunguntur, ut à nefandis operibus resipiscant.

Psal. 77.

Iere. 32.

Zach. 6.

Ecc. 40.

Psal. 17.

Psal. 85.

Mat. 8.
Marc. 5.
Luc. 5.

¶

u

¶ Hic uir multis temporibus ex diuturnitate temporis detentus à daemonibus erat, & multis temporibus, uidelicet multis horis, sed interpolatis horis, daemon arripiebat illum: quoniam multi sunt, qui longa consuetudine temporum à consuetudine sanctorum detinentur: sed fit intercapedo temporis, ut actum semper ad mala non defluant, sed nequaquam in dispositione mala intercedatur, ut multis horis non exagitet peruersa uoluntas, & in effectum deducatur mala facultas. O quam male iudicatur de his, qui mente continuè à diabolo sunt arrepti. Crudele spectaculum, uidere hominem à diabolo arreptum. Grande ludibrium & incōparabile malum, uidere hominem à seipso arreptum, imò excepta natura & possibilitate poenitendi, per omnia dæmonem factum.

¶ Et clamans, se lapidibus concidebat. Verbo cōfuso, & duris laesionibus se uerberat deprauatus. Ad cumulum mali meriti omnino accedit, quod homo semetipsum confodiat. Nemo enim malus ab alio, quàm à seipso amplius laeditur. Et mira summi dispensatoris uindicta in peruersis hominibus agitur, ut ex peccatis illic per poenitentiam non delectis, semper in peiora labatur, unde crudeliter crucientur, & plectantur poena mentis, antequam dolores cum dæmonibus subsequantur.

¶ Vinciebatur catenis, scilicet legalium præceptorum, & compedibus æternæ promissionis ligabatur, ne liberetur in malis. Semper fuerunt appositæ humano generi diuina præcepta, siue in originali iustitia, siue in lege scripta, ne homo à deo dissiliens per carnem deflueret, quæ quædam catenæ sunt, animam inuisibiliter uincientes.

¶ Et compedes appositæ sunt pedibus, scilicet cibus nostris diuinarum retributionum, quoniam in custodiendis illis retributio multa. Nunquam deus gratis mandata dedit quibus ligaremur, ut non retributiones adiceret, quibus beatificaremur. Nec aliquando catenis æternæ dationis nos terruit delinquentes, quoniam & compedibus custodiret altæ retributionis iustitiam uiuentes.

¶ Magna sunt ista, quibus redimamur à malis, custodiamur in bonis: quibus disruptis, deprauatus à dæmoniis ad loca deserta propellitur, non ut poenitentiam agens, uiuat solitarie in deserto: siue ut apertis diuinis cōtemplationibus uacet, ut multos legimus sic fecisse, sed ut liberi peccet, ut steriliter uiuat, ut reprehensorem nullo modo pariat, ut deo relicto, nec hominueretur aspectus. Sed potius ad ostensionem eius quod patitur, in deserto à dæmoniis agebatur: ut desertus à deo, desertus primò deum, desertum dæmonum agitatione incoleret. Et mira obstinatione in homine agitur, si catenas & uincula in ultione delinquentium apponantur, quod sic illa deprauatus animo conti-

maci dirumpit atque contemnit. [Et nemo poterat illum domare.] Desperata peruersitas, & obstinata conditio, & inferior bestialitate ferali. Nam seuiissima bestiarum arte quadam placida sæpe ab hominibus domantur, & ad manus hominum mansuescunt. Et homo iam in similitudine dæmonum factus, imò ut de Ioh. 4. Christus asseruit, non spiritali natura, sed animi prauitate in diabolum commutatus, ut nullis terroribus, nullis minis, nullaque Christi feræ doctrina ualeat edomari. Sed nemo domat, quem deus despexit: neminem despicit, nisi qui diabolo factus est similis.

¶ Interrogauit autem illum Iesus: Quod tibi nomen est? Non interrogat nesciens, qui omnia nouit, sed quia multa turba sequentium fretus erat, innotescere uoluit, quanto malo iste premebatur, ut porrectum beneficium amplius effaretur: & notum fieret non super unum dæmonem tantum gerere potestatem, qui poterat expellere legionem.

¶ Cui ille dixit: Legio, quia intrauerunt multa dæmonia in eum. Confundantur, qui dicunt dæmonia esse corporea, cum una legio dæmonum, unum hominem inuasisset. Est enim legio, sex millia sexcenti sexaginta sex, ut per senarium numerum, millenarius centenarius denarius multiplicetur, & ipse in suis unitatibus substat. Qui numerus, solus infra denarium perfectus est, in suis æqualibus partibus nil amplius uel minus seipso resultans, ut ex omnibus malis genus humanum aduertamus fuisse completum, quæ dæmones in sua deditioe suscipiunt, aut quem præter dæmones sua se quisque uoluntate deprauat. Quod uerò duo in alio euangelista dicantur, de uno in alijs, tanquam de famosiori fit mentio. Sed hi duo sæui erant nimis, non natura scilicet humana, quæ seua non est: sed crudelitate dæmonum, quæ inducitur, prius hoies in seuitate, ut non solum in seipulis, sed etiam in proximos operentur iniquitate.

Ut nemo posset transire per uiam illam.

¶ Maxima seuitate agitur, ut deprauati, etiam bonis præsent impedimenta uirtutis, cum quibus uia salutis peragere tentauerunt. Hoc est omnis intentio dæmonum in seipulis, & membris quæ possident, ut per uiam ueræ uitæ nullus incedat. Hoc cum terroribus tyrannorum, hoc cum pseudopredicatorum, hoc cum astutitate tentationum efficiunt, & alijs subtilioribus argumentis, quæ illis ad scientiam nulla deficiunt.

¶ Qui exclamauerunt: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti ante tempus torqueri nos? Verum est, quod nulla conuentio Christi ad Belial, sed est omnino Christi autoritas super eum, à quo ante tempus à dæmonibus expectatum, conqueruntur se torcos.

Expectabant dæmones saluatorem uenturum, ex uaticinijs prophetarum, ex sanctis patribus, qui tenebantur inclusi apud inferos, in quos, iuxta ipsorum fœuitiam, poenalter defœuire non poterant, etiam quos uerè nouerant post temporum spatia liberandos: sed tempus liberationis ipsorum, & totius generis humani, ignorabant. Proinde uelut de nimia temporis festinatione queruntur, quod ante sic ualidè torquebantur. Ad torturam protinus ipsorum deputant, cum inferre non possunt hoibus tortiones. Et adiurauit scilicet Iesum unum illorum:

Adiuro te per deum, ne me torques.

¶ Confitetur filium dei esse, nihil minus tamen tanquam hominem adiurabat, ne torqueatur expulsionem ab homine. Ac per hoc dæmones tacere non poterunt, quin confiterentur utranque in Christo naturam. Nam hic dæmoniacus adorauit ut deum, confessus est filium dei: nunc uerò ut hominem adiurat ne torqueatur. Deum enim per deum, neque per patrem filium diabolus adiuraret. Et cum eis mandasset egre di, alia rogamina submiserunt, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos. Nec nos expellas extra regionem, aut mitte in abyssum. Nollent dæmones separari ab hominibus, quantum uiuere nequeant humanæ naturæ, sed nec ab eorum uexatione cessare, nec dimittere illam regionem seu prouinciam, siue animam, quam norunt eorum moribus aptam, quam suis uitijs imbuerunt: nec retrudi in abyssum ante multam damnationem hominum, ubi sunt in fine seculi perpetuo religandi. Et si propelluntur ab hominibus, idololatria omnino abiecta, ac errore depulso, quæ statim immundum homines carnaliter uiuentes, ualeant possidere. Quod & factum est, ut non ipsorum merito exauditis, sed demerito immundè uiuentium, ingredi eos permiserit.

Equidem erat ibi non longè ab illis magnus grex multorum porcorum pascens, in quos, permissioe Christi, dæmones sunt ingressi. At ubi hoc factum est, impetu uadens grex præcipitatus est in mari. Magni terror super capita Christianorum positus est, quod ab idololorum cultura sunt liberi, ne ob carnaliter & terrenorum immunditiam à dæmonibus possessi, submergantur in mari damnationis æternæ. Fit plerumque in hominibus, ut uitium pellatur à uitio: & si non à dupulso poena sequatur, saltem à succedente succedat. Nam si poena non sequitur ex uitio, quod aut poenitendo, aut carendo deiecit, torquebat tamen poena ex ipso, quod in anima supuenit. Et mixtum quidem, quod hæc legio creaturam rationalem suffocare non potuit: irrationalè uerò in aquarum profundo submersit. Nec submersus grex porcorum, quia legio egressa fuit ab homine, sed quia

in illum ingressa. Nec merito exauditi sunt dæmones, quorum quantum sit bona natura & promissio dei iusta, uoluntas tamen semper ad mala protenditur. Sunt quidam qui tentantur, non subuersa ratione & conscientia incessanter repugnante. Sunt quidam, in quibus omnis obruitur ratio, deprauatur conscientia: bestiarum more semper inhaerescunt, uelut porci carnalium uoluntatis delectantur. His præcipitatum iure propriæ deprauationis debetur. Non autem sentiendum, quod ex libera ratione uiuus, alteri culpa seu poena proueniat: proprijs meritis atque demeritis super homines iustitia diuina decernit. Siquidem à legione dæmonum liber confedit ad pedes Iesu, uirtutem deitatis in humanitate adorans, humiliatus ad obedientiam præceptorum Christi, quiescens sub eo, uelut refugio mortalibus & uitiosis omnibus constituto, uestitus ornamento uirtutum & gratiarum: sana mente refulgens, ubi sanaturum uirtutum, fidei, spei, charitatis trinitas, dæmonibus expulsis, quiescat. Proinde liber à uitijs, à dæmonibus alienus, confedit ante dominicos pedes: uestitur pudore peccandi, & mentis sanitate lætatur.

¶ De curatione paralytici, depositi per lectum ante pedes Iesu Christi, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Caput Xvii.

Ob gratiam soli Christo cognitam, ipse paralyticus factus mundo, ciuitatem Capharnaum sæpius uisitauit, illam illustrans miraculis atque doctrinis, ut sua, ex frequentia diceret, & Nazareni sibi improperatiue diceret: Quanta audiuimus de te facta in Capharnaum, facta hic in patria tua. In qua, dum esset in una domo ipsius uiuentis, et conuenerit ad eum multi, ita ut non caperent neque ad ianuam. Et loquebantur eis uerbum. Vbi cum Christus aderet, fide attrahebat deuotos: & curiositas & occasio multos impellebat ad eum, quia sæpe in domibus, cum doceret, esset adinuicè coartatio, nec aduenientium locus capax.

Et conuenerunt ad eum multi, ita ut non caperent, neque ad ianuam, & loquebatur eis uerbum.

¶ Sed commutato grammaticorum usu, hic euangelista seu interpres locutus est, ut actum nominis transferret in uerbum, uersa subintellecta uice. Sed neque ad ianuam tracti desiderio audiendi. Et ipse in intrinsecis & extrinsecis loquebatur uerbum. Esti non omnes diuinæ uisionis, dei uerbi tamen possunt esse participes. Esti non omnes aspiciunt, audire siquidem possunt. Multi protinus in domo cum domino, multi expectant ad ianuam. Baptizati & catechumeni dinoscuntur in his, contemplatiui & actiui, quieti & sollicitudinibus intendentes, poenitentes & quærendo cupientes. Minor siquis

dem multitudo in domibus semper cum dño assistit, q̄ in planitie, quam in montibus, quam in templo, q̄ in uis: non tamē ex hoc uirtutes cōcluse in actum, ut quod uni aut pluribus, pro omnibus dixerit. Sed non omnis multitudo sic properat propinquare Iesu, nec se infra septa parietum retinere, atq; moribus claustralibus uiuere: faciliori actione atq; libera, plures sunt, imitantes. Et cum protēderetur sermo diuinus, fides adduxit homines indigentes.

Et uenerunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur.

¶ Impotētia est hominis sic infirmi, qui bauiula bat ab alijs. Dissolutiōem mēbrorum habet inferre infirmitas paralytica. Amplius autē morum illa inuisibilis, q̄ ista, designat. Sed defertur a quatuor ante archiatrum, supra naturam & artem malē habentes curantem. Quatuor sunt in corpore elementares q̄litates: ignea, aërea, aquatica, & terreat; quibus, accommodata similitudine, anima insignitur. Nam ex terra timor, quia præ cæteris elementis grauior terra. Præ cunctis affectionibus, timor animam grauat: quantum & multi pondus animæ amore asserant, quibus non eregione consisto. Sed timorē grauius & per amplius & acutius dixerim ponderare, in quo finis per dona descendendo constituit, & ab ipso uelut ab imo, ascēdendo incipitur, sicut in Isaiā scriptū est. In cōnumeratione donorum per descēsum, definit in timorem: per ascēsum, exorditū est ab ipso.

Isa. 11.

Psal. 110.

Eccī. 15.

Qui teste Psalmita, inicit ad sapientiam: quia inicitium sapientie timor domini, & intellectus est bonus omnibus facientibus eum. Acti sine timore uerus esse non possit sapientie intellectus, uelut pars uitalis panis, apponitur timor ei, qui gradi uoluerit uiam nouā, sicut scriptū est: Cibauit illum dominus pane uitæ & intellectus. Et sine intercessione connectit, Et aqua sapientie salutaris potauit illum: ut timor sapientie, uelut aquæ terra, subdatur. Sed nec donorum cōtexendus ordo hic quæritur, sed tm̄ in illis quatuor delatoribus ipse primus & infimus. Cui secunda mētis affectio, aut affectiua qualitas superest, ut sapientia sit in uero ad timorem subleuans, uelut ad terram aqua. Et cū aderit sapientia intellecta in aqua claritatis, bonorū contemplatio superuolitet, uelut aër superfertur aquæ. Cui substantia ignei elementis superponitur, ipsa uidelicet charitas, quæ omnibus supercellit. Hæc siquidē qualitates sunt paralytici, s. malæ elicti hominis delatitantes, submittentes cum ante humanatū deum, ut ipsum faner potentia deitatis.

¶ Mysterium protinus nō mediocre ad considerandum assertur, q̄ super tectū ascendunt, sub quo Christus auditoribus dogmatizabat, Iesu facti corpore superiores: quoniā ipse oī-

bus factus inferior, portans super se omnium nostrum sarcinam peccatorum, cum deus posuerit in eo iniquitatem omnium nostrū, & uerē languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Nam exēplo uidemus oneiferum animal salino superposito subijci, nec tamen salinum ex natura dererius. Et tectum detegere, occulta est manifestasse peccata: quibus detectis, inuenit Iesus, uelut factis in inferioribus p̄tibus istis iclusus. Igne decoctas, ex luto fictas remouere regulas, ut ipsis remotis, deorsum submitatur moribus dissolutus ante conspectū domini saluatoris. Ex terra quippe fiunt regulæ, a tegendo dictæ: ex quibus superpositis domibus, dicitur tectum, inferiores atq; intraneas partes domus tegens. Et decoquantur igne, ne imbribus celo delapsis in lutum resoluantur. Regulæ quidē tegentes Christum, igne decoctæ, figuræ sunt & prophetiæ de ipso, ab ipso igne spiritus sancti solidatæ, quibus detectis, deuenitur ad Christum. Nam & Apostolus dicit: Cum transieris ad Christū, 2. Cor. 1. aufere uelamen: ut sit cōuersa locutio, Cū auferit uelamen, transitur ad Christū. Et cū submissus esset paralyticus a delatoribus ante Iesum, uidens Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittatur tibi p̄ctā tua.

¶ Non pro peccatis remittendis, sed pro sanitate corporis paralyticus iferebat. Sed Christus semp̄ superbonus, & meliora exhibet per tentibus q̄ rogatus, & ex fide inferentium, prius sanauit animam, q̄ donasset corpori peritiam sanitatem, ut ex peccatis cognosceretur ad esse illa turpis infirmitas proprijs aut paternis, & ut ostenderetur, prius animarum q̄ corporū quærendam esse salutem. Sed opprimite sapientē tener hominū sensus, ut cum conturbatus extiterit, prius sibi q̄ animæ, quærat ad se medelam. Sed amator hominum Christus conferendo docet, quid in donis primò sit ab ipso petendum, cum sanitati corporis, sanitatem animæ prætulit & remissionē peccatorū. Necnon & potestatem suā ex hoc ostendere uoluit populis, & illis scribis, & qui aderant pharisæis, ut subsecuta murmuratio manifestat.

Nam & ecce quidam de scribis, dicebāt intra se: Hic blasphematur. Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus?

¶ Optimè iudicant, quia nemo nisi deus peccata dimittit: sed à uera credulitate deficiunt, quia Christum deum esse non credunt. Et nō credentes, iuste decernunt, ipsum appellando blasphemum: esset enim, si peccata dimitteret, nisi deus esset. Nam blasphemia maxima est in deū, si quispiam homo dei sibi arroget potentiam. Necnon comparādo adiuuicem suæ potestatis effectus, prius præstitit animæ sanitatem. Proinde sequitur:

Et cum uidisset Iesus cogitationes eorū, dixit eis: Ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, dimitte tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula.

¶ Videt cogitationes, atq; cognoscit antequam per uerba formentur: quoniam omne cor intelligitur ab illo, & malas cogitationes arguit, antequam exprimantur, ut cognoscamus etiam mala cogitando peccare. Sed nulla cogitatio peior, quàm malè sentire de Christo. Attamen facilius est dicere, dimitte tibi peccata, quàm impotentem hominem, membris omnibus sui corporis dissolutū, ab ægritudine liberare. Et unum horum uisibiliter, & aliud inuisibiliter agit: unum in anima, aliud in corpore perpetratur. Sed ut credatis, me in anima ueram habere potentiā, etiam in rebus inuisibilibus inuisibilem potestatem, in corpore uisibiliter ostendo uirtutem.

Ait paralytico: Surge, & tolle lectum tuum, & uade in domū tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam.

¶ Ostendit signo uisibili, quod inuisibiliter potest: & difficilius est, q̄ homo quem purum me creditis, ab incurabili languore sine peritia medicorum sanet hominē, quàm q̄ deus, quē me non creditis, peccata dimittit. Et ut credatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, paralyticus iste sanus coram uobis astabit, ut me deum & hominē pariter esse credatis. Gestum in scriptura cōperimus, ut ad credendam rem uerē incredibilem, res incredibilior prærogetur: & ad credendū id, quod diuina uirtute inuisibiliter agit, miraculum ut supra naturā factū, uisibiliter antecedit. Inuitatoria quodāmodo sunt ad uirtutē inuisibilem ostendendam, miracula quæ foris agunt. Si uerò maius est, quod in animā fit quàm in corpore, pro eo quod ipsa corpore melior: nihilo minus magna introductio ē ad potestatem filij hominis credendam, ad dimittenda peccata hominibus super terram, id quod in corpore paralytico actū est: quia hoc solius est dei, cuius uirtute sacramentales homines etiam peccata dimittere uidentur, istud uerò solius hominis uidebatur ab his, qui eum tantum hominem existimabant. Et ista saluator in hominibus uenabatur, ut deus & homo, inuisibilis & uisibilis, crederetur. Ac per hoc inuisibile inuisibilis suæ potestatis effectū, in anima remittendo peccata, & suæ inuisibilis uirtutis uisibilem effectum monstrauit in corpore. Sed nec iussio huiuscemodi à mysterio uacat, quod paralyticus iubet surgere, grabatum suum tollere, in domum suam ire. Male iacebat in humanis atq; temporalibus & terrenis, qui à domino æterno surgere iubetur, &

grabatum tollere, ut secum ferret memoriam eorum, in quibus ægrè delectatus est, dei lege contempta. In domū suam ire iubetur, ut septus parietalibus legibus cælestium mandatorum, fundatis in fidei fundamentum, desuper tecto charitatis impositio, firmatis portarū feris, ne ingrediatur hostis: exeat qui dilexit, securus consistat, & amplius non uageat in laetudine secularium platearum. Quod cum fecisset, timore magno est admiratio & glorificatio in turbis uulgaribus subsecuta, quia supra usum & rationem, naturā & artem, uidebant hominē potestatem diuinitus esse donatam. Homo dūtaxat existimabatur Christus, ab his quæ ultra hominem & hominis naturā cogitare non nouerant. Proinde uelut si accipisset ex omni se, potestatem à deo miracula faciendi, glorificauerit dantē dñm deū, cū ex hominibus talia faciendi nulla possit esse potestas. In decens, p̄ parte uidebatur, qd̄ ferebat in laudē, si Christus existimabatur quod erat, uidelicet deus & homo: quia deus pater deo filio nihil temporaliter contulit, sed æternè generauit. Sed si tantum credebatur homo, magnificatio utiq; uera erat: quia miracula supra naturā facere, à seipsa natura non obtinet, nec alicui uigore aut naturæ ordine noscitur esse tribuit: nam supra id quod experimento rei scitur, miraculandi est concessa facultas.

¶ De sanatione filij reguli, secundum Iohannem tantum. Caput XXVIII.

¶ Pes & refugium omnium Christus factus est, in quem qui sperauit, nunquam confusus est: ad quem qui refugium fecit, iusta perita pro uoto, & pro utilitate reportauit. Qui ob hanc causam in hunc mūdum uenit, ut agnosceretur, quæretur, amaretur, & ad ipsum p̄ iustis desiderijs esset accessus. Omnibus omnia factus, ut oēs lucrifaceret, paruos & magnos, subditos & reges, neminem uolens suæ misericordie manere expertem, nisi quē non uidit sanē credentē. Ad quem cum uenisset in Cana Galilææ, ubi fecit aquā uinum, indigens regulus pro filij sanitate supplex accessit.



Nam & erat quidē Iohan. 4.

dam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cū audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eū, ut descēderet, & sanaret filiū eius.

¶ Quamquam ista sit secundum miraculum, quod Iesus in Galilæa fecit, & secundò debuerit pertractari: attamen alia ratio me

coegit, ut ordine præpostero miracula domini pertractarem.

¶ Erat regulus, non paruus cognitione, sed regno. Alitè protinus nouit, cū accessit ad Christum. Nulla sapientia potior, q̄ ad Christū habere accessum. Non paruus fide, sed numero subiectorum. Fides enim commouit animum eius, ut ad Christum ueniret, quanquam non esset ex omni parte perfecta. Huius filius infirmabatur Capharnaum. Amor eius ægrotauit in pinguedine mūdi. Ager quippe pinguedinis, Capharnaum interpretatur. In abundantia temporalium rerū habita uel quæsitā, infirmatur hominum amor, qui dum habet abunde, quod habendum est temperat, ipsa intemperantia est ægrotus. Si autem nō habet, habere plus debito exoptans, affligitur & anxietur. Ipsa rerum exoptantia in uoro uel usu, sanitas est affectus. Immoderatus amor semper in laboribus est, & languoribus cruciatur. Obesitas corporis ipsum magis grauat q̄ leuigat. Sic rerū obesitas animum curuat, & sæpe mentē auertit à deo, iuxta quod per Moysen dictum est. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, in crassum impinguatus, dilatatus. Dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutari suo. Ecce pinguedinis malum in perfuncto hīs rebus. Incrassatus dilectus, est populus electus, aut quilibet homo creatus. Sed cum incrasatur, recalcitrat diuinis mandatis atq; p̄ceptis, inobediens creaturis discipulis: & derelinquit suum creatorem obesitate rerum temporalium delectatus, & recedit ab æterna salute, hic temporaliter appetens saluum esse. Nulla uerò maior infirmitas, quam ab æterna salute recedere, quam derelinquere, longeq; ferri ab omnium salutari.

Deu. 32.

Gen. 27.

Iacob

Gen. 49.

Isa. 30.

Neh. 8.

Iob. 15.

¶ Satis interpretatio loci competit homini spiritualiter infirmanti. Proinde omnium consideratio assurgat, ubi amor hominum infirmatur, præcauens ne infirmetur. Sed ad quid quæcunque in homine alia sanitas, ubi amor ægrotat? Et in mundi huius pinguedine terræ, Isaac caligans oculis, filios benedixit. Sed ē pinguedo ecclesiæ, quæ consistit in abundantia diuinorum charismatum & uirtutum, quæ animam lenit, perungit & sanat. Et panis Christi est pinguis, regibus delicias præbēs. Et Isaias: Panis frugum terræ erit huberrimus & pinguis. Et Nehemias iussit comedere pinguiam. Quæ omnia gratiæ pinguedinē in sacramentis & donis dñicis insinuant, in qua sanatur amor homin, non ægrotat. Infirmat protinus in pinguedine labentium res, cū in ipsis extollit, & aduersus deū eregione concertat. De q̄ pinguedine armat impius, de q̄ in Iob scribit: Cū erit aduersus deū erecto collo, & in pingui ceruice armatus est. Quæ pinguedo nō solum in res opulentiā constat, sed in abundantia sup-

bia, qua se quisq; peccādo excusat, & se tuetur multitudinē peccantium, ut suum, parū aut nullum uideatur sibi esse peccatū. Pinguis em̄ ceruix est, quæ abundantia rerum extollit, ualitudine corporis labitur in luxuriam: quæ se post peccatū excusando tuetur, ante peccata cumulādo gloriatur. Sæpe pinguedo acris cōstitutur pro scientia terrenorum alta sapientia, de quibus per Psalmistam dicitur: Tauri pingues obsederūt me. In persona Christi, spiritu prophético loquebatur David, quod scribit & pharisæi secundum carnem alta sapientes, circūdederunt dñm Christum ad interemptionem. Quod & sæpe nunc in peruersis hominibus agit, ut terrena sapientia inflati, quæ Christi sunt, doctrina moribusq; confundant. In quibus pinguius, tenuitatem se dñs missus per Isaiam cōminatur, dicens: Mittam in pinguis tenuitatem, ut infirmati ex defectu uirtutis & tabe uitiorum, mutatione diuinæ iustitiæ per amplius infirmetur. Mala quæcunque obesitas, unde infirmitas oritur: ac per hoc, oibus sic mala, prohiberi dicit: Prodiit quasi ex adipē iniquitas eorū, trāsierūt in affectū cordis.

¶ Sed regulus audiens aduentum Iesu, accedit ad eum. Regulus quidem, intellectus rationalis est cunctos ratione utentis, qui regere debet amorem, tanq̄ filium imperitum, & ab eo remouere lædentiā, & sibi uulnē providere. Nam philos græcè, latinè amor: unde filius, patris amor. Intellectus siquidem amorem generat. Nihil enim amat, nisi cognitū. Et ab intellectu p̄cedit in aliquid diffusus amor, q̄tuis amatiua uirtus, æquē ut intellectus, insit hominibus a natura. Proinde ista infirmitas est ex parte, cum amor in aliud non feratur, præterquā in id quod ei superior intellectus, uelut bonū, ostenderit. Nunq̄ errat amor aut infirmatur, nisi ab intellectu deceptus ad eum se nō quid, sed tantum diligere nouit, cui multa non diligenda, sed ad diligendū, erroneus aut peruersus intellectus ostendit. Sed interdū ad bona seu ad meliora conuersus, quærit à superiore sanitatem, pro amore quem infirmauit: cum ipse in languorem tantum deducere potuerit, non sanare. Prius quidem, expedit sanari erroneū intellectū, ut rectè intelligat, & tunc uelut regulus optimè intra regens, pro huiusmodi filio sanitatem inquirat ab eo, qui quomodolibet potest sanare percussum. Et petit regulus iste Christi descensum, ut sanet, filium suū. Fortè corporaliter in loco erat, à q̄ descensus erat ad Capharnaum, sed sensus alius plus elucet. Non potest esse nobis sanitas, nisi ad nos uirtus diuina descendat, cum ad ipsam in sua celsitudine consistentem, non possumus ascendere, quanquā regulus accesserit quō filius infirmus nequiuert. Fit protinus, q̄ intellectus in sublime uirtutis & rerum humanarum, acui-

Psal. 114.

Isa. 40.

Psal. 71.

tate intelligentiæ atq; fidei, uelut quibusdam pennis, attollitur: ad quæ amor hominum, rerum uisibilium pinguedine delectatus, nequit suo molimine subleuari. Optima necessariiq; p̄secha, quatenus Iesus quō infirmi facimus, descendat, non necessitate uidendi, aut maioris exhibendi effectus ratione presentitiæ, sed nostra opportunitate medendi, cum ubique absque quod corporis presentiam præster, cum uoluerit, sua effectiua uirtus infunditur. Imperfectionem tamen fidei arguebat in regulo, si credebatur Christum plus præsentialiter, q̄ in absentia, posse conferre salutem. Instabat audacter & supplex, ut descenderet & sanaret. Cuius rei causam euāgelista subinfert, dicens:

Incipiebat enim mori.
¶ Non potest infirmari, quod ab eo quo in uia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, ex ipso quot quis incipit uiuere, incipit & mori: nihil non uiuens, tendit in mortē: sed qd uiuere potest, & mori debet: cum uiuere cœperit, & mori penitus incipit. Et affectus aut animus noster, qui sic factus est, ut mori eius natura non possit: tunc à uera uita inchoat mortem, cum ab ipsa diuersus, ad egena conuertitur. Tanto quisque mortem incipit per miseriam atq; culpam, quanto se ab ipsa summa uita diuertit, & quod dicitur, reconuertitur. Iesus uero ad eum dixit, uelut increpauit loquens:

Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis.
¶ Hoc pro tanto saluator omnium intulit, quia eius expebat presentiam, non credens quod possit absente efficere quod præsentem: cum neque maior ex presentia, neque minor ex absentia uirtus ipsa consistat. Et ad defectū credentium scribitur, ad credendum, signa & prodigia requirere. Nō em̄ ex his fides, sed ipsa ex fide. Nihilominus saluator supplens qd ei deficiebat in fide, alterius quod ipse in fide nō meruerit, sibi sua benignitate prouidit, dicens:

Vade, filius tuus uiuit, scilicet ex uirtute mea, iam sibi deficiente natura, ut mori iam inciperet: fuisseq; mortuus, inualefcente languore, nisi reuocassem quod necat.

Credidit homo sermoni quem dixerat illi Iesus, & ibat.

¶ Adacta & huic fides in uerbo domini, ut simpliciter crederet, non amplius expetendo presentiam. Nam nemo sibi fidem ad plenum uendicare potest, nisi deus dederit, auxeritq;. Nec solum sermoni credidit, quia sic prolatus erat secundum uirtutem diuinam, in eo qui dixerit. Et ibat plene fidelis, gaudetior de fide, quam de liberata prole.

Iam autem eo descendente, quia sic regio sita erat, serui occurrerunt ei, & nunci-

auerunt, dicentes: quia filius eius uiuere. ¶ Serui solliciti circa filij languorem patrisq; dolorē, nunciāt filij cōualescentiā, ut patris moestitia mitiget. Optima seruorū conditio, cū do minorum satagunt remouere dolorem.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat: ut apponeret horam liberationis, & prolaci à Iesu sermonis, ad cognoscendum experimento, sicut fide acceperat, an tantum diuina uirtus, an natura seu archiatrica peritiam filio subuenisset.

Et dixerunt ei serui, quod heri hora se prima reliquit eum febris. Tunc aperte cognouit, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus: filius tuus uiuit.

¶ Et uirtuti diuinæ filij liberationem attribuit, nō naturæ, nec alicui humanæ subuentioni.

Et credidit ipse, & domus eius tota, scilicet omnis familia credendo transiit ad Christum, etiam liberatus à febre, cum in se cognouisset diuinum operatum esse archiatrum, non humanum. Liberatus à febre filius septima hora diei, liberationem humani affectus insinuat, ab inæqualitate rerum temporalium æstuat, aut infrigidatus à puerio timore, p̄pter carentiā charitatis. Febricitas siquidē, aut nimio calore, aut frigore torquēte, uexat. Septima hora hic filius relictus à febre, in potestate uerbi domini, non in terminatione sudoris, aut argumento naturæ, seu medicinalis peritiæ. Fecit saluator ineffabilis & archiater suæ præ naturam, cum hora labentis temporis suæ conuenire uirtutem, ut etiam indigens illius opis, agnosceret, & agnitum fateretur. Nec tamen alligatam diuinam potentiam horæ septimæ autumamus, ac si in alijs potenter aliquid non effecerit. Etenim primo manē, & tertiā & sextā & nonā & undecimā, sunt conducti & missi operari in uineam ad salutem. Et hora diluculi, uenit in templum; & manē factus, præsentatus est præsidi, & tertiā damnatus, & sexta crucifixus est, & nona expirauit in cruce, & undecima depositus inde, & ultima sepultus, & matutinali resurrexit. Et primo manē apparuit Mariæ Magdalene. Et hora tertiā missus est spiritus sanctus ex alto. Et nulla dies & hora & momentum prætereunt, quin pro nobis saluator aliquid boni fecerit. Proinde non contemnendus, cum signanter describitur numerus.

Matt. 20

Iohan. 8.

Matt. 27

Mar. 16.

Actu. 2

¶ De sanatione hemorrhoidis, secundum Mattheum, Marcum & Lucam.
Cap. XIX.

IN alio loco de sanatione huius fuerat describendum, cum præuenit suscitatione pueliam. Nam cum IESVS archifsynagogam sequeretur, ut filiam eius excitaret à morte,

Matth. 9
Marc. 5
Luc. 8.



ECCE mulier quæ sanguinis fluxū partiebatur annis duobus decem, aut in profluuio sanguinis erat, & fuerat multa ppeffa à cõpluribus medicis, & erogauerat oia sua, scilicet substantiam suā, nec quæquam profecerat, sed magis deterius habebat, nec ab ullo potuit curari: cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, & tetigit uestimentum eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum fimbriam uestimenti eius, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & cessauit fluxus, & sensit corpore quod sanata esset à plaga. Et statim Iesus cognoscens in semetipso uirtutem quæ exierat de eo, conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Aut quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te compriment & affligunt, & tu dicis, quis me tetigit? Dicit eis: Tetigit me aliquis: nam & ego cognoui uirtutem de me exiisse. Et circumspiciebant, & uiderunt mulierem quæ hoc fecerat. Vides autem mulier, quæ non latuit, sciens quod factum esset in se, timens & tremens uenit, & procidit ante pedes illius, & ob quam causam tetigerat eum, indicauit corā omni populo: & quæ admodum confestim sanata est. At ipse dixit ei: Filia, fides tua te saluam fecit, uade in pace.

¶ Patenter euāgelica historica pādīt, quod cum Christus ad archisynagogi filiam uocaretur & iret, ista præuenit, tot annis sanguinis fatigata profluuio, quot illa puella erat ætatis, ut præter comparisonem populi Iudaici populum ad gentilem, quorum tunc unus infirmus est, quando alter diuina rudimenta suscepit: ad morale sensum eruditivæ animus fertur, ut quanto se protendit puritas, tanto se in puritas infirmetur. Et pro quāto uirtus existit in precio, pro tanto uilescat & uitiū: ut & quanto illa extollitur laudibus, tanto illud operibus laceretur. Necnon & uirtute nascente, uitium eregione confurgat, aut in notitia lucescente suo contrario, aut in pugna cū sua æmula, quam semper conatur extinguere.

¶ Non uacat à mysterio horum proportio temporū, ut quot una ætatis, tot altera in in-

firmitate annos habuit. Sed fluxus sanguinis, infirmitas huius erat, in omne genus peccatorum carnalium sine intermissione seu decisio ne deflueret, à quibus Psalmista se liberari poscebat, dicēs: Libera me de sanguinibus. Et alius propheta, horū multiplicatē uidēs, dicebat: Sanguis sanguinem tetigit. Et quoniam per sanguinem signatur peccatum, per sanguinem in ueteri testamento fiebat expiatio peccatorum: & in nouo, Christus per proprium sanguinem omnes sanguines naturæ humanæ deleuit. Et infirmitatem huiusmodi malè patiens, à naturæ auxilio, à medicorum argumētis dista, in quibus omnem substantiam fuderat pro sanitate captanda, fide actūq; accessit ad Christum, qui præter naturam & artem, re fundebat hominibus sanitate.

¶ Et quanquam prout textus alloquitur, re ista uera confiterentur, spiritu quidem similia sepe fiūt, ut nihil natura prosit, aut ualeat quempiam retinere à uitijs, nec oratores aut sacerdotes, & quicumque causam apud deum bene ueniendi peritia sunt aut creduntur adepti, in quibus sepe pro profuechis fiendis ad deum, temporalia bona multa funduntur, reuocare ualeant à peccatis aut obtinere, si non in fidei humilitate, omni spe abiecta uiuentium, in retrouersibiliter ueniatur ad Christum. Non quod superuacuum dixerim, impendere temporalium substantiam his, quos dignos & egenos credimus, ut eorum intercessio fiat ad deum: nec audire theoreticos uiros, dum in ueritate indigentibus theorizant, & quoscuque doctores, & eis emolumenta terrena impendere pro mercede, suadente necessitate.

¶ Sed nec ista fluxibilem animam curat, nisi per seipsam retro sua sequendo uestigia, fidenter & humiliter accedat ad Christum. Sed anima sit sepe deterior sub cura mortalium, etiam optimorū, nisi corde deliberet, actūq; perficiat tægere fimbriam saluatoris: quæ fimbria Christi mores enunciat, qui tacti, non crediti, tantum sanant. Est & uestimentum, est & fimbria: id est, extrema pars uestis, ornatio atque preciosior, ad decorem uesti confuta: quam in ueteri testamento uidebatur summus sacerdos habere, cum malis punicis atque cinnabulis interpositis alternatim, ut in Christo sonū prædicationis enunciet, Christi per fimbriam omnia tangi. Quis incarnationem eius atque natiuitatem, illamq; unionem potuit & cætera Christi mysteria per omnia tangere atque explicare? Sed CHRISTI mores in carne gestiti, tangi poterunt quodammodo ad sequellam: quia imitabiles, si non ad plenum, salutem in sua parte fuerunt. Ieiunare, orare, prædicare, propinquo seruire, compati animo, subuenire, ope fieri siquidem potest: & patientem esse ad lædentem, humilem loco, tempore ac

opportunitate & uirtute, sic seipsum exhibere, impossibilitate caret. Et contemplatiuum, & segregatum fieri à non opportunis, & sedere in desertis & in quietas partes, & ob meritum cedere improbitatibus & improbis, fuggam facere humilem: necnō doctos per eum mores, facultas ex gratia plenè adest & in excusabiliter adultis. Et hæc est fimbria Christi uestimenti, quæ à foemina tægitur mosagiam patiente, scilicet ab ecclesia collecta de gentibus, & à quacuncq; anima tali uitio laborante. Quæ cum tetigisset, statim siccatus est fons, seu cessauit fluxus sanguinis: fons, quia fundebatur fluxus, quia fluebat: siccatus est, ut non fundetur: fluxus, ne flueret sanguis scilicet peccati, ab intimis ad actus exteriores turpiter deflueret. Salutaris effectus, optima & congrua præcedentia in se habuit. Primo siquidem audiuit, Nam & auditus per uerbum dei est. Deinde nō ociosa ex auditu uenit in turbam, nec singularis mansit, sed uenit. Sequentium atq; credentium Christum nemo sibi arroget, quæ absq; communitate credentium & communi Christianorum fide, nec non & absq; sequela possibili: nō in singularitate morum, sed in uera communitate cum unitate credentium, quod salus aliter sibi proueniat. Accessit retro, uelut dominica secutura uestigia, non antè, ne præire uideretur dominicam uoluntatem. In semetipsa sane delibere, quæ ad uestimentorum tactum sit ipsa receptura optatam sanitate. uestimentum Christi, humana caro ab ipso suscepta. Fimbria, ornatum morum quæ gestorum eius. Nam in sua carne omnium saluator ostendit urbanitatem regni cælorum, ad quam sequendam inuitauit præsentem atq; futuros audientes, dicēs: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et alibi: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Et alibi: Qui mihi ministrat, me sequatur. Sensit illa corpore, quæ sanata esset à plaga. Non prodebant diuina miracula, etiam quæ uisibiliter & in corpore agebantur, sine sensitiua cognitiōe illorum quæ recipiebant: quia quod agebatur in sensu corpore, sentiri necessarium erat corporis qualitate mutata: & æque sensibile corpus se sanū, ut infirmum agnoscebat. Nam uelut percipiē oculis, cum lux depellit tenebras, sic cum dolore & passiōem malam sanitas fugat: sic & anima sentit leuatiōem à malis, cum sibi gratia infunditur sanitas. Et sicut ipsa mosagiam patiens, sensit cum cessauit, sic & ille deus homo, quando de se uirtutem emisit. Proinde ille co dixit: [Tetigit me aliquis.] Et ignorans Petrus cum cæteris, quam ob causam Christus hoc dixerit, respondit: [Præceptor, turbæ te compriment & affligunt, & tu dicis, quis me tetigit.] Verè Iesum turbæ comprimebāt, quæ

de facili turbant, & turbant: & ex peccatis turbarum compressus, interijt. Sed nec turbæ firmato proposito tetigerunt, sperantes inde uirtutē: sed mulier una, sola ecclesia uidelicet collecta de gentibus. Et sepe in his turbis quæ crediderūt, singularis fidei feruor obtinet, quæ multitudino nequit, maximè dñi in turbis credentium non sit semper una, seu æqua necessitas. Nec habent opus medico sani, sed qui infirmitate detinentur. At tamen ne illi negarēt, uelut ignorantes quæ nec proposito tactus esset lefus, ex effectu uirtutis, se tactum omnino denunciat, nolens occultum manere quod tanta fide agebatur in foemina, & tanto mysterio fiebat in rem: quanq; & alibi sciemus dñm iussisse sua occultari miracula. Sed nec ipse legibus moralibus alligat, ut uniformiter semper faciat, cum informis nunquam incedat.

¶ Et circumspiciebat uidere mulierem, quæ hoc fecerat. Videbat em̄ illam, quoniam in omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Sed in notitia astantiū & sequentium turbarum illam uenire cogebat, ut fieret euidētior atq; certior fides, scito miraculo, & confirmaretur fides mulieris in amplius, & appellaretur in fide filia, quæ per legem segregatum habebat, & confiteretur ore ad salutem, quæ corde crediderat ad iustitiam. Necnon & ut turbæ cognoscerent, qualiter uirtus diuinæ largitatis infundit, ut non ore petita, sed corde uerè credita cõcedatur. Et altè contēplari oportet, quæ uirtus diffusa diuina, semper sui ipsius diffusua, nunc singulariter pronunciet emissam: si quia cum semper diffunditur, nō tamen semper operat, uelut solaris lux obice interiecto, non semper in obiecta refulget, nō defectu irradiantis luminis, sed interiecti obicis. Sic & uirtus diuina semper ageret sup naturales effectus, si se obiecta suis infusionibus coaptarent. Proinde saluator alleuit exiisse de se uirtutem, quia inuenit, ubi absque fatana suum operare tur effectum. Et ipse nouit qui sunt eius, & in quos operatur sua uirtus inuisibilis.

¶ Videns igitur mulier, quia latere non poterat, in conspectu omnia cognoscentis: [Procidit ante pedes illius,] timens ac tremens, ne uelut indigna tangens altè dignissimum Christum, condemnaretur ex lege aut ex temeritate, narrat rem coram omnibus à se gestam: adiecit & causam, scilicet recuperandæ salutis in fide tacti hominis, & quod salutem optatam fuerat consecuta. Miratur turbæ mulieris fidem, quam & saluator, ut in illam animet circūstātes, magnis laudibus effert, cū filiā uocat in fide fundatam, & fidei attribuit sanitate.

¶ Quia fides tua te saluam fecit.]

Non uirtus tua, sed archiatri: non ego sine fide tua, sed fides tua, scilicet à te credita, uirtus mea. Hominem quidem mortalem uocur

Matth. 16.

Iohan. 8.

Iohan. 12.

psal. 50.

Osee. 4.

lis aspexit, non ab alijs in natura diuersum, sed ultra hominem in illo credidisti uirtutem. Quamobrem fides tua te saluam fecit. Sed quoniam non nobilibus actiōibus & strenuis alta prae-
mia conceduntur, nihil in actionibus inuisibili-
bus alius quam fidei directionibus regulari,
nihilque desideratius, quam pax potiri. Ut igitur
fiat retributio digna, dignè respondit, di-
cens: [Vade in pace.] Sed nec pax ab hoste,
nisi eo concordato siue subacto, neque pax cum
caeteris, nisi ordine custodito. Nec pax fidei
animae, nisi succedat uisio dei. Ac per hoc, un-
de ista mulier quasi pro premio fidei, in pace
dimittitur, nisi quia deo gratia facta per fidem,
infirmatate depulsa, recepit corporis sanitatem.
Et pax quidem corporis, omnium sanitas est
membrorum: ut ex hoc ad nostra inuisibilia transca-
mus, & tunc credat aīe pax, cum nulla erit infirmi-
tas, cum omnis, quae Christus est, adierit sanitas.

¶ De illuminatione duorum caecorum, secundum
Matthaeum tantum.
Cap. XX.

A Multis, imò ferè ab omnibus, horrenda
est corporis caecitas: quia non uidentur
uisibilia dei, per quae ad inuisibilia consideran-
da humanus animus rapitur. Sed plerique non
dolent illam incurrisse, quia ex uisus gradus in-
uisibilibus ad inuisibilia contemplanda non
ponitur, sed quia transitoria delectatio ista ex
rerum uisione carpit. Sed interior caecitas flen-
da per amplius, cum interior animus suo pri-
uatur lumine, ut non uideat illam ineffabilem
pulchritudinem uniuersi, qua turbati non po-
tunt diuinum imperium, ut in aliquo reprehendi
possit à praesumptione mortalium: nec illam
ineffabilem diuinam prudentiam, qua om-
nia suis dispositionibus inculpate decurrunt.
Et quod solum rationalis creatura male usa li-
bertate concessa, reprehensibile atque damna-
bile fecit: non fortuna, non fatum, non siderum
cursus, non diuina praesentia perperam age-
re rationalem creaturam aliquando coartauit.
Nec illam diuinam intuetur bonitatem puris
animis semper esse praesentem. Cessaret quippe
audacia hominum in deo & deo iacula
re iudicia, si mentalibus oculis inspiceret ueritatem.
Descenda & corrigenda caecitas, non il-
lius carentia uisionis, quae hominibus & bestiis
is no scitur esse communis. Sed à Christo multi
curati sunt corporaliter caeci, ut eatur in tro-
sus ad posendam illuminationem inuisibili-
um oculorum inuisibiliter intuentium.

¶ Nam transiente Iesu à loco, ubi archi-
synagogi filii à morte leuauerat, secuti sunt
eum duo caeci, clamantes & dicentes. Mis-
serere nostri fili David.

¶ Caeci corpore, iam mente uidebant, quia
in fide sequebantur illam lucem, quae illumina-

nat omnem hominem ueniētem in hunc mun-
dum. Melius, uidere mente quam corpore, ut
post uirg uadatur autorem. Nec mouetur pas-
sibus anima, sed affectibus, ut ex lumine pos-
sit pergere quod nequit terreū corpus, aut aëre-
um, aut igneum, etiam quacunq; uelocitate
aut agilitate doratum. Implorant misericordi-
am, nam à miseria premebantur, à qua libera-
ri quaerebant, & exigunt à filio David, quoni-
am sic Iesum audierant nominari. Haec enim
fides ex auditu eis erat.

Cum autem quandam domum saluator
omnium intrasset, ut eis & alijs facilius esset
accessus. nam commodè commotibus in locis
& temporibus commoditatibus hominum
semper se coaptabat.

Et accesserunt ad eum caeci, ducatu ho-
minum, corpore: fide duce, accesserunt mente.

Et dixit eis Iesus: Creditis quia hoc pos-
sum facere uobis? Dicit eis: Vtique domine.

¶ Ob hanc causam Iesus sic interrogat, quia
filium David uocauerant, si plus in ipso quam
in caeteris hominibus crederent, & si amplius
in ipso quam de communi hominis filio existi-
marent. Nam filius David erat ex carne, lon-
ga generationis interiecta traduce: sed ex hoc
sibi miraculari noerat, sed ex deitate, quia fili-
us dei erat. At illi fide in maiora subiecti, con-
fidentur eius potentiam diuinam esse, non humanam.

Tunc saluator tetigit oculos eorum, di-
cens: Secundum fidem uestram fiat uobis.

¶ Tangit oculos manu, usu carentes, ut con-
firmetur eorum assertio, quia filium David ex
carne uocabant, ut scirent eum uerum corpus
habere, impressione manus edita super cor-
pus. Et ex deitate aperit oculos reueratos, trañ-
siciens in fidem illam, qua eum posse facere non
dubitabant. Et ad mensuram fidei, reddendum
lumen ipse praemittit, ut nec per amplius cre-
datur consequi posse saluatoris omnium benefi-
cia, nisi quantum fidei adhæserit, omnia rece-
ptura & diuinæ opis indigna.

Et aperti sunt oculi eorum, insistente si-
de ad diuinum imperium.

Et uolens quodam modo latere Christus,
aut fidem illorum per amplius experiri, com-
minatus est illis, dicens: Videte ne quis
sciat.

¶ Et mirum facit mentibus huiusmodi pro-
hibitio, ne sciantur sua miracula, cum hæmo-
rhoissam ad consuetudinem publicè ipse cõpulis-
set. Sed ne quis de alternatioe pceptorum, & omni-
um operum suorum, uerborum aut cogitationum al-
tercatione contendat, nouerit iustis causis ipm
uariasse edicta, ut nunc palam fieri, nunc oculi
tū fieri ipse uoluerit: nunc prohibere q̄ noluerit

obseruari, nec uitæ laudis præstare materi-
am: nunc ad utilitatem credentium uelle lau-
dari, & ut deus agnosci.

¶ Illi autem, ne uiderentur ingrati & conde-
mnatione digni, si recepta beneficia siluissent,
exeuntes ab eo & de domo, diffamauerunt
eum in tota terra illa.

¶ Diffamauerunt quidem non uitio, sed al-
mifica fama, qua supra homines in suis actio-
nibus ferebatur, cum eorum aperuit oculos,
quos ostēdebant hominibus ab eo solo tactu
& uerbo imperioso esse illuminatos, quos pau-
lo ante ipsi aspexerant caecos. Nec incurrerit
criminis notam, comminationem domini non
uerentes in notificatione gestorum, cum red-
dendi sunt laudabiles qui beneficia domini di-
uulgant, ut crescat audientium pietas, & fides
multiplicet ipsa fideles. Optimum est dona pre-
dicare diuina, & deo, non sibi attribuere quod
accepit: & alios inuitare ad fidem, prouocare
ad spem, animare ad amorem, & concionem
facere, ut diuinam ueniatur in laudem.

¶ De mutō & demonium habente, secundum
Matthaeum tantum. Et de curatione mul-
torum. Caput XX I.

Matth. 9



EGRESSIS autem
illis, scilicet duo-
bus caecis, obtulerunt
ei hominem mutum
& demonium habē-
tē. Et eiecto demo-
ne, locutus est mu-
tus: & miratae sunt
turbae, dicentes: Nun-
quam apparuit sic in
Israēl.

¶ Verè nunquam apparuit talis in Israēl q̄
talia faceret, aut posset: quia nemo nisi unus ho-
mo deus. Alium mutum & caecum & demo-
nium habentem, infra habebimus: idcirco hic
silentiō transeundum est.

Et circumibat Iesus omnes ciuitates &
castella, docens in synagogis eorum, & præ-
dicans euangelium regni, & curas omnem
languorem & omnem infirmitatem.

¶ Nec otiose, nec perditè Christus agebat.
Erat siquidem in laboribus opportunus, cir-
cumiens habitationes mortalium, & ciuitates
& manufacta castella, ut eos ad caelestem ciui-
tatem omnes inuitaret: quia secundum Apo-
stolum, non habemus hic manentem ciuita-
tem, sed futuram inquirimus. Non declinabat
pauciores ob multitudinem, neq; rusticos pro-
pter urbanitatem, ciuitates & castella perqui-
rens. Et in synagogis, in congregationibus qui-

dem prædicans euangelium regni, non tem-
poralis, sed æterni. Nam ut complectar breui
diffinitione, sanctum euangelium nihil aliud
est, nisi diuersis theorijs uocatio ad regnū æter-
num. Et curabat omnem languorem & infir-
mitatem: quia nullum malum per culpam in
natura condita introductum, suæ potentiae re-
sistebat. Venerat enim ipse naturam conditam
liberare à malo culpabili & peccati.

Videns autem Iesus turbas, misertus est
eis: quia erant uexati, & iacentes sicut oues
non habentes pastorem.

¶ Misertus, quia miseria hominum nouit,
in eo quod à demonibus immittē uexabantur:
ut deprauatis affectibus & moribus uiuant,
quos secum optant in poenis habere confor-
tes. Et uidit iacentes inclinato animo ad terre-
na, sicut oues non habentes pastorem, quæ pa-
sci nesciunt in montibus altis uirtutum & di-
uinorum sacramentorum, nec se tueri à lupo-
rum infernalium moribus, non assistente si-
ue gubernante pastore. Sæpe iacuerunt homi-
nes in malis uoluptatibus, perstrati, absque pasto-
re neglecti, non requirentes rationales oues: ple-
runq; uero in lupum cõuerso, subiectos deuo-
rantem & propulsantem ad mala. Sæpeq; ho-
nus inuentus est pastor, ad cuius uocem excita-
tionēq; malè delectatus grex ouium non sunt exit.

¶ De curatione hominis manum aridam habē-
ntis, secundum Matthaeum, Marcum &
Lucam. Caput XX II.

IN omni membro corporis humani, natur-
am notamus esse multam illius peccati me-
rito, quo protoplastus omnes infect, ut etiam
manus, in q̄ est hominis actio, quæ sibi ad ope-
randum est tradita, ut operaretur & custodiret
sibi commissum, etiam in subsequenti-
bus suis, quantum non in cunctis & singulis, etiam
punita est: non solum siquidem ex punitione
humanæ ultricisq; iustitiæ, sed etiam punitione
ne originalis iustitiæ prætermittat.

¶ Hinc in euangelio legimus, qd cum Iesus
inde transisset, uenit in synagogam Iudæo-
rum, & ecce homo manum habens aridam: Matth. 12
& interrogabant eum, dicentes: Si licet Marci. 3.
sabbato curare? Ut accusarent eum. Luc. 6.

¶ Sæpe legimus, Iesum synagogas intrasse
Iudæorum, ut doceret legē ex lege, atq; aperiret
clausam intelligentiam ueteris legis, q̄ intra lité-
ram & sensus historicos tenebat. Et ut interro-
gās, intellectus depelleret tarditatem: interro-
gatus, in ueritate apologia daret, & p̄ mira opa
se monstraret, in lege pmissum, uerè esse Messiam.
Et ecce hō, à seipso aut ab alijs introductus, ad-
ueniens, manum aridam habens, scilicet dexte-

ram. Arida manus, operationem sterilem aut nullam insinuat. Nō autem ariditas in scriptura facta æque damnatur. Etenī iussit aquas cōgregari ad locum unum, ut arida uideretur.

Gen. 2.
Psal. 94.

Et aridam firmauerūt manus eius. Apparitio aridæ, ut desuper ab ea defluat fluxibile protinus elementum, ab ipsa in apparentia fiat, uelut eflante aqua causa humida, quid fructificet arida terra, demonstrat. Non arida, omni aquæ humore depulso, sed ut terræ aridum elementum in sua specie distincte, ut factum est, appareret. Sed arida manus, ex isto præuaricationis actu, in mutatione facta, quo tactū est uetium pomum, & uirium habet non debite actionis, quia dextera ei arida erat. Dextera quippe manus operationem insinuat pro supernis, & infallibiles actiones. Nam in dextera nauigij missum rete, capturam magnam & infallibilem fecit. Et cū sic iste aridus esset adductus, oritur disputatio ad calumniam ex animo Iudæorum: ex Christo siquidem ueram doctrinam, si quæ noscitur uerior obseruatio sabbatorum. Interrogant Iudæi Christum, interrogat ipse Iudæos: Si licet sabbato curare? Illi, ut accusent, ille, ut doceat & perficiat opus eius.

Luc. 6.

Et ait hominī qui habebat manum aridā: Surge, & sta in mediū. Et surgēs stetit.

Statuitur in medio uelut iudicandus, aut absolendus, aut sanandus, uel in sua infirmitate dimittendus. Inter iniquitatē & pietatē positus est: inter falsō iudicantes & rectē discernentem constitutus est. Interrogat pietas, interrogat ueritas, interrogat uera decernens:

Ait autem ad illos Iesus: Interrogo uos, si licet sabbato benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere?

Et adiecit paradigma.

Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eā: quāto magis est homo melior oue? Itaque licet sabbatis curare. At illi tacebant. Et circumspiciens eos omnes cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, tunc ait hominī: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Sabbatizare cōtigit Iudæis in figura: nam non est sabbatizandum ab operibus bonis, sed à malis. Et ex paradiigmate conuincuntur Iudæi: quoniam cum suadet necessitas, etiam corporaliter sibipsis in rerum perditione subueniunt: quanto magis faciendā sunt bona in hominibus die sabbati, impendenda indigentibus opera charitatis: Non soluitur sabbatū ex operibus iustis & pijs, ex impensione bonorum, & releuatione oppressorum, nec ex auxilio mi-

ferorum. Et contristatus Christus super hominum cæcitatē, cū nolimus aut nequeamus ex litera intelligentiæ capere ueritatem. Nam sæpe factam Christo legimus de sabbato quæstionem, cum miracula ipse plura operaretur in sabbato. Et ipse quidē uigilanter de illo sua operabatur miracula, ut quæstio Iudæorum exorta, ueritas ex sua doctrina claresceret: quoniam sabbatū dies est quietis, & nemo sanus nisi quiescat, nemo quiescit nisi ad ipsum perueniat, nemo peruenit nisi qui ab impedimentis omnino recessit. Sed uerum sabbatum nostrum erit in requie supernorum, ubi depulsa erit omnis infirmitas, ubi ex omni parte sanitas plena erit. Sanat hūc dominus sabbato manum aridam in bonitate naturali restituens, ut pro sabbato uitæ supernæ, opera recta & competentia operet. Et si qua miracula fecit in sabbato, id astruit mentibus hominum, ut ea membra deputata, quæ bonitate naturæ carebant, quæ instrumēta uirtutis esse nō poterāt, restituta in illa, pæterno sabbato inuocose agāt debitas actiones.

De curatione dæmoniāci cæci, & muti secundum Mattheum & Lucam.
Caput XXXIII.

Inter omnia mala quæ naturam ex demerito protoplastorum occupauerunt, tunc & hostiliter inuaserunt humanam: hoc horrendus, quod homo possit à dæmone possideri & uexari, non solum in anima, in qua dæmoniorum infinitus est numerus, sed etiam in corpore, ubi corporeus opprimis sensus. Et ea iustitiæ uindicta sic est in homine uindictarum, quo diuinitatem appetijt, ut dæmonij etiam in corpore traderetur. Cæcitas etiam ex uindictario iure, quo in uetium ipsorum est directus aspectus. Mutitas uerō, quoniam habuerunt colloquium cum serpente, in quo diabolus loquebatur, ut diuina obedientia frangeretur. Sed uenerat Christus ostēdere hominibus mala quæ iuste patiebantur, & afferre medelam his, qui ad eum conuertebantur, ut etiam uidentes amarentur ad fidem, ad cognoscendum in homine deum, in creatura creatorum, in mortali corpore immortalem: & super desperatis malis expellendis, diuinam adesse uirtutē. Vnde



Oblatus est Christo dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eū, ita ut loqueret & uideret.

Lucas tacet cæcitate, & sic inquit:

Erat Iesus eijciēs dæmonium, & illud erat mutū. Et cum

eieciſſet dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

Luce clarius patet, quod sensus in isto cōfundebatur ex dæmone: quo eieſto, uidit & locutus est: ut sæpe in perditis moribus hominū sic credamus, quod malitia satanæ fiat in his, quæ sibi similes facti sunt, quod sensus natura uigiles opprimantur: ut cum homo uidere possit sibi natura propinquum, & audire sibi familiariter loqui, & dicit sæpe quod nequit. Cui alii unde facultas non defuit, nisi ex eo, quod à diabolo derentus, factus est similis. Oportet igitur, quod antè illam diabolicam similitudinē abrogemus, si officijs sensuum cum proximis participare contendimus. Necnon & dæmon cum serpendo corda hominū penetrauerit, cæcat oculos mentis, & obnubilat interiorē aspectum, quo ueritatem & uirtutem in ratione, deum in fide anima intuetur. Et claudit aurē obedientiæ, ut anima contumax fiat: & horrendam mutitatem inducit, ne laudetur & glorificetur in omnibus deus, & ne proximum ore suadendo ac dissuadendo iuuet, & ne seipsum ex fore factus accuset: maximè præintendens, quia corde creditur ad iustitiam, nec ore fiat cōfessio ad salutem. Sed non eijciatur dæmon ab eo, quem inuasiſt, humana potentia, nisi potentioris manus adueniat. Proinde hic oblatuſ est Christo, qui dæmonij terrore & dominus erat. Hinc Christo se offerat, quæ ab hoc nefando imperio detinetur, cui se potuit in dominium tradere, sed non sua potestate liberari. Diuina tamen prouidentia homines protegit, ne ab ipsis, etiam cum inuaserint, libertas arbitrij auferatur. Non enim tātum deſeruire possunt in homines, quantum cupiſſimam & rationem uel lent auferre, uirtutem, similiter & arbitrij libertatem, qua omnino dempra semel, lapsus non adijceret ut resurgat. Sed quandiu in hac uitā sumus, prædominantē in nobis iudicio rationis, redire ad Christum adest plena & donata libertas. Igitur præsentare deo dæmonij passus, aut concupiscentiæ non natura, sed uoluntate peruersa dæmon effectus, ut ipsum eijciat, teipſi sensibilibus plenè restituit. Quod cū in hoc hoīe factum esset, & uigor sensuum rediret ad sensus, stupor in turbis nascitur, & est admiratio subsēcuta. Sed nec miræ. Miræ autem esset, si non mirarentur, cum uiderent hominem à diabolo possessum, sensum ualenter deſtitutum, in libertatem & sanitatem ultra humanam potentiam prouehi. Nec Christum supra hominem credebant attonſi, ita ut dicerēt:

Nonne hic est filius Dauid? Ac, si est filius Dauid generatione traducta, plus quam homo non est: & propellere ab obsessis corporibus dæmones, non est in hominum potestate. Sed tamen turbæ non denegabant huic, existi-

mato tantum hominī, supra hominē adesse uirtutem. sed mirabantur & stupebant, quorū intellectus nō in alta ferebatur. Sed hi qui à diabolo possidebantur in anima, per amplius quæ iste curatus, fuisset possessus in corpore, scilicet pharisei, hoc audientes dixerunt: Hic nō eijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principis pe dæmoniorum.

Diabolici uiri, non nisi diabolo eorū principii, eorum quæ sunt, tribuūt potestatem. Et enim suum dominum honorando præueniūt. Famosa est historia, unde uocabulum Beelzebub fuerat exortum, & quam obrem attributus fuerit principatus, quā hic interferere longum esset. Sed ob hoc Christo hæc obijciēbat nefandissimam autoritatem, ut execratus à populo haberetur, non ut dei filius, aut propheta sanctus: cū sanctus Helias propheta Ochoziam regem, dei mandato arguerit, & corripuerit duos quinquagenarios ad se missos, eo quod miserit ad cōsulendum Beelzebub deum Accaron, ac si non esset deus in Israel: ut sic iste merito tradendus esset exitio, qui ad Beelzebub, non ad uerum deum, haberet in sua operatione recursum. Sed improbat Iesus quā ipsi improbiter sint locuti, & eos sua ratione cōfutat.

Qui sciens cogitationes eorū, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum, seu cōtra seipsum diuisum, desolabitur: & omnis domus diuisa contra se, non stabit.

Meliora sunt hæc, & hominum rationi experientia usque quæ clarissima, quod diuisione interiecta, ruinæ omnia mancipantur. Et quoquo modo connexa, diuisa deperunt: regna, prouinciæ, ciuitates, domus, familiæ, aut quocumque uinculo colligata, cum in discordiam uenerint, interitum faciunt. Ipsa quidem hominū & animalium corpora ex hoc intereunt, quod humores ex inæqualitate ab inuicem diuiduntur. Ac per hoc saluator contra istos intendit, quia regnum dæmonum per omnia unitum est ad malum. Nec sic in se noscitur esse diuisum, quod hominibus amicentur, ut potestate unius alter ab homine depellatur: sed cum in se discordiam habeant, à uerissima pace auersi, ad nostram & in nostra damnatione, nostrorūq; malo reperiunt, nullo discrepante, cōcordes, & inuariabile pſeuerat regnū: ma lignitatis ipsorum. Proinde saluator inferi:

Si satanas satanam eijcit, & aduersus se diuisus est, quō ergo stabit regnum eius?

Sed regnum tenebrosū atq; satanicum stat, & in sua pertinaciā perseuerat, ergo satan non est diuisus. Si nō diuisus, non eijcit ab homine in sua natura & in deprauatione conformem. Si non eijcit satanas satanam, nec ego in nomine illius ab homine dæmonij depulsi, sed

in ea uirtute, qua mihi curatur omne genu. **S**i ego in Beelzebub eijcio daemonia, filij nestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt.] ¶ Apostoli filij Iudæorum, accepta potestate, eijciēbāt dæmones: sed nec Beelzebubinae potentiae attribuebant; sic nec sibi attribuire debebant huiusmodi nefariam potestatem. Proinde inter cætera, quæ apostoli sint iudicaturi in extremo iudicio, cum sedebunt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, super hoc deficiant, quod cum ipso Christo pellendi dæmones accepterunt potestatem, quod ipse à satana non accepit. Alioquin sequeretur, quod ipsi in potestate nefaria dæmones expulissent, quod de apostolis legimus nunquam dictum.

Porrō si in spiritu dei, aut in digito dei, quod idem est, eijcio daemonia, profectio peruenit in uos regnum dei.

¶ Christi responsione, contracta opinione Iudæorum pessima, regnum dei in mundum uenisse testatur, quia in uirtute diuina scilicet in digito dei, cui magi Pharaonis in Aegypto sua falsa miracula æquare nequiuērūt, in signo tercio tabescentes, qui etiam legem in tabulis lapideis scripsit, dæmones ab obsessis hominibus procul pellit. Nam ex subiecta similitudine fortioris ad fortem, arguit, quod non à fatana eiectus est satanas, sed ab eo qui sup omnia regnat, qui est rex regum & dominus dominatum, qui per carnem uenit in hanc transitoriam uitam, quærēs in hominibus regnum: nō quo magnificetur regnans, sed quo rectus alicui subleuetur: non honore regnandi actus, sed utilitate peccatorum. Etenim ipsum fugisse legimus, cum turbæ ipsum uellent, more humano, facere sibi regem, & regnum coram Pilato se denegauit habere terrenum.

Peruenit in hoies dei regnū, cū dæmonū est retrusa potestas, ut quātum cupiūt nocere, nō possint; nec inuitē trahere ad loca tartarea, qui huius regis & regni euāgelicam uoluerint seruare iustitiam. Ac etiam q̄s improbitē detinebat, ipse rex dei regni liberaturus aduenerat.

Peruenit regnum dei, cum ipse rex fortior Christus superuenit ad diabolū fortem, ad destruendum imperium eius, & ad diuertendum homines à tyrannide illius: ut qui erant uasa iræ, fierent uasa misericordiae: & ipse regnaret super eos per misericordiam & gratiam, super quos rex superbitē diu regnauerat per iniquitatem & culpam, ut in neminem amplius possit iure tyrannico, præterquam in eos, qui libero arbitrio malē usi, ppria uoluntate uoluerint sibi subdi, obediētes immūdiūssimis legibus eius, spreta lege supueniētis noui regni dei.

Regnum dei, ubi regnat deus per uirtutem & gratiam.

Exod. 8.

Apoc. 19.

Iohan. 6. Iohan. 19.

Regnum dei, ecclesia sancta dei, libertas à uitijs habitusq; uirtutum.

Regnum dei, non in cæremonijs, sed intra nos est.

Regnum dei, amor est eius.

Regnum dei, promissio sancta eius, beatitudo æterna: quod hic promittitur bonitate regis, hic acquiritur gratia ipsius pro nobis mortentis, ubi percipitur sui largitate donantis.

¶ De curatione filie Cananæ à dæmonio uexata, secundum Mattheum & Marcū.

Cap. XXIIII.

Distinctum in sexu genus humanum editum, quantus prior uir, deinde mater omnium Eua eluxit, & ambo in prohibito conserferunt, appetentes fieri sicut Eloim, supra id quod ab Eloim humana natura in esse per creatorem deuenerat. Et propter illicitum appetitum rei superioris, exarserunt in ueritum, unde grauitur in eis est ultum, ut qui tunc solū rationem protoplastorum uexauerat, nūc etiam uexet & corpora, non tamen desistēs à uexationibus substantiæ potioris, prout concitare potest, & inuisibiliter uexare: non solū firmiorem partem ut uirum, sed infirmoerem, scilicet mulierem: ut ipsa etiam, quanquam ab Apostolo seducta in illa præuocatione dicitur, non uir, tamen & ipsa in appetitu deitatis parit cū uiro deliquit: q̄ merito, & sexus foemineus in passionem nefandi dæmonis deuenit.



NA M cum secessisset Iesus in partes Tyri & Sidonis, & ingressus domum, neminē uoluit scire, & non potuit latere. Et ecce mulier Cananæ gentilis, Syrophœnissa genere, cuius filia habebat spm̄ immundum: a finibus illis egressa, ut audiuit de eo, introiuit & prostrata ante pedes eius & clamabat, dicens: Miserere mei dñe fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur. Et rogabat eum, ut dæmonium eijceret, à filia sua.

¶ Antequam curatio subsequatur, præcedens ordo describitur: Secessus Christi Iesu in partes Tyri & Sidonis ciuitatum gentilium, dicto futuram approximationem per apostolos ad gentes insinuat: ac demonstrat Iesum non esse acceptorem populorum & personarum, & fidem communicabilem factam Iudæis atque gentilibus. Et quod ad fidem nullorum ualentior est, sed omnibus potest esse æqua conuertio: per quam non distinguuntur sexus, non

populi, non aliquæ regiones, sed una existens omnibus, eodem modo potest esse communis. Solis similitudinem habet, cuius lumen omnibus æque diffunditur, nisi præpediat obstaculo interiecta.

¶ Tyrus quidem & Sidon, ciuitates fuerūt gentilium, de quibus multa in sacra scriptura & in historijs enarrantur. In quas partes Christus fecellit, æquali amore affectus ad salutem gentilium, sicut & Iudæorum, ubi expertus est facilitatem in foemina ueniedi ad fidem, cum eis euangelium innotesceret regni dei. Et magnam aperuit sanctæ pertinaciū uiam, cum sic illam mulierem pluries exprobrauit.

¶ Et ingressus, neminem uoluit scire. Modus est dicendi, ac si noluisse sciri, se habuit: quod si penitus sic, & fuisset omnino.

¶ Sed non potuit latere, quia uoluit. Nec simulatio culpabilis, sed ostendebat latebram, ut in illa propellens quæreret ex fide. Ad experientiam fidei eorum gentilium, in quorum partes aduenerat, latibulum finxit, sicut & post resurrectionem loquens. Et cum multi aduenissent ad eū, tãq; omnino ad nouū, & eis insolitū hoim, de ista singulari textus loquitur, eo quod ex defectu ab ea depulso, facta sit famosior.

Et ecce mulier Cananæ, Jillam incolēs patriæ, quæ gēs Cananæ possedit, exorta ex tercio Noë filio, scilicet Chā, cuius filius Canaan.

Et Syrophœnissa, Jinter Syriam & Phœniçen prouincias. Ex patria & ex sexu describit, ex nomine subicitur: ut natura, nō nomē existat in precio; & quod omnino credatur gentilibus inferenda gratia, si ad fidem humiliter decreuerint: & quod patriæ nemini sit præiudicio, si ex omni se aspexerit in salutem. Sed neq; demerita præcedentium subsequentiū derogant, si ex toto corde conuertantur ad dominum. Et ex iniquis proletarijs oritur sæpe, qui renascitur in fide prædestinatus ad gloriam. Habebat ista filiam habentem spiritum immundum. Porro ista gentilitas rationem habebat immundā, quæ agitata dæmonum, creaturam pro creatore colebat, & erat sub dominatu ipsorum, ut etiam omnem immunditiam, mente deprauatā, corruptis moribus, sequeretur: in quam immunditiam propter nefarium cultum gentilitatem traditam, ad Romanos testatur Apostolus. Et alibi, quod desperantes semetipsos immunditijs tradiderunt.

Roma. 1. Eph. 4.

Et procidit ad pedes Iesu. Descenderat hæc de altitudine animi tumescētis, se curuans ante dominicos pedes, citō erigenda per spem, si perseuerauerit in prosequendis. Super sidera eleuatur, qui ante Christi pedes, & humilitate atque deuotione procliuium se fecit. Ex fama, non docta, ista mulier uenit ad Christum in domum ubi existeret: & uelut debitor fidei atque deuotioni, latere nō potuit, quia suam bo-

nitatem petentibus & quærentibus, negare nō potest. Quomodo se negabit, qui ad hoc creaturam rationalem fecit, ut se sibi communicando donaret? Iam mente in fide & actu cor porēque facta procliua, ut ipso inclinato, animam iam in fide prostratam offenderet, & faceret gestu corporis, renouationem interioris aspectus. Exclamat uerbo dolentem animam uerberante:

Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur. Misera, ad misericordiam recurrit, de sua miseria liberari desiderans, ab eo petens, qui & largiri potest. Misericordia non peteretur, si nō molestarer miseria: quæ & si posset aliter procul pelli, nec ipsa misericordia interpellaret. Miser protinus est, qui non habet quod uult: & qui habet quod uult, se lædens: & qui non uult, quod sibi confert & expedit. Miser, & qui non potest aduersa ultero depellere. In miseria erat mulier Cananæ, quia nec suo, nec alicuius hominis adiumento, uexatam à dæmonio filiam poterat liberare. Multimodē sunt miseriam, ope misericordiae indigentes. Sancta Iudith miseriam se uocabat, dicens: Exaudi me domine miseram deprecantem: aut ex humilitate proprios defectus conspiciens, aut quia suam ciuitatem ab exercitu circumdatam uidebat, à quo, nisi diuina potentia, nulla erat copia euadendi, & populum prospiciebat per omnia calamitosum fieri. Siue, quia cogitabat aliquid factura supra uirtutem foemineam, ad cuius complementū, in se nō uidebat uires suas posse suppere, pinde dominū prosequens humilibus exorabat. Aliam nouimus esse miseriam, quæ ab illusione & carnis infirmitate nascitur, illis resistere non ualentis. Quam Dauid de seipso fatetur: Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem, tota die contristatus ingrediebar. Huius miseriæ subnectit & causam: Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Et confusio non illa quæ secundum sapientiam adducit gloriam, sed naturæ, rationis, iustitiæ, uirtutis & morum miseria, facit miseriam. Hinc scriptum est: Filia Babylonis misera. Hinc & Salomon: Miseros facit populos peccatum: ut ex hoc, omne peccatum intelligamus afferre miseriam, ut ubi iustitia non adiuuat, condemnet. Adhuc pro-

Iudith. 9.

Psal. 37.

Psal. 136. Pro. 14.

am, ut in misericordia puocet: [Filia mea male à dæmonio uexat.] Ve qd male: Sæper male, quos potest dæmonium uexare. Sed nunqd aliquando bene uexare quempiam uolet? Minime, sua intentione duntaxat; sed diuina pro uidentia, quæ bene malis utitur dæmonum ac malorum hominum uoluntatibus, sæpe sunt uexatæ coronæ. Clamat hoc martyr um exercitus, uexantibus dæmonijs, tyrannorum terrore & supplicijs cōsecratus. Hoc cœnobitarum & anachoretarum chorus non denegat. Hoc quorumcūque electorum ordo propensius confitetur, quod uexantibus dæmonijs, sunt meliora sortiti. Et semper diuina prouidentia, satanicas uexationes, ad profectum suorum electorum intorsit. Sed hæc filia materno iudicio, male à dæmonio uexabatur. Sic enim intentione satanica, sed ad profectum utriusq; bene uexata fuit. Nam desperata mater à cunctis, qd nō poterat suum pignus à dæmonio liberare, uenit ad saluatorem, prius ipsa in corde mundata per fidem ab errore gentilium, & iam in anima sana, pro pignore instācius salutem exposcit. Quæ cum sortita fuisset, ambæ in anima liberæ, à cultu auersæ gentilium, in Christi familiam transferūt. Hoc agēte uexatione dæmonium, à qua non poterant aliter liberari, uenit mater ad Christum. Bene uexauit dæmonium huiusmodi filiam, non sua uoluntate, sed executā operē: ut à uexatē liberata, sub Christo sanata proficeret. Vexat quippe dæmonium filias hominum, cum in uno quoq; nititur exagitare amatiuum uirtutem, ut suo motu feratur in uertitū, & ex rebus licitis, per amorem plus debito uinciat. Vexat & aliam filiam, scilicet intelligentiam, ut aut uelit plus sapere qd oportet, aut inuoluatur errore. Vexat & aliam, ut obiecta malitia & illata iniuria, tenaciter in memoria teneantur: ut aut uelit ulcisci atrocius, aut nolit benignè remittere: Inexplicabile quidem est, quibus stimulis dæmon exagitet hominum uoluntates. Sed est dæmonium ulciscēs in eos qd perperam agūt, ut Asmodeus in septem uiros Saræ. Et est meridianum, auertens à meridie claritatis, quæ mūdo in meridie obscurato ex morte saluatoris, infulsit. Vexatio quidem non cessat, ut homines auertant à memoria dñicæ mortis. Et em in meridie circa horam nonam expirauit. Attamen cum hæc mulier, sic pro suo pignore precaret, saluator non respondit ei uerbum, ad fidem eius per amplius excitandam, & probandam constantiam & patientiam. Et ingressus est domum, ad alia loca declinans. Quem mulier Cananiti dis etiam sequebat clamās post eū, ita, ut etiā apostoli pro ipsa intercederent.

Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Domine, dimitte eam, quia

clamat post nos.] ¶ Mouenē humanitate discipuli, & pro ista misera rogāt, nescio si submissi. Magnæ fiduciæ animum parat intercessio electorum. Euge qd promeruit intercessores habere a postolos. Sed non omnis qd interpellat, habet, nisi qui in uirtutibus ipsorum est factus amicus, & unius domini adorat uestigia. Et em iam ista meruerat apostolos intercessores habere, quia de finibus impiorum egressa, p misericordia uenerat ad Iesum. Cui dicitur ut exaudi tam dimittat, quia in fide post ipsos clamabat. Pro ecclesia colligenda de gentibus ex præfatio intercedere uideatur, quæ post ipsos orat ad dominum duris uocibus & sonis, ex uno spiritu sancti flatu, pro pressuris tolerandis, uitijs reprimendis, atque obtinendis promissionibus clamatur. Aegre siquidem istius ecclesie militia tenderet, nisi haberet tam ualidos aduocatos, qui incessanter rogant, ut dimittatur in pace, ut puta in iustis petitionibus exaudita. Et iudicium erat eorum, quæ sunt pro ecclesia & qualibet anima in cælo facturi, qui sic in terra intercedunt pro Syrophœnissa muliere, pro qua saluator detestans eam, non uidetur dedisse responsum.

Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

¶ Cōfessatio Apostoli ad Romanos, æquè pro utroque populo dei filium in carne aduenisse declarat, quid est, quod nisi ad oues Israel pereuntes se missum esse denūciat, cum etiam non sit acceptio personarum apud eum? Sed nonne omnes perierant? Nonne omnes peccauerūt, & egent gratia dei? Equidem. Sed oues sunt, qui non auerso studio peccauerunt, illius electi populi, propter cultum unius dei, qui ob hanc causam debebat primò requiri. Deinde gentes, quoniam & pro ipsis moriturus aduenerat. Prioritas illius populi requirēdo attenditur, propter unius dei cultū, & propter primam commissionem diuinorum eloquiorum: non istius reprobatio, si redire uoluerit, propter cultum uarium idolorum.

At illa uenit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me.

¶ Acti diceret: Intercessores amplius nolo. aduocatos plures non præferam: non uideatur aliorum orationes sufficere, quot & quot sunt, necessarii mihi non sunt. Eum quæram, cum adibo, qui sine medio in meam potest, si uelit, miserando declinare miseriam: quem solum, non idola uana & muta, nō aliam creaturam, sed ipm adoro deum hominem super terram, à quo peto, cæteris spretis auxilijs, adiuuari. Domine, adiuua me, Signanter ad seipsum petit adiutorium: quia in filia sua, uelut in persona propria, torquebatur. Amor quidem natus

torum, ipsorum dolorem trañcit in parētes.

Cui saluator respondens, ait: Nō est bonum sumere panē filiorum, & dare canibus.

¶ Alibi ista similitudo diserta est. Sed panis filiorum, est omne subsidium, quod debeatur uerè credentibus, illius filiationis merito, quo potestatem accepimus filios dei fieri, sanè credentes in nomine ipsius, quia non ex hominibus, sed ex deo nati sunt. Et quod natum est ex deo, uincit mundum. Et hæc est uictoria qd uincit mundum, fides nostra, qua ista mulier mundum uicerat, supra mundum iam facta, & ab ipso Christo suæ fidei testimonium laudis accepit. Sed multis argumentis concurrit Christus fidem eius; in præfatione multiplici concussione ecclesie subsecutæ, ac in probatione quorumcūque indignè petitiū, ne desistant petere, si continuo non accipiunt postulatā. Et ad maius solidæ fidei experimentum, cum canibus ipsam componit, ac si ratione careret, aut illa malè ueretur habens. Sed illa optimo tegumento humilitatis se contegit, cum etiam catellis se sociat in consequendo beneficia dominorum.

At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, & humiliorem conditionē se habere protestans, quod etiam Israelitici sunt quasi domini super gentes, in omnibus potiores, uelut habentes mensam diuinorum uerborum, & mandatorum dei ac diuinorum promissionū, sanctis patribus & prophetis diuinis oraculis iam factis. Talē ergo querit Iesus, & suos oratores uult esse omnimodè importunos. Humilis quippe importunitas, sæpe flexit animos duos. Et pertinax miser, ad exaudiendum fecit primò negantē. Amat enim deus in prosequendis ad eum iugiter assistentes, ut nec ab implorando desistant, si non acciperint uota. Vult omnipotens suas imagines à se creatas, & ad se ordinatas, sibi assistere: non illico tribuens quod exigitur, ne facies auertantur à facie. Nec uult turbati aut tepeserit orantem, etiam exprobratum. Sæpe namq; uidetur quod nostræ petitionis schedula in conspectu domini lanietur, & confundatur obsecrans: & si quid exaratum erat, abrasum appareat: sed ulterius decernit ille qui omnium corda nouit, & utilitatibus perentium prouidet: cū non exaudit extemplo, probat fidē, si desipit: aut si exaudita uel non, similiter se habeat. Experitur patientiam, si non designatur sustinens in sua optione repulsam: si minuitur amor ad p tempore denegantem. Si intramus in illud secretum altissimæ prouidentie suæ, qua detegans exaudit, & exaudiens denegat: tribuēs aut fert, non tribuens donat: agens causam nostrā tū nobis ex nobis, dū tū oīno iusta petitio sit à

nobis. Hæc solum ad iustitiam & humilitatē postulat habet se inferre, non decernere, quomodo aut quando contribuat. Nouit pro tempore atq; loco bona data dare filijs, si per fidei sinceritatem, quæ per dilectionem operatur, sumus filij eius. Ad quā filiationem prouocat Cananæam, cum dicit: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Ac si ipsa de filijs eius esset, assequeretur ocyus postulatā: quæ se ob fidē, ob importunitatem, ob patientiam, ob humilitatem filiam dei fecit, ut mereretur à Christo audire:

O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata ē filia eius ex illa hora.

¶ Ecce misera expectans misericordiam, misericordiam assecuta est: quoniam de saluatore scriptum est, Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Et alibi: Nunquid obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Ecce laudatur fides, & alē attollitur illa, quæ antè toties fuerat exprobrata: ad misericordiam ianuam, ualidis cordis crebrisq; clamoribus pulsari oportet; nec inde recedere, non intermittere, donec de pane filiorum accipias. Semper ad gratiarum innumerabilium mensam sedet bonorum omnium creator atq; largitor. Pete indigens toties, quousq; acciperis; etiam si non accipias, in omni uita tua humiliter postulare non cesses: nec amaro animo fias, si non largitur, non hæsitans super bonitatem domini & prouidentiam, eius, quæ in omnibus congruentiam res facit: nam post mortem accipies altiora, similiter & coronam, eod quod patiens extiteris super dilatione domini. Sed unde istius Cananiticis magna fides? Quia magnitū quid in isto quem solum uidebat hominē, credidit. Magna ex eo, quia pstitit exprobrata, nec conturbata. Magna, quia tunc sola gentilitatis egressa de finibus, Magna, quia nec postularit præsentiam, sed solum pondus quo premebatur, exposuit. Magna, quia sicut credidit, sic sibi in sua miseria est prouisum, ut uolūtatis suæ fortiretur effectum. Fiat tibi sicut uis. Bonum certè uolebat sine admixtione contrarij, scilicet filiam à dæmonio liberari. Velimus & nos bona, & protinus exaudiemur: si non ad uotum illico, tamen ad attemporem cumulum bonorum. Et sanata est filia eius ex illa hora, quæ scilicet saluator matri dixit: fiat tibi sicut uis. Marcus autē dicit:

Vade, propter hūc sermonem exiit dæmonium à filia tua: propter sermonem humilitatis & fidei, quia catelli sub mensa comedunt de micis puerorum.

Et cum abiisset in domū suam, inuenit puellam tacentem supra lectum, & dæmonium exiisse.

Fatigauerat dæmon ingrediendo puellam, magis liquidem in uexâdo. Quæ, illo egresso, quiescebat in lecto. Non est quies animæ à dæmônio agitata, aut à stimulis pctõs, nisi pctâ exeant. Tunc quidem anima super cõscientiæ lectum in pace quiescit, cùm diuina uirtute uoluntate consentiente, quæ solum fieri nequit, pctâ pellunt. Vexant liquidem pctâ conscientiam, etiam si non sequat multatio in corpore, cum ratio suo priuatur iudicio, cum inter animam & deum, parietem diuisionis medium in terponunt. Nam & Isaias dicit: Nonne iniquitates uestræ sunt, q̄ diuiserunt inter uos & deũ? Cum deiciunt ab innocentiæ arce, cū ad ima demergunt, cum sociat dæmonibus, cum excludit à legibus regni dei, atq; à sedibus paradisi.

¶ De curatione multorum infirmorum, secundum Mattheum & Marcum. Sed de surdo & muto, secundum Marcum tantum. Caput XXV.

Mar. 7. **Mat. 15.** **E**nterit exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines decapoleos. Et ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, claudos, cæcos, debiles, & alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur, uidentes mutos loquentes, & claudos ambulantes, & cæcos uidentes, et magnificabant deum Israel.

¶ Curatio istorum, diuinam in homine arguit potestatem, & offerentium & sanatorum fidem, desperationemq; q̄ ab alio curari nõ poterat, nisi ab eo qui oim habet imperium. Et prestruxit uitæ agendæ ordinem, cum post curationem sit alimenta largitus. Nam qui uult suscipere alimeta cælestia, primo expedit liberum esse à uitij, q̄ affectus huiusmodi designant. Ad damnationem magis q̄ meritum cederet, impurè ad pura Christi accedere sacramenta, quæ in alto monte fidelis ecclesiæ tribuuntur. Ex septem cõ panibus secuta refectio, ad septiformem honorum ordinem existentiũ in ecclesia, refectiõ dei filios, spectat, præ exigens libertatem à criminibus & agrestem uitam, ex designatione turbæ, Chm in mõibus uirtutũ, in arida loca querentiũ. Sed Marcus de uno tantum, circa quem Christus profensus egit, exequit, dicens:

Et adducit ei surdum & mutum, & deprecabatur eum, ut imponat illi manum.

¶ Adducit surdus & mutus, q̄ nec ipse audire poterat dei uerbum, quo motus accederet: nec loqui ad interrogadũ, quare turbæ huc hominem sequerent. Vide multationes humani generis, ex pctõ priorũ in singularibus psonis in-

ductas. Vide surditatem, sed in nullo damnosior, q̄ in eo, q̄ q̄s audire nequeat dei legẽ originalem iustitiæ, seu datam in monte, scriptam digito sancto, & nec audire posse prophetas sancto loquentes. Excedit in malo, non posse audire dei filium, uerba uitæ pro superia uitã proferentem. Sed hoc malum erat in aure cordis. Væ igitur per amplius per oim modum his, qui ex contraria electione surditatem cordis auriculæ induxerunt. De quibus per prophetam dicitur: Posuerunt cor suum ut adamauerint, ne audirent. Et per Psalmistam dñs conuocatur: Non audiuit populus meus legẽ meam, nec intendit mihi. Et Salomon ait: Qui illosuror est, non audit cū arguitur. Et alibi: Qui declinant aurem ne audiant legem. Voluntaria em surditas ad diuinã, est in culpa corporis quidem præter uoluntatẽ: aut ex uindicta, seu ex aliquo occulto dei iudicio, iusto tamẽ, quo in homines sæpe discernit: quæ non accrescit ad culpam, nisi cū malitiosa prouenerit. Multum quidem propria iniquitate surdescunt, qui & uenenatis serpentibus comparantur. De quibus per prophetam dicitur: Alienati sunt pctõres à uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas. Alienantur pctõres à uulua, quæ ianua uentris est, id est, à fide, quæ ianua est ad ecclesiã sanctã dei. Et errant à ueritate, id est, ab ecclesiã: q̄ tot in se cõtinet secreta & occulta mysteria. Et necessario factum est, ut proferant falsa. Non est ueritas in his qui alienant à fide. Nam & filij alieni mētiti sunt mihi, filij alieni in ueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et alieni contra dñm insurrexerunt. Vexari nesciunt, sed falsitatibus inuoluunt hi, q̄ ab ecclesia errauerunt. Fit in eis furor & indignatio, fit & cõtemptus, ut more aspidis cū coeperit audire merisõem, unam aurem terræ figat, alteram cauda satagat obturare. Sic & errantes huiusmodi peccatores ad uerba diuinæ merisionis & uenefici, genus humanum & singulos homines peccatores supra omnem hominem sapientiam incantantis, aure una rebus terrenis defixa, reliqua sine malæ actionis obtusa, omnino audire contemnunt: uelut domus exasperans, q̄ nec dominum nec prophetam eius audire disposuit, surdi uoluntariè facti, si fides proueniat ex auditu, q̄ est per uerbum dei, erudiens & saluans, & ad æterna deducens. Sibi denegat salutem, qui uerbis præhonorari nolunt, præter quæ nõ saluatur, quæ aure cordis appolita cum instrumento corporis audiuntur. Surdi principes sacerdotum, sacerdotes, scribæ & pharisæi, qui noluerunt Christum audire uerba uitæ proferentem, diligentes mundi præsentem, quã uerba uitæ æterna aduersant transitoria uitæ. Nã signada uita cū dilectione et delectatione

uenerit, uilescere facit omnem perfunctoriam uitam, intendens in uitam agendam ex tpe, uitæ delectabili oino aduersam. Amor quidem uitæ decurrētis, surditatem superinduxit, ne audirent nunciatores euangelicæ uitæ. Surdos fecerunt principes mundi, longo tractu temporis cõtemnentes audire Christum, qui per ora humana diuinitus loquebatur: & intantũ instigante diabolo saeuierunt, ut crudelibus poenis exitio traderent, Christi & æternæ uitæ uerba proferentes. Hoc sanguis martyrum clamat, qui per pdicatione regni æterni ubiq; pdicatur effusus. Nondum ista surditas per uniuersum orbem curata est. Redundat etiam in multos, qui catechizatione uerbi, se fidei subiecerunt: sed auerterunt aures, ne moribus teneret quod fide iurauerunt. Sed ad mali cumulum merito accessit & mutitas, ut nec loqui possit, qui prius nõ percepit auribus ueritatẽ. Erat enim & mutus. Multatus in lingua, ut sit signis: & uelut mimi, manu indicat quod displicet uel affectat. Sed lingua sana, ad explicanda cordis concepta nõ sufficit: & cum ipsa sola sit cordis uerius instrumentum, quomodo manu intima cordis patentes? Sed malè ethicus mutus est, qui deum non laudat, nec sibi gratias agit: nec proximũ, si potest & debet, adificat, nec seipsum cū perperam agit, accusat. Et huic sic malè actio turbæ subueniunt, cum illum sic surdum, nõ audientem uerba diuinæ bonitatis, sic mutum, ut nec loqui possit, Christo dño humanitate q̄dam, uisus miraculis alijs, pro sanitate adduxerunt. [Et deprecabantur eum, ut imponat illi manum.] Precantur turbæ pro muto, quia lingua carebat officio. Et illius cõmunitatis hoc habet imaginem, quam debent homines habere in natura, nõ solum in rebus extra corpora propria positus, quæ de iure diuino nemini cedunt in proprium, sed in corporibus proprijs, ut cū quis aliquo mēbro deficit, ab altero habente de membro simili adiuuetur: ut cæcus ducatum habeat à uidente, lingua loquatur per muto: subueniat arida sana manus, deficiens pedibus deferatur à ualido. Et cum sumus ex una massa compacti, quanuis sit quedam proprietates in personis, ex una ueritate naturæ, sit ualutudo membrorum in necessitate communis. Et magno futurorum præfagio sub Christo res huiusmodi agebantur, ut cõmunitas in ueris fidelibus restaretur in gratia, quæ per iniquitatem in auaritiam in proprium cesserat. Quod factum ostendunt Christiana cõnobia, ubi est cõmunitas rerum, similiter & membrorum. Vbi & egrotantibus qui sani sunt, ut sibipis per sana membra subueniunt. Et hospitalia edita in subuentionem ubiq; in terris fidelium, clamant parentibus ianujs, quod hospitalarij res egenibus, & sana membra exhibent per infirmis. Deprecant hi, ut imponat ma-

num, sed uoluntas eius sufficisset aut uerbum. Sanctitatẽ tantum cõsiderat in persona, cuius tactu credit, quod duplex huius appellat infirmitas, sed necdũ in Christo potentiam deitatis audierit. Habet autẽ quid occultum, mysterij & moralis, q̄ manus expectit imponeda, ut eadẽ manus sit plasmans & liberans. Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me, ueteri testamento diabolo magnæ tubæ proclamant, Iob similiter & Dauid. Et non solum contemp-



Et apprehendens eum de turbæ surdum, misit digitos suos in auriculas eius: & exapuens, retigit linguam eius. Et suspiciens in caelum, ingenuit, & ait illi: Effeta, quod est, adaperire.

¶ Scorsat à turbæ huc sanandum dominus & saluator, non humanã, sed diuinam pro sanitate daturus medelam: quã sapie turbæ nostrorum phantasmatum & patrorum malorum & rerum labentium, conglobatim occurrunt animæ ad deum reuertenti, & perstrepunt ualidè in auribus cordis nr̄i, ut nec possimus intelligere potiora. Prouidus medendi archiatrus, qui primo sanandum retrahit à prohibetibus sanitatem: deinde adfert argumenta recuperandæ salutis. Sed huius curationis modus, promouet infirmorum aptitudinem ad salutem. Nam conuertit illum saluator ad se, ut facerũ mutus esset aspectus: acsi ad notitiam inuitaretur creatoris eius, ad cuius imaginẽ factus est, ut consideraret quod super homines erat, qui sibi in humanitate restituebat corporis sanitatem. Ex sæpe fixo intuitu causatur amor: & cognito beneficia largiente, si non diligebat, saltem rependit amorem. Et inspectu faciei nostræ quam condidit, delectatur. Quod ad ecclesiã dicit: Ostende mihi faciem tuã, quia decora. Decus habet mensum cognitio saluatoris. Et per prophetã de cõtrario gestu conquerit. Verterunt ad me tergũ, & nõ faciem. Et cū sic iste sanãdus confiteret ante facie saluatoris, misit digitos, scilicet auriculares, in auriculas eius: non omnes, sed minores utriusq; manus, uelut expurgas aures ab auditu malo, ab inobedientia cælestium præceptorum. Nam sæpe in scriptura, per ueritate, ob-

Psal. 17.

dientia aures positam inuenimus, sicut scriptum est de obediente populo: In auditu auris obediuit mihi. Et expurgauit sinistram, ne au- daret uocē dæmonis, uocem mundi, uocē car- nis. Et ut audiret terrificum tonitruum æterni iudicii, æternæ damnationis, quo malè agen- tibus dominus cōminatur. Expurgauit & dex- terā, ut audiret agenda, & ipsa fixa cælo, di- uinis insisteret.

[Et expuens, tetigit linguam eius.] Magnū sacramentū in spūto, quo etiam & oculos cæ- ci nati aperuit. Sapientia uidelicet de superno capite defluens, ad directionem linguę, ad eru- ditionem doctrinę, ad publicationem oculi- torum malorum, ad odas, ad gratiarum acti- ones referendas instruxit. Nec quidem mutus creatus est homo, sed cum instrumēto quo lo- qui posset disertē. Nec noluit Christus cor sus- ficere ad amorē & contemplationem, si posset suppetere corporis instrumenta in actione ho- noris. Protinus & ipsum corporis organum, instrumētū uirtutū est: in quo deperditū mē- brū, a culpa neglectū absoluitur: & uiua sub- iacēt, si non perficiunt opus dei. Nihil sit oc- iosum in corpore, quod uirtutis potest esse mā- cipium: alioquin dānationē incurrimus, uelut qui operatus non fuerit in talentis acceptis. Id- circo suspexit saluator in cælum, unde in ho- mines bona prouenit: quia omne datū opti- mum, & omne donum perfectū, de sursum est, descendens à patre luminis. [Et ingemuit] pro- miseria conditionis humanę, q̄ in Adam sic omnes multati sumus, q̄ ex peccatis proprijs ampliori subiaccemus, q̄ membris debito iure non utimur, q̄ instrumēta uitiorū querimus, q̄ iste in duobus liber, iterū poterat multipli- cari, si se uirtutum non conuertisset ad usum. [Et ait: Effera, q̄d est, adaperire.] Verbo mon- strauit potētia, q̄a in sempiterno dei uerbo cū- cta creata sunt, ad q̄d illico secutus est effectus.

Nam & statim apertę sunt aures eius, & solum est uinculum linguę eius, & lo- quebatur rectē.

[Sic quippe prophetatū erat, q̄ aperturus esset aures surdorum, & linguas mutorum: facturus disertas: non tamen necessitate prophetię, sed ratione subueniendi hominū indigentię, ac di- uinę potentię ostendendę, hoc fecit. Maximè autem, (ut supra fati sumus) ut deperditā mē- bra corporis, referent instrumenta uirtutis. Quod & factum est, cum sequitur, quod & lo- quebatur rectē. Quoniam nemo rectē loqui potest instrumentum linguę, nisi dictante uirtu- te. sed nec testimonium auditus restituti, per- sonis sicut & linguę, cum aliter hominem audire non clareat, nisi cū dictis assentit & dis- sentit, iussis obedit uel denegat, ad interroga- ta respondet, uel non audiens silet, uocatus p̄-

sto se assentit, uel ut silentio tacitum se præbet. Audit protinus in regno uirtutum omnis qui dicit: Loquere domine, quia audit seruus tuus. 1. Re. Restitutas habet aures qui dicere potest: Audi p̄sidi- am quid loquatur in me dominus.

Et præcepit illis ne cui dicerent.

[Sæpe huicmodi prohibitionem in eu- angelio legimus, & eandem habet explanan- di sententiam, ut alibi factum est.

Quanto autē eis præcipiebat, tanto ma- gis plus prædicabant, & eo amplius mira- bantur, dicentes: Bene omnia fecit, & sur- dos fecit audire, & mutos loqui.

[Bene omnia fecit, qui primā creationē aspi- ciens, cuncta quę fecerat, erant ualde bona. Nescit ab ista potentia, præterq̄ bonū, egredi: sed ipsa creatura se traiecit in uitium. Inexcepta- ta est ista prolatio, q̄ omnia bene fecit: sed ue- rior est effectus, q̄ etiā uitiosa, bene remalces- lauit ad pristina. Et solum eius ē illa mala pro- pellere, quę bonā naturā maculant uoluntate hominū cōsentiente, aut ipso in sua prouiden- tia permittente. Bene omnia fecit, non hominū merito, sed sua bonitate, quā rebus à se creatis cōmunicabilem fecit. Sed laudant turbę atq̄ mirantur in hominibus diuinā ostensam uirtu- tem, eo q̄ surdis restitueret auditū, mutisq̄ lo- quelam. Auditū s. illorum, quę sub Hebræica litera, quę apud Hebræos scribitur Samech, inscribuntur, quę interpretatur adiutoriu sen- tentiandi. In psalmo quippe: In æternū dñe p̄sidi- manet uerbū tuū in cælo. Igitur hoc uerbū est audiendū, quod in æternum in suis promissio- nibus permanet & in cælo, ubi oia impræter- missē suis uicibus alternantur. Sub hac etiā litē- ra ex sua interpretatiōe dicitur in Prouerbij: Sardonē fecit & uendidit, & cingulū tradidit Cananæo. Audi surde post restitutionē audi- tus, q̄ tu sis ipse auditorus post doctrinā ubi p̄manētis in cælo. Sardonē facias, s. candidati- onē operum tuorum, qua Christum inuoluas in sepulchro ponendū: quia in pace factus est locus eius, q̄ tm̄ est in puritate intentionis ope- rumq̄ nostrorū. Sardon ad candorē multo la- bore deducitur. Et cingulū tradidit Cananæo: Christus deus Cananæus est, quia zelotes: Et scriptū est: Ego sum deus zelotes: in castitate zelans aīas quas redemi, cui nostrę munditię traditū est cingulū, prout in euangelio exigit. Sint iūbi uestri præcincti. Et sub hac litera le- remias terrorem iudiciorū, & irā in dignationū eius ad nos, audire sua det, dicens: Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, & percussit op- posuisti nubē tibi, ne transeat oratio: eradicati- onē & abiectionē posuisti me in medio popu- lorū. Et quid loquitur mutus, iam resumpta po- testate loquens? Ut si corde credit ad iustitiā, confessionē oris faciat ad salutem.

De cæco illuminato, ex duplici impositione manus in Bethsaida, secundum Marcum tantum. Caput XXVI.

Mar. 8.

Cum uenisset Bethsaida, adducit ei cæ- cum, & rogabant eum ut illum tan- geret. Et apprehēsa manu cæci, eduxit eū extra uicum. Et expuens in oculos eius, im- positis manibus suis, interrogauit eum si quid uideret. Et aspiciens, ait: Video ho- mines uelut arbores ambulantes.

[Pius medicus & humilis dignationis est censendus, si nulla spe mercedis uisitat ægro- rates, qui ad eum nequeunt habere accessum. Præuenit dñs cæcum cum uenit ad uicum, q̄ uallis pœnalis interpretat, qua similitudine p̄- uenit omne genus humanum, in ualle huius miserię interclusum, maxime morbo cæcitat- is oppressum. Sed adducitur hic cæcus duca- tu uidentium. Etenim legis dei peritū habent- tes, ignorantes perduxerunt ad notitiā uerit- atis. Sed nec tantum legendi aut audiendi si- ue docēdi studio quis instruitur, sicut cum hu- milibus profuechis supplicatur ad deū. Et sæ- pe doctores, quanuis nō nouerint, magis ora- tionibus q̄ uerbis profecerunt in populo, & uerbum doctrinę orationibus adiuuerunt.

[Proinde rogabant ut illum tangeret.]

[Quotquot tactū aut corporalem p̄sentiam exquiserunt, sanctitatē tantum in homine, uir- tutemq̄ datā de super crediderunt, nō deū ue- rum & hominem in assumpta natura latentē, qui ubiq̄ similiter potest, à q̄ cuncta æqualiter sunt propinqua, uel distat, si distare ab illo fas esset aliquid dicere: nec opus est sibi aliqd agere ge- stu corporis, quia omnia perfecit solo imperio uoluntatis. Sed quia homo, diuina operat hu- manē. Nam [& apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicū.] Dux factus est cæcorū lumen æternum: & manū porrigit, ut ex tactu cæcus ducē securus subsequatur. Nouit discrimina- tiō atq̄ uoragines, in q̄bus posset cæcus mā- le ductus incidere. Nouit scopulos, in quibus posset impingere. Nouit & diuerticula, in qui- bus posset errare: idcirco uia tenet ad cæ- cum. Christus est uia, securē ducit, neuter casu- rus in foueā. In stuporē & in admirationē, ois aius audiens, se debet cōuertere, q̄ Christus factus est dux cæci, & pædagogus eius, qui p̄ seipsum, quod pergeret, nesciebat. Duxit in nu- be atq̄ in igne populum de Aegypto, uelut de horrendis tenebris, à quibus, nisi per eum, nō erat egressus. Et de ipso dictum est: Ducam te per semitas æquitas: quas cum ingressus fue- ris, non coartabitur gressus tui: & currens, nō habebis offendiculū. Cæci omnes sumus, hoc ducē pariter indigemus. Præstat ipse suam ma- num, porrigamus & nostram. Et opera nostra infirma, suis altissimis operibus cōiungamus,

Exo. 14.

Pto. 4.

neminē nisi solum ipsum sequentes. Nam ipse dominus solus dux noster, s. Israelitici populi fuit, & non erat cum eo deus alienus. Et in ca- priuitatem & in interitum uadit, qui huius se- mitas non sestat. Et per prophetam dicitur: Populus enim ductus est in captiuitatem, quia non habuit sciētiam. In captiuitatem criminū & uicioꝝ ire necessarium factum est, qui non habuit sciētiam, quam ductor supernus cæ- corū & ignorantium ipse docuerit, dux rectę ui- ationis, omnes ducēs in uiam rectam, qua itur inter sepimenta uirtutum, sicut scriptum est: Et eduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciuita- tem habitationis. Qui hūc ducem reliquerit, semper ibit in præceps. Et p̄ Ieremiam domi- nus querulatur, inter cætera mala quę fecerat populus eius, quod ipsum dereliquerit ducē: Nunquid non istud factum est tibi, quia dere- liquisti dominum deum tuū, eo tempore quo ducebat te per uiam? Nunquā derelinqui pos- test dux iste, nisi cum ducit per uiam. Nam in patria beatitudinē adhærentes, electi erunt: ubi derelinqui nec ualent, nec poterunt. Reprobi uerō tūc nolentes relinqui, relinquuntur, eo de- merito quo hic dominum reliquerūt. Qualis huius ducatus ad cæcum? Extra uicum s. Beth- saida, qui domus pecudum siue frugum abund- antia, & uallis pœnarum interpretatur. Ab æterno beatus, extra miseriam per misericor- dię manū suos electos ducit: quam duplicem esse solum agnouimus, culpārem atq̄ pœnarū: sed una penitus aliā præcurrunt, nec secun- da sequeretur, nisi prima præisset: qui à prima educitur, non deueniet in secundam, quanq̄ multis pœnalitatibus transitorijs subiacet ca- ro mortalis, etiam subitura mortis imperium. Sed si rationi sequenti ducem adhæserit, resur- get in gloriam destructo mortis imperio, ne- quaquā ulterius pessundāda. Exeamus extra uiam pecudū, ut non simus sicut equus & mu- lus, quibus nō est intellectus. Quę maior mise- ria hominum existentium ad imaginem dei, quā more pecudum uiuere, ut super se foe- tentia onera portēt, improbumq̄ sefforem ad nefas duris calcaribus perurgemur? Exeamus, sequentes ducem extra uicū frugum, mundi li- quida relinquentes & abundantiam, quę con- tra naturā peccare disposuit Sodomitas. Exe- amus extra uicum, in quo pœnam meremur cumulatione culpārum. Exeamus extra castra, portantes improperium Christi, quo Moyses Aegyptiacam gloriā uilipendit.

[Ducens extra uicum Iesus hunc cæcum, expuit in oculos eius.] Per supernam sapien- tiam, nostrę mentis cæcitatē illuminat. Non est uera sapiētia, nisi quę de Christi capite de- scendit. [Et imposuit illi manus,] ut hominem se ostenderet. Et interrogat si aliquid uidet. Bene ipse nouerat si uidebat: sed in notitiā

Deu. 32.

Isa. 5.

Psal. 106.

1. Cor. 2.

astantium uult deuenire quod agitur. Qui homines uelut arbores ambulantes se uidere respondit. Non uidebat proprium, sed commutatum: non in re uisa, sed in suis oculis maculatis. Falsi rerum aestimatores, de alijs extra se iudicant, prout intus dicat concepta nequitia: & tales arbitrantur ceteros, quales ipsi de prauitate perscrutant: & ipsi ad bona insensibiles, sic alios esse decernunt. Non erant arbores homines quos uidebat, nec ut arbores ambulantes, cum solim impulsu extrinseco arbores moueantur. Sed in hominibus non bene uidebantur, arborina similitudo regnabat: non in re uisa erat illusio, sed in uidente: uelut in aqua partim, & extra partim remus aspectus, circa illam partem, ubi situs diuersitas incipit, uideatur fractus, cum ipse sit sanus: quae falsitas non existit in remo sic sito, sed in oculo sic deluso, prope diuersos situs rei integrae, aliter decernere non ualente. Sed cur sic homines in alia similitudine non uidit, quae in arboribus; aliquid habet secreti mysterij, cum & postea uidentur omnia recte.

Matt. 5.

Præcursor domini, totam humanam naturam arborem appellauit, quam & dixit diuino subiacere iudicio: iam ad radicem arboris securis posita est, uelut iudicium Christo datum enuncians, ad succidendas arbores steriles, ignitque tradendas, quoniam pater omne iudicium dedit filio: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Ipse autem saluator securim habes diuinæ iustitiæ, arboribus homines comparauit, dicens: Omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, fructus malos facit. Sed fructus malos faciens, succisa mittetur in ignem. Nulla inuenitur arbor mala: bonitate naturarum omnia bona sunt. nam uidit deus cuncta quae fecerat, & erant ualde bona. Sola hominis uoluntas mala, est in causa, malorum operum fructus ad extra deducens. Proinde hic illuminandus, uidet in prima cura homines uelut arbores ambulare, quasi sub iudicio dei omnes inuitabiliter existere, iuxta fructum manuum nostrarum retributionem recepturos, sed non definite quanto premio bonos, quanto supplicio reprobos esse donandos.

Mat. 7.

Visio hæc prima, erroris & timoris inuitantis est, pro eo quod omnes diuino atque tremendo iudicio subiacemus. Expediit quidem hic primus aspectus ad offerendam cautelam, ne uelut steriles aut male fructificantes arbores, succisi tradamur in ignem. Necnon & uisio huiusmodi, paternis seu protoplastinis delictis omnes homines subiacere decernit, ob causam, quod relictis cunctis paradisi arboribus, de interdicta duntaxat arbore tetigerunt. Filij quidem arboris interdictæ, dicitur oes qui semine corrupto ex primis patribus peccauerunt, quibus multo liberet gratia, quae infecit corrupta natura.

Deinde iterum imposuit manus super

oculos eius, & coepit uidere, & restitutus est, ita ut clarè uideret omnia.

Curatur ille paulatim, non ob defectum potentiae, sed ob mysterium. Secunda hæc impositio manus, qua uidet omnia clarè, ad ueram sententiam pertinet, qua omnia in suis consistentijs cognoscuntur siue creduntur, cum nec temerariè aut superbia modum de hominibus existimat atque creditur, nec de diuinis iudicijs aut misericordiis hæsitatur, cum fugienda & agnoscenda, non facienda & agenda pariter cognoscuntur, & cum scitur qualiter est conuersandum in medio nationis prauæ.

Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in uicium introieris, nemini dixeris.

Introrsus iste remittitur, ut nouerit speculando quid acceperit, ad quid obligetur ex acceptis. Optima & grata consideratio est, etiam si rependere nequit, habere præ oculis beneficia creditoris, maxime creatoris, qui nullis nostris ualentibus meritis, expeditiæ nobis gratis & benignè concessit. Vadat in domum suam illum minatus à domino, ut contempletur internè, ne forinseca querela præpediat: ne sensibus occupatus corporeis, uideat ex illo lumine quod diuinè suscipit. Abdicat se à uulgaribus confortijs faciat, qui luciferos splendoris asperxit. Et si expedit in publicum aliquando procedere, ne diffundatur animus in loquendo etiam bona qui gratiam habuit, cum omnes non deceat esse theologos, sed lugentes & gratos, & potentiam agere. Nec omnibus datum est, in aliis celebrare salutem. Et ex opportunitate, non ex uoluntate, oportet esse sermonem. Ad animi tumorem spectat, & fastum ostendit, loqui & erudire, si non mittatur superioris mādaro. Splendor illuminans, primò sit ad seipsum in quem diffusus est: nec deriuetur in alios, nisi iubeat superioris autoritas, aut urgeat necessitas, aut omnino exigat charitas. Et forte quod iste non erat de uico Bethsaidæ, qui primò inde foras educitur: deinde dicitur, [Vade in domum tuam.] post uerò, [si in uicium introieris.] Quomodo enim poterat domum introire, uiciumque non introire, si domus fuisset in uico?

De curatione unius infirmi ad probaticam piscinam, secundum Iohannem tantum.

Capitulum XXXVII.

ET cum quodam tempore esset dies festus Iudæorum, ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina quae cognominatur hebraice Bethsaidæ, quing porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum, expectantium aquae motum.

Crebro legimus saluatorem interfuisse ex studio festiuitatis Iudæorum, ad ostendendam uirtutem, ad inferendam doctrinam, non ad ostensionem rationem, ut humanam gloriam ueniret. Et sua benignitate se necessitatibus hominum inferebat, requisitus siue irrequiritus. Venerat enim pro male habentibus, quibus opus est medicus, sed non pro sanis: quia neminem sanum inuenit, nec pro mercedem capturus, in languidus intendebat: honore tantum propria ferebatur. Qui Ierusalem tempore festiuitatis ascendens, uelut nihil pensus ab his qui sibi sanè uidebantur terrenis festiuitatibus intendentes, ad male habentes, qui festiuitatibus uacare non poterant, se conuertit misericors, miseris factus homo. Semper Christus illis se tradidit ad solamen, quomodo solaria desupererunt, aut quos ipse mundus abhorret, si uelint se in Christi bona transferre, aut abiectiones uoluntarie saltè corde seculum, aut abiectiones à mundo, si ad gratiam deputant quod abiectioni sunt, duntaxat Christus accipit. Et hi solim inter dei filios computantur, sicut in Sapiencia legitur ex uocibus damnatorum: Nos insensati, uitam illorum aestimabamus insaniam, & sine illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum. Hos enim miseratus dominus in hac uita, uisit ad piscinam, quae Hierosolymis erat. Et probatica uocabatur ab officio, non à proprietate rei, quoniam ibi oues abluantur. Piscina dici consueuit, quod plena piscibus esset. sed hæc antiphrastica locutio est: nam piscibus ipsa carebat. Non enim ubi balnea iugia hominum, naturale piscinum agitur. Sed mysterium secretum habet hæc piscina. Discussum uerò, aliquid gratum affert.

Sapi. 5.

Ioh. 1.

2. Pet. 3.

Heb. 15.

Piscina congregatio aquarum parentium supra terram, de quibus descendit imbribus congregatarum, aut ex occultis uenis prodeuntium, aut ex utriusque. Gratia dei omnibus præparata, est hæc quae de caelo descendit, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Et hæc publica & nota cunctis sanè credentibus ex occultis meritis, quae nemo hominum nouit, quae Hierosolymis est, quae terra pacis habet imaginem. Gratia diuina siquidem non aliter aut alibi, quae in pace congregatur aut præstat quærentibus. Et fructus iustitiæ in pace seminatur. Proinde Petrus: Satagite immaculati inueniri in pace. Sed si piscina in Ierusalem tunc notissima ciuitate, nunc abundanti gratiarum in excellentissima Christi pace, nec in angustum uel in occultum inclusa est gratia, sed habet in publicum, habet priuatum, possibilibus ad habendum in unitate seue ueritate quærentibus, impossibilis diffidentibus. Multa est, & una est: multa pro omnibus, una pro singulis. Nam de habere pulchritudinem faciei, dicitur est: Facies tua plena est gratia, prout de deo

habetur notitia fidei in hac uita, porrecta ois gratiae plenitudo, ut nihil desit uolentibus in ulla gratia. Et de sapientia dicitur: In me omnis gratia uis & ueritatis. Non est filij dei gratia uel illis coartata limitibus. communis omnibus uolentibus est, in his maxime quae in appetitu hominum sunt, scilicet in uita & ueritate gratia sanis. Et gratia unius hominis, in plures hoies abundauit. Intantum siquidem abundauit, ut omnes uiuentes uolentes, ipsius possint esse participes. Et sicut unius intantum abundauit gratia, ut deriuari possit ad omnes ipsius effectus, sanans inuisas hominum mentes, ita & unitatis Christi ferax oportet tenere poterant, qui fatigat illam in ueritate fortiri, sicut inter tot languidos unius sanatio manifestat. Et ubi superabundauit delictum, superabundauit & gratia. Sed delictum in omnes, & gratia pro omnibus facta est. Et gratia saluatoris nostri dei oibus apparuit, erudiens nos. Non enim solum propter unam gentem aut populum, aut quempiam linguam apparuit gratia Christi, sed omnibus hominibus: quia uult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire. Gratia abundantiam ista prælagiet piscina. Sed est in Ierusalem, quia in pace inuenitur, quod est hominis optimum, non in illa ubi est amaritudo amarissima, sed in illa quae datur hominibus bonæ uoluntatis. Lauabantur in ea oues. Verè quidem humiles, non in alijs balneis præterquam in dei abluuntur gratia. Flumina Babylonis & Aegypti, sunt omnes aquae præter gratiam saluatoris. Et siqua uidentur abluere, amplius turpant, nisi aqua Ierusalem ubi abluuntur animalia mitia, in dominicum sacrificium offerenda. Atque non incongruè Bethsaidæ hebraice uocabatur, s. domus pecudum, ut significatio rei signatae cognouerit. Ores enim, Iesus sit os sequaces & auditores appellat: Ores meae uocem meam audiunt, & sequuntur me. Cingebat quinq; porticibus, quinq; iam dekursis mundi ætatibus, circūdata gratia copijs infirmorum, s. ipsa egentium erat, iacetium in terrenis & peccatis proprijs atque delictis. Caecorum, per ignorantiam ueritatis. Claudorum, s. hæsitantium & claudicantium in duas partes, an uerum deum, unum, uirtutem, an idola sequi penitus debuissent, sicut Elias propheta magnus, idololatram populo in optione dedit: Vt quid claudicatis in duas partes: Si deus est dominus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Multi hæsitauerunt in fide uenturi Christi, & in cultu unius ueri dei. Et cum ipse aduenit, mundo se palam facies, etiam claudicatum est. Alij quidem dicebant, quia bonus est alij, quae seductor, & seducit turbas. Et adhuc claudicant quæ plures fideles in fide Christi Iesu, impingentes in uita eius & doctrinam suam, aut additionibus, aut detractionibus, aut sensualiter, aut quatuor, aut fauoribus delectati alij sentiendi,

Eccl. 24.

Rom. 8.

Ibidem.

Ad Titum.

Ioh. 10.

3. Re. 18.

Ioham. 7.

Et aridorum, qui habebat deficcata membra, quanuis adhuc coniuncta corpori, quæ de humore corporis non habebant, nec percipiebant alimenta uirtutum, uelut ramus deficcatus in arbore, quauis non præcisus, nihil tamen recipit de humore radicis, ut pubescere possit in flores, p. dire in folia: & aptos fructus educere in utilitatem aut delectationem uescitum. Sicq; mulorum erat, modofq; regnat arida uita in delium, scilicet qui, quanuis cum credentibus unum sint unitate naturæ, ab effectu tamen inuisibilis gratiæ sunt diuisi. Et qd ampliori more rore dolèdum, quam plurimi fideles qui apparenter tenere uident unitatem fidei, sed affectibus & moribus recidunt: & pleriq; malè sentiendi erroribus sunt abscissi, ut humorem occultæ gratiæ quæ in corpore uiget ecclesiæ, nullo modo percipiant, ut fructus dignos poenitentia faciant regnis cælestibus aptos. Et Israeliti in hoc in deserto profitebant, dicentes: Anima nostra arida est. Arida erat anima, quæ in memoria tenebat Aegyptum, & ea quæ in Aegyptio reliquerant. Arida est omnis anima, quæ delectabiliter tenet memoriã peccatorum, & appetit in tenebras quas reliquit, & uellet appetere ignorantia incolatum. Et ossibus aridis dicit, ut audirent uerbum domini.

Num. 11.

Ieze. 37.

Rom. 8.

Iob. 6.

Iob. 14.

Psal. 26.

Psal. 36. Tibern. 3

Iac. 5.

Psal. 39.

Psal. 118.

ne mea. Expectabat & ista multitudo languentium aquæ motum. Quem motum non a se ipsa, sed ab alia uirtute: atq; angelus inuisus, uifè mouebat aqua. Parebat sensui aquæ motus, quanuis motor inuisibilis esset. Mouet magni consilij angelus aquam, s. gratia, cū corda hominum comouet & inuitat ad gratiam. Et qd dam inuitatorium erat ille motus, ut descenderetur in aquam. Mouetur quidem gratia, cū ad se indigentes inuitat. Non em̄ homines autē mouentur ad illam, nisi prius gratia ad homines moueatur. Præuenit enim gratia omnem motum cordis ad illam, om̄ em̄q; bonæ corporis actionē. Hinc saluator ait: Sine me nihil potestis facere. Et Apostolus: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Et alibi: Gratia dei sum id quod sum. Nā ipsa mota per angelum magni consilij, s. unigenitū dei filium, Saulum ad seipsum promouit: ut præuentus à gratia, operaretur in gratia: ut nihil bonū ueller, aut ageret, aut esset, nisi ex gratia. Quotidie siquidem agit motus gratiæ, sine intermissione querit sanare languentes, in quinq; porticibus, id est, in quinque sensibus ægrè atq; infirmè quiescentes. Mouet aqua, descendatur in eam: sequatur sanatio, recedat à porticibus, ut non ultrà quiescat in sensibus. Brutale protinus est, in sensibus quiescere: atq; supra naturā stamus, qm̄ ipsa supra naturam est aspernans corruptā naturam, non confundens, sed adiuuans conditam.

Ioh. 11.

2. Cor.

1. Cor.

1. Cor. 2.

Sed magnum sacramētum offendit, qd tantummodo sanabatur unus. Vnitas quidē hęc, in unitatem traicitur fidei, om̄iumq; uirtutū: signatq; non duos, aut plures, sed unū conuentum uerorum fidelium. Illam porro unitatem, unius sanati unitas ostendit: præterquam esse potest nemini salus, ut in unam coëctur fidem, unamq; charitatem, unamq; catholicam ecclesiam orthodoxam, ut cunctæ uirtutes ex uno prodire credantur, & ad unum finem legis & prophetarū. Iesum Christū referantur, sub unius fide dei, qui est trinus in personis, unus in substantia: qm̄ de statu canitur fidelium. Quam bonum est, quamq; iucundū, habitare fratres in unum. Et deus habitare facit unius moris in domo. Non habitatur in unum, neque in unū concorditer conuenitur, nisi habitatores unius moris extiterint. Vnus est mos ecclesiæ: una est urbanitas eius, solum fatagens in superna. Et cum duo sunt oculi in capite, multiq; capilli, solū in unitate sponus pro amore à spōsa se uulneratum esse fateatur: Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorū, & in uno cruce colli tui. Duo sunt oculi, dexter & sinister. Duo sunt intellectus, fidei & naturæ. In oculis fidei amoris uulnus factum. Innumerabiles sunt capilli capitis & colli apud nos, sed apud

Gal. 4.

deum om̄es numerati sunt: sed in uno spōsus à spōsa gladio amoris cōdit, ut propter Christum solū impassibilitas ueniat. Crinis quidē, impassibilitatis habet indicium, necnon ex unitate ad aliam directionē trahimur, ut ab oibus dissiliētes, adhæreamus deo. Inquit enim Apostolus: Nā qd adhæret deo, unus spūs est cū eo. Sed cōspicitur & intrēditur in uno lōgæui tempore ægro triginta octo annorū, non qd semp ab inino infirmitatis iacuerit ad piscinam, sed tantum in eo fuerat perdurata infirmitas. Hic præ cæteris in infirmitate laborauerat, & om̄i humano destituebatur auxilio, ad curā præueniebatur ab alijs. Nemo sibi erat auxilio ad descensum, & inter miseros miserior erat. Si tēpus infirmitatis attendit, genus humanum est à diabolo in possessione scriptū: sed qm̄ nō oēs illi diuino imperio liberantur, populus gentilis in illo signatur, cultu idololatricæ, iure p̄scripti onis diabolo mancipatus. Potius autē differendo uerborū in oēm hoīem peccatorē, quem fatanas diuinitate tēporis possedit: multiplicati onē criminū, magnitudine scelerū, iure p̄scripti onis, cui nunquam fuit interdicta possessio, quæ uelle posse, possitq; uelle uenire ad gratiā, prout uenit iste ægrotus ad piscinā. Aggrauat hoīm culpas, temporis lōgæuitas in peccato. Et dñs per Ieremiã populū arguit de longæuitate tēporis in peccatis: Nunquid obliuiscetur uirgo ornāmētū suū, & sponsa fasciã pectoralis suæ? Populus autē meus oblitus est mei diebus innumeris. Nemo dei obliuiscit, nisi amore proprio delectatus, & p̄ter ipsius legem ad creatam uisibilia, & ad mundi gloriã delectatione se ligas. & hoc utiq; malū est, sed hoc grauius, qd in diebus innumeris. Sed cū paucitas dierum hoīm sit cito finiēda, quomodo quis à deo uerti potest diebus innumeris, nisi qd qm̄ tum quis potuit, in iniquitate p̄manit? Quod uerò iste hoīem non habuit, ueritas facti est, qd homo diuturnè peccator, hoīem non habet uantē ad gratiam, & sanitatē à sua ægritudine consequendā: & qm̄is ad hoc plurimū ualeat orationes sanctosq; ipsas om̄ino se priuat peccator in deficiēs. Sed hoc sæpe bonū etiã in uoluntariè atq; diuturnè peccantibus remanet, qd sanari expectat, uerè credēs, infirmitates animarum esse peccata, nullasq; maiores. Hic sic longæuè infirmū saluator alloquitur, si sanari cupit, interrogans:

Vis sanus fieri?
Optimè ipse nouerat, nec erat aliter aut mandū, qm̄ tantū ob hęc causam uenerat ad piscinā. Sed querit Iesus si uult, ut ore profiteatur malū, quæ eretq; salutē. Eademq; imaginē affat interiori sensu quælibet peccatorē: Vis sanus fieri? Quid ista interrogatio sentire uideatur, nisi, Es ne infirmus? ore proprio confitere peccatum. Affectas sanitatem: odirē te infirmi

tatem oportet. Odis illam? argumentis cōtrarijs p̄sequis. Vis sanus fieri? Placēt ne tibi sanitas? Ergo infirmitas displiceat, imō sanitas magis placeat. Vis sanus fieri? Potuit ne peccatū te priuare liberæ uolūtatē arbitriū? Potuit nē sanitas te in illud barathrum obstinationis uentē immergere, ut tibi malū displicere non possit uelq; iustitiã? Magnū alit̄ donum collatum est homini, ut liberum arbitriū, uiuēs etiã quantumcunq; peccator, non possit amittere. Et displicētia mali referuat in hominibus à natura, & boni & optimi appetitus, quanq; ipsi per inania placita deprauent. Sed interrogatus infirmus, nesciens interrogantē, allegat impossibilitatē: priuatū se faceret humanū auxilio, & à ualentioribus præuenit in cura. Velut peccator iam mundum fastidians, à spernatusq; facinora, sanctæ ecclesiæ meretur auxiliū, orationesq; sanctorum. Sed nemini desperada salus, si ex toto corde detestatur facinus, gliscitq; salutem. Ad quē saluator:



Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et sustulit grabatum suum, & ambulabat.

Facet aut sedet, cui de surgendo mandat. Facet, qd cecidit in peccatis: sedet, qui à pigritia detinetur. Præceptū datur diuturno & peccatori longæuo, ut surgat, si malè se cecidisse cognouit. Nam si ceciderit lignū ad austrū aua ritia, luxuria, gula atq; iræ, quæ faciunt animam aestuare præ caumate: ad aquilonē supbia, ubi lucifer disposuerat statuere sedē suā: aut inuidia, quæ frigidā animā facit: aut pigritia, quæ tepidā tenet: aut in frigiditate mentis depellentē habitum, motū & officū charitatis, & ibi erit iacens, ubi ceciderit: non ualens per se resurgere, ut ualuit cadere, nisi Iesu p̄ceptoris potentia subleuet. Et em̄ hic languidus triginta octo annos in infirmitate habebat, nequens ab illa resurgere, nisi saluatoris suscipisset p̄ceptū. At ubi factū est, surrexit cōtinuū, & accepit grabatū, memoriã & cōfusionē peccati sui, quam oīs peccator tenet accipere secum ferens: & ambulabat in sanitatis testimonium, exercitās corpus & membra, q̄ olim tanto tēpore tabuerant. Peccator interiori sanitate respirans, neq; amplius ferias in spūalibus agit. Ambulet, sed in lege dñi, & in p̄ceptis altissimi, & petat suæ directiōis uiam liberatus à malo. Nam & Dauid: Nota fac mihi uiam in qua ambulē, qd ad te leuauit animā meā. Fiet protinus errabundus, nisi prius uiam ueritatis inuenierit: qm̄ non est in homine uia eius, neq; uiri

Eccles. 11.

Isaie. 14.

Psal. 141.

Iere. 10.

ut ambulet, & dirigat gressus suos. Omnis conatus deo placere uolentium, recteque gradi, sicut esse debet in electione uia. Ambulat securus, incedit cauti, cum electa fuerit uia ueritatis. Etenim Dauid hoc in se & in persona bonorum fecisse demonstrat, dicens: Viam ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Attamen in uia qua gradiedum est, duplex est directio ad directum.

Psal. 118.

Ibidem.

Prou. 14.

Psalm. 5.

Prou. 15.

Gal. 5.

Directio ab indirecto his uerbis explicatur: Viam iniquitatis amoue a me, & de lege tua mi serere mei. Et alibi: Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiā testimonia tua. Vna est uia iniquitatis & malitiae, ad perditionē deducens, sed illa p fraudes, haec molit in nefas. Nam est uia qua uidetur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem. Est autem directio ad directū, sicut postulat: Dirige in conspectu tuo uiam meā. Nemo recte ambulat, nisi in conspectu dei uia hominis dirigat. Sed quis est qui etiam uolēs, eius possit uitare conspectū? Qm̄ in omni loco oculi dñi con templant bonos & malos: Sed q animo cōturmaci pperam agere cupit, diuinū uellet declinare conspectū: qui uero per iustitiā agere nititur, in conspectu dei dirigi postulat, ut securū dū suum placitū gradiat. In spiritu ambulat, q in conspectu dei ambulat. Et sp̄s ambulare, & desideria carnis nō perficietis. Sabbato celebrata est huius infirmi sanitas, qm̄ in sabbato aeterno cūcti electi etiā qui turpi peccauerūt, pacta poenitentia sanabunt. Sed iudaei uerū sabbatū nō habētes, calumniā inferunt, q hic grabatū suū in sabbato detulisset. Qui optime re tulit tollēdi autoritatē in suā sanitatis autorē, uelut si minora p maiora pbare niteret, dicens:

Quime sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula.

¶ Actū uelut incedere: Maius est, infirmitatē triginta octo annorum spatio insistentem, subito depellere, inducere salutē, q̄ iubere grabatū tollere. Sed sibi obediuit infirmitas fugiēs, & ueniēs sanitas, nec meū erat disserere de licētia sabbatina. Diu tabuit corpus meū, nō uales ferre meipsum: modō ab eo sanatus supra artē & naturā, ut qd eius madata nō faciā: Nō me sanauit obseruantia legis, sabbatūq̄ custodia, sed huius hoīs uirtus sanitati me restituit. Et cū interrogaret quis esset, ipsum nescire respōdit. Cuius tantum ingratitudinē arguit, q non nouerat suā sanitatis archiatrū, & anteq̄ actiones redderet gratias. Sed forte pteriticus nouitate factorū, aut festinans ad iussum, aut omnino detentus de sanitatis laetitia, nō curauit agnoscere hūicij largitorem. Sed saluator omnium Christus, qui animarū magis q̄ corporū q̄rebat salutē, & pferebat unā, ut donaret

& alterā, declinauit a turba cōstituta in loco.

Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

¶ Fortassis q̄ templum iste sanatus intraerat ad orandū, & ad referendū uni deo, cui tēplum dicatum erat, gratias actiones, q̄ sanitate receperat, nondū credēs in Christū, ipsumq̄ deum esse, in quo a saluatore inuenit recepturū in anima, prout receperat in corpore sanitate. Et bene magno mysterio extra tēplum corporis, in templo sanitas agit mentis. Nam cuncta uisibilia & sensibilia corpori cōferunt. Sāpientia, uirtutes, mandata, sacramēta ecclesiae sanctae, quae templū uerū est dei, ad animarum instructionē ipsarumq̄ salutem ordinata sunt. In optimo loco, pro futuro mysterio iste inuentus est a Iesu, quod si qui ad templū fidei nostrae nō ueniunt, nō inueniātur, ut nec inuenti in anima recipiant sanitatē. Sed quae in templo, ubi inuentus est, nō sunt praesentis dissolutionis: iam dispersa sunt alibi. Veruntamen in terminatio huius facta, insinuat ad scientiā, incutit terrorem, paratq̄ cautelam, ut sciamus ex peccatis poenalia mala hominibus puenire, nō solum in anima, sed in corpore: non solum in alia uita, sed in ista. Terror qdē, qm̄ iudiciū dei est secundū ueritatem. Nam deus ultionū dñs, ulciscens in eos, qui peccauerūt. Ex quo cautela uerē timentibus orit, declinant mala, bonaq̄ faciāt, ut Dauid post peccatū: Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiā uerba tua. Sed cur euenire deterius comminat? Nam dimissa saepe in ultione rediit, cum posteriora iungunt. Crimen laesae maiestatis semel dimissum, redit ad poenam, cū agēdo repetit. Et saepe in hominibus cor impoenitēs generat reiteratione dimissō. Nihilq̄ deterius in uolūtate peccatibus post susceptā de pristinis indulgentiā, q̄ si cordis duritia subsequat: quae dū assit, ad poenitentiam uenire nō sinit. Quo de merito induratū est cor Pharaonis, ut semper mala malis cumularēt, & peiora conecderet, saeuior in populo dei factus, ut etiā neq̄ signa & prodigia magna ipsum ad poenitentiam puocarent. Sed hic sanatus a Iesu, ut eū agnouit ex fide, praedicator factus est eius: & inreposito animo abiit ad Iudeos, & nunciāuit eis, q̄ Iesus esset, qui fecit eū sanū. Velut retributionis munus, offerre cōfessionem, q̄ Iesus sanare homines possit, & consistē eū coram hominibus, ipsosq̄ abiectō timore. Hoc praecipuū inter cetera saluator a suis fidelibus q̄rit, ut eū constentē, cui cōfessionis dona sublimia pollicēt: Oīs q̄ constēt me coram hoibus, cōfitebor & ego eū coram patre meo, q̄ est in caelis. Et regione dicit: Qui autē negauerit me coram hoibus, negabo & ego eū coram patre meo, q̄ est in caelis.

Psal. 118.

Nullum signum euidentius sanatae animae, q̄ Christum uita, moribus, ore, hominum timore deposito, cum necesse fuerit, confiteri.

¶ De curatione lunatici, surdi & muti, spiritum immundum habentis, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Caput X & XI.

Inuidus hostis humanae naturae, in deū semper usquequaq̄ superbus, alternationes celestium corporum obseruauit, insidias tetras in illis cōstituens, ut eorū infamaret autorem, uelut qui malum in corporibus caeli posuerit, unde humana natura laederet, eo quod uicissitudine lunaris permutationis, lunaticus diceretur. Sed reuera nō sic, imō ipse malignus exagitat obseruādo lunae cursum, quo soli proxima uel longinqua sumat defectum luminis uel augmentum, in his permutationibus lunari bus per amplius uexans, ut simul cum creatura creator ipse culpetur. Nam ut tres euangelistae testantur, ut ordo detur rei gestae praeposterrando hanc scripturam: quidā habebat filium lunaticum, ea deceptione, qua supra dictū est, sed puer: & habebat spiritum immundum. Et erat surdus & mutus, qui uexaret eum, ut saepe praecipitaret eum in aquam, aut in ignē, & elidebat eum, & spumare faciebat, & dilacerare, & stridere dentibus, & arescere. Omnia haec ab infantia passus erat. Quē pater discipulis Christi attulit, ut curarent eum. q̄ nequiuert. Sed diffidens pater de discipulis, de magistro plus sperans, cum Iesus uenisset in turbam, accessit ad eum, & genibus prouolutus orabat, dicens: Domine & magister, attuli ad te filium meum lunaticum, habentem spiritum mutū, & dixi discipulis tuis ut curarent illū, & nō potuerūt. Misere igitur filio meo, quia lunaticus est, & siquid potes, adiuua nos, misertus nostrī. Et Iesus ait illi: si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamās eum lachrymis pater pueri, aiebat: Credo domine: Adiuua in credulitatem meam. Tūc increpauit Iesus discipulos, dicens: O generatio incredula & peruersa, quousque ero uobiscum? usquequo patiar uos? Afferte illū ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset illū, statim spūs cōturbauit eum, & elisus in terram, uolubabat spumas. Et cōminatus est Iesus spiritui immundo, & increpauit eū, dicens illi: Surge & mute spiritus, ego praecipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum decepens eum, exiuit ab eo. Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autē tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit puer. ¶ Qui adhuc peccare nō nouerat, tantaq̄ passus, ex originali semulatum insinuat. Sed in ista antē colligitur homo peccator, qui ex primis rudimentis & ex

Mat. 17. Marc. 9. Luc. 9.

suis primitiis, se propria uolūtate traiecit in alteram mortū partem, electione mētis improba, quam corrigere non curauit, consilio aut discipulina melioris aetatis: sed uelut in frūctus, super equum, id est, super inhabenatum corpus in se dir, in id latus, q̄ malus feruor, seu carnis impetus impellebat. Sed nec differendum, q̄ lunaticus esset, ne uideamur cum malē credentibus infamare lunam, similiter & autorē. Sed praetermissa opinione fallaci, solum in id, qd uerū est, intendamus, non seruando literē ordinem, sed rei seriem.

¶ Puer hic habebat spiritum immundū. Et hic iuuenibus principalis hostis immunditiae spūs, ferens per lasciuias uoluptatū, & lubrica corpore, cui difficilimē resistit, cū ad carnem se trahi tanquam sensualitatis amicitū, qui blandē ingrediū, dulcīa uenena diffundens. Si uerō animē disponit inferre certamen, aut maculat inde corpus, aut immūditias idololatriae & errorum infeminat, & surdū facit ad uerbū, per quod erudiri possit ad ea quae dei sunt, ut uigo re spūs, carnis illecebrae superētur: mutum, ad prodendum latentia mala. Hic uexabat eum, ne quiesceret.

Inquietus est oīs malignus, nec quiescit nisi supplantet: & semp facit eum quem possidet, inquietū, suadens impossibile, ut uelut quiescere in his, quae queta esse non possunt. Et ad praecipitium aquae & ignis ipse deducit. Poena saepe culpam ostendit praeteritā. Nam mala duo sunt, secundū Iob, in inferno poenalia, scilicet aqua & ignis, secundū illam sententiā: Transibunt ab aquis niuium, ad calorem niuiū. Ex his poenis colligit culpa praeterita, ut aqua niuium ostendat charitatis frigiditatem, calor niuius accensam concupiscentiam ad patēda mala prohibita, in quae ad cadendum impellit tur diabolo mancipatus.

Iob. 24.

Et allidebatur. Ad terram peccator impellitur, cum curuatur ad ima.

Et spumat in libidinem obefatus.

Et semetipsum dilacerat, cū nihil possit retinere uestimenti honesti. A nulla parte patitur aliquid habere integrum uel consutum. Dilacerat uestimenta, qui destruit ornamenta naturae & gratiae indumenta, quae operiunt turpitudinem, quam incurrimus in Adam, & illam quae peccantes propria uolūtate cōtraximus.

Stridebat dentibus. Et in inferno similis poena diuerberat, quae ibi erit fletus & stridor dentium.

Et arescebat. Iacsi esset sine humore spiritus uitam habentis.

Et ab ineunte sua aetate iste talia passus erat: uelut qui a primaeua aetate sanatae factus mancipium, eius durum imperiū non uales effugere, nisi a ualentiori potentia factus liber esset. Hic porro puer apostolis oblatu a patre, nec

ab eis curatiōnem accepit: cuius causam si aliam inuestigare tentabimus, præterquam quæ ab ipso cognitore causæ posita est, præsumptiōis crimine arguemur, cū incredulitatis causam dītaxat obiecit. Et Christo iteꝝ a patre præsentatus est cōpostulatione misericordie, si qua posset. Optima oratio cum Christo dicitur, [si quid potes, miserere mei.] Sed huic in ipso typo loquit̃ om̃ibus dicens: [Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.] Asserit, quod miracula potius fiant uirtute credentis, q̃ potestate aitoris, si omnia possibilia sunt credenti. Non em̃ saluator seipsum interrogat facientem & miraculoꝝ auctorem, sed interrogat expectentē sibi per miraculū, & supra naturam deficientibus remedijs alijs prouideri, si debere crederet, præostendens illam credulitatis potestatem, q̃ antē om̃ino ignota hominibus erat, quod oīa possibilia sunt credenti. Auctoritas si dei Christianæ infinita est, si completitur oīa posse perficere. Potest dītaxat, si uelit, credēs secundū rationem fidei. Non em̃ fides per oīa neq̃ per singula respondet hominū uoluntati, nisi ratio fidei uoluntatibus fidelibus asiterit.

Sed huius pueri pater cum lachrymis exclamauit, dicens:

Credo dñe, adiuua incredulitatē meā.
Prætendebat se habere fidē, sed si nō plenam, si in aliquo deficientē, si non equiparē ad expectatū: p̃ cū in quē credebatur, poscebat adiuuari. Et recta existimatio sumet, omnibus p̃structa est, ut si aliquid possidet uirtutis, nō ad plenum ipsam possidere se credat, sed semp̃ auctorem aliquid deesse, unde quærat p̃fici, unde postulet adiuuari. Et apostoli etiā petierunt dñm, dicentes: Adauge nobis fidē. Aliud quidē est, habere aliquid, aliquid pleni possidere. Petēdum nobis est, uirtutes ipsarūm augmentū, ut animæ nostræ, depulsa omni dæmonum fraude, plena sit sanitas. Sed increpantur apostoli, uelut adhuc non plene fideles.

O generatio incredula & puer sa, quousq̃ uobiscū ero, usquequo uos patiarē!

Hæc increpatio nō de indignatiōe p̃cedit, sed de cōpassiōe: nec saluator tædio affectū de mora cū apostolis, se ostendit, aut molestē ferentē, sed tarditatē animæ illorū abhorret, cū sic ipse cōuersaretur cum eis assidue, ac per oīa quæ congruunt argumento, id fecerit, quod in plenitudine fidei deuenirent.

Et dixit: Afferte illum ad me,

Verū deū & hominem, qui a puris hoībus curari non potuit, sine fide plenissima saluatoris.

Et attulerunt eum. Et cum uisisset illū, statim spiritus conturbauit eum.

Conturbat per amplius spiritus nequam, cum expelli se cōspicit, & seuiora tentationum bella mouet: & dum in animā seuire amplius

nequit, torquet & corpus.

Vnde hic puer a spiritu elisus in terram, uoluitabatur spumans.

Porrō sic agebat in corpore. Sed cū deserit se malignus agnoscat, ualidius inclinatur cor hominis ad terram, reuolūtus in illis memorijs, quorum amore uinculatus nolit dimittere, in quibus nouit diabolo homines tenacius possidere. Spumabat præ interno labore quem patiebatur. Sed uicium habet spuma ostendere, scilicet lubricale hominū, & putrida & incōposita uerba, quæ profert a diabolo agitatus. Cui cōminatus Iesus, increpans seuitiā eius, magis autē refrenas quē eiecit impio uerbi sui.

Spiritus surde & mute:

Hoc est, quia sic illum effecerat puerum, ut nec audiret uerbū quo disponentur ad optimum, neq̃ loqueretur quippiam gratum.

Ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introcas in illum.

Præcepit egressum, prohibuit reingressum. Non em̃ factis depulisse malitiam, si repetere continuo. Signū euidens receptæ sanitatis in utroq̃ homine, cum nō infirmitas in corpore, neq̃ in anima & moribus reiterat iniquitas.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exiuit ab eo.

Infatigabilis nocendi auiditas in dæmonibus est. Ingressus, stantes & egrediētes, inferunt mala quæ possunt, ut hic puer ex poena, quasi mortuus, remaneret. Et uerē sic agit, quæ liberatus a diabolo, mortuus est & uiuus. Mortuus mūdo, & sibi, & possessori nequam. Viuit autē Christo, q̃ tenet manū liberari ab ipso, & eum eleuat ut surgat. Equidē a spiritualibus uitijs factus liber, subleuari meret, & pristinis mortuus, diuinā manū in suum adiuuorū accipit, resurrexerit ad uirtutes, resurrexerit ad uitā. Post quā curatiōnē accesserunt discipuli ad Iesum, secretō interrogantes eū. Et dixerunt ei:

Quare nos nō potuimus eicere illum?

Inepta interrogatio & p̃sumptionis habēs imaginē, scilicet quare nō potuerunt eicere dæmonē. Hoc potius mirandū & interrogandū, si potuissent, q̃ uis in posterū similia multa fecerunt. Vnde ipsi posse debuissent, nisi ex eo qui oīa potest: Vnde hominibus potentia sup̃ dæmones: Vnde mirandū, si homo non eiecit dæmonē, in Eden eiectus a dæmone: A q̃ quis de uictus, huic & seruus additus est. Quali potestate tyrannica, homo a fatana premebat. Vnde capti serui hereditario iure peccati, q̃ aduersus capientē in bello, recludentem in carcere, possit esse depellendi potestas, nisi p̃ altitudinem fidei filij dei hoīs facti, & potentia uirtutis eius: Ipsa igit̃ fides occultā energiā habet, etiā agens insignia manifestē, quæ hoies sup̃ hoies facit, & maiores seip̃s constituit, quæ humiliter

nam excedēs uirtutē, largitur inuisē diuinam, ut etiam sup̃ dæmones sanē fidelium hoīm feratur imperiū, qua nōdū apostoli apprimē imbuti erāt, ut eis respōdendo saluator ipse testatur. Nā dicit illis Iesus:

Propter incredulitatem uestram.

¶ Ecce incredulitas ad em̃ eieci dī potestā: qua demora, scit qd̃ possit p̃fecta credulitas.

Amen quippe dico uobis, si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicitis huic monti, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis.

¶ Nō est ociosa similitudo granī sinapis, ad uirtutē fidei exprimendā, si discutiatur per singula: sed p̃termittā, dītaxat in effectū fidei speculatur. Non legimus apostolos aliqui montes amouisse per fidē, quanq̃ potuissent, si necessitas postulasset, cū & similia ita facta legerimus: sed in argumentū uirtutis fidei dīctū est, cum bona oīa & decētia fieri possunt per fidē ex eo qd̃ adiecit: quia nihil impossibile erit uobis. Et supra dixit qd̃ oīa sunt possibilia credenti. Veruntamē qualdā alias uirgas apposuit fidei q̃bus satanica potestas arceret: sed morales uirtutes docuit, quibus potestati depellit, scilicet orationē & ieiunium, cum adnexit:

Hoc autem genus (scilicet dæmonum) non eiecit nisi per orationē & ieiunium.

¶ Nō quod ista p̃ter fidē, sed fides cum istis, dæmonum huiusmodi genus pellit. Quāta hic spūs nequā huic puero fecerit, supra iam diximus, a q̃bus liberari desiderās, orationibus uacat, domet se ieiunio, ut in oratione animus se deo gratū exhibeat, accipit documenta superna, & plura mereat accipere, cū accepta cognouerit, cū deo accipit gratiā, cū decētia reddiderit actiōes, remotē in cōclauē agēs causam suā cū creatore suo, ante cuius cōspectū oībus curis depositis, cūctisq̃ rebus abiectis, se cōstituit assidū. Ieiunio uerō fiat mēs ipsa solertior, nō oppressa epulis, non grauari cibus. Et corpus moderamine ap̃e frenetur, ne macule libidinis, ne defluat in ueritū, ne excedat in nimium, ne oblescat supra rōnis cōsistentiā inualeat.

¶ De sanatione mulieris curus, secundum Lucam tantum. Caput XXIX.

Vterq̃ sexus ex diuina iustitia p̃ paternam inobediētia diuersis poenalitatis subiacet, quē in multis curaturus saluator adueniat: & om̃e corporis uitij quādā imagine spirituale malum existens in anima, unde labebatur in nequam opera, ostendebat.

Et cum esset Iesus docens in synagoga Iudæorum sabbatis, ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decē & octō, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum uideret Iesus,



uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, quæ missa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & contestim erecta est, & glorificabat deum.

¶ Dignē muliebri sexus infirmitates patitur, quæ seducta in purgatione, fuit ma-

le suasa, peiusq̃ suadēs. Etenim si sola deliquisset, nec fuisset uiro, q̃ & stetit, humana natura libera fuisset a malo. Radix quidem sana, ramos similes produxisset. Non em̃ radix Eua mulier, sed uir Adā, humanæ naturæ fuit exordium. Sed hæc, de qua euāgelista loquit̃, habebat spiritū scilicet immundū, qui eam iusta dei permissione ligauerat, & sic inclinauerat corpus eius, ut nec posset sursum asp̃icere, per annos decē & octo sic cōprimens eam. Nō ingredientes allegoriæ pelagus, infirmitatē huius mulieris per imaginē quandam traiciamus in malos hominū mores, in quos satanas cūctos libet intrudit. Velut sibi placēs antiquus hostis, deiectus a sup̃is, nollet aliquē in amorem supernorū, aut cōtemplationem, aut quātālibet cognitionē uenire, ne tandem illā possessurus, & in illis beatificadus ascenderet. Quam obrem se obicem facit, impedimenta p̃curat, recuruat ad terrena. Inclinatus autē affectus in nimia curā carnis quam gestat, quæ terra grauiissima est: quæ cū in affectū terrenorū transierit, aspectus supernorū reprimat & aboletur: aut nō ingreditur in animā illa dulcedo cælestis, cui terra carnis in precū uenerit. Deperit honestas in anima, cui chara est facta caro terrena. Illa imago, ad quam factus est homo, inuitat ad alta, inuitat ad deū: suadet semper, ut accepta illa dignitas conseruet humana, ne infra bestias retrudat indignitas. Sed respexit illa terram corporis sui, cui colligat, & dilexit eā tanquam habitaculū eius: timens dissolutiōnē, diligens in illa manere tanquā in optimo suo: & omnē oculum & aspectū inflexit super eam, inuestigās, aucupās unde sana & uigoroza cōsisteret, nec aspexit meliora sua, nec sursum direxit aspectū, ubi immortalitas, affectata in cōcupiscentiā sensibiliū, cluius uelut Salomon, q̃ ex cōcupiscentiā mala, inclinauit femora sua mulieribus, ipse, sicut mulier, mollis factus.

Quid inclinata mulier ad terrā, nisi illos dixerimus, qui figurantur in illa muliere aliena & extranea, quæ mollit sermones suos, & reliquit ducē pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita, inclinata est ad inferos domus eius, & ad inferos semitæ ipsius: Mulier hæc, sensualitas & delectatio sensualis est, aliena scilicet a bono

conditionis suæ, atq; bono uirtutis magis alienans hominum mentes, ut non ut conditi sunt uiuant, sed prout se in bestias moribus transtulerunt. Hæc mollit ex blanditijs sermones, ut decipiat citius, ducit pubertatis suæ abhorrens. Dux pubertatis, deus solus; dux alioris consilij & ætatis, deus & homo. Et pacti conditi de actiõe laudabili tradidit immemoriæ, uelut ab alijs occupata constrictiuis. Sed qui uoluntate inclinanti ad culpam, inuitẽ inclinabuntur ad poenam: qm̄ & inclinata est ad inferos domus eius. Imago adorationis & ueneratiõis, est inclinatio: sed laude digna, cum adoratur deus, sicut scriptum est: Incuruati sunt, & adorauerunt deum. Et Abraam pronus adorauit deum, & cetera.

Nehe. 8. Et Abraam pronus adorauit deum, & cetera. **Gene. 17.** cepit ad domino pactum sempiternũ. Et Iacob adorauit septies pronus in terra, & effugit indignationem fratris. Sed ut uerum habent & poenam, qui ad idola inclinant. Nam & propheta nequam interfecti sunt, irridente illos Elia, in inuocatione dñi sup̄ sacrificia, similiter & populus, qui ob idololatriam ductus est in captiuitatem, quia non habuit ueram scientiam. Et si propter aliqd infigne uirtutis quis dignus habetur, carẽs reputatur in dignus. Ex toto uero possidens & exercens uirtuti contrarium, condemnabat̄ Israeliticus populus, quia genua curuabat ante Baal, ut Elia propheta magnus, non tam omnia uidẽs, diceret solum esse relictum, qui Baal non adoraret. Sed audivit ad dño, qui cuncta optime nouit. Reliqui mihi septẽ millia uirosq; in Israel, qui nõ curua uerunt genua ante Baal. Ex qua planẽ sententia uirtus per amplius ad uirtute cõfunditur, & ipsa uirtus laudatur ex uitio. Necessẽ est prorsus, uitium uituperari a splendore uirtutis, & ipsam splẽdidius inclarescere de decore uitiorum. Extollit lux seipsum, & tenebras turpitudine ualidius eius decor agnoscit: & sua propria cõsideratione tenebræ horrescunt, ægrius uero, cum componuntur ad lucem.

Dixerim sanẽ hanc mulierẽ incuruatam ad terram, omnẽ animã spem suam in caducis & perfunctorijs defigentẽ, hanc terrenam uitam amantẽ corde, de ipsa ore pleno loquentem: & omni actione quærentẽ, ut pro hac terra inclinatione ter diceret dñs: Terra terra terra, audi uerbum domini. O qui terram diligis, de terra loqueris, terra negotiationẽ cõquiris, audi uerbum dñi, ab istis te eximens, & ad cælestia erigens. Sed quid est quod sursum non uolebat aspicere, nisi quia sperans in terrenis, desperauerat de supernis: Spes infimorũ inclinatur, supernorũ desperatio erigi nõ permittit. Spes supernorũ duntaxat est illa, quæ animas incuruatas facit erectas. Et iniquitates supergressæ, hominum rationes erigi non concedunt. Quo ty po aiebat Dauid: Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus gra-

Psal. 57. pergressæ sunt caput meum, & sicut onus gra-

ue grauatae sunt super me. Pondera superposita capitibus hominum, sursum aspicere prohibent. Sic & iniquitates supergressientes hominum mentes, uelut grauissimum onus comprimens & reprimens atq; grauians, aspicendi sursum adimit facultatem, nisi diuina uirtute talia onera dissoluantur. Sic em̄ per prophetam preceptum est: Solue fasciculos deprimentes. Fasciculi, qui animas depriment, sunt multiplicata delicta & conceptus nequitia, atq; actiõ alia mala, in multis prohibitis, aut in uno prohibito iterata. Sed qui in uno offendit, factus est omnium reus: ut non solum ex diuersis, sed ex uno sæpe repetito, cõgregentur & colligentur fasciculi deprimentes.

Nihil excudit mysterium annorum numerus, quibus hæc mulier curuabatur, scilicet decem & octo annorum. Decem quidem, diticeus est, qui pertinet ad uitam ætãdam: octo uero, ad quietem supernam peruenit, nõ ex sabbato Iudæorum, sed ex octaua fidelium, qui numerus uitam sperandam præfagiat, ac per hoc quicunq; sunt in huius mulieris imagine, hanc patiuntur infirmitatẽ per decem & octo annos, non agentes uitam agendam diticeæ, & sperandam regno dei, desperantes omnino.

Hanc quidem mulierem Iesus uocat ad se, quia illa in se sanari non poterat, nec bene sibi erat: & ut per eum bene sibi esset, dimisit illam ab infirmitate sua.

Curuatam animam ad terrena quis erigit, nisi qui spem potest porrigere de supernis: A bonis, & ab his quæ bona uidentur estimatiõne mortaliũ, nemo retrahitur, nisi meliora in stipulationem proueniant. Quis enim ab istis terrenis abstrahere animũ possit, nisi uero inuitu supernorũ? Quis potuit ad cælestia mentes hominum subleuare, nisi qui de cælo descendit, cuius in utriusq; cõsistit plena potestas, à patre omnium deo data in cælo & in terra. Et post uerbum effectuum, etiam manus imposituit, non dedignans fragilem sexum quem condiderat, non abhorrens creaturam propter culpam, non despiciens, quod creauerat ad bonum æternum, propter temporale delictum: nec longam moram in peccatis hominum discernenti hie pleriq; resistat. Sed uerẽ auersã mentis à malo, syncerẽq; ad bonum conuersã inuauat, cum illico pareatur iniunctis, prout cõstitutum hæc erecta est ab infimis, alta conspiciens.

Et glorificabat deum, quoniam regi seculo inuisibili soli deo honor & gloria. Et si omnẽ datum optimum, & omnẽ donũ perfectum desursum est, descendens à patre luminis: nemo glorificandus, nisi solus deus. Etiam in partem optimam hæc mulier cessit, cum glorificauit eum, præter quem sanari nõ poterat: & redidit censum, ultra quem alium nequimus impendere, nisi de moribus glorificare deum.

¶ Sed qui hanc curuatam mulierem erexit, omnes conatur erigere: suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Erigit pauperẽ, cui non est adiutor, si erigi cupit. Pauperem dico rebus & negocijs, pauperem patientem cum mūdus insulatur: pauperem spiritu, pauperem humilẽ, abiectum sibi, abiectum mundo, omni reputatione carentẽ. Hinc de stercore cæremoniæ legalis, quam Apostolus arbitratur ut stercorea, erigit de stercore terrenorũ, quo Tobias cæcatus est, de stercore carnis, quæ animã inficit, erigit: ac etiam moerentes erigit sospitare, quia beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Omis autẽ disputatio & quæstio subsecuta, quod in sabbato curauerat, inuidiam & hypocritarum Iudæorum præterdit. Sed quod in sabbato miraculũ factum est, ueram legis intelligentiam, & æternã sanitatẽ & quietem enunciat.

¶ De sanatione hydropici, secundum Lucam solum. Caput XXX.



Luc. 14.

ET factũ est cũ introisset Iesus domum cuiusdam principis pharisæorum, sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum, sanauit eum, & dimisit.

¶ Sicut unigenitus dei filius assumpsit carnem, carnis peccati similem, non tamen peccatricem: ita se conformauit quibusdã hominum moribus absq; peccato, ut etiam iret ad agapes hominum peccatorũ, non amore conuiuij, sed ratione docendi: & pauper & egenus existens, ostendebat moribus paupertatem: uitæ uictũ capiens apud alienas ædes inuitatus, aut semetipsum apud eos inuitas, ut Zacharẽ præuenit, quod in domo sua oportebat eum manere. Iudicia quædam hominũ temeraria possent in his, uelut in alijs, Christus inferre cælumniam, quod sæpius huiuscemodi symposia frequentaret, si non ueniret in hominũ mentes, quod quærebat opportunitatem docendi nescios uirtutũ, & gerendis dignis caprabat materiam faciendi. Sed amplius reputationis & humilitatis sibi debet ascribi, quod nullũ hominem deuitauit, etiam peccatorem, si uolisset secum habere colloquiũ, aut in quopiam honesto participium facere. Nam in hoc cum

Luc. 19.

talibus accesserat ad conuiuium, quod ipsum ad calumniam obseruabant.

Et ecce quidam hydropicus erat ante illũ. ¶ Hydropicis, infirmitas est aquatica, in flãs corporis cutem: quæ cũ ingrauescit, curari nequit, & potu auget ipsa sitim, exprimens omne uitium quod multiplicatur ex usu, & ex consuetudine iteratur, præsertim auaritiã, quæ quanto magis auget pecuniã, & desiderium plus habendi. Cõstitutus hic erat ante Iesum, ut curationẽ acciperet. Nil aliunde sibi poterat esse remediũ, nisi stare ante Iesum. Sibi soli datum est desperatis mederi læguoribus utriusq; substantiæ, si ante ipsum statur fide atq; confessione malorum. Sed antequam curet, interrogat quod nouerat, nõ ut doceatur ab eis, sed ut doceat ipse illos.

Si licet sabbato curare? ¶ Nõ est quæstio amplius repetenda de sabbato.

At illi tacuerunt. ¶ Prudentia hic usi sunt tacentes, cum quid iusta responsione negando caruissent. Affirmare uerõ uolebant, ad ueritatem per superbiam contumaces. Superbæ hominũ mentes, uerum cõfiteri erubescunt, maxime cum odium: sed silentio transeunt, ne improbitè respondendo, confusi uideant. Non tacet ex humilitate superbi. Ordinata loquendi modestia, uanẽ gloriõsã & inuidis silentiũ non imponit, sed ueritatem ab eorum moribus alienã fateri nolunt, contradicere nõ præsumunt, uerentes conuinci, ne deterius erubescentiæ damna patiantur. Attamen exequitur saluator suæ gratiæ largitatem, & effectiua potentia hydropicum sanat, & dimittit illũ. Non cogit eum ad aliquid respondendũ, non auferit liberẽ uoluntatis arbitrium. Omnem hominẽ suæ rationis & uoluntatis compositẽ esse finit, nec auferit ex uitio nuper cõmissio, nõ ex dono nouiter impenso, quod gratis creaturæ rationabili, cũ crearet, impendit. Omis autem disputatio de sabbato subsecuta, uerũ intellectũ scripturæ demonstrat non habere Iudæos: & quomodo contingebat illis omnia in figura, quã ueritatẽ Christus uenerat reuelare.

¶ De mundatione decem leprosorũ, secundum Lucam solum. Cap. XXXI.

INTER cæteras infirmitates, propter quas uidentior indicta discernendi peritia, & datus certus ordo signatusq; curadi, & patiens incurabiliter sit segregarus à ceteris in ueteri testamẽto, est singularior lepra: quæ cõpruritur cutis habet asperitatẽ, uariũq; colorẽ, omne uitũ cũ delectatione agentis, & scandalo uidentis, inuauat. Nã coloris uarietas ad multiplicationem uitũ, pruritus ad delectationẽ sui, cũ sensuality sit cupida scalpi: cutis asperitas, ad scandalũ proximi congruẽ referunt. Hac infirmitate infecti, aliqui dñm adierunt, cupidi de salute, desperantes de medicina, similiter & natura.

Num. 15.
14.

Luce. 17 Nam factum est dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilaeam. Et cum ingrederetur in quodam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt a longe, & leuaerunt uoces suas, dicentes: Iesu praeceptor, miserere nostri.

¶ Denarius numerus mali fecit auxesim, eo quod nulla desit praeuicatio in praeceptis, & mali commissio in contrariis: non enim nisi ex contrariis, praeuicatio est bonorum atque uirtutum. Nunquam enim nisi per malum, bonum deperit atque minuitur: neque absque uitio uirtus depellitur. Igitur decem uiri leprosi, uirtutis delictorum atque peccatorum pronuntiant, dum denarius adducatur in causa. Virilitas equidem ex se uirtutis pensata, ut nunquam malum ualida delictum siue peccatum. Deicit enim uis supra firmum sexum in obseruandis mandatis, atque in cessandis criminibus, esse per omnia fortiosem. Proinde uiro delinquenti, aut uirtutis in hac uita, seu tormentum in alia per abundantius erit. Infirmas ipsa horrore, patienti & aspicientibus est: & non solum uisum, sed etiam olfactum ex fatore offendit, tactusque illam abhorret. Et quia morbus contagiosus credit, patiens segregatur. Et non solum in ueteri, sed etiam in noua lege leprosus cernimus quotidie a caeteris segregari, ut tunc extra castra, & nunc extra habitacula communita emittantur. Et eo demerito genus humanum haec infirmitas inuasit, quo & caeterae inuasit. Sed actum in signum in illa praeuicatio ostendit, cum ex ipsa natura multatus, uideat quo protoplasti totos se contraxerunt in culpa, accedentes animo & corpore ad interdicitum lignum, ut intra nihil obedientiae, foris nil remaneret honesti. Et per totum corpus cum incipit & augetur, serpit haec putrida tabes.

¶ Sed occurrerunt hi decem domino saluatori. Bonus occursum ad eum, quod de superis, ut in terris possemus sibi occurrere, humanatus occurrit. Occurrant omnes obuia saluatori praeuio, ut mundentur a lepra, qua tenentur infecti. Nulli aut pauci sunt, quin aliqua delectatione sculpantur ex pruritu nequam, quam in anima & corpore patiunt. Non cessamus ambulare, donec occurramus ei in uisum perfectum, in mensura etatis plenitudinis Christi. Item ipse saluator infirmis & indigentibus se obuia facit, cum nobis ad occursum ei, nulla possit esse facultas, nisi praeuenisset. Intra igitur castellum, ubi leprosi occurrerunt. Intrauit hunc mundum, ut sibi homo leprosus & huiusmodi plenus occurreret. Sed steterunt a longe in consideratione malorum, & uniuersumque immunditiam iure trepidat approximatione digna praesumentibus in diuina. Humiliter uero longe fieri, plus approximat: &

indignum se reputare, occursum uelox ad deum est. Peccati acti considerare miseriam, quod dignum operari diuinitus, est appropinquationis initium. Ipsius cognitio, aut magis prohibuit, aut procurauit abscessum, nisi confestim patri mali displicentia obuenisset. Quae cum uenerit, homo peccati demerito ac indignitate longe positus est, & sic ex humili & uera consideratione se credens a deo longe factum, propinquior conscientia, intro confellus, uoce cordis exclamat: Iesu praeceptor, miserere nostri. Aliter clamat, in aures domini Sabaoth, uoce cordis quod oris. Et hic uerus est clamor, quem fecit Dauid, faceret per dixit: Clamauit in toto corde, exaudi me domine. Ac si merito esset exaudiendus, qui ad eum toto clamor ex corde. Hunc clamorem deus exaudit & respicit. Nam cum populus Israeliticus educeret in manu Moysi de Aegypto, pauesces maris transiit, & sequentium feritatem, tumultuabat ore, aliter clamabat: Moyses uero tacebat ore, fortius corde clamans. Cui solum a domino dictum est: Quid clamas ad me? Ipse tacebat, oes clamabant, & sibi soli dicebat: Quid clamas ad me? quasi nulla aliorum uoce deus audiret, nisi eius quod ualide clamabat in corde. Sed clamantibus aliter uocibus his leprosis, Iesus dixit:

Ite, & offendite uos sacerdotibus.

¶ Pro nulla infirmitate pellenda, nullis sanandis infirmis, legimus saluatorem ad sacerdotes, praeterquam leprosus mississe curandos. Nam cum corpus lepra occupet uniuersum, uarietate colorum, omne genus peccati ostendit confessione purgandum, & omnem immunditiam sacramentalibus decretis aduersam, seu legi dei contrariam, quem ut pellatur, oportet cum sacramentis ueris habere consensum. Et quoniam uarietas leprae, uarietate intellectuum in scripturis sacris enunciat, oportet in scripturarum interpretatione cum sacerdotibus, qui habent scientiam, conuenire, cum discrepantia inducat errorem. Etenim Paulus qui a Christo immediate habuit euangelium, qui non erabat, tamen collationem de Christi euangelio cum alijs apostolis fecit, ne inuacuum cucurrisset, nihil tamen amplius, quam sciebat, accipiens. Facile quidem a ueritate deuiat, autoritate propria scripturas interpretans, & a conuentu doctorum intellectus capiens singulares. Proinde intellectum uarium scripturarum, quo sunt haereses introductae, sacerdotibus saluatori uerbet ostendit: ut uarietas abscedat, & ueritas accedat: & reuocentur ab errore hominum corda, cum de sanctis redierint ad ecclesiam unitatem. In figura enim futurorum & sacramentum futurum, lepra sacerdotibus pandebat, cum postquam filius dei factus est homo, in humanitate sacramenta constituit, quod homo peccator sacramentaliter homini, per uirtute sacramenti corde dolens, ore multus peccatorum ostenderet, ut cum aliter saluat

ri non possint, quos peccatorum sarcina premit, eum adierit ex omni parte facultas, nisi malefacta sacerdotibus ordinatis aperiant: non quare uentes huius restitutionis causam, sed uirtutem Christi occultant in sacerdotibus fide credentes, actione uenerantes.

Et factum est dum irent, mundati sunt.

Si mundati sunt dum irent, antequam puenirent, euidenti argumento quod mundati peccatore a malis, declaratur, quod non sacerdos unctus in manibus, sed qui totus est unctio Christus. Et nisi prius peccator uere penitens, suorum conscius delictorum & criminum, a Christo de ipsa pedica liberetur, frustra in illo absolutio sacerdotis, cum ipsius autoritas nequit in amplius quam Christi, quod occultorum est cognitor, sine uelamine uides absoluendum, & quanta contritione detentum, quem communis sacerdos signorat, qui ab solutione super ore confellum, & forte in corde non contritum potest inducere: non tamen nisi prius occulte diuina autoritate mundatum, praesistente contritione mundare. Habet sacerdos duntaxat de uocati confessione decernere, de interna contritione solum nouit altissimum. Et quoniam euangelista non explicet, perfecterunt mandatum.



Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est, cum magna uoce magnificans deum, & cecidit in faciem suam ante pedes eius, gratias agens.

Saepe agit in moribus hominum, quod ad aequalia similitudine dona, unus est praeter ceteros gratior: & ingratitudo multorum, uultus a datore facit auersos. Et dignus est ampliora suscipere, quod cognouit accepta: & per ut ipse potuit, retribuit largienti, non dati uicarium, sed xenia gratiarum. Qui uero solum gaudet acceptis, nec saltim in laetitia faciei & uerbi gratias est, etiam quod accepit, amittere meretur. Sed unus, qui reuersus est ad Christum cum acti onibus gratiarum: ab ipso, non a sacerdotibus cognouit se accepisse uirtutem. Alij forte non a Christo, sed a sacerdotibus se crediderunt esse mundatos. Hic uero unus insigniter se praestruit ad Christum. Cognouit quod acceperat, quia uidit se mundatum a mundatore Iesu. Intellexit a quo acceperat, quia regressus ad mundatorem, quem extollebat laudibus, nil ultra rependere ualens, nisi uoce magnificare deum. Magna quidem uox in conspectu dei, non est a corporalibus instrumentis, sed ex affectu magni cordis.

Magnificare deum, est sibi ea quae sunt magna tribuere, quae aliter quam per eum fieri nequeunt. Casus in faciem, ad humilitatem pertinet, & ad

orationem eius, qui adorari duntaxat est dignus.

Ante pedes, ut assumpta humanitas, in assumpta deitate cultu patriae adoretur.

Agebat gratias, quia gratis acceperat. Nemo quidem tenet gratiarum actiones impedere, nisi si gratis accepit. Si quis enim aliquid accipit iure debito siue lege, non obligat ad munera gratiarum.

Sed hic erat Samaritanus, alienus a patria, extraneus a gente, secretus a moribus: uocatione gentium ad unitatem ecclesiae hic insinuat. Cum alij patriotae remearet ad patriam, hic extraneus mundatus repedauit ad Christum. Nec non & pauci dei memores beneficiorum, multum uero immemores extiterunt. Nam & sequitur:

Respondens autem Iesus, ait: Nonne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt?

Nouerat beneficium beneficiorum, quae ipsi nosse amplius debuissent: et de ingratis, uelut cognoscisci non dignis, interrogabat. Nam de uena ingratitudinis exhausta, quod qui non rependit deo salutem gratias de beneficium, uelut a deo incognitus, reprobetur. Reprobos siquidem & electos soli deo notus est numerus. Nec uelut ignorans, sed uelut ad ingratos iratus, interrogat. Veruntamen in gratis non est numerus, sed unitas: in ingratis uero, innumeritas reperitur: quoniam in uno solo consistit unita multitudo bonorum, malorum uero innumeritas in plurima deuiat. Et unus bonus laude praefertur, etiam malorum multitudinem comparatus. nam & sequitur:

Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illis: Surge, et uade, quia fides tua te salutem fecit.

¶ Non est inuentus, imo erat oes inuenti, sed quod daret gloriam deo. Omnes, prius inueniunt mortales, sed non oes gratias referunt de acceptis, nec qui oem gloriam referant regi saeculorum immortali & inuisibili deo, cui est honor & gloria in saecula saeculorum. Inexcusabilis est inconsideratio in hominibus, & ante mentis oculos non statuere bona, quod diuinus largitor contribuit, quasi minus obligati uideamur eidem, si ad nostram recordationem non ueniunt: uelut si natura nos sic sine diuina prouidentia, produxisset, acti sic esse deberemus ex debito, non ex dono: & quod gratia esset ex uirtute seminaria, non gratis impensa. Culpabilissime agunt, qui accepisse dissimulant: nec considerant, quod operari teneantur ex donis, quod deus gratis impedit, ut non curiositas mala, sed laudabilis actio sit in eis. Sed quod non sunt inuenti, de acceptis redere altissimo in hac uita gratia, ad gloriam nunquam pueniunt supernam, nec audiunt quod gloria rector audiuert: Surge & uade, quia fides tua te salutem fecit. ¶ Non audiuit salutis uerbum, quod diuina beneficia uilipederunt aut dissimularunt, nec reddiderunt saltem uicaria gratiarum, quoniam non ex natura, sed ex fide sunt dona. Fides siquidem Christi salutem, non natura, non ars, non legalis quicquam iustitia,

Eph. 4.

1. Tim. 4.

¶ De illuminatione duorum caecorum prope Iericho, secundum Matthaeum: aut unius tantum, secundum Marcum & Lucam. Cap. XXXII.

Quonia supra modum abundauit ignorantia ueritatis, quae mentis est caecitas, praefignata in corporaliter caecis, quae saepe Christo illuminatori utriusque corporaliter sepius occurrerunt: idcirco saluator tanto studio super eos illuminandos intendit, in sinuans, quod ad depellendam mentis ignorantiam, multa cura & frequenter oportebat intendere. Et cum asumptis discipulis, in ultimo ascendisset Ierusalem, appropinquanti Iericho, duo caeci occurrerunt, secundum Matthaeum, sed Marcus & Lucas de uno, uelut de famosiori prosequuntur. Et nos si de uno prosequimur, de ambobus prosequi uideamus.



Cum appropinquaret Iesus Iericho, cecus quidam filius Timaei Bartimaeus sedebat secus, seu iuxta uiam mendicans.

Priuari corporis uisu, horrenda res his, qui delectabiliter assoliti sunt uidere forissecus corporum qualitates. Et necessitate quippe agitur defectus corporis, ipsum corpus illius aggrauari doloribus, mentem ex tædio, quod nec nouit, nec noscere procurauit, ad quid interna delectatio potuerit peruenire. Et horrendum protinus malum, utraq; caecitas. Est una, quae corpus; altera, quae mentem obtenebrat: una satis, altera potius: una defectum praestedit naturae, altera gratiae: una se obijcit, ne creaturas corporeas; altera, ne creatoris & eius bona inuisibilia speculemur. Attamen hic caecus ab uno tantum euangelista, scilicet a Marco nominatur ex nomine, quia Bartimaeus filius Timaei: quorum interpretatio nominum nihil habet mysterij relati ad ordinem rei gestae, nisi quod notior uidebatur esse in plebe. Caecus corpore, priuatur uisibilium gaudij. Et Tobias fatetur: Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & lumina caeli non uideo: Mente caecus, ab inuisibilium laetitia exclusus est. Proinde uehementior dolendi materia, cum prima caecitas saepe proueniat praeter propriam culpam: secunda uero, in adultis usum rationis habentibus semper in uitio est. Quod est creaturae uisibilium, aufert prima: secunda uero, quod dei & uirtutum est, tollit. Errat caecitas in plateis, iuxta propheticum dictum, sed inter angusta non tam longe errare discursus. Et in latitudine mundi mente caeci, pedibus morose oberrant, errabundi prius in affectibus existentes. Mente caecus, praerare

intellectum facit: uero, deinde a bono debito peruerit affectus: peruersus uero affectus, mores deuios facit. Nam & hic caecus sedebat secus uiam, uelut a rectitudine alienus: & aliter nequit esse, quin sit in deuiis. Deuius, qui non in uia, sed secus uiam sedet. Aufert caecitas hominibus officium exercendi atque operandi, unde uictum conquirent & uictum: & quae sunt captanda sudoribus, mendicamine conquirunt. Nam & hic sedebat mendicans, quare ab aliis an non a fulcimenta uiuendi, quae suis manibus aggregare non poterat, ut beatus esset, suarum manuum labores, non aliorum, manducas. Infelix protinus interioris conditio caecitatis, quae in tot calamitatibus eum quem caecauit, intrusit: & eo miserior, quod Iesum uidere non potest, ante ipsum continuo transeunt. Non dixerim oculo illo, quod uidentur intrinseca: sed illo, quo aspiciuntur interna. Non transitum domini appellauerim corporalem, sed illum, quo sacramentaliter & mystice sua dona temporaliter atque transitorie peragitur in nobis, donec deueniat ad requiem. Sed adhuc huic praesto erat ille sensus, quo illuminari poterat ad salutem: auditus uidelicet, quo percepit turbam coaceruatam per uiam plus solito praetereuntem: unde factus curiosus in anima, ad sciendum scilicet quid esset, quod turba tumultuans uocibus & pedum strepitu ab insolito pertransiret.

Quamobrem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et cepit clamare, & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei.

¶ Non ab re hominibus exteriores sensus dantur, ut ab eo quod est uti, deueniatur ad frui. Et tunc optimus sensus in usum deuenit, cum potestremo terminant in frui. Nequid enim ad hoc dati sunt, ut sistantur in uti. Huic siquidem exco honeste seruiuit auditus, qui titillatus nuprimo defectum suppleuit ex uisu: quo per mortuus, de incognitis ad interrogandum se contulit: ad scrutandum quae multitudo esset uidens, quae ante se caecum, luce carentem, gregatim iter perageret: & quae causa itinerationis huius, & obtinuit audiendo, quod uidendo non nouerat. Audiuit transitum & causam, quia dixerunt, quia Iesus transiret, praetereuntes, comitantes, & subsequentes. Multi transierunt ante Iesum, non sibi ipsi causa transitus existentes, sed qui sequebantur regem dominum praecedentem. Sed cum interrogauit Bartimaeus caecus, scilicet filius ruminantis, id est, alie considerantis cuncta quae nouitate decurrunt: quantum corpore caecus, forte corde plures uidens; interrogemus & nos, cur tanta turba transit, quia & subsequitur Iesus. Cur creatus est in tanta rerum multitudine mundus? Quia inter creata creandus erit primogenitus dei filius, ex tempore dictus &

fus. Cur transiit tantorum turba bonorum? Quia praebant post secuturum Iesum. Cur tantorum turba patriarcharum aut prophetarum? Quia si guris & aenigmatibus & prophetis praebant Iesum, ut nec ipsi praecentes causa fuissent domini subsequentes, sed dominus subsequens, causa exitit praecedentium populorum. Etenim ipsi qui mundo nasciturus erat, causa fuit omnium ante natiuitatem. Et ipse ab aeterno bonus increatus existens, ex tempore bonus carne assumens, causa originalis atque primordialis existit omnium bonorum antecedentium. Proinde congrua & condigna est responsio praecedentium ad interrogantem eorum: non quod ipsi sint causa transitus, sed quod transiret Iesus, qui non ex deitate qua per omnia stabilis, sed ex humanitate, atque in ipsa gestis, & in sacramentis & ecclesia peregrinante indiuisibiliter ingessit ipse transiret. Nec incongrue transire dominus Iesus dicitur, qui cuncta transitoria in seipso tanquam in homine, in hac mortali uita celebravit, donec ad immobile regnum in assumpta humanitate perueniret. Nec transire desistit in suo corpore quod reliquit, donec consummato mundi mysterio, in uitam aliam inuariabilem transferamur. Et concomitantium & sequentium una causa, sed multo prior subsequens, quam praecedentium. Vigentur per amplius milites contemplatione multimoda, regem sequi certissime praecedentem, quam praere dubie subsequentem. Nam quod praecedentes regem expectant, & anxie sperant, subsequentes regem praere omnino conspiciunt. Satis delicatus est seruus, qui ob quampiam rem non sequitur dominum praecedentem. Nam quod ipsi sperauerunt findum, nos conspiciamus factum. Non tamen experientia sensum atque gestorum, sed mente fideli processio ista inuisibilem atque infallibilem ordinem retinebat ex eo, cuius dispositione triplicata serie procedebat: in his qui praebant, in his qui a latere domini Iesu incedebant, & in his qui sequebantur. Praecessit illa turba bonorum ab Adam usque ad Christum. Comitatus est a latere ille manipulus seu caterua modica discipulorum. Subsecuta est atque subsequitur innumerabilis multitudo fidelium. Et interroganti caeco, in ueritate rei, ut agitur, respondet, quod Iesus Nazarenus transiret, ut id uelit asserere atque disserere ista responso: Nos nostra uirtute uel causa non transimus, nec nostrae causa existimus actionis: nec causam tam magni herois nos sequentis aliquando praestitimus, ut quia nos praecedimus, ipse subsequatur. Et hunc transitum attribunt omnia suauiter in sua sapientia disponenti. Quo auditio, caecus suauiter interrogationem conuertit in ualida uocem, ut clamore aliter exciteret turbam & architurbam, quae interrogatione fecisset, utens sensu linguae ad quod data erat, ut ipsam uolendo impetraret naturae bonum,

quo, secreto iudicio aut ex culpa, multatione iudiciali priuabatur. [Cepit clamare & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei.] Non eum nominat Nazarenum, ut a turbis accepit, sed Dauid filium audacter inclamat, uelut eius enuncians incarnationem, quod propter miseros fuerat incarnatus, petit misericordiam, quia caecitatis miseria premebatur, & uocibus supplet, quod oculis caecis uidendo non poterat. Aiebat enim iste caecus in corde: Multitudo transit. ipsum uidere non potero, nec recognoscere inter turbas, nec signanter inquirere, ut meis aspectibus ostendat, sed clamor meus proueniens est, introibit in aures eius. prouenit uox, quod uisus deperditus prouenire non potest.

Et qui praebant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.

¶ Non increpabant interrogantem, sed misericordiam altis uocibus acclamantem. Dum interrogat, erudit: dum clamat, iureparatur: & forte quod prout turbae successu praedibant ante Iesum, alij erudiebant interrogantem, alij clamantem misericordiam increpabant: quoniam praeteriti ante Christum patres atque prophetae, Christum praedixerunt, & scriptura seruata posteros docuit. Sed qui arguit, sunt Iudaei Christo coeui, omnino dei filium & misericordiam conferre negabant. Siue Christus in processu uitae labentis agitur. Sunt qui docent, & sunt qui comprimunt, ne a nostris miseris liberemur. Nam saepe contingit, quod ipse docet uera, & quis docent reprimunt, ne a qua partiantur, miseria releuerent. Et plerumque alij erudit ad iustitiam, aliqui tortuosa impedimenta praestant ad gratiam. Sed constans in bonis directio: onibus animus, post bona edocum enta suscepta, contra agens ad pietatis cultum, praeserat immobilis. Frustra doctrina suscipit, si prohibita taceatur: si edoctus arguitur, & silet a necessariis bonis. Porro in isto caeco etiam increpato clamante perualide, edocumur: ne ab his prohibitis onibus arceamur: & cum firmi praestiterimus, sicut obsequio aduersores. Factum est ut cum oportune atque improprie caecus altis uocibus clamaret, ad aures domini clamor aduenit, qui omnes nouit antequam clamaret.

Qui stans, praecipit eum uocari, & iussit illum adduci ad se.

¶ Nunc stat Iesus, nunc transiit: modo semper stat, & temporaliter transiit: deitate permanet, humanitate uero in gestis suis ab eo quod incarnatus est in retro uersibilis, temporaliter transiit. Praecipit uocari caecum ex eo quod stetit, non ex eo quod transiit: & iussit adduci ad stantem, non ad transeuntem. Ad genum & stabile atque fundatissimum regnum non saluator inquit, & peruenire iubet, non ad id quod opprobrio & poenitentibus est subiectum, quantum ad suorum transcuntium more: prouocet sequere

Mat. 20.
Mar. 10.
Luc. 18.

Tob. 5.

Iam, ut succedat æterna beata stabilitas. Nec illuminat ex transitorijs homo, sed ex æterno deus, qui tēporaliter in assumpta humanitate mirabilia operatur. Et hi qui obediunt, uocant cæcum, dicentes ei: Animæ quior esto. Surge, uocat te. Qui & proiecto uesti mento suo, exiliens, uenit ad eum.

¶ Vocatur cæcus, sed iussu dñi. Nam inani ter quis uocat ad ueniã, nisi iussu dñi saluatoris. Nam quomodo p̄dicabunt nisi mittatur? Et primò exhortant ad animi pacē, cognoscētes dñi misericordiã. sup̄ eum. Opportunè ad officii euangelizantis p̄inet, pacē animi propter benignitatē dñi peccatoribus prædicare, ne consideratione magnorū scelēz, desperatiōne frangatur; deinde excitare malè ex prauis mōribus quiescentes, ut oriatur lux sedētibz in tenebris, & in regione umbræ mortis. Præsto fuit iste cæcus ad uocatiōis uerbū, neq; moram contraxit in tēpore, nec impedimentum passus in corpore, agilitate insolita utēs, uestimento resecto, exiliēs uenit ad Iesum. Præstru cta est in homine isto forma uocati atque indi gentis sanati ab infectione malorū. Vocat, audiatur uocantē. Excitatur ut resurgat, ne amplius in præactis malis atq; prauis consuetudinibus sedeat. Nam inquit Apostolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et in iste præsignat obtenebratos homines peccatores, qui ad internā uocantē animi lucē, non per hoīem, sed per deum hoīem refundendam. Reiciat uestimentū, quo se male forsan excusando tegebat, aut quo se uelabat ne crimina nosserent, seu perfidiã & consuetudinē prauam, & contractã ex primis parentibus labē, iuxta illã sententiã: Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illã? Siue omne quod posset impedimenta p̄stare, accedere ad uocantē Iesum, qui uenit omnibus lāguoribus nostris medicamenta p̄stare. Veniat exiliēs, non temperato gressu. Periculosum protinus est, cū dñs uocat, moras innectere, aut remissē gradū ad optatū & definitū hoīs bonum. Et ad miraculi cumulum est ascribēdum, qd cæcus iubente domino exiliuit.

Et cum appropinquasset, interrogauit eum Iesus, dicens: Quid tibi uis faciam? ¶ Sæpe legimus Iesum interrogasse quē nouerat, ut in multis locis ediximus: sed hic offert se factus uota petentis, ut petēdi p̄stet aut daciã. Præuenit peccatorū hoīm mentes, p̄missiōibus suis, & ex ipsiis nostrū debitorē uoluntariē se cōstituit, ut omnibus p̄stet petēdi securitas, si se uoluerint ad honesta cōuertere. Hinc Apostolus p̄monet: A deamus cum fiducia ad thronum gloriæ eius, ut misericordiã consequamur in auxilio opportuno. Sed prærogatiã fidutiã, petit cæcus;

Domine, rabboni, ut uideam. ¶ Vocat dñm, cui obediendū, & qui timendus ab omnibus est; & magistrum, à quo erudiendus, cuius super omnes, imò sua, & nō alia tenenda est doctrina, seu quæ de ipsa uelut de originali fonte procedit.

Et Iesus dixit ei: Respice, quia fides tua saluum te fecit.

¶ Mandat Iesus ut respiciat oculis corporis, quia oculo mentis altè conspexerat. Nam fides, oculus est mentis humanæ, quo diuina & quæ supra naturā sunt & fiunt, possumus cōtueri, propter quem iste nō solum sonus corpore, sed mente saluus ostendit. Fides tua te saluum fecit. Vnde huic fides: ex auditu. Vnde audiuit Per uerbū dei. Interrogauerat hic transētes, & audiuit de dño sanū uerbū, qd Iesus trāsiret, præstitit uerbo fidē, potius ex uerbo sibi facta est fides. Credidit in Iesum, quem nō uidebat oculo, & clamabat ex uerbo proprio in uerbo auditu. Et quē ratiōe humana nō capiebat ex fide, Dauid filiū, magistrū & dñm appellauit. Proinde fides eū in utroq; homine saluū fecit.

Et confestim uidit, & sequebatur eum in uia, magnificans eum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

¶ Incontradicibiliter ilico fit uerbi obediētia, per quod facta sunt oīa, & fit aut de nouo in homine uisus, aut deppditus reparat, cui p̄tulit op̄ lingua interrogas & p̄clamās, & cor factum in credulitate uerbi. Et nil obstat fieri, ubi cunctorū dñs imperat. Et uidit qd antè nō uiderat, aut respexit insolita. Eademq; imagine aut de nouo infundit ad cognitiōē ordinata sciētia, seu reacquiri in actiōibus iustis, qd forte uelut sopita latebat in intimis. Sed qd uisum iustē cognitiōis accepit, largitorē p̄tinus sequatur in uia, nō declinans ad dexteram uel ad sinistram. Et magnificabat deū, nemini alteri attribus qd accepit; & illum laudibus effert, quia uniuersali deo laus omnis & honor & imperium, & omīs prouentus uirtutis & gratiæ.

De curatione cæci nati, secundum Iohannem tantum. Cap. XXXIII.

Cæci dicit super hoīm corda tenebrofã caligine, & caliginosa nubes ferē oēs inuoluit, ut cæca mēte, anima ignoratē, nascamur; & in lucē corporeã respectã luminibus corporis, cū obscuritate interiori p̄dimus, quãeducta de materno uētre cecitas manifestat. Plus mēti qd corpori ademptū ē, cū pauci sine lumine corporis, oēs uerò cum caligine mētis in hac ualēle miseria oriamur. Et mirationē mouet, & stuporē generat, si præter cōmūne naturæ legem, defalcatis luminibus corporis aut qbuscūq; membris, quis in hoc mīdo nascatur. Sed nec admirationem facit, qd omēs more brutalis naturæ, ipsa nostra natura nos generat, ut spiri-

tus humanus à pecorino in ipso primordio nascendi non discrepet, nisi ex tempore alimētis adhibitis coalescat. & autiū & animalium terrestrium in corpore nostrā excedunt nascendo naturā, cum pulli eorū, eo ipso qd orti sunt, matrem sequuntur, alimēta suscipiunt. Sic & animalium pulli eidem ualutidibus fulciunt, proprios cognoscentes parētes, alios uerò deuitant. Ad magnam malorū stipitem nos ligauit cælestium prima inobediētia præceptorum, unde omnium poenalitatum spiritaliū & corporalīū stipendium sumpsimus, ut etiã absq; delicto proprio in multis diminuta natura nascamur. Et natura pia hominum mater, noueratur in cūctis. Attamē in aliquibus suæ tyrannidis plus infixit, ut cæcus homo in hac uita nasceretur in corpore. Et ad insinuatōē, qd omnis ex corrupto uentre procedens, patitur in mente, quæ ualidam cæcitatē internæ caliginem nescit, ut uideat semetipsam, cuius figuræ, cuiusq; coloris, cuius p̄portionis, cuius mēsuræ, cuius ponderis, aut quod tendat, ignorat, quauis possit audiendo, discendo, speculando, maxime credendo cognoscere, non tñ quid sit, nisi cum fuerit excepta de corpore, qd ipsam p̄pedit & grauat. Præparat, multa in malis hominum speculari, homo hic à natiuitate cæcus, quem Iesus, declinās lapides Iudæorū, egressus de templo, seriosa inspectione respexit. Et intēdēs in eum Iesus singulari aspectu, discipulos suos in seipsum & in cæcū fecit intēdere. In cæcum, ut solerter inspicerēt in eū, ut tanquam magistrum de ignoratis inquirerent; quod & fecerunt.

Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicientes: Rabbi, quid peccauit hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?

¶ Ad hoc itur ad scholas, ut nescita importunè, opportunè discantur. Ob hoc magister residet, ut ignaros doceat, & ad quæsitã respōdeat. Summus doctor de cælis ad ima descendit, ut diuina humanè doceret humanos, & diuinè homines instrueret de humanis. Reprehēsiōne sunt digni discipuli hebetes, ad interrogādum rectè docentem, cui etiam omnia patent, nec sciētiã eius aliquid subterfugit. Humilitatem cōfessionis, & cōfessionem humilitatis ostendit, & nesciētiã proficetur, humiliter interrogare doctorem: nec nō & amorem ad sciētiã, cum quis interrogando quærat fieri sapiēs. Sed nō supra sensum aut intellectū quærēda sunt multa, maximè quæ per solam fidem oportet apprehēdere. Et diuina iudicia nō sunt temerariè inquirenda. Occulta quidem sunt in pluribus, sed in omnibus usq; quaq; iustissima. Nemo em̄ est, qui iure ualeat diuina iudicia maculare. Altissimam tamē quæstionē apostoli à Christo appetit enodari; sed nisi si-

de in illam intendant, fiet soluendo nodosior, cum nulla iustitia suadeat hominē in propria puniri persona, præterquã ex propria culpa. Ecce inquisitio, imò patet quæstio.

¶ Quid peccauit hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Prout diceretur: Hic non cæcus à ministris iustitiæ ppter culpam antequã natus, in nullo malo agebat ex proprijs. Iustitia talis est, ut q̄cumq; seminauerit homo, hæc & metat. Quid igitur iste mali seminauit? Et iterum: Per quæ homo peccauerit, p̄ hæc & torquetur. Et alibi: De fructu oris sui uniusquisq; replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Et etiam: Grauiabit eū iniquitas sua. Et similia: Quid igitur horum fecit in utero cæcus natus? Quid parentes eius, cum ex decreto domini dictum sit, Filius nō portabit iniquitatem patris? Ad hanc inquisitionē respōsio nulla decetior, qd ea quam Christus edixit, omnibus causis abiectis, qd solum ad ostensionē diuinæ gloriæ cæcus fuisse ductus ex utero, pro eo qd supra naturā & artem mirabiliter illuminadus esset. Sed arrogantiã & tarditas intellectus humani, etiã hoc arguere nō desistunt, cur ad ostensionem diuinæ gloriæ qd non deliquit, cæcus est natus: nō ad uertentes, qd nec maioris gloriæ, si fuisset ex culpa; minus autem intēdēs, quod nemini deus ad dandum oculos aut cæteros sensus obligatus fuit ex debito. Agit liberè, quod antè præuiderit in creandis. Et nemo potest ei dicere, Cur ita facis? Quia sicut uas formādum in manu figuli, ita nos in manu dei. Nec potest dicere uas aut tori suo: Heu me figule, cur me fecisti sic? Igitur qd deus potest, iuste potest, iuste uult, iuste operatur; nec est importunè aut moleste seu lædēter omnipotens dominus, sed naturaliter, necessariè, impassibiliter, uoluntariè, iuste, utilitè, omnipotēs dñs, deus uerus. Proinde nemo in altissimum cælū, s. diuinum celatū, secretumq; iudicium, ponat os suū, ut eum per Quare intēroget in actiōibus eius, uelut si aliquid indebitè peregrisset. sed sileat inquirendo & laudando diuinā prouidentia, altè clamat, ut utriusq; sexus exegerit: nihil enim habemus quod non acceperimus. Si uerò nihil nostri est iuris, sed penitus diuini est muneris, si aliquid qm̄ dolibet creatum existens seipsum non efficit, sed præstantior est qui fecit, quid nobis inquisitionis aut querelæ, cur deus sic fecerit? Potentiū quidem atq; incōprehensibiliter omnis autor se nouit producere in effectum: amplius oīm omnipotentissimus artifex, oīm habens à seipso uirtutē infinitam, & oīm agendōz sciētiã, & penes se irreprensibilē causam. Speciem habet blasphemix, de his quæ deus fecit, hæsitanter quærere. Proinde nō sic, sed humiliter cum amore sciēdi, siquidem ipse permisit, dei sunt pquirenda iudicia; & ubi clau-

Gal. 6.

Sap. 11.

Rom. 12.

Isa. 24.

Lege. 18.

Iob. 11.

Iere. 18.

Rom. 9.

Iohann. 9.

Rom. 10.

Eph. 5.

Can. 5.

Heb. 4.

ferit ostia, ne ad illam secretorum scientiam si ar ingressus, s. diuinorum, quiescat mens quoruncumq; mortalium: non in hæsitacione psumptuose atq; curiose quærat factorum altitudinem diuinorum. Decentissimè est, ut sicut placuerit, glorificetur artifex in opere suo, quod ex materijs præiacentibus fecit: & maximè summus artifex, qui nulla præiacenti materia, oia in esse produxit: qui siue seruet cõmune què statuit ordinem, siue aliter producenda producat, & mēbra quæ à principio natura negauit, postmodum ipse concedat, glorificandus est. Sed his qui assoliti sunt ordini naturali & tardioribus ad sciendum, maius uidetur quod sit præter naturæ ordinem, q̄ cum ille seruiatur: quous non distet à factoris potētia, siue oculos negatos in uentre, nato restituat, siue simul cū alijs membris in uētre cõpingat. Assunt etiam & aliæ rationes, quare deus eum qui non peccauit aliquādo, molestat, aut deneger, quæ pluribus & p̄t̄ribus dedit. Non tñ humana mēs ad inquirendum curiosa existat, sed humiliter diuina facta collaudet. Manifestanda erant diuina opera in isto cæco nato, in eo q̄ præter naturæ ordinem sibi danda erat uidēdi potestas, quā non eduxit ex uentre, p̄ quam iam factus adulus, quæstus quærebat necessaria uitæ. Nā & aliter dei opera manifesta erant, & resculpti sunt illi, qui præter ordinē naturæ negant aliquid posse fieri, & dicentes deum alligari ordini naturali, nō intelligentes q̄ natura in pluribus deficit, quæ post deus subueniendo refecit. Si omnipotēs est natura, cur iste oculos siue uisum nō accepit cū cæteris? Si uerò Christus miraculose sibi reddidit, cur oia sunt tributa naturæ? Cur præter naturā deo denegatur huiusmodi faciendi facultas? Nec non ex isto debebat ostendi Christum esse filium dei, qui declarando subiecit:

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Veniet autem nox quando nemo potest operari.

¶ Opportunitas hæc non implens, sed libēs erat: nec ad agentem, sed ad nos relata, ut non propter eum, sed propter nos talia fierent. Misus erat Christus homo deus à deo patre uero. Misus quidem oportet, opus iniunctū operari mittentis, ut una sicut est, appareat in actione uoluntas & facultas. Opera mittentis operanda, hæc erant, ut Christus dei filius ab hominibus crederetur, in ipso speraretur, ipse p̄ amaretur, per eum mundus perditus saluaret, peccator conuerteretur, ad ueniam inuicaret, mundus non diligeretur, uita æterna & superior quæreretur, per gratiam supra naturā homo uita & moribus efficeretur. Prærogantur quidem ad hæc inaudita miracula, ut qd non fuit ab initio cæco nato, iam profectō p̄ Christi

sum restituatur & uisus. Sed hæc opera nō in nocte, sed in die fienda. Nox, in qua nec opera ista fiunt, infidelitas est, & illa tetra diuisiōis pars, in quam cedent maledicti in ignem æternum. Dies uerò honorum agendorum, est uero fidelitas, & tota mora Christi in hac uita nobiscum, sicut ipse post resurrectionem suis discipulis repromisit, dicens: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Et hic quoque declarat cum adiecit:

Quam diu sum in mūdo, lux sum mūdi,

¶ Quod si solum hanc inspiciamus literā, uideatur duntaxat, quousq; Christus uixit in carne, lucem huic mūdo fuisse: post ascensionem uerò eius, remansisse in tenebris. Sed aliud ad intelligendum se contulit hoc quod dicit. **Quam ipse dei filius incarnatus, tam diu in mundo p̄ fidem in cordibus hominū erit, quousq; ipsa fides euacuet successione uisionis, & spes adoprionis posterioris: & dum erit tēpus uitæ agendæ, usq; quo consummato tempore mysterio, in sperandam aut in pœnalem deueniatur: & sic existens, est lux animarū & morū, secundū quā in affectionibus & moribus oportet incedere uiatores.** Exorbitant penitus omnes, cõtendētes captare superna, si ad lumen alterius lucis ambulauerint, q̄ ad illius quæ Christus est, dicens: [Quam diu sum in mūdo, lux sum mundi.] Non excluditur solis & aliarū stellarū lux ab illuminandis corporibus, sed ab illuminandis animabus oino propellitur. Lux ista æterna est, per quam creata temporaliter eluxerūt, ad cuius lumē Adam cognouit q̄ non ambulauit, sed ad tetrum lumē propriæ uoluntatis. Ad cuius etiam lumen in suis posteris, uergente in suis etatibus seculo, regressus est. Ad cuius lumen agitur duplex agenda uita, & ad sperandam inobliquabiliter puenitur. His dictis, ad effectum dictorū saluator se contulit, ut ostenderet, quid ex parte mittentis operaturus aduenerat, & quomodo lux erat, supernaturaliter operans atq; lucēs ad illuminationem mentium, tenebris ignorantie obrutarum.

Hæc cum dixisset, exiit in terram, & lutum fecit ex sputo: & liniuit lutum sup oculos eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit, & uenit uidens.

¶ Commune est atq; usitatum oim doctorū dictum, & utiq; uerū est, q̄ diuina sapientia de æterno capite patrisq; descendens, luto nostræ carnis uitam procurauit, & fecit oim sanitatē, & etiam illuminauit hominum ignorantium mētes. Sed neq; futura siue posteriora, figuræ sunt præteritorū siue priorū: sed præterita & priora, sunt figuræ sequentium. Proinde quantuis mistio saluæ cū puluere, quandā exprimat diuinæ incarnationis imaginē, nō tñ figurat,

eum iam facta præferuit. Et cõmistiō est sputi & luti, sed unio duntaxat nostræ hūanitatē & ubi miraculū fuit, hoc ostendens, diuinā uirtutē in omibus rebus, quantum corruptibilibus ac imis, hominibus posse præstari.

Sed futura & posteriora, non antecedentia, in isto miraculo cogitur cõtēplari: quia cū Christus sola uoluntate, aut uerbo, aut tactu manus, & solo sputo absq; luto uisum potuisset restituere cæco nato: quid igitur est, q̄ ex luto capitis & puluere unguentū fecit? Posteriora dixerim potius q̄ priora signari. Facta quidem erat incarnatio, sed nondū condita sacramenta, quæ sunt ex rebus imis & corruptibilibus per imperium uerbi dei. Nām uisus & corruptibilis est aqua, tamē consecrat uerbo: in q̄ intincto corpore, anima lauat à sordibus. Ima & marcescibilis est lingua humana, & per uerbum dei cõsecrat & benedicit, absoluit & ligat, & docet utilia & diuina, & dirigit in uitā æternā. Puluis est homo, & per uerbum sacerdos efficitur: diuinā uirtutē habens, etiā angelos excedens, ut ex corruptibilibus atq; mortalibus

Christi substantiā faciat, & in illā conuertant ista per uerbum. Liquor oliuarū, procedit ex uerboribus terræ: at tamen per uerbum efficit sanctū christū & oleū sanctū, ad ungendū frontes & sensus humanos & expiationē malorū. Ista quidem sunt unguenta, quæ illuminant ad dirigendos pedes nostros in uia pacis, cõsecrata quidem ex sputo diuini uerbi & ex puluere corruptibili atq; mortali. Hæc inueniendā sunt oculis nostræ mentis ex natiuitate cæcis, quia non extrahere anima, sed caro: non uirtus inuisibilis, sed homo uisibilis: non Christianitas, sed humanitas. Sumus oēs ex nobis tenebræ, lux autē in domino: & oim nascimur filij iræ, misericordiā uerò dei dono consequimur. Et cū sic inungimur, uidemus per gratiā, quod erat impossibile per naturā.

¶ Contemplandū autem, q̄ saluator nō tenuit huius cæci curam in unctiōe, adijciens, ut iret ad natatoriam Siloë, & lauaretur: cuius interpretatio, missus, ab euangelista, non à Christo, posita est. Sed nō ab re hoc factū est, qm̄ prius oportet hominem, ignorantia cæcitatē detentū, instrui quasi per unctiōnem: qm̄, ut ait iohannes, unctiō docebit uos de omnibus: deinde per obediētiam excitari mentem, ut per humilitatem, per exercitium corporale, se subiciat elementis. Quod ubi cæcus iste fecit, cõfessum uidit, qm̄ abijt mente credens: corporaliter se lauit, oculis apprimè uidit: ut in corpore intelligat, quantum unctiō cūcta docens, & credulitas & obediētia in imis se subijciendo monstrata, in nostris profectibus ualeat, cum iste abijt, & lauit, & uenit uidens, qui nunq; ante uiderat: aspiciens uisu quæ solum audiuit ante didicerat, & cõtēplatur oculis

mundi formam, & intuetur hominū facies, ut in maiore laudem sui conditoris exurgat: quæ saluator corporali beneficio uenabatur ad illam uitam, similiter & astantes. P̄ enim fuisse aperuisse oculos carnis, nisi mentē alia luce perfunderet, qua duceretur ad beneficia potiora. Etem bestia, aues atq; serpētes, cū hoibus gaudent lumine corporali, & q̄ plures acutus q̄ homines quæcunq; intuent obiecta. Sed factus est cæcus iste miraculo & stupor atque contentioni, rei nescientibus ueritate.

Itaq; uicini & q̄ uiderant eū prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est q̄ sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autē, nequaq; sed similis est ei.

¶ Nec mirè de huius cæci opinione diuersa, rei ueritate non cognita, & saluatoris ignorantia uirtute sed qui per experientiam uerū nouit, quæstionis opiniones terminat & decidit.

Ille uero dicebat, quia ego sum, uidelicet cæcus natus, mendicus, & nunc illuminatus. Erat enim iste cognitione sui factus optimè ad seipsum, refellens opiniones in quibus ueritas non consistit, edisserens ueritatem quæ experimento cognouit, ueritatis ipsius factus prædicator, illam in expauescente affirmans, illius amore tractus magis q̄ pudore tabescēs: & pœnalem absq; culpa fateatur ad hæc uitam ingressum, quia cæcus natus: & miserabilem in ista uita progressum, quia mendicus: ac populi sibi fuisse prouisum, quia illuminatus, dicens: Quia ego, de quo hæsitatis, non erubescō natiuitatē pœnalem, lumine priuatā: non cõfendor propter uitā mendicite cõsecratā: nō inuicior, sed confiteor beneficium quod accēpi, me illuminatū esse præter naturæ potētiā.

Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesús, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade, ad natatoriam Siloë, & laua. Et abijt, & lauit, & uidit.

¶ Optimæ & necessariae sunt aliquando quæstiones, à quibuscunq; fiant, siue curiositate siue calumniandi causa, siue ponantur amore sciendi, si ueritas per responsiones elucet. Et pleriq; sunt peruersi, qui quærunt illam scire uirtutem, quā nosse atq; diligere saluberrimū est. Ecce iam duæ inquisitiones de cæco nato, una ex discipulis ad Iesum, s. quid peccauit hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur: altera fit ad cæcum iam illuminatum, s. quomodo aperti sunt tibi oculi? Illi responsum à Christo, isti à cæco, etiam malè credentes, accipiunt. Sciebant isti hunc esse naturæ defectum, quod cæcus natus erat: non ignorabant naturæ & artis impotentiam, quod sic natum illuminare non poterant: simile nondum uiderant, neq; audir

preter

erant usq; ad illam horam. Hoc erat mirabile super naturam, singulareq; exemplum. Nesciebat tñ talem diuinam uirtutē in homine apparuisse, qui talia possit efficere. Idcirco dicit, quomodo aperti sunt oculi tui, quos ex materno utero lausos detraxisti? Responsum rei factus dat hic homo, qd ille qui dicitur Iesus, nō uigueno confecto liniuit oculos eius. Explicite quī bonus est, loquitur, nec loqui trepidat, nec in uerbis errat, nec palliat in aliq; ueritatem. Bene moralis hominis est, prout fuerit interrogatus, gesta referre; nec addere, nec demere uerbis, ne audiens & interrogans deiciatur in gestis; & compositi animi existit, bene scia non silere, & ad eum referre qui tribuit. Subinfert etiam iste suam obedientiam, qd omnia iussa perfecit, ut abiret & laueret se in natatoria Siloē, asserens se supernaturali medico per omnia fuisse subiectum. Expedit siquidem sanari uolentem per omnia medico subditum fieri, de cuius non dubitatur peritia. Et sepe hoc in moribus agitur, ut ad nostram doctrinam aut nemus hoc actum, ut sine contradictione cælesti medico simus subiecti, sanari cupientes, ut hic cæcus abiens & lauās & uidēs. Magnus fructus & supnaturalis palma, ut ex obedientia uisum recipiat, quē negauit natura. Etenim plura supra naturā ex ipsa facta nouimus, & supra naturā finale p̄m̄ium præstat.

Iterum isti interrogat, s. ubi est ille medicus, qui præter naturæ subsidii cæco nato uisum tribuerat? Dicit ille: Nescio. In omnibus hic sane loquitur, ut nec ueritatem taceat, neq; falsitate submittat. Dixit quid nouit in remedio sibi factō; nescire se dicit, quem nec in ueritate cognouit: tantum perceperat ex auditu, qd dicebatur Iesus, sed illuminatus, ad ipsum non redierat, sed ad inuicinium ubi parentū habitaculum erat, uelut congratulaturus cū eis, cum uisum tam diu negatum, tam repente mirabiliter recepisset. Minus q̄ gratanter, in hoc cæcus illuminatus egit, qd gaudens de lumine, congaudere sibi alios prius uoluit, qd reinuenire Iesum, quem ilico oculis corporeis debuit sequi, & eum ex omni corde diligere, de q̄ interrogatus ubi erat, scire se denegat. Altius locutus est, qd tunc fortē intellexit: qm̄ incircumscriptibilis est Iesus in eo qd est deus, quāuis ex assumpto corpore factus ipse localis; & lucem habitabat inaccessibilem, quia deus; ut homo autem, inter homines conuersatus est. Si uero in ingratitude dem trahere uolumus dictū, Nescio, culpā dū est iste cū pluribus, qui dūtaxat recepto beneficio delectati, benefactorē ignorando aut dissimulando prætereunt. Et si hæc committitur erga eos, qui conferunt ea que dicuntur bona fortunæ, erga eum qui bona naturæ gratiæq; solus largiū, penitus submouenda effect; qm̄ ignorans huiusmodi, ignorabit;

& nesciens, nescietur. Veruntamē responsum est duabus questionibus de cæco nato, quia ut dei opera manifestarent in illo, nobiliori ordine q̄ naturæ: quod & factū est; & qd Iesus ei lucem ab origine sua negatā, restituit. Ad maiorem autē rei factæ probationem atq; propalationem & confusionem incredulorū, adducit ad iudicium pharisæorū, non his intentionibus in corde præhabitis, sed ob inuidiā atq; calumniam, aut propter zelum legis, sed nō secum scientiam, qm̄ sabbatū erat qm̄ Iesus hūc luminositati reddiderat. Diuina providentia hoc agebatur, ut tot inquisitionibus hoc miraculū agitaretur, ut per amplius inlaret. A quibus pharisæis interrogatus, respondit acta, ut solitō, ueritatē, ex gestis ipsam cōmemorās. Exorūt ilico schisma, mutant in aliud questiones, nō in miraculum factū, sed in autorē causa dissoluit. Miraculū à Iesu factū insiciari nemo potest, asseuerante illo qui accepit. diuiditur iudices ad causatū. Iesus est duplex in populo, uel in eo duplex effectus est populus.

Dicebat ergo quidā ex pharisæis: Nō est hic homo à deo, qui sabbatū nō custodit.

¶ Ecce separatur à deo filius dei propter illa que fecit, quæ facere nemo potuisset nisi filius dei. Quam obrem non à deo, quia sabbatū non custodiuit. Ergo bene ipsi ex eorū sententiā nō sunt à deo, qui eum in sabbato & in tēplo lapidare uoluerūt. Semper tñ Iudæi sensu improbo sabbati custodiam neglexerunt.

Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

¶ Bona sunt utrorūq; iudicia, quia nō est à deo qd sabbatū non custodit, scilicet legi subditus, nec per meliores actiones ab illa lege solutus, aut legi rebellis effectus. Nec in hoc causari potest dator & dñs legis, si facit aliqd melius præter scriptam aut editam legem. Dominus autē Iesus, dñs legis erat; & beneficiendo, sabbatum erat ei firmiori custodia. E regione quidem pari ferebat, signa & miracula supra naturam & artem, non posse efficere peccatorum: quod utiq; uerū est. Sed ab omnibus peccatis seclusus erat, etiā impossibilitate peccandi. Attamen optimum & malum eodem tempore schisma reddebatur: optimum his, qui à malē de Iesu sententiis scindebantur; malū eis, qui se secabant ab his qui sanē de homine sentiebant. Semper enim tunc schisma; cū unam habet ueram, alteram partem falsam.

Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est.

¶ Vtra nomē officium uirtutis adiect, asserens Iesum esse prophetam. Et hñ propheta uir dens, qd etiam nō uidentibus dedit lumē. Prædi-

Ipsum interrogate, etatem habet, ipse de se loquitur.

¶ Nec cæcus scitit modos, quāuis scitisset lutum ex spūto & puluere factum, & uiam & naratoriam cognouisset. Ista sensibilibiter facta sunt, nec ista illuminauerunt cæcū: sed uirtus infinita omnino nobis inuisa, que agit, ubi & quādo & in quibus uult, suo ineffabili atq; laudabili modo, à nobis in hac uita non apprehensibili ullo modo. Signa fuerunt ista, nō res effectiua miraculi, uelut in sacramētis, quæ uisibilibus aguntur aut sensibilibus, quæ prout si uisibilibus, nil prodesse. Quāuis diuinum spūm alia uerbi consecratione seu sanctificatione non indignisset, propter unionem carnis Christi ad uerbum, ubi ad sanctificationē spūti nec expediebat uerbum esse prolatum.

Præfertur unio uerbi prolatiōe uerbi, quāq; & sacerdos per uerbum efficiat corpus Christi. Hæc pro tanto dixerim, quia neq; parēs cæci, neq; ipse cæcus illuminatus, neq; quisquam adeo peritus, modum curationis & diuinæ curationem, præter id quod homo erat, explicare potuisset. Sed ideo parentes isti referunt in cæcum filium, autoris & rei actæ differēdæ iudicium, ne anathema patientur, malē prouident, quoniam optimum est in moribus hoīm, pro Christo fieri anathema. In hac quidē uita p̄ Christo ab hominibus segregari, est angelorum sociari collegio; & exulē esse, superna & æterna ciuitas. Verē nesciebant qd esset illuminator cæci, qm̄ non timuissent anathematizari pro illo. Sed nec Iudæi cognitum, in mortis sententiam tradidissent, pro quo in posterū passa est exilia, segregationes & horribiles penas & mortes, innumerabilis utriusq; sexus hoīm multitudo. Antē nanq; ipse prædixerat: Beati eritis cum tios oderint homines, & cum separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomē uestrum tanq; malum, propter filium hominis: gaudete & exultate, ecce enim merces uestra multa est in cælo. Patiuntur multa serui prop̄ dominos, amici propter amicos, chari propter charos, exilia, segregationes, uincula, carceres, plagas, damna res; nec conque-
Mat. 5.

Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parēs etes eius dis-

cat Iesum ex nomine: prædicat eum ex officio esse prophetam, sanctum uidelicet, quia prophetiæ spiritus consueuerat sanctis dari. Nec obstat qd Saul inter prophetas, qd nec sanctus, sed reprobatus fuit à deo. Habētes Iudæi odio Iesum, nec uolebant ipsum talia peregisse miracula; & uidentes cæcum audacter affirmare de illo, quem non credebant talem accepisse de altissimis potestatem, ut negent miraculū, nolunt istum credere originalem habuisse defectum. Vnde sequitur:

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisse & uidisset, donec uocauerunt parēs etes eius qui uiderat. Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quē uos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidet?

¶ Interrogant miserum non crediturū, etiā cū audierint testimoniū ueritatis, sed illaturū calumniam, cū illa negare nequiuert. Propriū quidem est in uidentium peritis medicis, cum audierint magnitudinem peritiæ in curatione infirmorū, negare magnitudinem infirmitatis, ex cuius depulsione medici peritia & medicina laudatur. Sic isti negant defectum, ut nō credant Christi miraculum, ne cogantur etiam illum laudibus prædicare. Attamen respōderunt eis parēs etes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius uoster, & quia cæcus natus est: quomodo autem nunc uideat, nescimus: aut qs eius aperuit oculos, nos nescimus.]

¶ Exquirunt testimoniū naturæ ad operationem gratiæ, & eorū que sunt secundum naturam, ad illa que præter naturam aut supra naturam sunt. Veruntamen semper natura in sua perfectione aut defectione gratiam exaltauit, & operatiōem uirtutis perfecit. Nam si natura perfecta perfectionē prædicat, magis in operatione gratiam, cum multa gratia efficiat quæ natura nequit. Defectus uero naturæ illam auxiliatiōē habet, cum illa restituat quæ natura non habuit. Exempla & rationes dictorum, in officio perspicaciter intelligentium sunt, si doctē apteq; scrutantur. Hinc siquidem parentes cæci nati cōfiterentur filium, prodentes naturam, afferūt à natiuitate cæcū, ensciantes in illo naturæ à natiuitate defectū, modum uidendi aut tam magni archiatri noticiam scire insiciant. Optimē quidem, si nō ex timore fecissent: sed ideo modum & autorem miraculi denegant, ne statutum & sanctū anathema patientur. Nec illorū aut quorumcūq; erat, modum tam magnæ atq; singularis curationis agnosceret: minus etiā, & autorē. Qm̄ si homo est, & quis cognosceret eum? Et generationem eius quis enarrabit? Non tamē sic acurē intuebantur hi, cum referunt differtionē rei gestæ in filium, dicentes:

14. 55.

xerunt: Aetate habet, ipsum interrogate.

¶ Omnino pullianimitas condemnanda, nolle à synagoga eijci, & Christum publice cõfiteri: qm̃ qui confitebit eum corã hominibus, & ipse confitebitur eum ante patrem.

Vocauerunt ergo rursus hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloria deo, Nos scimus quia hic homo peccator est.

¶ Coniunguntur peruersi, nec terga uertere possunt, quin confiteantur factũ esse miraculum: sed ad blasphemias se conferunt, sub specie pietatis, ut deo decur de miraculo gloria, ut iustum, asserant peccatorem. Bonum est, in omnibus glorificare deum, pietas est atq; iustitia: iniquitas uerò in expiabilis, sub gloria dei sentire aut proferre falsa de reãtis, & ferre certũ de iniquitate iudicium sup̃ certissimẽ iustũ. De his quippe dictum est: Vã qui dicitis malũ bonum, & bonũ malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Et, uã qui iustitiam iustitiam ab eo. Grauius autem, cum iniquitatem tegunt operimento uirtutis.

Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio. Vnũ scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. J. ¶ Nõ poterat cæcus huic blasphemie respondere decentius, nec aliter medici sui tueri uirtutem, nisi opus supernaturale in mediũ referre quod fecerat. Ac si diceret: Non pertinet ad me de qualitatibus hoim̃ iudicare, sed confiteri beneficium quod accepi. Peccatũ nescio: uirtutem supra naturam & usum in me ostensam, confiteor. Cæcus eram certus: æque certẽ ab ipso illuminatus sum.

Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos

Non interrogant iteratõ, ut amplius declarentur, sed si in multa repetitione possent inuenire calumniam, cum sæpe contingat, qd non eadem serie crebrius repetita narrentur. Malitiosorum est, simplicitum uerba narrando reperere, ut possint in uariatione facere imposturã. Sed aduertens qui cæcus fuerat, rñdit eis:

Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterũ uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?

¶ Merito aduersus Iudæos substomachatur cæcus, aut quia calumniosos, aut quia rardioris intellectus: aut si sciunt, cur ulterius inquirunt: Nec auidi diuinõs uerborum atq; factorum isti credendi sunt, quos sæpius audire delectet, cum, maledixerint ei, cum asseruit ueritatẽ. Sed improbatio cæci, argutio est ad multos. Si audistis ueritatẽ, & illa quæ habent necessitatem & utilitatem sciendi, cur non creditis? Si credere non uultis credenda, cur audire iteã & iterum quæritis? Si uerõ creditis, quid amplius uultis? Quid amplius expedit, nisi credita in opus aptum traicere? An fortẽ, si bene

placet quod dicitur, nec intellectus assurgit aliqua caligine inuolutus, non placet doctor? Quãobrem dicit: [Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?] Interrogatio sæpe facta de homine, sequela uel insinuat. Proinde cæcus: [Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?] Placẽne uobis magisterium, placẽne magister, de q̃ toties interrogastis? Uultisne doctrinam capere ex eius ore, cum loquitur?

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est deus, hunc autẽ nescimus unde sit.

¶ Ex hac maledictione perspicuum est, qd sæpe uolentes audire, non erant auidi diuinõs, sed ad calumniam preparati, & Christi discipularum pro maledictione descriperant. Sed utinam oẽs maledictio ista conuinceret, ut esse Christi discipuli probaremur per odium sanctum & dilectionem sanctam, sicut scriptũ est: Si quis uenit ad me, & non odit patrem & matrem, uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autẽ & animã suã, non potest meus esse discipulus. Et alibi: In hoc cognoscent omẽs, qm̃ discipuli mei estis, si dilectionem adinuicẽ habueritis. [Nos autẽ Moysi discipuli sumus.] Eligunt isti Moysen in magistrum, discipularum fatetur, abijciuntq; Christum uelut à doctrina sana prophanum, qd iudicio proprio condennati sunt de magisterio & doctore, sicut cum dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Et, non hunc dimittes, sed Barraban. Et, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. In omnibus, minora bona seu peiora mala Iudæi ex improbitate animi elegere. Sed ñc bonus Moyses, qui à deo in dispositione angelorum legẽ accepit, propheta magnus, ductor peritissimus, ante quem nemo talis, post quem nullus in populo Iudæorum similis, cui locutus est deus, quem præcessit angelus, qui tantõ prodigiorum fuit ppetrator? Vtiq; bonus erat, sed melior Christus: ille homo purus, iste deus & homo uerus: ille figurans, iste figuratus: ille quasi umbra, iste in luce mundo apparuit: illius lex onerosa satis, istius satis leuis. Carnaliter sapunt discipuli Moysi, spiritaliter sentiunt Christi discipuli. Velamen habuit Moyses, quo durante in cordibus Iudæorum, non uenit ad Christum: propterea discipulatus diuisus est: cum uerõ uelamen auferẽ, transitur ad ipsum. Hinc cæco dicitur, quasi reiecto uelamine, ut discipulus Christi fiat. Exordium enim erat interioris abijciendi uelaminis, miraculosa restitutio luminis. Veniant in hominum considerationes duo hi magistri doctissimi, eorũ magisteria, eorum scholæ: hi duo duces clarissimi, eorum duces & gesta: & eligat unusquisque onus quod dignius cognouerit eligendum.

Multa hic loquendi copia, tamen relicta peritis. Sed cuius doctrinã respicitur, & sequela: ac per hoc, ne imitarentur Christum, asperrantur doctrinam: & se asserunt falsẽ discipulos Moysi, cuius non tenent in moribus legem, cuius legis nõ intelligunt mysticam ueritatem: quã si scirent, ad quem desinãt cæcum natum, ipsi transirent. Et ne uideantur errare, Moysen laudibus præferunt, doctrinam eius extollunt, cui locutus est deus, ac si ipsi in schola & in discipularu dei essent, cum aliter Moyses non docuerit, qd ei deus loquẽdo prædixerit, cum dicit: [Nos scimus, qd Moysi locutus est deus.] Vnde sciunt? Quãdo uiderunt? Quomodo cognouerunt? Non aliter quã ex fide. Præterierãt em̃ multi anni à Moysẽ usq; ad tempus illud. Aliter qd per scripturam, & narrantibus patribus filijs, ex perpetua propagine fide data, scire nequiuissent. Qua fide, si non obstisset contumacia prauæ mentis duratq; ceruicis, & in Christum etiam credere potuissent. De quo dicunt: Hũc autem nescimus unde sit. Ecce qd nescientes, seu nescientia sunt de Christo. Interrogatur primõ cæcus illuminatus de Christo, Vbi est ille? Respondit, Nescio. Interrogatur & parentes, & dicit: Quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Dicit & nunc Iudæi de ipõ, ipsum comparando Moysi. Hũc autẽ nescimus unde sit. Omnes loquuntur de nescientia ueritatis. Verũ porro erat, quod ipsi nesciebãt: sed aliq ex culpa, aliqui cum culpa: aliqui citõ uenturi in eius notitiam, ut cæcus illuminatus, alii qui ab eius notitia usq; in finem seculi repellẽdi. Sed qui Christum nesciunt, nihil aliud utiliter sciunt: in ipõ quippe sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: ipse sapientia patris, ipse sapientia qua omnis creatura in priam formam eluxit, extra omnem ueram scientiam est, nesciẽs Iesum Christum. Quomobrem omnem scientiam aliam præter Christũ, nihil pendit Apostolus, dicens: Nihil arbitratum sum me scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Sed uã qui nescierunt neq; intellexerunt, & in tenebris ambulant. Sed qui scit eum & sequitur, non ambulat in tenebris.

Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc em̃ mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos.

¶ Vnde Iudæi uolũt opprimere Christum, ut affirmet ab ipõ non esse factum miraculum, in hoc homo iste illuminatus extollit: p̃ ut si esset eregione contentio: Vos nescitis unde sit, ergo non potuit hoc miraculum facere. Imõ in hoc est usquequaq; mirabile, cum à uobis incognitus, sit tam operatus insolita, si non cognoscitis, desidia uestra est, non suã uirtutis defectus. Prout uestra cognitio ei non conuulit uirtutem, ita uestra nescientia non adẽ

mit. Quid porro curandum est hominibus de origine rerũ, cũ continuum experiantur effectum? Rerum optima qualitates, nõ ipsa substantia siue nature, nobis præstantur in usum. Ac si diceret cæcus iste: Si nesciui substantiam, si ignorauit naturam, si non apprehendi Christi originem, si non noui de qua uenit regione, quid refert? quid derogat rei facta? Verum tamen scio, experimẽto probauit, aperuit oculos meos. Si non eius origo, si non eius quacunque conditio, uirtus tamen in notitia est, ex qua mei oculi sunt aperti. Sanctitas ex affectibus inclarescit, nulla in ipõ iniquitas ex traduce, aut ex propria uoluntate, aut ex actõne malitig.

Nescimus autem, quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit.

¶ Fit prædicator cæcus eius quem ignorat, & quem nescit per originem, prædicat per uirtutem. Non mediocriter nouerat cæcus iste, quoniam peccatores deus non exaudit, sed suum cultorem, suãq; uoluntatis actorem. Christus eximitur à peccato in assertiõne cæci, quam ex se careret possibilitate peccandi: uirtuti adijcitur, quia uelut cultor & factor eius uoluntatis, auditur. Absque autem quod hæc de Christo dicantur, certam habent hæc sententia ueritatem, peccatores deus non exaudit. Quem ergo exaudit, cum omẽs, exceptis sanctificatis in utero, nascantur pariter peccatores? Et omnis homo mēdax. Et alibi scriptum est: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unũ. Et Iacobus ait: In multis offendimus omnes. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, mendaces sumus, & nos ipsos seducimus. Frustra oratur, inuanum profectus fuit ab hoibus, si pctõibus uita claudẽ impetrãdi.

Sed aliud dixerim peccatores defluentes opere, si retitos uoluntate, hos deus indubitanterissimẽ non exaudit: aliud, peccatores sibi meritis in malis actibus displicentes, qui nouerunt cadere per seipsos, resurgere quærunt, sed nequeunt p̃ seipsos, sed deplorant mentis mala præterita, postulant oratiõibus gratiam, ut possint egredi huiusmodi uinculis peccatorũ, uera poenitudine aguntur. Hi cum orant pro releuatione propria, impetrare conseruerunt: defluentes autem & irretiti ad malũ, cũ orant, patiuntur repulsam.

Et aliud est orare pro uirtutibus, aliud orare p̃ signis. Pro uirtutibus, poenitẽtes, nõ pctõres ex õõnis merito legimus impetrasse: quibus & mira facta etiam per malos facta legamus, quæ boni existentes impetrare nequiuerunt, ut ad facienda miracula, non sciat Iesus, qui semper orans obtinuit tanquam homo iustus, & fecit ut deus, non ut peccatores in desinen-tes, qui nõ merent ipsimet uiuere sup̃ terram.

Mat. 10.

Ist. 5.

Luce. 14.

Iohann. 8.

Iohann. 8.

Col. 2.

I. Cor. 2.

Psal. 81.

Iohann. 8.

Psal. 115. Psal. 135.

Iacob. 3.

Sed plerunque boni non obtinent miraculo-
rum gratiam, quam nullus obtinet iniquus,
nec obtinendo accipit, nisi qui iustus efficitur
ex diuino cultu & factione diuinæ uoluntatis.

Dei cultor est, qui omne studium mentis pi-
erati dicauit, solum credens unum deum uiuū
& uerū, atq; ante omnia, super omnia æternè
existentem, aspersionem idola & omnem impi-
eratem, & impertinentem affectionem atq; acti-
onē, in diuinis charismatibus sibi soli placēs.

Dei cultor est, qui nihil operatur in agro ini-
quitatis, solum ad agrum augendæ bonitatis
sue uirtutis intendit.

Dei cultor est, q ad ipm ordinauit omne qd
est, & quod habet, & tps & loca, intus & extra.

Dei cultor est, qui nullam huiuscemodi cul-
tus, nisi deum ipsum quem colit, quærat retri-
butionem, speratq; mercedem.

Voluntatis uero eius factor est, qui & cul-
tor est. Deum colere & uoluntatem eius face-
re, etsi ad uocabulorum, ad res; tamē differen-
tias non tenent. Nam qui deum colit, eius per-
ficit uoluntatem; dei uoluntatē perficiens, cul-
tor est deitatis. Sed quoniam optimum est, de
spū sancti autoritate in mysticū seu moralem
sensum uerba trajicere, pro eo q per Christū
dei uoluntas illuxit hominibus; proinde ille
censendus est dei facere uoluntatem, qui huma-
natum filium dei in fidei recipit hospitio, in q
delectatus animus, contemptor factus est cæ-
terorum; ob quem amoris officio, seipsum &
sibi sensualiter apta stercoribus comparauit;
nec aliud asseuerauit noscere, amare, audire p
uoto, præter id quod dei uoluntate percepit:
mente, intelligentia, ratione, affectione; mori-
bus factus est suspensus, anxius & directus in il-
lam, exemplo Christi facientis, & disciplina
docentis, & exemplo discipulorum omnium
subsequentium, affectione, studio, moribus,
supernam uitam accipere satagentium. Face-
re quidem, cuiuspiam uoluntatem præinten-
dit; & non facere, contra dei uoluntatem. Omne
quidem affirmatiuum siendum, negatiuū præ-
it excessum; nequit affirmatiuum seu quod p-
cipitur, fieri, si quod prohibetur, in opus educi-
tur. Ac per hoc dei uoluntas ad actionem de-
ducta, ne facit & efficit. Ne facit, phibitū, effi-
cit qd iubet. Ob huiuscemodi exauditi orans,
non tñ in omnibus aut pro omnibus omnīs.

Sed ista sunt ad exauditionem, cum orant
hominis preroganda; non tamē pro omnibus
petitis exauditiō expectanda. Nouit enim &
cum rogatur deus, quid accipere deceat aut
oporteat oratores. Non ergo digni sunt ex-
audiri a deo, deum non colentes, nec facientes
ipsum domini uoluntatem; sed agentes culturam
& uoluntatis domini factionem, ex qui-
bus patrorum miraculorum præstatur au-
toritas. Vnde subdit cæcus:

A seculo non est auditum, quia quis ape-
ruit oculos cæci nati.

Acque dixisset, quod nec renouauit oculos
eos excæcati, & utrunque pariter uerum erat.
Vnde sequitur:

Nisi esset hic a deo, non poterat
facere quicquam.

Omne creatum a deo est, non tñ omnes ali-
quid supra naturam efficit. Attamen omnino
sic est, q nisi qui a deo regeneratus altero sit ba-
ptismatum, miracula non efficit, & habeat uir-
tutes illas uiuificas, quæ uiuere faciūt non per
naturam, sed per gratiam apud deum. Valida
nanq; huius sententiā, q a seculo non fuit au-
ditum, q aperuit quis oculos cæci nati, quam
in posterū ipse dñs confirmauit, dicens: Si ope-
ra nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit, pec-
catum non haberent. Et nisi esset hic a deo, nō
poterat facere quicq. Credebat iste cæcus le-
sum esse prophetam, esse sanctū, a deo missum,
ab ipso auctoritatem habentem; non tñ crede-
bat esse unigenitum dei filium incarnatū. Nō
dñ in illam credulitatem ascenderat, sed ascen-
dit. Attamen optimè nouerat, quod omne bo-
num & opus omne laudabile supra naturam
factū, præterq; a deo esse nō potest. Et ipse de-
us ait, nō in eo quod homo, sed in eo quod de-
us erat: Sine me nihil potestis facere. Sed depra-
uatae hominum mentes, ad ueritatem non as-
surgunt cum audiunt, nec ipsam uolunt cre-
dere, sed aures auertunt; & cum conuincunt,
insiliūt in prauitatem. Quam audiētes Iudæi,
responderunt & dixerunt ei: In peccatis
natus es, totus, & tu doces nos? Et eiecerunt
eum foras.

Conferuntur isti originale peccatum, cum
dicitur nati hominem in peccatis, a quibus nec
ipsi liberi erāt. Aequa quē erat & est oim cōdi-
tio, nascentium in traductione maculæ origi-
nalis. Nec repugnat ei quod supra dictum est
a saluatore, quod nec hic peccauit neq; paren-
tes eius, scilicet ut cæcus nascetur.

Aliud aut est, esse pccōre; aliud, nasci in pec-
catis. Vnū nō fit, nisi pua uoluntate; aliud in ois
bus agit ex originali ppetuata & dānara ppri-
gine, nisi aliquos spū sanctus excipiat. Sed si in
peccatis natus, non debebat docere aut dicere
ueritatem audientibus, nec ipsi scribæ & pha-
risæi, aut quicunq; mortales doctrinare debe-
rēt, cū in peccatis oēs parit oriānt. Esti ab hoc
liberant renati, nondū tñ erant illi pessimi pha-
risæi; q de audita lege psumentes, nō credebat
deum aliter posse infundere in cordibus hoim
ueritatem, uelut obliuī prophetarum, qui supra
& pter legem multa p inspiratiōem a dño ac-
ceperunt, & contumaci atq; impatiētī animo
hominem uera dicentē, foras templū eiecerūt.
Ecce anathematizatus pro uero, apparet, ex

communicatusq; pro Christo, qui etiam p ue-
ritate a Iudæis sapius est eiectus. Nihil scelera-
tius in hominibus, quam ad ueritatē fieri & esse
rebellem, & propellere ipsius doctorem. Fa-
ctum fuit hoc ad augmentum criminis Iudæ-
orum, necnon & uero & malo præfatio futu-
rorum, quoniam hæc acta in Christo legimus,
& quotidie aguntur ab iniquitate firma-
ris. Sed optandum est anathema fieri ab homi-
nibus pro Christo, si ueniat quod huic cæco
contigit, qui a Iudæis & ab eorum templo eie-
ctus, in dei filij notitiam uenit, in cuius nullus
uenit aut ueniet Iudæorum, nisi reliquerit Iu-
daismum & templum. Oportet egredi ab ipso
rum cæremonijs, & a lapidibus diuendi tem-
pli, & ab omni cortice literarum, qui dei filij
cognitiōem habere decertat. Eia euge, anathe-
matizate pro Christo, qui te ad fidē suscepit,
& non timuisti, sicut tui parentes inaniter ti-
muerunt, & meliorem partem ratus pro Chri-
sto pati supplicium, quam remanere in amicitia
cum perfidia Iudæorum.

Nam audiuit Iesus, quia eiecerunt eum
foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu
credis in filium dei? Respondit ille & di-
xit: Quis est dominus, ut credam in eum?
Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui lo-
quitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo
domine. Et prociens, adorauit eum.

Studuit Iesus pro se anathematizatum so-
licitè inuenire, quoniam sibi cura pia est & in-
defessa sollicitudo, sup eos q ab hominibus sui
causa pelluntur; & in suum consortium traha-
re nititur, quos propter eū a congregatione ho-
minum cognouit auelli; a quibus nisi auellant,
& ab eor; perditis moribus saltem animo sepa-
rent, in dei filij cognitionem non ueniūt. Por-
rō cognitionem diuinor; merent accipere, qui
pro Christo uoluntariē se ab hominibus segre-
gant, aut qui patientiam tenentes in animo, in-
uite pellunt. Proinde cōtemplanda est hic pia
dignatio saluatoris, reddentis retributionem
excessiua pro iniurijs collatis. Inuenit, quia qsi
uit, eiectus. Scrutaū & interrogat si credit in
dei filium, pro q sciebat expulsus. Non quæ-
rit ut nescius, sed interrogat si sibi credēdi adest
uolūtas, cum adit ipsa facultas, & hoc quoq;
Christus prænouerat. Sed si corde credit ad iustiti-
am, ore fit cōfessio ad salutem, ex hoc oris con-
fessio quærebatur. Reinterrogat cæcus de tan-
ta excellentia & altitudine dicti, si esset dei fili-
us, cum Iudæi negat filiationem in diuinis pa-
riter & paternitatem, & si est, si conuersatur cū
hominibus super terram. Anceps uerbum, sic
interrogare cogit; dulce tamen audire, quod
fit filius dei. ad credendum in eum, suapte de-
clarat eum Iesus, innotescens ei & dicens:

[Et uidisti eum, & q loquitur tecū, ipse est.]

Eia domine, quid est homo, quia innotuit
sti ei? quid filius hominis, quod tanti reputas
est, ut per fidem in uia ista uelis ab ipso cogno-
sci, ut demum aperte ab ipso cognoscaris in pa-
tria? Dignatio ista est altissimi, non dignitas aut
meritum hominis imi. Hoc potissimum uita,
moribus, doctrina, parabolis, miraculis, inten-
debat Iesus, ut etiam humanatus dei filius cre-
deretur; & uolebat ab hominibus sic agnosci,
qui dignatus fuerat sub cælo pro hominibus
temporaliter nasci, & cum eis uisibiliter con-
uersari, ad æternitatem alliciens, factus in car-
ne temporalis æternus. Cæco labore tam ma-
gna hæc diuina humanè, tam parua humana
diuine fecisset, si nō innotuisset per fidem mor-
talibus factus mortalis æternus, non ut esset
semper mortalis, sed ad tempus, destructo tan-
dem mortis imperio, nos mortales ad uitā re-
ferret ex mortuis. Itaque illuminans primò
corpore cæcum, maiore nunc & inuisibili lu-
ce mētem perlustrat, trahens ad credulitatem
sui, se asserens in carne, non per carnem, filium
dei. Veruntamen cum fidem nulla uirtus deo
placita præcedat: quia ut ait Apostolus, Sine
fide impossibile est placere deo; ipse qui ad cre-
dulitatem inuitauit, gratiam sibi qua crederet,
præstitit. Sine merito enim proprio, fides ipsa
tribuitur. At ille per gratiam fide tributa, ait:
[Credo domine,] scilicet te uerum esse fili-
um dei. Et in signum credulitatis ac in prote-
stationem excellentis crediti, in ostensionem
subiectionis, ad latrām se conuertit: quia pro-
ciens adorauit eum, credens eum esse uerum
unigenitum dei filium, in hunc mūdum in hu-
manitate missum pro omnium salutē mortali-
um. Et quoniam sic credebat cæcus Iesum mis-
sum, ita sibi se uenisse testatur, dicens:

In iudicium ego in hunc mundum uen-
ni, ut qui non uident, uideant: & qui uis-
dent, cæci fiant.

Hæc cōtra scribas & pharisæos dixit, qui
cæcum eiecerant, & sapientes se arbitrabatur.
Considebant in literali legis scientia, & sapien-
tes sibi ipsis uidebatur. Erant eregione in popu-
lo Iudæorum simplices, & in uniuerso mundo
cæci gentiles; inter quos sibi filius iudicaturus
aduenerat, ut hi qui non uident, uideant, uide-
licet simplices & paruuli malitia, doceantur;
quoniam cum simplicibus sermocinatio eius,
& declaratio sermonum suorum illuminauit,
& intellectum dat paruulis. Et ipse congratu-
lante patri ait: Cōfiteor tibi pater domine cæ-
li & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pa-
ter, quoniam sic fuit placitum ante te. Et Chri-
stum per fidem agnouit populus nationum.
Et gentes cognouerunt gratiam dei, cuius rei
ueritas in propatulo est, cū reprobatā maneat

Hebr. 10.

Matth. 11.

synagoga, & fulgeat ecclesia collecta de gentibus. Videntes qui erant, aut sibi uidebantur de populo Iudæorum, obcæcati sunt, quoniam Iſaias dicit: Væ qui sapientes estis in oculis ueſtris, & coram uobis metipsis prudentes.

Isa. 5.

Ierc. 4.

Isaie. 44.

1. Cor. 1.

Abd. 1.

Iohan. 12.

Isaie. 6.

Et alius propheta dicit: Sapientes sunt ut faciunt mala, bene autem facere nesciunt. Et alibi: Conuerſens ſapientes retroſum, & ſcientiam illorum ſultam faciens. Et alibi dicitur: Perdã ſapientia ſapientium, & intellectum prudentium reprobo. Et perdã ſapientes de monte Eſau. Er iterum: Excæcauit deus oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, nec intelligent corde, & conuertantur, & ſanentur. Perſpicuum igitur eſt, Chriſti Ieſu iudicio factum eſſe, quod qui nescire uidebantur, ſciunt; & ſapientes ſibi, reprobi facti ſunt. Quam ſententiam audientes ex phariſæis qui cum ipſo erant, dixerunt ei:

Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum ueſtrum manet.

¶ Habet omnino inſertam ſuperbiam, ſe habentem credere quo caret, atque præſumptio incorrigibilis eſt. Aequè autem malum eſt, in ſitum uitium æſtimare propulſum. Quo uitio laborabat peruerſitas Iudæorum, credentium ſe habere ueram ſcientiam, uerum lumen, quibus carebant: & contumaci præſumptione ſalebant ſeipſos, credentes illam abeſſe cæcitate, qua omnino eorum mentes caligauerant. Porro melius cognouit medicus inſirmitatem hominis, quam ægrotus: magiſter imperitiã, quam ipſe diſcipulus. Sic & omnium conditor magis nouit quid perfectionis, quid imperfectionis, quid uel malitiæ in ſua creatura lateat, quam ipſa cognoscat. Ob hoc, inquit, ſi cæci eſſetis, non haberetis peccatum, alia intentione reſpondens, quam ipſi quaſierunt. Nam ipſi credebant ſe habere ſcientiã, & carebant, illa dumtaxat, quæ mentes illuminat. Habebant autem & peritiã legis, quã ſi non habuiſſent, nec eorum peccatum tam graue maneret: ac ſi non ex ignorantia, ſed ex certa ſcientia deliquiſſent. Non in eo ſolum, quod Chriſti quærebant ad mortem, quia in hoc ab ignorantia ſunt detenti: ſed in eo quod Chriſti ex inuidia perſequebantur, cuius opera irreprehenſibilia erant. Et alia innumerabilia mala faciebant contra cognita legem, firma ſtante ſententia, quod peccatum cognoscarur per legem, ut ait Apoſtolus ad Romanos: Peccatum non cognouit niſi per legem. Ac per hoc aduertendum eſt, quod ſcientia peccatum exaggerat, & neglecta ignorantia non excuſat.

Rom. 7.

¶ De ambulatione ſaluatoris & Petri ſupra mare, & liberatione Petri mergentis, & quibusdam

miraculis factis. Quid capiatur ex typo ex his, ſecundum Mattheum, Marcum & Iohannem.

Ca. XXIIII.

Duo diuerſa in patriã eſt miraculi ad inuicem contenerunt, corpus ſolidum & graue, fluxibile & magis leue: unum ferens, aliud latum: neutrum mutans ſuam naturam, ut ſolidum & graue rareſceret, exiſteretque leuius, neque fluxibile & leue in ſoliditatem tranſiret, ſed utrunque ſeruabat ex primordiis inſitam a deo naturã. Corpus Chriſti & Petri ambulabant ſupra aquas, non quod aqua ſolidaretur ad ſolidum corpus, neque arte natarotia incedebant, neque agilitas aſſumpta ſuperebatur aquis, neque phantasma fuerunt corpora illa, ut cogitatum eſt: alioquin falſitate haberet euangelium ſanctum, & falſum crederetur, quod carnem ueram aſſumpſerit dei uerbum. Nam ſi duo iſta corpora inuicem ſibi in ſua natura ceſſiſſent, Petrus hæſitans neque mergi ceſpiſſet. Si agilitate reſurrectionis dotem accepiſſent, etiam Petrus non fuiſſet ſubmerſioni uicinus. Et ſi de Petro nulla uideatur oriri cunctatio, quod miraculoſum fuerit pro eo modico quo ambulauerit ſupra mare, & ſuæ inſidelitati imputandum quod merſerit: de Chriſto non uideatur, quod ſic fecerit, ad miraculum dari, cum in eo eſſet agilitas ex omnipotentia uerbi aſſumpti. Veruntamen ſidenter dixerim, quod miraculoſe hoc facere uoluit adhuc mortalis, non ex illa dote gloriſicati corporis, quoniam poſt illam generalẽ reſurrectionem non dicitur miraculum, ſed beatum, quicquid fiet in corporibus ex illis dotibus, quibus per beatitudinẽ ipſa corpora dotabuntur, ita ut ipſum beatum eſſe, non ſit miraculum, ſed beata natura nunquam in aliud commutanda. Nec in ſignificatione erit, beatum eſſe, ſed tantum id, quod beatum erit: nunc uero miracula in ſignificatione ſunt, ut aliud oculis, aliud intellectibus inuuant. Nam poſt miraculum quinq; panum, cum compuliſſet diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, & ipſe aſcendiſſet in montem ſolus orare, & tenebræ iam factæ erant, & non uenerat ad eos Ieſus, et nauis erat in medio mari, et ipſe ſolus in terra. Mare autem magno uento ſtate exurgebat, et nauis portabat magnis fluctibus. Et uidet eos laborantes in remigando, erat enim uentus contrarius eis. ¶ Ois uita hois, quã ars nautica eſt, agens quæ tidie impermiſſe incertã nauigationẽ in certifiſimo pelago, nesciens in quẽ portum ſit ipſa uentura, præterquam in portum turbatum mortis, ubi eſt conſtituta domus omni uiuenti, quæ undique cellis flantibus quatit. Per amplius aſit ipſa uirtutum arx, in pcelloſo pelago conſtituta eſt, qua diſ-

gitur iter in cælum. Exurgit mare ſtante uento: quia omnis inquietudo ex tentationibus crebris intumefcit. In medio mari apoſtolica nauis exiit: ad æquanimiter tolerandas tribulationes, fides parata cenſetur, inexceptuatẽ recipientis ſiqua ſunt animæ nauantia mala. Et ut omnes intueantur eccleſiam nõ declinare in partem, utriuſque partis, ſi medium tener, iactatur ipſa fluctibus. Inuitabiliter neceſſarium eſt, quod agit pro cellis undofis nauiculam mare, cum uentus irruerit: & eccleſiam ſeu quamlibet animam in ueritate quieteſcere, impoſſibile dixerim, cum tot ſint aduerſantia fidem, totque obſtant propoſito cuiuslibet animæ tendentis in cælum. Iactatur fluctibus maris pelagorofa nauis: & eccleſia terrore tyrannorum perſecutione inſidelium, inſidijs hæreticorum, improbitate peruerſe uiuentium, in deſinenter iactata eſt, antequam deueniat in ultimum portum. Omnis anima inſignita fide, ſuo deſiderio tendit in uiſum, & in illam ueritatem quam credendam acceperit: ſed antequam de mundi pelago eruat, uaria & multiplici quatitur ualidine tempeſtati, ut nunc in ſeipſa uelit aut nolit quod eſt agenda uirtutis: nunc delectet agere, nunc tabelcat: nunc lætitiã, nunc traxio agere, nunc conſumat: nunc hæſitet, nunc conſidat: nunc properet, nunc quaſi deſperatio torpeſcat: & in ſuis uotis aut non placitis, ferè ſemetipſam deprehendat. Quid uero inuiſibiliter ab inuiſibilibus hoſtibus patiat, incomprehenſibile proinus eſt. Qui nunc in illam arietant fidem, nunc ſpem, nunc ipſam uentilant charitatem: nunc ad ima deprimunt, nunc ad alta ſubrolunt: nunc quaerunt qualiſcunque uitij, nunc ipſas uirtutes auertere: & non eſt quod ueritas, ubi non inuenias tibi aduerſum. Semper & ubique ſtat omnis negotio noſtra, mare ſibi apertum eſt, quod ſolicitari uentorum ſtatibus poteſt. Proinde labor in remigando: quia uentus contrarius. Id enim agere nititẽ omnis intentio deamon, ne ſalutis deueniamus in portum, a quo ille nauim propriæ uoluntatis uelo erecto, maioris excellentiæ potiendæ impleto uelo, ſtante ſuperbiæ uento, nunquam reuerſurus abſceſſit. Magnus labor, uelle ſuperare uentos in aqua fortitudine remigandi. Non enim habet nauticum ædificium ſtabile fundamentum, & uentus in ſuis impulſibus non laborat. Latera quidem hominum in remigando ex labore laſſantur. Superabantur hi a contrarietate: & nimietate uentorum, niſi diuinitus eis fuiſſet prouiſum. Inuiſibiliter iſta ſunt in arte nautica ſpiritali, ubi uoluntati bonæ, uelut uentus contrarius, aduerſatur ipſa uoluptas, & omnis humana felicitas, & diabolica hoſtilitas, & laborare opus eſt ad uincendum. Non ſuperantur uitia, ſatan, caro, mundus, minæ, terrores, tormenta, timores, proſperitates, aduerſita-

tes, blandimenta, ſine labore hominis utriuſque. Sed nec ſufficit labor noſter adhibitus ſiendis, niſi ſuperna gratia pro nobis coſtigat ab alto, & aſſiſtat laboribus noſtris, ut ea quæ ſunt neceſſaria perſiciamus, uelut ipſe Chriſtus prædixerat: Sine me nihil poteſtis facere. Nec abs re uentorum, ſcilicet tentationum, excitatio credenda eſt. Scriptum eſt enim: Qui facit uentis pondus. Pondus uentorum, utilitas tribulationum eſt, quæ ita in pondere ſiunt, ne ſupra menſuram grauent dorſa ferentium. Fidelis enim deus, qui non patietur quempiam tentari ſupra id quod poſſit, ſed facit cum tentatione prouentum, ut poſſimus ſuſtinere. Et ipſe producit uentos de theſauris ſuis. Si de ſuis occultis uenti producuntur, non ad ſubmergendum, ſed ad probandum humanas uires impellunt: neque ad interitum & damnationem, etiam ſi eueniant, a deo ſiuntur aduerſitates & tentationes hominibus euenire: ſed ad probandam uirtutum, & ad examinationem uirtutum ſeruarum, ut agnoſcamus quid poſſimus, ne ſuppbiamus in nobis ipſis confidentes: & ut fragilitate cognita, inuocemus eum, qui poteſt per ſe non ualentibus ferre iuamem. Si uero aliqui, tentationum aut contrariorum ſubmerguntur altitudine, ſibi adiudicent, non deo ſuper nos ſemper cum prouidentia & miſericordia decernenti, parato exemplo inferre auxilium, ſi non deſiciunt animo in agone.

Iohan. 15

Iob. 28

1. Cor. 10

Ierc. 10



Hinc cum remigassent ſtadia uiginti quinque aut triginta, circa quartam noctis uigilia, uenit ad eos ambulans ſupra mare, & uolebat eos præterire. At illi cum uiderunt ambulantem ſupra mare, & proximum nauis fieri, timuerunt, & conturbati ſunt, dicentes: Quia phantasma eſt. Et præ timore clamauerunt.

¶ Ad designationem, quod modicum contra uentum proſecerant, ponitur numerus ſtadium: & apparitio in quarta noctis uigilia, ostendit eos per toram noctem in laboribus exiſtiſſe, cum a ſerō iactari fluctibus nauicula incepiſſet: & ſi erat in medio mari, plus uiginti quinque uel triginta ſtadijs diſtabat a litore: niſi largè accipiat modum, aut intelligamus retroerſam nauẽ contraria impulſiõe uentorum. Quadrupartita noctis uigilia, dum excubabat in caſtris militaribus, ſumpſit exordiũ, & hmoi nũcupatione accepit: & quarta uigilia nõ habet ſuſceſſu aliam noctis partem, ſed aurorã et luminis claritatẽ,

diem uidelicet quo uidetur quæ celabantur in nocte. Et nisi nauigatio q̄driformiter turbata fuisset, non aduenisset ille qui poterat imperare tempestatibus, & inferre quietem. Qui nec resuscitauit Lazare, nisi quadriuanū etiā & hoc tenet. Omne humanū genus nauigat mūdi æq̄re, in quo uentus multiplex nauigio aduersat.

Ioh. 11.

Et in prima uigilia, in originali scilicet mundo, magno labore remigatum est, cum illa æra te p̄deunte, omnis caro corruerat uiam suam, ut uix ois animæ saluarentur ex aquis, in illa prima rate centenariæ editionis.

In secūda uigilia, multo labore sudatū est cōtra uētum cœlestinæ p̄sbiæ, cōtra uētum primæ tyrannidis, primæq̄ idololatriæ, cōtra uentum sœuæ p̄secutiōis in patres, in eos q̄ nati fuerat ex illis, q̄ ob uictū descēderāt in Aegyptū.

In tertia, cōtra uētum differētiæ illegalium ad legales, & cōtra uentū firmatæ idololatriæ in orbe terrarū, per illos principes qui undiq̄ illum tyrannica usurpatione premebant.

In quarta, contra incertitudinis uentum, quis mundi conditū seu creati dominus esset, cum unus in omni orbe monarcha cerneret homo. Et cum uentus ualidus inualuisset, ut homo p̄ deo ab hominibus coleret, in ipsa quarta uigilia saluator mundi apparuit, resculpsit uentum, fecit tranquillitatem in his, qui cum in fidei nauicula susceperunt.

Et mutatis conditionibus mundi ex aduentu filij dei, quædam alia nox cōstituta est eregi one noui diei & sanctificati, nobis illuſcentis ex incarnatiōe uerbi; cuius uigilię quatuor sunt in q̄bus cōtra magnos impellētes ex aduerso status, in arduis laboribus remigatū est.

In prima, contra uentum circūciſe incredulitatis.

In secūda, cōtra uentum idololatriæ p̄putij, agentis in autoritate terrorem, tyrannicē inferentis fidelibus mortem.

In tertia, contra uentum subtilissimæ argutionis hæreticæ prauitatis.

In quarta uigilia, maiori labore remigatur contra mundanæ atq̄ multiplicatæ delectationis & sensualitatis uētum, in qua expectatur saluator suo ineffabili modo supra mare appariturus, & daturus nauiculæ suæ atq̄ in illa remigantibus, sua benignitate tranquillum.

Luc. 24.

Sed q̄ in apparitiōe ista facta discipulis, uolebat eos p̄terire, more fingēdi dictum est, sicut uobis fecit post resurrectionem, fingens se longius ire. Sed illi clamauerūt, uidelicet uocibus incertis & dubijs. Indistincta protinus & dubia uox, timorem intrinsecum demonstrat adesse, quem habebat uidētes proximum nauiferi, & cogitantes in corde adinuicem proferebant, quia phantasma est. Locut, tempus, negocium, periculum, insolita res, ignorantia, timoris cumulum faciebant. Sed dictum falsum, eti-

am ad p̄sagium futurorū malorū fuit, q̄ Ch̄s esset phantasma, quem paulo antē corpulentū & palpauerunt, & uiderunt de illa multiplicatiōe panum manducare cum turbis, q̄ hoc euāgelicus sermo non explicet. Atq̄ sic est ad orisionem naturæ humanitatis assumpsiōe, sine cunctatione credēdum. Sed quia nesciebāt esse Ch̄m illam formam, quam de nocte uidebāt, anticipi uisu tenebris obsidentibus hemisphærium nostrum, dicebāt esse phantasma, re autē uera Ch̄s erat. Sic à plerisq̄ hæreticorū creditum & dogmatizatum fuit, q̄ Ch̄s esset phantasma, & q̄ non assumpserit uerū corpus. Plurimi gētilium pro phantasmate habuerūt omnē sui uitam, pro eo q̄ turpiter fuit clausa p̄ crucem. Et multorū Christianorū improbitas p̄sumpsit & adhuc p̄sumit in phantasmate deducere uitam Ch̄i & cœlibes mores eius, ab horrens uilitatem, humilitatem detestans, nihil opendens uirginitatem, paupertatem uelut rem impertinentem accusans, execrans abstinentiam, fastidians sanctam crucem, & omne uestigium uirtutum & morū eius uelut phantasmam aspernās, non q̄ in Ch̄sto ista gesta non sint, sed non expedire mortalibus nitentibus ad salutem, postq̄ Ch̄s caput omnium nostrum, pro nobis omibus in se ista suscepit. Sed nō aduertit ista peruersitas alias sententiās saluatoris: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et alibi: Qui uult uenire post me, abneget semetip̄m, & tollet crucem suam, & sequat̄ me. Et, q̄ amat animā suā, p̄det eā. Et, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Veruntamen cum tali timore atque falsa opinione discipuli tenerentur, Saluator locutus est & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere.

Non patiebatur amplius pietas saluatoris, q̄ discipuli sui in remigando amplius laborarent, aut illuderent. Loquit̄ eis, ut quem nō cognouerant per figuram, p̄ loquelam agnoscerent. Et agit hoc in experiētiā rei, q̄ nox adimit certum uisum, & notū reddit incognitum. Et notus in nocte p̄ uocem cognoscit, q̄ p̄ speciem ignotus habebat. Et in mysterio nostræ fidei est, q̄ per uerba notū habemus Christum, quem in specie nuncq̄ cōspeximus: quia fides ex auditu, auditus autem p̄ uerba. Dat loquendi confidentiam, & loquendo innotescit: quia ipse est qui mare conturbari permisit, ipse qui eos ascendere in nauiculam iussit, ipse qui panes multiplicauit, ipse qui pauit, ipse qui eos elegit, & discipulos suos fecit: ipse qui ueram carnem assumpsit, non phantasma se hominibus dedit. Loquendo auferit timorem, passionem mentis acerbē turbantem. Confidite, non in uobis, sed in me. Si ego sum, cur timetis? Nolite timere, ego sum q̄ tradidi uos in uexatio-

Matt. 14.

nem hęc, ut cognoscatis uestram fragilitatem, & à quo petere debeatis auxilium: non diu p̄mittam, si in me, non in uobis, critis confidentes. Petrus quidem recognoſcens uocem domini, adhuc hæsitās de p̄sona, in amore tū ueniendi ad Ch̄m factus, in seipso experiri petit. Proinde respondens Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me ad te uenire super aquas. At ille ait: Veni.] q̄ supra naturam, sensum, rōnem & usum, signum de Christo Petrus exposcit, ut ad eum perueniat, non uictus nauigio super aquas. Et magnam iam potestatem Petrus in Ch̄o credebatur, q̄ imperio uerbi sui possit super undas uelut sup̄ solidū ambulare. Sed maiori miraculo extat tota terra fundata ab exordio super aquas. Veruntamen magno in iudicio futurorū, facta est ista petitio potius & cōcessa: quoniam sicut arca Noë figuram gestans ecclesiæ, lata fuit diuino imperio super aquas, super omnes montes elatas: sic ecclesia super aq̄s persecutionum, tribulationum, hæresum, & quarumcunq̄ impugnationum supermatans, Christi imperio ambulauit: nec inter tot turbines & rheumarum reuolutiones huius seculi feri maris, nisi Christo iubente, perueniet ad ip̄m. Et in argumento ad omnem fidelem animam factum est, ut aliter super t̄tationū aq̄s ad ip̄m nō ueniat p̄terq̄ p̄cæperit. Nam de nauicula descendens Petrus, ambulabat super aquas, ut ueniret ad Iesum.

Luc. 36.

Rem. 5.

Gen. 1.

Psal. 28.

Efficax Christi uerbū, efficax fides Petri: unum in p̄cepto, alterū in effectu. Reciprocabat p̄ceptum ex ipso, cum ad hoc esset, ut Petrus ad se ueniret. Et obedientia reciprocabat in Petro, ut sua utilitate pueniret ad Christū, ad quem nisi super aquas baptismales aut sanguineas in testimonium fidei effusas, seu super aquas mūdas sp̄s sancti desuper inuise dilapsas, sicut scriptum est: Effundam super uos aquā mūdā, & mūdabimini ab oibus iniquitatibus uestris: aut super aquas tentationum & tribulationū, non peruenitur ad Christum. Ambulat ecclesia fidelis, ambulat anima que libet deo dedita super aquas: quoniam sp̄s dñi ferebatur super aquas. Et charitas dei diffusa est in cordibus nostris per sp̄m sanctū, qui datus est nobis. Ac per hoc si sp̄s sanctus datus est nobis, & ferebatur super aquas, ipse idem ergo est, qui nos p̄cepto Iesu super aquas absque uehiculo uehit, aut matras quidem per omnem modū in typoq̄ susceptas, quas aliter q̄ per dei auxiliū saluatoris iussu non sit possibile pertransire. Et uox domini super aq̄s, ne subuertant fideles hominum mentes. Quanc̄q̄ per aquas multas etiā populi multi intelligantur: inter quos, cum uariē inhorrescūt, nō trāsi-

tur ad portū, nisi saluator ipse coerceat. Et super aquas dñs uirtutem ostendit, cū in manu Moyſi & Aaron cōuertit in sanguinem, uelut in iusticiam ultiois ad terrore Aegyptiorū, ut trāsi re permitterent dei populum. Necnon & diuisæ sunt aquæ iussu dñi, ut eius populus transiret illæsus, & redactæ ad submergēdū populū insequentē. Vigilat̄ ȳbo dictū est, etiā altiori mysterio, q̄ pro tunc intellexit ille qui dixit:

Exod. 7.

Exod. 14.

Domine, si tu es, iube me ad te uenire super aquas.] Quoniam si Ch̄s nobis est dominus, auxiliator & dux, si nos ipse ad exercēdū uirtutem & ad meritoꝝ auxelū dispensatiōe agitari p̄mittit in ipsis aduersis quæ patimur, nō relinquit quin manū porrigat adiutricem. Sed si sine nostro demerito tradidit, occulto suo, sed iusto iudicio, sine & periclitari: quoniam hoc interest in electos & reprobos, intrinsecis aut manifestis agitatoꝝ procellis, quod illi probantur & liberantur ad p̄mium, isti ad supplicium superari sinuntur. Petrus quidem sic iussu saluatoris in p̄stita fide ambulans supra mare, uidensq̄ uentum ualidum, timuit: & cum cœpisset mergi, dixit: Dñe, saluū me fac.

Ip̄am ipse uiderat uentum ualidum, contra quem cum cæteris conabatur in remis, quia erat contrarius eis. Quid igit̄ est, q̄ nūc in mari ambulans, uentum ualidum uidit? Quia quoties quis nitit̄ in magis ardua & maiora, uehementius quatitur atq̄ impulsu dæmonum agitatur. Nam nemo ita sentit imperus uitioꝝ, q̄ ille q̄ eis rebellare disposuit: nec uirtuti aduersantia melius quis agnouit, q̄ ille q̄ in eis statuit operari. Arte homines nauigant in mare, non natura. Hic recessit ab arte, non naturæ se committens, sed fidei: ut plus in illa faceret, q̄ in natura uel in arte. Sed merito uentū timuit ualidū, cum aliq̄n irruens à regione deserti, deiecerit domum conuiuij filioꝝ Iob. Sed etiam & demerito timuit in p̄sentiā, & ad iussu saluatoris, quia cœpit mergi. Ex defectu quidem si dei timor aduenit. Proinde ambulauit Petrus supra mare in iussu saluatoris, in defectu uero suæ fidei mergebat. In uirtute Christi superamus tentatiōes & uitia, & in uirtutibus operamur. Ex nostro quidem defectu subiacemus uitij, & procul à uirtutibus stamus. Clamat male patiens, & perditioni proximus, de se diffusus, de saluatore confusus:] Domine, saluū me fac.] Sic & scriptura docet esse clamandū: Deus, in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua libera me. Et experientia plurima factum est, q̄ q̄ clamāt in ueritate ad dominū, liberantur, sicut ipse pollicitus est & effectus. Hinc Dauid ait: Voce mea ad dominū clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Et alibi: Dominus exaudiet me, cum clamauero ad eū. Et iteq̄: Et clamauerunt ad dñm filij Israēl cū tri-

Iob. 1.

Psal. 53.

Psal. 5.

Psal. 4.

Psal. 106.

bularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Sic liberauit & Petrum.

Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti?

¶ Festinat ipse in auxiliū oppressorū. Nam si non festinaret, ab initio existeret homicida cōfoderet, q̄ nescit malefaciendo moras innectere. Sed p̄uenit auxiliando saluator, antequā compleat suam semper iniquam uolūtatē, quam ipse ab iniusto iustē in uexando cōuenire p̄misit, & manum porrexit ad manum. Manus sua ualida erat, potens & extensa: Petri autem infirma, sed in diuina, cum apphensa fuit, roborata manu. Infirma est oīs humana potētia & deperit, cum uexat & agitur aduersis: solidat & adiuuat à diuina manu, cum eius in ueritate inuocat auxilium. Atq̄ arguit de modicitate fidei Petrus, qua insistente, mergebat sub undis. Et merito arguendus erat, cum non potentia naturæ, non arte natandi, cum homines non à natura, ut alia animalia, imò ex arte nantent: non sua uirtute, sed tantū saluatoris iussu & in eius fide de nauī profuisset in mare. Cur deficit in fide, in qua se dedit in turbatum fluctibus æquor, si nō defecerat ille iubēs? Habebar ipse fidē, sed modicā, & ex modica ipse dubitauit. Cur modica de tam magno? Cur dubium de exptō? Cur titubatio de illo, qui defecit nescit ei qui sibi credēdo non deficiat? Nō arguit Petrus q̄ non utit̄ uiribus suis: infirmæ quidem erant: sed arguit, cum hæsitauit in uiribus saluatoris. Modica fides dubium fecit, dubium timorem adduxit. Timor impellebat in submerisionem, sed spes eum ex toto nō deseruit, ex qua clamauit ad dñm, ut serua res ab aquis. Modica fides, causa est delictorū & criminum. Omne quidem p̄ctm̄ aut delictū, non tm̄ ab insita fragilitate p̄cedit, quantum ex defectu uirtutum: quas, si uolumus, habertim in anima nostra operat̄ altissimus. Omne q̄d nō est ex fide, p̄ctm̄ est. Et ex modica fide timemus nobis ex mūdo, nō tñ ex inferno, nec à separatiōe à deo. Ex modica fide negligenter ambulamus in uia dei, ac si nō esset retributio meritorū. Vbi dubitat̄ ex fide, omnia euanescent. Liberato à fluctib⁹ Petro, uoluerūt illū accipere in nauī, ut sicut Petrus, sic liberaret & ratē.

Ipse autem saluator ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus.

In quam animam Christus ascenderit, non possunt tentationes aut quælibet tempestates immergere. Secure incedit, qui Ch̄m uehit in nauicula cordis sui: nec timet à spiritibus procellarū, nec retrogradit̄, sed in anteriora p̄cedit, & ideo applicat̄ ad terminū ad quem itur. Et enim ista nauis in quam Ch̄s ascendit, statim fuit ad terram ad quam ibat, scilicet Genesareth.

Nec dubitū, quia uehens Ch̄m, à Christo uehementius uehebat. Omnis anima illū uehens, uehitur, quo feliciter deuenitur in portum.

Sed qui in nauicula erant, uenerunt & adorauerūt eū, dicētes: Vere filius dei es.

¶ Non habebant quid amplius impenderēt tam perito gubernatori, præterq̄ reuerētiam adoratiōis, & confessionem ueræ fidei, q̄ esset filius dei. Et hoc est primū atq̄ præcipuū q̄d à nobis exigit Ch̄s, ut eū credamus dei filiū gērnū, in tēpore incarnatū, & per adoratiōem laetriæ ueneremur, abiectis idolis & multiplicatis per homines dijs: quoniam omnes dij gentium dæmonia. Mix ualdē, q̄ isti Hebræi genere, patria Galilæi, qui tantū unum deū promulgatione legis audierant, sicq̄ tenebant: de trinitate sermo nōdū eruperat manifestus, de æterna generatione scriptura tacebat, silebat & lingua: q̄ igit̄ motu, cōsistent̄ isti hūc esse filiū dei? Nondū hāc inauditam à seculo supernam doctrinam ex eius ore perceperant. Sed qui præstitit in ambulatione supra mare, in Petri liberatione, in uenti cessatione signum, præstitit & fidei intellectum. Et quo se sic exegit ut homo confiteret̄, sic fecit ut crederet̄. Aliter non potuisset esse ex ore uera cōfessio, nisi prout erat in corde credulitas, quam solius dei erat infundere, non hoīm erat docere. Et pia obseruatiā custodia præceptorū legalium merebat̄ in hominibus credere dei filium humanatum. Simplex q̄dem & inexceptuata credulitas & ueritate firmata, cum dicitur: [Vere filius dei es.] Quam confessionem cum ab ipso interrogarentur discipuli, quem dicerent hoīes esse filiū hominis, Petrus pro oībus r̄dit q̄ esset uerē filius dei. Nec credimus hanc confessionem adoptione aut imitatione factam, sed in illa ueritate qua filius dei est. Etenim in ueritate ista confessio facta est, q̄ ab æterno sit filius dei, non aliquo semine filiiandi.

Et plus ac magis intra se stupebant, nō enim intellexerant de quinq; panibus.

¶ Stupor erat ex gestis insolitis, nec aderat præteritorum memoria, quid magnum de q̄nq; panibus & duobus piscibus fecerat.

Erat enim cor eorum obcæcatum.

¶ Exagitationū uehementia quas fuerant passi, nondum ex toto ad seip̄s uenerē, scilicet quin stuperent ex actis. Tenebatur cor illo quodam ignorantia uelamento, ne illum agnoscerent: & fortē machinamēto dæmonis obcæcabatur cor, eo demerito quo sibi loquēti, præstantiq; confidentiam, non credebāt, nec intellectum, scilicet memoriā habebant de panibus sic miraculose præacta die multiplicatis. Beneficiorū obliuio meretur poenā, ut intellectus ad maiora cognoscenda claudatur.

Cumq; egressi essent de nauī, continuo

cognouerunt eum uiri loci illius, ac etiam ipsi discipuli, scilicet cognitione solita, nō ad dita ampliori. Omnia in pace melius q̄ in turbine cognoscuntur: propterea nemo miretur, si factibus procellis obtundit̄ sensus, ac si nesciat quod tendat, aut quo sine tentatio terminet̄. Cum istus multiplicat̄ in bello, ad militem miles impellit, & pilis pila minari nō desinit: cū signa nō uergūt, cū signū nō buccinat ad receptū, nō ē de pace cōquirere, nec scire de fine, sed pugnare, ut felix finis obueniatur. Cū q̄d fuerit cessatū à pugna, tunc agnoscat̄ quid perditum, quid adeptum, quid partum in honore, quid in spolijs, quid in corpore toleratum, qd illatum in hoste. Semper sumus in turbato nauigio: sed cum interdum quietis deuenitur in portū, propellit̄ ignorantia, & p̄stat̄ rei notitia melior. Viri qdē regiois illius cognoscentes ex persona & ex uirtute Iesum, nō tñ q̄ uerus deus esset. Ex fide cōcepta percipiunt: & tunc per uniuersam regionem illam cœperunt in grabatis eos qui se male habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse.

¶ Vbiq; deus, sed personam hominis ex sanctitate uenerabantur.

Et quocunq; introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebat̄ inasfirmos: & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimēti eius tangerent. & quotquot eum tangebant, salui fiebant.

¶ Ista expositio infirmorū in diuersitate locorū: sicut introibat Iesus, magnū fidelibus præstitit documētum, ut ibi occurramus sibi profanandis infirmitatibus nostris, ubi se offert cū subuentionibus suis. Nec enim eum præuenire possumus nostra uirtute, nisi primò ipse per gratiam suam præueniat. Ipse præingreditur uicos nostros, uillas & ciuitates, uicinitatem & rusticitatem, & ciuilitatem quam cum uirtutibus & cæteris & proximis nostris habemus, agnoscat. Et nos detegamus de decora inuisibiliū infirmitatum, quauis agnoscat, ponentes infirmos animos in plateis in illa latitudine ueritatis & iustitiæ, quibus sanari possumus. Est & adhuc Christus per sua membra ingredi ens in omnibus locis ad nos, & in sacramentis eum habemus ubilibet, saltem humiliter req̄ratur ad fimbriam contingendam. Fimbria uestimenti Iesu, pars est extremior, terræq; uiciniior, ornatum ad uestimentum faciens, illa uel delict ex arte, non ex natura inuentum, quauis ex naturalibus rebus addita peritia humani ingenij artificiosè agentis, sicut plurima ornamenta. Bonus ornatu erat natura filius dei, pro hominibus factus homo: sed hoc abscondebatur à nobis, sed arte quadam innotuit, ut homo ostendit innocentia ornamentum & ir

reprehensibilis uita, & nihil habens aut agens impertinens, sed quod erat de regulatione uirtutum, in moribus cælestibus cum hominibus uiuens & degens. Hæc fimbria erat aurea: sic & sponsa sibi assistens, ornanda erat, & omnes animæ, dei filia factæ per gratiam, quoniam omnis gloria eius filia regis ab intus in fimbrijs aureis, scilicet sapientia & charitate rubicatis. Quæ præmissis precibus tangenda est, non ausu temerario cōtingenda. Orationibus oportet p̄uenire dona uirtutum, quibus languores & infirmitates nostræ sanantur.

Quotquot tangebant fimbriam, sanabantur. Quotquot tangimus artificiosum CHRISTI ornamentum, quod arte est à spiritu sancto editum, qui omnium est artifex, quod Christus gessit in terris, fide, mente, opere perseverantes usq; in finem, salui erimus. Fimbria ista, ut perseverantiam sonat, ornamentum est uirtutum inuisibilem & uisibilem atque irreprehensibilem actionum: quoniam ipsa fimbria ponebatur in fine cuiuslibet uestimenti, cui erat addenda in designationem perseverantia in ornamento morum, quæ sola inter uirtutes nanciscitur præmium. Quoniam non qui inceperit, sed qui perseverauerit, hic saluus erit. Ipsa est q̄ sola ex agonibus reportat brauiū & coronā. Ipsa est oīm uirtutū & bonorum ultimum ornamentum, quod quicumque tetigerint, salui fient. Frustra sudat eum est in actione uirtutum, si non aderit uel si aberit laus finis.

Etsi aliquando ad agenda bona intercapedo fiat, aut à bono auersus, ad mala quis conuersus existat, redeundum ilico ad intermissam uirtutem, & ad resarciendum intercapedatum tēpus, ut optimus finis adueniat, & sit tacitus fimbriæ, quod promissa salute obtenta, claudatur cuiuslibet ultimus dies. Sed si tangentes illam Christi fimbriam seu uestimentum, salui fiebant à quacunque infirmitate detinebantur, confidamus & nos, qui excellentius à uestimentis & fimbria quid habemus, uerū Christi corpus, quod manu puræ synceræq; fidei & moralis quotidie possumus non corporum, sed animarum contingere ad salutem. Et nemini uolenti denegatur, qui gratiam in ueritate querit, quin possit habere. Etiam manu dictione se offert sanis pergentibus ad ædes, in quibus sacramentaliter agitur: & ad infirmos & inualidos per manus sacerdotales benigne defertur, ut non solum ad ipsum infirmum, sed ipsum ad infirmos accedat, nullis rogaminibus tantum, quam proprijs opportunis.

LIBRI QVINTI DE MIRACVLIS SALVATORIS, FINIS.

PROLOGVS.



PARABOLA facile bo-
lum parat ori & intelligē-
tia nostrae mentis, ut sub
similitudine intelligant,
quae prope tardus non
agnosceret intellectus.

Parabola
quid.

Est etiam parabola co-
paratiua similitudo, siue
negocij ad negocium, siue personae ad perso-
nam, aut status ad statum, quae in designatio-
ne alterius rei quam litera sonet, dicta cogno-
scit, ut intentionem dicentis pronunciet, etiam si
secundum litteram, quod refert, gestum non in-
uenit, cum in multis parabolis ad sensum res
gesta fuerit, sicut credat: in multis uero, quod nar-
rat uerbis, aut scribit litteris, res ad sensum ge-
sta non fuerit: ac per hoc mendacis non cau-
sabitur diceas, si sub similitudine aliquam ue-
ritatem expressit, monuit, aut terruit, aut auer-
tit a malo. Et cum non oporteat litterae inspice-
re ueritatem, & intentionem dicentis subalter-
nariue, omnis lector quod legit intelliget, ut li-
terae ueritatem intentioni supponat dicentis,
non intentionem litteris exaratis. Nam omnis
litterae ueritas, est illud quod autor pronuncia-
re intendit, siue sub similitudine, siue sub pro-
prietate loquendi: siue parabolice, siue per ex-
pressionem: siue per exempla, siue per ratione.
Habet omnis aliquid dicere tentans, litteras, si-
militudines, proprietates, parabolas, aenigma-
ta in obsequium & fingendi autoritatem, dum
modo quod fingitur, trahatur in aliquam ue-
ritatem, seu in morum utilitatem indubitan-
ter deducatur. Necnon & parabola saepissime
parat uela, ut quod dicitur, non facilliter, sed
cum difficultate lector intelligat. Antiquorum
uero sequentes sententiam, maxime graecorum,
in quorum lingua tria scripta sunt euangelia,
quartum uero prius in illam quam in nos-
tram translatum, deinde in nostram de graeca
lingua quatuor euangelia sunt translata, ordi-
ne dicendi alio, parabolam intelligere declara-
mus. Nam *παραβολα* graeco eloquio, nostro, prope
seu iuxta intelligitur: *παραβολα* autem in graeco, in la-
tino sententiam sonat. Erit ergo parabola, quod
non proprie, sed prope appropinquabit illi sen-
tentiae quam autor intendit educere, sed quod
intendit includere in audientium corda siue le-

gentium. Erit etiam ex hoc parabola sententiae
testimonium, uelut si quispiam quempiam me-
chanicam artem docens uerbotenus, aut figu-
ras geometricae artis, cum ille qui docetur, pro-
tarditate intellectus non percipit: exemplificat
manu, quod uerbo tradebat. Nam sicut artes
contubernant solum in anima, non in sensibi-
libus aut sensibus, sed in his solum sunt artifi-
ciales effectus, quas saepe oportet tradere per
similitudines, quae subiectae sunt sensibus: sic
altissimae ueritates & intentiones docentium
atque discipulorum in animabus hominum sunt,
non in parabolis aut similitudinibus: quantum
per similitudines atque parabolas innotescere
oportet intellectibus rudibus, aut uelare indi-
gnis ut non intelligant, seu occultare pro tem-
pore saepe iustis, ut semetipsos cum labore in
intelligendo exerceant, & intellectus noster in
scriptura diuina non solum manifestis, sed etiam
am pascatur obscuris. Proinde non absque ma-
gno mysterio dominus & saluator noster lo-
cutus est in parabolis, quas per omnia ad ple-
num differere sit difficile, cum multa intentio-
ni dicentis atque legentis, necnon & rebus dicen-
dis seruiant cogitatum, quae singularitatem omni-
no non seruiant: uelut ad imaginem faciendam
praeparati colores, quorum neuter habet suam
ram imaginem, & ante productionem in ima-
gine nihil significant, quantum quilibet reprae-
sentat seipsum: cum uero ex eis fuerit imago
pictoris autoritate deducta, non ad colores sin-
gularitatem, sed conglobatam ad imaginem habe-
tur aspectus. Sicut in parabolis & in quibuslibet
locutionibus figuratis, non expedit omnia consi-
derare per singula, sed tantum quod ex re narra-
tione concluditur: alioquin aut in difficultatem
incideremus omnimodam differendi, aut in impo-
tinentem expositionem penitus laborerem. Mul-
ta enim in scriptura diuina significant myste-
ria siue mores, dum symbolum faciunt: nunquam uero
significant singularitatem, quantum & alia multa
reperiunt in scriptura diuina, quae consignant
atque signant, quorum exempla ponere generatim
plexitatem, & maxime ab eo quod sumpsimus tra-
ctandum, auertit. Omnes namque artes aliquid prae-
dicabile habent, quae artificis agenda perficiunt: quod
praedicabile instrumentum multis fulcra appositis, ut
cum illo artifex operetur. Nam terebelli acumen
solum penetrat: sed illo acumine dum penetrat,
non tenet: aliquid autem habet annexum, quod dum
perforat, teneat. Vox est, cuius instrumenta sunt
plura: nullum tamen per se solum uocem uale-
re emittere. Cum autem uox insonuerit, eius
significatio tantum apprehenditur, instrumen-
ta loquuntur. Proinde in huiusmodi locutio-
nibus parabolicis, quid ex eis percipiatur aut
concludatur, est maxime aduertendum. Sed
quia parabolam esse quandam similitudinem
dixi, profecto similitudinem parabolae suppo-

sui: quarum differentiam ad clariorem intelli-
gentiam oportet inspicere: quoniam similitu-
do dici potest inter rationalia solum, & co-
rum actus, inter sensibilia & eorum effectus, in-
ter rationabiles actus & irrationabiles, cum
actus creaturae rationalis, in bono uel in ma-
lo similitudinem habeat ad actum creaturae
irrationalis: inter rationabiles actus & actus re-
rum insensibilium, cum aliquid luci, soli, stel-
lae, lapidi, aut huiusmodi comparatur. Para-
bola uero in euangelio nunquam sumpta est,
nisi rationalis personae ad rationalem perso-
nam, seu rationalis negocij ad rationalem nego-
cium. Itaque hic parabolas solum, alibi similitu-
dines saluatoris, ipso adiuuante, tractabimus,
perparum in eis mysteria & allegoricos sen-
sus, mores uero per amplius indagantes.

¶ De parabola orandi & impetrandi, secundum
Marcum & Lucam. Cap. I.

AT quidem prima parabola domini sal-
uatoris, de petitione seu oratione fuit,
in qua ostendit debitam orandi pertinaciam
& fiduciam impetrandi. Cum enim docuisset
orationem septenarium, imo uniuersalis petiti-
onis, huiusmodi parabolam statim adiecit:

LUC. II.

Quis uestrum habebit amicum, & ibit
ad illum media nocte, & dicet illi: Ami-
ce, commoda mihi tres panes, quoniam a-
micus meus uenit ad me de uia, & non ha-
beo quod ponam ante illum.

¶ Qui omnibus creaturis rationalibus ex
uirtute & ex natura inuisibili amicitur, nisi pro-
pria culpa impediatur, uelut amicum ab amico,
necessitate urgente, rogari se ordinat, dicens:
[Quis uestrum habet amicum?]

¶ Amicus est, qui amicum habet, & habi-
tus amicitiae amicus. Et solum est hominibus,
& consuetudo non noua, quod homo amicum
habet unum & reliquum, ut ex uero alteri ser-
uiat. Et opportunitate agit, ut interdum pro se,
interdum pro amico prestat amicus, unde co-
git subuersionis captare compedia. Ecce quod
suo miro & ineffabili modo creaturis rationa-
libus praue nitendo deus factus est amicus. Igitur
rependingo uelimus esse fidi amici eius, uelut
ei a quatuor uisus uitae necessaria poterimus emo-
lumeta sortiri, necnon nostris prouidere ami-
cis, quos denegare non possumus, qui ad nos
nocte ueniunt, & de uia lassum labore casto, refici-
perunt: quibus quod anteposnamus, nisi ami-
cus omnibus sufficiens deus nobis dederit, non
habemus. Premit enim omnes iusta necessitas,
ut nec nobis nec alijs simus sufficientes tempo-
re opportuno. Ac per hoc uelut nos ad peten-
dum exagitant, parabolam ponit:

Quis uestrum habebit amicum, ut sicut in
amicos temporales peragit, sic inter deum & ho-
mines fiat, quod sicut amicus amicum urgente neces-

sitate sollicitat, sic & nos deum modo ineffabili
amicantem. Causa non modica nos compellit,
ut pro amico minore, sufficiet enim atque maiorem
requiramus amicum omnium uestrorum deum.

Amicus noster, minor est ipsius animi appe-
titus, seu non fultus aspectus, qui per nocte se-
culi lassus de uia, quia secutus est de uia propriae
uoluntatis atque directionis, non fatiatus uoluitis,
non relictus obtentis, ad animi ianuam atque ra-
tionem conuertitur, quaerens unde quietus fiat,
& unde facies. Sed cum animus inops sit & egre-
nus, deum adeat, & impetret quod apponat.

Venit ipse affectus de huius seculi uia, in qua
errauit, in qua se credebat aliquid sufficientiae
habiturum.

Venit de uia, non de illa quae Christus est:
dixerat enim in superna flueta, & in locum pa-
stus aeterni, & in quietem imperturbabilem.

Venit de uia, qua tendebat ad inferos, nisi
retrouerisset.

Venit de uia iniquitatis atque perditionis, uel
lut cum peccator uera poenitentia ductus, reuer-
titur ad iudicium rationis, & omnino male se se-
cisse cognoscens, uerum labentium ex parte defectu,
per se abhorrens uoluntabrum, fatietate uir-
tutum & gloriae refectionem inquiri. De hac
uia similiter & defectu, legitur in sapientia quae
intitulatur Salomonis: Ergo errauimus a uia *Sapi. 5.*

ueritatis, & iustitiae lumen non illuxit nobis,
& sol intelligentiae non est ortus nobis. Qui er-
rant a uia ueritatis, falsitatis uiam necessariam
sunt ingressi. Nunquam nisi per falsum errat a uero.
Errat autem a uero per falsam intelligentiam. Et hominum
appetitus exorbitat, cum quiete in iniquitatis, pa-
cem in bellis, fatietate in uacuis, refectionem
in defecturis, stabilitate in perfunctorijs habere
se credit. In qua uia lumen iustitiae non refu-
get, cuius esurientes atque sitis, saluatore omni-
um asserente, saturitatem obtinent in supernis. *Matt. 5.*

Ait enim: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,
quoniam ipsi saturabuntur. Lassati sumus
in uia iniquitatis & perditionis, ambulauimus
uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus.
Vide uiam de qua uenit amicus, scilicet
nostri animi appetitus. Vide ubi lassatus est:
sed conuersus est, cum eum dei spina confixit.
Dicebat enim David in forma hominis poenitentis:
Conuersus sum in aerumna mea dum
configitur spina. Via iniquitatis, uia est delictorum,
cum per ipsam diuina iussa implere con-
remnimus, quae per iustitiam exequi debere-
mus. Via perditionis, uia est inferorum, cum
quae peccata sequitur in praesenti laedentia, & autem
rem in sine perditione. In his uisus lassatur animi
appetitus, cum nulla sit quiete diuina iussa sper-
nentibus. Recesserunt enim a deo, qui solus homini-
bus potest dare quiete. Et cum labore patrarum
scelerum etiam tenditur ad infernum. Et semper fa-
mem patitur, quae peragrat uiam nequam. *Psal. 51.*

In illa refectōi apta hospitia, sed defectui. Ambulant peccatores vias difficiles, quoniam ad multosq; malos effectus non facile perueniūt. Et omnia laborant in patratione maloz, quoniam instrumenta naturæ, uirtutum & gratiæ ad actiones improprias sunt conuersa: in actiōibus uero proprijs quas omnipotēs indidit, non utiq; laborant. Nihil difficile deus impo-
suit creatæ naturæ. Vias uero & difficiles actiōnes homo peccando peregit. Viam autē domini ignorat, q̄ infami gradit̄ uia, seu qui Christū intelligere neglexit. Adhuc inspicimus intentionis uiam de qua uenit amicus hominū, scilicet lassatus affectus. Quid, inq̄ Sapientia, nobis profuit superbia? quid diuiciarū iactantia cōtulit nobis, dum scilicet per uiam seculi & iniquitatis & perditionis incederemus? Ipsamet omnibus plena sententijs, rationibus & exemplis, propriæ suæ inquisitioni responderet: Transierit omnia illa tanq̄ umbra, & tanq̄ nuncijs præcurrens, & tanq̄ nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cū pertransierit, non est uestigiū inuenire, neq; semitam carinæ illius in fluctibus. Aut tanq̄ auis, quæ transuolat in aëre, nullum inuenit argumentum itinēris illius, sed tantū sonitū alasq; uerberans leuem uentum, & scindens per uim itinēris aërem, commotis alis transuolauit, & post hæc nullum inuenit signum itinēris illius. Aut tanquam sagittæ emissæ in locum destinatum: diuisus aër continuō in se reclusus est, ut ignoret transitus illius. Sic & nos nati, continuō definitus esse, & uirtutis signū nullū ualuimus ostendere, in malignitate autē nostra consumpti sumus. Talia dixerūt in inferno hi q̄ peccauerūt.

Ecce q̄ uarijs similitudinibus uia seculi comparat. Ecce q̄ incertis successibus affectus n̄ in eis pambulat. Nō sibi cauit q̄ resiliuit, q̄ retrocessit; & q̄ nō stetit in illa, beatus. Nō sibi prouidit in posterū, q̄ reuersus ē ad aīum suū. Nā uia p̄tōz cōplantata lapidibus dicit. Proinde amicus animus, ad quem uenit de uia affectus amicus, famelicus atq; lassatus, surgat ea hora qua uenit, & uadat ad omnipotentem deū, q̄ omnibus iure uolentibus est amicus. Et tres panes ab eo sibi dari petat, quos ante appetitū de uia lassum uenientem, apponat. Nocte uenit amicus minor, nocte maiorem adiuuit. In nocte q̄ p̄sumus, quandiu in mūdo uersamur, in nocte peccati, in nocte ignorantia, in nocte humane miseriz, in nocte delectationis tenebræ.

Eccl. 21.

Gen. 1. Iob. 30.

Cant. 3.

Nox, a nocendo suū trileritū nomen accepit. Hæc omnia suis modulis nocent. Deus autem temporebras appellauit noctem: & ossa Iob perforabant doloribus, & in nocte nō inueniebatur requisitus sponsus. Multa sunt in scriptura sacra nocturna mysteria, bona uel mala, in quibus uirtutes & uitia designant. Sed singularis est nox, & interpretatiuum bonū habet, qua

uenit amicus, & ad eum uenit amicus. Nox ista patientia est, & a seculo, in seculo fieri te nebrosum, ut uelit seculo displicere, ut possit Christo beneplacere, & uelit noceri a seculo, ut iuuet̄ a Christo. Hæc enim nox sicut dies illuminabitur: quia sicut tenebræ eius, sic & lumē eius. Hæc nox uertit̄ in diem, & post eius tenebras lux in spe firma confurgit. Hæc nox matutinū habet lætitiæ, cum in illa deuius affectus per deuiā, de uia uenit ad animū: animus uero, ut tres postulet panes, accedit ad deū. Profecto tres expetit panes amicus anponēdi, mysteriū trinitatis insinuat creatricis, & eius quod in appropriatis sibi suo modo respondēt. Patientia, sapientia & uoluntas bene agendi, postulantur ab amico superno, ut anteponan̄ amico qui de umbrosa uia reuertit̄ malis laboribus hebetatus. Virtutes uiuificæ, animam mortuam reuiuiscere facientes, tres solūmodo sunt, quas theologicas græco & usitato eloquio appellamus: quæ nūquam habent humanitas, sed diuinitus conferūt, q̄s postulare necessitas cogit, & in mēsam inuisibili anponere affectui, ut oīno sibi p̄ ceteris sint in uoto, in quibus lassitudo cedit supueniēt̄ uirtuti, & aboleat fames, cū in mēsa cordis astiterint; & quiescat in solidis, ubi prærupte labebatur in labentibus: sicuturq; in bono, ubi ad malum incurfantium dæmonum impellebat incursum.

Sed cum postulat, dicit: [Amice, commode mihi tres panes.] Vide quā solerti uerbo & cauto Ch̄s hanc parabolam posuit. Dicit enim, commoda. Liberam & inexpectatam largitionem petere non uidet, sed sub restitutiōne tacita commodatū: nam in cōmodato rei dñum non transfert, sed repetit̄ ex integro, & sepe restituit̄ cū annexo. Sub hac sollicitatio-
ne accipit ille q̄ petit. Restituere siquidē oportet ex integro ea q̄ a creatore cōmodatim accepimus, atq; lucrari cū eis, ut aliqd supaddamus, ne simus in causa, cū iustus exactor rōnē & concessam exacturus aduenit. Reprobatur atq; multatur in subinferēdis parabolis, inueni-
emur q̄ qui acceptū talentū abscondit in terra, seu inuoluit sudario, cū ipso negociari despiciens. Proinde rōnalis animus cū accōmodatū deo postulat, vñ subueniat affectui p̄ deuiā dissolutō, de uia p̄dita reuertēti. Nam ad nihil ualeat animus, nisi respiciat̄ a malis, & ad ip̄m reuertat̄ affectus: qui etiā pro nihilo sibi est, nisi pro ipso ea postulando q̄ cognouit utilia, rōnalis aius ad dñm interpellat. Causam uero cōmodatōis & suæ petitiōis allegat, dicens: [Quā amicus meus uenit ad me de uia.] Cū amicus req̄sit ut amicus, nomē possessiū nō adiecit: sed p̄ amico nēpe subnexit, ut uel certitudie fidei edamur ip̄m ex se oibus amicare, p̄pterea nō oportet adijcere sonās meū, aut q̄ incertū oīni no factū est, ut r̄ in suā amicitia eos receperit,

Pf. d. m.

Mdt. 7. Luc. 11.

qui per huius uitæ momenta decurrūt, & nūc amicitiam dei amicitia mundi, nūc amicitiam mundi mutant amicitia dei, quorum affectus adhuc mundanis ardoribus æstruat, necdū reuixit uita uirtutum, nec alicui perfecte in hac uita inclauit, utrum sit dignus odio uel amore, quāuis magis malos odio fieri, q̄ bonos dei amore teneri. Sed de amico alio cū loqueretur, adiecit quod meus, quandam certitudinem exprimēs quod amici sunt animus & affectus. Sed ueniebat de uia, quia non semper affectus sequit̄ animi rationem, sed per deuiā sæpe uagat̄; aut uiam eligit quæ sibi recta uideretur, cuius finis penetrat ad infernum.

Allegat insufficientiam pro causa sufficiente, qua exaudiri mereatur, cū dicit: [Et non habeo quod ponam ante illum.] In nulla creatura fuit aliquando inuentum, aut inuenietur in secula seculorum, ut ante affectum suū, ex se metipsa possideat, quod apponat. Vt in oīnibus esset nota imperfectio in hominibus latēs: profecto aut oīno tabescerent, aut uiam extolentia ignorarent. Nemo sibi deus est, aut largitor bonorum. Sub uno curuari oportet, qui omnibus iure præest, & ab ipso cūcta deposcere qui creauit digitis suis. Calculat aliena numerata, qui quod non habet, habere se credit. Sed ne anima ocyus non audita, desisteret a petendo, petentem opportunē, importunum fieri prædocuit, dicens:

Et ille de intus respondens dicit: Noli mihi molestus esse, quia ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, nō possum surgere & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, si non dabit illi surgēs, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

Hæc omnia si singula creatori uoluerimus applicare, aut dicemus aliquid impertinēs, aut prolixitati operam dabimus, quam uitamus. Sed melius est importunitatem petēdi, quam hic saluator concludit, elicere, q̄ ausu temerario singula uelle tractare: cū solum parabola id intendat, ut sicut amicus opportunus remedio, si non aliter, importunē pulsar ad ostium amici, q̄ si non propter amicitiam, saltem propter importunitatē, quod petit, obtineat. Sic animus noster quem tanta necessitas afficit, perseueranter pulsar ad ianuam dei nostri, nos inuitantis amici, ut quod amicitia nostra iure nō obtinet, nobis sua benignitate p̄ nostra importunitate donec, quanq; responsione intranea occultam dei rationem, & interdū intus in animo nostro clarescentem non incongruē ppen damus: quia non de foris, sed de intus ratione: illi menti responderat altissimus. Recusatio molestæ, nostrā indignitatē insinuat; nam q̄ aliqua

dignitate clarescūt, sæpe molestari refugit̄ ab indignis. Clausum ostiū, firmatā panditiuitati am. In secū cubantibus pueris, intelligere possumus innocētiā custodiā, quam p̄ ceteris uirtutibus creator asciscit, & obnixius diligit in hominibus quos creauit: hæc sigdem semper cū dño requiescit. Impotentia uero surgendi non applicabit creatori, sed in petentē penitus inflectat, cū nemo mereri possit unde audiatur. Sed si perseuerantia importuna orationibus, gemitibus, singultibus & lachrymis, iustisq; operibus, amore uehementi, timore profundo pulsauerit ante ostiū, desinabit iustitia, q̄ in misericordiam conuertet. Et surget, q̄ nemini nisi malē in peccato iacentibus iacet: & dabit q̄d nobis nouerit necessariū & expediens, nō amicitia nostra merito, sed suo ineffabili dono. Sed nec repugnat alicui ueritati, ex his huiusmodi capere intellectū, ut uelut amicus p̄ amico defecto ad aliū aliquid petat amicus, ut uelut mediator in tercedēdo subueniat: sic Christus amicū habens genus humanū, de uia laboriosa uenientem, cuius assumptis ipse profecto naturā, amicus ad eā, & desinabit amicitia similiter tenens, cui ex iure diuinitatis p̄ oīa manet equalis, pro nobis oibus de uia seculi uenientibus intercedit; & importunitate q̄dā cū eum in cruce lachrymis & clamore ualido propulsauit, pulsando fregit ostiū iustitiæ, q̄d in nostrā facie claudēbat, exauditus est ad nostrā utilitatē pro sua reuerētia. Et non solum tres panes, sed oīa nobis ad uitā æternam necessaria reportauit; & animabus de uia seculi uenientibus, uelut malē fatigatis apposuit. Fidutiā uero impetrādi cōtinuō saluator sine interpolatione annexit, cū ad petendū suos auditores p̄sentes & posteros, imperatiuo uerbo p̄monuit, subinfernens bonitatē paternā, quæ bona dare omnibus cūcta nouit. Ait enim:

Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis; pulsate, & aperiet uobis. Omnis enim qui petit, accipiet, & qui quærit, inuenit; & pulsante aperiet.

Mdt. 7. Luc. 11.

Tria sunt mala quæ cōmuniter patimur, aut bona quibus omnino caremus, quæ deus sua bonitate uellet remouere, bonatē cōferre, si nostra sollicitudo subueniat. Patimur inopiā diuinorū charismatum, gratiæ similiter & uirtutum. Patimur quandoq; uincibilem aut inuincibilem ignorantiam, quam remouere nemo potest, nisi qui omnem habet penitudinē potestatis. Ad ipsum ergo oportet q̄ dirigat̄ petitiō, ut hæc beneficia quorum inopia patimur, cōferantur. Est igitur Christiana petitiō, nō habitoz solum expedientium in salutem. Aliarum uero rerū petitiō, humana, nō Christiana, cōsetur, ad eum facta qui omnibus bonis exhuberat; sed multi desides quæ possent

superaddendo inuenire utilia, non inquirunt. Inquisitio Christiana est, solum illa quere studo suae mentis & inquisitione sagaci, quae utilia sunt spiritui nostro in aeternum uicturo, non corpori cotinuo morituro. Exclui nostro peccato merente a ueris gaudijs & aeternis, & uelut Adam exulamus a paradiso, & iustitia dei nostris exigentibus meritis, ostia supernae ciuitatis uectibus firmis illis repagulauit. Proinde saluator ad petendum, quarendum & pulsandum suos auditores inanimat, dicens: Petite, quaerite, atque pulsate: ut petens accipiat, qurens inueniat, & pulsans intromittatur. Posset enim deus omnia ista sine actione nostra conferre: sed oportet seruari ueram iustitiam, quia desidijs animis negantur, & rationabiliter astuosus expeditia conceduntur. Petite igitur, qui non habetis: quaerite, qui perdidistis, aut inuenire qui ante non nouit: pulsate, qui foris exclusus est, aut qui petit, ubi nunquam fuit, includi. Sed scriptura sacra horum actum modumque determinat, ut in his penitus non erretur, nec huiusmodi acti ones casu labore frustrentur. Nam & Iob hoc affectabat, ut sua petitio usque ad conspectum domini perueniret, quam tunc peruenire credidisset, si reportasset expetitum. dicebat enim: Quis det mihi, ut ueniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus? Ac si dicat: Quis me docet ita petere? quae me instruet ita subornare sermone? quis me a petitione sua interpellatione iuuabit, ut ita in conspectu dei ueniat, ut quod expecto, mihi proueniat? Studium est adhibendum, ne petitio nostra ex iniustitia petendi, aut ex modo incongruo reprobetur. Sed nihil deus in scriptura suauiter petendum, quin uellet dare petentibus, porrecta petitione: aut utilius, prouidens, pro meliori commoda facta dilatione.

Prohibet autem orationem delectatio petentis in dante, antequam tribuatur expetitum. Psalmista namque dicit: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Delectari oportet omnem hominem petentem aliquid, in eo a quo petit: aliis is a quo petitur, denegaret, si auersum petentem ab amore suo conspiceret. Omnis namque delectatio in amore fundatur, & ab ipso uelut a propria radice procedit: etenim absque amore delectatio nulla perficitur, prohibita uel concessa, utilis uel nocua, humana siue diuina, temporanea uel aeterna. Proinde perditio est & scelus, iustitiam subuersionis turpans, si quippiam quispam dare rogatus per dilectionem, in rogantis delectatione non fuerit. Igitur sancta opportunitate oportet in domino per dilectionem delectari, si consequi uoluerimus petitiones quas facimus pertinentes, necnon & ratione, quae delectationem suggerit ex ueris, in domino expedit pro ueritate delectatione transferri. Nec ubique in ipso uerior ueritatis delectatio inueniunt, quae protantio dulcior, quam infallibilior. Delectationem non mo-

dicam precipit intellectus, cum eorum quae dicuntur, leguntur, & facta sunt, precipit ueritatem, maxime si precepta ueritas contulerit ad salutem, atque ad illam beatitudinem, ad quam directe aut oblique omni rationabilium suspirat intentio. Haec nulla dicta, scripta, gestaque continent alia, quam dei omnipotentis & Christi domini saluatoris. Necnon & memoria hominis cogitur fugere mel de gestis amaribus Iesu Christi, & delectabiliter memorari almifica gesta, quae mundo remedium antidotis contrarijs contulerunt: & animam & corpus, aeternae Christi & corpori per actuale memoriam delectabiliter sociari. Modicum aut nihil conferret, cum taedio animi pro Christo passio tolerata. Ac per hoc ex omni se delectetur in domino, quae petitiones ab ipso reportare contendit.

Sed oportet ingredi horum uerborum interiora secreta, ne quis petendo exorbitet. Dicit enim: Dabit tibi petitiones cordis. Non omne quod nouit, aut habere quaerit, est petitio cordis. Patitur saepe corpus, angustiat, affligitur, uellet se fouere suauiter, placibilia sensum quaerit obiecta forinseca, & spe habendi delectatur in domino: in corde uero ista uersantur, ibique formatur porrigenda petitio. Et primo cordis ore, quae corporis ipsa petuntur: prius silentio, quae uoce a largitore quaeruntur. Sed haec petitio est carnis, non cordis: carnalis est, non spiritalis: sensualis est, non interioris hominis. Sed cordis petitiones deum datur scriptura ista ostendit. Multi pro sensu corporis petierunt, nec eorum fuit admissa petitio: etiam pro sensu carnis in aures domini sabaoth non est ingressa petitio domini saluatoris, cum seruus exaudita fuerit omnis petitio rationis. Petitio nempe, quam ratio format, dicitur petitio cordis: quae non sensibilia & transitoria, sed expeditia in salutem & aeterna quaerit inuenire. Veruntamen & contra sensum carnis interdum posset esse petitio, quae tamen non esset cordis, carens regula rationis. Legimus Eliam prophetam, quae petiuit animam suam ut moreretur. Contra sensum erat ista petitio, qua quaerebat perdere corporis sensum, per mortis asperum sensum. Sed quoniam agebatur angustia, circumque desperatio persecutionis angebat. An forte afflictebatur taedio prophetarum & populis praeparatoris in deum, & nolebat uidere quae non poterat immutare: Ideo petebat animam suam a deo ut moreretur, non illi quae uiuit a corpore segregata, sed illi animam quam bestis est uita communis. Sed nec exaudivit eum dominus, aut petitiones contra sensum corporis est largitus. Non enim petitionem illam ratio uera formauerat, potius autem usque ad seculi sine per raptum in paradysum, uita qua priuari petebat, credimus referuata. Vnde autem his, qui accipiunt id quod non rationabiliter petunt. Quod si deus irrationabilia & non exp-

ditentia uota concedit, non benignitatis, sed indignationis est signum. Munus est diuinae misericordiae, si denegat importuna petentibus: si uero concedit, quasi consistit iratus. Et si quod iuste petit, porriget, uel prorogat, aut prouidebit utilius, aut expectabit magis concipiens tempus, quod sepe praenire cupit, & nescit nosse festinus affectus. In his quae ab omnium largitore quaeruntur, oportet, imo expedit expectare tempus, locum, donationis modum, & quantum & quae. Nec in his quandoque sunt petita nostris desiderijs coaptanda. Supergreditur profecto in his & in omnibus cognitionem nostram cognitio dei, quae insopite nostris profectibus uigilat. In his uero quae ab omnibus per iustam opportunitatem petimus, petentis magis quam dantis debet praualere cognitio. Vniquisque namque indiget & rationis capax, cautius nouit sibi, quam ille a quo aliquid quaeritur: proinde cum a deo aliquid quaerimus, inhaerentem, si petitio iusta est, sustineamus. Nam scriptura dicit: Desiderium suum iustus dabitur. Petiuit Ananias filius, & accepit, modumque addidit & intentionem rectam, ut lachrymaret & fletet amaro animo: & si acciperet, dedicaturam illi domino repromisit. Quod & fecit, accipiens eum, ablaetatione profecta.

Modus & intentio inclinant aut auertunt caeterum omnium regem his quae postulamur. In iustitia petens Salomon, se fundauit, ut remotionem uitiorum posceret, & diuitias nollet & pauperates, sed necessaria uita, necnon & supra petendum accepit. Ipse incitatus a deo, ut eum aliquid postularet, non longitudinem dierum, non diuitias, non ultionem inimicorum, nec aliud quam sapientiam regimini necessariam postulauit, quam accepit per omnibus in Ierusalem praecedentibus caeteris.

Et quantum tempus quo aliquid petimus, certum fiat ex nobis, exauditionis uero penitus non est in nobis, sed expectare oportet quae exauditionis tempus nouit. Nam scriptura sacra in omnibus uera est, in nulloque mentitur, nec dilatio temporis facit illam mendacem, si uota ilico non assequitur festina nostra petitio. Infallibiliter David locutus est: Clamauerunt iusti, & dominus exaudivit eos. Esti non ad petitionem atque clamorem statim fuit exauditionis uoluntate, uera in scriptura consistit, quoniam diuina prouidentia in melius fuit dilata. Nec scriptura Salomonis dicit, desiderium suum ilico iustus dat, sed dabit, illo uide licet tempore, quo impermutabilis dei bonitas nobis nouit utilius prouideri. Non enim auferit dilatio temporis, quod dare iustus dominus iuste petitibus repromisit. Iudith populo suadebat istam petitionem & modum eius, dicens: Indulgentiam eius suscipis lachrymis postulemus. Iustitia diuina & humana concedit indulgentiam peccatore delinquenti, quoniam exaudiri non mereat omnis qui petit. Potest esse profecto iusta petitio, quoniam

non iusta exauditionis subsequatur. Nam aliter est iusta petitio petentis, aliter iusta exauditionis praesidentis. Potest namque quispiam in articulo aliquo constitutus iuste petere, quod requisito iustum est denegare. Sed haec Iudith suadebat indulgentiam petere pro delictis, quod cuiuslibet indigentis ratio iusta concedit. Et modum petitioni addebat, quo non frustraretur opportuna petitio. Submittit enim & lachrymas, dicens: Indulgentiam eius suscipis lachrymis postulemus. Ornamenta petitionis sunt lachrymae, & nihil tam illam ex arte oratorum facit. Liniuntur & delibantur multa intromittenda in aliquid, ut facilius penetrerent, & lachrymae delibamenta sunt nostrae petitionum. Ex hoc quid sit petendum, aduerte, quia indulgentia peccatorum adiuncto modo, quae in profluuio lachrymarum. Et concordialis dei, omnem petitionem reuocabat in unam: sed ipsa tanquam omnium finis, oes pariter includebat. Inquit enim: Vnam petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae: ut uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius. Vnam petitionem se dicebat uelle David, sed haec omnia capax erat: nihilo minus aliam inferebat, ut sub una forma petendi, plura peterentur ad unum finem tendentia. Quid igitur iste concordius dei petebat? Ut inhabitaret in domo domini omnibus diebus uitae suae. Si mores curdimus, uariissima est petitio, ut dum uiuimus, simus in domo domini. Domus domini ecclesia est, fides est, quae decet sanctitudo in longitudine dierum. Domus dei, aedificium atque templum uirtutis est, uarijs constructa lapidibus, quae omnino in expugnabilis est, quam petit inhabitare David toto tempore, quo uita concessa durauerit. Haec una petitio esse debet pie in Christo uiuere quaerenti. Ex aliqua enim parte non possunt irrumperet domo ei qui habitat in domo uirtutum, & qui magis quaerit in orthodoxa ecclesia dei, quam extra ipsam quomodolibet positus supponi. Aliam porro uerbis dissonam, consonam sententiae inferebat: Ut uideam uoluntatem domini. Ad alta migrabat Dauidica mens, quae uoluntatis dei infinitae uolebat esse inspectrix. Quis enim nouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuerit? Quis diuinae uoluntatis potuit esse cognitor? Quis illam uidere nouit, quae oino inuisibilis est? Sed ad illam uoluntatem referenda sunt uerba, quae deus nobis in uita mortali contrahit, ut illam uoluntatem scire uelimus, qua sibi carum ueamus implacita, & placita possibilia faciamus. Hanc eandem uoluntatem idem David se docere petebat, dicens: Doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Si autem his uerbis tendimus in superna fluentia, una omnium rationabilium atque mortalium hominum debet esse petitio, ut simus in aeterna uita omnibus diebus, quibus uita futura contingit: quae habet aeternitatem,

Iob. 6.

Psal. 36.

Psal. 101.

Luc. 11.

Rom. 11.

Psal. 33.

Iudith. 8.

Psal. 26.

Rom. 11.

Psal. 142.

quam deus rationabilibus creaturis, non per naturam, sed per gratiam repromisit: ubi uidebitur dei uoluntas, quæ sic cuncta disposuit. Et uisitabimus templum corporis eius, quod pro nobis assumpsit & soluit, & resurgendo refecit: necnon & templum illius uastissimæ regionis, ubi Christus sol & lumen indeficiens omnes perfundit uisitatione ineffabili, & uisitabimus confedentes cum supernis in corporis ciuibus, hic nunquam corpore peregrinis. Mentis etiam hebetudo & ignorantia, petere sapientiam nos compellit. Vnde Iacobus in canonica sua dicit: Qui indiget sapientia, postulet a deo, & fide nihil hæsitans. Modus petendi ex hoc uerbo fundatur in fide. nam bonum est quod petimus, dum in fide firma petamus. Tobias etiam filium docebat necessaria petere: Pete a dño, ut uias tuas dirigat. Opportuna est ista petitio, ut uias nostræ a dño dirigantur, quoniam lere mias perspiciat hanc opportunitatem præuident. Dicebat enim: Non est in homine uia eius, neque est uiri, ut ambulet & dirigat gressus suos. Si non est in homine uia eius, neque alterius uia erit, qui non semetipsum nec alium dirigere nouit. Proinde in nullo, præterquam in deo, uia recta cuiuslibet hominis erit. Igitur iusta necessitas nos compellit, ut uias nostras dirigat a dño postulemus, ea sedulitate atque affectu habendi, quod pedum errores & officinula incurere deuitamus. Hoc perebat David, dicens: Dirige domine deus meus in conspectu tuo uiam meam. Prænouerat enim ab alio non posse uiam suam dirigere, sed potius obliquari, præterquam a deo. Quæ tunc rectè dirigitur, cum in conspectu eius agitur: tunc agitur, cum nihil committitur quod reprehendi timeatur a conspectu eius, quod illum offendat, quod ante ipsum assistere uerecundia suffundat. Alio enim loco hoc anxie petebat: Vtinam dirigantur uiae meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Viæ hominum sunt intentiones, affectiones, & uota, & mores, quibus ista uita peragitur: quæ alia directione non indigent, nisi custodia iustificationum dei. Dei autem iustificationes, sunt illa mandata siue consilia, quæ custodita per sententiam iustitiæ, animam a debito diuini crediti, & ab obligatione omnis obnoxietatis, merito diuinæ passionis absoluunt. Ad quærendum perdita uel non habita, etiam nos sub metaphora diuina bonitas animauit, ad petitionem quæstionem connectens: [Querite, & inuenietis.]

1 Ier. 1. *Tob. 4.* *Iere. 10.*

Psal. 5.

Psal. 118.

Quære, est actus hominis studiosus, ad aliquid non habitum, sed cognitum & menti placidum, inueniendum. Omnem inquisitionem saltem præcedit aliquota, quæ non tota cognitio, in multis autem tota. Querit sæpe homo quæpiam, quæ nunquam ante oculo corporali conspexit: sed aliquid in ipso prænouit in animo, quod ad quæstionem se ordinat. caret homo sapientia,

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

& quærit illam, quam nunquam etiam præcognouit: sed utilitate eius omnino præiudicat, & differentiationem sapientiæ atque stultitiæ: quæ obrem monent sapientiam in libris, aut a doctoribus quære. In prædictis uero quæstis, præcedit tota cognitio. Si autem accommodato uocabulo ad spiritualem intelligentiam referre tentabimus, quæstio est mentis studiosa actio, ueritatis & rationabiliter diligendo: & retorquendo: in usum, notitiam duce lumine rationis inuestigans. Est etiam ipsa quæstio, aîa spiritualis actio seriosa, ut inuisibilia bona quæ perdidit uirtutis & gloria: ex malitia siue negligentia prius, reuenerit atque sollicitudinè & aîa probitate. Quæramus igitur requisiti, & in requirent nos superni pernum nostra quæstio præstrat. Nam & Psal mista dicit: Quis non dereliquisti quærentes te dñe. Si quærentes non dereliquit, omnino inuenietur ab eis, ad quæ primo quæredum ois necessitas nos compellit. Interminatione facta in libro Paralipomenon legimus: Si quis autem non quæserit dñm deum Israel, innoterit. Morè quærit ois effugere, maxime illam quæ male morientibus in corpore, reseruat æterna; quæ, qui dñm deum nõ quærit, penitus nõ euadet. Apud ipsum uero indefectus fons est uitæ, quæ ois homo rationalis exoptat. Et alibi scriptum est: Querite dñm, & uiuet anima uestra, in illa uita, propter quam & ad quam cõsequendâ facta est. Proinde ipse primo quærendus: quo inuenit, nihil restat quæredum. Qui se offert oibus, & requisitus quæstioni, cuius, etiam si in uetus fuerit, finis est nullus. Qui quis ex omni infinitatem habeat, tẽpus querendi omnibus præniuit: quo in præteritum uerbo, & corporis & animæ soluta cõpagine, querendi atque inueniendi nullum potest esse momentum. Quocirca Isaias in tonabat uocibus, dicens: Querite dñm dum inueniri potest. Ut sic sensus uerborum eluceat: inueniri potest, dum quæri potest: & dum nõ potest quæri, nec potest inueniri. Ratio irrefragabilis omnino suadet, quod si ad quæstionem duntaxat sequatur intentio, quæ nõ sequatur, si quæstio nõ præcedit. Quæstionis in hac uita tãtum, in alia beatæ ipsius fruitionis aut separatæ calamitatis, est tempus.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 118.

Ad quærendum nobis forma præstruitur, quæ infallibilem inuenitionem fœderat inquirenti. Nam & scriptura dicit: In simplicitate cordis uestri quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem his qui fidem habent in illum. Ingenua est ista forma, paruaque uidetur: sed in breuitate plationis longæuam, imò difficilem difficultatè habet annexam. Simplicitas enim cordis, in compositione est eius. Compositum nempe simplicitate caret, in compositione uero simplicitatè possidet, magis uero incomponibile tenet illam. Necnon & quod dicitur, reconuertitur: quia & simplicitas in compositione non habet illud. Nec illa simplicitas in qua quærendus est deus, nec illa compositio in qua penitus non quæredus, ad additionem similis carnis, aut alterius materie corruptibilis, referenda est, ut quæritatis continuæ uel discretæ credat augmentum, sed duntaxat ad uarietatè uoluntatum & affectuum, quæ peruagantur sterilitate in diuersa creata, obiecta foris sensibus; uno creatore relicto, aut cum eis quæstio, qui solus quæstus, dum solus quærit, simplicitatem animæ facit. Si quis sibi fugacem cordis affectionem in sui dominium uendicauit, ut non componat uoluntate habendi aliquid præter deum, aut in ipso & cum ipso cuius rei causa fugatur, simplicitas & in compositione ipsa generatur. Nam sicut deus quod ex omni seipso simplex est, in compositione est, animam ad suam similitudinem & imaginem in esse produxit, & secundum illam essentiam quam deus animabus non per naturam, sed per gratiam dedit, sic uoluit usqueque consistere, hoc tamen excepto, quod uiuunt, non componuntur corporibus: sic uoluit ac uasit in affectu omnibus in compositione permanere, ut quærendo deum adesse ista simplicitas, ut ipse solus quæreretur & amaret, & si qua sunt alia, propter ipsum & ad ipsum ordinabilia & ordinata per quæstionem intentionem & actum. Non enim remouet cordis simplicitatem, si humana mens deum propter seipsum quærit, & si qua sunt alia propter deum. Nec credamus animam illam, si pernaturalem & ineffabilem simplicitatè atque in compositionem possidere, quam deus habet suo ineffabili modo, sed talem sine compositione substantiæ similis atque dissimilis, qualem deus dedit spiritibus siue animabus a se creatis conuenienti & intelligibili modo. Sed nec anima unita corpori, compositionem in corpore aut ex corpore recipit: exempta est ab ipso: ut intransmissa fuit, sic existit, nihil amplius substantiam trahens, præter quas didicit qualitates: quæ compositionem substantiæ omnino non faciunt, etiam si quot sunt, conflantur in unum. Simplicitas ergo illa, in qua quæredus est deus, duplicitatem intentionis, & multiplicitatè affectionis & inquisitionis expellit, tantum tendens in

Soph.

Psal.

Iere.

Psal.

Iere.

deum qui finis est omnium, & in ea quæ incertanter dirigitur in eum. Est igitur simplicitas cordis inuariabilis intentio animæ, inuariabilis inquisitione formans optimi & perfecti atque summi boni, quod solus deus est. Necnon & simplicitatem dicimus quandam rectitudinè mentis, & inobliquatam consistentiam sanæ affectuonis. Vnde submissiori modo loquentes, quicquid est sine plica uel ruga, simplicitatè habere censemus, ut patet in corporibus inobliquatis & protectis. Mansuetudo autem huic uirtuti se sociat, cui quærenti subsequitur inueniri. Vnde per Sophoniam propheta dicitur: Querite deum ois mansueti terræ: Mansueti terræ inuentur ad quærendum deum, nec frustra, ne delusa fiat mansuetor: sollicitudo quærentium, quoniam humilium & mansuetor: sibi semper placuit deprecatio. Sed qui inuitat aut animat ad quærendum, se obtulit requisitum. Mansueti uero terræ illi sunt, quæ uiuentes in carne, in terra seu propter terrena extolli nesciunt, iræ pestilentiam fugiunt, a priori gratias agunt, reimpendere mala pro malis nulla ratione nouere. Mansuetudo est innocentiæ uita, tolerantia irrogator, gratus gestus, mos uerecundus, nulli grauis, placita cunctis. Hi si dñm quærit, inueniunt: quia nihil obstat eis unde a quæsto fraudent. Alia scriptura sub pollicitatione firmissima reprobatur, quod deus a debito modo quærentibus inuenit. Ait enim: Cum me quæseritis in toto corde uestro, tunc inueniar a uobis. In toto enim corde deus queritur, cum quicquid est amoris, intelligentiæ atque memoriæ, in eum refertur, & his profugatur aduersum. Ac per hoc Christo suos inuitate fideles, quærat gratia, quærat uirtus expe diens, quærat illa possessio, quæ non inuenit accedente consorte, quærat cuius inuentio est honesta, tertio utilis, & delectabilis usus. Quæramus in uia, quæ teneamus in patria. Seclusi quidem paternis pectus atque proprijs, ab internis & æternis gaudijs, uelut exules extramaneamus. Et pullos a bonis, ad pulsandum ianuam pietatis inuitat, a perditione pollicitans si pulsamus. Inquit enim: [Pulsate, & aperietur uobis.]

Sopho. 2.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Iere. 49.

Psal. 118.

Ecc. 17

nō est, cur ad diuina reculit parabolā seminā-
tis: Audaciter dixerim uerā esse expositionē,
nullamq; meliorem. Sed nec super stramentū
expositionis præsumpserim aliud inducendū,
sed super expositionem declarationem appo-
nere, ppter tardiores intellectus, non incōgruē
cogitauī, dum uerba posita inter stramentum
& epistolationem, prius intellectibus pateant.
Cum saluator parabolam cōpleuisset, ante-
quam interrogatus exponeret, dixit: [Qui ha-
bet aures audiendi, audiat.] Vbi cūq; hoc
hum in scripturis diuinis ponitur, excitatio est
mentis ad intelligentiam mysteriorū: quod nō
fit, dum simplex est doctrina, sed dum tradit
sub mystica forma. Vnde qui habet aures au-
diendi, id est, animæ potentias ad intelligendū
aptas, audiat, id est, taliter apponat, ut qd my-
sticē uel parabolicē profertur, intelligat. Nulla
homini frustra est data potentia: uerū qui quod
accepit, non deducit in debitu actum. Initium
dissimulari a deo, est segnem in uirtutibus in-
terioribus fieri. secundū enim ipsas, ad dei ima-
ginem factus est homo. Hinc spiritus in intelle-
ctū uertatis uelatur, a dño excitat: [Qui habet
aures audiendi, audiat.] Discipuli autē uidētes,
q; turbis in parabolis loquebatur, propius ad
dñm accesserunt, uelut qui familiaris aderat,
& dixerunt ei: [Quare in parabolis loqueris
eis?] Aestimātes turbas tardissimi intellectus,
neq; capaces uelatur doctrinæ. Et cū esset singu-
laris secretus a turbis, interrogabant eum tur-
odecim, s. quos singulari priuilegio apostolos
nominauit, si quæ esset hæc parabola. Vnde pa-
tet ipsos simul cum turbis ab ignorantia fuisse
detentos. [Quibus ipse respondens, dixit: Vo-
bis dasti est nosse mysterium regni dei, cæteris
autē in parabolis.] Multa hic dubiè quærenda
concurrunt, quibus in euangelica scriptura nul-
lum sit dubiu: quæ prætermittentes, ad salua-
toris explicitam sententiam attendamus. Da-
tū erat apostolis cognoscere mysteriū utriusq;
regni dei, s. militaris & triumphantis ecclesiæ,
sive in parabolica siue in simplici & aperta do-
ctrina, & hoc speciali prærogatiua eius, q; apo-
stolos sic elegit. Subticeantur hic merita. Nul-
lus præsumat, si accepit ab eo qui dedit. Nul-
lus exulter inaniter in his, quæ a seipso non ha-
buit. Nullus desperet, si donum in hac uita su-
pererogationis non habet. Paucis siquidē da-
tum est, & nō merito recipientis, sed providen-
tiæ & largitate donantis. Nouit Christus quæ,
quibus, quando, quamobrem uelit sua dona
concedere. Nemo aduersus largitorem aliqua
ratione causet: nam creditor, non debitor, tur-
re factus est nobis. Non oēs habent notitiam
scripturarū, non omnibus reuelata sunt myste-
ria Christiana, non omnibus data est claritas
intelligendi, nec omnibus differendi est tribu-
ta facultas. Nec tñ carētib; adest ratio queri

landi, dum solum in dando sit ratio largiendi.
Sed bona est notitia regni dei, melior est apti-
tudo sui ipsius ad regnū. Bonus propter illam,
sed propter istam beator. Sed cū dicit, cæteris
autē in parabolis, creditū minoris cognitio-
nis insinuat. Cæteri sunt oēs, qui ab apostolis
& eorū similibus sunt secreti, qui non merētur
nisi sub uelamento audire diuina mysteria. Et
uelamen semp fuit super cordibus Iudæorū, qd,
Moysi uelata facies figurauit, præterq; in his,
qui fide non ficta uenerunt ad Christū: ad quē
cum acceditur, auferunt omne uelamen. Et ipsis
quidem apostolis qui propius accesserunt, fuit
ab ipso exuelata parabola. Nā & in ueteri tes-
tamento oia quæ in tabernaculo fœderis erāt,
cum castra mouerent, ab Aaron & ab his qui
in tabernaculo seruebāt, inuoluebant, nec ui-
debant a populo, etiam nec ab his qui in pro-
prijs humeris deferebant. Obuelandi ratio nō
modica tunc erat, scilicet ne mouerentur, nunc
siquidem neq; minor.
Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit q;
autem non habet, & quod habet, auferetur ab
eo.] Hinc parabolizandi ratio uidetur consi-
stere, ut ei qui habet, plus detur: & ei qui nō ha-
bet, & quod uidetur habere, auferatur. Nemo
existens dicitur non habere: saltem habet esse,
quod est. Sed hoc quod saluator dicit habere,
quod si sunt dona naturæ, sint dicata iustitiæ
atq; cultui deitatis. Nemo iuste habet quod ha-
bere uidetur, nisi dirigat in positū finem, ut q
habet bonam uoluntatem, dabit ei & bene agē-
di facultas. Et qui habet originalem iustitiam,
dabit ei & legalis. Habenti iustitiam legis, ad
deū iustitia fidei & gratia euangelij. Et q possi-
det amorem sciendi, dabitur ei studium Chri-
sti. Studium exercētū, datur gratia intellectus.
Habenti intellectū, dabitur sapientia. Sapien-
tiam habēti Christiferam, æterna gloria tribu-
etur. Et ut ordine perspicaciori procedam, di-
xerim: Qui enim habet timorem, dabitur ei pi-
etas, & abundabit in illa supra id quod habe-
bat. Qui habet pietatem, dabitur ei scientia, &
tripliciter abundabit. Habenti scientiam, for-
titudo tribuet, & quadrifariè abundabit. For-
titudinem possidenti, consilium tribuet, & per
quinq; ditabitur. Hæreditati consilium, adijci-
etur inuisibilem intellectus, & senaria perse-
ctio gaudebit. Intellectu sultus accipiet sapi-
entiæ complementū, & abundabit in uera in-
telligentia scripturarum & diuinarum rerum.
Qui uerō sic & ista nō habet, degradabitur ab
eo quod habere uidebatur, & ut nihil amplius
mereatur. Hanc profectō sententiam experit
entia subsequa confirmauit. nam Iudæis uerū
amorem & zelum legis habentibus, & ueram
fidem Christo præstantibus, cum lege atq; in-
telligentia ueteris testamenti euāgelica gratia
est tributa, istis uerō carētib; ois uera scriptu-

rarum scientia est ablata, priuatiq; sunt digni-
tate sacerdotali & regia, & miro templo ciui-
tatis sancta, ut etiam uagi & profugi sedibus
ineertis ubiq; ferantur.
[Matthæus uerō rationem, quare parabolizauerit, ponens, Isaiæ testimonio roboratur,
dicens: [Ideo in parabolis loquor eis, quia uide-
tes non uident, & audientes non audiunt, neq;
intelligunt.] Videre se credebat Iudæi, sed nō
uidebat: & audire obediēter ꝑba legis, sed nō
audiebant: & intelligere se putabant, sed non
intelligebant. De seipso præter inhaerentē uir-
tutē opinari, similitudo est primi peccatoris,
cum taliter opinanti iusta debetur damnatio.
More somniantium phantasticantur diuitias,
qui id quod non habent, habere se credūt. Te-
stimonium Isaię quod hic introducit, seipso
claret, q; in confusione Iudæorū fuerit prophe-
tarum: quanq; plangendū sit fontibus lachry-
marū, quoniam ad nos Iudæorum uita transi-
erunt, quoniam ad diuinus, & intellectu gra-
tifico non intelligimus diuina nobis commen-
data mysteria. Et nec uidemus cum oculis illi-
us prudentiæ, qua nobis prouideamus ad in-
transitorium regnum; sed ad agenda perfun-
ctoria huius seculi oculis lyncis intuemur. In-
crassatum est cor nostrum abundantia malitia,
& terrena delectatione obesum, ut præter quā
terrenum, nil diuinum sapiat, nil præter id qd
sensum demulcet, aspiciat. Et graui audimus
uerba diuina quæ nostram perueritatē argu-
unt, graui toleramus ea quæ nos ab hoc mō-
do diuellūt, nec nō & ingrātē suscipimus q; su-
pna promittūt, q; ne descendamus ad inferos,
cautos efficiūt, ut ex pñaci ignorantiæ & con-
tumacini obediētia in hoc tempore non con-
uertamur, ut in æternum sanemur. Sed ad dif-
ferentiā pteritorū, beatos apostolos, oculos ap-
pellauit, uidentes q; pñci uidere nequiuērūt.
[Et excitans eos, ait: [Nescitis parabolam hanc,
& quomodo omnes parabolos cognoscetis?]
Acti aperte dicat: Si hanc parabolam quæ ni-
mis obuelata non est, nō cognoscitis, quomo-
do alias cognoscetis, quæ fortē habebūt obscu-
riorem in pluribus intellectū? Et se dñs ad ex-
ponendū coapat, dicens: [Hæc est autē parabo-
la.] Sic intelligitur quod per similitudinē hu-
manarū actionū diuinus est: maximē ad hoc re-
fertur parabola seminantis. [Semen est uerbū
dei.] Quoniam multiplex inuenitur semen in
sacris scripturis, idcirco semen huius sationis
distinguit a cæteris per antonomasiam. Nam est
semē quod euenit ex humanis membris, ut in
pluribus ex concitatione libidinis, quanquam
in sanctis patribus fuisse commotum deside-
rio procreandæ prolis. De quo dicitur, quod
Ois semen suum fundebat in terram, ne libe-
ri fratris nomine nascerentur. Vnde a domino

percutus interijt: quoniam illud semen, præ-
terquam in connaturale uasculum, mediante
dei lege, non est eijciendū. Quod si quis a pro-
pria malitia deuctus aliter fuderit, ex multati-
one huius sceleris agnoscat, quam culpam ipse
commiserat. Sæpe punitio monstrauit scelerū
qualitatem, similiter & quantitatem. De quo
etiam in Leuitico dicitur: Vir qui patitur fluxum
seminis, immūdsus erit. Et ibidem: Vir de
quo egreditur semen cotius, lauabit omne cor-
pus aqua. Et alibi: Qui semine fluit, pollutus ē.
Ex quo semine homo generat, si ex nulla parte
huiusmodi generationis ordo confundit.
Etiam nomine seminis, omnis hominū pro-
pagatio intelligitur. Vnde dictum fuit decipi-
enti serpenti: Inimicitias ponā inter femem tuā
& semen illius, ut ꝑ semen Eue ois hominū ge-
neratio intelligat, cui inimicat hostis antiquus.
Seminis appellatione unus populus intelli-
gi solet, ab uno homine propagatus, iuxta il-
lud Nehemiæ: Separatum est semen filiorum
Israël ab omni alienigena. Et Isaias dicit: Lau-
dabit omne semen Israel. Et specialem unius
hominis sobolem scriptura semen appellat, iuxta
quod dicitur: Homo de semine Aaron qui
habuerit maculam, non offeret panes deo suo,
nec accedet ad ministerium eius.
Seminis etiam nomine intelligūt omnes,
qui malos in uita & moribus imitantur, sicut
Psalista dicit: Semen impiorum peribit. Et
Isaias huiusmodi semini maledicit: Væ semini
nequam. Et omne in terra iactabile, ut mortuū
primō, deinde fructum proferat, semen est, sicut
ut dominus dicit: Germinet terra herbam uir-
rentem & facientem semē, & lignum uomi-
ferum faciēs fructum iuxta genus suum, cuius
semen in semetipso sit super terram. Sic etiam
in his quæ spiritualiter aguntur, seminis appel-
latio inuenitur. Est quippe semen ipsa iustitia,
secundum quam est omnino uiuendum. De q
Salomon similiter commonens, ait: Seminanti
iustitiam merces fidelis. Iustitia ille seminat,
qui sic uiuit, ut iure reprehendi non possit: qm
nihil reprehensibile iustitia possidet, quæ de sua
ditione praua etiam recta facit, nec exorbitat
ab eo quod agendum accepit. Seminanti iustiti-
am, qui recte uiuēdi exempla uidentibus atq;
posteris derelinquit. Et qui uiuo uerbo uocis,
alios ad ipsam intelligendam & amandam at-
que exercendam erudit: huiusmodi satori mer-
ces fidelis est, quoniam fidelis est qui fallere nō
potest, qui iustitiæ præmium statuit: quoniam
iustus dominus iustitiam dilexit, cuius satorē
præmiare decreuit. De quo sicut confidenter
Apostolus loquebatur, dicens: Scio cui credi-
di, & certus sum, quia potens est depositū me-
um seruare in illum diem. Et ibidem: De reli-
quo repōita est mihi corona iustitiæ, quia ius-
titiā seminavi, quam reddet mihi dñs in illa
bb ij

Leu. 15.

Num. 5.

Gen. 5.

Neh. 9.

Isa. 45.

Leu. 21.

Psal. 36.

Isa. 1.

Gene. 1.

Prou. 11.

2. Tim. 1.

Gen. 38.

Dani. 12.

die iustus iudex. Et p̄m̄ium iustitiā seminātū, etiam Daniēl̄ reuelatum est: Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in p̄petuas æternitates. Similiter & iniquitas & omne cōmentū eius, cū ab uno in alium p̄ uerba seu p̄ actiōnem diffundit, noīe feminis appellat. Sic, p̄fecto p̄ Salomonem dicitur: Qui seminati iniquitatē, metet mala. Nam sicut seminanti iustitiā merces fidelis, sic seminanti iniquitatē poena tribuet infallibilis. E regione siquidem iniquitas seminari dicitur, sicut ipsa iustitia seminatur. Et homo apostata in omni tpe iurgia seminatur. Homo apostata q̄ a uirtute recessit, qui statim iurgiorum sator efficit, ut nullo modo ubi fuerit, quiescat. Et discordiam seminans, in odio dñico constitutus est, digna recepturus, nisi fuerit digna correptione puentus. Et quæcunq; seminauerit homo, hæc & metet. Et qui seminatur in carne, de carne metet corruptionem.

Pro. 6.

Gal. 6.

Psal. 117.

Isa. 1.

Semen autē de quo hic saluator intendit, est uerbū dei, quod est ueritatis, quia sermo eius ueritas est. De cuius potentia feminis Psalmsa proclamatur: Potens in terra erit semen eius. Potens in terra est penitus dei uerbū, quo elementa in sacramento trāsunt, quo diuinis humana sociantur, quo ipsa corruptibilia diuina efficiuntur. Potēs in terra semen eius, s. dei uerbū, quo mutantur hominum uoluntates, cuius potestate relinquuntur terrena, animo fides infunditur, effugiunt dæmones, & infirmitates curant, cuius potentia & uirtute sustinentur homines, ne patiātur exitiale periculum. Hinc Isaias clamatur: Nisi dñs reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus. Et quauis de paucis relictis in populo scriptura prophetica dicat, typicus tamen sensus canonicè hoc importat. Multa & germana similitudo uerbi dei ad semen quod iacitur in terrā, existit, sicut Marcus in sequenti similitudine manifestat: sed ita in cordibus auditorum fuit diuersa seminatō uerbi, sicut feminis tritici super terram. Semen quod cecidit secus uiam, conculcatū a transeuntibus extitit. In corde hominū uelut in publica uia transeunt humani affectus, qui sunt ad seip̄os plus debito compassiui, & ad carne cōiunctos & ad notos, ad quos postposita uirtute Christianitatis, afficiuntur. Et cum auditur uerbum regni, non apprehenditur in intellectu, nec ad illud animus humanus afficitur, ab humanis affectibus conculcatum. Dein de uerbo nit malus non natura, sed uicio, satanas uidelicet, aduersarius deo & hominibus, diabolus animam & corpus oribolare fatagens, & tollit uerbum de corde hominum, ne credentes salui fiant. Hoc alia expositione non indiget, sed q̄modo uenit, & tollit, differere opus est.

Quis aduersus diaboli ad cor nostrū. Vnde uenit: qua uenit: quomodo tollit, cum cor no-

strum non in potestate dæmonū, sed in dei & ipsius hominis potestate consistat. Quod uenit, & quare uenit, s. ut tollat, saluator exposuit: sed quis, unde, qua, quomodo, oīno non potuit. Secretū est cor nostrū, q̄d solus deus intratur. Dæmones aut hoīes ipsum intueri non possunt, nisi ea quæ in ipso sunt, cū signo uocis & operis foris ostendimus. Quis ergo diabolus ad animā, aut ad cor nostrū aduēctus? Non credat, ipsius maligni spūs substantiam uenire ad cor aut in animā ingredi: sed cum p̄ signū exteriorum aliquem deprehenderit perperam affici, uenit usq; ad corporis sensus & obiecta foris, ut humano placito plus debito insisteret, diabolus aduenisse credatur, qui seipso delectatus plus debito à deo factus est alienus. Nec aliunde uenit aut à loco mouetur, qui locum nō occupat, sed omnibus cōtinuus & impretermissus infidiatore existens, tēpus & uarietatem hoīm caprat, ut possit insurgere. Attamen illa uia uenit, in quam cognouit animam inclinari & obliquari, per recessum ab his quæ potiora sunt. Et tollit uerbum, non ad se illud trahens aut utilitate sua, sed illud diuertit ab anima, ne ab eo irrigata, focundetur ad fructū supernæ uitæ, uelut si quis aquæ irriguum per inuidiā ab alicuius horto diuerteret, ne fructificaret ad melius. Aut sic aīam in humanis placitis occupat, ut uerbum regni ab illa p̄ obliuionem excludat. Intentio autē huiusmodi nequissimi, protinus in hoc tota cōsistit, ne hoīes salui fiant. Et torquent nunc inuidia, prius deiecit superbia, & agunt fœuiter & insidiosè in nos, ne illas quas amiserunt sedes, Christo credentes sub ipso humilitatē capiamus.

Defectū feminis aliæ partis, q̄d nō uerè fructificauit, saluator prouenire posuit ex radice, & quia tēporales erant. Quæ aut sit ista radix, q̄ deficiente iactum semen ad fructū nō uenit, scra scriptura manifestat. Nam radix sapientiæ est, timere deū. Timor quidem dñi, fundamentū est uerbi. Etenim uerbū dei sapientiā est. Et sapientiā dei p̄ uerbum innouit. Timor siquidem dñi, uerbo dei p̄stat humorē, ut radice, ut in alta cōsurgat, ut tribulationibus omnibus non cedat, ut scandalum nō obueniat. Temporalitas etiam defectū accumulatur, qm̄ non pro æternis insudat. Temporales nepe illi sunt, qui ea q̄ t̄m̄ huius tēporis sunt sapiunt, q̄ hoc mundo uti delectant, q̄ pro ipsi p̄ditis affligunt, q̄ ut acquirat semper fatagunt, & deū acquirēdo postponūt, qui ut ea nō amittant, uirtutes amittunt. Etenim tēporalitas ad seip̄am reflexa, in uerbis regni nō stetit: qm̄ deprimebat eam, atq; æternorū promissionē turbabat. Si em̄ in æternitate transire gliçisset, ut erat suasio uerbi regni, seip̄am contempnisset, & in omnibus fuisset æquanimis. Radicem non habere, tēporalemq; manere, à regni uerbo deficit.

Defectum tertiæ partis feminis, ita saluator aperuit, ut alia declaratione non egeat. Sed uerè illis, q̄ dormire sub sentibus delicias putant, uerè illis qui uoluntantur in spinis, uerè diuitibus huius seculi qui spinosi sunt. Coronam namq; spinea pungentem caput dñi plectunt, ueruntamen & ab illa in examine iusto puniuntur.

Quartæ partis iacti feminis fructū trifarit clarè Christus edixit, ut alio non sit opus, nisi uelimus appropriare tricesimos & sexagesimos atq; ceteros fructus, quod relinquimus humilibus tractoribus scripturæ. Veruntamen hoc cordibus oīm infigatur, q̄ sine fructu patientiæ nemo fructificat in salutem. Idcirco illam ad discessionē huius parabolæ saluator apposuit, ut patientia in qua fructus affertur, sit tolerantia & expectationis. Et patientia, inquit Iacobus, opus perfectum habet.

De parabola tritici & zizaniorum ad comparationem bonorum & malorum, secundum Mattheum & Marcum. Caput III.

Subnexit aliā parabolā seminantis & feminis, in assertionē suæ bonitatis, & supinductæ malitiæ opere prauæ uoluntatis, dicens:

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormiret, uenit inimicus eius nocte, & superfeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

Marcus uerò seriosius hoc insinuare uidet, dicens: Simile est regnū dei, quæ admodū si iaciat homo semen in terram & dormiat, & exurgat nocte ad die, & semen germinet, & increseat dum nescit ille. Vitro enim terra fructificat. Primum enim herbam, deinde spicam, deinde plenū fructum in spicā. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit messis, quoniam adest messis. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerūt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait ille: Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticū. Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & in tempore messis dicā melloribus: Colligite primum zizania & alligate in fasciculos ad comburendum, triticum autē congregate in horreum meum.

Similitudo ista quodammodo personalis est facti, quam multi conati sunt aduersus hæreticos nomine zizaniorum interpretari: sed

dicentis epistolatio circumcidit, ne aliter q̄ ipse interpretatus ē, declaremus. Qm̄ discipuli eius dimissis turbis, accesserunt ad eum, dicentes:

Ediffere nobis parabolam tritici & zizaniorum agri. Qui respondens, ait: Qui seminatur bonum semen, est filius hominis: ager autem est mūdus; bonum uerò semē, hi sunt filij regnū zizania autem, filij sunt nequam; inimicus autem qui seminatur ea, est diabolus; Messis uero cōsummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

Non debet ad aliud ista similitudo transferri, nec potest, seruata intentione dicentis, p̄terquam ad quod posita est. Etenim cū omnis interpretatio sermonum atq; uerborum spectet ad eū qui edidit, & interpretatio legis ad eum qui posuit, si primò ipse interpretari uoluerit. Quod si fecerit, omis alia uacabit interpretatio, & protinus erit impertinens. Si uerò sermonibus, uerbis & legis decretis positus tauerit conditor, tunc interpretabitur lector, id singulariter & præcipue seruans, ut in intentionem ueniat primò condentis. Omnium enim quarumcunq; scripturarum satisfactiū scripturarum hic est optimus canon, ut primò scriptentium intentionem, quatum ingenij facultas potest, inueniat, non dantes scripturæ alienæ conceptum in animo, seu proprium intellectum, quod sæpe fecit errorem, sed illū à scriptura capientes, quem continet. In scripturis siquidē diuinis interpretator est spiritus sanctus in cordibus fidelium, qm̄ ipse ipsarū est conditor. In scriptura etiam euangelica sic Christus interdū est locutus, ut alia interpretatione negeat, sicut in simpliciter dicitis aduersus uitia, & in assertionē uirtutū, & in cōminatione pœnæ, promissionēq; gloriæ. Interdum in uirtute spiritus sancti posteris dereliquit, interdum ea quæ uidebant obscura, ipse declarauit, uelut in istis duabus de fatione parabolis: quæ prima iam tradita, istam etiam in sensum alium nō diuertens, ea tamen quæ intellectum clariorem rudibus faciant, duntaxat diciturus aduenio.

Creator omnium deus, bona cuncta creauit: & creatione perfecta, creata conspexit, nō alio intuitu facta, q̄ faciendā conspexerat. Et scriptura dicit: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, scilicet duplici bonitate,

naturæ & naturarum. Naturæ quidem, omni
um aqua bonitas, eo quod sunt naturarum uero,
quia præ eminentia & subalternatio est in eis.
Igitur factor bonus, & ager bonus, & semina bo-
na sunt. Quid ergo malum, unde, qua, quomo-
do intrauerit in creatam bonitatem, non mo-
dica quaestio est: nec noua, satis & acutè à do-
ctoribus præceditibus inquisita, ut etiam hic
merito taceatur. Sed boni seminis factor est fili-
us hominis, humilitatem insinuans, ac etià in-
tians à seipso saluator omni Christus, qui non se
à forma dei, sed à forma serui filium hominis
appellauit: quod cum in forma dei erat, missus est
non creare, sed seminare creatos in hoc mundo,
qui suus & totus est ager, in quo semper aliqd
egit ab eo, quo ipsum creauit, & agit, & aget,
quousque incognito nobis termino finiat. Meri-
to ager mundus, quem ipse fecit, in quo etiam
egit mirabilia magna solus. In quo etiam pa-
ter operat & ipse. Nam testatus est: Pater me-
us usque modo operatur, & ego operor. Cuius
bonum semen, sunt filij regni, qui ex seipsis se-
men non sunt, sed cum semine, quod est uerbum
dei, actiue & contemplatiue suscipiunt, regni
dei semina nominantur. Proinde saluator illa
similitudinem protulit, in qua semen uerbum
dei esse prædixit. Et ideo dicuntur semen filij
regni, quia semen recipiunt, quod est uerbum dei,
ut filij regni fiant per gratiam, non per natu-
ram. Quos tunc Christus seminat, cum per se-
ipsum aut per suos prædicatores uerba semi-
nando, uocat: tunc ipsi semina fiunt, cum diui-
na uerba suscipiunt: & seminati per uerbum in
agro huius mundi, facti sunt filij regni, nondum
illius in quo electi triumphat, sed illius in quo mul-
tis probationibus agonizant. Non enim inter
triumphantes, sed inter militantes possunt ab
homine inimico seminari zizania. Ne autem
quispiam dubitè moueat, homines bonum se-
men aut malum uocari debere, audiat scriptu-
ram dicentem: Semen autem hominum honora-
bitur, hoc quod timet deum: semine autem hoc exho-
norabitur, quod præterit mandata dei. Semen
quippe quod honorabitur, filij sunt timentes de-
um, docti ex semine uerbi dei. Quod autem exho-
norabitur, sunt zizania à diabolo superfata, s.
filij nequam, qui dei timore carentes, eius mā-
data prætereunt. Et ad domum Iacob per Isa-
iam dicitur: Vtinam attendisses mandata mea, &
fuisset quasi arena maris semine tuum. Ecce quod ho-
mines semen uocantur, ecce quod per custodiā mā-
datorum dei, filij regni efficiuntur & multipli-
cantur. Mandata siquidem dei, uerba sunt dei:
quæ qui suscipiunt semina in agro huius mū-
di, sunt filij regni: militares existunt, donec in
regno æterno suscipiant, ubi scādala nulla cō-
sistunt. De his etiam per eundem scriptum est: Si
posuerit pro peccato animā suam, uidebit se-
men longæuū. Ac si aperte dicat: Si filius hois

Johan. 5.

Eccl. 10.

Isa. 43.

Isa. 55.

qui seminauit in hoc mundo filios regni, pro
peccato humani generis uoluerit uitam pone-
re, quod & fecit, uidebit semen longæuū, hoc
est, semen suum in regno perpetuo duraturū.
Et cum de suis electis dñs loqueretur, etiā no-
mine seminis insigniuit, dicens: Electi mei non
laborabunt frustra, neque generabunt in contur-
batione, qui semen benedictorū dñi est. Non la-
borant frustra electi dei, quoniam omnia cooperan-
tur eis in bonum: neque in conturbatione gene-
rant, quia in patientia mentis fructificant. Non
laborant frustra electi dei, quoniam certam reddet
deus mercedem laborum sanctorū suorum. Et
per Psalmistam dicitur: Labores manuum tu-
arū quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.
Non generant in conturbatione, quoniam si eis de-
super datum est spūales filios generare, hoc est
gaudium & corona, quod de filiis suis spūalibus
dicebat Apostolus: Itaque fratres mei charissimi
& desideratissimi, gaudium & corōa mea, sic sta-
te in dño. Quia semine benedictorū domini est.
Quod semine benedictorū, nisi semine apostolorū,
per quos mundus credidit, per quos semina diuina susce-
pit, unde homines sunt semina filij hominis fa-
cti, & filij regni dei? Aut secundum aliam transla-
tionem, quia semine benedictum est, ut hoc alia
l. saie assertio testatur: Omnes qui uiderint eos,
agnoscent illos, quia isti sunt semen cui bene-
dixit dominus. Sed quæ sint zizania inter se-
mina benedicta, ipse saluator edixit: Zizania
sunt filij nequam, quorum factor diabolus, ini-
mici hois nomine appellatur. Non deriuemus
explanationem in alterā partem ab intentione
saluatoris. Sed qui sint nequæ filij, uideamus:
magis autem, ne nos ipsi simus, utique cauemus.
¶ Nequam filij, dici possunt omnes, qui ad
fidem Christi non ueniunt. Sed quoniam Chri-
stus de ortu nouellæ ecclesiæ loquebatur, quæ
regnum est exercitadæ militiæ, cuius filios se-
minauit nouitios apostolos per uerbum semi-
nis eius, qui spiritus primitias habuerūt, & ipsi
ex Christo factores etiam facti sunt, qui euntes
& stentes miserunt semina sua: homines pluri-
mos semina fecerūt, & regni filij facti sunt, in-
ter quos sunt à diabolo zizania seminata, quæ
à saluatore Christo filij nequam dicitur: quos
alios esse non dixerim, nisi hæreticos, aut post
fidem susceptam, quomodo liber peccatores,
de quibus per singula uelle differere, ipsa plu-
xitas animos fatigaret. Vnum tamen de omni-
bus asseram, quod omnes hi sunt filij nequam, qui
firmant sibi sermonem nequam. De quibus per
Psalmistam dicitur: Firmauerunt sibi sermo-
nem nequam. Firmant sibi sermonem nequæ
omnes credentes suggestioni satanicæ, blandi-
tibus mundi, delictis carnis, sensuali & humanæ
doctrinæ, sermoni terreni à ueritate, seu à uir-
tute hominem auertenti, & mores proprios
huiusmodi conformantes.

Isa. 65.

Psalm. 117.

Psalm. 4.

Isa. 65.

Isa. 65.

Job. 40.

Psalm. 117.

Psalm. 65.

¶ Inimicus homo, diabolus est, non quod di-
abolus homo, aut homo diabolus natura sit,
sed officio prauo & similitudine mala. Nam &
de Iuda saluator ipse dixit: Nonne duodecim
uos elegi, & unus ex uobis diabolus est: ut ho-
mo diabolus, & diabolus homo, ex malitia me-
rito dici potest. Cuius operatione, quia malus,
quæ fatan, quæ diabolus, efficiuntur filij nequam,
non efficiendi potestare, sed astutia suggeren-
di. Non enim potest mutare substantiam, seu na-
turam, neque cuiuspiam uoluntate, quauis per-
mittente deo suggerendi & suadendi habeat
potestatem. Non enim actione personali diabo-
lus nequam filios suos seminauit inter filios re-
gni dei, sed cum inuisibiliter fallit, falsum pro ue-
ro ministrans, aut cum timore plus opprimit,
aut cum peruerso amore ad non diligenda in-
flectit, aut plus accedit in minimis, aut cum ex-
tinguit ignem amoris in magnis. Et in superio-
ri parabola diabolus dicitur tollere dei uerbum
de corde, ne credentes salui fiant: in ista uero di-
citur, rationem Christi malum serere uerbum,
ut homines filij nequam fiant. Inimicus Chri-
sti est, & conatur aduersari actionibus eius, &
omni seruatorum eius importunus & infidiosus
est hostis. Et plus satagit subuertere quos tin-
xit aqua baptismatis, & eos quæ euangelico eru-
diti sunt uerbo, quam eos qui nondum fidem
domicinam & doctrinam euangelicam susce-
perunt: semper enim delectatur maiorem posse
inferre ruinam. Absorbet enim fluiuium, &
non mirabitur: habet fiduciam enim, quod lor-
dans influat in os eius, scilicet deuorare cupi-
ens in fide eruditos: & sciens eorum maiorem
esse iacturam, & Christi maiorem iniuriam, si
ab ipso possit eos auertere. Difficilis est ad ca-
uendum, quod prætereuntem à magnis & in uirtute
circumspicit, nisi cum percussit, non sentit-
tur, nec in suis processibus cognoscibilem no-
tam facit. Tempore pacis sæpe suis pilis interfi-
cit. Incautorum nullus effugiet arcum dolosum
eius, nec declinabit sagittæ pharetræ illius, nisi
ab inhaerente uirtute fuerit loricator.

¶ Messis, consummatio est: scilicet, contra eos
quæ præsumperunt dicere, quod sic non finietur
seculum, quorum falsam opinionem sua sen-
tentia saluator abegit: nam si seculi consum-
matio non esset, non sic ante consummatio-
nem omnia quaterentur, nec homini morituro
tot infirmitates, quæ sunt mortis præambula,
accessissent, nisi quæ omnino est morte solu-
endus. Superfluum est, seculi consummationem
exemplis asserere, aut ratione: super omnia cogit
credere patrona sententia saluatoris.

¶ Messores in fine seculi, sunt angeli. Et mi-
ra diuinæ prouidentie dispensatio, quod sint
messores quæ nunquam fuere factores. In agricul-
tura sæpe contingit, quod quæ serunt, simili-
ter & metunt. Hic siquidem sator est filius hois,

Johan. 6.

& apostoli, & omnes doctores, quæ uenerunt in
noie sancto eius. Messio tamen in fine seculi non
eis, sed spiritibus angelicis tribuetur exercen-
da, quæ semper ciues in superis, nunquam in hoc
mundo semen uerbi dei ordine à Christo tradito
seruerunt, ut filios regni facerent, quantum
multa & magna in hac uita perficiat iussu dñi
in obsequium electorū. Sed hoc ideo fide pia
fieri dixerim, ut metant in fine seculi bonos &
malos, quorum similitudinem gesserunt in ui-
ta boni hoies super terram, cum tis æternæ so-
ciandi: mali uero dissimiles facti ab eis, inclu-
dantur in illis tetralibus locis, in quæ apostolus
angeli merito eorum superbie ceciderunt. To-
tum uero quod sequitur in huius expositione
parabolæ, adaptatio est ipsius. Quod uero di-
xit, qui habet aures audiendi, audiat, hoc est
dicere, qui audit, intelligat ad scientiam, ut ad-
hibeat cautelam, ne cedat in partem filiorum
nequam, quorum est sic à dño determinata cla-
mnatio: sed assumatur in sortem filiorum re-
gni, quos Christo miseratè certa erit cū angelis
exultatio. Sed quoniam in prima editione parabola
plura sunt posita quæ non sunt in explanati-
one disertata, libet comicè ad mentem reduce-
re, ut tota parabola pateat, quæ diuinæ actionem
& patientiam & iustitiam monstrat.

¶ Nam dormire homini, (quod saluator omni-
fit exponere) inaduertentia est periculosa & in-
cautela, cōtra insidias inuisibilium hostium, & fra-
tro tapetibus ignorantie, atque uanitatum mū-
di depictis coloribus, & asperso illa suauitate
odoris, qui interiorum olfactum à uirtute ueræ
discretionis auertunt. Ex qua dormitione quæ
mala fuerint subsecuta, sacram scripturam qui
uoluerit inuenire, percurrat. Nā dormiens Noë,
nudatus est, ac si omnem uerecundiam abiecerit,
Loth soporatus, commisit incestum. Dormiens Sa-
fon, uiribus priuatus est. Dormientibus Ithobus
scth & ancilla ostiaria domus, ipse à principi-
bus latronum interfectus est. Capite dormiens trū-
catus est Holofernes. Et nocte huius pessimæ
dormitionis, sunt super bona semina zizania se-
minata. Et nocte hæc permixtio facta est, quia
cū lux uitatis abiecerit ab hemisphærio mēti-
um humanarū, quæ sunt diuinæ uoluntati cōtraria
nobisq; danosa, seminant. Mediū uero tritici, est
modestia in utranque partē, quæ diabolus nititur
maculare, ut maculato medio in quo solidæ uir-
tutis est sedes, cætera tūc à fundamēto deficiat.

¶ Abire uero superseminantis dolosi, de-
monstrat impotentiam commorandi & effici-
endi quod cupit. Non enim potest intantū ho-
mines occupare, quin eos libero arbitrio uti si-
nat, & quin eis potentia remaneat euadendi
& extirpandi noxiū semē, ac malè suaden-
tis conscriptionis pacta cōstringere. Quod autē
creuit herba, & fructum fecit, & tūc zizania ap-
b b iij

Gen. 9.

Judic. 16.

2. Rc. 4.

Judith. 13

partuerunt: hoc affirmauerim, quod ea quae sunt bona, ex natura crescit & similiter ex studio: quae uero mala sunt, natura non crescunt: & nunquam cognoscunt, nisi comparatione bonorum: nec enim habent existere praeterquam in bonitate naturae. Suppositat enim malum naturae bonitas, non tanquam accidens proprium, sed impertinetes & importune adiectiuum. Neque suppositat ad perpetuam actionem, quous cum fuerit peruersa uoluntas, etiam mala ex actione proueniunt. Sed quia ipsum per se non habet existere, nisi in aliqua bona natura consistat, quae ad exterminium si possit adducere, ubi consisteret, non habet. Si uero illam exterminare nequiret, sed minuire, non cedit in illam partem quae demit: sed in illa remanet, quam exterminare non potuit. Ac per hoc, hac rei ueritate zizania, in medio tritici herba crescente, apparere coeppunt.

¶ Accessus seruos ad patrem familiam, secum familiaritas est angelicae naturae siue humanae ad patrem omnium deum, quae seruis suis ad seipsum per fidem, per charitatem, & per orationem & contemplationem, benigne praestat accessum. Interrogatio uero ex ignorantia & admiratione procedit, cognoscentium omnem creaturam ab infinita bonitate complectam, & nullam esse mali substantiam, sed unde irrepserat, scire cupientium. Et magna timendi ratio nobis praestruit, si id quod non est, quod est, ex aliqua parte concurbat. Quod uero uolebant illa colligere, uel ad deum & ad conseruationem boni naturalis & gratiae omnino insinuat, sed in temperatum, & nec secundum scientiam, cum uelint subito inferre uindictam.

¶ Praeseruatione patrisfamilias, ex prouidentia magna processit, ne serui nescientes boni discernere, cum zizaniam extirparet & triticum. Solus nouit qui sunt eius, & discernendi bonos a malis ipse duntaxat habet scientiam. Sustinet deus in agro huius mundi malos simul esse cum bonis, propter bonorum exercitium a contrariis, ex quo lucra maxima nascuntur. Cum uolantur merita recte agentium, cum congressum habent cum prauitate malorum, & probatiores sunt ipsi ex aduerso surgentibus. Necnon & ipsi mali possent interdum gratiam consequi, eorum meritis quos affligunt, & intercessione illorum cum quibus in conuersatione miscentur. Porro innumerabiles sunt conuersi ad tramitem ueritatis, & diuinam sunt gratiam consecuti, quorum ilico post crimen si fuisset extinctio subsecuta, aeterna damna subissent. De his in scripturis sacris plurima sunt exempla, David, Petri, Pauli, Magdalene, & multorum similia, quorum spectabiles habemus imagines: & ex multis malis, multos bonos per generationem carnis suscepit ecclesia, qui per gratiam in dei filiationem credendo & moribus deuenerunt.

¶ Diuina permissio, quod usque ad messem zizania cum tritico permittant crescere, respicit quae supra posuimus, insuper & quod eo impossibile factum est, non omnes homines iudicari, ut si euadant tempore persecutionis uitae, non tamen finita messe suffugium euasibis habebunt. Omnes enim qui ad tempus effugunt humanum iudicium, includit diuinum. Non enim deus hic omnia punit, non omnia iudicio referuat extremo. Dei misericordiam & iustitiam semper apparere necessario factum est, ut hic miseretur & temporaliter puniat, alibi enim possit misereri & aeternam damnare. Nec enim instantaneam praemiam aut puniendum, misericordia dei atque iustitia ex tempore apparebunt, sed aeterna duratione manebunt, ut aeterna electorum saluatio misericordiam, infinita damnatio iustitiam monstrat.

¶ Collectio prima zizaniorum a tritico, purgatio est bonorum. Boni enim purgati remanent, cum mali auferuntur ex eis. Nec obstat hoc quod in parabola ista dicitur, quod primo fiat zizaniorum collectio, illi sententiae qua prius benedicti uocantur ad regnum, & post maledicti mittuntur in supplicium: quoniam hic est ordo uerborum, ubi uero ponit ordo factorum. Saepem aliter res dici quam fieri, & alio fieri ordine quam dicantur: non tamen praedictum ueritati ullo modo inferri, uelut in conditione fabricatoriae artis praesertim latitudo, altitudo, longitudo, magnitudo domus, aut turris, aut cuiuslibet aedificij, cum tamen in constructione primo fiat congregatio cementorum, & ad fundamenta iacienda terra fodiatur.

¶ Alligatio in dicta fasciculorum, ad similitudinem culparum refertur, ut qui similem uitam cum alijs suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. Et hi more fasciculorum simul colliguntur in poena, qui male in hoc mundo uiuentes, uniti corpore uel diuisi, similes fuerunt in culpa. Et omnimodam inexplicabilitatem importat colligatio simulculationis, cum nemo ligatus se possit explicare, nullus a nexu uinculorum liber existat, qui alijs possit ad soluendum argumenta praestare.

¶ Quod fasciculi ad comburendum traduntur, & Christus exposuit, quod mittet filius hominis qui seminauit, angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, quae nihil aliud esse uidentur, nisi qui in Christo scandalizati sunt, contra quos positum erat uerbum: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Scandalizatur quidam propter timorem humanum in fide, ut omnes apostoli, maxime Petrus, qui se non scandalizari omnino asserbar: tamen timore percussus, defecit in fide, negando quem ante praedixerat esse filium dei. Scandalizatur aliqui in doctrina Christi, non recte intelligentes quae ipsa ueritas docet, aut despicient

res, quia contra & supra sensum humanum est: sicut pharisaei, cum eos saluator de transgressionem mandati diuini, propter traditionem propriam, aperte argueret. Plures etiam in dei ecclesia scandala facti sunt, qui alios, male docendo aut uiuendo nequiter, scandalizant, de quibus per prophetam dicitur: Vos autem recessistis de uia, & scandalizastis plurimos in lege. Ad facientes erat uerbum istud, qui populum erudire debebant, & uita & doctrina dirigere in salutem. Ipsi uero de uia ueritatis recesserunt, subiectis plebeis scandalum inferentes, non seruantes legem, quam alijs seruandam audacissime praedicabant. Quod post Christum in succedentibus moribus actum est, ut multi pontifices, sacerdotes atque doctores, populo ex damnatis moribus praebuerint iter ad mare submersionis. Scandala nefanda, qui haeretici nunc cupantur, plenius praedecessores nostri in hac parabola ostendere, aduersus eos subtilissime differentes, ut hic sit praeterire commodius. Colligendi etiam sunt omnes qui faciunt iniquitatem, ut nullus peccator nisi iusta praenuntius emenda, remaneat. Facientes quippe iniquitatem, sunt omnes qui fastu superbiae praetereunt legem dei, ut hoc distare uideatur inter zizania & facientes iniquitatem, quod zizania ad haereticos, schismaticos, & male docentes, & interpretantes scripturam praeter sensum proprium, referatur: qui uero iniquitatem faciunt, ad omnem perperam actionem.

¶ Millio autem horum in caminum ignis, & fletus, & stridor, perpetuitas est poenarum contra tenerum hominum sensum, per ignis asperum sensum.

¶ Fletus, pro bonis irrecuperabiliter perditis. Stridor, pro reatibus ineuitabiliter applicatis. Iustorum uero fulgor, per similitudinem solis, excessum aeternae claritatis insinuat, qui nec sub imagine lucidioris corporis potuit designari, quoniam sub caelo nil sole lucidius in corporibus inuenitur, quanquam multo amplius ab ista luce in aeternum splendor iustorum erit. Nam erit lux lunae, sicut lux solis. Et lux solis erit sicut lux septem dierum, ut etiam eo amplior sit excessus, ut in ipsius explicatio ne lingua pariter & scriptura deficiat: quoniam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. Quod uero Marcus posuit, non est certum diffinire, si alia siue uia est cum ista parabola. Crediderim potius esse unam quam aliam, quanuis aliqua seriosius posuit Marcus enarrare quam Matthaeus. Verum uerba illa hic breuiter subrogant, ne praeterijisse uideamur. ¶ Sator idem qui supra, filius hominis: cuius dormitio, permissio est agendorum. Nam quae dormit, incuriosus est in agendis, nec circumspicit quid agatur, neque scrutatur si quispiam aduer-

sus cum paret infidias, si quis aggrediat, si alius bella commoueat, si quis furetur, si quis quomodolibet perperam agat.

¶ Est enim dormitio quaedam mortis imago, quaedam alienatio animae, caeca extrasis mentis, impotentia sensuum: quam obrem dormiens inactuofus est, non omnino, sed rationis motu. Quo typo parabolice filius hominis dicitur dormire, ut permittat libere spiritalem & mysticam praecedere rationem.

¶ Exurrectio nocturna atque diurna, custodia & protectio est in aduersis & prosperis, & exercitatio in utrisque.

¶ Quae semel germinat & crescit ignorate satore, similitudo est, non ueritas. Nihil enim filius dei ignorat, quis ignoratis typis saepe demostret. Vltro enim terra fructificat. Spontanea fructificatio terrae, bonum est naturale: quoniam habet naturale bonum praesertim meliora proficere, multo magis & bonum supererogatae gratiae ad potiora se traiecit. Ordo tamen & gradus in spiritali profectu existunt, ut primum germinet herba, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

¶ Viridis herba, quae primo germinat ex semine, est ipsa fides qua efficiuntur fideles. Nam fides est ex auditu, auditus autem per uerbum dei, quod est semen faciens semina regni.

¶ Spica uero est charitas, quae effraicta noiares nescientes, ab inimicis in flumine sunt submersi. Dignum est ut submersus intreat, qui charitate non nouit, quae uirtutibus oibus supernatac.

¶ Frumentum autem plenum in spica, boni operis consummatio atque perfectio est. Perfecta siquidem charitas foras emittit timorem. Exclusio timoris, plenitudo est uirtutis, quoniam cum ad perfectionem uirtutis & ad subeunda pericula nil timori subijcit, plenum opus atque perfectum ex charitate generatur.

¶ Necnon per herbam ipsam bonam uoluntatem intelligere possumus, sed a pusillanimitate detentam seu apparentem in nobis, nescientes tamen in quam partem debeat declinare, uelut uidentes grani uiridem herbam, ignoramus utrum fructificet, uel arescat, aut deficiat humore modico, seu gradine descendere de caelo, siue aeris aut terrae defectu, aut hostili incurfu.

¶ Per spicam uero ipsam nostram bonam uoluntatem, utique sic bonam, ut mala quae declinet, tamen modica bona proficiat. Sed perfectum frumentum in spica, perfectum in bonis operibus insinuat uoluntatem.

¶ Accedit etiam alius non minor utique sensus, ut herba tempus naturae ab Adam usque ad legem: spica, tempus legis usque quo deuenitur ad Christum: plenum frumentum, euangelicae siue Christianae gratiae tempus, quousque praesens seculum finiatur, insinuet. Profectio etiam in his tribus, gradus militum in ecclesia construuntur, uidelicet probabiliter ad orientium, & gradientium de uirtute imanim illam quae apicem habet, similiter & eorum qui ad

cōforme eis culmitium uirtutum peruenerunt.

False autem, quæ demum mittitur de messor... Apoc. 14. Mitte falcem tuam acutam & mete, quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & messuit terrā. Falcem acutam habebat qui sedebat super candidam nubem, uidelicet super ecclesiam...

Hora siquidem semper est exercendæ iustitiæ, ad demerendum eos qui uitæ huius cursum iuste aut culpabiliter expleuerunt, sed una erit omnium hora, qua messis, quæ finis est seculi, demeterur, & omnium erit diiudicatio extrema, cui alia non succedet.

¶ De parabola grani sinapis satis, secundum Matthæum, Marcum & Lucam.

Caput IIII.

Matth. 13. Marc. 4. Luc. 13.

Post parabolam iacti seminis, partim in pditionem, partim in trifariam fructu conuersi, & post illam, qua mali cum bonis usque ad finem seculi dicuntur admixti, in modica re augmentum ecclesiæ designauit, ut uirtus in deum, potentia uirtutis ad seipsam, & quicquid boni in ecclesia exterius agit, ad fidei gratiam, non ad homines referatur. Unde aliam parabolam proposuit eis, dicens:

Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus quæ sunt in terra. Quod cum seminatum fuerit, crescit, & ascendit in arborem, & fit matus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut uolucres cæ-

li ueniant, & habitent sub umbra in ramis eius. Non est hic similitudo rerum, sed actionum: quoniam sicut granum sinapis uidetur contempibile inter semina, sic uerbum fidei uidetur contempibile inter uerba rationis humanæ, cum uerbum fidei duntaxat sit in auro ritate, dissertationes uero naturæ procedant ex quadam insita ratione. Sed cum uerbum fidei homo Christus seminandum accepit, quod & seminauit, ut iam prænouimus, & inuisibilibus creuit augmentis, & ad perfectionem arboris per similitudinem fecit ramos plurimos, ista uidelicet ordinis uiuendi, ut homines uelut aues in aëre absque certa uia in uanitatibus huius mundi errantes, incertis sedibus uagantes, ueniant ad habitandum & quiescendum sub umbra fidei Christianæ, uelut à malis & intensis caloribus aestuati.

¶ Vna porro est arbor quæ ex stipite uno confurgit, sed diffunditur, proreducitur, dilatur in ramis, non tamen multiplicata stipitis unitate. Vna siquidem est fides à Christo fundata in cordibus hominum in fatis & contempibili uerbo, quæ seruans in tenaci radice atque in robore unitatem, suo ineffabili creuit augmento, & ramos expandit plurimos ad receptionem omnium uenire uolentium, ut nulli excusatio ex tergiversatione pateat, si non uenerit ad quiescendum: ut si unus ramus non placeat, alter ad habitandum in umbra eius in placidum fiat. Quauis enim una sit fides creditum, & una in illa sit intentio actionum, non tamen in fide omnino una est operatio recte agentium. Nam & Apostolus nouem in ecclesia distinguat spiritus sancti operationes, quanquam & multo sunt plures, quæ uelut rami existunt in arbore, sic istæ manent in fide.

Ramus est inter cæteros primus, in excepta obseruatio mādatorum, in quo primo insidere oportet aues spirituales aduenientes.

Ramus est in arbore fidei, quanquam abiecior, ipsa coniugalitas contracta modo debito propter prolem.

Ramus, omnis castratio propter regna cælorum, siue quæ semper integritatem retinuit, aut illa quæ de altitudine procellosi maris in portum castitatis deuenit.

Ramus, abdicatio omnis laudatæ materiæ. Ramus, in proximum omnis actio cum pietate relata.

Ramus, anachoretica uita.

Ramus, cenobitica conuersatio.

Ramus, castigatio corporis cum discretione assumpta.

Ramus est, feruor ad pœnas, & electio extinctionis uitæ, ne præcidatur ab arbore.

Magna numerositas est in ramis. In omnibus magna & plurima sunt testimonia euangelica, similit & aplice, quæ uelut nota, saltè ex consuetu-

dine agendi siue loquendi scrutatoribus scripturarum, & parcens etiam lectoribus, intermisit ac per hoc omnes inuitatur, ut aues in arbore huiusmodi fidei quiescamus. Nemo sibi de aliquo blandiatur, non posse in ramis fidei habitare, cum in ipsis tanta sit numerositas, ut unumquodque pro sua capacitate suscipiat. Nichil enim fides habet angustum, in ramis suis uastissima est, tantummodo unitas in fundamento seruatur. Quod autem post positionem grani tritici satio grani sinapis inducitur, rectus ordo deposcit, ut amor charitatis super opera inducatur, quoniam iuxta mensuram amoris, rectè agentibus retributor honorum omnium præmia largietur. Contritum enim granum sinapis, uidelicet eximiam caliditatis ostendit. Sumpturnum id efficit, cerebrum commouet, sed in hoc experientia plus elucet.

¶ De parabola fermenti, secundum Matthæum & Lucam. Cap. V.

Virtutem diuinorum saluator ostendit, cum in eo quod tam uidetur modicum, tantam operet in transmutatione efficaciam in uirtute, sicut supra granum sinapis, nunc autem fermentum. Nam ex arte pistoria noscitur, quod modicum fermenti multam massam in naturam suam conuertit. Et dum pro peccato seu peccatore depellendo Apostolus loqueretur, ausus est dicere: Nescitis quia modicum fermenti totam massam corrumpit? Non tamen hic peccati habet imaginem, sed similitudinem ad ecclesiæ sanctæ mysteria, & ad animam per bona opera satagentem. Et multis hanc parabolam in sensum allegoricum distulerunt, nos in uita agenda, ut possumus, includamus. Nam de natura corporis esse membra, certissimum est, & unius naturæ corpus cum membris, membraque cum corpore, si milem declarationem suscipiunt. Quoniam si regnum cælorum sic assimilatum est, ut mulier fermentum accipiens, sic ecclesia quæ rationes corporis tenet: sic quælibet anima quæ in corpore cum cæteris membris membrum existit, deuenire potest in similem actionem. Eadem fermentum anima accipit, cum suscipit condientem doctrinam: nam & doctrina bona uel mala, nomine fermenti signatur, cum dicitur: Cauete uobis à fermento pharisæorum.

1. Cor. 5.

Matth. 16.

Marc. 8.

Luc. 12.

1. Cor. 11.

Hic uero pro doctrina sana depromit, cum assimile sibi actio regni cælorum, quæ talem similitudinem omnino non gereret, nisi fermentum etiam in bonam partem accipi posset. Omnis igitur anima quæ appetit esse in regno cælorum, accipit sanctæ scilicet euangelicæ doctrinæ fermentum: & in tribus fatis farinae abscondit, ut totum hoc efficiat fermentum, quod dici potest pro his qui deliquerunt. Farina namque ad contritionem peccatorum referri solet. Nam Israelitici egredi-

entes ex Aegypto, iussi sunt portare farinam, contritionem uidelicet peccatorum. Et ad Babylonem, ut molar farinam ad contritionem malorum suorum, dicit: Tolle molam, & mola farinam, denuda turpitudinem tuam. Cuius tria sunt facta. Tres enim potissimæ sunt contritionis causæ, quæ mensuras rectè appellamus. Habet unam quæque determinatam dolendi rationem.

1. Sale. 4.7

Prima siquidem, quia omnem iniquum in dei primò tendit offensam, cum fiat contra eius legem æternam, quæ mala fieri semper prohibuit, nunquam concessit.

Secunda, quia eius lædit autorem, etiam si poena sensibilis non sequatur, cum eius dehonestatur natura, cum minuit aut cōsumit, quod autor in illa placitum possidebat, & quod in ipso existit, peccato se abstulit à pulchritudine unitatis.

Tertia, quia diuina durante atque dictante iustitia, mali autor segregatur à deo, eicietur in pœnas. Fermentum igitur euangelicæ doctrinæ in his tribus mensuris absconditur, donec totum fermentetur, ut in seipsam hec tria cōuertat, & fiat amaritudo euangelica, quæ semper parit gaudium post mortem. Et hoc est quod saluator parabolice dicit:

Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum.

Matth. 13. Luc. 13.

Et etiã accepta ipsa eadem doctrina, in tribus uiribus animæ abscondit, ut secundum suam proprietatem in illam conuertatur, quod est, memorari & intelligere atque uelle: quoniam nihil tam dignum memoria, quam doctrina saluatoris: neque ad intelligendum est alia doctrina superior, quam Christi: & uelle perfectè, sensus est consummatus. Non sit farina, nisi in duabus molis granum conteratur, quæ una superior, alia inferior: quæ nec iure pignoris accipiendæ sunt, charitas uidelicet, quæ omnibus susperferatur: & timiditas, ne in inferioribus partibus anima derudatur. Nec abscondi poterit in farina fermentum, nisi aqua calida conspergatur, ut totum conspersum fermenti uirtute fermentetur: quam nihil aliud esse dixerim, quam gratiam ex amore tributam, ut Christo commassati, eiusque doctrinæ, unus panis simus cum ipso, pro ipso amaritudinem huius tenentes, cum ipso facti unum, æternaliter regnaturi. Et hoc est quod in fermento sic absconditur, intelligitur regnum dei.

¶ De parabola thesauri absconditi, secundum Matthæum. Cap. VI.

Non quia æterna sapientia occultare mysteria, & humanas animas accendere ad querendum. Et per parabolam thesauri absconditi designauit ecclesiæ thesaurum, exercitium iustum in agenda uita statuit Christianis, dicens:

Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & prae gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quae habet, & emit agrum illum.

¶ Si unus & idē est, abscondēs, inueniēs, uendēs & emēs, ocululimā & difficilem explanationem habet parabola: si uerō unus est absconditor, alius emptor, facilior & clarior carpitur intellectus. Nā si unus esset abscondens & emēs, haec sequeretur absurditas: Quis enim inuentum thesaurum, praeterquam in suo agro absconderet? Quis in alieno, ut propter thesaurum ad emendum animaretur agrum? Si autem in suo, cur omnia distraxit, & quod suum erat emit? Quis em suae rei sibi ipsi factus est uendens & emptor? Nisi fortassis sic uelimus asserere, quod quispiam in alieno agro ex casu thesaurum inuenisset, quem cum non potuisset extrahere aut nollet, ne furti iudicio subiaceret, magis iure uenditionis & emptionis uoluerit possidere, sua quaeque distraxit, ut agrum habentem thesaurum absconditum possideret. Sed quod unus & idem sit, ad quem omnes huiuscemodi pertineant actiones, tarditas ingenij mei uenire in hanc confidentiam omnino diffidit, spiritus sancti gratia prohibente. Veruntamen ad has diuersas operationes, diuersos autores inspicere decennus iudicauit, ut alius abscondēs, alius sit & emens: ad quā elucidationem singula in explanationem deueniant.

Abcondens, est deus pater.

Thesaurus, est filius humanatus.

Ager, ipsa est actio agenda uitae.

Inuentor & sua uendens & emens, est omnis fide sincera signatus, regnūq; celorum, scilicet ecclesiae sanctae, nouit, habet hoc, in ipsa huiuscemodi ministerij sine intermissione peragit.

¶ Inuenit pater non temporaliter, sed aeternē filium, cum ab aeterno genuit eum quem in tempore praefinito abscondit primō in humanitate, ut postmodum in actione uitae agenda absconderet. Actio siquidem ipsa, est omne sacramentale mysterium, in quo abscondus est Christus: sic abscondus, ut non intelligatur: sic uerē, ut per fidem inueniatur: nam aliunde sacramenta non essent, si non abscondus Christum haberent. Abscondit se Adam ne uideretur a deo, in nocētia stola nudatus inobedientiae merito, quam ipse sub caelo primus inceptit: sed deus eregione filium in sacramētis abscondit, ut inueniretur ab homine merito fidei, quam hominibus dedit. Inuentus Adam, ab abscondione sui argutus est, poenaeque multatus: inuentus Christus, inuentoribus peccata remittit. Nudus abscondēbatur Adam a stola uirtutis, filius dei absconditur humanitate uestitus: quā, ut reuisceret prima stola genus hu-

Gen. 3.

manum, sponte suscepit. Non em in sacramentis fidei nostrae filius dei praeter humanitatem, nec praeter deitatem humanitas credit. Vnō siquidem unam omnino facit esse personam. Decretum fuit aeterni consilij, ut sic absconderet filius dei, ut sic per fidem inueniret, ut labor inquisitionis in corruptibilibus creaturis, culpam delectationis in eis prohiberet per gratiam dei superaret: & quæreret in multis, quae propter multa homo reliquerat: & a multis accederet ad unum, a quo ad multa fuerat facta digressio. In uirtutibus etiam est abscondus Christi, quoniam cum in actum deueniret, actus eius est gratia, Christo dicere: Sine me nihil potestis facere. Nec non ois bonae legis ipse appositus est finis, uelut finalis thesaurus in agendis, quoniam finis legis Christi ad iustitiam omni crediti, ut pro oibus aliter dictū prophetici: Verē tu es deus absconditus. Verē deus absconditus in humanitate, latens in sacramētis, sine corporea dimēssione confusus, incomprehensus a sensibus, fide creditus. Latet hic thesaurus in agro uirtutum, in quo inuisibiliter inuenit. Hoc enim potissimum habent uirtutes uiuificae, Christum scilicet dei filium in thesauris. Non enim uidetur in sacramentis, aut in uirtutibus Christus, sed miro & ineffabili modo absconditus est in eis, qui si de inuenit, praemio reuelat, & aperta facie cognoscitur. Hinc Apostolus ait: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tūc autē facie ad faciem. Nūc cognosco ex parte, tūc autē cognoscam, sicut & cognitus sum. Quare uidemus sicut per speculum in aenigmate, nisi quia in agro agenda uitae absconditus est? Ager siquidem agenda uitae, ipsa est uirtutum congregata congeries, secundum quam debet esse omnis actio Christiana, sed in ipsa Christus nisi in fide conspicitur, ut omnino nostris sensibus abscondatur. Sed cum aduenit tempus praemij post exercitium huius uitae, uidebimus facie ad faciem, & cognoscemus ut cogniti sumus, ut non abscondita amplius, sed in omni reuelatione atque aperta uisione cognoscat. Atqui non abscondit eum deus, ut semper maneret abscondus, sed ut inueniretur & cognosceretur, & fieret manifestus, & esset praemium inquisitionis & beatitudo inuentiois. Nam thesaurus absconditus & scientia abscondita, quae utilitas in utriusque: Si thesaurus non inueniatur, & sapientia non effundat, protinus est & nulla. Sed hoc sine filium aeternus pater per huiuscemodi formam abscondit in tempore, ut in tempore inueniat aeternus, qui factus est in humanitate temporalis pro omnibus. Proinde inuentor simul factus emptor, accedat. Accessit igitur homo ad alienum agrum, & aliquid ibi erigit, unde meruit inuenire thesaurum occultatum. Amore thesauri contractus est, quo distraxit quae ante dilexerat, & ad commercij

Job. 19.

Psalm. 61.

1. Cor. 13.

Roma. 10.

Eccl. 2.

Eccl. 1.

um uenit, ex quo in luce iam factum est, suum non esse agrum quem emit. Alterius erat iuris, quod sibi uendicauit ex precio non definito ex numero, pondere uel mensura, sed ex uniuersa distracta substantia emit agrum illum, ut siue magni numeri, siue parui ponderis & mensurae, nil taxaretur, nisi esset in exceptio: ne, sed ois substantia reduceret in precium, ut compararet agrum propter abscondum thesaurum.

¶ Si quis iuxta literam sequitur omne quod paraboliçe dicitur, aut in sensu scripturarum errat, aut ignorat, & ignorando uiolentabit scripturae decursum, retorquens in nefandam partem, quae uiolentiam omnino non patitur. Quamobrem in omnibus sacrae scripturae mysterijs id considerare prius expedit, ut intentioni seruatur dicens: Hic post thesauri absconditi negotium, qualiter in mysterio regni dei posuit inuenti, discernendum est. Ad inueniendum uelut quaedam fortis mulier accessit ecclesia, seu prima, siue omnis subsequens fidelis anima, illo scilicet pede licite inquisitionis, quo uiciniue licitum est quærere catholicam fidem: quae cum inuenisset primō agrum quam occultum thesaurum, considerauit illum, & emit eum. Quare considerauit: utrum in illo aliquid lateret. Nam prius ager quam thesaurus nostris offertur obtutibus. Et diligenter considerans, inuenit in ipso agro sacramentorum atque uirtutum ineffabilem latere thesaurum, ad innotescentiam recte agentium, quod uirtus ducit ad Christum, non Christus ad uirtutem, quamuis ipse primō ad uirtutem capessendam adiutorium praebet, quoniam non finis Christi uirtus, sed Christus finis est omnino Christianae uirtutis. Et supra iam diximus, quod Apostolus dicit, quod ipse finis est legis ad iustitiam omni credenti.

¶ Inuentus est thesaurus in agro, diligenti consideratione praehabita. Haec enim fuit actio in praedio alieno, ut consideraretur quid boni contineant sacramenta siue uirtutes. Ratio prior hoc laborauit in agro. Ipsa intelligentia prior operata est, cum ingredi fuisset ipsa permessa, cum se abstraheret ab his in quibus sensualiter & naturaliter agebatur: & niteretur, si quispiam supra naturam possit inquirere. Hoc typo Salomon ante perfecerat, dicens: Cogitatio in corde meo abstrahere a uino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, euitaremque stultitiam, donec uiderem quid esset utile filijs hominum. Optima cogitatio humani cordis, ut abstrahatur naturalis caro, qua uelut a parte rotas intelligitur homo, ab ea laetitia qua forissecus & blandimento sensuum delectatur, & animus transferatur ad sapientiam, quae solum in uitalibus uirtutibus plenē consistit. Et stultitia deuitetur quae ipsa est, & non altera, scilicet gaudium siue for-

lamē, atque beatitudinis requiem quærere in caudis. Haec stultitia plena consistit, his delectari quae alium ordinatur ad finem, non de uirtutibus dixerim, sed de perfunctorijs atque terrenis, & quae mortali carnis prudentia ingruit. Hoc siquidem ideo fiat, donec uideatur quid sit utile filijs hominum. Nihil utile porro est filijs hominum, nisi speciosus forma praesens filijs hominum, quae filius dei existens, inuentus est homo in habitu hominum, formam dei non relinquens, indute formam hominum, quae non cognouerunt filij hominum, sed excedentes naturam omnium hominum. Contra quem dilexerunt uanitatem, quae fuerunt in mendacium graues corde filij hominum, sine quo uani sunt filij hominum, mendaces sunt in stateris iusticiarum suarum filij hominum, sine quo damnatur omnes filij hominum, cum quo & in quo & per quem saluatur filij hominum. Quid ergo utile aliud potest esse filijs hominum, nisi Christus dei filius redemptor omnium hominum? Haec nempe sit iuxta Salomonis typum hominum cogitatio, ut quid sit utile filijs hominum, cognoscatur. Sed hic absconditus est in agro. Si considerasti agrum, eme illum. Non est tui iuris, non est tuae potestatis. Distant uirtutes a nouerca natura, quauis sint secundum conditam naturam. Iure paterna haereditatis illas haereditare non possumus. Spiritualia & corporalia mala in haereditatem a protoplastis accepimus, & perpetuatur in nobis, durate propagine damnata, ut nemo ab his haereditarijs malis praeterquam thesaurus abscondus absoluat. Precio penitus opus est, ut iure uenditionis & emptionis deueniatur in agrum huius thesaurum occultantem. Vnde praedicta ad rem tam alte uenalem? Quae insignitae monetae sufficient? Vnde copia metallorum? Quae superscriptiones & imagines Caesaris imprimuntur? Quis proxeneta fiet, suadens uenditionem domino possidenti? Qui tabelliones ad instrumenta condenda? Quae sicut in huiusmodi commercio cautiones? De his neque de similibus nemo causetur. Vade, uende omnia quae habes, nihil retineas tibi distrahendum, ut Ananias & Sapphira de precio non defraudes. Affer uenditori omne quod accepisti, precium magnum uel paruum, dummodo sint omnia inexceptuata tua bona distracta. Oim enim inexceptuata distractio, quae quis habet, est oibus abrenunciatio: affe peccatis quae nostri sunt iuris. Ista distaxat habemus propria, peccata, consuetudines malas, rebelliones ad uerum, placita sensuum, uolumtates proprias, & proprias regulaciones, & secundum naturam corrupta laedentes & inclinationes & mores ex eis. Istorum omnium uenditio fiat, & stamus in gratia quae natura excedit, & corruptam superat. Cui uendetur? Haec enim mala quis sibi uendicabit ex precio? Pa-

Psalm. 44.

Psalm. 4.

Psalm. 61.

Matt. 19.

Actu. 5.

fabola est. Nam his omnibus abrenunciaste, vendidisse, p̄tinus est. Precium em̄ quod ex his patrimonialibus & proprijs malis sic distractis percipitur, ipsa est dispositio in alteram uitam, & propositum p̄stendi, reciduo omni depulso. Ipsa est firma uoluntas per omnia in gratia fieri, superata, non destructa, natura. Et emitur ager sacramentorum atque uirtutum, in quo semper aliquid est agendum, de quo uiuendū. Vbi thesaurus est absconditus, in futuro seculo reuelandus. In hoc agro meditabatur Isaac, nam egressus aliquando fuerat ad meditandū in agro. Quæ igitur est agri meditatio, nisi qua liter in silo immaculatē & non ociose uiuatur? In quo sic meditatus, uidit Rebeccam sp̄sam nouam adueniētem: quam nil aliud dixerim, quam gratiā spiritus sancti, in ea uidelicet allociatione matrimonij sp̄ialis, qua quis semper ad meliora se transferre nititur, eidem inseparabili uinculo copulatus. In hoc agro Iacob pergens ad orientalem plagam, uidit puteum fontalem, atq; profundam dei sapientiam, circa quem accubabant tres greges ouium, tres uidelicet ordines saluandorum, ad aquari ex illo puteo expectantes. Non est uera sapientia neq; profunda, nisi in agro sacramentorum atq; uirtutum, quoniam in eis est Christus, in q̄ sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi.

Gen. 24.

Gen. 29.

Col. 2.

Ruth. 2.

Nec alibi qui saluandi sunt, quam iuxta huiusmodi puteum accubare decreuerunt, ad aquari aqua sapientiæ salutaris, non terrena & carnali quæ bibentes interficit, expectantes, quæ deus suos potauit electos. In hoc agro Ruth Moabitidis de iussione socrus accessit, ad colligendum sp̄icas post tergum metentium, unde sui uictus possit fulcire inopiam. Deficiens, Ruth interpretatur. Et uerè om̄is anima in defectibus est & perditioni proxima, nisi accedat ad agrum sacramentorum atq; uirtutum, ut colligat exempla sanctorum, & iuxta nouitatem conuersionis, illa modica uerba quæ capi possunt ex ore doctorum. Ager iste ad quæ Ruth Moabitidis accessit, nō cuiuslibet hoīs, sed hoīs in quo uirtus & fortitudo cōsistit. Sic em̄ Booz interpretatur. Decet em̄ agrum uirtutum esse hoīs uirtuosi atq; potentis, quæ nullus uiolentē p̄ improbitatem expugnet. Hæc mulier à dño agri p̄cognita, ne in altero agrum ad legendum sp̄icas accedat, exhortationem accepit; q̄ niam oīs ager præterquam uirtutum, honesta conuersationem nō habet. Nec sunt messorum q̄ exempla honestatis atq; uerba ueritatis nō relinquunt, unde agenda uitæ possit esse conuictum, ut modesta imitatio sit post eos. Et tradit huic consortium puellarum, ut sociam sulca solatio, in uirtute anima plus p̄ficiat: nam socia licet iucundiores sunt sp̄iales agones. Et iustum accipunt serui, ne in hoc agro molesti essent huic mulieri. Nō em̄ unius dñi serui adiuuicē

debet habere molestiam. Et cōcedit cum p̄teris bibedi licetia, cum sitis aduenit. Omnium electorū in agro sancto, quanuis dispar, sapientiæ atq; gratiæ sit una potatio & saturatio ex pane metentium. Ea largam supra speratum hæc mulier accepit licentiam, ut si uellet metere, potuisset. Nam sæpe de nouo cōuersis, dispositione atq; animi firmitate cōspecta, tribuit autoritas differēdi. Et animo dilatato mādā messoribus, ut ex industria plus apponant, cum assint qui plus colligere ualeant. Et colligebat hæc in agro à mane usque ad uesperam, quoniam usq; ad finem uitæ actio iusta non debet excludi. Quid plura dixerim? In hoc agro facta ē dispositio, ut Ruth Booz sancta & inseparabili lege matrimonij iungeretur, ad spem auxilij, q̄ omnipotenti deo in æternitate iungamur, perquirentes thesauri absconditum in agro sacramentorum atq; uirtutum.

¶ De parabola margaritarum, secundum Mattheum tantum. Caput VII.

Incomparabilē p̄ciosus p̄ciosas mysteria cōdidit, & in p̄ciosis mysterijs suam designauit ecclesiam, quoniam negociationi margaritarum ipsam parabolicē comparauit, dicens:

Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una p̄ciosa margarita, uadit & uendit omnia quæ habet, & emit eā.

Inoleuit ex antiqua consuetudine inter homines negociari, & facta est inquisitio & inuentio secretarum partium mundi ad peragenda negociā, illarū partes negociatores frequentant, quas suis negocijs ad commercia faciēda nouerint ex rebus copijs aptiores. Et cum inueniunt aliquid in signis p̄ciosum, emptionis iure sibi uendicare festinant. His typicis actionibus ecclesia sancta deducit, quæ regnū cælorum in sancto euangelio sapius appellat. Nam negociatores sunt, sed p̄ cælestibus, legitimi Ch̄iani. Et q̄ non fuerint, animantē ad negociā p̄ficiēda cælestia, cum tale margaritum reperiatur in regno, p̄ciositate cuius sunt oīa merito distrahenda. Quærunt p̄ciosas margaritas, sed una est dumtaxat super omnes p̄ciosas, cuius uirtus ad oīa ualet, & omnem expeditiam habet. Cæteræ, quanuis sint aliquibus insignitæ uirtutibus, non expediunt ad finem ad quem negociator est editus, nec auferunt inopiam, ad quam depellendam ipse mercatur, nec illā infirmitatem depellunt, cum qua periculosus negociator ipse decerat. Nam si de margaritis scientiarum agitur, p̄ciosæ quædam sunt, multa docent, erudiunt negociatorem, attollunt in fama, eloquentem faciunt, in admiratōne atq; ueneratione hominum sæpe ponūt, ostendunt secreta naturæ, ad astra discernēda

sustollunt, rerum mensuras & figuras aperit. calculando cuncta proportionant, modulantur uocis productibilis instrumenta, orare faciunt & acutè syllogizare, habentem physicam adijciunt, ne lædatur physis, & læsa curet: chirurgicari demonstrant, ut huiusmodi & uulnera de corporibus depellantur, Solonis & Atheniensium & Romanorum leges ante mundi retores fortiter garrunt: & ut perstringam, mathematicarum & mechanicarum plenus est orbis. Et in curram quatuor disponētium hominum more multi ascenderunt, & adhuc acutè disputatur de ipsis, sed nec expeditum possessorem ex omni p̄ciositate quam continēt, eius animum non quierant, beatam uitam nō conserunt. In una, nō in pluribus omnis est uirtus, in illa uidelicet euangelica & æterna doctrina, quæ p̄ciositatem habet temporalem, similis & æternam: quæ qui inuenit, oīa distrahit, oīa uendat, abneget semetipsum, & emat illam: ad quam inueniendam, omnium quærentium uitam & saluari uolentium festinare deberet in tētio, quoniam de illa scriptum est: Qui me inuenit, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. Si uerò ad omnia mundi p̄ciosas uolumus referre parabolam, nil p̄ciosius inuenitur in orbe terrarum, quam quod inuenitur in agro dominico. Nil protinus p̄ciosius Ch̄o, q̄ p̄ciosas est margarita in terris inuenta, quoniam ipse in terris uisus est, & cum hoīb; cōuersatus est: qui non inueniretur, nisi quæreretur. Veruntamen nec hoc, nisi se offerret omnibus requisitus. Sed tempus est requirendi dominum, cum se inueniēdum exposuit. Et si nō inuenitur nisi quærat, etiam necdum queritur nisi se requirentibus offerat, tantum quæsitio n̄ regula præfigitur. Hinc per sapientiam regula quærendi posita est: In simplicitate cordis uestri quærite illum. Inuenitur autē ab his, qui non tentant illum. Apparet autem his qui fidem habēt in illum. Ecce simplicitas præuia est ad inuentiōem optimæ margaritæ. Conuictus autem dominus per Ieremiā cordis totalitatem, dicens: Cū quæseris me in toto corde uestro, tunc inueniā t̄ uobis. Matutina solitudo ad inueniendum congrua uia est, tepiditas autem nunq̄ inuenit eum. De quo in typo sapientiæ scriptum est: Qui manē uigilant ad me, inuenient me. Manē autem uigilare ad Ch̄m, est illum oībus cogitatioibus & speculationibus antefere, qui semper inuenit, si nihil ante illum aut præter ipsum quærit. Sub eodem etiā sapientiæ typo in libro sapientiæ scriptum est, cum his qui facilem subuentiōem expediunt: Facile uideēt ab his qui diligunt eam, inuenit autem ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se cōcupiscit, ut illis se prior ostendat. Qui de luce uigilauerit ad illam, nō laborabit: assidentem illam in foribus suis inueniet.

Pro. 8.

Sapient. 1.

Iere. 29.

Pro. 8.

Sapient. 6.

Ecce dilectio, quæ sitio, concupiscentia, euigilatio de luce ueritatis & fidei, præoccupant nos & assidentem foribus uoluntatum nostrarū, facile faciunt inuenire. Eximius autē propheta: alibi audiuit, & alibi inuenit: Ecce audiuit mus eam in Effrata, inuenimus eam in campis syluæ. Præ id quod in Iudæa Ch̄s natus est, a quibus reprobarus, inuentus est in syluis gentiliū docere, ubi sp̄s & uirtute inueniāt. Non igitur descendamus in secretiora maris, nō montium alta subeamus, nō loca commercij ad inueniendam hanc margaritā, sed campos syluæ penetremus. Syluæ, loca sunt inculta & agrestia. In inculta & agresti uia rationabilis assumpta, Ch̄s dñs inuenit. Non em̄ in campis deliciarum, sed syluæ, se qui obtulit requisitus. Quærant loca remota & nemorosi campi, qui sunt amici mæroribus, cōtēplationibus apti, a strepitu alieni: & inibi inueniet, qui inter delicias & turbas sæpe p̄ditus est. Est inter omnes quædam uia decentior, compediū habens, ut sic quærat, ut ab Apostolo referret inuētus. Inquit em̄: Et habitu inuentus est ut homo, indutus est dei filius nostræ humanitatis habitū, in quo apparere hoīb; uoluit, sicq; inter hoīs cōuersari, ut posset a quærentibus inueniri. Qualibus moribus apparuit Ch̄s, in talibus ingramus. In forma hoīs degens, mōstrauit hoīb; quid in ipso inuenire satagerent. Verbo uitam agendam docuit, egit ope, etiam habitu inuētus ut homo. Supra id quod hoīs est, uiuebat. Inspiciant actiones eius, in illis inquirat: & inueniet ut homo, circumcisus ut homo, ad templum delatus ut homo, fugit in Aegyptū ut homo, timuit ut homo, conuersatus ut homo, subditus parentibus ut homo, baptizatus ut homo, ieiunauit ut homo, tentatus ut homo, p̄dicauit ut homo, laborauit in homo, dormiuit ut homo, esuriuit ut homo, māducauit ut homo, sitiuit ut homo, bibit ut homo, plorauit ut homo, turbat ut homo, clamauit ut homo, aporiat ut homo, humiliatus ut homo, traditus ut homo, ligatus ut homo, uerberatus ut homo, passus ut homo, crucifixus ut homo, mortuus ut homo, sepultus ut homo, resurrexit quia homo, ascendit ut homo, etiā & quia homo, in oībus procul depulso peccato. Sic ergo inuentus ut homo, ita eum quærat & inueniat homo, inuētum teneat nec dimittat homo, & introducat in tabernaculum mentis, donec ipse in æterna tabernacula introducat.

Psal. 131.

Philip. 5.

¶ De parabola sagæ, secundum Mattheum. Caput VIII.

Ordinauit saluator in iam dictis parabolis exercitia hominum, & animauit corda multorum: nūc per parabolam quæ finem seculi portat, omnium mentes absterret, & uiam telam suadet, cum ad examē electiōnis necesse

farium sit uenire, ad reponendum electos in partibus summis, et reprobo in poenis teralibus aeternaliter includendum.

Matt. 13.

Iterum simile est regnum caelorum fagena missa in mari, & ex omni genere piscium congregantisquam, cum impleta esset, educens, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi: Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.

Hic mores cudere, difficultatem habet: et timeo exorbitationem ab aluco recto sacrae scripturae, si uelim illos importune inducere; nam de fine huius mundi & ecclesiae, parabola est. Et si nihil aliud argueret mundi finem, utique sufficienter asserit haec adaptatio saluatoris, nec ad alium sensum multa expositione indiget, cum ipse clarescerit discipulis & auditoribus suis. Ad soliditatem recte agentium est ista parabola, & in peruersos, plata terrorem, cum boni eligant, peruersi detrudantur in poenis.

Est autem ista fagena, omnis iustitia siue doctrina, missa in mare praesentis seculi, ab omnium creatore, ab Adam usque ad consummationem, id est, in qua recte agi potuit uel peccari. Connexa quidem & reticulata mansit ab eo tempore, quo creator creaturam condidit, cum qua sub celo loqueretur: nec intercisio facta fuit in filo, quin sub nodis multiplicibus neccetur, ab originali iustitia per circumsionis distinctionem & locutionem patribus factam, & per legem in monte Sina, & per eruptionem propheticam, quousque euangelium adderet: ex quo uelut ex reticulato artificio, est in nodis inlubilibus perfecta fagena protensa sub undis, in quibus procellosi maris undique congregantur: producenda ad litus, cum piscationem hominum uoluerit terminare.

Ad hanc fagenam immittendam sub undis, ipse protoplastus post praeparationem piscator effectus est, uelut qui prior in hominibus nouerat domini uoluntatem, quam faciendam, & suae ruinae cautela posteris praedicauit.

Enoch etiam in fagena originalis iustitiae semetipsum & alios piscatus est.

Noe ad huiusmodi officium piscationis accessit.

Abraam, Isaac & Iacob suis temporibus piscati sunt.

Ioseph, Moyses & Aaron, conati sunt piscari etiam Pharaonem, Aegyptiacumque populum, simul cum eis quos de ipsorum manibus eripere cupiebant.

Solus & qui tempora iudicialia tenuerunt, zelatores legis in arte piscatoria studuerunt.

Samuel & reges deo accepti, oesque prophetae, qui non a seipsis, sed a domino missi sunt, artem piscatoriam exerceuerunt: quos etiam praedixit dominus piscatores alios se esse missurus, apostolos praedicens & subsequens, usqueque seculum terminet. Hinc per Ieremiam dictum est: Ecce ego mittam piscatores ad uos, dicit dominus, & piscabunt, non alia fagena, nisi in ea quam ex filio aeternae legis contextam agnouimus. Et in alio ducta est fagena ista, & profunde laxata in capturam, eo sensu quo in uocatione apostolorum dictum est, quod a piscatione piscium essent in piscationem hominum commutandi. Ex quibus cum fuerit impleta fagena, educit ad litus, ubi erit finita piscatio. Et quoniam mixta est captura rationabilium piscium, sicut & ratione carentium, quia non oes uiuerunt, ut in diuersitate labentium temporibus succedunt, nec omnes habuerunt reprobum sensum, apta fiet bonorum electio, malis etiam publice reprobatis. Sed hi dumtaxat eligunt, qui ab aeterno praedestinati sunt, quos elegit ante mundi constitutionem sanctos esse, conformesque fieri imagini filij sui, qui electioni diuinae praestiterit assensum, se transerentes in nouitate uitae, ad ambulandum apertum in uia dei, non arbitrio propriae uoluntatis, sed decreto & lege uocantis. Veruntamen non obstat huic parabolae, quae pro consummatione seculi dicta est, illa singularium continuata piscatio, ubi sub incertitudine militantium aliqui eligunt adueniente corporis morte, aliqui reprobant: quoniam huiusmodi piscatio habet iudicium dubium & occultum, ultima uero certum & manifestum. Et ex hoc nobis porrigit sub cauto timore ducere uitam nostram, ne simus de piscibus reprobatis: sicque degere sub aegre procellosi maris, ut in captura ueniamus electam, cum & fagenam etiam non immerito dixerim dei omnipotentis inuitabilem iustitiam, quae absque aliquo subterfugio cunctos inuoluet. De qua super Pharaonem regem Aegypti ab Iezechiele propheta: Expandam super te rete meum in multitudine populorum, multorumque, & extraham te in fagena mea, & proiciam te in terram. Gloria batur hic quasi aquarum dominus, & quod ab ipsis protegeretur. Quem dominus per prophetam in fagena suae omnipotentis iustitiae cape comminatur, ut super eum decernat poenalter, qui iuste uiuere recusauit. Angelorum uero ministerium & malorum tormentum, solertibus scripturarum scrutatoribus patet. More autem doctoris uolentis in animo audientium omnino inferre doctrinam, & praecauens quod proferatur, ne ab intelligentia elabatur, interrogat:

Intellexistis haec omnia? Dicit eis etiam. Incomparabilis boni perditum periculum non scitur, si deficit intelligentia, ubi ueritas docet. Et non apprehendisse mores iustitiae, germanum est bestiae. Sed nec intellexisse, perfectum quipiam habet, si desit actio cui tribuitur praemium.

Intellexistis haec omnia? Dicit eis etiam. Incomparabilis boni perditum periculum non scitur, si deficit intelligentia, ubi ueritas docet. Et non apprehendisse mores iustitiae, germanum est bestiae. Sed nec intellexisse, perfectum quipiam habet, si desit actio cui tribuitur praemium.

Intellexistis haec omnia? Dicit eis etiam. Incomparabilis boni perditum periculum non scitur, si deficit intelligentia, ubi ueritas docet. Et non apprehendisse mores iustitiae, germanum est bestiae. Sed nec intellexisse, perfectum quipiam habet, si desit actio cui tribuitur praemium.

Intellexistis haec omnia? Dicit eis etiam. Incomparabilis boni perditum periculum non scitur, si deficit intelligentia, ubi ueritas docet. Et non apprehendisse mores iustitiae, germanum est bestiae. Sed nec intellexisse, perfectum quipiam habet, si desit actio cui tribuitur praemium.

um. Nemini ad palmam scientia facta est, aut acuitas intellectus, si deest amor & possibilis actio. Igitur ut in praedicationem & actionem ueniant, Christus interrogat: Intellexistis haec omnia? Affirmant auditores, praesto esse intelligentiam ad prolata, quae aut ad iudicium, aut ad misericordiam intelligentis est. Et ait illis, parabolam per parabolam confirmans: Ideo omnis scriba doctus &c.

De parabola scribae periti ad patrem familias & thesauratum, secundum Mattheum. Caput IX.

Cum multas parabolas sine interpolatioe dominus posuisset, tandem quod protulerat, ad cuius similitudinem faceret, declarauit, dicens:

Matt. 13.

Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera.

Matt. 13.

Habet patrifamilias thesauros ex reb' ueteribus aut antiquis, tam transmutabilium rerum & ex usu deficientium, quam ipsi persistetium. Et omne dixerim esse thesaurum, quod appositioe quarumlibet rerum sumit augmentum, ut uetera noua suscipiant, & noua ueteribus apponantur. Aut auro & argento, aut uerbis aut lapidibus preciosis, aut ex noualibus appositioe facta thesaurus insurgit, ex quo patrifamilias secundum exigentiam noua & uetera profert ad domesticam curam, similiter & cum uult ex munificentia dona largiri. Non autem thesaurus esset ex ueteribus, si non fulciret ex fideis: neque fidei & noualia praestaret auxilium, si nihil in ueteribus haberetur. Vtraque oportet inesse: alioquin euanesceret ex his quae proferuntur. Sic scriba peritus qui ad alios habet proferre sermonem, in thesauro sapientiae huiusmodi patrifamilias factus est similis, quem ueterum atque nouorum oportet habere peritiam, ut de utrisque ad auditores posset plena documenta praestare. Peritus per omnia & in omnibus & super omnibus scriba est ipse, qui parabolice fatur, in quo thesauri omnes sapientiae absconditi sunt, qui uetera & noua docendo protulit, cum differuit de originali iustitia: Quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, cum dixerit de lege Moysaica, quam non uenit soluere, sed adimplere. Similiter & noua eduxit de thesauro sapientiae suae, cum noua mundo contulit sacramenta, cum uocauit in uitae nouitatem, cum ad praeccepta superaddiderit noua consilia. Produxit uetera, cum infernales poenas aperuit, ad quas descendit peccatis ueteribus ueteratus.

Matt. 7.

Noua protulit, cum nouitatem resurrectionis & gloriam uere creditibus repromisit. Ad haec imaginem omnis scriba doctus in regno caelorum instruitur, ut noscat ueterem nouamque legem, ut possit ex eis parabolice formare sermonem. Er sponso sponso gratulabunda dicit: Omnia poma noua & uetera dilecte mi seruaui tibi. Poma noua, fructus ex euangelica doctrina; uetera, fructus ex lege. Vna quidem est ecclesia saluatorum ex fructibus iustitiae utriusque testamenti. Nec non & in doctoribus & pitis scribis uetera & noua poma seruat, cum in prolata doctrina utriusque testamenti certura seruat. Uetera seruat Christo, cum ueterem mandatum creatum, & nouum per recreationem pie atque inhaerenter credit: cum patres ueteris testamenti & noui una fide collat dat, & originalem iustitiam in primordio conditionis humanae in cordibus hominum scriptam similiter & euangelicam assensum praestitit in fide uenerari. Scriba siquidem doctus in regno caelorum, qui patrifamilias in thesauro similis esse debet, omnem doctorem designat, ex autoritate catholice docentem, quem oportet in utroque testamento esse peritum, ut illius figuras, istius ueritates agnoscat. Omnia enim in figura contingebant illis, qui degebat sub ueteri testamento: nobis autem sub nouo militantibus, ueritates explicite apponuntur. Sub uelamine uetus testamentum erat, ad cuius ostensionem Moyses uelamē gestabat in facie: a nobis uero uelamen ablatum est, quoniam transiimus ad Christum. Apostolus siquidem dicit: Cum transieris ad Christum, auferetur uelamen. Expedit siquidem scribae solertis, ex nouo & ueteri in auditoribus fidem afluere, uelut si sic eorum celebraretur inductio, ex signo ad signatum, ex cortice ad medullam, ex umbra ad soliditatem, ex figura ad ueritatem, ex sermone ad sensum, ex litera ad intelligentiam claritatis. Haec imperitus scriba non nouit. Quam obrem si etiam steterit in regno dei, scilicet militatis ecclesiae, non agit, sed agit: non instruit, sed docetur. Doctus uero, rem regni dei agit, instruit & afluere. Proferit uitae nouitatem, ut in eius nouitate ambulemus: similiter & ueteritatem, ut deseramus. Omnia noua ex Christo, cuncta uetera ex Adam. Uetera transire cogantur, omnia ex Christo noua in nobis fiant. Hoc proferat, hoc suadeat scriba doctus in regno caelorum, ut nouis superuenientibus in uigore gratiae, uetera proiciantur, quae sunt ex origine culpae.

monem. Er sponso sponso gratulabunda dicit: Omnia poma noua & uetera dilecte mi seruaui tibi. Poma noua, fructus ex euangelica doctrina; uetera, fructus ex lege. Vna quidem est ecclesia saluatorum ex fructibus iustitiae utriusque testamenti. Nec non & in doctoribus & pitis scribis uetera & noua poma seruat, cum in prolata doctrina utriusque testamenti certura seruat. Uetera seruat Christo, cum ueterem mandatum creatum, & nouum per recreationem pie atque inhaerenter credit: cum patres ueteris testamenti & noui una fide collat dat, & originalem iustitiam in primordio conditionis humanae in cordibus hominum scriptam similiter & euangelicam assensum praestitit in fide uenerari. Scriba siquidem doctus in regno caelorum, qui patrifamilias in thesauro similis esse debet, omnem doctorem designat, ex autoritate catholice docentem, quem oportet in utroque testamento esse peritum, ut illius figuras, istius ueritates agnoscat. Omnia enim in figura contingebant illis, qui degebat sub ueteri testamento: nobis autem sub nouo militantibus, ueritates explicite apponuntur. Sub uelamine uetus testamentum erat, ad cuius ostensionem Moyses uelamē gestabat in facie: a nobis uero uelamen ablatum est, quoniam transiimus ad Christum. Apostolus siquidem dicit: Cum transieris ad Christum, auferetur uelamen. Expedit siquidem scribae solertis, ex nouo & ueteri in auditoribus fidem afluere, uelut si sic eorum celebraretur inductio, ex signo ad signatum, ex cortice ad medullam, ex umbra ad soliditatem, ex figura ad ueritatem, ex sermone ad sensum, ex litera ad intelligentiam claritatis. Haec imperitus scriba non nouit. Quam obrem si etiam steterit in regno dei, scilicet militatis ecclesiae, non agit, sed agit: non instruit, sed docetur. Doctus uero, rem regni dei agit, instruit & afluere. Proferit uitae nouitatem, ut in eius nouitate ambulemus: similiter & ueteritatem, ut deseramus. Omnia noua ex Christo, cuncta uetera ex Adam. Uetera transire cogantur, omnia ex Christo noua in nobis fiant. Hoc proferat, hoc suadeat scriba doctus in regno caelorum, ut nouis superuenientibus in uigore gratiae, uetera proiciantur, quae sunt ex origine culpae.

Cam. 7

1. Cor. 10

2. Cor. 3

Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & uetera. Habet patrifamilias thesauros ex reb' ueteribus aut antiquis, tam transmutabilium rerum & ex usu deficientium, quam ipsi persistetium. Et omne dixerim esse thesaurum, quod appositioe quarumlibet rerum sumit augmentum, ut uetera noua suscipiant, & noua ueteribus apponantur. Aut auro & argento, aut uerbis aut lapidibus preciosis, aut ex noualibus appositioe facta thesaurus insurgit, ex quo patrifamilias secundum exigentiam noua & uetera profert ad domesticam curam, similiter & cum uult ex munificentia dona largiri. Non autem thesaurus esset ex ueteribus, si non fulciret ex fideis: neque fidei & noualia praestaret auxilium, si nihil in ueteribus haberetur. Vtraque oportet inesse: alioquin euanesceret ex his quae proferuntur. Sic scriba peritus qui ad alios habet proferre sermonem, in thesauro sapientiae huiusmodi patrifamilias factus est similis, quem ueterum atque nouorum oportet habere peritiam, ut de utrisque ad auditores posset plena documenta praestare. Peritus per omnia & in omnibus & super omnibus scriba est ipse, qui parabolice fatur, in quo thesauri omnes sapientiae absconditi sunt, qui uetera & noua docendo protulit, cum differuit de originali iustitia: Quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, cum dixerit de lege Moysaica, quam non uenit soluere, sed adimplere. Similiter & noua eduxit de thesauro sapientiae suae, cum noua mundo contulit sacramenta, cum uocauit in uitae nouitatem, cum ad praeccepta superaddiderit noua consilia. Produxit uetera, cum infernales poenas aperuit, ad quas descendit peccatis ueteribus ueteratus. Noua protulit, cum nouitatem resurrectionis & gloriam uere creditibus repromisit. Ad haec imaginem omnis scriba doctus in regno caelorum instruitur, ut noscat ueterem nouamque legem, ut possit ex eis parabolice formare sermonem. Er sponso sponso gratulabunda dicit: Omnia poma noua & uetera dilecte mi seruaui tibi. Poma noua, fructus ex euangelica doctrina; uetera, fructus ex lege. Vna quidem est ecclesia saluatorum ex fructibus iustitiae utriusque testamenti. Nec non & in doctoribus & pitis scribis uetera & noua poma seruat, cum in prolata doctrina utriusque testamenti certura seruat. Uetera seruat Christo, cum ueterem mandatum creatum, & nouum per recreationem pie atque inhaerenter credit: cum patres ueteris testamenti & noui una fide collat dat, & originalem iustitiam in primordio conditionis humanae in cordibus hominum scriptam similiter & euangelicam assensum praestitit in fide uenerari. Scriba siquidem doctus in regno caelorum, qui patrifamilias in thesauro similis esse debet, omnem doctorem designat, ex autoritate catholice docentem, quem oportet in utroque testamento esse peritum, ut illius figuras, istius ueritates agnoscat. Omnia enim in figura contingebant illis, qui degebat sub ueteri testamento: nobis autem sub nouo militantibus, ueritates explicite apponuntur. Sub uelamine uetus testamentum erat, ad cuius ostensionem Moyses uelamē gestabat in facie: a nobis uero uelamen ablatum est, quoniam transiimus ad Christum. Apostolus siquidem dicit: Cum transieris ad Christum, auferetur uelamen. Expedit siquidem scribae solertis, ex nouo & ueteri in auditoribus fidem afluere, uelut si sic eorum celebraretur inductio, ex signo ad signatum, ex cortice ad medullam, ex umbra ad soliditatem, ex figura ad ueritatem, ex sermone ad sensum, ex litera ad intelligentiam claritatis. Haec imperitus scriba non nouit. Quam obrem si etiam steterit in regno dei, scilicet militatis ecclesiae, non agit, sed agit: non instruit, sed docetur. Doctus uero, rem regni dei agit, instruit & afluere. Proferit uitae nouitatem, ut in eius nouitate ambulemus: similiter & ueteritatem, ut deseramus. Omnia noua ex Christo, cuncta uetera ex Adam. Uetera transire cogantur, omnia ex Christo noua in nobis fiant. Hoc proferat, hoc suadeat scriba doctus in regno caelorum, ut nouis superuenientibus in uigore gratiae, uetera proiciantur, quae sunt ex origine culpae.

De parabola introducta de illo qui incidit in latrones, & responsione de proximo, secundum Lucam. Caput X.

Interrogatus dominus noster Iesus a quodam phariseo tentante, si quid ad diligendum est proximus, parabolice apologizauit, non explicans quis ei proximus esset, sed cui ipse proximus esse deberet, quoniam primus in digentibus ad impletionem iusti mandati proximi esse debemus.

Luc. 10

Ait enim: Homo quidam descendebat à Ierusalè in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis, abierunt, semiviuo relicto.

In tractatu quem nuper edidimus de processu peccatoris, abundè ista parabola tractata est: sed, quauis minoratè, hic prætere nō licet.

Descensus ab Ierusalem, auersio est à pace, à uirtute, à quiete, à tēplo sacramentorū dei, ab eo qd̄ auctoritatem habet & uirtutis rōnem. Etenim ista ciuitas, regia & prophetalis erat.

Descensus ab Ierusalem, est derelictio honestatis, prætermisio sanctitatis ab obedientia legis æternæ: in qua stantes, in pace sumus ad deum: cui animo rebellantes, præmittitur pax, & causatur damnosa discordia. Nihil amari, nihilq; damnosius, quàm si pax dei quæ exuperat omnem sensum, non custodit corda & intelligentias hominum: quā dissoluta, obedientia legis dei omnino deperditur, quæ nisi per huiusmodi obedientiam nō tenetur. Malè sibi prouidet, & ad gehennam se parat, qui à pace fecit abscessum. Sibi omnino non conueniet, si à deo dissidium fecit, & intēstinum portabit continuè bellum. Nam mortis habet imaginem quā diuiditur in seipso.

Videbuntur etiam sibi aliq̄ aduersarij, quantum afficiantur ei qui perdidit dei pacem: quoniam nemo securus in regno, si cum rege agitur bellum. Suspiciabitur enim insidias, existens etiam cum amicis. Erit more Cain uagus & p̄fugus super terram, timens occidi: qui occidēs fratrem, perdidit pacem dei. Et Semei q̄ malè dixerat Dauid, cū fugeret à facie Absalom, à Salomone regente, paternæ iniuriæ sub fœdere, ut habitaret in Ierusalem, remissionem accepit sub interminatione mortis, si aliquando ab illa discederet: quod & factum est, cum discessit. Magnum est bonum diuinæ pacis: in qua existens, à Christo indulgentiam suscipit, etiam si æternum deum & patrem eius & omnium in aliquo maledixit: à qua recedens, merito mortis gladium non euadit, non solum dixerim temporalis, sed mortis æternæ. Ierusalem duntaxat elegit dominus, ut esset nomen eius in ea, quia præterquam in pace non habitaret nomen dei. Et in ea templum est dei, quoniam pacifici templum uiuum sunt dei uiui. Et aduersus se imprecabatur Dauid, in persona eorum qui detinebantur in Babylone captiui, si non proueneret Ierusalem in principio lætitiæ suæ. Cum nulla sit uera lætitia, potius omne gaudium tristitia dici potest, nisi in pace dei fundetur. Et si Ierusalem pax euangelica datur, Iericho datur excidium, & maledictio reedificatoribus eius. Igit̄ ot̄ tu Quidam, merito nominari non dignus, unde abscedebas, quò uero descendebas, aduertere debuisti. Ut quid in mētem uenit quietis regionem di-

mittere, abireq; in ciuitatē lunarem, quæ nunquā in eodem statu permanet, & nunq; ex aliqua sui parte tranquillatur: Mirandis permittit onibus agitur, ut existēs in domo uirtutū, apostasiam meditetur: sed aut nō cognoscit quod habet, aut maiori fraude præueniens, ab illa recedens, æstimauit se aliquid melius habiturū. Sic agitur hominis interius malum, quoniam neque interius aut exterius inuenitur existens malum. Vnde oritur magna deceptio, cum non sit appetibile malum. semper enim itur de bonis ad bona, quauis disparia sint. Igitur nō substantialiter, sed cum in maiore aut electiōne præponuntur minora maioribus, causatur hominis malum, & fit abscessio à Ierusalem, & descensus in Iericho. Vtraque bona ciuitas, sed una in omnibus alteri superferebatur: quæ melior erat, iam facta fuerat fastidio deliberrati abscessum: quæ uero minorabatur, in delectionem obuenerat. Ad hanc imaginem, omnine peccatum committitur ab hominibus in uniuersitate honoris: etenim semp̄ ad minima & infirma descendendo peccatur. Sed antequam ueniat ad terminum malè presumptum, in periculum non opinatum incurritur. Nam & latrones ei superueniunt, qui pacificam credebat agere uiam: qui spoliant & plangant, priuant scilicet honestate honorum, & mala infirmitatis adijciunt. Fiunt malè dispositi incipientes apostasiam, inuisibiliter demonum præda, qui stolam innocentie auferunt, & uulnerant cor & sensus, per quos ac perferas culpabilis mors igr̄edit̄. Et debilitas tanta subseq̄t̄, ut ad semissem redigat uita plagati. Sed nec tota uita, totā cessit in mortē: nec si bi tota cōstabat fœuo p̄seuerate duello, ut altera altera ex toto cōsigeret, sed alteri neutrae debebat, ut amarius eēt bellū: & sic hō causatus, æq; sigdē ab utraq; uedicabatur in sorte: nā sicut semiuuius, sic & semimortuus dicere. Ad semissem mortis oīa spūalia mala, siue q̄dlibet exitiale p̄ctm̄, dixerim p̄tinere: ad uitæ uoluntatem, plenā libertatē uolūtatis, p̄prie cū iudicio rōnis: quā oīa exitialia mala, rōnis duratē iudicio, in mortis sortē trāsferre nō possent, ut totus hō in carne uiuēs, mortuus dicere. Abiunt seminece inflicta, infligere amplius nō ualent. Abire nāq; inuisibilis p̄donū est, hoīem relinq̄re i ea quā accepit animi libertate, cū omnes eorū conatus frāgant in illā. Nō em̄ sepa rabilis ip̄am creator donauit hoībus, q̄q; de p̄dari possit in iure dānatis, & cōfirmari à deo in suis beatis, ut hi nisi malum uelle non possint, illi uero nec aliud præter bonū. Sic uero iacere plagato, q̄ pacis monumēta reliquerat, accidit ut sacerdos quidam descenderet eadem uia: & uiso illo, præterijt. Similiter & leuita cum esset secus locum, & uideret eum, pertransijt.

Gen. 4.

2. Re. 16.

3. Reg. 2.

3. Reg. 9

Psal. 136.

Iosue. 6

Job. 3.

Luc. 10.

Omnia quæ sunt in mūdo, accidētia sunt: solus deus accidentibus caret. Sacerdos & leuita uiderunt proximum indigentem, cui debebant & ipsi proximi fieri. Vbi proximus iacet indigens aliena ope, sed non omnis cognoscens efficitur proximus. Nec sacerdos ex officio, nec leuita ex scientia proximum existebant: nam non ex officio aut ex scientia, sed ex uirtutibus homo dei legem implet in proximo, & se proximo proximum facit. Et sape q̄ maioribus dignitatibus potiūtur, & amplioribus scientijs fulgent, præterunt officia charitatis. Quid autem mali adijciat, non proximi proximo indigentem, Iohannem audi dicentem: Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo: In quo non manet charitas, neq; deus, quoniam deus est charitas. Priuatus deo, uita priuatus est, qm̄ apud eum est fons uitæ. In ter mortem & uitā in his quæ uiuere uel mori habet, mediari nequit. Peiora posse inueniri tormenta, q̄ deo uiuo & uero priuari, cogitationem & credulitatem hominū subterfugit. Et qui præterit aut pertransit proximum indigentem, præterit eum deus. Et qui non compatitur proximo, præter compassionem deum iudicem sustinebit.



Samaritanus autē quidam iter faciens, uenit secus eum: & uidentem eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinū. Et imponēs illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit.

Omnia hæc allegoriam habent. Conflata uero in unum, actiuam charitatem ostendunt in proximum ex omnibus quibus possit malè patiens releuari, ut nil desit ad curam hominis utriusq; si in utroque aut in altero cognouerit adesse defectum. Et qui proximus secundū rationem uirtutis ad alium fieri cupit, primò ad indigentiam proximi, quod est uisus possibilitatis, impendat. Deinde si plus ad indigentem pertinet habere subsidij, & ob causam defuerit iam præstanti facultas, per alium tamen proximum suasionibus & notitia peragat officia charitatis. Et hic proximus esse propriè dicitur indigentij. Qui ergo saluari desiderat, similiter faciat. In hoc enim saluator tētorum sibi respondendo cōclufit. Et omnino responsio ad interrogationem uidetur impertinens, cum ille quæreret, quis sibi proximus esset: Christus uero respondit, cui proximus esse deberet. De-

cebat enim sapientiam æternam, quæ in carne uelata uenerat hominibus docere scientiā, aliter ac perfectius respondere q̄ interrogauerat ille, qui solū terrena sapiebat. Et saluator oīm Christus, more tradentium scholasticando doctrinam, uni respondens, plurimos doctrinam uis, nemini unū præfigēs proximum, sed oīm creaturam ratione utētem, quæ recipere similiter & impendere dilectionem rationabiliter potest, dum actuale beneficiū charitatis ei potius impendatur, quem in tua scientia ualidius pondus indigentie & calamitatis oppressit. Ac per hoc in hac responsione unusquisq; docet à Christo, cui debeat proximus fieri, non quem ipse debeat per se proximum inuenire. Nam neq; meritum est apud deū, diligere, sed amare: non recipere, sed tribuere: non seruiri, sed seruitium exhibere: non charitas retrahitur, sed transitua nanciscitur præmium. Et quod uirtutis est propriæ omnibus, non alienæ, docet ipse magister. Igitur satagendum est, non quomodo recipiatur, sed quomodo impendat dilectio. Nam unum est suum, reliquum est alienum. Et de sua, nō de aliena, uirtute placat altissimus. Et sicut nil tam necessariū q̄ propria salus, sic nil tam expediens q̄ propria uirtus. Et sicut nemo ex alieno peccato damnata ex diuina iustitia patitur, sic ex aliena uirtute nemo saluatur. Pro se unusquisq; reddet rationē, p̄ Rom. 14. nam uel præmium susceperit.

De parabola diuitis peruersè cogitatis ad improbiā sollicitudinē, secundū Lucā. Cap. XI.

Creator omnium deus, nihil in mundo eorū quæ ad usum humanæ naturæ sunt condita, proprium fecit: qm̄ hominem non peccatū aut in mundo, sed sicut ex traduce nascit, sic mors primorum parētum merito in omnibus dominatur. Non ergo debet esse aliquid proprium, ubi mors inuincibile tenet imperiū. Proprium factū est homini mori, non in hoc seculo quicq; aliud uendicare priuati: etiam si pro plastina culpa non fuisset, nec inuidia diaboli mors ingressa orbē terrarū, hoīes aliter in alias regiones trāslati fuissent, nec decreto creatoris in terrarū orbē res fuisset, p̄prietas: quæ cū affluerit in hoīes, puenit de lege peccati, quā intro duxit iniquitas. Est diuinaliq; p̄missit homines in rebus creatis proprium uendicare, si nō aboleuit imperatorū leges, quæ proprium hominibus concesserunt, ne rempublicam omnino p̄uersorū incessantium turbaret improbitas, auaritiā nunq; concessit, ubiq; diuulsa sit & semper. Proinde saluator ad renouationē uitæ hominum prædicans omnibus palam, dicit:

Videte & cauete ab omni auaritiā, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet.

Ad cuius sententię declarationē, expressio

rem parabolam ex usu prolata, adiecit:

Luc. 12.

Homini cuiusdam diuitis haberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, diceus: Quid faciam, quod non habeo quod congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam animae meae: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, quae aut parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues.

¶ Criminosae sunt cunctae diuitiae, damnationem extremam expectantes in sortem, si non referuntur ad deum, si existunt penitus praeter deum, si plus appetuntur quam diuinis florere diuitiis. Non ager in culpa, quia semina suscipit, suscepta mortificat, & administrat uirtute naturae plus quam recipiat a ferente. Non ars factoria culpam habet, sed ex spiritu sancto, qui est omnium artifex, non hubertas in solita, non fertilitas improuisa, non enim aequae in fatis agris natura respondet, sed cogitatio congregandi ultra legem quam necessitas posuit. Tenacitas animi, nolle conferre in usus egentium, criminofum diuitem facit. Non enim deus naturae frena relaxat, ut in cuiuspiam agro huberiores fructus adueniant ut recludatur, sed ut dispergantur in usus. Ideo fit interdum natura huberior, ut profusior fiat dispensatio ad egenos. Nihil enim proprium in multiplicationis processu iustus ordo naturae praetendit. Omnino a natura & a lege originalis iustitiae discrepat, qui destruit horrea necessitatis, & cupiditatis horrea condit. Cum quis sibi prouidus fuit in mensura naturae & necessitatis iustitia, non amplius apothecaria in quibus reponat, sed meatus adueniat dispergendi. Proinde intendamus per singula in parabolam saluatoris. Animaduertite quid diues cogitabat, qui ex agro plus solito huberiores receperat fructus, & inde implicabat in animo, unde poterat ocyus explicari. Cogitabat intra se, diceus: Quid faciam, quod non habeo quod congregem fructus meos? Importunae erat ista cogitatio. Si non habebat quod congregaret, erat paratior occasio tribuendi. Qui non habet quod congreget, dispersioni obnoxius necessario subiacebit. Frustra igitur cogitatur quid aliud fiat, cum ad actiones iustitiae causa concludit. Dispergat igitur qui non habet quod congreget. Inget fortassis, premet necessitas. Opportuna erit annona, si fuerit uita plixior. Sunt nati & natæ, sunt conubia celebrata, multiplicabit proles, ecce hic infantulus ad hubera pedet, forte prorogabit aetatem, grauescit uxor,

partui uicina est, aut daturus dotem, aut recepturus ero. Vtrobique sunt amplianda fomenta. Concesserim siquidem, sed tu in uita opinionem excludi. Non transgrediaris terminos, quos tibi necessitas posuit. Non intendebat saluator per parabolam istam in eos, qui propter exigentiam duxerat necessitatis alimenta perurant, reponunt atque conseruant. Nam iste habebat horrea, de quibus cum fructus exhuberarent, dixit: Destruam horrea mea, & maiora his faciam. Ecce transgressio necessitatis, ecce amplificatio cupiditatis. Non erat in culpa diues, quia horrea secundum exigentiam iustitiae possidebat: nam ex debito naturae omnibus alimentata debentur, sed ex eo, quod ad exhuberentiam agrorum, horrea necessitatis destruerent, & tenacis auaritia condere disponebat. Diues & fertilitas mundus in administratione naturae, quae habeat, utentes multo plures aleret: & nulla esset querulatio super terram, si tantum horrea necessitatis, non auaritia conderentur. Stent apothecae quae modeste sufficunt ad fructuum exhuberentiam, embolisma non fiant, pauperum horrea uacua plebantur: sic enim ex auaritia non erit exorbitatio in natura. Ecce adhuc diuitis mali detestanda peruersitas, quod in maioribus horreis uolebat omnia congregare, & omnia nata sua & bona sua, ut praeter se sibi, nulli puenire de congregatis posset utilitas. Volebat redigere omnia in priuatum, quae deus ex natura concesserat ad commune. Fraudabat pauperes, rapiebat egenis, priuabat omnes dono naturae, cum congregare omnia pro seipso fuerat meditatus. Ad seipsum aspiciens, paruipendebat omnium uitam: sibi compatiens, in compassiuus omnibus erat: uita quae deus est, iuste priuandus, quia per eum id fiebat, ut omnes parerentur ad necem. Ex alio quippe improbanda cogitatio huius diuitis censebatur, quoniam praetendens accumulare diuitias, uirtutes abiecerat: nec congregabat illa, quae post mortem etiam hominem comitantur, sed illa perfunctoria, quae raro usque ad exitum huius uitae associantur possessorem. Possidere diuitias & deum, interdum possibile factum est: congregasse tenaciter uero, nunquam. Sed hoc est quod plus accrescit ad culpam, ad acerbiora tormenta disponit, allocutio, quam suae raturae erat animae facere, spondens annos incertae uitae, quae sub nostra potestate non agitur, quae praeniri potest, prorogari non potest. Sic enim dicere meditabatur: Et dicam animae meae: [Anima, habes multa bona posita in annos plurimos.]

Multa sunt bona hominibus posita, sed plerumque anni crediti euanescent. Et eripit sepe a seculo in decem dies, qui decem sibi fabricauit annorum. Nec anni multi succedunt, ut multorum congregatorum ex usu possit esse consumptio: haec enim decepti homines innumeros, cum dele-

ctati uiuere super terram, procul pepulerunt mortis meditationem, longam inhiantes uitam, quae dum non creditur, aufugit: & tunc terminum sumit, cum speratur esse longaeua. Et quod plus amatur a miseris, amplius eos cruciat, cum transit in dominium mortis. Arguendus in suis cogitationibus diues hic peruerso errore deceptus, quoniam in inuestigatis quiescere autumabat, & famem auferre unde amplius crescit, & depellere sitim unde sumit augmentum, & epulari accuratè atque sodaliter ad augenda incertum libidinis, & ad deonestata scelerata soliditatis.

sodal

Aduertendum est, quale soliloquium cum anima sua est peracturus: requiesce, comede, bibe, epulare. Promittit sibi requiem, ubi non datur quaerentibus eam. Quomodo requies, ubi omnia sunt in motu? Unde in mari requies, agitantibus mare uentis? Quomodo requies, ex quibus perditur uera requies? Hic mentes hominum uexat error, ut ubi animorum & corporum est tota uexatio, quaerita requies adesse credatur. Si totus mundus in maligno positus est, unde mundum diligentes requies esse potest? Si quis amicus uoluerit esse huius seculi, inimicus constituitur dei. Ex dei inimicitia nemini salus, nemini quies aduenit. Est enim dominus uniuersi. Quis tutus in regno, si rex extiterit hostis? Nemo habebit requiem, si sibi aduersabitur heros. Fortassis mundus his requiem praestabit ad tempus, qui unde perfunctorie delectentur, inueniunt, uelut coruus emissus de arca Noe, insedit corporibus mortuorum: inueniat enim quo eius auditas repletur: in cuius imagine omnes requiem habere uidentur, qui mortuis operibus delectantur. Sed cum ab eadem arca emitteretur columba, non inuenit ubi requiesceret pes eius, uidelicet affectus, in quo quae uexationem obtinet uel quietem, nisi reuertetur ad arcam, typum eorum bonorum praesens, qui extra ecclesiam orthodoxam & arbitrium legum eius, non arbitrantur esse quietem. Turpis est requies diuitum, audituque detestabilis, contra quos de Moab per Ieremiam dominus dicit: Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requieuit in faecibus suis. Moab populus fuit ex primo Moab descendens, qui de incestu per filiam ex patre natus est: qui diues factus & potens, dei populo aduersabatur. Sed ubi requieuit? Ut propheta testatur, in faecibus suis. Faeces siquidem sunt egestionis & farinae corporum. Faeces sunt eliquationes liquorum inferius descendentes, in summo liquoribus remanentibus depuratis. Omnia temporalia, faeces sunt egestae a perfecto ecclesiae corpore, quae incaute lupinum est hirundinibus egestae, caecauere Tobiam. Faeces sunt omnia inferiora, puritas uero in superioribus est. Quam utilis, quam abominabilis requies diuitis, quam suae animae repromittit: Solum pauperes spiritu fideliter

140.4.

140.43.

140.2.

requiescent, cum raro uel nunquam diuitiae sine infidelitate consistant: quoniam aut per infidelitatem acquiruntur, aut fide ad proximum denegata possidentur. Falsè sibi diuites requiem promittunt: nam aut laborant ut congregent, aut saepe terrentur ne inuitè perdant. Nulla diuitibus requies, cum semper nituntur addere: fortassis requiescerent, si plura non uellent. Ex cupidine insatiabili, ex sudoribus acquirendi, ex ipsis rebus diuitibus nulla quies. Comestio siquidem mitigare famem potest, auferre non ualet. Similiter est diuitiare de siti, quod bene per Haggeum prophetam dicitur: Comeditis, & non estis saturati: bibistis, & non estis ebriati: operuistis uos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregat, misit eas in sacculum perituum. Epulatio ad lautiorum uitam pertinet & ad accuratiorum, nec non ad detestanda conuiuia: ad quam complendam memora uexant, agitantur & syluae, cum arcu, sagittis, canibus animalia syluestria impetuntur. Aues rapaces ex natura, rapaciores ex arte, dimittuntur ad uolucres mites, ut uenatu aliquid in praedam deueniat, ut eo sit epulatio gratior, quo sudatior extitit labor ipse uenantium. Maria, flumina, lacus exquiruntur in abditis submissis hamis, lineis claustris, nassis atque saganis, ut per epulatione pisces ueniant in capturam. Capiseri & dapiseri solertissimi exquiruntur. Loca expositionis rerum. uenialium uisitantur diluculo, considerantur epulonibus apta: quibus inuentis, cessat emendi litigium: precium est in uoto uendentis. fit rumor uariis in uarietate rerum, ut accuratè proueniant: & talis est strepitus, ac si adhortatio disponeretur ad bellum. Eriguntur mensae, protenduntur desuper gausapa, sine timore dei discubitus ordinatur. Exercitantur sapores fauces, uaria uina funduntur. Edendi auditas etiam in multitudine in primo congressu silentium facit: & cum uentres uino humidi, utres repletioni sunt proximi, cum incalcescit capra mero, excipitur in mensis uelut rumor in castris. Ibi proferuntur inania opprobria in absentes, omnia inhonesta, omnia digna risu, licita tunc remulencia facit: inde somni, inde grauedo, inde obliuio honorum, inde chori, inde luxuria, inde omnis infirmitas ad prohibita. Ecce qualis est epulatio diuitis, quam suae uitae miserae repromittit. Sed aduertendum est quod sequitur: [Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te.] Per omnia est ista horrenda diuitiarum, quam diuiti saluator opposuit, quoniam stultus dicitur diues ex eo quod peritura congregat, non seruanda reponit, & communia redigit in priuatum. Credit requiescere ubi uexatio, comedere, bibere, epulari per tempora & per multos annorum orbis. Et quandam beatitudinem sibi uelut somnando parat, ubi etiam misera uita non durat.

Hag. 1.

Hac nocte uelut ipso die fuerit facta cogitatio, repetent animam tuam a te. Qui repetent? Maligni scilicet spiritus. Sed quomodo repetent, cum ipsi non mutauerint? Nam repetitio est eorum quæ dantur in mutuo. Et iusta repetitio iustum habet dominium, & semper est rei cuius dominium non trãsfertur. Est ne anima alicuius sub malignorum spirituum dominio constituta, ut iure debito repetere censeatur? Nonne omnes animas creauit omnipotens? Nonne ipse uniuersorum est dominus? Quid sibi hoc uult quod dicit, repetet, ac si animam diuitis, maligni spiritus ad rēpus præstiterint diuiti, quam ab ipso repetant ratione nõ trãssati domini? Modica est questio, sed errore animas diuitum quatit, quæ apostolica sententia enodatur. Inquit enim Apostolus: Omnes qui uolunt diuites fieri, incidunt in tērationem & in laqueum diaboli. Iam enim ex ipsa uoluntate ditandi, teneri uidentur infra retia diaboli, & sibi sunt mancipati, eo ipso quo diuitias ex auaritia querunt, & in ipsis, non in domino, gaudia sua ponunt. Quo iure in hora mortis repetunt diuitis animam, uelut dum uiueret, eis dominio ex iniquitate iam traditam. Nec per hoc dei dominio derogatur, si anima uoluntariè peccando, satanicè se tradidit potestati, cum nihil eius possit dehonestare imperium, ut non subiacent omnia suæ iurisdictioni. Repetit igitur maligni spiritus animam in morte ad æternam pœnam, eo iure quo eis se obligauerat per temporalem culpam. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Super quibus iuste diabolus sibi uēdicat dominatum, & repetit animam in termino mortis uelut emptum mancipium. [Quæ autē parasti, cuius erunt?] Non diuitis, quia secum ferre nõ potest. Non enim copia huius seculi trahi possunt ad aliam uitam. Sed ad inferos anima diuitis detrahet, nihil secum horum portabit, quæ hinc congregauerat ad requiem siue ad satietatem. Nam ibi lassus non præstabitur requies, nihil apponetur ad esum, nihil ad refrigerium sitis, solū pœnarum erit satietas, quas semper oportebit sumere, nec ab eis abstinere poterit anima fastidita. Et sumet inuoluntariè atq; incessanter id, quod suam naturam acerbè diuerberat, p eo qd sumpsit uoluntariè quod diuinam habebat offensam. Proinde diuitem diuitiæ non sequent. Cuius autē erunt? Fortassis ad usum inopum dispergentur. Egeni sua iura recipient, & fraudati pauperes illis debitam iustitiã consequentur. Fortassis hæreditabit genitus hæres, qui forte usū prohibito gaudebit de mãmona iniquitatis, aut forte simul est paternis diuitiis, uicij astringetur paternis. Et fit sæpe iustus modis, ut eadem pœna mulcet hæres, sicut ille qd hæredē instituit. Necnon plerunq; factū est, ut qd fuit hostis, sit hæres in bonis. De qd diuite per

1. Tim. 6.

Iohan. 8.

omnia in sapientia dicit: Est qui locupletatur parca agendo. Hæc est pars mercedis illius in eo qd dicit: Inueni requiē, & nunc mādudabo de bonis meis solus, & nescit qd tempus ptereat, & mors appropinquet, & relinquat oia alijs, & moriatur. Sæpe remanent bona diuitis apud alienos, & eius possessio diuoluit ad extraneos. [Sic est qd sibi thesaurizat, & nõ est in deo diues.] Thesaurizat quis sibi, & nescit cui cõgregabit ea. Sed qd ad deum p̄tinet, dicit: Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne tu dñs? Et substantia mea apud te est. Culpabiliter & miserimè ois est paup, etiam si uobis terrenis gaudijs refulgeat, si in deo diues non fuerit: in qd diuitem fieri, duntaxat ex copijs inuisibilibus est, qrum possessio non deficit, neq; minuit ex sorte neq; cresceret, etiam si confors nullus adesset. Diuitiæ fidelitū solū est Christus, in qd si uere sui fuerimus, oia possidebimus. Quãobrem Apostolus p talibus ditatis in Christo gratias agit, dicens: Gratias ago deo meo semp p uobis in grã dei, qd data est uobis in Christo Iesu, quos diuites facti estis in illo, in oia uobis in oia scientia, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia.

¶ De parabola diuitis epulonis & Lazari pauperis hulcerati, secundum Lucam tãtum
Capit. XII.

MAlui consimilem parabolam consimili neçtere, quã doctorem ordinē sequi. Proinde parabolæ diuitis malè cogitantis uel congregantis ex hubertate fructuam, parabolam diuitis impij, & bonis suis lubricè utentis, annexi: quoniam ex diuite impio & delictuoso, & ex paupere infirmo atq; egeno, inuariabiles fines hoim uoluit insinuare saluator, ut diuites terrore percussit, conuerterentur ad deum: pauperes uero, ne impatientia uearent.

Homo quidam erat diues, & induebat purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, hulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant hulcera eius.

¶ Nomen diuitis subiectur, uelut iniqui hominis. Omnis enim ad seipsum diues, iniquus est. Neq; in diuitijs alia ē iniquitas, nisi cū sunt malè partæ, aut cum detinentur non iustitiã erogatæ, seu cū per lasciuiam sunt exhaustæ. Perperam nempe iste diues suis diuitijs utebatur: nam induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Culpatur preciositas uestium, magis autem iactantia, uanitas, superbia, quæ ab ipsa preciositate procedunt. Multa in seipsis inculcata manent: culparum uero causæ, maxime fiunt. Toleraret interdū

preciositas in diuitibus, si despicabilia pauperibus erogarent, si non iactantia uearentur, si superbia non tumescerent. Etia epulatio splendida huic erat in culpa. Et si excusaretur, quia interdum diues uelicitur epulis accuratis, quoridie tamen splendide epulari per ingluuiem, damnati criminis notam habet. Et quanq; nihil sit prohibitum quod cum gratiarum actiõne percipitur, ueruntamen omne superfluum est in culpa: & obliuionem dei fecit atq; uirtutum, epulatio quoridie accurata. Semper consueuit gulositas annexa esse diuitijs. Nam sic ut habilitas furandi fecit furem, qui furari ante non meditabatur, & mœchandi facilitas occasione proposita mœchū fecit, etiam talia nõ cogitantem: sic humana diuitiæ uoraces atque comestores plurimos p̄fecerunt, exceptis interdū his quos auaritia plus pessundat. Sed ecce contraria conditio destituti hominis, ad cõdennationem supati diuitis insurgebat. [Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis: & nemo illi dabat.] Non ad cõdennationem diuitis factus est pauper, ut p pauperem, diuitem deus uelit inuoluere: sed sæpe pauperes esse permisit, ut p eos possent diuites releuare, si uelint habere in rebus, sicut habet, uelint nolint, in natura cõsortes. Sed ipsi uelut immisericores, pauperes contra seipos in iudicium statuerunt, ut per pauperem accusetur per amplius diues, qui naturali consorti manifestè indigenti subuenire contempsit. Erat quidam mendicus, nihil ex proprijs habens, absolutus a ciuilibus nempe causis, qui nihil uendebat in proprio, quam obrem aliena mendicare cogebatur. Huic suppetebat in iure natura, quæ omnes debet alere pro captu: necessitas & indigentia quibus p̄mebatur, sibi pro legibus erãt. Ex istis exorta occasio, depellebat pudorem, ut peteret aliena uelut naturæ debitū, paternis hereditatibus & lucris proprijs nõ suffultus. Lazarus uocabatur ex nomine, ut ad iustus esset aliena stipe, maxime a deo, qui omnium curat annonam. Taciturnitate p̄terijt nomen diuitis, pauperis uero nomine claruit scriptura, quoniam pauperum est regnum celorum. Et sicut electorum ipsorum nomina scripta sunt in cælis, diuites uero impios tartarea matricula ex nomine scriptos habet. Huic ad pauperem addita erat infirmitas, quia hulceribus plenus erat, ut amplius torqueretur ad meritū, & rationabiliter ad exigendam opem omnibus possit esse infestus. Et iure cõdennatio incõpassiuos erat. [Iacebat ad ianuã diuitis,] non alterius sibi similis: quoniam diues habebat unde illum sine periculo refoueret, & debitū naturæ sibi competens erat in abundantia penes diuitem, non apud alterū pauperem. Sed di-

ues pauperi naturæ debitum nõ soluebat, nec ei uidebatur obligari iure naturæ: quod si forte p̄nouerat, contemnebat, unde sua impietas augebatur. Sibi uero diues prout per uoracitatem erat exactor, sic & liberalis solutor, ut excedens naturæ debitum, quæ contentat in modicis, morturo corpori quoridie atq; splendide plus conferret. Et concupiscentia pauperis erat infaturata, quæ de micis de diuitis mensa cadentibus cupiens saturari, non habebat datorem: quoniam nec diues intelligebat super illum pauperem & mendicum, non providebat, non intendebat in eum. Et fortassis ad usum sibi erat horrore. Sæpe sunt odio diuitibus pauperes, quorum etiam expoliatione pleriq; diuites facti sunt. Parasiti quoque sui, dapiferi, pincernæ, propinarij egredientes & ingredienti, omnistq; familia impietatis lubiacabant, ab immanitate animi te nebantur, quod neq; pro paupere hulcerato suggerebãt diuiti, neque ipsi de superfluis, quorum est tantum usus, moti misericordia erogabant. Potuissent em̄ irrequisito domino, de superabundantia mensæ quæ projicitur ad refectiõnem irrationabilium animalium, ad propellendam indigentiam conferre rationabili creaturæ. Sed qualis dominus, tales & ministri eius. Impius heros, impij & serui eius. Sæpe prohibent iniqui domini seruis suis agapes fieri, ut antè in domo marcescat qd extrã tribuatur substantia, ne fiat allectio pauperum, ne domum diuitis ex consuetudine reperant, ne fiant infesti clamoribus, petitionibus importuni. Exijt ab eis crudele decretū, ut omnino præcludatur omnis occasio, ne pauperum sit accessus. Veruntamen in hac parabola etiam & domus domesticis accusat, quauis dispariter, sicut dominus diues: quoniam am non dixit saluator, qd cupienti saturari de micis diues non sibi dabat, sed, nemo sibi dabat: ut si diues erat impius omnino & inaduerrens, ministri debuissent in tanta indigentia supplere iura naturæ ex his, ex quibus dñs remansisset indēnis. Et bene potuissent impræiudicatè hulcerato pauperi dare de micis, quæ sæpe canibus dant & porcis, & projiciuntur ubi marcedo cõsumit. Ac cum sic mendicus etiam ex modicis maneret infaturatus, spretus ab oibus, canes ueniebãt, & lingebãt hulcera eius.

¶ Multi periti sacrarū scripturarū exposito res, istos canes iuxta literalem ueritatē ad lenimentum miseriarum huius hulcerosi pauperis asserunt aduenisse. In typico autem sensu, per eos prædicatores intelliguntur, qui lingua solant angustias miserorū. Ego autem ad exagerrationem miseriarum eius aduenisse cognoui, qd lingebant hulcera, non ut sanarent aut lenirent, sed ut caperent delectationē, quæ sic eis cõpetit ex natura. Non em̄ intendunt animalia in his quæ hoibus faciunt, inferre solamen,

etiam si beneficium naturae proueniat. Magis autem eos significari ex his canibus dixerim homines, scilicet feros importune latrantes, qui delectantur atque pascuntur poenis & miseris afflictorum. Et inter calamitates hominum ista saepe plus angit, cum uident afflicti, alios ex suis passionibus iucundari. Effet autem minus molestus passio, si haberent consolatorum, & agnoscerent, ad eos uiderentur animos fieri compatiuitos. Sed huic omnia erant ad terrenarum miseriarum augmentum, egestas, medicitas, huiusmodi, incompaffio diuitis & miseriarum eius, inedia famis expugnans, qua ex micis deperditis ipse repugnare non poterat, delectatio canum in huiusmodi diuitis & miseriarum eius, in mundani solaminis. Ab ipso protinus omnis mundana consolatio longe stabat. Ad curam sui conditoris relictus erat, ad cuius imaginem illos nouerimus homines, qui ab hominibus derelicti sunt, a pluribusque afflicti, quos etiam omne pondus miseriarum inuastit, super quos solum desuper prospicit altissimus, nutriendus & protrahens, ac languere permittens sub pressuris & tribulationibus huius seculi, ut post modum collocet in excelsis.

Quoniam & factum est ut moreret mendicis, & portaretur ab angelis in sinum Abrae. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.

¶ Videte ingressum hominum in hanc miseriam similem, dissimilemque progressum: aqua uero egressum, disparemque terminum. Nam unus est omnium ex Adae descendit ingressus ad uitam, similiter & unus est exitus per mortis delectum. Sic enim in Sapientia scriptum est: Unus ergo introitus est omnibus ad uitam, similis & exitus. Omnes qui ex traduce nascuntur, concipiuntur ex semine, coagulatur in lacte, commutatur in sanguinem, uertuntur in carnem, & in occultis in membra formantur: & cum coagulati fuerint, egrediuntur per pollutam portam cum flebili uoce in hanc accipitem uitam.

Ab hoc naturae ordine nullus excipitur, siue futurus sit diues, siue in multis sapiens, siue rex. Et cum hanc nascendi seriem Salomon contempleret, adiecit: Et nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Cum uero finis mortis aduenit, quibuscumque poenis corpus afficitur, unus est exitus, uidelicet cum a corpore anima separatur. Non enim attenditur exitus in multiplicitate dolorum atque poenarum, quibus corpora humana uexantur, sed in eo quod ad uexato corpore anima exire compellitur. Nam si omnes dolores uno conflarentur in corpore, finis aut exitus non diceret, nisi anima egrediretur. Ac per hoc in ingressu flebili, & in exitu laetali, omnium hominum similis est una conditio: progressus uero aut ex diuinis dispositionibus, aut

Sapi. 7.

Ibidem.

ex electionibus hominum, aut ex fortuitis, aut ex communitis accidentibus consuevit esse dissimilis: & in his experientia de eloquentia plus elucet, nec opus est ad declarationem huiusmodi detinere lectorem. Clare enim omnibus apparet ipsa in hominibus continue inuenta diuersitas, prout in hac parabola diues delicatus & pauper derelictus insinuatur. Veruntamen minorum immutabilium atque inuariabilium contrarietas, non ex rebus quas uulgo fortuinales appellat, aut ex stellarum dispositione, aut a communitis accidentibus, sed a uoluntate diuersi electionibus hominum prouenit. Nec iste mendicus sublatus est in sinum Abrae, quia sic exterioribus malis obfuscat erat: nec diues ad inferna dimersus, quia tantis bonis circumdatus erat: alioquin ex rebus exterioribus & corporalibus salus esset siue damnatio: sed quia diues sic elegit gaudere cum seculo, non daretur perflua mendicanti, quia despexit naturam fortem: mendicus uero etiam illam non expetit uitam a deo miseriam, tamē patienter pro deo elegit sustinere innatam, cum etiam multi reperiuntur, qui molestias sibi ipsis apponunt, illatas ferunt, & ob uirtutem qua deo se placere credunt, non abhorrent innatas: & si sensus refugit, ratio his assentit. Ecce finis toleratae pro deo in hac uita miseriae, ut post hanc aerum nosam uitam illi spiritus caelestes adueniant, & obsecundentur ei angeli quem mundus abhorruit, & deserant in sinu uerae quietis, non Abrae, sed in aeternum regnum, quod Christus in suo sanguine nobis emittit. Frustra igitur omnis male patientis anxietas, turbatur & querulatur, citabiles iectos mundi sint regna caelestia. Quae poterit esse illa calamitas, quae tribulatio animam doloribus perforans, si angeli deserant in superna? Eia his qui sunt peripsa mundi, euge qui aporiati, afflicti, angustiati sunt, qui sustinent mala proposita, qui passim sunt omnia genera tormentorum, qui semetipsos nec tyrannorum aut aemulorum uolentia, sed propria uoluntate se tradiderunt in poenas, in beatas & perpetuas aeternitates ab angelis transferuntur. Quid his qui mundi abiectionis facti sunt, si patientur in tenero sensu ea quae habent asperum sensum? Quid si moriuntur inuisi, si iaceant insepulti, si sint in fluminibus praefocati, aut in mari submersi, quid si a bestiis deuorati, si angeli dei deserunt in superna? O reprehensibilis cogitatio mortalium. O diffidentia hominum. Si credimus euangelio, si speramus resurgere, atque in melius immutari, cur in animo a tantis molestis accidentibus circumferimur, si deus desuper spectat, si personam non accipit, cum immittit caelestes exercitus ad castra hominum abiectionis? O igitur quae bene perituras omnibus propter Christum. Quid autem dixerim de diuite, qui habebat apostoliam, quae post mortem corporis, aeternam

psal. 6. psal. 115.

mortem incurrit, & per grauem in grauiorem, & de perfunctoria sede honoris ad inferna pertrahitur. Diuitijs temporalibus poenae abundantia, purpurae induitio tenebrae, epulationi focus ad pabulum, quotidianitati aeternitas, splendiditati cognitorum & sensorum horror, diuina dictante iustitia, commutatis meritis succedere. Quid sibi diuitiae, quid purpura, quid epulae, quid quotidiana & accurata refectio, quid conuiuia, quid famulorum copia, quid omnia quibus ipsae diuitiae crescunt, si possessor abutens ad inferna detrahat? Audacter affirmem, nedum melius caruisse diuitijs, sed etiam non nasci sibi fuisse decentius, quem uiuentem non abstereret poenae meritis: sed diuina iustitia inferna constituit, a quibus nulla est reuocatio ad alias mansiones. Sed unde sepultus est in inferno? Non quia diues, sed quia incompalliuus exiit ad mendicum, quia supra exigentiam naturae diuitijs abutebatur, quia impinguitus, dilatatus recalcitrauit, nec gratias egit creatori suo, & ad fastidium uerterat, unde deo debebat esse plurius. Sed uere sepultus in inferno post mortem: ratio, quia diu uiuebat, in diuitijs & corporis delicijs obrutebatur. Nec de rapina seu furto, aut de impotentium expoliatione seu deuastatione terrarum, aut quae crassare ex praedae, causatus est diues: nec sibi homicidia seu incendia opponunt, sed solum incompallio & abusus: ut a minoribus malis ad maiora formatus progressus, ostendat, quod sum sit maioris culpa esse criminiosum, quod delinquentem: & nequiter operari, quod negligere: aut aliena nequiter extorsisse, ab eo quod est propria non largiri. Sed quoniam in inferno non sic uera confessio, iuxta Prophetica sententiam: In inferno autem quis confitebitur tibi? ut nullus subintelligat. & alibi: Non mortui laudabunt te deum, neque omnes qui descendunt in infernum: at tamen bonorum & malorum est uera cognitio, illorum per carentiam, istorum per experientiam cum natura inuicem certantem. Proinde sequitur:



Eleuans autem oculos cum esset in tormentis, uidit Abraam & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans, dixit Patrem Abraham, miserere mei.

¶ Ex hinc moralia silent. Quomodo positus in tormentis uidit Abraham, & in sinu eius Lazarus recubentem? Si parabola est, quae est soluta. Si uero rei ueritas sic existit, illa oculorum eleuatio, illa protinus uisio non refertur ad corporis actum, sed ad illam internam cognitionem,

ubi ueritas rei in luce rationis cognoscitur, quae damnatus etiam non priuatur, ut illa poena eius incessanter diuerberet, quae facienda praetermittens, prohibita uero committens agnouit, quia bona quae perdidit, mala quae patitur, experimento cognoscit. Eleuans igitur oculos, scilicet interioris hominis cognitionem, uidit Abraam patrem suum dei saluandorum, qui credendo factus est iustus. Cognouit protinus unde saluari poterat, sed contempsit: & Lazarus quem despererat, recognouit in sinu, in quiete uidelicet, quam electi post hanc uitam sortiuntur. Clamor eius ad misericordiam consequendam, prodit inimitabilem dolorum: & desperans loquitur, in interioribus dictante iustitia, quoniam iuste irremediabiliter damnatus est.

Et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

¶ Ad exaggerationem tormentorum, quem se inferiorem in hac uita persensit, scit in alto consistere atque quiescere, qui uiuens quotidie ab inferna expugnabatur: & petit auxilium aquae in extremo digiti, ut indicet, quoniam etiam minimum refrigerio priuatus est, & petit pro eum quod non despererat, ut crescat poena sumendi. Sublimitas ad inferna detrudit, & eius abiectio ad superna leuatur. Refrigerium in lingua duntaxat exquirat, ac si nihil in membris alijs pateretur. Sed lingua fit confessio ad salutem, cum corde creditur ad iustitiam. Et iussu linguae potuisset hic diues illum pauperem sustentare, circumdatus copia famulorum. Digtum petit ad linguam, quia etiam opus minimum non perfectit alienae linguae audiendo doctrinam. Cruciebat in flamma pro uita deliciosa, sed non erat tunc tempus miserendi eius, quia tempus despexit, cum potuit alterius esse miserus.

Vnde dixit illi Abraam: Fili, recordare quia receperisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris.

¶ Non amore aut compassione filium nominat, sed quia esse debuit, aut quia eum despectum a deo, per iustitiam despicit. Magis autem illud existimo, quod scriptura non explicat, quod diabolus filium appellauerit, secundum illam sententiam quae de reprobis dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Hominum conditiones & status mutantur omnino post hanc miseram uitam, ut aut plena felicitas, aut sequatur omnino miseria. Nec iucundis iucunda, nec aduersis aduersa, sed aduersa iucundis, & aduersis iucunda succedunt. Nec in throno hic resedens, saepe in thronizat & alibi: nec de sterquilino ad sterquilinum est accessus: nec hic omnibus fultus ad uocem, quae alibi pro uoto refuleat: & hic desitutus, quae alibi semper in opiam patitur: quoniam in alia uita consolabitur.

Iohan. 8.

tur, qui multa mala fuerit in hac uita ppeffus, si tenuerit in anima & actione uirtutem. Et qui omnibus hic floruit, si abiecerit illam, aeterna damna omnino patietur. Hinc Abraam sero remedia inquirenti, respondet: Bona recepisti in uita tua, hic similiter mala ppeffus est. Nunc uero diuina iustitia singulorum merita absque acceptione psonarum insalubriter trutinans, superplacita aeterna nequiter in hoc mundo floribus, & abiectionis pns aeterna bona largit. Et orbi cunctos iusta lege reuoluit, & ima sursum & supra deorsum, iusto moderamine uertit. Et sic nec in aqua gutta exauditus est diues, quam qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc ad uos transire, non possint, nec inde huc aliquis transire.

Chaos firmatum, protinus dixerim impossibile compassionem beatorum ad aeterna donatos, & nulli posse eis contingere laetitia de gloria beatorum. Nam stabunt iusti in magna constantia, ita ut nullo modo copati possint aduersus eos qui se angustiauerunt. Non enim uera esset beatitudo, si in eis possit esse compassio. Quamuis enim in uitoribus copati sit uirtutis, esset defectus protinus in beatis, qui p molestiam affici non poterunt. Et diuina iustitia opus aperte uidentes, latrabunt utiq de damnatis, respicientes in eum qui nemine damnat iniuste, nemine p iustitiam, sed p misericordiam saluat.

Quomodo igitur compati poterit super his, quos dominus imperturbate damnauit? Fulgebunt omnino aequaliter ad gaudium beatorum istae diuinae stellae, misericordia & iustitia dei, ita ut respiciat iustitia in damnatis, sicut misericordia in beatis. Compati nihil aliud est, quam de inuariabili dei iudicio conturbari. Sed necdum beatis, qui non poterunt, etiam uitoribus interdicitur, ne damnatis aeternae compatiantur, quamuis peccatoribus & afflictis in hac uita in carne degentibus & ardentibus ad purgationem, compati sit charitatis officium, sit etiam debitum pro ipsis orare, ut reuocentur a malis, ut liberentur a poenis. Non enim erit in superis propinquitas generis, non habita in mundo copula coniugalis, non amicitia, non siqua necessitudo praehabita compassionem adducet, si huiusmodi damnatum cognouerit fuisse cofortem. Sed nec minus ad admirationem adducit, quod ad Abraam subintulit incolam infernalis:

Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas etiam in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum.

Sicut beati non possunt ad donatos huiusmodi misericordiae affici, sic & in inferno sepul-

ti nequeunt ad eos qui adhuc in carne degunt, ullis cautionibus commoueri. Exinctus protinus est in eis omnis amor in proximum, & omnis uirtus adempta, necnon & exquirunt in poenis habere confortes, quamuis ex confortibus nullum eis posset esse leuamen. Aeternae damnatorum omnis est deprauata conditio, excepta bonitate naturarum, quae integra semper manet, quam nisi etiam in damnatis naturarum bonitas seruaretur, non esset cum quo poena configeretur: sed compassio & appetitus bonorum eis omnino non assunt. Quid ergo est quod aeternae constitutus in poenis, rogare uideat pro fratribus suis uiuis, ne similia patiantur? Responderimus, quoniam hoc saluator parabolice prouit. Etiam si ueritas rei, non parabola extulisset, non ipsam rem gestam, sed quod auditoribus uelut edicere, uideamus. Si cum substantiali bonitate naturarum affectio recta & compassio ad proximum in inferno uigerent, omnes providere deberent, ne quinque fratres, si homines in natura infimul omnes fratres in quinque sensibus constituti, uiuere in carne post mortem ad inferna descenderent, cum in inferno ageat poena, non minuat ex multitudine afflictorum. Sed quod esse debuit, non quod esset sit, aduertamus.

Cui respondens Abraam, ait: Habent Moysen & prophetas, audiant illos.

Sufficit ad cauenda peccata lex diuina. At satis sunt etiam & prophetas, absque aliquis uobis predicaturus resurgat a mortuis. Insuper dannaus improbitate, propter mala quae sentit, propter tormenta quae patitur: quam si accideret experientiam, fatere differendo quae sustinet, ut eos ad poenitentiam prouocaret.

At ille dixit: Non pater Abraam, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agat.

Cupit esse doctor, quod mala tolerans, factus est sapiens: qui bonis abutens, dei sapientiam habuit in derisum. Aestimatur se oratorem strenue factum, & referendo quae patitur, facilliter suadere se credit. Videtur nunc inutiliter compati fratribus constitutus in poenis, qui contempserit utiliter compati huiusmodi, dum resarcina retur splendidi epulis. Seruorum aliorum cupit esse magister, frustra credit alijs suadere cautelam, quod ad semetipsum factus insipientis, dixit in corde suo, Non est deus qui possit aut uelit inferre pro delictis hominibus ultionem: & sibi existens incautus, ad tartarea loca descendit. Sentit hic damnatus uidetur cum multis, qui dum male uiuit, optant quempiam ex mortuis resurgere, ut annunciet si quid boni uel mali post hanc uitam erit, & quid erit, quod & quando uita ista non erit. Asserunt se ad meliora conuertere, si ex mortuis iam notis audierint uera esse quae p fidem sancta ecclesia dogmatizat, si uera est beatitudinis atque poenarum aeternitas, si sic est poenarum acerbitas, si horribilitas deum

num, si qualis affabilitas ciuium supernorum. Sed in reprobum sensum huiusmodi optatores dati sunt, ut magis uelint in meliora mutari ex uno resurgente a mortuis, quam ex fide uniuersalis ecclesiae, quae credit omnes ex mortuis in fine seculi surrecturos. Quae sunt isti fortitudinem nostrae fidei dirimere, per mortuum ex mortuis alterius seculi certitudinem inquirentes. Quis ex mortuis ueniens, melius posset dissuadere peccata, & homines ad meliora conuertere, quam Moisaica lex, quam scriptura prophetarum, quam ipsa ueritas quae humanis mentibus interlucet, quam illa originalis iustitia in cordibus hominum scripta? Quis ex mortuis aprior alterius seculi bona uel mala praedicet? Quis ad poenitentiam cautior inuitator, quam ipse Christus factus inter mortuos liber, per quem facta sunt secula, qui docuit seculum, qui uere infernum nouit & caelum? Proinde quod Abraam adiecit, ad tempora etiam Christiana diuoluit.

Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Habebant illa tempora Moysen & prophetas. Habent tempora Christiana, & hos & Christum & apostolos. Si Christo & apostolis homines peruersi non credunt, quomodo credent homini ex mortuis uenienti? Christus homines suscitauit a mortuis, & ipse sua potestate a mortuis resurrexit. Ipse in fine seculorum poeniter mortuos suscitabit. In eius uirtute apostoli defunctos reuocauerunt a tumulis. Cui ergo reseruius praestabitur de alia uita credulitas? Porro si ad morum correctionem euangelio Christi non creditur, desperandum est cui alteri melius credatur. Querere hominem ex mortuis, ut nobis quid sit post hanc uitam annunciet, qui non faciat ad uirtutes, qui retrahat a peccatis, subterfugia sunt, excusationes sunt. Causatio est ueritatis, dubium est in fide, nolle simpliciter seruare promissa, nolle a criminibus explicari. Ac per hoc si in Christo & apostolis non creditur, neque si surrexissent centum millia mortuorum. Nam si angelice uirtutes euangelizarerent, si spiritus immundi in linguis humanis praedicarent, si omnes mortui reuocarentur ad uitam cum scientia & potestate loquendi, si ostenderentur oculis humanis bona superna, si possemus, ut sunt tormenta & loca tartarea, mente seu corporaliter intueri, etiam ad haec omnia plus est Christus, cui praeter omnia est adhibenda fides. Ipse detestatus est uicia, praedicauit poenitentiam, dixit surrexissent centum millia mortuorum, & poenas aeternas interminatus est. Igitur qui sint fines piorum atque impiorum, inspicite: praestate dictis fidem, notate parabolam, a uitijs explicari satagite, date uirtutibus animam, ex quarum ordine cudatur & mores. Non te inaniter extollant diuitiae, quarum possessor,

sempiternus inferni factus est ciuis. Non te delectet ciborum accuratum edulium, non inter ciuias uana loquacitas, cum gustus & lingua pariter igne inextinguibili torrantur. Pauperes non te confortet, non corporalis angustia, non iniecta uulnera, non hulcera innata, non derelicta seu cognita uita, cum his patienter amicus, aeternus collega fiat ciuium supernorum.

De parabola diuitis cum uillico iniquitatis, secundum Lucam tantum. Caput XIII.

Ad honestam prouidentiam aegedorum pro se futurorum bonorum, nos saluator exhortans, de uillico iniquitatis a gente sub diuite, parabolam posuit, dicens:

Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum. Hic & hic diffamatus est apud eum, quasi dissipasset bona ipsius.

Diuitiae non solum possidenti, sed etiam dispensatori factae sunt causa peccati, ut raro & difficulter facti sit, possidere diuitias, quin inducant in animarum pericula contrectatores. Hinc diffamatur uillicus diuitis: pauperis siquidem nunquam reperimus uillicum dispensatum. Non est substantia multa, ut diffamator indigeat. Qui parum habet, unde pauperis nomen exortum est, sibi ipsi sufficit ad curam: & modicam gubernare substantiam, non habet oconomum, occasionem furandi non parat, nemo alius de sua substantia diffamat. Si autem eger, expeditior factus est, ut tantum ipse caueat ne furetur: nam fures alij domum eius ignorat, non habet aliquid dissipabile. Litigandi causa pauperibus & egenis subtrahitur, & si pauperi modica, egenis uero protinus nulla subest. Veruntamen multitudo diuitiarum non excusat raptorem neque dissipatorem, aut quomodo dolibet contrectatores praeter uoluntate possidentium, ut quia multae sunt, ergo licentia sit perperam perpetrandi uel perpetrandi. Nemini licet, quod suum non est, redigere ad seipsum, aut aliter effundere, quam decreuerit dominus rerum.

Quamobrem & uocauit eum dominus eius, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuae, iam enim non poteris uillicare.

Vera suspicio de actione iniqua, aures diuitis fortassis aliorum relatione pulsauerat, aut res non inuenta in suo pondere solito & mensura, diuitis animum concitauerat, ut de uillico suo inquireret, unde ab iniquis ut dissipator accusatus est. Nemo igitur male agens, dicat, quod me uiderat: raro inter homines actio mala tegitur, quin in publicum ueniat, apud deum autem nunquam. Et necessarium factum est, erratum omne in iudicium deuenire. Non est omnino malorum operum deuenire. Nihil enim occultum quod non reueletur. Ecce dominus

uillici assumpsit officium iudicis. Laudabili autem & probato more formam iudicam sequitur. Non enim more fulguris aut torrentis in reuolubilis etiam in noxios discernendū, etiam si accusatio, si diffamatio multa concludat. Inquirendum est a diffamato, si culpa eum accusat, qualiter & quantum. Nam iustitiae ratio plus causas actionum, quam ipsas actiones considerat: & oportet suspendere iudicium, si constituto in causa, excusationis iustae aditus pater. Non leuitate, non uiolentia, non ira, sed ratione agendum est. Unde uocauit eum interrogans: Quid hoc audio de te? Ac si diceret: Accusatus es, in causa te habeo, est ne uerum quod audio de te? Tuis accusatoribus plenam non prosto fidem, forte inuidi aut aemuli sunt, aut fallere possunt, & fallere uolunt. Excusationi etiam tuae minimè dabo locum, terminabit ueritas licet, ut egeris, ita recipies, non ut diffamatus es. Proinde redde rationem uillicationis tuae. Potenter te comprimere nolo, uiolentia non utor, ueritas sit in causa. Ratio factorum duntaxat aut te absoluet, aut te condemnabit. Sed quousque rationem reddideris, uillicare non poteris. Non enim decet reum agere, pro quibus constitutus est in causa, nisi ab illa recesserit inculpatus. Etiam iam non poteris uillicare, si ratio te culpabilem monstrat. Optimus causarum ciuilium & criminalium cognitor est iudex, qui ex ueritate, non ex opinione aut alia suasionem uult, proferre iudicium: & laesus in propriis, praeter rationem iustitiae non querit ulcisci, nec ab ira concitatus ad iudicandum fertur in praecipis, sed rationi inuestigandae ac promulgandae actiuae & inquirentem subijcit rationem, ne lingua labatur. Causarum protinus ordinata & morosa discussio, etiam si adiudicetur innocens, si reperi tus fuerit inuestigando nocens, inculpabilem iudicem reddit, duntaxat quod aliunde non aslit sibi certa cognitio. Sed a nullo prior est conuictio, quam a ratione deuinci. Improbatur saepe falsitas, si aliquando quempiam in iudicio per falsidicos praestruisset, ueritas autem nunquam. Praetermitti ueritas & ratio potest, improbari uero non potest rationabilis & imprefugabilis terror, quin rei ueritas inuestigata cum ratione deuincit. Hinc cum uillicus de reddenda ratione commiserat, artonitus factus, ad semetipsum reuertus est, si quo modo sibi adesse copia euadendi, quoniam a ratione uincebatur, aduersus quam sibi non erat auxilium: nequiter se fecisse agnouerat, tergiversari non poterat in iudicio constitutus, deuitabat reddere rationem, quare dedita, ex fraudibus debebat subire poenale iudicium: non fessus in malo, iterum ex iniquo sibi comparauit refugium.

Ait autem uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me uillitatem

onem? Fodere non ualeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a uillicatione, recipiam me in domos suas,

¶ Absolutus ex alieno peperam uiuere, artes omnino desperat, & ex moribus delicatis temporum augmenta coalescens, etiam in necessitate artibus licitis ualefecit, sed laboriosis peramplius, semper ad iniqua regrediens. Facilius uidetur his, qui uiuere nequiter ex alienis operibus didicerunt, illa furta laboriosa committere, quibus iusta poena debetur, quam ex arte quae non reprehenditur, nec actiuosa meretur supplicium. Saepereprobis accidit, ut ea quae sunt licita, eis difficultia uideantur: quae uero illicita sunt, possint sine labore perficere. Nec non & qui mala agere uult, ea quae sunt grauora in bona uita, producit in causam. Poterat enim iste alias artes habiliores exercere, quam terrae fossionem: & alios mores uiuendi, quam esse mendicum. Et si omnino contingeret, non est pudori mendicitas, ubi adest necessitas, quae ubi est rationalis, non est cur erubescencia sit horrori. Cur hic uillicus nequam, laboriosam artem mendicitatis rubore meditatus est? Multa sibi alia poterat esse artes, multi modi aliter uiuendi, sed pro his cauendis tenebat in solita mala. Et quod in moribus hominum summe damnatur, nullius requisito consilio apud semetipsum sibi prouidit in posterum. [Dixit enim: Scio quid faciam.] Non prudentem exegit consilia, non hominum in periculis experitorum, non sapientum: sane ipse sibi factus est consiliarius & consultor. Veruntamen cum in mente hominis pro iniquitate patrandae diffinitum est non consulere quempiam, temperatior est moris, cum minus malum sit in male agente, non consuluisse fidem, quam contra fidem consilia pegisse. Quandam habet speciem honestatis, cum neminem consulit qui non tendit in nefas: saltem in seipso corruptus, aliorum auriculas non fixauit. In alijs siquidem consulte agere canonica scriptura nos docet: Omnia cum consilio fac, & post factum non poenitebis. Cum uero iste dixit, Scio quid faciam, ad seipsum totè relatus est, ut de iniusto uiueret apud eos, quibus iniuste credita sui dñi cogitauerat relaxare, scilicet esset amotus a uillicatione, quae reciperet in domibus debitorum, & eorum quibus sui dñi bona emphyteotando, ad culturam fructiferam commedauerat. Ut autem reciperetur, conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta.

¶ Optima inquisitio, sed executio nequam. Interrogabat siquidem quantum deberetur domino suo, non sibi, quoniam omnia domini sunt

erant. Ipse uero oeconomicus erat, administrationem & curam habens, non proprium dominium rerum. Sed agebat nequiter, quod bona domini sui praeter iustum & domini sui uoluntate debitoribus relaxabat, ut tota debiti summam reduceret ad dimidiam, centum ad quinquaginta. Penitus oeconomicus agit in fraudem domini, si relaxat debitoribus praeter domini uoluntatem, & praesumit illud dimittere, quod uerisimiliter de domino non posset esse praesumptum. Nec iste hoc fecit, ut pius in pauperes, uelut pauperibus redditus annuos remittens, sed in illis sibi parans expulso ab officio agilitatis uitae compendia, de alieno sibi gratiam honoris comparabat. Sed necdum diuitibus aut mediocribus, seu sui ipsius consideratione praehabita, seu etiam intuitu pauperum, non uicet de alieno fieri largitionem, illa duntaxat excepta necessitate, quae a decretis absoluit. Sed reprobis quidem homines contrarium faciunt, quod ratione decernunt. Sciebat enim hic uillicus, quia omnia quae ad iustam dispensationem acciperat, erant domini sui: proinde interrogat debitoribus, quantum debes domino meo? Sed tanquam propria donabat contra uoluntatem proprii possessoris, cum summam debitam defalcabat. Multipliciter rei sunt alienarum rerum, praeter uoluntatem dominorum spontanei largitores. Nam semetipsos & recipientes, obnoxios in debitis faciunt: quoniam quod quis iuste non possidet, neque iuste in alium uendendo uel largiendo potest transferre dominium. Nec esse potest excusationis suffragium ex dispensatione commissa, si aliter facit quod uerisimiliter praesumitur dominum non fecisse, maxime autem cum fraus & astutia mentem dispensatoris inficit. & quae rem accipit a dispensatore iniusto ex certa scientia, nil sibi uendicauit ex iure, sed obligauit semetipsum donec restituat: nec sibi ad excusationem diuinae iustitiae desuper decernentis, si cautiones accipit.

Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.

¶ Remissio tritici siue olei, uillici actionem insinuat: & minus remisit de tritico quam de oleo, etiam quandam aduertentiam prouidam arguit, quoniam plus ex tritico quam ex oleo usus hominum sumit. Et facilius deprehendi potuisset a domino in tritici paucitate quam olei. Omnibus autem tradidit literas ad cautelam, ut si dominus comperta fraude uillici, repeteret peperam remissa debitoribus decreuisset, oeconomici literis se in iudicio tuerent. Veruntamen dominus uillicum iniquitatis laudibus effert, non laetus de damno, sed miratus cautelam: non

quia fraudulentum, sed quia prouidum in futurum: non actum uirtutis, sed ipsam uirtutem commendat. Et mirum ualde, quod saepe actus est in reprehensione, uirtus in laude, ut a curru quatuor uirtutum turpisonus in reboet. Insonuit enim hic iniquitas, & uillicus iniquitatis dicitur propter fraudem: & remanet in laude prudentia pro futuris emergentibus malis, ut possit esse refugium. Sed hoc interest inter uirtutes uitificas & morales, quod nulla illarum dum in ueritate in animo insident, reprehensibilis actus egreditur: a moralibus uero, etiam in quantalibet ueritate retentis, detestabilia multa sunt. Et ut apertioribus sermonibus eloquamur, in uirtutibus uitificis duntaxat in ueritate inhaerentibus, nemo aliquando male processit in actum, in alijs uero saepe delictum est. Dominus autem uillici laudatur, cum laudatur ex eo quod propter fraudem eius non derogauit prouidentiae ipsius. Bene constituta mens est, ob fraudem aut propter damnum commune uel proprium, & propter agerem improbitate, non derogare uirtutibus: sed semper illas extollere, quantum actus committet iniquitas. Cogebatur homo ratiois compassus, ab ipsa laudare uirtutem: & hominem ex ipsa regulatum, non malum, quod ex humana prudentia perficitur. Quare igitur laudauit? Quia prudenter fecisset, non quia donauit alienum. Fecit prudenter, quia sibi prouidit in posterum. Pars enim prouidentiae ipsa prouidentia dicitur, de qua optime Moyses in suo cantico loquebatur: Vtina nouissima prouiderent. Nouissima prouident, qui se parat ad ultimum finem, aut ad deuitanda supplicia quae possent contingere, aut ad capeffenda praemia quae debent agonizatoribus prouenire. Hanc prouidentiam uillicanam, imò terrenam, Christus cum appetitoribus alterius uitae composuit, dicens:

Dico enim uobis, quod filij huius seculi prudentiores, quam filij lucis, in generatione sua sunt.

¶ Vigilanti uerbo saluator locutus est, cum dixit, in generatione sua. Non enim secularem prudentiam Christianae prudentiae praetulit, quoniam secularis prudentia inimica est deo, sed prudentia carnis mors est, & facit omnino filios agarenos, quia filij Agar exquisierunt prudentiam quae de terra est. Non est comparatio terrenae scientiae, quae tantum perfunctoria captae contendit, ad eam prudentiam quae superna nascitur, quae Christo tradente serpentina

est, columbinæ simplicitati sociata.

Prudentia filiorum lucis, stultitia est seculi. Prudentia filiorum seculi, stultitia est in conspectu dei.

Prudentia filiorum lucis, prudentiam secularem deuorat, nam & serpens Moisaicus deuorauit serpentes magorum Pharaonis: prudentia filiorum

hiorum seculi, illam in aliquo euacuare non potest. Vt alio proloquio ordine, secularis prudentia conquirat diuitias, sed illa contemnit. Illa se ponderibus onerat, ista vero sarcinas abijcit. Illa in compedibus est, ista retia mundi frangit. Illa se implicat, ista se explicare concertat. Illa timet explicari, ista renuit implicari. Illa dolet dissolui a vinculis quibus irretita tenet, ista gaudet cum se uidet exceptam. Illa poenas refugit, ista se in illis immergit. Illa omnino abhorret corporis mortem, hæc cupit dissolui, & esse cum Christo. Illa morte intentata omnia exponit ut uiuat, ista inuauantia uitam, & ipsam pariter pro Christo rauipendit. Sed quanquam superferatur omnibus prudentia Christiana, quid est quod filij seculi, filij lucis in sua generatione dicuntur esse prudentiores? Quare saluator omni Christus, hanc coparationem suis auditoribus posuit? Propemodum locutus est, ne secularem prudentiam Christianæ præferre uideret, quam si quis uellet inspicere, ex re experientia reluceret. Et si aliquid de prudentibus huius seculi deduceretur in medium, quorum adhuc in locis pluribus fama per scripturas memorias reboat, & multorum qui nondum a seculo migrauerunt, claresceret amplius. Sed ne uideatur hominum secularium gesta contemneret, alijs asserionibus saluatoris sententiam declaramus. Aut humana secularis prudentia querit de uitate inolesti, & quod aduersum uidetur proprio placito uel nature, aut aliquid ad uerum & sibi propitium querit, aut cum amico aut inimico habet causam, aut pro presentibus aut pro futuris est anxia, aut propriam patriam, aut incolit alienam, aut subiicit, aut superferit, aut æquatur hominibus, aut uendit, aut emit, & multorum simillimum in quibus sic strenue agit, ut cogantur uidentes aut audientes, uelut de cælica uirtute mirari, & uiscerere uidentur filij lucis in his quæ per prudentiam agunt, cum in filijs huius seculi coparationem deueniunt. Sed ideo saluator hanc coparationem suis auditoribus tradidit, ut prudentes fiant ad futura bona cælestia & æterna, cum uiderint seculares pro terrenis atque caducis tanto prudentiæ acumine resurgentes. Actionem ex similitudine, opus in re tentat saluator inducere.

Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

¶ Omnem prudentiam saluator hic edixit, ne superbis priuaremur. Etenim homines ad hoc ipse creauerat, cum ex iniquo mammona uoluit nos amicos conquirere, quibus factis nobis præsidio, recipere mur in illa. Non de furto atque rapinis, aut quomodolibet male paratis doctis elemosynas facere. Sed quia raro uel nunquam diuitiæ sine crimine acquiruntur, ideo

illas iniquitatis mammonam appellauit, præsertim cum infra diaboli retia teneantur cupientes ditari. Hinc Apostolus ad Timotheum ait: Volentes diuites fieri, incidunt in laqueum & in tentationem diaboli. Quæ autem maior iniquitas, quam auferre se deo, & diaboli se mancipium facere? Quæ maior iniquitas, quam ei se auferre qui condidit, & se tradere qui peremit? De iure creatoris, omnis creatura. Etenim quia bonus, bona cuncta creauit; eius aduersarium, hominum iniquitas fecit dominum. Proinde diuites fieri cupientes, sunt intra septa diaboli: quia in laqueum eius uoluntarie inijciuntur pedem, eius facti sunt serui. Nam a quo quis de uictus est, eius quoque seruus additus est. Asserit saluator, ad æternam requiem posse ualere temporalem & agapeticam actionem: non tamen semper ex his a quibus impeditur, si amici ex tributis fiant, cum amicos dei ac inimicos dei possumus in amicitiam trahere largitione bonorum. Sed ipsa charitate atque prouidentia in æterna tabernacula possumus introferri. Neque quicumque datarij quantumlibet efficiantur amici, ad superna præterquam amare non possunt, sed hoc modo in æterna tabernacula suos benefactores recipiunt, uelut qui de insita uirtute testificantur apud deum ut recipiantur.

¶ De parabola perditæ reuinuatæque ouis, secundum Mattheum & Lucam.

Cap. XIII.

Construxit saluator peccatoribus misericordiam portum, & ne despici omnino ab ipso se credenter, quam habet sollicitudinē circa eos, sub parabolis introduxit. Ac etiam ut rediret ad iustitiam, exultationem asseruit angelorum, confutans ex hoc atque reprimens superbam Iudæorum iustitiam, & pharisæorum murmurationem elidens. Nam cum essent publicani & peccatores appropinquantes ad Iesum, ut audirent illum, murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum eis.

¶ Opportuna peccatorum actio, importuna uero murmuratio Iudæorum, benigna interfectio saluatoris. Nil tam peccatoribus opportunum, quam appropinquare ad Christum, qui non uult peccatoris mortem, sed ut conuerteretur & uiuat. Expedit infirmis, medico esse propinquos: aliter inuadens infirmitas, inferret exitum. Nulla maior infirmitas, quam fieri peccatorem, ad quam depellendam solus Christus est medicus: quia languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et in morte tendentibus seuiam mortuis in peccatis, esse prope uitæ fontem, suadet necessitas. Etenim Christus est uita, & mortui sunt in anima peccatores. Sed cum ratio quæ in hominibus non extinguitur, etiam in criminosis, cum reuigilare incipit, appropinquat ad

uitæ fontem. Signum porro excitatæ rationis est in his qui deliquerunt, Christo proximum fieri fide atque obedientia in his quæ mandare decreuerit. Et quoniam insipientes, iniusti, im mundi, & diabolo sunt obligati homines peccatores, opportunitas angit omnino ad Christum appropinquare, qui est nobis factus a deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Et cum sibi appropinquamus, & ipse nobis appropinquat. Scriptura enim dicit: Appropinquate deo, & ipse appropinquabit uobis. In ueritate siquidem appropinquatio ista fiat, ne propheticum dictum improbet appropinquantes. Dicit dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me: ideo ecce ego ad eum, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. In ueritate ad Christum appropinquatio fiat, alioquin cõdemnabitur per amplius appropinquans. Initium tamen appropinquationis eius est, per omnem modum longe fieri a peccatis. Medium uero, explicari ab his a quibus sub uelamento necessitatis plus debito colligamur. Perfectum qui dem, cum uirtutum uelocissimos ascenderit, mus equos; & ipsis ornati, erimus placentes ei, qui tales nos querit, ut appropinquet nobis. Impunitatem habebat pharisæorum & scribarum superbia iustitia, quæ de benignitate domini murmurabat, qui recipiebat publicanos & peccatores, commodans se illis, nec dignans eos in mensa ciborum, ut posset cum eis epulari in mensa uirtutum. Non nouerat scribæ & pharisæi, quanta eos grauabat iniquitas, nec sibi uidebantur uenia indigere. Iuxta sibi apparebant, zelo peruerso accendebantur: ut uiderentur honestæ uitæ sectatores, aduersus Christum murmurantibus impingebant. Moris est hypocritali uitio seruientium, ut ipsi potiores appareant, alios infamare: magis quidem gaudentes, si bonis possent notam applicare malorum. Dicebant, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Nesciebant causam aduentus dñici, qui uenerat duntaxat saluos facere peccatores. Idcirco præstabat eis gratiam, ut uenirent; uenientes uero pie recipiebat, manducans cum illis, non ad ingluuiem, sed ad ostendendam benignitatem & misericordiam charitatem. Quibus murmurantibus, parabolam aptam qua frenarentur, saluator apposuit, dicens:

Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & si perdidit unam ex illis, nonne relinquit nonaginta nouem in montibus aut in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, querere eam donec inueniat illam? Et si contingat ut inueniat illam, amen dico uobis: quia gaudebit super eam magis,

quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt,

¶ Comparatiua parabola ista est, nec potest in aliū sensum decenter conuerti. Vt si moris est hominum, propter unam perditam ouem ad horam totū dimittere gregem, ut illam reperiat querens ad reueniendam, relicto in montibus grege, a quo sua morbiditate suauis uoluntate discesserat, cur non liceat omnium conditori humanum deum genus querere, atque unire cœtibus angelorum? Non enim aliter quam ad ueniam, peccatorem dominus requirebat. Sed quanquam sit bene maius gaudium super uno peccatore conuerso, quam super nonaginta nouem a domino non auersis, nunquam est credendum quod in conspectu domini multitudini iustorum, conuersorum paucitas præferatur: alioquin personarum acceptor, non uirtutum, esset omnipotens. Sed quia semper dicitur maius gaudium post dolorem, qui ex re perditâ ortū habet, & consona est moribus hominum ista locutio, qui de modica re perditâ exultat amplius, cum illam reuenerunt, quam de plurima reseruata. Et hoc quare? Quia non præcelleret dolor in illa, qui subsequens gaudium facit amplius apparere. Quina uero similitudo introducta, quales esse debeat fideles, ostendit, uidebit sine læsione ad proximum, mansueti, mites, fructum ferentes bonorum operum, ad utilitatem etiam proximorum, nulli malum, malo reddentes, nec semetipsos defendentes, sed dantes locum iræ, ne per improbitatem, sed per patientiam conuincat improbitas. Querit oues errantes saluator, ut reducat in gregem. Et nos omnes sicut oues errauimus, non habentes pastorem, non pastoris defectu, sed ouium subterfugietium curam eius. Pius enim pastor non ster est, & insopitum oculum habet: non patitur ignauiam, oues sunt in causa dum errant. Hoc fatebat David: Erraui sicut ouis quæ perijt. Pro-

14. 53.

psal. 118.

infirmiorem pertinet. Nam peccatores & de uij facti a nobis, quales deus non fecit, ambula re non possumus, sicut si in eo qd facti sumus, stetitsemus. Nulla maior infirmitas hominem grauat, quam recessus a deo. Fit omnibus modis quod dissoluitur qui a uirtute recedit, & er ret qui rectum iter reliquerit. Contra quos dicitur: Relinquentes rectum, & ambulans p uias tenebrosas. & ad luminosas redire neque unt, nisi a diuina gratia reportentur. Conuoca tio amicorum ad gaudium pro reuocata oue, non refertur ad ouem, sed ad dominum requi rentem ac inuenientem, quod eius labor non fuit delusus, quod sua est facta in inuenta oue uoluntas. Na sicut maius est malum dei offen sa, quam quacunque multatio offendens: sic maius est gaudium, cum per peccatoris poenit entiam eius abrogatur iniuria, quam de libe ratione peccatoris. Nec non & congaudendum est poenitentibus electis ciuibus, in quorum est reuocatus consortium, ne uideretur haberi contemp tum, quia pro tempore in ueritate non ste tit. Magno documento facta est nobis ista pa rabola, ut nemo qd steterit in iustitia, nemo in nocens abhorreat delinquentem, cum reuertitur reuocatus ad gratiam, cum uiderit domi num gaudere in conuersionibus peccatorum. Na etsi non fuit culpa communis, non tamen facta est natura dissimilis, & ea gratia quae tenuit innocentem & iustum, reuocauit errorem. Ostendenda sunt conuersis gaudia, imo ha benda per amplius, quam si semper in uirtute mansissent. Habet enim communis usus ho minum, ut plus de reuocatis, quam de non p ditis, cum reuenerint, gaudeant. Sufficiat in hac parte saluatoris paterna sententia. Et pec catores indilate conuertant, si nullum bonum amplius sequeretur, quam quod ex ipsorum conuersione in caelo possint inferre laetitiam, cum super iustos multos angelos pro uno pec catore conuerso asserat gratulari. Alius uero euangelista non tantum angelorum, sed domi ni affirmat adesse laetitiam, cum non sit uolun tas apud patrem qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis. Quod per Iezechielem multo ante praedixerat: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Porro non est diuina uoluntatis quod aliquis pereat. Nemo causetur aduersus dominum, cur omnium p ficius, quem praesciebat, creauit ad damnandum. Non enim creauit ut damnaretur, sed ut saluaretur hanc producat in lucem. Nec uoluit in homines ita praualere peccata, ut spon te egressus ab eis, aeternam traderetur in mor tem: ad quam propellendam factus homo, subire uoluit temporalem. Sibi, non domino inferat, quicunque damnatur. Fecit enim ipse quic quid faciendum est pro salute. Igitur festinemus in illam, ad quam consequendam nobis praeroga

PROH. 2

Iezec. 18.

ta sunt omnia. Et salutis autor, ab illa diuente tum factus est requisitor, ostensor & dux, pla nator itineris, per quod gradiat morbida ouis.

¶ De parabola drachmae perditae & reuocatae, ut ad poenitentiam reuocet peccatores, secundum Lucam tantum.

Caput XV.

Proculit in oue humilitatem hominum & pacificos mores, in drachma uero reforma tionem turpatae imaginis demonstrauit. Ha bet enim drachma regis atq; proceris cuiuscq; imaginem & superscriptionem, quatenus sit in precio eis qui pro placito aut necessitate res ad inuicem coalterant. Sed incuria & incau tula drachma deperdit; quam, cum notum fu erit, accensis luminibus diligenter inquirit mul tier quae amisit. Quicquid possidendo diligitur, sollicitudine quaeritur, si defuerit. Et semp animus manet impatiens, quousq; rem ama tam inuenerit, maxime si ex solito in illa laeta tus extiterat. Quod factus sit homo ad imagi nem & similitudinem dei, & quod signatum sit super nos lumen uultus eius, & quod circa nos inscriptionem acceperimus mandatorum, scripturae sacrae declarant: sed inutilis imago per pccatam facta est uoluntariè, non compulsa in minus bona, ab illis summis bonis auersa: & fodauit seipsam tereno stercore, uoluntas se lu ino more in caeno rerum corruptibilium, de honestans in se omnem ornatum substantiae superinductum sibi, naturae conseruata substan tia, quam malum uoluntarium tota expugna re non potuit: & superscriptionem aboleuit ce lestium praecceptorum, ut non ab eis, sed a uoluntate propria, malo suo placito ageretur, ma gis uero ageret a quibus prohibebatur. Et facte cognitionis eius & praesentiae bonae, quam autor exquirebat, ab illo super carbones deni grata est. Inter lapides sculptos & fusa metalla & ligna dolata, deperdita est, adorans imagi nes manufactas extra se: quoniam in se imagi nem diuinam non agnouerat: & si cognouit, non secundum decens uenerationem & custodiam exhibuit. Vna enim causam, cur imaginibus diuinus cultus exhibitus est, qa imago in hominibus non cognita seu custodita est. Ac per hoc est drachmae tota perditio, ad qua deitas, quia sua imago erat, more mulieris sedulae requisita festinat cum lucerna filij sui, quae lucem mundi, ipso dicente, constituit: Ego sum lux mundi. Et cum uerbo reuocationis & di rectionis eius, quia lucerna pedibus hominum uerbum eius. Hinc Psalmista ait: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Hanc uerbi lucernam deitas accendit, cum lu cifera filium produxit in tempore, cum illi uoluit in nostra carne uisibile reddere, cui uoluntate suam per os filij sui mundo aperuit. Accensa

Luc. 15

Gen. 2

Psal. 114

Luc. 15

Ioban. 1

Psal. 114

Lucerna, est euangelium eius, quo inueniuntur drachmae deperditae, scilicet animae ad dei ima ginem insignitae, & in dominicos thesauros re porantur. Nec alius praexistit modus, aut est, aut erit reuentionis, nisi accensa lucerna eu angelij eterni, cuius lumine omnia clarescunt, sine quo cuncta tenebrescunt. Accensus siqui dem in cordibus sit hominum. Est enim cor hu manum, aeterni dei quaedam inuisibilis domus, ubi ista lucerna respundet. Domus uero uisibili lis, quae totus est mundus, ab isto sole materia li suscipit lumen. Visibile a uisibili, sed inuisi bile ab inuisibili ordine suo illuminari decre tum est, & cum lumine huiuscemodi domus inuisa euertitur, donec imago perditae reformetur, uelut si res amissa in possessionem redeat amittentis. Siqua uero sunt in suprascripta para bola, & in ista est similitudo differere, praeterquam similitudo ouis & drachmae. Nam parabola perditae ouis, in humilitatem & opportunitate uiuendi quaesitae, posita est: drachmae uero, in reparationem primi collati boni, quod dei similitudinem in creatione accepimus, & diuina decreta uelut superscriptionem in gyro. In utraque tamen parabola commendatur labor & sollicitudo quaerentis, & dignitas hominis sic quaesiti, sicut dilecti: nec non & impossibilitas redeundi per nos in id, a quo nos per inania deflexeramus. Et sit ligatura nodosior quaesiti ad quaerentem, ex eo quod sic quaesitus est, quam ex eo quod sic creatus est.

¶ De filio prodigo parabola in designatione di uinae misericordiae nostraeque fiduitiae, secundum Lucam tantum.

Caput XVI.

Habet pater filios, qui creatione ut crea ta sint, & ut maneat, omnium est pater. Habet hereditatem & substantiam, qua filij omnes alantur & substantia uuant: quae nisi di uidatur, est omnibus commensurata pro debi to capti: & nulli deficit, nisi dum uendicatur in proprium. Petit adolescentior sensu, non tem pore, de paterna substantia propriam portio nem, quae ipsum iure cuiuscumq; donatiois con tingit, non emptionis, cum filius familiaris lari bus educatus paternis, non habeat unde aliqd emat a patre, sed petit dono, cum ex iure non possit compellere aut sistere in iudicio patre. Et postulat partem, qui totum habebat in toto. Et pars deficit cum separatur a toto, uelut riuus interruptus a fonte, uelut ramus ab arbore, & uelut radius a sole praecisus. Non pater filium inuitauit ad sortem, nec a se illi emā cipare tentauit, praecauens in filio paupertatem futuram, si non sano regimine, sed suo, non decreto paterno uixisset. Ipse sibi sufficiens uisus est, cum quae fuit a patre diuortium. Omne no strum esse, omnis consistentia nostra, est de pa

terna substantia. In ipso enim uiuimus, mouemur & sumus. Nec aliunde nobis est aliqd qd ab ipso, excepto uitio positione carenti. Diuifit pater substantiam, cum unum quensq; in suis singularim concessis suo relaxauit arbitrio. Cogregat in unum oia filius adolefcens, cum ho con siderat quae accepit, & accepisse se gaudet, & ad semetipsum oia reconuertit, & nouit optimè quod accepit, & a quo accepit, & que accepit: sed ad quid accepit, a consideratione subuertit. Ideo pegrè profectus est: non locis & spatijs, sed af fectibus segregant a deo homines. Et electio ne contraria, potestate priuata, propria directio ne uiuendi, a deo prinaci mere homines auertunt. In regionem longinquam pegrè profectus est, ut dissimiliter uiueret ab his, qui in do mo paterna subditi uersabant. Non deus ab hoibus elogat, q sine situ ubiq; praesens affe fit. Sed sibi, non deo placentes in his quae ab ipso suscipiunt, secesserunt in remotissimam regionem. Nil tam longè a domo dei, ubi est erudiens disciplina, quam uiuere in disciplina re. Nil tam longè a lege, quam uiuere praeter legem. Nil tam longè a uirtute, quam ab ipsa in regionem uitio: animo & moribus secessisse. Psalmista inquit: Appropinquauerunt perse quentes me iniquitati, a lege autem tua longè facti sunt. Patitur persecutionem in animo pa ter, etiam ab extra quiescat, cum uiderit filium indisciplinatum, cum uiderit labefactari uitij, quem uirtutibus splendere cupiebat, pro ut est in filijs sceleratis. Quotquot quotiesque peccamus, quotquot & quoties sine lege quip piam agimus, persequimur deum patrem, appropinquantes iniquitati, qua subuertitur omnis ordo iustitiae, longè facti ab illa diuina lege uoluntatis aeternae, qua iuberet hominibus quaeq; turpia deuitare, sectari honesta, ut sine re prehensione consistat in nobis diuina imago, quam in nobis signauit omnipotès, ne irritum in super faciamus sanguinis precium, ne spiri tusancti gratiae contumeliam inferamus. In re gionem longinquam peregrinatus est filius ado lesces, tamq; si crederet oculos posse deuitare pa ternos, & agere enormi non argutus. Sed me titur hominibus iniquitas cui appropinquauerunt, ut quoad uadentes in longinquam regionem, deo eregione uiuentes, ipsum sentiant sup eos ultorem què noluerunt habere pssimum patre. Sed semp in luxu uiuunt absq; habenatore deo. Et oia male fluunt, omnia mancipant pditioni, omnia dissipantur, ubi uerus ordo deseritur.

Nam & hic dissipauit omnem substantiam suam uiuendo luxuriose.

¶ Defecit omnino, qui sibi sufficere uideba tur. Nec sciuit tenere gubernacula uitae sua pro uidetia, q recessit a patre. Prae dei scientia stultus est factus ois ho a scientia sua. Et si quis con summatus fuerit in filios hoim, si abfuerit ab

Act. 17.

Psal. 118

Iere. 5

Sapient. 9

illo sapientia tua, quasi in nihilum reputabitur. Luxuriosus animus lubriciter omnia bona dispergit. Ornatus nimis corporis, uoracitas & coitus a luxuria pariuntur, & rursus ipsam in suis laribus fouent. Sed cum hic meretricibus applicatur, luxuriam liberam seu perniciosam infamiam in mulieres insinuat, seu uanarum scientiarum aut omnium illarum rerum quae animam a cultu ueri creatoris auertunt; & illae delectationes sensuales & steriles, ex quibus turpis dulcedo carpitur, nullus fructus in quibus amaritudo subsequens obuolatur.

Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regione illa.

¶ Prout in deo uiuimus, mouemur & sumus, & puti immortales in anima facti sumus, haec consumere non ualemus. Sed quoniam parabola est, traicitur in alium sensum, ut cum omnem nostram in delectationibus perfunctorijs perferimus uoluntatem, eregione deo in regione longinqua uiuentes, ualida fames adueniat, non illa quae pro desiderio ponitur, sed illa qua patiens cruciatur. Semper enim est fames, ubi non apponitur panis uitae. Omnis alius partus deficit, ubique inedia famis expugnat, nisi substantiae immortalis homo refectioe partatur, quae alibi non apponitur praeterquam in domo paterna, quam lubricus dereliquit.

Et coepit egere.

¶ In fatiabilis est mala uoluntas, & semper egestas subiacet ad egea conuersa, quibus non repletur, nisi cum capax facta fuerit deitatis. Nobilitas & latitudo animi est, quod res uisibilem & corruptibilem appositione satiari non potest; peruersitas, quod ex his satiari conuertat: danosa pertinacia, cum se non ad meliora conuertit, sed tenet ulterius expiri. Vnde iste, abiit, & adhuc unum ciuium regionis illius.

¶ Cum malus & inordinatus animus uelit ex omnibus carere uoluptatem, actu nequit continuo, singulari uitio se connectit, quo suum lubricale oblectetur, a quo subiugatus animus, ad faciendam turpia destinatur. Hinc est quod misit illi in uilla sua, ut pasceret porcos.

¶ Cum homo recedit ab urbanitate caelesti, merito uillanus in terrenis efficitur. Et mittitur uelut mancipium a uitio nequies reluctari, ut illa extra perficiat quae gerit in animo, ubi iam factus porcus, porcos pascat exterius, in quos saluator misit daemoneum legionem. Porcos in animo, qui terreno caeno libenter inuoluitur uelut sus in uolutabro lutu. Et sic porcos sensus exterius turpiter pascat, & praeter legem singulis singula obiecta proponens.

Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci manducabant; & nemo illi dabat.

¶ Cupit uoluntarie segregatus a bonis praecipuis, fatiare de infimis uoluntatem, & de porcis cibis implere rationabilem mentem, & ordinem diuinae dispositionis subuertere, cum spiritum corporeis satiari concertat. Sed nemo illi dabat. Sed quomodo nemo illi dabat, in cuius potestate penitus erat accipere de illis siliquis, scilicet leguminibus, aut de ipsorum foliis, quae porci more porco pascebantur. Sed nemo illi dabat, quia nec ex eis saturare se poterat. Iusto dei iudicio agitur, ut recedens a satia bilibus, impotentia saturandi mulctetur; & quod semper egeat in ordinata uoluntas, quae in potestate habuit unde egere non posset. Cupiunt inordinatae mentes ab optimis bonis auersae, de his satiari, quae animalitati, non rationi conueniunt, & repleri de uacuis, & non sinuntur: quoniam nec dispositio diuina rerum naturas pro hominum inordinata uoluntate alternat, ut nec spiritus corporeis, nec corpora spiritualibus satient.

Ipse autem in se reuersus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereor.

¶ Quod iste iuerat, quod recesserat, ubi se reliquerat, in quem locum cuiuspiam, se relicto, potest esse recessus. Porro si reuersio ad seipsum, aliquid praeter seipsum accessisse insinuat. Sed corpore nemo pergit, in ipso relicto. Sed more extraxim patientis ex infirmitate saluator parabola ponit, qui recta caret sensuum actione, aut eius qui aliena loquitur, qui lucido habito in teruallio recta pronunciat, & extraxim termina ta, sensus redit ad sensus. Et profunde dormiens, ad seipsum redire dicitur cum euigilat. Peccator a se recessisse dicitur, uelut qui ratione deperdita irrationabilia operatur. In se uero reuertitur, cum inditae rationis est compos. Quo sensu in se iste reuersus, mente occulta processum rationis exequitur, recognoscens quid reliquerit, & mala quae patitur, famem s. cruciatum, non famem quae desiderium notat. Mercenarii uero abundant in domo patris, illos insinuat, quod non finali amore, sed mercede quadam res labentium & futurorum bonorum, deo seruunt. Et omnes abundant panibus. Sed pane melius in uisus, illo uidelicet uiuo, quod de caelo descendit. Post meditationem relicti boni & mali afficientis, quod iste in se reuersus decreuerit atque perfecit, audiamus:

Surgam, & ibo ad patrem meum.

¶ Profecto se cecidisse cognouerit, qui surfectioni se aptat; & remoti abscessum cognoscit, quod redit parat: sub impio tyranno tabuerat, quod repedit ad patrem. Et orationem in mente praeparat, qua credit alloqui patrem.

Et dicam illi: Pater, peccauit in uocari filius tuus, & coram te, & non sum dignus uocari filius tuus.

¶ Recte perorat offensum qui offendit, si humiliter in principio profiteretur offensam. Et ad iustitiam spectat, se fateri coram deo & hominibus criminofum. Nam iustus in principio accusator est sui. Et indignitatem quam fortis homo ex uitio habere per oculis, & confiteri orando ad presumptiuam onem arcendam, inuiti est gratiae potendae.

Peccat quis in caelum, supponitur deferendo conuentum, similiter & concentum, cum intellectu contrario & affectu rerum corruptibilium discrepat.

Peccat in caelum, qui peccat in anima, quod peccat deferendo iustitiam caeterarum uirtutes.

Peccat in caelum, qui contemnit ecclesiam, quod turpat in se sacramenta caelestia, quod scripturam sacram despicit, aut exponendo peruertit.

Et coram deo, cum ipsum desuper omnia prospectantem prociac mente ab ipso se auertendo uilipedit. Et illico sua paternitate indignus factus est filius ab ipso auersus ad egea & infirma conuersus. Et de semetipso iudicando pronunciat, quod iuste non sit censendus de numero filiorum, qui sponte recessit a patre, sed in se uos mercenarios se appetit deputandum.

Et surgens, uenit ad patrem suum.

¶ Duos perniciosos recessus se fecisse cognouerit, duosque recessus fecit. A se recesserat, proinde in se reuersus, in optima quaeque deliberat: necnon & a patre, cum iuit in regione longinqua, in qua nunc surgens, uenit ad patrem. Sed nec audacter protulerim quid horum praecedat, an a seipso ratione deflecta prius, an a deo per auersionem celebratur diuortium: uelut si alia occurrat quaestio, scilicet quid horum praecedat, an auersio a deo, an ad creaturam conuersio. Dixerim tamen prioritate atque posteritate temporis omnino postposita, eodem momento ista duo pariter celebrari. De duplici quidem reditu similiter prohibeor assertioe firma disserere, si ad deum, an ad seipsum alter altero prior existit, cum nemo ad deum nisi ratione praeparata redeat, nemo uero nisi ipso ducere reuertatur ad cor, & in intimis atque se fore fecisse cognoscat. Sed dixerim quod si uterque in ueritate agitur, eodem tempore uterque celebratur. Redit ad patrem filius undique maleactus, non inueniens inter cupita requiem, meliorem partem ratus existere apud patrem. Quod utinam omnes in hoc solum parabola ista confoderet, qualiter aut quomodo a deo desidentes manemus sub principe tenebrarum, ocyus profecto reuerteremur ad deum, qui prout parabolice tradit, non tam paternam quam etiam nos diuine susciperet. Hinc sequitur:

Cum autem adhuc longum esset, uidit illum pater suus, & misericordia motus est. Et occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum,

¶ Longum erat adhuc impotentia redeundi. Abundant in nobis mala facultas ad opera praeparata: ad redeundum uero in bonum, a quo auersi sumus, etiam cum uoluntas aderit, nisi occurrerit coadiuuans gratia, ualidum non superpetit. Proinde pius pater misericordiarum longum adhuc per impotentiam nos peccatores stare conspiciens, non affectu nouo in ipso generato, sed nouiter ostenso, misericordia motus de infelici peregrinatione filio reuertenti occurrere praeparata auxilia, prohibetur aduersa, & paternam pietatem opportuno tempore ostendit: furus irruens super collum eius, super erillam uel delicta fidem, qua reuertebatur ad patrem.

Equidem uelut collum corpus capiti copulat, sic hominem deo fides. Collum quidem amplexatus est, sed ori osculum tradidit, ut in dubitata fide sibi arctius constringamur. Ori confitenti delictum, reddatur osculum pacis: quia si corde creditur ad iustitiam, ore autem sit confessio ad salutem. Cui ore competit pacis osculum, ut peccator ex uera confessione se deo reconciliatum agnoscat. Os uero quo a se auersos osculatur cum reuertuntur, uerbum est eius. Vnde in Cantico dicitur: Osculete me osculo oris sui. Os suum filius est dei, per quem osculatus est humanam in incarnatione naturam.

Et prophetae ueraces, cum dicitur doctores in lege domini in ueritate docti, os sunt domini. Iuxta quem sensum Ierusalem & Iuda per prophetam a domino arguuntur, cum pro auxilio descenderent in Aegyptum, & os domini, scilicet prophetas domini non interrogauerunt. In quo quidem ore orthodoxa ecclesia & in apostolis, caeterisque doctoribus in illis praeceptis uerbis figuratis, in signum pacis se osculata agnoscat. Sic & omnis anima si ad misericordiam patrem reuertit in ueritate, sibi sciat a deo redditam pacem. Attamen hic filius adulescens cum peruenisset ad patrem, & amplexus & oscula susceperat, deliberata proripit in uerba, dicens:

Pater, peccauit in caelum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus.

¶ Quoniam misit deus spiritum filij sui in corda nostra, in quo clamamus abba pater, ut quod non habent homines per naturam, habeant per gratiam, per quam adoptati, deum patrem non solum liceat nominare, per quam etiam peccatores conuersi audiant dicere creatorem omnium patrem suum. Nam & filius pro peccatoribus nascens, dedit potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius: quod si fieri, similiter & clamare concessit. Resumpta igitur bonae spei fiducia, peccator in se ad deum reuersus, dicit: Pater, peccauit. Iam traditum osculum ori filij desinquitis, illi confortauit, ut confiteretur patrem, quem propria potestate delectatus reliquerat, necnon & peccatum quod relinquendo compleue

prou. 18

Rom. 14

Cant. 1

Ier. 30.

Gal. 4

Iohan. 1

rat, ut ex ore plena confessio fiat ad salutem. Peccati, ait, in caelum & coram te, id est, caelestes deserendo uirtutes atque promissiones.

Peccat quis in caelum, cum terrena caelo proponit, ad quod homo ut aspiceret, rectus factus est: ipse uero deorsum inclinauit aspectum.

Peccant in caelum per poenitentiam promissum hominibus, qui semper poenitenda committunt.

Peccant in caelum spiritu pauperibus reseruat, qui diuites in mundo fieri usqueque concerrant: quoniam ait Apulus, qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationem diaboli.

1. Tim. 6

Ecc. 45.

Peccant in caelum, qui sanctos uiros contemnunt, quoniam species caeli est gloria stellarum. Saepe quidem in scripturis sacris per stellas, sanctos homines intelligimus. Peccant, quod peccant homines coram deo: Nihil enim subterfugit oculos eius, qui in omni loco contemplantur bonos & malos. Et haec est hominum altitudo superbiae, quod ipsum deum aeternum omnia uidentem, peccando contemnunt, & temporalem presentem inspectorem iudicem formidamus. Indignitatem filiationis confiteri, non seruato immaculatae honore paterno, ad indulgendum paterna uiscera plus inclinatur. Proinde pater antequam de optione mercenaria uerba proferat, ut totus in compassione misericordiae factus ad filium, nudatum uidens ueste gratuitorum bonorum & tegumento uerae honestatis exutum, uidens quod signum nobilis herilis non gestabat in manu, nulla scilicet opera quae ex fide procedit, aspiciens deorsum, discalceatum aspexit, pellibus mortuis sanctorum praeteritorum scilicet proiectis exemplis. In facie maciem, scilicet inuerecundam frontem, & sanctam propulsam auidiam, corpusque cognoscens effortum, famis inedia expugnatum, uidelicet omnibus bonis uacuum, oculo paterno filium ex omni parte contemplantis, dixit pater ad seruos suos:

Proph. 15.

Cito proferte stolam primam, & induite illum: quia ferè nudus est, ut solita gaudeat dignitate, procedens communi tegumento cum ceteris.

Et date anulum in manu eius, ut uelut filius heredis secernatur a seruis, ut scilicet signaculum fidei teneat, & opere in fide.

Et calceamenta in pedibus eius, ut prorectus a sentibus terrenorum, securè incedat.

Et adducite uitulum faginatam, & occidite, ut manducemus, & epulemur: quia ferè fame perijt, etiam insaturatus ex filij quis. Et rationabilium hominum societate congaudeat, qui conuersabatur in longinqua regione cum porcis. Quam pie, quam misericorditer paterna prouidentia tendit ad filium, ut singulos toleratos defectus, bonorum contrariorum appositione depellat: Si solum

stolam dixisset, non addendo primam, nulla ambiguitas esset: nam peccator poenitens, ut nudus, reinduendus est. Sed quomodo de stolam prima claret, ut quis nocens in primam innocentiam redeat? Nisi forte id affirmauerimus, quod dominus ita liberè peccatoribus parcat, ut ita securi & sine rubore inter iustos existant ante conspectum eius, ac si eos nulla macula deturpasset.

Anulus in manu, fides est cum operibus: quia fides sine operibus mortua est. Nec decet conuersum peccatorum, cui gratis est indultum, a pigritia detineri: magis autem operari ardentius, quo sceleratius se foedauit.

Calceamenta pedum ex mortuis rebus, mortua humanorum affectuum sunt, quibus mortis infixata memoria, reuocantur a turpibus, & eius metu à malis uoluptatibus absterentur.

Vitulum faginatam omni pinguedine gratiarum, Christus est occisus in cruce, qui confiderandus attentè nobis apponit. Et etiam in sacramento & in re sacramenti sumendus uere poenitentibus traditur. Causam subiicit pater, cur talia beneficia, filio malè peregrinato conferret: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

¶ Iam ipse saluator ad patrem deum uideatur aptare parabolam, cum mortem pronuntiauit in filio, quia nemo filius mortuus temporaliter patri aliquando reuiuiscit. Et uiuus erat ex parabola iste filius corpore, sed mente in peccato decesserat: quod sacramentum inter deum & peccatores agitur, omni parabola depulso uelamine.

Et ceperunt epulari.

¶ Non sibi soli fuit apposita mensa, prout cum recessit a patre, omnia in proprium uendicare tentauit: sed omnes pariter secum epulantur, & ipse cum ceteris, ut communem mensam sacramentorum omnibus esse cognoscat, & ut nouerit nihil sibi quèquam debere uendicare in proprium in hac uita, ubi nihil potest esse perpetuum. Et epulatio uituli occisi, scilicet saluatoris uerbi dei, non cedit in priuatum partem hominibus, sed est omnium & singulorum: sed non ita singulorum, quin ipsa sit omnium.

Erat autem filius senior in agro.

¶ Si pro allegoria esset dissertio tota haec in istis duobus filiis, gentilem & Iudaicum populum loquitur: sed deuitamus, si derelicto allegorico sensu, aliunde patet ingressus ad mores. Hinc statuamus duos hominum status: unum in iustitia bonorum operum, & alterum peruersè agencium: unum signatum in seniore filio, qui sub paternis legibus mansuetus est in iuniore, qui à paterna lege refusa

Filius senior in agro, illos insinuat, qui semper in agro dominico aliquid boni agunt: filij iunioris, peccatores ad dominum reuertentes, qui sic à domino resouentur. Veniunt de agro iusti, in considerationem eorum quae aguntur in domo dei, scilicet in ecclesia sancta dei.

Et cum ueniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: concordiam uidelicet uocum cantantium cantum nouum, & odas reddentes domino de conuersione peccatorum, magis quia dei non amplius in illis conuersis agebatur offensio. Et chorus erat ex insertis manibus unius ad alterum, & circulari motu agebat in gyro, uelut communis adinuicem operibus, bonum unius iugebatur alteri adiuuam & gaudium. Et filius reuuentus erat in choro sancto ludentium, sicut receptus in communitate bonorum, aggregatus fidelibus ad fortitudinem in superna parte letitiam.

¶ Et cum illis parabolis ouis & drachmae depeditae, se parabola ista consociat, quod maius gaudium sit deo angelisque suis super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis. Vnde post mensam positam symphonia sonitum dabat, & chorus iustorum & angelorum ad plenitudinem gaudij uoluebatur in gyro. Et si filius adhuc cum epulantibus epulabatur, & chorus ad symphoniam sonitum motibus se agebat legitima, non moueat ad sinistram: amplius te ad bonum irradiet, ut duplex sit letitia occasione peccatoris refugae redeuntis, eorum uidelicet qui sunt in ecclesia, quos adhuc necessariò sedere oportet ad mensam sacramentorum dum uiatores existunt, aut qui cum malè peregrè redeunte letantur, uelut si ipsi fuissent ad tempus ab eadem iniquitate detenti, aut humiliter considerantes, quia in talibus aut peioribus esse poterunt.

¶ Alia quidem ostenditur coram peccatore poenitentiam agente laxa festiuitas angelorum, uidelicet in choro aeterno ludentium inenarrabili letitia pro beneficio conuersorum, aspicientium uel placitum super eos, & diuinam uoluntatem fieri, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuerteretur & uiuaret, & uult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire. Interrogatio autè filij senioris de agro uenientis, ignorantiam mirabilium factorum dei ostendit, quae continuè aguntur in domo dei. Audiri tamè à doctoribus possunt, similiter & inspicere in scripturis: intelligi autem, praeterquam speciali gratia, nequeunt.

¶ Responso serui est narratio rei gestae, non tota declaratione rationis, cur scilicet reuertenti luxurioso adderetur tanta solennitas, quae stanti apud patrem nunquam fuit exhibitae.

¶ Quamobrem super hoc dei uoluntate incognita, & praesumptione ingesta de non lubricali

malo & de mansione cum patre, senior filius indignatur. Quo typo iusti existentes apud deum per innocentiam custoditam, uidentur quodammodo indignari super larga benignitate dei in conuersione malorum: non quod eos taceat deum propitium peccatoribus fieri, cum & ipsi poterint esse peccatores, sed quod non ita continuò recipiunt illa magna dona, quae conuersis peccatoribus donari conspiciunt, ignorantes aliquando dei prouidam charitatem, quae non merito diligendi, sed necessitate succurrendi, suarum legum refugas redeutes, amplius quam persistentes, in suis legibus praehonorat. Sed haec indignatio non defectu damno est retorquenda in iustos, qui si inuidi essent, iusti non essent: sed nec omnes qui sequuntur iustitiam, sunt usquequaque perfecti, qui de occultis iudicij dei uelut in nocte caeca tenebrantur. Hinc iste filius senior noluit in troire, ex ignorantia indignatus in illud, uidelicet secretum dei considerandum, quod de relictis requirit, negatus uocat, & aberrantem reuocat, contemptus indulget, uilipensus honorat, prouocatus dissimulat, irritatus tolerat, derisus ridet, maledictus benedicite, non gratis multa largiè ingratias, blasphematus taceret, à se uoluntariè recedentes, uoluntariè redeutes recipit, ut homo habitus diuinitate offert, ut mortalis despectus in mortalitate largiè, ut terrenus aeternus caelestia repromittit. Sed ad hunc filium egreditur pater, quia ad talia consideranda in troire nolebat, & alloquitur iusta & irreprehensibili ratione filium, rogans ingressum ad festiuitatem filij perditam reuertens. Magnum quidem protinus, quod pater filium rogat, cui competit impetrare. Profundum impenetrabile, quod deus profectus hominem pro salute, quod omnis uita, mos, doctrina, expansio brachiorum in cruce, hoc ab omnibus flagitat, ut ingrediamur in gaudium sanctum eius. Sed aduertendum quid responderit patri haec roganti filius indignatus:

Ecce tot annis seruiu tibi, & nunquam mandatum tuum praeteriui, & nunqu dedi sti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer.

¶ Numerum non distinguit annorum, ac si semper seruerit: & indeclinabilem à iustitia se pronunciat, cum nunquam se asserit paternum praeteriisse mandatum: & cum sic inculpatè uixerit apud deum, haedum etiam non accepit, ut sibi cum amicis posset esse refectio. Quae uerba traiecit in alium sensum, alium patem ordinem differendi. Quis hominum potest se ipsum extollere apud deum, quod ei semper in retroactè seruerit, & quod omnem eius impleuerit iussionem? Horredè praesumit iustus, si de seipso talia sentit. Sed nemo iustus ex lege. Nullus iustus, nisi qui criminibus non ser

uinit. Nemo sibi aliquid perfectionis arroget, etiam si mandata compleuerit. Inquit enim Iob: Non reprehendi me cor meum in omni uita mea. Sed nec credebatur ex hoc esse perfectus. Apostolus etiam inquit: Nihil mihi conficius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Et saluator Christus: Cum omnia bene feceritis, inquit, & fecistis quod debuistis, dicite tamen, serui inutilis sumus. Quis igitur his consideratis sententijs, sibi plenam iustitiam deputer, reputer se perfectum, insultet aduersus alios, se præferat ad conuersos? De quadam imperfectione procedit, & de inconsideratione diuine benignitatis est, non nostræ puenitionis. Nulla nobis materia causandi aduersus deum, arbitrij sunt omnia sui, reprehendi nequit. Nihil per iustitiam aut per calumniam facit: subtrahere tantum nobis est, non discutere suas infallibiles & iustissimas leges. Nihilominus tamen quasi debitor dulci uerbo refouens, ait pater ad filium:

non sit licitum patri decernere in filios pro placito uoluntatis, & dominus seruus non possit propria autoritate providere. Sed nec pater filij legibus subiaceat, nec dominus angitur regulatione seruorum. Non est filiorum autoritas in parentes. Serui nullo pacto dominis præferuntur. Nulla nobis sunt iura cum deo, ut ipse nobis obligatione subiaceat. Quod nobis confert, sui est muneris, non nostri iuris. Quæ præcipit iustos, ne peccent, est sui doni gratuitum, non hominum meriti. Quod peccatores recipit, quod illico poenitentibus indulgentiam donat, quod eos admittit ad sacramenta cælestia, quod dulciter fouet, suæ benignitatis est, non nostræ puenitionis. Nulla nobis materia causandi aduersus deum, arbitrij sunt omnia sui, reprehendi nequit. Nihil per iustitiam aut per calumniam facit: subtrahere tantum nobis est, non discutere suas infallibiles & iustissimas leges. Nihilominus tamen quasi debitor dulci uerbo refouens, ait pater ad filium:

Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat, et reuixit; perierat, et inuentus est.

¶ Semper iustus est cum deo, dum iustitiam seruat; & cum ipso esse, plena iustitia est, & iustitia nos facit esse cum deo. Et omnia dei, bona sunt in appositione iustorum: non tamē ita unius, quin plurium: non ita plurium, quin unius: sed ita singulorum, quod omnium iura omnia, quod singulorum: quantum hic illa ineffabilia bona contueri non possunt, quæ nec oculi uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligētibus se. Qui uelut confidens de fortitudine iustorum, uelut pater de procreatis filijs, non eis blandit, ut mater suis lactentibus facit, sed peccatores in gaudio recipit, mensam suam largitionis apponit, ne memores delictorum, iustis in speculatis, desperatione frangantur. Non autem autem, deum amplius quam inuocantes, conuersos diligere peccatores: sed sic se habet ad eos pro maiori spe indulgentiæ prærogata, uelut si non deliquissent. Posset tamē nuper peccator conuersus in tantum post lamenta poenitentiae in charitate proficere, ut etiā iustos quamplures præcederet, ut Magdalenam Martham, cæteros coapostolos Petrus, Stephanum Paulus: sed de his & similibus nec nobis sermo. Veruntamen quoniam dubitari merito posset, si in seniori filio chorum iustorum intelligimus, etiam non perfectorum, cur in huiusmodi inuidiam prolaberentur? Id dixerim, quod aut id sic fieri posset, quamquam factum non sit: aut illos intelligamus, qui sibi iusti uidentur, & non sunt: imo eo ipso a iustitia cadunt, quo sibi iusti uidentur: & peccatoribus indignant, ut pharisæus præserte domino Magdalenæ, qui recti-

pientem atque parentem dominum, & indignam misericordia iudicabat, saluatorem de ignorātia, Magdalenam de immunditia. Sed deus pius neminem perire uolens, dissimulans peccata hominum, omnibus apponit unde curentur, & peccatoribus præstat redēdi gratiam, & benignè recipit reuertentes, & iustis tradit uirtutem persitendi, & intellectum aperit de ordine subueniendi.

¶ Parabola de remittendo offensam, & præstando poenitentibus ueniam, secundum Mattheum tantum.

Capitulum XVII.

Pater misericordiarum deus, & indulgentiæ libens dator, filium suum misit in terris, ut generi humano monstraret quod antequam dimittebat offensam, gratis tamen, nullis hominum præcedentibus meritis, nullis datis satisfactionis obsequijs, qui prout fecit nobis, facere nos ad inuicem docuit atque monstrauit, scilicet remittere iniuriam, & dare poenitentibus ueniam. Nec aliter uoluit homines in uicem uiuere in retenta iniuria, in erecta iustitia, quam ut ipse ad nos factus est, qui dimittit iniuriam, & poenitentibus ueniam præstat. Proinde cum Petrus interrogaret, si quoties foret hominibus dimittendum, cum dato responso saluator parabola posuit, dicens:

Mat. 18. Ideo assimilatum est regnum caelorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis.

¶ Similitudo est ista negocij, non personarum, quæ appropriatè differat, patebitis comitibus. Omnis homo, seruus dei, & uelit nolit, sibi subditus est, aut in lege iustæ factiōis, aut in lege iustæ punitiōis. Sed seruos habet, non quibus indigeat, sed quæ indiget eo serui, ea indigētia necessitatis, quæ nihil sine ipso subsistit, sicut sine ipso nihil productum est: & ea indigētia, qua nihil potest sine ipso beate consistere. Bonorum nostrorum ipse penitus non indiget. Et in persecutiōe rationis exigendæ, decem millium talentorum debitor uenit. Ex pondere debitum erat, non numeratæ pecuniæ. Nam talentum pondus est, sed diuersum, sicut diuersæ sunt regiones, ut alibi plus, alibi minus importet. Et magna est debiti summa, cum denarius numerus toties multiplicat, ut ascendat ad summam decem millium talentorum. Hinc summa colligitur honorum omnium, quæ ab omnium creatore accepimus, ut numerari nequeant, cum maior numerus qui est mille, sit per denarium calculatus: pro omnibus & ex omnibus obligati, nec summam debiti possumus nostris uiribus uacuare. Unde iustus est debitor uentidari & uxor & filij pro mancipijs ementium, &

omnia iussa sunt distrahi, ut debiti soluantur pacta conditio. Quis huius debitoris emptor? quis uxorem & filios iure emptoris sibi uendicabit in proprium? quis omnia bona illius emerit? Quis parabit hanc talentorum summam? Quis se uadem dabit pro debitore dei? Quis hic uenundandus, nisi qui dona diuina suscipit? Quæ uxor, nisi unius cuiusque propria & à se ipsa regulata uoluntas? Qui filij, nisi opera mala seu affectus illiciti? Quæ alia omnia hominis huius quæ distrahi iubentur, nisi ea quæ extra seipsum in proprium usum à deo donata receperit? Porro talium non habebit emptorem, etiam si omnia uenalia faceret, prius factus ipse uenialis.

Sed quia parabola est, ad differendum alius sensus est, scilicet ut ex locutione parabolica in illum finem ueniamus, quem de dimittendo dominus Petro respondit, & quæ per hanc parabola dominus terminauit, scilicet dimittere fratribus de puris cordibus nostris. Nec hic planè cadit ille allegoricus sensus, ut in istis duobus debitoribus intelligantur populus Iudaicus & gentilis, cum solam ad remissionem faciendam fratribus, hanc parabola saluator adiecerit. Proinde cum non haberet unde debitum redderet, debitor sic actus, ad profuechandum necessario se conuertit.

Nulla melior est in iure deficientibus uia, quam ad preces humiles se conuertere, quibus posset inflectere creditorem. Eadem imagine agitur inter deum & nos ab ipso iure redditionis exactos. Sed cum omnia sint eius, nihil præter peccatum nostræ proprietatis existat, caremus unde nostra debita uacuentur. Sed nunquid exigit quæ donauit? Sed forte ab ingratitis, quæ gratis ipse concesserat. Ergo totum esse nostrum ipse depostulat. Sed nunquid ut ad nihilum redigat? Minime. Quid igitur ista exactio? Cognitio eorum quæ gratis accepimus, operatio ad quid accepimus, gratiarum actio, laus, meditatio, custodia impolluta donorum, obseruatio mādatorum eius, dilectio eius, & proximorum debitus amor, & cordiale atque indeficiens odium uitiorum. Ista sunt talenta quæ concessit & exigit, sed deficientibus uiribus implere nequimus. Sed iuste decernitur super nos, ut tetrīs emptoribus uenditi, onis iure tradamur, & si qua nostri sunt iuris, & iusta poena contorqueat, quos iniquitas & ingratitude delusit. Igitur cum sic in nostris conscientijs ex scriptura tradente decernitur super nos, cum tergierandi possibilitas sit adempta, nec ad alium possit esse refugium, omnis deficiat copia euadendi, porro ad profuechas humiles conuertendum, petere dilationem, & aliunde promittere solutionem.

Sic precipiens seruus ille, rogabat eum,

ec ij

Iob. 27

1. Cor. 4.

Luc. 17

Mat. 18.

Psal. 15

Mat. 20

dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

¶ Magnæ subleuatiōis est initiū, procidere ante deum, ante quem omnis erectus deprimi tur, prostratus uoluntate in alta sustollit. Dilatio petita, in meliorem deliberationem se contulit. Nam & patientia dei ad pœnitentiam & ad satisfactiōem uocat, & ob hoc se prærogat, quia malè utentes acerbiora tormēta suscipiunt. Sed unde omnia reddere repprobit? Quæ nobis potest provenire fiscalis pecunia, unde suppetat nobis debiti euacuandi facultas? Vna duntaxat ex precio sanguinis filij eius, ex quo omnis debiti nostri summa uacuatur, ex quo paterna debita & propria quæque soluuntur, necnon & chirographum diaboli ei decreti, quod aduersus nos erat, ex peccato proprio uel paterno, reddita summa debiti diuino scalpello destruitur. Hanc stipulationem de soluendo nemo sibi arroget, nec alicui angelorum siue sanctorum appropriet, nisi ei qui peccatum non fecit, & pro peccatis nostris talia sustinuit tormenta, qui totius nostri debiti summam in se, patri pro nobis soluturus, in crucis ara suscepit. Sed attende quantum ualuit profectus humilis, ut ipse debitor dimitteretur & debitum.

Nam miseratus dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

¶ Optimus & diues in bonis deus, oibus peccatis ueniā, meliora exhibuit quàm rogatus, amplius miseratus, quàm uelint homines miserari à miseria liberari. Sed ingratus seruus nec exemplo domini sui didicit misericordiam, nec recordatus ad dissimulans quod accepit, in conseruum crudelitatem exercuit, ex minori credito afficiens sine remissione conseruum, quanquam ipse remissionem à domino suscepisset. Modicitas debiti, conseruilitas, exigendi modus, inclinabilitas ad profectus, & intrusio ad carcerē, inexcusate accusant eum, qui ex magnis debitis solum misericordia liberatus erat. Hinc aduertant malignantes in proximos, quibus misericorditer est prouisum, & qui in magnis obnoxij domino existētes, dimittere parua proximis omnino detestant, quantum à ueritate atque ab omni uirtute deficiant. Quid enim est quod proximis nostris parua non dimittimus, qui maxima & horrida nobis dimitti à domino postulamus? Infallibilis nanque conditio inter deum & nos apposta est, ut qui pleno animo non dimittit proximo, nec sibi dimittatur à deo. Nam iudicium sine misericordia fiet ei qui non facit misericordiam. Hinc ex magnitudine crudelitatis, sunt exortæ tristitiæ in conseruis.

Videntes autem conserui eius quæ sic

bant, contristati sunt ualde.

¶ Non solum misericordiarum pater, sed homines qui non sunt omni humanitate destituti, abhorrent ingratiudinem, damnant crudelitatem, tristantur quod sic fecit iniquitas, & quod infra bestias reducatur humanitas. Feralis hominum sanguis, confimilem in natura immitti dente decerpens. Indisciplinabile cor, cum non didicit impendere quæ suscepit, sed potius deprauatum, tenens memoriter formam qualem uniusquisque se debeat proximo exhibere, contraria electione perēgit. Sed hi conserui hoc facinus exhorrētes, uenerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

¶ Non iudicant conserui perperam agentem conseruum: nam uniusquisque domino suo stat. Nec quispiam præterquam à proprio iudice iudicandus, quanuis sit agens nequiter, commonendus: & si per excessum defauiet, utique prohibendus. Nemo autem sibi arrogat iudicariam potestatem, etiam inter homines, quanuis omnino inualeat iniquitas, nisi cui est à superiore cōcessum, aut à iure permisum. Sed ubi tribunal defuerit iudicis, id ab hominibus agatur, quo inculpatus innocentia uitæ consistat, & mala facultas à se atque à proximo non libidine ulciscendi, sed quietè uiuendi, à pacem diligentibus arceatur. Igitur seruauerunt hi conserui modestiam, & publicæ iustitiæ deuilerunt, accusantes reum domino suo, nec in eum aliter decernentes. Et iuste accusatur iniustus, piè impius ad iudicium sistitur. Non enim peccat delator odij felle carēs, amans seruari publicæ iustitiæ honestatem. Et abundè miseros releuat, qui peccatores ad iudicium trahit. Porro minus ualentibus miseretur, qui potestatem habentem per iudicium excitat contra malos: zelator est iustitiæ, amator misericordiae, tutor est innocentiae, qui operimentem pauperem iusta delatione profectitur. Nam siluisse, cum in debite irrogatur oppressio, malignantem arguit aut pauorem. Sed nec infallibili domino desuper omnia speculanti opus est delatoribus, nisi uelimus credere ad exaggerationem criminum & detestationem malorum & angelos delatores, aut istam narrationem de oppressione minoris in clamorem & dolorem internum eorum qui misericordiam diligunt, referamus. Nam compassione hominum mentes semper dolēt, cum immisericordes uident fieri actiones. Et quia tueri oppressos nequeunt, clamant ad dominum ut tueatur miseros, ut reprimat ipse seruos. Pia erat istorum conseruorum tristitia super eo qui oppressus erat. Habēt hoc propriū zelatores uirtutum, ut pro deo, qui à malis malè agendo cōemnitur, & pro calamitate paupe-

rum contristent. De quibus Psalmista in seipso pronūciat, dicens: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Et, Vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Et Iob lætatur defensionem impotentium oppressorum exercitisse, quia potens erat: Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens testimonium reddebat mihi, quod liberalissem pauperem uociferantem & pupillum, cui non esset adiutor, & conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferēbam prædam. Ecce Iob fecit quod posuit in releuatione oppressorum. Faciat unusquisque quod iuste potest, ubi nec amplius, ex amore iustitiæ ad liberationem fatigati, recurrat ad iudicem, ueluti isti conserui malè acta conserui domino retulerunt.

Qui tunc uocauit illum, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quantum rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miseratus sum?

¶ Iuste increpat dominus seruum qui noluit misereri. Nam eo ipso quod acerbè iustitiæ subiaceret, quo impiè misericordiam denegauit, sic ut scriptum est: Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam. Nequā est seruus sæuus, cui benignus est dominus, cui dimisit ob solum sui rogatum, debitum relaxauit. Non adhibuit iste aduocatos, non interposuit rogationes: tantum per seipsum domino supplicauit, cuius dominus humilitatem respiciēs, miseratus est. Qui ut acceperat, debuit erogare. Inexpiabilis est iniquitas apud deum, si nō miseremur alijs ac propicij fuerimus, prout quærimus nobis deū habere propiciū. Hinc alibi scriptum est: Estote misericordes, sicut pater uester cælestis misericors est. Et nisi fiamus benigni ad proximos & ad naturæ confortes, & ad confortes gratiæ & sacramentorum & sanguinis effusi pro omnibus, & dimissa mala in opprobriū nostrum redibūt ad cumulum tormentorum, ut etiam retroacta quæ remissionem sacramentalibus mysterijs acceperunt, in culpam aut in pœnā aut in utrūque redire credant.

Ac per hoc iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quousque redderet uniuersum debitum.

¶ Sed quomodo reddet in carcere, qui liber existens, omnino debitum soluendo euacuare non poterat? Quomodo tortus, quod non poterat sanus? Sed quia de reddendo non aderat facultas, eum pœnarum æternitas torquet, ut si donec, non suscipit terminum, sine termino pœna diuerberet. Et ex illatione sequenti uel saluator asseruit, quid nos facturos aduocemus:

Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remisistis unusquisque fratri suo de cordibus uestris: omnino decerpens, quod ex opere, aut ex signo, aut ex opere annexo non sufficit illatas iniurias fratribus dimisistis, nisi protinus interna remissio subsequatur. Non sufficit concordiae signum, non satis est osculum pacis, non demulcentia uerba proferre, si odium regnat in corde, si compassio ne priuatur ad proximum, si ad ruinam eius quandoque lætatur, si congaudet lædentibus, quanuis ipse non lædat, si tacet in conuasiōne proximi, si non prohibet mala à proximo si potest. Si nō iuuat ualens cum existit in necessitate articulo, si conqueritur cum indulsit, si famam non bonam querulando super eum inducit, si non amat ad gloriam, si non congaudet, quod sibi deus indulgeat. Vbi igitur ista adesse noscuntur, ex corde iudicanda est facta fuisse remissio, etiam si amoris suauitas & dulcedo non asit, sicut usquequaq; coniuunctis.

¶ De parabola pro humilitate hominū in conuasiōne seruāda, & de fine actionis & beatitudine regni dei, secundum Lucam tantum. Caput XVIII.

¶ Cum quendam in conuiuio saluator cruciasset hydropicum, ad inuitatos, ne inter homines supbirent, ut humilitatem tutam uiam molientem in cælum, in conuasiōne seruarent, inulit talem parabola fieri:

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discumbas in primo loco, ne forte honorator te sit inuitatus ab eo. Et ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouissimū locū tenere.

¶ Morale publicum est, quod in conuiujs distributio locorum pertineat ad autorem, & reprehensione digna esset præsumptio, sua electione potiorem arrogans sibi locum, quàm si bi uendicaret ex merito altior conditio inuitati, & iuste discretio inuitatis impederet. Videtur hic Christus ex moribus homines redde re uelle faceros, cum præsumptionem in conuiujs arceat. Sed si me non fallit credulitas, nihil moralius atque urbanius ad initiū mundi usq; ad finem huius labentis temporis à quoquā ex doctrina seu ex actibus prodijt, quàm ex euangelio saluatoris in finitè sapientis. Et enim utranque urbanitatem docuit, qualiter pulchrè uiueretur in homines & aptè, necnon & qualiter captarentur regna cælorum. Est à iudicij hominis, hominum non auellatur ratio, iudicandi, reprehensione caret ex euangeli-

lio bene factus. Nemini grauis, nemini dispē
 diolus existit: omnes honore præuenit, nihil si
 bi arrogat in honore. Non solum altioribus,
 sed etiā æqualibus atq; minoribus cedit. Ma
 gis autem homines supra se existimans, animo
 & moribus ueneratur. Nihil tam uerēdū
 & doctum in polida hominum aliquando re
 pertum est, exceptione seu reprehensione ca
 rens, præterquam euangelium Christi dei, eti
 am in ea uiuēde lege, prout humana uita de
 currit, non solum ut ex eo supernam concer
 tatur ad uitam. Hinc saluator ad consideratio
 nem suæ conditionis & aliorum, unumquen
 q; remittit: ne quis, inconsideratis conditioni
 bus potioribus cæterorum, de seipso præsu
 mat: & sibi arroget, quod alteri de morali cen
 sura debetur: ut cum iustitia pro personarum
 conditione seruatur in moribus, confundatur
 arrogans, & in ruborem deueniat: & dignē di
 gno deferatur à prouido, cui ab inaduertente
 improuido delatum non fuerat. Igitur iusta
 poena consequitur arrogantem, & inaduerten
 tem confusio. Sed hinc aduersa æstimatio sa
 ne sapit, ut in conditionibus hominum is lo
 cus æstimetur ad captum, à quo quis possit ad
 superiora subuehi, non ad inferiora demergi,
 & in conspectu astantium gloria ex humilitate
 proueniat, quoniam ex superbia nemo tan
 dem nisi confusus abscessit. Sed ad hanc para
 bolam aliter altē prouochor differendam. Fac
 tæ sunt nuptiæ in thalamo uirginali naturæ
 increate atq; create, ad quas inuicantur omēs
 mortales ratione fungentes. Sed cum accedit,
 nemo sibi uendicat in his altiore intelligenti
 æ locū, ne uelit ratione cōprehendere, quod
 tantum fide perceptibile factum est. Et in omī
 bus quæ ad capiendū duntaxat fide sunt com
 missa mortalibus, arceatur humanæ mentis au
 dacia, ne rationabili deductiōe aut ingenij acu
 itate intra claustra intelligentiæ includantur.
 Etenim desicetur, & honorator inuitatus, in
 sola fidei puritate accipiet locum eius, non eo
 demerito quo ille amotus, sed eo merito quo
 ipse omnem suum intellectum in fidei obseq
 um captiuaui. Factæ sunt & sanctarum scri
 pturarum nuptiæ, ad quas inuicantur intelle
 ctualium humanorū acumina, in quibus my
 sticæ uarietq; appositiones sunt & sensus pluri
 mi, unitatem quidem in ueritate atque in spiri
 tusancto earum conditore habentes. Ad qua
 rum mensam pro animarum refocillatiōe ten
 dentes, de loco capiendū præuideant, ne quis
 humano fastu uelit ex ipsis intellectum uerita
 tis capere, aut suo sensui coaptare scripturas,
 & suis dentibus frangere, diuinamq; glorie sci
 entiam, cum ex scripturis oporteat accipere,
 non dare, intelligentiam. Nam eo spiritu fit
 uera interpretatio scripturarum, quo earum fa
 cta est traditio. Hoc maxime Petrus apostolus

præmonet, dicens: Hoc primum intelligentes, 2. Pet.
 quod omnis prophetia scripturæ propria in
 terpretatione non fit. Non enim uoluntate hu
 mana allata est aliquando prophetia, sed spiri
 tusancto inspirati, locuti sunt sancti dei. Hor
 mines in errorem infallibiliter prolapsi sunt,
 & multos alios induxerūt, qui scripturam sen
 sui proprio coaptarunt. Non secundum uo
 luntatem, sed secundum illam quam continet
 ueritatem; est intelligenda scriptura & traden
 da simplicibus. Humilitate opus est ad ipsius
 intelligentiam capiendam: & superbus lector
 desicetur, humilis exaltatur. Nam qui primo
 loco in mensa scripturarum sanctarum re
 cumbit, propria autoritate recumbit: non ca
 pit quod credit, perdit quod iam percepit. Et
 ipse desicetur, & qui uidebatur nescire literas,
 processu intellectus humilis subleuatur. Et ipse
 se pandit humilibus, qui se à superbis sepe di
 uertit. Superbis deus resistit ne intelligant, hu
 milibus autem intelligendi dat gratiam. Sunt 1. Pet.
 & nuptiæ sacramentorum, ad quas quisquis
 dignē se credit accedere, indignissimus factus
 est: & qui se magis existimauit indignum, di
 gnior est habitus in conspectu inuitantis, omnia
 cognoscentis. Sunt & nuptiæ diuinorum præ
 ceptorum atque uirtutum, in quibus semet
 ipsum præhonorans ex loco complete imple
 tionis, existimans rectē diuina perfecisse man
 data, uirtutes deduxisse in actum, totam ap
 prehendisse dilectionis & operationis iustiti
 am, ad beatitudinem suis meritis se paratum
 aspexit, supprimetur, quoniam ueritas ait:
 Cum omnia bene feceritis, fecistis quod debu
 istis, dicit, serui inuiles sumus. Et illis quan
 do se solum existimat diuina seruasse manda
 ta, nec ad idololatriam accessisse, audiuit ad dō
 in reprehensionem æstimationis eius: Reliqui
 mihi septē millia uiros in Israel, qui non cur
 uauerunt genua ante Baal. Nemo sibi arroget
 maiorem inter homines sanctitatem. Nemo
 credat præ cæteris melius diuina seruare man
 data. Nemo purius ab alijs custodire ueritatē,
 aut exercere iustitiam. Nemo præ alijs quippi
 am boni habere se credat. Nemo decernat in
 alijs de peccatis, quod alios deprimant, semet
 ipsum in parte saltem aliqua non inficiant.
 Nullus sibi appropriet in talibus dignitatem.
 Solus cognitor electorum, scrutatur homi
 num corda, & merita & demerita plenē co
 gnoscit. Ille dignior, qui humilior: ille honora
 tor, qui prout in se agitur, totam iustitiam per
 ficit, & se perfecisse non nouit, seque facit abie
 ctum, indignum reputans etiam corporis sui
 uita. Plurim inuitator ad alta prouehit, hunc ap
 pellat amicū, huic indicit ascensum, hunc
 præhonorat, deiecto quo arrogauerat, desur
 per stante diuina sententia;

Luc. 14.

1. Cor. 13.

Luc. 17

1. Cor. 13.

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

¶ Interiectio de fine actionis.

Et ex uerbis suis coercita superbia, & humi
 litas cōmendata præ fructibus, illico finem &
 intentionē nostrarū operationum apposuit, lo
 quens inuicari, uelut de corporali cōuiuio spi
 ritualium rependens ex doctrina mercedem.

Dicebat enim ei qui se inuitalauerat: Cū
 facis prandium aut cœnā, noli uocare ami
 cos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos
 tuos, neq; uicinos diuites, ne forte & ipsi
 te reuinuēt, & fiat tibi retributio. Sed cū
 facis cōuiuū, uoca pauperes, claudos, de
 biles & cæcos, & beatus eris, quia nō ha
 bent unde retribuāt tibi. Retribuetur em̄
 tibi in retributione iustorum.

¶ Mos egregiorū animorū fuit, agere secun
 dum uirtutis officium, non negociari ex uirtu
 te. Nam intentio artis est, fecisse, nō negociari,
 quanuis artificis sit ex illa nancisci mercedem.
 Virtutis solum est, egisse decentia sibi. Qui ue
 ro quippiā ex illa præter hoc querit, mercedē
 in illa. Largitatis uirtus cū officiat quod su
 um est, transiitū tantum, non retransiitū, ha
 bet aspectū: ut sibi solum sufficiat, fecisse pro
 præmio, absq; re pensionem accipiat. Igitur
 si moralis humanæ hominum egregiorū uirtus
 hoc egit, quid Christiana seu Christifera uirtus
 officari deberet, ut sit liberalitas in largitate
 donandi, abiecta penitus retransiitua mercede
 in perfunctorijs, maxime cū ipsa uirtus retribu
 tionis promissionem habeat in supernis, inter
 illos iustos qui sectati sunt iustitiam, non mer
 cedem? Ac per hoc commune facit saluator
 oīm Christus, ut nō expectetur humana mer
 ces ex actione uirtutis, nec deo & hominibus
 uelimum uendere quæ donamus. Et nō solum
 intentionem mercenariam damnat, sed impos
 sibilitatem interponit, ut illis duntaxat fiat lar
 gitio numerus, qui repedere nō possint, etiam si
 uelint, uicarium. Prohibet uocari amicos, qm̄
 ipsa protinus amicitia quædā merces est fauo
 ris humani, nec nō & mercedē habet pteritam
 uel futuram. Prohibet fratres & cognatos, qm̄
 ipsa copula sanguinis, nō uirtus, induxit. Pro
 hibet & uicinos, qm̄ non ex uirtute, sed ex qdā
 consuetudine agitur, ut inter uicinos uice uica
 ria symposia celebrent, maxime inter diuites,
 q̄s maxime à symposijs nō ex pietate factis, di
 uertit, ne retributio fiat, & uirtus largitatis suū
 inquit officij, ne retributionē pdat in retri
 butiōe iustorū. Sed uocandi sunt indigētes, etiā si
 uelint retribuere nō ualentes, ut uirtus suū
 regat immaculatē officij, & cū iustus debitiū præ
 mium sortiatur. Prout in omnibus p̄tende
 re oportet actionis finem, & intentionē in ob
 liquam habere ad id, quod rectum est, neq;

spiritualia corporalibus, neq; diuina humanis
 immutare, neq; instrumenta uirtutum, quibus
 beatitudo æterna conquiritur, in ulla retransi
 tione humana fiant. Vt quid aurum plumbū,
 argentum ferro æquis ponderibus compēlan
 tur? Omni uirtuti sua danda est actio, temp orī
 competens, personis & modo; nec ei statuatur
 obliquata intentio temporaneus aut transi
 torius finis, cui ex æterna uerāq; pollicitatione
 beate debetur æternus. Recto fine pposito est
 agendum, sed actionibus rectis. Non enim ex
 recto fine approbatur indebitæ actiones, cum
 ex malo etiam debite reprobentur. Actio si
 ni, & finis actioni, omni rationabili censura cō
 sentiat. Aptē igitur in hac commonitiōe salua
 toris edicta inuitanti, elargitionis & agapes est
 forma præstructa, ut nec humano fastu, nec ui
 ce reddita præstetur, aut expectata future ali
 cui fiat. Dei sunt omnia, suum est aurum & ar
 gentum. Vt quid uendimus hominibus dona
 dei, cum & ipso ipse sit etiam factus emptor,
 pollicens retributionem, si distributio nem ius
 tam fecerimus indigētibus super terram? Ad
 horredum se parat iudiciū, qui de donis dei
 alitē decreuerit facere, q̄ ille decreuerat uel cō
 suluerat. Misericordiarum cumulum fecit, qui mi
 sericordiarū op̄era in lance iustitiæ noluit egē
 tibus impartiri. Satiuit semper diuina iustitia,
 ut superflua non habentibus necessaria mini
 strent, non his qui habent copias emendi. Nec
 uult cadere sub humana mercede, quod est de
 sanctione iustitiæ. Placita & grata debet esse
 audientibus eloquiū saluatoris, iuxta Psalmi
 stæ sententiā: Quam dulcia faucibus meis elo
 quiū tua super mel ori meo. Et alibi: Dilexi
 testimonia tua super aurum & topazion. Sed
 aliqui nullo quidem haustu afficiuntur ad illa,
 parum quidem pleriq; multum quidem pluri
 mi, ut etiam affectus interior cogat exclamare
 per uerba sonantia. Ebullire penitus mentem
 facit uerē susceptum diuinum eloquiū.

Quamobrem quidam de astantibus seu
 simul discumbentibus, animo motus ad uer
 ba dominica, delectatus in illis, seruē factus ab
 eis, cum hæc à saluatore audisset, dixit illi: Be
 atus qui manducabit panē in regno tuo. * dei

¶ Ad credulitatem iam hic ex uerbis domi
 nicis motus erat, ut aliud in illo & de illo cre
 deret, quam quod oculis uidebatur, aut auri
 bus audiebatur, cum credidit illum habere ali
 ud regnum, quod & habebat, ut coram Pila
 to testatus est, quod regnū suum de hoc mun
 do non erat. Et latro iuxta pendens, huic con
 sentaneus factus est, dicens: Domine, memēto
 mei cū ueneris in regnū tuum. Alitē posuit iste
 beatitudinem, transferens ab hoc mūdo in re
 gnum dei. Non enim sine fame reditura, hic sa
 turatus erat ad humanam & perfunctoriam

Psal. 118. Ibidem.

1. Joh. 18

Luc. 23

mensam hominis. Iterum futurum erat inter ipsum & famem duellum, in quo fuit iam sciebat habere conflictu. Protinus terrena ista non satiant, ad horam sunt quaedam lenimenta maior, expellere nequeunt inedia reuersura. Sed in regno Christi plena est perfectio fatieras, quam per carteris alijs nouerat hic conuiuia, ex uerbis saluatoris se maior factus in fide, uelut aspernatus, imo aspernans humana symposia, & quicquid puenire posset ex transitorijs atque uisibilibus rebus, solum se contulit in regnum lucis, ibi beatificari credens comedente eternum panem atque uinum, qui ad hoies de celo descendit, non dentibus corporis, sed illo mentis haustu, quo anima dei reuelata facie contempletur. Cui Iesus pro se omnibusque subsequens in eadem anhelantibus gloria, ne desperatione illam posse consequi frangerent, ad solidandam fidem, erigendam spem, & promouendam audientium uoluntatem, parabolam subsequenter adiecit.

De parabola magne coenae pro preparatione regni dei, secundum Lucam tantum.

Capitulum XII.

Saluatorem nostrum saepe legimus inuitatum, ac euntem non ratione conuiuij, sed occasione differendi. Hinc cum in quoda conuiuio aliter pro uirtute differuisset, quidam de astantibus in magni conuiuij desiderio factus, aut forte praetentans quid saluator esset dicturus, inquit ad eum:

Beatus quidam ducit panem in regno tuo.

Beatitude, si recta intentione locutus est, & aliud regnum quam ex mundo, protestatus est ex Christo: si peruersa, Christum in utroque derisit. Cui saluator parabolizando respondit, quod in regno suo manducare panem, & beatam uitae fulcimenta suscipere, nemini uolenti accedere negabat, cum ad illius regni annonam ex parte praesidentis esset inuitatio generalis, si dignarentur accedere inuitati: quod & subiecta parabola manifestat.

Homo quidam fecit coenam magnam, & uocauit multos.

Homo quidam, quasi sit innominabilis, deus infinitate sua, coenam fecit magnam in die suo, in quo non est successio posterarum comestionis, uelut cum parabola de prandio posuit.

Psal. 144 Coena magna ex magno factore, quia magnus dominus & laudabilis. ualde, & magnitudinis eius non est finis. Et magnus dominus, & magna uirtus eius.

Magna ex appositione magna, aeternorum scilicet ineffabilem bonorum, ut nullus illorum apprehenderet pondus, numerum & mensuram, sicut aeternis potioribus contributa.

Magna ex domo magna, sicut scriptum est: Quam magna est domus domini, & ingens locus possessionis eius.

Baruc. 3. Quam magna est domus domini, & ingens locus possessionis eius.

Magna ex dulcedine magna. Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te. Et si ad symposium quod in ecclesia quotidie agitur, referat, eisdem sententis magnitudine diuina grandescit. Sunt enim in ecclesiastico symposio charismatum omnium appositiones, ad quod saluator inuitat, ubi inter caetera, sui corporis & sanguinis appositio est ex transubstantiatiua uirtute. Nec non & calix benedictionis eius omnibus offeritur, ut de uno pane & calice omnes participemus, ut panis uiuus qui de caelo descendit, possit maducari in isto militante atque sub caelo ecclesiastico regno dei, ut hac temporalis participatione finita, transformati a Christo, aliud aeternum introduceamur in regnum.

Sed hora coenae misit seruos suos dicere inuitatis, ut uenirent.

Nam semper ad ista symposia per aenigmata & figuras & parabolicos sensus atque propheticos inuitatio facta est, duxtaxat in populo dei, ubi talia splenduerunt. Nunc uero in nouissimis diebus ubique laetis inuitatio facta est, & omnia decentia praeparata, ut aliud non sit opus, quam inuitatos ad coenam huiusmodi festinare. Rerum euidentia claret ex fide, quoniam omnia salutis nostrae atque refectioni animae necessaria, in regno ecclesiae sunt parata. De quo gratias deo refert Apostolus, ad Corinthios scribens: Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei, quae data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia. Sed parans omnia bona diuina bonitas, ad illa inuenit homines imparatos. Sed nescio quare maior pueritas, ad praeparationes diuinas se reddere imparatum. Hinc inuitati se excusare ceperunt, plus intrantes praeparationibus & directionibus, proprijs quam diuinis. Sed accusatio irreprobabilis est, ubi cunctos dominus uocat ad uitam. Deneganda & nihil impedenda sunt omnia, ubi adest praeparatio aeternorum & diuinorum magnalium.

Sed primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam: rogo te, habe me excusatum.

Emit homo uillam, cum se in interiore homine donat, ut exteriora conquirit. Qui cum acquisierit, uoluntate in necessitate conuertit, ut placitum, necessarium dicat: non necessarium, placitum facit. Et naturae legis atque gratiae ordo pueritur, si placitum pro necessitate suscipit, nec non quod necessarium est, a uoluntate reijcit. Necessitas etiam haec multis adest in peruerso animi appetitu, cum fingit a uoluntate, non a ratione. Sed accusatio potius quam excusatio dici potest, ubi agit quod uoluptas elegerit, non quod ueritas ipsa dictauerit: quoniam quid ea necesse uidere, quorum contemptu beatificamur promissione regni caelorum: Beati pauperes spiritus, quam ipsorum est regnum caelorum. Quid necesse uidere terrena, quorum contemptu caelestia tribuuntur: Quid necesse uidere temporalia, & rum contemptu aeterna praesentantur: Quid necesse uidere illa, quorum contemptu cum angelis portio nostra statuitur: Quid necesse uidere quicquam aut uelle quomodo libet implicari, cum creator omnium uocat: Quid necesse uidere quicquam plene habetur, aut ex tota copia seu ex modica mora, nec habita satiant, imo saepe fastidit, cum patre familiaris omnium magna uocat ad coenam. Ad plerumque per omnia pertinet, quod hic emerit uillam, cum modicis paruissimis rebus ipsa hominum natura fulciatur. Rogat ut habeatur excusatus a seruo, & consequenter excusetur a domino. Sed ipsa rogatio eum accusat, quam nulla ratione protegit. Quare si ei fauori assisteret, nullis profectus esset opus. Nam ubi ueritas & ratio coram iusto iudice per aliquem ingerunt, absque rogationibus iustitia tota pollet.

Mat. 5.

Luc. 9.

esse uidere, quorum contemptu beatificamur promissione regni caelorum: Beati pauperes spiritus, quam ipsorum est regnum caelorum. Quid necesse uidere terrena, quorum contemptu caelestia tribuuntur: Quid necesse uidere temporalia, & rum contemptu aeterna praesentantur: Quid necesse uidere illa, quorum contemptu cum angelis portio nostra statuitur: Quid necesse uidere quicquam aut uelle quomodo libet implicari, cum creator omnium uocat: Quid necesse uidere quicquam plene habetur, aut ex tota copia seu ex modica mora, nec habita satiant, imo saepe fastidit, cum patre familiaris omnium magna uocat ad coenam. Ad plerumque per omnia pertinet, quod hic emerit uillam, cum modicis paruissimis rebus ipsa hominum natura fulciatur. Rogat ut habeatur excusatus a seruo, & consequenter excusetur a domino. Sed ipsa rogatio eum accusat, quam nulla ratione protegit. Quare si ei fauori assisteret, nullis profectus esset opus. Nam ubi ueritas & ratio coram iusto iudice per aliquem ingerunt, absque rogationibus iustitia tota pollet.

Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo parere illa: rogo te, habe me excusatum.

Emit homo iuga bouum, duplicatos scilicet quinque corporis sensus, precio insite rationis, cum exterioribus sensibus uiuere delectatus decernit, & id probare, cum experiri uult quod uniusquisque de hoc nequa seculo percipere possit in uoto, ac si frustra essent sensus corporei, nisi eis homo culpate uteretur. Quibus ut homo inculpare uti sciat, possit & uelit, lex posita est, tributa temperantiae uirtus, bonorum aeternorum adiecta promissio. Ad rationabilia lameta se parat, nec non & se praestat in mortem, qui pro uoto sensualitatis, sensus corporis experitur. Quod Ieremias propheticis spiritu dixit: Audite ergo mulieres uerbum domini, & assumite aures uestrae sermonem oris eius, & docete filias uestras lamentum, & unaquamque proximam suam planctum: quia ascendit mors per fenestras uestras, ingressa est in domos uestras. Quod & pro Ierusalem defunctio ista dicta sint, nullus qui historiam & prophetiam legit, ignorat. Sed tropologicè uerba transumpta, iustam lamentationem & rationabilem planctum indicant, quod per fenestras quinque sensuum, dum eis male usus est animus, mors animae sit ingressa. Et nulla rationabilior causa plangendi, quam causa peccati. Et nihil morosius & moestitia dignum, quam peccatum. Quod saepe fit, dum iuga nostrorum sensuum satagunt experiri dulcedinem obiectorum, diuinorum praceptorum & modestiae lege exempta. In brutorum lege traiectus est, qui ad forinsecas obiectas sensibus quilitates, praeter legem positam probando se conuulit: tabefacta ratione, imo sine ipsa est inter animalia irrationabilia deputandus, qui tantum

sensibus fertur in placita: sed nec eius excusatio suscipitur, ubi de ratione uoluntate trahitur in beluam, quae tantum sensibus, non ratione qua caret, fertur in placita.

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire.

Magnus est uinculum hominibus uxor ad diuina conuiuia, etiam si bona consistat, si non lit celebrare diuortium propter Christum, & uacare ad tempus, & ab amplexibus cessare mariti. Propterea sanxerunt sapientes antiqui, quod sapienti & sapientiae uacare uolentibus non conueniat uxor: minus autem, cum alijs luxuria: freno laxare. Quod si ad terrenam scientiam capessendam, atque ut sapiens sapientiae possit intendere, abigenda est uxor, quanto magis ad ueram contemplationem caelestium non sunt coniugia facienda: Ne quis ad recompingendum quod dicit, ueteris testamenti in medium proferat magnos patres, cum nostrum non sit differere quid habuerit illa aetas, sed quid in nouo consular ueritas, cum castratio propter regna caelorum praecellat coniugalitatis effectum, non tamen compositione alterutra in interitum damnet. Contumaciori animo iste respondit, qui procaciter allegauit impotentiam, nec adiunxit preces ut excusatus haberet. Sed nulla impotentia maior in diuinis mandatis exequendis quam non obediens, & tyrannidem pati a propria uoluntate, quae sibi subditum ita suis iuris habentat & angit: ut impossibile dicat quod a sua uoluntate discordat. Sed male ducit quisquam uxorem, cum propriam sequitur uoluntatem: qua uxore nulla damnosior, cum quis propria uoluntate delectatur, ad cuius obedientiam saepe constringit. Qua delectatus Adam & inobedientia ei assentiens, a deo maledictiones accepit, ut sacer textus scripturae eloquitur: Quia obedisti uoci uxoris tuae, & comediti de ligno ex quo praeciperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitae tuae, spinas & tribulos germinabit tibi, & coedes herbas terrae. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluere reuertentis. Vae qui uxorem duxit propriam uoluntatem, cum illa uoluptuose delectatus, ipsamque suo amplexatus in placito: quoniam sex, uelut primus parens, accipiet maledictiones. Et nil tam aduersum deo demonibusque proximum, quam propria uoluntate delectari. Nec enim Adam aliud expulit de paradiso, quam quia consensit uxori uelut propriae uoluntati, diuinam inobedientiam suadet. Quamobrem primum maledicta fuit terra corporis in opere suo.

Terra in opere maledicitur, cum opus sterile in illa confurgit: & quanto plus operationis im-

Gen. 3.

pendit, ex ea minor aut nullus, imo saepe fructus corruptus excipitur. Talis est huiuscemodi corporis nostri terra. Inquit enim Apollolus: Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Et alibi: qui in carne sunt, deo placere non possunt. Et caro & sanguis non reuelant quod diuino est & arcanum. Et nil nequius quod excogitauit caro & sanguis. Et caro & sanguis regni dei non possidebunt. Et filij dei ex uoluntate carnis in ecclesia non nascunt.

Gal. 6.

Rom. 8.

Matt. 16.

Ecc. 17.

1. Cor. 15.

Ioh. 1.

Gen. 3.

Ecc. 1.

Gen. 3.

Adiicit maledictio secunda, ut in laboribus comedat ex ea cunctis diebus uitae mortalis. In magnis arduisq; laboribus ex carne nostra comedit, hoc est, si aliquando ex ea fructus boni operis capiat. Quam sit laboriosum eius tentationibus resistere, ipsam diuino cultui mancipare, ut orationi insistant, ut ieiunet, ut uigilet, ut seruiat, ut incedat rectissimos morum calles, solum qui cum ea certare disposuit, nouit. Et in illa uerificatum est quod per Salomonem dicitur: Qui addit scientiam, addit laborem. Scientiam quidem addere dicitur, qui nititur cognoscere deuitanda similiter & agenda. Sed labor immensus statim exoritur, cum iubet declinare quod nefas, & exercere quod fas.

Maledictio tertia inserit in germinatione spinarum & tribulorum. Terra quidem corporis nostri spinas, & tribulos germinat, non ut ex eis ipsa caro fodiat, quamuis saepe puncturas aspectus sentiat, sed unde perforetur spiritus interior ex male actis, dicente ratione sententiam, & in occultis carnis animam conscientia perforante, ut quo plures delectationes caro extra suscepit, ampliores in anima pungentes spinas & tribulos germinat. Confodiunt enim peccata conscientiam, & ipsa animam ex omni parte diuerberant, etiam si non illico sequat ceteris daemonebus poena larualis, ut peccatum non transeat impunitum etiam ad momentum, quin lacereat a peccatorum sentibus spiritus, atque tequam iusta poena plectatur & corpus.

Quarta maledictio pecorinam quandam habet imaginem, ut homo rationalis naturae, comedit herbas terrae. Sed parum est hoc, nec nota turpitudinis habet, si pastus hominis cum pecoribus & animalibus est communis, cum ipsum frumentum surgat ex terra in herbam, antequam fiat granum conuertendum in cibum. Sed sensus alius sit horrore: Cum homo in honore maximè factus esset, caelestibus aptus ad dei imaginem, cum angelis deputatus, bonis aeternis fruiturus aeternè, non intellexit cum effectu debita actionis, a quo factus erat, cum quo factus erat, ad quid factus erat, propter quod factus erat, quid facturus erat, quid habiturus erat.

Psal. 43.

Comparatus est illis insipientibus & similibus factus est illis. Hoc enim est herbas terrae comedere, electione contraria relicto honore diuinae imaginis, transire in similitudinem pecoris, &

relictis caelestibus, ad terrena & perfunctoria rationalem animam inclinare. Haec maledictio non impellit hominum mentes, ut sic necessaria fiat, sed occulto demerito meretur hic homines ea mala perficere, quibus alibi eos saeva poena contorqueat.

Quinta maledictio, si ad corpus refertur, quod ante obedientiam uxoris homo habuisset & quod incurrit in sinuat. Quies in homine fuisset in perturbabilis, nisi prius ipse ordinem naturalis iustitiae perturbasset, non deo, sed uxori factus obediens. Et sustentatiuum corporis humani fuisset ex nascentis terrae, aut ex arboribus, absque quo homo pro ipso laborando sudasset. Et sponte sine artificio terra germinasset, & produxissent arbores fructus suos ex uirtute ipsius insita naturali. Nam absque alicuius hominis artificio fructus produxerunt arbores in paradiso, de quarum una uerita Eua male sua comedit, aliaq; arbores fructu repletæ iam erant, de quibus comedendi licentiam absque quo peterent, diuina largiente bonitate primi homines acceperunt. Sed post uxoris obedientiam, in sudorem mutatus est pacificus usus edendi. Si uero tropologicè sensum sequimur, difficilius erit atque angustior materia differendi. Nam panis noster Christus est, qui uetus de caelo descendit, quem quotidianum quodidie monemur experere: sed sudore opus est. Sudor quidem in corpore procedit ex intus seu interioribus in exterioribus partes cum fatigatioe hominis utriusque, qui aut ex magno & continuo motu corporis oritur, aut ex debilitate, aut ex aliqua infirmitate corpus opprimente, aut ex nimio calore, corporis poros aperiente, aut ex timore, aut ex contactu, aut ex uerecundia, aut ex intenta meditatione seu speculatione alicuius ueritatis non subito menti apparentis. Sed quoquo modo res se habeat, ex interioribus ad extram progreditur. Ac per hoc cum Christus in sacramentis uerus panis uiuus & noster credendus, hominibus praeponat, sudat in interioribus anima priusquam captiuare possit intellectum, ut Christum in elementis aut rebus elementatis credat existere. Siqua etiam dicta sunt de isto pane nostro, prout ad nos dignatè de caelo descendit, & de progressu eius, quousque resurgens ex mortuis superiora in assumpta carne penetrat, ita sunt nostrum excedentia sensum, ut sine magno sudore anima nostra uix credat. Sed nec de hoc credere, maledictio est, sed benedictio sancta nimis, etiam si cum sudore atque labore accedat ipsa credulitas. Sed in hoc maledictio est, quia ipse per omnia benedictus maledicta nostra suscepit, factus pro nobis maledictum. Et quod admittentes deum pro creaturis in creatis rebus, ipsum coacti sumus exquirere, non ingenij aut intellectus naturali apprehensione, sed fidei ueritate.

Gen. 3.

Ad ultimum terribilium sexta maledictio tota traicitur, ut experiamur mortem, quam ipse deus non fecit, & in illam primam materiam nostra corpora reuertantur unde transumpta sunt: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris, obediens uxori homini dictum est, qui noluit manere quod factus erat, incurrit mortem quam deus non fecerat, obediens uxori scilicet propter uoluntati, secundum quam sibi uiuendum non erat, ex prerogata similitudine in uindicta puniit angeli, qui non secundum deum, sed secundum seipsum instituit uiuere. Propositae sunt nobis tres conditiones malorum, qui diuina coena se reddiderunt indignos, quos coena actor, inuitatione, uocatione, requisitione, si uenire assensissent, uolebat facere dignos. Renunciati ingratos, indignosque conuiuio, se improbitate excusantes, seruis qui fuerat missus, & accusati uis eorum excusationes denunciat. Quam obrem dominus iratus, scilicet paterfamilias, ait iterum seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, caecos & claudos introduce huc.

Non est acceptio personarum apud altissimum, ut illos quodammodo insignitos, ante inuitauerit & requisierit, ut pererant ad coenam: quibus uenire contententibus, ad istos humanè missos legationem fecerit, ut unius reprobatio, alterius sit uocatio, sed etiam post illos & hos uocaturus erat. Attamen quia propter peccatores deus homo factus est, illos primo uisus est quaerere, quos nouit arcibus terrenis & carnalibus actibus implicari, atque uoluntatibus proprijs deseruere. Unde uero humani hi miseri deducantur ad coenam, solerti discussione opus est, quia de plateis & uicis ciuitatis. Sunt quidam qui suas poenitalitates pandunt, & sciri uolunt ab alijs mala quae pferunt, ut quia per se ipsos uictum & uictum nancisci nequeunt, ab alijs ualutibus adiuent. Et hi sedere consueuerunt in publicis locis, scilicet plateis, ut clamoribus & uisu hoies ad se traheret, quos humanitate in bonos largitione sustentetur. Et iam ex publico fisco per decretum sic afflictis nouimus esse, pui sum, ita ut multi fierent uoluntariè sic miseri & noti, ut ex publico sumptu possent sustentari. Quamobrem cautiore facta sunt decreta, quod miseria esset alenda, non emenda: & sunt quidam qui a quadam erubescencia detinentur aut mentali supbia, qui huiuscemodi malis affecti, ad publicum uenire deuitat. Et hi ciuitatum morantur in uicis. Et ex his peccatores trahentes imas gines, aliquos publicos nouimus & priuatos. Occultos aliquos autumamus, quos & amator hominum deus secum quaerit ad coenam, scilicet pauperes in uirtutibus. Non de illis pauperibus dicit, qui spiritu pauperes, ipsos est regnum caelorum, sed de his qui parum in bonis

Matt. 5.

spiritualibus habent, debiles ad cadendum atque ad diabolo resistendum, caecos ad ueritatem, claudos ad fidem. Et hac iussione pfecta, inquit iterum seruus Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi cito & in uias & sepes, & compele intrare, ut impleatur domus mea.

Adhuc locus est, quia nondum completus est numerus electorum. Et magna est domus domini, & ingens locus possessionis eius.

Baruc. 6.

In uias mittit seruus, non in uiam: quia una uia recta, qua deuenitur in aeternam requiem, solus est Christus, dicens: Ego sum uia. Omnes aliae siquidem prauaricationis sunt & erroris per istam. Itur in uias plurimas, in malos terminos desinentes, ut reductio male gradientium sit ad unam. Hinc per Ieremiam dicitur: Haec uidete, & interrogate de semitis antiquis, quae sit uia bona, & ambulare in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris. Quae sunt istae uiae, nisi in quibus erratur, cum unusquisque sic uiam & proprium placitum sequitur, sicut per Iesaiam dicit: Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: Errauimus, scilicet uia ueritatis, dum uias plurimas ingrederemur. Et unusquisque in uiam suam declinauit, cum secutus est sui animi prauitatem.

Ioh. 14.

Iere. 6.

Isa. 53.

Itur & in sepes & solitudines, uidelicet in nationes aut personas incultas ex scientia, ex moribus, ex omnibus quibus grata posset esse ciuilitas, quas deus pater non respuit, sed requirit. Aut in sepes, scilicet ad requirendum illos, qui omnimoda inedia premebantur. De quibus per Iob dicitur: Qui rodebant in solitudine squales calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de coallibus ista rapientes, cum singula repperissent, ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torretium, & in cauernis terrae uel super glaream, qui inter huiuscemodi laetabantur, & esse sub sentibus delicias computabant. In his utique uerbis designantur, qui ex sepebus requiruntur. Porro singula uelle differere, plixitas esset ac taedium. Satis quippe sit, quod lectioribus parata est materia differendi. Sed hi ex uis & sepebus iubentur compelli, ut etiam intelligamus diuinam tantum ad nos inclinari & amore constringi clementiam, ut non solum uelit ad aeternam coenam illos habere cofortes, quos nouit charitas & libera terrore abdicacionis uoluntas, sed etiam illos, quos impellit ipsa necessitas, si quis mundum uolentes mundus abhorret. Compellunt de uis, compellunt de sepebus, ut operante diuina prouidentia, suis turbinalibus successibus a se abdicet mundus, qui possidere ipsum oimode sara gebant. Aut illi dicantur compulsi, qui sibipsum

Iob. 30.

uim in uolentibus & moribus facientes uelut uio
lentati, capiunt regna celorum, sicut dicitur est:
Mat. 11. A diebus Iohannis Baptistae regnum celorum
uim patitur, & uiolenti capiunt illud. Et sen-
tentia fertur irreuocabilis super eos qui primo
inuitati, deinde requisiti, ad propria conuersi,
detestare eorum, cum adiecit:

Dico uobis, quod nemo uirorum illorum gu-
stabit cenam meam, scilicet qui curis pro-
prijis intenti, & proprijs delectati praeter deum
placitis, cenam non gustabunt aeternam. Ti-
mendus atque honorandus sermo, maxime ad ne-
gligentes atque spernentes. Nam nonne qui sper-
nis, & uispe sperneris: Quid spernimus, nisi uo-
cantem deum, non ad labores, non ad poenas,
non ad dolores, non ad sarcinas deferendas, non
ad bella ubi uictor est uictus, ubi uictus nunquam
censetur inuictus, non ad mercenarias seu uica-
rias agapes, non ad aliquid perfunctorium, sed
tantum ad id, ad quod creati & praordinati sumus,
cui uocationi dissentientibus dicitur, quod non
gustabunt cenam, aeternam uidelicet beaticu-
dinem, cui uarijs anxietatibus humana suspi-
rat intentio. Et retunditur illorum peruiticacia,
qui ut liberius malefaciant, aeternam a uersio-
nem a deo denegant, quae penitus aduenit non
respondentibus sapientiae infinite ad aeterna uo-
canti. Hinc per Salomonem iusta ira & uindicta
in exprobratione contemptorum dicitur:
Vocauit, & renuistis: extendi manum meam, &
non fuit qui aspiceret. Desperxistis omne confi-
lium meum, & increpationes meas neglexistis.
Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsi-
nabo cum uobis quod timebatis, aduenit:
cum irruerit repentina calamitas, & interitus
quasi tempestas ingruerit, quando uenerit su-
per uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabit
me, & non exaudiam: manent confurgent, & non
inuenient me, eo quod exosam habuerint discipli-
nam, & timorem domini non susceperint, nec
acquieuerint consilio meo, & detraxerint uni-
uersae correptioni meae. Comedent igitur fructus
uia suae, suisque saturabuntur consilijs.

De duabus parabolis adiectis ad fieri Christi disci-
pulum, scilicet de edificatione turris & occur-
sione regis ad regem, secundum Lucam
tantum. Cap. XX.

Summa ueritatis & uitae moralis, per captan-
dis caelestibus, infallibilis & irreprehensibi-
lis doctor & dux diuinae pbicitatis, anceps bel-
lum pro suis sequacibus omnino deuitans, in-
stituit ad uera sequentem exercitum, ad secura
bella committit. Nihilque in bello securus, ubi
bellans nihil amittere potest, ubi lucrari po-
test: ubi de subiectis hostibus honor, de perditio-
ne temporalium gloria, de corporis morte ui-
ta uera consequitur. Hinc cum saluator turbas

multas eum sequentes inspiceret, conuersus di-
xit ad illas:

Si quis uenit ad me, & non odit patrem
suum & matrem & uxorem & filios & fra-
tres & sorores, adhuc autem & animam
suam, non potest meus esse discipulus. Et
qui non baiulat crucem suam, et uenit post
me, non potest meus esse discipulus.

¶ Duo docet uerus magister & dux, uerius
autem ad duo praemonet & discipulatum eius
transire cupientes: nec ista docet discipulos, sed
his praelibat, quod fieri gestiunt ueri discipuli eius,
acti iam factos discipulos uellet ad altiora pro-
uehere. Sed utinam & nos in his primis rudi-
metis essemus, aut forte si quis discipulus eius
sic factus est, ampliora discere non cogit. An
hoc solum est discipulum Christi esse, domesti-
citate carnis odisse, baiulareque crucem? Sed
certum est quod haec theoria uera & necessa-
ria esse ignorat, & actu non sequitur, a discipu-
latu Christi abrogatus est, quanquam & alia
doctrina superest altioris contemplationis atque
dulcedinis huiusmodi Iesu factis discipulis.
Duo quidem ista sunt, ut domesticitas carnis
& cuiuscunque necessitudinis, ueniat in sanctum
odium, & quod uitae huius poenitentiam assumat
in cruciatum, aut si omnino innascitur aut in-
fertur, aequo animo toleretur. Odium quidem
non de crudelitate aut de immiti corde, seu de
aliqua nequitia consulit emanare saluator ad
eos, qui talibus necessitudinibus foederantur,
sed ab eo quod quis ex his induceretur ad ne-
fas, seu ad honorum actionem obicem pater
retur. Crucem uero baiulare consulit, in decli-
natem propositam ad negationem fidei & uirtu-
tis, aut ad tolerantiam passionis seu assumen-
dam, suadente gratia ex placito uoluntatis, uelut
plerique fecerunt, sua corpora in poenis & absti-
nentis asperis configentes.

Crucis quidem multiplex, sed una quae po-
test omnibus esse communis, dum uiuunt se-
cundum euangelium, poenali cruce in fine ui-
tae Christi signata. Ad hunc biformem Christi
discipulatum, duas parabolae ipse Christus ap-
posuit: unam ad odium sanctum, alteram ad uo-
luntarium cruciatum: unam in edificatione tur-
ris, alteram in occurrence regis: ut turris edifi-
catio ad id referatur, quo quis fit Christi disci-
pulus per euangelicum odium: & occurrence re-
gis ad regem, ad euangelicum cruciatum. Et quod
uis uideantur haec parabolae ad propositum dispo-
nere, non tamen cunctari oportet, quoniam sal-
uator ad biformem discipulatum adiectis pa-
rabolis, sic concludit, dicens:

Sic ergo ex uobis omnis qui non renun-
ciat omnibus quae possidet, non potest me-
us esse discipulus, ubi odium & cruciatum pa-
riter includuntur. Ait quidem:

Quis ex uobis uolens turrim aedificare,
nonne prius sedes computat sumptus qui
necessarii sunt, si habet ad perficiendum,
ne, posteaquam posuerit fundamentum,
& non potuerit perficere, oes qui uidet, incipi-
ant illudere ei, dicentes: quia hic homo coe-
pit aedificare, & non potuit consummare.

¶ Ex humano more Christus parabolam pro-
tulit, quanta providentia opus sit Christi uel-
le discipulum fieri, & in superna ascendere: at-
que quod corporaliter agitur, spiritualem tra-
iecit in sensum.

Turris, siue a tuendo siue a territudine dica-
tur, in aera aedificatio tollitur. Nil altius in hac
uita fide cognoscimus, qua nomen Christi lau-
dabili & constanti audacia consistemur. Et tur-
ris fortissima nomen eius, ad eam confugiet iu-
stus & saluabitur. Et ad sponsam ecclesiam di-
citur: Sicut turris David collum tuum. Collum
corpus capiti nectit, sic fides corpus ecclesiae
Christo capiti suo coniungit. Et turris altitudi-
nem uirtutum & spiritualium consistentiarum
insinuat. Nam & Iosias aedificauit turres in Ie-
rusalem & in solitudine. Turres in Ierusalem,
altitudines uirtutum in ecclesia, fidei, spei, cha-
ritatis, humilitatis, obedientiae, castitatis, prou-
identiae, praedicationis, orationis & contempla-
tionis & similibus. Turres in solitudine, in abdi-
catione omnium delectabilium huius mundi,
& in secessu a tumultu barbarum impeditum
& aduersantium ad salutem. Quae turres non
positis, sed priuatis sumptibus aedificantur, cum
odio euangelico eorum, qui possent animam hu-
manam a diuinis auertere. Prius ergo sedeat &
computet, qui uult huiusmodi turres aedifica-
re, in quibus discipulatus est Christi, si potest
huiusmodi terrena contemneret, quoniam simul
ipsa non possunt & caelestia contemplari si-
milliter & amare. Praeuideat, si potest humana
diuine despiciere, si diuina potest in ista huma-
nitate diligere, si spiritualia corporalibus ante-
ponere, si se transferre in uitam regnis caelesti-
bus aptam, si taliter Christi discipulus fieri, quod
non circumferatur alio uero doctrinae. Sicque cum
coeperit & consummare non potuerit, illudionem
a daemionibus insidiosae, imo inuidiosae ui-
dentibus patitur. Quoniam non qui inceperit,
sed qui perseuerauerit, saluus erit. Aliam ue-
ro subiicit parabolam:

Aut quis rex iturus committere bellum
aduersus alium regem, nonne sedens prius
cogitat, si possit cum decem millibus occu-
rere ei, qui cum uiginti millibus uenit
ad se? Alioquin adhuc illo loque agere, lega-
tionem mittens, rogat ea quae pacis sunt.
¶ Bellum habet omnis homo cum deo aeter-
no rege, cum aeterna uita extempore captare co-

tendit, cum in terra more animalium natus, in
superna uita cum angelis totis rationabilibus
fatagit se transferre: cum audit sermonem omnino
naturae atque nostrae sensualitati aduersum. Cui
cum uiginti millibus uenienti, scilicet binaria in decem
dote corporis & animae, nec quidem perfecte cum
obseruantia decem mandatorum occurrimus, cum
quo factum est bellum, si eorum iustitia non imple-
tur. Est ex toto in omnibus aut in quoquam
mandatorum esset perfecta iustitia, serui inuites su-
mus: fecimus quod debuimus. Etiam dei miser-
cordia opus est, cum nemo ex sua iustitia saluus
fiat. Legationem mittere oportet per argumentum
pacis, quo nullum efficacius quam baiulare crucem,
sequi & theoria & actu omnium redemptorem.
Sicque fit Christi discipulatus ex odio domesti-
corum, non de crudelitate aut impietate, sed
de charitate, & ex desiderio supernorum: ex diu-
no beneplacito uenienti, cui aedificatio turris
in parabola sanae fauet. Fit etiam ex baiulatio-
ne crucis, quae pacem firmam habet ad regem,
cum quo ex aequo bellare non possumus.

De parabola operariorum missorum in uinea,
pro uocatione atque retributione iustorum,
& paucitate saluatorum secundum
Mattheum tantum.
Capitulum XXI.

Creauit deus hominem non otiose debentem
existere, sed positus fuit in deliciis horro-
rum operatur. Et deus operatus est creationem
uniuersorum, nil otiosum ad se habens. Et in car-
natione sui operatus est, & multa bona in car-
ne assumpta. Sed nec sterilitate ad uerum sine bo-
ni, & ad utilitatem creatorum rationabilium ope-
ratus est omnia. Et ad operationem pro signis
hominem inuitauit: ne uirtus indita hominibus a
natura, otio torpesceret, atque put non esset de-
stinaret. Nec ad seipsum opera nostra querit.
bonorum enim nostrorum ipse non indiget, sed pro
nobis ipsis uult nos esse sollicitos. Iustitia enim
sua praemium iustis operibus apposuit: & qui
non operantur secundum uirtutem, condemnantur.
Nulla aetas, nullus sexus, si uelit, ab operatio-
ne iustitiae exclusus est. Et per parabolam dominus
clarefecit, quod ad operationem in uinea iustitiae
seu ecclesiae, generalis uocatio facta est.

Nam simile est regnum caelorum homi-
ni patrifamilias, quae exiit primo manentem con-
ducere operarios in uineam suam.

¶ Tempora uocationum in hac parabola di-
stinguuntur, ut nec seculo decurreti defuerit,
quin in omni aetate ad opera iustitiae mortales
homines uocarentur: ac etiam in omni aetate ad
opus iustitiae homo singulus inuitatur, & omni-
bus excusationis uia praclusa est, si recte non
agunt, si in uinea iustitiae non laborant, illam
excolendo, maxime uitam sibi ad regnum aeternum.
Hanc uineam siue dicamus esse iustitiam, siue

sanctam fidem, & ecclesiam sanè credentem, tunc qui platur, q̄ iustis operibus excolatur. Qui primo manè in illam operarios mittit, diurni denarii pacto conductos.

Primum manè, s. summū quando dilucescere incipit diffugientibus tenebris, quod fuit q̄ primò intellectus rationalis emicuit in prima creatione naturæ mortalis, ilico factus capax uicij & uirtutis. Et etiam in unoquoq; sic agitur, ut in primo suo manè ilico uocetur ad uineam: quod tunc est, quando ad utranq; partem discretio & notitia illustratur, cum demereri potest atq; mereri, adhuc innocentia in suis radicibus uiuet, cum qua ex pacto agitur & merito, sicut parū refugit, si operari assentit, atq; operari concertat in uinea pro communi hominū salute plantata. Cæteris uocatis non est oblata conuentio, sed ad distributionem iustitiæ sunt seruati, quia iam hora tertia stantes in foro inueniunt ociofos, qui mittuntur in spe iustitiæ prudentis, quæ in sua prouisione non fallitur, quibus dicitur:

Ite & uos in uineam meam: & quod iustum fuerit, dabo uobis.

In foro uagantes, non sunt in fontes à crimine. Innumera mala committuntur in foro, & inexcusabiliter sine offensa statur ab his q̄ circumforani esse didicerunt. Et ocium notā pessimam auget, cum inertia sit in uoto, & tabescat segnitie animus, & confundatur ocio corpus. Igitur peccatum in foro, delictū ex ocio. Egrèdi ergo penitus opus est, ut iusto exercitio posito eatur in uineam, ad laborandū amore uirtutis exercendæ, dulcedine præmij in spe retributionis iustitiæ. Arguit quidem sunt alij cum dictum est, **Ue quid statis in foro tota die ociofos?** uelut palātes & in disciplinari, nescientes quæ dei sunt, neq; quod uobis expediat agnoscetes. Et ad illam increpationem hæc refertur, quæ in psalmo facta est: **Filij hominū, usq; quo graui corde: ut quid diligitis uanitatē, & queritis mendacium? Vanitas quidem est, aspiciere & audire illa quæ aguntur in foro.** Et mendacium est omnis quies nostra in tēpore isto sine quiete labenti. Et ad illam redargutionem etiam pertinet, quæ per Salomonē facta est: **Uisq; quo paruuli diligitis infantiam, & ea quæ noxia sunt cupitis: Et ad illam Ieremij quæ: Uisq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ: Et illa Ieremij 31. **Uisq; quo delictijs dissolueris: Sed uidentur hi ad excusationem intendere cum dicunt:****

Quia nemo nos conduxit.

Quod si in moribus hominum sæpe hoc habeat ueritatem, in conspectu dei excusatione caret, cum semper ad operandum conduce re uoluerit, & iustitiæ uinea extiterit aprè plantata, & deus exercitū multifarè multiq; modis

loquens olim in patribus & prophetis, uocās, denunciāns & contestans, & sub interminatione atq; bona pollicitatione monēfaciens, ut in uinea iustitiæ laboretur. Nouissimè uerò locutus est nobis in filio, ut inexcusate eatur in uineam & laboretur, ut fructus digni poenitentiae capiantur. Laboratur & exercitur in tēpore suo Abel iustus, iustitiæ, patientiæ & innocentiæ uirtutes. Vitem munditiæ & diuinæ inhærentiæ coluit Enoch, uitam laboris & exercitij iusti & tolerantiæ in cultu accepit Noe. Peregrinationis & abdicationis & obedientiæ, largitatis & elemosynæ, altæ contemplationis & adorationis, iustæ patriæ & humilitatis profunda uitæ, in sorte sui cultus accepit Abraham. Isaac, coniugalis castimonie & pacis & celsionis cū improbis uitæ accepit. Iacob, quietis & lenitatis & exercitij laboriosi, & orationis indefinēntis uitæ amauit. Ioseph patientiæ, zeli boni, sanctæ custodiæ sup̄ seipsum inter improbos, & repensationis boni pro susceptis malis in fratres, uitæ elaborauit. Aaron, iusti sacerdotij uitam: Moyses, fidelitatis & patientis ducatus: Iosue, iustæ commissionis & laboriosæ, plene periculis: Gedeon, audaciæ sanctæ in exprobratione & deuictione malorum: Samuel, totius dedicatiōnis ad deum: Dauid, totius māfuetudinis & humilitatis & uisitatis in regio apparatus: Iosias, ueritatis deiferi cultus & destructionis idololatriam habentis uitæ in exercitio susceperunt. Et ut perstringam, tēpore originalis mudi, tempore Noæ & Abrahæ, & ab his in decurrentibus temporibus, non defuerunt homines ignoti & cogniti usq; ad Christum, maxime in populo Iudæorum, uocati uocibus aliorum, & miris & occultis modis, operante inuisibiliter spiritus sancto, qui in uinea iustitiæ debitas uitæ excolerent atq; purgarent. Et qui conducti non fuerūt, aut à propria malitia aut segnitie propria detēti sunt eorū occulto demerito, nō dei beneficio, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōem ueritatis uenire. Nemo enim iustè condemnatur aut à deo reprehendit, nisi benignè uocatus, publicè uel priuè cōtemneret. Sanxit iustitiā ut fiat retributio post labores, & post opera facta præmia tribuantur. Nec tamen cupiditatibus hominum diuina largitas alligat, nec submittitur infra merita operantium, sed iustitiā seruatur, & stipulationem ex pacto conductis, & cæteris tribu it supra spem.

Nam cum serò factum esset, dicit dominus uinæe procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis usq; ad primos.

Serò, finis est seculi & diei, qui ex corporali luce illustratur: dominus uinæe, idem qui plantauit, s. rerū omnium creator & amans patris

qui procuratorem idoneum super omnia bona sua constituit Iesum Christum: quoniam pater omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et ipse asserit: **Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.** Cui pater dñs dicit: **Voca operarios, & redde illis mercedem.** Iubetur uocare operarios, s. ad mercedē, non ociofos aut agentes perperam, qui iam iudicati sunt. Et impij in iudicio non resurgunt. Et temperato uerbo locutus est dominus, cum non addit suam, quia nemo meretur præmia ex assumptis operibus, neq; summam mercedem, idcirco nō addit suam, sed mercedem tantum, illam uidelicet quā ab æterno iustis operarijs ipse donare disposuit. Præposterat uerò ordinem in retribuēdo cum dixit, quod nouissimus prior q̄ primus acciperet, & posterior esset in munere qui ad opus prior accesserat, incipiens, inquit, à nouissimis usq; ad primos.

Cum uenissent ergo qui circa undecimā horam uenerant, acceperūt singulos denarios. Venientes autē & primi, arbitratij sunt q̄ plus essent accepturi. Acceperūt autem & ipsi singulos denarios. Et mirabatur aduersus patrem familiās, dicentes: **Hi nouissimi una hora fecerūt, & patres illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus?**

Ordo præposterus, sed ad magnum mysterium & documētum permutatus est, ut in rebus agendis non illum esse uerum ordinē credamus, quem homines ordinant, sed quem diuina prouidentia in didit, quæ nullo modo nostris directionibus seu ordinationibus alligat, apud quam non est prius atq; posterius, & eodem modo atq; præsentia, est primus siue nouissimus: apud quam posterius si amplius bonis operibus seruet, excedit eum qui tempore antecessit. Affectuum uehementiam magis q̄ temporis, ipse pater plus pendit. Et quid si nouissimij q̄ primi se in opere seruentius habuerunt? Ostendit cognitor occultorum, q̄ nō ex tempore, sed uirtute sunt merita. Et ne uideret magis tempore detulisse q̄ operi, ordinē temporis alterauit. Et idcirco forte fecit pater nouissimos, ne crederetur ex tempore in superna patria gloriantium, cum ibi nō ex eo quod præcedit, est gloria, sed ex eo q̄d infinitè post sequitur. Non componitur chiliadus in superna patria, cū eo qui hodie est ingressus. Quid ad eū qui iam fuit, cum ex hodie semper erit? Quid amplius ei qui per chiliadē præcessit, cū utriusq; sit ex æternitate una & æqua felicitas, q̄ uis stella in claritate ab altera differat? Nec nō & spei erigendæ omnibus tulit argumentū, ne ob dilatum tēpus redire ad ueniam seu ad iustitiā desperatione homines frangerentur,

cum nouissimos primis priorizauit ad minus. Sed plus auget quæstionis materiam, cū tantundem utriusq; contribuit, ut acciperet nouissimij sicut primi. Vnde primis uidetur esse indignatio satis iusta, quauisq; ad murmuratiōem contra patrem familiās irrupunt. Sed quo magis iusta uidetur hominibus, iniustior est apud deum. Etenim pacto conductis stipulationem dedit. Amplius petere nō habebant, nisi ex improbitate inuidiæ erga nouissimos iam exortæ, qui ut ipsi tantundem acceperant. Et largitatem donantis uidebantur uelle restringere, ne sua benignitate supra merita hominum sua deberet dona cōferre aut ampliāre, ut ultra sti pulatū donaretur, & ipsi. Quod si in allegoriā uerba trāsferimus, altercationem nouimus Iudaici populi cū gentili. Sed nec ita sumpsumus differendum. Comparant homines tempore temporum quantitatem: sed omnium creator & dominus, intentionem affectuum & charitatis uehementiam adiuuicē componit, ut sua retributio fiat nō humano iudicio, sed diuino; & quod suæ largitatis est & sui muneris q̄ largitur, non humani seu nostri meriti q̄ accepimus. Quam obrem iustam apologiam facit:

Qui respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario diurno conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

Nemo nemini alligatus ex debito, si non largitur, facit iniuriam, beneficis tamen utriq; dicendus est, si sua gratis impedit. Et si quis ex pacto donatorem se fecit, perfectio foedere, nō opprobrat, si ampliora non erogat. Neq; malè quippiā infert, si aliquid in merito alicui elargitur. Deus nobiscum nullo pacto cōstringitur, nullum chirographum donationis ex debito producere possumus cum ipso in iudicio, hoc duntaxat excepto, q̄ dignatus est promissionibus suis uerè fidelibus & amatoribus suis debitor fieri. Quid enim aduersus eum causari possumus, cum ipse sui sit iuris, cum honorum nostrorū ipse nō egeat, ut exhibitione ipse retribuat? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quod se protendit humana præsumptio, ut de domino queruletur, si non accipit quod affectat, si cui uult infert, si denegat cui placet? Vnde dānata iudicia, quare illi & nō mihi? Quare in afficientibus sensum mihi, & non illi? Quare plus mihi quā illi? quare quod illi, non mihi? quare mihi, q̄d non illi? Et huiuscemodi querelis humana non cessat præsumptio deū lacessere. Nonne terrenus rex potest unū malefactorum de lege iusta exitio tradere, aliumq; in malefacto consimilem de misericordia liberare?

Psal. 4.

Jerem. 1.

Heb. 1.

Gen. 4. Gen. 5. Gen. 6.

Iob. 41. Mat. 28.

Rom. 11.

Quæ ergo iniuria ei facta est, qui est de iustitia in terempus, si alter de misericordia sit liberatus: Nonne legitimus terrenarum rerum dominus potest sua iure restituere, nemini tradere, atque de sua largitate cui placuerit largiri? Quæ ergo iniuria ei, cui habens non dedit quod uoluit, si cui alteri quod uoluit dedit? Liber in suis bonis nemini derogat, si quomodo uult & cui uult, denegat uel impendit. Quanto magis creator omnium deus, à quo quicquid habemus accepimus, non merito nostris operis, sed sui largitate donantis, à quo creandis processit donatus & donatum, recipiens & receptum? Proinde quod huiusmodi querelæ ab oculo nequæ, id est, ab animo & intellectu & affectu peruerso, siquidem ex iudicio maculato, & ex iniuria damnata procedunt, patet ex his quæ inferuntur: [Amice, nõ facio tibi iniuriam.] Amice, ex debito ad amicitiam obligatus, quam quæ ex uerbis non esset censendus amicus, nõ facio tibi iniuriam, denarium ex fœdere tribuens, quia tu mecum ex denario conuenisti, pro uita scilicet æterna in uineam iustitiæ laboraturum te spondens. Proinde tolle quod tuum est, ex tuis laboribus partum, & uade. Quo? In perditionem. Quia omne quod nostrum est, de iure damnationis est, cum nihil ex nobis, præterquam id quod damnationem habet annexam. Si uero ad retributionem sententia ista referret, modicum est quod meremur. Proinde à deo abibi mus potius quæ sibi inhæreamus. Imperiosam; iustam, sanctam, irreprehensibilem superius autoritatem allegans: [Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi.] Volo. Cuius uoluntas si larga, non prodiga; si libera, non iniusta. An non licet mihi facere quod uolo, qui omnibus creditor, nemini debitor sum? Cuius uoluntas super oēs, super quam nulla, quæ nullius agor imperio, mihi quæ oia sunt subiecta. Cuius uoluntas si occulta, semper tamē iustissima, à quæ cuncta, qui à nullo, qui omnia potest, præter quem nullus potest, qui omnia discernere habet, sub nullo protinus decertari, à quo nihil iniustum, sine quo cuncta in perperam uadunt, qui nullis legibus alligatur, qui omnia suis legibus ligat, quas qui præterit, semetipsum amisit. Proinde nil à me processit iniuste. Sed oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum, tibi dans stipulationem secundum iustitiam, & huic adiciens per misericordiam. Porro nequæ est oculus, si intellectus, arguens eum qui male aut nequiter agere nihil potest. Quia bonus ex natura, nihil sibi præualere potest malitiæ notam habens. Nam deus fidelis est absque ulla iniquitate, cui peccant in sordibus, sed non filij sui. Et Iob quæ dem: Ipse enim solus est, & nemo potest avertere cogitationem eius: & anima eius quod tunc uoluerit, hoc facit. Nec acceptor personarum est deus, ut ex hoc sua bona distribuat,

Deu. 32.

Iob. 23.

sicut etiam Petrus ait: In ueritate compertimus, quoniam non est acceptor personarum deus. Et ad Galatas: Deus personam hominis nõ accipit. Et ad Romanos: Non est acceptio personarum apud deum. Ac per hoc si (pro, quia) personarum acceptio apud deum non est, cur in eum murmuratione audeat humana, ut eum dicat alicui fecisse iniuriam, cum nemini quod iustum est denegat, & pluribus per misericordiam supra debitum largiatur? Sed oculus hominum nequam est, quia ipse solus est bonus, utique per naturam, à qua uariari sic impossibile factum est, sicut non esse quod est. Veruntamen assertiua sententia claudit ora cunctorum, adiciens in retributione ordinem præposteratum.

Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. [¶ Ac si dicat: Ex ista præposterazione quæ parabolice intellexistis, capite quæ sit erit in retributione illa quæ expectat Christiana eruditas, siue ad præposterationem duorum populorum, siue ad ordinem in beatitudine permanenti referatur. Sed si sequentem sententiam cum ista in sensu connectimus, intellectus alius utique mendus carpitur, scilicet quod multi sunt uocati, pauci uero electi. Ut istarum sententiarum fiat ista connexio: Si multi sunt uocati, pauci uero electi. Quia multi sunt primi uocatione, accedentes in id quod uocati sunt, sed nescio quæ dei occulto iudicio, sunt nouissimi in operatione; necnon & quod stendum est, retrocedunt ab eo quod acceperunt sancto mandato in perditos mores. E qui uidebantur nouissimi & indigni & peccatores, sunt primi præcepta diuina impruaricant seruantes. Proinde aptè adiungit: Quia multi sunt uocati, pauci uero electi.]

[¶ Hoc etiam ipse saluator in ista declarat, dicens: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in regnum dei. Hoc etiam magis experientia & fide claret, quæ eloquentia disserendi. Attamen in compositione proficientium æquæ lucet, quæ sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Nam nouissimè tanquam abortiuo Christus apparuit Paulo, ut ipse testat, sed ipse plus oibus laborauit. Et ante ipsum in uocatione Christi fuerit septuaginta duo discipuli, quos ipse merito & operatione præcessit. Et cum Stephanus esset inter grandines lapidatus, Paulus tunc Saulus, lapidantiu uestimenta seruabat, in eum plus cæteris fœuens. Et persequens ecclesiam dei, diuine uocatus, Stephano quæ pfectus fuerat, Anania quæ à Christo uocante in magistrum suarum actionum acceperat, sic factus superior, ut ipse primas in dignitate, illi loca posteriora teneret. Et nouissimus Iacobi Christi uocatione antequam expiraret, priusquam Petrus aut alij discipuli æternæ uitæ præmium sumpserit. Sed nec in compositione proficientium & meritum, sic nouissimos intelligat possit

Act. 16. Gal. 2. Rom. 2.

Proh. 1.

Ips. 17.

Ips. 24.

Nich. 7.

Mat. 13.

I. Cor. 11.

I. Cor. 13.

tio, sicut in ordine situandi, ut qui nouissimus, ille ultimus; sed sicut prius & posterius, ante & post, magis & minus, præhabens & minus habens, præhonoratus & honoratus. Et eum multum primam ratione posterantium, qui & ipsi post stant ratione primorum. Apertè quidem dixerim cõtemplari sub hac imagine processionem beatorum procedentem coronatim, ubi primi sunt nouissimi, & nouissimi primi. Veruntamen nimis terret ista sententia, quæ multi sunt uocati, pauci uero electi. Sed nec in uocatore culpa iaculetur, sed in eos qui reuocant, iuxta Salomonis uerbum: Vocauit, & reuocauit. Necnon & illos quæ ad fidem uenerunt, sed nõ ambulauerunt dignè ad uocationem cælestem, neque suos mores sancto euangelio coaptauerunt, quæ sua sunt quærentes, non quæ Iesu Christi, nõ renouantes se in spiritu interiori, aut plene hominem ueterem expoliantes, & induentes nouum, qui secundum deum creatus est in iustitia & ueritate & sanctitate, nec carnem suam cum uitijs & concupiscentijs crucifixerunt, fructus dignos penitentiarum facientes, aptos uocationi deseruere. Ideo pauci electi. Quam pauci, audi in figura prophetas dicentes: Attenuabit gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet. Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium eius spicas leget. Et erit quasi quæres spicas in ualle Raphaim, & relinquet in eo sicut racemos, & sicut excusio oleæ duarum aut trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius. Et alibi: Quomodo si pauca oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerint finita uindemia, hi leuabunt uocem suam atque laudabunt. Et alius propheta in Christi persona & predicatore eius exclamauit: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ. Nam hæc similitudines spiritus prophætae editæ sunt, & pro ueritate factorum quæ populo Israelitico & Ierusalem incõparabiliter acciderunt: hoc plagantes atque figurantes, quæ sicut ex oleis & de oliuatis studio possidentis pauca remanent quæ excuti possunt, & ex uindemijs factis pauci sunt racemi quæ remanent: sic erit paucitas saluandorum, respectu eorum quæ supplicium sustinebunt æternum. Multos terret litera ista dum legitur, sed plures & per amplius tertere deberet, quoniam iudicium dei est secundum ueritatem, cuius irrefragabilis est sententia, qui dicit quæ multi sunt uocati, pauci uero electi, quorum numerus solus sibi est cognitus, ut etiam inter mortales nemo possit dicere, ad electionem pertinere, & alius ad reprobationem deditur est. Sed sæpe agitur, ut qui apud uulgare fallibile iudicium habet electus, in conspectu dei factus sit reprobus. Nec nõ & electus sit apud deum, quem opinio humana condemnat. Electio & reprobatio non humano, sed diuino sunt libere iudicio, quia inter iudicia diuina & hu-

mana compositio nulla cadit. Veruntamen electi dei quædam imagines cum cælestibus habent, & quia regia gradiunt, non exorbitantes in alteram partem, & conditionatam prædestinationem adiuant ordinatis atque appositis argumentis. Non enim prædestinatio aut electio simpliciter à deo factæ sunt, ut nullo additamento electio & prædestinatio tendant in gloriam, sed auxilia plurima sunt pro eis, scilicet pura obseruatio mandatorum, sicut & saluator ait: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et purgationes interiores post lapsus. Sic enim scriptum est: Laua lere. 4. à malitia cor tuum Ierusalè, ut salua fias. Et operationes pertinentes ad uitam. Sic quidem ipse præmonuit: Operamini nõ cibum quæ perit, sed permanet in uitam æternam. Et de abundantia iustitiæ super Iudæos dictum est: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quæ scribarum & pharisæorum, nõ introibitis in regnum cælorum. Et inculcata factio diuinæ uoluntatis. Nam scriptum est: Qui facit uoluntatem patris mei qui in cælis est, hic intrabit in regnum cælorum. Et cordialis remissio ad lædentes. Dimittite, inquit, & dimittetur uobis. Et pura humilitas. Comminatus est saluator: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorum. Et sacramentorum ablutiones. Et decorationes uirtutum. Et neminem Christo in amore præferre. In omnibus autem perseueratis, quia nõ quæ inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Et hæc & similia sunt ad electionis seu prædestinationis testimonium & iuuam appposita & inuenta. Ac per hoc nemo presumat deum de uocatione aut de electione causari, aut sibi de prædestinatione inferre. Nam non fuit prædestinatiõis est quæ saluamur, si illam adiuuerimus appositis; & non suæ præscientiæ est quod damnamur, sed nostris demeritis proprijs.

Mat. 19.

Mat. 19.

Iohan. 6.

Mat. 5.

Mat. 7.

Luc. 6.

Mat. 18.

[¶ De parabola duorum filiorum uineæ in uineam, secundum Mattheum. Cap. XXII.]

Quoniam antelata parabola est de uinea in designationem operationis in iustitia faciendæ, alias parabolas de uinea sine interpositione iungemus. Et primo illam qua saluator conatus est Iudæorum populum ostendere negligentem, & præferendum esse in bona operatione gerilem. Conatu ordinato saluator id agebat, ut homines redirent in trorsum ad cognoscendum semetipsum, & discernentem differentiam inter actiuos & inertes, & qui diuina iussa psciunt, quæ uel despiciunt, ut in sua retributione commendat diuina iustitia, non sibi hominum placito derogetur. Et interrogatiue loquens ad confusionem male sentientium, ait:

Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum, ait: fili, uade hodie operari in uinea mea, ille autem respondens, ait: Nolo. Postea

Mat. 21.

autem poenitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntate patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illi Iesus: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices precedunt uos in regnum dei.

¶ Ab exordio creationis rationalis creaturæ, duos filios, scilicet duos populos, creator omnium habuit, scilicet & obedientem & contra macem. Et etiam in illis intelligentijs separatis reperta est ista distinctio, ut in uno reperit adhaesionem, in altero auersionem inuenerit prauitatem. Et in hominibus primis totum, si populus dici possit, infectum inuenit. Etenim ambo protoplasti præuaricati sunt. Sed cum succedere propagatio filiorum, uirtutibus alteri secus sunt diuisi, ut unus iustus, alter reprobos haberetur. Et hoc siquidem, quod cultus iustitiæ in uinea dispariter sit repertus, & ab ipsis usque ad Christum, & Christo usque ad finem seculi, certis distinctionibus sacramentorum & morum sit procurfus huiusmodi populorum. Sed gentilis à tempore Noë, uelut unus duorum filiorum, requisitus est in uineam accedere iustitiæ, ad excolendam rectæ lauræ atque uirtutis uitam, quam uera dici non possit distinctio populorum usque ad ultimum diuisionem linuarum. Erat enim usque ad superbiam illam edificanda turris, superbe molietis in caelum, linua una & populus unus. Et usque ad signum circumcisionis datum magno patriarchæ Abrahæ, quæ non fuit multatio, sed electio, non aperta cognoscitur uarietas populorum. Sed qui populus Iudaicus dicitur, per ipsam circumcisionem in Abraham requisitus est, ut iret in uineam ueræ iustitiæ, inculpate obseruaturus præcepta dominica, & spondit: & in prophetis, & spondit. Sed non iuit in illam iustitiæ uineam, quæ ex permissione est & ex fide, credens per circumcisionis & legis iustitiam saluum fieri, quam nunquam impleuit, ut in actionibus apostolorum Petrum dixisse Iudæis, Lucas Theophilo contestatur. Et Paulus ad Philippenses, non querit iustitiam legis, sed fidei. Quam uitem in uinea domini sabaoth nunquam excoluit populus Iudæorum, nec quod permisit, executioni mandauit. Sed tandem ductus poenitentia populorum nationum, requisitus ab apostolis cæterisque subsequens euangelizantibus regnum dei, fidem uenit ad Christum, & iuit in uineam, in iustitiam fidei, captiuas intellectum in obsequium eius, Christo factus obediens sub decreto paterno, quod ad huiusmodi operandum in uinea duos populos uelut duos filios mittebat, ut sibi crederet, & per eum, in eum & ad effectum actiones cunctæ mortaliu. Et iudicantibus pharisæis, quod primus filius, quauis primo

Gen. 11.

Phil. 3.

contumax, deinde ductus poenitentia, paternam præferat uoluntatem, non ille qui promisit dissimulans, quasi semetipsum ignotum, sed doctè condemnantibus illico dominus intulit:

Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedunt uos in regnum dei. Venit enim Iohannes ad uos in uia iustitiæ, & non creditis: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

¶ Ex his luce clarius reprobatio Iudaici populi & gentilis electio patefuit. Illius poenitentiam & inobedientiam fidei, istius ductum per fidei iustitiam emundati. Et ad exaggerationem culpæ addidit, quod a publicanis & meretricibus creditum sit Iohanni, qui præter uiam iustitiæ quam prædicauit & tenuit, nulla signa & miracula fecit: & non credebatur sibi, qui tam magnis operibus atque signis suam ualidabat doctrinam. Et quod amplius ad cumulum malorum accessit, cum publicanos & meretrices haberent prius in credulitate, nec ipsi postea sunt secuti. Et nunc Iudæi non credentes, rationalibus & deterius condemnantur, cum præuertes uident populos nationum, sanctam ecclesiam roboratam, sic late atque diffusam, in sua pertinacia perdurantes. Si ad inopes parabolam istam traiecerimus, oportet omnes credere peccatores egere misericordia dei. Sed poenitentia & impoenitentia dispares faciunt, cum unus malorum suorum poenitentia ductus, respicitur malis, & ad uiam ueritatis reuertitur: alter uero cor impoenitens sibi continue thesaurizat, ut iram diuini iudicij non possit euadere. Nec non & potiore credamus in conspectu altissimi, hominem diffusum in malis omnibus peccatorem, reuersum tamen ad iustitiam fidei, quam quenquam maculat uiuentem, fidei iustitiam non habentem, ut postquam mundo Christus inclauit, nullius iustitia etiam originalis utique custodita, & per omnia lex obseruata Mosaicæ, ab æterna damnatione non liberet, nisi ei uerè insulerit iustitia fidei & misericordia saluatoris. Cõponere quidè fas est secundum istam parabolam etiam, inter se oēs, qui Christianæ fidei regulam susceperunt, secundum prohibitionem uitios, aut affirmationem uirtutum. Etenim uita prohibitorum, affirmatorum prius ipsa uirtutes habet. Ecce pater habet duos filios, quorum uni dicit: Ne facias tale crimen. Respondit filius: Non faciam, tuam uolens adimplere prohibitionem. Sed egressus à facie eius, statim facit. Hoc idem & alteri prohibet. Qui respondit: Non obediam, sed omnino faciam, & perfecit maculatonem. Sed poenitentia ductus, uocatus de testatur quod fecerat, pro misericordia illico adijt patrem, confitetur culpam, precatur & ueniam, alter uero in obstinatio persequatur.

Mat. 21.
Lu. 20
Mat. 12
Gen. 6.
Gen. 9.

Quis horum paternæ uoluntati magis consentaneus factus est? Nonne posterior? Ad affirmationem uero suadet & præcipit pater: Fili, hoc in uirtutibus est agendum. Præsto sum, ait: Egressus, dissimulat. Hoc idem & alteri. Respondit: Nequaquam faciam. Et persistens sic aliquandiu iuxta negationem quam fecerat, tandem poenitentia ductus, malè se respondisse cognoscens, agit prout sibi fuerat imperatum. Quis in hac iussione seu affirmatione obediens patri fuit? Nonne qui ad exercitium uirtuosæ assertionis accessit etiam post neglectum? Sic quidem similitudine parabolæ mutata, præter id quod allegoriam habet, differitur & assertitur inter eos qui per rudimenta ueræ fidei proficere decreuerunt: quæ in moribus à quibusdam ex toro despiciuntur, à quibusdam uero interdum despiciuntur: & aliquando tenetur à multis, licet à paucis omnino per mores irreprehensibiles custodia est.

¶ De parabola plantate locatæ; uineæ malis agricolis, in designatione reprobatorum Iudæorum caterorumque reproborum, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Caput XIII.

EX parabolis uelut ex incontradicibilibus sententijs saluator ostendebat perfidiam Iudæorum, & cogebat eos ex subiectis exemplis ueram proferre sententiam eis aduersam, ex qua iudicabatur semetipsum reos, signari quod contra se ipsos, sed in iudicio iusto apprimè dicitur erant. Et cum contra se ipsos in superiori parabola iudicium protulissent, aliam parabolam subiecit, ex qua se ipsos amplius, respondendo sententiam, damnauerunt. Et magno, sed horrendo documento perstruimur, quod neminem deus damnabit, nisi quem propria conscientia inculcabit. Quoniam sic sunt iusta diuina iudicia, ut unusquisque de se pronunciet iustam perpetuam uitiam, cum plenè cognouerit à seipso derelictam iustitiam, & iniquitati animam & membra corporis tradidisse. Subiuncta parabola satis ostendit, quam damnatur merito qui deliquit.

Homo erat paterfamilias qui plantauit uineam, & septem circumdedit ei, & fodit in ea orcular siue lacum, & edificauit turrim in medio eius, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est multis temporibus.

¶ Paterfamilias qui & omnium plantauit uineam synagogam, quam transtulit ex Aegypto, etiam primo omnium originalem iustitiam, quam locauit agricolis originalis mundi, quod destruxerant illam, quæ cuncta cogitatio hominum prona erat ad malum, & omnis caro corruerat uiam suam. Et Noe post diluuium plantauit uineam, de cuius uino inebriatus est, &

in suo tabernaculo nudatus, ut à tertio derideretur filio. Quæ figura pro ueritate ordinata ad Christum, quod nouellam ecclesiæ plantatio nem fecit in altissimis suorum mysterio: moribus, cuius amore crucifixus & nudatus est & derisus à gentibus & à perfidia Iudæorum. Plantauit uineam nouam, ut ait Apostolus: Initia uobis uineam nouam. Et uinea à ui & neos dicitur, quia ui renouatur. Uinea quidem noua est quam nobis saluator ostendit, ut renouati à uitijs & in uirtutibus innouati, æterno regno nouiter promisso præparemur. Nam iuxta prophetiam Dauidicam ipsam transtulit de Aegyptiaca seruitute, scilicet de tenebrositate peccati, sub qua malè subacti per immunditiam seruiebamus principi tenebrarum. Sed nec in hominibus plantari potest uinea domini sabaoth, nisi relinquamus illum teterimum incolatum. Abijcienda sunt opera tenebrarum, ut uinea plantata simus à domino. Et gentes eijciuntur, opera ipsa gentium, quæ tatum sunt ex corrupta natura, prout ipsi nati sunt, nullis uicibus alligati, nullo modo examine morum instructi, nulla gratia informati. Et uinea domini sabaoth domus Israel est, non adhuc Iacob fraudulenti furripientis fraternam benedictionem. Et quæ mysterium ibi magnè præsignatum existerit, mos tamen reprehensibilis fuit: Non Iacob adhuc seruientis in uxore, quod bigamus, imò trigamus & quadrigamus fuit, non decipientis socer in decorticatione uirgarum. Quæ omnia quibus fuerint præfagia futurorum, non tamen iudicata sunt à pluribus habere publicæ iustitiæ honestatem. Sed non condemnantes tamen patriarcham, quæ deus dilexit, odio habens fratrem, sed in meliora gesta trahentes sua, quia angelum uicit, dominumque uidit, fortitus est altioris nominis dignitatem, ut Israel uocaret, uelut à mundo alienus, carnè prædominans per orationem uehementer, usque ad benedictionem deueniens angelicas potestates, una potius benedictione, cum eis animo totus factus in speculatione cælestium, ut Israel quasi homo ex omni se dicitus deo, penitus diceret. Domus ergo similitum & talium concio, uinea domini merito appellatæ, ex prophetico spiritu autoritate firmata, quod uinea domini sabaoth domus Israel sit, quæ plantata est plantatione fidei, & eiecit lapides offensionis ex illa. Cui sepes in circuitu adiecta est, scilicet sancta & immaculata lex animas conuertens, quam qui dissipat, à serpente lædè, sicut scriptum est: Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Semper enim sub dissipatione legis diuinae, diabolus inuenit in poena & horrenda tortura. Sæpe quidem in sepiibus flores fructus inueniuntur & spinæ. Et in lege odoriferi bonæ famæ flores uirtutum & odoramenta & promissiones, uidelicet supernorum, & fructus poenitentia digni super cælestia se collentes.

Heb. 10.
uineam

Psal. 79

Isa. 5.
Gen. 27

Eccl. 10

Ecc1. 28. Spinæ, interminationes pœnarum interminabilium ad eos qui perperam agunt. De quibus dicitur: Sepi aures tuas spinis. Spinis quidem aures suas sepi, qui timore illarum pœnarum à malis uoluptatibus absterretur, & à suasionibus dæmonum hominibus malorum aures cordis auertit, ne audiat serpentes, ut protoplasiti non absterretur audierit. Et ubi non est sepes, diripietur possessio. Vbi diuina defuerit lex, possessio honorum naturalium intellectualium & corporalium, in direptionem dæmonum datur. Et uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam, illi laruales latrones, qui uiam nostram prætergrediuntur inuisi.

Torcularia facta in uinea, experimenta passionis, tentationis & tribulationis, & omnis aduersitatis apposita sunt. Nam & quot psalimi de torcularibus inscribuntur, ad passionem domini referuntur, & ad corpus eius quod est ecclesia, prout in tribulationibus probata est. In quibus boni à malis, electi à reprobis, uelut uinum à uinacis, & oleum ab amurca seceruntur.

Isai. 63. Et ipse torcular calcavit dominus uirgini filie Iuda. Solus quidem Christus crucem ascendit, & perexit uinum sanguinis eius, in quo abluit sordes humani generis, in quo lauant stolas suas omnes, qui in superna ascendere contendunt. Calcavit uirgini filie Iuda. Nam uirgo est ecclesia, & filia synagogæ in Christo Iesu secundum carnem, & in apostolis ex ipsa progrediens, & ipsa ueterascens est mortua.

Ibidem. Virgo filia eius, ecclesia est, usque in finem seculi duratura. Et alibi scriptum est: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est uir mecum.

Non enim adhuc ingressæ fuerant gentes sanctuarium fidei, quando Christus solus patiebatur in cruce, calcans mortem, calcatus à morte. Crux Christi est torcular, in quo & per quam electi à reprobis segregantur. Mysterium quidem crucis, Iudæis scandalum, gentibus autem stultitia, uocatis autem & electis uirtus dei est, sapientia dei est. Ac per hoc torcular est secernens affectu, uita, moribus, antequam per irreuocabile dei iudicium in homines decernatur. Ex hoc uinum æternæ lætitiæ defluit, quanuis moerorem habeat in præsentia. Et oleum scilicet momentum interni luminis est ex cruce.

Can. 7. Turris etiã in medio uineæ posita est ad prospectandum incursantes, ne inuisi diripiant, & ad tuendum si quisquam uiolentiam uellet inferre. Sed altæ contemplationis uirtutem in turris conspicimus, si scripturam ueterem perstramur, sicut turris David quæ respicit contra Damascum. In altitudinem oportet ascendere, qui multa intueri concertat. Et non solum ad tuendum, sed etiam ad contemplandum sepe turris constituitur. Sed est turris David, scilicet Christi manu fortis altitudo subuecta fidei Christianæ, in quam omnium uerorum fidelium

um sit ascensus ad respiciendum Damascum, quæ ciuitas est in provincia Syriæ, & caput, ab eo denominata, quod fuerit condita, seu ibi aliquid initiatum à seruo Abraam sic nominato. Cuius interpretatio non incongrue in utranque partem trahitur, & utraque ad contemplandum aspectum nostræ mentis obijciuntur. Interpretatur enim sanguinem bibens, sanguinem propinans, sanguinem osculum. Sanguinem bibit hostis antiquus, qui suo desiderio implacabiliter malo homines incitauit ad effundendum humanum sanguinem, ut primū fratricidam cæteroseque sequentes. Et tatum delusit hominum mentes, ut sanguinem eorum in sacrificio accepisset. Qui sanguinem Christi fecit effundere, sed prænesciens quod ad suæ potestatis excidium. Et in martyribus fluere flumina fecit ex sanguine. Sanguinem propinat, scilicet peccati delectationem hominibus. Et osculatur in sanguine, uolens mortem inferre, prærogat primò pacem. Cuius membrum Iudas, ad exitium Christi, osculum præbuit. Igitur ascende turrim David, fidem IESU Christi contemplare, Damascum scilicet sanguinem malum, sanguinis periculum, ut effugas, ut deuices, ut non te in sanguine capiat, qui tor mala fecit in sanguine, quanuis diuina sapientia in bonum sanguinis infusionem intorserit.

Sanguis peccata hominum signat. Quam obrem existens in turre David, exclama contra Damascum, similiter cum David: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, & exaltabit lingua mea iustitiam tuam. Si uero in alteram partem interpretationem inuenimus, quid Damascus nisi Christus, qui bibit desiderio moriendi sanguinem, quem uelut anxietate sitis pro nobis effudit: Qui bibit sanguinem, nostra peccata uidelicet uelut potum absorbens, quæ in suo corpore pertulit super lignum. Qui propinauit omnibus sanguinem, inuitas ad passionem: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Propinauit sanguinem in nostre redemptionis precium. Nam per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et Petrus dicit quasi ad hanc contemplationem inuitans: Scientes quod non corruptilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. Propinauit sanguinem in ablutionem. Nam lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Propinauit & sanguinem in potum sacramentalem, cum dedit in cœna discipulis, dicens accepto calice: Accipite & bibite ex hoc oēs, hic est enim sanguis meus noui testamenti. Et alibi sic propinat, ut interminet nisi bibat:

Lu. 9. **Hebr. 1. 1.**

Mat. 16.

Ioh. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et eregione altissima propinando pollicetur: Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, quia sanguis meus uere est potus. Et ipse sanguinis osculum. Instrumentum siue pignus siue signum patris, est osculum. Pater æternus omnia sibi & in se pacificauit in eius sanguine. Sic enim dicit Apostolus: Omnia in Christo pacificas per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Proinde hanc Davidicam turrim nitamur ascendere, huiuscemodi alta mète contemplaturi Damascum. Plantata est uinea & instructa locatur agricolis, Iudæis liquidem primò, deinde gentibus singulisque fidelibus in emphyteosin & annuum fructum. Et peregre proficiscitur dominus. Qui peregre proficiscitur, sit notus ignotis, & apud ignotos ignotus incedit, & peragrat sibi extraneas nationes. Sed quò peregrinatur qui nusquam deest, nisi quod ignoret à nobis omnia facit: Et nec est qui scire possit consilium eius, & inuestigare uias illas, qui posuit tenebras latibulum suum, qui ambulat super pennas uentorum, qui uere est deus absconditus, qui & homo est, & quis cognoscerit eum? Pro quibus omnibus exclamat Apostolus, sua secreta nequius perstruari: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius: Sed tempore fructus exigendi ex cultu, cuius sensu ex stipulatione interiecta, seruos suos mittit exigere. Protinus iustitia inuitabilis omnes angit, ut reddat debitum censum de his quæ acceperunt. Et nihil ab ipso creatore cunctorum accepimus, de quo non cogamur sub emphyteotica pactio- ne atque stipulatione præhabita censuali, coram iustissimo iudice reddere rationem. Hac enim lege sunt cuncta largita hominibus. Sed quod sequitur de occisione atque uerberatione seruorum & filij, duntaxat ostendit Iudæicam prauitatem in præteritos prophetas, & in Iesum filium dei unigenitum. Qui ut possint in liberare perniciosa regnare, quicquid in eis à diuina bonitate actum est, detrulerunt. Nec potest omnis illa occisio & uapulatio in alios ex typica locutione transferri. Nam deinceps à Christi morte nemo non recipiens uerbum in prædicantibus, alium interficit aut uerberat nisi Christum: quoniam si qui Christi uerba non ceperunt ab euangelizantibus, & propter illa exprobrauerunt aut occiderunt illos, CHRISTVM reprobauerunt: quem si tacuissent aut negassent, nullo modo fuissent illa mala perpeffi. Et saluator disputans cum Iudæis, ab eis exigit de hac crudeli actione iudicium, dicens:

Psalm. 17. **Isai. 45.**

Roma. 11.

Psalm. 17.

Isai. 45.

Roma. 11.

Psalm. 17.

Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis.

¶ Contra se Iudæi scilicet uel nescij, iustum iudicium protulerunt. Sic unusquisque à propria cognitione, suadente ueritate, damnabitur. Ac etiam prædixerunt quod ad cultum huius uineæ, ipsis reprobatibus atque multatis, subintraturus esset populus nationum, ex eo quod uineam suam alijs locabit agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Atqui saluator ipsorum audita sententia, pro eo quod reprobatus & occidendus esset ab eis, subiecit typum prophetarum quidem, sed nec scripturum qualiter gestum.

Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? **Psalm. 117.**

¶ Lapis quidem reprobatur in ædificio, locum non inueniens in extenso per directum pariete: sed cum peruentum esset ad angulum, ubi alius paries cum alio ex transuerso iungebatur, ita ut angulus frueretur: lapis reprobatus in uno pariete, acceptus factus est in capite duorum, ut illos dispositione fabricatoris positus simul in parte illa conuinceret, deinde uocatus lapis angularis. Sicque saluator reprobatus in pariete Iudæorum, factus est in caput anguli, duos populos, Iudæicum atque gentilem, uelut duos parietes in ædificatione spiritualis ædificij unius domus, quæ est ecclesia, in unam domum cælestem consummato mysterio transferenda, copulans & connectens. Ex his enim constat ecclesia, quanuis ad tempus consistat Iudæicus populus reprobatus.

Sed à domino factum est istud, non prouisione humana, & est mirabile in oculis nostris.

¶ Et pronūciat esse sciendum, secundum sententiam quam ipsi protulerunt:

Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. ¶ Regnum dei multiplex est, sed illud auferendum Iudæis, dandumque gentilibus est, uitæ agendæ uitæque significantæ: unum in actione, alterum in promissione. Vnū scripturarum intelligentia, quam nunquam meruerunt habere Iudæi: & est omne sacramentale mysterium, quod abluatur animæ in salutem: & alterum scilicet æternum, quod ipsi per figuras & prophetas in promissione acceperunt. Est etiam ab eis ablatum ab eo, quo ab eis Christus reprobatus est, & apostoli transferunt ad gentes. Datum ipsis gentibus quæ crediderunt, & reddunt in Christianissimum translata fructum dignum penitentiarum, & poribus quibus exigere placuit platorum.

Et quāquam multi sint uocati, pauci uerō electi, firmissima tamen in electis suis manet ecclesia, quæ ab exordio suæ constitutionis redidit fructum in martyribus, in doctoribus, in confessoribus, in uirginibus, in continentibus, in coniugatis, in pueris, in iuuenibus, in senibus, in omni ætate atque conditione sexus, ex obseruatione mandatorum & consiliorum Christi, sub exercitatione uirtutum, & sub purificatione & remedio sacramentorum.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem uerō ceciderit, confteret eum.

¶ Cedit super lapidem qui peccat, cedit lapis super eum quem ex iustitia damnat. Ille confringitur, quia & reparari potest: Sed si reparari negligit, confteretur uelut lagena figuli contritione præualida, ut nō inueniatur de fragmentis eius resta in qua portetur igniculus de incendio, ut hauiatur parum aquæ de fonte. Non tamen misericordia erit & charitas ad iuuamen huius, qui damnationis sententiam suis demeritis acceperunt.

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut propheta eum habebant.

¶ Hoc habet malum insertum omnis anima sibi uisa sapiens, proprio corpori & terrenis rebus affecta renacit, & proprijs subiugata uocis, quod ueritatem odit, deuitat corrigi, uerum conuertit in falsum, aut audire dissimulat, aut intelligere, si auditum non potuit auertere. Cumq; omnino ex ratione conuincitur, uellet ulcisci, crudelitate pro ratione uti. Proditus & inferret exitium siue iacturam, nisi aliquo timore arceretur. Huiusmodi erat sacerdotum & pharisæorum anima, qui timore, non ueritatis amore, ne Christum caperent absterrebantur. Nihil habent meritum coram deo in declinatione malorum, aut actione bonorum, qui non deum, sed homines uerentur, aut penas horrescunt.

¶ De parabola regis qui fecit nuptias filio suo, secundum Mattheum tantum. Caput XXIII.

Mat. 22.

Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolabant uenire.

¶ Prohibet exponere quod hic regnum celorum æternum sit atq; supernum, hoc quod sequitur, quod eiectus est quidam non habens nuptialem uestem, cum exinde si quis fuerit introgressus, nunquam legatur exclusus. Immutabilitas est in supremo regno, nec quis

potest ingredi, quin summo principi deo & toti assistenti curiæ placeat, nec inferre unde displicere possit & enji mereatur, nec aliquid sibi perperam committere propter quod eijciatur. Alioquin ibi, ut hic, semper essemus in fluctibus, nec portus esset quietis atque salutis. Sed hanc peregrinantem ecclesiam per regnum celorum intelligit, quia ipsa de caelo descendit, quia ista est ciuitas sancta noua Ierusalem, de caelo descendit huc ueniens, caelestia non relinquens. Et in caelo est quod ascendit, & nobiscum est usq; ad consummationem seculi, gubernans ecclesiam uerbo doctrinæ suæ.

Rex uerō qui omnia regit, deus pater est, qui sponfam filio suo prius humanato, uelut legitimum fidei federe atque anulo copulauit; qui antè illam lauit & dealbavit in sanguine, quam sibi coniungeretur in munere. Nuptijs sibi humana natura mortalis immortalis, facto pro nobis ad tempus in assumpta carne mortali, ut per id quod factus mortalis, esset suæ sp̄sæ similis: p̄ id quod immortalis, semetipsum & ipsam releuaret ex mortuis.

Thalamus nuptiarum, alius quam uirginalis uterus esse non debuit, congruens immaculato sponso, qui corrumpi nequit & uiolari. Ac etiam sponsæ ipsi, uidelicet humane naturæ, quam creauit in uirginitate atque altissima puritate, quæ ad illud primum reuocanda erat, ut conseruaretur in incorruptis, & repararetur in uiolatis, & si non integritate carnis, saltem integritate uirtutis: quanquam consummato mundi mysterio, in utraque substantia incorruptionis & integritatis sit sponsæ legitime donanda felicitas. Sed amplioribus argumentis hæ nuptiæ perficiendæ disponebatur, si corde, uerbo sponsa iam electa, iam placita consentiret immortalis, iam facta mortali, non ut semper esset mortalis, sed ut sp̄sa unā cum illo uirtute suæ immortalitatis fieret immortalis: ut corde ipsum credens & capiens, fieret iusta: uerbo confitens, fieret salua. Et ad hæc ipse ipsam factis, & bis, uita, moribus inuitauit. Uterius amoribus altioribus ipsam alliciens, anteq; cõsummaret honesta cõiunctio, cõiuuium sibi de caelestibus pabulis fecit, suam sibi tradens carnem & sanguinem, uerum animæ cibum & potum. His non contentus philocæpitus sponsum, quia ipsam sciebat debitis parentis & proprijs alligaram, cui non erat copia de soluendo, non auro aut argento ipsam uoluit ab exactore redimere, sed ut ipsam sibi glutino amoris insolubilis alligaret, fuso sui corporis sanguine, ab oī debito q̄ tenebat, absoluit. Processit ulterius huius sp̄si amor impatiens q̄ sp̄sa morti obnoxia subiacebat, cū alit possit, noluit sibi præter q̄ p̄ morte p̄pria, dare uitā.

Apoct.

Mat. 23.

Mat. 24.

Nam & pro ipsa mortuus est, & ipsi copulata tenacius. Territa in morte sponfa, quod quem per oīa patri confessa fuerat esse æqualem, hæc quem acceperat filium dei uisui, mortuum aspiciēbat, desperabat tam confestim uiduata marito, & malè se nuptam existimabat in homine, quem ut dei filium cõperat adamare. Cui propter prouidit, ne desperatiōe atq; diffidentia ex toto deficeret, semetipsum resuscitans, apprensus illi sponsæ quæ iā cõgregabat in paucis, gloriosus ex mortuis, & p̄ multa argumenta omne uulnus dubitatis & desolationis abscessit. Non quiescit ualidus amor, nec lassatur ex factis. Caelum pro illa penetrauit, uadens sibi parare tutissimum locum in mansionibus diuersis, iuxta decentiam meritum. Sollicitus est amor, quousque beneficia largiri ordinata perficiat: Nec nouit tarda molimina, nec patitur aliquid magni retinere in thesauris occultis, quod possit in participium deuenire cū sponsa. Spiritum sanctum mittit de superis, ut sit sancta, immaculata, impauida, dotata, ornata, sapiens, intelligens, bene consultata, fortis in omnibus aduersis, sciens placitum & implacitum, bonum & malum, saluum & uerum, pia, ipsum solum colens fide, spe, amore, uirtutibus, donis, sacramentis, ipsumq; solum timēs, qui & non alius, timendus, solus ualens eripere de tyrāide tenebræ, & portas aperire supernas. Prærogatis omnibus his ex sponso sub decreto paterno, qui tales nuptias pro filio celebrauit, sp̄sa confensit, & reparatur, primum in sanguine Stephani lapidata, deinde per mortem & sanguinem & omne uirtutum genus, sp̄so & p̄ri regi gratissima facta ē & decorata nimis, in regnum proficiscēs sempiternū. Ad has nuptias homines inuitant: inuitati, uocati ut ueniat. Sed plurimi uenire nolēbāt, aspicientes mortis asperitatem & mīdi uilitatem impositam super sponfam, non considerantes quod dona iucundissima & ineffabilia sequerentur, contenti presentibus uisus, desperantes animo de futuris. Nolle uenire uocatum, non est uicium ignorantiæ aut fragilitatis deprimētis, sed obstinatæ malitiæ & uoluntatis rebelis, sicut in Iob de contumacibus & obstinatis dicitur, quod fuerunt rebelles lumini.

Iterum misit alios seruos dicere inuitatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei & atilia occisa sunt, & omnia parata uenite ad nuptias.

¶ Non desinit summa bonitas propter contempores agere bonitatem, & sæpe requirere qui prima uocatione non ueniunt, & propter aliquos neglectores, alios experiri si uelint ad agapes uenire charismatum. Et ut alliciat, quæ sunt parata, denūciat. Prædium est paratum, cui æterna cœna succedat. In ecclesia prædium,

in caelo cœna, ubi nihil occisum est, sed omnia æterna uita uiuunt. Hic occisi tauri uiri fortes in fide, quos mundos domare non potuit. Hic occisa sunt atilia uiri contemplatiui atq; saginati uirtutibus, a terrenis eleuati, amore supernos in altum subuecti. Et omnia parata sunt, ut nihil desit apponendum in mensa ecclesiæ, stici pabuli. Nihil est quod prærogatum non sit atq; paratum pro communi salute mortaliū. Nostrium est quod spirituali fame perimus, non accedentes repetitis uocibus cum uocamur. Non eius est culpa qui nuptias fecit, qui omnia parauit in nuptijs, qui uocare inuitatos non desinit. Parauit in dulcedine pauperum & in tentationem diaboli. Proinde uenire nolunt, in mundo quærentes fieri diuites, non in CHRISTO. De quo Apostolus: In omnibus diuites facti estis in illo. Et alibi: In Christo Iesu in opibus bonis q̄ p̄parauit deus, ut in illis ambulemus. Et alibi: Nonne nobis oīa cū illo donauit: Sed mundi diuites intra diaboli retia existentes, uenire contemnunt & negligunt: alius uadēs in uillam suam ad malè delectandum in sportis: alius ad negociationē suam, inhians acquirendis: alii a diabolica tentatione p̄uerti, qua diuites fieri uolētes, tenebāt de nouo inclusi, peiores prioribus peiora fecerūt, qui tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.

Psal. 67.

1. Tim. 6.

1. Cor. 1

Eph. 2.

Rom. 8.

porcia

¶ Sicq; factum est a Iudæis, sicq; factum est a paganis, sicq; factum est ab hæreticis, sic a tyrānis, sic a peruersis & ab atrocibus Christianis, sic a mīdi amatoribus, qui si non corpore, at tamen mente, odio, contemptu, displicentiæ interficiunt seruos dei, & prædicatorum uerba confundunt, subuertuntq; ueritatis & celestis uocationis doctrinam, quæ spiritualis est interfectio diuinæ uocationis.

Sed iratus rex, in ultionem homicidarum, exercitus suos mittit ad perdendum illos, ciuitatesq; succendendas: quia deus ultionum dominus, deus ultionum liberè egit, reddens retributionem superbis, in promptu habens ulcisci omnem inobedientiam, scilicet eorum qui uocantur & renuunt: & eorum qui dei seruos & sui uerbi ministros corporaliter & spiritualiter, ad bonorum & diuinorum charismatum atque caelestium gaudiorum uocationem, interficiunt. Habet exercitus lucidos & laruales, quibus in hostes ulciscitur: quia dominus æmulator & ulciscens deus, ulciscens dominus & habens furorem, ulciscens dominus in hostes suos,

Psal. 95.

Nab. 10.

Et ciuitates eorum igne succedunt, ut habitatio eorum fiat cum daemonibus in igne, qui paratus est eis ob culpam.

Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Itæ ergo ad exitum uiarum, & quoscumque inueneritis, uocate ad nuptias.

¶ Parabola ista cum prædictis de reprobatione Iudæorum & uocatione gentilium posita est, cum illis uenire nolentibus, imò in terfici entibus seruos, mittitur ad exitum uiarum, uel delicta ad uocationem gentilium, qui à uia ueritatis exierunt, idola ex lapide, ex ligno, ex metallo condita uenerantes. Non quòd reprobatio Iudæorum, sit causa uocationis gentilium: neq; gentilium uocatio Iudæorum reprobationem perfecit, sed uult rerum omnium conditor, ut participetur bona quæ fecit, imò ipsi summum bonum aduenire. Sed per ueritatem transi torijs inherentes, cum ad hæc uocantur, renuntiant: per illam uiam qua uocantur, omnino uenire contemnunt: quia forte uenirent, si aliter uocarentur. Nemo enim est qui in superis nollet esse cum deo, & quin præstita facultate uocatus libenter accederet. Sed ad istas nuptias, in quibus inuitatos primò necesse factum est epulari, uenire desistunt, imò contumaciter resistunt inuitanti propter abiectionem humanationis diuinæ, quam alticordes homines, naturalibus operationibus innitentes, non capiunt. Nesciunt, imò nolunt homines descendere ab illa altitudine appetitus, quo uoluerunt esse primi homines sicut dii, credentes difficulter aliquid, nullatenus plurimum, quòd deus homo fieret, cum appetitum sit ab hominibus, deos esse. Ille hominum appetitus deitatis, peruersus est, quasi quoddam originale demeritum, ne ad humanationis diuinæ nuptias ueniantur. Cætera uero etiam abiecta uidentur in sponso, quo usque resurrexit, & gloriosus ascendit. Sed ea perfidia qua non creditur abiectus, despectus & passus, denegatur quòd ascenderit gloriosus. In sponsa uero cuncta uidentur esse despectui atque dedecori. Nec omnes aspiciunt quòd ipsa de se prohibet conspici: Nolite considerare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. Fusca uidentur in martyribus, in mundo quomodo libet, aut austeritate uitæ, aut paupertate confectis. Terrentur homines uidere hunc sponsum habentem uestem aspersam sanguine, ignorantes quòd nomen eius uocet uerbum dei. Horrent in sponsa horridas uestes, & quòd delectatione sensibilibus ipsa priuetur. Non speculantur quòd his nuptijs ad cælestes & æternas nuptias sit futura translatio.

Ac per hoc ipse modus uocationis renuit ab his qui prauitate animi detinentur. Veruntamen

penitus uult dominus omnium, suspensus suorum bonorum homines mortales immortalis esse participes. Idcirco uocat, & iterum atque iterum uocat, & denunciare non cessat ut ueniantur ad nuptias, donec inueniant uoluntariè accedentes, aut ex necessitate demum in uoluntatem conuersa, non inuitans nostro placito modo, sed suo ineffabili & meliori decreto. Mittitur igitur ad exitum uiarum, scilicet ad eos qui à dei misericordia exierunt, & à ueritate sua infallibili auersi sunt, seu misericordiam dei desperant & fugiunt, & ueritatem dei in creaturam corruptibilem transulerunt, seu ad eos qui misericordiam in seipsum & proximis non exercent, & à ueritate alieni, per falsitatem unumquemque confundunt. Hi sunt qui in exitu sunt uiarum, quoniam uniuersæ uiae domini misericordiam & ueritatem, à quibus multipliciter homines errauerunt. Et iubetur ut quoscumque inuenerint, ad nuptias introducant, duntaxat uenire uolentes. Nam quanquam uelit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, tamen hac conditione, si uocationi assentiant. Nullus enim à domino saluatur inuitus, nisi propria fide aut aliena uoluntarius ueniat, ut etiam is qui in aliena uenit, cum coaluerit, ueritat in propriam alienam. Nec enim ad plenum, aliter aliter, saluatur. Nec obstat quòd alibi scriptum est: Compelle intrare, ut intelligat dominus uolentiam intulisse saluandis. Alium proctus sensum habet illa compulsiō. Sed hoc maximè terere debet hominum mentes, quòd qui erant inuitati, non erant digni, sed nec hi posterij qui uenerunt. Nullus enim dignus est uocatione crelesti. Sed prædestinationem includit illa sententia, quòd prædestinati non sunt, nec digni ad illas nuptias dicitur introire: quia ut ait Apostolus, Quos prædestinauit, hos & uocauit, & Rom. 8. 30. Quos uocauit, hos et iustificauit: Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Occultum est demeritum, quòd à uocatione dissentire aut non assentire meretur.

Egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discubentibus.

¶ Quia ex omnibus nationibus crediderunt homines, ex quibus ecclesia impleta est & ex bonis & malis constat ecclesia, & mixtum est ecclesie Christi corpus, quanquam ipse uelit ipsam exhibere gloriosam, non habentem maculam neque rugam. Sed in area negotium agit, ubi paleæ sunt & triticum. Non enim uentilabrum unum excussit ab altero. Sed boni & mali discumbunt in nuptijs ecclesie militantis dispari uita, dispari cultu, disparibus moribus atque meritis, quousque decernat super utroque rex, qui nouit non perperam, sed in ueritate proferre iudicium, qui excludet merito excludendos, & iustitiam

que macula super mensam ecclesie epulantes in pace dimitteret. Nam & sequitur:

Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes: & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraisti non habens uestem nuptialem?

¶ In hoc seculo sunt diuina iudicia, & iustitiam suam hic saluator exercet, quod est rex regum & dominus dominatum, qui quotidie intrat in hanc peregrinantem ecclesiam per occulta iudicia, decernens super bonos & malos, iustos & iniustos. Videt omnes discumbentes super mensam fidei ecclesiasticæ, sacramenta sumentes, atque alij ministrantes. Inter quos cognoscit ineptos tanto mysterio, dum quandam signanter respicit non uestitum ueste nuptiali, in quo cæteris deprehenditur talium ineptorum. Sed despectiue uocatur amicus, aut quia ut amicus uocatus est, sed nec ut amicus uenit, quod cum cæteris non intrauit honoratè ad nuptias, aut quia amicus esse poterat, si compositè uenisset. Nuptialis protinus uestis, ad operimentum & ad ornamentum corporis erat, maximè ad illum qui in nuptijs honoratorum exquiritur, habes pulchram aptitudinem ad induendum, & qui conuiuatum non offendat, imò delectet aspectum. Nulli nuptiæ honorabiliores, quam Christi & ecclesie, quam sibi querit non habentem maculam neque rugam. Omnes nuptiæ quidem eo nobiliores & digniores honore, quo puriores existunt, in quibus non corporis, sed mentis & morum ornatus exquiritur, ubi nuptialis uestis est in nocentia, & si non custodita, saltem recuperata illa intentione uiuendi, qua nec ipsum turpitudine peccatorum maculare uelit, nec proximis inferre iacturam. Et est illa prima stola, quæ prodigo filio reuertenti exhiberi iubetur à patre, & est illa tunica inconsutilis, quæ in diuisibilem unitatem fidei, & charitatis & iustitiae unionis habet: qua qui caret, à nuptijs militantis ecclesie, si non corpore, spiritu tamen repellitur, non admittendus ad superas, nisi per debitam poenitentiam ad istas prius uiuens fuerit reuocatus. Quia quis indutus, permittit in istis residere nuptijs, trāsferendus postmodum in æternas. Sed cum hanc uestem non habes argueris, obmutuit uelut excusationem non habens de forefacto carentiæ, cum intus à conscientia morderetur, quòd hanc uestem habere potuisset, & extra clamarent forefacti contra deum. Et sanæ mentis est, excusationem non querere in peccatis, quòd exorabat Dauid: Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Et accusatio potius quam excusatio diceretur, ubi mandati apparet transgressio manifesta, & peccati & criminis certa commissio, nec boni latet aperta derelictio. Sed nec iste obmutuit ex uirtute: nam & sic ut

niam postulasset, promittens errata corrigere, non enim tam se uult multari à domino iubere. Sed pertinax in animo, iustus est à ministris tradi in tenebras exteriores.

Nam tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus eius & manibus, mittite eum in tenebras exteriores.

¶ Sunt plerique qui arguti non erubescunt, sed semetipsos excusant, & falsitate tuentur ut Cain, qui odio fraterno innocentem fratrem uenabatur, qui antequam perliceret, & post patrum fratricidium uocatus à domino, non erubuit, potius conabatur falsam excusationem assumere. Necnon & parentes sui à tali pueritate non fuerunt exortes, qui & existentes omnium peremptores, in peccato & in delicto per inobedientiam deprehensi, excusauerunt se, in autorem eorum, & unus in alterum, & in serpentem criminam refundentes. Sunt & alij, qui arguti, ad peiora labuntur, ut Herodes & Herodias cum arguerentur à Iohanne Baptista, post incestum homicidium commiserunt, & quod grauius est, in eum qui eos de barathro damnationis conabatur eripere. Multi uero arguti, silent, non inuenientes quid obijciant ueritati, uelut hic qui obmutuit uelut dargurus, non tamen in animo correctus, aut tactus uera poenitentia, ut ueniam postularet. Iubetur ligari pedes, ne sibi affectus boni & intellectus ueri ultra subueniant. Similiter & manus, ne operatio honorum foueat futurorum. Aut pedibus compeditus, ne poenas possit effugere: & manibus ligatus, ne ualeat com pedes à pedibus remouere, ut ex omni parte deficiat copia euadendi, & omnino à libertate possibilitatis propellatur. Exteriores tenebræ, poenæ sensibiles sunt: quoniam interiores sunt, quas pertulit homo interior dum peccat: necnon & tenebræ, in exteriores & interiores etiam distinguuntur: ut exteriores sint, in uoluntariæ poenæ: interiores, uoluntariæ culpæ.

Vbi erit fletus & stridor dentium.

¶ Fletus, pro uano mundi gaudio: stridor dentium, pro uario corporis cultu.

Fletus refertur ad calorem nimium, stridor dentium ad frigus nimium.

Fletus torquet pro obmissis, stridor dentium cruciat pro commissis. Pro bonis æternis perditis, fletus æternus erit: pro inflicis æternè inuitabiliter poenis, dentium erit stridor continuus.

Flebit tibi, qui non fleuit hic: stridebit tibi, qui hic ad deum corde ualido non clamauit.

Flebit tibi oculus, qui hic securus est concupiscentiam oculorum: stridebit & dentibus, qui sibi prohibita, uelut mandens dentibus, incorporauit.

De parabola pharisei contra de se presumes, et publicani pro his qui se reputant peccatores, secundum Lucam tantum. Caput XXV.

Defectatur dominus de se presumentes, & eos qui sibi iusti videntur, confidentes in operibus bonis, mentis iustitia non quærentes, maxime cum se cæteris præferunt, etiam in incognitis hominibus animas, uelut eis inæquales aut maculosas, despiciunt, contra quos Christus subiectam parabolam intulit:

Luc. 18. Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam.

Qui sunt qui in se confidunt, nisi à seipsis exultimantes esse uirtutes, & de propria uirtute gloriantes, ac si eis opportuna non esset misericordia dei, confidentes in propriarum iustitia factionum? Qui Christi mysteria, incarnationem, nationem, actiuam uitam & contemplatiuam, eius conuersationem & doctrinam, signa & opprobria, poenas & crucem, mortem & sepulturam, resurrectionem & ascensionem, confirmationem ex patre, autoritatem clauium, effectum sacramentorum nihil opendentes, à complacentia suarum directionum distanti. Sed maledictus homo qui confidit in homine. Et qui confidit in seipso, nonne in homine confidit? Quoniam unusquisque ad seipsum tantum est homo. Sed peior adiecta conditio, quoniam confidentia ex iustitia sumit exordium, cum omnes iustitiæ nostræ sint quasi pannus menstruatus. Et etiam asserit ipse saluator: Cum omnia benefeceritis, dicite: serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Et alibi: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Et qui gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriatur.

Ier. 17. Et qui confidit in seipso, nonne in homine confidit? Quoniam unusquisque ad seipsum tantum est homo.

1. Saia. 64. Quoniam confidentia ex iustitia sumit exordium, cum omnes iustitiæ nostræ sint quasi pannus menstruatus.

Luc. 17. Cum omnia benefeceritis, dicite: serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?

2. Cor. 3. Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est.

2. Cor. 10. Et qui gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriatur.

Vnde igitur confidentia ex propria iustitia exoritur in hominibus? Execrabilis est omnis homo, deiciendus à deo, ut spiritus ille lucifer de caelo, si confidat in seipso, iustum se reputans ex actionibus legis. Sed necdum lex Mosaiica, sed etiam euangelica per omnia deducta in actum, non sufficeret ad iustitiam, nisi iustificati essemus in sanguine redemptoris. Seuerius quidem decernendum est in eum, qui à seipso se reputat iustum, seuerissimè procius in eum qui in sua & propter suas iustitias alios aspernat, semetipsum superiorè ad alios comparatiuè aut despectiue constituens, aut præter cõpositio nem alios iniquos, seipsum duntaxat iustum fuerit arbitratus. In hoc redargutus Elias fuit, cum audiuit: Reliqui mihi septem millia iu-

3. Re. 19. Reliqui mihi septem millia iu-

rorum in Israel, qui non curauerunt genua sua ante Baal, quin non typo superbiae, sed defectu ignorantia honorum, cæteris deprauatis, solum se iuste credentem atque agentem, opinabatur esse relictum. Quamobrem adiecit saluator parabolam, qua talis confundetur, non uera, sed presumpta iustitia, & elidetur confidentia ex sententia diuina damnata, & omnibus necessaria exaltaret humilitas.

Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent.

Bona duorum societas, sed & plurium in pari culu & in uirtutum connexionione ligata, in eadem intentione placendi ei, cui bona cuncta placent, & displicent inimica uirtutibus. Erant isti duo, sed neque uoluntate, aut intentione coibant in unum, alter sibi placens, alter sibi per omnia displicens. Sed sibi placens, deo displicens fastus erat: sed sibi displicens, deo in humilitate placebat.

Ascenderunt in templum: Laudatur ascensus, si non agat fumo superbiae, si fiat ab imis ad potiora, si à carne ad spiritum, si à spiritu in deum, si de mundana conuersatione in orationis & contemplationis locum. Et beatus qui ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarum, ut ascenderet in latitudine diuinorum charismatum. Ascensus in templum dimensionata longitudine, latitudine, altitudine uirtutum uitalium, & uiuificantium rationalis animas hominum.

Et templum domini sacramentorum est locus, quo adorandi fiat ascensus. Opportuna est occasio huius ascensionis, & expediens modus contentendium captare cælestia: ut oratio fiat, sine qua procius deficiunt iam insistentes uirtutes: & non habitæ, in possessionem non ueniunt. Absque ipsa non pelluntur molestia, neque prohibentur eorum bella, que possunt de nouo consurgere. Recta est in hominibus ipsa societas, si ad orandum coitur in templum dei. Sed quoniam spiritus est deus & ueritatem amat, neque templum, neque desertum, neque solitudo, neque ecclesia, neque cubiculum manufactum sufficientiunt, ut oratio in conspectu domini dirigatur. Sed spiritus & ueritas orationem deducunt ante thronum dei, propulsantem ualidè aures eius, ut reportet fructum directionis ipsius. Non autem istorum unus orationis est modus, nec similis fuit conditio prosequendi, nec eadè imagine coram deo astitit. Nam unus eleuabatur in animo, exultabat de suis operibus in semetipso, ore quod dem semetipsum coram domino ex laudibus extollebat. Alter uero in animo peccatorum pondere grauabatur, erubescens etiam patiens, totus in suis ipsius confusione manebat. Manifestant hæc istorum dissimiles actiões: quoniam

Phil. 42.

phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus.

Solum initium orationis laudandum, reprehensione carens, cum gratias agit altissimo. Sic expedit fieri omnis orationis exorsum, ut de omnibus gratias agamus domino deo nostro: aliis qua orando sequuntur, penitus eualescunt. Sed nec iste phariseus medium & orationis finem recta directione perfecit, in spiritu & ueritate consistens, sed illam omnino distorsit in prauum, cum se non esse sicut cæteri, fatebatur. Ergo pro isto locus singularior, si saluandus: & si damnandus, poena distinctior, si non habebat cum cæteris portionem. Et se præferens, cæteros iudicabat, denuncians raptores, iniustos, adulteros in agendis. Inspiciatur attentè ista peruersitas, & confidentia mala de iustitia presumpta proueniens, quod ueniens hic ante dei tribunal, in suo tribunali se posuit, ut semetipsum iudicans, à criminibus autoritate propria in absolutionem prosiliens, qui non erat ut cæteri, alios cõdemnans quod essent utique rei, in autoritate sua factus est aut dux, non in diuina subiectus. Ad iudicandum alios uenit iniuste, non ipse iudicandus utique iuste. Non peccus suum percutiebat in contritione factus pro culpa, sed omnium & socij peccata uelut culpabilia feriebat. Suorum oblitus criminum, alia iudicabat: aliorum oblitus aut ignarus bonorum, sua bona super omnia præferabat. Et quem habebat in templo & in oratione socium, aduerso animo condemnabat ex uitio, annectens ad sui laudem, aliorum condemnationem, augmentum ad crimen, uelut etiam hic publicanus. Sed ad quid orantem pro se, oportet aliorum peccata perquirere? Nam si orat pro se, ut quid decernit in alios? Si orat pro alijs, semetipsum non misereatur, cum in partem misericordiae, non iustitiæ, tendat oratio? Non iustitiam, non iudicium, sed misericordiam oratio deprecatur, siue pro se, siue pro proximis effundatur, & omnino iudicium deuitat, dicens: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Altum, sed ad casum, thronum conscendit, qui temerariè de alijs iudicat, semetipsum pro uelut immaculatum & immunem à delictis, absoluit. Non est ista oratio, sed iudicium: non supplicatio, sed superlatio pro presumpis iustitijs, & in proximis ignoranter uitijs exultimatis. Ad profundam ruinam se conuertit, qui ascendit ad iudicia cæterorum, imò & unius, prout iste de cernebat in suum in oratione socium publicanum. Igitur orare uolens, tempus & locum capiat, seipsum cum suis iniquitatibus statuens co-

ram domino, cunctas suas iustitias permittens, nil memorans boni suarum actionum. Etiam si bona sunt, commedatore non indigent, nec expedit ad memoriam eius reducere, qui cuncta nouit anteq̃ fiat. Ex quibus facta sunt bona, oratione non indigent: sed orare expedit, ut futura bona proueniant. Non ueniant in orantis iudicium animæ delinquentes, quanquam & pius sit orationibus humilibus iuuare omnes peccatores. Cuncta sunt abijcienda post tergum, ubi ante diuinum conspectum se statuit uerus orans. Quid hic malè orans habebat tractare de cæteris, nisi eos iustos & humilibus precibus adiuuare? Sed si uolebat orando prodesse, iudicare procius non debebat. Igitur aut orat pro se, aut pro quibuscunq̃ indigentibus, qui coram deo in fidei templo se asseruit, aut pro se tantum, in alios nec memoria seu aliquibus inuictiis presumpuose decernens. Non orat, sed iudicat: non laudat, sed blasphemam; non commendat altissimo uota sua, sed uituperat aliena, qui detrahit actionibus proximorum. Ne fas aliud fue peruersitatis annectebat ad cumulum, cum suas iustitias in orationis iudicium deduxisset:

ieiuno bis in sabbato, decimas de omni uni quæ possideo.

Non aperte memorat uerbi prophetici, quod omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatus. Nec iam euangelicus factus erat, ut nosceret quod etiam ex benefactis serui inuiles sumus, debitum nobis postum faciētes. Non enim se iactasset ex opere, nec bonorum commemoratio sibi fuisset ad culpam, si ex humilitate fecisset. Hoc enim fecit Zachæus, similiter & Paulus fecit. Ille, ut aduersus Christum murmurantes reprimeret, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Paulus uerò, ut inani ter gloriantes humiliaret. Hic autem phariseus, ut se super omnes extolleret & exaltaret, seipsum præparans ad ruinam. Scriptum enim est: Ante ruinam exaltatur cor. Sed sapiens orabat: Extollentiam oculorum meorum ne derideris mihi. Orare aduersus cordis superbiam expedit, quoniam facile humanus animus exardescit ad eam, ex qua demum exaltatus deicitur. Et extollentia intellectuum deuitanda, ne nobis aliud uideamur esse quam sumus. Et qui presumendo eleuant cor suum, domini dei obliuiscuntur, ac si seipsis, non à deo bona possiderent & facerent. De quibus per prophetam dictum est: Eleuauerunt cor suum, & obliuiscuntur mei. Seipsum, non deum, sufficientem à seipso aspiciunt, qui bona sua laudibus effert, cum non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Quam malè gloriando se iactat, quem infallibilis iudex non approbat. Proinde inquit Apostolus: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Non

1. Saia. 64.

Luc. 17.

Pro. 16. Eccl. 23.

Os. 13.

2. Cor. 3.

2. Cor. 10.

enim qui seipm commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Nemo iudex & testis & laudator esse debet operum suorum. Pauci enim sunt, qui sua propria non decipiant in causa. Proprium placitum in hominibus dominatur: aliorum discretioribus est: committenda iudicij. Quæ propter deum aguntur, ipsius sunt committenda iudicio, an laude, an uituperio digna sint. Probatus a seipso aut ab hoibus, coram deo reprobatus est, nisi commendatus ab ipso, qui opus quale sit, & intentionem quod tendat, & affectionem quantum inualeat, præcognoscit, qui etiam plus magnis affectibus quod operibus tribuit. A phariseo pharisaica processit oratio, ut diuisus à cæteris, orationem suam à uirtutibus sequestraret. Vocalis quidem oratio, non oratio vera, sed opus uirtutis est. Vir tus in habitu mentis, opus eius ad exercitium corporis spectat. Diuiditur plerumque opus à uirtute, ut nec à uirtute procedat, & opus uirtutis appareat. Ex intentione agentium operati dicantur. Intentio interna pondus operibus facit. Oratur sæpe, sed non ex illa uirtute orandi qua solim in deum intenditur, magis intentione placendi his qui foris sunt: Similiter & ieiunium agitur à plerisque. Ereptione siquidem ex publicano humilis orandi forma obijcitur, qui uelut phariseus ingressus in templum, ad propiciatorium non appropinquauit, neque ad secreta uelamina & ad sancta sanctorum: sed à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Domine, propicius esto mihi peccatori.

¶ Aut iste publicanus ex Iudæis erat publicis officijs deputatus, sicut & Mattheus, aut ex gentilibus ad hoc per senatores Romanos rei publicæ ordinatus. Quoquo modo se haberet ordo rei, officium uidebat in crimine. Aut sola parabola est sine ueritate gestorum, quanuis seriem acceperimus, in idem redit secundum intentionem & sententiam saluatoris, qui uolebat ordinare humiles, & humiliare superbos. Ingressus ille templum, scilicet Salomons ex licentia, qua cunctis ad orandum patebat introitus, ut ipse, dicato templo, à domino postulauit. Ingressus quis orare patrem, uolens catholicæ fidei templum de communi dei licentia, qua omnes inuicantur ad fidem, & typum portet in anima & corpore publicani. Sret à longe considerare humili, & in seipso propria reputatione uilescat, quia longe sumus à deo, infinito interiecto spatio naturarum. Ille deus, nos homines: ille immortalis, nos mortales: ille iustus, nos iniusti: ille pius, nos iniqui: ille beatus, nos miseri: à natura aut uoluntate constitimus, quanuis ex unione naturarum sit facta quedam propinquitas. Sed nec ille desti-

tit esse quod est, nos desuimus esse quod fuimus. Longè itandum, quia peccata nostra sunt que diuiserunt inter nos & deum. Longè, quia à lege eius longè facti sumus, quando per impietatem à deo recessimus, conuersi ad nos & ad delectatiam forinsecum sensum, recedentes ab ipso, in terra scripti sumus, & ad illam inclinati, presens si desuper pondere peccatorum. O quanta magnitudo inuisibilis spatij nos ab ipso fecerit, si mente rimamur indignitatem nostram, in qua nos culpa traiecit. O quam ineffabilis longitudo, ubi nulla cõuentio lucis ad tenebras, Christi ad Belialicos, uirtutis cum iniquitate! Vbi quod nobis æque deus adest, nos autem ab eo mortis bus & affectionibus elongamur, non terrenis spatij, neque marinis distantijs. Ac per hoc longè se mente stant ille, qui pro suis abrogandis criminibus orat & misericordiam precatur, in profunda contemplatione factus suis ipsius, quis ex natura, qualis ex culpa & affectione consistat. Attamen ista elongatio humilis, propinquitatem facit ad deum, uirtute quidem, quæ maior est uisa quod corpora, cõnexionis & cõiunctionis habet. Beatus ergo qui nouit cum odio facti, quantum à deo recesserit in regionem longinquam, nullam imaginem bonorum habentem, solim tales recipientem, tenentemque incolam omnium brutorum animalium in similitudine conuulentes. Initium repedandi ad patriam dulcem, si qualis cognouerit, quam in amarum & remotam recesserit. Sequitur: [Stans iste sic à longe, nolebat nec oculos ad cælum leuare.]

¶ Mos antiquorum oratorum fuit, & Christus aliquando seruauit, ut orantes, oculos leuarent in cælum, uelut in altum locum, ubi se dere deceret altissimam maiestatem. Fecerunt hoc quam plures sancti patres ueteris testamenti: etiam gentiles ad cælum leuabant oculos, cum suos deos deasque in suis opportunitatibus precarentur. Et summum deum esse in cælis, imò super cælos, ab omnibus nationibus creditum est. Et Dauid aperte differuit: Ad te leuauit oculos meos, qui habitas in cælis. Et Ieremias tremens ait: Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælos. Ex multis & in multis perspicue ostensum est, ad cælum ueros suspicere oratores, in designatione quod quauis deus ubique sit, ibi maxime ob excellentiam loci quo minime indiget, ob ostensionem quod in altissimis habitat, & ad illa humanis inuisibilia loca homines inuitat. Sic ex inuisione atque doctrina cordibus hominum infusum est, & ut quodam presagio auelli querant homines à terrenis: quia cælum cæli domino, terra autem dedit filijs hominum. Sed uera militas arcet, & priorum facinorum consideratio uetat, ut nec oculos leuemus in cælum, ad illam scilicet regionem, quæ nobis aliquo naturali aut ciuili iure non competit. Ut quid

mortalibus & miseris lares immortalium & beatorum oculis fatigare? Ignoro quid magni no uerit iste publicanus, quod nec oculos uoluerit ad cælum leuare, quod non solum homines, sed etiam incuruati in terram animalia intuentur. Edidit & reliquit oratoribus posteris ipse doctrinam, qua humilitate cum orationem accedimus, reprimamur, cum nec uoluit oculos ad cælum leuare. Legimus etiam anachoretas & quam plurimos conuictas orantes, nec ad cælum ob confusionem scelestæ, ob indignitatem, ob humilitatem, nec oculos leuantes in cælum, uelut illius patriæ offensores, & indigni existentes aspiceret lares mundorum & immaculatoꝝ spirituum, qui altissimum ab initio inculpate seruiuerunt, neque dei uoluntatem facientes in terris, sicut in cælis agitur & impletur. Sed quanto magis oculos corporis ex humilitate submittebat, tanto amplius interiores oculi leuabantur. Et quanquam Psalmista decanter, Ad te leuauit oculos meos, qui habitas in cælis, sic intelligendum est, quod auxilium & omne beneficium nostrum aliunde nobis prouenire non possit, neque postulandum sit ab alijs dijs, præterquam ab eo qui habitat in cælis, non situ corporis, sed in plenitudine ostensæ maiestatis: attamen paræ aut nihil uidentur alta sapientibus & hominibus curiosis, actus corporales ad diuinum cultum exhibitum, non aduerentes quod mentis qualitas qualificauit & corpus: & sicut ipsa consistit, ipsum consistere fecit: & pro signis sunt ostensiones qualescunque forinsecæ, cuiuscemodi existant inuisibiles animæ qualitates. Et corporaliter uirtuosos actibus colendus est deus: etenim ipse ad nos non solum studio mentis, sed corporis exercitio factus est. Aprè igitur iste publicanus mente iam ex male actis contritus, oculos non leuabat ad cælum, cuius habitatio rem summum & sibi assistentes, in terra ostenderat. Proinde discrepans à legibus cæli, cur aspicit cælum, in quo ueterem posita seruant sidera legem, nulla inobedientia irritatam, super quod angelorum coctus coram æterno deo inoffensibiliter gratulatur? Quæ iura cælum aspiciendi hominibus competunt, creatione, conuersatione atque affectione terrenis? Sicut ne solutæ inimicitia, quas cum deo supernisque ciuibus nostra prauitate contraximus? Multam moderationis materiam posteris præbuit publicanus, magis uero Iesus suo commedens ore ipsius humilem actionem. Qui longè stans, oculos nec leuans, percutiebat pectus suum, dicens: [Domine, propicius esto mihi peccatori.] Percutiebat pectus, non ut exteriorum corporis aliquam partem magis delinquentem, sed uelut sub quo quiescit inquietum ad mala hominis cor, omnium malarum actionum fontale principium, à quo exeunt quæ homines natura bonos inquinant. Et mos contractus est apud

fideles in ecclesia sancta dei, quod poenitentes pectora sua tundant, in seipsos culpam, non in alios reflectentes, & punientes quodam modo quod animo deliquerunt. Et solerti uerbo dictum est, quod percutiebat pectus suum, non alienum, non in alium refundens culpam, non causam, non occasionem, non suggestionem fanaticam, sed seipsum criminans, qui si nollet, nullo pacto peccasset. Multi enim sumunt scutum priorum parentum excusationis impropria, suspendentes ad collum, allegantes excusationes in peccatis, quas à se declinari petebat Dauid: Non declines cor meum in uerba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. In deum, quod sic uoluit atque permisit, sic naturam fragilem fecit: in fatum, in fellas, in proximum, in necessitatem, in consuetudinem, in exempla malorum, culpam quod malefecerint inferentes: nec suum pectus percutiunt, sed suffugium indecentis excusationis inquirunt. Sed mentitur iniquitas eis, duplici baculo repercussis, ut nec excusatio in peccatis locum habeat, quæ sola uoluntate delectante aut consentiente sunt, quæ nulla lege, aut imperio nisi diuinis astringitur. Nec poenitentes dum excusant, misericordiam consequuntur. Apud terrenos quidem iudices, qui plerumque ab ignorantia detinentur, in aliorum causis diiudicandis, sæpe opportuna est excusatio aliena uel propria, ne innocens poenali sententia inuoluatur, sed apud deum infallibiliter omnia cognoscentem nulla excusatio expediat: nulla tergiversatio congrua, nulla in excusatione uerborum urbanitas opportuna: quoniam alia scientia sibi non potest inferri de rebus quam ab æterno habuerit, qui nouit omnia sicut fienda erant antequam fierent. Neque ut homo iudicat uerus deus, qui æque falli & fallere nequit. Igitur si mala commiseris, quid excusas? Quid autem trepidas, si non feceris? Ad huius peccatoris publicani imaginem unumquodque percutiat pectus suum, conterens in animo semetipsum, solim se afferens suorum malorum actorem sine admixtione consortij aut excusationis impropria. Veruntamen multi sua pectora tundentes, mole contriti præactorum malorum, sed nec submouentes occasiones & causas, nec cautelam preparantes ad postera, nec semetipsos ad optima disponentes, confirmant uisionibus peccata, non remouent. Expediat autem ad remouenda peccata, & ad profore factis misericordiam consequendam, cum mentali poenitudine atque uisione peccatoris, occasiones & causas remouere malorum, & in causa rela maxima fieri pro futuris, & opere susceptibilem fieri antedoti uirtuosi. Adiecit etiam iste publicanus ad tres corporales actiones, per se uerbum, dicens: Domine, propicius esto mihi peccatori. Constitetur dominum

omnium creatorem, confiteatur propitium: confiteatur creaturam se esse quam fecit, dicens, mihi: confiteatur malum quod ipse apposuit, adiciens, peccatori. Ac si diceret: Omnium deum uerum dominum meum uoco, & peto esse propitium. Propono quid fecisti, & quid feci. Tu me fecisti, ego me peccatorem feci. Ergo per te remitte quod feci, propter id quod tu creando fecisti. Si peccatorem solum aspicias, quem ego feci, damnabor: si me uero quem tu creando fecisti consideras, propitius eris iniquitati meae, ne deroges creaturae tuae. Non solum allego quod feceris, quia culpa exactione carere: nihil enim maculatum facere potuisti. Propitiatione non indiget quod culpam non habet. Nec distaxat alio lego quod feci, quia dignum est a propitiatione repelli. Vtrumque connecto petens, mihi peccatori domine propitius esto. Fidelis iste seruius, & omni acceptione dignus, ueritatem confiteri, existentem scilicet creatum & peccatum: creatum dei, & peccatum hominis: creatum mihi, peccatum peccatori: ut ex humili confessione ueritatis, gratia exauditionis obueniat. Quid enim est homo, nisi creatura quaedam digna facta, summe donata, pro eo quod in sua editione imaginem sui creatoris accepit, non in uisibili, sed in inuisibili parte, ut esset spiritus incorruptibilis, immortalis, libera in arbitrio, quaedam eluxio diuinae bonitatis in terris, prout separata substantia erat in caelis, apra unioni diuinae, qua in fine seculorum accipiet receptaculum diuinorum charismatum, cui demones ad exercitium, angeli ad custodiam deputati sunt, susceptibilis ex demeritis poenae, pro merito gloriae: tantummodo a deo diligere potuit, ut pro sua redemptione illum ascriberet factus poenae: Quid autem peccator, nisi omnium horum ut est in se, destructor & dissipator, auertens se a potioribus, sed ad minora conuertens, propria delectatus potestate, sui abiciens legem dei, propter se contemnens deum, propter quem contemnere debuit semetipsum? Proinde uide me factum tam dignum a te, & peccatorem tam malum a me, pro quo edo precor: Propitius esto mihi peccatori. Remoue ad ditum, conserua creatum. Proculdubio misericordiam accipit miser, si suam miseriam cognoscendo, etiam in dei bonitate confidit, & exposcit humiliter quod necessarium nouerit utiliter, quoniam non obliuiscetur misereri deus, neque continebit in ira misericordias suas, secundum quas Dauid petiuit sibi ueniam dari, & obtinuit cum dixisset: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnam porro confitebatur miseriam, quae dei precabatur misericordiam magnam. Super in firmitate magna, magna medicina deposcitur: & medicina magna, magnitudinem infirmitatis arguit. Et cum ipse Dauid dicit coram Na-

psal. 67.

psal. 50.

chan, Peccaui, audiuit ex templo: Trastulit deus peccatum tuum a te. Et, non uult deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et de ipso scriptura dicit: Misereris omnium domine, & nihil odisti eorum quae fecisti, dissimulans peccata hominum propter poenitentiam. Manu uero tuorum & humilium semper tibi placuit deprecatio. Quam obrem saluator parabolam coaptauit, superbos & in se confidentes, a pernatoresque aliorum refellens, & humiles in uirtute firmavit, dicens: Amen dico uobis, descendet hic iustificatus in domum suam ab illo, scilicet publicanus humilis a pharisaeo superbo. Unde iustificatus: Quia se cognouit inexcusate peccatorem, neminem a se sperans, non in se confidens, & solum misericordiam dei implorabat, quem deus iustificauit ex misericordia, non in inspecta peccati miseria, ab illo pharisaeo remanente in altitudine cordis sui. Ratio autem irrefragabilis subinfert:

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Exaltatio a seipso ad casum fit, & eo profundius, quae excelsius affectata sublimitas. Nemo a seipso assumens honorem, dignus est illo, magis uero priuandus. Si bonus est homo, cur sublimia petit? Si autem malus, deprimi, non exaltari meretur. Si bonus est, uirtute quae bonus est. Virtus nihil extra seipsam quaerit, ratum tenens unum esse positorem eius, & retributorem infallibilem actionibus eius. Ac per hoc apud homines nihil quaerit, qui ex uirtutis actionibus sperat a deo. Nec dicenda est uirtus digna caelestibus, exaltationem apud homines quaerens: & de propria uirtute praesumere, non est pro uirtute, sed pro uitio iudicandum. Quid igitur res, & ex quo, & ante quem o homo te exaltando pretendis? Vtique quod Ignoro. Ex quo? Ex natura, substantia propria, copia rerum, ex adiectis qualitatibus? Horum nihil a te, haec penitus ab alio accepisti. Ante quem uerò? Si ante homines, uirtutem perdidisti & praemium, cum uirtus non sit ad homines, sed ad deum: & fallunt, & falluntur humana iudicia: deus autem impassibiliter se habet ad haec. Si ante deum, in uacuum laborasti: nouit enim infallibiliter omni te depreffione aut exaltatione dignum. In iustitia iudicabit, nec ex dilatione praeteribit ipsa iustitia, nisi mutatione illam praueueris in alteram partem. Cur igitur in conspectu domini te exaltas, qui neminem magnificat nisi dignum, neminem a se repellit, nisi indignum? Ex uoluntate propria ima petens, ad sublimia extollere, non impatiens animo iam depreffus. Aliud enim est, ab alio humiliari: aliud, humiliare seipsum. Primum dupliciter laedit, si defuerit uoluntaria patientiae uirtus: secundum uero semper ad

2. Recl. 1. Recl. 1. Mat. 23. Luc. 14. indigui. Mat. 18.

praemium referatur. Ipsa protinus saluatoris hic & alibi nobis est patrona sententia: quia qui se exaltat, humiliabitur: qui uero se humiliat, exaltabitur.

De parabola posita pro orationis instantia, secundum Lucam.
Cap. XXVI.

Christus est, quae natura homines facti sumus, uoluntate nostra mali, gratia dei iusti, diuina opere indigni, nullam ex nobis sufficientiam, sed defectum habentes. Et nisi absterferimus quod praua uoluntate contraximus, iusta in nos poena defuerit. Igitur ut quod sumus natura, seruetur: & quod mala uoluntate addidit est, depellatur: Sicut iusti ex gratia sumus, dei misericordia & adiutorio indigemus. Et ut defectum in partem alteram transferamus, oratione penitus opus est, ex qua magna nobis conferat autoritas, ut nobis feciales alij necessarii non sint, si reconciliari petimus apud deum. Vnusquisque per seipsum post illam summam medicinam aeternam atque fecialis in humanitate per crucem tractatam concordiam, per orationem ualeat inimicitias inter nos & deum tollere, prohibere contrarium, & obtinere quod expedit: ueruntamen si perseverauerit orauerit, & si non desiterit, etiam non auditis, inhaerenter mentis praesens, quod aut suum uotum, aut melius in tempore, in loco, in facto pro ipso accipiet ab aeterno deo aeternum decretum. Saepae quidem in hoc opere de oratione tacitum est, sed hic solus quod saluator uidetur intendere, scilicet orationis instantiam, inquiramus.

Quoniam oportet semper orare, & non deficere. Oratio, si ad quem fiat, orantis defectum arguit, aut quia patitur quod molestat, aut quia non habet quod expedit, nec non & copia eius cui exhibetur, quod possit utrumque depellere. Quae tandiu est agenda, donec mala passio depellatur, & praestetur expediens. Et quoniam indeficienter exterius & interius nos undique mala premunt, indeficienter oratione expedit exhibere. Nec adhuc degentes poenaliter in hac uita mortali accepimus terminationem uotorum, neque aliquid uleat uelimus, imo nec uelle possumus praeter illud summum bonum quod uel le hominum terminat, non fastidit quin semper habere uelit. Innumerabilia quidem sunt praemia mala, maxime illa inuisibilia, quae infert inuisus hostis antiquus, sagax animam suis fallacis auertere a uero & summo deo, impellens in illam superbiam, ut non eleuetur unde & qua ipse deiectus est. Nunquam ab hac uexatione quiescit, studens animas hominum illa sagitta confodere, qua ipse non ab alio, quae a seipso, confossus est. Et philargyrii laqueis irretire conatur, & intemperantia sumendo, & lubricitate brutali inquinat uisibile & inuisibile.

nostrum. Succedit ignem furentem in naturae confortem, & tetra caligine uidendi caedio proximum atque fratrem, totum esse nostrum inuoluit, ad repiditatem & negligentiam inclinans uiriliter nostram. Et nos ipsi etiam sine demeritis facti sumus demones, seductes, imo inducentes nosmetipsos in cogitationes & actiones ira dignas. Obicit se nostris sensibus cum suis amonitionibus mundus, trahens eos in concupiscentias suas, quos anima male cauta postsequitur. Et sociata cum eis, sed & delectata in eis, cum mundo posito in maligno dulcia patet, trahit, futuras & horredas amaritudines paritura. Saepuerior uero, sed appareret amonitum praeter ceteris seipsum unusquisque patitur hostem: a quo quis erutus, unde alios timeat uisibiles se inuisibiles, non habebit. Multa etiam molesta mundus habet & inferit, & caro nostra uarie fauciatur, ut saepe faciat exorbitare a uia in superna tendentes. Haec incessanter fiunt ad nos, ut nec sine bello spatium uitae praetereat, nec dormiens requies accipiat agonista. Nunquam & nusquam in seculo pax est ab his rebus hominibus super terram. Ergo bella insunt, pax abest, hostes prohibere non possumus. Importuni sunt aliqui, uisi & cogniti, alij, nec uisi nec cogniti, & quae parte insiliant ignorati, alij muti, solum ex aspectu laedentes: alij, amoni & dulces, nos ipsi existentes. Quos oes nec ualeamus aliquando nostra uirtute subactare, non cessantes nobiscum eregione habere congressum. Proinde oportet orare ad illum, & non deficere, qui de caelo solus praestat auxilium ad tuendum. Paucis aut nullis dedit de tam multiplici hoste uictoria, cum usque quae anima excludat a corpore, non quiescat a spiritibus bellis: sed hostium reprimat uires ne uincant, nobis uirtutem resistendi tribuat ne uincamur. Tota uita hominis est militia super terram, ut semper orare oporteat, non ut tales hostes eorum nobis intereant, sed ne super nos suis uiribus inualescant. Nec inuisi diuina uirtute ab hostibus huiusce modi existentes, sic superna concessimus, sed inclinatione uirtutum, qui non concedunt exemplum, nisi quis orando dator exoptulet. Omnia sunt opportuna oratio ineffabiliter importuna. Nec sic intelligendum est, ut nulla sit inter capedo temporis ab orando, cum & sopor interdum opprimat, & assumentibus cibis sit ad ualeudinem, & spatium expediat ad quietem, & plures cogantur inuitabiliter ad labore: sed quae intentio nostra sit ad illum in omni uita nostra, & quae tempus lucis atque tenebrarum non praeterat, quin in aliquo sui spatio coram altissimo animo & corpore assistat, ad orandum illum pro expediendis nobis in miserationibus suis. Et omne uirtutis opus factum a nobis, orat pro nobis: quo peragendo, oportet indeficenter intendere in animo ex immoto amore, in corpore,

ut se possibilitas offert. Nec est defectus orationis aut operis, ubi non est defectus ualidæ uoluntatis. Hac necessitate orandi p̄specta, in exhortatione facti, ad explanationem rei, saluator parabolam posuit, dicens:

Iudex quidam erat in quādam ciuitate, qui deum non timebat, & homines non uerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et uolebat p̄ multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi dei non timeo, nec homines uereor, tamen quia molestus est mihi hæc uisua, uindico illum, ne in nouissimo ueniens suggillet me. Ait dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit.

¶ Auget parabola fidem & exercitationem orandi, ut is cui precatio porrigitur, saltem impertinentem & alliditate uineatur facturus petitum deprecatis. Nec ad aliud parabola se uidetur extendere, q̄ ut inefficientem orationem pro uotis seu expeditiuis obrinendis faciat. At tamen mirum q̄ sub iudice iniquo exaudituro uiduam importunam, deū boni petentes exaudiret, insinuat. Horrēdū, nisi positionem negotij ad negocium, non p̄sonæ ad personā, epistolariæ assumamus. In similem horriditatem traicitur, q̄ orans petierit ultionem, quæ deus omnimodō sibi referauit, secundū illam sententiā: Mihi uindictam, & ego retribuam. Magis autē, q̄ exauditione data, horrēdam locutionem, imō sententiā facit. Nec inducimur à saluatore ultionem petere, qui & à quo iubemur oīa nobis illata dimittere, ut nisi dimiserimus, p̄ximis nostris ex corde, nec dimitatur & nobis. Et saluatoris sententiā in pleriq̄ scripturæ sententijs explicitis & implicitis mādāt & innuit, q̄ nisi aliena mala dimiserimus, nostra penitus non dimitti. Admirationem facit & tertium, q̄ ideo exaudiuit uiduam illam in petitionibus illius, ne suggillaretur ab ea in finibus eius, cū nec res huiusmodi assint domino, neq̄ possint. Insoluta ista prætereant. Solum id decernatur, q̄ orationem inefficientem ex hac parabola Christus astruxit, ut importuna oratiōe inclinatus est exauditioni iudex iniquus, quanto magis inclinabitur uerus & bonus deus? Et terrere uoluisse uidetur eos qui alios comprimunt, & arcere ne alios comprimant, qm̄ sicut iudex fecit uiduæ petenti uindictam, ipse faciet electis suis. Vnde subiecit:

Deus autem non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis: Dico autē uobis, quia citō faciet uindictā illorū, scilicet inefficienter ad se clamantium.

Veruntamē filius hominis ueniens, pu-

Deu. 32.

Rom. 12.

Mat. 6.

Mat. 11.

Mat. 18.

tas inueniet fidem in terra?

¶ Quia secundū fidem operibus sustinetur, priā uel alienā, fiet, & retribuetur cuiusq̄ mortalitū. Quærit filius hominis inuenire fidem, imō fidelitatem. Fides multis, sed fidelitas paucis inest.

¶ De parabola ficulneæ ad diuocentiam futurorum, secundum Mattheum, Marcū & Lucam.

Capit. XXVII.

Signa quibus non semper nec omnibus, tñ interdū & aliquibus penitentibus data sunt. Et seorsum etiā ab intentione penitentū, ut Iudæi sublimitatis signū querentes, infirmitatis acciperent, recōmendando Ionæ p̄teritū capipiscium pro Christi humanatione futura. Iuste qdē signa denegant optata: opportunē atq̄ utiliter petita, concedunt. Hinc cū multa pericula futura denunciarent à Christo, signū expressum & tactū expetitū est, si qñ talia eueniret. Et inter cætera de ficulneæ similitudinem seu parabolam posuit. At tamen potius inter similitudines hæc ponenda erat, sed sic dictum est:

Ab arbore ficu discite parabolam.

¶ Ficus absq̄ flore in fructus, p̄dit. Nec eius gemmæ prius in flores q̄ in fructus erumpunt: imō sic in fructus, q̄ in flores nunquam. Et inter cæteras arbores fructus edit dulciores, ut cum ad maturitatem perueniunt, interius & exterius mādi possint. Succus eius lacteus est, pruritum interdum & incendium facit. Parū durabilis fructus eius, nisi decoquatur ad solem. Ex huiusmodi folijs malè se rexit Adā, qdē de illa comedisset arbore interdita. Fecerunt enim primi parentes post peccatum perizomata ficus, excusationes quidem & regumēta uerborum, non de his quæ non fecerūt, sed de his quæ fecerunt. Nemo de eō quod nō fecit, nisi calumnia ingeratur, sed de eō quod patrat, timens poenam, suffugium excusationis inquirat. Ac per hoc in argumentum trahitur, q̄ sic uocata fuerit ab impositione Adæ uetita illa frutex, sed post peccatum, nomen scientiæ boni & mali in perpetuum acceptura. A qua saluator uoluit parabolam trahere ad ea quæ futura erant, ut sicut præuocata est æstatis, sic malorum tātorum crebrositas, regnū dei finemq̄ mundi denūciaret esse uicinum. Nam sicut tres euangelistæ referunt, multa præire pericula dicta sunt ante ultimum saluatoris aduentum, ut non solum in rei ueritate credantur ista fieri, sed etiam imuant, citō post sequi aduentum filij dei, de omni actione mortalium sententiā prolaturū. [Ab arbore (inquit) ficu discite parabolam.

Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia eius nata, scitis quia prope est æstas: ita & uos cū uideritis hæc omnia fieri, scitote quia prope est & in Ianuis seu in ostijs.

Mat. 24.

Mat. 25.

Mat. 26.

Mat. 27.

Mat. 28.

Mat. 29.

Mat. 30.

Mat. 31.

Mat. 32.

Mat. 33.

Mat. 34.

Mat. 35.

Mat. 36.

Mat. 37.

Mat. 38.

Mat. 39.

Mat. 40.

Mat. 41.

Mat. 42.

Mat. 43.

Mat. 44.

Mat. 45.

Mat. 46.

Mat. 47.

Mat. 48.

Mat. 49.

Mat. 50.

Mat. 51.

Mat. 52.

Mat. 53.

Mat. 54.

Mat. 55.

Mat. 56.

Mat. 57.

Mat. 58.

Mat. 59.

Mat. 60.

¶ Alius autem euangelista plus expressit: Videte ficulneam & omnes arbores esse producūt iam ex se fructus, scitis quia prope est æstas: ita & uos cū uideritis hæc oīa fieri, scitote quia prope est regnum dei.

¶ Quauis oēs addant arbores fructificantes ad æstatis præsalium, tamen arbor ficu præfertur in ea designatione quam prætulit Lucas.

Leuate capita uestra, quoniā appropinquat redemptio uestra. ut alta lætatiō consideratione filij dei expectetur aduentus, ab his duntaxat, qui eius redemptionis per sanguinē meruerunt esse participes; & hi qui satagunt fieri non interpositione apparentiæ uelut floꝝ, sed ilico sicut in bonorum operū fructu. Nec animo amaro sint in agendis, sed ferāt omnia dulciter pro sperandis. Et mature omnia fiant, ut exacta intentione atq̄ laudabili testimonio digna reddatur, ut maturus ficu fructus, interius & exterius placet. Qui si seruandus in longitudo decoqui à sole oportet: sic & opera nostra, si ad æternitatem in beatitudinem tentamus inducere, sub sole iustitiæ Christo supponamus, ut ipse sua uirtute p̄ficiat imperfectionem impiorum. Non enim opera nostra quibus digna, quæ in tempore & temporalibus & mortalibus facta, æternam beatitudinem fortiterentur, nisi Christus æternus dei filius sua potestatiua charitate solidasset & induxisset in beatitudinem illam. Succus lacteus ad puritatem trahitur, pruritum & incendium faciens, ut quadam impatientia semper in meliorem tendamus, si tam ex uicino dei filij præfolamur ultimatis aduentum, & si sic prope factum est regnum dei. Veruntamen sanè intelligētibus p̄spicuum est, q̄ alia contemplatione arbor ficu maximè p̄ponitur in futurorum parabolam, pro eo q̄ protoplasti post inficiabile malum ex eius folijs perizomata texerunt. Non enim illorum inobediētia tot malis spiritalibus & corporalibus illos & totum futurū genus humanū allcripsit, sed quæ texerunt perizomata ficus, scilicet excusationes in manifestis peccatis agentes, ut unus alteri, alter serpenti crimen imponeret, ut tandē culpa refunderet in deum qui tale animal edidisset. Porro seipos & posteritatem ipsorū, si in excusatione petiuissent ueniam, à tot malis atq̄ periculis absoluisissent, sine cūctatione humiliter supplicantiibus indulgisset illis deus, ut saltem extraductione culpa non esset, quibus libet potuisset suo arbitrio interire. Nemo in hac uita illam confirmationem accepit, excepto Christo, qui ad utranq̄ partē libero arbitrio uti potuisset: qm̄ nemo, præterquam ipse in mundo mortaliter degens, uiauit & comprehendit. Damnabilior fuit illa excusationis superbia, q̄ inobediētia prima. Crediderūt enim se te gere summo deo, & se ab ipso uerborum folijs

obuelare, cui nihil obtegi potest. Ficus igitur in parabola, ut sciamus unde mala, unde horrenda futura iudicia, unde Christi ad iudicium timentur aduentus; & amoueamus perizomata, quæ omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Itaq̄ nolite ante tempus iudicare fratres, quousque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū. Submouentur omnino perizomata ficus situro iudicio. Nec non & aliud intellexim ex parabola ficu, dulces fructus producentis: quoniam ex dulcedine mundi & carnis, cum excusatur, amaritudo magna exoritur; ex dulcedine uero uirtutum, beatitudo generatur, ut illa dulcedo ficu fructus, ad utranq̄ uitioꝝ atq̄ uirtutum per parabolam relata dulcedinem, prope credamus regnū dei, etiam in Ianuis esse Christi aduentum, qui de omnibus iuste iudicabit actionibus uirtutum atq̄ uirtutum, illis infimū poenale supplicium, alijs tribuens æternum & beatificum regnū. Vnde discamus ab arbore ficu parabolam, non tantum futurorū, sed etiam corrigendorum morū atq̄ agendorum. Magis nos Christus uoluit ex parabolis eius, bonis moribus esse instructos, q̄ præciosos futurorum. Quid enim rerum uenturarum p̄scientia ualet, si bonorū morum integritas desit? Non enim scientia saluat, sed uirtus. Itaque p̄maximè omnis diuina scriptura quomodo libet edita, malorum cautelam, & bonorū actionem insinuat. Sicut autem & ramus tener, & folia nata, & fructus producti ficu seu alterius arboris, ex quibus æstas uicina cognoscitur: hoc innuunt, q̄ dispositio prima mentis, folia cōfessionis, ædificationis & laudis, fructus boni operis, ad esse æstiuam claritatem & dilectionis ardorem atq̄ lucem æternam præsalgiat. Et ea similitudine multitudine malorū destruentium mundum, alia nouitate donandum, dei regnum proximū, aduentū Christi inremotū enunciant, ut affectus & mores mutant in melius, & alia uita requiratur ardentius.

¶ De parabola decem differentium uirginum, pro diuerso fine oīm electorū siue reproborū, secundū Mattheū tantum.

Capit. XXVII.

Hæc parabola non sic in rei factō, prout sonat litera, gesta est: sed fictionē sanctæ saluator innotuit, ut cautum faceret omne humanum genus ad futuram sententiam audientiam, qua pars hominum quasi ex portionibus æquis admittetur ad præmia, reliqua uero exclusionē patiet æternā. Sub uirtute uirginitatis, à saluatore parabola posita est, & p̄ cōsumatione seculi, qm̄ uirginē fecit deus humanā naturam in parētibus primis, sicq̄ seruatur ex corruptis genitoribus in nascentibus cæteris. Nec hoc corporale naturæ donum, ex propa-

Heb. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

gatione quæ agitur ex corruptione, propter peccatum ablatum est. Quod etiam in aduentu in carnem, supra communem naturæ propagationis usum, singulariter & miraculose se humanando monstravit; & ex uirgine natus, in se sua genitrice serauit; grandis factus, docuit; post missionem spiritus sancti, innumerabiles personas utriusque sexus usque ad mortem animam uic ad illam. Sed nec credendum est, quod sub illa uirginitate corporea in decem calculata uirginibus, omnis cœtus saluandorum atque reprobatorum sit inclusus. Sub alia quippe uirginitate in denario numero Christus parabolam posuit, sub illa uidelicet, quæ integritate fidei apud omnes gentes unus summus & æternus tenet & creditur uerus deus. Præsertim illi sunt intelligendi sub ista parabola, qui Christianæ fidei signaculum acceperunt, qui regnum cœlorum, quod est ecclesia militans, dicuntur, qui sponso Christo & ecclesiæ sponsæ, scilicet triphianæ, pro suscepta fide uenire obuiam possunt. Nisi quam & nusquam aliquis fecit obuium sponso & sponsæ Christo & ecclesiæ in hoc seculo, præterquam in signaculo fidei; nisi obuiatione ad impedimentum, aut acceperimus in contrariam actionem, quod hic nequit intelligi, cum omnes pulsauerunt, ianuam sponsi aperiri eis obnixè postulant: sed concionem illorum qui ex fide sunt, tantummodo capiamus, pro quibus sic parabola posita est.

Tunc (scilicet in fine seculi) simile erit regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes.

Regnum cœlorum est ecclesia peregrina, merito uocata regnum cœlorum: quoniam cœlestis est qui illam condidit, & ad cœlestia præordinauit atque uocauit, cœlestibus illam disciplinis instruxit, terræna propter cœlestia cōtemnere docuit, cœlestibus illam uirtutibus decorauit, sibi regna cœlestia repromisit. Necnon & regnum cœlorum præsentis transitus ecclesia dicitur, propter celata mysteria, in qua si facta creduntur, factorum omnium modi à mente celantur. Et propter sublimitatem quæ possidet à synagoga, quæ si cum ipsa in compositionem ducatur, terra est ipsa, cœlum ac omnes aliæ conciones, in quibus apparere potuit aliqua religio bonitatis. Denarius uero numerus, ad eos qui acceperunt diuinam præcepta tali numero prætaxata, quorum aliqui quinq; sensibus delectati, illa facere contempserunt, solum nomē uirginalis fidei reseruant: aliquæ cohibentes à prohibitis quinq; sensibus, animo & moribus seruauerunt. Omnes tamen acceperunt lampades suas, se parauerunt prout in eis erat, ad recipiendas diuinas repromissiones. Sed quinq; ex eis

erant fatuæ, quia se à forinsecis sensibus decipi permiserunt. Nihil stultius, quam se permitti suo damno ab inferiore deuinci, cui potest resisti. Quid ad maiorem fatuitatē hominibus afflicti potest, quam quod à quintupartita sensuum illecebra pessundetur. Merito scriptum est: Cor fatui uas contractum, & omnem sapientiā nō tenebit. Vas contractum liquores non retinet, nec cor fatui scientiam agendorum, nec nouit ca uere quod sibi possunt inferre iacturam. Nulla sapientia fatuo adest, qua se præparat in futurum.

Quinq; igitur fatuæ, quia fumentes lampades ad obuiandum sponso & sponsæ, oleum, id est, fomentum luminis, non sumpserunt. Non considerauerunt dei beneficia in oleo misericordie designata, gratis impensa mortalibus, ex quibus sapientes fierent, & sciret quid agendum esset pro receptis beneficijs in merito retributionis, uelut unus de sapientibus scire cupiebat, in quibus & dicens: Quid retribuā dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Consideratio beneficiorum, ad gratitudinem sapientem animam facit. Oleum non sumere, in hac considerationem non uenire penitus est.

Sapientes siue prudētes acceperunt oleū in uasis suis cum lampadibus.

Prudentes fatuarum eregione consistunt, ut quod illis defuit, istis alit. Quinq; ut fatuæ, describuntur: quoniam quinq; corporis sensus debita sapientia rationabiliter frenauerunt. Et obuiam sponso & sponsæ uenientes in fide suscepta, oleum in uasis suis cum lampadibus acceperunt. Hic lampades non pro uasis, sed pro luminis flammis accipiuntur. Nam si hic, ut supra de fatuis, pro uasis acciperentur, superfluum esset hic bis uasa replicare. Quis intellectus clarus hic extrahi possit. Acceperunt oleū in uasis cum uasis, si lampades pro uasis acciperent, quanquam & in alijs locutionibus in ista serie textus euangelici, etiam pro uasis intelligantur. Sed si me non fallit ista locutio, sensus huiusce modi est habendus: [Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum luminibus.] Nam & lampades uisæ sunt in monte Sina in datione legis, & aspectus quatuor animalium, quasi aspectus lampadum. Nam lampades in monte, luminosæ flammæ. Et quatuor animalium aspectus, ut aspectus lampadum, uidelicet luminosarum flammarum; quoniam illa lex ignea fuit & luminosa præ cæteris alijs, quousque quatuor animalium appareret aspectus. Et quoniam calorem habet ignea flamma, dei charitatē ostendit, quæ dedit legem retinentem populum ne ab ipso deflueret. Et lumen & charitas est in quatuor animalibus. Et luminosæ flammæ sunt in uasis prudentium, & oleū quod luminis est fomentum, ut intelligantur in uasis animæ, quæ receptacula sunt diuinorum beneficiorum. Et omnes nascuntur

uasa iræ, sed efficitur uasa misericordie. Oleum, est ipsa pia consideratio acceptorum, similiter & promissorum. Lampades, flammæ bonæ intelligentiæ & charitatis sursum tendentes sunt; lumen, quo recte gradiamur; calor, ne tepescamus.

Morā autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.

Mora sponsi in id quod ad iudicium futurum pertinet, & in cunctorum mortem & in resurrectionem traicitur, quod post uocationem suam & post acceptam ab hominibus fidem, omnes dormiunt & quiescunt in uoluptatibus proprijs & actionibus uoluntarijs, & tandem penali morte sopiuntur. Et ipse sponsus moratur, expectans emendationem, daturus mortem, & demum iudicium peracturus.

Media autē uocē clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei, à prima obuiatione fidei. Nec amplius sponsa memoratur, sed solum sponsus in actionibus mysteriorum huius; quoniam non ad sponsum, sed ad sponsum spectat sententiæ ferendæ iudicium. Nec sponsa beata iudicabit; sponsa uero militans, in his decem signata uirginibus, ad iudicium est uentura. Media nox, profundam ac omnimodam ignorantiam arguit futurorum, maxime temporis quo iudicaturus adueniet: quia de die illa nemo scit, neque angeli eius in cælo, neque filius, nisi pater. Et tanquam fur in nocte ita ueniet. Similitudo Christi ad furem, non est personæ ad personam, neque negocij ad negocium, sed tantum temporis ad tempus, ut sicut fur nocte in furando, ut nesciatur, expectat, sic Christus iudicij tempus per ignorantiam à mentibus omnium abolebit.

Clamor factus, in uocationem auditionis ostendit, quod tamen ualidus erit in tubicinio angelorum, quod ab omnibus ineuitabiliter audietur, denuncians sponsum repente uenturum. Et tria hæc sic connexè obuenient, ut neutrum ab altero ex differentia temporis discernatur, scilicet clamor & resurrectio corporum, & aduentus peracturi iudicium.

Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, boni & mali, & ornauerunt lampades suas.

Surgunt potestate tonantis in sua uirtute mirabiliter. Ornauerunt seipias uelut uasa, parantes recipere non merito præmia, imò diuina bonitate atque largitate donanda.

Sed fatuæ uidentes se uacuas oleo, priuatas lumine, sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur.

Merito fatuæ: quia quod eis futurum erat, præuidere nescierunt, illecebræ terrenis illecebris: sed tarde sibi prouidere uoluerunt, quoniam amplius tempus non erit. Magis autem præter omnem rationem,

si de alienis bonis se fulcire satagebant.

Fatuitas est, tempus non præuenire per tempus, ut possibilitas ipsa permittit. Fatuitas est, de aliena iustitia in conspectu dei patrocinium querere, qui solum iudicabit ex proprijs, ut nemo ex aliena, sed ex sua damnetur nequitia; nullus de alterius, sed per misericordiam dei de propria iustitia coronetur. Et si per seipsum coges unumquodque reddere rationem, ius in parte uel totum aliorum aliquis non accipiet, nec quibusquam transferre ualeat aut poterit in alterum iura sua. Date nobis fatuis, nunc factis sapientibus & cognoscentibus fatuitatem nostram, de oleo uestro. Oramus uestris meritis adiuari, quibus propria defuerunt, quibus nulla suppetit alia copia euadendi, quia lampades nostræ extinguunt, oleum misericordie & considerationis bonorum fomentum luminis non habentes. Lampades hic uasa seu flammæ intelligi possunt, ut uasa priuantur lumine, aut ipsæ flammæ ueritatis & charitatis in nobis penitus sunt extinctæ.

Responderunt prudētes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis.

Ideo prudētes, quia uidere sibi nouerant optime in futurum. Et nunc in sapientia dant responsum. Nullius hominis iustitia, excepta iustitia Christi, sufficit nisi sibi; alioquin ex hominibus hominum potuisset esse redemptio. Ac si sic responsio inferretur: Bona nostra non sufficiunt nobis & uobis, imò deficerent protinus nobis, nisi dei misericordia pro precium sanguinis subueniret, suppleretque defectum. Ite, nihil expectantes à nobis, sed ad uendentes potius, & emite uobis. Dono non inuenitis suffragium, experimini si saltem commercio inuenire ualeatis. Non instruum nec exprobrant, quia tunc nulla doctrina utiliter instruit, nec electorum est, ex superbia infra se positus exprobrare. Sed quod sicut dicendum esset, sic à saluarore dictum in parabola est ad cautelam presentium hominum & posterorum, in adeptione bonorum, deuotione futurorum malorum. Nec in illo extremo iudicio erunt commercia rerum. Sed uendentes hi sunt intelligendi, qui male in ista uita consulunt, male dicunt, male sociantur, nequiter laudant uitam male agentium.

Dum autem irēt emere, uenit sponsus & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.

Quomodo igitur ire ad emendum dicuntur, si tunc commercia nulla erunt, nisi quod reprobandæ animæ in consideratione tunc ueniunt, si poterunt habere aliena subsidia quæ diuinis atque proprijs caruerunt. Paratæ intrant ad nuptias paratas in supernis, quoniam illæ supernæ nuptiæ non sunt paratæ, nisi in hac uita ante paratis.

Claudatur ianua, quia immutabilis est iudex, cum definitivam sententiam dederit, neque ab ea potest haberi appellacionis suffugium.

psal. 147 Clauditur quidem ianua iuxta illam sententiam: Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Firmabuntur pualida serae supernae civitatis, ut ab ea ex eis non possit aut velit egredi, per dei misericordiam & per accessam iustitiae lampada inromissus: nec quisquam inromitti possit, etiamsi velit, indignus: quoniam sic in illa benedicti atque confirmati sunt filii, ut non possint exire, futuri ab ea iterum peregrini, nec ad eos intrare dissimiles. Et hoc manifestat quod sequitur:

Novissime vero veniunt & reliquae uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico uobis, nescio uos.

Quae nuper ueniunt, non recipiuntur: quoniam eo tempore quo inuitabantur ad nuptias, non ingredi uelut imparatae meruerunt, non habentes propria merita, declinantes ad aliena, maxime ad illorum, in quibus deceptae sunt. Applaudunt uerbis, ingeminate dominum uocant, aperi petunt ingressum, uelut omnem locum credentes inscienter habere poenalem, nisi a sponso ad nuptiarum sedilia inromittantur. Negatur eis introitus, ut ignota a cognitore omnem repelluntur, eo demerito quo fomentum luminis, id est, cognitionis & charitatis oleum habere noluerunt: quoniam ignorans ignorabitur, & nesciens nescietur. Nec ista gesta corporum atque morum, sic accipienda sunt facta uel fieri: in multis enim repugnancia est a litera ad rei ueritatem, & a rei ueritate ad literam, si prout litera prodit, facta credamus. Sed parabola est a Christo saluatore inuenta, pro his quae in diuino iudicio celeritate iudicis, & ex apprehensione subita intellectuum exuelatorum, in approbatione honorum & malorum reprobatione, confestim & sine mora quasi temporis fient. Et si aliquid interiacetur tempore creaturae, quae non agit aut patitur nisi in tempore, quoniam deus facit sine tempore, modicum tamen erit. Vigiles & prudentes, oes uult esse omnium salutis autor. Proinde parabolam solertis prouidentiae atque admonitionis uerbo concludit, dicens:

Videte itaque uigilate & orate, quia nescitis diem neque horam, quando tempus sit.

Non uult percutere, praecauter monens: non odit, sed diligit qui instruit ad uitanda pericula. Pius est iudex, habens in manu iustitiae rhomphaeam, qui non uult inuenire quem puniat, omnimode nitens sic solertes esse subiectos, ut nemini rhomphaea sit ad poenam. Hinc pius omnium iudex praemonet ante uidere, uigilare mente, orare aduersus inuisibilia mala, & pro his quae ad cauendum expediunt istam

iudicis, & ad intrandum ad nuptias regni dei. Quia nescimus diem neque punctalem horam illius ultimi temporis, quando amplius tempus non erit, quoniam tempus non sit, post quod aeterna beatitudo uel seua poena erit.

De parabola proficiscens accipere sibi regnum, tradentisque talenta siue mnas in exactiōe meritorum, secundum Mattheum & Lucam.
Cap. XXI.

Nihil deus ociosum dedit hominibus, aut impertinens, aut inordinatum ad debitum finem. Nec ea ratione factus est homo, quae & animalia ratione carentia. Et cum primus homo in paradiso Eden positus esset, in foedere quod dem, ut operaretur & custodiret. Agunt super caelestia, caelestia, subcaelestia & terrestria naturaliter operationes suas, etiam illa quibus nullus sensus inest: sic & natura faciunt habentia sensum: homines uero, natura & arte operantur. Sed in eo quod supercaelestibus similes sunt, & ad imaginem dei facti, operatio ab eis exigitur in natura cum arte illa, qua aetate coeunte percipiunt de seipso in seipsum, sed tradente homine, de seipso docente. Illam quidem dixerim artem uirtutum agendam, qua possimus in suprema conscendere, ueluti creatorem, nostrorum consimiles, non illam qua mechanicè pro uitae diuturnitate in hac uita hoies operantur. Ad quam operandam, dominus omnium cuncta expedientia hominibus contulit, ut non sit occasio feriendi usque uerum sabbatum erit. Et dire atque inuitabiliter ab omnibus exigitur, quid acceperunt, quid uero fuerunt operati, ac, si addiderunt lucratiuo commercio ad dona suscepta. Nec iuste ab hominibus fieret exactio operum, nisi credita suscepissent. Ex creditis quidem nobis, in opus deducitis, aut ociose retentis, rationem reddere compellimur: ut si sic operati fuerimus cum datis & acceptis, ampliora recipere mereamur, aut auferri data & inutiliter accepta. Poterat enim omnipotens deus hominem, sicut & angelum facere, ut absque talibus actionibus fieret beatus & deitatis inspector: sed angelus laborauit in illa conuersione, qua se irreuerterabiliter conuertit ad deum, alio sic non operante, sed descendente in barathrum. Non autem nostrum est perquirere, cur sic deus non fecit, sed operari uult, non sua, sed utilitate nostra, cum bonorum nostrorum ipse non eget. Voluit penitus nobis sui participium dare, imò totum iuxta capacitatis mensuram. Sed ordinauit quaedam operationis iustitiam, ut operemur in his quae gratis dedit, ne illam beatitudinem habeamus omnino gratis. Gratis quidem data sunt dona, non tamen gratis dabit in patria. Sed quoniam operibus nostris quantum libet magnis, illam mereri neque ueramur, ipse unigenitus dei filius in humanitate assumpta, uoluit mereri pro nobis, qui co-

operatores secum inquit, largitus etiam illa supra naturam charismata, quibus ei cooperemur, ut ex donis datis gratis, agamus, ne auferatur a nobis ingratum. Et ut ista operandi dilectio cordibus audientium tenacius imprimeretur, posuit in saluatore ipse parabolam, quae simpla est aut dupla, cum aliter ipsam Mattheus, quo ad tempus & ad negocia, & ad ipsa uocabula, diuersè Lucas recitare uideat. At si simpla est siue dupla, una expositione claudet. Dixit ergo:

Sicut enim homo peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam uirtutem. & profectus est statim.

Aliter Lucas:

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuertit. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negociamini dum uenio. Cuius autem eius oderunt eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus huc regnare super nos.

Homo nobilis, est dei filius factus pro nobis homo, cuius nobilitas ineffabilis est ex utraque natura, quia ex diuina & aeterna, ex humana incorrupta & immaculata in ipso, non ex humano semine in ipso conceptu sui, sed ex alio spiritu, quantum ea quae sunt administrata maternè, fuerint ex traduce uerissima diuini spiritus sanctificatione apposita in maternis, ut iam maternae uisceribus preparationes ad conceptum uirginem, non haberent protoplastorum demeritum in damnata & perpetua poenae, sed uirtutem spiritus sancti in sanctificatione. Necdum ex hoc nobilitas humane, sed quia ipse humanae naturae decor natus ex uirgine. Insigne quidem singularis nobilitatis, & singularitatis nobilis est, quod quis in humanis ortus sit ex uirgine matre. Sed hic tam singulariter nobilis, & tam nobiliter singularis, peregre proficisci uoluit, dum abstracta a mortalitate communis ueram resurrectionem, ut iterum non moriatur, nec mors sibi ulterius dominetur, dum ascensionem a mortalibus separatus, cum coelestibus substantiarum separatarum atque beatissimè sociatus est. Sed hoc actum est in regione longinqua. Distant ista altissimis differentijs magis, quam specialia quae loca intervallo spatij, quod beatus recessit a miseris, immortalis a mortalibus, iustus ab impijs, homo deus ab hominibus puris, quantumquam uirtute, potestate, defensione, sacramento, usque in finem seculi nobiscum in hac uita etiam sit mansurus. Longe sunt ista magis dignitate quam locis, cum etiam loca immensurabiliter distent. Abiit quidem in illam lon-

ginquam regionem accipere sibi regnum, quoniam mors illi ultra non dominabitur: & destructo mortis imperio, regnum relinquitur uita. Et ipse nobilis uita est. Et omni defensione deposita, perfectum omnium perfectionum & non fatuum est regnum. Et regnum ipsius, regnum omnium seculorum est. Et accepit regnum aeternum, qui in temporali regno a temporali domino iudicatus est, & crucifixus ut rex, sicut monstrat non mutatus ad petitionem Iudaeorum titulus triumphalis: **IESVS NAZARENVS REX IVD AEO RVM.** Sed nec sic ibat accipere regnum, ut non reueteretur ad eos quos reliquerat: quoniam eo pacto Christus penetravit caelos, conscendens caelum empyreum, ubi aeternum possidet beatissimum regnum, ut etiam reuersurus sit ad iudicandum iusto iudicio actiones bonorum atque malorum, sicut angeli testificantur apostolis, dicentes: Hic Iesus qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Abiit tradidit dona seruis. Indistinctè Mattheus, distinctè Lucas sub denario numero data dinumerans.

In decem seruis omnes intelliguntur, qui seruiunt in decalogo, aut qui seruire tenentur. Decem uero mnas distributae secundum propriam uirtutem, uniuersa dona dei significant, quia denarius numerus uniuersalis & maior iter replicatus est, & omnis multitudo aut aggregatio numerorum in istius radice cum replicatione consistit. Quae dona secundum propria uirtutem, s. recipientium, distributa sunt, quoniam non omnes eandem capacitatem habuerunt. Diuina bonitas pro capacitatis mensura replet uniuersa, ut aqua decurrens, quae iuxta caput replet foueas magnas aut paruas quas reperit.

Donum quinque talentorum, concessio est quinque sensuum cum potentia usuali. Lucrum cum eis de tantum factum est, quod innocenter & sine macula custoditi sunt, ordinati ut essent instrumenta uirtutis.

Donum duorum talentorum est, quod quis accepit ex actione & contemplatione posse lucrari in se bene ordinato, & in proximo in necessitate constituto.

Vnius uero talenti donum, affectus ab intellectu directus est, qui ad diligenda caelestia & illa quae dei sunt, est datus, & ad caelatum corporum prosequendum, & uirtutum inuisibilium augmentum. Sed hoc talenti donum absconsum est ab improbo acceptore, ita ut nullum lucrum ferretur ex eo. Absconsumo talenti facta in terra defossa, prodit affectum terrenis rebus amabiliter implicatum, aut intellectum terrena solum sapientem, qui suadet affectui quod nouit diligere, affectus effectui quod diligit facere. Potest autem esse & unius talenti donum intellectus & ingenij humani acumen, quod cum

potuisset se in alta sustollere, declinavit in ima: & cum potuisset caelestia cognoscere, scire terrena procuravit. Et ex dono gratis impenso, datum erat agere atq; proficere in gratia. In natura illud abscondit, ut ex gratia amplius scire nolleret q; quod natura suggereret. Magnum prae tuis unius talenti donum, unius scilicet fidei qua colitur unus deus, que sine operibus mortua est, in qua servus piger desit opari, abscondens fidem solum in terra sui cordis, non operans in ea in uirtute confessionis, ut confiteretur Christum coram hominibus in bonis operibus, ac etiam in supplicijs, si esset pro fide ab aemulis fidei comprehensus. Veruntamen qui fuit talentorum dator, suo tempore fit exactor, propterea tribuens operatoribus sollicitis, ut essent potiores in bonis domini sui, & intrarent in gaudium eius, ut sua uisione perpetuo fruerebantur. Exactus servus piger, in his quibus qrit executionis suffugium, semetipsum illaqueat, in quo tergiversari quaerit, includitur. Et causa, quas submittit ad suam pigritiam expiendam, illam potius propellere debuerunt, & sollicitum in actionibus facere, si durus & iustus exactor esset dominus. Propterea huic seruo dicitur:

De ore tuo te iudico serue nequa: quoniam non minus reus est, si in eo lucratus non fuerit, q; si prodigisset. Non enim excusatur seruus accipiens ad seminandum semen ut multiplicetur, si ex integro seruat & illa summo domino suo restituit: damnificatus est dominus in spe sua, sperans messem ex semine. Quid igitur lucrari possumus cum acceptis, non domini, sed nostra utilitate, unusquisq; consideret. Ac per hoc nulli excusatio iusta erit, & ex quibus credimus iram dei auertere, promeremur. Tollit talentum a pigro, & bene operantibus datur. Non tamen eo intellectu ista sententia capiatur, q; demeritum reprobatorum transeat in cumulum iustitiae electorum, ut unius poena gloria alterius augeat: quoniam sicut per proprium peccatum unusquisq; damnatur, sic per propriam iustitiam unusquisq; fortietur salutem, cooperante misericordia saluatoris, cum merita nullius sufficiunt ad saluandum, nec augetur salus ex demerito aut ex supplicio damnatorum. Ex proprijs bonis operibus est auxilium, non ex reorum supplicijs. Alioquin negatiue aut priuatiue, non affirmatiue & positiue acquirere tur aut daretur beatitudo caelestis. Et q; fulgentior esset, non de suo, sed de illo quod sibi daretur, ablatum ab alio. Sed eo sensu dictum est, quo nulla bona depercutunt apud deum, qui non uult dignos esse honorum, ex quo bene operas illam gloriam habeat, quam & segnis, si fuisset solers, potuisset habere. Vera & substantialis beatitudo non augetur paucitate, nec minuitur multitudine sociorum. Parabolicè quidem dictum est, sed saluator exponit:

Omni enim habenti dabitur, & abundabit. Et autem qui non habet, & id quod uidetur habere, auferetur ab eo. ut id quod dictum est de auferendo talento, & alteri concedendo, non tantum intendat q; addatur habenti, q; q; piger illo priuetur. Hinc adiectum est: **Omni habenti uirtutem & bonam operationem dabitur gloria, ut abudet in defectu in aeternum in ea.** Et qui non habet uirtutem & debitam actionem, & id quod uidetur habere, auferetur. Solers uerbum. Non asserit q; habeat, sed q; uidetur habere: quoniam qui uirtute & bonis opibus caret, nihil boni habet, uidef tñ habere. Habent quidem esse & naturalia dona, & plurimi uidentur fidem habere, sed quod habent, infeliciter atq; poenaliter erit, & fides ociosa non proderit. Sicq; sententiam est:

Et inutilè seruum ejicit in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Saepè dictum est uerbum istud. Exhortat ad uigiliam saluator, edisserens cur huiusmodi parabolam posuit.

Vigilate itaq; omni tempore orates, ut digni habeamini fugere a uetera ira, & stare ante filium hominis.

In orationibus uigilandum est, sic & Petrus admonet: Estote prudentes, & uigilate in orationibus, ad praecauendam iram scilicet iustitiae iudicij. Et stare cum securitate innocetiae, laeta & iucunda facie, conscientia non rodente seu accusante de malis, sed testificante per bonis, ante filium hominis cum iuste iudicaturus aduenierit. Nam criminofus, uultu procliuo ex erubescit, & timore stare ante iudicem: Sed a delicto & peccato immunis, et si timeat iratum malis, tamè audeat illum in facie intueri. Quod autem post factam collationem talentorum, & peregrinationem, cuius eius qui oderat illum, miserunt legationem post illum, dicentes, Nolimus hunc regnare super nos: ad Iudaeos pertinet, & ad Christianos fallaces. Dixerunt Pilato Iudaei: Non habemus regem nisi Caesarem, Ioh. 19. Christum reprobantes, ne regnaret super eos. Et triumphalem titulum conati sunt infringere, ne scriberetur rex Iudaeorum. Et postulauerunt dimitti latronem, & crucifigi Christum regem, adhuc in illa pertinacia perdurantes, q; Christus non sit filius dei, rex & dominus uniuersis, in cuius femore scriptum est, quod ipse est rex regu & dñs dñantium. Peruersi & fallaces etiã Christiani, terrenis rebus illecti, huius uitae labetis amoenitatis delecati, nolunt regi a crucifixo rege, ne motus carnis cruci poenitentiae affigat, & cruce paupertatis diuitias tollat, & auferat honores patibulo utilitatis, & cogat patienter omnia mala ferre usq; ad ignominiam mortis. Legatio missa, nulla uerior q; peruersa uoluntas, quam ex alto Christus cor-

gnoscit. Ecce culpa, inspicite ultionem. Veruntamen inimicos meos, illos qui non luerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Quotquot respuunt regi legibus Christi, ipso iudicante in aeternum interitum ibunt. Caetera de nummis & seruis, una est expositio cum talentis.

De parabolis simul connexis uigilantium seruorum, & fidelis & prudentis dispensatoris & ianitoris, ad inducendam cautelam pro futuro iudicio, & debitam actionem pro premio, secundum Mattheum, Marci & Lucae.

Cap. XXX.

Saepe quaerunt mundi principes esse terrorem subiectis, nec praedoctrinant eos, ne per cautelam delinquant: sed ad punitionem audiunt, ad salutem faciles, plus debito & propter iustitiam interdum multant. Et acti superbia magna, suarum uoluntatum suos seruos uolunt esse ante prophetas, quaerentes calumnias in uolendi, si placita etiam non prolata, non perfecterint. Et si aliquando cum principatu utitur doctrinalibus uerbis, magis expedienda uota, quam subditorum atq; seruoꝝ utilitates aspiciunt, non facti amore ad seruos, quibus omnino indigent, sine quibus turpis & uilis aut nullus esset principatus, sed ita truces plerumq; ad eos sunt, acti serui inuicibili opportunitate ipsi dominis indigerent. Sed omnium creator, saluator & dominus, qui seruis non indiget, nec aliquo extra se ipsum eger, & a q; quaelibet creatura ut sit, & rationalis ut bene sit, opus habet, non seruis, quia indiguus, sed nostris utilitatibus consulit, non tantum temporalibus, sed & aeternis, sub parabola oes discipulos quos habebat praesentes & futuros, tali doctrina pmonuit:

Attendite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitae, & superueniat in uos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrae. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit.

Praemonuit seruari ex integro corda, non corpora, quia ipsa receptacula sunt uirtutum & diuinarum infusionum, similiter & uitioꝝ. Et corda, non corpora in nostris actionibus respiciunt: & affectum cordis, non corporis sensum, pensat. Cordi loquitur omnis scientia scripturarum. Ex ipsa nostra bona & mala exeunt, & omni custodia seruari iubetur: **Omni custodia serua cor, quoniam ex ipso uita procedit.** Hinc saluator maxime seruari suadet a crapula. Opprimunt enim escae uoluptuose sum-

ptae hominum corda, ut nec euigilent ad uersus, nec caueant detrimentum. Et optimus est gratia stabilire cor, non escis, quae non profuerunt ambulanti in eis. Et ab ebrietate remotenda sunt corda. Inebriat namq; uinum nimietate poratum, & a ueritate auertit hominum corda. Quoniam fornicatio, uinum & ebrietates auferunt cor. Cui non est solers cor, neq; deus cum eo. In corde charitas, qua nobiscum deus moratur, moramurq; cum illo. Equidem autè & huius uitae cura sic humana corda grauant, ut nisi summotis ad uerum futurum dei iudicium, propinquum siue remotum, non possit esse aspectus. Pondera sunt deprimentia ne ad deum erigamur, & ob uelamenta impediencia lumen. Non expedit aliquem praepeditum esse, cui consulitur contemplari futura, & se parare ad magni regis, seu imperatoris aduentum, maxime si cum non speratur, adueniet. Proinde cauendum est a crapula & ebrietate & a cura, ne superueniat repentina dies illa. Repentina quidem, a subitatione in sperata tanquam laqueus superueniens. Absconsum quid enunciat laqueus, & inexplicabilem in uolutionem, & illaqueationem cunctorum, cum desuper ueniat ad capiendum sedentes in terra deorsum. De caelo capiuntur, ubi obuiare non poterunt super terrae faciem habitantes. Proinde uigilandum, ad quod hortatur: **Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit.** Vbi certus reuerentus, ex tempore incertus, ad expectationem suspendit continuè mentes.

Sicut enim homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori praecipit, ut uigilet.

Parabolicè loquitur Christus de humanis & moralibus actionibus hominum, ut ex his bene agendi uiam informet. Proficitur aliquis dominus, derelinquens bona sua in seruorum custodia cum autoritate agendorum, semper tamen uigilias praecipiens ad suum sibi determinatum aduentum, seruis suis seu ianitori omnino incertum. Ex huiusmodi typo se saluator ingressit, qui peregre ab hac uita in aliam in assumpta carne proficiscens, huius seculi uisibilis, ac etiam sacramentalis ecclesiae donum suis fidelibus dereliquit, tribuens omnibus arbitrij libertatem. Sicut enim in creatione angelis & hominibus data est uoluntas libera, quod liberit, id agendi, sic in creatione non est ablatum, sed iterum concessa potestas, ut quod placuerit, exerceant in domo utraq; saluatoris nostri dei. Ad quam domum liberum & libitum sibi reseruans aduentum, sibi cognitum, seruis in speratum, menti nostrae uelut custodi peruigili & sollicito ianitori praecipit, ut uigilaret, ea conditione, ut aduenienti domino non ut im-

Heb. 13.

Os. 4.

Mat. 13.

Luc. 21.

Mat. 24.

Proh. 4.

paratus, sed ut paratus aperiat. Necessarius est & utilis nobis ad tam magnum aduentum domini, mentis oculus non sopitus, etiam si necessitate urgente oculus corporalis obdormiat. Sed si nocte dominus uenerit, ne sibi occurrendum sit corpore praepedito aut hora pallente, hinc subinfertur:

Luc. 12.

Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus uestris. Et uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs.

Expectant dominum boni serui praecincti ad obsequendum, gestantes lucernas in manibus, ne obsequendo errent, si nocte domini esset aduentus. Ad cuius similitudinem saluator suos monet esse discipulos, ut praecincti sint & lumina deferentes.

Praecinctio quidem lumborum, praeter id quod castitatem sonat, & adijcit ad praeparationem fortitudinis, docet ad ualidas & arduas actiones. Delatio lucernarum, ut omnia in ueritate fiant & in luce, quoniam arguitur opera quae in luce non fiunt. Et omnis qui male agit, odit lucem, & ad eam non uenit, ne arguantur opera eius. Igitur lucernae in manibus, opera bona sunt, accensa igne ueritatis & charitatis.

Ioh. 3.

Exo. 37.

Psal. 131.

Psal. 17.

Psal. 12.

Sap. 9.

Psal. 118.

Septem lucernae in candelabro erant, ut ex dominis septem opera nostra luceant. Et David parauit lucernam Christo suo. Parat quippe Christo lucernam, qui nihil in conspectu eius agit incautum, nihil tenebris ignorantiae obuelatum. Sed lumen lucernae non ad seipsum, sed ad dominum referrebat, dicens: Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Non enim ex nobis est lumen, sed a deo: igitur ab ipso petendum est uerae sapientiae & scientiae lumen. Sicque oratum legimus: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. Et alibi: Mitte illam, scilicet sapientiam de sanctis caelis tuis & a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia. Et affectibus & directi onibus nostris lucerna est dei uerbum. Dauid dicit: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Proinde a diuinitate uerbis illuminatur lucerna, cuius luce dirigimur. Sicque praecedentem expectemus dominum, quia cessit ad nuptias regni caelorum, quando apostolis uidentibus ascendit in caelum, indeque uenturus iudicaturus est mundum, in quo iudicatus est: ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Veniet personaliter, & pulsabit corda mortaliu si sint apta recepturi, cui tunc aperietur, si in bonis operibus antea fuerit uigilatum. Sicque praeparate, ne domino dicatur, expectata: sed ex praegata uigilia ianitor nostrae mentis cofesum aperiat.

Ac per hoc beatitudo promittitur uigilantibus, cum dicitur:

Beati serui illi, quos, cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes.

Verè beati sunt serui summi ac immortales imperatores, qui non retribuit temporaliter, sed de aeternis aeternè, quos in suis ministerijs, non in terrenis rebus inuenerit occupatos, sed uigilantes ad eius aduentum, paratos semper corde suscipere a deo factas inspiraciones, & ab hominibus disciplinas caelestes. Unde tamen, & de quo beatitudo?

Amen dico uobis, qui praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

Uerba uice uidetur saluatori respondere seruis suis ex actu obsequendi, quauis peramplius ex aeterno. Horratus erat, dicens: Sint lumbi uestri praecincti. Nunc ad praecinctos se praecinctum ad obsequendum offendit, cum dicit qui praecinget se. Ac si sensus expeditur: Paratus paratus ero, non praepeditis capietur ero. Sicut praecincti & habiles fuerit in actione bonorum, sic ille ero in retributione praemiorum. Praecinctus se saluator in abluendo pedes, se aptans ad obsequia more seruulorum, ex illa quam acceperat forma seruili. Et, ut dominorum, lauit & absterxit apostolicos pedes; & hoc in meditationem a malis forditum, & in praefugium futurorum, quoniam am & iterum se praecinctum asseruit, ut discumbere faciat super aeterni regni mensam in fruitione diuinorum. Et ipse transiens ministrabit illis, non eo transitu quo saepe transit existens mortalis in terris, nec illo transitu mortis & ascensionis, quo transitus de hoc mundo ad patrem, qui non repeditur in priora: sed transitu quo transit hospes siue minister seruiens mensis, & intendens discumbentibus, quid remouendum aut apponendum sit pro uoto edentium, aut quod uelint & petant singuli discumbentes. Ista imagine dominus per seruorum uigilantiam expectat. Praecinctus lumbis in hac uita, praecinctus in patria obsequetur, ut ipse dicitur sit beatitudo ciuium supernorum: sedentium ad aeternam mensam. Et transiet non passibus aut mutatione locorum, sed singulis gradibus & statibus beatorum sic se dabit & ostendet, sicut meruerit. Et unus idem existens, per omnes caelicos ciues uaria claritate fulgebit, sicut stella per claritatem ab alia differt.

Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.

Stationes noctis nominat ad uigilantiam ordinatas, ut nulla hora per otium & somnolentiam transigatur. Et iterum per parabolam dicta confirmat:

Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater

terfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sine ret ueniret domum suam. Et uos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne, dum uenerit repete, inueniat uos dormientes.

Mat. 13.

Vide similitudinem. Venturus est fur, igno rat patrefamilias aduentum & tempus. Si sciret aduentum, uigilaret in tempore. Si sciret tempus, uigilaret in aduentu. Si sciret utrumque, non ad furum, sed ad hostem manifestum oportet occurere. Neutrum nesciens, saepe rerum ablatarum patitur damna: furis attamen ad scientiam, uigilantiam adderet utique, ne domus perfoderetur a fure. Sed nos ignorantes horam, ex fide tam comminatione multiplici ueniendi, ab eo qui metiri nescit, scimus aduentum. Quare obrem necessitas urget esse paratos animo synchero, emendatione morum, qualificatione uirtutum, certum tenentes aduentum omni ex tempore ignoratum, scilicet in qua sorte quatuor statum alium uigilantium sit ipse uenturus, ne nos inueniat in mundi delectatione dormientes, & a bonis operibus feriantes. Quoniam quidem parabole loquitur, non est de tempore quatuor uigilantium acutè differendum, nisi prout ipsa similitudo deducitur, quod nullum temporis momentum praeterat, quin simul mente suspensum, corde patenti, purgationem necessarios, additorem fastidiosos ageres, & hanc uitam exosam, quia caduca est, habentes, amatores futurae iam facti, simul cum pauore domini diligamus aduentum futurum, qua non putauerimus hora. Petrus quod auditis parabolis, quis uisus uisus aut ad quod ipsa diffunderetur, & ait ad saluatorem:

Luc. 12.

Mat. 13.

Domine, an ad nos dicitis hanc parabolam, an & ad omnes? Saluator respondit: Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?

Quaerit Petrus non ad suam solum, sed ad utilitatem & eruditionem etiam caeterorum presentium & futurorum. Nihil Christus dixit in proprium, sed in commune pro omnibus: quoniam non pro uno, sed pro omnibus saluaturus aduenerat. Non solum illos discipulos quos elegerat, & apostolos quos praerogatiua speciali nominauerat, cautos reddebat ab ista futura, & uigiles ad aduentum, ac si tantum ipsos saluare niteretur; caeteris omnibus abdicatis: sed omnes qui ad imaginem dei facti sunt, suae fidei lumine insignitos, uigiles ad aduentum, paratos ad regnum, saluos esse ab ira promouit. Sicque Petro rursus est: Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate: ut unusquisque pro seipsum & pro seipso inueniat prudens & fidelis. Et hoc est quod saluator

tor adiecit: Quis putas est fidelis dispensator & prudens? Per parabolam, humanorum morum loquitur. Seruus fidelis in dispensatione commissorum, & prudens in regimine familiae super quam constitutus est, dignus est praemio, ut det illi dominus in re suae reuersionis tritici mensuram siue cibum. Pauci quidem sunt. Sed beatus ille seruus, quem, cum uenerit dominus eius, inuenierit ita facientem: Verè dico uobis, quia siup oia bona sua quae possidet, constituet illi.

Sicque deducta parabola, fideles suos tales uult esse saluator. Seruus fidelis est Christi, qui bona sibi tradita non dissipat, sed aptè pro tempore atque loco dispensat. Multa quidem per naturam & gratiam a deo donata sunt nobis, & ad dispensandum, non ad dissipandum commissa. Sed heu multi audaci conatu dissipant, non dispensant. Prudens uero intendit providere subiectae familiae propter Christum, si praetendere per auctoritatem habet. Sic uero, si aliter se superiorem agnoscit, ut uilem se possit praefere indigentiae proximorum, ac si se constitutum agnosceret super familiam domini sui. Beatus quidem hic in ultima retributione fiet, quia super oia bona constituet eum dominus, quia sic & ea securitate bona aeterna siqua sunt, participando possidebit, ac si superponeret, non subijceret eis dem. Et praefatio huiusmodi retributionis Ioseph fidelis & prudens inuentus in dispensatione frumenti ad indigentes, Aegypti porro dominus constitutus est. Velut ager rectè, possidebit beatè. Quod de fructu oris sui uniuersis replebit bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuatur ei. Et alia scriptura dicit: Et retribuatur mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuatur mihi. Quare retributio? Mensura tritici in tempore siue cibus. Mensura porro iuxta illam sententiam qua dictum est: Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. Triticum Christus secundum mensuram uirtutum & actionum bonarum participatio dabitur in tempore, quo decretum egredietur immutabile de ore iudicis cuncta iustissime decernentis. Cibus ad idè refert, quia Christus dixit: Caro mea uere est cibus, quo aeternè fidelis cibandus est seruus. Perficit parabolam ex mala cogitatione atque actione seruorum, ut perficiat quam cepit dare de sollicitudine uigilandi doctrinam.

Gen. 41.

Prov. 12.

Psal. 17.

Mat. 7.

Mat. 4.

Iohan. 6.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & ceperit peccare pueros & ancillas, & edere & bibere & inebriari: ueniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque illius cum infidelibus ponet: illic erit fletus & stridor dentium.

Seruus eo malus, qui moram domini me-

ditatur, cum moram & properationem æquæ sciat uel nesciat. Meditatur autē moram, ratus speram agere, in duas se partens iniquissimas actiones, aut proximum lædere, aut turpiter aut impudicè delectationes in semetipso suscipere. Omnis animæ deordinatio, & actio culpabilis digna poenis ad seipsam, est, præter dei legem, mundi & carnis illecebras oblectando perquirere, aut proximis in personis & rebus inferre iacturam. Hæc agit iniquus homo, qui futurum Christi non contemplantur aduentum, magist' moram, per amplius autem, ut nunq' ueniret, exoptat, ne aliquando ex suis criminibus uindicaretur in eum. Sed omnino ueniet dominus. Nam ut ait Apostolus, est autem iudicium dei secundum ueritatem: quia sicut p'misit, ueniet non mentitus: nec iudicando fallitur, ut inficius. Et ueniet in tempore non speratus, cuius horæ omnis est nescius. Facietq' in pondere rationis iudicium, diuidens malum seruum à bonis, ea uisione iustitiæ, qua se ipse diuisit à moribus optimis. Sociandus quidem erit infidelibus seruis, q'bus se sociauit in operibus malis, ut ab his separetur in beatitudine, à quibus uiuens separetur extitit, non inhæret uirtute, magis autem uitio diuidente: & his afficitur in poena, quibus similis fuit in culpa. Sed ubi tradent ex infidelitate fontes? Vbi stetit & stridor dætiuum: stetit, quia diuisi à bonis: stridor dætiuum, quia sociati malis.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se parauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna, plagis uapulabit paucis.

Post malas actiones & post peccata trajicit saluator seruatorum parabolam in eos qui negligunt agenda perficere. Culparum atq' poenarum facit auxesim, non perficere cognitam domini sui uoluntatē. Ad hoc enim est obsequiosa seruitus ordinata, ut seruus domini sui, pficiat cognitam uoluntatem. Quod si non fecerit, iuxta delicta plagarum pondus erit. Nesciens uero & si uoluntatem non perficit quam nesciuit, aut ignoratē aduersum aliquid egerit, sustinebit quidem poenam cum mitigatione plagarum. Utrobiz diuina seruat iustitia, in exhibitioe poenarum, secundum exigentiam delictorum. Nam & potentes potentē tormenta cruciabunt, ut poena cum acerbis afficiat, qui sceleratius comprehendit deliquisse: illum uero confodiat poena mitior, qui non tam deliquit aduersaria uoluntate. Nam in cælo differentia est stellæ, & in gloriabatoris, sicut merita, ppria exegerunt. Sic & in inferno inæquata poena, sicut inæqualitas in culpa fuerit iudicata.

Quoniam omni cui multum datum est, multum quæretur ab eo.

Rom. 2.

Sap. 6.

¶ Vnusquisq' consideret, quid, quantum, qualeq', ad quid, & à quo accepit. Secundum hæc enim considerata uel non respecta, unusquisq' ab omnium datore tempore iudicij ex amen accipiet. Et qui potior fuit in datis acceptisq' donis, ab eo iuste operis plus quæret, & minus ab eo, q' nec inuentus est plus phabere.

Et cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

¶ Fit obligatio in datis & acceptis potior atque minor secundum quantitatem donorum, ut qui minus accepit, in exigenda ratione leuius ab exactoribus exigatur: qui uero plus, amplius apponet ad corbonam. Prouidos omnes in hoc uoluit esse Apostolus: Nos non spiritus huius mundi accepimus, sed spiritum qui à deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Qui dei dona cognouit, præuouit sciendā exactorem, & ad reddendam rationem se uigilē fecit, lance mentis prætrutinans, quantum ab eo à iusto exactore fuerit exigendum, ut anteq' exigatur, præparet quid reddendum ei, q' neminem per calumniam inuoluit, à nullo plus debito exigit, ab aliquo nec petit plus q' dedit, ultra facultatem reddere non compellit. Et in hoc quidem cunctorum culpa damnabilior extat, non in eo q' per fragilitatē deliquit, qm ipse cognouit signum nostrum: sed in eo q' quis iuxta datum & acceptum, datoris penitus non repedit, qui sua utilitate nil exigit, semper eodē modo existens summū bonum, non alio bono bonū, nisi à seipso, de seipso, & p seipm, in nulla depēdētia factus, nostris dūtaxat utilitatibus prouidet, dum exigit à nobis, sed non repēdētibz uæ utiq' nobis.

¶ De parabola aduersarij in uia ad diuinum uerbum ad habendum concordiam, secundum

Matthæum & Lucam.

Cap. XXXI.

Videns deus humanam naturā à summis bonis auersam, & ad ima bona conuersam, in quibus delusa, delectata, plus debito, felicem se credebatur, si harum infimarum rerū copiam habuisset: & qm semper erat in uia, uēdens in alias regiones, aut tetram aut lucidam, ad quas per portā mortis est ordinatus ingressus, cum ab isto mundo necessario celebratur egressus, ubi uerax & infallibilis cōstitutus est iudex, ante quem omnes cogētur de omnibus prout gesserunt, reddere rationem, qui decipi nequit, à quo tergierari non potest, qui nemi ni tunc parcat, neminem nisi iuste damnat, nullum nisi ex misericordia saluat: proinde ad declinādum illarū culpabilē delectationē, aduersariū constituit aduersantē aialitatibus hoim, dissuadentē quæ sensus appetit, suadētē oino quæ refugit, ut quia non potest deuitari iudicium, saltē supplicium deuitetur. Inquit enim:

Mat. 5.

Luc. 12.

1. Cor. 1.

1. Pe. 5.

1. Cor. 6.

Mat. 5.

Psal. 115.

Job. 3.

Psal. 4.

Estote consentiens aduersario tuo citò dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

¶ Benedictus deus & pater domini nostri iesu Christi, pater misericordiarum, etiam pater & creator omnium, qui nō appetit delinquentium filiorum poenam, nolens in hominibus inuenire multabile, præmiabile potius in illis inquirēs, lites & cōtrouersias sedari uult antequam ad iudicium ueniat, ubi duntaxat per iustitiam erit examen, ubi misericordia depulsa tacebit. Vnde dicit: Estote consentiens aduersario tuo. Quis hic aduersarius, cui consentire iubemur in uia? Est ne aduersarius noster diabolus, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret? Cum isto nullus consentio. Quoniam iesu Christi sumus, nulla conuentio Christi ad Belial. An homo aduersarius, quærens aduersus hominem aliquid habens, cui ante oblationem nostram recōciliari oportet? Hunc sensum litera importare uidetur, si eam ad præcedentia coaptamus. Sed satis disertum uidetur in reconciliatioe sciendā priusquā munus offerat. Qui si reconciliatus est, aduersarius penitus nō est: si uero reconciliatus non est, ex animo pertinaci, non reflexus ad reconciliatorē ex grā, tñ reconciliator aduersus quem erat actio, factus est liber, si omne quod in se tenebat, effecit. Nihil huic amplius cum aduersario cōtumace uel proteruo. Si uero ad maiorem expressionem pacis atq' concordie, post iustum reconciliatioem etiam confessionis factum est uerbum, liquidō sententia claret, cum una per amplius alteram manifestet. Sed præter hoc omnino mihi parabolicus sensus ad differendum occurrit, cum aduersarius homo alium hominem non possit tradere iudici diuino, quanuis possit aduersantibus causis sistere coram terreno. Ac per hoc ex ista similitudine qua subeunte causa trahit aduersarius reum, nisi pacifiscantur in uia, citò ad iudicem terrenum, sic uerbum ueritatis nisi oimino sibi cōfenserimus, trahit ad diuinū. Aduersarius quidem est uerbum ueritatis omnibus hominibus, quia omnis homo mendax. Nulla inimicitia, aduersaria nulla maiores, quam inter uerum & falsum, quam inter ueridicum hominem & mendacem. Omnis homo mendax, omne uerbum Christi uerax. Verbum ueritatis mendaci homini aduersatur. Inde oimnis homo mendax, quia ei credidit qui in ueritate non stetit, qui mendax est & pater eius. Inde mendax sicut scriptum est: Filij hominum, usquequo graui corde: ut quid diligitis

uanitatem & quæritis mendacium? A mendacio mendax dictus est homo. Inde homo mendax, cum se non tenuit ueritatem, cum sibi factus rebellis, declinauit in aliam partem: etiam inde mendax, cum falsitati adhaerit. Inter ueritatem & falsitatem porro nulla sunt media, in alteram istarum homo cogitur cedere. Igitur mendacium est, cū dicitur quod nō est, & qd nō est, dicit oino quod est: aut cū aliquid dicitur non sicut est, aut cum creditur quod nunquam fuit, nec est, nec erit, seu cum aliquid apparet, & non existit. Ex his homo constitutus est mendax, in his homo sæpe diuoluitur, in his pro suis uoluntatibus obuerfatur. Cui eregione sermo ueritatis contradicendo conuersus, expetens sibi non mendacio præfari consensum, quia dicit quod est & quædam modum est: credendum offert, quod fuit, est, & omnino erit, & nihil præter existentiam habet apprensens. Dissertione multa in talibus opus esset. Veruntamen sit omnis homo uiator existens aduersario suo consentiens. In eo siquidem sermo ueritatis hominibus aduersarius est, quia eos ab his quæ diligunt & inquirunt, auertit. Diligunt uanitatem, & quærent mendacium. Omnia perfunctoria, uana sunt. Hinc Salomon dicit: Vanitas uanitasum, dixit Ecclesiastes, uanitas uanitatum & omnia uanitas. Hinc aperte comprehensum est, quod etiam est ex uanitate mendacium. Verè in rebus transitorijs uanitas est, etiam mendacium cui ueritas aduersatur. Recommemorat Salomon ad ueritatē conuersus, quod in oibus opibus hominum reperiat uanitatem. Dixi ergo in corde meo: Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis, & uidi quod hoc quoque esset uanitas. Ecce in cogitationibus uanitas, ecce similiter & mendacium, si deliberatio cordis ad perfunctoria se conuertit. Cum uero ab hominibus facta conspiciuntur, uanitas & mendacium omnino non desunt. Semper uanitas mendacium secum defert. Inquit autem: Cum me conuertissem ad uniuersa opera quæ fecerunt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, uidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Ad mendacium omnino pertinet, quod per manere dicitur, & non permanet: & quod inquitur sub ratione optimi, tamen inuenitur in termino imperfecti subsistere. Quoniam aperte contra reprobos per Isaiam dicitur, qui posuerant mendacium spem suam: Percussimus: sicut. sicut cum morte, & cum inferno, fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Illi siquidem mendacium spem ponit, qui in aliquo temporali confidunt, & morte, ubi omni uiuenti domus est constituta, conantur.

Eccles. 1.

Eccles. 2.

Ibidem.

Isai. 28.

effugere. Illi mendacio protegentur, qui temporalis potentia fult, omnino permanere sic credunt. Sed sit ut ueniant in illam cognitionem, qua omnia temporalia prout existunt, appareant: & inde confundantur, unde confidebant. Ac per hoc solerter inspiciendum est, quomodo sermo ueritatis nobis in rebus huiuscemodi aduersatur. Et ut breuiter omnem sermone aduersarium clausulis duabus concludam, dixerim: Omnis sermo placitas sensuum impetuositates & irrationabiles morus animorum & obiecta seculi, suauitates diaboli quoquo modo prohibens, aduersarius est animae male concupiscenti, & animalitati uirpiter delectanti: necnon & sermo suadens quod tener refugit sensus, aut cum arduum in uirtutibus habet aspectum, similiter aduersatur. Porro hominibus aduersarius factus est sermo ueritatis, uelut bispons, bifaux, biceps, bilinguis, ut gladius biceps, aut cum prohibet quod appetimus, aut cum iubet & consulit, quod sensualliter deuitamus. Scorsum autem ab isto bifario modo, est quidam sermo ueritatis aduersarius, qui non molestat appetitum, neque sensum, neque cum natura hominum ad destruendum configit, sed ipsam supergreditur & intellectum, & rationem, & usum, & ordinem eius. Hinc quidem est sermo, qui credere iubet ea quae super naturam & praeter naturam, non tamen contra naturam facta sunt, fiunt, fiuntque, quousque ad pacata uel turbulenta regna sine fine ueniant. Aduersari quidem dicitur, quod non est secundum se, magis autem praeter se. Nam quod intellectus non capit, ratio ignorat, usus caret, nec ordo naturae suis regulis alligauit, eis uidetur aduersum. In diticeo est aliquid prohibens, & aliquid iubens, & in omni lege Moisaica. In psalmis & prophetis id idem est reperire. Doctrina euangelica prohibet delectantia sensum, iubet & consulit quae aduersa uidentur. Magnus autem euangelij glossator & totius sacrae scripturae sciarcha, sermonem aduersarium prohibendo depromit: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Et multa huiuscemodi & iubentia plurima, quae uitae austeritatem habent. Quae omnia hoc testificantia per singula inducere, in maiori parte scripturae euacuaretur, ut etiam plurima uolumina cuderentur. Indagati solertes inuenient pro se ipsis, ad denunciandum his qui has uirtutes inquirunt. Sermones uero aduersarij, fidem uitae suadentes eorum, quorum nulla est aperta per naturam traditio, utiq; plurimi sunt.

Ex his omnibus ortus est aduersarius sermo diuinus, cui iubetur consentire uiator.

Viator est omnis qui per mortem corporis non est depulsus a uita. Via seculum praesens est, quod principium habet & finem. Via est hominum uita, in qua dum homo est, cito ad

Rom. 13.

uersario suo consentiat, concordiam iustam faciens, si homo est: omnino secundum ipsum se regulans, si sermo diuinus est. Ne forte aduersarius tradat te iudici Christo, uidelicet cui pater omne iudicium dedit, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et ipse constitutus est iudex uiuorum & mortuorum. Ex coniunctione tantum est ista traditio, cum homo reus a sermone ueritatis conuincitur, cum quo neque cauendo prohibita, neque agendo mandata, neque credendo credenda, uoluit habere consensum. Iudex uero conuictum tradet ministro, scilicet tormentorum, qui detruet in carcerem, ut nulla sit eopia euadendi. Nec inde fiet egressus, donec reddatur nouissimus quadrans.

10. h. 3.

Ad. 10.

Quadrans genus est monetae, a quarta parte uncialis ponderis trahens originem. Quem nisi reus carceri mancipatus reddiderit, de carcere non exibat. Et cum reddere nunquam possit, fiet aeternitas tormentorum. Non enim carere poterit carcere. Ibi nihil inueniet unde possit quippiam promereri. Aliorum merita non subueniunt. Nemo aliorum merito liberabitur ab illa gente tartarea, neque aliorum suffragio uitam consequetur aeternam. Lucas autem hanc eandem parabolam, si parabola dici debeat, in aliquibus suo loquendi genere uariavit, dicens:

Cum autem uadis cum aduersario tuo. ad principem, in uia da operam liberari ab illo.

Luc. 11.

Oes in uis ad principem oim Chrm, q priniceps e regu terre, q princeps e pacis. sup cui hu meny pncipatus existit: Sed aduersarius noster penitus est nobiscu. Ita faciendū est, ut ab ipso liberemur in uia. Sed quae potest esse libertas a ybo diuino, nisi assentire sibi dū uiuimus, ne in morte tūci exactori tradamur, q detruet in carcerem, ubi exactor semp exiget, ubi exactus nūq reddet: Et exire inde nō poterit, quibz nouissimum minutum reddiderit actori.

Apoc. 13.

1. 13.

Haec enim, restitutio impossibilis erit, ut in poenis detentio tota & aeterna subsistat, ut nouissimus quadrans & nouissimum minutum ultimitatem poenarum insinuet, a quibus nulla possit esse libertas in illis qui ab aduersario in uia liberari operam non dederunt. Ad contumaces uerbi dei & cognitae ueritatis, factum est uerbum istud: de duratione poenarum, secundum diuinum iudicium, quod est secundum omnimodam ueritatem. Proinde ad concordiam absque dilatione, cum tam utili aduersario ueniamus dum sumus in uia: quoniam post hanc uitam spatij poenitentiae non conceditur, locus emendae non inuenitur, retributionis duntaxat proximum tempus erit, & locus gaudij uel mœroris.

Luc. 13.

Sunt quam plures aliae similitudines atque parabolae in euangelio, quae ita sunt connexae cum sententijs praecedentibus atque sequentibus, ut sicut uirtus uerborum praecedentium in ipsas coniunctim infunditur, sic ipsarum sententia in uerba subsequencia deriuatur, ut non potuissent singulatim decenti assertioe tractari: sed coniunctim cum caeteris sententijs, quae praecedunt siue sequuntur, sunt dissertae.

De parabola instructiose arboris, contra eos qui iuxta datam uirtutem desinunt operari, secundum Lucam. Cap. XXXII.

Omnis creatura quaedam exprimit trinitatem, ad insinuationem trinitatis creatricis & increatae, scilicet Quia est, Quia sic est, Quia ad aliquid est. Hic pater & filius & spiritus sanctus. Hic fides & spes & charitas. Sed in eo quod ad aliquid est, exquiritur actio secundum instam a deo uirtutem: ut a caelo, disponens haec inferiora motus, non tamen uoluntarios hominum mores: a stellis, lumē & ea quae sunt earum: ab elementis, data proprietates: a caeteris uergetatioe, aptitudo quaedam: ab arboribus & plantis, fructus secundum inhærentem a natura uirtutem: ab animalibus, id ad quod facta sunt: ab angelis, administratio sine labore diuinae iussiois & placiti: ab homine, fructus originalis iustitiae atque legis scriptae in corde, similit & Moisaicae tempore suo, necnon & euangelicae in his qui crediderunt. Et caeteris creaturis reddentibus suae proprietatis officia, post reprobos spiritus fructum reddere solum neglexit humana natura, ut in triplici iustitia omnino deliquerit, non reddens debitum fructum. Et quauis in paucis reddiderit, in pluribus inuenitur obnoxia. Sed infalibilis est ordo diuinae iustitiae, cui aut cum exigitur redditur, aut multat saeuiter contumacem. Hinc ad animandum & terrendum homines parabolam posuit, dicens:

Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua. Et uenit quarens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem uinea: Ecce tres anni sunt, ex quo uenio quarens fructum in ficula hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

Ad synagogam obijcitur parabolicum uerbum, huiuscemodi enim erat. Sed sententia inclusa etiam plura includit, contumaciam uidelicet totius humanae naturae, necnon & eccle-

siae in his, qui uota diuina non reddunt, necnon & singulariter diuerberat singulares. Praetermittamus multa, sensum uerborum omnimode perstringentes. Creator omnium deus, est ille quidam qui habet arborem fici plantatam inter uites. Nam uinea in hoc mundo plantata, uniuersalis est iustitia, in qua uites sunt plurimae fructum iustitiae porrigentes, de quibus in hac parabola nulla est querela. Inter quas etiam erat arbore fici plantata. Mos enim agriculturae hoc habet, ut arbore fici plantetur aliquando inter uites, quae inter omnes arbores fructum uideetur producere dulciorem. Haec supergreditur uires altitudine ex industria cultoris, quae uites in uinea prout natura infunderet, non permitit ascendere, quae omnem arborem supergredere, si cui inniterent haberent. Arbor ista illos insinuat, qui statum altiorum in ecclesia gerunt, qui fructum ad quod ordinati sunt, non referunt, quorum omnino est damnanda sterilitas, & eo amplius quod fructificare hu berius possent. Et dominus per Ieremiam prophetam conuenitur, quod peiores inuenit optimates populi quae uulgares, & illos qui uidebant legem scribere, quos qui uidebantur ignorare. Si uero genus omne humanum sub arbore ista colligimus, facilius est dissertio. In quo ex tribus annis creator ipsius ueniens, fructum debitum non inuenit, in anno primitiuae iustitiae, in secundo legis diticeae, in tertio quo gratia diuinae incarnationis effulsit. Fructus quarens, non ad quarentem pertinet, sed ad proferentem. Bonorum nostrorum etenim non indiget. Est quidem fructus quem deus quærit ab homine, id bonum opus, quod ex uirtute naturae donoty gratiae, sub decreto legis aut occultae ostensionis ipse potest efficere: quo non reddito, uelut res impertinens, humana penitus arbor eradicanda est. Hinc per Salomonem dicitur: Quod dicit manus tua potest facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quod tu properas. Potest omnis adules cōditam naturam sequi, & secundum illam agere. Potest refrenare corruptam, eiusque opera declinare, non uirtute propria, sed diuina. Potest datae gratiae cooperari: aliter autem sine causa daretur. Potest uiuere sub decreto legis: alius homo delinquens excusare. Si uero mente incapax, adhuc impotens corpore, ab hac uita discesserit, si aliorum fides illum obrulit sacramentis, in illa saluabit. Si uero fides aliena sibi non subuenit aut propria, excludetur a bonis illis, includetur in malis ubi originalis culpa promeruit, aut propria acquirit. Propterea oibus dicit: Quodcumque potest manus tua facere, instanti opere. Periculosa est in oibus opibus mora. Praeterit enim semper irruocabile tempus, & ad inferos sine operibus iustitiae properamus, ubi ratio, scientia

1. 5.

Psal. 15.

Eccles. 9.

ria & sapientia remedium afferre non possunt. Necnon & per prophetam fructus quem dominus ab humana arbore quaerit, edicitur: **Mich. 6.** Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram deo tuo. In se & ad se intorisse iudicium, est euasisse diuinum, quo steriles arbores succiduntur. Inquit enim Apostolus: Si nosmetipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur. Optimus fructus est iustitiae, se iudicasse de malis, & se a criminibus auertisse: atq; in se punire poenalter quod deliquit suauiter, fructum protendit in altum. **Mat. 5.** Sic saluator ait: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et alibi contraria & seuera est expressa sententia: iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam. Exquiritur fructus misericordiae ab eo, qui uult omnibus misereri, qui uelut foenus excrescit. Nam q; facit misericordiam, foenerat proximo suo. Sollicitè ambulare coram domino, in id refertur, quo imprætermissa cautela turpia & iniqua declinantur, ne dei offendatur aspectus, & cum omni prudètia (propulsa pigritia) placita dei sunt, & itur de uirtute in uirtutem, & fructificatur in operibus bonis, sicut dicit Apostolus: In omni opere bono fructificantes. Hanc siquidem sollicitudinem ambulandi coram domino, quae habet annexam cautelam atq; prudentiam, ad Ephesios Paulus expressit: Videte itaq; quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et ad Thesalonicenses etiam ait: Rogamus uos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo uos oportet at ambulare & placere deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Sic enim sollicitè ambulandum est coram domino, ut in uirtutibus semper amplior sit profectus, & abundantia latior, & fructus huberior. Necnon & ad Galatas similiter ista commemorat: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et alibi: Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Hæc porro est sollicitudo ad ambulandum placitè coram domino, quæ inter fructus, quos dominus exquirat à rationali arbore, numeratur. Satagunt igitur arbores rationales fructum experitum à domino reddere, qui eas in hac uita plantauit: quoniam de fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuatur ei. Et sub metaphora mulieris fortis ad totam ecclesiam, & ad omnem animam dicitur: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis operum eius. Ecce quod alia non dat retributio, alio

rum bona in meritum gloriæ nemini accedunt, sed unicuique datur de fructu manuum suarum. Et qui non laudatur ex proprijs, ex alienis fordescit. Quod beatus est qui fructum quaesitum à domino, exhibet, Psalmista declarat: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit: sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: & erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Tria deuitanda, duo facienda in tempore suo. Tria deuitanda, duo facienda deuitanda, ut ex arbore humana fructus obueniat. Præua non inferre consilia, nec peruersis consultiuibus sociari, nec cessare iuxta peruersa, in uia malorum non stesisse, dispositio est ad bonum, etiam post delictum. Et cum semper sit ad malum prona mortalitas infirmitas, cum ceciderit, statim adiciat ut resurgat. Et cito redendum est à peccatis. Non dogmatizasse secundum praua quæ sentit, temperantiam sanctam habet: quoniam sæpe plures inscit dogma peruersum, quam actio nequam. Uoluntas hominis in lege dei est, perfectisse uoluntatem dei: & illam meditari die, erudit in prosperis: meditari nocte, solidat animam in aduersis. Iugis debet esse meditatio legis dei, cum die ac nocte in illam defixisse aspectum, beatitudinem habeat. Meditatio legis dei assidua, inuenit certissimè quid uitandum, quid agendum hominibus propositum est: & quoniam omnium est honestissima, sua pulchritudine ad se homines trahit. Inuenit etiam in lege dei occulta meditatio eius, quid per iustitiam debetur reprobis, quid per misericordiam promittatur electis. Necnon & animus sedulo illa meditans, reperit infirmitatem eius qua in prohibita decidit, & ad eius iustitiam non resurgit, quam implere satagens propter pulchritudinem eius, & propter præmium ipsius gratiam postulat, qua possit deuenire in fructum, & ex hoc est tanquam arbor plantata secus aquas, dans fructum in exigentia temporis. Sic homo iste factus est sentiens iuxta se dei gratiam decurrerem, cuius uirtute fructum quaesitum domino querit ministrat. Sed si arbor euanescit in fructibus, cuius natura existit fructu educere, frustra permittitur supra terram in occupatio ipsius, maxime si est in uinea, cum uitiibus subiacentibus noceat, nec calore solis uix perficiantur. Illam abscondere agriculturæ ratio exigit, si sterilis existens, & alij causa sterilitatis aut incommoditatis existit. Sæpe factum reperimus, ut unus homo in bonis operibus sterilis, in alios aut impedimenti aut exempli mali damna transfundat. Ait dominus: [Succide eam. Ut qd etiam terram occupat.] Ex rigore iustitiæ sententia succissionis egreditur, pro eo qd aliqd oia facta sunt. Sed si ab arbor

re fici terra steriliter occupatur, succissioni obnoxia subiacet. Cum nihil in terra deus fecerit sine causa, frustra uiuit qui sibi ordinem positi prætermittit. Quid arbor in agro uel hortico, si id quod est suæ naturæ, non reddit? Nulla causatio aduersus syluestres arbores, si dulcem fructum non exhibent, non enim eis natura suadet. Aduersus fici arborem est querela: cõpetebat enim ei huiuscemodi fructum reddere. Non enim exigit deus à se creatis, qd in earum natura non posuit, sed credita eius est exactio: alijs iniustus haberetur exactor. Humana igitur uideat arbor, quid sibi creditum est ex natura, quid ex gratia, & quantum suauetudo protenditur, & in his duntaxat se agnoscat obnoxiam exactori. Reddat qd ab ea exigit, ad impossibilia non cogit, per iniustitiam nõ grauatur. In ea secundum iura diuina decernitur, secundum quæ contemnens paratur ad rhomphæam. Quoniam frustra uiuit q; nequiter uiuit, & mori melius quam perperam agere. Ut quid igitur homo sterilis uiuit? Amplius & male operans cur existit? Cur terram & loca terrarum occupat, quæ debita naturæ atque gratiæ non perfoluit? Fructum poenitentiae saluator ex ista parabola inquirebat, ut cõspiciamus his qui mortem Galilæorum occisorum à Pilato & à casu turris nunciauerant, protulisset, adiciens, si non poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et ilico parabola subdidit. Sed cultor uineæ pro arbore intercedit, quauis digna sit succisione, tamen cultoris intercessione seruetur, eo pacto quod arte naturam uiuatur. Hinc autem ille respondens, dixit illi: [Domine, dimitte illam & hoc anno, usq; dum fodiam circa illam, & mittam stercora: & siquidem fecerit fructum: si autem, in futurum succides illam.] Cultor uineæ Christus homo est, qui suam colit ecclesiam, apud patrem pro sterilibus intercedens, ne post delictum subito tollantur à uita, ne sit omnino desperanda correctio: quoniam si mox post delictum eradicās à uita multatio sequeretur, paucorum esset saluatio, & de correctione nullus sermo texendus, & desperatio in delinquentibus adderetur, quorum quam plurimi tolerati ad tempus, ad iustitiam reuertuntur. Hinc Petrus dicit: Non tardat deus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reueri. Promittit optimus cultor circa arborem fossidem, terrere scilicet delinquentem per uerba doctorum donec compungatur, similiter & stercus appone uilitatis, peccati atq; poenarum dare notitiam. Quod si ex huiusmodi adhibitis arbor nõ fructificat, sterilitate deposita, ferrum diuinæ iustitiæ illam succidens adueniat. Terror ex hoc omnibus factus est. Nam si non fructificas

iustitiæ, atq; non faciens fructus dignos poenitentiae, iuste succiditur: iniquitati deseruiens, quibus poenis multabitur? Confirmat em̄ hoc ad aliud dicta quædam magis acerba Petri sententia: Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt?

Epilogus quidam de parabolis tribus proxime supradictis. Caput XXXIII.

Volens saluator noster propter sui secundi aduentus incertitudinem, seruos suos esse paratos, aduersus imparatos simpliciter docens & terris, & parabolice suo modo disseruit. Ois seruus q; aliqd agere commissum accepit, si malus est, in absentia dñi segniter operatur. Et moram facere dñm in corde causatur, ut cõceptæ malitiæ opus adficiat, sibi nequiter impunitatem promittens si tardauerit dñs. Est & aliorum malorum seruorum peruersitas, quæ bipartite committitur. Ut aliquis domini uoluntatem nolit intelligere, ne quod in tellexerit teneatur implere, sciens ueram & infallibilem esse sententiam: Quia seruus sciens uoluntatè domini sui & non faciens, plagis uapulabit multis. Et seruus nesciens uoluntatem domini sui, neq; perficiens, plagis uapulabit paucis. Sed scientem & nescientem sequitur uapulatio, secundum trutinam diuinæ iustitiæ. Est & alius malus seruus, q; conseruus & ancillis infert iniuriam, dominum in absentia non ueritus. Et participium habet cum consimilibus malis, cum eis in abusum deducens domini sui bona, q; in familia domini dei nri altissimi seruorum reprobam consententiam adesse certissimè est. Sed certissimus erit improuissus aduentus, certissimam prouisionem faciens non prouissus. Ideo paterno affectu diligens quos condidit & redemit, uenire se improuissè minatur, ne cogat ex iustitia inuitabili pcutere, quos mox nec ante cauere. Ferire penitus uolens ex iustitia siue odio, cautelam non prædicat, sed uelut immobile signum expostit ad sagittam, quærit inuitabiliter quem transfigat. Cautum ergo fiat omnibus in domini seruitio recensitis, q; ueniet, sed certissimè, cum non speramus aduenire. Hæc ultima omnium dies atq; communis, à remotis conspicitur, uniuscuiusq; finalis multis in insidijs, multis uero in januis est. Sed nemo aduersus dominum moueat, quare omnes huiusmodi nescientiæ uoluerit subiacere, utilius forte arbitrans, si scientia largiret, in multis q; ad hanc utilitatem excogitari possunt, iaciens fundamentum. Magis aut talis arbitratio peccatum grauat, quia dominum tanquam defectuosè agentem nostram salutem, accusat, quia nihil ad ipsam expediens in aliquo retardauit, seipsum autem nobis in omnibus dedit atque promissit, quod illius scientiæ maioris est muneris. Quæ scientiæ tanq; nõ utilè, ut in Actibus apo

1. Pe. 4.

Luc. 12.

Act. 1.

stolorum legitur, ipsis petentibus denegauit. Scire namq; futura, non est uirtus, quanuis si- gnium possit esse uirtutis, se autem ad futura uita & moribus & animo praeprare, plenam dico esse uirtutem. Maiori uero sum contem- platus in uita, periculum magnum generi hu- mano adesse, si talem ignorantiam in scienti- am conuerteret. Nam homines non conuersi, & si qui fuerunt iam facti auersi, usque ad ul- timum ferè terminum mundi huius amoenitati- bus delectati atque illecti, redire ad dominum distulissent. Et ex eo firmatur ista sententia qd experientia docet: Nam si finis proximi atque remoti huius, & omnium ignorantia homi- nes à mundi amoenitate non eximit, certum quod scientia non eximeret: porius temporis faceret partitores, si haberetur temporis certa mensura, ut partem primam floridæ iuuentu- tis, pulchriorem atque maiorem, diuinis labo- ribus aptam, magis acceptam omnium condi- tori, cum mundo abusuè in dulcedine uana consumerent: & reliquam & minorem, sen- lem & grauescentem, ineptam studijs altæ ui- tæ, uelut putricidam faciem, inaniter claro ui- no consumpto, domino reseruarent. Igitur im- paratum & malum seruum, qui domini non cogitabat aduentum, sententia iustitiæ diuidet dominus à paratis, & partem eius ponet cum hypocritis, cum quibus similem uitam habu- it. Et mancipabit æternis fletibus, qui pro pec- cato flere noluit: & stridoribus dentium, cum quibus malè comedit & risit.

Mat. 25

Ibidem.

¶ Per amplius autem fitos cautos facere uo- lens, & improbare aduersos, decem uirginum adiecit parabolam, quinque prudentium, per- tinentium ad paratos: & quinque fatuarum, signantium multitudinem omnium impar- torum: qui delectati sensuum quinque obie- ctis, forinsecus in corporali lumine peruagan- tes, non accipiunt uasa plena, patulum cor ad deum non habent, nec se constituunt uasa cha- rismatibus replenda diuinis, nec oleum miseri- cordiæ internæ lætitiæ fomentum luminis, in seipsis uelut in uasis domini ponunt, nec lam- padem faciunt in seipsis, lumen infallibilis ue- ritatis sursum ferentis & dirigentis habentem, sed ad portã diuinæ iustitiæ audient uocem di- uinæ sententiæ:

Amen dico uobis, nescio uos.

¶ Quid est, nescio uos? Quid est quod nesci- at, qui omnia creat? Quid est quod nesciat, qd omnia fecit? Quid est quod ignoret, qui nouit antequam fierent, nec aliter nouit facta quam fienda? Inuariabilis enim est scientia eius. Sed nescio uos, non approbo uos. Nescio uos, re- probo uos. Vt qui me nõ probastis, nec ad me uigilastis in cordibus ac moribus uestris, repro- bo uos in ianuis meis.

¶ Et seruum non operantem cum accepto talento, iustissime condemnauit. Quotquot ætatem capacem uitij & uirtutis attingimus, talentum accepimus rationis, super quam fun- datur liberum arbitrium uoluntatis, cum quo demereri possumus & mereri. Sed plerique do- num acceptum à deo abscondunt, qui publi- cum ex actibus uirtutum non faciunt, quod ratione intrinseca cognouerunt. Sed ubi abs- condunt? In terra. Quomodo in terra? Fodit. Bonum est id quod absconditur, quia donum quod diuina largiatur bonitas. Malum, quia nulla in absconsione utilitas. Ecclesiasticus di- cit: Sapientia abscondita & thesaurus abscon- ditus, quæ utilitas in uisibilibus. Malum, ubi abs- conderit, quia in terra. Terra maledictionem accipit in operibus peccatoris. Malum, mo- dus quo abscondunt, quia fodiunt. Fodiens enim laborat. In laboribus fossionis est mali autor, & nouitatis inuenter. Sed ad præliba- ta extensus reuertamur.

¶ Bonum abscondit. Quod bonum? Quod placere potest deo, quo mereri nobis aliquid supra datum possumus, ut bonum mereatur amplius bonum.

Quod bonum? Quod nouit esse autorem.

Quod bonum? Quod nõ discipat à cõsimili.

Quod bonum? Quod consonat uniuerso.

Quod bonum? Quod destruit ex toto ipse autor non finit.

Quod bonum? Quod non habet ex natu- ra contrarium.

Quod bonum? Naturale ingenium.

Quod bonum? Rationis donum.

Quod bonum? Liberæ uoluntatis arbitrium.

Quod bonum? Esse in conuentu.

Quod bonum? Morale quadripartitum.

Hæc omnia & similia ex radicibus nature fecit atq; dedit consurgere, qd naturam fecit & dona. Et hæc omnia talentum unum perfici- unt, quod summum pondus designat. Quod si ad hoc pondus adderem gratiam Christia- nam, quasi arena maris grauior appareret. Vi- de igit talentum concessum, uide donum acce- ptum: uide pondus supremum, uide bonum ex multis bonis conflatum. Sed uide bonum absconditum. Sed hoc damnabile malum, qd dei abscondunt donum. Operemur cum do- nis acceptis, & ad sibi cõueniens unum quodq; ordinemus: nec sint sopitæ uirtutes, quas natu- ra uoluit palam fieri, & ipse omnium largitor bonorum ad hoc dederit, ut ordinarentur ad opus reatarum ad largitorem: & redimeremus nos ab his, qbus nos tradiderat primogenita- mors: & releuaremus ab imitantibus, in quas deiecerat nouerca natura: & ipsis compilatis ad finem ordinatis, uelut exules reuocarentur in patriam. Vituperat Ecclesiasticus abscondita bona, dicens: Bona abscondita in ore clauso,

quasi appositiones epulæ circūpositæ sepul- chro. Vesta similitudo altius deducatur, sensus à litera reuocentur. Mortuus autē cadauer in se pulchro existens, comestibiles appositiones nõ comedit neq; sentit. Ita uelut cadauer in sepul- chro fortidè iacens reputandus est, qd talera do- mini apposta & uaria dona dei, non mancipat inuisibili aut uisibili opi ad largiendis honorè, p- priamq; salutem, & ad ædificationem proximi. Et maledictus qd abscondit frumenta in po- pulis, sapietia clamar, ut æternis subiaceat pœ- nis, qd dona dei abscondit à proximis. Et mul- tabitur talione pigroræ absconfor operæ. Abs- condit piger manus suas sub ascella sua, & la- borat si ad os suum eas conuertit. Quid ergo per manus, nisi potentia & actus? Quid abscon- sio sub ascella, nisi sub modico calore occulte delectationes detineris? Quid quod non appli- cat ad os, nisi quod taliter non agit, ut debito modo uiuât: Sed malum est locus ubi abscon- dit, quia terra. Terra cibis est serpentis, terra grauis est, terra terrenos facit. Væ igitur qui terrenis rebus diuinum abscondit talentum, quod ideo datum erat, ut cum illo mercare- tur regnum æternum. Reprobis est mercator, qui aurum in ferrum, argentum in plumbum, margaritas in lapides alios æquali quantitate commutat. Nulla ram grandis sufficit pœna ei, qui dona inuisibilia pro uisibilibus, incor- ruptibilia pro corruptibilibus tradidit in cõ- mercium.

Absconsionis autem modus culpam magis aggrauat, si quis rectè considerat. Primò fodit, deinde abscondit. Fodere laborem insinuat, quem ferre malus uillicus recusabat, dicens in- tra se: Fodere non ualeo. Quis autem infructu- osior labor, quam de quo uitæ priuatio carpi- tur? Quis periculosior, quam quem nulla seq- tur requies? Quis inuiliior, quam cui stipendi- um mortis offertur? O malè fodiens, uelut e- quus ungula terram. O qd conaris in ueterum, propulsa uirtute. O qd superna dona terræ ima defodis. O qui ad inueniendis unde mittaris in an- trum, fodis ut abscondas arte, atq; uiolentiã fa- cis. Væ igitur qui conantur in malum. Væ qui ad inuentiones perficiunt in peccatis. Visita- bo uos, dicit dominus, in adinventionibus ue- stris. Malum est, malum facere: sed peius est, cum labore, sicut propheta exaggerando lo- quitur: Vt inique agerent, laborauerunt. Ma- lum est quod deo non placet; sed grauius pec- cat, qui ad inuenit quod sibi maxime displicet, quia ibunt per damnationem in adinuentio- nibus suis. An ideo fodit, quia malè credebat facere inuisus? Sed oculi domini in omni loco contemplantur bonos & malos, & nec est qui se abscondit à calore iustitiæ eius. Et si nostra substantia occultaretur in inferioribus terræ, à dei oculo non esset effugium. An fodit, ut in

profundum malorum descenderet? An fodit, ut plantaret aut propaginaret plantarum? Ad quid fodit? Ad nihil utile fodit. Sed ad finem peruersum fodit, & foueam fecit ut absconde- ret. Quid? Pecuniam domini sui, non partem, sed totum talentum quod acceperat, ut nihil remaneret ad usum, quod totum ad fructum fuerat erogatum. Ecce labor in damno, ecce operis perditio certa, ecce fatigatio, ut deueni- atur in pœnam: sic dei ultione agitur, quod pec- cator incidit in foueam quam fecit. Et alibi: Foderunt ante faciem meam foueam, & inci- derunt in eam. Dixerat olim Iob: Traxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna de- scenderunt. Ego contrarium dico: Trahunt & ducunt, peragunt & faciunt in laboribus, su- doribus & anxietatibus dies suos, & in puncto, imò in temporis momento paruissimo ad ge- hennalia loca merguntur. Qui fodit, corpus rectè incuruat, & terram percutit sarculo du- riori, &o ligone sursum terram trahit ab infimis. Fouea pro facta funditus iactato talen- to, terram in infimis ut abscondat, ite recon- uertit. Nonne hoc labor & afflictio spiritus? Ecce cœcitas hominum mentes, qd labores, qui- etes: amaritudines, dulcedines: punctiones, un- ctiones appellant. Ad peragendum malum, quam bonum, amaritudo defudat: & toleratum ex tempore malum, præparat ad æternum. Quæ peruersio, ad labores à laboribus per- gere? Accedere ad quietem expediebat poti- us laboranti. Veruntamen si pro deo, non pro mudo aut carne fuissent tolerati labores, non labor, sed causa quietem adiecit uel laborem. Quid ergo est fodere, nisi præter domini uo- luntatem in terrenis animo & corpore labora- re, atq; defudare in his, in quibus diuina boni- tas nobis in carne facta magistra, defudandum contempsit, & ad terrena omnem suam incur- uare uirtutem, uelut illi qui oculos suos statuerunt declinare in terram seorsum ab istis, di- cente Iob: Lux uultus mei non cadebat in ter- ram? Quid est fodere, nisi cum insensibilibus gerere bellum duræ? Nonne cum terra pugnat fodiens duro ligone? Percutit, & artus simul & brachia tremunt: & qualem dedit ictum, per- lit terræ fossor. Quid autem est abscondere in humo fossa talentum, nisi omne à summo deo acceptum beneficium & donum, ita in rebus uisibilibus & mortalibus implicare atque im- mergere, ut in dei seruitio nihil suū appareat ante conspectum? Absconditum enim est, quod ante deū obsequendo non uenit, id finaliter agēs, ut faciem misericordiæ suæ ipse abscon- dat à nobis. Strenuus miles, tempore belli ui- res corporis bellandiq; pitiam non abscondit. Sapiens sapientē necessitate distante, quod no- uerit expedire, non celat. Si quis sup naturam doctus, quærit materiam rebus gerendis, deli-

Psal. 7.
Psal. 56.
Iob. 21.

Iob. 29.

escere appellat inertiam. Qui diligit, non occultat amorem, sed signo & operibus pandit. Infanti fugere postulant, mater aut nutrix libera non subpannat; & laminae nudant mammam, & lactant catulos suos. Aues & animalia non abscondunt eorum expedientia natis. Non obteguunt plantae uirtutem insitam à natura, sed ornant folijs, floribus & fructibus orbem. Quatuor elementa eorum proprietatem naturæ non obnubunt. Lux seipsam non operit, nihil est ordinè res: se quæ regulatq; iustitiam, quod non obtendat loco & tempore, necessitate aut euentu rerum, opportunè manifestari expediens ad profectum sui, aut ad reuersionem cõtrarij. Quid est quod sola iniquitas hominis, quod à deo accepit, abscondit? Exagitat te forte sermo uteri tui, ut ad excusandum aut te protegendum inferas uerba tua, ut quod est uicij, uelis ascribere ad uirtutem, dicens: Præcepti accepi à Christo, ut abscondam opera bona, orationes & munera. Sed aliud est abscondere iustitiæ opera, ne intentione supposita temporalem atq; uentosam gloriam capiamus, & hoc est quod prohibet Christus. Aliud est instrumenta bonorum operum atq; uirtutum in terrena delectatione defodere, ne cū illis domini placitum faciamus; & talem absconforem iustum est à domino, mitteri in tenebras exteriores, quia in exterioribus fuerat delectatus; & sletum & stridorem dentium patitur, qui flebilem uitam dilexit, & pro ipsa dentibus multâ corrosit. Omnes quidem parabola supra proximè memoratæ, de decem uirginibus, de seruis prudentibus, de uigilia ianitoris, de rege peregrinante dona tradente, rationem exigente cum redierit, in uigilia terminantur, & prudentiam persuadent, & sollicitudinem agendorum, non quod semper corpore uigilemus, sed mente solerti, & prouideamus nobis, & operemur pro nobis, & inueniamur in die ultimæ exactiõis fiendæ à domino imparati, sed parati ad eius regnum, ab ipso nobis paratum æternum.

¶ De parabola mulieris in partu tristitiam habentis, ad depellendam in agonibus tristitia electorum, secundum Iohannem tantum. Cap. XXXIII.

Altos agones saluator in mundo imposuit, cum ex uerbo & auditu fidem trinitatis, incarnationis suæ, cæterorumq; factorum suorum, & resurrectionis omnium, æternæ poenaltitatis & gloriæ humano cordi per suos discipulos disposuit coniungere, atq; mundum subiugare cruci, quæ ludæis scandalum, gentibus stulticia est. Hinc talia suadentibus, persecutiones, pericula, gladij, exilia, & omnia tormentorum genera parabant, etiam omne horrendum moriendi genus. Ratione atq; demon-

stratione ista insinuanda carebant, nec aliter per fidem poterant in cordibus hominum fructu. Magna porro distantia inter cor humanum & calium, atque inuisibilium & futurorum fidem. Proinde Iesus pronunciat futura pericula, & ex eis causandam tristitiam, quam & per adiectam parabolam mitigat, & pollicetur in lætitiã conuertendam, dicens:

Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit; uos autem cõtristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

¶ Unde fletus atq; ploratus? Quia ex his que prædicabitis, contumelijs afficiemini atq; tormentis. Et quoniam segregatos à dilectoribus mundi, moribus etiam à societate & conuersatione separabunt. Gaudebit mundanus homo, cum se uiderit superiorem subactis suatoribus fidei, cum crucifixus suos non tuebitur cruciatos, cum extemplo non fuerit in eis uindicant exiacturis & contumelijs irrogatis. Gaudebit quippe cū uiderit nouos Christi præcones atq; sequaces squalidos, pressos inedia, nudatos rebus, abdicatos à domesticis, seiuictos à charis, nulla substantia mundi resurgentes, seipsum autem aspiciens florere placitis, abundare cupitis, & mundum sibi aridire ad uotum, ignorans quanta sit infelicitate claudendus. Vos autem contristabimini corpore, sed non mente. Non enim oportet in mente tristari eum, qui pro Christo agonizare disposuit, & certare ad præpanda cælestia, quanuis etiam corpus teneat in poena. Et si aliquando in animo irreperit ipsa tristitia, si pro re corruptibili fuerit, ilico auerlatur: si uero pro iniuria saluatoris, pro defectu uirtutis, pro derelinquentibus legem dei, pro peccatione facinoræ, oportet ut teneatur. Et enim Dauid in his tristitijs agebat, dicens: *Vidi prouaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Laudabilis miserabiliter, & misericera laudabiliter est ista tristitia de perditione boni honesti, & cum committitur quod summa iustitia uetat: sed talium tristitia uertetur in gaudium, non perfunctorium, sed æternum.* Ad hoc melius cordibus insigendum, subiecit de parturiente parabolam, in qua statum militantis ecclesiæ & cuiuslibet agonizantis animæ saluator edocuit:

Mulier eum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem pepererit parturientem, iam non meminit pressuræ, propter gaudium quia natus est homo in mundum.

¶ Sub typo mulieris parturientis describitur ecclesia orthodoxa, & quilibet aia fideianu- lo desponsata Christo, quæ præhabet tristitiam ad gaudium; & quod est causa tristitiæ ab incerto, sit causa lætitiæ, cum uotum aut spe-

ratum possidetur ex certo. Tristatur mulier partens ex doloribus, tristatur ex incertitudine partus, an masculinus aut femininus existat. Tristatur, nesciens an partus, an ipsa partens moriatur. Tristatur, ne abortiuum habeat, aut edicim ilico mortuum audiat, & ne aliquid sit demptum, unde pudor sit in partiente, & coalescente prole tristatur, ne quod timet, eueniat, & ne ueniat quod sperat. Inter spem & metum, impossibile sit, non adesse tristitiam. Huius mulieris typo laborat ecclesia, et omnis fidelis anima. In partu continuo ecclesia est, quid sit nesciens, paritura. Multos habet ipsa conceptus ex semine fidei, ex semine uerbi dei: nescit tamen qualis partus omnium sit futurus, quoniam multi sunt uocati, pauci uero electi. Habet, cum parit ipsa, tristitiam, quia uenit hora eius, scilicet partus, qui dolorem partientibus infert, & hora discernendi quid sit gestatum in ventre, an ualidum, an infirmum, an cum omni decore, an cum aliquo naturæ dedecore.

¶ Attendendum, qui ab homine non satus in uirgine, supra naturam partus à uirgine, quæ tristitiam primæ mulieri ex uindicta partenti apposuit: & de muliere natus, omnium tristitiam, quantum in ipso erat, conabatur auferre, etiam per mulieris similitudinem partientis, tristitiam suorum discipulorum ex mundi uarijs uertibus uenientem, & tunc de absentia sua in illo sit cordibus iam exortam consolari dignatus est, inferens parabolam partientis in tristitia, post partum in lætitia exultantis. Præcellerit huius tristitiæ testimonia in scripturas sacras. Nam Eua post peccatum dictum est: in tristitia parturientis. Et ecclesia cum suos parit, tristitiam habet, cuius figuram Eua gessit: sed illa propter peccatum, ista propter poenam peccati. Demitto quidem illius primi delicti tora, & agonibus agitur, tora tentationibus agitatur, ut uix possimus palmam uirtutis attingere, aut pertingere quod uocamur. Rebecca in tristitia peperit, cum ante partum geminos belantes agnosceret, ex quo stupens præ tristitia, dixit: Si sic mihi futurus erat, quid fuit necesse concipere? Duos populos gestat ecclesia in utero fidei bellagentes, dissimilitudine morum & differentia sentiendi: quam obrem tristatur, nesciens quid futurum, tristatur ex belis aduersis quæ patitur. Thamar tristis in tristitia geminos parturuit, ut ex passione confligens doloris & prælagij ad futura, lamentaretur, quod propter eam diuisa esset materia. Talia prælagia in ueritate in ecclesia incessanter aguntur, unde uelut partens mulier sæpe tristatur. Cuius tristitiam & causam, processum & pugnam, Iohannes in Apocalypsi descripsit de muliere quæ cruciabat ut pareret, & draco partui parabat insidias, & ex emissio tribulationum & hæresium & omnium aduersitatum

flumine ab ore suo, ut partus & partiens necerentur, nisi terra iuisset absorptu fluminis, tristandi & timendi materia data erat. Sed post mortua est omnis humana conditio, etiam utraq; que partem ipsa contineat; & alternantur uices hominum, ut nunc tristandi, nunc gaudendi habeatur occasio. Proinde non tristitiam, sed causam oportet inspicere, & cuius intuitu tolleratur aduersum, non quod patitur, contentationem in ducat. Sæpe quidem mundi tristitia in æternum traiecit habentem: sæpe quidem transtulit in gaudium. Quod tristitia tristitiam nanciscitur, & tristitia in gaudium terminatur, non hæc tristitia seu illata testatio, aut aduersitas tolerata facit, sed causa. Suppositiuas omnium causas oportet inspicere, scilicet de fine dare iudicium. Si rerum labetium conditio tristitiam fecit in seculo, faciet illam eonsequenter: si uero Christus est causa, terminabit ad gaudium. Et hoc ipse discipulis loquitur: Tristitia uestra qui propter me affligimini, non omnium, uertetur in gaudium. Quia

cum ecclesia orthodoxa seu fidelis anima, longotentationum & tribulationum cruciata partur, cum emiserit bonorum operum partum, in omnibus seruata constantia, cum fructu uirilem, non effocminatium fecerit, ut non sit filia mollis & tenera, fragilis & caduca, sed filius accrescens uirtutibus, sapiens in moribus, lætificas patrem, non stultus inferens matri tristitiam, sit filius de numero filiorum qui in ecclesia benedicuntur, sit filius dextræ, scilicet operas aptum beatitudini regni dei, non recordabitur tristitiæ atque pressuræ, illa æterna & supra auditum & uisum & intellectum inuenta læticia. Verè non omnium tristitia uertetur in gaudium, sed illorum duntaxat, qui propter Christum patiuntur unde tristitur: siue quia dolent absentiam & prolongationem, ex hoc istius incolatus deplorat, dicentes ut propheta: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Seu, qui ob confessionem sui nominis illa tolerat mala, quæ suadet inferre primò ad se crudelis hostilitas, & hominum excogitat deprauata crudelitas: aut quia illum offendere in lege sua, & sentiunt eum in poena sua purgatoria, non æterna. Purgatiuum enim habet uirtutem, tristitia post peccatum, & ipsum solum in hac uita dignè sortitur tristitiam, quæ si præuenit, ut sit ex culpa potius, quam ex poena, nil decentius reperitur ad diluenda peccata. Oportet ueram & saluiteram oriri tristitiam ex displicentia culpæ, non ex displicentia poenæ. Illa displicentia exoritur, quia displicuiti deo ex uitio interdicto ista, quia displicet tibi ex poena quam pateris. Displicere sibi patienti ex poena, proprium est omnium sensibilibium, etiam ratione carentium. Displicere sibi ex culpa, tantum est uerè ratione utentium, ma-

Iohann.

Mat. 10

Gen. 3

Gen. 25

Gen. 38

Apoc. 17

Iohann. 16

Psal. 119

SIMONIS DE CASSIA
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER SEPTIMVS,

Tractans speciatim
DE SIMILITVDINIBVS A SALVATORE POSITIS ET ASSVMPTIS.

¶ De similitudine salis, secundum Matthaeum, Marcum & Lucam.

Caput .i.

ximè autem omnium uerorum fidelium: ac p
hæc incunctanè tristitia de peccato, nō de sup
plicio, uertetur in gaudium. Et parabola pari
entis mulieris elucida. Parit in tristitia mulier,
quia uenit hora partus, qui ex multatione diu
na in doloribus agitur, peperit puerum, non
meminit pressuræ propter gaudium. Non di
cit, non meminit tristitiæ, sed pressuræ. Pres
suræ, causa est tristitiæ: non tristitia, causa pres
suræ. Quoniam dum dolor cum corporis na
tura configit, adest tristitia parienti: cum ue
rò dolor tanquam à potiori bono uictus ab
cesserit, & tristitia defluit. Vbi ad memori
am dolor corporis & animi tristitia reuocan
tur, non tenet memoria, quāta fuerit ipsa pres
suræ, sed tenet quantum tristitia ipsa confode
rit. Facilius recordat eius quod passus est, ani
mus, quāta eius quod sustinuit corpus. Quan
uis enim unum consistit in altero, & unum pre
ter alterum habet existere posterius, sed nō pri
us. Non existit anima prius, quāta tradatur in
corpore: sed creatur cum tradit, & traditur cum
creatur. Habet autem post existere, uiuere & in
telligere, præter corpus. Sic quidem anima so
lūm sentit tristitiam siue dolorem, cū poena in
fligit, corpus yō poenam, nesciens quid & q̄ &
q̄les sunt animi passiones. Recordabit igit̄ ani
mus passiois suæ naturæ potius, quāta alterius
cuius est corpus. Diuersa quidē natura p̄ oēm
modū est animorū: seu sp̄itū, & corruptibilitū
corpore: tristitia in anima, p̄suræ in corpore a
git̄. Nō meminit ergo anima pressuræ actæ in
corpore, recordabit tamen tristitiæ quāta ipsa
perpassa est. Non tñ memoria tristitiæ, tristitiā
dabit his quibus uerū successit gaudium: sicut
memoria se fuisse aliquando lætari, nō dabit
lætitiā his q̄ æternū supplicii incurserūt. Nā
ex magna infirmitate redditus sanitati, illius re
cordabit nō tristatus: & ex magna sanitate red
ditus infirmitati, tenebit illā memoriā nō læta
tus. Vñ nō meminit mulier paries p̄suræ, pp̄t
gaudii. Quare? Quia natus est hō in mūdū. Sic
est exēplificās. In exēplificatū igit̄ ueniamus.

Et uos igitur nunc tristitiam habetis.
Achi diceret Christus: q̄a nunc recedo à uobis
corpore actu peregrinandi, non officio diligē
di atq; subueniendi, sed id quod est causa tristi
tiæ, sic & ueræ lætitiæ.

Iterum uidebo uos, & gaudebit cor ue
strum, & gaudium uestrum nemo tollet
à uobis.

¶ Temporalis absentia, temporalem tristiti
am generabit: præsentia uisionis æternæ, inau
feribile gaudium præstabit æternum.

LIBRI SEXTI DE PARA
BOLIS SALVATO
RIS, FINIS.



DIFFEREN
tiam similitu
dinum & para
bolarū in libro
p̄diximus de
parabolis, hic
silento traden
tes. Sed cū in
prima & gene
rali p̄dicatione
Christus imon
te turbis & di
scipulis loque

retur, ad discipulos solum sermonem intorsit,
præostendens quātum primatus, quātum ue
fructus super alios & in alios acceperant: non
solūm eos, sed futuros similes in suis similitudi
nibus præmonens, instruens & exhortans. Et
primò omnium extitit similitudo salis, sub q̄
præfagauit apostolos ceterosque in illa sorte
futuros, dicens:

Vos estis sal terræ: quod si sal euane
rit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ul
trā, nisi ut mitatur foras, & conculcetur
ab hominibus.

¶ Vigilans est similitudo ex natura intro
dūta rei, ex Christo clarescit per amplius. Nec
immeritò in omnibus tenet ista primatum, ut
uelut in rebus esilibilibus sal: sic inter eos qui re
guntur, aut opportunè docentur & diriguntur,
debeant esse qui præfunt, instruunt siue ducunt.
Nihil protinus operatur in his quæ usu capi
untur, sal: quod similitudine sumpta, non con
ueniat his qui sumperunt ducant. Et in omni
quod deficit aut euanescit in his, quibus usu ap
ponitur aut applicatur, insulfus aut putredo
exoritur: Sic in his quæ aguntur in hominibus
secundum rationem fidei, moresq; gratiæ, at
chores spirituales, doctores, duces, si euanescent
siue deficient, damna similia prouenire credan
tur. Sed quis comedere potest insulfum, si de
buit sale penitus esse conditum? Aut quis tan
get putridum, aut sumet in esum, seu tenebit
ad usum, si appositioe salis debuit præferuari?

Proprietates siquidem salis solertibus indaga
toribus relinquimus, ne plus debito sermo tra
hatur in longum. Quod cum fecerint, nihil in
uenient inapplicabile in profectibus, nihil in
defectibus ad archores spirituales, si aderit eis
in similitudine bonitas salis, aut si aberit eis
proprietates opportuna. Sed si sacram scriptur
am uolumus perçorari, clariis apparebit, cur
archoribus Christiani exercitus, salis fuerit à
Christo similitudo tributa. Sale quippe ipsam
charitatem in agendis opportunè merito in
telligimus, sine qua nemo aliquid deo acceptū
fecit, quæ in fœdus sempiternum posita est in
ter nos & deum. Ac per hoc dominus in uete
ri testamento omne sacrificiū condire sale mā
dauit, dicens: Quicquid obtuleris sacrificij, sa
le condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sa
crificio tuo: in omni oblatioe offeres sal. Sacrifi
cia fidelium Christianorū: porro illa esse noscunt,
quæ in corporibus hominum respectu super
næ patriæ per carnis macerationem, uilitatem
& abiectionem aguntur, in quibus nulla uilit
tas, si defuerit charitas. Nec tale sacrificium
erit acceptum, si omnino erit insulfum. Sunt
enim sacrificia nostra excitationes in orationi
bus & indagationibus scripturarum sanctarū,
& in intimis meditationibus cordis, ac etiam in
illis theorijs, quādo supra se ip̄m & supra cun
ctā sensibilia nos ter animus conatur extolli.
Sunt & siqua peragimus in subuentionibus p
ximorum, quæ omnia inepta redduntur, nisi
sale charitatis condiantur. Hinc enim est quod
apostolus ad Corinthios scribit, nihil esse, ni
hil prodesse sine charitate, dicens: Si linguis ho
minum loquar & angelorum, & cetera quæ
annectuntur.

Est protinus ipsa charitas fœdus inter nos
& deum, ut si diligimus, diligamur, sicut sapi
entia clamat: Ego diligentes me diligo.

Est & fœdus, quod si diligimus deum, dili
gamus & proximum, sicut Iohannes in sua ca
nonica commemorat.

Est & fœdus ad mandata seruanda, ut si dili
gimus præceptorē, eius præcepta opere cōplea
mus. Erem̄ Christus dicit: Si quis habet māda
ta mea & seruat ea, ille est q̄ me diligit. Ille ha
bet mandata mea, qui nouit, qui tenet ea me
moriter: sed tñc seruat, cum deducit in actum.

Est & fœdus ad beatitudinem obtinendam.
Sola enim charitas facit patere cælum, ipsa so
la introducitur in regnum. Prōinde auferri de sa
crificio prohibetur: Nec auferes sal fœderis dei
tui de sacrificio tuo, imò in omni oblatioe tua
offeres sal. Tunc enim in omni oblatione sal
offeritur, cum omne quod agimus, ipsa chari
tate fulcitur. Nec non & ordinem tenendum
in moribus apertè conspicimus, si præceptum
de sale factum, subtiliter indagamus. Præce
ptum factum, ut omne sacrificium sale condia

tur. Ex quo protinus indicitur, ut in omnibus
ordo seruetur, sicut Apostolus ait: Omnia qui
dem honestè & secundum ordinem fiant in uo
bis. Nam ubiq; ordo deseruit, in positum
finem non erit accessus. Nihil fiet impertinens
aut frustra, si in rebus diligendus ordo serua
tur. Omnia enim deus legibus ordinis alliga
uit, ut etiam in his quæ tradita sunt, ut perueni
amus ad deum, seruatus ordo perducatur. Et nul
lum sacrificium gratius, quāta illa diligere atq;
peragere quæ tendunt in deum, ubi sal ordinis
penitus est ponendum, tanquam fœdus ad de
um. Ipsam porro scientiam, nōmine salis arbi
tror aestimari. Fit enim sal ex coctis aquis à so
le aut ab igne, Et aqua sapientiæ potauit domi
nus sanctos suos. Et in omni sacrificio nostro
necessaria est scientia, maxime in zelo quo ad
deum accendimur, ad euitandam illam senten
tiam, quam dixit Apostolus: Habent zelum
dei, sed non secundum scientiam. Nam sicut
sal lapidum reddit ubi apponitur, sic charitas,
ordo & scientia, cuncta quæ uisibilibus & inuisi
bilibus aguntur, grata faciunt deo, ut nō sint
insulfæ, sed sapida quæ sunt mandato cælestis
siue terreni agonom positioris. Ipsi siquidem
agenti aliquid in utraque substantia, sua facta
non insulfæ, sed sapida erunt, si sale charitatis
& ordinis atque scientiæ condientur. In his pa
ctum nobis cum deo constituitur sempiter
num, de quo dominus sacerdotem ueteris tes
tamenti diligenter commouit: Pactum salis
est sempiternum coram domino tibi ac filiis
tuis. Pactum huiuscemodi salis, ideo sempiter
num, ut nullo tempore uioletur. Pactum sem
piternum, ut ex ipso inuolabiliter custodito
æterna gaudia capiamus. Hoc salis pactum re
memorauit Abia rex Iuda Hieroboam regi
Israel, cum in prælium conuenirent. Stans
Abia super montē Semeron, qui erat in Ephra
im, ait: Audi Hieroboam & omnis Israel.
Num ignoratis, quod dominus deus Israel de
derit regnū Dauid super Israel in sempiternū,
ipsi & filijs eius in pactū salis: Quid est pactū sa
lis, in quo regnū Dauid datus commemoratur, ni
si pactum illarum uirtutum, quæ potissimè in
agendis omnibus exiguntur, quæ salis simili
tudine designantur? In pactum salis regnum
dicitur datum Dauid, in condimento sacrifi
cij quod tunc temporis agebatur, quando ipse
rex fuerat à domino constitutus in manu Sa
muelis, tunc sacerdotis atque uidentis, qui sa
crificium sub censura salis antè constituta of
ferebat. Ex quo typico mysterio insinuatum
est, sub pacto salis sacrificij uera regna consti
tuit, & iura regalia hominum sine p̄ferato sa
le ad perfectum non posse deduci. Arguit
Abia rex Iuda Hieroboam regem Israel, qui
ad impugnandum ipsum & regnum eius, ar
ma commouerat, quod iniuste huiuscemodi

1. Cor. 14

Rom. 10

Num. 18

2. Par. 13

rem fecisset, quod in sempiternum concessum sit regnum occasione salis in pactum. Ex hoc ad dæmones remouendos magna iurisdicção nobis efficitur, si stabit intactum priorinus salis pactum. Nec non ipsam iustitiam in similitudinem salis accipimus, sine qua nihil rectum agitur, cum ipsa uniuersitate præfulgeat, & condire habeat præ cæteris moralem hominum uitam: & dum sub sua censura omnia disponuntur, nihil est quod de obliquitate causetur. Ipse siquidem Dauid, qui regnum accepit in salis pactum, iustitiam operabatur, regum scriptura dicente: Et regnauit super omnem Israel. Faciebatur quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo. Et de iustitia plenè confidens, in psalmo dicebat: Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam. Nempe sicut sine sale insulsa sunt esibilia plurima, præter panem, parum delectantia gustu; & sicut sine sale uermibus carnes scaturiunt, sic sine iustitia nihil in moribus hominum delectabile, nec non & humana uita corruptipitur insolentia pessimorum. Circa quam Dauid magna diligentia intendebat, ne prætermittit iustitia, subiecta sibi res populi turbaretur, cum prout psalmus eloquitur, faciebat: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem. Quam obrem pro seipso interpellabat ad dominum: Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Ipsam etiam sapientiam euangelicam, salis nomine non immeritò dicimus esse censendam, quæ omnium conditio hominum uitæ, & sanauit steriles hominum nationes. Et humani mores & leges uiuendi per ipsam conduntur, & ne putrescant, sua uirtute seruantur, & sanantur faucij populi desuunt. Quod in libro Regum multis ante temporibus legimus figuratum. Nā uiri ciuitatis Iericho dixerunt ad Eliseum: Ecce ciuitas huius habitatio optima est, sicut tu ipse domine prospicis; sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi uas nouum, & mittite in illud sal. Qui cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in eum sal, & ait: Hæc dicit dominus: Sanauit aquas has, & non erit in eis ultra mors, neque sterilitas. Sanatæ sunt aquæ usque in hanc diem, iuxta uerbum Elisei quod locutus est. Eliseus interpretatione nominis, quæ deus meus saluator est, siue re gesta deum significat, cui humana natura, defectum quasi lunarem patiens, loquitur suo sensu, dicens quod mundi huius habitatio bona est, quia omnè quod est, bonum est natura: & in ordine suo, defectu omnimodè caret, sicut deus plenè cognouit. Nam uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Sed huius mundi, sensu quodammodo carentis, aquæ pessimæ sunt. Quid tam nomine aquarum intelligitur,

2. Reg. 3

Psal. 17

Psal. 100

Psal. 118

4. Reg. 2

Gen. 1.

nisi numerositas populorum, iuxta Iohannis in Apocalypsi sententiam: Aquæ multæ populi multi. Populi quidem hominum non natura, sed uoluntate pessimi facti erant, dum de diti cultibus idolorum, deum uerum & ipsius sapientiam ignorabant: & uiuebant in suis, sicut diuinæ sapietæ non conditi: & pessimabantur uelut putridæ carnes foetentis luxuriæ, aliarumque iniquitatum uermibus bullientes. Et terra sterilis erat, quia terra humanorum corporum, usum bonorum operum non habebat. Sed deus omnipotens in plenitudine temporis uas nouum iussit afferri, cum aliam uirginem iussit mudo preparari, quæ uerè dicitur uas nouum, ab antiquitate paterna discrepans, disciplina cælestium innouata uirtutum: in quo uase posuit sal æternam sapientiam, sicut licet unigenitum filium eius. Aur uas nouum, ipsum uerbum incarnatum sentiamus, qui nouus dicitur nouitate incarnandi, nouitate nascendi & conuersandi, qui nouam doctrinam attulit, nouiter mundo uixit: sicut mortuus & sepultus, & regressus ab inferis, ad cælestia penetrauit. In quo posuit sapietiam suam nomine salis signatam, sicut ipse prædicando sepe dicebat: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me patris. Et alibi: Sermone quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Et iterum: Quæ loquor uobis, à meipso non loquor. Penitus prout nouus homo erat, sapietiam à patre accepisse testabatur. Quod sal, scilicet incarnatum uerbum, effudit in apostolos per uirginis partum: sed sapietiam per prædicantem filium, & filius per apostolos post missum spiritum sanctum, sanauit qui recipere uoluerunt, populos nationum. Et uirtute salis, scilicet euangelicæ sapietæ, non esset sterilitas, sed sanitas, nisi adhuc libens hominum repugnaret iniquitas. Sanauit aquas euangelicæ & superna doctrina, quia populos recipientes illam, condidit & erudiuit, & docuit quæ nesciebat mundus, non habebat usus, ignorabat hominum intellectus. Saporis huius effectum refugiebat carnis sensus. Et inter initia eorum quæ uitæ hominum necessaria dinoscuntur, & celsasticus salem esse commemorat. Et tamen ex mandato domini Iezechiel Ierusalem inter cætera obiecit, quod in die natiuitatis eius non esset sale salita, scilicet illam discretionem non habuit, qua bene omnia disponuntur. Nam cum renascimur sacramentis, discretio Christi fera opus est inter ea quæ cogimur eligere, atque inter illa quæ agere obligamur. Optima inter uirtutes noscitur esse discretio, quæ gradus inter bonum & malum, inter bonum & bonum, inter malum & malum, inter opinionem & uerum, inter uoluptatè & necessitatem, inter uirtutè & famam, inter competetia corpori, & spiritui, semper ad tutiora declinat, deuitatque peiora.

Col. 4. Mat. 5. Ibidem.

Et sermonem nostrum tali sale condiri decreuit Paulus apostolus: Sermo uester semper in gratia sale sit conditus. Igitur cum supra memoratas uirtutes habere atque docere oporteat, eos qui autoritate atque doctrina populis præferuntur, merito Christus dixit apostolis: Vos estis sal terræ. Quibus pro seipsis & pro successoribus dictum fuit: Sed si sal euauerit, in quo salietur? Si uirtus deficit in doctore, si doctor deficit ipsi uirtuti, quid boni perficiet? Cum ad nihil ualeat, dignum sit ut his fiat in ridiculum atque derisum, quos erudire debuit per doctrinam, monestacere per exemplum, & fiat uoluntate cõcultur inferior, qui uita & doctrina debuit superesse.

De similitudine lucis, secundum Matthæum. Caput II.

Quoniam Christus unigenitus dei filius erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, uoluit quos elegerat, huius lucis esse participes, per quam illuminaretur orbis terrarum, qui tenebris peccatorum ubique in hominibus iacebat obscurus. Et quia quadam nouæ intelligentiæ luce illos perfuderat, & per amplius perfusus erat, & lucis sequeretur effectus, sine interpositione uerborum suos apostolos & similes posteros, luci comparauit, dicens:

Vos estis lux mundi.

Iustus dei facta est lux, nec aliquid pulchrius in corporibus diaphanitas: & eius uirtute cognoscuntur obiecta omnia oculorum, & fertur inobliquè in receptacula sua. Et per ipsam fit accessus atque recessus, & contrariorum declinatio. Secundum hanc proprietatem apostolos & ipsiformes saluator per similitudinem mundo præfecit, non uisibili atque sensibili, sed ei qui capax est diuinorum & susceptiuus thesaurorum supernarum. Et sermo dignus est, quod sibi saluator in hac similitudine homines huiusmodi asciuit, cum de seipso dixisset: Ego sum lux mundi.

Illuminauerat exteriorem mundum operatae lucis, illuminat interiorem luce ueritatis. Et humanarum mentium se cum apostolis & ipsiformibus lucem facit. Et nihil in spiritibus alibus rebus pulchrius ueritate, cuius splendore resiqua obijci possunt humanis intellectibus, cognoscuntur, & inobliquè irradiat super humanas mentes se receptui coaptates, ut possit esse accessus ad incommutabile bonum. Hanc lucem petebat Dauid, ut ad finem positum certus possit esse accessus: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et recessus fit per eam ab eo, quo culpabiliter & noxiè tenebamur. Vnde Apostolus: Eratis

Mat. 5. Ioh. 8. Psal. 42. Eph. 5.

aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Per lucem siquidem ueritatis, recessus fit a tenebris peccatorum. Declinatio contrariorum ad destinatum finem, istius lucis ueritate peragitur. Propterea saluator ait:

Qui ambulat in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet.

Hanc lucem dominus apostolos esse uoluit per exemplum atque doctrinam, quam inuenientes in ipsis apostolis & apostolicis uiris, non exorbitent, per agones superna captates. Lux uita est exemplum rationalis animalis, ex uirtute confurgens, ab oriente fidei ortum habens. Suffragatur sana doctrina in ordine suo lucis, & exemplari luci præstat augmentum: & dum præstat, ipsa etiam suscipit incrementum: & ad inuicem incrementa suscipientes, splendidissimam lucem faciunt. Suum proprium lucere oportet prætere, alioquin a tenebris non differret. Primum siquidem sui officij est, insistentes tenebras effugare: deinde ostendere, quomodo leuentur oculi ad directum. Sicque cum apostolis dicitur per similitudinem, quid sunt, quid sint facturi, ex tacito mandato suscipiunt, ne sit ociosa lucis appellatio, quæ tanto dictatore indicitur.

De similitudine ciuitatis, secundum Matthæum tantum. Cap. III.

Quia terrenam ciuitatè ordinauit ad exercitium & agones hominum, supernam uerò condidit ad gloriam angelorum, & hominum rectè agentium in terra, ut ad supernam a terrena esset ascensus ab eo, qui in ista esset uirtute probatus. Proinde per similitudinem ciuitatis docuit, quid mundo apostoli & conformes utilitatis conferre teneant, cum sine interpositione dicat:

Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.

In ueteri testamento legimus mandato domini, ordinatione Moyse, complemento Iosue, ciuitates plures factas fuisse refugij, ne ad eas confugiens, malefactor subito iudicaretur sine magna examinatione iudicij. Etenim apostoli & eorum loca tenentes, penitus sunt refugium peccatorum, effectus debent in parulo, non abscondi, quoniam positi sunt supra montem. Mons uerò summus super omnes, Christus est dei filius, quem Daniel præuidit uelut lapidem precidit de monte sine manibus, & in montem magni erigi, super quo apostoli & uiri apostolici sunt fundati. Non ergo debet abscondi, quin ad eos possit esse refugium, cum hostile ingruerit bellum. Ciuitas siquidem primo conuentione localis situs construitur, deinde firmatur lege uiuendi, & ne incurstantibus non retentis dat

Ioh. 11.

Mat. 5.

Dan. 2.

ma patiat, circuncingitur muro uel uallo. Apostolica ciuitas, cōuentio est fidelium. Fundatur autem in monte, qui est Christus; quoniam, ut ait Apostolus, fundamētum aliud nemo potest ponere, p̄ter id q̄d. positū est, q̄d est Christus Iesus. Lex qua uiuendum, euangelica de superis declarata doctrina, cincta muro in expugnabili uirtutū, & uallo timoris dñi. Hęc ciuitas abscondi nō potest, magis uerō nō debet: quia sicut Christus q̄d nō debet, non potest, & q̄d nō potest, nō debet: sic ciuitas apostolica & fidelium, supra ipsum montē posita, non debet abscondi. Nam impossibile factum erat, si dem tegi aliquo diabolico aut hominum uelamento. Nec impossibilitas absconditiōis erat ex ciuitate quę fundabatur, sed uirtute mōtis, ex quo ciuitas ipsa surgebat. Etenim Petrus fundabatur in petra, non petra in Petro. Petra autē erat Christus. Sed in ipsis apostolis ciuitas militās conurgebat, ipsiq; in mōte altissimo atq; immobili fundati erant, qui uerbo p̄dicatiōnis euangelicę, per signa uerba sequentia, per sanguinem & mortem, per uniuersum orbem illam fundaturā a dño parabatur. Hanc etiam ciuitatē quę non debet abscondi, de cęlo descendisse cognouimus, ut & ipsa in cęli mōte consistat, quanuis descendisse dicatur. Non em̄ terrenum aut humanum, sed cęleste atq; diuinum habet ista ciuitas fundamentum. Hinc loannes ait: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendētē de cęlo, a deo paratā, sic ut sp̄sā ornaram uiro suo. Descēdit ciuitas de cęlo, terrenū non quęrens, neq; relinquens cęleste fundamentum. Nam sicut Christus in terra carne degebat, in cęlo deitate, sic ciuitas sancta in terra militat, in cęlo uirtute consistit. Quę tunc absconderetur, si nō p̄dicaretur: tūc occultaretur, si rectē in illa non uiueretur. Absconsa siquidem diceretur, quanquam in Christo mōte fundata, nisi p̄dicatiōnis altitudine, uita, miraculis per orbem uniuersum propensius reboasset. Proinde in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrę uerba eorum. Sonus uidelicet, quo in ore dicentium & in cordibus audientium miro modo resonabat, sicq; inoccultabilis erat ciuitas in diuino monte cōstituta. De hoc mōte dixerat Isaias: Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Erat quędam mutua inuitatio, ut ad Christum qui est mons domini, ueniretur. Et ciuitas nunciabatur sub nomine domus dei, & gloriosa dicta sunt de ciuitate dei. Sed nūquam gloriosa, nisi ex fama; nunquam uera fama, nisi ex his ex quibus uera fama consurgit. Sed altiori & perspicaciori sensu hanc similitudinē pertractemus. Christus in hoc suos apostolos & discipulos commonebat, ut tales in uirtutibus essent, ut ciuitatem inabscōnsibilem & supernam digni fierent nunciare, ut intelligatur quantę debeant esse uirtutis, qui constituti sunt, ut ciuitatem in superno monte constitutam, non abscondendam, sed manifestandam sub iustis iudicijs debeant propalare. Ac per hoc cum saluator dicit, Non potest ciuitas abscondi supra mōtem posita, in id ueris huius scripturę intellectus trañcitur, ut si ecclesia orthodoxa nūc fundanda, si supernę patris ciuitas nō potest abscondi, congruē factum est, ut per uos quos elegi, inclariscant. Igitur tales estote, ut illas aperte p̄dicare possitis, & inueniamini digni myste-rio huius ciuitatis.

I. Cor. 3.

I. Cor. 10

Apo. 21.

Psal. 18.

Isa. 2.

Psal. 86.

rent nunciare, ut intelligatur quantę debeant esse uirtutis, qui constituti sunt, ut ciuitatem in superno monte constitutam, non abscondendam, sed manifestandam sub iustis iudicijs debeant propalare. Ac per hoc cum saluator dicit, Non potest ciuitas abscondi supra mōtem posita, in id ueris huius scripturę intellectus trañcitur, ut si ecclesia orthodoxa nūc fundanda, si supernę patris ciuitas nō potest abscondi, congruē factum est, ut per uos quos elegi, inclariscant. Igitur tales estote, ut illas aperte p̄dicare possitis, & inueniamini digni myste-rio huius ciuitatis.

De similitudine lucernę, secundū Matthęū et Lucā. Caput IIII.

Immensa bonitas, & omnibus pro capture/incipientium æquę liberaliter se prestans, super pernamq; promerentibus daturā mercedem, noluit euangelij gratiā mercede conducti: quā obrem futuris mūdi doctoribus non occultat: dæ lucernę similitudinē apposuit, dicens:

Nemo accēdit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.

Lucerna siquidem sub modio non ponēda, prima in sinu uentem sensum in occultatiōis habet: sed discussa similitudo propēsius, terrenam mercedē in euāgelica p̄dicatiōne condēmnat. Similitudo huius, prope modū infimi actus ad diuinas actiōes attollit, ut nō psonalis, sed actionalis simulatio ipsa esse monstrē.

Lucerna, quę accensa sub modio ponenda negatur, est ipsa euangelica lex. Nam sicut ab æterno lex ista, quia æternum est euangelium, quantis in tempore promulgatum, sed tunc accensa est ista lucerna, cum saluator mundo p̄dicaturus apparuit, eum exemplo uiuentis, autoritate docēdi, signis supra naturam sequentibus, clarescere fecit. Hęc lucerna lumē habet inextinguibile in ecclesia sancta dei. Nā p̄ceptum erat in ueteri testamento: Ardeat lucerna semper in tabernaculo. Quę figura in ueritate nunc terminata est in ecclesia, quoniam non extinguitur, nec extingui potest lumē eius. Et Iob suam prosperitatem in tribulatione commemorans, ænigmaticē lumen istud se habuisse dicebat: Quando splendebat lucerna super caput meum, & ad lumen eius ambulabam. Nullus splendor clarior huius lucernę lumine. Nullus incessus rectoris, quā ad lumē eius ambulare: nō enim ambulat in tenebris, quā lumen est uitę. Hęc lucerna diuina est sapientia, cui Salomon adhæsit propensius, quā inextinguibile est lumē eius. Et prius ipsa sola in uolū lucet affectibus & intellectibus nostris, & sine offendiculo gressuum nostrorum; semitas dirigit. Etenim Dauid dicebat: Lucerna pedibus

Pro. 6. inuicere p̄lio

I. Cor. 5.

Mat. 5. Luc. 8. et li.

Exo. 17.

Iob. 11.

Psal. 117.

meis uerbū tuum, & lumen semitis meis. Quid uerbum dei, nisi euangelium eructatū a uerbo dei? Quid pedes, nisi intellectus & affectus, quibus anima inuise mouetur? Quid semitę, nisi compendia quę captamus ad aliam uitā? Mandatum dei, lucernam animarū scripturę sacrę diffinuit, ut inoffenso pede in ualle ita miserę ambulemus. Inquit enim Salomon in moralibus instructionibus: Mandatū lucernę est, & lex & lux, & uia uitę, & interpretatio disciplinę. Quod mandatū splendidius, q̄ mandatū nouum, quod dedit ut diligamus inuicem? Hęc lucerna innocet lucet, & ardet quousq; in superna fuerit ascensus, ubi lumen eius erit splendidius. Hanc lucernam euangelicam uidere non possunt interiores oculi qui caligant, & homines qui cum mundo senescunt. Nam in libro regum legitur: Factum est in die quadam, Eli iacebat in lectulo suo, & oculi eius caligauerant, & non poterat uidere lucernam dei atque extinguere. Si allegorias respicimus, defectum synagogę in isto homine cognoscimus: si mores, alius offeratur ordo loquendi. Senex erat Eli, & p̄ter senectute oculi eius caligauerant. Qui sunt qui senescunt, nisi qui mundum diligunt inueteratum? Qui quantalibet florida ætate uernātes, si mundo senescente delectantur, si eius amplexibus amplectuntur, eo ipso senescunt & caligant interiores oculi, ut lucernā euangelij dissuadentem hominibus mūdi delectationem, & prohibentem amplexū, uidere non possint, nisi prius extingatur? Cuius lumen quāuis in sui natura inextinguibile maneat, tūc tñ apud unumquemq; hominem extinguitur, cū in eius non transitur affectum, & cum ad eius lumen iustis morum passibus non ambulatur. Naturam altēstonicā habet ista lucerna, quę semel accensa, nequit extingui. Sed nec ponenda sub modio, aut uase, aut lecto.

Mat. 5. Mar. 4. Luc. 8.

Consta. C. per auaritiā possidentur, quę sunt largitate collata, malus usus inclamat. Et qui terrena tenebant, & abundabant temporalibus bonis, ad huiusmodi lumē lucernę commoti, lucer-

nam hanc in ore moribusq; gestantibus, bona innumerabilia cōtulerūt. Subtus quibus positum nunc in pluribus noscitur euāgelium, q̄d antea superferebatur. Posita est sub uase lucerna, quoniam contra euangelij ueritatē atq; charitatē, nomine suo multiplicata sunt uasa, quę a uescendo sortita sunt nomina, ut uelut philargyria multiplicatur in rebus, ad recōdendum uasa composuist, & prout exaristi in placitum malum, ad funestum usum corporis innumera procurauit. Sed charitas euangelica thesaurizare non nouit, dispergere autem magis ipsa consentit: nec conuertit aliquid in propriū usum, q̄d tñ in digentibus potest esse commune. Stat interdum abdita sub lecto lucerna, cū quies appetit ex his quę sunt Christi euāgelio cōsecrata. Et magnā deliciois quietē appositam nouimus tēporalem, ut nec labor in uerbo, nec sollicitudo ad p̄cauendū periculum animę, nec exhortatio uel exemplum ad meliora commoneans. Quiescunt corpora dilatata deliciois, & bonis innumeris uallata tabescūt, & trāquillantur super euangelium, sub quo lahorare debuerunt. Ad effectum uerō diuinarum, lucerna candelabro superponēda est, cōmodis ullis temporalibus non subdenda. Iniuria fit legi, similiter & latiori, si ea quę ad æternā ordinata noscuntur, ad temporalia referantur. Attollitur siquidem candelabrum a terra, stylo quodam disposito super basim: super q̄d posita lucerna, pluribus lucet, quia nec ipse q̄ accendit, aliter q̄ super candelabrum ponit uoluit: quā tūc accēdit, q̄ p̄dicauit: tunc super candelabrum posuit, quando mentes ad superna subuexit. Tunc detexit a modio & a uase, cum sine sacculo, pera & fulcimine statuto uitę temporalis, suos p̄dicatores exposuit, in se primō perficiens, quę aliam facere docuit. Quod doctor gentium nō accepit in uanum, cum penitus sine sumptu posuerit euāgelij: qui cum potestate habet de euāgelio uiuere, illa usus non est, nedū quod aliam uellet de euāgelio captare mercedem. Ad Corinthios I. Cor. 9. inquit em̄: Sed nō uis sumus hac potestate, sed oia sustinemus, ne quod offendiculum demus euāgelio Christi. Nescitis q̄ quā in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt? Qui altari seruiunt, cū altari participāt. Ita & dominus ordinauit his qui euāgelium annunciant, de euāgelio uiuere. Ego autē nullo horum usus sum. Bonum est mihi mori magis, q̄ ut gloriā meā quis euacuet. Quę est ergo merces mea? Ut euāgelium p̄dicans, sine sumptu nonā euāgelij, ut non abutar potestate mea in euāgelio. Cassa porro fuisset p̄dicatiō euāgelij, si in corde aut in moribus p̄dicantiū temporalis commoditas incedisset. Plus ueritas euāgelij claruit in paupertate p̄dicantium, & magis ad illam conuersi sunt audientes, quā in

uiritute miraculorum. Eo enim ipso cognitum fuit euangelium esse diuinum, quod a diuinis hominibus nunciabatur, quo temporalia comoda non querebant, nec ex ipso uanæ sunt quæ sitæ mercedes. Remouit à lecto quietis, cū fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Et apostoli iussu eius cunctes ibant & flebant, mittentes femina sua. Et in laboribus plurimis se fuisse Paulus testabatur apostolus. Super candelabrum lucerna tunc ponitur, cū euangelium in sua libertate predicatur. Porro candelabrum est ipsa libertas, super quā lucerna euangelij ponenda est. Aut ipsam catholicam ecclesiam per candelabrum intelligere possumus, super quā est euangelium. Nulla enim secta uel concilio, præterquam ecclesia, lucernam euangelij pro ueritate habet, nec eis lumen huius claritatis infullit. Nam & candelabrum pro tanto mysterio similiter & magisterio, mandato dñi dispositum est in ueteri testamento cum hastili, calamis, spherulis, nucibus & scyphis, infusorijs, emunctorijs, catholicam ecclesiam sua ordinatione figurat, ubi euangelij lucerna plenè resulget his qui sunt in domo, & his qui uenire decernunt.

¶ De similitudine dextri oculi, dextræq; manus, ad ea quibus magis homines afficiuntur, secundum Mattheum. Caput V.

Scriptum est, quoniam uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, non solum separata substantiæ, ut angeli, sed inuisibiles & unitæ, ut animæ, ac etiam si qua sunt in corpore ordinata, ut ab hac bonitate naturarum nulla corpora excludantur, quanquam multa differentia corpora ipsa distinxerit. Et ut alias differentias prætermittam, nulla præterquam humana fecit instrumenta uirtutis, quibus animas creando infudit, & infundendo creauit, quæ capaces sunt uirtutis & uitij, sicut esse possunt poenæ uel premij, & beatitudinis atq; miseriæ. Igitur humana membra bona sunt bonitate naturarum, seu bonitate qua sunt in ordine entium. Possunt autem esse meliora, prout facta sunt instrumenta uirtutum; ut cuiusq; uita tanto sit criminiosior, quanto ipsa fecerit instrumenta uirtutum; & tanto maioribus supplicij animam foediatur, quanto maioribus criminibus statuerit illa seruire. Proinde saluator omnium membra quæ bona fecerat, ad meliora ordinauerat, & extollere super cælos decreuerat, à malo usu auerterit, ne gehennam quam pro hominibus non fecerat, pariantur, dicens:

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membro tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. ¶ Et de dextra manu similiter dixit. Veruntamen

nec credendum, quod cuiquam mandauerit aut uoluerit à seipso uindictario iure membrum ob actum criminis abscidi, aut interficere, quanuis hoc permittat iudici decernenti, & de morte inspirauerit ipsi Samsoni. Nam iudici permittit in criminosos decernere, ne conturbent rempublicam uitamq; moralem, aut ne lædant quempiam singularem. In figura uero futuri mysterij, Samsoni cæco inspirauit & mortem. Non autem concedit hominibus, ut sibi membra detruncant, etiam si malè ipsis utantur, nec ut aliquid à seipsis faciant ut moriantur; sed ut deuitent & abscidant ipsorum perperam usum, & ne subdant uitij instrumenta uirtutum. Hoc siquidem ex superioribus pendet. Præ dixerat enim, quia qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo. Idcirco à malo uisu oculi comminando diuertit, ut abscidatur impudicitia uisus, non ut eruat, qui bonus creatus est, oculus. Similiter tollatur manus opus malum, non abscidatur ipsa, quæ naturæ est boni. Quod uero, dexter oculus & dextera manus, dixit, ad id quod magis in concupiscentia & in operibus diligimus, plenè refertur: ut in oculo concupiscentia, in manu opera nostra signentur, eo quod incomparabiliter magis expedit, amatis concupiscentijs & dilectis operibus perperosis in hac uita carere, quæ pars est uitæ, quam sine remedio in gehennam in tota futura detrudi. Scandalum uero, nisi deuitetur pro ueniens, est omne quod deo displicet, & animam lædit. Sed nec immerito saluatori placuit, illa quibus magis afficiuntur, assimilari dextro lumini, dextræq; actioni: quoniam in his etiam corporalis secundum suum proprium fortior noscitur uirtus, ut si dexteri & sinistri altero pernitus carere contingeret, eligere potius nobis remanere quod dextrum: etiam recipientes in donum, si inuitabilis alterius deberet esse abscisio, relicto dextro, quod sinistrum est tolleret. Proinde quicquid illud esse cōtingat, quod magis allicet, quod magis afficiuntur, quod præ cæteris nos delectat, omnino priuari uelimus potius quam tradi ardoribus sempiternis, dummodo scandalum parit: quoniam in declinabilis optio est hominibus prærogata, ut aut uitæ præsentis dulcedine scandalizate, aut gaudijs æternis priuentur, priuatos detinent gehenna.

¶ De similitudine oculi ad lucernam, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Cap. VII.

Lumen æternum de æterno lumine natum, suum contrarium non finit incognitum: & quoniam in obliquè procedit in eos quos æternè illustrat, rectitudinè in eis infusi luminis in his quæ animo concupiscente operibus agunt, ut non sit anfractuosus processus creati luminis,

similiter & per gratiam iam infusi, omnino in hominibus quirit, fatigat & præmonet, ne præter rationè dati luminis contrarium fiat, per similitudinè lucernæ, ad cuius lumen de nocte ambulamus, oculum corporis intelligere uoluit, quem retulit ad oculi cordis, dicens:

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosus erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

¶ Quæcumq; lucerna sit, lucet & non uidet. Lucerna quæ est oculus, uidet & non lucet. Lucerna fugat tenebras, oculus uero non fugat. Lucerna quæ illuminat, omnino non nouit, oculus uero illuminata cognoscit. Lucerna monstrat quid cognoscatur & quod pergat, oculus uero cognoscit & pergit. Quid igitur est, quod oculi corporis assimilata lucernæ, alicuius liquoris uirtute lucentis: cum oculus uideat & non luceat, lucerna luceat & non uideat? nisi quia intorsum ista similitudo traicitur, ubi est lucerna inuisibilis, quæ uidet & lucet, inuisita similibus ratio, quæ corporis lucerna nomine oculi à dño appellat: quæ lucet in corpore, dirigendo corporis actiones, & uidet atq; cognoscit quæ obijciuntur in utroq; hoim sensu: unde prout ad lumen lucernæ nocturnæ, ubi lucet, fugantur tenebræ: sic ad lumen rationis, ignorantia depellunt. Optimum autem rationis lumen est fides, quæ inter potētias animæ solam in ratione statuit sibi sedem, quæ rediuiam facit, uelut cū ad aliqd susceptum luminis ignis ponitur. Si qua enim fuit ab initio quæcumq; hoim ratio præter fidem, ambulauit in tenebris. Et uani facti sunt oēs hoies, in quibus non subest scientia dei, & de his quæ uident bona, non poterunt intelligere eum qui est: neq; operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex. Scientiam dei propriè intelligimus fidem: quam philosophi non habentes, rebus non intellexerunt artificem, quæ omnino esse negauerunt, mundum absq; lumine fidei diffinientes æternum. Quantalibet enim perspicuitate ad inuestiganda secreta naturæ, atq; ipsius ostensibiles actiones hominū ratio uiguet, tenebrosa est, cæca est, & quod uadat ignorat, nisi fidei lumine illustrat, cum quodā alio lumine naturali, differēter tū, ratio hoim soleat illustrari: quod esse suo modo lumē, negare non possumus, quod oppositū fidei, tenebras appellamus. Proinde saluator adiecit: [Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt.] Quia sententia duo accepimus esse genera tenebrarum. Vnū quod ratio non illustrat lumine fidei, etiam si aliter ipsa resulget: aliud, quo peccatis homines inuoluunt, ipse quod natura, lex, & uirtutis iudiciū di-

ctat. Inter quæ genera tenebrarum, hanc comparisonem saluator apposit: Si lumen quod in te est, quæcumq; uidelicet rationis acuitas siue splendor, ipse fide tenebræ sunt, ipsæ peccatorum tenebræ quantæ erunt? Quod si comparatiuè accipimus, peior est peccatorū actio, quæ lumen fidei non habet. Si uero causatiuè hanc inuestigamus sententiam, alium sensum parit: ut carere lumine fidei, mulcorum sit causa malorum, & illæ tenebræ innumeras & magnas generent tenebras peccatorū. Porro non trahatur in dubiū, quod carentia fidei aut fides suscepra & nutans, criminum & scelerum & peccatorum tenebrosam noctem inducit. Nam sine fide impossibile est deo placere. Et fides nutans non operatur, quæ tenebras mortis habet, quia fides sine opibus mortua est. Non placere deo, & in fide non operari, magnas tenebrositates habent, quibus malorū actuum adijciuntur peccatō maiores. Ad clariorem uero intellectum de oculo simplici & nequam, unde talis comparatio seu malorum causatio sumpta est, intentionem & actionem oportet inducere, ut intentio sit oculus, actio uero corpus. Proinde si intentio hominis fuerit simplex, pura uidelicet, duplicitate carens, simplex & simplicem duntaxat incompositū diligens & quærens, & sibi soli seruans, totum corpus, omnis scilicet actio, lucida erit & clara & grata bonorum omnium, non personarum hominum acceptori. Si uero intentio nequam fuerit, quod sequitur, est manifestū: quoniam arbor mala malos fructus facit, & tenebrosa intentio tenebras operum peperit, quam summopere oportet inquirere quod inquirat, quid uelit, quod uelint, quoniam ipsa est lucerna & oculus actionū. Quæ si uelut nequam, peccatorum uersatur in tenebris, multas & graues eorum efficiet oculus tenebrarum horriditates. Ac per hoc oportet habere intentionem simplicem, ut solam ab æterno simplicem quærat, quia nemo potest duobus dominis seruire, quæ sententia statim ad istam sequitur. Nec non & fidem simplicem, quia ipsa non habet ex rebus & causis, aut ex accidentibus compositas rationes: quoniam quæ compositas rationes quirit in simplici fide, cū non inueniat, non uenit ad fidem. Si autem uenit, uelut imo hæreticus recessit ab eadem, aut hæsitans non facit bonū, aut in tenebris uersabit peccator. Quam uero uirtus & accepta sit deo simplicitas intentionis & fidei, quæ uero in illa seruientes dño iure lætati sunt, ad animandum dei seruos, scripturarum sanctarum testimonia perquiramus.

Simplici intentione Abel munera deo obtulit, ad quem respexit dominus & ad munera eius. Cain autem intentione nequam, qui & reprobatus est. Et Iacob uir simplex in tabernaculis habitans, affectus est hereditatem & primam benedictionem paternam, quæ Esau in syluis

Gen. 4.
Gen. 25.

Iob. 4.

Exo. 25.

Mat. 5.

Luce. 11.

Mat. 6.

Luce. 11.

Mat. 6.

Ips. 13.

uenatione uagus amisit. Et Dauid cum ad ædificationem plurima congregasset, deum benedicēs, asseruit ipsum simplicitatem diligere, sibiq; omnia grata quæ in simplicitate offeruntur. Vnde in Paralipomenon legitur: Scio domine deus, q̄ probes corda, & simplicitatē diligas. Vnde ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli munera hæc. Simplex, incompositus & benignus & largus est deus, & tales seruos quærit & diligit. Et tunc in simplicitate cordis munera offeruntur, cum in omnibus actionibus nil aliud q̄ dei honor & placitum quæritur. Et Paulus admonet, q̄ quæ tribuunt deo uel proximo, in simplicitate tribuant. Ac etiã carnalibus dominis seruis iubet in simplicitate cordis seruire. Ad Ephesios enim inquit: Obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis. Alit̄ cogitauit Apostolus simplicis interioris oculi fructum, cum mandauit seruis, carnalibus dominis in cordis simplicitate seruire. Porro simplicitas interioris oculi est, non uariata intentio ad diuersos fines; nec præterq̄ unum simplicem deū, in his quæ agit & diligit, in præmio quærit. Et ab oibus absoluta cōmodis, à iudicijs hoīm libera, laudes & opprobria hominum æquē pendens, solum deū quærit in testem & iudicē & remuneratorem honorum. In qua, Sapientia deum quæreere iubet. In simplicitate cordis uestri quærit illum. Nescit deū tentare sancta simplicitas, idcirco eius conspectibus deus quæsitus offert. Propterea sequitur: Qm̄ inuenitur ab his qui non tentant illum, & apparet his qui fidē simplicem habent in illum. Et hoc est quod Apostolus præcauet, timendo ne à simplicitate fidei excidant serui Christi. Timeo enim inquit, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumptur sensus uestri, & excidat à simplicitate fidei, quæ est in Christo.

A simplicitate fidei homines excidunt, cum rationes eorum quæ per fidem solam tenent, inquirunt. Solum quidem hoc est de ratione fidei, humana & cōposita ratione carere. Nec non à simplicitate fidei exciditur, cum infima quæ deus in carne gessit, à curiosis & superbis animis deridentur, aut cum actiones euangelicæ quæ nostris sensibus aduersantur, in gratū mentis nō ueniunt, sed potius apud multos in displicentiam & odium transeunt. Optima est in uirtutibus Christiana simplicitas. Nam qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat uias suas, manifestus erit. Et alibi scriptum est, q̄ simplicitas iustorum diriget eos: quia nō est securior & directior uia iustis, q̄ in simplicitate ambulare. Et beatus Iob simplex & rectus appellatus est. Ideo simplex, q̄a rectus: ideo rectus, quia in simplicitate cordis corā dño ambulauit, quia deus simplicem non p̄icit, magis uero cū simplicibus sermoci-

natio eius. Et ad ornatū charitatis, etiã simplicitatem oportet assumere, ut Petrus ait: Simplici corde inuicem diligite. Simplicitas uera sine reprehensione constituit possessorem, & tales habere spirituales filios deus quærit. Et hoc est quod Apostolus ad Philippenses admonet, dicens: Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitacionibus, ut sitis sine querela, & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis præuæ & pueris. Oculus uero nequæ, malus est. Quod Iesus Hierosolymita non tacuit, dicens: Memento quoniam malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatū esse Intentio nequam, mala penitus est, quia nihil nequius inuenitur: quia sæpe ad ea conatur q̄ nequit efficere, à qua cuncta mala procedunt uelut à uirulenta radice. Propterea idem experiri atq; cognoscere animam iubet. In uita tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem. Animam tentare, intentiōnem est experiri: quæ si nequam fuerit, nunq̄ potestatis ei præstetur effectus. Nam prius in omnibus perquiratur intentio, antequam in effectum operum ueniamus: qm̄ bona & mala magis per intentionem rectam uel nequā, q̄ per id quod exterius agitur, à dño iudicabunt. Et per Isaiam maledictio datur semini nequæ. Semen nequam, intentio nequam: quia uelut à semine fructus, sic ab intentione actus malus uel iustus. Et contra simplicitatem duplicis erectione cōsistit, quam scriptura prohibet & cōdemnat: Ne accesseris ad deum duplici corde. Et iterum: Væ duplici corde. Et, Væ peccatori terram ingredienti duabus uisjs. Et: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus operibus suis. Duplex corde aut animo est, & terrā duabus uisjs ingredit, qui de his quæ agit, temporalem & æternam uult captare mercedem, & deum quærit & homines huius seculi parit oblectare. Duplex corde aut animo est, q̄ agit uersutē cū quibus loquitur & obseruat. Nam unum est in corde, aliud in ore: cum ore blanditur, corde decipere tentat. Simplicitas est libertas ab omni ȳsugia & astutia, quæ qd corde gerit, ore profert: quæ decipi non uult, decipere nunq̄ nouit. Ad quam suos seruos saluator hortatur: Estote simplices sicut columbæ.

Desimilitudine uolatilium cæli, secundū Mattheum & Lucam. Caput VII.

Q Vem ad suam imaginem & similitudinem omnipotens fecerat, & ad seipsum per internam cōsiderationem exerebat, nolebat implicari à disrhabente animum solitudine terrenorum, ne fieret illis per terrenorum occupationem inferior, quibus q̄ dignitatem superior factus est. Idcirco ad remouendū solitudinē superfluam atq; damnosam, similitudinē uolatilium cæli & liliorū agri, suo uerbo saluator induxit. Volatilia pro uictu; lilia pro

1. Par. 29

Eph. 6.

Sap. 1.

2. Cor. 11

Pro. 10.

Pro. 11.

Iob. 1.

Ornatu connexit. Vicitum uolatilia quæstuosè inueniunt & suscipiunt, absq; q̄ impendat solitudine ad futura. Et sentiunt sensu carnis, q̄ de loco ad locum, & ad suas naturales actiones mouentur. Lilia uero sensu carent, & quæstus non mouentur, nisi ab alio mota: & ornatur & uestiuntur decore naturali, ultra q̄ ars humana possit efficere aut imitari. Quod autem est, uictum quæreere ad conseruationem sui, à natura sumpsit indicium: sed nec ipsa pascit sensibilia, nisi ad pastum ipsa moueantur. Quod est ornatum esse, ipsa natura fecit, absq; q̄ ipsa ornanda per seipsa moueantur. Vnum, ad esse pertinet: alterum, ad ornatum esse refertur: ut esse & bene esse, bene esse & melius esse, in his duabus similitudinibus intelligatur. Sed hæc similitudo discussa propensius, intellectum in altius prouehit.

Quinto die à creatione mundi uolatilia esse creata, ex scriptura sacra didicimus, & hominē esse productum legimus sexto die, quo in specie nulla creatura posterior. Inuenit ipse siquidem alia uniuersa creata, cū educeretur in esse, quibus omnibus sensibilibus ipse erat superior, ut referret conditori gratias, q̄ in tam magna ædem eum induxerat, rebus innumeris & uarijs opulentam, ut haberet quid lumeret ad ualitudinem corporis, & quid consideraret in actu speculationis, & in aliquibus lumeret uitæ compendium, in aliquibus uero uiuēdi captaret exemplum, ut etiam creatura irrationalis atq; insensibilis, creaturæ rationali molestè uiuēdi tacēdo magisterium daret. Quod nunc saluator mundo nouus apparēs aperuit, cū uolatilia ad rectē uiuēdū pduceret in exemplis, cū superfluum sollicitudinē à cordibus & ab operibus hominum uellet arcere.

Respicite, inquit, uolatilia cæli, quoniã non serunt neq; metunt, neq; congregat illa. Nonne uos magis pluris estis illis?

Omnia quæ possunt in isto sensibili mundo in usum utriusq; hominis peruenire, deus propter hominem, non hominem propter illa creauit. Vnde si deus rebus minoribus relatis ad aliud sine solitudine, puidet, multo amplius ei cui referunt. Volatilia non serunt neq; metunt, neq; in uasis quippiam congregant, tā illa quibus communis est pastus, q̄ illa quibus est omnino diuersus. Gregatim siquidem uadunt ad escam, quæ pascuntur seminibus aut fructibus arborū seu terrænascentijs. Quæ uero cadauerū carnibus, aut in mari uel lacubus piscibus intendentes, uiuēdi similiter est una proportio. Tantum hoc est ab omnibus à natura remotū, q̄ artibus uiuere nō contendūt, ut serant semina terris, maturas segetes metāt, & excussa paleis grana, congregare uelint in

communem seu propriū dominatū. Nihil amplius quærent, q̄ quod eis natura cōstituit. Nec uariant pastū, nisi qd eis est institum à natura. Nec in aliam horam, aut in crastinum aliquid prouidere nouerūt. Tempus præsens est in cura qm̄ est hora pascendi. De futuro nō norūt etiã cogitare. Nihil sibi in rebus appropriant, nec quærit in re aliqua uelut in propria, singularem dominatū. Ad horā nouerūt pascere pullos suos, nec quicq; pro eis reseruaerūt in tempus. Fouent illos in nidis, quousque ab eis possint auolare: deinde relinquūt, cum nouerūt quæreere pastum. Non eis uiuēdi anxia cura, cum plus q̄ expediat non requirant. Et in hoc sunt diuites aues cæli, cum nil superfluum uelint, cū regiones & terras, arbores & semina non diuiserint ad pascendum, cum nulli sit assignata proprietas: & cū propria nō uen dicant, in communi diuitias habent. Exemplo quorum suos sequaces saluator ad uiuēdum instruit, & arguit eos qui aliter uiuunt, forma uolatilium derelicta.

Quid igit̄ est, q̄ sollicitudo tam mordax cruciat nos mortales, q̄bus est tam uita modica super terrā, ut prouidentes in crastinū, in hebdomadam, in mēsem & annū, ut nulla sit animæ in cogitando quies, & corpus non nisi lassitudi ne requiescat? Et multi prouidentes sibi p̄ hebdomadam in futurū, diem crastinum non uiderūt: & p̄ mēsem, non impleuerūt hebdomadā: & in annū, plurimi ante nouiluniū decesserūt. Quid enim est quod in hoc mūdo propriū homines quærit; ubi solūm mori siue peccare hominibus factū est propriū? Nunq; uel nemini præterquam peccare potest esse propriū, ubi mortis super omnes regnat imperiū. Quid tanta prouisio in futurū, cum sæpe mors homines ex hoc mūdo anteprouisum tempus eripiat? In uanū & ad crimen acuta sollicitudo profuturis instat hominibus, si munera & uiuēdi alimoniam in omni tempore dominus præparat, quod omnibus fieri per psalmodiã Dauid enunciat, dicens: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & implet omē animal benedictione. Quid enim aliud quærit, q̄ uitæ habere fulcimen in tempore opportuno? In non opportuno, citimino sa est sollicitudo quærentis. Verecūditiones sunt hominibus aues cæli, quæ opportunitatis & naturæ contentæ limitibus, irreprehensibiliter operantur atq; quiescunt. Non enim alium de homines in iustam reprehensionem deueniunt, nisi cū opportunitatem atq; naturam improbitè conantur excedere. Sed nōne Ioseph in Aegypto septeno annorum numero prouidit in tempora? Utq; dixerim, sed in sacramēto magni & futuri mysterij, & quia infallibilis septena futura erat ostensa sterilitas: quam de-

Mat. 6. Luc. 12.

Psal. 144

Gen. 41

h h

us ideo præostendit domino Pharaoni, ut Ioseph interpretaretur, & p. cum opportunè pui deretur. Et multi sanctorum patrū habuerunt diuitias referuantes in crastinum, & ad hæredes deriuantes in posterum, aduersus quos nō possumus de iure causari. Sed nec condemnamus diuitias & res referuatas pro filijs, p. coniugandis puellis, pro defensione reipublicæ, quorū interest opportunè atq; modeste prouidere in crastinum; sed superfluam sollicitudinem, criminofum quæstum, & retentionem improbā, præter id quod modestiæ atq; opportunitatis & ordinariæ naturæ regulam habet, Christus improbat: cuius autoritate suffulti, & nos penitus improbamus. Et quod ad Adam à domino dictum est, In sudore uultus tui uesceris panem tuo, laborem & sollicitudinem sibi creator omnium posuit: sed temperauit eū dixit, Uesceris pane tuo, non sollicitudinem damnans, qua modeste conquiruntur compendia uitæ, sed illam quæ necessitatis & naturæ iura transgreditur. Proinde si dominus aures cæli sine sollicitudine ipsarum prouidet, quæ coram eo pro modico sunt: quanto magis nobis, qui coram ipso tanta dignitate constamus, ut ad similitudinē illius nostra sit facta creatio, & in temporis plenitudine reassumpta, & in sanguine uerbi & morte facta redemptio, & cum ipso æterna gloria expectetur: Quo sensu saluator adiecit: Nonne uos magis pluris estis illis?

¶ De similitudine liliorum agri, secundum Mattheum & Lucam. Cap. VIII.

Recolimus ex scriptura deum primos homines nudos in paradiso statuiffe, nec ante peccatum necessitatem statuiffe uestitus, ne sic homo implicitus, à diuina contemplatione uacaret. Nec postquam est apposta necessitas uestimenti, uoluit homines inuolui sollicitudine nimia, quos rectè agentes, erat æterna gloria uestiturus. Et plures est, uictus dissuasisse sollicitudinem quam uestitus, cum uictus sit concessus homini etiam honesta nuditate regere. Quod autem minus confert ad necessitatē inquirere, sit maius ad crimen. Excepto Christo, Adam in hominibus nemo ex creatione nobilior, cui & sociæ dominus post peccatum tunica pelliceas fecit: etenim ante illam lætalem inobedientiam uestire nō erat indignum. Sed quales uestes dedit in remedium post peccatum, talium sollicitudinem non remouit. Et cū ipse amplius sic nō esset daturus, prærogata forma uestitus, ut se uestiant, reliquit hoibus. Nunc uero uestimentorum impertinentem sollicitudinem remouet, agri lilia præferens in exemplum, ut in rebus insensibilibus & terræ nascētijs formam ueris moribus capiamus, dicens:

Et de uestimēto quid solliciti estis? Con-

Gen. 3.

Mat. 6.

siderate lilia agri quomodo crescunt: nō laborāt neq; nent. Dico autē uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex illis. Si autē fenum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quāto magis uos modicæ fidei?

¶ Quæstione animos hominum pulsant similitudo apposta, & sentētia seu dissuasio saluatoris, cum post initiale hominis malum, ueluti quædam sit introducta ab hominibus necessitas, tum propter aeris intemperiem, tum propter honestatem. Nam honestas quædam est humani corporis uestimentum, postquam corpus fuit funestis moribus deonestatum, & honeste membra obteguntur uestimento, in quibus excitata est rebellio & inobedientia turpitudine. Et quæquam deus unde possint fieri uestimenta, producat instrumento & ordinatione naturæ, non tamen sunt, nisi sollicitudo apponatur ex arte. Quid igitur est quod dicit de uestimento, quid solliciti estis, in consideratione insensibilium nos inducens, ac si uestimētorū nulla opportunitate premeremur, uel sic largiurus esset posteris, sicut dedit pariter primis, aut si peccatum esset ex arte ueluti, cum ex natura uestita in exemplum profertur lilia campi? Sed nonne ministerio artis, sollicitudine quærentis potius aut in digētis, etiā à sanctis uiris sunt uestimenta quæstata? Et ut de his nō sileam, quæ sacra scriptura commemorat, filios patriarchæ Isaac legimus non solum uestimēta, sed duplicia habuisse. Nam Esau uenatum ad imperium paris uadens, uestimenta domi reliquit, cum quibus à Iacob est in paterina benedictione præuentus. Et ipse patriarcha Iacob, Ioseph fecit tunicā polymitam & talarē. Et Ioseph suis fratribus stolas in Aegypto dedit. Et de uestimētis adhibita est nō modica cura, maxime in Leuitis. Et reges Iuda & Israel induti sunt regio cultu. Et sacerdotes & prophetæ non solum uestes, sed etiam ab alijs distinctas habebant. Et Christum legimus pharisæico more uestitū, & sanctos noui testamenti suo more uestitos, quanquam aliquos reperiamus ob uitæ austeritatem ad tempus nudos mansisse, q̄ nec potuerunt uestimenta ex his q̄ natura produxit, sine artis sollicitudine atque mentis studio corporibus hominum coaptari. Sed aliud est, ex necessitate aut status appositione: aliud, ad ornatum & ex curiositate uestiri. Primum saluator nullo pacto condemnat, cum incumbit tempus algoris, aut cū homo uestitur ratione pudoris, seu cum status hominum est in causa, cum cōsuetudo antiqua hæc habeat, reges & principes à subiectis populis distincto uestimento secerni: & sacerdotes & quilibet insulatos, à cæteris quadam ampli-

Gen. 47.

Gen. 47.

Gen. 47.

16. 9.

oritate uestium insigniri. Sed hoc quippe proctinus damnat, & sollicitudinē culpæ, quod ad perperam pertinet: quoniam omne uestimentum supergrediens naturæ necessitatem, conseruandumq; pudorem, præter quod appositū statum in hominibus habet ostendere, accusationē iustam iniquitatis nanciscitur. Et in excusabile factum est Christiano, quod necessitati & pudori, aut ex multitudine, aut ex pretiositate, aut ex uanitate in uestimētis superfluum queritur. Proinde saluator dicit: [Considerate lilia agri quō crescunt, nō laborāt neq; nent. Crescunt lilia sine sollicitudine, incrementū illis præstante natura: sed nec laborant ut crescant, nec ut cibum ad augmentum inquirant. Nere non nōrunt ut uestiant, aut uariant nendo colores, ut nec Salomon in sua peritia illa potuisset excedere uarietate colorum. Illatus est solus rex Salomon in exemplum, cū multi reges ornatj, sapientes & purpurati, iam in omni populo præcessissent, quia quibus ipse loquebatur, Salomon notior erat, & creditū ab Hebræis, quod omnes in sapientia excessisset. Idcirco ipse in comparatione liliorum submititur, cæteris prætermittis. Ac p hoc saluator rationabili argumento concludit in mētibus hominum: [Si autem fenum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic uestit illud, quanto magis uos modicæ fidei? Iuxta hominis sensum loquens, multicoloria sunt lilia, & omne fenum agri, ut plus natura quam arte colorata resurgat, quæ deus sic uarijs coloribus uestit: quanto magis rationabiles homines, ad quorum utilitatem huiusmodi sunt creatæ? Et irrefragabilis ratio dicitur, maiori diligentia esse curandum, cui est repromissa æternitas, quam quod naturam habet ephemeram, seu subito quod augmentū suscipit, euellit, & ad usum sæpe adijcitur, pro quo fuit in esse productū. Et modicæ seu nullius fidei crimen incurrunt, qui accuratè multis coloribus uestiuntur. Et p prophetam Ierusalem improbat, quod uestimenta multicoloria sumpsit, & uestita sit eis: Et uestimentum mixtum sanguine erit in combustione, & cibus ignis. Tunc uestimētū mixtum est sanguine, cum peccato coniungitur, opportunitatem iustam prægrediens. Adijcitur uero igni, cum de illo sollicitus iusta pœna plectetur. Vbi quæ autem in sacra scripture dissuasio sollicitudinis inuenitur, non omnis sollicitudinis intelligendum est dissuasionem fieri, sed anxie, timide, philargyricæ, confusiuæ, infirmæ, adductis mororem superflue noxiæq; curæ, præuenientis tempus in tempore non completō, prænosticantis & coniecturantis illa, quorum solus deus est cognitor.

¶ De similitudine festucæ & trabis ad deuitandā iudicia, secundum Mattheum & Lucam. Caput IX.

Volens etiam saluator temeraria hominum remouere iudicia, similitudinē festucæ apposuit ad culpulas iudicantis: trabis autem, ad magna crimina iudicantis.

Quid autem uides festucā in oculo fratris tui, trabem autē in oculo tuo non consideras? Aut quomodo dices fratri tuo, frater, sine, etiam festucam de oculo tuo, & ecce trabs ē in oculo tuo? Hypocrita, etiam ecce primū trabem de oculo tuo, & tunc uidebis etiam festucā de oculo fratris tui.

Mat. 7. Luc. 6.

¶ Homo alii cordis & sublimium oculorū, protēdit in proximū, & ad se nō reciprocatur uisum, & acutè considerationem nequam desigit in illum, à sui perquisitione deficientis. Arguit aliorum inspector à semetipso recedens, ipsorum crimina, & parua magna, & magna maxima facit. Et quod in alijs ad similitudinē festucæ leuiatur, uelut trabē imponderat. Et pondus suorum criminum prægrauans uelut trabem, sicut insensibilis festucæ leuitatem putat, quod est iniquitas pessima, & peccatum maximum apud deum. Omnis autem sanæ inuestigationis & diiudicationis autor, incognitam & incertam culpam nemini debet iudicando imponere: ueram & certam nō amplius quam sit erit aggrauare, imō grauem credere leuitem, & ubi possit fieri sine crimine, scutum excusationis apponere. Suam autem quam inuestigare certius potest, paruam, magnam & magnam p excessum enunciat. Quoniam unicitūq; notior sit sua quæcumq; minor iniquitas, quam cuiuscumq; alterius iniquitatis qualiscumq; maioritas. Ac ex hoc magis uniuersisq; non solum in magnis, sed etiā in minimis debet arguere semetipsum, quam in magnis criminibus etiam per iudicium impingat in proximū. Non enim potest iuste pronūciare de alijs, qui in proprijs deuiat. Et cū iniquitas grauat propria, iudicium rationis non sinit rectè iudicare de cæteris. Purgatum esse oculum decet, qui clarè uult alios intueri. Et purgata ratio debet esse à nebris, quæ fugare aliorū nebulas cupit. Munda sit manus, quæ alios studeat abstergere. Hinc saluator dicit: [Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo nō consideras? Quid armaris ad iudicandum in minimis proximum, & temetipsum non prospicis magnis sceleribus obuolutum? Non est hic charitas, te despecto, in criminibus alios uelle curare. Charitas porro esset, si corpore patiens, temporalibus minoratus, fratri auxilium afferes. Non hic ueritas fructuosa, si te relicto, se ueritate iudicij tēdis in alium. Nulla honestas, cum ab eo quod quis in alio arguit, æquè uel amplius in seipso prius arguitur. Detestanda est audacia, quæ modicam culpam per censuram in alio reprehendit, & magnam in seipso non

ferent. Quid uero agendum, culpando monet ipse saluator, cum hoc malum ad hypocrisiam afferuit pertinere, dicens: [Hypocrita, ecce primum trabem quæ est in oculo tuo, & tunc uidebis eiecere festucam de oculo fratris tui.] Ille quem propria iniquitas grauat, uidere non debet, aut recte non uidet quid in alio reprehendas. Sed nec impingimus in illos malos, quibus uera inest aueritas, quam suppressere non potest omnis iniquitas, sed illa duntaxat absque fide, seu quæ inficitur hæretica prauitate. Habent in potestate aliqua iuris constituti, etiam si mali sint, non exorbitantes a fide, reprehendendi auctoritatem, sed nisi corrigantur per certam damnationem. Quod hypocrisiam saluator induxit in causam, aduersus illos intendebat, qui optimi apparere uolunt, sed boni existere nolunt. Et ut appareant sicut appetunt, alios iudicando confundunt, & reprehendunt plurimos in publico uelut malos, cum ipsi multo sint in occulto peiores. Quibus dicitur, ut primum ciant oculorum propriorum trabem, imò nubem rationis oculos obtegentem, quæ superinduxerit ex propria malitia, qua remota, uidebunt eiecere festucam fraternam, quam fortè adduxit humana fragilitas seu ignorantia non deuicta. Nec incongruè festucam dixit rim subitam iram, trabem autem odium anti quatum, aut nouiter perniciosè ab ira progressum. Proinde qui ab oculò fraterno festucam nouiter supuenientis iræ satagit remouere, perniciosè odij trabem prius ex se submoueat. Breui temporis spatio fit in germinationibus terræ festuca, & subito coalescit atque arefcit. Trabs uero multi temporis spatio humorem terræ trahens perfcitur, atque in soliditatem & grauedinem augetur. Ac per hoc omnis qualiscunq; iniquitas, subita & improuifa tempestas, quæ actionem peruersam atque reprehensibilem firmato proposito non susceperit, leuis festucæ imaginem portat: trabs, quodlibet prouisum uitium, aut peccatum pertinaciter antiquatum.

¶ De similitudine reproborum ad canes, secundum Mattheum. Caput X.

Dicebat altissimam doctrinam atq; supernam causè proferri, & presentibus doctoribus atq; futuris cautelam iustis apposuit, & impios & iniquos in canum similitudinem designauit, dicens:

Nolite sanctum dare canibus.

¶ Sanctum est omne sacræ scripturæ uerbum, instruens ad æternum regnum, maxime euangelium sanctum est sacramentum, à domino Christo institutum. Sed est sanctum quod dari non potest, nisi ab eo qui cuncta bona infal libiliter potest. Hoc siquidem dicimus esse ueritatem & gratiam, & beatitudinem sempiternam. Est sanctum quod dari penitus potest, uel

Mat. 7.

delicet sacra doctrina, cuius tunc fit plena largitio, cum dans & recipiens opportunè in doctrina & disciplina conueniunt, ut ille uelit docere, ille discipulus fieri. Cassabitur autem, si alter aut uterq; horum defuerit. Et sacramentalis sancta donatio fiet, si auctoritatem habens præsto erit, & si non defuerit catechizandus; aut si refoueri aliter indigebit iam catechizatus, ille fultus humilifide, iste ad impostam uirtute obedientiæ. Non autem erit si alter cessarit, aut neuter asuerit. Proinde saluator cooperans & præstruens alium donatores, canibus conferre prohibuit, ne diuinorum charismatum derogatio adderetur.

Sed quamquam aliquid boni naturalis reperitur in canibus, unde possunt etiam exempla bona captari, habent tamen aliquid quod humanis sensibus abhorret, in quo aliquorum reprobos genus simile factum est. Reuertuntur canes ad uomitum, & reprobi ad ea mala que aliquando reliquerunt. Et deprauati, sæpe repetunt illa quæ ratione sententiæ uerborum ante damnauerunt. Vnde in Prouerbis dicitur: Sicut canis qui reuertitur ad uomitum suum, sic impudens qui iterat stultitiam suam. Nulla maior stultitia, quam eum offendere, sine quæ nulla natura subsistit, & esse non potest, & propter quem boni nihil esse potest. Detestanda est stultitia, ei displicere, à quo necessarium est de uinci. Proinde impudens est hanc stultitiam iterans & solens faciens. Quod in suum periculum uergit, cani factus est similis redeunt ad uomitum, qui repetit nomine stultitiæ condemnatum. Nec bonum & iustum saluator sanctiuit, panem filiorum sumere & canibus erogare. Panis filiorum, delicatus est cibus, scilicet ille panis uirtus qui de celo descendit, non mittendus canibus, hominibus scilicet deprauatis, qui turpiter redeunt ad ea quæ pulchre uomuerunt. Ecce sanctum, ecce panis, neutrum donandum canibus, impudentibus hominibus absque rubore peccantibus. Impudentes porcos penitus sunt canes, & quo expellunt amplius, nisi uerberent, redeunt ocyus. Importunè sæpe latrant & sumunt, quibus assimilata quorundam hominum procax & inhonesta conditio, qui merito priuant participatione sancti, & communionem panis celestis & uini, ut non sit in uoluntate dantium dare, quamq; largiri contingat ex euetu & permixtione bonorum & malorum, quos fecerere non possumus, & interdum nec debemus, sicut lucæ proditori fecisse credimus saluatorem, quæ non secreuit à cæteris, cum esset uoluntate secretus, quoniam infamem & cognitum publice notare non expedit. Sed quod interdum agitur huiuscemodi more, uoluntate determinata non fiat, propterea uerbo reprehensibili loquitur ipse saluator cum dicit, Nolite. Hanc eandem exprobrationem intulit Cananææ, ut gentiles canes etiam

Pro. 16.

Mat. 15.

Mat. 15.

Mat. 15.

appellaret, dicens: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Hoc typo loquendi, omnes infideles & impudicos sua scelera iterantes, designans.

¶ De similitudine diuinorum ad margaritas, & porcorum ad immundos, secundum Mattheum.

Caput XI.

Sicut saluator detestatur reciduos ad malum, & malos impudentes, importunè contententes atq; furentes, sic abhorret qui sestantur immunditiam, & ab impudicitia non recedunt, quibus prohibet etiam ea quæ preciosa sunt elargiri: ubi duplex similitudo præstruitur, ut diuina mysteria margaritis, porcis uero immundi homines comparentur. Inquit enim: Et nolite

Mat. 7.

Mat. 7.

1. Pet. 2.

Mat. 15.

proijcere margaritas ante porcos. Margaritæ, appellati sunt illi uiri albisimi relucensq; lapides, quæ in cõchis marinis uelut in quibusdam uasculis seu uentriculis reperiuntur, quæ sæpe ad ornatum sumuntur, magis uero contra cordiale malum redactæ in puluerem ualere ferunt: quibus assimilantur diuina mysteria, quorum ornatu plus crescit anima, quæ sit supra naturam, usum & sensum, illorum splendore fulgior. Sed quoniam de margaritis alibi sermo est, ad id quod de porcis dicitur, transeamus.

Immundos homines porci signant, illos maxime, qui more ipsorum in coeno rerum terrenarum animo & corpore uoluntantur, de quibus & superioribus per Petrum dicitur: Canis reuersus ad uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Sed ut clarius pateat, ante quales porcos saluator inhiuit proijcere margaritas, aduersus quos Petrus tale prouerbum protulit, prius oportet intendere. Multam enim hominum peruersitatem atq; malitiam numerauit, ante quæ talis similitudinem contra eos ediceret. Quoniam autem dixerat: Fuerunt uero & pseudoprophete in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, dnm negant, superinductes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eos luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabit, & in auiditia factis uerbis de uobis negociabuntur. Et cum interponeret punitionem, resumpsit eos multiplicem iniquitatem: Hi sunt uelut irrationalia pecora naturaliter in captiõem & in perniciem, in his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, uoluptatem omnem existimantes dici delicias, coinquationis & macule delicias affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes uobiscum, oculos plenos habentes adulterij & in cessabilis delicti, pellicentes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes: maledictionis filij, derelinquentes rectam uiam, errauerunt. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbidibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum

referuatur. Superbiam enim uanitatatis loquentes, pellicunt in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Si enim refugientes in inquinaciones mundi in cognitione dñi nostri Iesu Christi, his rursus impliciti superantur, facta sunt eis posteriora prioribus deteriora. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quæ post agnitionem, retrorsum reuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Et cum oia hæc mala, imò plura uelut improborum opera, Petrus apostolus numerasset, ad ipsorum exaggerationem, sigillum turpissimæ similitudinis aduersus eos apposuit, quod hi canes & porci, quibus sanctum negari expedit, nec margaritas percipere, merito uocarentur, dicit: Contigit enim eis illud ueri Prouerbij: Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro luti.

Pro. 26.

Uideate canes, uidete porcos, quibus diuina exhiberi negantur, qui melius per huiusmodi Petri apostoli insinuationes innotescunt, quæ si quæq; alia uerborum superfluitas adderetur. Et quod possit, si secus fieret, euenire periculũ, illico saluator annexit:

Ne fortè conculcēt eas pedibus suis, & conuersi dirumpant uos.

¶ Terrenis uoluptatibus & deceptionibus inuoluti, ea quæ sunt sancta & diuina, despiciunt, & nihil opendunt sacra mysteria, nisi ab erroribus exuantur. Et insipientibus diuulgare secreta, eorum est minere dignitatem, cum apud indignos digna indigna reperitur, & sæpe reprobi furiant, quo magis audiunt ueritatem & celestium nouitatem, & animo & opere faciunt in docentes. Sed nūquid timore periculi futuri non prædicabit peccatoribus regnum dei? Nunquid coram ipsis non arguetur iniquitatis uia? Nunquid non reprehendentur in eis, ea quæ mancipata sunt uitiis? Nunquid, quia digna indignè tractabatur, ueritas relinquitur? Nunquid argutio, quam opportunè similliter & importunè oportet inferre, in taciturnitatis domibus habitabit? Inquit enim Apostolus: Peccantes coram omnibus argue. Et alibi: Argue, obsecra, increpa, in ista opportunè, imòportunè. Et ad Titum: Argue cum imperio. Equidem dixerim, quia magistri & discipuli dicta nec inuicem aduersantur. Hoc enim dicit Apostolus quod & Christus, hoc præco quod uidetur. Sed est in scriptura sacra unde ostendatur consonum, quod in uoce sæpe sonat aduersum: inam formam discipuli oportet assumere, magis autem humilem discipulum fieri, ingredi uolentem scholas domini saluatoris: & accedentem ad ipsum, fieri sine contradictione credentem: & cupidum fieri participem sacramentorum Christi, totum in exceptuare dari fidei ratio Christi

1. Tim. 5.
2. Tim. 4.
Tit. 2.

Pro. 19.

stiana deposcit. Quot & quot uero in hoc profundum non ueniunt, derisores & impij sunt. Propterea per Salomonem dicitur: Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Derisores sunt diuinos, qui pseudo sunt, terrena & corruptibilia semper quaerunt. Et semper homo deridet quod iure sibi non placet, aut quod in eius displicentiam uenit. Impij uero sunt, qui simplici fidei non subduntur. Et alia scriptura dicit: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Verè sermo diuinus, ubi non est auditus humilis & fidelis, non est effundendus.

Ecc. 32.

De similitudine falsorum prophetarum ad lupos, secundum Mattheum. Cap. XII.

NON desinit unigenitus dei filius, nostra natura in ueritate uestitus, eos qui falsè uirtutibus uestiuntur, ad praecauendum edicere, ne uelut improuidus doctor à posteris causeretur, q̄ necessariè cautionis doctrinam nō dederit, & q̄ mali sint peccatores, ut caueatur ocyus, lupis assimilauit, dicens:

Mat. 7.

Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Prophetæ falsi nō solū illi appellati sunt, qui in ueteri testamento dicti sunt Videntes, sed omnes qui autoritate docendi atq̄ regēdi praesident, aut sunt in ecclesia sancta dei: quoniam si non prophetant, à spiritu sancto afflati, ea quæ futura sunt, illa tamē populis differere habent, quæ sancti prophetæ praedixerunt. Sed multi autoritatem sanctam non habentes, ueniunt seu uadunt non missi, simulantes mores honestos, effigiantes uirtutum speciem, ipsarum ueritate carentes, ueniunt in uestimentis ouium. Multi uestimēta ouium habent, ipsi ramē oues non sunt. Sed uestimēta ouium portare, ouemq̄ non esse, speciem est habere uirtutis, ueritatem uero eius est abieciisse post tergum. Ideoq̄ talibus se uestibus obnuunt, ideo conantur simulare uirtutem, ut incautius decipiant indoctos, & subuertant ex animo imperitos. Non enim potest inferri deceptio, nisi paliatione honesti, aut cum non panditur malū, quod in insidijs latet. Sed uide falsi: Quia locuti sunt falsa. Contra quos intēdebat Dauid, dicens: Alienati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa. Vulua, id est, ualua, ianua est regni caelestis, à q̄ facti sunt alieni homines peccatores: & ipsa est iustitia, quæ nisi super scribas & pharisæos abundet in nobis, nō intrabimus in regnum caelorum. Vterus uero lex est ueritatis, à qua caufatur error, cū ab ipsa receditur. Nō enim errare quis potest, nisi cū abscedit ab utero ueritatis. Proinde alieni à iustitia, deuij à ueritate, incunctanter falsa

Psal. 75.

loquunt, à quibus fucatis colore uirtutū, cautos nos ipsa ueritas facit. De quibus etiā per Ieremiam deplorantē Hierosolymæ ciuitatis excidium, dicitur: Prophetæ tui uiderunt tibi falsā & stultā, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam prouocarent. Nulla da-mnosior doctorum & praesidentium in populo falsitas, quam nō aperire aut ostendere peccata populi delinquentis: quoniam praenostrium fit, ut in hominibus non appropinquet regnum caelorum, pro quo humana contenti-dit intentio.

Sunt prophetae falsi, qui à domino non mittuntur aut ab habente mittendi potestatem, loquuntur in nomine illius à quo nihil acciperunt, nec in cordibus hominum timorem futuri mali incutiunt unde mala uideantur, sed securitatem incertam tanquam certam populo reprobant, ut cessent ab actione, quā uirtus indicit, & fiat omnino quod iniquitas precipit. Contra quos Ieremias accepisse à domino fatebatur, dicens: Et dixit dominus ad me: Falsa prophetae uaticinātur in nomine meo, & nō misi eos, & nō praecepi eis, & nō sum locutus ad eos. Visionem mendacem & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant uobis. Et quæ praecedunt atq̄ sequuntur hanc scripturam, qui Ieremiam in hoc loco legit, intelligat. Mores nostri tēporis cudi-mus, nō tātam pristinos rememoramus. Quæ falsitas euidentior, quam se legatum dicere nō mittentis, & illius proferre uerba quæ penitus non accipit, & in uirtute illius edicere qui dicens nō tradidit potestatem? Hi mores pestiferi haecenus fuerunt in populis, prauidit etiā Christus affuturos, multiplicati sunt hodie sit per numerum. Palliant se in dimento uirtutū, specie humilium, quorum intentio est peruersa, quia intrinsecus sunt lupi rapaces, rapientes praedam commodi temporalis, & cum damnis daemionibus deceptorum animas parientes: sed q̄ cauere admonuit, agnoscere docuit. Difficile uitatur malus, nisi apertè aut per indicia cognoscatur. quamobrem dixit:

A fructibus eorū cognoscetis eos: quia nemo de spinis colligit uuas, nec de tribulis ficus.

Cuius naturæ sunt arbores, tales fructus ex se producunt: neque aliud potest ex eis colligi, nisi quod in eis ipsa rerum natura produxit, quorum intelligentiam annexa similitudo amplius manifestat.

De similitudine arboris ad bonos & malos homines, secundum Mattheum tantum. Cap. XIII.

Arbor est Christus, quia ipse est uirtutis ara, quæ fructū mundo attulit, bona oīa excedentem, & super mei & sauum dulcior est

fructus eius. Est enim eterna beatitudo fructus qui de hac uite colligit, & tales palmites q̄rit, facientes saltem dignos poenitentiae fructus. Quos uero prouidet in hanc non uenire concordiam, cognosci uoluit, ne decipiant innocentes. Et ne credatur simulata uirtus nancisci posse caelestia, nec introire nisi respiscat, uiam q̄ gradit regnū dei, similitudo arboris posuit:

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Qualis est arbor, talis est fructus: qualis uirtutibus, talia opera eius. Fructus arboris, ex humore radice: opus hominis, ex qualitate uoluntatis. Radix arboris absconsa manet, uoluntas hominis omnino inuisa. Quo profundior radix, arbor solidior atq̄ fecundior. Quo uoluntas hominum humilior erit, eo magis ipsi firmantur, & huberiores sunt ad boni operis fructum. Sed bona arbor fructus bonos facit, bonus homo in rectitudine operis intendit: sic, quod dicitur, reconuertitur. Sed cum bone arbori seu mala agēdi contraria uideatur adempta potestas, conueit perspicacius hunc inuestigare sermonem. Certum est hominibus adesse liberum arbitrium, quo, nulla illata uolentia, liberè mouentur in placita: nec cuiquā in hac uita ex communi uisionē ipsum aduirtitur, quamquam in uesanis atq̄ obfessis à spiribus immundis, secreto dei iudicio liberi arbitrij uideatur adempta libertas. Quid est qd dicitur, non potest arbor bona, seu Non potest arbor mala, si uoluntas liberi arbitrij in hominibus regnat, quod omnibus deficientibus argumentis, rationibus & scripturis, ex hisque agimus, monstratur esse conspicuum? Sed nemo bonus absq̄ spiritu sancti gratia, qua cum homine stāte, bona dē arbor, & malos fructus germinare non potest. Non quia homo bonus ex bonitate naturam, sed quia gratiam habet annexam, quæ ad meliora & ad opera iustitiae semper hominem cui afflūt, prouehit: quæ si deserēt ab homine, ipsa eum omnino desereret: & tunc non bona, sed arbor mala esset, & fructus malos produceret. Nam sic ut bona est arbor humana, dei gratia persistens, sic efficitur mala, dei gratia deserēte. Sic ergo accipitur, quod si uoluntas hominis ab iniquitate detinetur, quod malum est operabitur: quia iniquitate in homine uolūtatem regente, bonū meritorium non potest operari: q̄ depulsa, ope diuinæ græ per liberam uolūtatis im-

peritū arbor bona fiet, & efficiet gratū fructū. Exemplum uero patens ad urunq̄ fatis, inducitur. Ferrum ex natura frigidum est: ignitū uero, calet: igne depulso, iterū reuertitur in naturam: quo durante in ferro, contra naturā ignis agere non potest, & quod proprium est, ignis efficit, quamquam possit ignis ab illo depelli. Quem ignē si per similitudinem dabimus gratiæ uel iniquitati, quod de arbore bona & mala differitur, demonstrabit. Morali autem experimento hoc fidelibus magis claret. Nam sæpe uidimus homines ab iniquitate permotos, sceleratissime operari, q̄ cum peruenissent ad gratiam, contraria persequerentur. Et interdū uidimus in charitate gratiā degentes operari decētia, & deserentes gratiam, turpitudinē de seruisse. Legimus Saulem in regem à deo electum, & postmodum reprobatum. Legimus Dauid sanctum, legimus eundem factum iniquum, dum serē simul tria mala committeret, & iterum eundem legimus ad sanctitatem reductum. Legimus Salomonem arborem bonam, & fructus bonos utique produxisse: quæ deprauatum, ex scriptura conspicimus uelut arborem malam, fructus malos impudicitiae atq̄ idololatriæ produxisse. Legimus pessimū Manasē regem, arborem utiq̄ malam, & tandem uelut bonam fructus bonos poenitentiae perfecisse. Legimus Magdalenam arborem impudicam, & tales fecisse fructus, quæ conuersam ad bonitatem, scimus partem optimam elegisse. Quid de multis, qui facientes similia praecesserunt? Sed unde in hominibus boni & mali operis tanta uarietas, nisi q̄ gratia inest, aut deserta deserit, aut quia suscepta iniquitas suscipientem uolūtatem exagitat, aut dimissa recedit? Sed cū sit omnino necessariū quod bonū est operari, ad quod nos inuitat & exemplificat arbor uitæ, non solūm fructum nequā facientem, sed etiā bonum non producentem, decreuit saluator abicidi, & tradi æternis ignibus comburendam. Nam omnis arbor quæ non facit fructum bonum, non solūm illa quæ malum, excidetur à congregatione iustorum, & mittetur cum daemionibus comburenda, & rum opera dum uixit, uoluit imitari. Conclusionem cognitionis malorum hominum, ut dicitur, ex fructibus saluator apposuit: [Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.] Clara consueuit esse causarum cognitio per effectus. Ne autem à sciolis crederetur, quod sufficeret extrinsecus ostensa forma uirtutum per fictos mores, aut per uerba sonantia, bonus magister aperuit, dicens:

Non omnis qui dicit mihi, domine domine, introibit in regnum caelorum: sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

¶ Proferri dominum uerbis, & sibi opere non seruire, aut ab eo resillire quod præcepit, uerius negatio potest dici: quod ad Titum scribens Apostolus, omnino non tacuit: Cōfitemur se nosse deum, factis autem negant, cū sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi. Sed perfecisse diuinam uoluntatem atq; paternam, hoc est totum humanæ arboris bonum: & totus & nullus alius fructus melior, cum hoc solum suæ bonæ placentiæ ad nostram utilitatem in hac uita, hoc solum saluator exquirat a nobis. Cui effectui aperitur regnum cælorum, quod iniquitas cœpit claudere in Adam uniuerso humano generi, qd etiam in singulis nūc ipsa claudit. Quod yd sequitur, [Multi dicent mihi in illa die, domine domine,] &c. affirmatio est dictorum.

¶ De similitudine facientium et non facientium uerba Christi, secundum Mattheum & Lucam. Cap. XIII.

Hoc exquirat doctrina moralis, ut sit actiua legentibus. Et doctor qui non docet, in uanum quærit auditores in actionibus effuses. Euāgelica sanè doctrina non effundebatur à Christo, ut tantum memoriter, sed & opere teneret: nec erat contemnenda in directionibus suis, quæ à tali doctore tradebat. Non enim uenerat dei sapientia de altissimis in carne uersatura in terram, & in carne hominibus locutura, dans præcepta suauia, commune faciens ad superna, ut eius doctrina de moribus neglecti traderet: quam negligere, nihil aliud est q̄ peccare. Et coaptans uerba uerbis, sententiisq; sententijs, ut sequentia ex præcedentibus sæpe dependeat. Nā prædixerat ultricem reprobationem eorum, qui dicunt & non faciunt. Nunc uerò facientibus & non facientibus quid futurum sit, iustis similitudinibus pandit, dicens:

Ois igitur qui audit uerba mea hæc & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram.

¶ Potius ista similitudo quæ inter actiones sumit rationabiliū hominum, inter parabolas tractanda fuit, sed ut hic differerem, me similitudinis uocabulū traxit. Fide & factio nē ybōrum Christi, præcedit auditus: quia fides ex auditu, auditus aut per uerbū dei. Vnde saluator incipit ab auditu: Ois igitur qui audit uerba mea. Non omnes, sed multi audiūt yba Christi, sed siue omnes, siue multi aut pauci audiant, ininitum est uirtutis, sed fecisse iustitia: quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur. Et auditor uerbi & non factor, speculanti in uisno faciem, factus est similis, qui nec tenere memoriter potuit quod aspexit. Proinde uerba quæ in anima inuisibilem & in corpore inditacis uisibilem actionem, expedit ad illam deducere.

Alioquin aut in uanum effusa sunt uerba diuina, uel in uanum sunt ab audiente suscepta. Et ut auditus opus addatur, alte comparatus est faciens, uidelicet sapienti qui domum ædificat supra petram. Sed cum multo aliquid ueniantur in hominibus sapientibus prohibitas & actiones insignes, quibus potuisset bene faciens comparari, quid est quod cæteris prætermisissis, de actione domus ædificandæ duntaxat similitudinem posuit? Habet profectò in se magnum mysterium, sed amplius fatagit in actibus mox. Nam omnium hominum finalis intentio, quamquam uariè sepeq; deuè affectat omnino quietem, maximè post exercitium atq; laborem. Et in exordio creationis rerum, deus aperte illam insinuauit affectari, cū ipse die septimo requiescit. Sed itur in uia, laboratur in uinea, in agro aliquid agitur, unde non men accepit, in agone contenditur, litigauit in foro, clamor extollitur in plateis, & quasi nec ubi quies. Domus uerò repetitur ab hominibus ad quietem, ut deuitetur aër quando inportunus est corpori, ut sumatur in pace cibis, corpus colligitur in lecto, & in silentio dormitur, prout fieri potest omni timore sublato.

Quæ si defectu malè iacti fundamenti dum qui esceretur, fieret in ruinam, humana intentio frustraretur maiori damno & acriore dolore, q̄ si ad hæc non fuisset domus ipsa quæ sita. Quā obrem sapiens cum illam quærit extruere, super solidum saxum stabile nititur fundamentum, super quod immobiliter innixa domus opportuna confurgat, ne undique arietibus quæ consuegerunt inferre ruinam, in casum ipsa deueniat, cui assimilauit Christus dominus sua uerba opere facientem. Pro quiete, pace, securitate atq; defensione in actionem adducere uerba domini saluatoris, domum fundatissimam est fecisse, ubi optime uelut in optimo quiescere poterit qui perfecit. Hinc Salomon clamat: Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, malorum timore sublato. In forma Christi Salomon loquebat, q̄ si obedienter audit, domus apta construatur super stabile fundamentum. Et nusq; securus quæscitur q̄ in domo uirtutis, ad quā nulla incurstantia possunt incurrere, ut ruinam causet. Habet profectò yba diuina cū agunt, & domus cōstruuntur uirtutis, unde se protegat à pluujs, uidelicet à multiplicitate innumerabilium peccatorum. Habet yb̄ resistat impetuositatis fluminis. Signat em flumina impetuositates succedentium tribulationum. Hæ sunt flumina Babylonis, sup qbus sedendū auroreitate uincendi, & flendū sup miseriam incolatū. Habet unde caueat à tēpestate uentorum. Superbia mundi & iactantiam & perfunctoriam uitā ipsi uenti significant, quibus non restitit domus filiorum Iob, quam uentus à regione deserti uisq;

quæq; concussit. In altiore sensum quod dicitur, differere me compellit. Ab æterno præuidit in tempore factus homo assimilare sibi hominem cum produceret, quod & fecit creans illum ad similitudinem suam, in plenitudine præfinito temporis assuēs similitudinem nostram, ut ait Apostolus: In similitudine hominum factus, & habitus inuentus ut homo. Nūc uerò in terris degens, exemplo nos præstruēs, uerbis docens, fieri sibi similes iterum homines quærit, cum dicit: Qui audit uerba mea & facit ea, similis est uiro sapienti, qui ædificauit domum supra firmam petram. Vir sapiēs cui factores uerborum suorum assimilatur, est ipse qui pronunciat. Quoniam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi, & ipse est sapientia quæ ex ore altissimi prodijt, primogenita ante omnem creaturam, qui domū suam non ædificauit super aliud saxum, quod sæpe transferretur de loco suo, sed super seipsum, qui est immutabilis in æternum. Aedificata est domus domini saluatoris sancta mater ecclesia supra petram, petra autem erat Christus. Domus Christi habet in fundamento Christum. Aedificauit porrò Christus domum suam super seipsum, non sua, sed nostra utilitate pensata, super quam petram uniuersum quærit ædificari domūculam, ut fundamentū uirtute tota subsistat, quā neq; pluuia, neq; flumina siue uenti possint disponere ad ruinā. Propè qd sequitur: Et descendit pluuia, & uenerūt flumina, & flauerunt uenti, & irruerūt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra firmam petram.

¶ De hac petra longè antè Dauid prædixerat: Dominus petra mea, tanquam fundamentum exprimens super quo ipse securè consisteret. Patet luce clarius de ecclesia, quod pluuia malarum & hæreticarum doctrinarum quæ uidentur ex alta cognitione descendere, & flumina tyrannicarum persecutionum & uenti, scilicet inuisibiles insufflationes dæmonum, ecclesiæ non potuerunt inferre iacturam: sic & ecclesiæ membris nulla nocebit aduersitas factentibus uerba Christi, super ipsam petram tota uirtute fundatis. Rarò ex pluuia domos audiuius rueri, nisi cum fecit illa torrentes, quibus siue ex multiplicibus tenrationibus, aut ex malis & prauis doctrinis proueniant, cum irruerit, fundamenti uirtute spiritualis constructio immota consistit. Quos commemorat Dauid: Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. A quibus petra Christus defendit, si in ipsis foraminibus conuersamur, ad quæ fidelium concionem, uelut sponfam inuitat. Foramina sunt plagæ, quarum autoritate defendimus, aut inuestigatæ intelligentiæ scripturarum, quibus malè loquentibus respondemus.

Terrent sæpe flumina, scilicet tormenta crudelia tyrannorum, siue quæcūq; pœnalitia & conflagrantia mala, quæ uelut defluentia flumina protinus ab initio seculi usq; ad finem non defuerunt, neque deficiunt, ut ab eo die quo primus homo conditus fuit, usq; ad consummationem seculi malorum intercapedo non fuerit. Inter quæ confugitur ad petram, sicut filij Benjamin in bellis persecutorum omnino deficiētes, ad petram Remmon in solitudine confugerūt, ubi penè sexcenti uiri saluti facti sunt. Petra Christus, Remmon ecclesia interpretat. Chrs petra est ecclesia, eo quod ipsa in ipso, uelut in suo fundamento consistat: ad quem quicumq; confugerit, saluus erit, si non in transitoria uita, saltem in illa quæ uocatur æterna. Flant sciuissimi dæmones seuas tentationes, & nihil est uitij, nihil est diuinæ displicentiæ, nihil uanitatē terrenæ, quod ipsi uento pestifero super homines quantum eis permittit, non inducāt, ubi cū cor agonistici hominis angustiat, exaltatur in petra, quod sibi prouenisse Dauid in suis carminibus asserbat, dicens: Dum anxietur cor meum, in petra exaltabit me. Necnon Isaias in susurratione uenti & protectionem petræ simul differuit: Et erit uir sicut qui absconditur à uento, & celat se à tempestate, & umbra petræ prominentis in terra deserta. Mystica & moralia sunt hæc, studiose scrutatoribus patent. Proinde si omnia mundi mala supra Christū petram fundatis eueniant, non ualebūt inferre iacturam. Hac fundatione securus exclamat Apł: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Certus em sum, quæ neq; mors, neq; uita, neq; angelus, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; insistantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, q̄ est in Chro Iesu dño nro: quia fundata est hominū consistentia spiritalis supra firmam petram.

Sed qui audit & non facit, similis est uiro stulto qui ædificat domum super arenam. Et descendit pluuia & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.

¶ Ex hac similitudine aptè cognoscimus, sapientia & stultitia à cōtrario sensu impacatè distinguī, & sapientē & stultū habere oppositas qualities. Vñ diuinorum auditor & non factor, ædificatori stulto cōparatus est, cum uno fundamento soliditatis relicto, supra arenā multiplicē fundas domū multiplicatus est. Porro unū ē necessariū, una scilicet petra, unūq; regendorum & diligendorum stabile fundamentum. Et fundamentū aliud poni non potest, præter id quod positum

Tit. 1.

Iudic. 20.

Psal. 60.

Isai. 32.

Rom. 8.

Mat. 7. Luc. 6.

Rom. 2.

Iacob. 1.

Phil. 3.

Psal. 17.

est, quod est Christus Iesus. Stultus igitur est q super id quod soliditatem non habet, innititur. Et ei quod aduersarijs incurfationibus patet, adherere dementia est. Multitudo temporalium propter sterilitatem arena nūcupatur, quæ ab uno deo mente multiplicando diuertunt. Cum res multiplicentur, multiplex fit affectus, & hominum occupatio multiplicatis rebus ex opere respondebit, & erit auersio ab uno per multa. Et qui unus est uerus deus, ab uno se auersum, ad multa conuersum, in multis fundamentum deseret propter multa desertus.

Ad cuius domum cum omnia illa pertenerint, scilicet pluuia, flumina, uenti, ualidè ab omni parte conculsam dabunt penitus in ruinam. Nec erit misero quies, cum subito sibi quod non sperabat adueniet, fietq; magna ruina. Proinus ruinam magnam non dixerim, ubi mœnia ruunt. Ruit magna Troia, ruit Babylon latissima, ruit aurea Roma, ruerunt magna in orbe utiq; ciuitates, cecidit sublimitas ædificiorum, prostrata est interdum altitudo turrium. Et quod præsentem oculis sæpe uideamus, ruunt incessanter in mortem corpora uidentia, sed non in ruina magna. Sed illam duntaxat appellauerim magnam, qua ruunt hominum mores caduntq; uirtutes, qua hominum affectus inclinantur ad infima regenda, qua homines delectati seipfis & corruptibilibus bonis, a deo cadendo recedunt. Hæc siq; dem ruinã magnam saluator dominus appellauit.

¶ De similitudine sponsi & sponse ad Christum & ecclesiam, & filiatione spirituali, secundum Marcum. Cap. xv.

Qui de sponsa uirgine nouiter atq; inefabiliter natus est, qui per sanguinem & mortem & fidem & iustitiã sibi desponsauit ecclesiam quã non uult habere maculam neque rugam, atque ipsam uelut sponsam in clypea corona decorauit, sponsus est. Et in dicitur sponsus, quia promissus est ab æterno patre catholicæ orthodoxæ. Inde sponsa, quia adhæsit sibi in uoto. Sibi cohærentes filios appellauit, dum a discipulis Iohannis de illo uero ieiunio tentaretur. Vnde scriptum est, q accesserunt ad eum discipuli Iohannis, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequentè, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, quàm diu est cum illis sponsus? Venient autem dies in quibus auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

¶ Nondum Christo adhæserant, nec plenè credebant in eum, qui cum aduersarijs pharisæis ieiunij censuram tenentes, se Christi discipulis in ieiunio præferebãt. Nec non & Chri-

*ecclesiæ

Mat. 9.
Mar. 4.
Luc. 5

sto uidebãtur irrogare calumniã, tanq; discipulis suis uitæ laxioris licentiam indulisset, nec eos artaret in uia, quæ arcta ducit in patriam. Et uelut resolutæ uitæ magister, sustinet ab eis stultæ quæstionis insultum. Consuetum erat Iudæis ieiunare, saliq; abstinentia non solum ipsi, sed & gentiles sæpe dominum placauerunt. Et per prophetas legitimè indictum sæpe ieiunium, quod duræ ceruicis populo nõ erat impertinens, sed tãto aptius, quãto ab eorum proteruita peramplius domãdi erant, & minus nouerãt quid existeret de perfectione uirtutis, & corporalibus molestijs assoliti, deum interius precibus pleriq; rogare non nouerant.

Bonũ est ieiunium, sed non omnibus æquè. Bonũ est ieiunium, sed non oibus una forma. Bonum est ieiunium, sed eis melius q per id possunt & expedit carnis illecebras mitigare.

Bonũ est ieiunium, sed intermittit & agit, intendit & remittit decreto & iudicio statutis.

Bonum est ieiunium, sed illius qui indidit, frui præsentia superferit. Superbia est, se præferendo, de alio inquirere, atq; uelut inexperitum in fallibilem interrogare magistrũ; & se solum in iustitia dicere illi, qui summæ iustitiæ aduersatur, non est recta prudentia. Idcirco Iohannis discipuli merito arguuntur, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus &c.

Omnibus ferè patebat, quod iustitiæ summæ Christi, pharisæi uerbis & animo contradicebant, quos isti ascuerant ad ieiunandum similes in censura. Sed Christi responsio refellit opinionem, statuit ueritatem, dicens: [Nunquid filij sponsi possunt ieiunare, quàm diu est cum eis sponsus?] Sed uigilantiori uerbo Marcus disseruit, cum dixit: Nunquid possunt filij nuptiarum, quàm diu cum illis est sponsus, ieiunare? Quanto tempore habent secũ sponsum, ieiunare non possunt, ut propriè noua filiatio ad Christũ & ecclesiam referat, inter quos sunt nuptiæ ineffabiles celebratæ, ex quibus filij ex sponsi præsentia oriuntur, cuius astante præsentia, opportunitas de ieiunio non insidit. Celebrabant tũc in terra nuptiæ magni agni, cũ per unionem sibi copulauerat humanam naturã, per doctrinã & passionẽ & sanguinem & mortem, festinabat copulare ecclesiam, ex qua oriũdi erant filij spirituales, & excludebat penitus synagoga, quæ filios carnales aluerat. Ecce sponsus, ecce sponsa, ecce filij qui nascuntur.

Sponsus ab æterno pordinatus in tpe, noua cõceptiõẽ gñatus, mudo ineffabilè natus. Spõsa noua, ecclesia noua, quæ nouiter de celo uirtutibus ornata descendit. Ad quẽ spõsum suã spõsam ex uoluntate per fidẽ integram uenientibus data est potestas filios spõsi fieri, q non ex sanguinibus peccatorũ, neq; ex uoluntate corruptæ delectatiõis & infectæ carnis, neq; ex uoluntate uirilil intellectus seu ronis nascipote-

rum, ut cælestis sponsi cælestes esse filij mereantur. Sed per ineffabilem dei misericordiam ex deo per spiritum sancti gratiam concipiuntur, & sine materie corruptione nascuntur, sic ut ipse sponsus existens æternè deus, in tempore in carne, spiritum sancti uirtute conceptus, atq; mundo ex uirgine natus apparuit.

Sed quoniam hæc similitudo sponsum & sponsam non respicit, sed tantum filios qui in præsentia sponsi nec ieiunare coguntur, quocirca duntaxat filiorum sponsi similitudinem pertrahemus, quæ in hanc sententiam tendit, ut discipuli Christi, typum gerant filiorũ sponsi, aut ut ipse Christus dicatur per similitudinem sponsus. Ista similitudo me dubijs agit, si quæ ratione in præsentia sponsi fas sit abrogare ieiunium, in absentia uero illius molestia cruciari.

Sponsi filij ex præterita & præmorta sunt uxore. Nam ipõsus duntaxat dicitur, dum est in sponsione, aut dum in nuptijs occupatur; cum uerò matrimonium consummatum fuerit, uocatur ipse maritus. Cuius filij cum in secundis paternis nuptijs occupant, a ieiunij molestijs non arcentur. Cũ uerò sponsus deserit a coniuuijs nuptiarum, filij ad ieiunia relabuntur, ut illa non sit accuratio alimentorum, sed parcitas sit in potibus & in cibo: & tunc dicatur sponsus auferri, cum cessauerit accurare.

Quamobrem merito Christus discipulos sub hac similitudine ipse perstrinxerat, & sponso se similem dedit. Habebat Christus filios, scilicet discipulos ex uxore præterita, uidelicet iã præmorta synagoga, & ecclesiæ nouæ sponsæ nuptiæ celebrantur, quibus discipuli assistebant; & talibus sacramentorum coniuuijs lætabantur, maxime quia filiatio mutabatur, ut qui fuerant synagoga carnaliter filij, per gratiã spõsi noui & sponsæ nouæ filij uocarentur, nõ ut hic nouera in aliquo uocaretur, uelut ex uxore filijs superinducta præmortuæ, sed ut transitus fieret ad gratiam de natura, ubi tanquam nouitijs non erat imponenda inedia ieiunandi, maxime quia nouæ filiationis uirtus uisifica in talibus cæremonijs & austeritatibus non consistit.

Boni quidem actus sunt, ieiunium & quælibet austeritas corporis, a uirtute procedentes, uirtutes autem non existunt. Uirtutes uerò quibus noua filiatio constituitur, & constituta cõualescit, & exercetur fides, spes, charitas, humilitas & abiectio, patientia, pax & gaudium, & in eis & ex eis sunt. Proinde dum in nouis nuptijs in talibus translationibus filiorum uirtutes huiuscemodi apponuntur, non est tanquã de re perfecta & iniciane hominem ad optimum, de ieiunio disputare, nec quempiam actũ corporis leuem seu asperẽ præferre uirtutibus. Proinus carnales erant Iohannis discipuli, & adhuc carnaliter sapiebant, & circumsioni car-

nali & carnalibus legalibus subiacabant, a quibus filij sponsi noui & spõsæ nouæ penitus soluebantur. Sed tempus quo sponsus possit auferri, ut ieiunium omnino resumatur, carnaliter intelligere aut fieri possibile, ut possit auferri post resurrectionem, a Christo prolata sententia contradicit: Ecce ego uobiscum usq; ad

Mat. 28

consummationem seculi, ex qua nunquam erit dicitur auferendus. Vtraque tamen sunt uerba saluatoris, & quod auferetur, & quod nobiscum usque ad consummationem erit. Vtraque uera, quia mentiri nescit. Ad inuicem aduersari uidentur, nisi intellectus alius capiatur; quia quod nobiscum erit, & quod auferetur, omnino dissonantiam faciunt. Sed est in moribus unde ista contradictio sopiatur. Verum est quod usque ad consummationem seculi nobiscum erit, sed tunc auferetur, cum malis moribus uitur. Peccata enim sunt quæ diuiserunt inter nos & deum. In illis porro discipulis sponsi filijs, tota futura fidelium congregatio tangebatur, quæ ipsum erat usque ad finem seculi habitura, & ipsi quasi auferendus, cum essent homines peccaturi, & iterum reddendus ad poenitentiam uocatis, ut illi omnino configantur acerbitate corporalis ieiunij, qui sumpserrunt prohibita pabula uitiosæ; & arcedi sunt penitus a concessis, qui prohibita commiserunt non solum ieiunent, quod ablatum est sponsus, sed ut redeat ieiunio & moribus iam placatus. Verum tamen præsertim hoc saluator uidetur asserere, ut noui ad nouitatem uitæ uocati, ad dura & uitæ aspera non cogant, ne nequã cogitatio surrepat, qd æqs actiõibus synagoga & ecclesia deputent; & ne inuoluat tali errore caliginis, qd filiatio spõsi potius in exterioribus qd in interioribus puritate cõsistat. Aute ne deterreant ad fidẽ sponsi uenire, decernentes qd essent p̄mēdi tali onere seruutis, qui uocant in sanctã libertatẽ & in adoptionẽ filiorũ dei. Nõ tũ ex hoc credamus improbari, magis uero approbari ieiunium, cũ hac rone in discipulis Chri ab ipõ minus distinguit, ne interior interlucẽs mētibus hominũ uirtus suis actibus in aliquo posteretur. Nouitas enim uitæ nõ in corporeis actibus, sed in mentis renouatiõẽ consistit. Propterea dicebat Apostolus: Renouamini spũ mentis uestre. Cui renouationi, compensata hominũ q̄litate, confestim adijciẽ ordinatio debita moris nr̄i. Hoc em̄ p̄m̄plius subsequentes similitudines manifestant.

Eph. 4.

¶ De similitudine panni rudis & ueteris, pro synagoga filijs & ecclesiæ secundam Mattheum & Marcum. Cap. xvi.

Quoniam æternus dei filius de nouo humana naturã quã creauit, iduerat, & de carne nr̄a sibi qdã fecerat uestimentũ, cũ quo degens inter homines, uolebat sibi corpora

taliter coaptare fidelium, ne ullo modo scissura irreparabilis sequeretur. Et quos allexit sacra doctrina studuit præsruare, ne impositione molesti oneris frangerentur & relaberentur in illa quæ pro nouo discipulatu reliquerant. Idcirco cum ab ipso cur discipuli sui non tenerent censuram ieiunij, à Iohannis discipulis queretur, similitudinè panni rudis & ueteris respiciens prudenter opposuit:

Mat. 9. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus: tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit.

¶ Pannus rudis dispositionem habet & aptitudinem ad uestimentum. Omne autem uestimentum ex rudi panno processit. Omnis autè pannus ad uestimentum usque non peruenit, ad quod semper est rudis, & se habet ad uestimenti nouitatem. Cum uero factum fuerit uestimentum, tendit in uetustatem. Non igitur coniungendus est rudis & nouus pannus, atque si uetus ueteri uestimento: ne uetus uestimentum perdat quod est, cum sibi cõsueat quod non decet: nam quod est confunditur, si rei sibi non competenti sociatur. Veteris uirg Christi erant discipuli, & nouus & rudis pannus in sinuabat uitam initiandam, imò inuiciatam per Christum. Noua igitur non sunt iungenda ueteribus, nisi prius uetera renouentur. Ac per hoc saluator asserit rem nouam esse ieiunij ueteribus non imponendam, ne quomodolibet sub ipso frangantur, cum de nouo ad ecclesiasticum uenit. Habet autem aliter similitudo huiuscemodi plantam sensum. Nam omne uestimentum uetus habuit nouitatem, sed pannus nouus nondum uenit in uetustatem: quod uero noscitur uetustati uinum, in omni aut serè à uetustate consumptum, uitæ nouæ moribus nequit a se scisci.

¶ De similitudine apposita per uini nouum & utres ueteres, secundum Mattheum & Marcum. Cap. XVII.

SVæ deitatis capaces deus animas hominū fecerat, similiter & uirtutum, quas sic replendas præuiderat, ne calum feruore rumpe-rètur, & fieret damnosa effusio fracti uasis, quæquam effusorum remaneret integritas, quia non dispergitur deus, aut uirtus, cum anima ipsius suo damno uacuatur. Ne autem fienda sit incauta repletio uini noui, ueterum utrium, & nouorū aptam similitudinem CHRISTVS induxit, dicens:

Mat. 9. Neque mittunt uinum nouum ut utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, &ambo conseruantur.

¶ Noua læticia, nouatq; iustitia erat ditanda

humana conditio, & nouis erat moribus reparanda. Sed nisi per spiritum sanctum animæ à uetustate renouarentur, & purgatæ soluerentur ab antiquis contagijs, nouitas iustitiæ similiter & lætitiæ atque morum adesse non poterat. Et cum ieiunium inter lamentationes potententiæ ab orthodoxis merito deputetur, & per sponsi præsentiam omnis lamentatio auferatur, per uinum quoque censura iustitiæ atque cordis læticia censeatur, cum exquirereur de ieiunio, quod pars est lamentationis, etiam asseruit de alia parte, quæ dicitur iustitia & læticia cordis. Iustitia liquidem notatur in uino, cum Samaritanus illud simul cum oleo super malè uulnerati plagas infunderet. Lætitia uero in psalmo attestante Dauid: Vinum lætificat cor hominis. Nunc per subiectas similitudines lamentationem nouam, recentemq; lætitiā asserit hominibus ueteribus, uelut antiquis uestibus non confusis, atq; sicut uinum nouum utribus uetustis non in fundi, ne uetera uestimenta noui panni assuisione rumpantur, & utres ueteres noui infusione uini frangantur, & effundatur uinum gratiæ nouum, antiquis non competens hominibus commiseri. Sed quæ hominum nouitas esse poterit, ut noua tradatur gratia, seu nouiter actio uirtuosa, nisi prius per gratiam in hominibus sit innouata natura? Præcedet ne nouitas nouitatem? Nōne ideo nouus homo dicitur, quia in uitæ ambulat nouitate, in qua nisi animo & opere graditur, nouus esse non dicitur? Sed clarius inuenimus quod quærimus, si hanc similitudinem in altiora subuehamus. Planum omnibus rationabilibus factū est, utres ueteres atq; nouos non nisi ex pellibus mortuorū animalium fieri. Ac per hoc dissuadet ratio Christiana ut noua iustitia, nouatq; læticia non imponatur iam peccatis mortuis sub lege occidua constitutis, sed in gratia & pro gratia, & cum Christo & in Christo & propter Christū proprijs uoluntatibus & in corpore morituris: Sed quoniam in his duabus similitudinibus noui panni, noui uini, & nouorū utrium, nouam uitam uitæ antiquæ, uitam gratiæ uitæ legali, uitam uirtutis uitæ iniquitatis, uitam spiritus intelligentiæ literali, uitam spiritualem occupationi corporali superponere uideretur, atque tenere cautelam, ne impertinens & damnosa permixtio fiat, in ple-nisque locis aperte & absolute sacra scriptura denunciat. Nam per prophetam dominus dicit: Cum sanctificatus fuero in uobis coram eis, tollam quippe uos de gentibus, & congregabo de uniuersis terris, & inducam uos in terram uestram. Et effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris, & ab uniuersis idolis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cornouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri. Hic liqui-

de uelocioribus intellectibus mysticè seu moraliter nouitatem uitæ agendæ demonstrat, cui uestimentū nouū absq; commixtione cum ueteri congruit, & uinū nouū uelut utres noui sine fractione recipit & refundit. Propterea consona ueritate renouatus iam Apostolus, dicit: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Et noua uinum usq; uitaq; conueniunt, & q; nouas actiones per gratiam in noua suscipiunt, non deficiunt neq; tabescunt.

1. Cor. 5.

¶ De quadrifaria similitudine animalium ad torlerantiam & cautelam, secundum Mattheum & Lucam. Cap. XVIII.

MANsuete, pacificè, humiliter mundum Christus ingressus, cum in id uellet suos transformare sequaces, ut non ope magnæ potentie, sed passionis testimonio, & in uirtutibus euangelica doctrina claresceret. Hinc suos designans quales uelit esse saluator, inimicos etiam per similitudinem annotauit, dicens:

Mat. 10. Luc. 10.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

¶ Sæpe per oues saluator suos subsequos designauit, insinuans mansuetudinem, quæ conuersationem tolerabilem amonnamq; cum omnibus habet, & pacem, qua homo deo, sibi & proximo est quietus, & rabiem contradictionis ignorat, nec nouit uacare litigijs aut contenti-ouibus deseruire. Præostendit humilitatem, qua quisq; sibi qualis existit, apparet. Nec aliorum opinione supra se rapitur, & laudibus humanis confunditur, non lætatur; forinsecum iudicium omne deuitans, solo conscientie testimonio tristitiam patitur uel lætatur, prout uitiorum atq; uirtutum adesse conspexerit aliam partem. In hac ouina similitudine saluator ab Isaia prophetatus est pati: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Quasi solum hoc sit animal, quod nesciat uocem malè querulam suæ perditionis emittere, nescia reluctari ducenti.

Iohann. 10.

¶ Etiam saluator, cum de fure ouiumque proprio pastore uellet pro rei ueritate disserere, ilico de proprietatibus ouium intulit: Et oues uocem eius (scilicet, proprii pastoris) audiunt. Et quod oues illum sequantur, quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbum dixit eis Iesus.

¶ Prouerbum erat, quia quod proprium est irrationabilium animalium, hominibus dicebatur. Sed uerum est quod Christus dixit. Alias si hæc proprietates nō esset in ouibus, ipse protinus non dixisset. Sufficit ergo absq; alia experientia credere quod creator omnium di-

xit. Sed obmittentes proprietates ouium, ad assumptam similitudinem pro hominibus ueniamus. Sequuntur rationales oues cælestem in terra pastorem. Sequuntur si ueræ oues sunt, ad agendam uitam, pro uita speranda, quæ sciunt uocem eis, quæ fide nouerunt quod uerus pastor inclamitat, quod uelit à nobis, quod interpellat pro nobis, quibus alimentis nos pascere uelit. Qui sciunt theoria & actu uocem eius, sunt de ouibus eius. Et q; sunt de ouibus eius, theoria & actu proficiunt uocem eius. Et scire uocem, est diligere uerbum, facereq; sermones. Sed sicut ouium est proprietas, seq; pastorem proprium, sic & fugere alienum. Proinde q; uerè sunt Christi, alienum non sequuntur. Quisnam alienus? Qui disceparat à uita, qui est dissimilis à doctrina. Qui animam auertit à recto, qui ducit per deuia, qui detestabiles & singulares gradus uias. Qui humane docuit, qui suauis pro corpore. Alienus est omnis infidelis, alienus est omnis hæreticus. Alienus est, qui suo tempore magis timendus est, ipse quæ mundus expectat, Antichristus. Alienus est, qui ex omni se non studet profectibus animare.

¶ Alienus est ab ouibus pastor, qui ad seipsum ex ouibus, non ad oues ex seipso referit. Sed fugiunt ab eo electæ domini oues, non ab autoritate, si canonicè præsiderit: sed à doctrina, si male loquitur: à uita, si nequiter operatur: à conuersatione, si maculat. Si uero non præsidet, per omnia deuitare cupiunt fugientes. Esti corpore interdum fugere nequeunt, saltem ex corde ab eis alieno recedunt. Non minus fugere saltem corde ab improprijs pastoribus expedit, quæ ab his qui nos inuisibiliter persequuntur. Quare aut oues electæ fugiunt? Quia non nouerunt uocem alienorū. Assuefactæ oues unius uocem pastoris, aliorū uoces, uelut non intelligentes, non audiunt. Nam omnes electi qui Christianicis uocibus assuefacti sunt, euangelij nouerunt, incepterunt æterna & ea quæ non uident, diligere, amoremq; à uisibilibus retraxerunt, alienorum uocem penitus nō cognoscunt. Propterea ipsos non sequuntur, sed fugiunt.

¶ Et cū saluator bonū se assereret pastorem, statim de ouibus intulit, in quibus suum gregem per similitudinem designauit, quas æqua uit ad uitam, ut tantum diligeret, ut pro eis animam esset impensurus. Altissima res est, intantum infirmū fieri, ut uelit quis ouibus comparari: quoniam Christi uita, ouis est precium. Ait enim: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

¶ Hoc de Christo per proprietatem dicitur, non per similitudinem, sed de hominibus quod sint per similitudinem, nō per proprietatem. Et pastor adhuc bonus cognoscere sese dicit oues. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

Iohann. 10.

¶ Nemo sibi arroget si bona sit vitæ, quoni- am solus bonus pastor agnoscit. Et nemo se ia- cer esse de grege dominico, si pastorem boni cognitione bonitatis ignorat. Cognitione pa- storis, approbatio est ouium suarum. Cognitione au- tem ouium de pastore, uirtus est fidei & operis imitatio. Et cum animam ponere pro ouibus dicit, ouium amorem insinuat.

¶ Et quendam ouium proprietatem negatiue pro reprobis, affirmando p. electis explicat in auditu, cum iudæis incredulis loqueret, dicens:

Iohann. 10. Sed uos non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt.

¶ Omnis uox Christi, quæ mûdo tam alte reboauit, euocationis est ab errore, reuocatio nis à crimine, pro lupis cauendis, ne oues intru- dant in inferis: uocationis ad iustitiam fidei cũ- ctæq; uirtutis, in recessu ad patrem, inuita- tionis ad uitam. Hanc siquidem uocem obedi- enter audiuit oues eius, quas agnoscit pastor & dominus. Pastor, ut pascat: dñs, ut defendat.

Et sequuntur me.

¶ Proprium est, ouium, suū sequi pastorem. Aperta dissertatione saluator prædixit, quid sit suis ouibus donaturus.

Et ego uitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam de manu mea.

¶ Ecce æterna uita, imoq; beata. Ecce præ- seruatio æterna. Ecce ouium dominicarum cu- stodia, ne in luporum raptum aliquando deue- niat. Euangelicū animal ouis est, cui saluator as- similatus est, & suū etiam gregem ouibus com- parauit. Nam uestitæ duplicibus, tradunt alte- rum auferenti: si qua in eis sunt, utilia sunt. Ni- hil in exterioribus, nihil in interioribus ē in eis, quin ad usum hominum possit inflecti. Non sunt animalia uanitatis, sed necessariæ utilita- tis: modicæ sunt impensæ, fructusq; magni. Nullæ contentiones sunt, ad se inuicem nō eli- duntur. Affectu uigent præter alterutram im- pugnacionem, & in commune pascuntur: nul- lum eis animal mitius inuenitur. Proinde imi- temur oues, ut famus de grege dominico.

¶ Iezechiel etiam dominicum gregem in pa- scendis ouibus longè antè præuiderat, quibus lupi præ cæteris animalibus sunt infesti, qui- bus similes sunt, sine causa in alios fœuientes ini- qui: quoru hęc est deprauata conditio, ut nul- lo intuitu innocentibus parcant, & nunquam quiescant nisi diripiant. Sed quales se habent oues ad lupos, & ad sua uellera diuidentes, ta- les suos seruos uult esse saluator ad eos qui sua diripiunt, & præter causam improbè persequun- tur. Proinde dicit, sicut oues in medio lupo- rum.]x. Vt quia in medio oues statuit, numerus bonorū signat esse abiectior, iniquorū præcel-

Et

lere multitudo, q̄q̄ illos: uirtus superferatur multitudini peruersorū. Quibus armāda sic ar- mis plebs q̄ uidet abiecta fidelium, subsequenti- bus similitudinibus declarat, ut utant uideli- cet prudentia serpentina, & in colūbina simpli- citate malorū potestatem deuincent. Sed nec mi- rū, si sepe tē proponit saluator suis fidelibus in exemplū, quem diabolus ad deceptionē pri- mos: parentū propter suam calliditatem com- mouit. Erat enim callidior cūctis animantibus terræ. Quod esset callidior, nō diabolus fecit, sed quia sic erat, in instrumentū fraudis suæ as- sumpsit. Quod serpens sic erat, deus fecerat. Et quod deus fecerat, bonū erat: quod bonū dia- bolus pmissa potestate ad humani generis frau- dem intorsit. Nūc vō dñs Iesus posteriore gra- tia bonū quod creauerat, ad usum bonū suū fidelibus transfert. Nam illa serpentina callidi- tas bona erat: nihil em̄ deus reprehensibile ipsa etiam animalibus dedit. Et honestus, bonum à deo factū proponit in exemplū, q̄ malū qd diabolus de ipso fecerat, timeat: nec propter ipsum quod à creatura quacumq; adiunctum est malū, bonum quod à deo est inditum, dele- ratur. Est siquidem serpentis bona calliditas, ut pro capite corporis, exponat & ueterem ex- uat pellem, prout nobis Apostolus innuit, ut col- exuamus ueterē hominem cū omnibus acti- bus suis. Protinus quicquid est corporis & cor- poreæ facultatis, pro salute spiritus exponen- dum est, qui caput, regens corpoream molem & corporeas actiones, est in nobis constitutus à deo. Et si qd est spūs, similiter & corporis, p- Chro summo & sano capite fiat abiectū: in po- nam absq; exceptione tradat, si affuerit inuei- tandā necessitas, aut si decreuerit à deo regula- ta uolūtas. Non em̄ ad prudentiam serpentinā discipulos saluator induceret, nisi illam profer- eto creans omnia creasset. Expolianda est pel- lis antiqua, & ab antiquis contagijs nostra est purganda cōditio, ut noua uolūtas à uitijs, in uir- tutibus renouati, cū homine nouo per etēdem hoīem nouum nouo seculo præparemur.

Colūbina simplicitas Christi discipulis ma- ximè sit in uoto, ut omnis mos p ipsam rehu- geat, in ipsaq; consistat, ut nulli dolos, etiam la- cessi inuicem, machinent: nemini uelint infer- re molestiam, incedentes gement in ualle misē- riæ, quærentes semp atq; tenentes in charitate consortiū, residentes in contēplatione cōspicua supfluenta gratiæ. Er ex oibus totā ecclesiā cūctā sit in illa signatus, qui omnis uirtutis genimen p̄stat, qui simplex & unicus est, qui nulla q̄lita- te uariat. Er in illa similitudine Chrs uolens di- scipulos trahere, simplicitatē indicit colūbinā, ut i mûdo degētes, nullis mûdi uarietatibus agi- tent: quā prolixè hic tractare omitterimus, illam

superius differentes: unū singulariter cōsidera- dum tradentes cordibus hominū, quod in ma- gno precio tempore obsidiōis steruus fuisse le- gimus columbarum, ut interno sensu aspicia- mus, quantum sit simplicitatis precit, quātūq; nobilitas, qualisq; utilitas, cum uenūdari cōspi- cimus quod est eius despicabile & abiectum.

¶ De similitudine passerum & hominum in ar- cendo timorem, secundum Matthæum & Lucam. Cap. XXI.

¶ Vi uelut passer solitarius antè propheta- tus est, in tēpore reuelatus, & inter ho- mines conuersatus, per similitudinem passerū suos discipulos solidare conatus est, ut si illi noscuntur exprimento sensibili uiuere in prouidentia dei curaq; paternā, quorū rāpa no- scitur in commercio uilitas, quanto magis qui- bus sanguinis diuini commercio superexcedēs & supernaturalis donata est dignitas? Inde fa- ctum est, quod cum saluator timorem homi- num à discipulorum & cæterorum suorum cordibus uellet abigere, passerum similitudi- nem induxit, dicens:

Nonne duo passeres assē uenēunt? & unus ex illis non cadit in terram absque patre uestro.

¶ Non aliter q̄ per comparationem simili- tudo ista deducitur, ut si omnipotēs de ouibus abiectissimis gerit omnino prouidentiam atq; tutelam, per amplius siquidem de his, quibus su- am dedit imaginem, pro quibus in tempore su- dit & sanguinem, & daturus est beatitudinem sempiternam, Similem comparatiōem supra posuit, cum uellet dissuadere sollicitudinem, quam modo addidit, cum uellet à suis arcere timorem. Lucas numerum posuit ampliorem, & sub alijs v̄bis similitudinem tradidit, dicens:

Nonne quinque passeris uenēunt diponi- dio? & unus ex illis non est in obliuione coram deo.

¶ Genus monetæ, allis: cuius duas & semis ualebat dipondius, q̄ erat similiter moneta uel pondus. In hac enim parte patrio nomine tem- poraneoq; usu euangelicæ sunt locuti. Verum tamē ex omnibus intento saluatoris est, ut nō timeamus ubi nō est timor, neq; formidemus, cum asserit super nos curam adesse paternam, nec nostrum obliuisci paternū affectum enun- ciat. Proinde si unus passer non moritur absq; prouidentia patris, si unus non est in eius obli- uione dum uolat & uiuit, quibus nulla uiuen- di ratio, nulla rationis cognitio, post occasum nulla resurrectio expectat: quanto magis n̄m recordat deus, q̄ protegit inter pericula, q̄ in e- aduersa tuet, qui inter mūdi persecutiones su- os agonistas præseruat, q̄ custodit in morte, ut etiam resuscitet post occasum? Quid igit time- mus: quare sic pueriliter formidamus: qd hor-

remus cū aspiciamus cōtra nos bella cōsurgere, cū mortem imminere uideamus, cū ipse pro no- bis desuper pugnet, cū ipsa sæpe diuertat mala suis fidelibus præparata, cū tēperet cauma ma- lorum, cum neminem supra datam uirtutē ad agones exponat, cum si derelinquat ad tem- pus, omnia reformet in melius, cū nihil deperē at apud quem est oīm uita, & qd nobis perire uideat, in ipso saluus & uitæ habet integritate- rem? Sed ne quis malefidus atq; nefcius, cū ma- le sentiētibus philosophis seu alijs perperam iu- dicantibus, poneret partem suam, autuma- uē dicens, quod deus memoriam & suæ altitu- dinis prouidentiam in hæc ima & uilia nō in- flectit, & ne ipse uilescat, hæc abiecta & uilia nō cōsiderat, annexa sententiā refellit & improbat:

Vnde capilli capitis uestri omnes nume- rati sunt. Nolite ergo timere, multis passē- ribus meliores estis uos.

¶ Ecce qd deus passerū, imō unius passeris re- cordat. Ecce qd omnes capilli humanoꝝ capi- tū numerat. Sed ubi talis calculatio capilloꝝ? Non in mentibus hominū, nō in arte arithme- tica, ubi oēs digiti numerant, non exarant in ta- bulis aut in mēbris possent tot characteres numerabiles. Igit ubi numerati sunt? Protinus in istius mēte à q̄ creati sunt, ubi ab æterno fue- rūt anteq̄ crearent. Ergo nolite timere, multis passeribus meliores estis uos. Procul pellat à nobis timor, qui deuiat à studio ueritatis, à uia salutis, à testimoniō saluatoris, ubi desuper pa- ter opem suæ prouidentie reppromittit, q̄ tantā di- gnitate cōstatum, qui superimur astris, qui aui- bus oibus quibus deus alimonia p̄stat, curat, fouet, atq; gubernat, sumus penitus meliores. De passeribus maxie similitudinizauit, qm̄ ipse solitarius appellatus est passer. Er in ueteri te- stemēto purificandus duos passeris offerebat, & ipsoꝝ nobis int̄ auiculas est natura p̄ncior.

¶ De similitudine arundinis ad inconstantes, secundum Matthæum et Lucam. Cap. XX.

¶ Constantis & inuariabilis Christi uoluntas, & ad bonū oīm simpla & firma existens, abhorret in hoibus inconstantiam, & permuta- tiones detestat uarias studioꝝ, quæ nec uel- let hoies humano timore flexibiles, nec aīos flexuosos, qui uelut calami non agerent à uen- to. Et arūdinem esse, deflecti est in alteram sor- tem, in qua est hominum plena calamitas, q̄ cum Iohannem Baptistam ab hac exemptum calamitate turbis uellet ostendere, per arūdi- nis similitudinem uacuos dei gratia declara- uit, dicens:

Quid existis in desertum uidere? arūdi- nem uento agitatam?

¶ Præintendens à Iohanne quid erat, aperu- it quod non erat, quales suos omnino esse no-

lebat. Interius uacua est arundo, quanq̄ exteri
us pulchrū hastile ostendat, facileq̄ mouet agi
tatione uentorū. Echypocritasq̄ atq̄ malē mū
do placentiū hæc est mali moris firmata pro
prietas, ut ab intrā uirtutū p̄tate uacuent, ex
terius fucati decipiendō resurgant, & ad il
lam partem antē uel retrō, sinistrorsum atq̄ de
xterorsum facile inclinent, prout uentus uacue
laudis & gloriæ complacentiæq̄ humanæ agi
tando perflauerit, cuius contrariū Christus ha
bet atq̄ regnit. Nam om̄is gloriā filii regis ab
intrinsecus in fimbrijs aureis, ut nullus præter interi
orem exterior sit ornatus, nihilq̄ precio fiat,
corde uacui esse si sit ab extrā compactio. Ni
hil pyobiter exterius inuenimus ab homine a
ctum, si exinanitō intranea fuerit. Plenum &
solidum extrā fieri, est corporalem molem ha
bentiū; intus uerō existere sine agitatione uen
torū, est uirtutis almissici.

Differit per plurimū magnanimitas & for
titudō, ut illa dūtaxat ad animam, hæc ad uirtū
q̄ referat: ut inter dū magna sit in corpore ua
litudō, ex qua corporalibus impulsioibus &
arrietibus icibus resistitur, & magnanimitas
in aīo deficit. Ex tollit ore p̄prio suum agonistā
saluator, & inagitatū a uento denunciat. Est si
quidem uentus sæpe hominum timor, quem
quidam habentes prædicare desistunt, nec se
minant argumentones in improbos, nec auditori
bus uerba uitæ, de quibus per Sapientiam dicitur:
Qui obseruat uentum, non seminat. Qui
humano terrore concussus, non seminat uer
bum, ut recolligat uitæ fructum. Quo uento
non agitabatur uix arguere Herodem, & ad
Iordanem positus, doctrinam regni promul
gabatur ad plebem. Carebat illa calamitate, qua
omnis homo est miser, scilicet non promptū
fieri ad diuina mandata, nec paratum esse pro
Christo ad illata tormenta. Misera conditio
calamitosorum, cum eo in illam deueniunt,
cum pro deo in hoc seculo à mundanis calami
tosi non sunt, ut ab ipso cælestibus replean
antur. Considerandum est igitur, quanta sit
hypocritarum & uanorum hominum atq̄ ma
le timentium abiecta dignatio, qui arundini
commendatione Iohannis à domino compa
rantur, ut quibus in hac uita uacuitas est gra
tia, in illa plenitudo gloriæ non succedat: &
qui in hoc seculo quomodolibet agitantur à
uento, nisi prius restabiliti gratia, in illa patria
non firmantur.

De similitudine fulguris ad cadentes, secun
dum Mattheum & Lucam.
Cap. XXII.

Qui angelorū & hominū nouerat ab æ
terno ruinā futurā, iuste permisit factā.
Aspexit irreuocabilem in angelis, sed
in hominibus pro parte reuocabilem confide
rauit. Illos q̄s elegerat, ab illa uolens auertere,

fatanicā antē factā ruinā, & hominū futurā, ni
si caueat, præsignauit in fulgure. Nā cū disci
puli accepta super daemones potestate exerci
tataq̄, gaudentes reuertentur ad Christum,
quod etiam eis fuerat subiecta dæmonia, præ
cauens futurū casum, ait illis:

Videbam fatanam sicut fulgur de caelo
cadentem.

Ap̄ta est similitudo ad declarandam illam
speciem superbiæ, quæ procedit de uirtute in
ruinā. Nā irretentibilis est omnino imperus ful
guris cū delabit: sic & superbiæ casus, cū ex uir
tute fuerit in alta subuectā. Et quanq̄ absontū
uideat dicere, cū si uirtus est, q̄ modo superbiū
si superbit, quomodo uirtus? tamen audacter
dixerim, mutata aliquorū uirtute fulgentium
uolūtate, nec non ex actibus eius, etiā ipsa non
inhærente processisse superbiā; quæ cum ex
altata fuerit, omnino deuenit in ruinam. Nam
Salomon dicit: Ante ruinam exalta cor. Vbi
exalta in quo exalta? & ad quid exalta? Ex
alta in se. Non enim extrā positū habet locū
cor omnino superbiens. Exalta in bono natu
ræ, acuto sibi collato ingenio aut alia perspic
acitate resplendēs, non inde sacrificans aut grati
as agens bonorū omnī largitori, q̄ sibi pluri
bus supra ire uidet. Et in his sæpe attollit quæ
ad usum corporis collata cognoscimus, non
utens talibus bonis utriusq̄ hominis eo sine il
lisq̄ regulis communibus, sicut diuina prou
dentia largit hominibus. Ad id uerō extollit, ut
si fieri posset, sine superiore aut absq̄ consorte
gauderet, cui multiformi exaltatiōi statim est
annexa ruina, quæ nūq̄ sequeret, nisi exaltatiō
p̄cessisset. Præcauebat sane in suis discipulis
dñs & saluator, ne supbirent ex collatiōe cha
rismatū, & ex eo q̄ acciperat uirtutem operā
di miracula, & super daemones dominatiū: qm̄
ipse uidit ab æterno & q̄ modo factus est sata
nicus casus, nec aliter factus q̄ ipse præuide
rit: nec aliter ipse præuidit, nisi prout diabolus
fecit. Sed nec hoc est nostræ differtionis, nisi
tantum similitudinem casus edificere, q̄ factus
est similis fulguri de caelo cadenti. Non reuer
titū fulgur in superiora, cū ad ista inferiora ca
dendo deuenit: sic nō reuertit apostata uirtu
tis, cū in ipsa supbit. Et malē fungēs autoritate
desup diuinitus concessa, non regredit ubi fu
it, q̄ q̄ om̄ia sint possibilia de altissimis reuocā
ti. Fulgur (ut exp̄mento uidemus) labit conu
scando: & luminosi fuisse uidentur, qui irreu
ocabiliter cadunt, similiter & angeli qui ire
paralibiter ceciderunt. Nullorum ruina pro
fundior: q̄ uidebantur fulgere cælestibus, &
diuinis charismatibus coruscare. Fulgur cadē
do infert quādoq̄ læsuram. Qm̄ alta uirtutis
existentes, dñs ruerit, exemplo malo plurimos
infecerūt. Rarō iusti casus fuit sine læsione ui
dentis. Nā q̄ q̄ d de caelo cecidisse Iohānes in

Luto.

Proib.

Mat. II.

Exo. 3.

Apoc. 8
Apocalypsi aspexit, tertiam partem læsisse de
scribit. Sed hoc potissimè humanis mentibus
præfigendum, quod nūquam diu alicuius po
tuit regnare superbiæ, quanuis ad tempus flo
rere uideat, & reuoluerere dum succubit.
Sed illa puniū atrocius, quæ de rebus spūali
bus mundanam auram captando resurgit. Nā
de his humanè superbiæ, cū sit ad diuina, sce
leratius agitur quàm de humanis extolli.

De similitudine iugi & oneris ad ea quæ Chri
stus imponit, secundum Mattheum.
Cap. XXII.

Reator omnīū deus, quousq̄ creatū ho
minē, sicut exscriptura sacra didicimus,
quanq̄ esset, non est dominus appellatus, cui
ex creatione nihil nouitatis accessit: cum uerō
creasset hominem, dominus dictus est, ut hoc
intelligentibus prætare, quod sub caelo duntaxat
ab homine obedientiam rationabilē in
superna homines inferentem exigeret: quam
cum collo impostam parētes primi figissent,
incurrerunt dæmonum inobedientiam, & su
per terram miseram seruitutem: ad quam ex
cutiendam de ceruicibus hoīm, in carne degēs,
ad suā obediētiā omnes malē pditos reuoca
uit, quā sub iugi & oneris similitudine designa
uit, dicens discipulis similitē & astūbus turbis:

Tollite iugum meum super uos, & discite
de me, quia mitis sum & humilis corde.
& inuenietis regem animabus uestris. Iu
gū enim meū sitaue est, & onus meū leue.

Malē premebat homines hostis antiquus, &
iugo pessimæ seruitutis oppresserat, nec præsta
bat requiem lassis, ut in luto seu cæno terrenā
rum rerum & palea uanitatis, & igne omnium
concupiscētiarū acriter decoquente, in Aegy
pro mundi tenebrosi Pharaoni damnati mise
rabiliter seruiremus, quibus non requiem post
laborem, nec ex obsequijs turpibus præmiū
præstabat, potius adiebat perpetua & mor
talis pœna mortalibus, omni spē firmiter euasi
onis adempta, & desuper colla premēte iugo,
quod protoplastus sponte à seductore susce
rat, etiam multi ad pœnam trahebātur inuīti.
Sed nec uoluntariē tetra iuga portantes, aut ul
trō seruiētes nequit decernerēt, liberos esse ho
mines per arbitrium decebat. Absq̄ iugo cre
atoris incedere, mortale periculum erat: quod
qui fecit aut facit, dictus est Belial, quod dici
tur, absq̄ iugo. Et qui iugū suauissimæ, imō be
atissimæ seruitutis à suis ceruicibus excussit in
caelo, conatus est asprimē atq̄ turpissimæ obe
diētiæ imponerē hoibus super terrā. Veruntū
per libertatem arbitriū unum excussit, alte
rum uerō damnose susceptum est. Ut igitur
auferatur mortale periculum, etiam per liber
tatem arbitriū, clamante Christo reuocantur

homines ad suauissimum iugum. Tollite, in
quit saluator, non impono, non grauo, nō co
go, nō inuite uestris ceruicibus ligo, sed præpa
ro & offero. Libertatem habetis, liberi creati
fuitis. Inest uobis ratio discernendi: sub quō
domino laboratis, agnoscitis: forte uidetis &
præmia, nec forte ignoratis quid à uobis exa
ctor improbus exigeret, qualia sunt præmia quæ
speratis. Si iam aspexerit iugum displicer, si dissi
uitas iam internē iure molestat, si adhuc exire
uultis à iugo Pharaonice oppressionis, cū uo
luntate libera tollite iugum meū, si iam factū
est uobis odio contra meum, super uos ne su
perferamini directionibus meis, incedētes uo
luntatibus uestris, sed desuper suauiter premeat
iugum, si superna captare contenditis. Non hu
mana obediētia, neq̄ terrena regulatio, sed su
perno iugo agi, fecit ad superna conscendere.
Compellit nos tollere iugum, nō Christus, sed
ipsa necessitas euadendi, quoniam iugum iniqui
tatum nostrarum uigilat in manu eius. Vi
gilat iugum iniquitatum hominum in manu
dei, cū ipse memoriter tenet, quod iugū suū cō
fringētes, iugo iniquitatis paruimus, ulci scēs
porenti manu tradit in pœnam, nisi suum iu
gum uoluntate susceptum, ab illo antē sciun
gat. Et bonum est uiro, cum portauerit iugum
ab adolescentia sua. Non solum bonum, sed
nihil melius in uirtutibus reperitur, quàm diu
no iugo iugari: imō nil aliud uirtutem esse dix
erim, quàm tollere iugum Christi: & omnis
esse uirtutis, suo iugo colla submittere. Iugo
Christi annectitur disciplina, quæ caret errore,
quæ forma est portandi iugi, cum fuerit spon
te susceptum. [Discite inquit saluator] à me,
quia mitis sum & humilis corde.] Harum uir
tutum solum ipse uoluit esse doctor, illas no
bis exemplificans in semetipso, ut sit mansue
tudo secundum formam eius exterior, & hu
militas interior (quantum capi potest) adhære
at. Nemini molestus, nemini onerosus, nemi
ni grauis, nemini importunus, amabilis omni
bus, quanuis non ab omnibus amaretur, q̄
mnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret,
sui ipsius impensor omnibus erat Christus. In
nullo amara conuersatio eius, nihil ostentans,
sine querela ut agnus incedens. Non amans,
non querēs unde inuisibilis amor scinderetur.
Sic protinus mitis erat, & hæc est uera mititas,
humilitas cordis, quanq̄ corporis gesta com
ponat, ipsa tamen inuisibilis est. In illam inten
dere, paucorum luminum est. Hoc protinus
habet in abditijs, supra se non rapī, nullis opiti
onibus agitari, sua pace fruitur, se noscens, si
bi soli uacans, assistens in profundo coram al
tissimo, recusat omnino in cordibus hominū
per complacentiam uel amorem uiuere. Me
tas mensuræ propriæ non excedit, magis uerō
remittit infra illas. Contradictionibus & excē

Thre. 1.

Thre. 3.

prionibus caret: siqua sunt pericula, etiā ipsam mortem habet in uoto. Hæ siquidem uirtutes remuneratiōem habent uitæ præsentis, si milititer & futuræ. Proinde sequitur: [Et inuenietis requiem animabus uestris.]

¶ Requiescēt multorum corpora sæpissimè post labores, cupiūt dulces somnos, cubant in lectis, & quiescūt in his q̄ ad quietem habet corpora humana suscipere. Animæ uerò nunquā nisi sub iugo Christi, in mititate atq; humilitate requiescunt. Scriptum est enim: Migravit Iuda propter afflictionem & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Iuda carnalis homo seruiens temporalibus, migrat corpore de loco ad locum: migrat mente, cū in uariâ concupiscibilia eius transit affectus, & in omnibus est afflictio eius spiritus. Opprimitur multitudine seruitutis, cum sua non sibi, sed propter sua subiecte pluribus seruiat, & angariam patitur, & in genitura q̄ natus, non in gratia qua regeneratus, nunquā possidet requiem. Quomodo requiem habebit, qui seruit laudibus & complacentijs hominum: Quomodo requiem habebit, qui sibi nequā, & alijs est factus infestus: Et ut perstrigam, alit nobis saluatoris patrōna sententiā, qui animarum requiem uirtutibus his adiecit, similiter & futuram uerè sabbatizantibus re-promisit. Ne autem iugum huiuscemodi hominibus importabile uideatur, eius conditiōnem exposuit, dicens: [Iugum enim meum suauē est, & onus meum leuē.]

¶ Suauē iugum, præceptū amoris. Nihil enim suauius cordibus q̄ amare. Leuē onus, qm̄ iuxta naturam cōdicam est quod imponitur, & secundum onerandos probabilem qualitatē, Cū æquantur uirtibus onera, leuia sunt, magis autem subijciuntur. Minus enim onerato noster imponit q̄ portare possumus. Supra uires neminem præceptis aut consilijs onerauit: alioquin ipse diceretur iniustus, & homo excusabilis haberetur. Suauē iugum, quo linitur subiecti collum, quo erigit, non curuatur. Leuē onus, quod exonerat à peccatis, quo portās est factus agilior, q̄ expeditior ad sequelam, q̄ à terrenis ad superna prouehitur. His similitudinibus iugi & oneris, ad se omnes deus saluator inuitauit, ut nemini seruiamus iugo iniquæ seruitutis astricti, nec dorsa subijciamus ad onera, quæ mergendo ad inferos grauant, de quibus Psalmista dicebat: Qm̄ iniquitates meę sunt pergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui nos condidit, nos requirit, ut sui serui simus. Nam ait Apostolus: An nescitis, qm̄ cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati in mortem, siue obediōnis ad iusticiam: Animalia iugata incedūt pariter, & iugata animæ charitatem & unionem Christianā

Thre. 1.

Psal. 37.

Rom. 6.

non scindūt. Grauat onus sup̄ dorsa portantū, & solidius pedes figunt onerati à Christo. Nō diuarcant pedes suos, neq; lasciuūt iumenta, dū pergūt ad scēnā uiride, aut cū aspiciūt: ceterū à ponderibus retrahunt: sic & q̄ diuinis oneribus onerant. Qui in ueteri testamento legis iugo noluerūt subijci, multis perturbatibus principibus atq; regibus, facti sunt inuitē subiecti, & tandem crudelē iugū regis Babyloñici sunt experti. Et q̄ noluerūt onera diuina portare, poenarū & exilioꝝ & exitiorum onera pertulerūt: quod, q̄ legit ueteres codices, maximè pheticos, non ignorat. Et qm̄ omnia in figura continebat illis, nobis yō in yitate cōtinuacibus æterna mala pueniēt, igit̄ nō recusemus iugū sp̄s sancti unctiōne linitū, q̄ collū nrae si dei nr̄iꝝ roboris remascellat ad summa: nec deuitemus onus uirtutū, q̄ puenientes onerati, exponemus nostras merces in superna.

¶ De similitudine arūdinis & lini ad eos quos saluator seruare disposuit, secundum Mattheum. Cap. XXIII.

Interposuit euangelista duas similitudines, non de suo, sed de prophetia Isaie, ad cōfirmationem eorū quæ à Christo fiebant atq; dicebat, in quibus duas gnationes expressit, sed tamen à Christo non conerunt, cū ad ipm̄ uoluerint toto corde conuerti. Nō em̄ uult mortem peccatoris, sed magis ut conuertat & uiuat. Cūq; illam prophetiam de Christo loquēte Matthæus induceret, hoc quoq; subiecit:

Arundinem quassatam non cōfringet, & linum fumigans non extinguet.

¶ Aliquid supra de arūdinē differimus, uirtutum & gratiæ uacuitatem præterdente, quæ quatiē & quassatā uehementia uitioꝝ: sed cum hinc inde fleat, non tamen ieuellit: & uento cessante, in sua rectione fundat. Pleriq; homines ultra uelle impellunt, secundum quam sententiam loquebat Apostolus: Nō enim quod uolo bonū, hoc ago: sed quod odi malū, illud facio. Ille malū quod odit, opat, q̄ à malo qd̄ in carne habitat, ex corrupta natura uincitur, nec bonū illud p̄ficit, qd̄ aia humana rōnabiliter diligit, hoc sc̄q; ex natura condita nollet homo peccare. Si uacuitas adest à gr̄a, impellentibus uitijs cedit: quibus per gratiam cessantibus, ipsa in natura bona consistit. Repleri tū omne uacuit̄ potest imō (ut audaciū dicam) uacuit̄ in anima omnino non est, quia aut uirtutibus aut uitijs ipsa replet: uertitum repletio uirtutū, uacuitas est gratiæ, cuius presentia, uita propellitur. Sed nec Ch̄s hos cōfringet, per poenitentiam firmam redire uolentes. Linū fumigans, generationem magis criminosam innuat, illorum uidelicet qui semper superbūt, & uelut fumus in alta tollūt: & hos non extinguet, si humilitas ex aduerso prouenit.

Mat. 11.

Luc. 12.

Rom. 7.

Mat. 12.

Omnia profecto peccata siue per fragilitatē & ignorantiam proueniunt, aut ex fumigante superbia, prima in arundine, secunda signatur in lino fumigante.

Aliter me horum sensus differere cōmouet, ut si propter gratiam non cōfringat, aut extinguat ipsa natura. Necnon cū illa sententiā saluatoris asciscit, qua se saluare qd̄ perierat, uenisse dicebat. Arundo & linum, distinctum habet naturæ decorē: sed ad artificium utile unū plus altero aptū est, ut plus utilitatis lino, minus uerò arundini conferamus. Siue qui plus apti mundo, aut minus apti, siue qui plus apti cælo, aut minus apti reperiant, Christus nō cōfringet nec extinguet. A fabulior magis indignantibus sensus astat, ut Christus in carne aprensens, neminem ad se per illarū uolentiā trahat. Si uulterius hoc exprimimus, timeo ne sanguis eliciat. Verū tamen arundo sapientiā naturalis atq; humana est. Dicitur em̄ in psalmo: Increpa feras arundinis. Alia uerò licera dicit: Increpa feras calami. Calamo scribūt, s. quæ mandantur memoriæ posterorum. Fera uerò arundinis siue calami, sunt humana & naturalia sapientes. Sed quassatā arūdinem Christus nō cōfringet. Humilitatem sapientiam hominū deus non abhorret, ut illi supponatur quæ cælestem ethicum facit. Linum uerò quod multa uolētia perducitur ad candorē, & colorisq; subiliatur, & ad indumentum cōtextitur, corporalis est mūditiā. Pro quo adultera mulier, relicto uiro, amatores alios sequebatur: quam si fumigare uiderit, non extinguet. Fumus em̄ signum est ignis. Et ipse saluator dicit: Ignē ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat: Hic enim ignis est charitas, cuius signū actū alis est pietas. Merito igitur suæ bonitatis, nō cōfringet huiuscemodi quassatam calamūm & fumigans linum.

Psal. 67.

Luc. 12.

Rom. 7.

Mat. 12.

¶ De similitudine arborum & uiperarum ad malos, secundum Mattheum. Caput XXIII.

Cum deus creasset primum hominē cognitione plenum, posteros siquidem cognitione capaces, qua recta stante, homines, p̄terquam angelis, creatis omnibus præferūt: qua deflexa, in bestias redigūt. Igitur ut ipsi se cognoscant, per similitudinē arborum remittit in trorsum, dicens: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si quidem ex fructu arbor cognoscitur.

Arbores facere, non est hominis: sed quales sint, humanæ profectō est cognitionis. Vnde considerate arborem bonam, quia faciet fructum bonum. Et cognoscite arborem malam,

quia faciet fructum malum. Has similitudines supra & aliās differimus: unde breuiter causa hic reticemus, quas similitudines per uiperarū similitudinē ad reprobos approbavit.

Progenies uiperarum, quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali?

¶ Uiperarum progeniei assimilantur mali, dum paterna uestigia improbata sequūtur, de quorum insitēte malitiā nō est loqui rectum, iuxta illam Ecclesiasticā sententiā: Ab immundo quis mūdabitur: & à mendace quid uerum dicitur? Uiperi homines, uenena iniquitatis gestant in trorsum: sed nec bonū enunciare possunt exterius, cum omnis gestus corporis, præter illum qui habet in somnis, & etiam à maiori potentia exactis, procedit ab imperio uoluntatis, quæ mala existens, non bona, imō mala loquendo diffundet. Sed sæpe uidemus eos qui mali sunt, bona loqui & acutissimas & improbabiles ueritates, necnon & cessisse alijs in p̄fectum. Sed ne me, quod se ad dicendum offert, trahat in longum, utrumq; dictum se ueritate tuctur, ut uerum sit quod mali bona loqui nō possunt, & uerum quod sæpe bona & uera loquuntur. Sed quomodo? Non à seipsis. Quomodo? Ut nec eis meritum bona loquendo proueniat, cum sint mali. Non capit ex bonis uerbis aut ex bonis actibus fructum, qui malus in seipso cōsistit. Et prodesse siquidem alijs potest, in seipso iam reprobis, & fortē ultima ultione dammandus. Sæpe namq; deus utitur malis in commoditate bonorum. Nam & asina bonum locuta est, quæ ratione carebat: & Saul prophetauit, qui reprobandus erat: & philosophi pleriq; sunt uera & bona locuti, & Caliphas & Pilatus bona locuti sunt: & quam plures reprobi, ut quotidiana experientia manifestat, bona & uera loquuntur: sed in modo de quo saluator interrogat, omnino deficiūt. Sed contra illos Christus intendit, qui habent similitudinē uiperinam, ut uelut uiperæ, uenena ex earum natura in lingua gestantes, non possint cum ipsa nisi uenena diffundere: sic uoluntatem deprauatam habentes, non possunt bona loqui, cum ista sit probata ueritas atq; sententia: Ex abundantia cordis os loquitur.

Progenies uiperarum facti sunt plurimi, scilicet malorum imitatores, qui ad iniquitatem propriam, ut mala perficiant, etiam addidere exempla bonorum. Verum proprium factū est iniquis, malorum imagines in argumētum prauæ actionis inquirere, ut in eo securus p̄peram agant, quo sunt iniqua multitudine fultis: & decepti, credunt ex aliorum actionibus prauis sibi excusationis facere uelamētum, sed in hoc uniuersusq; sua sibi mentitur iniquitas: quoniam sicut nemo aliena iniquitate damnatur, sic nec suscipit excusationis suffugium.

Ecc. 34.

Num. 22.

Mat. 12.

Luc. 6.

Mat. 12.

¶ De similitudine molæ asinarie ad malè agentem, secundum Mattheum.

Cap. XXV.

Cautior in omnibus ambulat, qui preno-
uit & premeditatur dignas criminibus poe-
nas: ad quas cum deus neminem ex creatione
ordinasset, Christus theoria & actu conabatur
eripere, cum eas sub similitudine molæ asina-
rie designauit.

Mat. 18. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis
qui in me credunt, expedit ei, ut suspenda-
tur mola asinaria in collo eius, & demer-
gatur in profundum maris.

¶ Offensionem pusillis inferre, poenam me-
retur aeternam, nisi poenitentia diluat. Sed ex
hoc magis ultio saeva prouenit, si credentes in
Christo laedantur: quoniam in se infinite ma-
gnus, inter nos exinaniens semetipsum, factus
usquequaque pusillus, sibi similes magno zelo cu-
stodit, ut etiam interminetur sub acerba ima-
gine poenam. Asinaria mola peccatis hominum
correspondet. Voluitur enim peccatores mo-
re asini circa molam lapideam, & duritiam cor-
dis signatam in lapide semper uoluunt, gyrantur
ad damnabile centrum à duritia saeuicordes,
& saeuicordiam damno proximorum: & proprio
semper gyrant, & in id redeunt unde recedunt,
& in id recedunt unde redeunt. Collo asinus li-
gatur ad molam, & totum corpus est in officio
deuoluendi: sic prauis in magna fortitudine uin-
culantur ad duritiae nefas, & omnia disponun-
tur ad impiam actionem. Et eorum mens sem-
per uoluitur circa idem, aut meditatione pee-
candi, aut inuisibili delectatione, seu praua ope-
ris actione. Non progrediuntur in amplius spa-
tium asini circa molam, sed reuoluentes reuol-
uuntur quotidie circa ipsam. Sic anima prauis
delectationibus occupata, id semper repetit un-
de delectari consueuit, & efficitur abiecta & ui-
lis, cum nimis iterat quod deliquit. Vnde per Ie-
remiam ad Ierusalem dicitur: Quam uilis facta
es nimis, iteras uias tuas. Vilis absque dignitate
anima efficitur, quae semper easdem iterat uias
& semitas peccatorum. Sed asinaria mola suspen-
det ad collum, & submerget in maris profundum:
ut qui asinine uixit, asinine puniatur: & eo cru-
delius, quo poena aeternabit. Et quo malo assu-
duo delectatus est, circa cuius centrum reuolu-
tus est, in profundum inferni perpetuo demer-
gatur: & quod ligatum tenuit in culpa, non dis-
soluatur in poena.

¶ De similitudine manus, pedis, oculi, ad tria bona in
quibus constitutus est homo, secundum Mattheum.

Capitulum XXVI.

In tribus constituit hominem creator omnium
deus, ut operaretur, ut afficeretur, ut medi-
taretur seu contempleretur. Quae uoluit recte
agi, in his iuste mandauit hominibus conuer-

sari: contrarium uero sub interminatione dis-
suasit, & sub imagine membrorum demonstra-
uit discipulis, offensionem ab hominibus uer-
bo arcens.

Si autem manus tua uel pes tuus scanda-
lizat te, abscide eum, & proijce abs te.
Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem
uel claudum, quam duas manus uel duos pedes
habentem, mitti in ignem aeternum. Et si
oculus tuus scandalizat te, erue eum & pro-
ijce abs te. Bonum est tibi cum uno oculo
ad uitam intrare, quam duos oculos habentem,
mitti in gehennam ignis.

¶ Hinc effectus in manu, affectus in pede,
contemplatio seu intellectus in oculo designa-
tur. Quod si ex eis scandalum, id est, offensio di-
uina seu proximi oriatur, carere melius erit, quam
in sua patratione constantibus, cum illis aeter-
na donatione puniri. In omni homine duplex
est manus, duplex pes, duplex oculus, nisi na-
tura deficiat, aut infirmitas tollat, seu iustitia
crimine sua dente peccat. Sic ex imagine sum-
pta duplex hominis actio esse potest: bona, qua
placemus: mala, qua scandalum facimus. Si actio
scandalum praestat, utique mala erit. Igitur melius
est simplicem esse actionem quam duplicem, ut sit
illa quae placeat, non illa quae scandalum pre-
stat. Affectu ad agenda mouemur, sicut pede
bus loca mutamus. Simplici affectu, si qui uirtu-
te uestitur, melius est diligere quam addere compo-
sitionem in his quae naturam offendere habet.
sic de intellectu, qui signatur in oculo, est per-
fer sententiam. Posuimus hic istam rationem ser-
uandi ordinis in similitudinibus differendis, sed
alibi aliter sunt dicta. Veritatem hanc pro opor-
tumento magno timentes, quod dextralia, si uer-
tuntur in scandalum, dimitti seu abscidi iuben-
tur, multo magis quae sinistra censentur: ut hoc
nobis fiat probitatis exemplum, quod in ultima
disceptatione sinistris reportabunt, dextrali-
bus primo ad aeterna regna uocatis.

¶ De similitudine paruulorum ad saluandos,
secundum Mattheum.

Capitulum XXVII.

Paruulus qui natus est nobis, celsissime regnum
paruulis reprobis, paruulis statuit. Paru-
ulos non sensu, sed malitia quaerit: propterea
saluandos omnes, paruulis comparauit. Nam
cum offerrentur ei paruuli, ut manus eis impo-
neret, & oraret, discipuli increpabant eos. Iesus
uero ait eis:

Sinite paruulos uenire ad me, & nolite
eos phibere: talium enim est regnum caelorum,
scilicet similibus. Alias damnati essent homi-
nes prouectae aetatis, nisi paruulorum similitu-
do pro puritate decurreret. Et paulo supra, ut

aliam cum ista connectam, aequam similitudi-
nem posuit, cum à discipulis interrogaretur.

Quis putas maior est in regno caelorum?
Et aduocans Iesum paruulum, statuit in me-
dio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi
conuersi fueritis, & efficiamini sicut paru-
uli, non intrabitis in regnum caelorum. Qui-
cunque enim humiliauerit se, sicut paruulus
iste, hic maior est in regno caelorum. Et qui-
cunque suscipit talem paruulum in nomine
meo, me suscipit.

¶ Puritas & humilitas & innocentia in paru-
ulis designatur, quibus uirtutibus suos uult
Christus conuicere credentes. Nam puritas in
paruulis, quia non adest doli capacitas: inno-
centia, quia neminem laedentes cognouerunt:
humilitas, liberi enim sunt à fastu superbiae. Sat-
agendum est ad istas uirtutes, sine quibus non
est ingressus ad regnum, & quibus ad intran-
dum nulla fera obstitit. Nam reprobaris pro-
pter murmuracionem factam in deserto con-
uersus à uicesimo anno & supra, exceptis Iosue &
Caleph, solum paruulis ad terram repromissi-
onis est repromissus ingressus: ut & nos uirtutum
harum suscepta ueritate, in illis proficiamus, quoniam
omnia in figura contingebant illis. Qui-
bus confertur in regno maioritas, ut in regno
ecclesiae atque superno ille sit maior, qui purior
& innocencior atque humilior fuerit. Necnon &
in ipsis ipse saluator se recipi demonstrauit. Hos-
pitiis sunt Christi, uirtutes in paruulis consi-
gnatae, ut per puritatem introeat, quiescat in in-
nocentia, & humilitas eum foueat in gremio mol-
liori. Et ipse non altis corde, sed suam sapientiam
praestat paruulis. Et alia scriptura dicit, quod intel-
lectum dat paruulis. Et patet caeli & terrae, ar-
cana & secreta sapientiae suae abscondit à sapi-
entibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis.
Magna hominibus est apposita retributio pro-
miorum, dum in paruulorum sensum ire conentur.

¶ De similitudine diuitis ad camelum, & ianuae para-
disi ad portam acus, secundum Mattheum.

Capitulum XXVIII.

Ab alio quam à seipso, cum in suis actionibus,
animalibus rationabilibus comparatur: & ad
ipsorum consideranda opera, pro instructione
saepe remittitur. Et magna est benignitas salua-
toris, cum bonos nos esse atque uitare pericula
per similitudines horum praeemonuit. Vnde cum
uellet diuites commone, diuitem camelo, di-
uitias oneribus, portam aeterni regni acus fo-
ramini comparauit:

Facilius est camelum per foramen acus
transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum.

¶ Haec similitudo ex superioribus pedet, ab eo
scilicet, quod diuites uolebat relinquens pecuni-
as Christum sequi, Ecce porta regni caelorum, ec-

ce foramen acus: ecce diuites, ecce camelus. Sic
ut igitur camelus ad foramen acus, sic diuites ad
portam regni caelorum, ut si possibile reperietur
camelum acus foramen ingredi, sic diuitem in
portam regni caelorum. Praetermittimus allego-
riam, quae duos populos claudat, Iudaicum atque
gentilem: moribus dumtaxat insistimus. Sed
acus cum introducat filium, eritne introductura
camelum? Utique, si posset immitti, forte ma-
gno temporis tractu in partes subtilissimas mi-
nutatus: sic delicatus diuites posset saluari: con-
uersus, adhibita multi temporis extensione poe-
narum. Camelus, scilicet rudis homo, facilius
se passioni coapat, quam diuites relinquat diuitias
propter regna caelorum. Et si porta acus Christo ue-
nit in mentem cum similitudine poneret, exoneratus
camelus, aut proniter inclinatus ingreditur:
sic diuites, abiectis diuitiis, aut usquequaque humi-
liatus in illis, portam forte ingreditur aeternam.

¶ De similitudine saluiferae passionis, se-
cundum Mattheum. Cap. XXIX.

Passurus pro omnibus poenas & iniurias,
necnon & ignominiosissimam mortem, in
id nitebat prouocare sequaces, ut passionibus
intentatis, nullatenus detrectarent: & tormen-
tum fecerat ianuam summæ uitæ, necnon uelut
medicinale poculum statuerat, ad consequen-
dam illam superam sanitate. Proinde discipu-
lis quaerentibus in superna conscendere, ac per
dextrum & sinistrum in superno regno à domino
situari, responsum est, si ad passionem parati erant,
quae per similitudinem designauit in calice, dicens:

Potestis bibere calicem, quem ego bibi-
biturus sum? Mat. 20.

¶ Cito bibitur quod infundit calici, sic pas-
sio uelociter transit. Et quod liquidum est dila-
bitur, & passio tota fluit. Quod mensuram ha-
bet, perpetuum esse non potest: calix autem, men-
surata est portio. Quod homo infert, momen-
tanei temporis est: non enim perdurabilis est ho-
minum actio. Et si uulnera inferunt, si mortem
irrogant, non est ex eis facere duratura: etenim
ipsa corrupta natura hoc stipendium habet in
poena. Sed nec credatur passio in calice signa-
ri bibiles continentem liquores, sed in illo liquo-
re, qui tam facile absorbetur. Et nomen accepit
calix à calida portione, qui archiatrico iudi-
cio aegrotantibus bibenda proponitur: & quibus
sit amara bibentibus illa, saepe illis attulit sanita-
tem. Multos inuenimus calices in sacra scriptura,
sed ille factus similis saluiferae passionis, in
quo suam saluator dominus postendit, quae Dauid
longè antè praeuiderat, dicens: Calicem saluta-
ris accipiam, & nomen domini inuocabo. Quae
saluator pro omnibus bibit qui mortui erant,
& pro omnibus qui uita ista fugebantur, & pro
omnibus qui lucem non dum huiusmodi uide-
rant, & pro omnibusque usque ad finem seculi nati

scituri erant, qui ut participes esse possent, p̄de
stinari erant. Ipsum enim omnibus obtulit ad
bibendum differēter & uariē, aliquibus re, ali/
quibus fide atq; dilectione. Ac per hoc passio/
nē designauit in calice, ut nemo timeret Chri/
sto consecrari proposita passione.

¶ De similitudine hypocritarū ad sepulchra, secundum
Matthæum. Cap. XXX.

Gen. 2.

AD uitam & ut uiueret, deum hominem
tradidit lignum uitæ: homo uerò illum, unde
lœtum incurrit. Et uolebat deus sui præcepti
custodem in cælo reponere, non in terra infra
lapides sepelire. Cū uerò fuit morte propter
peccatū multatus, est infra lapides in terra se/
pultus. Proinde Christus dealbatus sepulchris
cōparauit odibiles peccatores, uæ p̄petuæ pœ/
nalitatis apponens:

Mat. 23.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocri/
tæ, qui similes estis sepulchris dealbatis,
quæ a foris apparet hominibus speciosa,
intus uerò sunt plena ossibus mortuorum
& omni spurcitia. Sic uos a foris quidem
apparetis hominibus iusti, intus autē ple/
ni estis hypocriti & iniquitate.

¶ Claret ista similitudo amplius de seipsa, q̄
possit lingua differere. Sed quia qui hypocri/
taliter uiuunt, foris speciem uirtutis ostendit,
sed intus omnino mortui, ideo mortuorū se/
pulchris merito comparantur, ex quibus aper/
tis exhalat fetor horrendus. Ex hypocritis, cū
in uerba prorumpunt, offenditur proximus.
Etiam in alio dicendi ordine ista similitudo
differa est.

¶ De similitudine hypocritarum ad serpentes, secun/
dum Matthæum. Cap. XXXI.

SAna ratio, sed melius fides, nouit deum nō
Shil creasse iniquū in operibus naturarum:
ueruntamen in naturis rerum aliquid reperit,
unde homo agēdæ uitæ sumat exemplum, &
unde arguatur per similitudinem peccantium
uita. Quam obrem scribas & pharisæos hypo/
critas, dominus serpentibus configurauit:

Ibidem.

Serpentes, genimina uiperarū, quomo/
do fugietis a iudicio gehennæ?

¶ Nunquam nisi anfractuose serpentes ince/
dunt: sic & in hypocritis non est rectitudinem
reperire, & maculosa pelle reguntur, & ipsi hu/
mano placito exteriorē uariant sæpe mores.
Gradiuntur super pectus, toto prætenso cor/
pore super terram: & animo & moribus super
terrena reprobi semper repunt. Diuisa est lin/
gua serpentum & iniqui sæpe saragunt unitos
diuidere. In cibo terram accipiunt, & ipsi nihil
aliud quam terrena sapiunt, quorum gloria in
confusione enit. In sinuatione domini, cum mu/
liere inimicitias habent: omnes reprobi aduer/
santur ecclesiæ, insidiantur calcaneo mulieris.
Tota intentio hypocritarum atq; malorum, ut
in fine decipiant. Gestant in intentione, serpen/
tis antiqui qui est diabolus, imaginem omnes
simulatores & callidi: & cuius sunt membra, p̄/
ficiunt uoluntatem. Sed cum dicuntur genimi/
na uiperarum, aut dæmonum aut malorum
hominum existunt uita & moribus sectatores.
Illius radice unumquodq; est genimen, cuius
sapit omnino naturam: sic & homines illorum
genimina comprobantur, quorum uolunta/
tem perficiunt morestq; sequuntur. Huiuscemo/
di profecto erant scribæ & pharisæi hypocri/
tæ, contra quos saluator hanc similitudinem
protulit, ut quod dictum est illis, cautela fiat
sequentibus cæteris, & audientibus cunctis re/
medium sit salutis.

¶ De similitudine gallinæ uel auis, quam in se Christus
assumpsit, secundum Matthæum & Lucam.
Cap. XXXII.

Fons & origo pietatis, hominumq; redem/
ptio, & disperforum reuocatio Christus,
profunda humilitas, eximia & ineffabilis cha/
ritas, ut hominem perditum reuocaret, conti/
macem argueret, non dedignatus est in se gal/
linæ ornice imaginem demonstrare, quam as/
sumpsit ferē per omnia, exercuit indefesse pro
omnibus, cū Ierusalem argueret, ostendit qd
fecerat per prophetas, quod in se faciebat, qd
per futuros facturus eriam erat.

Quoties, inquit, uolui cōgregare filios
tuos, quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alas, & noluit!

¶ Non congregatur, nisi dispersum: non di/
spersigitur, nisi quod recessit a deo: & a quo rece/
dens dispersigitur, reuertens congregatur. sed q
uoluntate propria dispersuntur, in congrega/
tionem tardē ueniunt, nisi reuocētur. Saluator
uerò noster congregaturus omnes uenit, qui
prophetas antē præmisit, & seipsum in similitu/
dinem uiscerosarū auium: trāsformauit. Quo/
ries uolui, prophetas præmittens, congregare
filios tuos in fidei unitatem, & in illam uerita/
tē, quæ possessores suos oberrare nō sinit, ac in
illam dilectionem, qua duo, scilicet creator &
rationalis creatura, taliter connectūtur, ut neu/
trum ab altero dissoluatur? Vnus est omni/
um conditor, & in unum quærit homines con/
uenire, ne, non congregari, a iustis ultionibus
feriantur. Nam in Exodo. legimus, quod si
qua non fuerant de agris congregata, a gran/
dine perierunt: quæ autem congregata fue/
runt, referuata sunt. Erant homines dispersi in
agris, & animalia similiter uagabantur: & cum
deus percussit Aegyptum grandine, consum/
pta sunt. Dispersuntur siquidem homines in
actionibus suis, nec diuini regulis congre/
gantur: sed cum deus exandescit in acerbam

indicta, feriuntur: sed congregata, referuant.
Sed qui non congregantur ad domini discipli/
nam, congregabuntur ad pœnam. Hinc Isaias
dicit: Congregabuntur congregatione unius
fascis in lacum, & claudentur in carcere. Et sal/
uator sic sanxit: Colligite zizania, & alligatē
in fasciculos ad comburendum. Lacus & car/
cer atq; combustio, ad pœnam referuntur æter/
nam, sed si sub alis domini congregant, a dño
protegent. Hinc Psalmista ait: Sub umbra ala/
rum tuarū protege me a facie impiorum, q̄ me
affixerunt. Sed hic quid de multiplici uice, qd
de nomine filiorum, quid de congregatione,
quid de alis, quid de contumacia renitentium?
Ad similitudinem nō spectant, nec est p̄sentis
intenti. Sed cur gallinæ similitudinem ipse as/
sumpsit, suscepiū perstringit ordinem.

Gallina cum filios initiare uoluerit, incubat
ouis, pastus prætermittit continuum quæstū.
Cum ad pascendum communiter exierit, sin/
gulariter & cocus ipsa recedit, uelut festina in/
cubare ouis: dimittitur plumis, rauca uoce, ci/
ho inuenio non comedit, donec aduocauerit
pullos quos alit. Protegit pullos alio nocte atq;
dies expediri, incubat eis: & non habitaculo
contenta pro pullis, de corpore suo pro eis ha/
bitaculum facit. Exponit se ad miluum rostro,
pedibus, alis, suis alumnulis inimicum: & tan/
tō amore ad eos profunditur, ut nec pro eis ue/
reatur quempiam notum. Et si unum pullorū
clamātem & segregatum audierit, uelut si oēs
deficerent, querulatur. Vnica uni, unica omi/
bus, unica singulis, una profecto in omnibus
est. Propter eos quos habet, aberrantes quærit:
propter aberrantes, habitos non relinquit. In/
cubat ouis suppositus sui generis: etiāsi alterius
supponatur, non spernit. Et sæpe ducit super
quibus non incubauit, & fouet sub alis ab ali/
ena relictos, dum eos suis in quantitate similes
aspicit. Igitur saluator propter omnia ista simi/
litudinem gallinæ suscepit. Quis per singula,
hæc omnia Christo coaptabit? Et si facerē, for/
tē non essem insipiens, quauis in omnibus in/
uenire nequeam testimonia scripturarum, sed
rei effectus testimonium præstat. Quid indigē/
tia testium, cum euidentia clamat? Sed ne oia
indiscussa prætereant, declarem sermones,
ut præsterit paruulis intellectus.

Gallinam infirmari pro pullis, longa experi/
entia docet: & exinaniri pro eis, usus inclami/
tat, nec ista de saluatore scriptura reticuit: nam
Isaias eum sic antē præiudicē, nouissimum uiro/
rum, uirum dolorum & scientem infirmitatē.
Ea Paulus post factum infonuit: Semetipsum
exinanui, formam serui accipiens, in similitu/
dinem hoim factus. Raucedinē uocis expressit
in semetipso, de Christo prophetando Dauid:
Clamaui, rauca facta sunt fauces meæ.

Sed cetera præmittentes, in id comicē intē/
damus, qd de seipso saluator aperuit, more gal/
linæ quærēs filios hoim sub alis protegere.

Alæ Christi, bina sunt: misericordia & ueritas,
iustitia & pax, scientia & amor, actio & in/
tentio, lectio & meditatio, oratio & contem/
platio, potentia sua & sapientia sua, gratia &
gloria. Et in seraphica specie ostensus est Isaiæ
fenas habens alas. Hanc figuram, qui legit, in/
telligat. Ac p̄ hoc magna nobis saluatoris in/
notescit humilitas dignatiōis, & ineffabilis di/
gnatio humilitatis, ut gallinæ imaginem pro
nobis assumeret, sub cuius alis firmiter sperare
mus, de quibus Psalmista ait: Filij autē hominū
in tegmine alarū tuarum sperabunt. Filij hoim
sunt, omnes filij Adæ, ut habet hebraicus ser/
mo, quibus est ois spes libertatis adempta; nisi
sperent in tegumento alarū dñi, qui eas expan/
dit, ut nos assumeret: eas extendit, ut nos sub
alis colligeret, atq; uelut unanimes congrega/
ret. Væ pullis non recurrentibus sub alas gal/
linæ, de super miluo uolante, & porro in prædā
deuenient. Væ inferni erit æternū non refugij
entibus sub alas dominicæ crucis, earumq; uir/
tutis, undiq; spiritibus malignis uolitantibus,
ut filios hominum rapiat, & in æternam præ/
dam cruciando deducant. Sed Lucas non spe/
ciem, imò genus expressit, dicens:

Quemadmodum auis nidum suum sub
pennis, & noluit!

¶ Auis erat Christus, & in arduis posuerat
nidū suum, ubi tempore præfinito reponeret
pullos suos. Nam & passer inuenit sibi domū,
& turtur nidum ubi reponat pullos suos. Sed
multi refugiunt esse pulli huius solitariae auis,
ga uerē factus erat sicut passer solitarius in te/
to; neq; nidus constitutus sub pennis esse fata/
xunt, ad protectionem & defensionem a rapa/
citate milui aut accipitris, circa nos inuisē atq;
insidiosē uolantis, ut in nido supnæ patriæ re/
ponantur. Nam nidus est ipse locus ubi pulli
oriuntur, de quo saluator nō loquitur. Nidus
est ipsa congregatio seu multitudo pullorum,
ab una ornice uel aue de super incubate ouis,
exorta. Iuxta quē sensum Lucas nidū expres/
sit, ubi Matthæus pullos edixit. Nidus est su/
perna patria, quam passer solitarius Christus
pro suis pullis reponendis inuenit. Et intenti/
us cōsiderare nos angit similitudo pullorum,
qui non coitu aut gestatione uterina, seu mo/
re hominum aut quadrupedum oriuntur, sed
per incubationem nascuntur ex ouis, quibus
saluator quos saluare quærit, assimilat equidē
nec immerito. Porro in ouis gallinarum siue
aliarum autium nihil uidemus de carnibus, ni/
hil de sanguine, nihil de ossibus, nihil de pennis
nihil de his quæ futura sunt, ut ex eis pulli auis/
bus incubantibus fiant, sed quadam spe, usita/
tō cursu naturæ, pulli exoriri sperant: hoc idē
in iactis terra seminibus accidit, & speratur.

Isa. 24

Mat. 13.

Psal. 16.

Isa. 6.

Psal. 55.

Luc. 13.

Psal. 83.

in terra

Sic enim in his qui saluandi sunt, nihil apparet illius beatitudinis quam possidebunt, sed totum agitur in spe, qua salui facti sumus, quæ cum uideatur, non est spes. Filij ergo dei, sunt in spe in hac uita degentes, donec reuelatur in eis reuelatio filiorum dei, quæ expectat expectatio rationalis creaturæ, quæ uanitati subiecta est non uolens, sed propter eum quæ eam subiecit in spe. Hi iidem filij spei, congregati in hac uita sub alis diuinæ protectionis, erunt filij beatitudinis, cum reuelabitur in eis gloria ueris filij conferenda. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, uelut pulli nondum uisi, sperantur ex ouis futuri. Libuit autem istam similitudinem primam ponere in ordine illarum similitudinum, quas in se Christus assumpsit, pro seque differuit, quauis prima non sit in ordine a scriptoribus tradito euangelicæ dissertationis, pro eo quod præ cæteris humilitatē Christi & exinanitionem filij dei significat, à quibus saluator inceptit.

¶ De similitudine Christi ad templum, secundum Iohannem tantum
Cap. XXXIII.

Sicut ex scriptura didicimus, quod spiritus dei lectus qui possunt attribui, etiam hoc intelligitur, quod per eum ars in naturæ remedium sit hominibus contributa. Nec enim artis peritia opus erat, si in suis salibus condita natura mansisset, sed merito delinquentis infirmiter inclinatae, spiritus sanctus sua bonitate in arte subuenit, quæ imitaretur naturam, & per illam iuaretur: quæ defecisset oculus, nec fultē uiuere potuisset, nisi sibi per artem à domino fuisset prouisum: quæ multa facta sunt, materia suppleta; nec oia propter corpus aut corpoream uitam, sed etiam ut in his exhiberetur cultus omnium conditorum. Inter ea uero quæ arte ad honorem domini furrerunt, Salomonis templum magnū ac mirabile opificium fuit, cuius similitudinē ad indaginem futurorum in se saluator uoluit suscipere, cum expetere ab eo potentia signum, si quare illud templum à negotiatione turpate, tanto zelo mundasset, ut etiam pro flagello futilis ueretur. Qui respondens ait:

Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

¶ Quod quantum potuisset de illo templo sic facere, tamen de suo corpore per illam similitudinem dixit, quod sic dixisse, post resurrectionem apostoli ad memoriam reducerunt. Nam quoto numero annorum, ut Iudæi responderunt, factū erat templum, tanto diebus numero, uno superaddito, factus in utero materno formatus, ut animam possit suscipere: quantum uero in Christo fuerit accelerata conditio, ut in instan-

ti esset conceptio & animatio, & omnis corporis membris, moles tamen corporis communi more processit. Magis autem ipse templum allegoricum erat cum corpore suo erectum: etenim si qua erat in illo templo, ipsum figurabant. Quod si quis opus uelit aperire cognoscere, in uolumine Regum eius conditionis legat historiam. Morale templum similiter erat, ut præterquam in ipso nulla sit morum actio approbata, nullaque deo grata moralitas, nulla doctrina instruens ad celestia capessenda, nisi quæ de porta huius templi prodierit. Et ipse templum docebat in templo, & similitudinem expressit stans in illo. Et anagogicum & nostræ beatitudinis templum etiam penitus erat, quoniam in ipso uelut in templo, omnes dicent gloriam. Ipse enim est templum æternæ gloriæ, ipse templum beatitudinis supernæ, ipse templum celestis patriæ, in quo adorabimus unitatem in trinitate, & trinitatē in unitate uenerabimur, in quo super oia spiritalia & corporalia uidebimus respicere & existere deitatem. Et ut familiariori sermone, quod dicimus, pateat, euangelista apertius manifestat eum dixit: Hoc autem dicebat de templo corporis sui: ut non anima siue deitas imaginem gerat ad templum, sed corpus siue caro duraxat: quoniam uelut in sancto templo, in illo habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et à contemplando, templum nomen accepit. In ipso nempe omnis contemplatio perspicua per fidem plenè consistit, ut etiam quicumque corpus illud nascens & conuersans, passum & moriens, sepultum & resuscitatum, passum & in alta subuectum, per fidei contemplationē agnouerit, nil restat quod possit amplius cognoscere super terram. Sed hoc templum solum fuit in morte, quoniam non anima nec deitas solutionem ab inuicem aut per interuentionem acciperent. Solum corpus ab anima fuit, non tamen à deitate, solum, triuero quiescens, & insolubiliter reconiunctum, & post eriditū extitatum, ut omnes ad nouitatem resurrectionis ad nouitatem uitæ, ad capessenda celestia, ad consideranda, in periculis & in morte humana à deo posse cōseruari naturam, pariter & excitari. Quod templum toties ab hominibus soluitur, quoties in aliquo Iudaizatur, aut peccatum exitiale committitur: sed toties in nobis uiuimus in modo templum reficimus, quoties agimus uirtutum uiuificans triduanum.

¶ De similitudine serpentis, quam dominus saluator assumpsit, secundum Iohannem tantum.
Cap. XXXIII.

¶ VI Serpentinus abhorret anfractus in hominibus malis, non in natura serpentis quæ ipse creauit, dedignatus nec est serpentis similitudinem sumere, non reptantis naturaliter super terram, sed artificialiter facti,

& in ligno suspensi, ad auferendam ex serpentinis morsibus plagam. Nam cum conaret instruire atque ad fidem trahere Nicodemum, similitudinem serpentis induxit:

Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam.

¶ Super murmuratē populū ignitos serpentes dominus misit, ut culpæ poena responderet, quia serpentes linguas bifurcant. Et quod molestum in corpore panuntur, conqueritur de ipsa iustitia, & diuinam iustitiam arguunt. Et murmuratio huiusmodi similitudinem habebat præuacuationis Adæ, omnemque malū ab illa fumpsit exordium. Et serpens operante diabolo decepit. Et diabolus in serpente ipsam Euan seduxit, sicut ut laberet in culpam. Et nunc serpentes mordent murmurantes in poenam, à qua liberantur à uisione serpentis in alto suspensi, non naturalis, sed artificiali: non se mouētis, sed moti non super peccatum reptantis, sed in phalanga pendentis: non carni, sed ærei: non terram comedētis, sed appetitu & edendi potestate carentis. Cuius, non primi illius, similitudinē saluator accepit, significans quod alitè suspendendus erat in horre, cuius aspectu humana infirmitas sanabatur, & homo curabatur à serpente antiquo percussus. Nec per naturam facta est salus, sed arte diuina, qua sine semine humano in alio uirgineo factus est filius dei homo. Nec se mouebat, sed omnia sua referebat in patrem qui eum miserat, semper infinuans quod à seipso non erat. Non inclinauerat peccatus, cor, siue corpus ad uilia & terrena: sed suspendebat corpore in ligno, mente autē in celo. Non erat carnis, quia deus, sed ut homo: non ex humano semine factus homo, sed spiritus sancti mysterio. Aereus, tonitate facti. Nihil enim à seculo tam altè reboauit, quod dei filius suspendere in cruce. Nihil tam sublimē intonuit, quod morte unius, mors omnium uinceretur: & ligno affixus, in inferno affixos defigeret. Sonuit ipse uoce septena ligno pedēs, & in lachrymis & clamore ualido exauditus est, pro sua reuerentia. Terram non comedit. Nullo enim pacto terrena, sed celestia sapiebat: & omnes prohibuit thesaurizare in terris, sed suasit thesaurizare in caelis. Non comedit terram, quia sibi non incorporat eos qui sunt terrenis affixi, nisi mentem saltem sint ab ipsa diuisi. Non eos assumit quorum gloria in confusione facta est, quia terrena sapiunt. Non sibi adest talium appetitus. Huius serpentis ipsam figurantis, similitudinē saluator expressit sic exaltatus in ligno, cuius fidei aspectu omnes sanantur, qui, nisi aspicerent, damnarent. Proinde adiunctum est: [Vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat

uitam æternam.] Igitur exaltatus in cruce, corpore siquidem: nam deitate uel anima exaltari non poterat: & mortuus, est exaltatus. Ergo in eum fidei dirigatur aspectus: quia qui credit in ipso, præsertim incarnato uel nato, & non in cruce mortuo exaltato, non erit liber à peccatione, nec salutem consequetur æternam. Qui uero credit in ipso exaltato in ligno, in ipso mortuo, habebit beatam uitam. Expedit omnem interiorem aspectum in illum exaltatum dirigere, si non perire decreuimus. Et si exaltatum in ligno penali credendo diligimus, & diligendo fideliter credimus, exaltabimur in supernis: quoniam exaltatio penalis erecti ligni, nostram exaltationem in superno regno promeruit, ut non solum non pereamus, sed uitam habeamus æternam. Non potuisset genus humanum ab antiqui serpentis fraudibus & sibi similitum morsibus liberari, nisi in forma eremitici & insensibilis serpentis ipse fuisset exaltatus in cruce, quauis ipse aliter potuisset. Vtrumque profecto uerum est, & quod aliter genus humanum liberari nequiuisset, & quod deus aliter potuit. Quod autem serpens areus insensibilis erat, non refertur ad infirmitatem naturæ, pro eo quod insensibile à sensibili minoratur, sed ad impassibilitatem diuinæ naturæ, quam nec in cruce nec alibi attingerunt inflicta corpori horrida atque saeuissimæ passionēs. In eremo celebrata est illa suspensio ad medelam, quoniam illic populū serpentina tabes infecerat. Et homo quidem non peccauit existens in celo, sed angelus: sed sub celo uelut in squalenti eremo, deliquit in terra, in qua sibi Christus sua ope subuenit mortuus morte, ab impijs exaltatus in cruce, ut in forma serpentis serpentinos morsus excluderet, ne exhiberetur, diuina dictante iustitia, diabolo ad repugnandum forma hominis quem decepit, & forma serpentis, in qua sibi malè suauis, ut in utraque confusus, per dei iustitiam multaretur, & homo liberaretur. Igitur unigenitus dei filius in forma hominis, quam diabolus in serpente decipiens, sibi asciuit ad culpam, deinde asciturus in poenam, moritur pro liberandis omnibus exaltatus in cruce, accipiens illam in eremo similitudinem serpentinam.

¶ De similitudine Christi ad sponsum, & ecclesie ad sponsum, secundum Mattheum, Iohannem & Marcum. Caput XXXV.

¶ Spondens recte agentibus hæreditatē æternam, qui se patriarchis & prophetis uetum, & humanam naturam assumpturum in fallibili sollicitatione spondidit: nec uolentia cuiuspiam coactus, sed sponte illam assumpsit, mortem suscepit. Sponsi, non corrupturi sponsam, sed castificaturi, similitudinē accepit, quæ Baptista Iohannes primo edixit, deinde Christus asseruit. Nam cum Iohannes suos discipulos uellet de Christo pfectè instruire, ac etiam

seipsum ab illo minorare perfecte decerneret, Christum appellauit sponsum, seipsum eius amicum, dicens:

Ioh. 3. Qui habet sponfam, spōsus est. Amicus autem sponfi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponfi.

¶ Locutio ista relatione perstringitur, ut ille sit sponfus, qui spōsam habere conuincitur: ita & quæ sponsum habet, sponsa dicat. Sponfus est Christus, s. ecclesie, & ipsa sponsa nemi nisi Christo. Christus spōsus promissus atq; optatus maxime, per sanguinē ecclesie factus est sponfus, ut dixit Sephora Moyfi: Sponfus sanguinum tu mihi es. Quod illa dixit ob circumfessionem filij, quod ecclesia melius dicit in uirtute sanguinis pro nobis effusi, ex quo ipsa nata est uelut Eua de latere Adæ, in quo Iora

Exo. 4. & munda nitescit. Lauit enim nos a peccatis nostris in sanguine suo, ex quo redēpta; tenebat enim eam diabolus in humana natura in Adā corrupta captiuam. Hinc Apostolus ad Ephe

Apoc. 1. sōs scribit: In quo, s. Christo, habemus redemptionem per sanguinem eius, & remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. Et Petrus in canonica sua dicit: Scientes qd non corruptibilibus auro uel argēto redempti estis de uana uestra conuersione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. Quam sic natam, totam atq; redemptam, mysticē atq; pro moribus desponsauit, ut unus ab altero respectiuo mysterio nomen accipiat. Dixit namq; dominus per Osee, in figura futuram ecclesiam p̄ntendens: Sponfabo te mihi in sempiternum, ut non sit separabilis copula hic & in futuro, quæ Christus suæ ecclesie copulat, nec possit celebrari diuortium a natura humana, quæ assumptis, nec ab ecclesia, quæ sanguine consecrauit.

Eph. 1. ¶ Sed cum sempiterna sit desponsatio primitus celebrata; per alios morum anulos ipsam desponsat, ut nō solū unus digitus solito more anulo decoretur, sed etiā quinq; digiti anulorum pulchritudine fulgeant. Proinde subsequitur: Sponfabo te mihi in iudicio. Aptus anulus, quo spōsus æternus spōsam adornat, quæ nō uult iudicare, sed potius a iudicio liberare, iudicium est. Inquit enim Apostolus: Si nosmetipsos iudicarem, nō utiq; iudicaremur. Cum autē iudicamur, a domino corripimur, ne cum hoc mūdo damnemur. Sed quoniam nihil bene sit quod iustitia caret, anulum etiā iustitiæ sponse dedit, Sponfabo te mihi in iustitia. In qua oportet unumquēq; uiuere, atq; hic & in futuro in cōspectu domini apparere, Vnde Dauid dicebat: Ego autem in iustitia comparebo cōspectui tuo. Ille porro in iustitia cōspectui domini apparet, qui semper se corā deo altare cogitat, & quod desuper eum deus sem

Ibidem. aspiciat, & nil agit uel amat quod iustitia reprehendat. Et qui operatur iustitiam, exaltabitur. Et exaltationem sponse querit qui sempiternus est sponfus, & iustitia liberabit a morte, scilicet æterna, in quam neminē uult Christus dominus introire. Perornat misericordia postfessorem; & qui illa est sultus, misericordia consequetur a domino. Hinc sponsator subsequitur: Sponfabo te mihi in misericordia. Tali pacto sponsa sponfo iungitur, ut sicut ille misericors est, & illa misereatur. Ad quod saluator in euāgelio nos hortatur: Estote misericordes, sicut & p̄r uester misericors est. Anulo misericordię ornatus existit, qui omnibus animo miseretur, siue spirituales egestatem siue corporales inedia patiatur, etiam si ope subuenire non possit. Et quoniam si fieri potest, nullis est operibus impendendū, idcirco alio anulo sponfam inuestit, dicens: Sponfabo te mihi in miserationibus, ut diuersis operibus, diuersis indigentibus multiplex sit miseratione. Et q̄ntam inter cætera quæ inter spōsum & sponsam delectabilem copulam seruant, dicitur esse fructus, ne uolatio promissorum obueniat, ne plus sponfo alius placeat, & ne adulterium prius in animo q̄ in corpore medietur. Nam si alius a sponfo amor in animo sedem tenet, qui iura sponsalis amoris immutat, distorquetur aut minuatur, etiam si opus nō sequatur illicitum, iam in animo iura sponsalia uolantur. Proinde qd fidelis ē spōsusq; uerax, sub decreto fidelis anuli sponfam sibi subarrat, dicens: Sponfabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus. Sponfatio in fide, sponfi duntaxat plenā præstat sci

Os. 2. tendentiam. Non enim in hæc uita hominibus alia cognitio uerior prærogatur, q̄ cum ad ipsam uera fide uigilamus. Præsertim si hūc anulum non abijcimus per idololatriæ specimen, aut per aliud infidelitatis crimen, si fidei circulum in nostris digitis irremotē seruamus, longe stabit omnis iniquitas, nec erit unde sponfus desponsa possit iuste causari, si eius promissa inconcussa seruantur, ut non solūm fides in animo, sed anulus fidei sit in manu, quoniam si des sine operibus mortua est. Et sicut sponfus temporalis spōsam suam, ut ualet, pro suo placito ornatur: sic & qui sponfus est sempiternus, cui nihil deest qn spōsæ suæ ecclesie seu cuiuslibet animæ possit porrigere ad ornatum, dedit uirtutes quibus ornaretur, sacramenta ubi uaretur, præcepta in quibus erudiretur, beatitudinem qua cum ipso in perpetuum fruere. Similiter & cum interrogaretur de ieiunio suorum discipulorum, in responsione se spōsum appellauit, cuius amicus f. Iohannes baptista, in quo signatur omnis multitudine præconum, qui stat & audit eum. Stat in gradu uocatiōis, & in quo præordinatus est, non p̄sumens plus appetere, aut in pluribus se ingerere q̄ qd sibi

Ibidem. possumus est, nec opinione atrollitur plus q̄ sibi a ueritate concedatur. Sic stabat in quo positus erat Iohannes, ut nec opinione populorū existimantium eum esse Christum, nec quæstione discipulorum supra id quod erat, ferebat in aliquo exemplo cuius si uita fidelium ageretur, de supbia nulla uel modica querela consisteret. Nam proprium est superborum, supra se culpabiliter tolli: quos iusta poena consequitur, ut & ipsi mereantur ad ima demergi. Et audit eum docentem, comminantem, & promittentem, & præcipientem ad obediendum iussioni, sicut ille decernit, non sicut ipse uoluerit. Et gaudio uox q̄ uox Christi: nulla delectabilior ad audiendum, nulla facilior ad agendum, cum nil fieri sciat, quin primò ad perficiendum gratiam conferat: nulla utilior noscitur esse post factum. Ideo gaudio gaudet amicus propter uocem eius. Omnis uox sponfi, ad ornatum sponse profertur, & dearticulat in his quæ ipsam præpediunt, & dispersa omnino est in his quæ ad uitam expediunt. Gaudio protinus gaudet ad uocem sponfi, qui se nouerit legitimum membrum sponse, ad cuius ornatum eternumq; profectum sempiternus sponfus intendit. Amicus sponfi Christi, membrum est sponse Christi: amor si amicus nō est, membrum sponse non est: & si membrum sponse nō est, amicus sponfi esse non potest: & si amicus est, gaudet: si gaudet, amicus est. Uerior amicitia Christi prout in nobis est, ad uocē eius inexcepuate gaudet, siue terreat, siue minet, siue confulat, siue præcipiat, siue prohibeat, siue dissuadeat delectabile, siue suadeat, siue p̄mittat uitam æternam, siue auferat terrenam substantiam. Væ quibus uox ista conturbat auditum, uæ qui non audiunt: crudelius uæ, qui audiunt & contemnunt. Euge autem his, qui ad ipsam resonantē gaudio mentis exultant, etiam si ob eam corpore contremiscant.

Ibidem. ¶ De similitudine lucis quam se esse saluator dixit ipseq; asseruit, secundum Iohannem tantum.

Ibidem. Caput. XXXVI.

Ibidem. Vcem habitare deum inaccessibile, Apostolus scribit: quam aliam intelligere præter ipsum, catholicus intellectus abhorret. Nō enim æterna lux aliam q̄ seipsam inhabitat. Et nihil inaccessible salte intellectu dixerim, nisi eum qui euangelicum intellectum transcendit, similiter & humanum. Lux seipsam uidens, & nihil extra seipsam cognoscens. Lux nihil ab extra participans, in seipsa tota & simpla manens, creauit corpoream lucem ad illuminationem eorum quæ infra ista cæli concava sunt reclusa. Et produxit lucifer: inobscurabilem in tempore suo, qui posset illuminare hominū mentes, q̄s Lucifer tetratus tenebris horrendis obduxerat, qui seminario spiritus sancti, non ho-

Ibidem. minis, ex aluo uirginali eductus, etate more hominum coalescens, cum uellet theoria & actū illuminare tetros, in similitudine lucis nominatus est, & ipse sic prædicando disseruit. Nam euangelista:

Ibidem. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et alibi: Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Et aperta locutione dicit: Ego sum lux mūdi. Et alibi hoc idem reuera ut: Quam diu sum in mūdo, lux sum mūdi. Et ad credulitatem lucis animauit audientes: Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Et paulo post: Ego lux ueni in mundum.

Ibidem. ¶ Omnia ista in id redeunt, ut Christus lux uteratur atq; dicatur. Quod si uera lux est, nō debet dici lux per similitudinem, sed per proprietatem. Quod si sic, frustra inter similitudines assumptas a Christo, lucē posuimus. Sed hoc me in similitudine tractare præmonuit, quoniam in Christo fuerunt quædā, quæ nullo modo similitudinem in rebus, exemplum in angelis aut hominibus habuerunt. Quædam uerò, quæ quauis sibi summa excellentia conuenirent, nihilo minus tamē per similitudinem reuertam in rebus, clarius sunt dispersa. Et ex hoc quod est, nullam habet similitudinem exprimentem, quod deus est, nec exemplum explicans quod ex ipso gestum est, & agnominatio nem omnino nō recipit. Proinde si quid de illo per quorumcunq; nomina dicitur, per similitudinem dissemitur omnino, cum infinitè plus sit, q̄ per quod dici potest. Sunt utiq; res in ordine suo sibi a deo insito, quid alta atq; miræ operationis habentes, quarum suscepta similitudine, ipse nobis per amplius innotescit. Ac p̄ hoc, quæ homo factus est, & hominibus loquebatur, quos erudire uolebat pro salute ipsorū, ut lux absq; nubilo se prætulit, ut eum sequeretur qui nollet remanere in tenebris: qm̄ nihil queritur ante lucem: nec qui quereret, qd piam in tenebris inueniret, cum omnia cognoscantur in illa: quanq̄ corporaliter posset homo in tenebris aliqd querere, sic & inuenire, sed non nisi antē in luce cognouerit. Quæ sit igitur hominum, quod erat, beatitudinē consequi, ante lucem qui Christus est, non poterat inueniri. Hinc Psalmista dicit: Vanum est uobis ante lucem surgere. Qui surgunt ante lucem, sæpe cadendo læduntur: & si querunt, inuenire non possunt. Vanū igitur fuit omnibus ante lucem surgere, cū nequirent inuenire quæ sita. Surrexerunt patriarchæ, surrexerit oēs sancti ueteris testamenti ad actiones bonorū operū: sed ante lucē exorā, & in cruce corpore membris fractam, surrexerunt in uanū, suorū bonorū operū beatitudinis nō capientes effectū: magis

Ibidem. m m ij

Ioh. 1.

positum est, nec opinione atrollitur plus q̄ sibi a ueritate concedatur. Sic stabat in quo positus erat Iohannes, ut nec opinione populorū existimantium eum esse Christum, nec quæstione discipulorum supra id quod erat, ferebat in aliquo exemplo cuius si uita fidelium ageretur, de supbia nulla uel modica querela consisteret. Nam proprium est superborum, supra se culpabiliter tolli: quos iusta poena consequitur, ut & ipsi mereantur ad ima demergi. Et audit eum docentem, comminantem, & promittentem, & præcipientem ad obediendum iussioni, sicut ille decernit, non sicut ipse uoluerit. Et gaudio uox q̄ uox Christi: nulla delectabilior ad audiendum, nulla facilior ad agendum, cum nil fieri sciat, quin primò ad perficiendum gratiam conferat: nulla utilior noscitur esse post factum. Ideo gaudio gaudet amicus propter uocem eius. Omnis uox sponfi, ad ornatum sponse profertur, & dearticulat in his quæ ipsam præpediunt, & dispersa omnino est in his quæ ad uitam expediunt. Gaudio protinus gaudet ad uocem sponfi, qui se nouerit legitimum membrum sponse, ad cuius ornatum eternumq; profectum sempiternus sponfus intendit. Amicus sponfi Christi, membrum est sponse Christi: amor si amicus nō est, membrum sponse non est: & si membrum sponse nō est, amicus sponfi esse non potest: & si amicus est, gaudet: si gaudet, amicus est. Uerior amicitia Christi prout in nobis est, ad uocē eius inexcepuate gaudet, siue terreat, siue minet, siue confulat, siue præcipiat, siue prohibeat, siue dissuadeat delectabile, siue suadeat, siue p̄mittat uitam æternam, siue auferat terrenam substantiam. Væ quibus uox ista conturbat auditum, uæ qui non audiunt: crudelius uæ, qui audiunt & contemnunt. Euge autem his, qui ad ipsam resonantē gaudio mentis exultant, etiam si ob eam corpore contremiscant.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

minis, ex aluo uirginali eductus, etate more hominum coalescens, cum uellet theoria & actū illuminare tetros, in similitudine lucis nominatus est, & ipse sic prædicando disseruit. Nam euangelista:

Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et alibi: Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Et aperta locutione dicit: Ego sum lux mūdi. Et alibi hoc idem reuera ut: Quam diu sum in mūdo, lux sum mūdi. Et ad credulitatem lucis animauit audientes: Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Et paulo post: Ego lux ueni in mundum.

¶ Omnia ista in id redeunt, ut Christus lux uteratur atq; dicatur. Quod si uera lux est, nō debet dici lux per similitudinem, sed per proprietatem. Quod si sic, frustra inter similitudines assumptas a Christo, lucē posuimus. Sed hoc me in similitudine tractare præmonuit, quoniam in Christo fuerunt quædā, quæ nullo modo similitudinem in rebus, exemplum in angelis aut hominibus habuerunt. Quædam uerò, quæ quauis sibi summa excellentia conuenirent, nihilo minus tamē per similitudinem reuertam in rebus, clarius sunt dispersa. Et ex hoc quod est, nullam habet similitudinem exprimentem, quod deus est, nec exemplum explicans quod ex ipso gestum est, & agnominatio nem omnino nō recipit. Proinde si quid de illo per quorumcunq; nomina dicitur, per similitudinem dissemitur omnino, cum infinitè plus sit, q̄ per quod dici potest. Sunt utiq; res in ordine suo sibi a deo insito, quid alta atq; miræ operationis habentes, quarum suscepta similitudine, ipse nobis per amplius innotescit. Ac p̄ hoc, quæ homo factus est, & hominibus loquebatur, quos erudire uolebat pro salute ipsorū, ut lux absq; nubilo se prætulit, ut eum sequeretur qui nollet remanere in tenebris: qm̄ nihil queritur ante lucem: nec qui quereret, qd piam in tenebris inueniret, cum omnia cognoscantur in illa: quanq̄ corporaliter posset homo in tenebris aliqd querere, sic & inuenire, sed non nisi antē in luce cognouerit. Quæ sit igitur hominum, quod erat, beatitudinē consequi, ante lucem qui Christus est, non poterat inueniri. Hinc Psalmista dicit: Vanum est uobis ante lucem surgere. Qui surgunt ante lucem, sæpe cadendo læduntur: & si querunt, inuenire non possunt. Vanū igitur fuit omnibus ante lucem surgere, cū nequirent inuenire quæ sita. Surrexerunt patriarchæ, surrexerit oēs sancti ueteris testamenti ad actiones bonorū operū: sed ante lucē exorā, & in cruce corpore membris fractam, surrexerunt in uanū, suorū bonorū operū beatitudinis nō capientes effectū: magis

Ibidem. m m ij

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

aũt peruacue surrexissent, nisi futura lux, Christus Iesus in carne uenturus, prius p̄ fidē eorū surrexisset in cordibus. Omnes uanissimē surrexerunt in potentijs & sapientijs huius seculi, ante Christum lucē morē & inuisibilis mundi. Pro beatitudine regni uenturi, lucis similitudinē merito Christus accepit, ante cuius ortū nemo bene aliquid fecit nec utiliter, sed uanē surrexit. Caret anfractibus lux, nec sua directiōne declinat in alterā partē. Offert se obiectis corporibus, & suis radijs oīa æquē perfundit. Non accipit hoc corpus plus q̄ aliud corpus: recipitur autē magis à corporibus diaphanis, ut ab aere, qui ab ipsa & extrā replet. Et corpora crystallina quanquā solida, intus & exterius subito, cū lux affuerit, pfunduntur. Sic lux uerā quæ Christus est, personā hominē nō accipit, sed illas q̄ ipsum amplius ex uirtute recipiunt, ut si nō personā, acceptor tñ est ipse uirtutū: nam diaphanitas ipsarum, hoies aptat ad lucis huius susceptionē. Cōtrariū sūt lux incognitū esse non sinit. Ostendit hoibus Christus, q̄ sibi nō suo, sed damno mortalitū aduersant. Tenebras non illuminat, sed depellit: ideo tenebræ eum nō cōprehenderūt. Splendor cuius ut lux erit, fugans tenebras, non præsentiās. Non em̄ illuminat peccatores, ut sint p̄ctōres, sed ab eis

Ioh. 1.

Iob. 17.

Ioh. 11. 14. 9.

Ioh. 17.

tenebras, non præsentiās. Non em̄ illuminat peccatores, ut sint p̄ctōres, sed ab eis peccatores tenebras procul pellit, cū uoluerint filij esse lucis; & effugatis tenebris, lux subsequitur. Et de utraq̄ resurrectione intelligit uerbū Iob, cū dicebat: Et rursus post tenebras spero lucē. Obtenebrant hoies tenebris peccatores, à quibus lux uera recedit: & rursus sperari potest, oīno ipsis depulsis. Obscurant hoies in morte, cū in primo parente humana natura multat: & post mortis tenebras cōcio fidelium rursus lucem resurrectionis expectat. Inquit em̄ ipse: Ego sum resurrectio & uita. Et sedētibus in tenebris, in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Christus lux non sibi orta est, sed his q̄ se debant in tenebris, & in tetralibus peccatorum ædibus habitabant. Nō indiget lux seipsa, nec in suā ualitudinē aliquid facit. Nulla indigentia dei filius premebat, pro nobis ostēsus est ut lux, existens in se inaccessibilis lux. Corporea lux corporales tenebras fugat. Et Christus spiritalis lux, tetras mētes illuminat. Nec eo sensu dictus est lux, q̄ facies eius resplenduit sicut sol, aut quia corpus eius posset glorificationis splendore uniuersa quæ cæli ambitu continent, melius q̄ sol antiquus fulgoribus illustrare, sed pro eo q̄ spirituales mentes illuminat. Proinde lux ueritatis ē, in qua nihil nouit corporalis intuitus: etenim nec aspicere illā potest. In illa luce amplissima ueritatis, oīa locum iudicationis, dissensionis, nec non & discretiōis habent. Omnia uidentur non aliter q̄ sint. Non præstat lux rebus id quod non habent, sed q̄d habent, ostendit: neq̄ colorat quæ confusa in

tenebrositate non discernuntur, sed cuius sint coloris, innotescere facit. Efficit autē in oculis uidentur, ut uideant, uisā cognoscant, ut discernantur ab interiore iudice, relato ad ipsum ministerio intuitum oculorū, unde nascatur cognitio intima eorū, quæ absq̄ luce credebatur esse confusa. Hac imagine lucis nō mutat Christus naturam uirtutum & uitiōrū, beatitudinis siue poenarum, angelorū & hominum, saluatorum & damnatorum: sed uideri facit eorū esse quod est, & quid habiturus sit talibus sociandus, & quid fugiendum, quid uerē appetendum, humanorum intellectibus aperit. Non uiolentat lux resaliter esse, neq̄ oculos hominū intueri: sic neq̄ Christus aliquid mutat, nisi quia lux est, magis sibi coaptantibus se coaptat, & non tenebras, sed tenebrosos, scilicet sibi subterpositum, in occulto sensu illuminat. Præsens est omnibus lux super quibus irradiat, sed multa insensibilia eius presentiam non nouerunt, & homines siue bestię quibus natura uisum non præstitit, aut macula qualicunq̄ infecti. Ita lux Christus, lux ueritatis frustra perstringit insensibilem oculos, atq̄ illorum qui malitia propria mentis oculos cæcauerunt, nec ut illuminentur, illuminatrici luci subduntur. Ac per hoc quia lux est, sequamur illam, imō includamur in illa: remoueat obices, præcedat nos, subsequetur pergentes, illuminabit ad dextrā & ad sinistram, à summis cælorum usq̄ ad inferna deorsum. Intendamus in illam, uita dicitur est. Inuestigantis intellectus, totum docet: quo plus uelle scire, superfluum est. Illico radiabit in cōtæneum suum, ut non hoc uel illud, sed quod optimam animā facit, affectet & diligat. In operibus uerē non exorbitabit agonista legitimus, lucē illam irretouerit securus: non ambulabit in tenebris ignorantie atque iniquitatum tetrarum, quæ huiuscemodi lucis presentia fugabuntur: sed aderit profecto possessio uitalis luminis, & uita nostra clarebit, & splendebit æterne.

¶ De similitudine Christi ad ostium, secundum Iohannem solum. Cap. XXXVII.

Clauis fuit ostium paradisi, & propterea Gen. 4. 7. stis culpa exigente inde pulsus, appolita cherubica illa custodia, gladiorū flammate, ne tam exultantium q̄ cæterorū potuisset esse accessus, nisi dño decerneret. Quæ sic firmata serratio, supernæ uitæ repagularum ostium irretatio signabat, nisi nouum ostium adderetur, quod ex sanctissimis radicibus Iesse productū, ad fandum desperationem, speremq̄ prærogandam clamat, dicens:

Ego sum ostium ouium: per me si quis introierit, saluabitur.

¶ In omnibus ædificijs construendis, & in comptis domificationibus ad habitandū con-

struētis, de ostij dispositione prius cōtenditur. Duo nempe domicilia omnipotens ipse construxerat. Vnum in labore, alterum in requie: unum ad agonem, alter ad honorem unū in uirtute, alterum in beatitudine: unū in gratia, alterum in gloria: unum in uia, alterum patriarum: unum est ecclesia, alter est superna patria: hoc in mūdo sub cælo, alterum in empyreo cælo. Et his duobus domicilijs duntaxat unum ostium facit, ut neq̄ in ecclesiam, nisi per eum posset esse ingressus, & ad supernam patriam nemi ni pateret accessus. Nā nemo Christianus, nisi per Christum: nemo saluus, nisi p̄ Iesum. Nul lum saluat quia Iesus, nisi quia Christus, anteq̄ aliquis fuerit Christianus: quia Christus ostium est ad ecclesiam, quia Iesus ostium est ad gloriā sempiternā. In Christi credendo, homo Christianus efficitur: per Iesum credēs, ad gloriā introfertur. Proinde si Christus est ostium, ingressus & aditus alij, sunt latronū ad perditionem simplicium ouiu. Qui etiam si possint alij unde falsē credendo in ecclesiam ingredi, nullis tñ machinatiōibus in domicilium supernū poterunt introferri: nam q̄uis uideatur ingressus in ouile dominicum, non est Christianus siue saluandus, si non intrat per ostium Christi. Hanc ostij similitudinē saluator assumpsit contra scribas & pharisæos, ne ouilis dominici se crederent esse pastores, cum ostium ad intrandum uerē sit Christus, per quem credendo ipsi proinus intrare uolebant. Intendebat autē contra futuros hæreticos Christianos, de Christo minus debita seu impia credituros, qui præter Christum, ut est ipse creditū, æstimarēt se posse aliunde in ouile dominicum introire: q̄d Arrius fecit, qui diuinitatem sibi abstulit, & q̄ plures alij, qui de eius diuinitate non uera senserunt: & habuerūt interitum, nō sine causa deo pmittēte, pastoris officij: sed fures fuerunt atq̄ latrones, non ingressi per ostium Christi: ma tauerunt & perdidērunt, quia Christum non cognouerunt, nec eius ouiculas dilexerūt. Salui facti non sunt, quia qui ostium non inueniunt ad ecclesiam, eis clauderetur ad uitam. Nam sicut per ostium intratur in domum ab eo qui perperam agere non intendit, sic per Christum intratur in ecclesiam ab eo qui recte agere cupit: & sicut qui manifeste intrat, non habet specimē furis, nec unde furti crimine condemnatur: sic qui in ecclesiam per ostium Christi intrat, non habens unde damnetur, saluabitur. Ac hoc non solum contra illos, qui aliunde ingredi ecclesiam tentant, Christus dicatur ostium: sed etiam pro omnibus, qui domum militantis ecclesie militaturi strenuē intrare cōtendunt, ut ingrediantur in illam patriā ubi beati esse possunt. Et ut facilius sit introitus, optima figura præcessit. Nam dum de fabricatione primæ ratas cum Noe dominus loqueretur, dixit: Ostium

pones in latere deorsum. Arca siquidem illa p̄ omnia figurabat, si quis allegorizare sanē cognouerit, in cuius latere deorsum positum est ostium. Nullus in ecclesia humilior est Christo. Nemo se tantum abiecit, nemo se tantum hominibus coaptauit, ut omnino esset deorsum, ut fides, quæ fideles salui fiunt, sit de his quæ fecit omnino deorsum. Deorsum incarnatus est, deorsum hominibus natus est, deorsum cū hominibus conuersatus est, deorsum degens supra perna docuit, & de agendis deorsum pro supernis instruxit, deorsum miracula fecit, deorsum humiliatus est, usq̄ ad apostolicos pedes, deorsum passus & mortuus & sepultus est, deorsum ad inferna descendit. Proinus ostium fidei, ostium ecclesie positum est deorsum in latere, scilicet ut latus & spatiosus omnibus uenientibus sit ingressus. Et dominus apparuit Abræ se Gen. 18. dendi in ostio tabernaculi. Prima domini apparitio, ex fide Christi est. Seditibus in ostio tabernaculi deus apparet. Quiescentibus in Christo per fidem, qui ostium est ecclesie sempiternæq̄ uitæ, se omnipotēs manifestat in ea fide, quæ per ueram uisionem reuelata est. Et post Gen. 18. ostium Sara risit, quia post Christū in fide suscepum sequetur risus, qui nunq̄ dolore miscbitur. Et ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum deū oblatio iubebatur offerri. Ut supra fati sumus, ostium ecclesie Christus est, in quo & per quem omnis oblatio in ecclesia fiat, si placare cupimus quem horrendis peccatis offendimus. Nunq̄ melius, imō nunq̄ aliter q̄ in Christo placatur omnipotens deus. Et cum in illa peregrinatione deserti, Israelitici populi essent castra mouenda, prius ante ostiū tabernaculi foederis, omnis multitudo populi cubis argenteis uocabatur. Tabernaculum foederis, etiam ipsa ecclesia est, in qua foedera sunt uirtutum, præceptorum & sacramentorum, quibus nos cum deo, deusq̄ nobiscū foederati sumus. Ante cuius ostium, scilicet Christum, cubis argenteis, id est, apostolicis prædicantibus uirtus, omnis fidelium multitudo congregata est, ut non moueantur ad alibi castra metandum, non bellent, non aliquid fiat, nisi prout ante Christū ecclesie ostium fuerit ante præsumum. Non autem immerito Christus ostium dicitur, si ostium ab eo quod aliquid ostendat, esse cōtetur. Per eum quidem supra sensum hominis multa ostensa sunt nobis, ea uidelicet, quæ sunt uitæ agendæ, similiter & sperandæ.

¶ De similitudine Christi ad pastorem, secundum Iohannem, Mattheum et Marcum. Cap. XXXVIII.

Cuius ouilis se ostium dixit, & ouium se pronunciauit in ueritate & bonitate p̄fecta esse pastorem, qui secundum proprietatem propemodum melius, q̄ per similitudinem de

ciposset. Sed qm rationales animas pascit in similitudine ouium, merito imaginē assumpsit ipse pastoris, dicens his q aderant pharisæis & alijs:

Ego sum pastor bonus.

Huius bonitatis ueritatem ipse aperuit: Bonus autem pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Hoc solum sibi proprium primo fuit, nec simile in pastore aliquo unquam fuit, ut p ouibus uitam exponeret, quanuis ad eas tuendas se committat sepe periculis præter intentionē mortis. Saluator autem pro ouibus suis morti se scienter obiecit, prompteq̄ suscepit. Et si alij qui pastores spirituales, pro eis commissis gregibus se morti exposuerunt, quando hoc Christus gessit, non præcesserat dum exemplum: pastorum autē ouium irrationabilitum, pro eis uoluntariē mortem subisse neminem reperimus. Sed Christus non bonus pastor, quia animam pro ouibus dedit: sed quia bonus, pro eis mortem sustinuit, & exposuit se lupis rapacibus, ut rationales oues ab ipso erueret faucibus.

Mercenarius autem (scilicet qui mercede conductus est, & pastor uerus non est, quia nec eius sunt oues propriæ) uidet lupum ueniētem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues.

Sibi timet, sibi cauet, sibi luclatur, qui fugit ueniēte lupo.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eū de ouibus.

Multifariē pastor mercenarius dicitur: honore, fama, reique cum diligit, rationales ouiculas despicit. Et ad quem pertinet honor, fama, & quæcunque temporalis commoditas, nō pertinet de ouibus curare ne pereant. Ad ueniens lupo, est, quodcumq̄ periculum possibile prohiberi, quod potest rationales oues offenderet: quod signatur in lupo, qui ouibus maxime fit in festus, a quo rapiuntur oues ad uitia seu in prædam æternam, aut disperguntur, ne teneant unitatem catholicam & charitatē fraternam. Etiam pastor bonus cognoscit oues suas, cognosciturq̄ ab eis: utrunq̄ agitur bonitate pastoris, ut cognoscat & cognoscatur. Hūc eundem quem legimus bonum, alibi audiui mus esse percussum, uelut alij euangelistæ commemorant: Percussam pastorem, & dispergitur oues gregis. In Zachariæ prophetia hoc præcesserat, & similitudo in ueritate decurrit, & quam obrem Christus dixerit, rei effectu patuit. Nam sicut pastore percusso grex dispergit, quia non est qui reuocet, non est qui sciat incirare canes, non resonat cithara pastoralis: sic percusso Christo, apostoli sunt dispersi, sicq̄ ueritate facti per umbram futuri mysterij, primus oim pastor Abel iustus occisus est, non solum damno sui corporis, sed etiam in dispersionē sui

gregis, cui nō erat hæres qui disperfas oues iterum congregaret: Sic nisi Christus surrexisset a mortuis, discipuloꝝ discursio in peiora cessisset. Quoniam bonus, ad eam cum, cognosca mus eum, amemus eum, sequamur eum. Nec illa bonitate bonus est, qua perfecit unum bonum, aut plura bona: sed illa, qua omnia bona potest, nouit, diligit, aut agit. Pastor bonus, non habens ab æterno quos pasceret, cum uoluit, creauit ipse quos pascendo resceret, intellectuales substantias, quas pascit solam intellectuales alimētis, inexhaustibili copia sui, qua ineffabiliter replentur & delectantur, semper eodem manēte desiderio se pascendi: quo pastu, intolerabili superbia plurimi caruerūt: pluriores uerō, æternē illo delectati sine intermissione fruuntur. Ineffabilis est oim illa pastura, quam præterire silentio dignus iudicauit: ad quam conueniunt, qui carne uiuentē, uirtute proficientes, sequuntur in ualle mundi huius æternæ uitæ pastorem. Concessit pastor bonus nondū homo factus, primis parentibus in delictuorum loco pastum uitæ in ligno uno, in cæteris uerō dedit licentiam comedendi: sed distulit pastum illius arboris, in qua bonū subiectionis & obiectionis & obedientiæ commendauit. Qui uerō reprobi sunt, auidius delectantur uerito q̄ cōcesso. Pauit cælesti māna quæ draginta annis populum in deserto.

Pauit super naturam quadraginta diebus dabo inuisibili, nullo corruptibili refectis corporibus Moysen & Eliam: unum acceptus legē dei, alterū pergentem ad montem dei.

Pauit Daniele feruum suum in lacu leonum, mittens Habacuc prophetam de terra ludæorum in terram Chaldæorum.

Pascit naturalibus alimonij cūcta reptilia, uolatilia pennata, bestias deserti, pecora capi, hoies & mulieres, & oia in gibus est spūs uitæ.

Pascit infideles similiter & fideles, subiectos atq̄ rebelles, & neminem excludit ab alimēto alimonie naturalis.

Pascit secretiori alimento eos, qui fide sibi & dilectione copulantur. Et supernaturalem eis tradidit pastū, ipsosq̄ sibi gratificauit in pastu, scilicet sui corporis, quod sumendum suis fidelibus dereliquit: & pastum uerbi sui statuit his dumtaxat, qui hominem interiorē nutrire curauerunt. Præcessit hunc pastorem in benignitate Ioseph, qui fratribus timentibus suorum scelus uitionem post paternam mortem, dixit: Nolite timere, ego pascā uos & paruulos uestros. Certo prælagio ad Christum illa benignitas ferebatur, qui etiam offensas nostras indulget, & post ipsas poenitentibus nobis annonam utriusq̄ hominis ministrare non desinit, pascens uirtute prouectos, similiter & in uirtutibus paruulos. Longē ante de hoc pastore, orando ad dominum, Moyses propheta

tauit. Inquit enim: Provideat dominus deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere illos uel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Qui statim de Iosue substituto ad domino dictum est, quod propheticē tendebat in Christum, in cuius figura Iosue mandato domini substitutus Moysi, & nominis interpretatio præcessit. Sub quo lupus & agnus pascuntur simul, cum in mundo mali & boni, nocentes & innocentes ab ipso nutriuntur, & in ecclesia utrique sub pastu spiritualis alimonij tolerantur. De quo post omnia gesta eius Petrus edocuit: Nunc cōuersi estis ad pastorem & episcopum animarum uestrum. Verē pastor, qui nisi fastidiosus pascere non desinit, & episcopus superintendens negocijs uestris, ut cōsummato mundi mysterio, pascat suos electos in sublimissimis locis. Sed pastorem & episcopum animarum, non corporum esse Petrus ostēdit. Nam quanuis omnipotens corpora omnium uiuentium pascat, tam uolatilium quam terrestrium, similiter & natatiliū, tam hominum quam bestiarum, quanquam etiam sit resuscitaturus corpora omnium hominum, alia siquidem ad supernam beatitudinem perfruedam, alia in locis gehennalibus mācipanda: attamē in hac uita mortali folium animabus superintendit, ut alat in gratia, ut pascat in cælesti doctrina, ut præseruet a peccatis, etiam sepe corporibus in poenis & cruciatibus derelictis. Parum est quod in corporibus eueniat, aut in his quæ corruptibilia sunt: quonia corpora quoquo mō procedant, ad tempus ab anima sunt soluenda. Necessitas facta est, ut omnino moriantur, sed quid curæ quomodo resoluantur? Nihil deo de corporibus deperit, aia bus oportet intendere ne peccatis labantur: q̄ nunquam eximuntur, si ad tartarea loca sub satanica potestate descendunt: sic enim de animabus immutabilis dei iusticia diffiniuit. Ac per hoc Christus potius pastor & episcopus dicitur animarum, quam corporum: quoniam ad similitudinem dei atq̄ imaginem in anima, non in corpore factus est. Nō poterat esse similitudo in corpore substantiæ omnino incorporeæ. Hoc enim exemplo studeant, qui uolunt esse pastores, ut curam animarum, non corporum in suis ouibus prius intendāt, quomodo curē a uitijs, qualiter caueat a peccatis, q̄ liter intendant uirtutibus, qualiter bonis moribus assueuant.

De similitudine Christi ad granum, secundum Iohannem tantum.

Cap. XXXIX. Thomines allicerentur ad ea quæ supra naturam sunt, ut exerceret illa moribus quæ uitæ agendæ sunt, & sperarent in dubitanter quæ in beatifica promittuntur, & uelut per

gradus statuerēt accessus, exēpla multa in natura sunt posita: ipseq̄ saluator eorū q̄ naturaliter agunt, similitudinē in seipo suscepit, cū rīderet gentibus in templo ipsum uidere cupiētibus:

Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit.

De seipso Christus dominus loquebatur, grano mortificando se comparans, quod in terra satum, non præstat fructum nisi moriatur. Rei experientia in his qui agriculturam nouerunt, plus scientiæ ministrat, quam uerborum disertio. Nam granum in terra satum, nisi humore terræ mollescat, & quodammodo a sua spissitudine resoluatur, & a sua soliditate omnino distemperetur, solum manet, nulla facta in ipso alteratione aut corruptione, ne aliud generetur. Et quanuis corrupti aut generari quodammodo per media fieri uideatur, tamen in omnibus causis corruptio ipsa præcedit, ut & unum non possit nisi altero præcedente, alterū uerō possit esse sine reliquo subsequente. Nam ordine solito naturæ seruato, nil generatur nisi præcedat corruptio: corrumpuntur uerō multa, nec sequitur generatio: sic granum non generat, nisi corrumpatur: interdum non generat, & corrumpitur. Eadem imagine Christus factus erat in terra, scilicet in utero uirginali, non semine hominis, sed sermine spiritus sancti. Et inde uirginaliter eductus, terram incolebat atque calcabat: qui nisi fuisset morte interemptus, fructum multiplicationis fidelium & redemptionis eorum non attulisset in se, ut natus erat existens, quanuis potuisset absque morte omnem fructum multiplicationis & redemptionis afferre: sed ideo aliter noluit, quoniam sic afferre ab æterno præuidit. Quid igitur, si sic præuifum erat fructum multum prouenire per mortem, si solus ipse mansisset: Protinus fructus non fuisset secutus, qui erat aduenire præuifus. Potior autem omnino est in omnibus his declarandis ipsius sententia saluatoris, qui sic aperte asseruit: [Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit.] Granum fecendo grandescit, & inde nomen accepit. Et quanuis cōueniat omni semini, distinxit tamen a cæteris, cum dixit, granum frumenti. Pro eo autem dicitur frumentū, q̄ principium sit ad fruendum, & inter cætera semināna ampliore & substantifico sapore dulcescat. Granum frumenti, dūtaxat antiqua electione cibis factus est hominū, alia yd semina hominū & iumentorū. Granum frumenti & non aliud granū, Christus elegit, unde panis eēt ex q̄ fuit corpus ipse cōficeret, ut qd cibus erat corporis,

Ioh. 10.

Ioh. 10.

medie

Mat. 16. Zach. 13.

Gen. 4.

etiam cibus fieret animarū: ut rebus in usu hominum solitis, diuinitate coniuncta homines sacramentaliter frueretur: nec esset horrendū, si corpus sumeretur in pane, seu panis transubstantiatus in corpore. Longa igitur quadam conuenientia usus, ne fieret horrescentia, panē grani frumentū ad suū coaprauit corpus, ut esset apta decentia. Qui uelut in terra satus, & crescens conuersatus, per omnia humiliatus; in cruce mortuus, ac deinceps & post, multum fructū attulit. Nam mortuus attulit uitæ fructum: & exemit ab inferis, qui granum hoc si gurauerant & prædixerant nasciturum. Resurgens ex mortuis, fructum numerosiorem fecit. Nam cælum sine mora in inferis aperuit, iudæorum in parte fuit celebrata conuersio, & gentium plurima fidei adhesio subsecuta. De quorum numero erant, quibus sic responsum est quādo Iesum uidere tentabant, ut non sit cognitio uera Iesu, nisi per meritum mortis eius, nec plen: uisio ipsius duntaxat, nisi crede re quod potuit & uoluit mori, potuit atq; uoluit cum integritate resurgere. Retorquetur etiam hoc ad agendam uitam, ut nisi uoluntas hominis mundo moriatur, fructum pro æternis afferre non potest. Sibi quisque uiuens, mortuus Christo est: sibi mortuus, Christo uiuit, in q̄ omnia potest, sine q̄ nihil agere bene potest. Quomodo quis potest fructum producere sine Christo, cum ipse sit uita? Quomodo potest esse cum Christo uita, nisi sibi & mundo moriatur in hac uita? Verūtamen non corporis mortis hic hominibus indicitur, quanuis de morte corporis Christus in seipso loqueretur, sed de morte infidelitatis ac uoluntatis, quæ seruit desiderijs carnis. Hinc pro seipso dicebat Apostolus: Mhi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et, Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Omnis homo, granum est in terra cadens, in qua nisi moriatur, fructum germinare non potest. Si autem morimur legi carnis, si a nobis ista mortalia abdicamus, si nolumus cum mundo desolato ac caduco florere, fructum plurimum afferimus, ut eo plus quisque afferat, quo a se plura recidit, quo se magis legi CHRISTI humiliter subdidit, quo se magis desepxit, quo se uita indignum per amplius æstimauit.

¶ De similitudine secundi aduentus Christi ad fulgur, secundum Mattheum & Lucam. Cap. XL.

Non est delitescere claritatis, neque lux diffusibilis querit occultum. In luce tenebræ non decipiunt: etenim fugantur ab illa. Quod non speratæ dicitur actiōis, quod subito agit, quod superna uirtute fit, quanquam (ut multi astruunt) in æthere ordine naturali,

aduersus quod inferiorum deficit omnis obex. Difficile, imò impossibile impeditur, quod ex pedit in omnium uenire notitiam, est etiam a latebris alienum. Quam ob causam ne de Christi aduentu secundo sub electis possit uenire deceptio, ipse iterum uenturus, semetipsum fulguri comparauit, dicens:

Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis.

¶ Nec improprie Christus, qui nunquam aliquid impertinens dixit aut fecit, fulguris similitudinem sumpsit exeuntes ab oriente, unde aurora, deinde solare lumen in isto hemisphærio nascitur: quoniam ipse per fidem uenit in nos, quæ lumen est animarum. Subito irradiat fulgur, sed ocyus Christus illuminat. Improuise fulgurat, & cum Christus aduenit, nemo præsentiet. Per modicum durat actio fulguris, & illico expedit iudicantis aduentus, qui quanuis sit improuusus, attamen eius actio innotescit: sic & Christi actiones per scrutantibus & credentibus notæ sunt, modicum autem a notitia mortalium sunt remoti. Nemo prohibere posset imperum fulguris, & ad Christum manifestum aduentum nullus est obex, præterquam ad inuisibilem in animas hominum, cui sæpe obstat deprauata uoluntas, non potestare sua, sed illam reprobante diuina iustitia, ut nec ad eam Christi per gratiam fiat aduentus. Fulgur exit ab oriente, Christus exit a patre uerbum: & paret in occidente, quia in occiduo mundo conuersatus est. Exit ab oriente, quia oriens est nomen eius: paret in occidente, ad iudicandum peccatorū. Exit ab oriente, luce splendentissima fulgens: paret in occidente, ut omnibus mundi plagis eius aduentus resulgeat. Etenim partes collaterales lucem eius præsentient, ut ipsum aduenisse ubiq; clarescat, ne in ualeat illa deceptio qua dicebatur, hic est aut illic, in penetralibus aut in deserto. Proinde secundum Lucam dicitur:

Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua.

¶ Veniet iterum de sub cælo iuste iudicaturus, qui sub cælo pperam extitit iudicatus. Fulgur coruscans sub cælo, fulget in his quæ substant cælo. Igitur eius aduentus, quanquam improuusus, tamen adesse erit omnibus notus; ut qui in primo aduentu quodammodo uenit obscurus, in secundo ueniat ex omni parte coruscans. Sed quoniam in fulgure splendor & terror, sic in CHRISTI secundo aduentu erit splendor pro notitia, & terror pro contumacia: splendor ad electos, terror ad reprobos sit ex eo.

¶ De reassumpta similitudine supras ad cadauer, & electorum ad aquilas, secundum Mattheum & Lucam. Cap. XLI.

Quoniam unigenitus dei filius uoluntarie corpus assumpsit, & omnia quæ ad nostram spectant salutem, gessit in corpore, in quo duntaxat mortuus est & resurrexit, & in corpore cælos ad patrem, a quo diuisione non discesserat, regrediens penetrauit, & in corpore uisibili mundum iudicaturus aduenit: idcirco cadaueris similitudinem de seipso posuit, quia cadendo per mortem, per uitam nos stare fecit. Et quia sic nequit iudicatus est, usque quod moriendo caderet, sic cadaueris illius memoria iustæ iudicationis in omnibus ratio erit. Et per illud cadauer quod in cruce sic cecidit, in sepulchro sic latuit, erit iusta reproborum damnatio, pia saluatio electorum. Reproborum siquidem, quia cadauer Christi tanquam pecoris reprobaauerunt, unde reprobi dicti sunt, meritoq; damnandi. Electorum autem, quia cadauer dilexerunt, & de altitudine intellectus ad hunc casum, ut impietate factus est ab impijs, pietate toleratus a iusto, uelut aues altè uolantes credendo, humiliter descendunt. Quod quia sicut est, ita crediderunt, sicut crediderunt, ita dilexerunt atq; imitati sunt, in iudicio nõ ad cadauer, sed quasi ad cadauer, ad ipsum Christum glorificatum, diuina maiestate fulgentem, congregabuntur electi. Inde protinus dicitur:

Ubiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.

¶ Fulguris similitudo, pro reprobis & electis est posita: corporis & aquilæ, tantummodo pro electis fidelibus est adiecta: quoniam qui non fuerunt congregati per unitatem fidei ad cadauer sic pro hominibus passum, in iudicio non congregabuntur ad Christum in sua potentia gloriosum. Sed congregabuntur aquilæ, illi si deles duntaxat, qui uiuentes in seculo, in propria uel in aliorum fide altitudinem mentis dimiserunt, usq; in terram qua iacebat, cadauer, se animo transferentes, & odorati sunt hanc carnem, ad illam ueniētes ad escam, quoniam caro sua uerè est cibus, & lambuerunt sanguinē eius, quæ uerus est potus. Porro electi cuius sunt carne pasti, sanguine spiritualiter satiati, corpus in iudicio recognoscent, ad ipsumq; congregabuntur, quod in terris positi dilexerunt, per quod saluati, sibi gratias referunt. Sed nec tantum ad eum congregabuntur sub cælo, ubi uelut fulgur irradiat, sed in superna patria, ubi in perpetuum regnat. Vltima similitudo de cadauer, fuit & de aquilis pro electis, non parabola: quoniam corpus Christi ob hoc uoluit

esse cadauer, ut aquilæ, uidelicet electi ad eum in hac uita congregati per fidem, congregarentur in patria per infallibilem uisionem: & hic est finis Christi omnium corporalium actionum, qui nec esset, nisi corpus eius cecidisset in cruce. Congregemur itaq; ad cadauer, & de illius carne passa contemplatiue pascamur, aspicientes aquilino uisu in autorem fidei, consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, omni confusione contempta. Si aquilæ intellectuales cæli sumus, si renouari ut aquilæ uolumus, accedamus ad huius cadaueris escam. Ecce altè pedit in ligno, sub cælo passus est, in terra defixus est stipēs, ubi esca diuini cadaueris pendet. Non alta sapiamus, sed contentiamus humilitati cadaueris. Non decerpamus carnem eius dentibus, quia nec ad rē huiuscemodi inuitamur, sed ad communionem passionum eius, & hoc fiat gaudium spirituum aquilarum. Inquit enim scriptura: Communicantes CHRISTI passionibus gaudeat. Proinde qui congregantur ad corpus fide & imitatione, quod in cruce cecidit, congregantur ad corpus quod a morte surrexit, Christi uidelicet, ad quem in iudicio electis oibus cōgregatis, ipse reprobos detrudet in pœnis.

¶ De similitudine tentationis ad eribrationem, & electorum ad triticum, secundum Lucam tantum. Cap. XLII.

Notum Christo erat antiqui hostis desiderium malū insatiabile ad tentationes, persecutiones, deceptiones, atque molestias fidelibus inferendas: & in quas uelit includere angustias, ipse cognouit. Proinde apostolorum uerticem quem præfecerat, prouidum facit, erudiens illum & omnes in illo, ponens similitudinem, secundum quam improbus prædo cupit inferre iacturā, dicens Simoni Petro:

Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogauit pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

¶ Huiuscemodi similitudo perstringenda est, quod satanas sicut triticum uelit cribrare fideles. Triticum recolligitur, ut in horreum congregetur: quod, ubi de tritico & zizanijs agit, quid insinuat, clarè differitur. Per cribrationem uerò dispergitur, non per unum foramen, sed per plura cribri foramina, & per quandam uolentiam cribri crebrius agitans, sæpe triticum eleuatur in aëra. Vnionem habet fides in fidelibus CHRISTI, ad quorum dispersionem satanas operatur ut auelata fide, ut non uelut triticum congregentur in horreum, sed uelut dispersi & a Christo diuisi, detrudantur perpetuo in infernum. Nulla persecutio damnosior, quam cū quis excidit

Gal. 6 Gal. 5

Heb. 12.

Rom. 12.

1. Pet. 4.

Mt. 24. Mt. 17.

Luce 23.

Mt. 16.

à fide. Nihil enim remanet operis, ubi fides in hominibus deficit, propterea satanicam intentionem saluator Petro denunciat, qui à Christo ecclesiæ suæ præpositus factus erat, & hac intentione diabolus sedulo & prima bella suarum actiones contra fidem orditur: sed nec de ipso laudabilis posset esse victoria, nisi Christus pro nobis ex aduerso cõsurgeret. Christus est qui tuetur fidem in hominibus quam plantauit, ipse decertat pro nobis aduersus suggestiones satanicas, ipse facit ebullire diabolum de cordibus hominum, cum acutè impugnare nititur fidem credentium. Nam cum & inter filios dei affuisset satan, qui Iob suis successibus inuidebat, desiderans in eum manum probatiõnis extendere, non fuit compos, quanquam ausus & anxius, in eum quicquam inferre molestiæ. Sub protectione quippe dei, omnis creatura constituta est, quæ à potèntiori uexari nequit, nisi quantum ipse permiserit. Veruntamen cum satanas explèdi in Iob suum desiderium licentiam accepisset, semper ita moderatorem suæ potèntiæ accepit, ne tantum læderet quantum uellet. Et cum, dei permittente licentia, Iob expollisset omnibus bonis, orbasset filijs, carnem eius ex huleribus foetere fecisset, & saniem ex omnibus membris scaturire, ut etiam resta raderet; tandem, ut animam eius seruaret, in præceptum accepit. Sedes quippe fidei firmior, præterquam in anima hominis, ad meritum reperiri non potest. Neque uirtus quæ à contagijs purgat, quæ tuetur à uitijs, quæ in anteriora progreditur, alibi quam in anima locum habet. Et anima iusti, sedes est sapientiæ. Et sapientia nobis expediens, Christus est, qui nobis & pro nobis à deo sapienciæ factus est. Quamobrem animam in manu potèntiæ aduersariæ non concedit, quanquam & temporalia & corpus permittat sæpe deperdi, & molestijs agitari, nisi semetipsum uelit iurisdictioni satanicæ mancipare. Iustus erat Iob, propterea dominus eius animam satanicis uoluntatibus non tradebat. Nec quempiam iustum in eius manibus in anima derelinquit, iuxta illam in Psalmo sententiam: Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum; dominus autem non derelinquet eum in manibus suis. Porro peccator iustum consideras, est hostis antiquus, qui omnes scrutatur rimulas, unde possit ipsum inuadere, querens mortificare eum & morte corporis, ubi necessitate in eum tabili domus est constituta omni uiuenti, sed illa quam homo pro mala uoluntate incurrit, pro bona deuitat. Hæc siquidem illa est, quæ fidei ueræ absentia omnes inuoluit. Neminus salus nisi ex fide, nullus damnatur in fidei ueritate. Igitur in hac satanas expetit à Christo suos apostolos cunctosque credentes cribrare, ut id quod habet ex mala uoluntate,

Iob. 1.

Psal. 36.

potestate permiffa liceat exercere. Cui nunquam deest mala uoluntas, sed nisi permittitur, non adest iniqua potestas. Iustus tamen sibi permittitur, ad probationem nostram sæpe conceditur, dei misericordia denegatur. Pluris autem est quod ipse saluator nostræ fidei tutelam assumpsit. Proinde subiungitur: [Et ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua.]

¶ Lucè clarius pater, quod illa cribratio quam satanas facere deposedebat, erat de fide, quam uellet de omnibus deperire, æquè uero nemi uellet adesse. Nouerat enim hostis antiquus, quod ad suam accusationem districtiorem efficiebatur quilibet Christianus, si fidei sacramenta seruaret. Quia postquam decepit humani generis genarcham, nullus hominū apud deum præualuit, qui non ad ima descendere, qui non intruderetur in carcerem, aliqui tamē in tempore liberandi, aliqui in æternum sub lege tartareæ detinendi. Christianus siquidem merito fidei poterat euolare, & si non illico, saltem suum fugere dominatum. Quamobrem aduersus fidem inuisibilia bella & sæua mouet. Vide per amplius iustam damnationem suam, cum sit spiritus, existens à corpore liber, separata substantia, cognitio sine discursu, neque suum renuit principatum, dereliquit suæ altitudinis gradum, à deo auersus, ad semetipsum conuersus, in infinitam calamitatem descendit, cognoscens corporeum & lutum pondus, aggrauatum, æ omni se utiq; imbecillēm, uirtute fidei in superna posse conscendere, à quibus à seipso maleficus uirtutisque defectus est. Ac per hoc implacabiliter aduersus fides spiritus satanici furunt, querunt semper inuadere, à Christo expetunt, posse cribrare. Non enim quempiam de fide tentare possunt, nisi permittantur ab autore fidei; omnium bonorum consummatore IESV. Et hoc est quod satanas expetit à IESV, concutere fidem credentium, obscurare mētes fidelium. Sed quid Christus permiserit, sitque permittitur in fidei & fidelium cribratione, penitus ignoramus. Vnusquisque tamen inestimum prælium sentit, quantum satanæ sit concessum, cum aliquē expetit in fide cribrare. Sed rogat Christus patrem, ne Simonis fides deficiat: quoniam cum interrogarentur omnes apostoli, quem homines dicerent esse filium hominis, & quid ipsi de ipso sentirent, solus inter cæteros ipse respondit: Tu es CHRISTVS filius dei uiui.

Vnde fides Petri est, credere quod CHRISTVS est filius dei. Concuti fides sæpius potest, deficere uerè nunquam potest, quoniam filius dei est quod credimus. Ipse hanc fidem plantauit in cordibus, ipse rogat ne deficiat in fidelibus. Oratio eius exaudibilis est, nubes penetrat, semper ingreditur in aures domini Sabaoth. Et idem est qui rogat atque rogatur. Ro-

L. 22.

L. 22.

gat ut homo, rogatur ut deus. Et ipse homo deus. Non stat fides cuiuscque uirtute credentis, sed stat uirtute domini fundatoris. Non deficit fides: sed fidei sæpe, qui fuerunt fideles, deficiunt, aut ad ipsam non ueniunt. Nemo sibi arroget, fuisse fidei stabilimentum, ne fides deficeret, aut ecclesia deperiret. Nemo alicui sanctorum tribuat fuisse fidei sustentatorem, neque sua uirtute, neque scientia: solus eius sustentator est Christus. Stat ædificium omne in alta subiectum fundamenti uirtute, non erecto pariete. De omnibus apostolis dicebat Iesus: Ecce satanas expetit uos, ut cribraret. Sed soli Petro dictum est: Ego autem pro te rogauit Petre, ut non deficiat fides tua. Quid est quod omnes expetunt, & pro solo Petro rogatur? Omnes uellet diabolus subuertere, sed una est fides à qua uellet auertere. Illa siquidem est confessio Petri, per quam rogatur, non solum ne in Petro, uerum etiā ne in omnibus fides & confessio Petri aliquando deficiat. Ei quoque dicitur, ut conuersus aliquid, quando, fratres in illa confirmet: quod omnibus dicitur, ut confirmet quotquot nouerint omnino imbecilles. Attramen defecit protinus fides Petri, cum interrogatus, ter eum etiam cum iuramento negauit. Non tamen Christi oratio fuit inefficax, ne sua fides deficeret: quoniam non fides Petro, sed Petro fidei per timore defecit, cui tenacius post Christi resurrectionem adhaesit. Nequit deficere quod est cæta alta radice fundatum. Nā & si multi ramus pccidat ab arbore, in defectibilis tamen uirtus remanet in uiua radice.

¶ De similitudine temporalium ad tunicam, et uerbi dei ad gladium, secundum Lucam solū.

Cap. XLIII.

¶ Ostendit deus hominibus, unde aut propter quid ipsa temporalia despicerentur seu commutarent: & nisi ostendisset, superuacanea esset derelictio terrenorum, & omnibus nationibus esset miserior Christiana conditio. Et non solum comparatione supernorum, sed etiam respectu eorum quæ dirigunt in superna, dignū factū est ipsa terrena despiciere, atque temporalia, per spiritualibus commutare. Hinc saluator apostolis tradidit in præceptis, per similitudinem dicens:

Qui uero habet tunicam, uendat & emat gladium.

¶ Per tunicam temporalia designant, quæ iube mur distrahere, ut emamus uerbum dei: quoniam gladius emptus, est uerbum dei. Vendit siquidem tunicam non commutatione pecuniæ, sed amore cælestis patriæ. Temporalia sæpe ab animo, interdū à dominio excludunt: & intendit atque impendit studiū uerbo dei, quod solū dirigit in superna. Nempe in deū dirigit dei uerbum, & ex ipso ad æternum regnū iter inquiritur, cuius eruditionem non capit animus terrenis curis implicatus. Expeditū & expeditū est dei uer-

bū. Liber est, nec alligat, & in hoc traicit quos perdidit. Et merito gladius appellatus est, quia diuidit, quia secat, & perforat & pūgit. Sed tunicati temporalibus iubentur exui, emeritque uerbum, ut expeditiores fiant ad superna conscendere, ad quæ nullus sic tunicatus ascendit: nec uiuētes in carne possunt diuinis intrudere, nec terrenis animo implicari. Amplius autem indicēbatur apostolis, ut omnino terrena non saperent, nec haberēt, per quos præconium & per fidem in cordibus hominum debēbant celestia de nouo clarēscere. Dubiè atque incredibiliter prædicassent aliam uitam, istius copias deferētes. Pulchrè saluator uenditoris nomine, non donatoris, tunicam iussit distrahi, ut retorqueretur precium in uendentem, ne gratia donas, precio iusto simul fraudaretur & tunicam: neque fieri poruisset emptio mellioris, scilicet gladii spiritualis, qui temporalium rerum tunicam omnino præcellit.

Sed quis uendens, quis emens, quod & quale precium, quid inde reemittitur, oportet intendere. Quate huiuscemodi sit comercium, libet etiam intueri.

Vedens est, omnis paruipendēs temporalia pro æternis.

Emptor est Christus, qui in omnibus indigentibus uelut egenus emit.

Precium ipsa spes, quæ cordibus fidelium infunditur: nam nihil aliud quam spes futurorum, præsentem temporalia distrahendo percipitur, aut ipsa libera prima naturæ, qua caruit qui studuit perfunctoria aggregare, ac plenam in cunctis consecit. Quo precio non desolito, sed illico emitur gladius spiritus, uerbum scilicet dei, quo apostoli germanæ gladiatores effecti, audientium corda gladiaturi erant, aliquorum leuiter & innocuè, scilicet cõuertendorum ad fidem: aliorum sæuè, detrudendorum in poenam. In hoc gladio relinquitur peccatori uiuere posse post lapsum.

Etenim Esau post surreptam benedictionem pro fratre à patre, ut uiueret gladio, in residuum benedictionis accepit. Refugium omnium est ad uerbum, & in ipso reuiuiscit mortuus in peccatis, quoniam ex uerbo fides, sicut Apostolus ad Romanos dictum Isaiæ commemorat, dicens: Domine, quis credidit auditui nostrorum?

Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum dei, Porro ex fide infidelis & omnis maleficus homo reuiuiscit, qui aliter quam per uerbum dei gladium, nec silenter aut declamatoriè hominibus innotescit, quanquam ipse deus aliter atque dispariter ipsam possit infundere. Omnes uirtutes per uerbum creduntur, licet potèntiæ à domino infundantur, in quibus animarum uita consistit. Igitur merito dictum est Esau, Uiuēs gladio. Etiam si intelligatur quod uir bellicosus exstitisset, inspecto more uiuēdi:

Gen. 27.

Rom. 10.

Isai. 53.

Gen. 27.

Mat. 4.

fed tropico fenfu uerbu dei est, in quo potest uiuere qui terrenā hereditatē amifit. Animaq; uita, uerbum dei est: quoniam non in solo pane uiuit homo, fed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Non enim fpūali uita uiuitur ad meritum, nifi per uerbum dei: quod gladij fimilitudinem habet, ut animā diuidat à terrenis, ut etiam confodiat inimicos ueritatis atq; uirtutis, qui ad uerfus bene agētes impofturas depōnūt; & gladiet dæmones, q̄ inuisibiliter moleftare non ceffant. Hinc Iohannes se uidiffe teftat, quod ex ore Christi gladius ex utraq; parte acutus exibat, qui præfat fidelibus, rei perfunctoriæ diftractione peracta.

Apo. 1.

¶ De fimilitudine Christi ad uiam, fecundum Iohannem folum. Cap. XLIIII.

Terminum & finē deus omnibus rebus pofuit, fed uarium & non unum, prout in uilum deueniunt: quanquam omnia quæ ipse condidit, à fine quoufq; perueniant ad ultimū finem, omnia ordinentur, prout omnia uifa & non uifa, fenfa & non fenfa, quodāmodo funt ordinata in uilum rationis & corporis. Ipse autem homo utens ad finem & terminum, ut perueniens ad Christum, beatus fit etiam in illa q̄ ordinata uidētur ad interpofitum finem, conftituta funt ad deum, qui est terminus & finis omnibus rebus ab æterno difpofitus, maxime autem rationabilibus creaturis: quibus, ne oberarent, ut rectius perueniret ad finē beatificū & terminū conftitutum, defcēdens de cælis, degēs in terris, fe in obliuabilem uiam fecit, dicens:

Ioh. 11. 14.

Ego sum uia.

¶ Quæ autem duo fequuntur, fcilicet ueritas & uita, p̄ proprietatē melius q̄ p̄ fimilitudinē differunt. Nam propriū est eius, ueritas in fallibilis & uita indefectibilis: uia uerō nō proprium eius, fed per fimilitudinem eius accommōdato uocabulo in directione morum atq; beatitudinum, ex his quæ imperagrabilē à corpore uia funt. Proinde quia uia est morum, ostendens exemplo, docens uerbo quid agendum, ante nos pandens iter quo perueniendū: ambulatē fequelam exigit, ne frustra in terris fe uiam ad cælestia fecerit. Nullus deinceps potēst fuſſugit excuſationis inquirere de obliuitate uiarum, ſi Chriſtus eſt uia. Si æternum patrem cognoscere uolumus, ſi ad illū peruenire fatagimus, Chriſtus eſt uia. Nunquam em̄ peruenitur ad notitiā patris, niſi prius filius notus fiat. Nam nec pater eſſet ſine filio, nec extaret filius ſine patre. Mutua relatione unus ad alterum factus eſt uia.

Mat. 11.

Igitur æternum patrem inquirens, Chriſtū quærat filium æternum. Via protinus directiſſima eſt ad patrem. Quis enim nouit patrem niſi filius, aut cui uoluerit filius reuelare? Quis

rectius ad patrem ducit, q̄ ille qui ab ipſo æternē proceſſit? Sed plus eſſet pœnalis quam deſtabilis cognitionis, ad patrem ex fide per uiam quæ filius eſt peruenire, niſi per eandē æternē ad eundem pro beatitudine ueniremus. Sed qui uia eſt per fidem ad patrem, idem eſt & iter ad eus beatitudinē. Etenim propter nos deſcendit de cælis homo factus, ut ad cæleſtia reuocaretur per rectam uiam homo factus eroneus. Et mores tenuit & docuit ipſe cæleſtes, in quibus eſt uia, qua hominibus oſtendatur uiſio ipſa diuina. Igitur ambulemus nec deſiciamus in uia, nutrimentum ſpiritualis alimonie aſſumentes: neq; pede retrogrado gradiamur, in ampliora nos continuē protendentes. Ois alia uia in interitum tendit, hæc ſola dirigit ad ſalutem. Ac per hoc omnis alia uia declinanda eſt, ſola iſta tenenda, non derelinquenda. Nam in omnium cautelam cōtra filios Iſrael, qui à uia declinauerant, dictum eſt: Dereliquiſti dominum deū tuum eo tempore, quo dicebat te per uiam. Et nunc quid uis tibi in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Et quid tibi in uia Aſſyriorū, ut bibas aquā fluminis? Si omnipotēs nos per uiam filij ſui ducere diſpoſuit, in uia tenebrarum & ignorantie ne pergamus, ne cogamur bibere aquam turbidam, illā ſ. fluxibilitatē guſtare, quæ eandem corpus turbabit & animam. Nec aliquid poſſidet mūdus Aegyptiacus, quod claritate reſplendat. Conſpicuum omnibus eſt, turbidas eſſe aquas Nilū, qui Gihon in Genefi appellat, & interpre-

Pro. 4.

1. Cor. 1.

Sapient. 5.

Eccl. 5.

Int. 6.

Mat. 11.

Mat. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

Eccl. 11.

num gradiens, puluerulentam aquam hauſerit ad bibendum, ut ſatiari ſe credat puluere terrenorum, inquietabitur à paruulis mūdiciſis, à cogitatioibus ſcilicet importunis, ut etiam dormiens, non quieſcat à ſomniorū occuſatione uexatus. Via ueræ ſapientie nobis factus eſt Chriſtus, quoniam in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientie abſcōditi. De hac Salomon ante prædixerat: Viam ſapientie monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas ægratis: quas cū ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui, & turrens, non habebis offendiculum. Et Apoſtolus ad Corinthios dicit: Ipſe factus eſt nobis ſapientia à deo. Proinde ſi uia ſapientie factus eſt Chriſtus, ſcire omnia ſi qua ſunt, & ipſi ignorare, inſipientia eſt. Ipſumq; ſane ſcire, cæteraq; neſcire, ſumma ſapientia eſt. Via ueritatis, à qua aberrans, lugebit æternē: quod in libro Sapientie aperte diſſeritur, quanta mala proueniunt his, qui à uia huiuſcemodi errauerunt. Inquit enim propheticū ſpiritu: Errauimus à uia ueritatis, & iuſtitie lumen non illuxit nobis, & cætera quæ ibi ponuntur, quæ hic diſſerere prodiret in longum.

Pro omnibus ergo per ſapientiam dicitur: Eſto firmus in uia domini. Si quis fidem, ſi q̄s Chriſtum uiam directionis, uiam ſapientie, uiam ueritatis accepit, firmus in illa permaneat. Etenim non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit, ſaluus erit. Ad hanc diſcendam, ſimiliter & perambulanda, ex parte domini dei populū præmonet Ieremias: Hæc dicit dominus deus: State ſup uias ueſtras, & uidete & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus ueſtris. Vias ueſtras, dicebat populū proprias & uoluntarias directiones, in quibus unusquisq; declinando errauit, ſicut etiam dicit Iſaias: Omnes nos quaſi oues errauimus, unusquisq; in uiam ſuam declinauit. Super quas ſtare admonet ad conſiderandum, non ad manendum, ut de ſemitis iuſtorum antiquorum interrogetur, ut bona uia diſcatur. ſed nulla melior niſi Chriſtus, qui in ſuperioribus uita, in inferioribus uia uitæ. In qua om̄ino expedit ambulare, ſi refrigerium animabus noſtris inquirimus. Nuſquam præterquam in Chriſto refrigerium eſt. Ipſe de ſeipſo ſaluatoriam dixerat, cum leue iugum ſuum nobis uellet imponere. Et inuenietis requiem animabus ueſtris.

¶ De ſimilitudine Chriſti ad uitæ, dei patris ad agricolā, diſcipulorum & fidelium ad palmites, ſecundū Iohannem tatiū.

Cap. XLV.

Chriſtus ex antiqua carne corrupta, in uirgine ſanctificata, operatione ſpiritus ſancti propagatus, omnes quærens ab ipſo alia ſerie quam nature ordine propagari: propaga-

bilis arboris fructum lactificum educentis, ſimilitudinem in ſe ſuſcepit: & palmitum ex ſe pendentiū, tranſtulit in apoſtolos ſuos: & patrem ſuum æternum, imagine quadam appellauit agricolam, ut in noua uinea, eccleſia uidelicet, quam plātauerat, eſſet uitis quæ palmitē faceret, eſſent palmitēs ex quibus fructus bonus exiret, eſſet agricola qui excoleret atq; purgaret, & infructuosos palmites tollerere atq; damnaret, dicens:

Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Om̄em palmitem in me non ferentem fructum, tolleret eum. Et om̄em qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

¶ Prætermiſit alias arbores, uitis dumtaxat imaginem ſumens, pro eo quod ex illa lactificans & calefaciens fructus exiit, ex quo iam ſanguinem ſuum fecerat, & propinauerat ipſe diſcipulis. Et nullius arboris fructus aptior potui, quam qui procedit ex uite: & nullius potus ſublimior, quam ſanguis qui proceſſit ex latere, quem ſumimus in fructu procedente de uite. Necnon in fructu uitis habemus ſignificationem unitatis eccleſie. Nam ſicut ex multis racemis atq; acinis efficitur unum uinum, ſic ex multis hominibus unum corpus fidelium. Quamobrem Chriſtus uidetur aptius illam ſimilitudinē aſſumpſiſſe. Ac etiam magno præſagio prophetarum erat, cum patriarcha Iacob ſuos filios benediceret, qui multa digna myſteria expreſſit in uite, cum Iudam inter cæteros benedixit: Lauabit in uino ſtolam ſuam, ligans ad uineam pullum ſuum, & ad uitem filij mi aſinam ſuam, & in ſanguine uuae pallium ſuum. Pulchriores oculi eius uino.

Animaduertendum, quot & qualiter quæ ſunt ex uite, commemorat. Iudas Chriſtum ſignare uidetur in figura, qui eſt etiam uitis ex ſimilitudine. Et uinum ex uite, uinea non ſine uire. Vitis uerō, in terra: quæ multiplicata, dicitur & uinea, ſanguis uuae de uite, & itaque uinum de uite.

Stola Chriſti, eſt humanitas aſſumpta, quæ lauit in uino expreſſo de ſeipſo uite, cum ipſa caro, proprio rigata eſt ſanguine, pendens in cruce.

Stola Chriſti ipſa eſt eccleſia, quam ſibi uelut indumentum adiunxit, quam & ſuo ſanguine uelut in quodam uino lætitiæ atq; iuſtitie ab omnibus peccatis abſterſit. Quod & Iohannes iam uelut factum in ſua reuelatione commemorat, præferens dilectionem, annuncians lotionem: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Magni eſt preſtibluſitium noſtrum, quoniam diuinus eſt ſanguis. Et iſta ſtola etiam uinea eſt uocata, in qua ipſe prior eſt uitis, à qua omnes palmites proceſſerunt, ut eſſent in ſeipſis omnes fideles,

Apo. 1.

velut in quadam uinea singulae uites. Et in eo q̄ processerit ex prima Christo uite, uocarentur & palmites. Sicq̄ ipsa ecclesia quasi uinea facta est, ad quam ligauit pullum, scilicet gentilem populum, super quem nemo hominum sedet, ut ipse in huiuscemodi equitatu à monte oliueti iherosalem ueniens designauit. Neminem sedisse dixerim, quia nullius patriarchae aut prophetae fuerat gentilis populus ductus exemplo, neq̄ instructus & directus alloquio. Hinc ligauit ad uineam, hinc ad suam introduxit ecclesiam, cum praedicantibus apostolis Christi, credidit, doctrinam eius atq̄ mandata suscepit. Et ad uitem ligauit asinam suam, scilicet synagogam, in illis paucis hominibus, qui de iudeis Christo domino crediderunt.

Sed quoniam pullo asina in ligatione postera uit, futurus uelut iam factus sanctus patriarcha p̄dixit: quoniam in fine seculor̄ asina synagoga fe deceptam agnoscens, ligabit fide atq̄ amore ad uitem Christi, quem ignorans aut inuidia, uelut latronem occidit in cruce. Misq̄ quippe q̄ ligatus ab asina synagoga, ipsam ad semetipsum ligat. Illa eū ligauit odio, iste amore cōuincular. Et dissolutum populum, cultui deditur idolor̄, etiam ad se uinculis aureis nequit; quoniam omnes ad se trahit in funiculis charitatis. Palliū q̄d fuit tinxit in sanguine, ut expressior repetitio sit, q̄ stolam lauit in uino. Sed si ampliora penetrat huiuscemodi sensus, quod palliū quo nos operire decernit, in sanguine uuae lauit; pallium suum est charitas sua, qua operit nostra facinora. In sanguine uuae lauit, in illo scilicet fuso monstrauit, quantum humanam dilexit creaturam. Sed breue est istud pallium, dicente Isaiā, ut alterum operire non possit, q̄a praeterquam populum Christianū, aliorum populor̄ peccata remittendo non regit. Et beati quosq̄ remissae sunt iniquitates. & hoc pallio in sanguine ostenso, recta sunt peccata.

Ecece Christus uitis, Christus uua, Christus sanguis uuae, Christus pallium intinctū; magis uero ostensus in sanguine uuae, Christus uitis fructificans, Christus fructus ex uite, Christus peccata hominum pallians, qui amorem effuso monstrauit in sanguine. Vera uitis Christus, quam magno longē praesagio pincerna Pharaonis cernens ante se crescere, ut illius uisionis declarant intellecta mysteria, per interpretatiōnem sonantē à ioseph, in gradum pristinum se restitutum agnouit. Et duodecim exploratores missi ad explorandam terram promissionis, dū puenissent ad torrentem botri, abscederūt uite cū uua, quā portauerūt in uectē duo uiri.

Vitis cum uua, Christus cum gratia, qui cū ab exploratoribus abciditur, cum creditur ab his, qui explorando meliora uitae agendae atq̄ sacrificandae conquirunt; qui ferunt in uectē, uidelicet in actiua credulitate à duobus uiris, q̄

rū praecedens uitem habet à tergo, subsequens q̄d ante oculos spectat, ut praeter significatiōnem praecedentū Christi, q̄ credebant uenturū, & subsequentū, qui iam credebant per omnia in carne celebratum aduentū, & eius uitae mysteriū consummatum, praecedentem uitem, q̄ quasi Christū habet à tergo, & subsequentem amorem, q̄ ipsum bene agendo subsequitur, merito intelligamus. Praecedit enim timor amorem, ille incipit, hic perficit; ille non uidet quod portat, hic intuetur quem amat. Pater huius uitis, agricola est; ergo uitis in agro est. Pater deus, uitis Christus, ager quem colit, ecclesia est. [Omnes palmites in me non ferentem fructum, tollet eum.]

¶ Omnis instructuosus credens, tolletur ne regnet cum Christo. Non enim decet eū, quo aeternē frui speramus, secum instructuosos habere regnantes. [Et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.]

¶ Sicut hominibus, proprio decemio & del occulto iudicio, deest gratia ut steriles fiant; sic ut perpendicular super eos diuina iustitia, ut tollantur de terra uiuentium, ne regnum aeternum cū Christo percipiant; sic quibusdam occulto iudicio diuinā misericordiae adest gratia, ut credendo fructificent, & ut purgentur, & ut fructus ampliores ingerunt. Proinde qui fert fructum, per amplius purgat ad huiusmodi fructum. Sed quomodo palmes fructū ferret, nisi purgatus? Si purgatus, ad quid ergo purgandus? Siquidem non ad aliud, nisi ut pleniores fructus afferat. Magnus agricola deus pater, sed nō alterius agri, nisi eius quem condidit. Non magnus agri cultus, sed agricola magnus. Non magnus cultus ex palmitibus, sed magnus ex uite qui dicitur Christus. Non desinit pater filii aeternū sibi q̄ coequalē excolere, quem minoratū ut uitem plantauit in carne, sed nec ipsum excolit in seipso & pro ipso, cui nihil perfectionis potest abesse, sed excolit palmites credentes in uite, ne frustra Christus uideatur missus, ne uideatur uelle regnare solus; sed excolit credentes, ut sibi coaptet & corpus, & ut sit corpori abūditior fructus. Sed remississima similitudo decurrit, quia nec totū q̄d est Christi, uitis ostendit; nec totum quod in excolendo fideles, est dei patris, insinuat. Verū tamen in eo quod instructuosos tollit, fructuososq̄ purgat, ut fructum plus afferant, Iohannis in Apocalypsi concordat sententia: Qui in sondibus ē, sordescat adhuc, & qui iustus ē, iustus sit adhuc. Occulta ista sunt apud hoies, demerita uel merita propria, dei q̄d irrephēnsibilis iustitia. Sola tñ iniquitas ē in culpa, & bona uolūtas in gr̄a. Q̄d q̄d saluator ait,

Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis, ad id referat quod

iam ita purgati erant, ipsius adhærendo per ueram fidem & dilectionem sermonibus, quod fructū ferre potuerunt; sed erant ab agricola pariter iterum mūdandi, ut fructū penitus plus afferent; quae mūdatio, declaratio mysterio p̄ spiritum sanctū mittendum à patre, futura paratur. Neq̄ putandum, q̄ mundet sermo aut dicitur, sed creditus; sed nec dumtaxat creditus, nisi secundum positam fidei mensuram sequat̄ effectus. Potesatius tamen est sermo Christi ad omnem munditiam animae conferendam; sed incredulos ipsum aspernantes, quauis audiant, & credulos negligentem non mundat. Praestat mūditiā Christi sermo, cum capitur, cū sibi audiens hæret. Etenim quia ab immundo mundo recidit, mūdatur cum animas traicit in uirtutes, in quibus nullae sunt sordes, in quibus uiget plena mūditiā; mūdatur, cū elementa sanctificat, in quibus credens immergit, mūdus efficitur à contagio primae seductiōis; mūdatur, cum manere docet in eo, quem nullum maculare potuit peccatum, qui est uera munditia. Proinde saluator adiecit:

Manete in me, & ego in uobis.

¶ Non enim nili uirtutibus uiuificis mansio sit in Christo, nec ipse per alia manet in nobis. Nam sicut palmes manet in uite, & uitis in palmitē, sic fideles in Christo, Christi q̄ nobis; sed dispersa uirtutes, dispersi actus: quoniam palmes manēs in uite, nihil in illā refundit; uitis q̄d manēs in palmitē, ipm sua uirtute pfundit: nec palmes manet sine uite, manet autē uitis, etiā reciso palmitē. Non manent fideles praeterq̄ in Christo: manent autem Christum, si nullus fidelis adesse. Recisus palmes arefcit, etiam in uite uigore manentē recisi à Christo, aeternis sunt arboribus deputati, semper Christo, ut est, in seipso manente. Quam obrem dicit:

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis.

¶ Huius rei experientia firmata notitia, plus est q̄ uerbor̄ disertio, quod palmes sine uite fructum ferre non potest. Sic assumpta similitudine luce clarius patet, neminem à semetipso iustitiae fructum posse producere, nisi manserit in Christo. Hinc saluator apertius addit:

Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.

¶ Vitem se dicit Christus: & palmites, apostolos ac etiam omnes, qui praedicatione ipsorum Christo inserendi erant. Igitur qui manet in illo, & ipse in eo, hic fert fructum multum. Protinus fructum gentium creditururum apostoli ferre non potuissent, nisi in Christo mansissent. Quem fructum suorum sequetium attulerunt philosophi mundi; sapientes; quem

fructum mundi principes qui non manserunt in Christo? Deceperunt sequaces, mortibus corporalibus & aeternis suos complices exposuerunt. Et ubi maior copia liuiscemodi subsequorum, eo huberior est secuta damnatio. Apostoli autem ceterisq̄ consimiles, cum magnas copias fidelium facerent, in fructum superuicaciter contulerunt, etiam si in hac uitā corpore etiam se uerterent. Verum est in omnibus uerbum hoc, quia fructum multum affert extra seipm & in seipso, qui manet in Christo, quia sine ipso nihil potest quisquam boni facere. Magna est igitur à uera uite; quae Christus est, auersio peruersorum, cum si ne ipso esse bene non possimus, sine ipso aliquid boni agere nō ualeamus. Quis unquam bonū potest facere absq̄ bonitate? Sine sapientia quis effectus est sapiens? Quis iustus sine iustitia? quis uerax absq̄ ueritate? quis aggressus est ardua sine uirtute? quis castus sine castitate? quis foris sine fortitudine? quis sobrius sine temperantia? quis uidit sine luce? quis audiuit sine auditu? quis olfecit absque olfactu? quis gustauit gustu carens? quis sensit sensum non habens? & prout est similia reperire. Igitur cum omnē bonum Christus sit, quis unquam absque ipso aliquid boni fecit? In ipso uiuimus, mouemur & sumus. Omnia bona nobis Christus factus est à deo, sine quo nihil possumus, cum quo omnia possumus. Nam & Apostolus dicebat: Omnia possum in eo qui me confortat. Atque men ne credat, si non meretur, impune posse consistere, qui in Christo nō manserit, tremenda sententia subrogata est:

Si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet; & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

¶ Mittendus est foras, & segregandus ab omni congregatione iustorum, qui cum communitate bonorum in Christo nō stetit. Et mittetur sicut palmes à uite praecisus, cui nullus humor uiuificans ab ipsa transfunditur. Nec cessarium est ut arefcant palmes abcidus, quia humorem non imbibit à uite. Ariditate maleficabitur, cui Christus suā gratiam non infundit, quam à se recisus penitus non immittit. Sed nec à se recidit in Christo. Hinc saluator apertius addit:

LIBRI SEPTIMI DE SIMILITVDINIBVS. FINIS.

De vitis in generali, quæ solimodo in euangelio reprehenduntur. Caput .I.



Prima euangelij præconissa in carne degens, mater conditoris euangelij, uirgo Maria, quæ anteq̃ euangelium conderet, ipsa seruauit: antequam prædicaretur, in uirtutibus tenuit: antequam notum esset, secundum euangelium uixit: nondum per uerba perceperat, & eius moribus se munuit: nondum erant euangelicæ prædicatæ uirtutes, & ipsas socias habuit: nondum conditorem eius conceperat, & euangelica erat: nam euangelij editor, sibi, antequam filius, factus est doctor, in renouatione uitæ factæ per filium, dum ipsum ferebat in suo uentre diuinè conceptum, contra euangelij aduersarios primò clamat, insinuans peccatores omnes mente superbos, malè sibi placentes, inscedentes in altitudinem magni cordis, diuinis uoluntatibus in euangelio patefactis, animi & morum contumacia reluctantes, à potètia sui filij disperdendos.

De incredulitate. Cap. II.

In principio euangelij multatur Zacharias, de Iohâne filio sibi nascituro incredulus, & usq̃ ad promissi euidètiã mutus efficit: quia in dubium suscipere non debebat, quod in tã certitudine ab angelo dicebatur. Nam uelut graue peccatum punitur infidelitas, ubi diuina claritas indubitãter elucet. Sed huiusmodi punitio quæstionem non modicam nostris animis ingerit, cum tam subito talibus apparitionibus credere nefas sit, propter illusiones & immisiones circa sensum, quas malus angelus sæpe fecit. Sed aliud est, cum de illo qui loquitur, aut de uerbo quod loquitur, dubitat: & aliud est, quod non credit diffusus, aut exp̃actis signis uelit esse confusus. Nam Zacharias non dubitauit de loquente angelo, sed de suo promisso: nec quæsiuit, si angelus aut quis, aut qualis, aut à quo missus esset, sed quomodo promissum fieri posset. Credere igitur debe-

bat promissum, qui angelũ iã credebat à deo missum. Et ipse signum quærebat diffusus, qui de angelo iam erat quodammodo certus. Sed uerè credendum non omnibus esset, si de loquẽtibz & noua talia nunciãtibz dubium esset, Sed quoniam non est nostræ intencionis in euangelio aut in epistolis uolumina cudere, sed solum enodare cauenda, & clarescere facienda: ideo quæstiones, repugnantes & ad propositum non conferentia dimittamus, inuentũ primum humiliter prosequentes.

De superbia. Cap. III.

Prima euangelij præconissa in carne degens, mater conditoris euangelij, uirgo Maria, quæ anteq̃ euangelium conderet, ipsa seruauit: antequam prædicaretur, in uirtutibus tenuit: antequam notum esset, secundum euangelium uixit: nondum per uerba perceperat, & eius moribus se munuit: nondum erant euangelicæ prædicatæ uirtutes, & ipsas socias habuit: nondum conditorem eius conceperat, & euangelica erat: nam euangelij editor, sibi, antequam filius, factus est doctor, in renouatione uitæ factæ per filium, dum ipsum ferebat in suo uentre diuinè conceptum, contra euangelij aduersarios primò clamat, insinuans peccatores omnes mente superbos, malè sibi placentes, inscedentes in altitudinem magni cordis, diuinis uoluntatibus in euangelio patefactis, animi & morum contumacia reluctantes, à potètia sui filij disperdendos.

Fecit, inquit, omnipotens deus potentiam in brachio suo, filio certè suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Et potentes seculi huius in suis uiribus confidentes, non in fortitudine illius qui pro nobis factus est infirmus, deponendos prædixit: quia breuis est omnis mundi potentia, & uelut tela omnium succiditur uita, & uelut stipula tollentur à uento, qui carnem brachium suum & potentiam posuerunt. Et sequitur uacuitas gratiæ atque gloriæ non replenda, quotquot temporales diuitias quæserunt, & in suo dulci cantico duabus sententijs cõdemnauit.

Deposuit potentes de sedebz & diuites dimisit inanes.

Tria solum aduersum malos inseruit, quæ tunc & nunc perfidos tangunt Iudæos atq̃ paganos, in uita euangelica corruptos, & à professione retrogrados Christianos.

De odio. Cap. IIII.

Altamente atq̃ consideratione tractandũ est, q̃ in primordijs Chri nascẽtis ex aduerso detestabiles patenter exorti sunt, imò eorũ mala nefanda crudeliã patuerunt, ut uita Chri Iesu ex cõtrarijs cõclarescat, & sua claritas mōstraret in tenebris p̃ctores. Igit̃ nato domino, stella nouæ claritatis apparuit: ex cuius

sama turbatus Herodes, parè seu superiorè in regno, aut sui regni ereptorem suspicatus expauit. Qui statim in lumine stellæ, quod audierat, exarsit in odium: & falsum spondens obsequium, mortem minabatur in Chri. Quem non singularit̃ reperire, in communi reperire se credens, à rabie diabolica excitatus, iniuste interfecit paruulos Israelis. Quid in isto aliud signatur Herode, nisi mundi tyranni, q̃ lumen stellæ, ueritatis uidelicet ubiq̃ fulgẽtis, in animo odium, dephendi nolunt: Cũ uiderint ueritatem manifestam fieri, reprimunt: aliud lumen numinis aut hois, q̃ propriam tyrannidẽ, non sufferrunt. Aequalem non patitur, superiorem nisi dijs comprimunt. Quilibet studiosum arte, moribus elegantem, à natura dotatũ, eorũ q̃ possidet, suspicantẽ raptorem: & aliorũ bonitatẽ, suũ æstimantẽ detrimentũ: & per superbiam aduersus omnem cælestem gratiam, lumen atq̃ doctrinam insurgit, odium & confundit. Quid p̃ hũc Herodem, nisi mundi sapientes, qui præter naturæ cursum aliud euenire non credunt, cum natiuitatem noui regis, nouitati tribuerint sideris: & reprobant, si fuerit iam euentũ, qui q̃nq̃ credere spondent, ut explorat: & ut interimat, sic explorant: & falsum pollicent obsequium, ut decipiant: & omnem puritatem & uitæ mundiciã de cælo uenientem occidere quærunt, uirtutem odium dirigentem in cælum. Qui cũ Herode terrenum tyrannicè diligunt regnum, nec parcunt innocentibus, eorum uitam pro nihilo æstimantes: illis solum parcunt, q̃s sciri postè tenere subiectos, à quibus nequeunt inferre iacturã. Consilia omnium ad propriũ quærunt arbitrium, ut uoluntas omnium sit in malum.

De uana gloria. Cap. V.

Vterius autẽ nãe mentis intuitum dirigẽtes, uideamus quid in isto Herode ueritas oia lustrans intendit, q̃ aduersus Chri nõdum fantẽ, imò in cunabulis uagientem, in tãra seueritate cõsurgit, ut p̃p̃ ip̃m ceteros quos æstimat̃ similes, deducat in necem. Et nimis q̃ aduersus mundi dñm in carne iam natũ, inicitore nouæ uitæ, fundatore ecclesiæ, fabricatorem scalæ ascensionis in cælũ, fugatorem demonũ, sanitarum oim largitorẽ, p̃secutorem infirmitatũ uisibilem & inuisibilem parit & destructorẽ, resuscitatorẽ mortuorũ imperio ybi sui, opatorẽ diuinorũ in carne & humanorũ in deitate, fontalem uirtutem & radium oibus præualentem, solum sua uoluntate cum uoluit, corporaliter succumbentem cõsurgit. Quod si moraliter & mysticè intelligere cupimus, interpretato eius nomine, cognoscemus.

Herodes interpretatur gloriã in pellibus, seu pelliceus gl̃osus. Vide igit̃ q̃s est hic qui cõtra Chri in exordio suæ natiuitatis insurgit, & qui signatur in ipso, cognosce. Apparẽte desuper uita, q̃ ignorabatur in terris, & cælorũ gloria

emissa de superis, mudi gloria conturbatur. Et dimisso cõgressũ, quẽ Chri & ecclesiã cũ reprobis in Herode signatis mysticè semper habet, qui p̃ctores in ipso signatur, intẽdit in mus: pro eo q̃ cõtra uitia declamamus, quã obrẽ hoies mali fiant, ut caueat, enodamus. Proinde in ipso Herode pelliceo glorioso, ipsi p̃ctores intelliuntur, qui de pelle atq̃ in pelle p̃p̃ij corporis gloriatur, enutrientes deliciose ultrã q̃ deceat, & fouentes pampius q̃ natura exquirat. Et ob ampliorẽ gloriã, per damnatã artẽ supergrediuntur naturã, ut capillos cõtorqueant, & artificiose ad flauitatẽ deducant. Et iã nouacula arte tonsoriã plus debito sæpe ascendere faciunt super barbã, ut sæpius uiuũ, nisi corporis habitus distinxisset, mulieris effigie p̃monstrarent. Mulieres yd ex uarijs fucamentis in pelle corporis supergrediuntur naturã: & quantũ in eis est, in facie cõfundunt grã Chriãnam. Non em, nisi à diabolo & cõsentancia eius fuit inuentũ, q̃ in Chriãno corpore atq̃ in uultu p̃terq̃ naturalis, color alius adderet. Et foerates cũ Herode persequẽte Chriã habet, qui magis gloriatur in hũana pelle fucata coloribus, delibuta unguẽtis, supercilij depilatis, cute p̃tẽta, cõtoris criminibus, adhibitis uarijs in capite ornamentis, q̃ in Chriãna grã, q̃ per fidei uirtutẽ atq̃ baptisimũ uirtualiter est in eis. Sed participum habebunt cũ dæmonibus, qui cum Herode gloriatur in pellibus, in q̃s glia Chriã persequitur in moribus. Ad Herodẽ autẽ oes pertinet, q̃ m̃imonia lia iura tenentes, magis glorian tur q̃ uxores aut uiri habet pulchras facierum pelles, q̃ pulchras m̃etes: & magis exultant q̃ pulchræ & pulchri sunt, q̃ q̃ coniuges simul sunt: & iuctũdus gaudet de bono pulchritudinis, quã de bono humanitatis atq̃ uirtutis. Et quotquot de alijs necessitudine qualicunq̃ coniuictis extolluntur de pulchritudine pellium, Herodem sequuntur pellicẽ gl̃osum, despiciuntq̃ Christum diuinitus gloriosum.

Sed q̃a pellibus p̃pter tuitiõnẽ à frigore cõtãdamur, Herodiani sunt, qui gloriã in eis, nõ necessitatẽ, sectant. Scribimus sæpe pelles scripturali artificio aptitatas, ex quibus uariẽ nascit̃ mala glia: & plerũq̃ talis exorit, ut ad infernũ demergat hmõ gl̃osus. Gl̃atur qui natura lã sciam apprehendit in chartis, ut per hmõ gl̃iam sæpe quis cõtẽnat & grã, & per gl̃iam syllogizãdi, sciam sanctã dei: & in cælo habitare se credat, & cõphendere siderẽ oẽm cursum, qui astroz signa & uias, zodiacũ & æquinoctiã circũ, & epicyclũ aspexit in chartis, ut dẽ planetaz naturã & cursum scire ac æquare se credant, iudicia proferunt, unde uelut futuroz enũciatores, secretorũ dei cognitores inaniter gloriatur. Sed uã hoibus semel, & uã iterum, qui ad gloriã in pellibus, scientiam aliquã didicerunt. Nam Herodis facti amici & similes,

fed Christi facti sunt inimici atq; rebelles. Implemus plerunq; pelles malè quaesita pecunia, & punctiona cū Herode captamus gloria, qñ ad zonā bursa plena pēder. Et verè cū Herode Chrm pauperē & egenū persequunt, q de plenis pellibus gloriant. Cingimus detractas linealiter pelles, & ex eis capita ornant equos: & quanto auro atq; argento, lunulato & semilunulato, conorto atq; retorto, uermiculato atq; distento, ductili atq; fuso, & saepe irradiato coloribus, figuris & imaginibus insignito, in clericis & laicis, praelatis & subditis, dominis & seruis, q̄ meus sermo, ipsa nequam experientia magis clamat. Et pauper inopia in ualle miseriae plorat, qui in pellibus his ornatiuis, manifesta consumuntur inedia, quibus ex his tolerabilis esset uita. Herodiani sunt, taliter pellicei gloriosi: & Christi sunt contemptores, quoscuq; figurat Herodes. Similiter calceamus ad inanem gloriam pelles, appositis saepe coloribus, & foraminibus multis factis, ut non solum in facie, sed in pedibus uelut calceatus pellibus conspici, & ad inspectionē suorū pedū ipsemet cogat insecti, unde se sentit inaniter gloriarī. Herodianus est, & suo mō atq; more psequit Chrm, qui ad uanam gloriam, nō ad necessitatē, calcamentum histrionicū portat.

¶ De choreis. Cap. VI.

Coaptant saepe pelles ad tympana & cymbala facienda, ut ex tactu uario, multiplex & uariis fiat sonus, ad cuius sonitum chorea ducitur hominum & mulierū, iuuenum & puellarū, ut fiant anfractuosi processus. Et merito, qm̄ ab ipsis Christus derelictus est reclus, sine quo incessus omnis est tortus. Et singulariter saltant plerique, torquentes actibus membra. Et cantilenae uariae declamantur ad sonū multa cōformitate sonabilis, insensibilis, & uolubilitate nimia uiuæ uocis. Ex quibus tanta & talis nascitur gloria, ut à pluribus & plerunq; diuina cōtemnantur mysteria, & innumera fiant peccata. Dimittitur saepe Missæ, p̄dicatiōnes, & diuinæ uoces in ecclesia resonantes, qñ pulsant taliter tensæ pelles: & obseruantia dierum festorū, à tractatū pellū gloria deturpatur. Plerunq; castris paratis ad bellum inducitur sonitus pellium: & ad huius soni gloriam, fit interfectio bellatorum. Non competit Herodiana gloria Christianis, qbus est repromissa caelestis. Nō expedit gloria corruptibilis & pellicea, quibus incorruptibilis est repromissa diuina. Non decet pellium gloria q̄rere in terris, quibus praesto est gloria in excelsis.

Vide magnum & malum morale mysterium, quod exortum de gloria pellium, quam ipse Herodes insinuat. Pelliceus gloriosus odit stellam, lumē ueritatis abhorret, persequitur Christum doctorem ueritatis, occidit infantes ut destructor puritatis.

¶ De fornicatione. Caput VII.

Lius pelliceus gloriosus, fratris accepit uxore, ut pellis pelle placita carnalit potitur: & reprehensorem iniquitatis tradidit salatricis, nec pellis auferatur à pelle.

¶ De incestu. Cap. VIII.

Considera peramplius Herodiadem pelliceam gloriosam, quæ filiam pramonuit, ut caput sui argutoris expeteret à rege suæ salutationis in premium, quia incestum & luxuriam gloriosarum pellium arguebat.

¶ De derisione. Cap. IX.

Vide alium pelliceam gloriosum, deridentem in alba ueste Christum, amicum factum ferentis mortis sententiam super ipsum.

¶ De inani gloria. Cap. X.

Inspicere ulterius non omitas, quoniam alius pelliceus gloriosus occidit Iacobum, potuit & in carcere Petrum. Ergo contemplare attentius, quid suprafata gloria fecit, & nunc moraliter facit, & persequitur Christum & seruos eius, destruit uirtutem Christiferam & apud pedias eius. Nec in his in omnibus bona natura dānamus atq; confundimus, nec artis peritiam improbamus, sed gloriam absq; Christo, & peccatū quod non est ex Christo, sed ex tali gloria saepe oritur, reprobamus. Et inaniter & taliter gloriantes, p̄tōres dicimus, Christi & uitæ suæ inimicos, animo & doctrina sentimus, & ab eius humilibus, castis & iustis moribus dissonantes asserimus, quoniam Christus horum omnium gloriam humanam atq; mundanam non quaesuit, oblatam renuit, suis se quacibus & Christianis omnibus, quibus adhuc ex euāgelio loq̄, interdixit & interdicit, & æternā & immarcescibilem gloriā repromisit.

¶ De similitudine aliorum bonorum operum. Cap. XI.

Altera celi tuba, syluestre rationale animal, Christi uirtutibus subiugale, desertata incolens, loca moeroribus apta perquirens, indomesticabile hominibus, sociabile angelis, immotum nisi ad diuinum imperium, Christi, praeco Baptistay Iohānes, uox diuinæ uocis, ad turbas ad eum uenientes, peccata per similitudinem quibus tenebant, rememorat: ut ab eis peccatis, ipsis & posteris fiat cautum, dices:

Genimina uiperarum, quis uobis ostendit fugere à uentura ira?

Bonum est quod fugiunt: mali sunt qui fugiunt: ut boni fiant, fugiunt. Vnde ergo mali sunt qui fugiunt? Quia sunt genimina uiperarum. Viperam enim, species est serpentum, uiperantur uiperæ: ac per hoc à ui parēdi, sunt uiperæ appellatae. In testamēto em̄ ueteri cingulū sacerdotis erat ope uiperino, & in Actibus apostolorum, manū apostoli Pauli uipa inuasi.

Nam in eo quod ui parit, eos signant, qui se ipsos uiolentant ad malum aliquid peragendum, atq; alijs uim peragendi faciunt. Quod aut in ueteri testamēto cingulum fiebat opere uiperino, colorem intendere uoluit ille qui dixit, ut nos sciamus uelut uicia p̄cauentes, quod illis fuerat imperatum ad constringendas corporibus uestes. Est, ut ferur, in illo animali uenerifero color æthereus ad superbiā, rubeus ad inuidiam atq; iram, albus ad omnem priuationē uirtutis, ut charta in q̄ nihil apparet depictum, aut quomodolibet scriptū: manū mordeus Pauli, omnes qui aliorū opera bona impediunt, planè monstrans ad ignem diaboli calefactos, ut apostolica patefecit historia.

¶ De confidentia mala. Cap. XII.

Et pessimæ deceptionis adijciuntur peccato, qui confidunt in meritis præcedentū patrum carnalium & spiritualium, etiam quātumcuq; sanctorū, meritis proprijs non adiuuantis, his solum exceptis, qui usq; ad capacitātē uirtutis & uitij non uenerunt. Proinde eisdem turbis Iudæorū in paternis confidentibus meritis, talem fidenciam amputauit, dicens:

Ne cœperitis dicere, patrem habemus

Abraam, hoc est, ut non fidant in merito eius circumcissionis, factæ sibi tpe eiusdem promissiois: qm̄ nec ipsius, nec ullius puri hois alterius merita sufficiunt ad salutem, nec ad aliquā aliorum peccatorū abolitionē, nec ad futurorū præcautionem, nisi studia propria cōiungant. Quid enim profuit Cham, quid Ismael, quid Esau, quid Dina, q̄ patres carnales habuerūt sanctos: Quid Iudæ, quia sanctum sanctorū & magistrum habuit Christū: quid multis subditis, qui sanctos habuerunt prælatos: quid successoribus omnibus, qui tot & tales sanctos fide conspiciunt præcessisse, & sibi uim uirtutis & morum studium abstulerunt? Sicut enim p̄ diuinam iusticiam peccatum unius, alteri non obligat, sic prædecessorū iustitia posteros à malis non liberat, nec ad beatitudinē saluat. Ideo solum adiuuauit:

Facite ergo fructus dignos poenitentiæ, non in aliorum iustitia confidatis. Est sterilitas à moribus Christiferis uitam, ad ignem iudicium æternum, uelut arbor infructifera, igni tradenda temporali succiditur, dicens:

Omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Ad idem pertinere demonstrans oēm leuitatem, à qua est omnis operis boni fructus excussus, prout à paleis fructus eius, cū adiunxit:

Paleas autē cōburet igne in extinguibili.

¶ De tentatione. Cap. XIII.

Post p̄missam euāgelicā & p̄conē, ad operationē & legislationē ipsius iudicis ueniamus. Sed qm̄ liber iste intēdit potissimè de ui

tādīs atq; agēdis moribus Christianis, omittentes ergo quæ r̄p̄aliter & æternè, realiter & mysticè, differenter & uariè, figurali & p̄pheticè, mala colligi possunt ex testamento ueteri: ad claras malorū elucidationes, nobis, in quos finis seculorum obuenit, in nouo testamento factas solummodo intendamus, ad ipsa dirigentes odiū cordis, actuumq; cautelā, à p̄bis saluatoris mala dissuadentis, sumētes initiū: cū nullum uitij à tpe in nouationis eius factæ p̄ ipsum, cōmitti possit, nisi cū appetit quod appeti deneget, aut cū cōmittitur quod prohibuit: neq; uirtus sui nois & præmij fortis effectū, nisi cum diligit quod ipse dilexit, & signo uerbi & actus diligendū monstrauit. Aut igitur quod imitabiliter fecit, quia multa fecit q̄ nō sunt imitabilia, sub p̄cepto aut fieri sine intermissione mādauit. Nempe ipse saluator iam in ætate triginta annorū, postq̄ secundū altitudinē sapientiæ suæ mundo disposuit palam fieri, aduersus diabolum in deserto relictus, in nullo sibi acutè tentati p̄stitit assensum, cōmonesciens non relaxari ab aliqua professiōe uirtutis, cū ex lapidibus panes nō fecit, ad cibū ieiunia non soluturus: nec aliquid p̄ ostentationē fieri, cū de tēplī pinaculo nō more p̄niseræ auis uolauit ad terras, seruās in se naturæ hois grauitatē. Et immāne p̄tūm asseruit tentare deū, cū recoli nō tentandū. Tentat siquidē, qui ex humana sapientia & potentia & uiribus à deo collatis habet quid faciat: & his ligatis, deū inuocās, aut tacēs, periculis se cōmittit, aut agenda p̄ eū non agit, per alios fieri prætermittens, nec scuto se protegit ad contraria, alteri aut deo se protegendum cōmittens. Breuiter, deum tētat, qui quod sibi sit & taliter expedit facere atq; incumbit, alteri & aliter se cōmittit. Nec acquieuit sacræ scripturæ, quā sibi falsō diabolus fuerat interpretatus, quia nefas est in scriptura sacra sensum habere distortū. Et diuitias promissas cōtēpsit, idololatriam increpauit, alicui creaturæ cultū diuinum prohibens exhiberi, solum deū inuans orādum. Et in his oibus & in nullo diabolo dum tentat, praesto fieri declarauit, sed ex contrarijs grande generari decreuit peccatum.

¶ De curiositate. Cap. XIII.

Et in exprobratione quā fecit Nazareitis, item post egressum de deserto in Galilæam, arguit peccatum curiositatis in expetitiōe miraculorum, quando dixerunt:

Quāta audiuimus facta in Capharnaū, in ciuitate Samaritanorum, fac & hic in patria tua.

Nam expetere miracula, curiositas est: quæ peccatū est, quia his intendit quæ nō profunt, ea querit quæ non expediunt, ea meditatur q̄ moribus Christianis & uitæ non conferunt, q̄ in nouitatu actione animum occupat, & à ueritatis contēplatione suspendit. Et uisibilibus

intenta prodigijs, corporalia facta cōtuita, inuifibulum & spūalium consolatione priuatur: & inuilia magnipendens, ab utilibus fecernit. Et maxime isti tacite arguūt, quia nō petebāt miracula fieri ad credulitatem, sed ad uisionem: non ad intellectū, sed ad oculum: ac p hoc eorum infidelitas reprobāt, quia non p uerba iusta credebāt, sed miracula curiosa querebant. Quæ q̄ries à Christo & ab apostolis facta sunt, q̄uis facientium ostendāt uirtutem & uirtutis operationem, tñ eorū, ante quorum oculos facta sunt, fidei ostendunt infirmitatem, qui alit non credidissent, si miracula nō uidissent. Sed ob hoc faciebāt, ut ad fidem inducerēt, aut inductos in fide solidarent. Sed hi Nazareitæ credituri p miracula non erāt, & Christū in animo uelut ciuem domesticū deridebāt, cuius se dicebāt parentes agnoscerem: nec credebāt ipsum esse diuinum, quē inter eos agnouerāt humano more nutritum. Idcirco saluator p̄dixerat,

Luc. 4.
3. Re. 17.
4. Re. 5.

[Iga in patria sua ppheta nemo acceptus erat.] Et in fide uidē Sareptanæ & Naamā Syritæ, obedientiū nullis pphetis, ostendit quales esse uult qui miracula petunt: quales nō sunt Nazareitæ, ac multi qui quærunt. In his eos inueniat peccatores, qui ad credendū per uerba siue per miracula sunt in aīo pertinaces. In quibus hoibus adhuc maius p̄tīm ostendit, qui audita ueritate, per amplius deprauatur. Accidit sæpe ac euenit multis, ut qui ab aliqua iniquitate detinent, audita ueritate, ad maiora pericula moueātur, prout isti Nazareitæ fecerunt, qui repleti sunt ira & superbia, ubi ad ueritatē & argutionē debuerūt colla submittere, ad iicientes ad malitiæ cumulū, cū ipsum extra ciuitatē eijciunt, & supra montē ad præcipitadum inducūt: eos ex dānatis moribus designātes, q̄ mente deprauati sunt, & ueritatē rectumq̄ sermonē & dulcē reprehensionem eijciunt extra mētes, & Christum & omne q̄d rectum est, de seip̄s præcipitāt per superbiæ montē, imō per mentē tumentē. Igit̄ qui legis, hęc mala deuita.

Contra diuites Caput XV.

Post beatitudinū declarationē, quæ nuncq̄ audita fuerat super terram, increpauit diuites & huius mūdi quomodolibet dilectores. Quos autem saluator increpat, incunctanter oportet credere peccatores. Vnde ait terrēdo & prouocando saluator:

Luc. 6.

Va uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestram, non diuinā. Quorū em̄ consolatio est hūana ex electione atq̄ affectu, priuati diuina: quorū t̄p̄alis, priuatur æterna: q̄rū corporalis, priuatur in aīa: quorū in uia, priuatur in patria: quorū in naturalibus solim est cōsolatio, à bonis gratiæ nō fouent. Et qm̄ primū in generali moris p̄dicatione saluator ad pauperes beatificum uerbum emisit, sic eregi one ad diuites primam increpationē in eadem

prædicatione ostendit. Idcirco quæ in euangēlio contra ipsos inuenire poterimus, hic absq̄ intermedio annectamus.

¶ Nempe frater quidam carne, qui aduersus fratrem interpellauit iudicem & diuisorē oīm saluatore, qui nō uenit iudicare, sed saluare: nec diuidere, sed unire: increpationem accepit à dño, se iudicem & diuisorem in talibus dene gāt: aduersus auaritiā uerō & eius insufficientiā, uerbum necessariæ cautionis emisit. Et ut clarius innorescat, petitionem hominis & resp̄sionem saluatoris pariter audiamus:

Ait ad eum quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Dixitq̄ illis: Videte & cauetē ab omī auaritia, quia non in abundantia cuiusquam, uita eius est ex his quæ possidet.

¶ Quid igitur per hęc sententiā nobis ista scriptura insinuat, nisi quia cum prima increpatione pro parte cōcordat. Dixit enim: Va uobis diuitibus, qui habetis consolationē uestrā uoluntariā & priuatā, non per uoluntatē dei & charitatē proximi, quæ carens, & potestate p̄pria & consolatione delectatus, frater iste petebat à fratre recidi, ut sibi esset pprius, qui debebat esse cōmunis: & qui debebat esse unius, diuisi fieri appetebat. Diuisionis & decisionis proximi & propinquis causa, diuitiæ propriæ extiterunt. Sed qm̄ aīa una & cor unū & consolatio una, oīm debet esse in dño, exequi q̄d est diuidere) dñs inciat. & uitam corporalē atq̄ spiritalē, tēporalē atq̄ æternā, in diuitijs asserit non haberi. Sed corporalis in p̄dicatione naturæ, quæ in paucis aut modicis cōtinetur, & spiritalis in uerbo uitæ, & temporalis in diuina prouidentia, quantum sibi placuerit prorogare omnium uitam, & in super nis muneribus constat æterna. Idcirco parabolam contra diuites hic consolari quærentes, de subita uitæ huius extinctione subiecit:

Hominis cuiusdam diuitis huberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Aīa mea, habes multa bona reposita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte reperunt à te animā tuam. Quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues.

¶ Igit̄ clarē uæ diuitibus hic consolationem habentibus. Sepultus autē in inferno diues in

finuat, quanta mala diuitum cōsolatio faciat. Et q̄ p̄ctores sunt, ad æternā maledictionē adijciunt, qui in mundo isto satietatē quærunt.

Luc. 6.

Va uobis qui saturati estis, quia esurietis. Va uobis qui ridetis modo, quia lugebitis & flebitis. Va cui benedixerint oēs hoies.

¶ Ergo uide q̄ sit graue peccatum consolatio temporalis, cui pœna æterna succedet. Maxime uerō prohibuit diuitē fieri per usurā, eū qui cum diuitibus hic renuit cōsolari, & perhorrescit alibi tribulari. ideo saluator adiecit:

Idem.

Et mutuum date, nihil inde sperantes.

¶ Quia eo ipso usura constituit, quo ex obsequijs necessariis impendendis, aliquid in corde speratur. Quod si non datur, peccator est: si uerō datur atq̄ recipitur, peccator & debitor est, siue per spem, siue per pactum additum aliquid sequatur ad mutuum, dumtaxat q̄ mutuum dedit: q̄d nisi spe addit, aut pacto formati, aliter nō dedisset. Et eo ipso liber fit à crimine qui alicui mutuat, si non aliquid sperat etiam recipiens, si addatur gratitudine recipientis, q̄d non sperabatur in animo liberē mutuantis.

Idem.

Sed qm̄ difficile fit in hominibus atq̄ reperi tur, nisi quos anima est perfecta uirtutibus, ut alicui spe superhabendi non afficiat, qui obsequium præstat: sed adhuc immunus est à peccato, si superrecipiat, si spem superhabendi sic uicit in aīo, q̄ si certus esset in ipso tpe obsequēdi, q̄ nihil superhaberet, nihilo minus subuenire proximo, dum eum qui retribuit ad mutuum, non sequat̄ maius q̄ ante periculū. Nā ad gratitudinem adiuuicem, hoim natura, ars, mos, & gratia nos inuitat: nec ipsam excludūt, imō ut foueāt, mutuo se includunt: nec q̄d de gratitudine procedit in pacta, recipientē obligat ad crimina. Et si obligat recipientē propter desiderium plus habendi, ad restituentē debetum nō cōstringit, dum liberē quis q̄d rogatus fuit, impendit. Cauendum est tñ omnibus diligenter, ne, dum retinetur apud indigentē q̄d accepit in mutuum, is qui mutuum dedit, non accipiat ab illo rependium: quia iusta suspicio oriretur aut iudicium, ut ille faceret p̄pter debetum, ille uerō impenderet propter imp̄sum obsequium. Et multi ex indigentia recipientes subsidia proximorū, timentes ne ab eis reaueratur quod susceperunt, rependunt sepe quod cōmodē nequeunt. Ac per hoc non cognoscerēt, si qui præstitit spe mercedis deuicta in animo, ex liberalitate, an ex pietate fecisset: & qui rependit, an ex necessitate hoc faciat, an bona & laudabili gratitudine motus rependat. nēpe cognosceret, si oblequens recepiisset, q̄d p̄stitit mutui. Et q̄ habuit, solutus nō teneret ad debita. Ista em̄ nō ad subuersionē animarū, sed ad deuotionē & cautelā & discretionē fidelitū, ne plus debito faciant aut timeant, enodamus.

Sed quoquo modo se habeat ordo rei, misera est proculdubio cōditio diuitū, quibus tanta est difficultas ad supernum ingredi regnū, ad quorum comparationem, per foramē acus facilius sit transire camelum.

¶ Apostoli & prædicatores sunt sal terra, lux mūdi, lucerna domus dei. Cap. XVI.

ET quia hæc & alia oportebat secundum dispensationem eius qui cuncta, p̄spectat, mūdo per uiros idoneos nota fieri, per hoc si quidem ipse saluator primū legislatores & euāgelij noui futuros factores admonuit ad cautelam, ne fierent peccatores in seip̄s, quos p doctrinā uitalem & nouæ legis sacramenta, oportebat in alijs abolere peccata. Et q̄uis ad ipsos primos euāgelicos uiros saluatoris sint uerba directā, non tñ ab eius sententia secludunt euāgelizantes & euāgelici successores. Vnde post increpationem diuitū & mundanorū, ad ipsos apostolos atq̄ discipulos declamauit:

Vos estis sal terræ.

¶ Habes insulsi mundi condimētum, habes discretionis Christi feræ fructum.

Quod si sal euauerit, in quo salietur?

¶ Habes instructuosum actū, habes doctrinæ defectum, habes discernendi usum infectum.

Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

¶ Quia qui bonus nō est, ad quod à deo p̄ordinatus est, ad alia siqua inuitis est: sed mittit foras diuina sancitē iustitia, ut singularimā malus luat pœnas inuitabiles separatus: & uilipensione conculcetur ab alijs, qui seipsum constitutus in ordine sibi congruo uilipendit, ac q̄ hoc graue peccatum esse asseritur, si uita doctrinam sanam operibus non confirmat. Per amplius aut̄ cautos reddit factores euāgelij sui dominus & saluator, lucem inuisibilem p doctrinam inuisibilis mūdi, atq̄ uisibilis hoīs per naturam, eos appellans atq̄ constituens:

Vos estis lux mundi.

¶ Diffusua sui lux, sine sui mitorationē cōstitit. Argueret ergo ista corporalis, si argutionē posset suscipere, si radios suos absconderet, q̄s indēnis posset emittere. Igit̄ fuissent illi primi, si fecissent: sunt peccatores posterij, si abscondant lumē doctrinæ indefectibile, quod à dño susceperūt. Non em̄ lux utraq̄ ad seipsam, sed ad alios est creata. Et in publicis moribus argueretur, si ciuitas sita in montibus, ad refugium ordinata, necessitatis tempore à calamitatē fugiētibz clauderet. Prop̄ q̄d saluator adiecit:

Non potest ciuitas abscondi supra montē posita.

¶ Ciuitas refugij, sunt apostolici uiri, positi atq̄ fundati supra mōtē dñi, q̄ est dñs noster Iesus Chrs. Quibus ascribit̄ ad p̄tīm, si se abscondūt illo in tpe, quo fugientes mūdi atq̄ peccatores calamitatē, ipsos refugium quærūt,

Mat. 5.
Mar. 9.
Luc. 14.

Nam ut lucerna in domo pro utilitate cōstituta communi, & sine mercede ad indigentes, peccatores offenderet eos, a quibus sub aliquo uasculo poneretur, inde saluator ait:

Mat. 7. Neq; accendit lucernam, & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.

Hoc est, non abscondatur doctrina saluificans, neq; ponatur sub modio, commodi uide licet temporalis. Ferē inexpressibile malum est, lucernam ardentem, doctrinā Christi, fotam olei spiritus sancti abscondere, ad cuius lumen indeficiens, infinita possunt candelae accendi. Magis autem libertatem a muneribus appetit ista lucernalis doctrina, quae ad libertatem uitae supernae peraequaliter oēs clamat. Et scandalizat, nō uocat, merces expetita pro doctrina, quae non de humanis atq; terrenis auditoribus reddit peritos, sed de diuinis atq; caelestibus facit ipsa scholasticos. Quorum em doctrina non est de corruptibilibus, pro mercede corruptibilia non quaerant. Nam si secus esset, lucerna sub mercedis modio poneret, & proximus offenderetur in doctrina. Et doctor doctrinā moribus contrarijs soluens, insinuata legē uirtutum operibus impans, sic docēs ut agit, peccato damnatiōis astringit, ut etiam in ista qua uirtutibus ecclesia, uelut sibi contradicentibus aut hi strio habeatur. Propter quod sequitur:

Ibidem. Et qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum.

Quia qui secundum quod relaxatus est, alijs propinat doctrinam, poenam meret aeternam. Et uocatur in ista ecclesia, quod est regnū caelorum, uelut histerio minimus. Neq; credendum est, quod in superno regno eum recipiat, nisi poeniteat, qui iustus est dominus. Igitur q legis, haec mala deuita.

De non irascendo & nō iurando & de thesaurizādo in caelis. Cap. XVII.

Sane maioris excellentiae ac praemij euangelium esse praemōstrat, q̄ ueterem legem; quia in illa factione, in isto sunt affectiōes prohibita, ex quibus uilipensis fiunt nostra peccata. Vnde nostram iustitiam, ad praecedentem, abundantiosem praemittēs, ubi dissuadebatur in testamento ueteri homicidium cum poena, hic prohibet penitus iram, quam sequentur iudicia: nec non & condemnat irae signum, & uultum, cum dixit:

Ibidem. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit racha, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehēnae ignis.

Et moechiam fieri iudicauit ex aspectu, cōcupiscentia subsequente, quae solum ex actu in lege ueteri damnabatur. Permittabatur tunc uxor dimitti cum libello repudij, propter dur-

ritiam cordis Iudeorū. Nunc autem, nisi causa fornicationis, lex euangelica non concedit. Et moechia constituitur, si aliter dimittat: & adulterium, si ab alio dimissa conducitur.

De iuramentis aut ipse saluator in sua lege praescripsit seorsum & legibus antiquis. Inhibebat expressum periurium in antiquis, prohibet omnis iuratio in modernis, illa solū excepta, quam ecclesiastica regula fieri pro necessitate permittit, & in regimine reipublicae legum iustitia iurare concedit. Vnde saluator inquit:

Audistis quia dictum est antiquis, Non peierabis. Ego autem dico uobis, ad noua legem quae ad nouitatem uocat, non iurare omnino; sed sit sermo uester, est est, nō nō.

Saepe enim iuratio, periurij germē fuit. Et si ex uerbis saluatoris uiuificantem doctrinam aduertimus, prohibemur bonis nostris uitia cōmiscere, ne honorum operum iustitiam corā hominibus faciamus, cum dicit:

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis.

Quia sententia purgauit opera nostra ab hominum complacentia. Nam impossibile fit omnino secundum multitudinem diuinae iustitiae, q̄ ex nostris bonis operibus duplici merito, s. dei & hominum, uoluntarie gaudeamus. Vae igitur uirtutis cultoribus, si uirtus pro diuinis assistens, & pro diuinis data a bonorum omnium largitore, ex praeratio complacentia hominum sit humana. Humana profecto efficitur uirtus, si gaudet complacentijs hominū, & humanis laudibus confouetur.

Et ne hypocritali malo foederentur facta iustitiae, paulo post dissuasit, dicens:

Cū ieiunatis, nō eritis sicut hypocritae tristes. De hypocritis uero alibi tractanda suscepimus. Thesaurizare uero in terra, exterminauit suo uerbo de cordibus hominum, est dixit:

Nolite uobis thesaurizare thesauros in terra, i uelut locale mentis malum insinuans, multiplicari opere atq; amore in puluere terrenorum, qui supernorum in creatione accipit similitudinem, & in glorificatione confortium praestolatur.

Et cum in eodem euangelio seruitium monae dissuasit, procul fecit sollicitudinem superfluam infirmorum.

Et ad pacatiorem habendam mentē, incerta iudicia de alijs condemnauit, dicens:

Nolite iudicare, & nō iudicabimini.

Poenam rationis annexens, dicit: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.

Et uelut festucas, aliorum peccata nō grauiora condemnare prohibuit eos, qui peccatores male prementem trabem aliquando sensibilibiter, plerumq; insensibilibiter supportant.

Proinde uelut infructuosam arborem decidendam, igni tradendam, peccatores sibi ipsum considerandum constituit, ut sterilitatem deuitet, fructum uero faciat in salutem.

Alio autem in loco similem sententiam protulit, cum sicum per tres annos fructum non ferentem, mandauit paterfamilias succidi; nam frustra occupat terram. Sic & Christianus nō operans in fide trinitatis, in fructu uirtutis cordis, oris & operis, in fide, spe & charitate, in uirtutibus eius uita perfitur, qui merito flammis infernalibus est tradendus.

Et in ingressu in Ierusalem, [sicum habentē folia & nō fructus, maledixit, & illa aruit.] Sic qui uerbis solum se nominat Christianos, opera debita non habentes, iam infernales effecti, nisi correcti non possunt sperare salutē, ad quā nec credi uoluit posse sufficere suam inuocatiōem & imperiosam confessionem, sua uoluntate contempta, propter qd statim intulit:

Intrabit in regnum caelorum.

Facendum est, & nō solum audiendum, uerbu dei. Caput XVIIII.

Aditor uero uerborū dñi, non factorē, stultū uocauit Christus omnipotēs in doctrina, & omni stabilitate carentē, & impotentem resistere ad contraria, cum dixit:

Et omnis qui audit uerba mea haec, & non facit ea, similis est uiro stulto, q̄ aedificauit domum suam super arenā. Et descēdit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina eius magna.

Frustra docetur, si nō discit; fructus discitur & auditur, si non ob causam qua est, quod docetur & discitur. Habet enim omnis scientia finem. Finis scientiae semper est idem, eodem modo se habens; & qualis est scientia, talis est finis eius. Rhetoricae finis est, rhetoricum efficere; ac etiam arithmeticae, arithmeticum, & similia est de reliquis dicere. Docentis uero & audientis finis, per intentionem & actionem a fine scientiae potest esse diuersus: saepe uero scientiae & addiscentis finis, est unus atq; idem. Sed dimittamus Platonicas & Aristotelicas scholas, quauis plura nobis possent cōferre bona, nec intentionem scientiae seu addiscentium perscrutemur; redeamus ad scholas supernaturalis, superintelligibilis, supernaturaliter docentis philosophi nos Christi.

Christus est doctor, in terris insonans auribus, corda uero de caelis illustrās, qui docet homines supernaturalem scientiam. Et beatus (inquit David) quem tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eum. Et utilia docet, ut Isaias prophetauerat: Ego dominus deus tuus, docens te utilia. Ob hoc autē docet, ut fiat quod docet.

Non enim theologia aliquem beatū facit, nisi redacta fuisset in actum. Nec em Paulus summus theologus beatus factus est q̄ sciuit, sed quia fecit quod sciuit & docuit. Theologizauit imperitos & indoctos apostolos spiritus sanctus, nec ppter hoc ascendissent superna, si theologia ignauit tenuissent; nā fuissent stulti: qd irreprehensibilis sententia saluatoris enunciat: Qui audit & non facit, similis est uiro stulto. *Mat. 7.*

Finis igitur diuinorū uerborum existens ad finem, est, scire per infusionē aut per auditum. Omnis enim scientiae finis, est facere; scire, pro pinguior tamen; perceptorū uero diuinorum uerborum finis, iterum expectans alium finē, factio est, ex qua ornamentū uirtutis nanciscitur faciens, acceptus factus omnium regi regū. Huius uero finis, post quem nullus finis, & ad quem debet esse omne initium, medium, & quibus alius finis beatitudo est, quae solus deus est. Stultus ergo est qui audit in factiose, propter carentiam debiti finis. Cuius similitudinem stultitiae ipse saluator insinuat.

Stultitia est condemnabilis, sup arenā uelle domū constituit; caret em fundamento, q̄ nō firmiter iacto, domus nō confurgit in altū. Et si forte cōsurgit, subdita est ruina, ut etiam ipsi & habitatori eius non possit esse remediū. Stultū igitur est laborare in uanū, expensas perdere, seq; mancipare ruinae. Arena em significat multitudinem innumerabilem peccatorū, et rerū appetibilium grauantium leues hominū mentes, in qua absconditus est Aegyptius mortuus a Moysē, peccator tenebrosus dānatus a lege. Domus aedificata, est uolūtas, in his quiescere, habitare, protegi uolens. Sed pluuia illusionū multipliciū & deceptionū, huius aeris potestatum, & flumina mercentia in mari damnationis sine intermissione defluentium malorum, & uenti tentationum, uanitatum & inuisibilium agitationum, irreparabilē fecere ruinam in magnam culpam, ut ab illa ruina maior fiat in poenam, quā reparasset diuina facta doctrina. Igitur qui legis, haec mala deuita.

Reprehenduntur non suscipiētes predicatorum doctrinam. Cap. XIX.

Ad aeterni regni praedicationē & promissionē plures misit & mittit, immisericores dānans sententia uerbi sui dñs non recipientes regni aeterni doctrinā, q̄ Sodomā & Gomorrā. Ex quo nobis innuitur, q̄ sit graue peccatum ex inflata poena, non recipere supernā doctrinā in membranulis rationis, & chartulis factionis. Ait enim tunc discipulis quos ad superni regni praedicationem mittebat:

Et quicumq; nō receperint uos, neq; aueruerint uos, excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium eorum, & dicitur in Mat. 10.

Amen dico uobis; tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorræorum in die iudicij, quā illi ciuitati.

Recipiēdi sunt superni regni doctores, audiendi sunt diuini sermones: nam qui non recipiunt, non recipientur: & qui non audiunt, non audientur. Et q̄ iubentur de pedibus excutere puluerem inhærentem, eorū reprobatōnem insinuat, ut qui aures & animas non dederūt ad uerbum, nihil eorū retineatur ad usum. Sed puluis in testimonium excussus, eos declarat inexcusabiles, p̄ quibus sunt tolerati labores. Hærens pedibus lutum, signū est uitæ itineris & laboris eorum qui annūciauerunt, q̄d nec excusari possit q̄ contemptores non audierūt. Sed excutitur in testimonium a pedibus, ut contemptores ita credatur abijci, excuti & segregari a cōsortio beatorū, qui pro deo & p̄ximo laborauerunt, quemadmodum discipuli puluerem huiusmodi excusserūt. Et quia excussio pulueris fit post quietem laboris, ita p̄cto mundi sine, niali separabuntur a bonis. Et quæadmodū puluis pedibus hærens, est uilis atq̄ inutilis, ita reputandus est qui diuinis in legibus nobilitatē & utilitatē nō acquirit. Et maledictiōne suscepit terra in Adam ex operibus eius, quia nō obediuit deo. In signū maledictę terræ in corporibus illorū, excutiē puluis cōtra eos qui nō obediunt Christo. Et uelut pulueres, terrena sectantes, & in puluere reuersuros ostēdit: similiter & leuitatē eorū, qui diuinis nō grauidant sermonibus, qui sic rapiunt a malis cogitationibus & peccatis, & pœnaliter rapiuntur a dæmonibus, ut puluis a uento. Nec non in memoriā resolutionis per mortē, excussio fit pulueris: ut qui nō diuino amore ac cælesti promissio mouent, saltē timore resolutionis in puluere, cōuertant: sequanturq̄ Christū, cuius uirtute corpora resoluta resurgēt, aliqua in cōmunionē cælestis beatitudinis, aliqua uerō ad pœnā æternæ dānationis. Sed hoc trepidē animū pulsāt, q̄ peccatoribus contra naturam remissus sit in die iudicij, q̄ eis qui nō recipiunt doctores & sermones regni superni, s̄ incarnati uerbi dñi nostri Iesu Christi. Sed auellat bre uiter quæstio a cordibus hoīm: qm̄ omne peccatū contra naturā aut cōtra sp̄m̄ sanctū, ut auideam dicere, negare omnipotentē deū & eius filiū incarnatū, præpōderat: & nolle acquiescere ueritati, aut nolle respondere cælesti, atq̄ ad cælestia nos uocanti, & proganti ueniendi uiam, tribuenti prueniendi gratiā, ædificanti p̄ passionē & cruce atq̄ uirtutes sibiiformes, ad cæli ascensionis scalam. Nam acquiescere ueritati, & respondere uocanti, nullū admittit uitij: &, quantūcūq̄ magnū, excludit omē admissum: & correctio sequit, si obediāt ueritati, quæ a deo in hac uita uolenti nēmini denegat.

Et cū argueret turbā, q̄ neq̄ ad prædicationē Iohannis Baptistæ, neq̄ ad suā mouebant, sed Iohannē non māducantē & bibentē, dæmoniū habere dicebant; non q̄ oīno Iohānes nō comederet, sed diuisus ab hoībus, diuisus ab epulis hoīm, syluestribus pascebat; effcis: ipsū aut Iesum manducantē & bibentē, & cū hominibus cōuersantē, appellabat uoratorē & potatorē uini, peccatorē & publicanorū amicit, ex eo q̄ ab illo publicano cōdiuūsus susceperat, quē a telonio uocauerat, & a Zachæo publicano rū principē nō inuitatus, inuitari quærebat, ac etiam anteq̄ eos caret, se apud eū mansurū obulerat: p̄ter uos qui tūc taliter senserāt, nostri tēporis malē morales arguit, q̄ a nullius sancti uiri, solitarij aut domesticj, p̄dicatoris eximij aut boni rustici exemplo neq̄ doctrina mouetur: sed eos lacerant inuirijs, diffamationibus & criminationibus falsis, & omnia recta pueritū, ac de omnibus necessarijs bonis actibus damnata suspitione malū existimant, & sinistra murmuratiōe loquunt; q̄ si quis solitudinis iudex, q̄ deceptus aut hæreticus est: si cōuersatur in cæteris, q̄ familiaris est: si uacat humilitati, q̄ hypocrita est: si silentio & orationi & paci & uigilijs & religioni, q̄ singularis aut deceptor est: si abstinentiæ & maceratiōis carnis, q̄ indifcretus est: si recreatiōis, q̄ gulosus est: si paciētiæ, q̄ timidus est: si iustitiæ, impatiētiū est: si simpliciter, fatuus est: si prudentiæ, inlicitus est: si maturitati, phlegmaticus est: si iucunditati, dissolutus est: si societati, secularis est: si aliorū correptioni, præsumptuosus est: si p̄dicatiōni, appetitor laudis est: si desistit, remissus est: si habet gratiam hoīm, adulator est: si adulari reuinit, superbus est: obseruantia purā, temeritatē quietē, relaxatiōnē appellat: si foritudinis, remerarius est: si temperantiæ, stultissimus est.

De exprobratiōe ciuitatum, & reuersione septuaginta duorū dī, cipulorum. Cap. xx.

Exprobratiō facta ciuitatibus, manifestat q̄ sit horrendum periculū, q̄ Christi doctores atq̄ sermones non recipiuntur ad iustitiæ debitum. Inquit enim:

Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta uissent uirtutes, quæ in uobis factæ sunt, olim in cilio & cinere sedentes pœniterent. Verūtamen Tyro & Sidoni remissus erit in iudicio, q̄ uobis. Et tu Capharnaū usq̄ in cæli exaltata, usq̄ ad infernū demergeris.

Quid ista exprobratiō auribus nostris insinuat, nisi eos qui uerba dei audiunt, uiderunt miracula, cognouerunt diuinā mysteria, promissionēs diuinās, cōminatiōnes æternas, mandata, præcepta, consilia perceperunt, aut percipere potuerunt, & nō conuertunt ad pœnitentiā, nec respiciūt a laqueis diaboli,

quibus uinculati tenentur, non subdunt colla uirtutibus, non mutant in melius mores, non resculpunt naturam corruptam, non repercutiunt consuetudinē prauā, quorū est indubitata damnatio, & misericordius iudicium fit ad eos qui non perceperunt cum dampnati, q̄ ad eos qui audita contēpserūt cū reprobanē? Nā sicut stella differt a stella in superna gloria, sic anima differt ab anima in æterna pœnatiū hæacerbius crucient, quæ notam uiam ambulandi, ad quā uocabantur, ingredi noluerunt, aut post ingressum, abierunt malē retrorsum. Sed mira dei sic occulta iustitiā, ut p̄dicatū non sit, aut facta miracula ciuitatibus, quæ ad pœnitentiā motæ fuissent, in quorū comparatiōe facta est exprobratiō, magis uerō ad contēptus facta sit increpaciō. Quoniam uerō de moribus agit, quæstio de occulta iustitiā dei dimittitur indiscussa.

Supbiam sp̄s q̄ multiplex est, nō dimittit in actū, cū discipulos a p̄dicatiōe reuertētes, de miraculoꝝ operatiōe uidit esse gaudentes.

Nam reuersi sunt septuagintado cum gaudio, dicētes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Vidi satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem uirtutem inimicū, & nihil uobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere, quia uobis spiritus subiiciuntur: gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in cælis.

Ruinā habet immediatē annexam, superbiere bonis: & p̄cedit ruinā, in ipsis extolli. Testatur Salomon: Ante ruinam exaltatur cor. Supbia non est de malis, gloria uana solet euenire de malis, iuxta Prouerbiōꝝ sententiā: Lætantur cū malefecerint, & in actibus pessimis gloriantur. De bonis superbiuit, qui in primo deiectus est. Nihil mali acceperat de deo, sed tale bonum, quo nihil nisi qui dedit, maius erat: de quo cum qui accepit, superbiuit in largitoriū, celeritate fulguris deiectus est, nunq̄ regressurus ad, unde. Cauenda est superbia in bonis naturæ: nostri enim factores & creatores nō sumus. Etiam minimum creare capillum, nemini fuit datum. Accepimus esse, sed ex nihilo: unde materia creationis, etiam humilitatis & nō superbiendi existit materia. Quod ex nihilo est, nihil extollendi materiæ habet. De uicē permaximē in supererogatis bonis. Nunquam natura miracula fecit, licet fecerit. & facit multa mira. Nunq̄ natura hominum expulit demones & spiritus inuisibiles & æreas potestates: præferūt enim nobis nobilitate naturæ. Supererogatiue ad naturā acceperunt a deo, q̄ demones uerterunt in fugā. Magna po-

tentia est, id posse facere q̄d natura negat. Bonū est hoc: sed est q̄ddā aliud melius, imō utilius nobis. Miraculū effecisse, materia est gaudēdi: sed reperitur porior, in qua saluator suos uult fundari sequaces. Nam miracula neminē ascripserunt in cælo, nec ex eis quisquā meruit regnū: sed hoc fecerunt sine cunctatiōe uirtutes, de quibus saluator gaudit concedit, nō prohibet, cū dicit: Nolite in hoc gaudere, qm̄ spiritus, serpentes, scorpiones &c. & omne q̄d naturæ humanæ noscitur inimicū, subiicitur uobis, q̄ lædi nō potestis, q̄ etiam ab alijs remouetis, sed in hoc gaudere, qm̄ nomina uestra scripta sunt in cælis. Vnde scripta: Non p̄pter miracula, multi enim fecerunt miracula, & dampnati sunt. Propheciat Saul, & reprobat. Vnde ergo scripta: Propter uirtutes, quæ in sanctis & i recipiētibz miracula, in uia exiti inicitia terunt causa salutis, si salui facti sunt, non miracula q̄ fecerūt aut conspexerunt. Ac etiā absq̄ omni miraculo terrenū hominum fecerunt cęlestem, & in diuina matricula inter angelos fecerunt scribi mirabiliter in terra degentē. Ostēdunt miracula existentem in agente uirtutem, aut in recipiente præhabitam fidem, aut anima uerunt ad credendum quod non erat creditū, seu uidebatur impossibile ad credēdū: sed ipsa penitus non fecerunt aliquem cælo dignum; nec meruerunt habere consortium angelorū, qui nunq̄ uisibiliter miracula uisibilia operati sunt ex quibus saluarent: nō suscitauerūt mortuos, nō illuminauerunt cæcos, non mūdauerunt leprosos, & similia q̄ humana mēs mirat & magnipendit. Sed inseparabilis charitas & firma & immutabilis adhesiō ad creatorem, eos fecit esse beatos, de super diuina largitiōe supra meritum respōdente diffusa. Est legitur in ueteri testamento multoties angelos apparuisse, multaq̄ fecisse: beati enim erant confirmati. In cælo scripti erant, propterea quæ diuino iussu faciebant, non ampliū in cælo scribebantur. Prædestinatio non quærit ut perficiantur miracula, sed uirtutes.

Nulla miracula fecerat uirgo, præter sanctificationē uterīnā nō meritam. Quindena, deo per uirtutes placuit, & in sua uita nullū miraculum legimus fecisse. Iohānes Baptista uiuus, nulla fecit miracula sensibilia, & baptizauit domini, & cōmēdatur a Christo inter natos mulierū, & per martyriū itē magis placuit. Non fecerunt miracula innocentes, & cōstituti sunt ante thronū dei. Abluti baptizati pueri decedentes, cælestia regna suscipiunt. Plura miracula legimus post sanctorū mortem, q̄ uiuentes ostenderāt: que si ascriberent cęlo sanctos, supercriberent semper & augerent ipsorū meritū post decessum, ac etiam præter uirtutum opus daret præmium, & post confirmatiōnem

liberi arbitrij gloria adderetur. Et si expectant glorificata corpora quæ non habent, expectat & alij qui miracula non fecerunt: sed neq; in uia, neq; in patria miracula meriti faciunt. Merito nempe saluator gaudere de miraculis, suis apostolis & discipulis distulast, in Christiferis uirtutibus eos firmans, quæ possimè illis duæ principaliter erant, abdicatio penitus omnis mundi, & ipsius sequela irretrouersibilis, firmata in obedientia usq; ad mortem. Et Christo cõ apostolis & discipulis personaliter gerente in eis ducatum, nullæ maiores de illis scribunt actæ uirtutes, q̃ abdicatio & sequela in obedientia sancta Christi. Et ut de prima taceam, in moribus Christianis nulla maior est uirtus, q̃ in exceptu atq; obedire sancto prælato. Hæc em̃ oēs uirtutes includit, castitatē, abstinentiã, orationē, patientiã, silentium, exercitiũ, etiam ipsam mortē includit. Nam sanctus, sanctus existens, nisi sanctum non præcipit, imò semper sanctũ præcipit: & qui sancto obedit, sanctus est.

Et hoc est unde apostolorum & discipulorum, & oim̃ saluandorum noia scripta sunt in cælis, de quibus p̃ inobedientiam angeli apostatæ sunt deieci. Ac per hoc in his uerbis ois̃ spiritualis superbia de diuinis charismatibus, donis, uirtutibus, reuelatiõibus, apparitiõibus, uisionibus quantumcumq; ueris, à Christo retunditur, ne id quod est diuinum, ex nostro fastu superbiæ in æternum uertatur supplicium. Quæ tanto periculosior est q̃ corporalis, quanto spiritibus apostaticis magis est similis. Qui nõ de corpore quod non habent, neq; de corporalibus, quæ fortè nondum facta erant, & si facta, per eos facta non erant, sed de spiritualibus, quibus uigebant, iniquè contra deum usquequaq; fecerunt. Igitur qui legis, hæc mala deuita.

De morte corporis non timenda, & cruce accipienda, & omnibus renunciandis. Cap. XXI.

Nempe cum duo sint maximè, quæ causa damnationis, si peruerant: aut causa saluationis, si debite teneant, existunt: nec non occasiones sunt malorum atq; bonorum, ex quibus cuiuslibet uita, qualis fuerit, iudicatur, timor uidelicet & amor: ideo saluator illorum timorè à cordibus excussit hominum, quo iusta uita peruerteretur ipsorum, aut nõ caperetur, ipso tonante in cordibus suppositorum. Ideo dixit discipulis suis dominus & magister:

Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed eum time, qui corpus & animam potest

Luc. 12. perdere in gehennam. Et Lucas refert: Disce uobis amicis meis, ne terramini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non nõ habent amplius quid faciant. Et alibi: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum.

Ibidem.

Hoc uidelicet innuens: propter timorẽ homini nolite peccare, dimittendo iustitiam, ueritatē, sanctitatem, uirtutē, sanctamq; in moribus uitã. Sed ne fortè quis diceret, fidē, spem, charitatem, ueritatem & sanctitatem in animo seruo, sed timore perterritus hominũ, ore aut opere intermitto, ilico saluator adiecit:

Omnis ergo qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cælis.

Quam negationem non solum ad eos qui cõprehensi ab infidelibus, timore percussit, se negauerint Christianos, sed ad eos, q̃ moribus & uita, eius euangelio nõ cõsentientibus atq; discordibus, nõ concordat. Hinc ad Titũ scribens Apostolus, ait: Conitent se nosse deum, factis autē negant. Igitur non immerito æternis adijcitur flãm̃s, qui aliquo timore pauefactus negauerit uirtutē, aut uirtutis autorē, aut p̃ iniquitatis operationem, seruum se prostetur diabolũ & peccatũ: quia qui facit peccatũ, seruus est peccati. Hoc timore deieci apostoli, negauerunt Christũ: Petrus maximè iuramento ac sub anathemate denegauit.

Multi sanè timentes perdere partem uitæ, totã negauerunt uitã: poenã tẽporalẽ timore uitantes, incurerunt æternã: pecuniã diligentes, timore ne perderent, negauerunt iustitiam. A uitiosa litigatione separari nolentes, timore negauerunt uitã uisã, ne displiceant quibus placere affectant: negãdo q̃d iustũ, timore obsequunt ad placitum: corrigi aut reprehendi timetes, negãt uerũ, ad uelamentũ ipsorum submittendo fallum. Indubitanter in omnibus deum negat, qui nõ dei timorẽ, sed hominũ, suum posuit ante cõspectum. Quo sua doctrina pulso præforibus, continuo ad improbationem & diuisionem illiciti amoris se contulit, dicens:

Nolite arbitrari, quia uenerim pacem mittere in terram, non enim ueni mittere pacem, sed gladium. Veni enim separare filium aduersus patrem suum, & filiã aduersus matrẽ suã, & nurum contra socrum suam: & inimici hominis, domestici eius.

Amor uerus, nunq; est sine uera pace: pax autē uera, similiter sine uero amore non est, q̃ agunt actus in deo & propter deũ, & in finem oim̃ deum. Est autē quidã amor illegitimus, q̃ à pace mala sortitur originẽ. Similiter est reperire pacē, quæ insectũ fouet amorẽ. Ad quam pacē mittendã in terrã, ut eius amore homines copulent, saluator denegat se uenisse: aliã autē contra seipsum saluator uerba protulisset contraria, cõ dixit: Pacem meã do uobis, pacẽ relinquo uobis: nõ quomodo mundus dat, ego do uobis. Vbi luce clarius patet, esse pacem diuersam dei & mundi. Vnã dat, atq; iure hæreditario dimittit seruis suis: alteram, uelut nequã,

denegat sequacibus suis. Nam pax quæ intantum hoies copulat, ut à deo se iungat, discordiæ est & perueriã iustitiæ: æternaq; bella nanciscitur, ut naturæ atq; doloris bellum, nunq; pace aut alterius uictoria finiat. Ac per hoc nobis & enuclealiter cõsulens, ad talem pacẽ gladiũ diuisionis apposuit, cõ dicit: [Non em̃ ueni mittere pacẽ, sed gladiũ:] scilicet uerbũ sp̃s, p̃tingens ad diuisionẽ talẽ necessariã faciendã, quomodo, tunicum uendere iubentur apostoli.

Gladius dñi, etiam iudiciũ ueritatis & cõgnitionis atq; discretionis inter bonũ & malũ, & bonũ & melius, melius & optimũ, ut electio subsequat. Quo gladio Salomon in duabus mulieribus amorem uerum & falsum inuenit. Quo gladio, post benedictionem sibi à fratre surreptã, uiuendũ remedium remasit Esau. Quo gladio fit separatio ab imperfecte amatis, imò à passibiliter & uitiose dilectis. [Veni em̃ separare filium aduersus patrem] &c. ut pietas in maiori pietate uincat, & amor à ualẽiori amore superet. [Et inimici hominis, domestici eius.] Sed ne quis crederet saluatorẽ nostrũ dñm Iesum Christũ, fontẽ uitũ amoris & dilectiõis, odium uoluisse immittere, oim̃q; a ferre amorẽ naturæ, & inuisã de sup gratia Christiana, naturã amoris suis uideretur priuare muneribus, cõtinuò uelut oim̃ prouisor & modifcator adiecit:

Qui amat patrem aut matrẽ plus q̃ me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam plus q̃ me, non est me dignus.

Igitur nõ immitit odium ad proximum, ubi aliã p̃cepit diligere inimicũ: nec condonat iura naturæ creatæ, quæ ex amore creati, quã legibus adinuicẽ stringit amoris: sed duos amores constituit, hominis & dei, amorẽ dei creatis, gubernantis, redimentis & beatificantis, amorẽ hominũ uoluit p̃ualere, ut unus nõ extinguatur ab altero, nec alter impediãt ex altero. Sed alter alteri p̃ferat, alter alteri subijciãt: ut seruata lege iustitiæ, qui per omnia est p̃stantior, in omnibus ex amore sit potior: omnibus creatis quocumq; iure diligendis etiam tibijpsi, euna regione cõstitutis, soli deo, cui est ois̃ honor & gloria, cõstituto in altera, ex aliqua causa quomodolibet suadente, oporteret indicare bellum, deo seruare pacẽ, tenere fidẽ, offerre placitũ: bellũ cũ creaturis, pax & fides deo, & sibi suũ placitum offerat: ut si alter fieri nequit, propter deum dimittat proximus, sed propter proximum nõ dimittatur deus. Nam omne ius tota creatione in unũ conueniens, cõcedat dei & hominis soluere nequit: sed iustitiã propter deum, creaturæ totius fœdera soluit.

Veruntamen diuina bonitas tolerat cõsuetudine inculpate omnes subiectos amores, si sui amoris per eos nequaquã iura fraudent: & si sui amoris non impeditur debitum, omnem amorem

sustinet in propinquum. Vult enim dñs omnes dignos diligere, secum diligere, sed propter etiã & in eum, & ad eum, ut quod sibi debet, primo reddatur: & dum reddit proximo debetũ, ipse non offendatur. Comparatiue quippe locutus est de amore, nõ extinctiue. Inquit enim: [Plus q̃ me.] Vbi cõq; uerò comparatio est, ibi alij cuius qualitatũ participatio necessariò nõscit duobus aut à pluribus, ut ab uno p̃ magis, ab altero participetur per minus. Vnde amor nõ ster quædam nostræ mentis est qualitas, cuius participationem ex omni & totã iustitiã exquiri sibi per maximè deus, ad proximos aut propinquos fieri per minus permittit atq; cõcedit, ut diligamus quos ipse diligit, quos etiã & creauit atq; redemit, ut cõformitas sit nostri & diuini amoris. Per summè cauendũ, ne quos diligere permittitur p̃ naturã, iubentur atq; iuramur p̃ gratiã, q̃ in eis nõ diligamus malitiã.

Et si de teipso amoris comparatio fieret, te ipsum despice propter deũ, & inferas tibi bellum, si expedit, propter deum, ut pacem serues ad eum, ut nec ad deum bellum, & pax sit ad teipsum. Proinde quia proprius amor oim̃ bonitatem exterminat, & omne malum committit, saluator adiecit:

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

Hic per crucem ante tribunal diuinæ iustitiæ proprius cõdemnatur amor, uelut omnium malefactor & corruptor uirtutum. Hic unita diuidit, diuisa uniri non sinit: fidem nemini feruat, nullum nisi per reciprocum diligit: hic tyrannos fecit in ciuitatibus, seditionem excitauit in urbibus, partialitates fecit in prouincijs atq; regnis. Hic scãdala seminauit in sanctis cõnobijs & monasticis uiris, & regulares irregulauit. Nescit ferre iniuriam, facere nouit: denegat petentibus indulgentiam, turbatur si non recipit. Quod est commune, uellet sibi appropriari: & quod est proprium, nunq; in communi ne dedit. Nunq; nisi proprijs utilitatibus gaudet atq; rimatur. Omnes nihil ipse dicit, sibi timens minui, nescit alijs impartiri. In iudicijs peruertit iustũ, in causis honestum: contentionibus deseruit, ut appareat singularis: sibi placens, non curat alijs displicere. Cõmune ponit proprio, & communi unum proprium præferr. Omnium depopulationem nõ curat, si eum non tangat. Proprius amor procul pellit patientiam, orationem & abstinentiam & uigilias excruciat. Omnes odit labores, præter illos qui suum peragunt finem. Decollat obedientiam, subdi nescit, regulari non uult. Voluntate propria delectatus, querit laudem agere & loquitur per contentionem cordis, & corporis refugit disciplinam, seipsum uitiose fouet de rebus non uitiosis. Qui pro eo dicitur

Quid sit amor proprius.

Mat. 10.

proprius, quia omnia sibi appropriat, gratiæ nihil tribuit. Ipse sibi dominus & seruus, præla- tus & subditus, magister & discipulus, sibi ses- for & equus, sibi prudentia & iustitia, fortitudo & temperantia, lex & æquitas, iudex & ad- uocatus, motor & motus, bonæ naturæ regu- lis & gratiæ disciplinis irregularatus, ad nil aliud nisi ad seipsum zelatus, cuncta facit & perficit: & omnia sensualitati & propriæ uoluntati ad- uersa, reputat tormentum & crucem. Idcirco per crucē peruersē se diligentes, imō in exceptu atē omnes inuitat, dicens: [Qui nō accipit cru- cem suam,] scilicet abnegationē proprii amo- ris & proprii corporis afflictuam, sicut ego ac cepi meam, mei patris solum uoluntatem p̄fici- ens: [& sequitur me,] non suas concupiscen- tias, [non est me dignus.] Merito saluatore in- dignus efficitur, qui est uita & moribus, inten- tione & animo, prout ab ipso in agonistica uir- tute contenditur, non sectatur.

Vt autē non claudat, sed aperiatur uia noti- tiæ idiotis & sciolis, p̄prium & nequā amorē a uero amore Christi uero atq; alijs certis regu- lis, prout dñs donauerit ipse, distinguam.

Post increatum & supernaturaliter existen- tem amorem & superbontē, & deum totum & totē bonum, extimum & intimum, supremū & infimum, non localem aut situatum, sed su- perlatum & indiguum: est quidā naturæ con- ditæ uniuersalis amor, secundum minus & plus distributus in rebus, aspiciens primō in condi- tōrem eius cui additus est, uelut in conseruare uolentē id quod est, & id quod amat, aut ama- re potest. Et indita natura omnibus a deo, sciē- ter & non scienter, rationabiliter & aliter, suo modulo appetit cōseruari. Ergo natura fertur per amorem intellectum & nō intellectum, in eum, qui conseruare aut ad meliora perducere ipsam potest, qui permagis in hominibus, p̄ maximē in angelis uiget, deū: & ad seipsum, & inter seipsum & pro seipsis, & in seipsis, uelut si- militudo naturæ ac etiam uoluntatis. Et ex na- tura contingit, q̄ simile appetat simile. Amor autem perambulat appetitum.

Est amor qui propagationem sequitur, qui ex cursu bonæ naturæ diffunditur a progeni- toribus in genitos, & a genitis in genitores re- funditur: sed non æquē dilatatur ex eodem cursu in lineas transuersales, qui per tantū mi- nuitur, in quantum in primis gradibus elonga- tur, nisi conuersatione refoueat, quæ sæpe amore sanguinis uicit. Est & gratiæ, q̄ amo- re conditæ naturæ sociatus, ipsum illuminat, dirigit & exorbitare non finit: qui præter dire- ctionem diuinæ uoluntatis, nihil diligit dile- ctū: si quid ad ipsam refert, qui turbati nescit, sustinet & tolerat: nihil, nisi rationale, amat: alijs utitur, prout necessitas postulat. Totus latus in deum, cum mensura fertur ad proximum: &

qui supergrediens naturā, etiam intentata mor- te non relinquit honestum: nec amittit religi- osum, & naturæ corruptæ amorem, in nullo sibi patitur esse collegam. Post quem est amor naturæ corruptæ, qui uitiose afficitur ad omnia obiecta: qui colligatur plerumq; ut unum magis q̄ alium maculose afficere faciat. * obiectarum qualitatū: forinsecus oculis & in ani- mo, unam magis istum, illam per amplius illū impatienter concupiscere cogat. Nec non & mercede caufatus amor, ad hanc spectat. finali- ter non fuisse amor, qui dissoluitur eradicata mercede: similiter & contra cta societas sine re- spectu omnia legitime ac iustissime foederatis, per diuinitē roborata, germinauit amorem pec- catorum tenebris obuolutū, qua suspena, eius sæpe soluitur uinculum, Ac per hoc luce cla- rius patet, amorem bonorum naturalium esse à natura, sed timet aduersa: amorem bonorū gratialium esse à gratia, sed sustinet pro suis bo- nis aduersa: & si contingat, mortem suscipit in- perfectis: amorē passibiliter uitiosum esse à na- tura corrupta, de cuius progenie, proprii amo- ris mala soboles oritur, qui nunquā est ad uir- tutes, sed ad opposita ipsarum, & bonis natu- ralibus abutitur: sed neq; cum amore naturæ creatæ, atq; cum amore gratiæ participium ha- bet, quāuis bona naturæ peruersē diligit, uti- turq; præter legem dei, sua lege cōtensus. Qui quanto in aliquo colligat ardentius, tanto agit peruersius. Habes malum timorem, habes & malum amorem. Igitur qui legis, hæc mala deuita: quia quotquot damnati sunt, isto præ- uio perierunt. Tolle ergo crucem, sequere te uocantem.

¶ Quomodo omne peccatum remittitur, blasphemia, uerū in spiritu sanctum non remittitur, neque hic, neq; in futuro.

Caput XXII.

AD peccatorum autem numerum suble- quēter adijciuntur, qui uirtutem diuinā atq; Christiferam dæmoni tribuunt, nec credūt adesse hominibus potestatem per gratiam, quā non habent utiq; per naturam. Et q̄ magis ho- mines dicunt potestatem habere à diabolo q̄ à spiritu sancto, qui per hoc cognoscuntur, q̄ saluatorem nostrum dæmonium efficitem, in potestate diaboli fecisse dixerunt, pro eo quod purum uidebant hominem, quem David se- cundum carnem filium asserabant. Quam in- felicitatem saluator noster non solidam autoritate, sed rationibus improbauit, asseuerans in hominibus ueraciter sibi subiectis, non per na- turam, sed per collatam gratiam, uirtutes pos- se resplendere diuinas in electione dæmonum & expulsionem languorum.

Sed ad peccati accrescit cumulum, q̄ demo- ni attribuebant quod erat diuinum. Diuinum est, ppulsare infernales atq; aëreas potestates,

& ipsas expellere ab obsessis: quia licet in se- ipsis sint usquequaq; discordes, fugari a seipsis non possunt a corporibus & locis, quæ deo ta- liter permittente inuaserunt. Et quoniam hæc aliter asserere, peccatum est blasphemiae, ideo ad eius improbationem & periculi remotionē se transtulit, dicens:

Ideo dico uobis, quia omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spi- ritus autem blasphemiae non remittetur. Et quicumq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autē dixerit uer- bum contra spiritum sanctum, non remit- tetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

¶ Laet sub litera intelligentia, differenda uer- bis non paucis: & primo aspectu affert difficul- tatem, quam per differētiā expedit remoue- re: quam si applicabimus ad personas illius tē- poris qui audierunt, & pro quibus dicta sunt uerba, leuis est enotatio: si uerō ad nostra tem- pora, sensus incumbit subtilior.

Aliud est, peccatū & blasphemia: aliud, spi- ritus blasphemiae: & aliud est, peccare in incar- natum uerbū, aliud, in spiritum sanctum. Nā pec- catum refertur ad actum, blasphemia ad uer- bum, spiritus blasphemiae ad intellectum. Pec- catum ex opere, blasphemia offendit ex ore, spiritus blasphemiae offendit ex corde.

Remittitur nepe omne actuale peccatū, si me- tanza sequit. Remittitur blasphemia, quæ ex odio aut ex ira siue ab incuria loquēdi, aut im- petu non recto defluerit, si tñ causa mali effe- ctus fuerit iam remota. Spiritus blasphemiae, mala intelligentia, mala uoluntas, mala suspi- cio atq; incredulitas, odium & derogatio in affe- ctu, non remittuntur, nisi radicatus euellant: ut talis spūs blasphemiae non dimittat, si peccatū non assit, aut ipsa blasphemia: & uersa uice, oē p̄tīm & blasphemia dimittat, si spūs blasphe- miae non assit. Sed de seipso, & p̄ seipso, cōtra ipm loquentes saluator uidebat uerba, p̄ferre: propter quod securus aduēxit: [Et quicumq; di- xerit uerbū contra filium hoīs, remittet ei: qui autē dixerit contra spiritum sanctum, non remit- tetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.] Vt si aduersus Christum humanatū pro suis mori- bus aliquid diceret incongruū, prout eius mo- res fuerunt à pluribus condemnati, quia Vo- rator carnū, Amicus publicanorū, Dæmoniū habet, Seducit turbas, Nō est hic homo à deo, quia sabbatū non custodit, & his similia, corre- ptis leuis est uenia. Et in nostro tpe plures in- debite Christum lacerant, quare sic uiliter na- tus, quare circūcisus, quare p̄sentatus in tem- plo, quare fugatus regno, quare baptizatus, q̄ re fami expositus, quare tentatus, q̄re lachry- matus, q̄re oras prostratus, q̄re ligatus, quare passionatus & mortuus. Si uerus erat dei filius,

nonne poterat aliter redimere genus humanū, absq; eo q̄ talia operaretur, & tam crudeliter pateretur? Sed oīa hæc uenā leuiter sortiu- tur, si non peccat in spm̄ sanctū. Sed si quis con- tra spiritum sanctum dixerit uerbū, non remit- tetur ei hic, neq; in futuro. Si quis Christi homi- nem ex sp̄sancto dixerit nō concepit, totius nostræ fidei destruit fundamentū. Et sine fide impossibile est placere deo, atq; p̄tā remitti. Nam sp̄sanctus supuenit in uirginem, & q̄d in ea inuētum est, non ex humano semine, sed ex spiritu sancto est. Qui contra hoc sentit aut dogmatizat, loquitur contra spiritum sanctū. Et qui, quod est spiritus sancti, attribuit dæmo- ni, similiter facit. Dixerant ipsi, non in sp̄san- cto, sed in Beelzebub Christum dæmonia eij- cere, quod est blasphemiam irrogare.

¶ Sed omnis intelligentijs plurimis, ad duō quæ hic uident graua, reuertamur. Dictū est, spm̄ blasphemiae non remitti, & contra spiri- tum sanctum dicere uerbū, non remitti in hoc seculo, neq; in futuro. Blasphemiam aduersus homines, dimittimus, & iuxta uerborū inten- tionem, sequamur auctore. Non enim carenus in deum, quatenus in homines blasphemia ir- rogatur, quantum p̄ similitudinem unius, possit ad cognitionem alterius ingredi.

Blasphemia nomē est græcū, quod una pro- negationem & affirmatiōem, prout dñs dabit, ipsam declarabo legentibus, ut ex blasphemia hoim possimus aduerrere, quid sit blasphema- re dñm deū. Dicere homini, uah uolare non potes, ignem non uales illasus contingere, sic- cis pedibus sup aquā incedere, mobilem facere p̄ conta ctū stabilem terræ molem, nulla blas- phemiae iniuria irrogatur. Nam huiusmodi ac- tus & passiones impossibilitate naturæ se diui- dunt, quibus plerumq; in talibus gratia fuerit su- p̄gressa naturā. Quispiā adhuc dicit: Nō uide- bis oculis clausis, coniectis labijs loqui nescis, aure obtusa non audis, non olfacis emunctis naribus, nec discernis sapores abs gustu, stellas tagere nescis, nec irretito incedere pede, futūra non nosti, hominum cogitatus ignoras, nec hæc q̄d certum est denegasse naturā, neq; blas- phemiae aut alicuius iniuriæ habere se in indi- cium. Nām quod natura negat, potētia nō con- cedit, suppetit sciētia nulla, nequit inficere ars inuēta, nulla possunt blasphemiae aut alicuius iniuriæ inferre conuicia, si alteri ab altero p̄ im- properium proferatur. Sed si quæ natura, po- tentia, sciētia, ars inuēta concessit, à quoquā impropertatio factu remoues, blasphemiam nō modicā irrogas. Si p̄ impropertij uia attribuis homini quod nullo iure sibi cōpetere potest, nullam dicis blasphemiam. Si remoues ab eo quod sui est iuris, blasphemiam intulisti notam: si tibi fecisti proprium, quod proprie propriū

Luc. 11

erat alterius, blasphemasti. Blasphemia etenim esset ad hominem, si ridere uellet equus: qui & blasphemaretur, si hinnire uellet capra. Rugitus leonis non competit porco, nec grunnire leoni. Si tuam potentiam, nobilitatem, acuitatem alicui tui alteri non concedis, aut quae tuae sunt possessionis & iuris, non blasphemasti: sed si quae tui sunt de decoris atque culpe, alteri tribuisti, proculdubio fecisti blasphemiam.

Multa quidem & alia sunt, quae istam a Christo damnata declarant, sed ipsam epimonicè breui uerbo diffiniam.

Blasphemia est generalis illa iniuria, cum remouetur per imperium ab aliquo quod habet a natura, potentia siue scientia, siue ab arte quaerita. Blasphemia est, remouere ab homine quod fuit eius iuris. Blasphemia est, tibi approbare quod propriè est alterius. Blasphemia est, alteri apponere tuam notam. Blasphemia est, in contemptum atque despectum alterius dicere aut facere, quod certissimum est displicere, nec ad tuum commodum in seculo posse, quod dicitur aut agitur. Blasphemia est, cum debita quisque suo iusto creditori non soluit. Blasphemia est, cum quis regem in sterquilinio, in tribunali seruum uel let uidere sedentem. Blasphemia est, uelle peruertere ordinem iustitiae atque morum. Blasphemia est, cum alicui dicimus malum placere, quod displicet; & bonum displicere, quod placet. Blasphemia est, in exceptuata iniuria, in exceptuata malorum suspicio, in exceptuatum opprobrium. Ex his igitur compilatis, quid sit deum blasphemare cognosce, ut quotiescunque in ueteri testamento aut nouo, blasphemiae uerbum occurrat, ad has diffinitiones recurras, ut quid sit, deum & quenquam blasphemare, cognoscas. Ac per hoc luce clarius intelligenti patebit, sine blasphemiam nullum posse committi peccatum, cum blasphemiam sit importune facere quod displicet, aut sine damno non facere opportunè quod placet.

Sed quia blasphemiam est malum quod ore profertur, & cito meretur ueniam: spiritus blasphemiae est, quod corde creditur atque sentitur, qui nisi efficiatur, non recipit indulgentiam: & quanto difficilior est cor mutare, quam corrigere uerbum, tanto difficilior spiritus blasphemiae ueniam consequitur, quam blasphemiam quae solo ore profertur: idcirco de blasphemiam & spiritus blasphemiae in deum, oportet longiore sermone differere.

Blasphematur deus, cum relinquitur in suis legibus & mandatis, alia copulatione quaerita. Improperat de dei populo Israel blasphemauerunt alienati sunt retrorsum. Et cum sua non custodi minus eloqua, blasphemamus. Quod idem ait: Abiecerunt legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Vituperat legem abijcetes: & deum insequitur maledictis, qui eius eloquium non praestat assensum. Na quid ali-

ud est blasphemare suum eloquium, nisi reprobare tanquam falsum ad defectuosum, ipsum non credere uerum aut uirtuosum, aut ad seipsum existimare aduersum, quod est in nostra utilitate prolaturum. Ad sui blasphemiam sibi arrogat omnipotens, cum cultus diuinus idolis offerbatur, atque adiutorium & consilium expetebatur ab eis, quod solius dei erat concedere: & sperabat ab eis, quod in solo deo decebat sperare: & omnis placitus reus uentus, ab idolis credebatur: quod qui Romanas & gentiles historias recolat, quod dicitur non ignorat, quomodo idolis omnia tribuebat. Proinde reuerentiam in thurificationibus & sacrificiis, simulacris gratiarum sedulas actiones. Quod per Isaiam conditor omnium deus inquerulatur: Et iugiter tota die nomen meum blasphematur. Quod Apostolus ad Romanos hoc idem repetens, cum additione quantali clarius uerbum fecit: Nomen enim dei per uos blasphematum inter gentes. Quae blasphemiam hoc insinuat, quod dabatur idolis quod diuini fuerat iuris. Quod si non idololatrico cultu agitur in Christianis, pestifero tamen saepe more peragitur, ut dominus & nomen eius culpabiliter blasphemetur. Quod tunc fit, cum sua uisibilia & inuisibilia iura, per fidem & credulitatem, per amoris & actionem in aliquem diriuamus. Vnde cum Christus ignoraretur quod esset deus, cum aliqua dixit quae solius erant dei, fuit appellatus blasphemus. Dimisit peccata paralytico, & dictum est: Hic blasphematur. Interrogatus est a Caipha si filius erat dei: responsione accepta, cum scissore ne uestium ipsum appellauit blasphemum: quia solium ab eis existimatus homo, uidebatur sibi ius usurpare diuinum. Quod in quadam congressione uerborum Iudaei expresserunt, cum excusare se uellent, quod non eum quaerebant lapidare de bono opere, sed de blasphemiae spiritu, dicentes: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemiam, qui tu homo cum sis, facis teipsum deum. Ac si dicere uelint: Nulla maior blasphemiam, quam hominem ex natura humana uelle habere diuinum. Quo uolendi genere peccauit angelus, & criminatus est homo primus, criminatus quicunque similia imitatus.

Quae Isaiæ & Apostoli uerba si ad aliam intelligentiam referantur, nomen eius blasphemari conspiciunt, cum in uanum nominatur, & pro sterilibus uerbis & promissionibus frivolis, & multoties uitiolis, adhibetur in teste. Magis uero ista blasphemandi sententia colligitur, cum sibi ab improbis attribuitur, quod nulla sibi potest lege assistere, prout qui crudelem, immisericordem, reus improuisorem, gubernatorem iniustum, acceptorem personarum, curam non gerere de creatis, stateratorem bonorum & malorum iniquum, plus inferre poenae quam culpe conueniat, non tantum tribuere uirtuti quantum expediat, spiritus blasphemio cogitat, aut ore blasphemio loquuntur. Necnon credentes non

esse quod erat, inferebant blasphemias. Nam in cruce pendens, a seipso delictus in poenis, a latrone reprobo, a pharisaeis, a scribis & turbis est mordaciter blasphematus: quia non credebant diuinum, quae sic aspiciantem confirmat. Et damnableior erat spiritus blasphemiae qui erat in corde, quam uerbum blasphemiae prolatum ex ore: quod non profertur, nisi a corde emitteretur. Sententia enim est saluatoris, quod blasphemiam cum alijs uitijs ex corde procedit. Et quoniam caput Christus non est praesens sum a corpore suo, quod est ecclesia, proinde si quis ecclesiam dei & auctoritatem & uirtutem, & sanctos eius spiritus blasphemio aut ore contigerit, blasphemiae culpis, iustitiae poenis pro rato delicti atque peccati, librametis egrotas diuinum, obnoxius subiacebit. Igitur legis, haec mala deuita.

Qui dixerit uerbum in spiritum sanctum, non remittetur ei. Cap. XXIII.

Ad secundum uero, quod timore horrendo nostrum propullat auditum, concutit cor, hebetat intellectum, quod inueniat aliquid non remitti peccatum, quod dicitur in spiritu sanctum, multa est diligentia pro intelligentia insudandum, sed uerborum connexione prius inspicimus. Dicit ipse saluator:

Qui autem dixerit uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Quis loquendi modus, qui loquendi conditio, qui locutionis necessitas, ad quid additio ista, neque in futuro? Na sonare uidetur, quod peccatum aliquid suscipere possit ueniam in futuro. Quod si est, quod est illud: Originale aut ueniale siue mortale? Si autem quod hic non suscipit ueniam, neque in futuro suscipit, superflua est ista negatio. Neque in futuro. Si peccatum aliquod in futuro remissionem suscipit, quam hic primum non suscepit, erunt ergo in futuro seculo sacramenta, ergo itaque militabit qui triumphare creditur ecclesia, ergo non unum erit iudicium, praesens scilicet & futurum: & quod hic non suscipit, alibi suscipit. Ergo erit poenitentia, erit contritio, erit confessio, erit absolutio, erit satisfactio, erit aquae aspergio, erit sacerdotis tremat unctio, erit predicatio, erit missae celebratio, erit comunio, erunt opera misericordiae, erit unctio pectoris, erit peregrinatio, erit iniuriarum remissio, erit pro originali malo baptismus, quibus omnibus in hoc seculo peccator omnium genera relaxatur, & remissionem secundum religionem Christianam suscipiunt, nec secundum orthodoxam fidem aliter remitti possunt.

Verum est quod ista in seculo futuro non sunt, licet peccata purgantur, sed purgatio futuri seculi non est remissio, quia nihil ibi purgatur, nisi quod hic remittitur. Et multa hic remissa sunt dolore peunte facta.

cramentali mysterio, qui interioris doloris abundantiam, corporis actionem & poenam purgata non sunt, nec futuri seculi purgantibus addita flammis. Et quod hic non remittitur, seu quod remissionem in hoc seculo sub istius sanctae matris ecclesiae iusto & misericordii iudicio ante mortem, non suscipit, in futuro non tradet flammam purgati, sed flammam cruciati mancipabit in aeternum. Et qui hic ab originali malo summe benedictio in catholica fide, trinitatis uocato mysterio, aut sanguine fuso pro Christo, aut flamine superinfuso non abluit, nec in futuro seculo abluit. Esi non apponet gehennalibus flammis, neque affliget in poenis, uisione tamen carebit domini saluatoris. Sed hoc tamen dico pro paruulis non ablutis. Qui autem attigerunt proteriore aetate rationis capacem, offendentes in lege naturae, in lege originalis iustitiae: seu in Moisaica & prophetica lege, in aliqua trium ablutionum in propria fide abluti non fuerint, sed decesserint, ut pueri, non uidebunt deum, & ut malos auctores secundum magis & minus, iusto dei libere iudicio, habebunt a sepe sensum.

Item se offert quaestio per foribus non linquenda. Sunt & uenialia peccata, quorum omnino potest esse memoria, in contritionem dearticulata non ueniunt, sacerdotibus non panduntur: quae si non in hoc seculo, in futuro remittuntur. Ego autem audacter affirmo, quod omne peccatum delectabiliter cogitatum, & cui uoluntas praestitit assensum, prolatum aut factum, ueniale siue mortale, de quo ante mortem potest esse contritio, si non dearticulatum, saltem indistincte, & si potest tractari sacramentale mysterium, & non sit, non ad remissionem aut ad purificationem in alio seculo reseruat, sed in aeternam auctorem detrudit penitus gehennam. Nam impoenitentia uenialis peccati, dico esse mortale peccatum aedificans ad gehennam. Sed hoc a cordibus fidelium eximat, quod si quis absque mortali existens peccato, quis uenialibus irretitus, repetit aut subito nimia celeritate mortis iaculo ferret, quod nullum contritionis esset spatium, nec confessionis remedium, quod nec aeternis affligeret poenis, & remissionem post mortem, similiter & purificationem, dei misericordia largiret, susciperet. Quod si ad hunc articulum tantum illud, Neque in futuro, quasi sit possibile in futuro peccata remitti, saluator non uoluerit declarare, penitus ignoramus. Sed large tenentes peccatorum remissionis ueram sententiam, adduc uerbum annexum, scilicet Neque in futuro, in pedulo est, & quod saluator sic dixerit, uere sic est. Nec quod dicit, est contra sententiam saluatoris, sed ad eliciendam certitudinem ueritatis. Sed iterum atque prius, ad connexionem uerborum retrograda consideratione redeamus. Ait enim: Qui cunque dixerit uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei. Igitur solum uerbum dictum, non remittetur, igitur nec & factum. Maius est, malum facere quam dicere, aut maius dicere quam facere: aut dicere non

Pro purgatorio.

remittetur, & facere remittet: an si non remittet dicere, & multo maius faceret: Titubat hic animus, quod ista sententia sonat: quam p ocultas uenas discutientes, introibimus duce ducente in serenum atq; planum eius.

Quicūq; dixerit vbum cōtra spm̄sanctum, diabolus est, aut membrū eius. Sed habet mēbra & membra mala, & peiora, & pessima. Opat diabolus hominem lædere, insidiatq; omnibus. Dux est malorū, complices eius sequitū ducem. Dixit in corde diaboli membrū vbum cōtra spm̄sanctū, vbum scilicet immutabilis propositi ad læsionem inferendam. Dixit enim in corde suo, Non mouebo a gn̄atione in gn̄ationem sine malo. Obstinatus peccator, immutabilem se dicit ad malū, nec q̄scit donec lædat quod odit. Aut se de mundo non credit exire, nisi malū pficiat quod ipse concepit. Rebella hic sanē gr̄a mutati, q̄ se in corde denegat ab ipsa uelle murari. Et mortis reprobatur incertū euentū, q̄ ante ipsam credit perficere cogitatū. Dixit & alius vbum in corde contra spm̄sanctū, q̄ deū immemorem in corde suo appellauit, & etiam existimauit illius peccata in sine nolle punire, cuius uitam impunitam sinit abire. At em̄ scriptura: Dixit enim peccator in corde suo: Oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in sinem. Peccaui, non ptuli poenam, oblitus est deus: præceptū præteritū, mansi absq; tortura, oblitus est deus. Beñal sum, oblitus est deus. Ab initio cōfregi uirtutis iugū, deo seruire cōtempsi, oblitus est deus. Faciam ampliora, imō deteriora: teritū impunita, ut prima, posteriora. Quare: Oblitus ē deus, & auertit faciem suam, noticiam sapientie suæ, ne uideat in sinem, ne q̄d in præsentī non ulciscit, nec etiam in sinem ulciscet. Sed adhuc non q̄scit dicere vbum contra spm̄sanctum. Vide q̄d secutus aditūxit, ut sub interrogatio ne ac r̄sione propheta declaret, prop̄t q̄d irritauit impius deū. Respondit & ipse: Dixit em̄ in corde suo, non requirer. Quid nō requirer? Bona ut præmīet, nec mala ut puniat. Negat iste in corde suo præmia iusta, negat poenas atq; flagella derisoribus. Negat percuriētes malos corporis iniustus. Contra spm̄sanctum in corde suo vbum dixit, qui benignus est iustis, & iustus in iudicijs peccatorū. Sed horū uide im probatiōem per illud q̄d sequit: Vides qm̄ tu laborē & dolorē cōsideras, ut tradas eos in manus tuas? Q̄ & in ecclesiastici sentētia ex omni parte confirmat: Non dicas, ad deo abscondar, & ex summo quis memorabit mei? In populo magno non agnoscat. Quæ est anima mea in tam immenfa creatura? Ecce cæli & cæli cælorū, abyssus & uniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebunt. Montes simul & colles & fundamenta terræ, cū conspexerit illa deus, tremore cōcutient. Et in oibus

Psal. 9.

Psal. 9.

Psal. 9.

Ibidem.

Ecc. 16.

his in sensatū ē cor, & om̄e cor intelligit ab illo.

Qui etiam dicit vbum cōtra spm̄sanctum, iniustus est, quia spm̄sanctus iustus est. Iniustus loquit contra iustū, quia iniustus est: & ex ipso q̄ cōtra iustū loquit, fit iniustus, & si antē fuisse iustus. Sed ubi dicit, aut primō loquit iniustus, Psalmista docet: Dixit iniustus ut delinquat in semetipso. Vbi dixit iniustus? cui dixit? Nō extra p̄ vba sonantia, nō auri audiēti. Sed ubi dixit? In semetipso. Quid dixit in semetipso? Vt delinquat, ut deū deserat, ut ipm̄ offendat, ut peccet, ut lædat, ut se, phibitus necet. Et q̄r: Quia nō est timor dei ante oculos eius. Timor dei, donū est spm̄sancti, contra quē iniustus dixit in semetipso, s. deliberauit in mēte. Igit̄ erit istud dicere vbum contra spm̄sanctū in remissibili, s. timore carere, deliberatē malū pficere. Quid n̄? Dicit em̄ scriptura: Qui sine timore ē, nō poterit iustificari. Qui em̄ nō iustificat, non remittit ei, sed retinet p̄ctm̄. Sustine amplius, ut uideas clarius quid ē, vbum dicere in remissibili contra spm̄sanctū. Dixit insipiens in corde suo, Nō ē deus. Vbi dixit insipiens? In corde. Cui dixit? Nemini. Cui dixit, qui in corde dixit? Contra quem dixit? Cōtra deū, quia dixit, Nō ē deus. Et nihil maius cōtra deū, q̄ negare esse deū. Quis deus? Pater & filius & spm̄sanctus. Quia si nō ē pater, neq; deus filius, neq; deus spiritus sanctus. Si non filius, neq; pater & spm̄sanctus. Si non spm̄sanctus, neq; pater & filius. Relatiua sunt enim, & unus sine alio esse nō potest. Et tamē non tres dii, sed unus est deus. Quod ei remittetur peccatum, dicenti non esse deum spiritum sanctum. Sed qui dicit uerbum contra spiritum sanctum, dicit contra patrem & filium: quia sicut trinitatis opera sunt indiuisa, ita & factæ offensiones ad ipsam.

Quare igitur magis inuehitur contra uerbum in spiritum sanctum, quam contra uerbum in patrem & filium? Quæstio est subtilissima, hic penitus non pandenda, sed intende quod corripimus. Quis dixit? insipiens. Quis insipiens? Qui sapientia caret. Sapientia, nobilissimum est spiritum sancti. Ecce duo dona extrema spiritum sancti, scilicet timor & sapientia, qui bus carentes iniustus & insipiens, non ore, sed in corde contra spm̄sanctū dicit, quia iniqui in corde & corde locuti sunt. Nam proculdubio maius malū est, in corde de deo trino & uno, & de incarnato uerbo atq; fide malē sentire, quam ore profere, aut opere malum facere. Et alius dixit in corde suo vbum contra spm̄sanctū, quē propheta Isaias cōmmemorat: Quomō cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Cor ruiisti in terrā qui uulnerabas gētes, qui dicebas in corde tuo: In cæli conscendā, supra cæli exaltabo solium meū, sededo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendā sup̄ altitudinē nubium, similis ero altissimo. Vide quomodo

Psal. 14.

Ecc. 16.

Psal. 14.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

iste per omnia in corde uerbum dicebat cōtra spiritum sanctum, uide quomodo in isto erat spiritus blasphemie in spiritum sanctum, dicens uerbum contra ipsum. Quid dicebat in corde suo? In cælum conscendam. Cælum insinuat cæla & alta mysteria scripturæ sacre, secretam supernaturalium morum scientiam, reuelatio quorum spectat ad spiritum sanctum. Nam altissima sapientia, intelligentia, scientia dona in ipso sunt, ab ipso largiuntur, ab ipso procedūt, & ubi uult spirat, & cui uult, & quomodo uult, & quando uult. Ad hoc cælatum cælum nullus nisi ipso uocante conscendit, nullus accepit nisi cui ipse dedit, nulli dedit nisi q̄ se humiliat. Super humiliatos requiescit spiritus sanctus. Errat, qui se credit per se sapere diuina mysteria, sui acuitate intellectus intelligere sacre scripturæ secreta, supernaturalium morum futurum agentem ferētium sine spiritum sancto habere peritiam, scientiam atq; uitam. Ecce uerbum dictum contra spiritum sanctum in corde. Sed uide quod sequitur: Super astra cæli exaltabo solium meum. Sed qui propria uirtute se subleuat, propria defectioe dejicitur. Astra intelligibilis empyrei aut intellectualis cæli, angeli sunt, supra quos quis ascendit? Cælum scriptura est, cuius astra fulgentia sunt luminosissima ueritates, quarum doctrinam solum spiritum sanctus habet inferre. De quo saluator ait: Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omne ueritatem. Astra cæli sunt, sancti fulgentes uita & doctrina præsentis ecclesie. Ipsa etenim cælum dicitur. Super ista quis ascendit? Conditor deus, qui carnelatus descendit. Bene igitur contra spiritum sanctum in corde suo protulit uerbum, q̄ super astra ista exaltare uoluit solium suum. Solium, sedes est regum. Reges sedentes in solio, solent iudicare subacta, discernendi proferre iudicia. Sed quis homin nouit in solio suæ mentis iudicare de substantijs separatis, de spiritalibus almis, de ueritatibus luminosis, de sanctis perfectis, nisi conditor omnium deus, qui est spiritus sanctus? Quis igitur præsumet exaltare iudicij solium, nisi temerarius & mente superbus, qui in corde suo uerbum dicit contra spiritum sanctum? Cuius sanctificatione sanctum est quicquid est sanctum, & clarescit quicquid est uerum. Vide sequentia uerba contra spiritum sanctum in corde prolata: Sededo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Sedere, actus est quietis. In monte testamenti. Quis mons testamenti, nisi altitudo hæreditatis diuinæ, ex paterno testamēto morte interueniente, qua confirmatur testamentum, filius hæreditatem sortitur? Quod hic tangitur, magni est mysterij, plurimos ramos habet, breuitatis secure succidam.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

ptium, qui hæreditatem assequi concupiscit. Non est filius proprius neq; adoptiuus, qui uerbum dixerit contra spm̄sanctum. Filius unicus est proprius, cui semper fuit esse, quod præteritum & futurum: sedit atq; sedebit, non habet. Boni autem ceteri, per spiritum sancti gratiam sunt adoptiuus. Sic enim dicit Apostolus: Accepti sunt spm̄ adoptiuus filioꝝ dei, in quo clamamus, abba pater. Ipse enim sp̄s testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Si autē filij, & hæredes. Qui v̄d per spm̄sanctum adoptiuus sunt, & altitudinem adoptionis cognoscunt, modum adoptionis credunt, magnificam bonitatem adoptantis animo & moribus uenerantur, uolunt hæreditatem in monte testamenti, in altitudine honorum ineffabilem, sed non in lateribus aquilonis, quia ab aquilone pandet omne malum, in cuius lateribus sedere contra spm̄sanctum sator elegit.

Anima & animus plura differere contra in spm̄sanctum uerbosum, quare ipsum remissio non sequat, quod electio sessionis in lateribus aquilonis, satis aperte declarat.

Latera aquilonis, temporalia bona significant, quæ frigidam animam faciunt a charitate, in cordibus uerorum fidelium diffusa p̄ spiritum sanctum. A qua frigidityte, omnium cōscientia teste, progreditur omne malum. Ait etiam saluator: Quoniam superabundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Non omnium negauit charitatem, sed multorum, q̄ hic & in futuro peccatorum remissionem non assequuntur: quorum numerus, sicut & electorum, soli deo est cognitus. Sed si nobis damnatorum incertus est numerus, defectus q̄ nobis est ex fide usquequo certissimus, quis est? Frigiditas charitatis, signata in lateribus frigidi aquilonis, a quo secundum Ieremiam, pandetur omne malum, septiforme scilicet, contra septiforme spiritum sancti donum. Et ecce uerbum irremissibile dictum contra spiritum sanctum, poeniteat, dotear, gemar, labore, agat quod uult bonum, remissionem non recipiat charitate priuatus. Ipsa sola est q̄ remissionem impetrat peccatorum, cuius frigiditas generat omne malum. Heu quid elegit sedere in lateribus aquilonis? Quod malum est, quod frigiditas ista non faciat? Quod malum est, quod temporalitas & temporalis claritas & mundana serenitas non inducat? Dicam audacious, quod cognosco clarius. Nullum. Ad quam credulitatem uide testimonium scripturæ. Salomon dixit: Ventus aquilo dissipat pluuias. Flatus malus, q̄ ab aq̄lone procedit, imbrem sanctorum ac cælicæ doctrinæ auertens. Charitatis em̄ frigiditas, cōfundit flā mantia v̄ba, nec pluuiā suscipit cælitus missam, seruesactam ab igne diuino. Et uaticinabat Isaias, dicens: Ab aq̄lone fumus ueniet, & nō ē q̄ effugiat agmē eius.

Rom. 8.

Mat. 24.

Ier. 1.

*quæq;

Q

Pro. 15

Frigiditas charitatis, & temporalium frigidus amor, generavit in hominibus superbiae & uanitatis fumum, & uere nullus inuenit eius agrum euadens. Ipsa res experientia clamat, quantus sit in hominibus appetitus honoris & laudis, dignitatis & gloriae, quanta in moribus extolentia, quantus fastus in uita, quot nouitates in malum, & uanitates in ueritate, ut pauci reperiantur qui ab aqilonari fumo non inuoluant. Nec non aqilonaris fumus peruersum dogma significat, quem de puteo abyssali Iohannes in Apocalypsi exire conspexit, a quo obscuratus est sol, & intellectus humanus, & sanctae contemplationis aer. Qui fumus grauit locustas, animas distorsit incedentes, nec non se subleuantem per tempus a terra in altitudine uirtutis, sed statim relabentes in ima, unde per modicum fuerant non quod subleuatae, habentes nefaria & defectiuam potestatem, permittente deo, more scorpionum inferre subdole laesionem per dogmatis peruersi seminarium conant, nullo ualente profugere, nisi si signum dei discretiuum a malis, in frontibus mentis & corporis indelebili habuit impressum. Sed sicut deficit fumus, peccatores deficient a facie summi dei. Ecce ab aqilone omne malum culpae, ab aqilone uentus confundens domini bona. Ecce ab aqilone fumus rectorum oculos rationis multimode laedens. Sed iustum est, ut unde culpa exoritur, inde plerumque poena oriatur. Ille idem qui uidit ab aqilone omne malum pandi, uidit ollam diuinam iustitiae igne uindictae succendi, sed facies eius erat a facie aqilonis, ut inde feriat diuinam iustitiam, quod processit malitia. Et malum punitiuum idem uidit Ieremias ab aqilone, ut malum culpae malum poenae resculpit. Item autem dicit uox auditionis: Ecce uenit, & commotio magna de terra aqilonis, ut ponat ciuitates Iuda in solitudinem & habitaculum draconum. Aquilo te duxit ad facinus, aquilo te multabit ut commouearis, nec quietas aliquam inquietas ad malum. Et desolentur animae quae nomine confessae sunt deum, negaue rebus factis. Et habitacula fiant daemoniorum, qui angelorum confortium prauis moribus atque frigidis contempserunt. Sed nec semper erit foderatio ferri & aeris ab aqilone: nam necessario dispergendae sunt diuitiae charitate carentium, & non calentium animarum habitantium in lateribus aqilonis. Igitur uide, quantum & quale verbum in corde contra spiritum sanctum dixerit, qui sedere uoluit in lateribus aqilonis, charitate se priuans, quae donum sancti spiritus est muneris.

Nec ergo mireris, si remissionem hic & in futuro non suscipis: magis attende, quid sequenter adiecit: Ascendam, inquit, super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Nubes praedicatorum res a rebus sublatis sunt terrenis. De quibus alio loco dicit scriptura: Mandabo nubibus desuper, ne pluant super eam imbrem. Altitudo

nubium, sublimitas est doctrinae Christianae: quam, quia simplicitate uerborum, abiecto distamine tegitur, supergredi se credunt, ac citam quia uidentur intelligere literam, subiacere sibi putant occultam intelligentiam. Magis qui super altitudinem nubium accolluntur, qui sibi ipsis, non sanctis doctoribus, credunt: & maiorem arbitrantur haberi intelligentiam inuestigatione doctrinae, quam concedatur gratiae infusione: & acquisitione studij, subtilitate ingenij, arte syllogizandi, inani peritia disputandi, euidentiora inuenire se credunt, quam uirtute orationis & inspirationis diuinam concedat.

Nubes fuerunt apostoli & euangelistae, quia altitudinem scientiae habuerunt atque doctrinae, sed nulli haereticis conati sunt superascendere. Multi sapientes naturales, se istis fecerunt superiores. Multi etiam doctores, appellati catholici nomine fuerunt, nescio si in animo extiterunt, nouitate loquendi miscendo cum supernaturali theologia naturam, cum scriptura diuina philosophicam, historicam, & poeticam, sibi ipsis superuoluit sunt uisit: & quod est certum, in dubium reuocantes per Verum: & quod est clarum & lucidum, in turbidum & obscurum redigentes per Verum: quod est sanum, infirmum facientes per Verum: quod iustum, prudens, modificatum, in contrarium uertentes per Verum: quod bonum moribus & doctrina probatum, approbatum, comprobatum a Christo, ad libitum reuocantes per Verum: quod est sanctitatis atque uirtutis, quasi non sit, contemdes per Verum: quod quaestione non indiget, ad uerborum controuersiam reuocauerunt per Verum. Si filius dei necessario carnem assumpserit, si de uirgine absque semine, incorrupta lege naturae, concipi & nasci potuit, uolentes inuenire per Verum. Siqua fecit, si decenter fecit, nitentes declarare per Verum. Si mandata sacramenta sunt necessaria, quomodo sunt possibilia, ad quid expedientia, quare tot & non plura, semper retractantes per Verum. Feret omnem scripturae punctum committentes ad Verum. Quod humana ratione nunquam potuit aut poterit inueniri, comprehendere sagaces per Verum, simplices mentes fidelium peruertentes per Verum. Et syllogistica forma utentes, uidentur nescire loqui nisi per Verum. Puram & simplicem & necessariam scripturae scientiam non habentes, additis syllogisticis quaerunt apparere per Verum. Cum comprehenditur a sanioribus & clarioribus, secutum syllogisticum, & peritiam faciunt Verum. Et intantum super altitudinem nubium se leuauerunt, ut modum loquendi prophetarum, Christi & apostolorum, & uerorum & sanctorum doctorum, correxerint per syllogismos & tomos, quasi pulchrior & apertior sit modus loquendi philosophicus & Aristotelicus, syllogisticus & dialecticus,

et opus & elenchicus, rhetoricus atque satyricus, quam ille quem docuit, tenuit, edidit, & per pheras sanctos, apostolos approbatos dedit pater & filius & spiritus sanctus: & intantum exorbitauerunt naturales hominum mentes, ut super altitudinem nubium se sustollant, dicentes atque credentes, quod theologica non possunt apprehendi, nisi caeco Aristotele duce, & uiam praebente orbaro Platone, atque caeteris praenunciis philosophis, ueris priuatis luminibus, solum innitentibus baculis scientiae naturalis: quasi uelint asserere, quod in docendo & discendo superuoluit scientia naturalis. De quibus scriptura dicit: Vanus sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei, & de his quae uidentur bona, non poterunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex. Proinde alia scriptura dicit: Credentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Sed benedictus deus dominus qui illuxit nobis, & posuit nubem ascensum suum, & ascendit super cherubim atque sedet, & nubes suscepit eum in caelo, et in nubibus caeli ueniet, ad quas sola si des humilis atque simplex, oratio deuota, meditatio sancta appropinquabit humiliter, non superascendit arroganter: super quarum altitudinem credunt ascendere, spiritus sancto contumeliam facientes, uolentes aliter assimilari altissimo per superbiam quam deceat, non retinentes similitudinem suam, quam ab ipso in creatione suscepimus, quae reformata est in nobis qui redempti sumus. Quomodo igitur qui sic in corde uerbum dicunt contra spiritum sanctum, remissionem hic & in futuro recipient peccatorum, nisi humiliter sine curiositate subdantur simplicitati uitae & doctrinae, quae est in Christo Iesu domino nostro semper?

¶ Quae sint peccata in spiritum sanctum. Cap. XXIII.

Libet amodo ad praedicta finem apponere, sed prius alio loquendi ordine quantula potero breuitate, in spiritum sanctum aliqua peccata subiungam.

¶ Qui spem ueniae sibi admittit, spiritum sancto contumeliam facit, quia in eius uirtute omnia peccata laxantur hominibus. cui maledictio se primo obligauit Cain, dicens: Maior est iniquitas mea quam ut de ueniam merear. Et in nouo testamento sibi Iudas se simili pacto consociat, qui poenitentia ductus, a desperatione deus factus, laqueo se suspendit. Vult enim spiritum sanctum omnibus poenitentibus miseri. Denegat ergo misericordiam dei, qui desperationis iaculo se confodit.

¶ Nimia praesumptio de sui ductus, diuinam iustitiam arguit. Vellet enim peccare impune a seipso deceptus. Qui bona irremunerata, & mala impunita faceret, verbum habet irremissibile contra spiritum sanctum: quia cuius est

indulgere subactis, praesumptuosos in malum non relinquit impunes.

¶ Expediit omnino dolere peccata, priuata punctione doloris. obstinatio dominatur. Obstinatus ad spiritum sanctum, hostilibus demeritis est tradendus. Praeterea malorum & ueterum delictorum uolens aboleri chirographum, ad cautelam futurorum expediri firmum fieri. Igitur dispositus ad futura se contingentia mala, spiritum sancti puritatem & sanctimoniam uilefecit. Iuste namque ignis aeterni pabulum erit, qui semper passus est malo.

¶ In exceptuata oportet ueritati praestare assensum. uictoriosissima enim est, & semper suos aduersarios conterit. Qui animo atque uerbis ipsam & factis quam nouit impugnat, antiquo mendaci aequillime tradetur in focum.

¶ Ad fratres & proximos charitate conuerti diuina iura praecipunt. Inuidia pertinax hanc aboleuit uirtutem, quam qui possederat, eius efficietur iusto iudicio collega, cuius inuidia mors intravit in orbem terrarum.

¶ Ad poenitentiam nos expectat conditor & redemptor, ad quam sua benignitas, teste Apostolo, omnes peccatores adducet. Sed contra impoenitens spiritum sancto aduersatur benigno, cuius thesaurizator, merito subdetur ei quod primum sibi fuit aduersatus in caelo.

¶ Quauis autem omne peccatum mortale contra spiritum sanctum insurgat, factorem etiam magis priuata: ista uero quae tanta malitia committuntur, dicuntur hic & in futuro non remitti. Quod uerbum indiget declaratione altiori modo quam litera iacet.

Nihil bonum & pium, est impossibile apud deum: hoc credere, catholicum est: contrarium uero fugatur a fide.

Nullum peccatum posse excedere diuinam bonitatem, misericordiam & benignitatem, certissimum est: contrarium uero a ueritate factum.

¶ Nullum hominem, quantumcumque peccatorem, adultum ante mortem, aut ante inhaerentem omnino infamiam, aut ante arreptionem a daemonibus, quae quae da mors est, cum fieri permittit quae in sua dispositione non fallit, priuari libero arbitrio, quae se potuerit, dei gratia praesto stante, poenitentiam agere luce clarius patet: contrarium uero recedit a luce, quae in experientia est. Unde igitur non sequitur remissio in hoc seculo neque in futuro? Non a deo, quia non uult mortem aeternam peccatoris, sed ut conuertatur & in aeternum uiuat, & uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Non a commisso peccato, superat enim Christi passio quaecumque peccata. Et per leue chillem omnium iniquitatum poenitentia pollicetur remissionem. Sed sequi potest a difficultate poenitendi, propter excessiuam a talibus malitiam peccatorum, & indispotionem ad poenitentiam, quae necessario in agere habitata peccata causare. Rari enim sunt in me-

Isai. 14

Psal. 77

Rom. 2

Leue. 2

Gen. 4

Mat. 7

Isai. 14

moria hominum, quos scriptura commemorat, qui ad poenitentiam uenerint, remissionem acceperint huiusmodi peccatores, quoru peccata dicuntur irremissibilia hic & in futuro. Adistorum uerborum claram intelligentiam, scilicet, Neq; in hoc seculo neq; in futuro, cu additionibus & modo proferendi oportet intendere: nam non ad omnimodam impossibilitatem per hanc negationem, sed ad difficultatem ista reducenda sunt uerba. Aut neque in hoc seculo remittentur sine contritione profunda & poenitentia magna, neq; in futuro sine grauissima poena. Siue, neque in hoc seculo neq; in futuro, ac si aperte dicat, quod non remittitur praeeunte poenitentia in hoc seculo, nunquam remittetur in futuro. Seculum namque istud est impetranda misericordiae, futurum uero distributae iustitiae. Etiam in hoc seculo anima in bonum & malum uertibilis est: in futuro uero, immutabilis in bono aut in malo erit omnino uoluntas. Proinde anima quae se hic non conuertit ad bonum, neq; in futuro seculo conuertetur.

¶ Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Cap. XXV.

Agonizant plerumque plurimi causam querere peccatorum, & antiqua est ista hominum quaestio, in nullo temporis cursu ab aliquo, nisi unimode non soluenda, quam ipse saluator in subiectis uerbis exoluit. Si quidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de thesauro suo profert bona: & malus homo de thesauro suo profert mala.

¶ Similitudines appositae in suis proprietatibus naturae, peccatorum & malorum progressum in sua ueritate declarant. Et arbor fructum si habet, unde habet: Praeter id quod uidetur, causam qua fructificat, habet occultam: fructus in arbore ab occulta causa uenit: ergo ex occulta causa fructus, ex fructu arbor cognoscitur in qualitate, similiter apud multos in specie. Arbor est homo, fructum bonum aut malum facit, uirtutis actum aut peccatum committit, iudicabit ueritas. Bonum fecit, ergo est bonus: malum fecit, ergo malus est. Iudicasti arborem ex fructu bono uel malo, fructum uero ex quo iudicasti? Si ex arbore, igitur erit idem iudicatum & iudicans, effectus & causa, opus & autor. Omittamus uerborum obuolutiones, nec similitudines discutiamus per singula.

Cum bonus sit homo natura creatus, uelut arbor fructum proferens in tempore suo, unde facit malum? quae causa mali? Erat igitur quod bonum est, causa mali? Malum factum, a mala cau-

sa sortitur effectum. Causa mala rationalis arboris, est mala uoluntas, quae extra seipsam non habet causam. Quod, cum diximus de corruptela peccati, aliquid declarauimus. Causa uero bona, est uoluntas bona, quae extra seipsam habet e contrario causam, scilicet deum bonum, creatorem bonam, & assistentem gratiam: ac per hoc omnis homo prius bonus aut malus est in uoluntate propria, excepta bonitate naturarum: bonitas namque naturarum semper manet, absque quod aliquid deducatur ad actum, deinde ex mala uoluntate aut bona, tanquam ex causa, operatur bonum siue malum, ad quod alludunt quandoque sententiae sit praedictae. Si quidem ex fructu arbor cognoscitur. Ac si aperte dicat: Si fructus bonus, homo bonus: si malus, homo malus. Cuius fructus uoluntas est causa, ex qua homo dicitur bonus uel malus, quod similitudo subiuncta declarat: [Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Quare? Quia ex abundantia cordis os loquitur.] Ex eo enim quod cuiusque uoluntas appetit, loquitur, quaerit, & dicit, & operatur: & quod thesaurus non habet, expensor aut custos non profert. Inde fit, quod uoluntas non appetit, lingua ex affectu non loquitur, & corpus per opera non requirit: & quod uoluntas appetit, lingua profert, & actio quaerit. Et hoc est quod saluator adiecit: [Bonus homo de thesauro suo profert bona, & malus homo de thesauro suo profert mala.]

¶ Etiam thesaurus & locus conseruationis eius, est nostra uoluntas, ex qua ad peragendam uiam nostram perditionis atque saluationis exhauriunt expensae. Igitur mutet uoluntatem, opus mutare desiderans. Opere non mutato, iustitia dei cadit ppendeulariter super eum, ut secundum quod est a sua causa productum, autorem eius puniat aut beatum faciat. Conuertit hoc in locutionibus catholicae fidei atque scripturae, etiam si dissentiant uanae quaestionum aucupatores. Quod ex mala causa malus sequatur effectus, & ex malo effectu causae malitia iudicet, saluatoris est ista sententia, quae ex fructu arbor cognoscitur. Proinde si quempiam uelis agnoscere ad imitandum siue cauendum, considera exteriores affectus in teriores affectus nemo nisi deus potest inspicere, siue cui de speciali dono gratia fuerit elargitum. Fructus uero exteriores, quos nominamus sensu actiones innumerabiles, sed impertinentes atque culpabiles, a pertinentibus atque inculpabilibus oportet fecerere: sed non inspicias hominum physionomiam, secundum quam superbi philosophi subtilissime atque incaute innumeros iudicauerunt, non deferentes diuinae gratiae uel potestatis, nec hois liberae uoluntati. immo modo in actionibus sensu, quae dephendere cupis, obserua. Loquela interdum loquens idioma innuat, & raro fallit, praeterquam in his, quae aut longo

tractu temporis, aut nimia peritia lingua alia uelut originaria didicerunt, sicque loquuntur: sed impossibile sit, ut interdum non relabantur in illam. Equidem & ipsa uerbulatio, qualis quis fuerit, saepe pandit. Posuit enim custodiam ori suo, & ostium bonae circumstantiae labijs suis, sibi per uirtutem praedictus in corde, ut nihil indisciplinarum aut reprehensibile dimittat a labijs: & praeter necessitatem non facit uerbum: & ubi esse aut expedire poterit per silentium, non loquitur: ubi per pauca uerba, non abundabit per amplius. Coactus ad uerba, dicitur ipsis per tempus & modum, numerum atque pondus. Quae uideris de nimis, de muliere pulchritudine, pparatice, furibundae, accurate, arroganter, derisoriae, aemulaticae saepe loquentem, in his ex intimis cognosce affectum. Quem uideris uisum fingere in faciem foeminam, & leuissimum uel imberbissimum puerum, spe etacula & caritum nouitates sedulo intuentem, his applicat agnosce. Praestare facile moribus & relationibus atque inutilibus narrationibus aure, sine cunctatione leuitate in animo residere cognosce. Applicentem ad inutilia corpus, crede inutilem: ad uicia se uero integram, iudica pernitiosum. Difficiliter tamen disuelatur hominum simulationes & hypocritales figure: nasciscitem uero rari uidi posse decipere. Semper enim ad similes se constringit affectus. Infallibiles penitus sunt, supra politae sententiae saluatoris.

¶ De uerbo ocioso reddenda est ratio in die iudicij. Cap. XXVI.

Terret amplius nos saluator, exacturus de nostris actibus rationem, ut caueamus a malo. Iustus exactor est deus & infallibilis perscruator, ut nullus effugiat exactorem eius: Semper terna haec memoria eius, retinet parua & magna, quae non obliuisci madaamus, ac etiam si uellemus, prope insitum defectum retinere non possumus. Vnde statim quae dixerat os ex abundantia cordis loqui, ne inuani loquremur, nos terredo, adiecit:

Dico autem uobis: quia omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

¶ Si de ocioso, quid de mendacioso: quid de pernitioso: quid de falso testimonio? quid de blasphemia: quid de iniurioso uerbo? quid de discorsio: aut de similibus malis linguae, quae non hic, sed alibi sunt tractanda: Quod uoluit hic saluator innuere? An ne uoluit per comparationem loqui, ut si de minoribus ro, multo magis de maioribus exiget? An omne malum liguae sub isto uoluit intelligi, aut solum quod sic prolactum est, uoluit praecaveri? Sed uerba sacrae scripturae a praecedentibus saepe dependet, & a sequentibus innotescent. Quia supra per paradigmata dixerat, uoluntate bona aut mala, causam esse bonorum atque malorum. Verbum igitur ociosum, uelut malus fructus, arborem condemnat in causa, & ue-

lut denarius falsus thesaurus in malis repositus iudicat: quia malus malum profert de malo.

Igitur uerbum ociosum erit, omnis locutio impertinens, & omne malum dictum, malum adesse uoluntate declarans, quia ex abundantia cordis os loquitur. Sed proculdubio magis dixerim, ex praecedentibus uerbis atque sequentibus sumendo sententiam, esse uerbum ociosum uerbum bonum, cui bona opera non uident. Nam ociosum est uerbum, quo quis se medicum innotescit, cui medicinae peritia non assistat: aut si assistit, operari desistit. Ociosum uerbum est, quo quis se militem esse facit, sed nihil praeter militarium actibus potuit aut scuit adesse. Ociosum uerbum est, quo quis artificem aut alicuius ministerij se fore insinuat, cuius operibus semper priuata exiit manus: nec ad actum posset aut scire applicare potentiam, quam uerbo dicit habere. Nihilominus tamen uerbum bonum est, quo quis artificem alicuius ministerij se fore insinuat, quia bonam rem dicit, & bona est lingua, & bonum est cor in eorum natura atque substantia: sed eo ipso uerbum est ociosum, quo per opera non firmatur. Ociosum est uerbum, quo quis se confitetur Hebraeum, si non circumcidatur, aut non Moisaica seruet. Permagis est ociosum uerbum, quamuis profert bonum, quo nos dicimus esse Christianos, & Christiani uolumus appellari, Christianitatem aut operibus non firmamus, imo moribus improbamus. Et ociosa est locutio, uocari quempiam dominum, & eius non obsequi uoluntati, quod secundum alium euangelistam ad haec uerba saluator adiunxit:

Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quae dico? L. 116.

¶ Quasi dicat: Inutilis est in aliqua professione locutio, & uerbum est ociosum, si operibus non firmatur, dum per morem & uitam oportet esse quod dicitur. Ecce igitur de quo reddamus rationem, cum exacti fuerimus in die iudicij, si ocioso nos diximus esse Christianos, & si operibus probauimus aut improbauimus, quod uerbo professi sumus. Quam intelligentiam uerba sequentia manifestant.

Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.

¶ Quis igitur iustificat ex uerbis, statibus operibus mortuus: quis dicitur ex uerbis ociosis, pro poenitentia correctis, & stantibus operibus uiuis? Ista ergo sententia sic nostris animis claret: Ex uerbis tuis iustificaberis, si Christianam religionem iuratus debitis operibus approbasti: ex uerbis tuis condemnaberis, si ipsam professus, corruptis moribus improbasti: & si es quod dixisti, suscipe gloriam: si non, accipe poenam. Igitur, qui legis, haec mala deuita.

¶ Generatio praua & adultera quaerit signum. Cap. XXVII.

LUC. 4. Mat. 12. Mar. 8. Luc. 11.

Ine intermissioe yboz quaedam saluator reprehedit, a quibus oino praecauere oportet fideles. His supra dictis, ex aduerso infidelitas curiosa cõsurgit, q̄ p̄ signa q̄ rebat cõfirmari yba, q̄ tanta yitate pollebant, ut plus essent q̄ oia: plus em̄ yitas, q̄ oia signa, ualet. Et in curiositate male sociati sunt Nazareitis, qui miracula curiosè à saluatore p̄cebant. Nam qm̄ uidebat altæ traditionis quod saluator ait, Ex uerbis tuis iustificaberis, tunc statim quidam de scribis & pharisæis dixerunt:

Magister, uolumus à te signum uidere. Ecce ybum ociosum, de quo supra proximo fati sumus, uocare magistrum, cuius doctrinæ nõ ut discipuli boni credunt; nõ si crederet, signa nõ peteret. Infidelibus, non fidelibus, data signa nõsuntur; nec magistroz est facere signa, sed inferre doctrinam. Vide ergo quod iniqui sua locutioe se destruit, cum ore loquitur, qd factõ cõfundit. sed eos saluator rñden do declarat, quanta in eis animo dñetur iniquitas. Et magna oportet cõsideratioe in s̄istere circa yba, per q̄ saluator uisus est aliq̄s improbare.

Respondens nanq̄ dixit: Generatio mala & adultera signum querit &c.

Omnis gnatio, sua natura & suo noie bona est. Quid est quod additum est, mala & adultera? Ex uoluntate mala, naturæ bonæ adiungitur, qd à dño reprobatur. Quid est ergo, gnatio mala, siue unde generatio mala, aut in quo mala? Nã gnatio, qua quis ab alio gnatur, ut ex uno multi generetur, dici solet; q̄ prout gnatio est, neq̄ p̄t̄m, neq̄ mala dici debet: q̄a donum dei est, per sepnariã uirtutem collatum ipsi humano generi. Quæ si per matrimonij legem fiat sine libidine, aut adiuncto libidinis malo, aut per aliã libidinẽ extra matrimonij legem, generatio mala non est, quia bonũ naturæ est. Nam malũ libidinis, non turpat bonũ generationis: sicut bonũ generatiois, nõ honestat malũ libidinis. Et sicut bona gnatio generationẽ bonã non potest maculare. Sed nec de huiusmodi generatione saluator eloquitur.

Sed etiã generatio solet dici, quæcũq̄ hominũ cõgregatio, qui in uno genere uiuendi conueniunt, uelut si ab uno patre habuissent exortum; q̄ si bonis moribus fulget, bona: si malis turpata tabet, mala uocatur. Quo loquendi genere illam Iudæorum generationem appellabat malam, quia malis & perditis moribus corrupta erat, & propter idololatriciam in quam sæpe ceciderat, sicut ferè omnes prophetae fuerunt prælocuti, adultera meruerat appellari. Sed p̄termisiss Iudæis, quibus tunc dominus & saluator loquebatur, & etiam nunc ex euangelio posset intendi: aduersus nefarios Christianorum mores ista duo uerba retorqueri li-

bet, ex dictis ueteris testamenti p̄ similitudinẽ sumetes ininitum, q̄ adhuc non sunt sopita, nec dormiunt, sed put clamauer atq̄ prolata sunt aduersus perfidos Iudæos, nunc in spũ aduersus malos Christianos magis in clamitent. Au di legislatore m Iudæoz, differentem unde fit generatio mala, q̄a clamaue fregerant fideles, & iniquitatem reddebant iniquitate carenti, iniustitiam iusto, & obliquitate recto. Deus, inq̄t, fidelis & absq̄ ulla iniquitate, iustus & rectus, peccauerunt ei & nõ filij eius in sordibus. Generatio praua atq̄ puerfa, hæcine reddis dño populus stulte & insipientis? Fidelis est deus nobis in oibus promissis eius. nam & David dicit: Fidelis dñs in omnibus ybis suis. A fideli nõ expedit per infidelitatem auerti. Vtrũ fidei deo p̄missam seruemus in baptismate fidei, & in alioz participatione sacramentoz, omnes qui Christiani sumus, nosmetipsos interroge mus: & respõdebite nobis cõsciẽtia nostra, quãta infidelitate turpemur. Infidelitas est enim, licitum & honestum atq̄ utile non seruate promissum: quam si discutere uellem per singula, tempus potius deficeret q̄ materia. Nullã iniquitatem ad nos operatus est deus: nequit em̄ & nescit, & non uult: est em̄ absq̄ ulla iniquitate. P̄salmita per simile clamat: Qm̄ rectus dñs deus noster, & non est iniquitas in eo. Totã uerò iniquitas dicitur, lædere innocentem, & bonũ faciẽti semper repẽdere malum. Quem unq̄ læsit omnipotens? Quid nobis debuit & nõ fecit? Imò in nullo nobis existens obnoxius, nulla debiti lege ligatus, ineffabili sua largitate bonoz suoz uoluit esse dator, promissionis debitor, pietatis redemptor, & ultimò glorificator in superis. Et nos ex aduerso per iniquitatem montem male atque iniquæ reconspensationis ascẽdimus. Et iustus est dominus q̄ iustitiam dilexit, qui nos iniustitiam fecimus, auferentes nosmetipsos à seruitio sancto suo, ad quod omnis iustitia nos obligat.

Iniustitia facit, qui omnibus non reddit debita iura. Iniustitia damnabilis est, se suo denegare factori.

Rectus est, q̄ obliqui nõ potest: rectus, qui nullos nouit anfractus: rectus, q̄ recte iudicat: rectus, qui utit p̄deribus iustis. Igit̄ rectus est deus. Q̄ P̄salmita canit: Dulcis & rectus dñs, p̄pter hoc legẽ dabit delinquentibus in uia. Et cũ sua rectitudinis linea uult oẽs incedere, à q̄ obliquimur m̄te corrupta & moribus deprauatis. Sed q̄s multitudinẽ infidelitatu, iniquitatu, iniustitiãz, obliquitatu, q̄s falsi Christiani uelut aqua in trepidẽ bibunt, calculare p̄sumet: Obrigerit d̄ giti, resoluerentur musculi, ad scribendum uerò careret potẽtia manus. Sed qui fecerit hæc? Qui domino peccauerunt, qui non sunt filij eius, qui priuari pro nihilo pendunt hæreditate eius. Sed nitidi sunt filij eius; qui y q̄ ei p̄-

Thre. Apo. 17. Deu. 32. Iere. 17. P̄sal. 77. Deu. 32. P̄sal. 77. I. Cor. 4. Gal. 4.

cat, sunt in sordibus. Ideo dicit: peccauere ei q̄ nõ filij eius. Vbi peccauerit? In sordibus p̄torum, in sordibus tẽporalium rez. Sordes em̄ sunt tẽporalia respectu cælestiũ. Et sordes Ierusalem declamat Ieremias esse in pedibus eius, dicens: Sordes eius in pedibus eius. Sordes in pedibus, temporalia in affectibus. Nam in æternis & pro æternis domino nõ peccat, sed pro his quoz breuis est mora, & uicinus semp̄ est finis. Sed quis fordeat quantum uult, secundũ sententiã Iohãnis in Apocalypsi: tẽpus est breue, & finis uiciniõ. Et ex his dixit Moyses: Generatio praua atq̄ peruerfa, hæcine reddis domino populus stulte & insipientis? Generatio est praua, q̄ suis cõsuetudinibus indurata, corrigi neq̄t, magis y nõ uult. Peruerfa y, q̄ rectus itineribus nõ incedit: imò q̄ oia recta puerit. Nã prauus est incorrigibilis, indisciplinabilis, insubstibilis, indoctrinabilis diuinis theorijs atq̄ actiõibus, solum firmatus in placitis. Et hoc est qd Ieremias dicebat: Prauit̄ est cor hois. & cor p̄us, non oculus, nõ lingua, non manus, aut cætera mēbra. & imperiscurabile, q̄s cognoscerit Iudæ: Nullus, nisi q̄ scrutat̄ renes & corda, deus. Peruersus y nõ est, qui primò seipsum puerit à deo, & peruersa medicatur & operat̄ in moribus, nec in seipso seipsum retinẽs, uita, doctrina ceteros puerit, & pueris itineribus sua det incedere. Et hæc est gnatio mala, legislatore dicẽte, hæcine. Ac si dicat: Ecce ista sunt mala: infidelitas, iniquitas, iniustitia, obliquitas, prauitas, peruersitas, q̄ tu populus stulte, populus insipientis, reddis dño, unde dicit gnatio mala. Vñ ipse secutus adiungit: Generatio em̄ peruerfa est, & infideles filij. Sed audi P̄salmita graphũ, per eũdem loquentem sp̄m, q̄ primus legislator intonuit: Ne sicut patres eoz, generatio praua & exasperã. Generatio q̄ nõ direxit cor suũ, & nõ est creditus cũ deo sp̄s eius. Sed audi sententiãz intentũ, qui cõcordiã legisti uerborũ. Præmonet David ne fiat. Qui nascitur. Sed deo gr̄as, q̄a nati & educati sunt. Qui sunt q̄ nascitur, p̄phetabãt, & hodie nati sunt: Christiani. Cũ istis David i spũ loquẽs agebat de cauẽdo ne fieret sicut p̄tes eoz, qui fuerunt gnatio praua & exasperã. Nã Christiani, filij sunt Hebræorum aut Iudæoz, non ex traduce seminis in carne, sed in fide. Est filij uocamur Abrahæ, non per ancillam, sed per liberam, quæ si de ac etiã super naturam concepit. Et pater dei nostræ dicitur Abraham. Et oẽs prophetae, patres sunt: & Christiani, filij prophetaz sunt per fidẽ, quæ reuelata erat, nõ reuelata est. Et Ch̄s, Iudæus est per carnẽ: sed nos, filij sui sumus aut fratres per fidẽ. Apostoli sanẽ oẽs, Hebræi fuerunt: & nullus de p̄putio, sed oẽs de circuncisione habentes originẽ. Et nos filij ap̄loz sumus p̄ fidẽ Nam suos cõuersos, uocabat. Ap̄s per fidẽ filios, & b̄ladiõri uocabur

Io filios. Sed nõ sunt hi patres, quoz est aut fuit gnatio praua atq̄ peruerfa, secundũ quos P̄salmita p̄monet. ne fiat populus. Sed fuerunt innumeri fidẽ habentes dei unius, sicut & modo habent Christiani: sed moribus, uita, ybis irritauerunt deũ, prauifuerunt, nec correcti sunt, exasperauerunt deũ. Nã quoties exacerbauerunt deũ, prouocauerunt, exasperauerunt, si quis Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomij, Iosue, Iudicum, Regum historias legerit, & p̄phetas reprehendentes, eoz mala cõmemorãtes inspexerit, non ignorat. Sed non est nostri operis, ueteris testamenti, sed noui, elucidare moralia. Et p̄ Ieremielẽ dixit, quia domus exasperans est. Et gnatio q̄ nõ direxit cor suum, s̄ coram deo, ut uia eius esset directã in cõspectu dei eius. Quod petebat idẽm David, dicẽs: Dirige in cõspectu tuo uiam meam. Illa em̄ generatio aut anima non direxit cor suum, q̄ infami graditur uia, & de quibus sapiẽtia loquit̄: Vx duplici corde, uã peccatori terram ingrediti duabus uis. Quia una est quæ ducit ad patriam. Vx dissolutis corde, qui nõ credunt deo: ideo nõ protegẽtur ab eo. Propter qd etiã am dicitur gnatio mala, quia nõ est creditus cũ deo sp̄s eius, frupta fœderis liga. Ad malẽ generationis notoriũ ipse Salomon aiat, dicens: Gnatio q̄ patri suo maledicit, & q̄ matri suẽ nõ b̄ndicit: gnatio quæ sibi m̄da uidet, & tũ non ẽ loca à sordibus suis: gnatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altum subrextæ: generatio quæ pro dentibus gladiõs habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

Patrẽ habemus creatiõis ex nihilo, in eo q̄ sic facti sumus, quo iure benedictionem omnium sibi uendicat, quod tres pueri Danielis, in ignem corporeum iniecti, sed à deo intus illuminati, exclamauerunt: Benedicite omnia opera dñi dño. Et paulo post: Benedicamus patrẽ & filium cum sancto sp̄itu &c. Et David: Benedicam dominũ qui mihi tribuit intellectũ. Et alibi: Benedicam dominũ in omni tẽpore. Si benedictio ei ab omni creatura pro modulo suo debet, q̄ igit̄ est ista generatio, q̄ patri æterno maledicit? Illi qui secundum P̄salmitam male de deo loquuntur, dicẽtes: Et malẽ locuti de deo, dixerunt, nunquid poterit deus parare m̄sam in deserto? Quæ igit̄ peior maledictio, q̄ de dei potẽtia dubitare? Dubita uerit̄ illi de m̄sa reficiẽdi corporis in deserto solitudo: dubitat hodie à pluribus de m̄sa reficiẽdi sp̄itus in cursu nostri tẽporis, dicẽtes, quomodo fieri potest, ut in tam parua hostia sit ueritas Christi corporis? & maledicunt deo, qui de sui potẽtia dubitant. Sed homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatũ suũ. Et prohibet ne maledicat̄ princeps populi, multo magis dominus uniuersũ. Habemus patrẽ carnis,

Iere. 2. P̄sal. 5. Eccl. 2. P̄sal. 77. Pro. 30. Dan. 3. P̄sal. 15. P̄sal. 33. P̄sal. 77. Exod. 22.

Leuit. 20
Exod. 21
habemus patrē spūs, similiter & matrem, de quibus hæc sententia profert à dño: Qui maledixerit patri & matri, morte morietur. Et qui matri carnis nō bñdicit, peccat. Qui matri ecclesiæ non benedicit, pampius peccat. Qui uirtuti matri- ci nō bñdicit, peccat. Qui Ierusalē supnæ, quæ sursum est, matri nræ nō bñdicit, culpabilimè uiuit. Nam non bñdicere, nihil aliud dixerim, quàm eis non assentire præceptis, non consen- tire uirtutibus, non dare monitis aures, de iudicio & iustitia non lætum fieri.

Iob. 14
I. Ioh. 1
Generatio q̄ sibi mūda uidet, præsumpsit: quia nemo mundus à sordē, & nemo pot̄ facere mundū, de immūdo conceptū semine. Qui dixit, ego mūdus, nō fuit de mūdo. Et si præ il- lū q̄ sp̄m fuit mūdus, singularitatis fuit diuinae, nō gnationis peccatum non habemus, mendaces sumus. Si uerō dixerimus, bona opera facimus, omnes quidem iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatae. Ideo sequitur: Et tamē (ta- lis generatio) non est lora à sordibus suis.

Pro. 23
Reprobata gnatio est hoim, q̄ oculos excel- sos habet ad iudicandū, & q̄ oculos erigit ad q̄ habere neq̄. Prouerbiator dicit: Ne erigas o- culos ad opes q̄s habere nō potes, quia faciet sibi pēnas q̄si agnæ, & uolabit in cælū. Palpebræ aut̄ subrextæ in altū, apertos faciunt oculos, ut plus uelimus uidere quàm expediat, plus iu- dicare quàm liceat, plus appetere quàm suffici- at. Numcius est cordis, corporis oculus: & cum renunciat ea quæ uiderit, oritur appetitus.

Gnatio mala est, q̄ pro dētibz habet gladi- os. Sufficiūt hoibus dētes ad contrectandū suf- ficientia uitæ animalis, q̄ more animalū uiuū- mus, q̄ superflua nō requirūt, cū ipsa natura sit resecta de paucis. Sed habemus gladios ad oc- cidendū alios, ut alios occidere, ipsos sit uita. Vel hoc est gladios pro dētibz habere, aliorū mortē, suā uitā putare. Et cōmādit molaribus conterens impotentes, uelut canis ossa corro- dens, ut inopia uestiat, ut ad inopiā mise- riam persecutionis adiciat, & pauperes non si- nat uiuere cū hoibus super terram: ut si nō ha- bent aliquid impēdendi muneris, psonali sub- sistant seruituti: aut quia ex eis nullū fructū sus- cipiūt, dolent q̄ uiuunt, & uelut steriles arbo- res succiden dos decernūt: quod propriū est ho- minum tyrannos. Necnō illa est mala gene- ratio, quæ gladio dentium & linguæ, oēs diffi- mando interficit & cōterit, & inopibus & pau- peribus criminationibus maledicit: quia illos quos deus diligit, odit.

¶ Sed nedū malam, etiam appellauit adul- teram. Nam non omnis malus, adulter: sed oīs adulter, malus. Malam appellabat, prop̄ mul- titudinē p̄ctōrū: adulteram, solūm ad idolola- triam referebat. Nam quanta idololatria fue- rit infecta synagoga, Iudæa & Samaria, uete-

ris testamenti sacra scriptura cōmemorat. Sed proprietatem adulteræ mulieris uideamus, ut capiamus ad deuidandū adulterium spirituale.

Adultera mulier dicitur, quæ per amorem concupiscentiæ, carnī adulteri cōiungit, etiā si carnis copula non sequat. Adultera est omnis mulier, quæ uiuētē uiro, corpori alterius se cō- iunxit. Adultera est, quæ in domo uiui uiuit si ne legibus iustis eius, aut legibus dilecti regula- tur alterius. Adultera est, quæ se comitat præ- terq̄ ad placitum uiui. Adultera, adulterinis & fornicarijs affectat placere cōspectibus. Ad- ultera est, quæ alium in suum nutibus & gesti- bus prouocauit amorē, etiam si decipiat. Ad- ultera est, quæ alteri fidem dedit ybo, etiam si animo non consensit. Adultera est, quæ alteri consensit in animo, etiam si fidē non dedit ut negauit ybo. Adultera est, quæ mortem affe- ctauit uiui, ut nuberet alteri. Adultera est, quæ fidem dedit alteri de nubedo post mortem ui- ri. Adultera est, quæ in morte uiui ppter alium præstitit assensum, aut si solūm ipso affectauit carere. Adultera est, si plus debito per blanditi- as ad libidinem excitat uirum. Adultera est, si uiro consentit coire cū altera: excusant in hoc Sara & uxores Iacob. Adultera est, si uiro con- sentit in prohibitis relictari ualens. Adultera est, quæ in coitu subdita uiro, p ardorem & de- lectationis concupiscentiam alium imaginat. Adultera est, si uiro dedit adulteradi causam. Adultera est, si aliqueum aut aliquam licet nō in se, adulterare fecit in alijs. Adultera est, quæ odit ex animo uirum suum. Adultera est, quæ uiui diligit uitium. Adultera est, si sciens uiuū certē adulterum existentem, nec dimittentem pellicem aut adulteram, secum patitur ex ani- mo habere carnis commercium. Adultera est, quæ cum pellice aut alia adultera pactum de uiro fecit tacitum uel expressum.

Et uersa uice dicitur uir adulter, quanuis in forinseci foro iudicij, non omnes hi actus adul- terij iudicarentur habere. In iudicio uerō rati- onis & infallibilis ueritatis, omnes sunt puni- di atq̄ adulterino iudicio iudicandi, q̄ secun- dū primas quinque sententias, quælibet genera- tio, cōgregatio, collectio, societas & quælibet anima singularis, apud deū in idololatrijs & er- roribus, in deprauatis affectibus atq̄ moribus reputatur adultera, adulterarum iudicio iudi- canda. Proinde & per hoc copulatio amoris abs deo, copulatio mali opis, adulterij facit.

In domo dei uiuere sine lege dei & Christi, adulterium est. Regulari regulis eius quod ne- quiter diligitur, aut quod malè intelligitur, sci- licet prauitatis hæresis, philosophicis, satyri- cis, magis quàm diuinis delectari doctrinis, ex- ecrabile adulterium dicitur. Ornari quibuscū- q̄ inuisibilibus aut uisibilibus, præter æterni sp̄s si placitū, iustū diuortium fecit à Christo. Mal-

male uelle placere, Christo certissimum est dis- plicere. Nam qui malis placet in malo, malus est: & qui consentit in crimine, criminofus. Or- namentum animæ differat à corporis ornamē- to: illud inuisibile, istud uisibile: illud incorru- ptibile, istud corruptibile. Et mulier ornamen- tū quærens absq̄ placito uiui, notam sibi malè suspicionis induxit. Nam nulla uxor est ad sei- plam, sed ad uiuū. tātūm mulier est ad sei- plam. Proinde nec anima desponsata Christo, sp̄sa est ad sei- plam, sed ad sp̄sūm Ch̄m. Igit̄ secū- dum placitum sp̄nsi, uxoris sunt ornamen- ta. Non ergo anima quærat aliquid aut inuisi- bile ornamentū, nisi qd æterno sponso in pla- cito sit, nec uelit placere quibus ipse non pla- cuit, imō nulli q̄ ad Christi displicentiam uenit. Nam nullū placitum ab hominibus sumit, ni- si uirtutis: & qui uirtuosi noscunt, placitum in alijs alitū quàm uirtutis non quæunt. Placet uirtus deo, angelis, & hominibus uirtuosis. Ma- nifestum est autem displicere contrarium, aut manens indifferens, non placere. Proinde ani- mo sic placēs, legitima sponsa est: in alijs & cō- trarijs & aliter se componens, adultera est.

¶ Sed hæc mala & adultera gnatio, malum aliud curiositatis supaddebat, quia signa quærebat, sed nō accepit qd malè petiuit. Iustē negat̄ in iu- sta petitiō. Et diuina rep̄sione ad ima reflectit, quod per curiositatem se in alta sustollit. Pete- bant em̄ hi altitudinis signa clarētia de supnis, uelut assoliti signis mirabilibus in Aegypto co- ram duritia Pharaonis: in portētis magnis, in diuisione rubri maris, in eorū transitu per medi- um sicci maris, à dextris & à sinistris pro muro stantibus ags in ipsius reductiōe sup Aegypti- os insequētes: in ducatu mirabili columnæ ignis & nubis, in tonitruis & clangoribus, in splen- doribus & terræ motibus, in lapidibus & nu- bibus in monte Sina, in datiōe legis, in crebris apparitiōibus gloriæ dñi super tabernaculum foederis, in supernaturali eductiōe aquarū de saxo durissimo, in supermedicinali sanatiōe il- loꝝ qui mori fuerant à pulceis serpentibus uenenatis, per conspectum ænei serpentis: in pastu mannae, segregata omni actione, produ- ctione naturæ ministrato pabulo per ministrē- riū angelorū: in subita & in mirabili eductiōe coturnicum, ad uotū sensualis populi adhuc in carne sensualiter laborantis: in mirabilibus aquas de hostibus habuerūt, domino p eis pu- gnante de cælo: in claris testificatiōibus factis signis mirificis Moysi, in contraditiōe Cho- ræ, & absorptione Dathan & Abiron, qui pri- ma schismata in populo dei suscitauerunt: in dulcoratione aquarum indulcium, & desuper factis percussionibus quomodolibet delinque- tium: in mirabili consecratione diuinorū ma- datorum, facta digito sancto dei: in inaudita & præter communem ordinem rerum, signifi-

catua magis mysterij, prodigiosa & portentū- ca conseruatione uestium & calceamentorum per quadraginta annos in deserto soliditudo: in mirifica & admiranda castrorum metatio- ne, per quadraginta aduas mansiones factas, sem- per desuper dato signo diuinæ nubis, requie- scentis super foederis arcam pro tanto spatio temporis, pro quanto diuina sapientia illum tunc electum populum uolebat in loco mane- re: ac etiam in significa morione nubis & glo- riæ, ut moueretur & arca, circa quam per suas turmas castra metaturus erat populus ille dei. Et in mirabilibus & signis clarissimis, factis tē- pore Iosue, primi ductoris de Aegypto, i mō- te Baurim, iubente domino, quiescentis per in- ortem. In apparitionibus angelorum arma- torum, ad tuendum electum populum magni dei. In præter ordinatum cursum naturæ man- sione solis pro defensione Gabaa, ut nūquam tam magnus dies fuisset hominibus super ter- ram, obediēte domino uoci hominis. In stu- penda refrenatione Iordanis à parte superiori defluentium aquarum, ita ut reuenterent in gurgitem, & alix defluerent cursu naturæ so- lito, ut per intermedium sicco pede pergeret populus sanctus dei, ut tanta mora superiores aquæ à cursu naturæ desisterent, donec moro- se transiret innumerabilis multitudo, & colli- gerentur duodecim lapides de medio Iorda- nis alueo, ad faciendum acerrum pro tanto si- gno in memoriā sempiternam. In ruina mira- bili inexpugnabilis ciuitatis Iericho: q̄ huma- na uolētia inexpugnabilis credebatur. In signis datis & factis tempore iudicij in manu an- gelorū. In liberationibus diuinis à manibus ini- micorū & suppeditatiū electū populū, in manu Gedeōis, Iepte, Samsonis, & ceterorū. In signis mirificis factis tempore Regū, in Samuele, Da- uid, Salomone, atq̄ ceterorū regū bñ regentiū subactā multitudinē in lege dñi dei. In almīs si- gnis Eliæ pphetæ, q̄ claudēbat cælos æthereos ne pluerēt, & suis ofonibus dabat ombres, qui de cælo petebat ignem, & ignis obediēbat sibi ad uotū, qui curru igneo ē subuectus in cælū, imō (ut credit̄) in paradysum. In signis factis in Eliseo discipulo eius, in oibus t̄pibus uitæ illi- us. In signo retrogradi solis dato Iezechiæ pro- fletu suo in additione annorum, ut experien- tia in arificiofo horologio umbra decem gra- duum spatio mutata uideretur.

¶ In quibus signis & plurimis alijs assuefa- cta gnatio Iudæorū, talia petebat fieri uelut in- credula, p dñm saluatorē Iesum Ch̄m. Et cū eiecisset de tēplo nō cōueniētia tēplo, similis dixerit: Quis signū oñdis nobis, si magnitudis & mirificæ actiōis: Sed hic & ibi saluator sp̄s dicit signū mortis & sepulturæ ac resurrectiōis. Nā ibi dixit: Soluite tēplū hoc, corpus suū in- sinuans. Hic deuoratum Ionam induxit. Sed

Iohan. 2.

Mat. 23.

omnibus signis ab initio mundi factis, veritas & ratio præualeat, quibus generatio mala & adultera non præstat assensum, veritate atque ratione, uelut infana & erronea, maius æstimans signum.

Ioh. 9. Utinam intelligerent omnes rationis expertes, quanta sit mentis infirmitas, quanta infidelitas, quanta dementia, quanta stultitia, signa quæ uere, cognita ueritate: uelle, prodigia, ratione clarente. Nam signa parent oculis, ista intellectui splendent: signa sunt in tempore, ueritas semper lucet. Sed forte aliquis diceret: Non intelligebant, ideo signa periebant. Sed si non intellexissent, ipso Salvatore dicerent, peccatum non haberent. Atque per hoc non derogemus signis atque prodigijs diuinitatis factis, quæ ipsemet saluator fecit, ut scriptura euangelica docet & ipse cõmõrat, dicens: Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed minus distinguo signa & prodigia & omnia miracula, cõparatione rationis & fulgentissimæ ueritatis, ut audeam appellare erroneos, qui istis illa præponunt. Cur ergo quærit signa, cur miracula Christianus? Titubare adhuc in fide, cuius fides miraculis crescit. Fluctuat in mari infidelitatis, si per signum deueniret ad portum. Paruulus est adhuc, qui signorum edulio pascitur. Edentulus est, qui miraculorum lacte nutritur. Fidem non fecere miracula neque signa, sed a fide signa & miracula processerunt. O Christiani, aspiciate in animo ueritatem, intellectu respiciate rationem. Ne terre amini, si miracula & signa extrinseca in ecclesia non uideris: ablatata est enim ab huiusmodi lacte. Sancta mater ecclesia, euulsa est ab hereticis decetibus paruitati. Magna facta est, roborata est, sapiens est. Nam non sunt mortui martyres prope signa, sed prope ueritatem fidei mortui signa fecerunt. Ac per hoc si unum credimus quod est maius, ergo & minora credamus. Primum mysterium saluatoris, scilicet incarnatio ineffabilis uerbi diuini, excelsit rationem omnium mortuorum, donationem miraculosam omnium sanitarum, effugationem demonum, locutionem omnium linguarum, translationem de loco ad locum omnium montium, mutationem præter communem ordinem omnium celestium orbium. Et ut breui discursu concludam, audeo dicere, omnium reorum creatio. Si tale maius credimus, quæ minora pergrimus? Obmittamus hæc, & uadamus ad mores. Si Christianæ fidei mores esse cõdita natura concordant, aut ab ipsa non discrepant, cur pro moribus agendam uitæ signa querunt? cur miracula expectant? cur, ut melius agamus, aut peccata deuicemus, exquirunt resurrectionem mortui alicuius, ut enticiet quod poenæ, quod gloriæ in alio fortiunt, qui ab hoc seculo recesserunt? Cur aliquid pro signo aut miraculo præter reorum ordinem queritur, quæ talibus signis pulchrior est? Quia nec ipsa signa tãta curiositate appetita, bona & pulchra cõsent, si uniuersale ordinem reorum in aliquo perturbaret. Et quæuis

uideat per signa quodammodo fieri perturbatio, & in cõmuni ordine mutatio quedam, ex quadam uero alia occultissima uia in ordine atque ad ordinem uniuersi, pulchritudinis intelligibilis & quæque uisibilis, plus accrescit. In quo uniuersi ordine, si quis per ueritatem & rationem, quæ præcelsissimus signis & miraculis, inquireret mores agendam uitæ atque deuicendam malitiarum, plus quam in signis & miraculis inueniret.

Hæc pro tãto dico, quia tunc a saluatore nostro Christo de moribus agebat agendam uitandis, quæ toties pharisæi & scribæ signa siue miracula petierunt. Proinde libet uidere quodam familiariter discursu, si quod signum aut miraculum pro moribus deuicendis, magis dånabit superbiam, iram, inuidiam, acidiã, auaritiã, uulã, luxuriã, & ab eis depredenda mala, quæ ipsa uitas luminosa, quæ ipsa ratio clara, quæ in ordine uniuersi post deum & cum deo tenent principatum & ducatum. Aut quæ signa siue miracula prudentiam, iustitiam, temperantiam & fortitudinem, fidem, spem, charitatem, & ab istis depredenda & egredienda bona, melius approbabit, firmabit & situabit in seipsis & hominum animis atque moribus uitæ agendam agendis, quæ inobscurabilis, in eclipsibilis uitas, atque in cõfundibilis & irreprobabilis ratio, cum quibus creatura sunt omnia, gubernantur omnia, distinguunt omnia, uiuunt quæ uiuunt omnia, generantur quæ generantur omnia, loquuntur quæ loquuntur omnia, moriuntur quæ moriuntur omnia, reuiuiscunt quæ reuiuiscunt omnia, mouentur quæ mouentur omnia, qui escunt quæ quiescunt omnia, sapiunt quæ sapiunt omnia, intelligunt quæ intelligunt omnia, in finem proprium deducuntur omnia, deficiunt quæ deficiunt omnia, permanent quæ permanent omnia, diligunt quæ uere diligunt omnia, odium quæ uere & rationabiliter odium omnia, quibus suis qualitatibus qualificantur quæ uere quæ uere omnia, suis quantitatibus consistunt & augmentantur & decrescunt, quæ consistunt & augmentantur & decrescunt omnia: quibus in substantijs, in proprijs, in qualitatibus, in quantitatibus, in passionibus, habitibus, & omnibus nominalibus sunt ut sunt omnia: quibus reprobatis in omni cogitandi, delectandi, consentiendi, loquendi efficiendi genere mala sunt, quæ mala sunt, omnia: & deficere, cognoscunt ab eo quod fuerunt, sunt & esse possunt, quæ istis modis deficiunt, quæ deficiunt omnia: Quæ igitur signa, quæ miracula cum de moribus agitur, & cum omnia propter mores Christianos oporteat intendere, tam uerius, tam rationabilibus damnantur uitia, approbabit uirtutes, quæ ueritas inuariabilis, ratio infallibilis. Nam signa fallere uidentur, & falli possunt: ueritas autem & ratio, nec fallunt nec falluntur. Proinde ueritatem appello, a quo omne quod est & quod est, quæ atque quantum, & quod & ad quod est, & esse cognoscitur: & quod falsum est, fal-

sum esse demonstratur: & omne quod cognoscitur, per ipsam cognoscitur: & ante omnia creata inuisibilia & uisibilia & ceteris omnibus semper esse sortitur, ac etiã si deficerent omnia sortitur: immortalis enim est ueritas. Rationem autem uoca, illud quare, scilicet quare omnia facta, & sic facta, tãta, & non maiora nec minora: tot, neque plura neque pauciora: taliter, & non aliter & alia facta sunt, atque de omnibus redditur ratio. Et illud quare, quare bona & mala quæ sunt, sub qua ratione a creatura rationali apperitur omnia aut respiciuntur, iuste uel iniuste quæ appetuntur & respiciuntur omnia. Infallibilis enim est ratio, quæ uis multi sub ipsa, non tamen per ipsam fallantur. Nec per hæc ueritatem solam aut rationem dicimus creatricem: nec intendimus, cum hæc dicimus, illam solam summam ineffabilem, increatamque ueritatem & rationem, omnia suis modis miris atque inscrutabilibus facientem: sed etiam illam ueritatem & rationem, post primam, quas supra factis modis & pluribus, omnibus rebus accommodamus atque sociamus. Igitur atque igitur frustra propter mores agendos & deuicendos, miracula siue signa conquiruntur: sed si queruntur, primo creatio ex nihilo, propagatio, gubernatio mundi, & modus cernatur. Necnon quæ miracula & signa in ecclesia dei petunt, potius sciãt in ecclesia dei omni die, omni tempore, omni anno, mense, hebdomada, die, hora, quadra, momento, miracula non desse, sanari uidelicet inuisibiliter a peccatis, resurrexissent a tenebris peccatorum, in quibus uelut in quibusdam tumulis sepultæ latebant, ac latent malorum hominum mentes. Quod miraculum maius, quæ ad fidem Christianæ religionis uenire Iudæum uel paganum? Quod maius miraculum, quæ cum in mentibus eorum qui conuertuntur & respiciunt a malis, assuescunt amor ueritatis in odium eorum, quæ tanta tenacitate dilexerat: & odium pœnalitarum & cruciatuum corporis, uertitur in amorem insolitum, contra tenere sensum: & placidum in displicentiam, & displicentiam in placidum uenit secundum ineffabilem mutationem & distributionem illius, qui semper in factis suis est miraculosus & mirus: Nonne uidebatur dilectoribus mundi, & fluuialibus peccatoribus ad mala diuersa colligatis, per amoris & per delectabilem experientiam, cum rebus delectantibus sensum, quod prius possent moueri montes, sine ferro saxa proficindi, corpora animalium carentium pennis, in aëre more auium posse sustolli, quam quæ diuiderentur ab amatis rebus, pro delectatione continua & uaria in suis generibus habentibus omnis delectationis fomentum? O quæ horrenda uidebatur castitas luxurioso, humilitas superbo, patientia iracundo, amor communis inuidio, labor acidioso, paupertas & largitas auaro, abstinen-

tia guloso. Deridebant hæc in animo amplectentium hæc uitam. O quam diligebantur uisibilia bona, sed excepta paululum diuina miracula, signa infinitæ potentie omnipotentis dei: ecce quæ amabantur, uenerunt ad fugam & odium: & quæ odio habebantur, summo amore queruntur. Ipsi ergo qui talem uiscitudinem & mutationem sustinerunt in animo, interrogantur, ipsi nobis reuelent, ipsi mutuo loquantur, ipsi pronuncient rationem & ueritatem, ipsi extollant maiora miracula esse, atque signa maioris potentie, quod in animabus hominum inuisibiliter agitur, quæ quicquid in corporibus per miracula & signa uisibiliter ageretur. Et quanto anima nobilior corpore, tãto nobiliora sunt que in ipsa, quæ in corporibus facta noscuntur. O nobiliorum hominum mentes, O in sensualibus & rebus uisibilibus colligatæ, recedite a sensibus, & recedite artem continuo frequentate. Redite ad cor, ubi ueritas & ratio lucent: ad quarum lumen, scietis a minoribus potiora discernere, a quibus discetis, ab omni curiositate recedere. Nemo enim a curiositate querendi dissoluatur, nisi ueritatis & rationis stupitibus colligetur. Intendite subtilius, in ecclesia dei nunquam miracula & signa inuisibilia desse, quæ si desissent, ecclesia plus non esset. Hæc igitur qui legit, intelligat.

¶ Contra carentes poenitentia & sapientia, cum quibus uiri Niniuitæ & regina Saba cõsurgunt in iudicium. Cap. XXVIII.

Quoniam uicem maxime in Christiana religione querunt, scilicet poenitentiam post peccatum, & sapientiam prope obsequium: nam qui post peccatum poenitentia caret, ultricibus dabitur flammis: sapientia uero priuatus, nunquam se coaptabit diuinis: propter quod saluator curiosos ad signa querenda, quæ minus necessaria aut non necessaria sunt, de istis duobus arguit, quæ omnino necessaria sunt. Sanè inquit:

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentia egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic.

¶ Qui sunt alij in iudicio superiores per cõparationem, melioris uitæ atque morum, certissimum est fuisse per actioem. Et certe uiri Niniuitæ de circuncisione non erant, legem Moisaicã non habebant, cultum unius solius dei non tenebant, cultores idolorum erant, multos de populo dei captiuos habuerant: tñ ad Ionæ prædicationem poenitentia egerunt, ut etiã circuncisus & legalibus Moisaicis, cõparatione melioris facti, in iudicio præferantur. Cuius facti? Quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, qui prius homo erat, etiam peccauerat, non signa nec miracula Niniuitis fecerat: & Christus qui nobis

pdicat, plus est quam Ionas. Sed obmissis comparationibus, hoc solum qui legit, intelligat: qm Chrs illos & omnes pctores ad poenitentiam uult uenire, qrit & inuitat: quia in iudicio nollet inuenire quem feriat, sed omnes uellet eam ante correctos, ut in extremo iudicio in anima & corpore reponeret sup caelos. Sed qm de poenitentia sermo dat alibi, hic intermitimus.

¶ Et cōtra carentes sapientia pro diuino necessaria cultu, reginā impropertauit australem, quae tam à remotis partibus audire uenerat
§. Reg. 10 sapientiam Salomonis. Et plus quam Salomon, Christus.

¶ Quis hic Salomon? quae sapientia eius? quae regina? quis aduentus eius? obmissio alio loquē dī gñe, uideamus quid dicat in moribus.

Salomon rex est pacis. In pace, à pace, de pace, cū pace, propter pacem, oīem oportet esse doctrinā, & sub eius regimine ingredi sapientiam. Vbi regimē pacis, ibi omnia bella quiescūt. Ille igitur sibi met pacis efficit rex, q̄ dominatur corpori, carnem regit, & subicit legibus disciplinae, fatim reprimat confurgentia bella, caput amputat cogitationibus prauis, nihil in se sinit inultum, sinem appetendi temporalia imposuit uoluntati. Qui Salomon, uiuente patre, constituit rex. A deo p̄ se in aeternū uiuente, est omnis potestas regiminis. Inqt Apostolus ad Romanos: Omnis potestas à domino deo est: A deo tota uita, omnis bonae actionis est collata potentia. Siqd boni habes, aut facis uirtutem, referas ad fontem uitae. Salomon paternas uindictas exequit, p̄re iubente. Ita & tu quod in te inuenieris patri aeterno inimicū, iudicio mortis dāna, & in alijs reprehende quod summo p̄ri uidebis aduerfum, ipso Salomone dicente: Nūq̄ tibi placeat malorū uita. Iudicat

§. Reg. 2 Salomon meretricēs, & p̄gladiū, uerū & falsum inuenit amorē. Facit templū, totū se occupat in diuinis. Facit domū saltus, q̄rit & ipse cōtemplationi uacare Non inuestigamus opera Salomonis, euāgelica tractāda suscepimus.

¶ Sapientia uerō eius non ab eo, non à patre carnali, aut à libro, aut ab hoīe, aut ab angelo habuit initium, sed per reuelationem & infusione & gratiam. Legitur nepe in Regum uoluntate, q̄ dominus sibi apparuit, licētiam atq̄ audaciam dans petēdi quod uellet. Qui ubi se uidit electum regē ad regnum, non diuitias, nō longitudinē uitae, nō inimicorum animas, nec quid aliud, sed immo ad sapientiam tria perueniētia postulat, scilicet ut daretur sibi cor docile, iudicare recto iudicio populum, discernere inter bonum & malum.

¶ Cor enim docile dicitur, quod facilitate intelligendi apprehendit audita, tenacitate memoriae continet quae apprehenderit, secum portat. Sed multi haec habuerūt, qui nō perituerūt. Multi haec habuerunt, qui deum offenderunt,

recesserūt, errauerunt. Habuerunt em̄ bonam intelligentiam, sed non sanam intellectū: bonam memoriā, sed non bonam mētem. Præualeat em̄ bonus intellectus bonae intelligentiae, ac etiā bona mēs bonae memorię auferat. Sed petebat Salomon cor docile in diuinis, sicut postmodum

¶ Iasias prophetauit de gnatione futura: Et erunt omnes docibiles dei. Cor autem docile in diuinis, per abnegationē & positionem fit. Abnegatiue cor docile in diuinis constituitur, quod terrenis, secularibus, humanis, curiosis, ad rem diuinam non pertinentibus, nec diuinitatibus ab infectis & inficientibus mundirebus, indocibile, indisciplinabile, non memorabile existit. Positiue uerō, quod ad horum contrariam uoluntatem & apertitudinē habet, solū paratū ad diuinā doctrinā & influentiā iustificatiōnū & charismatū sp̄ssillancti, cū uoluerit inspirare. Sic em̄ paratus erat Salomōis p̄ri, qui dicebat: Doce me iustificationes tuas. Viam iustificationū tuarū instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Et iterū: Da mihi intellectū, & scrutabor legē tuā, & custodiā illam in toto corde meo. Et, Inclina cor meū in testimonia tua, & nō in auitiā. Et, Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiā mandata tua. Et, Bonitatem & disciplinā & scientiam doce me. Ad Timotheū v̄o scribit Ap̄s, q̄ seruum dei oportet esse docibilem. In q̄ igitur debet docibilibus seruis dei: Tantū in his quae sunt ad seruitium dei. Tota enim bonitas est serui, nolle in alio doceri, quam in seruitio domini sui.

¶ Recto v̄o iudicio pplm iudicare, regētū maxia ē uirtus. Multi fallit inuiti, & cū uolūt rectē iudicare, nō possunt. Latēt em̄ eos plerūq̄ q̄ gerūt i populis, ut etiā unus torq̄at in causa alterius: & ut inueniat qui male fecit, q̄stionat ut plurimū qui pro tali causa nihil mali fecit. Et ut inueniat nō cēs, exarat v̄beribus innocēs. Et ignorātia iudicis, fecit innocenti torturā. Et seueritate torquēdi, ut inueniret uerū, extorserūt mēdaciū. Malebat tortus crudelitē cōfiteri q̄d nō fecit, q̄d diu uexari intolerabilibus poenis. Et seipm occidit, si cōfessus ē q̄d nō fecit. Agitabat em̄ etiā uehēmētia tormentorū, uolebatq̄ uitare, mitiorē astitimās breuē mortē, aut cōfiteri se suū v̄bū mēdax, intolerabili poena plactū, morti cōscitū innocētē manciparet, aut imō necdū fuerat exprobat alterius seculi crudeliora tormēta, q̄ ab oīno immisericordibus inferūt, nec satiāt afflictorū poenis. Ita nāq̄ homicidiū ē, seipm lingua siue gladio iterficere, sicut alii gladio et̄ v̄bo p̄imere. Nā q̄ p̄ceptū, nō occides, de hoīe dixit. Et q̄ seipm iterficat, hoīem p̄imit.

¶ Rex autē aut iudex reipublice tutor, hominē iudicabit ex v̄bo, dicēs: Os tuū cōtra te locutus ē. Dicitur sententiā, quā p̄ iustitiā nouerit cōuenire delicto, & innocēs luet iniquitatē alterius. Iudex se tenebit infonctē, credens inter-

ficere aut punire nocentē, ignorans quanta puritate polleret innocens, quem p̄ uerbum fatigando tormentis, nō per opus, fecit esse nocentem, q̄us occasione dederit ex torturis, ut q̄ innocens erat, de seipso confitendo mendacium, iudex iudicaret ut reum, qui ex causa tortus fuerat, non fecerat aliquid malum.

Hoc pro tanto dixerim, cum innocens pro nocētē per ignorantiā capis. Quid uerō si ad testificandū pro aliquo quis fuerit cōprehensus, diūmodo ipse nō habeat reus? Etiam pro malis alienis poenas amaras sentiet, pro quibus culpā non dedit aliq̄ ut sentiret. Quid uerō si armabunt mendacijs & falsitatibus testes, iniquē uolentes aliq̄ innocētē per eorū occultā in animo conceptā iniustitiā, p̄ manifestā uerō alii cuius tribunalis iustitiā laedere? Fiet utiq̄. Iudicabit enim iudex secundū allegata & probata, & faciet innocenti iacturā, quā dicit esse iustitiam, p̄pter causam falsē p̄batā. Nam iudex corā q̄ quaestio agebat, ignorans oīno rei causam, coactus est ex p̄batis dare sententiā. Quō igitur rectū iudicium est & iustum, ubi poenis & testibus falsis confunditur uerū? Igitur bene petebat rex Salomon, ut p̄ eum in populo daretur rectum iudicium, ne cōdemnaret iustū, absoluerit aut nō puniendo reū. Qm̄ de iudicio alibi disserendum est, hic sinem ponimus.

¶ Petebat em̄ discernere inter bonū & malū. Optima est discretio, & ad principē spectat. Praet discretio iudicium regum. Praet discretio electionem boni à malo, Praet discretio electionē melioris à bono, Praet discretio electionē optimi à meliore, Praet discretio omnem uirtutum actum.

¶ Discretio, germē est prudentiae: quae autem prudentia caret, faciet mala. Ipse idem Salomon dixit: Dux qui indiget prudentia, multos opprimet per calumniam. Discretio, actus est mētis ab omnibus saepe diuisus, uni uerō attributus, aut à multis tanq̄ à non necessarijs se retrahens, solum in expediētia se conferens.

Discretio, progressio est animae in id, quod reprehendi non possit. Discretio nunquam ad ea se contulit, quae à ueritate, ratione iusta, necessitate habent diuortium: quod si se conferret, discretio non esset. Discretio est uentilabrum animi, q̄ purgat à leuitate palearum inuisibilis area mentis.

Discretio ē segregata mos, segregata uita, segregata intentio, ab his quae ante tribunalia ueritatis & rationis timent apparere, atq̄ uerecundia suffunduntur.

Discretio est seorsatus amor ab oīre turpi. Discretio est altera lingua in purgata locutione ab immoderatis.

Discretio ideo uerō dicit, q̄a discrepat ab oī quod uirtutē nō recipit, aut nō ab ipsa recipit.

Discretio semper se tuerit in parte uirtutū, nec uirtutum pernoctat in castris, tentoria sua regione firmat ad uitia.

Discretio nō eligit corpora, sed spiritū: non pulchritudinem formarum, sed morum: non corporis, sed uirtutum aspiciat qualitatem: non secundum aspectum, sed secundum factum iudicia profert. Iuste petebat Salomon ista tria, Aptitudinem cordis, Aequitatem iudicij, Discretionis uirtutem. Merito ergo uenit regina austru audire sapientiam Salomonis.

¶ Sed qd Christus: Cōparatio inter eos non cadit. Conditor est unus, sed alter est cōditus. Ille dedit, iste accepit. Sed q̄ fuit sapientia Salomonis? In anima est sapientia. Quis ergo uidit illam in animo alicuius? Nemo. Ergo per facta & uerba, nota est sapientia. Inspice libros Regum, apparebunt facta eius per templū & domū saltus & uiuēdi mores, q̄ mōstrant sapientiam eius. Lege parabolas, lege sapientiae librū, lege epichalamica v̄ba, q̄ alio modo p̄dunt sapientiam eius, ut etiā Ecclesiasticus diceret: Impletus est quasi flumē sapientia. Merito ergo uenit regina Saba audire sapientiam Salomonis.

¶ Literaliter fuerunt haec, mysterialia sunt haec. Salomon & regina, Christus & ecclesia. Mores intēdimus. Plus, q̄ Salomon, Christus. In eo sunt oēs thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Ad suā sapientiam nos Christus sub ista cōparatione inuitat. Ad quam si non accesserimus, uelut fatuae uirgines remanebimus ante fores, nō apertas, sed clausas atq̄ firmatas cum irremouēdis repagulis, appositis p̄ aeternā sententiam diuinā iustitiā. Terreri debet oīm animus, & ad audiendum moueri Christi sapientiam, sine qua nō est salus. Non sufficit mūdo saluando sapientia Salomonis, non sufficit iudicis, non sufficit nobis. Non sufficit sapientia Platonis, non Aristotelis, nō sapientia ceterorū philosophorū, non sapientia moralium sapientum, nō quorumlibet poetarū, sed sufficit sapientia Christi, etiam si nō esset sapientia Salomonis. Sapientia eius infinita ē & incōprehensibilis, qua fundati sunt caeli, magis uerō creata sunt oīa, gubernantur omnia, disponuntur omnia, uariantur uarianda, & sub ipsa transit omnis conditio conditi orbis. Non ad hanc inuitatur.

¶ Est quaedā sapientia Christi, humanis mētibus facta conformis, cuius ducatu agitur causa salutis. Ipsa nempe atq̄ firmiter est uita Christi, quam gessit in forma uisibili, commonefaciens oībus, qualiter oporteat uiuere sup terrā oīem hominem, in uitā aspirantem supernā. Sapientia Christi, euāgelium eius est, p̄ quatuor cōglicos notarios scriptū. Sed forte quis diceret: Non credo sapientiam istam Christi, quia stultitia. Dicam ergo: Non credo sapientiam philosophorū, quia superbia est, pro eo q̄ nititur oīa humana ratione comprehendere. Dicit iterū,

Ecc. 47

Col. 2.

Mat. 25.

Sapientia philosophorum est ex natura, ista ex gratia. Potior enim est gratia q̄ natura. Iterū: Illa in naturalibus apparet, ista in moribus lucet. Adhuc & ille: Et illa à deo in moribus fit. Respondebimus: Illa in moribus nature, ista in moribus gratiæ. Illa suos morales non deducit ad uerū finem boni, quē conatu magno inuestigauerunt: ista deduxit suos morales ad uerū finē boni, quē crediderunt. Affirmabit: Illius libri custoditi sunt à mundo, imperatoribus, regibus, principibus, ducibus, magistratibus: ego autē dico libros nros custoditos à tam altissimis sanctis, quibus dignus nō erat mundus.

Sapientia Christi practica, est uiuendi sapientia, p̄ter quā nulla est licita forma de uita gaudendi. Sapientia Christi, est claritas intelligēdi, p̄ter quā nullus est utilis intellectus: & bonitas est amandi, p̄ter quā omnis damnatur affectus. Cœpit Iesus facere & docere. Igit̄ q̄d fecit & docuit, uera sapientia est. Euangelium eius, est sapientia eius: sup̄ euangelium intendimus, mores reprobatos atque approbos ab ipso, quantum possumus, declaramus. Non expedit hic aliter sapientiam Christi diffinire, quā euangelium est eius sapientia, sine qua erat ois scientia. In sapientia Salomonis legitur: Et si quis consummatus fuerit inter filios hoim, si absuerit ab illo sapientia tua, quasi in nihilum reputabitur. Ista est sapientia quā sp̄i prophētico Salomon prœuidit, sine qua reputatur nihil, qui ipsam non nouit. Et Apostolus ad Corinthios dicit, q̄ factus est nobis à deo (s. Christus) sapientia, per uiuendi formam & uerborū doctrinam. Ista sapientia oem excedit angelorū atq; hominū scientiā. Nam sapientia Christi ualidata moribus, insinuata x̄bis simplicibus, facit de infidelibus fideles, de idololatriis latros, de spiritualiter mortuis, spiritualiter uiuos, inimicos dei sibi reducit amicos, de terrenis cœlestes, & suis instrumentalibus supernos referat uelates, & in sua fornace reformat diuinas in nobis deformatas imagines. Verē plus q̄ Salomō Chrs̄, cuius sapientia tā alta facta cognouimus. Igit̄ hęc sapientiam addiscamus, ne pereamus. Sed quē ista est regina austri? Quælibet anima bene regi & bene regere uolens. Vnde merito regina uenit ad regem, ut sit cōuenientiā nominis, conuenientia officij, cōuenientia uitæ, cōuenientia intentionis, conuenientia moris. His conformitatibus apta, regem Christum se regens anima quærat, nec rex bonus, nec regina bona alijs existunt, si primō seip̄os lege diuina non regunt. Sed regina ista Sabana est, australis ē, multa portauit, multo comitatu, multo apparatu uenit: solum ad audiendū sapientia Salomonis uenit, solum fama eā cōmouit ad regem, dedit & accepit. Dimittamus hęc, multā enim ministrant dictādi & dicendi ma-

Actu. 1.

Sap. 9.

1. Cor. 1.

teriā, hoc solum q̄ in extasi facta est, & nimio excessu mentis quid dixerit, pro nostris moribus discutiamus.

¶ Vidēs autē regina Saba oem sapientia Salomonis, & domū quā iā ædificauerat, & cibos mensæ eius, habitacula seruoꝝ & ordinē ministrantiū, uestesq; eorū & pincernas & holocausta quæ offerebat in domo dñi, nō habebat ultra sp̄m. Secūdo Paralipomenon dicitur: Et nō erat p̄ter stupore in ea spiritus.

¶ Vide igitur unde in tanta extasi posita est, quia uidit opera monstrantia sapientiam Salomonis, non uidit sapientiam Salomonis. In corde hominis est sapientia, ubi nullus oculus uidet nisi diuinus. Inuisibilis atque insensibilis est sapientia, nullis extrinsecis subiacet sensibus. O, cur non obstupescimus? cur sedulo in extasi non sumus? cur non extollitur animus noster in excelsa cœlorū, in dispositione cœlestium orbium, in pondere & dispositione omnium elementorum, in numero, pondere & mensura omnium rerum? Nam fecit deus omnia in numero, pondere & mensura. Cur non dilata tur p̄ uasta terrarum? cur nō descendit in pfundum fluctuum? cur sua consideratione non inuetur abyssos? cur cōnexionem disparium elementorū non considerat? cur non cōnexionē spiritus creati ad corpus creatum? cur illā inefabilem & omnia opera in creatura facta excedentem unionem, s. spiritus in creati ad spiritū creatum & corpus creatum, pro modulo nostro non conspicimus? Pro certo non remaneret in nobis spiritus neq; sensus, qui nō esset ex omni parte admiratione perfusus. Sed admirata est ista regina sapientiam Salomonis, & per cōparationē admirat̄ anima sapientia Christi.

¶ Quid uidit regina? Domum domini, s. templum, sed uide tu templum dei, ecclesiam sanctam. Hęc est domus quam decet sanctitudo in lōgitudine dierum. Hęc domus dei fundata supra firmā petram, quæ dirui nullo modo possit. Dirutum est templum usq; ad solū, asportata sunt omnia de templo in terram confusis: dirui nō potest ecclesia, sed creuit arietantibus malis, firmatur tuncionibus, impugnantibus sumit augmentū, fustione sanguinis magnas segetes fecit: incisione unius, multi nati sunt rami: eius ueritas improbata, per amplius claruit: cogitata fides uetorū x̄bis philosophorū, per ueris dogmatibus hæreticorum, maius in robur creuit: aduersitatibus mundi gaudet, nihil sibi nouit deperire p̄ corpus: unum est, q̄ sola felicitate humana turbatur. Vasa eius uiua sunt, non asportabuntur in confusionis terrā, sed in supernā patriam inferuntur. Si autē aliqui Christiani q̄ noie uasa fuerūt, in dānationē dēscendūt, nō sunt uasa eius. Hęc ē domus cuius decore affectus David, dixit: Dñe, dilexi decore domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. De-

2. Par.

Sap. 10.

Psal. 85.

Pro. 9.

Baruc. 3.

cor domus dei, non in parietibus, sed in uirtutibus est: non in uisibili corpore, sed in mente. Fulgor parietis, uarietas pauimentij, tecti culmen hiæticum nō placēt altissimo, moꝝ abiecto decore. Locus autē habitationis eius inuisibilis, est ois anima fidelis, & ex aiabus fidelibus & fideliter facta est sancta mater ecclesia. Inde

Psal. 44.

Psal. 5.

Psal. 30.

Psal. 85.

Psal. 91.

David: Omnis gloria eius, filiæ regis ab intus, nō ab extrā, in simbris aureis, in ornamento uidelicet charitatis. Hanc domum ingredi petebat idem David: Introibo in domū tuā, adora bo in templū sanctū tuū, in qua est refugium ab horrendis periculis, David dicit: Esto mihi in deū protectōrē & in domū refugij, ut saluum me facias. Quā domum Chrs̄ solitarius passer, quia solus inter mortuos liber singulariter existens in oibus, donec rediret ad patrē, inuenit ubi reponeret pullos suos teneros in fide, neophytos nouiterq; conuersos. In q̄ domo secundū Dauidicā sententiā melius est haberi despectū q̄ alibi honorari. Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Quia omnis qui in ista domo se humiliat, exaltabit in æterna. Et qui plantati fuerūt in domo ista, sicut David eloquitur, dabūt florē in uia, ut fructificēt in æterna patria. Plantati in domo dñi, in atrijs domus dei nostri florēbunt. Plantantē saluādi per fidē in domo dei, q̄ est ecclesia, florēt odorificē p̄ fidei uitā morelem, & gloria & diuitiæ sunt in domo dei, quā Christi sapientia ædificauit iuxta Salomonem: Sapientia ædificauit sibi domū, & excidit columnas septē. Plus Christi sapientia q̄ Salomonis, de q̄ propheta sapientia Salomonis. Sapientia Christi domū uniuersalē ædificauit, se faciens fundamentum sua sustentando uirtute ut nō ruat, sed secura p̄fecta ab omni malo consistat. Nec Salomō suā potuit stabilire domū, ut non subijceret ruinis: sed stabiluit ecclesiæ domū sapientia Christi, ut à nullis euerteretur malis, ac etiā ut cum magis uideret oppressa, ualidius atq; lucidius surgeret. Et septē ornauit columnis erectis. Columnæ namq; propriū est, ut manēs recta, p̄ superimposita plus firme turis uerō p̄ modicum declinauerit in partē, onerata prosternerit. Numero septenario constituitur atq; erigitur omnis ecclesiæ indeclinabilis & immutabilis & inuincibilis fortitudo.

¶ Qui legit, intelligat. O Israel, inquit Baruch, q̄ magna est domus dñi, & inges locus possessio nis eius. Quod de militanti atq; triumphanti asserit. Omnes potest capere domus ista, quæ non est lapidum, sed uirtutum. Nihil enim habent uirtutes angustum, nec coarctantur ad uicem uirtuosi, nō recipit maius uel minus uirtus numerofitate aut paucitate cōsorum. Magna ergo est domus dei, & sine mensura locus inuisibilis possessionis eius: triumphans uerō in superis domus, infinita est æternitate, situ in-

mēsurabilis, gloria incomprehensibilis, & incalculabilis numero ciuium supernorum.

¶ Vidit regina cibos mensæ Salomonis. Quomodo uidit? Quia inuitata fuerat ad mensam eius, gratia largitatis & honoris & decore ipsius. Decebat regē hospitem, reginam hospitem inuitare. Vide tu anima cibos mensæ Christi, ad quā ipse te uelut hospite & peregrinam à patria nequiter hospitantem de domo in domū, inuitat. Nam ecclesiasticus ait: Vita nequā hospitantem de domo in domum. Successionē peccatorum spiritualiter intellexit, qui hoc dixit. Ut intelligas, q̄ te misericorditer, nō uelut dignam inuitauit, uide cibos appofitos. Ipse Salomon dicit: Quando sederis ut comedas cum

Ecc. 16.

Pro. 29.

Psal. 22.

Gen. 2.

Hes. 10.

Ioh. 6.

Psal. 132.

principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam. Qui sunt ergo cibi mensæ Christi? Ad multa me trahit sermo propositus, sed quod attenuatur per uerbū, melius est humilifilētio præterire. Quid dicam de mensa Christi, quæ est non tabula lignea, non marmorea, nō argentea, non aurea, non eburnea, non metallica, sed fides catholica? Parasti (dicit David) in conspectu meo mensam, fidem dico, aduersus tribulantes nos dæmones infernales. Cibus uerō quis est? Non lignum paradisi, non panis Adæ datus, in sudore uultus quæsitus, non cibus Noæ post diluuium concessus, nō Abraæ, non Melchisedec, non manna de cælo, nō fructus terræ promissionis in litera, non cibus regis Salomonis & aliorū regum, non cibus duodecim panum in mensa propositionis, nō septē panes in deserto satiantes turbas, nō quinq; hordeacei pascentes in montibus, nō piscis reticulatus sub undis, nō agnus uillosus, sed cibus supernæ uitæ, cibus dei, imō cibus deus, imō cibus Christus deus, ut idem sit hospes & cibus. Talis cibus excedit tauros, boues & arietes, farinam simillam Salomonis, in quos cibos regina austri in sp̄i considerationis defecit. Excedit Allueri cibum præparatū in uestibulo nemo ris atq; hortū. Excedit oēs cibos qui dicit aut sumi possunt. Nā Christus Salomoni prælatas, insinuat: Caro mea uerē ē cibus, & sanguis meus uerē est potus. Et, Ego sum panis uiuus qui de cælo descēdi. si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Sed nō qui in mensa Salomonis cibos sumpsit, aliquid ex ea uitā cape potuit i æternū, sed nec diu in hoc mundo lōgquā.

multos recipit: ubi unitas non est, magna do-
mus præter unum non recipit. Vnū solū nō ma-
gna ciuitas, non provincia magna: quia nulla
spatia satis possunt esse diuisis, unitis uerō par-
uitas dilatur. Nondum erat sub Salomone
unitas ueræ fidei, unitas charitatis, unitas obe-
dientæ, q̄ tot cœnobija fecit in Aegypto, The-
baida, Sicia, Naim, in mōte Sinai, in Arme-
niæ partibus, in Græcia, in Italia, & in cæteris
mundi partibus, ubi Christianitas est diffusa.
Nondū erat talis unitas animoꝝ, q̄ nullis fecer-
nitur spatijs, quæ diuortiu nescit. Istud erat bo-
num, ista tota iucunditas gratiæ, habitare fra-
tres in unū, & unā aiām & cor unū oīm esse in
Chr̄o. Multa erāt habitacula Salomonis, unū
est habitaculū Christi. Præferi hoc unū, oībus
multis habitaculis Salomōis. Quæ in uno erāt
habitaculo de habitaculis Salomonis, in alio
nō sistebant. Consistunt oīa in uno habitaculo
sancto Chr̄o. Disrupta sunt illa habitacula,
Chr̄i habitaculū nullis cedit arētibus malis.
¶ Et ministrantium infallibilis ordo, reginā
hanc adduxit in stuporem. Quis est ordo, qui
hæc fecerit admirari? Debita cōtingentiæ quæ
quam. Quia in curia Salomonis nullus habebat
officiū, nisi ad quod aptus erat: aliter au-
tem ad obliquitatem ministerium pareret. Or-
do debita officia hominibus, aptos homines
ad officia semper necit.

Vide igitur status hominum in domo eccle-
siæ seruire omnium regi Chr̄o, ut per suā le-
gem neminem applicet ad officium, aut ad ser-
uitium ad quod aptus non est.

Vide doctores & discipulos, et prælatos &
subditos, loquentes & audientes, & oēs Chr̄i
sto in suo ordine ministrare.

Vide ministrantes uirginitatē, continentia, &
& matrimonij iustam legem.

Vide aliquos ministrantes in ciuitatibus, ali-
quos in nemoribus, aliquos in cœnobijs, aliq̄s
in carceribus, aliquos in diuitijs, aliquos in pau-
perrate, aliquos in dignitate, aliquos in uilitate,
aliquos uisibiliter plus, inuisibiliter minus,
aliquos uisibiliter minus, inuisibiliter uerō plus.

Vide intellectu fideli atq; rationis, nihil in-
ordinatum, nihil indisciplinatum in ecclesia dei:
q̄ si quid inordinatum in ecclesia aut indisci-
plinatum est, de domo dei non est. Caret ma-
cula qui ministrat: qui macula caret, ordinis ē
filius. Ambulans in uia immaculata, hic mihi
ministrabat, ait scriptura.

¶ Aspice igitur subtilius ordinem inuisibili-
um, multitudinē ministrantiū Chr̄o deo, &
obstupescet: quia millia millium ministrabant ei,
& decies millies centena millia assistebat ei. Et
post peractā diaboli tērationē in deserto, descē-
derunt angeli & ministrabāt ei. Sed qd mini-
strabāt, fateor me nescire, sed scire profiteor q̄
ordinatissimē ministrabāt. Impurbatus est or-

do ministerij angeloꝝ. Sed sunt ministri eius,
perficientes ilico uoluntate eius, eo q̄ spūs, nō
corpora, sunt angeli eius. Et sunt ignis urens,
subito agentes, ad amorē cælestē inuitates oēs,
ministri eius. Ignis em ordinē insitū semper ser-
uat, urit, calet, inflammat, illuminat, purgat: &
sua leuitate aut est, aut tendit in altum. Quoꝝ
& quanta facta sunt sub cælo & in domo eccle-
siæ per ministerium angeloꝝ, quis enumerare
sufficiat? O si possemus intueri, qd in empyreo
cælo angeloꝝ ordo administrat. O si hæc illa
Saba regina uideret, o quanto stupore animus
premeret, si obstupuit in ministris corruptibili-
bus corruptibilis Salomonis. Sed ualde in al-
tū uerba suspendimus, regrediamur ad ima.

¶ Distributa erāt per Salomonē officia mi-
nistris, & mirandum erat ordo. Sed uide officiu
distributu Christi ministris. Ipse siquidem ait:
Qui mihi ministrat, me sequat. Mirāus est or-
do sequelæ Christi feræ, & p̄ sequelā fieri Chr̄i
stifomis, sed his ministris statim asciscitur p̄mi-
um. Ait enim: Et ubi ego sum, illic & minister
meus erit. Hoc nemini ministroꝝ Salomō de-
dit, nemini ministroꝝ gloria qua fulgebat, uo-
luit esse splendentē. Sed rex nobilior & sapien-
tior Christus, suos ministros tali gloria, sed nō
quanta, uoluit esse gloriosos. Quid em ampli-
us habere potest minister subditus, q̄ ibi esse,
ubi est dñs eius, non per poenale seruitiu, sed p̄
gloriæ p̄mium? Non semper Salomonis faciē
cōtemplabant serui: abscondebāt, quiescebat,
& dormiebat. Diuidebant spatij, interpositi-
one parictum, impedimento noctis & tenebra-
rum, & hoc eis similiter contingebat. Sed nihil
horū patitur nostra fides & charitas. Magis ue-
rō hæc æterna non suscipit ciuitas.

¶ Vestes etiā admirari fecerunt reginā. Mul-
tiplices fuerunt ministratiū uestes, similiter
& regales. Sed uestes ministroꝝ Christi q̄ sunt,
q̄ ad maiore stuporē adducunt: * Sed ab extrā
respicias: laudatus est Iohannes q̄ indutus erat
pilis cameloꝝ. Hæc em uestis hirsuta est, hispida
est, si admirationem ex horrore, non expul-
sione facit. Et damnatur in euāgelio pur-
puratus diues: & qui mollibus uestiuntur, in
domo regum sunt, quæ a rege nostro reprehē-
duntur. Igitur uestes ministroꝝ Christi sunt
ornamenta gratiæ dum sumus in uia, sunt uir-
tus & claritas morum. Duplicia sunt, quia oēs
amici mulieris fortis, i. ecclesiæ, qui sunt mini-
stri Christi, uestiti sunt duplicibus, claritate uir-
tutum & conspiciuitate morum, charitate dei,
dilectiōe proximī, ueritate intellectus, affectus
puritate. In superis, in anima & corpore glo-
ria duplici uestiuntur.

¶ Obstupuit ex pincernis Saba regina, nō-
dum uiderat pincernas uarios Christi, q̄ san-
guinem eius fidelibus efficiunt & ministrant.
¶ Obrepserat admiratio ex holocaustis anī-

malium quæ offerebantur, nōdum uiderat ob-
lationem nouam & fidelem, uerū Christi corpus
pro nobis totum & torē & pro totis obla-
tum, nec uiderat eos qui propter Christum sua
corpora macerauerunt, & obtulerunt oīm regi
Christo. Verē plus q̄ Salomon Christum, cuius
sapientiam nos audire oportet. Sed post tantū
stuporem quid ipsa dixerat, audiamus.

¶ Verus est sermo quē audiui in terra mea su-
per sermonibus tuis, & super sapientia tua, & nō
credebā narrātibus mihi, donec ipsa ueni, & ui-
di oculis meis, & probauī q̄ media pars mihi
nūciata nō fuerit. Maior est sapiētia tua & ope-
ra tua, q̄ rumor quē audiui. In Paralipomenō
dicitur: Vicisti famam uirtutibus tuis. Beati ui-
ri tui & beati serui tui hi sunt, qui sunt coram
te semper, & audiunt sapientiam tuam.

¶ Quod si hæc regina dixit ad Salomonē, qd
allegoricē ecclesia collecta de gētibus, qd mo-
raliter oīs anima dicat ad Christū: Quis em p̄
auditiū & narrationem linguarū, & p̄ scriptura-
rū inspectionē potuit ad plenū, deū & eius filiū
Christū in carne natū & passum & resuscitū
cognoscere? Quis bona p̄parata in superis po-
tuit intelligere? Nam nec oculus uidit, nec auris
audiuit, nec in cor hoīs ascendit q̄ præpara-
uit deus diligētibus se. Quis Iudæus intelligit
relatione q̄rundā ea q̄ Christi sunt & ecclesiæ
eius, ea quæ sunt & gratiæ atq; seruoꝝ eius, nisi
ueniat ad fidē, & experiat in animo Christianā
uirtutem? Quis paganus aduertet in cuius cor-
illa problient? Qui nouit hæc, audi Psalmistā:

Venite & uidete opera dñi, terribilis in cōsilijs
& dispositionibus sapientiæ sup filios oīm ho-
minū. Et alibi: Gustate & uidete, qm̄ suauis est
dñs. Sed beati sunt serui tui, q̄ beati qui habi-
tāt in domo ecclesiæ tuæ dñe Iesu Christe, q̄
in secula seculoꝝ laudabunt te. Et beati qui au-
diunt sapientia tuā, nō hoīm philosophoꝝ &
poetarū, sed euāgelium tuū sup cælestia trahēs
humilē addiscentē, actiuum auditorē. Propter
quod dicit Christus: Plus q̄ Salomon, hic.

¶ Contra recidiuantes & inuacū dei gratiam reci-
pientes. Caput XXI.

¶ Horrendā auditu, firmiter tremendā ac ti-
mendā sententiā protulit, cum Iudæos
deprauatū per septuplum, si immundum aliq̄
sp̄m per poenitentiam atq; correptionē interdū
abiectionem, per patefactū malæ uolūtatis susce-
perit ingressum. Nam malus spūs, ante primū
ingressum fuit immundus: ingressus stans, non
est ipse mutatus: egrediēs uerō, nō uariatus: for-
ris stans, temp̄ est malus: regrediēs a se & in se,
in nullo diuersus: sed sepe nequioribus socijs
collegatus, & octauus factus est numerus, quo
numero facta hominis illius postiora, sunt
peiora prioribus. Ecce nulla in spiritibus mu-
tatio. Immundus spūs in omnibus suis actibus

idem, & tales socios assumit, quos inuenit. nō
enim spūs uariantur ex actibus. Sed mirum, q̄
spūs mali malos spūs aut nequiores assumunt
ad peragenda mala quæ uolunt, & ut læsiones
agilius inferant quas disponunt. Mos malorū
atq; bonoꝝ est, ut qd per se nō possunt, multi-
tudine adhibita, efficiant mala uel bona quæ
in animo cōceperunt. Et q̄s dæmones ab in-
uicē sunt discordes, ut uisio unius alteri sit hor-
rori, nec dilectionis mutua uisio inter eos, nec
amabilis cōuersatio quomodolibet esse possit,
ad perditionem tū nostrā & ad tentandum in-
ferēdumq; mala, prout dñs ipse p̄miserit, sunt
usq; quæq; concordēs, & aduersus nos acies cō-
corditer dirigunt. Et dum perstreperunt ipsoꝝ
dolorosæ buccinæ sonitus, & eoꝝ pallida tu-
ba tristem dederit sonū, sine discordia omnes
parantur ad bellum, omnes obedientes ad re-
nebrosum imperium imperuosa uoluntate p̄-
ficientes, prout possunt, execratione edictum.
Qui si non em nocēt quantū cupiunt, a diuina
potestate per se aut per cælicos angelos coar-
cent: & aduocati, adinuicē se cōsociant, ut acri-
us lædāt. Assumpsit igitur unus malus septem
alios nequiores: quia sicut in cælestibus hierar-
chijs atq; ordinibus ante casum fuerunt nobi-
liores aut excellentiores, post auersionē & casum
in seipsis facti sunt nequiores.

¶ Et ingressi habitant ibi, nihilq; mutat in
eis, sed solum tristē hospitem peiori cōditioni
adiiciunt, quoꝝ habitatio delectabilē morā in-
p̄tis ostendit. Aspice nefandū negociū, ex to-
to nubiliū faciens. Vnus erat spūs immundus, ec-
ce unitas, & non numerus. Vnitas em numeꝝ
p̄ se nō facit. Ex quo clarescit habitū intel-
lectū, aut uno modo etiā in uno pctō insinuat
hoīem offendentē, aut singularitatē pcti p̄per
eius immanitatē, nō aut unū hoīem: nā stulto-
rū p̄ hoc ac peccatoꝝ infinitus ē numerus. Se-
ptē uerō nequiores accedūt uocati. Per septe nō
uniuersitas numeri, sed uniuersitas t̄pis demō-
strat. Septeno em numero omē dieꝝ t̄ps demō-
uit, ut in oīm t̄pe ostēdat talis hospitiū hosps
nō carere pctō. Aut secūdū exiliorē intellectū,
unus erat spūs immundus, i. quo facta est puer-
sa uoluntas. septe nequiores assumpsit, dñi se-
pte capitalia mala omnibus nequiora, suo so-
ciauit officio, & intantum nequiora, ut expel-
lant ab homine septenariā & multiplicem ec-
clesiæ sanctitatē. Ecce intende propensum. Spi-
ritus immundus, est omnis uoluntaria inclinā-
tio ad immūda per instigatē spiritū. Immun-
da est oīs inclinatio, puritate increata relicta,
& tibi data pura imagine defixa in terrenorū
fæce. Et secundum prophetā: Visitabit dñs su-
per uiros defixos in facibus suis. Sociari uult
iste spūs immundus, solus esse non patitur, nō
unū aut duos, sed septem: nō æquales, sed ne-
quiores se; ut nequiores, deteriorem efficiant

* queng

Psal. 100.

Dan. 7.

Mat. 4.

3. Re. 10.

1. Par. 9.

1. Jo. 6.4.

1. Cor. 12.

Psal. 65.

Psal. 33.

Psal. 93.

Mat. 12.

Ibidem.

Luc. 11.

Of. 1.

hospitem, quo nequiores, quia plus uult mali eorum hospes, quae possit efficere. Vñ appellat nequitia, quae amplius uelit mali patrare quam queat. **Ier. 4.8.** Sic de Moab per Ieremiam dicitur: Plus fecit quam potuit, uoluntate, quam opere possit expleri. Super summam addas ad unum, et sunt octo. Igitur habes unum & septem, & ingressi habitant, unus ductor, septem ducti: unus dux, sequaces ducit septem. Omnia malorum genera mala uoluntas aduocat, & ut ad se ingrediatur, inuitat, prius ipsa foris per malum appetitum egressa, & factus est numerus octauus, qui tristis hospitis negocia posterioribus sunt deteriora, quia octaua aetate resurrectionis & gloriae priuat, & ad quam omnium Christianorum suspirat intentio. Ecce octaua peccati, octaua maligna, ecce octaua spiritum iniquitatis, contra octauam gloriae quam expectamus. Nam sicut psalmus canit, pro octaua, ut times perdere Dauid octauam gloriae, clamabat ad dominum: Domine, ne in furore tuo arguas me, & non sequantur. Et aduersus spiritum nequiores quam sunt homines inimici, uoluntate inualecebat, dicens: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, spiritus maligni, quoniam exaudivit dominus uocem meam, & exaudivit sum pro octaua. In confusione & erubescencia mittebat spiritus nequam, quos suos arbitrabatur implacabiles inimicos. Dicebat enim: Erubescant & conturbent vehementer omnes inimici mei, conturbent & erubescant ualde uelociter. Erubescunt enim & confunduntur daemones, cum aliqui uiderint hominem terrenum post octauam exaudivit, quam ipsi perdidit: & conuertuntur retrorsum uelut confusi, cum se uiderint a tam fragili materia superatos, ut etiam luceas domos Iob, pro comparatione ad ipsos, nos dixerit habitare, atque terrenum habere fundamentum. Et undecimo psalmo in fine scribitur pro octaua, ut pro ipsa exclamaret Dauid: Saluum me fac deus, quoniam deprecatione typica contra hanc immunditiam & septenariam nequitiam loqueret, dicens: Eloquia domini eloquia casta sunt, quia ad castitatem uocant, & castum faciunt actum uel auditoris, & argentum est examinatum. Sonus enim diuini uerbi probatus examinatus est, sed nunquam reprobatus est pro ratione, nunquam improbatum est per melodiam potiore: contemptus tamen est a multis reprobis, sed ex aliqua iniquitate nunquam est inuentus reprehensibilis. Alio enim loco dicit: Lex domini irreprehensibilis, & immaculata ad animas conuertendas. Sed istud argentum aut sonus in argenteo signatus diuino eloquio, agit contra primam spiritum immundum. Quare? Quia probatum terrene, hoc est, animam probatam facies, & eliciens ab amore terrenorum: appellauerim enim immunditiam, ab immundo spiritu immixtum terrenorum amorem. Et contra septem nequiores quam amplius inuenit, cum aduiguit purgatum septuplum. A septem certe spiritibus nequioribus liberat diuini uerbi sonus pro octaua auditus, pro octaua dilectus,

Psal. 6.

Ibidem.

Iob. 4.

Psal. 11.

Psal. 18.

pro octaua memoriter retentus, pro octaua in actionem deductus. Contra quam sunt septem ligni spiritus, ut ex hoc quam prius octaua, talium hospes malus fiat. Sed necessarii sunt: Nequaquam. Neque ad salutem aut donationem nobis dominat ulla necessitas, dum ante mortem uiuit in nobis arbitrii libertas: sed eo merito induramur, quo libera uoluntas in mala labens illabatur. & requirit septemplex mali inuersione pro tempore uero diebus, qua delectata, consuetudine induret, indurata uero, poenitentiam non querat: huius legibus non subiecta, spiritibus nequioribus subiecta deteriorerit, pro quanto ab ipsis in malum impellit, ut demum eos habeat in poenitentia, quos in culpa uoluit habere retores. Nam octo habet bis quatuor. figura enim quadra, soliditate dicit. Octauus enim numerus malorum spirituum, dicit solidatum hominem in anima & corpore in peccatis, unde peior efficitur malus hospes. Sed in hoc quod saluator reuertit ad Iudaeorum pessimam generationem, non differimus: nec placuit aliter ista tractare, nisi pro moribus deuitandis. Igitur qui legis, haec mala deuita.

¶ Contra uidentes sanam doctrinam & consilia uel monita. Cap. XXX.

Cum quidam uice saluator contra bipartitionem animi pro dilectione, & corporis pro obsequio duceret, quod secutus est Lucas refert, dicens: Audiebant enim omnia haec pharisaei, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum.

¶ Ecce quod derident auari sanam doctrinam, & directionem ad superos uilipendunt, & quasi anilem cantilenam reputant in fallibilis ueritate. Non uult malo colligatus amore, uerba separationis audire. Inimica est superbis humilitatis doctrina, iracundis sermo pacis non est ferendus, inuidijs predicata dilectio inimica, aediosis talem exhortatio actionis, lubricis odium commendatio castitatis, gulosis terror uasios abstinentiae. Semper in iustitia inimica iniquis, honesta operatio criminosis, Abdicatiois monitio & reuocatio solitudinis, inimicissima est auaritia. Contemptus mundi, auari auris audire non sustinet: & terrenis affixus, timet explicari per uerbum. & quod magis accrescit ad crimem, uilipendit dei legem, & doctrinam deridet gloriosam. Minus enim malum est, auarum esse uel fieri, quam doctrinam deridere superbum. Hoc autem habet auaritia, propter uerbum diuini reputet i derisum. Sed uere usque hodie sumptuosa riserit, quae omnem doctrinam deridet pietatis. Sed quod peius est, agit, quam multi seipsos derident, suam doctrinam uilipensionem exponunt, dum contra auaritiam predicant quam sequuntur: & uenatur actione pecuniam, quam loquendi audacia damnauerunt.

Mentitur in plerisque doctrina persequens aum, quod totum loquentis animum occupauit: & uerbo damnatur, quod insatiabiliter animus sequitur. Et praesidentes pro nefas pecuniam quirit, quam legum iura prophanat. Et qui alios deberent ab inuifumodi malo uirga directionis atque correptionis auertere, seipsum exhibet exemplum peiora sectandi. Sed quae uel peius malum noscitur, quod in ipsis saluator reprehendit: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus. In hominem nefanda conditio, uelle coram hominibus iustum fieri, conscientiam interiori contempra. Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Insanit, qui sibi fecerit, conatus alius odor inferre. Libros stultitiae studuit, qui sibi horrendum, alius leniter uiuit: sibi malus, alius bonus: sibi peruersus, alius rectus apparet. Dic tu, qui fixisti meam illam complacentiae atque uanae hominum laudis: Nonne te torquebat conscientia tua, cum falsum laudabaris in facie: non suffum debas uerecundia uultus tuus, cum loquebar de te aliena lingua medactum, credes dicere uerum? Nonne te confundebat secreta putrida tua, cum ante faciem aliorum falso uelamine obtexisses, cum a tuo animo & agibili uita firmiter exulabar? O peruersorum hominum genus, qui si homines fallunt, non curant de se super inspectore, quae latere nihil penitus potest. Sed qui iustificari ante homines uolunt, illi a deo iustissime reprobantur, quia propter iudicium hominum, diuini iudicium contemperunt. Nam quod altum est hominibus, abominatio statuit ante deum: quae sicut exaltant caeli a terra, ita exaltantur uiae dei ab hominum uis, & sua iudicia superferunt ab humanis iudicijs. Quid enim altum est ante homines? Solum id quod sensus humanus potest percipere. Videt oculus hominem insignitum apertis finis moribus, sed non uidet ipse in intrinsecam uoluntatem, & quanta in animo uirtute polleat, aut contra iniquitatem fordescat. Audit auris hominum famam, sed in silentio mala uita quiescit. Sentit homo hominem, & homo homini loquitur, & ipsorum sepe corpore fit sodalitas, intima uero solus deprehendit altissimus, & nec est qui se abscondat ab apprehensionibus eius. Aliter, quod uident homines, foris est: sed haec abominatio apud deum penitus est. Abominat deus simulacra gentium, magis uero abominat hominem simulatum, quae altitudinem sedis quaerit in mentibus hominum, non ante conspectum eius qui creator est hominum. Igitur qui legis haec, mala deuita.

¶ Cuius quis opera facit, eius & filius est. Caput XXXI.

Nillum peccati genus saluator omnem tacuit, quod suo modo loquendi uerbis explicatis & parabolicis non reprehenderet. Inquit enim semel apostolus, de suo modo intelligibili ab eis sermone mirantibus: Nonne ego uos duodecim elegi, &

unus ex uobis diabolus est? ¶ Diabolus igitur angelus malus, diabolus homo iniquus, diabolus angelus irreuerteribilis est, homo diabolus obstinatus. Diabolus non est natura creata, seu ex creata natura, seu ex natura mutata, sed quodam deprauata per seipsam uoluntas. Nec homo natura diabolus est, sed quodam uoluntaria conseruata iniquitas. Et cum homo usque ad finem per liberum arbitrium mutabilis maneat, diabolus a Christo non uocaretur, nisi ab ipso a malo proposito immutabilis praeseruet. Sciebat perfecte Christus se a Iuda tradendum, ad quod malum suum animum immobiliter praesuidebat: idcirco cum diabolo appellabatur, non diabolum cum aut daemone, sed diabolum: quod non est nomen naturae aut iniquitatis abijciendae, sed nomen incorrigibilis uoluntatis, non ex parte ualentis efficere omnia, & animos immutabiles mutabiles facere, magis uero ex parte iniquae uoluntatis, se uoluntarie deprauatis. Est igitur diabolus praeter carnem, sed contra seipsum & hominum spiritum & hominum carnem. Est diabolus spiritus hominis in carne, cum carne, ad carnem, propter carnem, sed non de carne aut ex carne. Sola enim caro embryonica uel abique imperio rationis atque examinibus, nihil impunitatis seu iniquitatis admittit. Est diabolus non electus, sed reprobatus a deo. Signanter nota uerba irreprehensibilis saluatoris: [Nonne ego uos duodecim elegi?] Ego uos homines, non diabolos: et si peccatores, non tamen obstinatos. Duodecim elegi, ad opus ministerij quod ab aeterno praesudici. Et unus ex uobis diabolus est: Non elegi, sed est: non ex me, sed a seipso quod malus est. A deo patre homo creatus, a me ut bonus esset, ut apostolus esset, cum multis electus, ab ipso uero est diabolus factus. Sed qui sunt in carne diaboli, quorum Iudas primus a Christo in hominibus in uocem, non autem in re nomine accepit: Hi sunt, qui omnem naturalis ingenij acuitatem ad pessima ordinauerunt, non dormientes quiete nisi mala praesaficiant, & nisi damna inferat innocentes, non quiescunt, qui ad omnem deceptionem intendunt, fidem nemini seruam, charitatem destruant, concordiam frangunt, pacem interimunt, iustae conuersationis uitam confundunt, infrunt animo, lapsi uerbo, moribus non modesti, praesumptores in diuina, humana scelerata lege tractantes, nemini se colligentes ad bonum, ad malum uero quousque perficiat, efficiunt fidelissimi coplices. Hi destruant omne obedientiam iugum, irreducibiles facti ad tramitem ueritatis: minis non cedunt, permissis non credunt, torturas non metunt, & derident poenarum quilibet quaestiones, deprauationem habent in abditijs, insidias in oculis, nihil rectum, nihil iustum est reperire in eis, & omnes iniquitates sunt uascula, coturnaces, praerui, obstinati, diuinorum appetitores ex fastu. Hi nouas adinventiones faciunt in peccatis, omnem quae possunt,

malorum inicitia & uenenata capita existentia. Hi uelut fulmen sine retentiōe ferunt in malis, & uelut flumē impetu defluens rapiunt ad nefas, qd nec obstaculū patit, & intumescēdo positiū supergredit obicē, aut rūpit, aut trahit, aut aliunde capiat cōpendia defluēdi. Hi magis accēdunt cū prohibētur, & ex impedimento uidiōres redduntur ad crimē, nec aliorum faciātur poenis, & pro argēto exponunt exitio atq; commercio iustum, sicut Iudas diabolus expo-
suit dominum Iesum Christum.

Ad hanc sententiā pertinere uidēd, qd infra etiā contra Iudæos saluator iniecit, dicēs:

Iob. 3.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uſi uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate nō stetit, qā nō est ueritas in eo. Cum loquit mendaciū, loquitur a seipso, qā mendax est, & pater eius.

Id scire nos animat ista sententiā, quis diabolus, qui filius eius. Sed qualis pater, tales filij, nō natura, quā in creatione susceperūt: sed per uersa uoluntate, qua hoies dæmones imitant. Diabolus, iniquitatis est nomen, nō creatæ naturæ, aut impositionis à deo. Non deus pater in ueteri testamento, aut Christus in nouo diabolus, cū nomen imposuit, sed spm̄ incorporētū & hominē aīa & corpore factū, qd p̄ iniquitatē à seipso facti erāt, his nominibus appellauit. Idcirco secundum iniquitatem quā commiserunt, non secundum naturā quā in creatione susceperūt, patre diaboli & eius filios p̄tractemus.

Diabolus est, qui nullo suggerēte peccauit & rebellauit deo. Filius uerō eius, q ad similia se aptat. Possunt enim hoies etiā diabolici, sine alterius suggestione peccare: sicut & ipse sine alterius suggestione peccauit, quancq; primi patres eius suggestionē peccauerint. Qui etiam potuissent sine sua suggestionē peccare, sicut diabolus peccauerunt. Non em̄ melioris cōditiōis facti sunt parentes primi, q̄ sp̄s incorporei seu separatae substantiæ. Quod cōtra Iob allegabat Eliphaz Temanites, uolens non esse iustū, sed necessariū ipsum cōstituerē peccatōrem, dicēs: Nunquid homo cōparatione dei iustificabit, aut factore suo purior erit uis? Ecce q̄ seruunt ei, non sunt stabiles, & in angelis eius repperit prauitatem: q̄to magis qui habitāt domos luteas, & terrenū habēt fundamentū, cōsumunt uelut a tineæ? Ut oīno asserere uelit, sicut peccauerūt angeli, possunt hoies nullo suggerēte peccare. Proinde hac imitata dānatione multi filij sunt diaboli. Diabolus appetiuit quod sibi nullo iure cōpetere poterat: filius eius, qui appetiuit nō cōpetentia sibi. Vnde multi fascinati, nō cognoscentes seipso, ultra seipso in appetitibus se p̄cedunt. Diabolus appetitor fuit impossibilitū, impossibile penitus erat, angelū altissimo cōsequari. Filius eius est, qui p̄ter pot-

Iob. 4.

est legē p̄sumit. Odiuit diabolus deū cui ad æquari non poterat, filius eius etiā odio fertur in deū. Homicida erat diabolus sup̄spus, q se occidit dū cōtra dñm sup̄biuit. Mors em̄ est se paratio à deo: quia unio cū deo, tota erat ipsius uita. Nam cuius natura creata est in beata uita esse cū deo, separatio ab ipso, mortē eternam operat penitus sine morte. Homicida erat, uidelicet sui, sed ab initio, nō à principio qd oīa principiat atq; facit, sed ab initio introducēt iniquitatis. Est em̄ inicitū boni qd deus est, in oīni gñe causæ: inicitū mali, qd diabolus est. Homicida erat ab initio sup̄spus, & ipse inicitauit mortē in parētibus primis, unde secuta est in nascētibus cæteris. Sapientia dicit: Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū, ante quē nullus peccator aut homicida inuentus est, qui mortē inicitauit in se atq; in hūano gñe. Filij eius sunt, qui nemine instigante, seipso dederunt precipitio peccatorū, aduersus seipso facti atrocissimi homicidæ, ut in illā deueniāt mortē, quam nuncupamus æternā. Filij eius sunt, qui aduersus proximos stimulant acuto zelo inuidiæ, ut in illā miserā uelint oēs deuenire, qua ipsi detinent, aut carere bonis, quibus ipsi caruerunt, aut qui de aliorū felicitate torquentur. Diabolus in ueritate non stetit. Oīa in ueritate fecit altissimus. Nihil etem̄ fecit in suo opere simulatū: & omne qd est uerū, à ueritate uerū est. A ueritate ergo angelus suā essentiā habuit, qui etiam in ueritate in æternitate beatificandus erat. Et ueritatē cognitionis acceperat, ut à q̄ creatus, cū quo creatus, de q̄ creatus, ad quid creatus, in qua excellentia creatus esset, oīno p̄nosceret. Sed nō stetit in ueritate, p̄missi, neq; cognitōnis acceptæ. Mērita uerō est iniquitas sibi, nec stetit in ueritate, qua ipse altissimo, ratione qua creator eū fecit, & qua ipse creatus, tenebatur stare subiectus. Proinde ueritas nō ē in eo: sem p̄ eū oēs fallere tētat. Qui nō manet in ueritate qua creatus ē atq; renatus, filius est diaboli. Diabolus mendaciū ex proprijs loquit, nō aliunde cōparat: nec ab alio, ut mentiret, accepit. Suū propriū fuit, sibi mēriti, seipsum fallere: est uero propriū est, alijs nocere atq; decipere. Nemo eum cōpulsit aut cōpellit ad malū, nullus sibi nequitia p̄suasit. In his similibus factus, merito dicitur filius diaboli. Ipse mēdax ē & pater eius. Pater primō generat mēdaciū, diabolus est. Ante ipsum mēdaciū, non est inuētum, qā primus mēdax esse cēset, cuius filiatio nō transductiōne, sed imitatione pagitur. Proinde dicitur esse Iudæis: quia uolebāt Christū interficere, ob hoc appellātur filij diaboli homicidæ. Verē filij sunt diaboli, qui aliquē sine causa seu inno-centē morte uel damno aliquo persequunt. Et desideria diaboli uolebāt perficere. Sicut em̄ diabolus sanguinem innocētū, nec curat diabolus ut quis alitū corporaliē lædat, sed ut lædetur

Iob. 4.

Iob. 4.

Iob. 7.

Gen. 2.

Gen. 15.

rem inuitē possideat. Desiderat ipse in oīnibus nobis, ut his culpis auertamur à dño, qbus ipse aduersarius factus est aeternus, ut p̄ditis lucidis sedibus, cū ipso tetros cruciatus & poenalitates habeamus. Væ igitur p̄ficiētibus diaboli desideria. Sed qm̄ hæc dānata filiatio, solū non generatione transductiua peragitur, sed imitatione peruerſa, imitari uerō non possumus in suis moribus quēpiā, in quibus opere, aut uoluntate, aut p̄bo aliquid fecisse nescimus. Et peccātes oēs, filij diaboli apellātur. Ipse autē nuncq; in se deliquit in gula, peccatiū nuncq; appetit, actualē libidinē ignorauit oīno, & si quid est uitij actualis. Sunt em̄ immateriales & incōpōsiti. Superbi uerō sunt inuidi & iracundi, & malis spiritalibus oēs pleni. Sed uerē appellatur filius, qui in bonis aut malis alterius desiderij implet. Efficiunt qui boni sunt, filij dei, cū eius uoluntate perficiunt, etiā si eū in his q̄ fecit, nō imitātur. Dicunt & reprobi diaboli filij, si desiderij eius p̄ficiunt, quod nihil aliud est, nisi ut mala faciamus q̄ ipsi fecerunt, aut quæ natura prohibente facere nequiuerunt, à nobis uerō materialibus & compositis fieri poscunt. Hanc damnatā filiationem, qui legis, oīno deuicit.

Exprobratur incredulitas & duritia Iudæorum.

Caput XXXII.

Omnium uerō malorum causa, non credere in infidelibus est, de quo saluator Iudæos incredulos arguit, dicens:

Si enim non crederitis quia ego sum, moriemini in peccato ueſtro.

Sed ad Iudæos nō est nobis sermo. Etiam ad malos credulos Christianos sententiā diuina cōuertit. Quod si oīa quæ sancta mat̄ ecclesie credenda suscepit, nō indubitatē credunt, qui nō credit, in p̄cto incredulitatis moriunt. Nō q̄ hæc incredulitas de nouo sit causa mortis, quæ separat corpus ab anima, sed causa eterne mortis, qua in dānatione cōstituitur anima, & corpus ponit in gehenna. Ipsa uerō credulitas nos reducit ad uitā, à qua primus homo nō credendo ceciderat. Dicitur fuit primis parentibus: quancq; hōra nō credendo mādaturū transgressi fueritis, morte moriemini. Tunc uerō dicebat Iudæis: Nisi crederitis, in p̄cto uerō moriemini. Nunc uerō dicitur Christianis: si in aliqua hæsitaueritis, nuncq; saluabimini. Ac p̄ hoc nō ad præuicationē salutis fidei ascribitur, qm̄ à dæmone missa tēratio: sed cū subiecta debet esse fidei, dubitat hoīs ratio, & sua inuestigatione conatur inspicere, qd nequiuit ullatenus absq; fide. Nā incredulus nō solū moritur in p̄cto incredulitatis, sed in alijs quæ cōmitit. Quia nō recedit à malis, nec sacramentis se abluat, qui ex peccatis nō credit tradi gehennalibus flāmis: nec peragat bona, qui præmia nō credit æterna. Nā Abraā credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiā, bonosq; s. morosq;

ut sicut credidit, sic in bonosq; morosq; iustitia uixit. Cauet unusquisq; p̄ctm̄ in credulitatis aut hesitationis. Et incredulitas ueritatis, arguit hominē ex deo nō esse. Qui autē ex deo nō est, factus est extra uitā. Et impossibile sit, oīno beati fieri atq; dirigi sanctis moribus, qui ueritatē nō p̄stitit assensum. Subintulit sanē saluator:

Si ueritatē dico, quare nō creditis mihi? Iob. 8.

Si dicenti ueritatē nō credit, nemini nisi ad periculū dabitur fides. Ipsa em̄ est, quā omnes amat rōne utentes, & oēs ueritatem inquirunt. Etiā peruerſi qui alios fallere uolunt, falli nolunt: etſi falsus, uerū querit amicitia: si adulteri, castā & uerā q̄rit uxore, etiā ipsa uirg: si falsam pecuniā porrigit, uerā recipere q̄rit. Nemo est em̄ qui, quis fallat, quod ueritatē nō q̄rat. Nec in eo q̄ fallit, diligit falsitatē, sed ueritatē aliā in cōmodo qd inquirat, aut illā ueritatē q̄ uerū est q̄ fallere nouit. Et si iniqui diligit ueritatē, qui boni sunt, ipsam animo & moribus inſectatur. Ipsa est qua consistunt oīa, ipsa copulat amicos & in oīnibus fœderat, qua depulsa, nec amicitia neq; fœdera ulla manent. Hæc inuocat indoctus & sapiens, dñs & seruus, nobilis & ignobilis, diues & paup, sanus & infirmus, p̄grinus & ciuis. Hanc quærit innocens, hæc q̄rit exactus inuſte, ad hæc suspirat qui iacet in ualē miseræ. Scuto huius, falso inculpatus se appetit p̄tegi. Vnde in Esdra legit de illis tribus qui problemata posuerunt, q̄ ille obtinuit qui p̄tulit omnibus ueritatē. Aut em̄: Iniquū est uinum, iniquus est rex, iniquæ sunt mulieres, iniqui oēs filij hoīm, & iniqua oīa illoꝝ opera, & non est in ipsis ueritas, & in sua iniquitate peribunt: & ueritas manet & inualeſcet in æternū, & uiuēt & obrinet in secula seculorum. Nec est apud deum accipere p̄sonas, neq; diuitias: sed quæ iusta sunt, facit oībus iniustus & malignis, & oēs benignatur in operibus eius. Et nō est in iudicio eius iniquū, sed fortitudo & regnum & potestas & maiestas oīm æuorum, benedictus dñs deus ueritatis. Sed quæ ueritas est ista, quā Christus loquit & nō creditur? Quicquid Christus dicit, ueritas est, imō ipse Christus est ueritas. Veritas nisi ueritatē loqui nō potest. Est ne aliqua specialis ad singularis ueritas, quā Christus loquatur, & non credatur? Est sanē ueritas, ad quā Christus ex his uerbis credendū inuitat, quæ si nō credatur, conqueritur. Est humanatio eius, abdicatio quā p̄dicatā terrenis, cōgnitio falsitatis in mundo latentis: est superna in carne humiliter promulgata doctrina, quæ p̄ fidem corda hominū purgat, in terris disponit aptos cœlestibus mores, p̄stitit uia ad sup̄nū regnū, & à dæmonū imperio liberat sup̄borū. Hæc qui nō credit, fallacibus dæmonibus p̄teruolū cōstrigit. Hæc ueritatē nō credere aut audire, hoīem ex deo nō eē demōstrat: credere &

3. Esdr. 4.

Ioh. 8.

Qui ex deo est, uerba dei audit: Propter ea uos non audistis, quia ex deo non estis.

Psal. 118.

Verba dei, ueritas sunt: quia principium uerborum dei, ueritas est. Loquebatur deus in homine, imo deus homo, non homo purus. Verba igitur dei erant, quare euangelij excellentiam agnoscimus: diuinum est euangelium, non humanum. Sed qui est ex deo, uerba dei quae ueritas est, quae faciunt euangelium, audit. Non homo condidit euangelium, uanuis lingua humana uerba protulerit, sed deus aeternus homo in tempore. Sed concutit cor quod dicitur: [Qui est ex deo, uerba dei audit.] Quid autem est quod ex deo creatum non sit, uanuis ex dei seu de essentia dei non sit. Nihil. Omnia enim per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Sed dupliciter ex deo creatura rationalis est, scilicet creatione & uoluntate. Creatione, omnes ex deo sumus: uoluntate (id est, uoluntatis conformitate) soli sunt, qui renouantur in nouitate uitae, neque huic seculo conformantur. Diabolus uult oes huic seculo conformari, deus uult oes ab hoc seculo abdicari. Qui uero huic seculo conformatur, ex diabolo per imitationem & desiderij sui factionem sunt. Ex deo non sunt, propterea uerba dei non audiunt, quae ueritate loquuntur, & discooperiunt falsitatem. Quicquid enim cogitant aut dici potest, aut

* aut non habet: si habet entitatem,

habet aliquam entitatem, etiam diu ueritas est, aut falsum non est. Quisquam alia fulgentiori ueritate atque certissima refellat. Nec apparet falsitas, nisi ueritas illucescat: non cognoscebat peccati falsitas, nisi legis ueritas illuxisset: nescit mors, nisi per uitam: nescit nigredo, nisi per albedinem: nescit obsecrator, nisi per lucem: nescit amara, nisi per dulcem. Ignorarent multa, nisi appositio contrarij affuisset. Ignorabat amor mundi quantum haberet periculi, & in quibus terminis transiret: sua uana dulcedo, nisi deus homo mundi conditor misericorditer redemptor, contra eum doctrina uera & moribus clarissimis intonasset. Quae ueritate, mundi dulcedinem reprimentem, falsitatem occultissimam detegentem, animo ferentem sursum humiles atque indubios auditores, diuina uerba dulciora super mel terrenae delectationis & carnalis amoenitatis, & super fauim ois eloquentiae atque scientiae naturalis, qui ex diabolo per imitationem, non ex deo sunt, audire seu credere contempserunt. Siquidem hominum pericula in Christianis moribus, quos tractamus, in duobus maxime solent peruenire: aut cum per ignorantiam late necessaria ueritas, aut cum patefacta contemnitur. Primum, si ignorantia est inuincibilis, patet aut nihil laedit: si uero uincibilis, & non uincit, laedit ut plurimum. Secundum, cum perfuso lumine ueritatis, quid agendum aut deuitandum est, possumus intueri, & non agimus aut deuitamus, tanto laedit acrius & rorquet, quanto quod agendum aut deuitandum est, clarius lucet. Nulla in hac umbrosa uita de-

gētibus remanet excusatio, cum ueritatis illuxerit claritas in uita Iesu, in tono diuinae uocis, in parabolis, signis atque miraculis. Cui ueritati tam innumerabilis testimonium dedit per mortem & sanguinem multitudo sanctorum, hominum & mulierum, iuuenum atque senum, ac more animi malium per desertam uiuentium: quae si superuiueret in carne, omnibus alijs uiuentibus aequaretur, ac toti mundo doctrina, uita moribus, fortitudine, corporali potentia, si contemderet in omnium certaminis genere, si expediret, inferret omnino conflictum. Vnde incredulis ueritati & diuinis eloquijs: quoniam qui ueritati non credit, & uerba dei non audit & perficit, uocem iucunditatis non audit, & maledictionem suscipit cum filijs salutaris. Quod autem cum uocauerunt demoniacum, eorum deprauata mente infatuat. Deprouata enim mens est, quae bonum, malum dicit: lucem appellat tenebras, sanctitatem, puritatem in iustitiam, iniquitatem uerum, falsum: seruum dei, amicum diabolicum, tholicum uerum, haereticum: primum, impium dicit, & semper ad peiora cogitata inclinatur animus, & ad maiorem iniuriam conuertitur & linguam.

Est quoddam hominum malum, quod ubi ratione succumbunt, ad uolentiam se conuertunt: & cum non habeant quod in ueritate respondeant, persequendo alios se tuent. Studentque uiribus a suis conspectibus abolerere, quae uerbis iustis & rationabilibus non possunt conuincere. Hinc Iudaei cum Christi ratione confutare non possent, duritiam & perueritiam cordis operibus ostendentes, ad lapides se conuertunt: & uolunt obruere lapidibus, cui ueris sermonibus repugnare non possunt. Et impatientia mentis ostendit in auditione ueritatis, cum Christum lapidare crudeliter tentant. In falsitate appetit remanere, qui persequitur ueritatem. Hi enim sunt qui uellent legem dei peruertere, atque ipsam ad eorum uoluntatem inflectere. Delectantur placitis, sed non ueris: obliuiscuntur rectis: humanitatem dilexerunt, non sanctitatem. De quibus Isaias dicit: Populus ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem dei. Qui dicunt uidentibus, nolite uidere: & aspicientibus, nolite aspicere ea quae recta sunt. Loquimini nobis placentia, uidete nobis errorem, auferte a me uiam, & declinate a me semitam, celsiter a facie nostra sanctus Israel. Vnde in Christum intantum exarserunt Iudaei, ut ipse cessaret a facie eorum, & absconderet se ab eis. Cum enim ueritas ab hominibus non diligit, abscondit: & cum quibus in doctoribus atque praedicatoribus persequitur lapidea duritia uerbum uitae, directione carere in uia, & in futuro seculo uita beata.

Praesumptores autem quandoque in scientiam aut uerum, aut errant quod ita non est sicut praesumunt, aut si ita est, eorum peccatum aggrauatur per amplius, si offendunt. Error est, cum quis se putat scire quod nescit.

Gravius peccat, qui scienter delinquit: nec minus peccat, qui forefacit contra illud quod se scire credit, etiam si nescit. Peccat omnino in deum & in animam suam, qui facit contra illam, quam credit habere, scientiam, etiam si esset erroneus quod crederet uerum, cum committeret credit & uelit omnino peccatum, quousque tamen pateat uerum. Nam si quis omnino crederet, atque se omnino scire praesumeret, quod carnem suam comedere per legem esset peccatum mortale, nec ut crederet, ita esset, peccaret tamen mortaliter, si contemneret comedere. Non enim solum per legem peccatum ostensum, culpa est si committitur: sed etiam si homo pertinaciter committit quod non est peccatum, dum firmiter quod agit, credit esse peccatum. Hinc saluator post disceptationem egeci nati & curati, cum eum reuocasset, dixit:

Ioh. 9.

In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, caeci fiant. Quidam uero ex pharisaeis dixerunt ei: Nunquid & nos caeci sumus? Dixit eis Iesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis quia uidemus, peccatum uestrum manet.

Dare saluator lumen fidei uenerat his, qui per lumen naturale aut legis uera bona uidere nullo modo credebant, & se nihil scire putabant, in ualle ignorantiae se morari contentes. Lumine auferre uenerat & aliud non conferrere his, qui per legem aut per acuitatem proprii intellectus & naturalis luminis, se credebant in mundi tenebris luminosos. Pessima res est error: sed peior est, praesumptio aut simulatio sapientiae. Mala est ignorantia: sed peius, se credere & non habere scientiam. Vnde saluator dicit: Si caeci essetis, peccatum non haberetis. Si omnino quis se crederet ignorantem, & esset quod crederet, leuigaret, imo leuaretur quod scientibus esset peccatum. Nam aut a toto, aut a parte saltem ignorantiae liberat, quem scientia certa ex toto condemnat. [Nunc autem quis dicitis quia uidemus, peccatum uestrum manet.] Non asseruit dominus saluator quod uiderent, sed ut ueram scientiam haberent, sed dixit ad eorum opinionem uerba conuertens, dicitis quia uidemus, hoc est, creditis uos uidere, sicut supra dictum legitur. Credere se scire, etiam si ablit ipsa scientia, culpa committitur, si contra scientiam quae creditur, agit. Ex hoc subiungit, [peccatum uestrum manet.] Proinde peccatum quod committitur contra scientiam certam, est malum: contra creditam, etiam si non ueram, non minus est malum. Cum autem claret ueritas, erronea credulitas tollit, non tamen sic, quod malum in illa commissum, non fuerit ante peccatum, quod uis possit poenitentia cordis dilui atque beneficio sacramenti. Ac per hoc qui scientem legem ueritatis atque iustitiae, si ipsam non fecerint, peccatum astringuntur omnino. Si contra praesumptam scientiam & non ueram, fecerint, similiter subiacent cul-

patum nequitiae. Omne namque quod contra conscientiam ex malitia determinata peragitur, ascribitur ad peccatum, etiam si de suo genere atque legis prohibitionem, peccatum non esset quod agitur.

Praesumptio igitur scientiae & intellectus, uelut locale malum, est omnino cauenda. Haec enim induxit haereses, & in ecclesia fidei plurimas sectas fecit, auertit hominem a simplicitate fidei atque doctrinae. Credere non sinit iustus sermonibus atque pijs, per contumacem loqui aut rindere sollicitat, subditum aduersus directorem in animo praeduxit in licet, & saepe per uerbum fecit diiudicare mandatum. Praesumptio scientiae & intellectus, expositiones in scriptura uarias inquiri: & non intellectum scripturae, sed scripturam suo intellectui danata temeritate coarctat. Si deliquit, qui ab hac inuoluitur tetra caligine, in praecipitiis siue praecipitijs, statim si arguitur, ad intellectum uariis se conuertit: & aptata & praesumptuosa expositione atque impertinente se tuet, ne deliquisse in aliquo iudicetur. Et argutores appellat scioios, profitens penitus solum ueritatis scientiam se habere, atque intellectum suo illuxisse de superioribus. Nec sentit cum alijs, quod communit bene sentit, sed singularem uiam incedit scientiae, quae a simplicitate fidei reprobarur.

Crediderunt multi falsa credulitate decepti, uidere de prope arduissimas ueritates: quorum intellectus proportionabat ad illas, uelut oculus nocturnae ad splendentem radium solis: aliqui praeter se uidere, aliqui singulariter se uidere, quorum omnium certissima est reprobatio.

Nam primi, caeci sunt uelut somniantes, quia oia uident in luce, atque uelut in claritate dicit eis incedere uidebant: ex parte facti uero, erant in medijs tenebris noctis, iacebant in cubiculis tectis.

Alij aequales habent. Nemo enim alijs ita in aliqua uirtute se praefert, ut sibi non credat aequalibus unusquisque potest notus fieri, de alijs uero certum non potest praefere iudicium. Propria fecit communem domini bonitatem, aut naturae commune beneficium reduxit in proprium, qui sibi non credit aequalem. Et omnino excusatur, qui excedere omnes credit.

Tertij qui gradiuntur singulariter super terram, ut nec per comparisonem fiant ad alios, sed fontibus omnibus desiccatis, in seipsis credunt uenam intellectus & scientiae abundare. Sed eo ipso istos est aperta damnatio, quia singularitatem illius confundunt, de quo propheta ante praedixerat: Singulariter sum ego donec transeam. Nam qui se credit scripturam & ueritatum atque uirtutum clarum intellectum habere atque scientiam, & contra fidei simplicitatem, spei certitudinem, & mores charitatis humilitatis inuisibiles atque uisibiles senserit, & ad excusandum delicta siue peccata excusationes inuenit, aut si scripturae non accipit intellectum, ne decipiatur, quia deceptus est, & nescit quod

Psal. 146

uadat, quia tenebræ ignorantia obcauerunt oculos eius. Quanta mala huiusmodi præsumptio, in malis prophetis in ueteri testamento fecerit, quanta in nouo in pseudoprophetis, in peruersis hereticis, quanta in cœnobijis atq; collegijs, quanta mala in auditoribus & populis uulgariibus, ex præsumptuosis doctoribus & declamatoribus sunt secuta, nullus qui sacras litteras & sanctorum & gestarum rerum historias legit, ignorat. Quot questiones uanæ & inutiles, corda simplicium subuertentes, quot disceptationes in moribus, quot opinionones atq; doctrinæ nouitates nostris temporibus infelicibus infurxerunt, de eis magis dolor cogit me planere quam narrare. Sed firma stetit, stat & stabit sententia saluatoris, [q] in iudicium uenit in mundum, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant.] & p̄m̄ inexcusabile statuitur p̄sumptum, quod aut erret non intelligendo ueræ, aut offendant dū cōtra conscientia erronea uel ueram uiuunt. Igitur qui legis, hæc mala deuita.

Eos uero, qui scripturæ ouile aliunde q̄ per proprium & ab æterno præordinatū ostiū ingrediunt, & qui curā & directionem suscipiunt animarum, aliunde q̄ per prædictum ostium in caulas dominicas ascendentes, fures sunt & latrones. Fures, qui præter domini uoluntatem furantur impertinentem scientiam & doctrinam, & subripuisse auctoritatem fraudibus & extorsisse uelut latrones quæq; regimina gaudent, qui uelut latrones atq; fures in æternis suspendantur patibulis, pro eo q̄ non per ostium humilem animarum ereptorem atq; rectorem, egenum & pauperem, non terreno splendore fulgentem, unigenitum dei filium, pro nobis hominem factum, atq; pro eius honore in ouile dominicum intrauerunt; sed aliunde per superbiam atq; simoniam fauoremq; hominum, ad dñum, non ad utilitatem ipsorum, ut lucrētur pecuniam de gratia spiritus sancti, unde debuerunt atq; debent lucrari uirtutem atq; iustitiam, & animas ab erroribus fidei atq; uitiorum eripere; nec non fulgere uolūt, ubi Christus despectus apparuit; & ascendere superbiæ æquum, ubi Christus simplicem ascendit a seclum: & uestibus, non moribus; & uitam stipare delicijs, ubi Christus asperam uitam tenuit. Sed qui uult humanis fulgere spendoribus, ubi Christus pallidus uixit, non ingredietur in illam requiem, ubi gloriosè resedit, æternaliter cum suis humilibus residebit.

Ad eos uero signantius noster dirigit sermo, qui de Christi pauperis patrimonio inclarescunt; quorum tãto grauior est culpa crudeliorq; damnatio, quanto de opprobrio Christi & turpissima morte atq; de gratia spiritus sancti, humanam ueniatur gloriam, non diuinam; terrena sectantur commoda, non cœlestia; temporalia, non æterna; & instrumenta uirtutū, subdiderunt imperio uitiorum; atq; illa quæ ordi-

nata sunt, p̄ superno regno, ad usum regni corruptibilis conuerterunt. Ad damnationem male uitium spectat, quæ Christi sanguine sunt uisitata, & quæ principes mundi humili & pauperi Christo in suis ueris sequacibus & pontificibus, Christiana fide suscepta, humiliter obtrulerunt. Nec non ad ipsorum iudicium sunt martyrum corpora, tyrannorum cōsecrata terrore, pro quorum honore tanta sanctæ matri ecclesiæ in diuersis mundi partibus sunt oblata. Proinde mercenarius pastor cupidus terrenæ mercedis, in cælis æterna priuabitur: quia subditæ animam, uelut ouem, lupos inuisibilibus reliquit periculo, cū adeptus fuerit quam auideq; rebat mercedem. Et sibi ipsi in conscientia est & ad dei iudicium testis, q̄ qui seipsum pro erudendis animabus non exponit, q̄ non dei uoluntas & animarum charitas, sed cupiditas in thronizatum prouehit atq; facit.

Ad illam sententiam quam de non audientis uerbis dei prætulimus, quod sequitur, pertinet: sed dissectione breuiori atq; alia differendum. Dixerat enim superius: Qui ex deo est, uerba dei audit; propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Hic enim hoc idem aliter inquit:

Loquor uobis, & non creditis mihi. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. sed uos non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis.

Mira & horrenda sententia, sed infallibiliter uera. Oues statuendæ sunt à dextris pro benedictione æterna; sed hic comprehenduntur ex saluatoris sententia oues & oues. Oues Christi quæ audiunt uocem eius, & oues quæ non audiunt uocem eius. Sed solum quod inexcusabiliter præterdit, peccatum differamus. Oues quidem sunt, sed non omnes Christi. Quæ sunt Christi, Christum audiunt: quæ non sunt Christi, Christum non audiunt, nec sequuntur. Primum secundum hanc sententiam oportet fieri oues Christi, postmodum audire uocem eius. Sed oues Christi non sunt, nisi primo audiant unde fiant, ac post hoc erit auditus unde fiant oues, & erit auditus cum factæ fuerint oues. Primus ad fidem pertinet, secundus ad mores atq; sequelam.

Altum est quod ad dicendum se offert, res cadum magis uero est. Sed qui legit, intelligat: fidelibus, non infidelibus loquor. Omnes Christiani sumus nomine, ouesq; uocamus; sed sunt ueræ oues quæ audiunt & credunt, atq; Christum pastorem pro posse sequuntur. Sunt oues simulatæ quæ neutrum faciunt, quod quantum Christus dixerit de Iudæis, culpabilibus hodie dicit de simulatis utiq; Christianis. Et inter cetera hominum uitia, simulatio pallidam tenet sedem. Simulant pellem ouinam, & mansuetudinem habere omnibus mentiuntur, intrin-

secus autem sunt lupi rapaces.

Simulatio est ostensio falsa eorum, q̄ aguntur aut diliguntur in animo, & eo execrator, quo uirtutem ipsa mentitur.

Malum, per excessum propemodum se habet ad omnia mala.

Malum est iniquitas, sed peius est simulare iustitiam.

Malum est inuidia, sed peius est simulare amorē.

Malum est superbia, sed peius est simulare humilitatem.

Malum est inanis gloria, sed peius est ipsum simulare contemptum.

Malum est iracundia, sed peius est patientiam simulasse.

Malum est acidia, sed peius est actio simulata.

Malum est auaritia, sed peius est simulare dispersionem ut adiciat.

Malum est luxuria, sed peius est simulatio caritatis, quia inuitabilis decipit.

Malum est gula, sed peius est simulatio abstinentiæ.

Malum est cordis ariditas, sed peius est simulas lacrymas emississe.

Malum est temeritas, sed peius est simulare timorem.

Malum est impietas, sed peius est simulare pietatem.

Malum est error, sed peius est simulare scientiam.

Malum est ignauia, sed peius est fortitudinem simulare.

Malum est uiuere in cōsultate atq; suis directiōibus agi, sed peius est simulare uelle cōsiliū, & secundum illud se simulare moralem.

Malum est tenebra intellectus, sed peius est ipsum ostendere præclarum.

Malum est insipientia, sed peius sapientiam simulasse.

Malum est ab oratione recedere, aut non appropinquare ad illam in ueritate, sed peius est simulare.

Malum est omne uitium, sed peius est simulare uirtutem.

Dupliciter simulatio offendit, quia & uitium habet simulatq; uirtutem. Iniquus patet, malus est sibi: scientibus, in cautela. Simulatio ut iniquus permanet, & deceptor; & quia non potest sciri, non potest quousq; sua uitia perfeceat, deitari. Simulatio non solum cum iniquitate se mentitur habere uirtutem, sed uitium sæpe uirtutis ornamento compalliat, & si reprehendatur offendisse, delictum obseruantiam, præuocationem regulam, iniquitatem iustitiæ, peccata uirtutem, simulata & audaci lingua se fecisse dicit. Simulatio est rerum turpium tegumentum, & ornamentum inuisibilem atq; incognitæ foeditati. Simulatio est explicatio falsa ueræ scripturæ. Quæ per similitudinem dicunt, nihil habent proprium. Leo enim pi-

ctus aut sculptus, similitudinem habet ad ueræ proprietatem uero nullam. Simulator, simulacrum est uirtutis. Simulacra tantum exteriora membra habet sine officijs. Dicit enim Dauid: Os habent, & non loquentur; oculos habent, & non uidebunt; guttur, & non clamabunt; nares, & non olfaciunt; brachia nihil portant, manus non tangunt, pedes non ambulabunt. Simulatores uero similitudinem quandam cum ueracibus gerunt, sed ueritatem uirtutū deo placentium, reliquerunt ex animo. Sed dicit Iob: Simulatores & callidi prouocant iram dei. Merito iram dei prouocat, qui se cum fallitate constringit, nil ad uerū deducendo iudicium. Nil aliud simulatio est, nisi falsitas ostensa uirtutū, aut esse in esse, quod longè penitus à uero est esse. Isaias enim dicit: Stultus fatua loquetur, & cor eius facit iniquitatem, ut perficiat simulationem. Qui loquitur fatua, stultus est, & stultus fatua loquitur. Et cor eius facit iniquitatem, quia facit ut perficiat simulationem. Iniquitas enim maxima est apud deum, simulationem facere. Et omnis iniquus à deo maledicitur. Simulator ore decipit amicum suum. Semper simulatio est contigit uerbis, nec amico loquitur recta, decipit eum ore, ostendens amorem quem non habet, offerens obsequium quod facere non intendit. Dicit se gaudere de prosperis, de quibus dolere; aduersis dolere, de quibus gaudere in corde. Proficitur habere diuina charismata, cōtrariorum nempe possessor existens. Stuprum & incestum commisit Amnon, qui simulauit languorem, & opprimēs uir sororem. Multi inualitudinem simulant, ut perficiant quæ ualitudinem ostendentes, nequiuissent omnino perficere. Improbum & inuerecundum malum est simulatio, simulat enim bona & corporis mala. Cauemus simulationem falsitatis alumna, perfidiam, æmulam imperio ueritatis, quæ uelut histrio actus simulat alienos, & tanquam præstigiator oculos decipit intuentium. Vbi autem de hypocrisis tractauimus, serè similia differuimus. Vide igitur oues, sed non oues ueras, quæ Christum non audiunt nec sequuntur, quia non sunt oues eius. Ergo qui legis, hæc mala deuita.

Discordie fidei & morum zizania.

Capit XXXIII.

ET cum parabolam seminantis per semetipsum saluator exponeret, petrosos, spinosos & uiosos appellauit, non recipientes aut retinentes regis magni doctrinam: ut in petrosos duos, in spinosis auaros, in uiosos diabolos patulos iudicaret. Etiam zizania discordie fidei & morum dixit esse malos, à uera & sanctissima fide, & ab eius purgatis moribus per impietatem resiliantes.

Odibile Herodis conuiuium propter multa.

Capit XXXIII.

Mat. 14.
Mar. 6.
Luc. 3.

Pertinet ad scelera deuitanda infaustū Herodis cōiuium, ubi natiuitatis memoria recolitur, & quicquid est uirtutis abicitur: & quod est sceleraliter, quicquid ē iniquitatis admittitur. Nam cōiuium eo damnatur, quo accuriatur carni feruitur: & unius expensae cōiuii, multorum pauperū esset uita: & liberalitatis porta, quae pietati & aliorū indigentiae clausa manet, uento uanæ gloriæ aperitur. Et patefiunt thesauri absconditi auræ hoīm populari, qui clamanti misero clausi erant. & diuersitas paratorū, p̄p̄natio uini diuersa, loquacitas importuna, v̄ba uentosa, edendi rapacitas, bibēdi suauitas, confessio nimia, cōiuiua sine pietate condemnata. Et salratio puellae, actus omnino impertinēs Christianis, p̄pter anfractuōsos incessus corporis, & mēbroꝝ motus distortos: & p̄tensio pectoris, sufflatio uētris, excellētia super praesse, prouocabiles ad luxuriam actus: spectantium in corde uarietas, inuētiōnes pro uarijs cōplacētis, fictici gestus, saltationē accusant, reprehēdendā in hominibus, damnādā in feminis, interdiciendā penitus in puellis.

Nec debēt mēbra Christiana, sanguine Christi redempta, saltationibus deferuire. Nefandus uerō Herodis & Herodiadis damnat incestus. Et si hoc in paganis arguit p̄p̄o Christi, q̄ crudelit multabit incestuosos diuina sentētia Christianos: Maior autē his iniquitas adicit, si mulieris huius impietas se dula mente pensat. Quae maior iniquitas, q̄ nolle corrigi: quae maior p̄ueritas, q̄ nolle reprehēdi: Nam qui corripit se dura ceruice cōtemnit, huic extemplo ueniet p̄ditio sua, & eum sanitas nō sequetur. Nam si omnia peccatorū genera conflarentur in unum, coram deo nolle corrigi, plus excedit. Nam Cain p̄monitus, noluit corrigi: p̄sistens incorrectus, fraticidium p̄petrauit. Iterum a deo ad p̄nitentiam inuitatus, ad correctionem p̄ impēnitentiā factus est contumax. Iudas Scariotes signis & uerbis amantissimis inductus a Christo, cordis sui & omnium cognitore, ut semetipsum corrigeret, permāsit in malicia induratus, captato sibi ad explendam dominantem nequitiam tempore apto, ludæis tradidit magistrum. Ad p̄nitentiam malē inflexum, nō ad correctionē erectum, non ad Christum, sed suā infelicitatem traxit ad laqueum. Quod ergo p̄m̄ magnū siue paruū, mortale aut ueniale potest suscipere uenia, si anima malē agens, correctionibus, reprehensionibus, monitionibus, persuasionibus factis ab hominibus, aut immissis ab angelis, aut a deo quomodolibet inspiratis, uoluntate libera nō consentit. Nullum uerō peccatū tam immane coram deo existit, cui uenia non donetur, si correctio & p̄nitentia subsēquatur. Et plerunq̄ in obstinatis animis agitur, ut nedum quod sequatur correctio aut corrector pacificē solere

Gen. 4.

Mat. 26.

tur, sed exardeat anima correpta in odium, ut corripientem abolere uelie penitus super terram, ut agat liberius quod disposuit nequius. Vnde Isaias de talibus reprobis dicebat: Arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra a iusto. Et paulo post dicit: Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mēdaces, filij nolentes audire legem. Qui dicunt uidētibus, Nolite uidere: & aspicientibus, Nolite aspicerē nobis quae recta sunt. Loquimini nobis placētia, uidere nobis errores. Auferte a me semitam, declinare a me uiam, cesset a facie nostra sanctus Israel. Similiter & Amos: Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentē p̄fectē abominati sunt.

Hæc igitur Herodias, mali huius ueritatem pro alijs tyrum tener, deo Iohanni arguta nō acquiescebat, nec Herodē acquiescere ipsa sinebat, cui ex odio prouocauit necem, iam a diabolo in animo p̄necata. Sed ad crimē accersit Herodis iuramentum incautum, & prouidentia nulla prouisum. Iuramenti uerō adimpletio, ad crimina plus augmentat.

Sed hic quæstio animi pulsatur, si obligat incauta iuratio, & si om̄e promissum detinet ad effectum. Cui quæstioni, prout inspirat deus, breuiter respondeo, q̄ omnis iuratio contra ueritatem, cōtra iustitiam, cōtra charitatem, contra honestatem, cōtra publicos bonos mores, contra mandata dei, non tenet, nec ut obseruetur astringit: nec obligat quod promittitur, si rumpitur quod iubetur: nec obligat priuatū, si destruitur publicum bonum. Nec inepta iuratio illaqueat, ubi cōfunditur decor publicæ ac debicæ honestatis, nec sibi tenet ad fidem. Et p̄culdubio nemini seruanda est fides, ubi uirtuti diuinæ ac Christianæ fidei derogat. Nec expedit fieri per iuramentum, ab aliqua uirtute recessum: magis deo q̄ sibi, uirtutibus q̄ hominibus, diuinis legibus q̄ uerbis incaute prolatis, seruanda est fides. Nec fides incaute aut improuise aut ironice aut inaniter promissa posteriori, priori & diuinæ, sanctæ atq̄ iustæ, aufert priuilegium firmitatis. Et ubi charitas conflictū recipit, seipsam promissio destruit. Et per quam regit quæq̄ ciuitas, & assidentē ipsa in entibus, entia suos terminos non excedunt, & inferiora superioribus ordinantur, & creatura deo in suscepto esse supponit: quæ uocatur iustitia, cum silet in aperto, aut in occulto clamat iniquitas, non erit quodlibet firmū promissum, si priuilegium iustitiæ in aliquo abradat: Et ubi ueritas confundit, promissio annullat: quia ueritas non destruit ueritatem, sed ueritati falsitas aduersatur. Et ubi submititur atq̄ confundit ueritas, quod iurat aut promittitur, indubitanē est falsitas. Agat taliter iurans, p̄nitentiā de stulta cordis deliberatione, aut uerbi emissionē: ad exequendum uerō, se obli-

Rom. 13.

Mat. 14.
Mar. 6.

Modicæ fidei, quare dubitasti?

Merito in fide dubius, est dño arguendus. Sed om̄is quæ in allegoria sententiā declarat, quæ in moribus arguat, aduertamus.

Si dñs condidit, si fouer, si redemit, si omni potens, si sapiens & bonus amator n̄ est, quare in periculis positi dubitamus? Quare, si probamur aut tenamur, diffidimus: cum neminem deus in anima & corpore ad pericula supra id q̄d sustinere p̄t, exponat? Qui de deo in aliquo dubitat, aut ip̄m existimat impotentem, aut insipientē, aut crudelē esse considerat, aut amorē quē ad nos infallibiliter habet, non credit, aut dormientē cogitat super nos oculū insopitū, aut mendacem facit eum qui nos custo dire disposuit, atq̄ in sua ineffabili ueritate spopodit. Igitur non caret peccato, sed nescio quāto, qui titubatur de dño in periculis: quod ex eo colligit, q̄ a dño reprehēditur. Nihil enim nisi quod ad uitium pertinet, dñs reprehēdit.

Similem sententiā alio exp̄ssit in loco, q̄ ip̄m dormientē in nauī, discipuli sui uidētēs se a fluctibus superari, excitauerunt, dicentes:

Domine, salua nos, perimus.

Quibus statim respondit: [Quid timidi estis modicæ fidei?] Valde igitur absōnū est, Christiani fideles de sua protectione dubitare, nec aliter esse potest, quā subiacere peccato. Non enim placet deo tremula nostra fides,

De malis cogitationibus. Cap. XXXVI.

Ad peiorem dissidentia ascribunt & cōstituantur eo ip̄so per amplius peccatorum, quo Christum non credūt posse aut nolle peccata dimittere. Quod in curatione paralytici deus declarauit, cum antē curationē ei peccata dimisit, dicens:

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Quod dictum cum sibi a scribis & pharisæis ad blasphemiam ascriberetur, p̄noscens eorum cogitationes malas, dixit:

Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris?

Per potentia qua expulit infirmitatē a corpore, ostendit autoritatē quā habebat in peccatorum remissione. Nefas ergo pessimum est, dubitare Christum nolle aut non posse peccata dimittere: & propter assumptā humanitatē, diuinæ derogare potentia, cui proprium est uelle & posse misereri. Similiter cū Mariæ Magdalens propriā potestate, liberali pietate, pia uoluntate peccata remitteret, admiratio & diffidentia cor assistentium propulsauit. Et credebant Christum blasphemare, quem solum hominem existimabāt, quia nulli hominum compeit alijs peccata dimittere: sed deitate in Christo esse non credebant, cui proprium est peccata laxare.

Mat. 8.
Mar. 4.
Luc. 8.

Mat. 9.
Mar. 2.
Luc. 5.

Luc. 7.

¶ Non lotis manibus manducare, non coinqui-
gat hominem, ubi oſo vitia Iudæorum
exprobrat comminando.

Cap. XXXVII.

DE peccatorum numero pſignantur con-
dicores aut q̄modolibet factores legū,
traditionū, conſtitutionum, ſtatuorū contra le-
gem dei. Quod ſaluator noſter tunc diſſeruit,
cum à ſcribis & phariſæis argutionē ſuſtinuit.

Mat. 15
Mar. 7.

Nempe acceſſerūt ad eum ſcribæ & pha-
riſæi, dicentes: Quare diſcipulī tui tranſ-
grediuntur traditiones ſeniorū? Non em̄
lauant manus quādo panem manducant.
Ieſus autem reſpondens ait illis: Quare &
uos tranſgredimini mādatum dei propter
traditiones ueſtras?

¶ Quæ Chriſti reſpoſitio multiplicat intellectū,
ad inquirēdum quid ſit, & q̄ graue ſit hoc pec-
catum. Luce clariuſ omnibus ſiat, & reipubli-
cæ mores habent, & legē ſtabilem eſſe nō poſſe
poſitam ab hominibus, ſi à ſuperioribus auto-
ritate aut iure mutari poteſt. Nec iure lex dici
debet. Superior uerō ratione, autoritate, uirtute,
ſapientia, conſuetudine omnibus deus eſt,
ſub quo uoluntariē uel inuitē curuantur oēs, q̄
regunt uel regere cupiunt orbem, quorum le-
ges uelut telæ aranearū ſunt, ſi diuinis legibus
aduerſantur, ut arcuſus ſtringam, imō ſi nō ob-
ſequuntur. Dedit ſanē mandata omnipotens,
quibus humanæ naturæ ſua irrepheſibilis uo-
luntas per affirmationem & negationē inno-
tuit. Per affirmationem, ut declararet ſuū pla-
cium propter utile noſtrum. Per negationem
uerō, ut prohiberet ſuum diſplicium, ne ad-
miſſum faceret noſtrum damnū. Et præceptū
huius poſuit, & ſine damno delinquentis non
præteribit. Et tanta ſunt autoritate firmata, ut
ab eo tempore quo data ſunt, nullas exceptio-
nes penitus ſuſceperint, ut omnino damnenē
qui contemperunt, ſi per præactam poeniten-
tiam liberati non ſunt. Nam ipſos Iudæos, q̄
bus diuinorum præceptorum in Simiaco mō-
te primū eſt facta collatio, non propter pere-
grinationem, non propter bella, non propter
diſperſionem, quā merito ſæpe ſuſtinuerūt, &
ſuſtinent, ab ipſorum obſeruatione fecit exem-
pos. Nec ipſos gentiles qui nō audierunt neq̄
recepterunt, cū tamen ſcirent quia data fuerūt,
ab obſeruantia fecit liberos; quæ ſi non ſerua-
rent, uellet eſſe damnatos. Et decem digito dei
ſcripta receperunt Chriſtiani, à quibus & cum
euangelicis nulla exceptione ſunt liberi. Nam
diuina præcepta quibus nobis iuſſit, & nobis
ſua facta eſt nota uoluntas, non imperatores,
non reges, non principes, nō quoſcunq̄ proce-
res & magnates, non ſpirituales prælatos, non
ſapientes, non fortes, non debiles & infirmos,
non ruſticos, non urbanos, non mulieres, non
aliquos uiros exceptuat, diſtincto modo non ſunt ra-

Exod. 19.

tionis expertes, & ad ea intelligēda capaces; nō
locus ex ſitu, nō ex aëris incēperie cōturbatus,
nō deſertus, nō amoenus, nō interminata poe-
ta, nō tolerata, nō perſecutio, nō fames, nō q̄-
cūq̄ tribulatio quā poſſet pſuadere diabolus,
excogitare homo, inuenire iniquus, aut infer-
re cuiſlibet q̄modolibet mundus, à diuinis mā-
datis facere poſſunt exortē. Nec moſ firmatus,
nec conſuetudo antiqua, neq̄ uſus longæuus,
cōtemporē aut p̄uariatorē excuſabant cæle-
ſtium & inſolubiliū p̄ceptorū; multo magis
damnabunt, qui contra diuina præcepta leges
cōficiunt. Contra quos ſaluator uidetur inten-
dere cum dicit: [Quare & uos tranſgredimini
mandata dei propter traditiones ueſtras?]

Et hoc poſſimilē intendamus, non diſſeren-
tes quid fecerint Iudæi, ſed offendetes mala q̄
faciunt, aut à quibus cauere debeant Chriſtiani.
Dicam igitur: Eſt mandatum dei, & eſt tradi-
tio hominum. Præſertur traditio hominum
mandatis dei. Minimē. Nulla ratio docet. Eſt
lex dei, & eſt lex hominum. Seruabitur lex ho-
minum, lege diuina cōtempſit. Nequaquā. Nul-
la iuſtitia ſuadet. Leges hominū ſunt iniquæ,
quia om̄is homo mendax, & non eſt qui faciat
bonū, non eſt uſq̄ ad unū. Et per Iſaiam male-
dictioni æternæ ſubduntur iniquæ legū con-
dicores: Væ qui condunt leges iniquas. Si iniq̄
non ſunt, non hominum mendacium, ſed dei
ueriſſimi ſunt, qui om̄e bonum ab ipſo habet
exordium. Condidit imperator legem que dei
derogat mandata, peccatum maius fecit, q̄ ſi
mandatum cui per ſuam derogat legem, ipſe
in pſona propria cōtempſit. Nam nulla ma-
ior mandati præuaricatio, q̄ aduerſus ipſum ſer-
mare decretū. Condidit reges, condiderunt
mundi principes, condiderunt mundi ſapient-
es & ſeniores pro uolūtatis libito leges, quæ
obſeruatione dei prætermittuntur mandata.
Sed eo ipſo damnabiliores ſunt, quo ad præua-
ricandum ſummū domini legem condiderunt
leges. Et iura diuina & humana & ipſum regi-
men reipublicæ docet, q̄ qui uult à minoribus
ſuis ſuas leges ſeruari, per integritū debet & ipſe
mādata ſeruare maiorum. Nā quotquot ſunt
in mundo præcellētes, uelint nolint, aliſſimo
ſubiacent. Et quanuis ex ipſo peccato paren-
tum hominum deprauata progenie, inter ſe
ſint homines ſerui & domini, prælati & ſub-
diti, reſpiciendo diuinum imperium, omnes ſi-
mus æqualiter ſerui. Nec eſt in conſpectu dei
dominorum & ſeruorum diuerſa conditio, ni-
ſi quod domini maior ſeruituti aſtringuntur,
cum de ſubiectis populis cogentur reddere ra-
tionem. Et eorum leges eo nequiores ſunt, quo
diuinis legibus aduerſantur. Sed uſe q̄ telas le-
gū ordiuntur, non p̄ uolūtatem dei; ſed cōſue-
tudinē, firmatū morē, longæuū uſum allegates, re-
probanē; quā nulla cōſuetudo antiq̄, moſ firma-
tus, longæuus uſus, præſcribere poſt antiquiſſi-

Mat. 15

10h. 19

1ſai. 38

mae vitati & æternæ rōni. Et quoties ingredi-
untur in cāpum certaminis, cōſlictum ſuſcipi-
unt ab acie triumphali vitatis & rōnis. Væ igitur
qui cōfidunt in lege malæ cōſuetudinis, da-
mari q̄uis firmati moris, uſus longæui tempo-
ris. Væ q̄ cōfidūt in lege male agentis multi-
tudinis. Nam int̄m ſunt grauiora p̄ctā & ad re-
mouendū difficiliora, in quācūq̄ talibus legibus
ſe ipſorum tuent auctores. Et eo magis radica-
tur peccatum, quo ſe ſtipat fauor multitudinis
delinquentium. Et aucter dixerim maius
p̄ctm̄, legem facere de furando aut ſonorādo,
q̄ ſit ſimpliciter contra diuina mādata rapere alie-
na. Nō ad iudiciū poenitentiae adducet, q̄d p̄ le-
gem credit licitum. Nā in hoc ſtat Iudæorū cer-
ta dānatio, q̄ Chriſti morti tradētes, ad poenitē-
tiā nō uenerūt, quā nullū p̄ctm̄ habere ſe credūt
aut crediderūt, dū zelum legis ſuper eum inſi-
xerunt, dicētes: Nos legē habemus, & ſecundū
legem debet mori, quia filium dei ſe fecit.

Vide igitur q̄ ſit horrendum malū, ſub præ-
xto legis operari p̄ctm̄, cum Iudæi ſe peccauit
ſe nō credant, quia per iuſtitia legis interfecer-
unt Chriſti. Et lex quam allegabāt, iuſta erat,
ſancta erat, à deo ꝑo & uiuo p̄ Moyſen data e-
rat; ſed per ipſos Iudæos male intellecta, peius
interpretata fuerat. Argumentū igitur ſit nobis, ſi
per bonæ legis zelum, t̄m factum eſt ſcelus, q̄
occisus eſt Chriſtus, qd fiet per leges iniquas,
dum altitudo regiminis, uirtus conſuetudinis,
robur firmati moris, uſus longæui temporis,
deſluxio multitudinis, eas roborat atque fir-
mat, nec non oſtendit & licitas. Certē ſemper
offenderetur in omni loco & tempore Chri-
ſtus, qui ſub zelo bonæ legis, pro nobis ſus ipſum
eſt mortuus. Quorū ciuitates, quot ſocietates, q̄t
congregationes, quanta hominum multitu-
do his legibus innumera mala committāt, im-
poſſibilitas diſſerere non poſſit, magis uerō
non expedit. Nec tamen ex his quæ dicta ſunt,
derogatur legibus, conſuetudinibus, uſibus,
moribus, quantumcunq̄ antiquis aut nouis
diuinæ legi conformibus, aut detrahatur; quia
eo ipſo bonæ ſunt, quo legibus diuinis allu-
dunt. Sed plerunq̄ ſub quadam boni ſpecie
traditiones ſunt, quæ dei ordinationibus & cō-
ſuetudinibus, & ex antiq̄ bonis firmatis moribus,
non conſentiunt, imō tantum diſcrepant, ut
aliā legem conſtituant. Sed primū nouerit,
quod contemptor legalium præceptorum,
nullum aliud bonum facere poteſt quod ſibi
ſe exiſtenti cedat in præmium; nec aliquam p̄-
ſectiōem in aliquo ſtatu uirtutis aut gradu di-
gnitatis ualet attingere, qui præcepta legalia
præuaricationi aſcripſit. Vnde aucter aſſir-
mem, Chriſti uicarium immediatum, à legali-
bus præceptis non eximi, neq̄ ſibi à Chriſto deo
conceſſam potentiam, ut alios poſſit eximere,
atq̄ cōcedere licentiam in aliq̄ delinquendi. De-

inde nouerit q̄ minoris nō eſt, ſine cauſa muta-
re ſtatuta maioris; neq̄ unius, qd multitudine iu-
ſte ſanciuūt; neq̄ iuuenū aīoſorū, ſeniorū ſapient-
iū uariare iuſta decreta. Et in lege diuina caue-
tur, ne trāſferas terminos q̄s poſuerūt p̄ſes tui.
Nā nullū aliud bonū uolūtariē aſſumptū con-
fert, ſi ex eius cauſa uel alia, in p̄ceptis primæ
tabulæ aut ſecundæ peccat. Ad qd ergo futuri
p̄mij ualet ieiuniū uoluntariū, ſi p̄mittit ei-
us cauſa uel alia, qd ē ab eccleſia firmatū & or-
dinatum? Sed forte quis diceret: Omnia ieiunia
quæ ſancta mater mandat eccleſia, nō poſſum
efficere, ſed talem diem & deuotione ad iei-
nandum ſuſcepi. Si nō potes, impoſſibilitas te
excuſat; nam nulla de impoſſibilibus lex eſt.

Deu. 19

Sed de illo die q̄ ſemel in hebdomada uel
mēſe, aut in toto anni circulo potes, aſſirma-
uerim tutius & rōnabilius in illis quos ordina-
uit eccleſia, ieiuniū aut poenitentia p̄fici, q̄ illis
dimiſſis, in alijs ob deuotionē propria uolūta-
te regulari; ut etiā non laudem aut approbem
emillum de ieiunādo uotū, ſi contemnit aut ſi
eri poſt eccleſiæ ſanctæ p̄ceptū; ut ſi p̄ceptū
& uoluntariū, ſi p̄ceptū & uotū emiſſum, nul-
lo modo ſimul poſſunt p̄fici, dimittat qd eli-
git & uouet, teneat qd p̄cipitur & iubet. Illud
em̄ ſuit uolūtatis, iſtud neceſſitatis. Vbi autē utri-
q̄ poſſibilit̄ agit, ſententialit̄ dico, nihil in mo-
ribus Chriſtianiſ tā laudabile, q̄ ſuper erogare
mādatiſ. Ex hoc em̄ perfectio naſcit̄, quā dili-
gēs animus ſemper gliſcit. Nec iſta ſolū pro
ieiunio dixiſſe me fateor, ſed quoties inter p̄-
ceptum & uolūtariū ſolū, ſiue uoto firmatū,
pro aliq̄ cauſa talis diſceptatio fieret, hāc ſentē-
tiā aſſerō eſſe tuendā. Ac per hoc diſp̄ſationē
nō auferimus eccleſiæ in his q̄ cōcilia & ſum-
mi p̄tiſſices mādauerūt, q̄ loco & tpe & urgē-
te iuſta neceſſitate non poſſit diſpenſari à ſum-
mis pontificibus; ſed diſp̄ſationem omnino
negamus in diuinis mādatiſ, quæ inuiolabili
mandauit obſeruari deus pater & Chriſti unige-
nitus filius eius. Et in experientia rei loquor.

Multos uidi & audiui miniſtros conſeſſiōis
& poenitentia, q̄ p̄ctōribus multa impoſuerūt,
ſed nec ad obſeruantia eorū q̄ mādat eccleſia,
reducerūt; q̄ ſaluā pace eorū, primō debuerūt
ſuos clientulos p̄ctōres ad eccleſiæ mādata re-
ducere, poſtmodū ſuperaddere: & ſi utriq̄ ex
certa impoſſibilitate p̄ctōres non potuerint fa-
cere, tenebant̄ primū, & relaxare ſecundū, ut
iſta ſit epitomenica dictō ſentētia certa, q̄ in
omni uoluntario bono, uoto firmato uel non,
electo ex deuotione, aut p̄poenitentia impoſito,
diuinū & inuiolabile p̄ceptū in toto, eccleſiæ
ꝑo p̄ceptum in toto, ſi fieri poteſt, uel ſalē
in parte p̄feratur; imō nec in aliquo p̄mitta-
tur, niſi excuſet illa impoſſibilitas, quā nō co-
git legis ſeu mādati autoritas, aut illa diſpenſa-
tio, quā exigit iuſta neceſſitas. Nā diſp̄ſatio ſi-

ne causa iustitiae necessaria atq; necessitatis iustae, aut dispensator, aut dispensatus tenet in uinculis, aut utriusq; Ecclesiastica enim auctoritas non est humanae, sed diuinae uirtutis, quae ad uirtutis profectum, non destructionem, a deo ordinata consistit.

2. Cor. 13

Hinc enim apostolus in secunda epistola ad Corinthios dicit: Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Ac si aperte dicat: Nulla est concessio a deo potestas aut auctoritas aduersus ueritatem legis & mandatorum dei, atq; sanctorum morum: quia ueritas quae ueritas est, aduersus seipsam non est. Effet utique, si uirtutem aut ueritatem destrueret.

Egre diei statim quatio de latibulis, quae uirtus pro maiori potest intermitteri: & quod sub precepto cadit ecclesiae, casu emergente, etiam excellentiora uota mutare, ut pro conuersione multorum, uirginitatem uoto firmata, in matrimonium transferre. Non dissimulo quod nescio, sed dico quod scio, quod ubi committeret etiam peccatum ueniale, ecclesia non potest in ferre preceptum, cuius auctoritas nullum includit uitium: quia aliquid est pro maiori uirtute minor est precepto intermittere: aliud est, recipere, ubi saltem ueniale peccatum certissimum est adesse. Si primum interdum admittit, reliquum omnino remouetur; nec ex eo primum admittitur, reliquum remouetur, ut unum alterius in hoc causa possit. Sed a deo habet quod libet minimum peccatum hoc praeiungit, ut nullum cadat super eum de faciendo preceptum, ut nunquam sit authentica illa sententia, faciamus mala ut eueniant bona. Vnum propter assertum dixerim aut ex quo, quod auctoritas sanctae ecclesiae, quae auctoritas est uirtutis, nihil habet in se ipsa satanicum. Profiteor autem in hoc, licet iudicio aliquos superuacue, fide mea. Homo peccator sum, & cum rationibus carnalibus habeo congressum: sed uotum corde atq; ore castitatis emili, quod mihi ad uim penitus ascribo preceptum. Quasi summus pontifex ob certissimam conuersione omnium infidelium & peccatorum, mihi praecipet coniugari, sibi non obedire, nisi libidine illa auferret totaliter de meis membris, quae autem peccatum non erat in partibus primis. Et mihi certum est, uotum non posse tangere atq; carnaliter cognoscere sine libidine: quod si mortale non est, saltem peccatum est ueniale, nisi superueniret in membris meis sanctificatio illa spiritus, quae non potest dare potestatem summus. Quae sunt uirtutis, potest obire & causam ipse praecipere: sed uirtutem non potest ipse conferre, neque sua potestate membra sanctificare, quod si a contractis peccatis post poenitentiam possit absolvere. Nec enim malum libidinis excusat aut tollit propter ministerium bonum, sicut ipsius ministerium bonum non damnat propter libidinis malum. Nam bonum ministerium, beneficium est naturae: malum uero libidinis, est poenae contractae in primorum parentum perpetua damnata pro pagine, quod in genitalibus membris etiam post baptismum remanet ueniale. Si quis autem sanctificationem in suis membris spiritus sancti suscipiat, in tali casu si eueniret, ut se sentit, ita obediat.

Rom. 3

Igitur in his districtis atque dicendis caueant omnes qui bus aia cura incipit, ne statuta meliora commutent, ne professionibus cum constitutionibus derogent, ne diuini praecipit aut promissis consilij suo fastu reluctent, ne magis timeri uelint tyrannicis quam ratione, ne faciant traditiones contra leges diuinas, ne magis homini quam deo, consuetudini quam rationi uelint inferre honorem. Postquam saluator eos appellauit hypocritas, causam hypocritarum annectens: Inquit enim: Hypocrita, bene prophetauit Isaias de malis uobis, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem longe est a me. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Quae multipliciter in euangelio & diuinis alijs scripturis, hoc malum hypocritarum sit detestatio & reprehensio ac etiam damnatio commissum, nullus qui legit, ignorat. Hypocritas, nomen est graecum, latine pro simulatione dicit. Simulatio pro unum obdit, aliud ostendit: unum in corde, aliud in ore; unum in intentione, aliud in opere. Simulator dicitur scriptura ore decipit amicum suum: quia quod ore laudat, moribus reprehendit: & quod moribus laudat, ore uitupat. Nullus homo ita se uis arguit falsitate, quam saluus: & simulationem, quae ab ipsa detestatur, quod libet crimine, quod est infectus. Si nutritus est inter hubera hypocritas seu simulationis, non quod paluari se credit, si quod est infectus, arguit, tunc quod melius nouit quod ipse parauit. Verum igitur decipit amicum suum hominem proximum, atque prout in ipso est, decipit uerum & summum amicum dominum Iesum Christum. Et simulators & callidi prouocant iram dei. Dist. lib. 3. scilicet hypocrita qui superbus reuocat, propter speciem uirtutis, cum qui reputationem in aeterno, & oculorum speculatione & reuerentia in actu exteriori meratus est. Superbus propter quod quod facilius inclinatur ad uerum: caret enim his umbris muneribus. Nullum uirtutum de moribus hominum, tanta indiget accusatio ut remoueat de moribus, sicut ista laetitia. Sit enim alia uicia sine laude, & nescimus cum opprobria in propatulo habetia notam. Ista propter pestifera monstrat oculis inculta caesari, & riosam uelut, illota facie, deiecit ad ima uultum, mansuetum & rari in admiratione propter, pambulis suspirijs, interuenientibus saepe singultibus, paritate cibi cum commemoratione uerborum abstinentiam aut isterna uirtu tormentorum, elicitas ex arte diabolica lachrymas, despectum mundi ad seipsum, corporis incompositionem, annihilationem suspirijs, & similia: quae laude dignissima sunt, si ex ueritate agunt. Recti sunt hi rami ex tortuosa radice. Non curat hypocrita, uirtuosorum actum habentes exterius decus, quantum ab intus sustineant dedecus. Vnde superbum, & reprehensum, aut egit uere poenitentiam, aut se malum confessus est. Vidi auas, luxuriosum, inuidum, iracundum, acidiosum, gulosum, pompaticum incendentes, tyrannos, raptores,

res, homicidas, & arguti fecerunt similiter. Vidi argutum hypocritam, & ex apparentia tutum, respondente: Quid tu frater uides in me? quae me iudicas: an ignoras, scriptum esse in euangelio sancto: Nolite iudicare, ne iudicemini: Et mente amaricatus, ne perderet unum de captabat honorem, dixit: Frater, parcat tibi deus, & per hoc honorem amplius est mercatus. Certa experientia cognoui, aliqui deuiant interdum a fide, ad fidem facilius reuocentur, quam hypocritam ad rectos fidei mores. Non enim ex hoc profero malum malo, uel subijcio malum malo. Hypocrita cum omnibus non est idem, cum plerisque mansit incognitus, cum aliquibus fudit uenenum. Iratus est aliqui in animo uir hypocrita, & propter astantes temperauit irae insultum: & nihil sibi est difficile ad agendum, ne detegatur. Multa sustinent hypocritae sanctificancia spiritus, si non fieret ex uirtute radice. Vir hypocrita simulacrum est uirtutis, artificiosam compositionem sensuum habes: sed uix sibi, caret enim uisceribus. Visus fuit aliqui in oratione ac contemplatione astare hypocrita, & paulatim destitit, & hypocritam per hypocritam deuitauit. Vir hypocrita monstrum est, cui simile nunquam fecit natura: quia nec uult esse quod uidetur, neque uult uideri quod est. Bene igitur iusta damnatio eius, quia semper fallitas est directrix eius. Veritas enim liberat liberandos, fallitas suos clauos in infernum detrudit. Vir hypocrita caret hospitio, solum fallitas eius accepit eum in domum suam, & ministravit de infernalibus facultatibus suis. Nudus incedit hypocrita, deceptio eius est praeiungit. Felicitas erat, non saturandus panem: patiebatur sitim, non uinum complendus, sed laus humana dedit ei cibum & potum. Infirmitas erat propter deficientem uirtutem, sed reputatio aliena uisitauit, imo confortauit eum. Et erat in carceribus peccatorum, sed daemones inuisibiles accesserunt ad eum, redemptionem falso spondentes, & deluserunt detinentes eum. Mortuus iacebat hypocrita in plateis: Nihil speciosae, uidelicet mundi, sed fama hominum in suis cordibus sepeliuit eum. Sed legitur in Iob: Gaudium hypocritae ad instar puncti. Punctus certe geometricus sumptus, est minima pars lineae. Breuis & modica laetitia eius, quia tunc gaudet cum laudat, tunc letat cum aspicit. Inuisus non gaudet, grauit enim conscientia morder. Punctus enim grammaticaliter sumptus, si subest, dicitur: si superest, signat: si interponitur, diuidit: si apponitur, sententiam finit. Nam per punctabile hypocrita gaudium datur ad poenas, signatur si ergo demonum, & a consortio diuidit beatorum, post sine sustinet sine fine poena. Iuste igitur tales sententia premit, quia ad instar puncti in hoc mundo gaudia non supercaelestia querit. Hoc malum necessario me coegit digressionem facere. Sed reuertamur ad sententiam saluatoris, qui

causam subnexuit hypocritas, cum dixit, quia [populus hic labijs me honorat.] Igitur omnia malus Christianus hypocrita, quae ore dicit quod corde non diligit. Qui enim deo uerbis appropinquat, & corde longe fit, hypocrita est.

Verba dei habebat Iudaei, & uerba dei habebat et mali Christiani, sed cor eorum longe factum est a deo: quia cor eorum non erat rectum cum deo, nec fideles habitus sunt in testamento eius. Illi in ueteri, sed in nouo mali Christiani. Et Iezechiel similiter in crepat malos sui temporis, qui increpatione & hypocritae Christiani arguuntur. Ait enim: Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui uertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et est eis quasi carmen musicum, quod suauiter dulciter sono canitur.

Psal. 77

Leu. 33

Predicatur in ecclesia dei dulciter a pluribus, sed avaritiam temporalis commodi aut honoris intendit celatum cor.

Sermocinatur uocali concetu uerborum, & altissima de deo referantur mysteria, uerba uidentur diuini lapides ignis: sed plerumque cordicentium longe fit a deo, aliquid in hoc praeter deum, nec ad deum referibile quaerens.

Cantant altissimis uocibus diuina oracula, Kyrie lingua graecorum,

Gloria hymnus angelicus,

Alleluia Hebraeorum, caetera latinorum praefereunt, uoces resonant in excelsis, & chori fatigantur, sed instrumenta uocalia cantantur & discantantur, & uoluntur palatae linguae, sunt toni, semitoni, dytoni, & uoluntur cum notis, literis praetermissis, quoniam atque octauae, duodecimae atque quattuordecimae, & uarietate clamandi detinentur per atque mulcet, ab his qui sanctitate uirtutis, morum honestate careret, alii placere nequiterunt.

Psallit & canitur dimisso plerumque libro, de flexo digito, de articulatam manu: cor plerumque fit longe a deo, quia quod praefertur in ore, non praefertur in corde: sed uanitas cordis, resonat in uocibus oris.

Cantabit, Kyrie eleison, qui nemini misericordiam fecit, deique contempsit.

Cantabit, Christe eleison, qui Christi sanguini contumeliam intulit.

Cantabit, Gloria in altissimis, qui omnem gloriam etiam ex cantu mercatur in terrenis.

Cantabit alleluia, qui deum in suis uituperat moribus.

Cantabit epistolam, qui diuinum non recipit missum.

Cantabit euangelium, cui praedicatione mundi placet.

Cantabit graduale, qui per gradus non ascendit in bonum.

Cantabit uersum, qui a domino est auersus.

Cantabit tractatum, ad sua placita tractus.

Cantabit, sanctus sanctus sanctus, qui corde, ore & opere est iniquus.

Cantabit hanc trinitatis laudem, qui in trinitate animae suae, memoriae, intelligentiae & uoluntatis, portat pessimam labem.

M. 7

Psal. 110

lib. 10

Cantabit introitum Missæ & finem, q prin cipium malum fecit, qui finem debitum in do mino non constituit.

Cantabit, Pater noster qui es in cælis, de qui bus dici potest, Vos ex patre diabolo estis.

Iohan. 8

Cantabit deo, Per oia secula seculor, q cõ/ tra dei & Apostoli pceptu huc e cõformatus.

Cantabit, Dominus uobiscum, qui cum de monibus habet consortium.

Cantabit, Surfum corda, qui surfum habet cor aduersus deum, aut habet in terra & pec catorum fæce defixum.

Cantabunt, Græs agamus dño deo nro, q de us uenter est, & deo sunt, p maximis ingra ti, p minimis uero, hominibus ualde grati.

Cantabunt præfationem & orationem, q rum lingua iniquitatem fatur.

Cantabit psalmodias & antiphonas & cæ tera diuina, q p omnia complectuntur humana.

Verè deus & ea quæ sunt eius, in multis & uarijs uertunt in oris canticu & in carmen mu sicum, ut plus melodia cantus, suauitas uocis, q ueritas rei delectet cantantes, demulceat au dientes, & cor eorum per huius auaritiam lau dis & complacentiæ atq pecuniæ, longè fiat à deo. Nõ sufficit labioꝝ honor, ubi à corde pro pellitur Chrs; & alta oris clamatio, ubi cordis oratio silet. Nec lingue uolubilitate placatur altissimus, qua sæpe decipitur proximus: & uo cõ amõnitã magis ad iram deum prouocat, ubi regnat in animo feritas, & p foribus depel litur charitas. Siquidem innuens nõ ex eo qd exterius in substantiuis moribus agitur, sed ex eo quod in corde geritur, pctõres constitui, cõ petentibus apostolis ipse respondit:

Non quod in os intrat, coinquinat ho minem; sed quod procedit ex ore, hoc co inquinat hominem.

Mat. 15

Et cum ad petitionem Petri & apostolor, edisseruisset parabolam, dixit: Non intelligitis, quia omne quod ex trinsecus introiens hominem, non potest eum coinquinare, quia non introit in cor eius, sed in uentrem uadit & in secessum exit, purgans omnes escas? Dicebat autem: quoniam quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominum cogitationes malæ pro cedunt, homicidia, adulteria, fornicatio nes, furta, falsa testimonia, auaritia, ne quitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquin ant hominem.

Mat. 7-

Mat. 15

Quæ autem per semetipm saluator expo suit, non psumit sermo noster differere: Et la besfactari hominem malis doctrinis, pctõrem

est fieri, quod præsignauit cum dixit: **Cauete à fermento pharisæorum & saducæorum.**

Quod de doctrina nõ sana intelligitur, ut ipse euangelista testatur.

Cæteru per amplius pctõ subiacere mon strauit, qui diuinis diffinitionibus præsumple rit in aliquo reluctari, ut etiam satanas nuncu pet, & diuinæ maiestatis offensor, & nesciẽs bo na. Quod Petrus, piẽ saluatorem à passione uo lens auertere, accepit in sententia contra eum: **Vade retro post me satana, scandalum mihi es: quia non sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum.**

Necnon & offensor dei, ab offensione in nocẽtium constituit, q̃ uis destruit melius dice retur. Amat enim deus innocẽtes & puros, q̃s neq in fide per malam doctrinam, neq in uita morali per malum exemplum aut impedimen tum, neq in persona per nocumẽtum patitur inultè offendi. Vnde ex pœna cognoscit graui tas talis peccati. Quamo brem saluator ait: **Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ut suspens datur mola asinaria in collo eius, & de mergatur in profundum maris.**

Et qui quomodo libet scandalum iniuste, scilicet offensionem in aliquem dat, peccat: qd ex eo colligitur, quod adiungitur: **Veruntamen uæ homini illi per quem scandalum uenit.**

Per amplius autem ex malo usu sensuum prædixit generari graue peccatum, cõ manu & pedẽ mandauit abscidi scandalizantẽ & ocu lû erui non membrum, sed eor, perfidû usum.

Et peccatorem terribiliter puniẽdum esse asseruit, qui suo proximo petenti ueniam non præstitit, cum ex parabolica sententia saluato ris, talis atroc torquẽtibus sit usq ad debitam exactionem iuste concessus.

Peccatõrẽ quempiam fieri ex inuidia præ monstrauit, cõ oculû nequã ad esse in homine q apud patrẽfamiliãs uoces querulas ausus fu it emittere, q̃ plus q̃ diurnum denarium non acceperat, p quo cum ipso conuenerat, existi mãs plus debere suscipere, q̃ in opere successor impactus, cui tantundem ut ei qui pactum fe cerat, dominus uoluit providere benignus.

Declarauit peccato teneri affectos, qui uo lunt sine labore uitia superare, adipiscẽq uirtu tes, quando petentes dexteram & sinistram les sionem in regno superno, redarguit ignorantie subiacere, cum dixit: **Nescitis quid petatis.**

Et interrogauit si calicem amarum primõ bibere poterãt, antequam quietem & gloriam tam dulcissimam postulabant.

Indignationem uero de genere monstra uit esse peccati, magis uero intulit esse pecca tum, cum tanta seriositate redarguit & præmo nit atque docuit reliquos apostolos decem, qui aduersus huiusmodi pctõres duos, fuerant in animo male moti.

Ex auaritia tam eos qui cleri sunt domini, q̃ reliquos rone uentes, actu & uerbo innuit pctõres, cum semel & iterũ de templo dñi eiecit negotiatores. Et maxime gratiæ & donoz spũs sancti & sacramentoz Christi & euange lij eius uenditorem arguit, cum columbas au ferri præcepit, quod uisitũ in postez ppter Si monem Magum Simonia extitit appellatum.

Et fieri certissimè asseruit peccatores, qui alia in domo domini agũt, præter id ad quod facta est. Nempe domus eius, orationis, laudis, gratiarum actionis, collectæ ad pauperes, eru ditionis euangelij est, non alius ministerij o mnium auctori ante omnia non grati.*

Ad plenum uero criminoli redduntur, ex parabola locatæ uinæ malis agricolis, omes qui de bonis à deo dactis in natura inuisibili & uisibili, spiritali & corporali, & in gratia & in uirtute, fructum debitum secundum iustitiã affectionis & cognitionis & actionis, possi bilitatis loci & tẽporis, non reddunt iustissimo exactori dño nro deo, q nihil p se à nobis exi git, sed p nobis. Indigna enim est exactio eius.

Et per amplius redditur crimen, cum prædicatoribus, doctoribus, monitoribus, ut reddamus debitum fructum, pertinaciter relu ctamur, & in nobis occidimus uerba uitæ, ipm uitam omnium Christum extra nos excludi mus, & extra bona collata proijcetes, & q̃tũ in nobis est, ipsi Chro mortẽ inuisibilem inferẽ tes, per nos ipsos credẽtes sufficere in salutem.

Adijciuntur in fausto numero peccatorũ, omes contẽptores diuinæ legis uel uocationis, allegantes excusationes contentiosas, non ac ceptari dignas, dñ p̃textu auaritiæ atq supbie, negociationis superflue, sensualium delectati onum atq carnalium uenire recusant: sed qd pecius ad crimen, præcones & inuitatores, uer bis, uerberibus & mortibus afflixerũt. Quod licet literaliter non sæpe fiat, moraliter uero plerunque fieri non ambigitur.

Et quid ueluticibus pœnis adijcitur, uestem nuptialem non habens, præ monstrauit, quale sit in carentia illius peccatum. Etenim ipsa ue stis nuptijs uirtuosas ac cælestibus apta, mihi aliud non ostẽdit, nisi apertudinem uirtutis in omni tempore, in omni loco, in omni re atq cõuersatione, seu moralẽ opẽ apertudine ad nuptias uerẽ fidei, q̃a fides sine opibus mortua est: qua carẽs, carebit & uita, peccator effectus in uia, pro culpa sæ uiter puniendus in pœna.

Nec a peccatorum damnato collegio se orantur qui alios tentant, & nominibus alios

ex affectu uocare uidentur, quorum ministe rio subijci nolũt, necnon alijs parat in inferre ca lumnia, & laqueum inijcere nocumẽti, saluato ris declinanti sententia, quando pharisæos cum Herodianis ipsum de reddendo tributo interrogantes, appellauit hypocritas: quia ma gistrum uerum uocabant, cuius doctrinam in animo & in opere contemnebant.

Discordes firmiter in moribus à doctrinã, esse peccatores iustissimè demonstrauit, quan do secundum Mattheum in cathedra sedẽtes, ciuilitum atq plebeialium doctrinarũ differuit onerã grauiã & importabilia imponere alijs auctoritate doctrinæ, ipsos qd non appropinq re paulisper. Nec solũ in his, sed in eo q̃ appa rẽdo alijs, intentionẽ sequant obliquã, & affe ctat pferri cæteris in cõuiujs & in cõgregatiõibus primas sedes, & salutari capite inclinato in forinsecis, pcessibus & plateis: ac etiã magiste rij & principatus nomẽ animo & actu uenan tur, cuius effectũ uoluntariẽ abiecerũt. Quibus nominibus saluator noster suos commorales noluit insigniri, pœnam dãmnozẽ humiliatio nis annectens his, qui uoluntate & affectione propria se subtollunt, cum sæpe fando expref sit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur.

Præcipue tamen octo uitia exprobrauit pharisæis digna pœnis æternis, q̃ scidũ typicũ intellectũ possunt in facie obijci Chriãnis. Id eo solerti studio cauẽri debent ab his, qui pœ nas phorrescũt æternas. Habita quippe cõ eis congressione yborum, dicit saluator eisdem: **Væ uobis scribæ & pharisæi hypocri tæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non intratis, nec ins trocuntes finitis intrare.**

In q̃ sententia post illos, & illius t̃pis malũ, oẽs rephendunt, qui ad uia regni cælor, alijs obicẽ ponũt, aut iã incipientẽ quõlibet p argu mẽta diaboli, per placentiã mudi, per amõna corpore, p blandimẽta ybor, per pollicitatio nes rez, per terrores & minas, ad pristina recõ uertũt. Et q̃ alijs p̃stat impedimẽtũ ad uita, eo ipso sequit ipse mortẽ, ut duo mala in unũ cõ ueniat, q̃ impediẽs & impeditus, damnationẽ suscipiant. Quod plerunq̃ tãgit sacræ scripturæ doctores, qui cauendas foueas non ostẽ dunt, pro regno facienda non dicunt.

Secundum addidit cum dixit: **Væ uobis scribæ & pharisæi hypocri tæ, qui comeditis domos uiduarum, orati ones longas orantes: propter hæc ampli us accipietis iudicium.**

Verè erat ad literã in illis, q̃a saluator alia nõ dixisset, sed ex hoc rephẽdit in hoibus omi bus ferẽtibz habitũ honestatis seu religiõis, q̃ domos uiduar, pernicioza frequẽtat licentia, uidentes solutas à lege uiuorum per mortem,

Mat. 23

Mat. 23

Luc. 14

18.

Mat. 23

Ibidem

zelotypiam eorum amplius non uerētes, quārum res uident posse liberē contrectare, uirōs dñio iā ablato, & laqueū deceptiōis iniiciunt, ipsorum remoto consilio, ut pro ipsorum anima largas elemosynas faciāt, orōnes promittētes prolixas, actu exerceōtes in diuinis actionibus, ut solū deo pareāt, nō seculo cōformati: sed eo magis & amplius iudiciū suscipiēt uitiōis, quo magis inremotis custodiētibz atq; resistētibz, fauore avaritiā ipsas uiduas uisitānt, sub hypocritali pollicitatiōe missas & orōnū, ex parte agētū, rei familiaris stipē subdolē subtraxerūt. Sed ideo magis aduersus illos & q̄scitq; tales de uitis sententiā protulit, q̄a facile decipiūt in q̄libet malo, etiam ad dāda munera muliebris sexus, cui nō supēt obediētia maritalis, aut p̄dīat lumē gr̄e sp̄itūalis. Sed his acrius referuāt suppliciiū, q̄a corda simpliciu negē deceperūt.

¶ Addit tertium, inquiens:

Mat. 23

Vae uobis scribā & pharisaei hypocritae, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum; & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo magis quam uos.

¶ Quid per hāc sententiā tūc in tēpore saluator n̄ redarguit, nisi solitudinē in debita illo rī, qui gētilēs ad ip̄os legē multis suasiōibus & laboribus inuitabāt, & efficiebāt per amplius p̄ctōres, legis obseruatiōe cōtēpta: Q̄d nunc in tēpore illos insinuat eternę maledictiōi subiectos, qui p̄ter sanctissimā n̄x legis intentiōnē, ipsa cognita, uel non, peragūt mores, ut nec hoc eis ad dānatiōem sufficiat, nisi similes suis moribus habeāt, & in æterna dānatiōe simile suscipiāt sēuā pōnā. Nā utq; q̄q; cognoscit iustū, ut qui cū similibus alijs uita suscipiūt, simile sententiā in legibus disciplinā. Sed horreda res dictū, magis q̄d effectu, q̄ peior efficiat p̄selytus, si qui de uno statu in aliū profiliuit, q̄ ille q̄ ad profiliendū suauit: q̄d melius iudico credere diuīe sententiā, q̄ in notitiā ducere nudis p̄bis.

¶ Quartum maledictiōis æternę malum saluator annexit, cum eos de peruersa intentiōne iurandi reprehendit, dicens:

Mat. 23.

Vae uobis duces cæci, qui dicitis: quicum q̄ iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, debet.

¶ Sed hęc licera est illa, q̄ in euāgelio ad hęc clausulā seq̄t. Aliud tūc pharisæis, aliud nobis clamat. Sed eis relictis, quid nobis insinuet breui sententiā, sentiamus. Proculdubio ex his uerbis cautē p̄cipit, q̄ aliq̄ iuramentū aut promissum intēlius non astringit, si per deū iurat, aut aliq̄uid promittit, q̄ si per alia q̄ sunt eius, iuratur aut promittit. Et q̄uis superius prohibitiū sit iurare, argutus sit etiam Herodes q̄ incaute iurauit, tñ in om̄ino expedit hęc facere, aut promittere libeat: q̄d deo aut per deū iurat aut

promittit, & per ea q̄ sunt eius, æque ligat: dñm mō q̄d iurat aut promittitur, ad peccati cautē lā pertineat, aut sit de rōne uirtutis, nec sit contra omnium conditorem atq; iustitiam publicę honestatis, neq; contra uirtutes Christiāras & morales. Nam in iuramentis atq; promissis non solum attenditur per quid, sed quid; nec interest, si deum aut aliquid eorum quæ sunt eius, adhibeamus in testem, si promittimus ueritatem aut bonitatem siue uirtutem, aut peccati deuiationem, aut proximo iustā rem. Huius namq; promissio simplex & recta, sine additamento per quid, promittentem siue iurantē insolubiliter atq; inexplicabiliter obligaret, nisi tales aut aliter factas iurationes simpliciter & per quid, superior & potior, necessaria & uerior iurisdictione explicaret.

¶ Quintum malum ad eandem sententiā maledictiōis pertinens, est:

Vae uobis scribā & pharisaei hypocritae, qui decimatis mentram & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciū & misericordiam & fidem. Hęc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, & excolantes culicem, casmelum autem glutientes.

¶ Quam sententiā, dimittentes eos ad q̄rum aures est illata, & ad nos qui credimus euāgelium, refundentes, quoniam quomodo moraliter ligat, dicimus. Sunt nēpe nōnulli hypocritilibus moribus circūsepti, qui tm̄ minima bona legis & morē perficiunt, quibus relictis, modicum periculum aut nullum incurrit: sed ea relinquunt, quæ perfectum in lege atq; moribus hominem faciunt: & non peracta, expedit æternę maledictiōi subijciunt, derelinquētes scilicet iudiciū uerum & iustum in se: quia si nosmetipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur: & in alios & pro alijs sanum & debitum proferre iudiciū admonemur, & misericordiam indulgentiā oportet prestare peccantibus iam contritis, si ad deum & ad se ipsos & in seipsis operati sunt malum. Et læsum in eo qui læsit, oportet impendere misericordiā donum, & fidem seruare ad deū & in deū & propter deum, & ad quemlibet nobis in humanitate, maxime in religione Christiana proximum atq; propinquum, & omne in regula & ex regula Christiana promissum, tenere firmiter incussum. Hęc sunt illa quæ omnino facere oportet, quibus carens, insalubiliter ima petit: sed illa non omittere, illas uidelicet cæremonias atque mores, qui ad bene uerere ornatum faciunt, quod in decimatione mentræ, anethi, cyminiq; signatur. Igitur oportet primō in realibus & uiuificantibus uirtutibus, animum ante deum fundatum fieri, unde beneplacens deo uita. consurgit, & po-

stremō, talium modico: addere ornāmētā: & uelut cæcos duces arguit, quos agit iter in p̄ceptis, q̄ minima peccata sine misericordia & discretionē p̄hendit, maxima q̄d uelut minima permittit. Qui sub tali inuectiōe tradit duces cæci, excutiētes culicē, glutientes camelū, minū malū discutientes ip̄i, camelū magnū malū, tortuosum p̄tm̄ in corrigibilē p̄ræcitatē. Vel eos demonstrat ista sententiā, q̄ uilem, pauperem, simplicem & abiectum, si deliquerit, acris puniūt: insignitū q̄d quomodolibet, si peccauerit, licentiā impunitū: unde iustitia correctiua peruertit, & in lumine claro iustitiæ cæcatur, peruersē trutinantes merita subiectoꝝ aut hominū delinquentiū. Insignitos aut illustres homines non uerē iustitia, si delinquant.

¶ Sed sextum eos acriter mordet, qui ad exteriorē munditiā innituntur, de interiorē munditia non curantes.

Vae uobis scribā & pharisaei, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autē pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id quod deforis est, mundum.

¶ Quid igitur nobis per hanc sententiā clarescit, nisi q̄ hi à dño arguunt, q̄ p̄remissa interiori munditia per quam deus conspicit, corporalit atq; forinsecæ, q̄ deus sæpe offendit, intenderunt? Quod si referamus ad eos, q̄ diuinū cultū in sacramentalibus actibus tenent, magis condemnabit q̄ defendet exterior nitiditas, si animo non conspecto, dominat iniquitas. Nam si munditiā foris habēt, quā dicūt sic cōuenire, intus magis habere debēt: quā habere, certū est deo placere: carere q̄d, certissimum ē displicere. Nec in alia parte n̄rām à nobis oī potēs munditiā q̄rit, q̄ in illa, in q̄ sumus ad suā imaginē creati. Nō em̄ in corpore, sed in aīa similitudinē ab ip̄o & ipsius in creatiōe suscepti: nec ex eo q̄d exterioris agimus, sed ex eo q̄d in intimis n̄ris diligimus & habemus, iustissimē iudicamur. Nec effectus affectui pondus, meritū, p̄missū, aut nomē in curia oīm cognitōris impositū, sed affectus effectui hoc fecit. Idē nobis tanq; Chri uasculis & uirtutū, dī, ut uideamus q̄d intus est, & exterioris oīa munda erūt. Nā si acceptæ deo essent, intimis prætermis, exteriores munditiæ, stellæ, flores, herbar, aues, aīalia multa, p̄mia recipient in eternū.

¶ Ad exaggerationem prædictorum, septimum uae maledictiōis induxit:

Mat. 23

Vae uobis scribā & pharisaei hypocritae, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus uerō plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitiā: sic & uos à foris pare-

tis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocriti & iniquitate.

¶ Quæ sententiā in tali similitudine sic assumpta, magis claret ex licera, q̄ expositiōe annexa.

¶ Octauū aduersus eos intēdit, q̄ suos p̄deceffores malos, exēplificat in seipsis. Et hos q̄na reprehendit, qui patrū carnaliū aut doctrinalem peruersa opera imitant. Q̄d in fine huius octauae maledictiōis dñs declarauit, dicens:

Et uos implete mensurā patrū uestroꝝ: Mat. 23

serpētes appellās ex paterno trāsufuso ueneno, & genimina uiperarū, q̄ p̄cedentiū mala sectantur, quibus fugere à gehēna omnino sit impossibile, nisi respiciant ab imitatione damnata.

¶ Et Ierusalē increpata de occisione missioꝝ, eos designat simul cū malis agricolis uinæ, q̄ Christi seruos p̄bis, diffamationibus, maledictis, opprobrijs & tribulatiōibus persequūtur, sicut in ecclesia dei sæpe nouimus factū. Sed uē qui cū talibus portionant. Per amplius condemnant qui diuisi animo, intētiōe, moribus existentes, cōgregari renuerunt cōgregationē sanctificā, q̄ in medio congregatoꝝ consistit ipse saluator, in cuius nomine atq; uirtute om̄is cōgregatio est fida, & exauditiō sic congregatorū in huius nomine ad perita sequeret. Ne mpe cōgregare affectat dispersiones Israelis uisibiles atq; inuisibiles, ut cōgregatio facta in unitate uirtutū, post deuictū triumphantū mundum, æterna regna suscipiat. Expediēt congregari omnino in castrum ecclesiæ sp̄itūalis, quia extrema castrorum in ueteri testamento combullit calicus ignis, & uirtus diuina, & quęcūq; potētia, & fortis athleta, in agone sæpe succubunt. Congregatio autem in nomine domini, disperit aduersariarū potestates. Quid enim est, quod tam multipliciter ad congregatiōem saluator inuitat, & promittit congregatiō in nomine eius excellentia sensum, mineturque supplicium, si non fiat: Vt hęc in nouo enōde mus, de ueteri testamēto aliquid proferamus.

Num. 11

Subcælestes aquæ oportebat ut congregarentur in unum, & arida palām fieret. Proinde quia spiritus domini ferebatur super aquas. ut intelligamus aquas, dispositas ad operationem diuinam hominum uoluntates, super quibus fertur spiritus uoluntatis diuinæ: quas in unum iubet congregari diuina uoluntas, in unum baptisma, in unum corpus ecclesiæ atque fidei & uirtutis, in unum finem, scilicet qui finis est hominis, in unum uelle, in unum amorem, in unum quem ante suum aduentum omnia proclamauerunt, unum redemptorem omnium Christi. Et arida ponderositas omnium peccatorū, humore sanctispiūs merito suo priuata, manifesta fiat ad suā dānatiōis cumulū, & iustorū notitiā atq; augmētū. Nec ad aq̄ri

Gen. 29

poterant greges ad puteū, nisi oēs cōgregaren- tur ad unū, pro eo qd op. os putei claudebat lapide grādi, q ab uno pastore remouerit nō poterat, nisi prius i unū cōueniret multitudo pastorū, ut qd ab uno nō poterat fieri, à multitudine possit remoueri. Quid illo in tēpore, quid allegoricē hic qd gessit dimitimus, pro eo, qd ad specula- bilia moralia festinamus. Ecce habet cōgrega- tiōe, quod nō habebat singularitate; habetur congregari, quod nō singularitatem; habet uni- one, qd nō diuisione. In oibus ualidior est cō- gregatio uirtuosa, ut remoueat duritia in fide/ litatis, duritia cordis, duritia cōsuetudinis, duri- tia āpūlibet uitiorū, & haurimus in gaudio aq̄s mīq̄, aq̄s amoris sui, aq̄s sapiē de fōtibus salua- toris, ut nō uleat sitiamus, sed fiat in nobis fons aquae saluētis in uitam quā affectamus aeternā; & q̄ nō fuerūt cōgregata in Aegypto de agris, grādi nī subiacuerūt: ut destruat ultioe diuina, qui cōgregationē deuitat, ad quā saluator inui- tat. Samuel propheta dñi populū iussit cōgre- gari in Masphat, qd speculationē aut cōreplati- onē sonat, ut oraret pro populo. Cōgregari ex- pedit ad speculationem diuinorū & cōreplati- onem beneficiorū & gestorū eius pro nobis; & tūc orabit pro nobis oīm uates uatū, dominus n̄ Iesus Chr̄s, ad oīm patrē misericordiarū; atq̄ pro nobis fusa exaudiet oīo sancta eius, qui in lachrymis & clamore ualido in cruce pen- des, exauditus est pro reuerētia eius. Ipse nāq̄ p̄o Iohannes, praedixit triticum congregari à deo in supernū horreū suū; ergo primō cōgre- gemus nos in area sancta uirtuū. Quāobrem saluator impropertiatē loquens, dicebat:

Mat. 3. Ierusalem Ierusalem, quoties uolui cōgre- gare filios tuos, quemadmodū gallina con- gregat pullos suos sub alis suis, & noluitis!

Psal. 56. Pia ornix dñs n̄ Iesus Chr̄s, q̄ se p̄ter nos exinanīuit, dimissis delectabilibus humanita- ris plumis, rauca ex fatigatiōe uoce, nos, ad a- las suae protectiōis ut cōfugiamus, prodamat, sub quibus torā spem suam propheta posuerat: Sub umbra alarū tuarū sperabo, donec transe- at iniquitas. Quā diu spes? Donec trefeat ini- quitas. In supis nō spes, sed tentio est; hic in mū- do iniquitas est. Vniuersū uisq̄ quippe cū moriē, meritoria bonitas aut demeritoria transit iniq̄- rās, ut ad alterā tranquillitas, ad alteram sequa- tur poenaltas. His iisdem alis protegi affecta- bat, qui supra sperabat: Sub umbra alarū tuarū protege me, à facie impiorū qui me afflixerūt. Est, protectio aeterna, ē protectio t̄p̄alis; & ē afflictio ḡterna, & ē afflictio t̄p̄alis. Vna in beatitudine; altera in uirtute protectio agitur. Vna in aeter- na miseria, in temporalī poena afflictio secun- da infligit. Poenā dico nō solū corporis, sed cul- pae, q̄ ad aeternā disponit: à q̄rit protegi, qui timet damnari, appetit coronari. Sed sub qui-

bus? Geminis alis, charitate dei & proximi & multiplicibus pennis, operē uidelicet numero- sitate bonorū. Aut alis dei tatis & hūanitatis, nouae legis & ueteris p̄nas, multiplicatis be- neficijs atq̄ mysterijs pro n̄ra salute pactis, ipe nos saluator inuitat, nec nō & in oī hōie ad hāc cōgregationē saluator similitē inuitat. Nā oīm animarū ē una natura: sed diuifae sunt hoīm uo- lūtates, q̄ uariant ex tēpore, ac etiā uariant ex appetibiliū diuersitate; & unaq̄ defectū t̄p̄is patit, cū ad tēpora nō uenimus, aut in aliquo existētes, q̄ tēpus habet, habere nequimus. Et in unoquoq̄ diuersi sunt ad aliqd̄ motus, ut nūc hoc, nūc yō uelit & illud. Et ab obiectis exteri- fecis interior uariat animae appetitus, & temp- decipit in appetitis, quia sufficiētia nō ē in eis: qui cruciat, si nō habet: frustrat, si habet. Et dis- p̄tae factae sunt uires interiores, q̄s congregare uult, qui creatorū dispersionē nō auctoniat sub alis suae iustitiae prop̄ uitā agendā, & suae misē ricordiae prop̄ uitā aeternā sperandā, ut sub ala iustitiae nō appetamus nisi iustit, qd ad deū nos dirigit, nec faciamus nisi qd fieri iuste concedit. Quae quidē ala plurimas habet p̄nas. Iusta de- sideria multa sunt, unū t̄m appetētia finem; & multiplices actiōes sunt, ad p̄fectionē uitae ho- minē adducētes. Sub alā misericordiae, n̄ram ponamus miseriā: protegamur ab illa, de ipsa, & per ipsam uitam speremus, sub multiplici- bus pennis ineffabilium beatitudinū eius con- gregemur, sub his congregari nō nocēbit no- bis diabolicus miluus. Vocationem igitur nō contemnamus. Sed ad contemptum uocatio- nis, desertionis supplicium sequitur. Aclidit- cat: Quia congregari noluitis me uocāte, de- seremini me uolente. Ait enim:

Ecce relinquet uobis domus uŕa deserta. Mat. 23

Vt nō cōfugiētes ad deum, deserūt à deo, eo- certē merito, quo cōgregari nolunt. Quare de- fertur? Quia deseruit. Non deserit deus ut des- ratur, ut sua praecedens desertio causam nobis desertionis ministret: sed ideo deserit, quia pri- mō desertus est. Inhæret nobis deus, si sibi ad- hæserimus. Neq̄ portus & ciuitates deserunt naues; immobilis enim sunt: sed uersa uice, na- ues uento cōmissae aut remis agitatae, recedūt. Vide igitur culpas, uide poenas, aspice crimina, uide supplicia. Ex poena enim sepe innotescit & culpa; ex magnitudine uindictae, sceleris a- gnoscitur magnitudo. Quod, quātum, quale noscitur esse crimē, ad quod desertio sequitur iusta dei? Sed quō it desertus à deo? Deserti des- tum quærēt, deserti desertum sociabunt, ut si- mul similitē habeant poenam, qui fuerunt in cul- pa cōsimiles. Igit̄ qui legis hāc, mala deuita-



Quoniam autem noster supra in capite decimo libri scriptum est, mentionem facit cum dicitur a se editi tractatus de processu peccatoris, & idē tractatus huius libri 8. p̄ capite aliq̄ inferit: n̄sum est p̄ aratione lectoris, tractatū hunc sine Capita- tibus cōprehendētia, alia absolūtē t̄p̄is, nō tanq̄ sub- dicitū quid seu in uis natum, sed quā noui quēndā li- bellū, per occasionē huius libri s. uelut pariculis aliquā sin- gularē, insertum.

Tractatus de processu peccatoris, & de reuersione eius ad deum.

Capit. XXXVIII.



Luc. 10.

ProCESSVM ne- ro peccatoris i uis uer- bis parabolis ipse sal- uator interseruit, dicens: Homo quidam de- scēdebat à Ierusa- lem in Iericho, & in- cidit in latrones, q̄ etiam despoliaue- runt eum, & plagis impositis, abierunt, se- mitiuo relicto.

¶ Vide peccatorem animum, uide peccatoris processum, uide quod incidit in inopinātū pericu- lum, uide perditum bonum, uide malū susceperit: sed uide diuina bonitate usq̄ ad mortem in quoli- ber ad poenitēdum liberum arbitriū referuatum. Digni nominari non sunt, qui peccare disponunt, qui de libro uitę delentur, si peccata p̄ficiunt. De- leantur de libro uiuentium, & cum iustis non scri- bantur. Sed iustorū nomina in libro uitae sunt scri- pta, & super oīe gaudium dixit esse discipulis sal- uator, quoniam nomina eorū scripta in caelis erāt. Quo nomine nuncupabitur, qui creatori rebella- re disponit: quae censeatur titulo, qui à deo diuor- tum quærūt: Caret dignitate nominis, qui uiuit le- ge tartarea. Sed quae est dignitas nominis nostri, ut literae huius ueritate seruata, supra id quod so- nare uidetur, intellectus fidelis aspiciat? Non est dignitas nostri nominis, in q̄ unus ab alio distin- guitur, ad quod nomina sunt inuēta, ut inter se ho- mines indiuidui cognoscantur: nec alicuius nomi- nis est dignitas, quo status hominum atque offici- orum titulantur, & mutua sit notitia circa huma- nas mentes, ac notitia deriuatur ad animos poste- rorum, nec est dignitas nominis q̄ quis probita- tem fornicat. Sed dignitas nominis est, quo quis si- lius dei per adoptionē meruit appellari. Quia ipse saluator dedit potestatem filios dei fieri, simili- ter & nominari, si credimus in nomine eius, ut ei- us sit suprema & summa conditio, quo per fidem atq̄ per ceteras uirtutes & actus dei nominetur si- lius, non quo dicatur Petrus uel Marthaeus. Non enim huiusmodi nominibus superni ciues ab inui- cem distinguuntur, quorum est omnium intuitiua cognitio. Quam nominis perdidit dignitatē qui à Ierusalem, scilicet à diuina pace, recessit, retinuit- set, si steteret: quia beati pacifici, quoniam filij dei uocabūtur. Est & alia dignitas nominis, quo à do- mino nostro Iesu Christo habentes aut oritatem, dicimur Christiani, quod per opera uirtutum ap-

probantes, ad supernā ferimur patriam, moribus reprobantes, mergimur in gehennam. Cuius di- gnitatem agnouit quidā diaconus ab infidelibus comprehensus, ut negaret Christi fidem, quam in animo & moribus fatebatur. Qui cum grauitur à quaestione torqueretur, & inquireretur si quo nomine uocaretur, & unde & quis esset, tale ferrur dedisse resp̄sum: Christianus sum: Hoc mihi no- men, hoc mihi genus, hoc mihi parua est, nihil ali- ud quām Christianus sum. Et multipliciter & gra- uissimē tortus, hoc solum per uerba inter uerba resonabat, nihil aliud q̄ Christianus sum, quia di- gnū est ut eum imitemur, cuius nomine insigni- mur. Quod nomen perdunt, qui moribus contra- dicunt. Esti humana & usualis uocatio nominat, diuina sapientia reprobos negat. Amen dico uo- bis, nescio uos. Sed miseri peccatoris processum altius intendamus.

¶ Descēdebat à Ierusalem. Verē descēdit, qui recedit à Ierusalem, quia fundamenta eius in mō- tibus sanctis, sed ascēnsiones ad Ierusalem, ad uir- tutem, ad deū, in corde suo disposuit legitimus ser- uus dei. Quidnam iste descēsus de Ierusalem, q̄ descēdenti tanta mala succēdit? Ierusalem uisio est pacis, pax autē totalis est uirtus. Nam pax trini- tatem in finitū mentibus non uelatis, P. patrem dicit.

A, quae litera in alphabeto primū principium tenet, filium denūciat. Nam ipse dixit in euange- lio Iohānis: Principiū, qui & loquor uobis. Et in Apocal. Ego sum alpha & ω, principium & finis.

X, spiritum sanctum declarat: est enim duplex consonans. Igitur quod dimittit pacem, à trinitate recedit. Pax nulla dicenda quae copulat creatu- ras, ipsarum autore offēso. Esset certissime uera sine schismate ad oīa, firmo iure ad deū ipsa inui- olate seruata. Ergo quod de iure non est, nec esse uerē dici potest. Pax tamen ad deum firmissimo iu- re consistit, quia ipsam omnia iura concedunt ac- iubent, & damnationis ascribunt omnem aliam sine ista, quae ad ipsum uerum & unum deum, est in omnibus inexceptuata subiectio, & nostrae uo- luntatis ad suam tota & plena cōformitas, ut nec in minimo sit discreta diuersitas, & bonorū omni- um executio, put potest nostra facultas. Aut ipsa est, quae nullum diuinum placitum exceptuat dili- gendo, nec operando, nisi quae nec potentia negat: Aut pax dei, domus est imperturbata uirtutum. Ista sanē uerba nostri ad deum pacem, simul & ei- us causam luce clarius ministrant: quorum si oc- cultos intellectus inuestigare uellemus, prout di- ponendi aut cauendi sunt mores, tenēda uirtutes, seruanda mandata, sacramenta tractanda, non bre- ue speculū, sed uolumina cuderemus. Proinde so- lum processum malē peregrē uideamus, atque in- uectiuē, proclamatiuē ad descendentem sermo no- ster in clamat:

¶ Quid tibi displicuit o descēdēs in domo uir- tutum, ut ab ipsa descēderes, aut egredereis por- tas pulchritudinis eius? Displicuit tibi situs? Fun- data est in montibus sanctis, in altitudine diuino- rum bonorum. Displicuit tibi habitatio, an in ipsa existēs uarios ex defectu parietum timebas in cur- sus? Qui confidit in domino sicut mons Sion, nō commouebitur in aeternum qui habitat in Ierusa- lem. Montes in circuitu eius, & dominus in circū-

Mat. 25

Iohā. 7. Apoc. 1.

Psal. 124

itu populisui, ex hoc nunc & usq; in seculum. Ecce confidentia, ecce in commotio, ecce protectio, ecce diuturnitas tanti boni. An displicuit regalis auctoritas? Expedit tibi anima ut regaris, sed pacifice cinitatis rex pacificus est. In domo enim uirtutis rex est omnium Christus. An non placebant tibi prophetae? Cautum te faciebant, ut pauidus atq; paratus diuinum expectares aduentum. An sacerdotes tibi faciebant discrimen? Nonne sacramentis sanabant purgata tua, & orationibus & sacrificijs pro te interpellabant ad dominum? An predicatorum declamatio tuis auribus radium inferebat? Sed hoc tibi debebat esse ad gaudium, quia dabat creatoris notitiam, redemptoris amorem, redemptionis necessitatem, doctrinam regni, salutis uiam tuis auribus infonabat, ut defixus a mundo, adherens deo, unus spiritus esses cum eo: & insignitus caracteribus supernae patriae, militiae angelorum similitudinem gereres super terram, cum quibus in castris tritiphalibus esses aeternaliter coronandus. Nonne haec omnia peraguntur in domo uirtutum, etiam Ierusalem praetermissa uisibili? An tibi odio erat templum? Locus est orationis & reconciliationis ad deum, & nociuorum tutela.

3. Reg. 6. An tibi displicebat propiciatorium deauratum, & tabulis aureis affixis, clauis aureis circumdatum? Christum qui est uera charitas & propiciatio pro peccatis, circa quem angeli & omnes beati uelut tabule charitatis amoribus clauati assistunt, non oportebat dimittere. An tibi duo cherubini non placebant, qui uersis uultibus in propiciatorium prospicebant duo testamenta omniscentia plena? Te decebat audire, quae Christum enigmata atq; uere, allegorice atq; moraliter confirmant in cordibus auditorum. An mensa propositionis duodecim panum tibi nauicam fecit? Fidem duodecim articuloꝝ oportet custodire credentem. An altare aureum non placebat? Et super fidem Christi unigeniti dei filij, & in eius merito sacrificium oportebat offerre contriti cordis & spiritus contritulari. An caedebat luminis uelut Heli, tuis oculis uelut aegris odiosum erat, quod puris gaudium praestaret? Sed a luminosa ueritate non decet esse secretum. ambulat enim in tenebris qui ab ipsa recedit. An tibi non placuit uelum? Sed scissum est in duas partes, a summo usque deorsum, ut aspicias mysteria magna dei pro glorificatione animae atque nostrae carnis benignissime mundo data, ut a summis caelorum usq; ad ima terrarum, nihil sit ad nostram utilitatem eductum. An figurae prominentes erant fastidiosae? Et sanctorum exempla conuenit aspicere certatori. An longitudo templi non placebat? Fidem trinitatis perseverantes expedit retinere. An altitudo? Et ad spem caelestium inuoluta mur. An latitudo templi facit tibi dispendium? Et charitate iubemur ad omnes extendi. An uas aene mare dictum, super boues duodecim latum, tibi aliquid fecit horroꝝ? Et baptizari oportet, & iteru balneari, si baptisinate suscepro, turpamur, balneo poenitentiae, quod apostoli duodecim toto orbe terrarum diffusi, ubique intrepide praedicaerunt. Quid est in domo pacis, in domo uirtutuꝝ, in ecclesia dei quod tibi displiceat? Qualis est cui displicet uisio pacis? qualis est qui caret pace ad omnium creatorem? Omnium enim amulsum est, & manus eius contra omnes, & omnium con-

3. Reg. 6

Mat. 27.

tra eum, qui a pace diuina diuortium fecit. Nec ad seipsum pace bona potuit, qui factorem suum reliquit. An forte porticum ante templum iudicabatur superfluum? Sed considerandum erat quod ante secreta mysteria cognoscenda & contemplan-da, oportebat praere bonorum operuꝝ actionem, & secundum latitudinem charitatis, longitudo bene actorum bene tendit. An displicebat tibi, quod in templo erant ad luminis susceptione obliquatae fenestrae? Sed tibi sit rationis ad arcem, quae quanto magis obliquantur interioribus, tanto ab extrinsecis lumen maiori claritate diffunditur, & paulatim ab intus esse animam expedit, quae gratia lumine expectat. An tibi displicuit, quod templi adificatum est de lapidibus dolatis atque perfectis? Argumentum tibi esse debebat, quoniam dolari, poliri, perfici per uirtutes oportet in superno templo adificari querentem. An te tanta sapientia obcaecauit, quod omnes magistris laborauerunt & operati sunt in sapientia Salomonis, & non in luce? Nullus enim magister uisum sciebat mentem eius, & quomodo debebat operata disponi, sed ipso decernente omnia composita sunt, & post compositionem laudauerunt omnes sapientiam Salomonis, suorum operum uidentes tam pulchrum atq; mirum coecentum. Sed hoc magis debuit animam tuam ad amorem manendi suscipere, quoniam si ne Christo nihil possumus facere, ipso dicente: Si uultis, non sumus sufficientes ex nobis, sed omnis sufficientia a domino deo est. Forte fulgor auri quod omnia in templo tegebat, tuos oculos intolerabiliter irradiauit, Magis uero te illuminare debuit, quod omnia bona ornata, & uniuersa delicta operit charitas. An tibi admirationem adduxit uelut non intelligenti, quod malleus & securis, tumor & omne ferramentum non sunt audita in domo domini dum adificaretur? Documentuꝝ tibi esse debuit atq; praefigium futurorum, quod quies absque ruore in superno templo consistit. Nec instrumenta uirtutum, nec agonis ipsarum sonum exercitij dabunt, ubi fructus solum percipitur post laborem, & quies immutabilis sequitur sanctum opus, & stipendia in pace suscipiunt, qui fuerunt fortes in bello. Et qui caumata senserunt bellorum, & clamororum strepitus in castris spiritualibus non uitauerunt, non clamabunt ulterius aduersus hostes: nec contra eos clamoribus orationum & lacrymarum postulabunt auxilium, quos uidebunt extoꝝ tu diuina bonitate subiectos. Nec aduersus uirtutem erit perirepens agmen, quae hic fuerit deuicta in ualido & intelligibili clamore uirtutuꝝ. Nec cauteria faberis de carne rebelli, quae omnem suam beatitudinem possidebit. Nec aduersus corruptibilia erit rumor, nihil enim est corruptibile in supernis. Nec ad docendum proximum concionator concionabitur, uidebunt enim omnes uerum in luce diuina. Nec rumor est Missarum & canus & se uolentium uocum, cum omnis laus & gratiarum actio mente sonabit in auribus summi regis. Et ut ita perstringat, nulla rumoris ac frangendi silentij causa, ubi omnium est in uno uero & summo & aeterno deo concursus & pacifica uoluntas, & tota fruenti uita. Quid immoror ad huius templa referenda mysteria? Suscepta interitio ad alia me compellit.

¶ Sed o male descendens, cur non ascendisti in

1. Cor. 13.

montem aut arcem Sion? Forte non descendisses de Ierusalem, An tibi displicuit mons Sion propter quod descendisti? Sed speculati magis tibi expediebat & contemplari dñi bona, & te in ista sustollere, ut per contemplatione diuinituꝝ, terrena re implectia deuitares, & diligenter inspicere in Sionitica contemplationis arce, quae omnium saluator & dñs agni immaculatum pro paschate comedit, innocentiā simplicitate, mansuetam & innociam uitam ostendens, dans apostolis & ceteris exemplum, sic conuersari debere in medio nationum. Et uidiuſes oculo alio quae carnali, diuinam maiestatem in humanitate piscatorum & proditoris pedibus inclinatam, ad ostendam humilitatem, ad superna ducentem, & abluentem sordes affectuꝝ filioꝝ hominum, ut non amplius concupiscant, quae diuina manus a nobis absterfit. Et contemplantur ulterius in Sionitica contemplationis arce cibum substantantialem, super bonum, super sanctum, superna turalem, super intellectualem, omnem habentem plenitudinem deitatis fontem infinitae uitae, & omnem copiam omni boni habentem, per semetipsum ministrantem in robur uirtutis, in tutamentum a turbine peccatorum, in signum omni dilectionis ad nos, ante dilectos apostolos, quos sua bonitate fecerat dignos se. Nec ad reuocationem Iudae Sca rithis in gregem, a quo iam animo diuisus erat, sibi denegauit, sed dedit, eum tanto signo dilectionis amplectens, ut reuo caret in gratiam, ad qua ante reuocauerat, magis dolens Christum quod eius erat perditurus, quam quod Iudas eum erat ilico proditurus. Perspicacius accommoda mentis aures, et audies Christi mentis arcanum & eloquia diuina, per omnium dominuꝝ nostrum Christum. Altius oculis aspice, contemplare magno intuitu: & uidebis ibidem ostendi nouitatem caelestem in corpore saluatoris ab inferis resurgentis, & credulitate palpationes, & ueritatis offensiones per cibos & per singularem tactum radiantium cicatricum, ad tollendum dubitationes singulariter dubitantis. Vltimo mente conspicias in Sionitica mansuetudine, spiritum sanctum effundi de caelis in pauperula & humilem & modicam Christi familiam, & iterum miseri humana diuinis fidelis mente uidebis, quae omnia nisi habitantibus in pace atq; in domo Hierosolymitana uirtutum non patent.

¶ O nequam, o male uiator, o male peregre, o mali autor itineris, quare de Ierusalem descendisti? Sunt ne ista mysteria gemina displicentia, ut dimitteres de sensu laetifero hanc sanctissimam ciuitatem, non cementorum & lapidum habentem initium, sed pacis & preciosarum amabiliuꝝ uirtutum? In quies forte? Non displicet Hierosolyma, non templum, non mons Sion, non perfecta mysteria, sed Iericho magis placet. Cur placet Iericho, sita in planitie? Non ita cito suscipit lumen solis. Cur placet Iericho? Luna ex interpretatione uocatur, quae sui luminis defectum patitur, & nunquam in eodem statu permanet. Ratione interpositionis lunae, sol eclipsim patitur, ut eius lumen non plenum diffundatur ad subiectas orbis partes. Magis uero lunatica bona interponunt, ne lumen iustitiae il luceat nobis, & ne sol iustitiae oriatur in cordibus nostris. Perfunctoriam mundi amoenitate Iericho speculati ueritatis offendit, sed non placet amoenitas Ierichontina, Arca domini circum-

data, sacerdotibus tubis clangentibus, uociferantibus populis, ad imperium dñi est funditus subuertenda. Nam omnis diuina scriptura diuinitus intellecta, omnis sacramentalis auctoritas atq; sonora doctrina, ois electus populus dei, contra ipsam multimode semp inclamarat. Placet mundi amoenitas, qua omnis animo habitans, in fine delerit? Sola Ra hab meretrix & sibi coherentes, euaserunt excidij, qui magis dilexerunt sacramentale mysteriuꝝ & dei populum, quam suoruꝝ multitudinem ciuiuꝝ atq; murorum fastigiuꝝ: eos designauit homines, qui magis diuinis mysterijs animo, uita, moribus se committunt, quam detineri uelint mundi amoenitatibus defecturis. Placet Iericho, cuius oia bona sunt anathematizata, propter quae ad diuinuꝝ possunt ordinari usum? Lapidatus est Acham, qui tulit palliuꝝ, argentum & aurum & coronam de anathematizatis, nolente dño. Vae quae aliquid desiderant de mundo uisibili, praeter quod necessario uitam hominum sulcit, aut in diuinis redundat obsequijs. Placet amoenitas uenentata post cuius destructione maledicij omis qui ad reuocandiuꝝ praestat opus, ut primogeniti & secundogeniti morte plectat quisq; reconditor, ut anima & corpore in fine tradat gehennalibus flammis, qui amoenitate mundi aliquando contentens, uelut reuocandiuꝝ ad uomitum reaflectat. Cur placet lunatica cinitas? nam lunaticus crebro in igne cadere fert, & in aqua mergi narrat. Arrepticij sunt lunatici, & a demonibus agitant. Sed uae cui Ierusalem displicet, & Iericho in placito est. Etia uae cui coeparatiue Iericho magis placet. Nunquid autem Ierusalem, uidelicet pax diuina, primo displicuit, postmoduꝝ Iericho placuit? An Iericho primo placuit, Ierusalem postremo in displicentia uenit? An instantaneae utriusq; peragitur, ut ad id trahatur ista sententia, si prius a creatore sit auersio, deinde conuersio ad creaturam? An praet ad creaturam conuersio, & auersio a creatore, subsequit? An simul utrunq; perficitur? Sed hoc determinare quis nouit? An aliquid placitum praeter deum apexit in animo quod concupiuit, cui adherere uoluit, propter quod deum dimisit? An aliquid sibi non competens, aut minus placens, uidit in deo, propter quod ab eo recedere disposuit? Sed recessus omnis certos terminos habet, terminum a quo, ad quem, & per quem. Ut tardioribus per exemplum pateat, iste idem de quo fit sermo, declarat.

¶ Descendit a Ierusalem, ecce terminus a quo: in Iericho, ecce terminus ad quem: perambulabat uiam, ecce terminus per quem. Igitur typice suscipe. A deo receditur, ecce terminus a quo, unde peccator male desinit. Creatura praeter deum appetitur, ecce terminus ad quem peccator male se conuertit. Voluntas est quae appetit, ecce terminus per quem, in quo peccator se peruerit: sed terminus iste medius, serenabit clarius quod latet occultius. Sed prius altius intendamus.

¶ Primus angelus qui a deo auersus, ad qua est creaturam conuersus? & huiusmodi auersionis quae est medius terminus? Quod enim mediuꝝ dicitur, indubitanter extrema sortitur: & nulla potest fieri a deo auersio, nisi per mediuꝝ uoluntatis fiat ad creaturam conuersio: nulla uero creatura erat in esse, quam angelus praeter deum posset appetere. Quo ergo angelus se conuertit, quando se a deo auersit, cum necessario terminuꝝ ad quem, quare auer-

1. Cor. 13.

Ibid.

1. Cor. 13.

fio? Etsi hoc fertur in dubium frustra, quia terminus medius, scilicet inordinata uoluntas, alterum de necessitate querit extremum. Sed si de Adam aliquis quereretur, quod se conuertit auersus, facilius respondemus. Erat deus, erant omnes creature in specie sua, erat Adam qui nomina imposuerat conuenientia rebus. Habes igitur in auersione Adq terminum a quo, quia deus erat a quo auerteretur. habes terminum ad quem, quia creatura erat ad quam conuertebatur. habes terminum per quem uoluntas sibi aderat, in qua peruertebatur. Nec in angelis est terminus ad quem, extra seipsum modo aliquo reperire. Sed forte dices: Vnus conuertebatur ad alium, & dereliquerunt deum. Ad quod sed, sequitur sed. Nec angeli deprauati appetuerunt bonos, quos dereliquerunt. Nemo relinquit quod appetit, si tenere potest. Ad dices: Et unus deprauatus appetiuit prater deum alium deprauatum. Sed tanta sunt celeritate puniti pro eo quod deliquerunt, & nulla prioritas atq; posteritas est in puniendo seruata: sed ipso instanti eiectione fuerunt, quo contra diuinam uoluntate, suam exererunt, ut nullus alium posset prater, suum prater deum appetendo consocium: qui sine omnis temporis interuallo secundum ordinem ineffabilis & diuina iustitie, receperunt supplicium, atq; reprehensibiliter sunt penis debitis & ulcricibus per diuinam sententiam deputati. Quia nunquam & nusquam pena etiam per momentum minimum dissociatur a culpa, ut pena non absit ubi culpa persisterit: imo ut statim ubi est culpa, sequatur pena, nisi simul existere pena cum culpa. Igitur angelorum auersionis terminum habemus a quo: terminum autem ad quem, extra seipsum penitus non uidemus. Sed appetiuit forte unumquodque seipsum, & si hoc fuisset, iam istos tres terminos habemus. Quoniam non est hic sermo de angelis differendus, sed ad exemplum nostre auersionis, eorum auersionem adduximus: idcirco ad propositum reuertamur, & quis terminorum trium in processu peccatorum precedat, an simul sint, quantum possumus, humiliter indagemus.

¶ Accipiamus igitur hominis primam cogitationem de aliqua re appetibili, antequam sequatur prohibitus appetitus, deinde adiungamus prohibitum appetitum, deinde uidebimus si pcessit aut est auersio subsecuta. Igitur quidam cepit cogitare aurum & pulchritudinem & utilitatem, & quomodo multa posset per multitudinem auri expedire. Deinde cepit appetere, atq; appetiuit in animo prater deum. Est ne nunc post inhibitum appetitum auersio subsecuta? Intuere subtilius. Quod est hominis debitum atq; totum in hac uita bonum? Cogitare de deo, diligere deum, adherere deo. Nam de ipso cogitare, sensus est consummatus: ipsum diligere, totalis est uirtus, & dilectio semper ad dilectum animi tenet, qui sibi adheret, cum ipso efficitur unus spiritus. Cogitans igitur aurum, primo pratermisit debitum, quod erat, de deo aut de his que sunt eius, sedulo cogitare: concupiscens ex amore peruerso, quia nisi quod amat, non concupiscitur: aut pratermisit dilectionem dei, que si animum tenuisset ad deum, non prater deum appetiuisset aurum. Adherens uero auro, dissolutus prius erat a deo: nam stante adhesionem ad deum, ad creaturam non potest esse damnata conuersio. Sed hoc

Sapient. 6

non fieret, nisi primo esset deordinata uoluntas. Ergo terminus medius prior est q̄ alter, & alter extremus: sed nec deordinata esset, nisi aliquid appetisset, quia nec a deo se auertisset, nisi aliquid p̄ter deum uellet. Multa posset hic fieri uerborum congressio. Ego autem quantum capio, tantum dico, quod hanc trinitatem anathematizata, maledicta & reprobata, est equalis in tempore, inquam creatura potest istorum trium instataneam actionem in se suscipere, ut tunc sit auersio, quando & conuersio: tunc conuersio, quando auersio: tunc est deordinata uoluntas, quando aueritur & conuertitur secundum quod prohibet ueritas.

¶ Igitur male peregre uide quid feceris, dimittens Ierusalem, Iericho uades, periculosam gradientem uiam, malam trinitatem portans, apertior re bellis factus trinitati creati, damnata trinitatem pariter tecum portans, auersionem a deo, conuersionem ad defectibilem creaturam, & uoluntatem peruersam.

¶ Quare ista trinitas sic infausta? Est ne ista potentia patris, ut auertereris ab eo? Est ista sapientia filij, ut creatura adhereres? Est ista bonitas spiritus sancti, ut in uoluntate deprauaueris? Vae qui receidit a deo. Vae qui se ad creaturam prater deum conuertit. Vae graui hominum uoluntati. A spice inopinatum quod incurrit male peregre iuste periculum.

Et incidit in latrones.

Incidit, nec cogitabat affutura pericula. Merito incidit in latrones, qui recessit a murata Ierusalem. Peruagii sunt latrones, excludi uoluit, timent in cluditi. Merito incidit in latrones, qui recessit ab altitudine atq; securitate Sionitice arcis. Altra arcinequeunt damna inferre latrones. Merito incidit in latrones, qui tepli sanctimoniam dereliquit. Preualer latrones? uirtus. Merito incidit in latrones, qui regalem iustitiam dimisit. Timent iustitiam, iniustitiam facientes. Et propheta forte dedissent uaticinium de cauendo, si non recessisses ab eis. Et antequam perueniret quod animo & pede tendebat, pertulit quod nolebat: & priusquam uenisset ad affectatum terminum, incidit inopinatum periculum. Omnia quidem hanc sic litera gesta docet. Sed uere peccator tam sancta mysteria derelinquens, non immerito deprestanti uisibiliter atq; inuisibiliter immisericordes incidit manus, latronum uidelicet auferentium aliena. Nondum peruenerat peccator ad quod conuertitur: & mulctatur, quia iam auersus erat. Et pena luit ex deliberatione, antequam malum actione perficiat.

¶ Sed qui sunt hi latrones, in quos male peregre incidit? imo quis etiam est, qui ad manus latronum peruenit? Conspice diuinam iustitiam subtilius, & rem gestam intelliges clarius. Pertinet ad ordinem diuine iustitie, ut interdum mali malos puniant, & similes consimiles malos torqueant. nam latro incidit in latrones, & latro ait ad latronem. Quid autem latro? Est siquidem latro, ad malum, latibulum querens. Igitur quod dicitur, concupiscit peccator. Velle proculdubio deum & hofes sua mala latere. Latro in cessor solitudinis est, expectans quem expollet. Latro fur est, & aliorum manu ductor improbus & inuisus. Latro, qui appetit sibi nullo competes iure, ac etiam inuide accipit quod alterius est iuris. Latro est, qui in insidias occupat uias, & uiatoribus

insperatus occurrit. Latro est, qui per diu in alienas partes laboresq; uolentia erumpit, & fouet uitam sudoribus proximorum, quos improbe spoliatur. Latro est, quod omni uerecundia pulsa de moribus, aperte & clandestine, sua, non sua facit. Proinde latro ois peccator, & quod dicitur, reuertitur. Nam si latro dicitur, qui auert inuito dno alienum, hoc ois peccator facit, pro eo quod iure creationis, omnis homo uelut ois creatura alia, est dei. Et uelimus nolimus, sui sumus, peccatores uel iusti. Hoc Salomonis sententia clamat: Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientiam magnitudinis tui: & si non peccauerimus, scimus quod apud te sumus computati. Ac per hoc si omnibus modis sui sumus, ex uoluntate propria, iure dilectionis & adhesionis sui esse debemus: ac per hoc peccantes omnipotentem deo, nos ipsos latrocinamur atq; furamur. Nec non iure redemptionis facta per sanguinem, sibi uendicat nos saluator, ut uita nostra referatur ad eum, nec uiamus aialibus sensualitatibus nostris ab ipso auersi, ad creaturam p̄ter ipsum conuersi, sed ei qui mortem suscepit, uitamq; dedit pro nobis.

Sup. 16.

¶ Cum igitur peccando ab ipso auertimur, ad creaturam conuertimur, quod aliud facimus, quod nos ipsos qui dnica uasa sumus sibi per baptismum lota, per fidem & sacramentale mysterium saluatori oim consecrata, more latronum rapimus, ipso inuito, aliter quam uelit, cum creaturis nos turpiter cōtrectamus, & more furum de alienis, facimus de nobis ipsi, quod nostri non sumus, sed diuini iuris? In cunctanter appropiatione typica, quod corporaliter a latronibus, hoc spūaliter a peccatoribus agitur. Merito ergo latro incidit in latrones, ut latro latronem puniat, malus malū afficiat, peccator peccator torqueat, ut eum sentiat tortore in pena, cum similis factus est in culpa. Incidit deuius a deo, quoniam ad malum in latrones inuisibiles, uidelicet demones, quod a dno se per furtum & latrocinium subtraxerit, & defalcatione simili oēs latrocinari conantur. Est & latro mundus totus postus in maligno, qui multos amicitate sua late teret & furtim a deo diuertit. Latro est, qui non secundum deum nominat amicum, qui ad quocumq; placita trahit amicum, uidelicet occultam amicitiam semper habet, qui imperpense amam furat amicum, & furtim dulci quā uolentia trahit. Vtinā tibi latro non fuisset, utiq; latrones non inuenisset.

¶ Sed quid ei fecerunt? qui ei latronculi rapuerunt, quod damnum dederunt?

Expolauerunt eum,

Verē tunica innocentie, atq; camissa puritatis, nec non & honestatis palliū abstulerunt, auferentes mortis memoriam cum morticina calceata de pedibus subtraxerunt. Et zona castitatis asportauerunt a lumbis, ut cōstrictio pulchra corporis, tegmine uelata pudoris, in dispersa libidinis dissoluat. Perstringā breuiter quid expoliatio ista significet.

¶ Uenit deus Adam immaculata ueste nature, quam obrē & ipse protectus non subiebat pudori, nec in se aliqd sentiebat aduersum, indiffusa manēte aut non perditia primæ donatiōis & induitiōis roga, qua expoliatus exiit, cum auersus a deo, accessit conuersus ad ueritatem. Accipit iterū inartificiatā, sed detractā pellē, ut uelamine ad pudorem, eo nanq; q̄ accesserat uirtuti, succederet pudor. Hęc eadem erat ad tutelā propter aeris intemperiam.

Commota enim statim sunt elementa cōtra eum, quā rebellauerat in eorū autorē. Quæ tunc in manus prædantiū uenit, cum peccatū impudētē admittitur, & artificiatu ad uanitatē quod propter tutelā est necessitate concessum. Elau habebat duplices nesses & multas, aliquas ad ciuilitatē & uicinitatē in cōuersatione ad homines, aliquas ad feritatē, quibus utebatur in ueneratione syluestriū: & ipse indutus, pergens ad imperiū patris, ut uenatu aliquid pro imperante citius uenaretur, ciuilibus domi relictis, & tegētibz materna prouidentia alterius fratris corpus, hereditate priuatus est. Merito quod uestibus sanctæ cōuersionis & bonæ ciuilitatis & rōnabilis moris ad proximi spoliatus incedit, quod ferilitatis & bestialitatis actibus arcu uoluntatis, sagitta subtilitatis insisteret, & caret benedictiōe, imo hereditate paterna, quam omnis legitimus heres expectat. Tunicā talariū polymita expoliatur Ioseph a latronibus fratribz, imo homicidiis, quasi pro eo quod a patre recessit uadēs in Dorthaim, scilicet in defectū quē dicimus esse uirtutū. Perseuerantiā talaritas sonat, uarietatem & ornamentū honorum ostendit polymitas, quam perdidit in peregre sic se habēs. Er in Aegyptō a meretrice scinditur palliū honestatis, ut sepe hoc fiat, quod ex molli & fœmine conuersatione si non perditur castitas, infametur honestas. Asciscitur huic sententiæ abscissum palliū Saul a Dauid, dū eēt ad requisita natura, ut quia in his q̄ naturali debito agimus, cautelā in omnibus non tenemus, uelut in cauernis obscuris nostre impudētiæ offer habitat inimicus, qui nostre regalitatis chlamydem truncat, improperans & ostendēs quod peiora facere poterat si dn̄s permisisset. Fuerūt uestes legales atq; sacerdotales, quas in manu Moysi electo populo edixit omnipotens, ut legales ad doctrinam & agendam uitam, sacerdotales ad medicinam & remedium referamus, quartū pertulit expoliationē, qui propter Iericho Ierusalem sacramentalē, animo & opere dereliquit. Et uestis gratiæ, quæ dicitur nouitas uitæ, Induite, inquit Apostolus, nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Et alibi: Induimini dominū Iesum Christum. Et iterum: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Quam expoliatoribus exposuit, quod uitam aspirauit in ueterem. Ecce ubiq; Ierusalē & Iericho, ecce in omni homine Ierusalē & Iericho. Ecce in paradiso Ierusalē & Iericho. Vnquam & usquam quousq; terminus mortis adueniat, habet quispiā a quo defluat, in quod effluat, q̄ se p̄fluat.

Gen. 37.

Ibidem.

Gen. 39.

I. Re. 24

Eph. 4.

Ro. 13. Gal. 3.

Vulnera hominis descendenti in Iericho, id est, peccatoris. Cap. XXXIX.

Sed post p̄dita, quid? Accipit plagas: Circūdatus ab inimicis, necessario suscipit plagas, non protectus armatura materię durioris, & inuisibilia uulnera subito penetrantia cor, in uia uoluntariæ auersionis a deo accipiet inermis spūalibus armis, quæ reliquit in Sion & Ierusalem & templo, extra muros perambulans, ubi sunt monumenta iustorum, ubi existentes nunquā accipere, sed semper aduersarijs dederit cōflictum. Sed quos imponunt? Immanes, quibus absq; quod plāgent, expoliare non sufficit. Inq; Ecclesiasticus: Quasi rhomphaea bis acuta omnis iniquitas, & plaga illius non est sanitas. Omnis iniquitas dupliciter nocet. Ani

Eccl. 21.

ma laedit & corpus, & in presenti & in futuro se-
uo telo configit. Et haec est rhomphaea bis acuta,
& non est sanitas, si ultima sequat infirmitas. Nam
infernalem plagam quis curavit aliquando? Nam
alia scriptura dicit: In inferno nulla est redemptio.

Psal. 6.

Et Psalmista dolens ait: In inferno autem quis co-
suebitur tibi: Profecto illam lassitudinē nulla se-
quitur requies. Cum quis ergo plagatur, infirmus
efficitur: & quāto magis inualefcit infirmitas, tan-
to magis debilitas sequitur. Veri? enim hoc in spi-
ritu q̄ in corpore agit, ut pessima fiat plaga pec-
cati, quę consuetudine lōga infecit. Hinc Jeremi-
as ait: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

Iere. 50

Quare insanabilis fractura? Quia est pessima pla-
ga. Quare pessima plaga? Quia cōsuetudine lon-
ga induruit. Et sapientia dicit: Languor prolixior
grauat medicum, cum tam cito non possit adhi-
bere remedium. Sed nihil est quod diuina poten-
tia omnino non sanetur, si dispositū sanare dispo-
nit. Et post plagam male cōsuetudinis peior pla-
ga infligitur, ut etiam iaculo desperationis plaga-
tus, uitis iterum feriatur. Vnde iterū Jeremias ait:

Sap. 10,

Quare factus est dolor meus in curabilis, & plaga
mea desperabilis? Quia saepe fit ut assuetus longo
tēpore uitis, disuicere nolit, magis uero sua exi-
stimatione non possit. Existimat impossibile pos-
se mutare naturam, quā finxit assuetudo lōgana.

Iere. 19

Et licet sit absotum dicere, q̄ consuetudo mutati
one specifica in ipsam uertatur naturā, ut fiat aut
fit cōsuetudo natura: istud uero infallibiliter est ex-
pertum, quod consuetudo firmata, naturā habet
potentiam. Stabiliti & diutini atq; longēui per-
uersi hominum mores, intantum asseuerant natu-
rā corruptā, ut appropriatione typica & mo-
rāli, ad impossibile cōnectantur. Quod Jeremias
expresit: Si potest mutare aethiops pellem suam,
& pardus uarietates suas, & uos poteritis benefa-
cere, cum didiceritis malum. Merito igitur despe-
rabilis est consuetudinis plaga, si cui non potest
adhiberi remedium, quāuis diuina potentia omni-
bus possit esse subsidium. Sed plagā quandoq; in-
nascuntur, de quibus iste textus non loquitur, sed
de his quæ per aliorum percussiones fiunt, quæ in
triplici genere reperiuntur, de quibus Isaias pro-
loquitur: Vulnus & liuor & plaga tumens, nō est
circūligata, nec curata medicamine, nec fota oleo

Iere. 30.

¶ In percussionebus assoleat euenire, ut quādoq;
vulnus, quandoq; liuor, quandoq; plaga causetur.
Vulnus est, cum leuiter aut fortiter, cum ut ali-
quid corpori sentienti configitur aut infligitur, ut
fractura in corpore pateat.
Liur uerō est, ex percussioe parua uel magna
pallidum aut nigrum uestigium, ut nec carnis fra-
cturam, aut scissuram ostēdat.

Ma. 1.

Plagam uerō uocamus, quæ aut ex percussio-
ne, aut alio casu apertura lata & peruaga exi-
sit in corpore, quæ aut ex dolore, aut ex despera-
tione curandi, patientem plerumq; plāgere cogat.

Habes ergo in uulnere quodlibet peccatum a-
peritum, habes in liuore quodlibet malum occul-
tum, habes in plaga tempus & numerum & quan-
tum peruagatum periculum: sed uæ, si non circū-
ligantur uinculis legis, uæ, si non curantur ex sa-
cramentis, uæ, si non fouentur oleo pietatis.

¶ Adhuc o malē peregre, aduersus te uerborum
suscipe iacula, forte conquereris q̄ Ierusalē de-

relinquens ad Iericho pergens, nec peruenies, tan-
ta mala peruleris. Nouimus referentē scriptura
p̄ fidem, quod Semei sententiam mortis accepit, h. Rej
qui contra inhibitionem regis Salomonis, egres-
sus est Ierusalem, ut merito non euadat gladiū ultī-
onis, si quis effugerit ciuitatem tanti mysterij atq;
pacis. Ne non sub eadem fide prae nouimus, Ieru-
salem obsessam a Nabuchodonosorē Babylonis
rege, cuius manus uolens effugere rex Ierusa-
lem, nomine Sedecias, cum bellatoribus suis, ru-
pto muro, fugiebat ad campestria solitudinis: sed
comprehensus est, insequentibus aemulis, in plani-
tie Iericho. Alia scriptura dicit, in cāpo Ierichon-
tino, cum omnibus suis bellatoribus dilectis, Qui
adductus coram Babylonis rege, audiuit iudiciū,
Iusti sunt interfici duo filii sui, scilicet Sedecias, in
conspēctū eius: post quorum conspectam mortē,
ad doloris augmentum, eruti sunt duo oculi eius:
sententia durāte regali, uinctus catenis, ducitur in
Babylonem.

¶ Ecce qui recedit de Ierusalem, comprehendit
in latitudine Iudaei atq; deficientis mundi. Sed
a quibus comprehenditur? A confusis, & confuso
nis notam omnibus facere satagentibus. Derelin-
quitur ab angelis & sanctis & operibus iustis, ut
bona quæ pro ipso aut fuerant, in necessitate iu-
uare non ualeant. Ante cuius conspectū duo fi-
lij occiditur. Intellectus uerus & amor reclus, ex-
tinctionis sententiam suscipiunt. Caecantur oculi,
contēplatiui contuitus auferuntur, ne domini bo-
na uideamus. Vinculamur catenis nostrorum uul-
delicet peccatorū, ut anulo malę cogitationis ad-
datur anulus delectationis, cui coniungatur anu-
lus consensionis, cui iungatur anulus malę opera-
tionis, cui nectatur anulus malę cōsuetudinis, cui
parietur anulus necessitatis, quem sequatur anu-
lus desperationis & obstinatiōis: & his uincti, du-
camur in Babylonem, in confusionem turpantiū
& perditorum morum, & ibi finiatur uita omniū
derelinquentium Hierosolymam ciuitatem, non
euertendam & destruendam ab aemulis, sed fidelē
& moralem, ab angelis custoditam.

¶ Sed nec auditor horum sermonum, aut tu ma-
lē peregre subtericris, sermo uiræ excusatiōis pal-
liare te credens. En Ierusalem fame aut uiolenta
manum hostilem requirebat effugere: destruenda
erat, & templum depopulandum, fugiendum igi-
tur erat. Assitmo si euasisses, etsi more humano lo-
quar. Glorioso mortis nanciscitur nomen, qui ho-
stibus terga non dedit: & signo triumphali est as-
scribendus post mortē qui non fugiens, sed uens,
moritur in ciuitate: & magis eligit prohibet mo-
ri, q̄ turper, si per fugam possit uiuere post uictā.
Cautum fuit semper militibus prohibitis, nō da-
re hostibus terga, suscipere in facie saeuos ictus bel-
lorum, securo protegi, reddere percussionebus ui-
cem, cadere nemini ante mortem. Proinde ac p-
magis insignius characteribus supernæ militiæ,
quem post corporis mortem aeterna uita cōple-
ctitur, debet potius mortis subire supplicij, q̄ uit-
tute relicta cōsequi beneficiū. Huic sententiæ inse-
runt martyres: de facto cōcordiā, quibus dū alterū
duorū a periculis moribus in optione daret, ut aut sus-
ferat mortē, aut deserat Christū atq; uirtutes, e-
legerunt sanius oēs opprobria atq; mortis subire
tormentū, q̄ deserere dñm Christū, & ante q̄ uitū

Mat. 11

Ma. 39

tem, maluerunt perdere huius uitæ iucunditatem.
Hoc em̄ totius Christianitatis est robur, facere de
necessitate uitæ: & penalitatis & uerbera, con-
rumelias & opprobria, uulnera sic & mortē, in ar-
ma cōstare uirtutū, & de his scālā facere ad caelos
peringentem. De his omnibus qui turbant aut in-
terimunt perfectiorū uitæ statū, spiritus sanctus q̄
omniū est artifex, nouæ artis inuisibilem dedit pe-
nitētiā, ut faciamus spirituales machinas ad inferen-
dam uiolentiā regno: qm̄ regnum celorū uim pa-
titur, & uiolenti, scilicet qui sibis ipsi, priuatis dele-
stationibus, superatis aduersitatibus, uiolentiā fa-
ciūt, rapiunt illud. Nam si uita durabilis nō est in
mundo, & hæc modica undiq; uallata doloribus,
si uita ex omi parte inuitabiliter pœnalis est, in in-
ferno sociata dæmonibus, si uita gratiosa & deo
placens, non est nisi in sacramentis, mandatis & uir-
tutibus, si beata uita nō est nisi apud deum, quam
repmisit omnibus uerē querentibus, quid est eli-
gendum, tu ipse considera. Mori expediebat iuxta
tēplum, iuxta sacerdotē & uates, iuxta diuina my-
stera, pati oportebat omnia transitoria mala pro
pe Sioniticā arcē. Hæc omnia conferunt ad super-
na. Et deuitata iudicibilibus malis adijciūt animo
& moribus fugientem: & a Ierusalem nostra atque
uirtutis Christi serā descendētē in Iericho, expo-
nunt spoliandū latronibus, bonis naturalibus atq;
gratiæ, uulnerandum plagis innumeris, ut uix re-
linquat semiuuus malē peregre profectus. Ac p
hoc quod ex toto non moritur, & non semimortuus
sed semiuuus refertur, diuina bonitate uideam⁹
in omnibus ante mortem tale beneficium, scilicet
liberum arbitrium reueruat. Tremulat in his uer-
bis noster animus, & cōfidit: tremulat, cū ignorat
& contrarium aspici: cōfidit, quia sic scriptum le-
git & credit. Dicam apertius, ut pateat clarius.

¶ Omne peccatū mortale, ideo mortale dicitur,
eo quod aīe infert mortē, & disponit iterū ad ali-
am mortem. Sed quænam est ista mors, cū in glo-
ria sue in pœna crudeli aīa semper uiuat, nec aliq̄d
uitium eius potest annullare naturam? Et quāuis
omē uitū hoc habeat proprie proprium, quod mi-
nuat, aut torqueat, aut destruat quod est bonū, qd
sibi ad inuadendum, aut in ipso insurgendum, fue-
rit ab omnium gubernatore cōmissum, quāuis ad
summum bonū nullū possit appropinquare uitū,
nec in illo ex illo insurgere, si quid ē illud quod no-
men defect⁹ iure sortitur: non tñ potest naturę bo-
num in aīa existēs extinguere, quāuis grauitate pos-
sit alia si qua bona sibi cōpetentia, in ipsa, non ex-
tra ipsam minuire atq; destruere, imō ut nec ipsa
percipiat impedire.

¶ Quæ igitur erit ista mors, quā dicimus infer-
re mortale peccatum, aut disponi per eum? Deus ē
tota uita & omniū uiuentium, mortale uerō pec-
catum diuidit inter nos & deum, quod Isaias dicit:
Nonne iniquitates nostras diuiferunt inter nos &
deum nostrū? Igitur aīa natura uiuens, a tota uita
quæ deus est, per peccatū diuisa, patitur quandam
mortē: & si peccati paries non auferatur de medio,
per mortem corporis trahetur in mortem aeternæ
damnationis, semper manente uita naturā, q̄ cre-
ata est immortalis in sua natura, ut nullo contra-
rio possit uita priuari. Et dānationis aeternę mors,
talis esse aſeritur, ut aīa quæ ipsam patitur, potius
uellet naturā habere mortale, & passibile a pœna

uita priuari, q̄ pœnaliter uiuere in aeternū. Pecca-
tū ergo mortale unā mortē irrogat, scilicet diuisi-
onis: ad aliā disponit per corporis mortis mediū,
scilicet dānationis. Et tota mortua est aīa, quæ a to-
ra uita quæ deus est, per peccatum diuorū fecit.

¶ Quid ergo est, quod peccator relinquitur semi-
uiuus, cū ex p̄ctō mortali totus sit mortuus? Hoc
est, in quo animus noster tremulat, cū ista q̄lter si
ant, penitus nō cognoscat, & mortē hm̄di irrogat
in intellectu fideli cōspiciat. Quid ergo dicemus? In-
currimus disputationis uoraginē. Vñ egrediemur
ad lucē: Nemo uelit clarescere, ut de originali pec-
cato aut ueniali hūc uelit esse sermonē. Nā origi-
nale p̄ctm̄ excludit ab huius disputationis articulo.
De actualibus, de cōtractis garulat noster sermo:
nec de ueniali soluet, qd uidet implicitū. Nā si oīa
uenialia suā speciē nō mutatiā, cōstaret in unū, mor-
tē diuisiōis aut dānationis negrent inferre. In quibus
forte: Semiuuus est, ergo nō intulerit p̄ctā uenia-
lia mortē. Aduerte qd dicitis. Vbi uiuus totius me-
dicas t̄m̄ ascribit uitę, aliā siue reliquā morti patet
eē subiectā, qd de iure p̄cti mortalis est, nō de po-
tētia uenialis, subijcere mortē q̄ relinquitur a deo, quā
totalis est uita. ¶ Quare nō semimortuus, sed semi-
uiuus narrat? Vt q̄qd est, potius denotetur ab eo
bono qd retinet, nō ab eo malo q̄ priuat & bonū.
Sed ad disputatiōis uoraginē reuertamur. ¶ Vnde
ista semiuuitas? A natura immortalī, quā extingue-
re nō pot uitioſitas. Vñ natura est a deo, & huic na-
turæ liberū arbitriū inaufertibile cōcessit oīp̄ctis,
quo se posset auertere & cōnectere, & recedere atq;
redire, usquequo cōfirmatio in pœna seu in gloria
subsequitur. Et intm̄ q̄s p̄ctm̄ mortale mortuus, &
a deo uita diuisus, dicitur semiuuius, p̄ eo q̄ aīa cor-
poris mortē aut mētis alienationē, liberū arbitriū
sibi relinquitur, quo p̄ gratiā dei adiutus, a p̄ctō quo
tenebatur, possit recedere, reasumere uirtutes, &
ad deū quē deseruerat, & a quo auersus, possit redi-
re, diligere atq; adherere, recipere adoptionē filio-
ri dei, q̄ ut cēt filij, potest atē a dño p̄ fidē accepe-
runt. Vide igitur quāre uirtutis est liberū arbitriū,
ut cōtra oīa possibilia mala, inferētia mortē, sibi se
munitā retineat: quod si p̄ gratiā adiunatur, ab aīa
illatā mortē oīno repellat. Vidimus periculū, re-
mediū breuē uideamus. Vt semiuuus ad totā re-
deat uitā, uolūtas, ppria nō sufficit. Et uirtus nō est
in eo, q̄ a deo auersus est. Incipit esse, cū uult redi-
re: nā hoc uelle, utiq; una uirtus est. Iacebat iste pla-
gatus, inuisibiliter iacet uulneratus peccator. Vel-
let resurgere, nō habet cui porrigat manū: affectat
sibi mederi, sed nō est medicus uirtutis in regione
peccati. Nō inueniuntur quæ conferūt sanitati, ubi
factus est recessus a deo: ergo quod agitur curat. Nō
aīe incipit, q̄ uulnera pateris. Immo bilis es, dirigi
fuit ut lapis ex te: sed appropianit tibi custos hoīm,
cui tu appropiare non poteras. Recitat em̄ euāge-
lista utrūq; p̄ cessum, periculi atq; remedij:

Samaritanus autem quidā iter faciens, Lucae, 10
uenit secus eum: & uidens eum, misericor-
dia motus est: & appropians, alligauit uul-
nera eius, infundens oleum & uinum. Et
imponens illum in iumentum suum, duxit
in stabulum, & curam eius egit.

Samaritanus, custos est oīm entium, qui Abrahæ
dixit: Ero custos tuus quocumq; perrexeris. Quia
rr iij

stodit introitū & exitum nostrum. Si custos, cur nō pseruauit aut custodiuit à peccato? Custodisser, si non assuiffes: necessario & cui non custodit, cum liberū arbitriū dedisset tunc inuauum. Sed custo dit dñs oēs diligentes se. Ecce uenit custos ad reg- rendum non cust oditū. Quidā est singularis, qui- dam est qui descendit & in pericula incidit, qdam est qui uenit, quidam & quidam. Quidā uenit ad quemdam. Quidā uidelicet innominabilis p mul- tudine iniquitatis & uilitatis. Quidam, in nomi- nabilis p altitudine maiestatis. Quidā iustus, qui- dam iniquus: quidam totus sanus, quidā totus pla- gatus: quidam uertitus gratia, quidā expoliatus: quidam uerō & tota uita, quidā semimortuus: q- dam existens deus, quidam homo luteus: quidam supernus dñs, quidā malus seruus substratus: qui- dam redemptor Christi, quidam homo damna- tus: quidam regens angelos, quidā latronibus da- tus: quidā nullo indigens, quidā egens natus. Sed q̄ istorū conuentio? Que conuentio lucis ad tene- bras? q̄ conuentio Christi ad Belial? Quare qdam tam alius, quidā ramimus, in simul conuenerunt? Hoc fecit bonitas alti, qd iniquitas nō merebatur imi. Excelsus dñs humilia & deiecta respicit, susci- tas de terra iniquitatis in uirtute inopē, & de ster- core peccatorū erigēs pauperē. Venit ergo refor- mator imagis ad imaginē deformatā: uenit ergo filius hominis q̄rere & saluū facere qd perierat.

Psal. 120.

Psal. 145

Luce. 19

¶ Sed quō uenit facies iter? Semp iterat salua- tor, semp in peregrinationibus est, p ciuitates, p pla- teas & uicos, per uias & sepes, per latibula & patu- la gradit, ut inueniat qui eū inuenire non possunt. Suae bonitatis est q̄ nos inuenit, nō nra uirtutis.

¶ Sed ubi inuenit peccatores? In terra deserta à uirtute, in loco horroris à predominantē iniqui- tate, & uastā solitudinis à malē agendi libertate. Sed quō uenit? Secus eum.

Luxta est dñs his qui tribulatio sunt corde, & hu- miles spiritū saluabit. Non ueniret secus, nisi prius esset spiritus contribulatus. Et prope est dñs inuo- cantibus eum in ueritate. Non uenit secus, nisi ue- ra ceter inuocatus. Et prope est timentes salutare ipsius. Non uenit secus, cui nō est timor eius. Non aut ociose uenit secus eum, sed uoluit uidere eum. Sed si saluator cognoscit signētum nostrum, scit etiā quōd pulvis sumus. Quid est, & uidens eum? In omni loco oculi dñi contemplantur bonos & malos. Cōsiderat enim saluator multitudinē pec- catorum, & quanto affectu in ipsa dilapsi sumus, cōsiderat immanitatē sceleris, & tēporis diuturni- tatē, obseruat scelerū nouitatē, adiuuentiones in malis, assuefactionē & occasionē, fragilitatē & po- tentiam, ignorantiam & scientiam resistēdi occul- to inuenerit intuitu. Maltiam ponderauit cadē- di, & malorum turpitudinem annotauit, si dolet, si faturus est inferis, si pēnitit, si pponit rebel- lare peccatis, si placet eradicans manus, si uult alli- gari ne ultra sit male peregre: si rāsoria, si ignes, si decisiones puridorū, si emplastra, si caraplasma- ta, si omnia instrumenta, si omēm artis spūalis me- dicinē peritiam patienter suscipere paratus est. & hoc est uidens eum. Non uit enim infallibiliter sal- uator omnium deus dispositionem, uelle, patienti- am aptitudinis, contritionem, dolorem, pēnitenti- am omnium peccatorū, & melius nouit ipse oc-

culta nostra quā nos manifesta nostra.

Et misericordia motus.

Quare motus misericordiae quia misericors est & praestabilis super mala nostra, & propicius sit omnibus peccatis nostris, sanare uolens omnes in- firmitates nostras. Et misericordiae eius est quod non sumus consumpti, quia nunquā deficiunt mi- serationes eius. Et misericordia dñi plena est ter- ra, miserator & misericors dñs longanimis uere. Quomodo miseretur pater filiorū, miseretur do- minus conuersis peccatoribus, qm ipse cognouit, quia fecit, signētum fragilitatis nostrae.

Quomodo misericordia motus? Semp enim misericors est, de nouo sibi misericordia non acce- dit. Quomodo ergo motus? Quia cū peccator in animo suo p pēnitentiā est motus, apparet in mi- sericordia p indulgētiā motus magn⁹. Immutabi- lis em est, & ppheta dicit: Ego de⁹ & nō mutor. In creatura nō sine mutatione mutabilia semp facit.

Uidens igitur supernaturalis curator malorum ista in mente plagati, nec em aliter accessisset, non dedignatus naturę conditā bonū propter ingres- sum uitium, accessit propius ut etiam tangere di- gnaretur. Inuisibilis em est manus, que peccatoris animam tangit, lenit leniter manus uulnera tan- gēs. Medici manus si tāgūt, abstergere uult, & me- dicinē solamine cōsolidat uulnus medici manus, Abstergit deus sua inuisibili manu nostrorū ma- lorum faeces. Consolatur & sit propicius peccatis nostris, quia ipse est dominus deus noster, nec odi- re potest quod per dilectionem creauit.

Remouere uult turpitudinē superindutā in pul- chritudine bona, repellere uult uitii à natura bo- na; satagit alligare legibus, moribus dissolutum, qui solutus à lege, male cessit in peregre. ideo ap- proprias, alligauit uulnera eius. Modus est loquen- di. Inalligabilia sunt uulnera, priuatiōes sunt con- iunctorū & oculorum cæcitas, sed diuisam carnē secatā, in partes confringit. Malefactor in seipso discors factus ē. In se uerō discors, nemini uirtute unitur. Reunited est diuisus, & seclusus in partes re- compaginatus est.

Alligauit eum, ne iterum dissoluatur.

Alligauit non fasciis & institis, à quibus dñs iussit resuscitatum Lazarum solui, sed diuini legi- bus & mandatis, à quibus solutus erat, & agebat- ur in malū, semper pergebat in p̄ceptis. De quibus mādati & ligatione prouerbiator dicit: Cōserua fili mi & c. Infruite incedēs, picula q̄q̄ captabat. Et irretinatē incedentē, inuenierūt undiq̄ mala.

Alligauit eū legibus amoris & collatorum bo- norū, quorū immemor factus, nō repēderat uicē.

Infundit oleum & uinū. Oleū laetitia est. Psalmi- sta dicit: Vnix te deus oleo laetitiae. Et uini laeti- tia est. Idem Psalmista dicit: Vinum laetitiae est. Inuidet antiquus hostis adolescētia hominē, quā affectat maculare delictis. Nouit em quod scribit in sermionibus sanctis: Adolescens iuxta uia suam graditur, & cū senuerit, non recedet ab ea. Tenera em aras cito q̄lificabitur, sed tardē recedit q̄litas in inuētute firmata. Noua ueges reinet saporē & odorē quo primo fuerit inuēta, & testa recēs hoc idem facit. Plicationes ineptae cauentur in his re- bus, que primo aptatur ad aliquānam difficile est in aliā relabi partē. Virgulta & arbuta dū tenera sunt, facilliter torquentur in circulos: desiccata uerō,

patius, incedit liberatus à malo, Oleum ueritatis in-

Psal. 145

Mal. 1

Luce. 15

Eccl. 12

men, fomētum est luminis oleum: uinum uerō, spi- ritus ebrietatem atq̄ feruorē. Expediit in lumine ambulare, & non tepide aut uere cūde agere cura- tū à manu superna, cui nō erat auxiliū ab hūana.

Et imposuit super iumentū suum. J Ipse autem est iumentum & onerans. Prædixerat de ipso Psal- mista: Ut iumentum factus sum apud te. Et Isaias: Et dñs posuit in eo iniquitates oim nostrum.

Duxit in stabulū. J Alicui uult deus scienti diri- gere, subditum fieri delinquentem. Et curā ei⁹ egit, Iuxta sanaretur, ut postmodū di- ceret: Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam salus mea tu es. Vides qm nil legitur dixisse aut fecisse plagatus, sed omnia ipso tacente, custos hominum fecit.

¶ De filio prodigo, id est, peccatore reuertēte. Caput XL.

Confocia similitudine adhuc aliū malē pere- gre uideam⁹, & quibus modis sit reuersus ad patriam. Famossissima euangelij parabola de filio adolescētorū, qui recessit portionatus à patre, fra- tre remanente maiore. Que quauis populum Iu- daicum & gentilem in allegoria demonestret, mo- ralitatem, quam de spiritu sancti licentia intēdi- mus, non excludit. Igitur hic uide processum alte- rius malē peregre.

Adolescētorū filius uoluit portionem à patre, & accepit. Congregauit illam peregre, profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit sub- stantiam suam, uiuendo luxuriose. Post consum- ptionē passus est famem, & adhæsit cui cuidam regionis illius, & missus est in uillam, & pascebat porcos, & cupiebat saturari de porcorū siliquis, nec dabatur sibi.

Non excusat adolescētia, quē accusat scientia.

Non excusat tenera ætas, cui libertas insidit ar-

Non excusat iuuentus, cui præsto est (bitrix, electiua uoluntas.

Non excusat impubertas, qui se nouit secerni à patre.

Non excusat error eum, qui nouit in partem se- cedere.

Non excusat leuitas animi eum, qui nouit p- prium à communi.

Non excusat feruidus sanguis, qui superiorem habere uoluit, atq̄ collegam.

Nihil est quod excuset propria potestate dele- ctatum, sub paternis legibus uiuere recusantem.

Nulla excusat ignorātia, qui nouit quod agit: nulla fragilitas, qui se sibi sufficere credit. Spūali- ter atq̄ moraliter militant ista que dicimus.

Dixit adolescētorū patri: Da mihi por- tionem substantiæ quæ me contingit.

Inuidet antiquus hostis adolescētia hominē, quā affectat maculare delictis. Nouit em quod scribit in sermionibus sanctis: Adolescens iuxta uia suam graditur, & cū senuerit, non recedet ab ea. Tenera em aras cito q̄lificabitur, sed tardē recedit q̄litas in inuētute firmata. Noua ueges reinet saporē & odorē quo primo fuerit inuēta, & testa recēs hoc idem facit. Plicationes ineptae cauentur in his re- bus, que primo aptatur ad aliquānam difficile est in aliā relabi partē. Virgulta & arbuta dū tenera sunt, facilliter torquentur in circulos: desiccata uerō,

ad reſtitudinē nulla facultas. frangerētur em, an- teq̄ redirēt in pristinū statum. Studiū em dæmonis est obseruare hoſes, usquequo capaces sint per rati- onē boni & mali: & semp nititur trahere in par- tem regni sui, ut sub armis iniquitatis affueſcat, & fiat cōtra iustitiā strenui bellator. Ignē facta iu- uentus illecebris carnis, usq̄ ad humationē uicinā ardebit. In scholis diabolicis educat⁹, doctrinam honestā appellabat insanā. Adolescens natus inter mamillas meretricis, abſinthium dixit oim uirtutē. Placent deo uirilia opera: ideo satan eos auertit. Continet una ueges uinū clarū & faeces. Qualificatus uitijs adolescens, uinū clarū inuētutis propinaxit dæmoni, deo aut seniles reseruauit faeces. Redolentem & rubentē rosam portauit in manibus, & olfecit seculo: purentē uerō applica- uit naribus Christi. Propterea Salomon dicit: Ab adolescētia tua addidit sapientiā fili mi, & usque ad canos inuenies eam. Sapientiā illam dixit, quæ nouit placere oim regi regū, quæ q̄ ab adolescē- tia factus discipulus, pudorē dicit, dediscere. Sed uideamus qd adolescētorū iste uelit. Portionem substantiæ quæ eū cōtingebat. Quicquid deus cre- auit, est patrimoniū hoim, nō propter se, sed pro- pter nos cūta creauit, oīaq̄ posuit in cōmuni, cæ- lum, stellas, lucē, ignem, aerem, aquā, terrā, eorūq̄ effectūs. Hoc solū dedit hominibus propriū, per- sonā & liberū arbitriū, ut nullus esset essentialiter persona alterius, aut uellet per uoluntatē alicuius alterius, si se accommodare posset in ordine obse- quēdi, ut nouerit cōperere de lege naturę. Ceteras aut terū quarumlibet proprias qualitates, oībus uoluit esse communes, ut quod est omnium, non fieret singulorum: sed tantum quod est omnium, singulariter participarent singuli, quantum conce- dit ordo iustitiæ atq̄ naturæ.

¶ Quid est quod homo petit in diuino patrimo- nio portionē, quod nouit esse cōmune? Alie se iudicat dignū, qui à cōmuni elicit propriū. Nolebat iste superiorē, nā disponebat re cessum à patre: no- lebat collegā, diuorū querebat à fratre. Vide igitur male agentis inuitū, qui non uult uiuere sub lege creatoris, Collegā non patitur in uita, confor- tē renuit in natura: uult portionē, qui cū deo Chri- sto & sanctis nō uult uitam habere cōmune.

¶ Sed quæ est ista portio? Sibi uiuere, sibi cōpla- cere, sibi esse oīe qd est, in bonis dñi habere nul- lum superiorē aut æqualem, sua lege oīa ordina- re, oībus uti, quæ de cōmuni aerario ac patrimo- nio dñi accipere potest in partem ut etiā semet- ipsum in hanc cōputer portionē. Sed nō erat ista uilis portio eius, sed quam dicebat Dauid: Portio mea dñe, dixi custodire legem tuā. Ista debet esse oim portio, legem altissimi cust odire. Debet esse portio proiectorū hominū in hanc umbraticam uitam, in æternam ingredi nō portionatā. Hoc di- cebat Dauid: Portio mea dñe fit in terra uiuentū, ubi sic uiuit, quod nullus moritur, nō in hac ui- ra, ubi nullus ita nascitur, q̄ nō moriatur. Cogno- scēbat Dauid oim dñm oībus posse fieri partē. Est em deus oīa in oībus, & totū in cōmuni, & pars in speciali, se cundū exigentiam meritorū in singulis. Propterea dicebat: Dñs pars hereditatis meæ. Et alibi: Pars mea deus in æternū. Et Ieremias: Pars mea dñs, dixit anima mea. Deius enim est, qui do- minū non potest habere partem, quod in hac uita

ingen- facta

Eccl. 6.

Psal. 118.

Psal. 141.

Psal. 15.

Psal. 72.

Thren. 3.

propriam uult portionem. Sed quonia culpa pe-
nam habet annexam, uide partem illorū qui pro-
prium nolunt portionem. Inquit Dauid: Ignis, sul-
fur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Iob
24. etiam dicit: Maledicta sit pars eius in terra. Ca-
ret omīno charitas, qui portionem querit. Ipsa
enim charitas non commune in propriū, sed pro-
prium in commune deducit. Et Dauid dicit de ui-
ro iusto, quod dispersit, dedit pauperibus, non con-
gregauit sibi ut proprietarius.

¶ Et accepit adolescens deuius petam portio-
nem. Dedit enim deus hominibus arbitriū libera-
rem. Non cogebat a patre petere aut accipere por-
tionem, scilicet quod uiniuis, quod sumus, quod
intelligimus, quod sapimus, quod sentimus, quod
mouemur animo, affectu & corpore, quod extra
nos propter nos accepimus, quod in nostra pote-
state, libertate, regulatiōe uiueremus, sed cū deo,
subditi deo, adiuti a deo, regulati a deo uiuerem.
Congregauit illam deuius adolescens. Congregat
semetipsum sibi peccator, & oīa extra se sibi con-
ceruat in damnū, & se & sua fecerit ab alijs. Con-
gregauit oīa, ut fortior esset ad malum. Experien-
tia docet, quod aggregata, fortiora sint ex alteruris.
Vult nempe pronus ad malum, ut omnia respon-
deant ad uotum, & cum uocat eas, assumus, ecce
dicant de prauitate hominum mentes, & questum
placitum uult quod assistat ad uotum.

Et peregre profectus est.

Ecce habes aliu male peregre. Ille recessit a Ie-
rusale, iste discessit a patre: ille Iericho, iste regionē
longinquam. Sed dimittamus male peregre con-
centum, mores reprobos uideamus. Male peregre
uadit in peregre. Semper est in peregre, qui recessit
a deo, & cū sanctis habet diuertitū, cum quibus
nostra debet esse ciuilitas, atq; cū deo debemus esse
domestici. Secundum nostram hanc sententiam
Apostolus Ephesios alloquitur, dicens: Non estis
hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorū & do-
mestici dei. Ad esse & ad fieri, uerba ista se habet.
Ad esse per fidem, ad fieri per mores, ut non male
peregre simus, sed p debitos mores ciues sanctorū
& domestici dei permaneamus. ¶ Sed quō
peregrinatus est?

In regionem longinquam.

Ecce si uoluisset, potuisset ppe manere animo
& moribus, & pppria potestate segregatus a deo.
Regio aut longinqua non stadijs, non digitis, non
interuallis, non interiecto mari, non interpositis
mōtib; aut planitijs est, sed regio est umbre mor-
tis, regio egestatis, regio dissimilitudinis. Nō que-
rant localia spatia p regione lōginqua. Dicit em
scriptura: Caelum & terram ego impleo. Nec inter
bonos & malos pro secretionē stādum est spatij.
Ecce in una ciuitate Iudaeus & Christianus, fidelis
& paganus, in una domo bonus & iniquus est, in
una mensa, in una camera, imō saepe contingit in
uno lecto. Sed dissimilitudo religionis, fecit lōgin-
quitatem regionis: dissimilitudo legū, dissimilitudo
cultus, dissimilitudo morū atq; uitorū. Dissimili-
tudo uerō ista non ex coloribus est, nec ex his que
oculis subiacent, nō ex sonis, nō ex odoribus, non
ex saporibus, non ex tangibilibus, nō ex quantis,
aut cōmunitur accidentibus, sed inuisibilis est, ue-
runtamen inuisibiles actus habes dissimiles, put a

Eph. 2.

Iere. 33.

dissimilib; affectibus aut intellectib; ipsi pcedit.
¶ Statuamus igitur duas inuisibiles regiones,
unam bonā, alteram malam, dissimilitudinē oīm
habētes, & duos homines in actus omīno dissimi-
les exeuntes, sed intantum similes, inquantum re-
gina tenebrosa hypocritis ingredere in altera re-
gionem. Habet em ista in similitudinē bonorum
adducere actus suos, abintus iniquitate regnante.
¶ Una est regio uirtutis, altera uitijs: una pacis, al-
tera discordiae: una lucis, altera tenebrarum: una
sub diuinis legibus uiuit, altera in proprijs directi-
onibus regnat.

¶ Una proximi diligit ut seipsum, altera contem-
pro proximo, solum diligit seipsum.

¶ Una praefert cōmunia proprijs, altera propria
communibus anteponit.

¶ Una uacat laudibus dei, altera delectationibus
mundi.

¶ Una in suis interioribus habet gaudium, altera
semper quaerit ab extra solatium.

¶ Una temporaliter gemit, ne in aeternū luceat:
altera tēporaliter plaudit, ut in aeternū plangat.

¶ Una in abstinentia degit, altera uentri seruit. Et
ut perstringam, una omnibus uirtutibus studet, al-
tera uitijs omnibus commendat, ad quam male
peregre recessit in peregre.

¶ Longinqua est ista regio a regione uirtutum,
quia hic diabolus, ibi uerō regnat altissimus. Sed
de recedentibus ab oīm conditore, Dauid dicit: A
lege aut tua longe facti sunt, ut nō tuis, sed suis le-
gibus uiuerēt. Sed attende paulisper. Longē a pec-
catoribus salus. Quare? Quia iustificationes uas
non exquissitū. Sitiūt in terra longinqua, in quā
abierūt. Ierū scriptura dicit: Dñe, oēs q; elongant Ier. 1.
se a te, peribūt. Quare? Quia perdidit omēs qui
fornicantur abs te. Vide altissimi dei nostri iustissi-
mam retributionē, ut qui longē recessit a deo, lon-
gē sit a salute, quia in eo solomodo salus. Et meri-
tō perēit, qui elongabitur a uita: quia qui noluit
benedictionē, elongabitur a deo. Nō uult benedicti-
onem filiorū, qui recedit a patre. Nec benedictio-
nem oīm humilium animarū atq; dextralium, qui
ad uitorū sinistrā cum haecis lasciujs accessit, sed
induit maledictionem sicut uestimentum.

¶ Sed o male peregre fili, quare recessisti a pa-
tre? O anima deprauata, quare te elongasti a deo?
Audite dñi disceptionē per Ieremiam cum po-
pulo suo: Haec dicit dñs: Quid inueniunt patres
uestri in me iniquitatis, quia elongauerūt a me, &
ambulauerūt post uanitatē, & uani facti sunt: Igi-
tur qd iniquitatis habet altissimus, cū nemo sit bo-
nus, nisi solus deus? Est ne ipse inuidus? neq; aequa-
lem neq; superiorē habet, ad quos solet esse inui-
dia. Est ne superbus? Omibus dñatur, uolentibus
& nolentibus. Et ipse creauit quibus dñatur, non
ad sui magnificentia, sed ad nostram futurā glori-
am. Est ne auarus aut parcus? Omnia possidet, & ni-
hil sibi minuitur cū largitur. Est ne iracundus? Nul-
lae passionē deitate attingunt. Est ne maculatus?
Incorporeus est & incoraminabilis. Dicit forte:
Punit, flagellat. Et hoc ut nō discedas ab eo, aut si
recessisti, recedas ad eum sine quo nunq; & nullū tibi
bene, semper & ubiq; tibi male succedit. Quare te
lōgē fecisti a deo? quare ambulat post uanitatē,
ut uanus effici cereris. Vacuū est qd uanū est. Vacu-
us est, qui non faciat aut replet pacifice nisi deo.

Plal. 118.

Plal. 77.

Iere. 1.

Cum meretricibus uiuendo luxuriose.

Ad litteram multoties sic in rebus tēporalibus
agit, & si allegoricē ista tractare, alius esset sensus.

¶ Sed quae sunt istae meretrices, cū quibus se ho-
mo contaminat, & membra Christi facit membra
meretricis? Si de carnali coniunctione agitur cor-
porū, notus est sermo. Sed aliae meretrices sunt que
mercedem accipiunt: nam a merendo sic appella-
tae sunt, quae oīm nostram substantiā a deo nobis
datā, exhaerūt, & de nostris marfupijs nūmos ex-
trahūt, q̄s accepimus ad peragenda iter in caelum.

¶ Sed alius male peregre incidit in latrones, iste
in meretrices, quae sunt secundū subliorē senten-
tiam, sciētiae seculares, sciētiae philosophicae, quae
ipsarum amānitatem mulcētes animū, multos deu-
iare fecerunt a tramite ueritatis, & inter māmil-
las syllogisticae formae naturalis doctrinae, quae ui-
dentur lac propinare dulcedinis, retinuerunt mul-
tos suis cōstrictos amplexibus, ut diuina mysteria
in opere creationis, atq; nostrae redemptionis acta
non crederent, aut de ipsis minus q̄ deuote senti-
rent. Et nō solum extra Christianam religionem,
sed in ipsa plures mathematici sunt reperi, qui ra-
tionalem creaturā arbitrio liberam, ppter quam
facta sunt astra, uoluerūt a strorū legibus necessa-
rio mancipare: ut hominū uarietas & morum dig-
ueritas, quae diuinā prouidentig nobis in cognita
lege peragitur, ac etiā liberi arbitrii uolūtate perfi-
citur, necessariō sit ex astris: & sub fatalibus regulis
dicunt omnia fieri, nihil diuinā uolūtate referuan-
tes atq; hominum liberā rationi.

¶ Sunt meretrices heresiae sententiae, quae tan-
ta illecectione pollere uident, ut ab ea ueritate auer-
tant animū, quae rationibus redditis nō picipit.
¶ Sunt meretrices hominū blādimenta, & mun-
di oblectamēta tristitia suauia praestāt, Et uelut lu-
das osculo tradidit Christum, sic mundus suo suauis
uio, dāmonibus tradidit Christianum, intantum
dicens: quēcumq; suauia uero, ipse est uester, tēne-
re eum. Et meretrix magna ipsa sensualitas, cui qua-
serē fornicantur carentes aut dignitate fulgētes.

¶ Sed uide quid scriptura sacra contra huiusce-
modi meretricios actus disserat. Prohibebatur in
ueteri testamento, ne aliquis sacerdos duceret scor-
tum in uxorē, & suuamus sacerdos similiter phibe-
bat, sed uirginem de populo suo. Christianus sum,
in fide loquor, a spiritu sancto accepta licentia, qui
docet oīm ueritatem literale, allegoricā & mora-
lem: dico neq; summū pontificē, neq; ceteros de-
bere dare operam philosophig aut artibus. Nemi-
nem ex eis uidi, aut auditū aliquando ad fidē con-
uersum. Ecclesiā dei non uidi ex hoc in aliquo tu-
tam, & quo magis per rationes naturales seuellet
tueri, aut quempiam prouocare ad fidem, eo am-
plius minueretur fidei fortitudo. Legi huius orias
ab initiante Christo ecclesiā, quot & quot legere
potui, legi conciliorum acta, legi philosophos, le-
gi passionē certatorum & certantium pro fide in
tormentis, pœnis, exilijs, per sanguinem & mortē:
& nō repperi repugnāse aduersarios nisi per phi-
losophicas rationes: non comperi adduxisse ali-
quem ad fidem per syllogismos & quaestiones. Le-
gi disputātes doctores, cōfessores, cōnobitas, ana-
choretas, & nihil in eis, pro eis & pro alijs utile re-
peritur per inanem philosophiā. Imō quotquot

Mat. 26.

¶ Dissipauit substantiam suam. Merito conque-
rebatur Dauid: Tempus faciendi domine, dissi-
perunt iniqui legē tuam. Modus est loquendi. Lex
dei dissipari non potest, sed cum per iniqua opera
ei resistitur, non lex, sed mores q̄s p̄cipit, dissipant.

¶ Sed quae maior est iniquitas, quam cū lex que
debet fieri, dissipatur? Adolescens erat iste, adole-
scens & tu. Tempus adolefcentiae, tempus est faci-
endi. Dissipauit iste omnem substantiam suam, dil-
spas tu domini bona. O uinam uox mea in auri-
bus omnium iuuenum resonaret, non mea tantū,
sed Dauid, & intellectu & affectu p̄cipere, quo-
niam tempus eorū tempus est faciendi, in quo ipsi
dissipant legem dei. Enutriti in delicijs, philocapū
umbrosi atq; limosis amoribus, inebriati uino lu-
xuria, omnem in suis corporibus turpitudinē ex-
ercentes, intendētes suauitatibus, gulofitati ope-
ram dantes, insuuiti, omni uanitati subijcētes
corpora Christiana, mēbra redempta Christi san-
guine, abiecta uerecundiae lege, ut ille dicatur p-
bior, qui audacior fuerit ad malum: & ille maiori
laude funesta se subleuet, quo in plura mala dil-
spis, aut quo minus defuit potentia peragendi.

¶ Sed tempus est fugiendi, quo te mundus ama-
nus insequitur.

¶ Tempus est resistendi, quo te mala occupare
concerant.

¶ Tempus est abstinenti, quo in te furibundus est
sanguis.

¶ Tempus est disciplinē, cum uirilitas corporis in
libidinem spumatur.

¶ Tempus est cautela, cum te illicet morbida ca-
ro, cum tibi ardidet uenustus aspectus, cum petu-
lans oculus nutibus tecum ludat.

¶ Tempus est prudentiae, cum prudentissimus ini-
micus atque inuisibilis tendicula parat abscondit
in omnibus pedicam, & infra tui corporis domum,
occulum habet decipulam.

¶ Tempus est temperantiae, cum te placita mul-
ta quaerunt.

¶ Tēpus est fortitudinis, cū non cessat congressus.
Tempus est iustitiae, cum seruire potes amato.

¶ Tempus est doctrinae, cum discere sane uales.

¶ Tempus est orādī, cum lingua non errat, cum
genua hēctere atq; uiriliter erigere potes.

¶ Tempus est agendi, cum astitit potētia clara.

¶ Haec omnia fenectutem effugiunt, ut chronica
experientia mōstrat. Eorum tempus est quiescen-
di, consulendi atq; meditandi. Cōfecta senio mem-
bra fortitudo relinquunt: pallentem aspectum rubi-
cundus aspectus nō appetit. In rugata facie pro-
tenta non delectatur. Caput canū, capilli flauī de-
uiliant. Veteranos militando prohibet imperialis
maiestas. Princeps huius mundi diabolus, non ni-
mis curat senes, quos scit contra deū in suis castris
diu militare nō posse, nec scit fortia esse membra,
quae possent plenē in arma iniquitatis conuerrere.
¶ Non tamen intermittit hostis antiquus, quin se-
nes quos potest, teneat auaritia ligatos, aut obsti-
natos mente pro amoribus, in quibus in iuuentu-
re habuit strenuos bellatores. Igitur o iuuenes, q̄-
pus uestrum tempus est faciendi. Non ergo pra-
uis moribus dissipetis legē dei: quia in cuius corde
lex dei est, nō supplantabunt in aeternū gressus eius.

¶ Sed quomodo dissipauit substantiam suam?
¶ Ut frater eius impropere,

ista scientia fuerint imbuti, Christianitatis titulum cognoscetes, libellum huic meretrici debere repudij, accipietes uxorem virginem de populo sancto dei, scilicet fidelem scientiam, non corruptam sophismatibus atq; garrulitatibus dialecticorum, non astralibus decretis infectam, non contentioni bus ferventem, de creatione mundi, de potentia dei, de sapientia dei, de bonitate dei, de providentia dei, etiam usq; ad minima nostra, contra eos philo sophos qui intellectum dicunt diuinum uilesere, si haec minima prouideret, sed oia humiliter adoran tem & uenerantem. Populus enim dei, popu lus est uirtutum, de q; accipienda est sacerdoti uxor.

Iosue. 6.

Sed meretrix hierichontina a cessit in populu dei, & facta est uxor unius principis tribunalis, sed no iam meretrix scientia illa, sed tota cooprata uirtuti, tota conuersa in populum uirtuosum, ut etiam si lios generet in spiritali genealogia saluatoris.

Nec pro tato dicimus legitimo Christiano debe re dare operam huiuscemodi scientijs, si no dedit: gentilium enim sunt, no Christianorum: sed scici nit ad sanctitatem & uirtutem conuertere, si qua nouit. Forte in his quae dicitur aduenio, aut ad turbatione, aut in admiratione legentē induca.

Studium autoris in adolefcentia quale.

Iuuenis sui aliquali doctus ingenio, intende bam his scientijs sicut coxanei mei, credēs ex his placere altissimo, atq; sic debere perfectā uitā p-agi. Cum uero omnes collegas meos uiderem in hac tenebrosam uoragine proflire, accidit quoda die in meis teneris annis, me ferentē omnes ferē libros naturales sub chlamyde, ut summa dili gētia repeterem quae audieram a doctore: & cum interrogaret me, qui creditis ab omnibus sanctae uitae, dicens: quid est hoc quod defers frater? libros naturales me ferre respondi. At ille: No est hec uia tuta, neque uocatio tua, nec uerorum Christiano rum intendere natura, sed gratiae. Verbis quoque completis, t̄ra celeritate mutatum est cor meum, ut si uoluissē, non potuissē aperire codices na turales, nec etiam ex iussu aliquid ex eis memorig commendare: atq; quod magis mirandū erat, por ta intelligentiae claudēbatur: disponente deo, ad theologica me conuertī, illis omnino dimissis, in quibus frustra sudaueram atq; disposueram desu dare: & aliqua luce ueritatis perfusus, puro & cla ro animo intellexi meretrices esse inuisibilis ani mi omnes istas scientias, animam indeuorā & uo lantem per aera constituentes, & denegantes su is peritis uia humilitatis in fide, atq; in moribus sa pe. Vidi etiā secreto mentis intuitu in eis recurra tum, omnino etiam inuite orare uolentē, & quod horrendum est, gratiae initium deficiebat in natu ra, & geometrizarat corporum quantitatem, qui sibi inuit immensuratus. Er astra & ipforū orbes & orbiculos & reuolutionem reuoluebat in ani mo, dum se sponderet altissimo supplicare. Nem inem audiui, nec uidi deuote atq; humiliter inter dentem ad euāgelij ueritatē, talibus meretricibus sedulo implicatū, nisi repudio mācipauerit. Procul dubio plerunq; a deo faciunt animam fornicari. Sed dicit scriptura: Perdidisti omnes qui fornicant abs te &c. Barbarus sum omnibus qui horum quae dicitur, intrinsecam experientiam non uiderunt, & appellor fatuus a talibus scientijs fascinatīs, sed ueritatem nouit altissimam, & ipsi uidebunt eum cum dūte fuerint. exacti, quod talibus

Plal. 72.

uanitatibus se dederunt. Incomprehensibilis nisi per fidem est ueritas, quae liberat nos ab omni ma ligno. Turbabuntur a facie intima ueritatis, quae non explicatur lingua, nec uidetur oculo naturali qui haec audierint, sed auferunt ab eis spiritus in telligentiae ipforum, & deficiunt corā ipsa, & con uertentur in puluerem terrenorum, rapiendum a uento uanitatis, ut uentus tempestatis & turbinis uentilet in aeternum. Insuper uultu pro caeci, meli us est sic intendere q; uagari, tali alligari studio, quam saepe prodire in publicū, & a uenustis afe ctibus illici, & a uariis delectationibus capi. Audā ster affirmem, nihil esse bonum comparatione pe ioris, imo strictius dixerim, nihil est bonum quod comparatur bonitate carenti. Comparatio enim bonitatis in utraq; parte asserit bonitatē. Rescul po in meipsum forte, quod uerba hec aliorum uer bis retunderentur, & ualidiores rationes his rati onibus redderent. Quin nī? Amplius autem, & quod scriptura recompingitur a scriptura, ualeat utiq; quod proferatur. Sed o utinā inuenire aur in uenissimē mecum catholice contententem ex scri pto firmato, no uariabili aut nugaci uerbo, quod aut per rationes fidei cogere negare fidem, aut remouerem ab artibus & philosophis uerbulosis, Vr autem contra has meretrices quadam appella tione concludam, perfectionis quoslibet professo res, prauaricatores, relaxatos, impuros assero, si cum his meretricibus affectu & intellectu atq; iu gi studio cōturbantur, nec professioni opera per fectionis adiciant. Plus autē in talibus damno sa experientia, quam mea querimonia clamat, Oportet omino perfectioni lectionis & orationis inten dere eum qui perfectionem promissit, & alijs qui buscunq; poterit ipsam firmare operibus iustis at que perfectis. Qui autem dixerit & dicunt ueram theologiam non posse concendere nisi per istam scientiā, similes facti sunt uadicatoribus turris Ba bel, qui per altitudinem turris credebant in super na concēdere. De meretrice autē haec pra uitatis, quae multos in fornicatione auerfionis ad duxit, perhibet or dicit: Fauis distillas labia mer tricis, & nitidius oleo guttur eius. Nonissima autē illius amara quasi abinthiū, & lingua acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Per semitam uitae non ambulat, uagi sunt gressus eius & inue stigabiles. Dulcia sunt haec haec uerba, uelut fa uus melligenus. Nam si dulcia non essent, non au direntur, neq; traherentur in animae intrinsecum gustum. Merito haec meretrix appellat, quia illa ad illudendum omnes transeuntes inuitat, & sterilitate demulcet quem accipit ad uenas. Sic & haec omnes quos possunt, ad se conatū at trahere, omnem corpus existentia, attracti pre stant ad usum, ut ea sterilitate loquendi qua dece pri, ipsi decipiant: quorum labia totā quam se cre dunt habere dulcedinem, non effundit, sed distil lant, ut audius audiantur, & accendant ad doctri nam intentus auditorum. Sillas erogant, sed co piofam asserunt reseruant dulcedinem, quasi apud eos maneat multitudo doctrinae. Guttur ipforum oleo nitidius dicitur, quia omnis puritas lectitiae, ni tiditas luminosae scientiae, opus misericordiae, hu militatis, pfundae in eorum doctrina uidetur ple

Pro 7

num consistere, quae per oleum designatur: quod diligenter inspicenti scripturas, pater. Nouissima uero haec uerba, amara sunt: quia nihil amarius, q; ex falsis doctrinis relinquere dñm Iesum Chri stum. Acuta ipforum lingua, ut gladius biceps: quae corpus & animam, affectum & intellectum tran snerberat. Omnis autem ipforum itineratio atque adhaerentium, a uia uitae declinat: festinatq; in mor tem culpae pariterq; & poenae. Et tanta loquēdi & uiuendi uarietate uagantur, ut comprehendere non possint, inuestigare nequeunt, bifurcate loquuntur, seminerba pronunciant, diuersos intellectus im ponunt, unde decepti decipiunt.

Meretrices amenas, scilicet mundi oblecta menta & sensualitatem, descripsit Salomon, dicens: De fenestra mea per caelcos prospexi, & uidi par uulum uocordem iuuenem, qui transiit per plateas iuxta angulum, & prope uiam domus illius gradi tur. In obscuro ad uesperefcente die, in noctis tene bris & caligine, ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio, preparata ad capiendas animas, gar rula uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo consistere pedibus suis: nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians: apprehensumq; de osculatur iuuenem, & prociat uultu blanditur, di cens: Victimae pro salute debui, hodie reddidi uo ta mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desi deras te uidere, & repperi. Intexi funibus lectulum meum: strauitapeibus pisces ex Aegypto: aspersi cubile meum myrrha & aloē & cinamomo. Veni, inebriemur huberibus, & fruamur cupitis ample xibus, donec illucescat dies. No enim est: uir in do mo sua, abiit uia longissima, sacculum pecuniae se cum tulit, in die plenilunij reuersurus est in domū suam. Irretruit eum sermonibus multis & blandi tijs labiorum protraxit illi. Scatim eam sequitur quasi bos ad uictimā ductus, & quasi agnus lasciu iens & ignoras: & nescit q; ad uincula stultus tra hatur, donec transfigat sagitta iecur eius, uelut si auis festinet ad laqueū, & nescit q; de periculo ani mae illius agitur.

Quae omnia quauis actu saepe faciat meretrix impudica, tamen magna fornicationū mater, car nis nostrae materia, uisibilibus atq; sensibilibus in tenta est, infructua meretrix, & mulier inuere cun da: quae ad suum ornatum omnia disponit, mundi oblectamenta suscipit, prope cuius domum infini ta hominū graditur multitudo: sed ille, cui suo me rito irarus est dominus, in cedit in eam.

Habet ista meretrix domum, habet uiam, ha bet plateas, habet angulos, habet garrulitatem, ha bet impatientiam, habet oscula, habet uultum pro cacem, habet uictimas, habet lectum intextum funi bus, habet Aegyptiaca tapetia, habet cubile se cretum, habet asperiones aloeticas, myrrhatinas, & cinamomicas, habet hubera, habet amplexus, habet diuitem uirum, habet blanditias labiorum.

Domus eius, est ipsa creata natura, in regulis originalis iustitiae ordinata: q; natura pacificum mo dicis, contentatur & paucis: nec secundum iustitiā postam, in superflua quaerit egressum. In qua non ualeat consistere meretrix, scilicet sensualitas impu dica. Egre ditur foras terminos rationis atq; iustae necessitatis, & in mundi plateis, scilicet in latitudi nibus ponit insidias, nunc iuxta diuerticula angu lorum deceptionis laqueos parat. In plateis deci

pit, cū multitudine delectabilium pandit. In an gulis decipit, cum per obliquitatem occultam & singularem turpitudinem, rationē inscit. Via ei est, quae sibi uidetur iusta, pro eo q; per eam plurimi sic cedunt: & multitudine male uiuentiū, quasi p quendam uiam publicam decipit, ac se iuste fecisse tuetur. Garrula est, si non habet qd quaerit: & gar rulitate uerborum tendit in placita, ut garriendo percipiat quod silendo non possit.

Impatiens est ista meretrix inhonestā, quousq; obtineat quod concupiuit. Et semper per impati entia diuerberat se, si non percipit placitas suis sen sibus qualitates: & quietis semper in animo, cum per rationem se regere non uult, efficitur impati ens, & bella uariarum appetitionum inducit, quae si multos ex toto non deicit, sine quiete uiuere facit, ut etiam sapientes & senes, & uniuersos usq; ad mortem ipsa sollicitet. Quem uero circa se depre henderit ambulante, & intendente in his quae sunt de funestis iribus eius, uelut iuuenem caren tem cordis prudentia, qui secundū Salomōis mat datum, cor non omni custodia custodiuit, dulciter male suauit, & quadam perniciofa uultus audacitate decipiendo blanditur, ac si cum magnis uotis & desiderijs quaeuisser: & statim de lecto male q; eis pronunciat.

Sane ad aeternam damnationem quiescit, q; re quietescit corde & animo in lecto laetifero terrena rum atq; carnalium uoluptatum. Sed intextus est funibus lectus, quia peccatorum suorū funibus uulsiq; confringit: & intextus est funibus lectus, quia nulla sensibilis & carnalis delectatio est du rabilis super terrā, sed uelut funis in fine marcescit.

Aegyptiaca profectio & depicta tapetia, quib; pauimenta zetarum & parietes obteguntur, ad or natum cubiculi & delectationem oculatorum, pro pter uarietatem nimiam picturarum: insinuat ari ficiofas & exquisitas adinuetiones pessimas in pec catis, quarum uarietate delectationum anima reatutur illecta, nec uelit refurgere delecto, ubi facit turpiter delectata.

Secretum huius impudice cubiculum, ipsum est absq; testimonio malum, ut eo sit liberior delecta tio, quo testibus caret: & delectationis fiat augmē tum, quo deuitauit hominum peruersa libido cons pectum. A sperfum aromatibus pronunciat, uelut si no eēt corruptibilia bona uisibilia huius mūci.

Amplexus huius, sunt inseparabiles affectiōnes ad uolita, ut nisi per mortem raro separatio per li beram uoluntatem fiat: sed stercorea est amplexio a foris, qua deturpatur anima in oculis. Subacta uero hubera meretricis, sunt uenae dulcedinis: quae si debite secundum legem naturae atq; originalis iustitiae deprimuntur, elicitur necessarium uitae bu tryum. Concessum est namq; omni uiuenti iusta lege uti bonis naturae. Si autem foriter emungunt, sanguis elicitur peccatorū: quia si quis hubera natu rae lac uitae propinquant, plus debito exprimit, peccatum omnino committit. Praefruiuit in usu concessorum profecto delictum, si diuinorum lex transgreditur decretorum.

Labiorum uero blanditiae, sunt sensuales alle gationes sub umbra condescensionis, aut pro tem pore iuuentutis, aut in statu assumptae, non in iuste necessitatis, aut infirmitatis, aut sub scuto bonita tis diuinae, quasi delectabilia no produxisset ad ali

Pro 5

ud, nisi ut sensus delectaretur humanus, quibus homo facilliter irriterit, difficilime uero dissoluit. Vir eius, uniuersorum dñs: qui non uidetur esse in domo, dum impunitè malum patitur fieri. Cetera uero huius metaphorice locutionis, ad actionem mali & auctoris periculosa disponuntur.

¶ Vide scorta, uide meretricios intellectus, affectus & actus, cum quibus malè peregre diuinum patrimonium dissipauit, uiuendo luxuriose, ut omnia qua potuit uoluptate frueretur: ac per hoc statim sequitur fames. Non habet quod manducet: & patrimonio consumpto, inedia inualefcit. O malè peregre filii, iam patris impedimenta ueratis: non patereis, si non recessisses à patre. Iam te cõficat fames, abundantia relicta paterna. Premeris inedia, qui tuus esse cupisti. Edispim patris, à lege deuius alta. Non sufficis tibi, ope relicta paterna.

¶ Diuinorum bonorum & honorabilium contemptores, audite: Fames est ualida in religioe longinqua, non panis & uini, dicite propheta, sed audiendi uerbi dei. Doctrinam non appetit criminosis uoluptatibus deditus. Odit salubres monitus, qui non est adhuc satiatus in inferis: uerba dei reputat cantilenam. Inimicus sibi factus ex suis perditis moribus, uerba pacis ad deum contempsit. At nulla crudelior fames, quam à uirtutibus abstinere. Miserabile fit ieiunium, deficiente pane uirtutis, atq; uino lætitiæ spiritualis. Tabescit aia in mensa malorum, famem semper patitur mala uoluptas: quo plura mala comederit, ad reliqua fit audior. Nunquam satis est, cui pro nihilo reputat: est deus. De genere maledictionum est fames, quas per Moysen, derelinquenti eum populo, dominus repromissit. Dicit enim scriptura: Mittere dominus super te famem esurientem, & increpationem in omnia opera tua que facies, donec conterat te & perdat uelociter, propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me: ut causa suum effectum præcedat, culpa supplicium. Non est adinventionis diuinæ querelam quam deum: nos adinuenimus huius uiam erroris. Non est diuinæ doctrinæ quod recedamus ab eo: nos adinuenimus inueterata mala. Causam recessus non dedit omnipotens: nos adinuenimus deuiationis causam. Non cogit recedere, qui funiculis amoris omnes ad se trahit. Nemini dixit, de domo subtrahe pedem, satiatus sum, odio te, nemini scandalum duplicentia preparauit, tua fuit adinuentio, ut abiret in regione longinquam. Non adinuenit mala deus, qui bonus bona cuncta creauit. Adinventiones malorum pessime hominum sunt, in quibus relinquimus deum: propter quod super relinquentes, fames iuste dimittitur diuinorum eloquiorum: quorum abundans sapor, est super mel & fauam. Et esurientem, qui recessit à pane uitali: arefcit in siti, qui fontem aquæ reliquit, ut dissoluta non necesse est profugus à uirtute, ut cõficiatur inedia, ratio sana docet. Alienus ab illo, sine quo omnis est malè peregre, non solum extra se, sed etiã in se increpationem suscipiat à ratione arguente, conscientia torquente: quoniam omnia opera mala sunt, quæ summi dei legem effugiunt, ut tandiu afficiantur cruciatibus his peccatores, donec conterantur & perdantur cum demonibus uelociter desuper terram, nisi conuersi ad dominum respiciant. Er peccatores famem patiuntur ut canes, nec saturantur dum mundi ciuitatem circumcunt, nisi ad

Amos 8.

Deu. 28.

dominum deum reuertantur unde exierunt. Sed hic malè peregre malorum typum in omnibus secum portans, ad mala specialia se constrinxit.

Adhæsit profecto uni ciuitati regionis illius umbrosæ, aliquo peccato speciali se ligatione seu delectatione ligauit in fœdere. Non enim quis sufficit omnia mala in eodem instanti atq; actu peragere. Nec non & sæpe uidemus, quod huic hoc uirtutum, illi uero aliud magis in placito est, cum quo est fabulatio sua, & tota complacetiã sensualis, etiam si interdum cetera mala prætermittat. Seu forte aliquis demon accipit in eum districtius potestatem, qui misit illum in uillam suam, ut pasceret porcos.

¶ In uilla rustici sunt, in ciuitate urbani. Meritum efficitur rusticus, qui dimittit urbanitatem celestem, quam uirtus & gratia darent.

¶ Et pascit porcos. In rusticitate sensus emittit, & uoluitur in ceno uitiorum, fetorem ostendens etiam ad coæuos, ut conuersatio sit horrida ratio, humanis infesta aspectibus. Urbanum facit ad celestia hominem deus pater, uitium uero facit cum omnibus dissuauent.

Et cupiebat implere uentrem suum de filiquis, quæ porci manducabant.

¶ Credit sæpe peccator se contentum fieri ex corruptis, & animam in corpoream corporalibus adimplere: sed negat natura spiritualia corporalibus & corporalia spiritualibus posse repleti: ac per hoc nunquam creaturis replebitur anima, quæ creatoris est capax, quo non plena, aut in esurie, aut semper erit in pœna.

Et nemo illi dabat, quia uacuum per uacuum natura non implet: & sibi insufficientis, nemini saturatus erit.

¶ Ecce duos malè peregre, utique in malo & in auersione concordēs. Ille descendit à ierusalem, iste recessit à patre: ille in ierichontinam defectiõem, iste in regione longinquam: ille incidit in laqueos, iste in meretrices: illum ex polluerunt, istius bona dissipauerunt: ille pertulit uulnera, iste famem: ille semiuuus relictus, iste semper in saturatus. Sed istius reuersionem uelut magis insignitè, sedula mente tractemus.

¶ Reuertitur malè peregre ad rationem, abundantiam paternæ rememoratur domus, se petite cognoscit, deliberat reditum, disponit contenti peccatum, & humiliat se appellans indignum, postulat gratiam supra condignum. Vide reuersionis processum, iste in se reuertus, dixit ire. Reuersio, ad relicta. Quis autè est, qui seipsum relinquit, aut quod pergeret, si semetipsum relinqueret? Quis modus loquendi quæ loquendi ratio? Extra se ierat, qui ad se reuertebatur, non corpus extra corpus, non anima extra animam, sed forte anima extra corpus. Nam Paulus apostolus raptus, siue in corpore, siue extra corpus, anima peragrasset, se fatetur ignorare: attamen tempore raptus, anima corpore non utebatur. Et legitur ad se reuersum, & animam corporis usum resumpsisse. Petrus uero cum per angelum educeretur de carcere, propter modum mirum uidebatur sibi usum uidere per somnium. Et in se reuersus dixit, quod uerè deus miserat sibi angelum. Quò ergo ierat Petrus, quando est adu-

ad se reuersus? Ipse uerò ambulabat, & anima corporeis motibus utebatur. Sed talis loquendi modus, magis innotescit experientia quam scriptura. Fit sæpe repente ex aliquo accidente tantus timor, ut animas per unque alienetur à sensibus, non tamè relinquitur corpus. Ex nimio dolore corporis aut rei perditæ, illud idem comperi euenire, nec non ex inualefcite infirmitate. Ex amore nimio scio extasim fieri: ex contemplatione animas rapi, non reuocatur in dubium, procuratore artificioso, pro incidendis ad sanitatem membris, ars ipsa demonstrat.

¶ Captus qui dam, me præsentè, à iustitia merito suspendendus, sumptione potionis cuiusdam intrantum obstupuit, ut de carcere in mortuus traheretur: & tali fallacia, ut mortuus, euasit mortem. Arrestus nimio somno, excepto quòd caler, mortis habet imaginem. Et horum quilibet, peracto termino, cum reinceperit corpore atque sensibus uti, dicitur ad se reuersus.

¶ Sunt & alij modi, cum quis utitur sensibus, & acie dicitur recessisse, aut cum fortiter agitur ab ira, aut cū nimio uino mader, seu cū defossa ratioe, nõ sequitur quod ueritas iubet, aut sequitur quod ipsa condemnat: siue arreptus à demone, uerbo, moribus aut actibus quòd hominis est excedit: aut amens factus, se in suis gestibus non cognoscit. Ac per hoc quantum ex omnibus his modis ad peccatorem possit similitudo deduci, ex tribus tantum posterioribus malè peregre, aut peccatorem, ad se dico reuersum. Nam de fœdit rationem, nec ueritati obedit qui recedit à deo: & malorum efficitur autor, & agitur à demone, & uelut non mente sanus, in læta cõplectitur à quibus recedens ad se reuersus dicitur. Iuxta quas sententias per Isaiam dominus dicit: Redite præuicatoribus ad cor, recordamini prioris seculi.

¶ Redit ad cor, qui per compunctionem malè actorum in seipso reuiuiscit, & discutit conscientiam suam, quia propria uoluntate sua atque peruersa recessit à deo, & pœnã quã iuste mereret agnouit.

¶ Redit ad cor, qui benignitatem expectantis atque miserentis aspectu, ex uidet se seruissè sepe peris iniquis.

¶ Redit ad cor, qui ingu diabolici excussit à collo.

¶ Redit ad cor, qui peccatorem euasit tenebras, & cuius menti ueritas interlucet.

¶ Et prioris seculi recordatur, qui perfecte dolet de bono innocentia quod amisit, & cognouit, quã bonum ei fuerat in dei uoluntate inculparè mansisse, quã iucundum habuisse consortia cum electis, & omnium participium tenuisse bonorum. Et irremediabilis est calamitas, fuisse imperatoris amicum, ad inimicitias deuolutum, nisi fiat regressus in idem. Inconsolabilis debet esse tristitia ei qui seculum habuit inculpatum, sed cauernam peccatorum inhabitat.

¶ Sed recordetur prioris seculi quicquid delinquit, non ut sterilitè doceat, sed ut nitatur in id regressi unde malè corruerat. Et quantum nequit fieri, quòd peccator non fuerit qui peccauit, tamen uoluntatem recuperet innocentem, qui nocentem habere uoluerit actionem. Igitur reuocetur ad cor, & prioris seculi recordetur, qui se deliquisse fatetur. In corderatio uiget, & omnis uirtus solum percepti-

bilis intellectu: corq; petit à nobis, qui omnium gubernacula tenet. Fili, da mihi cor tuum. Cordi loquitur. Osee dicit: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Et alibi: Loquimini ad cor ierusalem, & aduocate eam. Proinde non recedere à corde, dominium est uirtutis. Ad cor cito redire, uirtutis est probitas. Qui nõ recessit à corde, semper fuit in dei regno. Ipse saluator dicit: Regnum dei intra uos est. Reuertitur ad cor, regnum perditum reaccepit: imò uolentiauit illud, quia regnum dei uim patitur: quod intelligitur de intellectu ali, morali atque celesti. In corde manens, non perpetravit ineptum: egrediens, fecit utique mala reuersus, aptauit se uirtutibus. Nõ egressus à corde, permansit monas ad monadem: egressus, multiplicauit seipsum: regressus, cõgregauit dispersa. In seipso manens, ubi ueritas læcet, contempnit iudicia: egressus foras, ubi opinio fulget, uariat motes: intrò regressus, differentiam ueritatis & opinionis agnouit. Qui intra se didicit commòdum, totus est suus: palans homo, mendicus est. Si quis est tam constans atque relictans ut ad tot uoces extra uocantes non egrediat, laudarem utique si inuenirem. Sed cito ad te ipsum reuertere, ut dicas cum malo peregre:

Quantum mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame peregre?

¶ Abundantia est in domo dei omnium bonorum, uisibilem & inuisibilem, temporalium & æternorum, & omnibus sibi seruientibus temporalem ministrat, & æternam repromittit annonã. Quia ut dicit apostolus: Potens est autem omnè gratiam abundare facere in uobis.

¶ Et ego hic fame peregre? Non mireris, à diuino & uirtutum horreo recessisti. Sed ubi erat fames? Hic scilicet in regione longinqua, & in rustica uilla, ubi ciuitatis dei presentis, non futuræ, exuberant bona. Tempore septennalis famis alimentum erant in Aegypto, Ioseph uero distributor erat, saluatorq; mundi appellabatur, Patriarcha Jacob & tota cognatio eius descendit in Aegyptum prope horrea manere uolentes, ne fame perirent. Reuertaris tu ad domum creatoris tui, quæ sancta ecclesia est, si non uis fame perire. Dic ergo: Surgam. Igitur cecidisti. Ibo. Profecto recesseras. Ad patrem meum, quia iam seruus factus eras peccati, Christo dicente: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Petrus in canonica sua dicit: A quo quis deuictus est, huic seruus addictus est.

Dicam illi: Pater, peccasti in cælum & coram te.

¶ Quis peccat in cælum? Qui propter terram ipsum cõemnit. Peccatum est utique graue, imò nostræ malitiæ tota moles, celestia contemnere, stercora amplexari. Coram deo peccat, qui desuper ipso spectante, cuius insopitum oculum & omnia penetrantem nemo ualet effugere neque deuitate iudicium à peccando eius timore non sistitur. Grauius esset disciplinis multandus, qui etiam in absentia contra leges faceret Augustorum: sed capitalem omnino deberet subire sententiam, præsentè contemnens in suis legibus regiam

Prou. 23
Osee. 2
Isaig. 40

Luce. 17

Iohan. 8.
2. Pet. 2.

maiestatem. Narrare disponit peccata quae fecerat, ut ex misericordia iustificaretur: quia coram deo peccauerat, ipsum nos ubique uidet in suis legibus paripendens. Sed haec est hominum delinquentium nefanda peruersitas, ut in malefactis omnino nitare uelint humanum aspectum, cum nullatenus possint euitare diuinum. O si dispositus ad prohibitum, diceret cum Dauid: Providebam dominum in conspectu meo semper: & se uideri a desuper inspectore continuo imaginaretur, proculdubio frenaretur, ne curreret in uoragines peccatorum. Proferret se indignum amplius tanti patris filium nominari, mercenariorum numero se conscripsit. In lege Moysi, filius contumax obruebatur lapidibus: in lege Augustorum, priuatur hae reditate: in lege morali, patre bono indignus est filius malus. Vnde ergo benigno ingratus, pio impius, sapientis in lege Nobili uero patre indignus est filius immorigeratus, ac patre abundante & ordinate uiuente indignus est filius prodigus. In lege uero gratiae alia nos sententia premit. Accipimus enim potestatem, filios dei fieri non per naturam, sed per adoptionem & gratiam: cuius alma paternitate filius indignus efficitur, qui omnium peccatorum patrem in suis legibus diabolum, aut primum parentem fecit. Sed nobilitate deposita filiali, appellat ad mercenariorum legem, ut ex distinctiōe notemus, quod sint filij atque mercenarij.

Psal. 65

Quotum mihi dominus administrat, filios intelligo qui non offenderunt deum, & uixerunt secundum eius sanctissimas leges: mercenarius uero, abundans pane in domo magnifica sancta dei, appello omnes peccatores conuersos, respicientes a malis ad domum paternam atque diuinam humiliter reuertentes, agentes poenitentiam, corde compunctos, uultum procliuum ferentes prae uerenda, quia domino peccauerunt, desudantes in operibus iustis, tundentes peccata, lachrymis non parentes. Nec eos mercenarios dixerim, quia superna captare mercant, sed pro eo quod aliquando temporalem stipem atque mercedem in malis actibus quaesierunt. Merces namque, a qua mercenarius dicitur, in omni lingua hebraea, graeca & latina, rem quam quis seruando meretur, perfunctoriam atque temporalem signat. Nam qui pro uetera gloria seruit, mercenarius dici non potest, cum ex merito alicuius laboris nemini debeatur, sed diuina misericordia beatificandis conceditur. Igitur mercenarij domus dei dicuntur, qui mercedem temporalem interdum sectati sunt, diuinam gloriam contempnentes. Sed reuersi sunt in domum paternam, peccatorum labe satiati, malorum mole conterriti, domino seruientes, abundantes panibus diuinorum uerborum atque promissionum, confortantibus hominum corda, ne ueterum consocij delictorum, praemia diuina desperent, cum pater misericordiarum & totius consolationis deus paratus sit indulgentiam praestare penitentibus, ac in suis promissionibus debitor fieri non merentibus. Igitur peccator reuersurus ad deum omnium patrem, argumenta per simile pro sua parte conquirat, dicens: Quanti mercenarij abundant

panibus in domo largissimi atque benignissimi patris nostri: quantis scilicet peccatoribus conuersis ipse peperit, & misericordiam suam honoratis apposuit. Quot & quanti aut quales peccatores suorum delectorum sunt ueniam consequuti: quot misericordiam receperunt? quot profugum cum reuersi fuerunt, receperit? Quem ex clausis misericordiae deique quem repellit benignitas eius? cui nutrimentum gratiae negauit largitas eius? Veniat in memoria peccatoribus, quod ipse saluator docuit, & sub pollicitatione firmauit, dicens: Petite, & accipietis: quae uos inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Na qui querit, inuenit: qui petit, accipit: & pulsanti aperietur. Et qui petit panem misericordiae, non accipiet lapidem iustitiae. Et qui petit ouum spei, non accipiet scorpionem deceptionis in fine. Qui petit piscem fructum ex inundatione lachrymarum, non accipiet serpentem diabolum aridum & tortuosum. Quot sunt uerba dei, sonantia misericordiam & benignam receptionem in scriptura uolumen magni ipsa declarata persciterent. Sed paucis uerbis dominus per Isaiam omnibus peccatoribus praestat audaciam reuertendi sub ipsa fide misericordiae: Derelinquit impius uiam suam, sicut licet mala peregrinationis in regionem longinquam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertat ad dominum, & miseretur eius, & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Et per Ieremiam de peruariatrice synagoga siue anima dicitur: Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Post omnem uero deliberationem deliberata perfecti;

Et surgens, uenit ad patrem.

Qui benignus, praenitit eum a longe, ne iterum diabolica impedimenta sentiret, & mundi blandimenta deluderent. Nam nisi gratia dei praenitit, animus non moueretur in bonum: nisi comitaretur in melius, non proficeret: nisi obuiam ad subsidium haberemus, repeditio sequeretur ad solita. Et proinde pater misericordiae motus, occurrit filio de laruali peregrinatione redeunt. Et amplexatur collum fidei, quo totum corpus quod est ecclesia, Christo capiti copulatur. De quo in Canticis canticorum ad ecclesiam per spiritum sanctum dicitur: Collum tuum sicut monilia: Fides scilicet est & esse debet ex bonis operibus, tanquam ex margaritis ornata. Et ibidem dicitur: Sicut turris Dauid collum tuum, quae edificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendunt ex ea, & ois armatura fortium. Et iterum: Collum tuum sicut turris eburnea. Verè fides collo, collum turri simile dicitur, ut & fides ad similitudinem turris esse dicatur. Aedificatur turris ad prospectandum a longe, atque quantum potest, recitandis in altis erigitur, ut quae de planitie atque subiectis domibus non uidentur, de altitudine turris uideatur. Nam neque de planitie naturali, neque de ratione alicuius artis uidentur, quae de fidei culmine conspiciuntur. Videt ergo fides, quae infinitis & inuisibilibus partibus distat a natura. Quae si praesentem uellet differere, oporteret dei omnipotentis, & Christi filij eius recensere mysteria. Nec non ad uitamentum turris aedificari cognoscitur. Ad uitamentum omnium nostrum, Christi fidei aedificium fecit;

1 Cor. 3

Luce 11

Mat. 4

1 Ier. 17

1 Ier. 17

sub quo non lapides, non ligna, non aurum, non argentum, non homines, non angelos, sed seipsum fundamentum iecit, dicitur a apostolo: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quae cum propugnacula aedificata dicitur. Propugnacula namque quae procul hostibus insipientibus reddunt uicem, & procul obstitunt uicibus, pro quanto desuper proicitur prohibens. Et saepe fit, & aggrediendi experientia clamat, quae iacta de propugnaculis manualiter usque ad hostes perueniunt: sed quae hostes manualiter iaciunt, propugnacula non attingunt. Quauis in arte propugnandi multa insidiosa sagacitas humana reperiat, ut feriat, aut desiciat quod oppugnat.

Quod fidei fundamentum gratias referamus, super quod erectum aedificium, inexpugnabile semper manet. Longè sitit fides suis propugnaculis omnes sibi aduersos, aut cogitates inuatum, quomodo libet inferentes insultum, ut nec qui uenit ab oriente naturae rationibus naturalibus circumspectus, nec qui ab occidente peccatorum insiliunt, nec qui ab aquilone idololatricae idolis sociatus ad propugnaculum accessit, nec qui ab austro heresiarum doctrinae de insidijs profluuit, appropinquare potuerunt, nec fidei nostrae inferre iacturam, propugnaculis desuper iacentibus altissima uerba dei, omnibus omnimode resistentia, secundum beneplacitum dei. Quocirca mille clypei pendunt ex ea, scilicet innumerabilis martyrum multitudo, qui susceperunt saeuos ictus tyrannicos: qui si corpore, mentem tamen nunquam fracti sunt, qui nos muniunt, quod fide inconcussa tenenda tam uiriliter certa uerunt. Et pendet in ea omnis armatura fortium, scilicet ueteris testamenti & noui omnium sanctorum patrum. Et dicitur turris eburnea nostrae fidei collum, omnem nouam castitatem insinuans, & omnem antiquam pulchritudinem praefertens, quam amplexatur pater in peccatore humili remeantem, nec non & osculatur eum, se reconciliatum demonstrans, dilectionis porrigit signum, pacis interrogat instrumentum, indulgentiae recondit praestit, charitatis donans officium, & de reuocatiōe amicitiae atque firmatione profert in signe chirographum.

Post concordiam & pacem ad dominum nostrum deum, reconuersus est male peregre: per sequentia, qualis debeat esse uita, describitur. Iubeatur in diuisa prima, ut in perditam innocentiam animo & opere semper aspiret: quam quauis recuperare non possit, quod non fuerit nocens post actionem, ad deum animo & ope semper nitatur permanere innocens. Non enim dubitatur ibi esse innocentia, ubi male agendi nullus suspirat affectus, & pro posse deuitatur omnis malus effectus.

Et anulus datur in manu, in memoriam receptorem, nec non ad considerationem omnium indultorum, ut eum gratitudo in bonis operibus semper ferere faciat, quem ingratitude in tanta mala praerit iniquitas. In anulis autem saepe contineuit lapis aliquis sciosus includi, aut ut delectetur aspiciens, aut propter insigne uirtutis. In nostris operibus semper in clauso est Christus, cuius fidelis aspectus animam delectando demulcet, ut amplius operari semper ipsam delectet, & in signe uirtutis fulgeat, ut si non custodit, nemo sit qui ab aduersarijs, proteget. Et calceamenta dantur pedibus, quae

pedum sunt munimenta. Sunt etenim pedes, affectus & intellectus, quibus per systolen & diastolen inuisibiliter ueluti inuisibiliter ambulamus. Na stante se saepe affectu, pambulat intellectus, ut aliquod bonum inueniat, & inuentum renouat: & ipso quiescente, affectus mouetur & amat, quos morticinis pellibus oportet esse munitos, ne pro uero salum recipiat intellectus, aut malo probonoster ligetur affectus. Ineuitabilis enim mors, conuenit suis a uiuentibus detractis pellibus homines pro sua in euitationis communitate terrorem. Et ipsa quidem mortis memoria, foribus nostrae mentis affixa, retro uersionem a malo saepe in animo fecit: ac per hoc saepe uerteretur in semper, si a mentis feret inuisibilis ipsa consideratio mortis. Nemo sine cunctatione intellectum, affectum & effectum, incessanter in cessabilis mortis meditatiōe colaphizat, nec permittit aliquem prolabi ad uanum: post cuius abolitionem actam, nullum potest esse remedium: pro quo male peregre, iam bene peregre factio, uirtus in mensa conuiuij apponitur saginatus. Vitalis saginatus, est corpus Christi, cui nulla potest fieri praedulcedine atque nobilitate comparatio super terram, omnem pinguedinis gratiam secum habens. Et duo audienda dantur in auribus eius, symphonia & chorus: ut in ecclesia dei sciat esse concordiam hominum, legum, fidei, morum & scripturarum: & quod ad discordiam pertinet, de domo dei non est, etiam si undique ab omnibus diceretur, est. Ac etiam pergentem in circuitu chorum, oportet audire resonantem in uocibus dominicam cantilenam. Chorus enim est hominum in modum coronae unius ad alterum conferta manu pergentium atque cantantium, ad sonitum alicuius instrumenti de genere musicorum. Nequaquam autem in choro principium & finis discernitur: sic etenim ecclesiae conuenit intelligere cursum, quae erit primi nouissimi, & huiusmodi primi, & peregre debent atque cantare ad sonitum fidei & irreprehensibilium scripturarum, affigere mentem diuinae bonitatis operibus, quae intantum sua benignitate praenitit, ut ante inclinaretur in filium, & pactiones teconciliationis ostenderet, quam totum posset complere conceptum, aut quae formaret in animo uerbum. Et quia indefectibilis pater misericordiarum & totius consolationis deus, omnibus ad se reuertentibus semper meliora exhibet quam rogatus, & rā excedentia sensum, qualia qui suscipit, ante non fuerat suspicatus. Sed talia data donorum, misericordiae ascribimus: ad morum uero institutionem, talia praepositum habemus innocentiam, ad quam tota nostra debet niti affectio. Quia quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Bonorum operum iugis actioni anulus gratitudinis docet intendere: memorari exitum ultimi finis, morticina calceamenta demonstrant. Saginatus autem uirtutis, sacramentaliter uiuere docet, non solum pro eo quod sumi a fidelibus debet, sed quia nisi alia sacramenta purgantia praecedant, quis non omnia, sumi non iuste potest. Symphonia scripturarum te regulet, ut iuxta sua gradibus decreta: & quicquid est ab ipsa, seorsum noueris esse peruersum. Chorus militantis ecclesiae nimio contemplare intuitu, quae circa Christum in medio existentem, pallentemque cithara tensi corporis, &

Psal. 23

nobis in cruce pendēris, & plectris ferreis resonan- tem, cuius modulatione passionum omnis anima se coarct, necnon & triumphantis ecclesie chorū alicori contemplatione conspicitur, ubi nulla est di- uersitas uoluntatum.

¶ Habes duos malē peregre, in quibus proces- sum, imō egressum peccatoris a deo, atque regres- sum in euāgelica scriptura uidisti: aliam uero de- uiam, scilicet Magdalenam, uias peccatorum & omnium uiriorum abrupta petenem, subiugalem factam septem dæmoniorum, reuertentem ad eū qui sensu inuisibili animas trahit, & modum re- uersionis eius sedule uideamus. Mota igitur ad cæ- lestis doctoris uerbum, suorum peccatorum mole contrita, liquefacta dulcedine Christi, tracta de- core conuersationis, fida in animo de benignitate ipsi, speras remissionē peccatorū eius, in cæsa igne charitatis illi, opportunitatē pueniēdi studio im- pigro q̄rebat. At ubi tempus & locus, & quaestus Christus conueniunt, q̄rens inuisibiliter, tracta nō sono uocis, sed mente uocata uenit. Stetit retro secus pedes domini, sequelam promittens uesti- giorum eius, quæ per leges peccati antecesserat leges eius. Præit omnis peccator deum in suis le- gibus non sequitur, nam si sequeretur, non fieret de numero peccatorum. Stat ante deum per sup- biam erectus in animo qui delinquit, & uelut ini- micus aduersatur moribus: & uerbis cōtradicit in facie, qui male loquitur aut agit.

¶ Primum igitur reuertens a deuo iniquitatis, flet retro: nec p̄sumat in faciem, quem peccatorū uerecundia p̄mit, quousq̄ ab eo qui habet indul- gere, p̄stetur audacia. Stet post tergū, qui faciem contempserit omnium gratiarum. Respiciat terga, qui ad faciem diuinam sua terga conuertit, de q- bus propheta dicit: Et uerterunt ad me tergum, & non faciem. Stent a tergo, qui faciem omnia ui- dentem atq̄ scientem, uelut cæcam & sciolam cō- temperunt. Vnde propheta: Dixerunt, scilicet cō- temptores, quis uidet nos? aut quis nouit nos? Et alius, p̄pheta de peccatoribus deiscentiam con- temnentibus, dicit: Et dixerūt, Quomodo scit de- us? si est sciētia in excelsis? Stemus post tergum domini quotquot errare nolentes, & domini mi- sericordiam p̄stolemur. Stabat populus dei, & res- piciebat tergum Moysi, quousq̄ tabernaculum egredieretur. Quousq̄ indulgentiam habuerimus peccatorum, diuinam faciem uidere non quæra- mus, sed requiramus cum Psalmsa in futuro aspi- cere seculo. Aiebat enim: Faciem tuā domine req- ram. Sed bonum est uidere faciem dei, scilicet ha- bere notitiam diuinorū, quā ipse petebat: Osten- de faciem tuam, & salui erimus. Christus est enim ista facies, qui totus est facies, notitiam & sapien- tiam omniū habens, ad quā paterno facto respe- ctu, consequamur indulgentiam peccatorū. Quod & David petebat: Respice in faciem Christi tui. Sed terga peramus adhuc, nec recedamus: nā non sine damnatiōis periculo receditur a tergo dei. Et Samuel post peccatum grande, ad populum orati- onem eius petentem pro indulgentia, nemoreretur, dixit: Veruntamē nolite recedere a tergo dei, & seruite illi in toto corde. Aspiciamus dñi tergū, quia ipse post tergum suum, picit omnia pecca- ta nostra. Qui uero in ueritate tergum dñi aspe- xerunt, suorum cognouerunt ex dñi p̄cniis magnitudi-

Luce 7.

Iere. 2.

Isaig 29.

Psal. 72.

Exo. 33.

Psal. 26.

Psal. 79.

Psal. 48.

1. Reg. 12.

dinem peccatorum. Crucē em̄ Christus portauit a tergo, ubi fuit proiecta, imō deiecta p̄cā. Ste- mus a tergo, passionem crucis eius imitantes: quia si socii fuerimus passionum, erimus & consolatio- num participes. Et unde mala pueniunt: Isaias di- cit: Peccare & mentiri contra dominum: & auer- sumus, ne iremus post tergum dei nostri. Non re- cedamus a dorso, sup̄ quod ab initio mundi fabri- cauerunt, & fabricant, & fabricabunt quomodo- liber p̄cōres. Videamus sanctum dorsum domi- ni nostri Iesu Christi, inspiciamus sarcinam putri- dam p̄cōrum magis horredam, quam humanorū stercorem, quam sup̄ dorsum eius imposui- mus, nec ponere delinquendo cessamus. Profun- da sunt ista que tractāda suscepimus, sed nō re- cedamus a tergo. Ipse præit nos quotquot sumus peccatores noui testamenti & uirg, secutus eos q̄ præcesserunt in ueteris: sed omnium a tergo sunt purgata & deleta peccata per crucem. Nec solum a tergo Christi, sed ab aliorum sanctorum præ- cedentium tergo non recedamus. Etenim Ruth spi- cas legebat post terga metentium, & nos pecca- tores post apostolos & martyres legamus reliq̄as sanctorum mortum & passionum. Non igitur sine magno mori documento stetit retro ista pecca- trix, non erecta ceruice, sed Christi pedibus incli- nata & prouoluta: ut ipsorum non errantium se- quelam ipspondeat, quæ in suis incedens, a uia ueri- tatis errauit: duces inuisibiles plures sequēs ad in- fernam ducentes, reuoluta se quat unum ad su- perna ferentē. Offert lachrymas præ dolore: atq̄ intantum bullientio exuberant, ut etiā pedes lau- uet domini saluatoris. Exprimunt lachrymas sepe conceptum dolorem in animo, & contritam mentem demonstrant. Arma sunt miserorum, ad quæ semper potest recurrere, qui ab aliquo mō- rore contrahitur. Orphanis & pupilli & uiduæ desolate, ipsarum habent refugium. Placatiōes sunt sine uoce, testes sine uerbo, indices sine digito, cla- mor in silentio, uictoria sine ferro, terror dæmo- num sine sonitu, oblationes sine ritu, pulsatio sine strepitu, aqua decoctionis cordis, aqua saliens in uitam æternam, mare submersgens Aegyptios in- sequentes, aqua sapientie salutaris, stillicidia sunt stillantia super terram infructiferam nostre car- nis, & superna gramina operum nostrorum stillē- cadentes, liquores sunt rationabilis arboris, mō- stis cibus & potus ut mirandū omnimode sit, cur fletus dulcis sit miseris: balnea sunt secum lata in refrigerium æstiuati, & in uulnerati atq̄ plagati re- medium. Hoc funditur ad saluatoris pedes in ab- lutiōem ueterum delictorum, aut in bonorū agen- dorum seruorem. Lauantur his lachrymis pedes domini uelut ex ags feruefactis ex charitatis igne, quem inuisibiliter in corde accendat heros qui lauabat: qui etiā educebat paulatim de fontib- us oculorū prouoluta: suis pedibus peccatrici, & iterum calefiebat, cum tangerent humanitatē ignem. Et magis ac magis fluebāt libertim, cum liquefiebat cor coagulatum ex igne intus & extra incendente sua uiter, nec inferente penalem, sed delectabilem uisionem. Et qui uocauerat atq̄ tra- xerat more magnetis inuisibiliter tractu, magis dele- ctabatur in eis quam in abundantia conuiuio pha- risæi. Fluebant lachrymæ: nec cessabant, donec ab eodem igne siccarentur, qui cordis sui glaciem in-

149.

15.

Ruthi

Eph. 4.

Eccl. 14.

Gen. 49.

fluxibilem aquam resoluera. Loti sunt igitur ex lachrymis pedes domini, quibus uenit ad huma- nas hominum mentes: & facta est in eis quedam absterio pulueris nostrorum innumerabiliū pec- catorum, ut qui ueras lachrymas fundit, agnoscat sua delicta lauare, & mundari a maculis iniquita- tis herentis. Siftitur profluuium lachrymarum dis- pensatione lauari, & ad aliam actionem uirtutis spiritu docta confurgit. Discriminat capillos ca- pitis sui, & plicatam cæsiem supra pedes expan- dit, ut abstergat pedes quos lauerat lachrymis. Po- terat hæc sibi, puidisse de peditergio, sicut de un- guento prouidit. Poterat hæc mulier ab astutibus peditergiū petere, sed detinebatur a dulcedine pe- dum, super quibus tota mola corporis firmabat: nec patiebatur ad modicum sequestrari a pedib⁹, donec iussu domini dimitteretur in pace: non em̄ uolebat uacare ad uerbum propter caro factū uer- bum. Damnum sibi estimabat, solum erexisse cer- uicem. Poterat hæc mulier uelamento aut capitis uita pedes abstergere domini: sed qui docet homi- nem scientiam, & ad ueniendum lauandūq̄ do- cuit, & uocauit eum absq̄ uerbo, instruxit in in- solium peditergium inuenit, quod ipsa secum fe- rebat in sui remedium, & in doctrinam atq̄ exem- plum omnium peccatorum.

¶ Capilli sunt capitis, & cū sint de corpore atq̄ in corpore, corporis non sentiunt passionem, & si- ne dolore ipsorum inciduntur: quod alijs mēbris corporis non dolere ab ipsa natura negatur.

¶ Caput, cuiuslibet mens est: cuius capillos, im- passibilitates intelligo, ad quas anima peccatrix pacto se ligauit, ne iterum subijctur passionibus uitiōis turpantibus animam, & corpori adijcien- tibus notam. Expediit enim, omnino impassibilem fieri ad uicia cōcertantia in agone nobilicum, * ne animo & corpore passibiliter, quamuis ad passio- nes tentationum ferē non possit esse remedium: sed non dubitet qui tentatur, si passibiliter non suc- cumbit. O uicinia mihi adhefisse tale peditergiū, præferrem cerre illud omnibus linteaminibus, que ab initio mundi ex arte humana manus potuit o- perari. Non quiescit animus, quem exagitat spi- ritus sanctus: & noua operatur, qui noua susci- pit in doctrina. Stat ad pedes peccatrix, & non co- gitat de recessu, nec sibi adesse de conuiuio ulla cu- ra: conuiuantes non aspiciit neq̄ cogitat, neq̄ ap- positas intuetur dapes: suis intendit officijs: præ- pediri non uult, nec alios ipsa præpedit. Et sicut suscipit ad hos pedes mēte doctrinam, nouum re- surgit in opus, ruit in oscula pedum, & premit duo labia super pedes, superius & inferius æque stan- tes. Duo nempe labia os hominis claudunt, ut in- terdum uerba nō exeat: interdum dentes abscon- dunt, interdum factorem oris ipsa prohibent exi- re. Claudantur labia, ne secundum Apostoli pro- hibitionem, malum uerbum ex ore nostro exeat. Inquit enim: Omnis sermo malus ex ore uestro nō procedat. Et alia scriptura dicit: Beatus qui nō est lapsus uerbo ex ore suo. Abscondunt sæpe labia dentes, ne loquantur inaniter sanctas meditatio- nes, quibus omnia rumināt. De quibus dicitur Ia- cob dixit, cum benediceret Iudam: Dentes eius la- ste candidiores. Opera enim perfecta, naturam ossium habent in soliditate manendi. Dentes autē ossa nō sunt esse.

Meditationes sunt dētes, in qbus maxima sapi- entia est: ac acquiritur, si non est. Ruminatur den- tibus, quod rapacitate a quibusdam bestijs in uen- trem trañcitur. Teritur dentibus, quod ad ualitu- dinem naturæ percipitur. Et meditationibus re- uoluuntur audita, & cōterunt cuncta que obesse aut prodesse noscunt. Et hæc sapientia intima est, quam sapientes abscondunt. Inquit enim Salomoni Pro. 10. Sapientes abscondunt sapientiam.

¶ Prohibet sæpe labia dissiuaues factores stoma- chi aut oris, cum mutuo se, coniungunt, ut homo malū quod in aīo conceperat, nō loquat, ne malū ex locutione fortiaur effectum, aut alijs scateat p̄ malū exemplū, secundū quā sententiā Psalmsa dī- cit: Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Si quis loquitur malū, excepto qui ex charitate illud aut auroritate reprehendit, aut ipse uult facere, aut ad faciendum uult alios in- uitate. Si quis dolum loquitur, decipere uult. Hęc em̄ oris nefanda officia, pessimi sunt factores. Sed uideam attritus, quæ sunt hæc labia peccatrici sua per pedes domini pressa. Nam labia uocis & uer- bi exteriores sunt clausuræ, & magis apparētia in- strumenta, ut si ad formādum uocem instrumen- ta cætera conuenient, labijs clausis non dearticu- laretur, aut distincta perciperetur auditu. Ipsa eti- am suo tempore proferunt bona & expedientia moribus, & placentia ei qui condidit atque aper- riri permittit. Inter homines fulgebit prudentia, qui ratione nouerit moderari. Scriptum est enim: Pro. 10.

Qui moderatur labia sua, prudentissimus est: ne ab eis progrediantur in debita, neq̄ congrua tace- antur. Proinde alibi dicitur: Qui moderat sermo- nes suos, doctus & prudens est. Et idē: Vas scio- sum, labia scientiæ. Quæ si secundum typū quem hæc mulier gerit, ecclesie de gētib⁹ colleget, mul- ta monstrabit adūbrata mysterio. Si uero prout significat omnē animā peccatricē, in moribus cō- sideranda non pauciora confurgunt. Amor & ti- mor, labia sunt animę: unū superius, scilicet amor: timor, labium inferius est. Quibus in ueritate affi- rentibus animæ, si p̄pediatur tota corporis uale- tudo, exauditur a domino. Scriptum est in Regū uolumine, q̄ cum Anna propter filium impetra- dum, quia sterilis erat, supplex staret coram Heli, præ amaritudine atq̄ dolore nō loquebatur uer- bum, sed tantū labia eius mouebāt, & de prole meruit a dño exaudiri. Nec Magdalena legit uer- bulasse, sed labia timoris atq̄ amoris premebat in dñi pedes, & osculis loquebatur. De qbus in Iob 1.

Pro. 17.

Pro. 20.

1. Reg. 11.

Iob. 1.

Iudith. 19.

Iob 8.

gentissimam suscipit & inelapsibilem claritatē. Quos semper uelut labia quadam aperiri a domino postulabat Dauid, dicens: Dñe, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam, ut affectus ad bonum, & intellectus sit aptus ad uerū, ex eis resonet laus diuina in ore peccatorum oim conuertorum atq; iustorum. Nec non & actiua uitam atq; contemplatiuam duo labia, uelut quoddam superius & inferius appellamus, de quibus Iesus filius Sirachi dicit: In labijs sensati inuenietur gratia. Tota nanq; gratia, qua grati reddamur creatori, & accepti sumus in conspectu magnitudinis eius, labium inferius, actiua scilicet uita, & labium superius, scilicet contemplatiua uita consistit: pro quibus sciendis atq; tradendis effectui, omnis quarenda est doctrina. Unde Prouerbiarior dicit: Appone cor tuum ad doctrinam meā, quare pulchra erit tibi, cū seruaeris eam in corde tuo, & redundabit in labijs tuis. Pulchra est em̄ omnis doctrina, maxime diuina, cum p̄cipitur: pulchra & delectabilis est, cum in corde seruatur. Sed hæc est tota doctrina: utilitas, cum ad actiua uitam atq; contemplatiuam agendam aptatur. Tunc em̄ redūdat in labijs, cum quis sapienter actioni & contemplationi intēdit, de quibus ibidem dicitur: Qui diligit cordis munditiam, p̄pter gratiam labiorum habebit amicū regem. Labiorum em̄ gratia, contemplatiua uitæ atq; actiua rationalis executio dicitur, p̄ quam creatori omnium amicumur: & ad hæc duplicis uitæ labia pax æterna subsequetur, sicut per Isaiam dicitur: Creauit fructum labiorum pacem. Rationem in uirtutibus fundatam, & cōuersationem sanctis moribus sultam, non immerito labia ista declarant, de quibus Salomon dicit: Labia mea detestabitur impium. Nam fundata uirtutibus ratio detestatur diabolū, & nulli malo aut impio præstat assensum: & uerbis semper arguit, quē impium esse cognoscit. Cōuersatio sancta nō patitur cum impijs habere consortiū. Quē enim nouit ratio altissimo inimicum, cōuersatio non patitur, nisi per uolentiam aut spe correctionis, cum habere consocium. Verē igitur ista labia detestantur impium, quæ tam premuntur dulciter in pedibus super pium. Ecce pressa labia sup̄ domini pedes, ecce laborum osculum ad signum pacis inuentum. Vide quanta secum laboriorum oscula ferat, ut animæ peccatricis & dei fœdera semper ferat. Quid enim sunt ista oscula, nisi pactiones ad deum? quid est osculum pedū Christi, nisi promissio imitationis uestigiorum eius? Quid est osculum ista, nisi pax facta in humanitate degente, ambulante & laborante pro nobis? Sed alius malè peregre, in collo fidei osculum accepit a patre: peccatrix hæc domini pedes osculatur in fide, ille parum loquitur, ista per impressum loquitur osculum, quantum diligitur osculatus: & quantum dilectū habeat in anima impressum, osculū ostendit in mēbra corporis pressum. Et secūdum quod unctio secundum Iohannem in canonica sua, docet de omnibus, hanc malierem unctio intrinseca extrinsecus ungere docuit. Ideo ipsa unguēto ungebatur dñi pedes, & inuouabat opa noui cultus, quæ nouum hominem nouerat: & uariabat opera, ne uelut ociosa pateretur ab ipso repulsam. Quia nec standum est ociose ante diuinos pedes, qui nō gauerunt in opere nostræ salutis, sed per montes &

Psal. 50

Ecc. 21.

Pro. 22.

Isaiæ 57.

Pro. 8.

I. Ioh. 2.

planities, ciuitates & castella, p̄ maria & deserta fecere discursum, donec confingerentur in cruce, ad expectandum omnem peccatricem animam, redeitem de latibus & cauernis & uis & sepibus peccatorum, fundentes sanguinem in ablutiōem animarum nostrarum, & in recompensatiōem & retributionem fusarum lachrymarū atq; fundentiarum p̄ ipsius misericordia imploranda. Sed qd̄ aut quale fuerit istud unguentum, non audeo definire. Hoc tñ linit unguentum: & quod nō scitur rigidum atq; durum, emollit. Multa ungebant in ueteri testamento, & reges etiā p̄fundebant unguentum, anteq̄ regnare cōpissent. Sed ne uolētiam uideat inferre scripturæ, humiliter p̄testator, hoc unguentum fore intimam charitatē, in cordis alabaistro reconditam, effusam in pedes, in omnia illa quæ diuine atq; humane in nobis operata est, ut totum unguentum effundat in eum, q̄ totū nobis se contulit ad salutem. Melius aut̄ dixerim, quæ unguentum ex multis aromatis conficitur, omnes interiores uires, memoriam, intelligentiam, uoluntatē, & si quid potest esse inuisibile potentia atq; uirtutis, & omnem corporis aptitudinem, quasi aromata contra p̄ dispositionē ad sciendum unum unguentum, aptum solum diuinis pedibus atq; mandatis, in omnem sequelam usq; ad mortē, non imponendum pedibus pharisæi, uelut legem Mosaicam nō dicere dignam huiusmodi sequelæ, quia nec ipsa ad perfectum quēpiam suum duxit sequacem. Nec etiam effundendū sup̄ pedes apostolorum aut discipulorū Christi. Negungēdiangelorū pedes, quos antiquus Abraā uelut peregrinorū hospes, in signum & figuram solum aqua p̄fudit. Ut dicere audeam, nec applicandū pedibus uirginis genitricis dei & dñi nostri Iesu Christi redemptoris omnium, in suis pedibus hoc unguentum puncti. Solus em̄ est Christus deus, cui debetur omnis charitas, ois gratiarum actio, omnis uirtus, omnis honor, omnis gratia, omnis laus, ois dei benedictio, omnis timor, ois subiectio, omnis obediētia usq; ad mortem. Pro nullo decretum est moti, nisi propter Christū, aut p̄pter eripiendas animas propter Christum. Soli em̄ Christo omnis honor & omnis gloria, & in omnib; & de omnibus & ab omnibus debetur in seculorū secula. Ipse solus creauit & recreauit, saluauit atq; redemit. Ipse solus beatificauit in superis, non alia creatura in angelis & hominibus in esse p̄ducta. Si qd̄ autē debemus sanctis, propter ipsius participationem debemus. Mensurare debemus certa proportione, ipsi autem sine mensura omnia debemus. Sed pro tanto sine mensura non est, quia quælibet creatura mensurata non est atq; finita, & in finitos actus uisibiles atq; inuisibiles habere nullo modo potest. Habes peccatricis unguentum, omnem uidelicet amorem & bonorum omnium aggregationem, quasi unum unguentum, effundēdum totum atq; totaliter in dominicos sanctos pedes, ad sequelam retro uersibilem uestigiorum eius, ne in uia iniquitatis ambulabilem, atq; ut non erremus in semitis ueritatis, sed uia regia gradiamur, non declinantes ad dexteram neque ad sinistram, donec perueniamus quō ipse infallibilis ductor theoria & actu ducit, non uiuentes nobis, sed eiq; pro nobis mortuus est & resurrexit.

¶ Vidimus deuiam & subiugalem dæmoniorū

septem excussam a dæmoniorum imperio, abfolutam a multitudine dominantium funestorum, reuersam sub pedibus imperatoris diuini, omnia præcipiens leuia, iusta, honesta, utilia, non in sum, sed in commodum subiectorum. Nunc sufficientis benignitatē interiori oculo uideamus.

¶ Trahitur ista inuisibiliter a magnete diuino. Inuisibiliter suscipit per amorem in altitudinē mentis suæ, ut quantum pedibus corpore prouoluta subiacet, in Christum mentis altissimam teneat sedem: imō crediderim Christi amorē ad ipsam p̄cliuus inclinatum, quā ipsam pedibus Christi. Patitur tactum eius, nec dedignatur peractam immunditiam eius. Lauabatur enim cum ipsa lauter: opera uero eius improperat inuitanti, illam p̄ferens cōiuiui pharisæi. Tuetur eam a calumnijs, & ibi & deinceps factus est aduocatus aduersus Simonem, sororem, atque pessimum proditorem, contra eam officium iudiciale submittere. Dimittit sibi peccata propter amorem, uocali confessione submissa. Ipse uero summus sacerdos uideat interiora eius, ipsa uero confessio fuit per lachrymas eius. Sed non ita nunc, quod factū est tunc. Pronunciat sibi post amorem uirtutem fidei eius, cum saluam factā dixit ex fide, atq; ipsam dimittit in pace celebrata miracifica retro diuinos pedes. Pax in qua præuaricatrix dimittitur, anima est, ut ita de offensa consistat securā, ac si non fuisset culpa commissā.

¶ Pertinet ad hanc peregrinationem infaustam typus perditæ ouis centesimæ: quæ ut periret, errabat a numero centesimo atque congregatione quæ dicata erat altissimo: & singularis uias incedens, ut lupis uespertinis parator esset ad prædā, fugiens pastoris sibilum & ducatum, & correctionis uirgam atque canum larrantium securam custodiam, cui pastor occurrit ante luporum incursum, & reuocat in caulas. Errat anima sæpe singularis atque infames peragrans uias, & tanto atq; tam dulciter malorum errore detinetur, ut redire non possit & nesciat, nisi reuocetur. Errare a uia ueritatis penitus, est penitus a nobis, per initium & processum atque morari, quousque dies calamitatis adueniat. Redire autē penitus, non ex nobis, nisi diuinus pastor usque ad nos cum pastora libus instrumentis reuocaturus accedat, & imponat super humeros benignæ humanitatis, super q̄s propter nos portauit crucem. Prophetæ plures, magis uero fides Christiana huic astipulatur sententiæ.

¶ Drachma decima perditæ, etiam typice dicitur peccatoris processum, quæ approbatur uel reprobat ex materia, pondere, subscriptione atque figura. Et cum perditur, quatuor ista in illa perduntur. Anima materia neq; bona neque mala est, si ex quo facta sit ipsa, cōspicimus. Est em̄ ex nihilo & immaterialis, si ad elementa aut ad elementata componimus. Sed si ipsam cōsideramus quid est, bona & nobilis & incorruptibilis substantia est: quam substantiam non incongrue quandam bonam materiam dicimus, uniformis uirtutibus aptam. Pondus cuius est, amor humilis atque subiectus: figura, diuina similitudo atq; imago: quas creator sibi contulit, cum creauit. Supra scriptum aut circumscriptum mandatum, ne per creaturam a creatore recederet, quæ perditur in puluere ter-

renorum, & obuoluitur & regitur, ut non appareat, nisi diligenter quæstior cum lucerna ueritatis, quæ menti, non oculis, lucet, inueniat, & inueniam reponat in thesauros diuinos, ut sit perfecta in decalogo præceptorum.

¶ In his duabus typicis locutionibus duas præuaricationes agnouimus, legis naturæ conditæ, atque scriptæ. In oue deuia, præuaricationem legis naturæ conditæ, simplicis & incompositæ. In drachma uero, hanc eadem & Mosaicę legis, maxime decalogi, propter numerū decimum a quo perditæ fuerat. Tu qui legis, intellige. Habet ouis solum quam accepit existendo naturam, habet drachma naturam & artem. Præuaricatio fuit in oue usq; ad Moysen in his qui malefecere, præuaricatio in drachma usq; ad finē seculi. In drachma metalli non mutat natura, mutat uero sæpe character atque figura, nec non & scriptura interdū dilatur, & plus de superscriptione apponitur. Nam additum in scriptura intellectualis drachmæ ad id, quod accepit tempore Moysi, in tempore Christi. In omnibus his solus est ipse qui reuocat, qui condidit, & saluare potest homines, propter homines in tempore factus homo.

¶ Deniauit siquidem Petrus timore perterritus, & negauit eum quem dei filium fuerat ante confessionem, quem etiam non se negaturum fuerat paulo ante professus. Sed respectus a domino per reuocantem gratiam, per lachrymas cordis ueram pœnitentiam indicantes, quia fleuit amare, deleuit peccatum, reuocaueris ad dominum.

¶ Latro uero semper a uia ueritatis & a bonis moribus deuius, ultimo morti uicinus, æternæ uitæ cognouit autorem: & seipsum pœna plebsi dignum pro suis maleactis iudicans, pœna generalis euasit exitium. Et mente credens, ore uero pronuncians se cum pendente in simili tormento, dispari merito, dominum uniuersis: nec pœnam credit posse derogare maiestati diuinæ, quam in illa carne passa per fidem firmiter esse cognouit: & fidei perspicuitate uidit in animo, alterius ineffabilis regni habere dominia, quæ iuxta se propter terrenum regnum ab impio præside tam turpiter uiderat iudicatum. Et eius se postulauit fieri per fidem in suo regno consortem, quem in horrendo patibulo habebat sine culpa participē. Ait enim: Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Sed ad eum facta responsio, magis demonstrat, quantum iste latro conuersus in ultimis, ipsi domino adhaerebat. Sane in responsum accepit: Hodie mecum eris in paradiso. Quæ uerba præsentis dissertationis non sunt, in ordine alio exponenda succedunt, sed hic apposita sunt, ut in nullo quis præmia diuina desperet, cum in omni loco, ætate & tempore ante uitæ terminū dei misericordia & indulgentia sit parata, si per ueram pœnitentiam anima peccatoris fuerit preparata. Igitur habes peccatoris p̄gressum, & ad deum factum in ueritate regressum: cuius tractatus in domino finem damus, addentes alium pro generalitate atq; specialitate malorum, in quæ potest peccator peregrinari atq; defluere, ut cauior fiat qui cauere intēdit, & aperire sciat qui recedere disponit.

Luc. 23.

¶ Explicit tractatus de processu peccatoris, & reuersione eius ad deum.



Que nos ratio mouit. vt Tractatum de processu peccati...

Tractatus de generalitate & specialitate malorum...

De corruptela peccati, Caput XLI.



ONESTAS FIDEI Christiane, in honesta pro posse denit...

stare conatus, & ab honore creationis in barathrum damnationis immergere...

Sed peccatum licet multa nomina capiat, plures tamen malos forsitur effectus...

Iob. 1.

Dicitur quandoq; malum, iuxta illud dñi comendaretur Iob, uir simplex & rectus...

Pro. 8.

Dicitur quandoque macula, quia imaginem dei deformat. Sapientia refert: Beatus uir qui inuenus est sine macula...

Pro. 14.

Dicitur quandoque macula, quia imaginem dei deformat. Sapientia refert: Beatus uir qui inuenus est sine macula...

Ecc. 31.

Dicitur quandoque macula, quia imaginem dei deformat. Sapientia refert: Beatus uir qui inuenus est sine macula...

Psal. 14.

Dicitur quandoque macula, quia imaginem dei deformat. Sapientia refert: Beatus uir qui inuenus est sine macula...

Thre. 1.

Dicitur etiam pollutio, & hoc quantum ad contagionem contractam ex terrena delectatione. Vñ Ieremias: A prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram.

Mat. 5.

Dicitur etiam reus, quoniam obligat ad aternam penam. Quod nos ter saluator ait in euangelio: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit geheng ignis.

Iez. 18.

Dicitur quandoque culpa, & hoc prout respicit penam. Vnde Iezechiel: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

Isaia 1.

Dicitur delictum, & hoc secundum quod est recessus a dignitate gratie habitæ: quod fit, cū anima recedit & derelinquit deū. Vnde Isaia: Ierusalem impropere, dices: Dereliquerunt dominum.

Psal. 118.

Dicitur prauaricatio, & hoc in quantum mandatum dei despicit. Sic & Psalmita deplorat: Vidi prauaricantes, & tabescebam.

Dicitur uitium, in quantum est defectus natu...

ralium bonorum: quia ex eo uitium est, quia interimit aut paulatim quod in natura placet.

Dicitur scelus, propter iniuriam dei magnam, propter quod in laia ex persona patris de filio dicitur: Propter scelus populi mei percussit eum. hoc est, propter magnam dei offensam & opprobrium meum magnum, percussit filium meum.

Vocatur nefas, prout est illicitum personę peccanti. Vnde in Ecclesiastico dicitur: Dediti ma...

Vocatur crimen, prout est dignum accusatione & pena. Sic & sapientia dicit: Pugnabit pro eo...

Nominatur peccatum, prout fit conuersio ad bonum commutabile, cuius rei causa factor fit mutabilis. In Threnis: Peccatum peccauit Ierusalem, propterea in stabili facta est.

Vocatur pena, & hoc, in quantum respicit premi hominis peccati, in quo natura nostra corrupta fuit. Quacūq; die comederitis & c. moriemini.

Dicitur iniquitas, prout diuina iustitia inaequat.

Dicitur malitia, quia molitur contra deum, seipsum & proximum.

Sed quocūq; modo nominetur, substantia caret, substantia non est, & inter creaturas nominari non potest, nec per se subsistere potest, sed est in bona & ex bona natura quam deus creauit. Et si nulla bona natura creata esset, peccati seu malum ubi consisteret, non haberet, cum aliud nō sit malum seu uitium, nisi quod est bonę naturę spirituali aut corporali aduersum, & per seipsum nō habeat esse posituum. Nam sicut absentia posituē nihil est, & ex ea tamen corpus languet: sic peccatum nihil est, & anima bonū turpat, & corrumpit naturam per culpam, & gratia priuat. Quid est cæcitas oculorum, nisi priuatio uisus? Et mutitas quid aliud, quā priuatio loquē? Surditas quid ponit in esse, nisi quia priuat auditum? Quid ponit silentium aut realiter efficit, nisi quia tollit uocem aut prohibet clamorē? Quid mors actualē habet existens, nisi quia uira priuat? Quid enim aliud est malū aut uitium corporis, nisi quia speciem & modum & ordinem in ipso corrumpit, minuit aut destruit? Quod sit totaliter destruit, nō habet ubi ultra subsistat. Si minuit, quod remanet, dolet: dolendo restitificatur, & bona natura est, quæ de malo quod patitur, dolet: & quia malum nihil aliud est, nisi quod aduersum naturam est, pugnans ut destruat, aut quia uitia ex boni diminutione permaneat. Quid autem aliud est malum substantię spiritualis, nisi ut supra tactum est, corruptio speciei, modi & ordinis?

Species uero in anima quæ a peccato corrumpitur, est ipsa similitudo ad deū. Facti enim sumus ad imaginem & similitudinem dei, quā peccatum deturpat & dissimulat.

Modus autem, ipsa est forma uiuendi & intelligendi, amandi, uolendi, appetendi, recordandi, timendi, ueniendi, sperandi, gaudenti, tristandi, dolendi, quā peccatum corrumpit, ut modus omnino non sit: quia modus ubi solū est, ubi neq; plus neq; minus est. Sed peccatum in talibus animæ potentijs & affectionibus ita modum & formam corrumpit, ut aut anima infra subsistat, aut oīno excedat.

Ordo autem in anima, est ipsa intentio ad finem. Nā oīs ordo causarū, actionū, uoluntatum &

intentionum, tendit ad finem: finis uero cunctorum, est Christus. Quem ordinem peccatum corrumpit, ut animalis non ordinet in affectionibus atque operibus suis ad finem unde beata sit: sed trahit deorsum ad creaturas per concupiscentias uitiofas, ut spreto incommutabili bono, fructificando in ipso & ex ipso & per ipsum, bonum commutabile atque corruptibile faciat finem suum. Sed cū malum non habeat substantiam, neque possit per seipsum, præterquam in aliqua bona natura subsistere, cum sit nihil, quomodo in id quod est, & bonum est, præualuit? Et cum creatura bona sit, deū habet intra se, non tamen inclusum, sed totam seipsam scientem habens extra se, non tamen exclusum, sed totam seipsam protegentem: habens ipm deum infra se non depressum, sed ipsam sustentantem: habens ipsum supra se, sed non clarum, sed ipsam pronidē gubernantem: unde ergo ad intrandum ad ipsam, aditus malo patuit? quia uia uenit? quomodo hic irrepserit? per quam portam intrauit? Vnde dicit scriptura: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Vnde ergo malum, cum dei factura non sit? Antiqua est, quæstio ista, & in euangelio renouata. Domine, nonne bonum semē seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizaniam? Veniunt subtiliter a plerisque doctoribus, quorum aliqui errauerunt a fide, dicentes deum esse autorem malialiqui uero duo principia, unum mali, alterum boni: aliqui secundum fidem catholicam sunt locuti, quam in omnibus præmissis & præmittemus, quos in præfati opere nos sequamur: cum malū non habeat esse præterquam in bono, non procedit nisi a bono, & in omni genere cause non habet ueram causam. Nam cum sit defectus, non habet causam efficientem, sed deficientem: quia peccatum facit deficere a deo indeficienti, & rebus deficientibus adherere. Cum sit nihil & priuatio boni, nō habet causam materiale, sed materiam corruptiuentem. Cum sit forma uiuendi & formalis pulchritudinis destructiuum, non habet causam formalem, sed formam auferentem. Cum auertat a uero fine, non habet causam finalem debitam, sed pænalem finalemque, naturæ bonæ non competentem, peccatrici uero conuenientem. Igitur in omni genere cause non habet debitam causam. Vnde ergo uenit? A propria uoluntate creaturæ rationalis, in se aut in aliquo corruptibili extra se, nō in deo delectantis. In se, ut in angelo, quia extra se nihil nisi deus erat, in quo delectari posset secundum suę naturę nobilitatem: sed a deo auersus, ad seipsum conuersus peccauit, de quo infra, cum de angelis locutio erit, fiet sermo prolixior. In homine uero, in se primo & extra se, circa deum & præter deum fuit & est prohibita delectatio. Nam peccatum nō est, nec esse potest ex aspectu malorum rerum, quia res malæ non sunt: cuncta bona fecit deus: nec ex appetitu rerum bonarum, quia bonus est animus appetens, bonæ sunt res appetitæ: sed ex auersione a deo, & conuersione ad creaturas, per prohibitas & illicitas delectationes. Erat igitur malum a mala uoluntate, & uoluntas mala nō est ab alio, nisi a seipsa. Et si dicitur, quod diabolus in forma serpentis præuenit in primis parentibus uoluntatem, ipse ab initio peccator & malus existens: uoluntatem ergo primi peccatoris aut angeli peccantis quis præuenit? Nullus, sed a seipsa uoluntas in angelo & in ho-

mine facta est mala. In angelo, quoniam a nullo præuenta: in homine, quia libera, nec a diabolo uolentata, quibus deceptio eius præfaret assensum, primū in seipsa & a seipsa & per seipsam decepta. Non est ergo peccatum a uoluntate bona existente, sed a uoluntate libertate arbitrij male utente, quæ contemnit omnium conditorum in præceptis suis: & ab ipso auertitur qui est bonum summum, summe beatificare uolens & uolens, & in eo noluit delectari, neq; causas delectationis inquirere, ipsum existentem se mpter ne uelut non existentē relinquens, ad creaturam se conuertens. In tali conuersione creatore contempto, qui relictus iniuste, creaturam iuste reliquit, unde peccati seu malum aut quomodolibet nūcupatum, ortū & principiu habuit: & malum & peccatum fuit non sui positiuū, sed boni naturalis, gratialis & glorioſis priuatiuū. Perlicide igitur nō curiosus, sed humilibus uerum desiderantibus patet, quod peruersus amor a uoluntate progrediens, & peruersus usus subseruiens, in diuinam transiit offensam. Nam non est peccatum a deo creatus in creaturæ sustentationem, sed est peccatum uoluntatis peruersæ amantis & utentis cibo. Non est peccatum mulier neque bestia, neque puer, sed uoluntatis peruersæ amantis & utentis, præter diuinam legem, puerum, bestiam & mulierem. Neque peccatum est aurum, argentum aut quodcunque metallum: neque peccatum dicemus esse lapidem preciosum, aut uestimentum seu calceamentum, aut hortum, domum & agrum, filium & amicum, sed uoluntatis peruersæ uolentis contra legem dei amorem uel iustum. Et ut breuitate perstringamus, quæ multa uolumina petunt, dicimus creaturam aliquam uisibilem & inuisibilem, corporealem aut spiritualem, cognitam & incognitam, paruum & magnam, supercælestem aut subcælestem, positiuam aut realem, aut in ratione aut imaginatione hominum non existentem, non esse peccati sed uoluntatis peruersæ amantis aut utentis aliqua re, quæ aut per legem naturæ, aut per legem testamentorū dei ueteris & noui, ordinata est, quantum & quō & quare debeat diligere, & quare & quomodo & quantum rationalis creatura debeat uti illa. Et cum multi catholici doctores & sancti, conati sunt diffinire peccatum, quorum diffinitiones libertate præfenter illas non reprobantes, nec definiendo quod positionem non habet, sed dando parulis intellectum, sententiunculā talem adicimus: Peccatum est omne illud quod deo displicet & facti enti nocet. Ad cuius intelligentiam oportet animū prestare attentum. Nam omne quod prohibitum est uelle, diligere & fieri, aut prohibitum, quia peccatum erat: aut peccatum fit, quia post prohibitionem uoluitum dilectum & factum est. Ac per hoc idololatria, blasphemia in deū, furtū, homicidiū, uisura, rapina, inuidia, ira, superbia, gula, oīs luxuria, oīs auaritia, & his similia magna mala, nō sã peccata, quia prohibita: sed ideo prohibita, quia per naturam sunt peruersa peccata. Comedere autē carnes in quadragesima & similibus diebus, nō ideo prohibitiū, quia peccatum inquit Apostolus ad Timotheū: Nihil prohibitum est, quod cum gratiarum actione percipitur: sed ideo peccatum est, si post prohibitionem admittitur. & his similia, si quis uellet exempla prolixius perquirere. Sed quomodo peccatorum consistat conditio, aut quomodolibet nominentur seu

1. Tim. 4

exoriatur, deum offendit & facientē laedunt, cui rei causa peccata & mala sunt. Quare autem deus ex his offendatur, & si fiunt, reputat se offensum, cum sibi non nocent, & quare facientem laedat: ordo diuine iustitiae requirebat, ut per contraria claret rerum bonitas naturalis, cuius declaratio est magni uoluminis, sed non presentis operis. Proinde non ultra inuestigemus talia, sed caueamus, prout possumus, minima & magna peccata: & ab ipsis, secundum sapientiae sententiam, fugiamus, dicentis: Quasi a facie colubri fuge peccata. Et si accesseris ad illa, suscipiet te, Dentes leonis dentes eius, inteficientes animas hominum. Quasi rhomphaea his acuta omnis iniquitas, & plaga illius non est sanitas. Propterea terrendi essent homines, ne peccarent: quod fortasse cauerent, si quantum peccata non ceant, aut quae damna faciant, prouiderēt. Quorum damnorum numerus, omnium calcularium resolueret digitos, si aliqua curiositate ad notitiam, quod est impossibile, duceretur. Nam quod numerabitur damnum, in finitatem amissi boni, malique inuenit, temporis & loci penitus secum portat. Quod modica sententia Isaias aperuit, dicens: Iniquitates uestrae diuiserunt inter uos & deū uestrū, & peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis, ne exaudiret. Quam sententiam si quis diligenter insperet, omnia suprafata mala prospiciet.

Sed ut terror incutiat his qui naturae fragilitate, animi lenitate, rerum placabilitate, conuersationis amicitia, sensuum uagatione, exemplorum imitatione labuntur: & congruum duxit, secundum scripturarum sanctarum probationē, quae pro peccatis damna proueniunt, prout in generali potest sermo profundus, & in speciali requirit ordo dicendi, deum timentibus atque hoc legentibus enodare.

Quem, o infelices, peccare delectet, cum peccatū dei constituit inimicum, quando mundi huius per inordinatum affectum facit amicum: Quod Iacobus in canonica sua dicit: Quicumquod uerit esse amicus huius seculi, inimicus dei constituitur. Et seruus peccati efficitur actor eius: quod in nulla hominum eueniet actione, ut quis eius quod efficit, seruus fiat, cum factor operis, seu possessione aut artis peritia, per illa dum efficit, dominus appellatur. Et saluator hanc peruersitatem, uidelicet dominium operis, in actorem sententialem diffiniuit in Iohānis euangelio dicens: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ex quo trahitur, quod nec unius domini, sed tot dominorum, quot uitiorum actor, eorum seruus efficitur: & calcet super nos peccatū uelut rex dominus constitutus, ut eius calcaneo, finali scilicet domino, urgeamur. Quod Iob enunciat, dicens: Calcet super eum, hoc est, peccatorē, quasi rex interitus, peccatum certe uita priuās. Cuius regnum in nobis non fieri placet Apostolus: Non regnet, inquit, peccatum in uestro mortali corpore: quia peccati regnum in misera mundi uita, in alia poenarum expectat dominium, cui ex ipsa fiet opportunus egressus: in aliam uero aeternā poenam, ire uocabilis erit ingressus. Et iuxta prouerbiorū sententiam, malum semper persequitur peccatores: & parata sunt iudicia derisoribus, id est, peccatoribus, & mallei percussiones corporibus iniustorum. Sed antequam peccatorum sequatur poena perpetua, indurat ad poenitentiam tale malum, sicut induratum est cor Pharaonis, ut etiam flagellis & mira-

culis non emollietur ad ueniam. Et Iob effectum daemōnis in hominum corda de clarans, dicit: Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatorum incus. Et Ieremias populi peccata deplorans, dicit: Peccatum Iude scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino. Et Zacharias hanc duritiam de suo populo narrat, dicens: Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem. Quilapis secundum gemmarū peritissimos cognitores, alicui metallo non cedit, nostri cordis duritia ex nostro peccato prouenire demonstrans. Excecabit plerumque hominum corda peccatum, ut quam uiam gradiamur, penitus ignoremus, nec aspiciamus terminū ultra quem non patebit progressus. Quod & Dauid non tacuit, cum edixit: Fiant uig illorum tenebrae & lubrici, & angelus domini persequens eos. Peccatorum namque tenebrae sunt, ut nec uiam quae pergitur, & terminum ad quem tendimus, uideamus. Et lubricum est in peccatorū uis, ut de uno cadamus ad aliud dulcedine tracti, aut aliqua fallacia decepti, nec non & plerumque merito prouocatur inuiti, iuxta Apostoli sententiam: Nō enim quod uolo, hoc ago: sed quod odi, illud facio. Et angelus per dominū potestatis persequitur nos, quia malus per arbitrium uoluntatis: imō insequitur & persequitur nostrorum merito peccatorum. Insequitur, ut cum ulemus peccata peccatis: & persequitur uelut a deo fugientes, qui refugij loco nequimus ingerere, ut in camporum latitudine nos comprehendat, & in aeternū subditus habeat suae imperio potestatis. Et idem Dauid uelut imprecatur suae propheticae cecitate ad peccatores euenire propter peccata denunciat: Obscurētur oculi eorum ne uideant. Et alibi: Supercecidit ignis concupiscentiae malae, solemque non uiderunt Christum summam iustitiae, de quo damnati conueruntur, dicentes: Ertrauimus a uia ueritatis, & iustitiae lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis. Et super montem caliginosum leuate signū, in Iosia dicitur: Quod nihil aliud sonat, nisi quod supra mentem nostram & altitudinē intelligentiae, suae ignorantie nebulis caligantem, & tenebris peccatorum densissimis obscuratam, leuetur signū, scilicet crucis, in quo signo deletur omne peccatū, & ab ipso fulgurat tenebrae uitiorum. Et semper cum committitur, obligat ad poenam, ut primorum parentum monstrat iusta damnatio facta, comminatione contempta: Quacumque die comederitis, inquit, ex eo, moriemini. Replet amaritudinibus conscientiam culpa commissa, ut in seipso cognoscat, quod malum est quod peccauit. Quod Ieremias ad Ierusalem loquens, non tacuit, quod per peccatum dominū dereliquit, dicens: Vide quomodo malum & amarū est dereliquisse te dominum deum tuum. Nec non & ipsa bona naturalia uulnerantur in nobis, cum delectati onem & operam querimus in prohibitis. Quod dile nobis annunciat, qui recedebat descendendo a Ierusalem, ciuitate scilicet pacis, quam innocentia & gratiam seruauit intelligentibus: in Iericho, in rerum creaturarum defectibilem & lunarem, frigidam & uariabilem delectationem: qui cogitatione ac delectatione, nec non consensu, antequam attingeret quod pergebat, incidit in latrones, & exiit uulneratus, & semiuuius relictus: quod in uolentibus male agere saepe contingit, ut antequam opere compleant, ex consensu deliberato in naturalibus pu-

hantur, ut semiuui ferē, uidelicet cum libero arbitrio relinquuntur. Trahit nempe ad aliud, si statim non restituitur commissio peccato, ut per poenitentiam & sacramentorum mysterium delectatur. quod & factum est in Cain, cuius inuidia ipsum ad homicidium traxit, & deum arguentem contempserit. Et iuxta Salomonem: Peccator cum in profundum malorum uenerit, contemnit, deum consilicet, & uirum & seipsum & gloriam & poenam, & sanctarum scripturarum admonitionem, & peccatorum doctrinam quasi anilem reputat cantilenam. Nam facit insensibilem animam quodam modo per actum malum, ut non sentiat quid mali nanciscatur, quid uero boni amittat, ut nec euenire credat: uelut si canis aut aliqua bestia in nauē exitens alicuius iudicio submergēda, ligati ad colum pondus non sentiret, quousque ab ipso maris profunda petere traheretur inuita: nec naturae donum de supernatando aquis, bestiam liberat ponderi grauiissimo alligatam, quod pondus non natiandi donum, sed submergendi proprium accepit a natura. Sic euenit plerique pessimo peccatori, quod si aia natura, seu ex Christi gratia data possit superferri, sed nec subinferri poenis, tamen alligato peccato ex eius proprietate affigerur in eis, ipsa insensibilitate causante materiam ante poenam. In ipso uero recessu a corpore, in portis mortis anima mulebitur ex peccatis, cum daemōnum sustinebit insultus, illusiones patietur, oportebit punire cum daemōnibus moriendo, quibus uiuendo noluit repugnare. Quid uero post mortē patietur peccator, cum de poenis erit sermo, dicitur, sed hic in generalitate quadam peccatoris mala perstringam.

Peccator est inimicus dei, angelorum armul, & amicorum dei actu & mente contrarius, inimicorum dei amicus, daemōnum seruus, deformata imago, indignitas uitae, turpator naturae, corruptor morum, odium sui, subannator uirtutum, uitiosorum irrisor, contemptor dei in mādatis, trufator in sacramentis, derisor in promissionibus, ce li exul, inferni promissus cuius, amator mundi, turpitudinis cultor, subbellum libidinis, crudelis & amara uita, praua conscientia, iniq̄ uoluntas, intelligentia peruersa, ratio corrupta, memoria sterilis, anfractuofus mons, organum & cithara & instrumentum diaboli, ex malitia & ex uoluntate, & non ex proprietate naturae: materia infernalis ignis, cenobium malarum cogitationum, obscuratus sol, eclipsata luna, stella de caelo innocentiae cadēs, ignis in seipso ardens, obtenebratus contemplationis aer, aqua maris amara, ex seruore mali quiescere non ualens, fluxibile lutum in mari damnationis, grauiissima terra ex ponderibus peccatorū, tribulos & spinas malitiae germinās, cibuseque terra serpentis de ceptionis antiqui, auis inconstās, aquila per superbiam alte uolans, falco insidiarum innocentiae, accipiter ungalanus, miluus ad uiscera putrefacta descendens, coruus procraftinans poenitentiam, cadaueribus mortuis uidelicet operibus insidens, columba seducta, philomena decipiens, caladrius querulus, passer solitarius in parietibus habitans, regulus pungentes incolens sepes, umbra infernalis luminis, nubes aquarum malarum, obscura nebula tonitruium terrens, uapor quiescens, uentus ecclesiae nauiganti contrarius, in-

quietum mare, naufragus in pelago & plerumque in portu, nauis sine gubernatore, carēs omni artificio nauigandi, piscis sub aq̄s luxuriae natās, leo seipsum deuorans, uisus seipsum halans, aper se uento inanis glorię pacens, lupus simplicitatis destrutor, asinus piger, canis ex ira cūdia latrās, ex memorata delectatione mali reuertēs ad uomitum, sus uoluta conno res, lepus trepidās ubi nō est timor, fera pessima augmentū bonoꝝ exterminās, pardus se p̄ pelle ad malum uariās, athiops de formis, talpa terrae rationalis, uespertilio uolās uoluntarie in tenebris, lucē sponte ueritatis abhorrens, appropriatio typica ois deformis act⁹ ad omē inconueniēs, cā in aiatis q̄ in inaiatis, possibile p̄ hominē deformatū hominē operari, abusus res, peruerfor ordinis, destructor modi, fidei falsator, spei obtrectator, charitatis suggillator, iustitiā exterminans, prudentiā teprimēs, teperantiam paruipēdēs, fortitudinē extēminās, decepto uera, obtenso falsa, placiti affectio, ueritatis expulso, res & actus impetens, importuna macula, uniuersū q̄rela, dissociatus, collega, reciproci malū, & q̄nq̄ transituū damnū, semp̄ uero actio retrāsiue no cens, intransitiue plerumq̄agens qd̄ necat agentē.

De peccato originali. Cap. XLII. Intelligentiam hominum merito fides Christi ana p̄cedit: nec erit ordo p̄posterus, ut p̄ intelligentiam ueniamus ad fidem: sed per fidē ad intelligentiam ueniamus. Sed plerūq̄ intellectus terretur fidelis huius mala considerans, & ut caueat, ad cognoscedas ipsorū species animat. Sed ordo tractandi requirit, ut de originali malo, q̄ libet ex altero p̄pagat⁹ infectus, primitus differat. Vñ fide Christi ana, non agnitioe temeraria, tu q̄ legis attendē. Quāuis aia nostra nō traducatur ex altera, nec ex carne quōlibet p̄pagat⁹, q̄a nec ex Adā aia Eua facta fuit, quis caro de costa, nec de carne sua uelut caro formata fuit: sed p̄ se creata, per se infusa. Et hoc infallibiliter tenet credulitas Christiana, q̄ dū creat, infunditur: & infunditur, dum creat, corpori uiuificando p̄ ipsam. Et in hoc ceterorū deuit errores, q̄ circa creationē animarū multipliciter & infelicitate errauerunt. Et sicut factum est in parentibus primis, ita secundū ordinē altissimae prudentiae, ab Adam p̄pagatis seruatur in cunctis: tñ culpa originalis ab aia Adā tranfuit ad aias posterorū, carne mediantē, quae p̄ concupiscentiam generatur. Nam primū p̄sona uitauit naturam, natura uitata uitauit p̄sonas, q̄t quot ex humano semine dicim⁹, p̄pagatas, ad uitam p̄ductas, siue nondū natas, sed in utero matrū p̄ infusam animam uiuas: q̄ si etiam in utero mouerētur, merito peccati originalis multabunt carentia diuinae uisionis, siue uiderēt mūdi lucē, originalis maculae dicimus maculatas, p̄ter Christū nō de semine factū, & sanctificatos in utero, q̄ licet in p̄tō concepti fuissent, cū p̄tō nati non sunt, sanctificatē eos in utero gratia spū sancti, q̄ gratia originalē deleuit & culpā. Quod p̄tū, p̄pter hoc originale dicit, q̄a oēs cū ipso nascimur, & ab ipso in humana natura oia mala sumpserunt ortū, nō solū spiritalia, sed etiam corporalia uelut p̄ uindicta, sententiantē diuina iustitia, in homines processerunt. Cuius deriuatio ad posterorū multorum commouet animos, ut aliqui diuinam iustitiam dicant & reprehendant uelut iniustitiam, Multi uero in hac

Ecc. 1.

Isa. 59

Iac. 4.

Ioh. 3.

Iob. 13.

Rom. 6.

Pro. 19.

Gen. 4.

Pro. 13.

Gen. 4.

Luce.

refum lapsi sunt, dicentes non esse originale culpam, & baptisina superflue esse instructum ad ipsam abolendam. Sed quoniam opus agimus de intelligentia & uita Christiana, non expedit aduersus tales disputatio differere, sed humiliter fide, sicut per fidem accipimus, credere & tenere, scilicet peccatum originale deriuari ab Adam in posteros, hac scilicet diuina & irreprehensibili iustitia, quia quantum ipsum peccatum non sit uoluntarium neque actuale in nascentibus posteris, sicut fuit uoluntarium & actuale in parentibus primis, non tamen debuit neque debet aliquis parens meliores filios generare. Nam si Adam ex peccato commissio, nondum per debitam penitentiam deleto, dānata erat, non debebat saluos filios generare; ut filiorum quam parentū potior esset conditio. Quoniam ergo ordinatum est quod natura humana sic conderetur, & quod condita ita propagaretur, sic & quod peccata ita puniretur, Proinde sic ut in conditione seruatus est ordo diuinae sapientiae, in propagatione seruatus fuit & est ordo naturae pro peccato, in punitione seruari debebat ordo iustitiae: patet quod non est contra diuinam iustitiam, si ad posteros culpa transmittitur. Et si de natis ex ipsis qui per baptismum renati sunt, quipiam animus haeritaret, quod non deberent originalem culpam teneri, facile a dubio absoluitur, si propagationis ordo pensatur, & originalis maculae causa in suo processu tenetur. Nempe anima ut supra fatum est, non est ex traduce, quae anima transducatur ex aia, sicut caro ex carne, nec nascitur Christianus ex Christiano, sicut ex homine nascitur homo. Et carnalis natiuitas seu propagatio humanitatis ē ex natura infusa seminis & incepti, Christianitas uero nō ē ex natura, sed ex diuina gratia. Nemo igitur potest dare semini suo per naturam, quod per naturam ipse non habet; quod si posset, sequeretur quod res inanimata & irrationalis posset habere Christianam gratiam & uirtutem, cum semen infusum maneat in lacte sex diebus, & nouem maneat in sanguine commutatum, duodecim uero in carne coagulatum, decem & octo membrorum signationem suscipiat, antequam anima infundatur. Ille igitur embryo uirtutem & gratiam Christi unitatis haberet, cui adhuc anima nondum est infusa, quae per traducem non est: & homo illud quod accepit per gratiam, infunderet per naturam, quod esset contra ordinem gratiae, similiter & natura. Et uideretur, sic una species in altera mutaretur; quod ex hoc sequeretur, quod gratia fieret natura, & natura fieret gratia, nec indigeret baptismi gratia, ex natura maculata propagata persona. Sed addito die uno, sunt quadraginta sex: & statim anima infunditur cum de nouo creatur, & in ipso creatur infanti cum infunditur: quae antequam infunderetur peccatum aliquod non habebat, quae creata nō erat. Ille autē embryo peccato carebat, quia sibi aia infusa nō erat: quia sicut res inanimata & irrationalis uirtutem aliquo modo non suscipit, nec uitium aliqua ratione admittit. Contrahit ergo originale malum ex primorum parentū propagatione & damnata propagine, in ipsa infusione ac uisione aia ad corpus, ita ut in neutro sit prae alterum, sed sit in utroque per alterum: in carne, quae in peccato & libidine concepta est: & in aia, quae in peccato concepta est, in infusa est.

statim cum unitur carni rebelli, defectum ordinis naturalis iustitiae incurrat, quod debebat superiori obedire, impare inferiori, ut nec superiori debito modo seruaret, nec inferiori recta ratione gubernaret. Nō ergo generat natura gratiam, neque natura per se aut per gratiam generat naturam aliam, nec gratia generat naturam, neque gratia per naturam generat gratiam: sed generat homo per naturam alium hominem, qui non ex natura, sed ex uoluntate atque fide suscipit Christianam gratiam atque fidem. Ac per hoc luce clarius patet, quod ex Christiano uolens nascitur damnatur originaliter homo, cum homo Christianus ex eo generat quod est homo, non ex eo quod Christianus est: quia quod homo est, habet ex natura deo sic uolente: quod Christianus est, habet ex gratia deo sic largiente. Ex uno generat, ex altero in alterum propaginem non emittit. Et si diceretur, quod gratia non generat naturam, sicut per naturam homo hominem: Facile responderetur, quia gratia datur uoluntati per fidem, non per generationem: homo uero producitur, & producit per naturae operationem, non per fidem. Et si capere talia ratione nō possumus, fide secundum Apostolum teneamus, quod dicit, quod oēs nascimur filij irae: per maxime, cum per comparationem unius Christi miserentis, ad Romanos loqueretur saluem omnium seu multorum fuisse habitam, sic per unius hominis delictum culpam in oēs fuisse transfusam, sic inquit: Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors: ita & in oēs homines mors pertransiit, in quo oēs peccauerunt. Mundum in hoc loco appellauit Apostolus uolens uniuersum genus humanum. Si enim unius delictum nulli mortui sunt, multo magis gratia dei & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Quae littera ex se ipso melius sonat & clarius loquitur, si sequa expositio adderetur, quod peccatum. Adde transiit in omnes: quia mors quae per peccatum in ista est, obtinuit & obrinet oēs. Ideo statim subdit Apostolus dicens: Si enim in unius delicto mors regnauit per unum hominem, multo magis abundantiam gratiarum & donatiōis iustitiae accipientes in uita, regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius hominis delictum in oēs homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in oēs homines per iustificationem uirtutem. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam, scilicet Christi, iusti constituentur multi. Ex quibus uerbis Apostoli satis manifeste colligitur, quod sicut unius Christus liberare uenerat omnes, sic unius peccatum oēs infecerat: quia nec indigeret libertate, immo uisā crimine. Nec quisquam suspiceretur, quod de actuale peccato hominum, sed solum de originali hic loquitur Apostolus, quauis actuale fuerat in primis parentibus. Quod originale peccatum nullus est, nec quod hominem maculet quia concipitur, aut seculum trahat quia nascitur, ut conceptio causa sit inficiendi, & natiuitas causa trahendi: sed cum concipitur, libido uitiosa inest: cum animatur caro concepta, ipsam originalis culpa inficit: quae, cum totus homo nascitur, secum trahit, sed a trahendo solum sanctificatus excipitur. Et quauis oculis carnis qualiter transfundat originale malum, nequeamus uideri, nec luce mentis sine tribulatione aut murmuratioe inspicere, pro eo quod in eos paruulos quoniam

peccauerunt, transfunditur: omnes tamen mortem multari conspiciamus, propter quod credere compellimur quae non uidemus. Et quoniam multi non curant de re, cognito nomine, quod ascribitur ad effectum: multi uero non curant de nomine, cognita re, quod ad effectum apparuit: multi autem unum propter aliud non relinquunt, ut & nominis & rei uelint habere notitiam, ad quam tenuitas nostrianum se extendit, ac pro hoc nomen infirmitatis iuste sortitur, cum animam impotentem resistendimotibus ipsa reddidit. Feditas appellatur, cum animam maculet carni unita. Pronitas dicitur, cum pronum appetitum & corpus faciat in malum. Corruptio nominatur, cum ad peccati nihilieatatem ipsa deducat: & uitium dicitur, cum naturalia bona dimittat. Langor recte nominatur, cum in duram & durare debeat in natura corrupta. Tyrannus etiam dici potest, cum uolenter dominetur potentiae concupiscibili. Fomes etiam fertur more cineris ignem fouentis, sic peccatum fouet in carne per ipsum, quod fomes in baptizatis nō extinguitur, licet per uigorem uirtutis & gratiae mitigetur. Stimulus carnis est, stimulus ipsam carnem ad indebitos atque illicitos motus, & ad consensum animae agitant. Sed quolibet nominetur, cum etiam plura mala nomina sibi comperant, quid autem sit secundum rei ueritatem, est alia dicendi serie differendū.

¶ Et ut melius tale malum scire uoleatibus innotescat, oportet primū inspicere unde exoriat, quod etiam tunc medicina curetur: quia saepe contingit quod medicinae magnitudo magnam arguit infirmitatem, magnitudo infirmitatis curantem medicinam laudibus effert, ut una ex altera reddatur laudabilis, & altera ex reliqua uituperabilis habeat. Nempe initium habuit originale malū ab inobedientia mentali ad deum in diuini praerogatione mandata: & ex appetitu deitatis ex actu rei, quae amo actualiter pomum uetutum gustauerunt. Ex inobedientia mentali ad deum, secuta est inobedientia in membris nostris ad spiritum, ut libramento diuinae iustitiae inobedientia inobedientie retribuitur: ut quod potuit natura humana in parentibus primis, & noluit, uelut in nascentibus posteris, & non possit. Quae inobedientia per maxime patet in genitalibus membris, quae ad numerationem seruauit, in quibus libido renitente ratione ut plurimum excitatur. Quae ob hoc membra pudenda dicuntur, super quae pudore conuicti primi parentes, perizomata induxerunt, uelut sentientes in eis excitari libidinem, unde concepere pudorem. Quare autem in talibus membris magis apparuerit rebellio in parentibus primis, sitque seruata in omnibus posteris, solum duntaxat exceptis, qui singulari spiritu sancti gratia sunt purgati, subtilissime inquisitionis & iustissimae sententiae laborem imponeret: quia qui adderet scientiam hanc, adderet & laborem.

¶ Num uero solum non est hic silentio praetermittendum, neque calamo seruandum. Fertur ex iustitia & consuetudine quadam, quod ciuicium proditores, & eorum peccatum scriberetur in portis, ob memoriam posterorū ciuicium ingrediētium & exeunantium. Quod per simile diuinae dictatae iustitiae, in humana natura exitit ordinatum, ut in membris genitalibus, quae sunt porta propagationis humanae, huiusmodi scriberetur rebellio

peccatum. Ideo inobedientia & rebellio membrorum ad spiritum, iure nata est ex inobedientia & rebellionem ad deū. Ex appetitu deitatis, dominationi subdimur daemōnis, nisi per fidem euangelicam liberemur, sed eorum tentationibus semper ex tali appetitu merito subiaceamus: ex actu autem rei, passionem in utroque homine criminales & pernosae dominantur in nobis. Ac per hoc si ortum huius mali respiciamus, ipsum dicemus rebellionem carnis ad spiritum, iustam ex merito peccatorum tentationem daemōnum, & omnium dominium passionum. Monstrabit autem lucidius tale malū adhibita cura, quod aut pro Christo fuso sanguine, aut sanctificato flumine, aut sanctificato flamine depellatur. Proinde si sanguis pro Christo fusus, in quo tota hominis impletur pro Christo iustitia, curabit huiusmodi malū, ergo tota fuit hominis in ipso mala corrupta iustitia, quae debuit seruari ad deum. Si uero sanctificatum flumen illud depelleret, quod sanctificata creatura damnata ab soluat, igitur non secundum sanctitatem & uirtutem, sed secundum iniquitatem & uitium delectatio & usus fuit in creatura. Si uero septiforme sanctificans flamen, cura medicinali talem labem abterget, proculdubio certum sit ibi fuisse depositio nem timoris & praesumptionem, abolitionem pietatis & creaturae cultum, scientiae priuationem & ignorantiam, abiectiōem fortitudinis & ignauitiam, alienationem consilij & errorem, deprauationem intellectus & cecitatem, sapientiae repudiū & creaturae saporem, cuius curatio patebit, cum de baptisinate erit sermo.

¶ De peccato ueniali. Cap. XLIII.

Multiplicat inquisitionem Christiana & gloriosissima fides, nolens in modico displicere ei in quae credit: etiam minimo malo rum cupit habere notitiam: idcirco de uenialibus atque lenibus malis libet inferre doctrinā. Nempe multiplicatum malum, multipliciter ingerit pugnam, aut ex eo bella consurgunt: & eo actiora, quo mēs a creatore magis auertitur, & conuertitur ad creaturam: & eo leuiora, quo minus anima in auersione seu conuersione persistat. Sed leue malum uenialis nōmē accepit, quia facile meretur ueniam qui committit, pro eo quod licet seruorem charitatis impediatur, tamen uelut mortale hominem charitate non priuat: prout si quis in flammam ignem aliquantulum aqua projiceret, quae flamma reprimetur, ignis uero seu ignitus carbo nō extingueretur, cui rei similitudinem in uenialibus est reperire peccatis. Sed si aqua super flammam ignem funderetur intantum, ut flammam reprimeret, & unde flamma insurgit, manciparetur extinctioni, mortalis mali similitudo notulam portat. Peccata uenialia uirtute omnino difficile dicitur, quauis per gratiam dei possint cum firma uoluntate actuumque custodia. Et quis apostoli post almissam sanctificationem spiritus sancti peccauerunt leuiter. Iohāne dicente: Si Iohā. dixerimus quia peccatum non habemus, mendaces sumus, & nos ipsos seducimus: non tamen asseuerandum est, fieri non posse, quod in nemine sterquam in Christo & uirgine legitur factū. Nec per spiritum sanctum absoluti erant apostoli, & quomodolibet & quātumcumque sancti maximi, ab oratione dominica, in qua petitur uenialia dimitti peccata, & dimittuntur cum dicitur: Dimitte nos. Mat. 6.

bis debita nostra &c. Mortalia uero ad illam orationē nō pntent pro remissione, nisi contritio pcedat, & sacramentalis cōfessio & autoritas interueniat, dum impossibilitas non impedit. Pertinent tñ oīa mala parua uel magna, in oīi genere ad orationem dñicam, ut diuina implorata clemētia deuitent: qđ tñc perit, cū in fine dicit: Sed libera nos à malo. Nec ipsa ad aeternā pceptiendā salutē ipm̄ quēq̄ impediunt, sine qbus hominū uita nō agitur, nisi mortalia cōmittantur, & nō diluantur. Si uero ipsa peccata uenialia cōtēnuntur, & pro ipis saltē generalitate qđam atq; indistincte nō dolet, ut nec cōmississe pœniteat q cōmisit, uelut mortale peccatū quod nō diluitur, eternum meretur exitiū. Non q actum uenialiter, mortale fiat, sed pro eo q agentē nō pœnitet, mortē quod dubio irrogat, nō sit pētū mortale id quod uenialis culpa, sed culpa uenialis cordis impœnitentia. Ipsa siq; demuelle sub certo numero psigna re, multiplicarentur sup numerū capillorū. Et multa quā uenialia sunt ex genere, fiunt saepe mortalia ex pessima intentione: propterea sanū nō iudico de his certam uelle ferre doctrinā. Nemo autē de iporum leuitate pœsumat, qm̄ deprimētia onera saepe fiunt ex rebus leuib⁹ aggregatis. Ergut trā plurimē saepe conueniunt in torrentē, ut trāsuadari non possit sine periculo mortis. Et leuib⁹ uulneribus iteratis, intulerunt uiuentibus certam mortem. Stultum esse nullatenus ambigatur, nec dubitetur transisse in reprobū sensum, qđ dem offēdit, leue dixerit peccatū. Penitus ne leue dixeris, quod in diuinā transit offensam. Non em̄ est leue, pro quo dimittendo qđcūq; oportet orare. Macula tñ est, autorem non interimens, nisi alijs adiectis increfcat. Et quicquid mali non interimit in homine charitatem atq; timorem, nec diuina pcepta & consilia promissa contemnit, nec ab impœnitentia detinetur, citra terminū est mortalis.

De septē uitij⁹ capitalibus in genere. Ca. XLIII.
Nanciscit uera fides omnia sine falsitate discutere, semperq; in ampliora se puehit, siue bona uel mala consistant, ut utrorūq; principia, media & extrema uelit inquirere, ut suum possessorem promptiorem reddat in bonis, à malis reddet penit⁹ cautiorem. Sed nulla mala magis extrema, q̄ quae mortem animae inferunt spiritua lem & aeternam, si non correcta seu declinata demergunt. Quae mortalitatis nomen iustissime susceperunt, postquā à deo uita omnium excludunt, & cum mortis principibus intercludūt: de quibus sermo non breuis, quia nec breue aut paruum est malum quod faciunt. Hinc est quod sicut saepe dictum est, omne malum à deo auertens, à uoluntate habet initiū, sed per alterius mali principium: quia initium omnis peccati superbia, pro eo q̄ recessus à deo per ipsius sit contemptum, aut mandatorum ei⁹, quod nihil aliud quā superbiā poterim⁹ appellare. Firmatur autem uelut in duabus basibus & bene firmatis columnis, in timore infauito uidelicet, quo quis timet p̄dere quod male cupit habere: necnon & in peruerso amore, quo quis amat & in amando habere cōcertat, quod amare aut habere prohibetur ut nefas, fomentum seu nutrimentum, uelut ignis olei in ligna suscipiens, honorem uitae, materiā auaritiā, carnij⁹ lasciuiam. Quod fomentum in canonica sua Iohānes nō ta-

cuit, dicens: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia uitae. Plurificatur uero o septēmpliciter modus recedendi, à modo contemendi scilicet deū, firmandi & in malis columnis, fouendi malis fomentis, ut superbia uelut initium, similiter aut modus, aut iniquitas: inuidia, ira, acidia, auaritia, luxuria, gula, sint mod⁹ & uitae lubricae, quas anima ingressa currens uelut uias insipientiae, habeat offēdiculum, & sint tenebrae ad ambulandum, lubricae ad descendendum festinus ad infernum, & coarctentur ambulantiūgressus sepibus peccatorum. Sed ut clara intelligentia luce possit p̄cipi, quare mortalia sint, & sub quibus respectibus à uoluntate pueniūt, & cur sint numero septenario praefinita, quae capitalia nominantur, alia est adhibenda forma loquendi. Proinde ad R. omanos scribēs Apostolus, dicebat: Stipēdia peccati mors. Quod Rom. de triplici morte intelligendum est. De morte separationis à deo, q̄ est tota uita, de morte corporis q̄ fit p̄ separationem animae ab ipso, & de morte dānationis aeternae. Et ut quod p̄ quaestionem mentem pulsata, clari⁹ pateat, oportet singula p̄quirere, ut quomodo quodlibet mortem pro mercede suscipiat, possim⁹ oculo fidei intueri. Sane de uita est uita, in seipsa & à seipsa & de seipsa & per seipsam uiuens, & omnis uitae fons & indefectibilis origo: à qua recedēdo, itur in mortem, & in talem, in qualem ire decet relinquentem oīum uitam. Ac per hoc superbia recedit à deo, cōtēnendo ipsum in se, in suisq; p̄ceptis: merito ergo mortem incurrit, qui à uita per cōtemptum se diuidit. Et cū deus uita oībus bona sua, siue naturalia, siue tēporalia, corporalia siue spūalia, plena largitate secundum iustam dispensationē tribuat & communit: inuidia uero, quae à non uidendo nomen accepit, dolet, cum aliorum bona conspexerit, quae collata sunt ab autore uitae. Iustissime igitur uita priuatur, morte q; incurrit, q̄ dolet de uita bonitate diffusa, & quantum in se manet, odit opauit.

Ira uero, quae dicitur turbulentus animi appetitus, furit in uitam, quando cum odio persequitur creaturam, cui fontalis uita concessit & uitam uita uero mortem incurrit, qui in aliquo odit uitam.

Acidia nullis aut retardatis & retrogradis passibus appropinquat ad uitam, & maledictionem incurrit aeternam, qui negligenter operatur dominica. Quod Ieremias pronūtiat, dicens: Maledictus oīs q̄ opus dei facit negligētē. Ex debito nāq; permanet in morte, q̄ uita appropinquare neglexit.

Auaritia cum seruire plus debito habendi accenditur, in debitis modis necessaria pro uita sortitur: & dum se fulcit indebite, alios priuare desiderio & actu necessarijs uitae: necnon & charitatem per quā acquiritur uita, ferit: quae propria cōmunia facit, cū auaritia q̄ sunt cōmunia, uelit esse priuata. Inuincibili rōne detinetur à morte, q̄ desiderio pl⁹ habēdi quātū in se cōstitit, alijs irrogat mortē.

Luxuria turpat uitam, cum concitata libido animam per consensum, corpus per actum, proximum, cum quo, per participium, scientē uero maculet per malum exemplum, uicq; contemnat p̄ceptum, cum consentitur aut agitur praeter sacramentum: proinde irreprehensibiliter retinetur à morte turpator uita.

Pestifera gula irrefragabili sententia irrogat

mortē, q̄ nisi de parte uitae nō curat. Propt̄ quod Apostol⁹ ad Philippenses dicit: Quos finis interit⁹, quorū deus ueter est, & gloria eorū in confusione q̄ terrena sapiunt. Quomodo nō iusta incurrit mortē gulosus, qui contemnit animam in aeternum uituram, solum carnem fouet necessario mortiuam? Ac per hoc non ita tenendū est, quod secundum omnem actum & modum ista septem capitalia mala sepe sint mortalia, nisi cum anima deordinatur in talib⁹ circa deum, & obruitur ratio, confunditur memoria, & uoluntas peruertitur. Quorum declaratio per singula, quādo sunt mortalia uel non, nec est p̄sentis operis: & dare doctri nā, fore utile non agnouit. Melius est enim ut mēs semp̄ timeat, & offendere caueat. fed, diuersis respectibus, prout ipsa diuersa consistunt, ab una hominis uoluntate procedunt, quibus scis, scietur & numerus. Quatuorq; appetibilia esse, quae cum male appetuntur, quatuor mala generantur: & tres uires, quae cum deordinatae fuerint, alia tria mala causantur,lympide considerātib⁹ pater: unde respectiue ac numeraliter septiforme malum insurgit. Nam uoluntas plerūq; deordinatur, cum appetit aliquid bonum priuatum, quod non est ap̄perendum, commutabile seu apparens, quod erit priuata excellentia, & hanc amat superbia. Aut erit aliquid bonum exterius pro sufficientia, sed non necessarium, & hoc quarit auaritia. Seu erit bonum delectabile ad conseruationem individui & sui ipsius plus debito, & ultra ordinem & necessitate appetitum, quod est alimentum delectabile secundum gustum, quod amat gula. Siue aliqd̄ aliud bonum delectabile, quod potest esse ad conseruationem speciei, licet ex intentione aut opere non semper ita sit, quod est torus delectabilis, scilicet tactus, qui appetitur ex luxuria. Quocirca secundum quatuor appetibilia & uoluntatis respectum ad ipsa diuersim, quatuor mala consurgunt. Sed cum uoluntas in potentijs naturalibus ordinem praeremittit, aut deordinatur in rationali uirtute, unde nascitur inuidia omni ratione carēs: aut deordinatur in potentia irascibili, & sic nascitur ira ultra debitum furens: aut deordinatur in ui concupiscibili, & sic nascitur acidia, necessarium bonum animo non appetēs, nec actu & monibus quærēs.

Igitur claret in intellectu istorum malorū obsecritas, cur mortem inferant, quibus respectibus à uoluntate procedāt, numerum septenarium teneant, & capitalia cur existant: quia capita sunt omnium aliorum, ut infra eorum specialis sermo monstrabit.

De Superbia. Cap. XLV.
Oportuna in omnibus fides, speciali se peccatorum cognitione tuerit, nec per incautam opera nefanda capter. Sed de superbia prius est proferenda cognitio, quae malis & peccatis criminibusq; improbe insidit, ut flant: & omnibus bonis operibus importuna assidit, ut pereat: quae contemptum generat mandatorum & consiliorum respectum, sibiq; male placens, à canonicis regulis deriuat animam, & irregulatam per omnia malorum p̄cipitia saepe trahit. Sup mensurā sua nominatione cōscendens, ut in nullo modus & ordo & numerus & mensura feruetur, superioribus inuidens, eq̄libus non consentiens, inferioribus despiciens, saetagit omnes suis calcariibus per-

urgere. Superbia uelut feminea derelicta regina, non sociata uirili regimini, nec suā aspiciēs uidiuitatem, proprio delectata dominio, socias sibi similes & criminosas assumit, cum quibus confabulat in uerbis mendacij & prouisionis dignē. Curiositate & propriam sufficientiam atq; complacentiam collaterat sibi: cum quibus alloquens creata, iterum aliter creat. Loca permutat, auget & minuit limina, alternat uices & tempora, lucem & tenebras, diem & noctem à diuinis legibus soluit, suis uelut iustioribus ligat, potestates mutat & iura regnorum, dominari omnibus appetit, aut alijs conferre dominia, ut sub suis regulis tremulet oīs orbis, dignos ex odio reddit indignos, indignos uero pro placito supponit. Haec pro iustitia uirtute uoluntate, uoluptate pro lege. Huic dominatrici pestifera omnia placita sunt licita, delectabilia sunt honesta, utilia uero iustissima reputantur: q̄ semper furit, si non perficit insanit, si impeditur: non quiescit, nisi supplanter aduersos: non uult audire querelam, si pro commodo suo alijs fecit ipsa iacturam: nec patitur computari ad aliorum damnum, quod in suum profectū deuenit: sed uult quod perditum suum perditior dicat profectum, quod superbiā accessit ad luctum, & exaltari se putet in sua exaltatione depressus, & gloriam sibi prouenisse ascribat, propter ipsius honorē & gloriam ignominia passus. Et uelut ornamenta uult haberi uulnera suscepta in certamine, aut aliter p̄pter ipsam. Mortem reputat uitam, si pro ipsa pendatur. Eius causa sanguinem solum, aestimat fluxum aquae: spiritum hominis, spiritū pecoris: carnem humanam, asinum: si eius commoditate pendatur, patientiam nullum dicit adesse dispendium, dum ipsa in suis sublimibus deferatur: omnia uelut stercorea arbitrat, si adipiscitur quod affectat. Haec in angelis propria & inuisibili & intellectu delectatione deseruit caelum, in parentibus sensuali delectatione paradysum, in laeta obstinata contumacia deseruit Christum. Quid nobilium in locis caelo: quid delectabilium in corporalibus paradysis: quid sapientium in doctrinis Christi discipulatu? Haec in tyrannis usurpauit dominia, in legitimis dominis perierit iusta decreta, in iudicibus reſta iudicia, in aduocatis debita iura, in notarijs fecit multa notoria, in arcialibus deprauauit communia. Appetit superbia singulariter incedere super terram, & suam obliquitatem uult omnibus p̄ rectitudine reputari. Plurimumq; se palliar regumēto uirtutis, ubi aliter se non posse conſurgere praecognouit: & ne uileſcat, suam amulam, humilitatem scilicet, saepe uocat. Et cum sibi sociatur ambitio, si per seipsam non ualet efficere quod p̄sumpsit, seruit ut regnet: gratis se donat, ut accipiat quod affectat: uocat dominos quibus ipsa nō seruit, sed potius petit dominari. Appellat sapientes, quos in animo stultos credit: dicit amicos quos odit. Antequam obtineat, blanditur ut carula: dū obtinere concertat, cum uulpina pelle progreditur: cum obtinuerit, leonis assumit aspectum. Et q̄bus subiacebat in precibus, uelut aquila ceteris auiibus superferretur. Quae deicit eum quem eleuat, quia secundum eū gelium: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Quis est qui se exaltat, nisi qui se per superbiā supra omnes sua aestimatiōe subleuat? Sed humiliatur, quia cadit, qui se ascendendo non

Isa. 14. nouit. Deiectus angelus de celo per superbiam, & per irrepedabilem uiam ad inferiora descendit. Exulatus a paradiso Adam, qui per superbiam diuina mandata contempsit. Et Nabuchodonosor de regia dignitate depellitur, dum cor eius indebite subleuatur: & maiori animaduersione percussus, ut ab humano sensu aestimet se mutatum, & cum bestiis moraturus accessit, q se bestiam, non hominem aestimabat. Et in Iob legitur de impio a supbia subleuato: Si ascenderit usq; in caelum supbia eius, & caput eius tetigerit nubes, quasi sterquilinum in fine perdet. Et in Ecclesiastico scriptum legitur: Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis.

Ecc. 11. Et alibi scriptum est: Multi potentes oppressi sunt ualide, & traditi sunt gloriosi in manus exteriorum. Et contra superbos deprimentos Isaias clamat: Pedibus conculcabitur corona supbia ebriorum Ephraim, & erit sicut decidens gloria exultationis eius. Et a seipso decipitur qui superbus existit, uelut se ledens p uinum in nimitate potatum, iuxta quod Habacuc clamat: Quomodo uinum potan tem decipit, sic erit uir superbus, & non decorabitur. Genimim omnium malorum ipsa praepunitur, sacra scriptura dicente: Initium omnis peccati superbia: & qui illam tenuerit, adimplebitur maledictis. Et uere maledictis implebitur possessor superbiae, quia maledicitur ab omnium creatore, & maledicti diaboli filius constituitur: & cum maledictis in aeternum erit portio eius, qui a superbia sociatur: quia noluit benedictionem diuinam, longe facta est ab eo: & maledictione induetur uelut uersamento, qui a superbia moribus circumferretur. Sed aliud est superbire, & istud est auersio: aliud est non credere, & istud est reprobationis: aliud non obedire, & istud est despectionis: aliud est sibi placere, & istud est diuini negationis. Alia est superbia in deum, alia in seipso ad seipsum, & extra seipsum ad proximum. Sed in quantum progredi potest ista primogenita: & primogenita mors, suos conspiciat gradus, qui eam comprehendere fatigat: descendentes siquidem, licet ascendentes appareant. Initium eius apostatare a deo, uelut per propriam scientiam omnino captam, & complacentiam singulari, superfluum dei existimare, & oia facta dei: subinfertur secundus, in quem quis descendens, a se actu peritura conquirat. Inferioratur tertius, in quo pede posito, obtenebrat intantum hois ratio, ut neget rationem, praferat uoluntatem, & absq; deo sibi statuit regnum tenebrosam, ut neq; dei neq; quae dei sunt in ordine ad ipsum conspiciat, & hic est ultimus terminus eius.

De inani gloria. Cap. XLVI.

Quid aduersus clamabo inanem gloriae seu gloriam uanam? quae de uentre superbiae gignitur, quae hominem deprauat, & rectis incedere itineribus nunquam sinistat. Cuius mala germina, quae mala faciat, manifestant.

Quorum primum est inobedientia, quia inaniter gloriosus, in nullo inferior paritur apparere. Sed uideri uideatur inferior, quod superiori obediendo subicitur: & precipientis, non suam perficit uoluntatem.

¶ Germen nequam est ipsa contentio, quia uane gloriosus clamoribus apparere conuertat.

¶ Cui adiungit iactantia, scilicet filia infirmitatis: bona si qua potest, palatim enumerat, ut cora hominibus laudabili apparere, & euacuat mentis

arcana, plerumq; inspicitibus sua secreta, imo tacenda diuulgans: & plerumq; de praefato superbia uero egreditur presumptio nouitatis, ut dicendo aut inueniendi quae noua hoibus uideant, laudabilis habeatur: & prinae coepta educitur, ut dictum aut factum audacter defendatur, ne uideatur errasse, quod ab hoibus gloriae queritur. Et saepe cum istis alia ueritatis exortitur, quae discordantia nunquatur: quae semper assumit in auditibus contrarium, si non aliter, saltem aliter uane gloriari cogitans. Necnon interdum pessima hypocrisis oritur pulla filia, humilis & exterioribus placitis macipata, quae nunquam recte sui possessorem permittit intendere pictoris intentionem, & artificium moribus semper imitans, quae figurans imaginem, non intendit ad interiora & intestina, quae uere in animatis natura producit, sed suo artificio foris seca explicat coloribus, & manuali pictorio membrata ordine conueniens. Sic hypocrisis malo praedoctus, restituitur conscientiae praemittit: & qualiter ueritatis testimonio deo placeat, non inquit, exteriora solum praepunit unde gloriae captat. Inquisitio curiosa, producit de conceptu pestifero, quae fatagat scire hominum uoluntates, & eas placita inuestigare non cessat, ut ea loquendo & moribus praeferat quae ipsas demulcat, ut postmodum uocibus praerumpat in laudem eius, quae humano placito sic uentata facit. Quid plura de hac uoluntate praefera loquar, quae suum sibi sic uendit possessorem, ut possideat quae possidetur, & cunctis aspectibus exponat uenalem, imo irreuocabiliter tradat in macipium laudatorum? Non possidet seipsum a uana gloria praeruentus, nec sensibus utitur ad seipsum, sed ad eos a quibus uana gloriae queritur. Nam totum se in sensibus uariat, & moribus & gestibus se libornat, ut laudem excutiat de cordibus inspectorum, non habitat in terra, quae natione caelestis, non gradiuntur per uiam, sed per hominum corda perambulat. Hoc solum hoc laetare uitium habet annexum, quod oia studet promide facere, nec cadat a laude. Nam unde praeruidet materiam placendi, inde adhibet studium serio operandi. Et licet multa decetia pro alijs faciat, seipsum merito priuar, cuius initium, propria reputatio: medium, uiuere in cordibus spectatorum: finis, latrocinium diuinorum.

De ira. Cap. XLVII.

Ad iram sermo dirigitur, quae directum animam a natura distorquet, & serenum mentis obnubilat, & impedit in suis aspectibus animam, ne uerum aliquando conspiciat. Et cum habeat sine causa originem, sine causa permutat rationem: & turbulenta animi appetitum, cum appetit remouere quod suam impedit facilem actionem: quae primum in animo in seipsa colliditur, antequam foris efficiat ad quod iniuste mouetur. Et una existens anima ira nube uestita, in alterationibus interioribus bipertitur, ut furentem imaginatione, constituat eregide alterum certatorem, quem aggreditur uerbis furia plenis, iniuria maculatis, turpitudine coe positis, derisione, ambitione, dolo, animositate confectis, accensis odio, impetuositate succensis. Quae si responsa susceperit per simile, fumo sitate suffolitur, ut iam ad uerbera ueniat, & instantem in animo faciat, ut occidat. Nec atrox animus faciat per uis a furiosa cogitatione productis, in cuius ualculo ira ebullire non cessat, Ecce iam anima una ex ira efficitur

hina, de ipsa obicem faciens inimicum: quod non audiendo, lacessit ut uerbis, intactus pmanet & uerberatus est: uiuit adhuc, & occisus est. Hec est quae libidinem habet ulciscendi, parcendi nemini uoluntatem. Mouetur ex ipsa uoluntas & concitatur ad peccata, & subitam generat in anima tempestatem: feruet in interioribus, & ex impetu saepe in exteriora prorumpit: & ad illatas iniurias existens impatiens, plus uindictae quam suscipit, cogitat, Et quod funestius dixerim, iracundus magis affligitur tacetis: & iniuriantis absentiam passus, flagello duriori se uerberat, dum cogitat quid debuit mali dicere, & non dixit: dolens, si malum facere potuit, & non fecit. Et si praesentiam iterum sustinere contingat, se ad peiora inferenda disposuit: & quae mala inferat, tu qui legis aduerse.

¶ Solet insuare animos, si adhaerit haec putrida tabes. Vnde in Ecclesiastico scriptum legitur ad cautelam: Ne sis uelox ad irascendum, quia ira in sinu scultu regedit. Et Iob: Virum stultum irascit iracundia. Et in Proverbijs: Facus statim indicat iram suam. Ex quibus sententia liter hoc colligitur, quod stultus & fatuus est iracundus, & iracundus stultitia & fatuitas dominantur. Et reus constituitur qui foris in ira exarferit, Christo dicente, quod ait: Ois qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et ad mala patrandae erit procliuor, quod suis motibus circumferretur. Vnde scriptum est in parabolis Salomonis: Vir iracundus prouocat rixas, & quod ad indignandum agilis est, erit ad peccata procliuor. Ira suscitatur rixas, sicut alibi scriptum est: Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic iracundus suscitatur rixas. Et in ecclesiastico scriptum legitur: Homo iracundus intendit litem, & uir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit iniurias. Secundum enim ligna sicut, sic ignis exardescit: & secundum uirtutem hominis, sic iracundia illius erit. Habet pro nihilo sanguinem fundere, concitatus ab ira: & miseret nescit ab ipsa perussus. Vnde Salomō dicit: Ira non habet misericordiam, nec eripiens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis potest? Et in ecclesiastico scribitur: Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniā am quasi nihil est ante ipsum sanguis. A cuius uio lenta radice consueuerunt huiusmodi ramusculi pullulare, rixa, timor mentis, odium, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia, tristitia, rancor, inquietudo, impetuositas, conuicius, & his similia. Haec seipsum intro mittit ad proferendum iudicia, nec desert omnium regi regum, qui sibi uindictae iudicium referuauit. Haec excogitat exilia, uincula, carceres, mutilationes, & tam inaudita tormenta, ut ex illis mors quaereretur pro uita. Haec peruenit iudicium, confundit iustitiam, consilium non sequitur, rationem excludit, mensuram non seruat, ut pro modico multum uelit rependere, pro uerbo gladium insingere, pro leui manu iniectione uirtutem auferre. Iracundus in tabulis adamantis scribit iniuriam, in glacialibus laminis depingit bona suscepra. Huius initium, est quaedam indignatio mentis praeter iudicium rationis: mediū uero, congregatio in memoria eorum quae praesentant augmentum: finis uero, est odium usq; ad mortem, non solum corporis, sed animae, ut super ipsam descendat indignatio dei.

De inuidia. Cap. XLVIII.

Inuidia uirus fascinauit hominis rationem, & rectum intuitum obcaecauit: & ingessit in animo plerumque tristitiam, unde laetitia debuit reportare. Nam ad gaudium debet animus excitari, cum uidet diffusam diuinam in hominibus bonitatem, naturam largitatem insurgere, prosperari ex ingenio quempiam aut arte fulciri, quae ordinem uniuersi decorant ad iucunditatem considerantium ueritatem. Sed quae de non uidendo nomen accipit inuidia, de singulato bono non recipit gaudium: nec prout ingreditur, uniuersalem pulchritudinem accumulat ad solatium, sed semper suum existimat damnatum, commodum alienum: & suam diminutionem, alterius augmentum: perditionem propriam, alterius lucrum in suam conuertit iniuriam, alterius gloriam: suam depopulationem deplorat, alterius abundantiam: & propriam infirmitatem, alterius sanitatem: suam ignorantiam, alterius scientiam: & ad suam ignobilitatem, alterius nobilitatem ascribit: & quicquid boni alteri accedit, a se recedere semper putat. Quae autem est aduersus bona quae dicuntur fortuna: & mala est: aut aduersus bona naturae & peior est: aut aduersus bona gratiae, & pessima est. Semper in luctu est in uicibus inter prospera caeterorum, exultat uero in miseris proximorum. Melius efficit inuidio, carere oculis ne uideret: auribus, ne audiret quae alijs bona proueniunt, quia saltem quiete in animo possideret. Ad felicitatem dico inuidiorum, semper illos esse in numero captiuorum, & ante oculos semper habere lugentes, & sustinentes poenas continue contemplari, incolere deserta cum bestiis, effugere hominum ciuitates, ut uidendo infelicia, se putarent esse felices, nec uidendo felicia, tristarentur: qui ut ira loquar, ex misericordia in inferno tenderetur, ubi est sempiterna miseria, ne iucundorum intuitu torqueantur. Contra seipsum semper testificat qui inuidus est, quod quibus inuidet, minor est: & uelut noctua suam peragit uitam, quae semper odio habet lumen solis, obscuris temporibus expandens alas. Haec est fera pessima, quae iudicio patriarchae deuorauit filium suum Ioseph. Hec est, quae fratres animauit ad occidendum, & ad uendendum naturae confortem: communem coherentem cum eis futurum in posterum, ut deleretur hostiliter, instigauit. Haec primum Israelitici populi regem Saul excitauit aduersus Dauid, ut ipse mereretur pampili a diabolo concitari. Per hanc primum effusus est sanguis, & uterino manus ad occidendum iniecta. Haec linguam excitat ad detrahendum, murmurandum, obloquendum, & recta uerbis peruertere facit, & linguam ueneno maledictionis infundit, nec pacifice loqui sinistat. Contorquet oculum, conturbat auditum, excitat saepe manum, cor Ianquidum, marcidum, stupidum & odiosum facit, & suum possessorem nunquam sinit esse felicem, ad aeternam miseriam, nisi abijciatur, inuitabiliter trahens secum, ut cum illis sibi consimilibus inuidis maneat in secula seculorum, quorum inuidia mors intravit in orbem terrarum. Iure igitur separandus est a bono fruentibus inuidus, quorum felicitatem sibi computabat in poenam. Et merito solatium afflicti, quorum malis uelut remedio fruebatur. Cuius initium est, inconsideratio & odium inaequalitatem, quae de diuina procedunt sapientia sicut omnia: mediū uero est, tristitia de alienis bonis

Gen. 37.

1. Re. 19.

Gen. 4.

nis animam fodiens, & de bonis proprijs nunquā gaudens: finis uero est, odium sapientiae sic distribuentis, & bene facientis, non sine causa dei.

De acedia. Cap. XLIX.

Acedia malū accidens est, quoniam ad acti onem constituta est natura potissime hu mana, quae intelligibiliter agit, & ratione utitur in agendis. Et noster protoplastus insinuat, qui primum in paradiso positus, ut operaretur & custodiret, a domino accepit decretum: quod ma le custodiens, q̄ poterat sine labore operari man data, durioris & affigentis laboris suscepit senten tiam, ut in labore & sudore pane quo uiueret, ue sceretur, exul ab insatigabili actione, imō a quieta operatione, terrā in grataris, spinas & tribulos ger minantem, cum maledictione operaturus seu sulcaturus, uelut agriculor cogit laborare. Nec con gruum est, ut acedia naturam corrumpat actiua: & nefandum est malum, quo summi regis impe rium praetermittitur. Sed ne cipsum depingamus, prout naturā reprimi liberam & debitam actio nem, sed prout aduersatur infusa desuper gratiae ac etiam morib⁹ Christianis, uerbis de declaremus.

Acedia est tegulum mentis in bonum desup infusa uirtutis, nausea spiritualis & intellectualis bo ni, stomachatio cibi uiuificantis animam, sentina foetens nauigantis uitae, neglectum bonum, expe ctatum malum, inexpectata laeso, subitum nocu mentum, expositum & immobile signū ad sagit tantium de monum experimenta, fixatus uolun tate lapsus, & adiutrici uirtuti non porrigens ma nus, uoluntarius conosus, nō firmatum repagulum ad ingredietes iniquitates, apertum ostiū ad easdē, tenebrosa caeuerna, receptaculum immunditias, squalidus mos, fatua uita, dissipatio tēporis, uana occupatio loci, ligata ex colligatione natura, pso na sterilis, improfecta defensio, pondus sensuali tatis deprimes, displicentia uitae agēda, amica sta tus & gēris, odiū actiuorū, aspera respōsio ad exci tates, uoluntaria fractrix tubarū spiritualium exci tantium ad diuinas operatiōes, uē clamant ad mis sam, euge ad mensam, cōsistorium malarum ordi nationum, hospitium peregrinantium malorum, mensa dæmonum super quam comedunt pollutū panem, lectus & puluinar decipientium amicorū, secessus procerū infernalium, alueus decurrentium iniquitatum, inuisa cloaca, inuisibiliter turpitudines suscipiens. Ista praetermittit tempus, tempus expe ctans, & praeteritū irreuocabiliter pdidit: & p̄sens futurum expectans, uacuum p̄terire permittit: fu turum, cum efficitur p̄sens, similiter facit, & in tē pore debito debita non p̄soluit. Hæc sedens in ca thedra mala gēris & sella deliciarum, deo uocan ti non responderet, angelo excitanti non consentit, aduenienti uirtuti non assurgit, salubriter consu lenti non credit, duci recte ducētinō obedit; col legam actiuum repellit aut odit, consimilem amplexatur & diligit. Hæc generauit mandatorum contemptum, & consiliorum perfectionē abhorruit. Hæc fecit sacram despiciere morum imitatio nem, uitae asperitatem penitus ignorauit. Hæc cū bona si qua contemnit, magnum malum est: si ue ro negligit necessaria in salutem damnabile ma lum est, demergens p̄menti pondere suum posses sorē in euitabiliter, nisi abiectū fuerit, in infernū: a quo qs liber, aspexit in uitam, & tractus amore

Gen. 3.

uirtutis, peregrinatur in patriam, aduersus quam maledictā de scripturis sacris aliqua proferamus in medium, ut illum potissime caueat, qui diuinis agonibus aspirauit. Dissipantur bona & opera si qua sunt illius, q̄ accedie reuinculis detinet, iuxta prouerbiorum sententiam: Qui mollis & dissolu tus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Et pabulum nutrimenti ministrat pungētibus ui rijs, & custodientis ac protegentis legis feri per mittit ruinam, q̄ supra pectus accedie reclinauit. Quod Salomon ipse non tacuit, cum dixit: Per agrum pigri hominis transiui, & p uineā uiri sulci, & ecce totum repleuerant uirticæ, operuerit fa ciem eius spinæ, & mæcra lapidum destructa e rat. Ager pigri gippe, studium est uoluntariae acti onis: & uinea est uita nouitas; ad quam debemus intendere, ut uinum iucunditatis æterna suo tem pore degustemus. Sed repleat uirticis prurienti bus damnatae libidinis, & anathematizatae auri tiae confodit uirticis. Et utriusq̄ murata mæcra, sed nō ex charitate cæmentata: cust odia diruitur, ut nec lege uelit arceri diuina, uoluntati, p̄prie man cipatus. Cui ab eodem uirticis sententia indicitur, ut ex suis desiderijs q̄ piger est, moriatur. Nā deside ria occidunt pigrum: noluerunt em̄ q̄quam man us eius operari. Tota die cōcupiscit & desiderat: q̄ uinum iustus est, tribuet, & nō cessabit. Et iterū scriptū est: Propter frigus, piger arare noluit, men dicabit ergo æstate, & nō dabitur ei. Nā torpor noxiæ frigiditatis detinet pigrum ut nolit arare, ut ferat uirtutib⁹ animam, & corporis mores per ordinē ponat. Qui cogitur mendicare in egestate decoquētis iudicij, seu in claritate sanctorum: sed nō dabitur ei de laboribus aliorū, ut refocillet ani mam suam, neq̄ de aliorum uictoria suscipiet ipe coronā, sed nec iustificabitur de iustitia in labore agentium uita suam. Nam scriptura dicit: De fructu oris sui unusq̄sq̄ replebitur bonis, & iuxta o pera manū suarū retribuetur ei. Et alibi scriptū est: Date ei de fructu manuum suarū, non aliena rum. Et statim subditur: Et laudent eam in por tis opera eius, nō aliena, q̄ piger in uacuam men dicabit. Et Apostolus inq̄: Oēs astare oportet an tribunal Christi, ut recipiat unusq̄sq̄ bonum sine malum, prout gessit in corpore suo, nō in alieno. Et alibi Apostolus clamat: Qui non laborat, nō māduet. Contra quem sapientia iterum clamat excitās, malaq̄ futura denūciās: Vsq̄ue quo piger dormis? quādo conserges ex somno tuo? Paululū dormies, paululum dormitabis, paululum conse res manus ut dormias, & ueniet tibi quasi uiator egestas, & paupertas quasi uir armatus. Deficiet em̄ tempus declamare ad hanc maledicam per testi monia scripturarum, que nō solū in non operan do recipit detestationem, sed in operando in plu ribus æternam maledictionē incurrit. Quod spir itus sanctus per Ieremiam loquitur, dicens: Maledi ctus ois q̄ opus dei facit negligenter. Cuius ter rore Christi agonista percussus, abiecit ab ablu beribus talis matris. Cuius malæ soboles iste plu resq̄ sunt, quarum ab aliqua nō uinculari dixi esse difficile super terrā, scilicet tarditas, repiditas, dila tio, desidia, segnitias, insensibilitas, indenoio, inopia utriusq̄ boni, ignauia, inertia, retrogradatio, in discretio, in cautela, in curia, improuisio, inobe dientia, ingratitude, inhumanitas, incōpassio, im

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

Pro. 14.

puritas, insolubilitas a malo, intrusio in seipso, fir mata cupiditas, incōstantia, in getudo mentis, de lectio, cōsternatio, pusillanimitatis mollietas, ob caecatio, ociositas mētis, tardium uitae, tabefactio, grauedo, raticunitas mala, murmur, exinanitio, seu uacuitas bonorum spiritualium, imperseuerā tia, impedimentum boni, tristitia, desperatio, ne gligentia, ignorātia, uincibilis curiositas circa in utilia, omisio eorum quae sunt necessaria pro sa lute, impoenitentia. Quorū declaratio seriosa tan to protenderet uolumine, ut necdum legentis fa stidierit animum, conturbaret & oculum, sed acci piētis manū curuati ponderis pregrauaret. Quarta igitur est sollicitudine obseruanda, ne nūciat, que to: siliatur in uita & rebus obiectis apertisq̄ mundum repleuit: Cuius initium est, inconsidera tio receptorum, agendorum, & finis: medium, ani malis amor & uita: finis uero, dei obliuio superim posita cum obrebreatione rationis.

De auaritia. Cap. L.

Auaritia inexplicabile malum. Aurari que rit, argentari uult, metalla omnia reducit in aurum, ut nullum sit aliud adficiūm met allorū, nec peragatur arres. Sua proprietate con quirit, quae nō congrit, que non aurato instru mēto, sed ferreo peraguntur. Agri copulat agro, domū connectit & domum, adæquat sibi connex ionem naturae. Pulchritudo continē sibi seruit in placito, quam semper affectat sibi ratione aut usurpatione competere, nec est terminus eius, nisi cum peruenit ad terminum ultra quem non est terminus alius. Non contentatur habitis, inhiat ac quirit, nec gescit in acq̄sitis. Si totus mūdus eēt possessio eius, nō gesceret animus eius. Nam aut uellet deum plura creasse, aut aliiū constituere cre atorem plura creantem, ut postmodum in omni bus haberet potestatem. Quod si hoc inconueni ens reduceret ad conueniētiam, impossibile ad efficiētiam, nec adhuc fellam quietis cōscēde ret ab autore omnīū totius consolationis deo, per appetitum diuina corruptibilū terrenorum, insa tiabilis est auaritia, quae cum deorauerit, iterum elunū: cum biberit ore pleno diuitias adhuc sitit. Immoderata est amor eius, sed quod deterius est, insolubilis tenacitas eius. Auaro tam deest quod habet, q̄ id quod non habet: quia nescit uti habi tis dum inhiat in habendis. Hæc sola naturae præ ceteris uitijs aduersatur, quia neq̄ in terra neq̄ in aqua, neq̄ in aere, neq̄ in igne uellet habere con fortem. Vellet ista moderari naturam, dispositio nem imbrium, uim caloris, nubium & uentorum, ut sibi ad uotum in agellis proprijs deseruirent, nō infundendo in alijs bonitatem, quae omnibus nat urae communitate debetur. Vellet æternum esse fer reum super prædia cæterorum, aut prædia metal lina, ut nec uirtus pluuiæ & caloris desuper funde retur, aut nec ipsa possent aliquo instrumento p̄ sciendi, ut nec serere aut metere opus esset, ex nefa rio appetitu sibi uendicans iura naturae. Homici da est ista omnium suo fausto, nec uitam diligit aliorum nisi quos gubernat manu suā: seculis simae parcatitas. Inimica est deo, qui omnibus largus est, sed ipsa parca. Aemula celestibus angelis, q̄ ad communitatem & largitatem supernae uitae sine auaritia nos expectat. Odit naturae consimiles, dū sibi uedica in proprio, quod est in commune do

natū. Hæc confortem naturae, immemorie tradit: imō multoties, ut sua possideat, interimit. A micū non querit, faciem auerit a proximo, linguas lo quendi beneficio uellet esse priuatas, ne affligēt es indignitas panderent, postulerentq̄ pandendo, quod ipsa indebite disposuit retinere. Alioꝝ ege statem sibi uult esse ignotam, ne saltem ex uerecū dia quid cogatur aliquando conferre. Monstrum est in natura quod agitur in auaro: nam oēs uellet depauperari, ut sibi accederet, facereq̄ indignes: & hos ignorare, ne arraretur dare. Perdidisse pen itus æstimat omē quod alijs, & non sibi, cedit in lucrum. Arratur em̄ in nocte doloribus, ut uia in ueniat, ubi acquirit: perforatur timoribus, ne ac quisita perdat. Cum pax sit ubiq̄, semper ad suam pecuniā suspicatur insidias. Latrones æstimat qui non sunt, fures constituit qui furari odunt, uicinas omnium appropinquantium manus. Naua lem picem credit in digitis tangentium queq̄ sua, focium confidentiae nequit inuenire. Committit plerunq̄ ad plurima pericula suam ipse personam, sed in pecunia cauior est. Hic nō confidit in deo, quia nec sibi suam pecuniā recommendat. Non in angelis: a quib⁹ em̄ se dissociari cognoscit, nec custodienda parca committit. Nec dæmonibus, quia nec aurum querunt: non argentum, sed ani mas uolunt. Non hominibus: nam si propria sua quibuscuq̄ uellet auferre, quomodo potest sua custodienda committere? Dissociatus est ab omni bus ratiōabilibus, insensibilibus & irratidabilibus sociatus, licet sit cum dæmonibus æternaliter finito uitae termino sociandus. Porcus est iste diabo li qui uiuēdo foetet, omnīq̄ caret commodo, sed in morte comeditur. Stripariū comestibilium est, comestibilia non degustans. Bestia onerata, dese rens his saepe q̄s habuit inimicos. Custos est eris, ligatus in aere. Non habet res, sed habetur ab aere. Non dominus eris, sed seruus ē eris. Et haeres est eris, inhærens in aere. Nihil rectitudinis ipse possi det, nisi cū moritur. maledictio eius esset uita lon gæua super terram. Quid autem est auaritia nisi animi uarietas, qui uelut intorsa rota saepe circa idem centrum reuoluitur, & molendinum asina rium secum portat? Præsupponit sapiens elemo synam, qui pecuniā congregare disponit: uicē autē uidet cōgregatam, ad seipsum retrahit manum. Beatificat saepe pauperes pauperum inimicus, & extollit laudibus paupertatem, quam ut perditio nis foueam ipse declinat. Vide auari acutissimam deceptionem: nam cum sibi nummus aut moneta fuerit se par, querit addere par: cum fuerit par, nō uult facere dispar, sed querit ut expendat aliud se par: cum autem affuerit, uolet sibi cōiungere par. Vnde ne paria fiant disparia, & ut se paria fiam pa ria, crescit in immensum per auaritiā noxia cura. Quid magis proprium auaritiæ, nisi plus quā sa tis sit uelle? Querit auarus uiuere ad opinionem, non ad ueritatem: ad uoluptatem, non ad necessi tatem. & ideo nunquam diues erit, si nolit: ac per hoc non erit diues, si habet quod uult, & amplius uult, sed qui uoluntari uolendi posuit finem. Sed bonum est post quā nostra posuimus quae de auaritia ipsa sentim⁹, q̄ ad testimonia sacrae scripturae uelut ad irrefragabiles sententias recurram⁹, ut pro posse uelut uia perditionis deuitemus. Inq̄ nāq̄ doctor gērium Paulus ad Timotheū, auaritiā ue

Iob. 15.

lut diaboli retia & laqueos disuadēs. Nihil em̄ in-
 1. Tim. 6. tulimus in hunc mundum, haud dubiū q̄a nec au-
 ferre qd̄ possumus. Habentes aut̄ alimenta & q̄-
 bus regamur, his contenti sumus. Nā qui nolūt di-
 uites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum
 diaboli, & desideria multa & nocua, quę mergūt
 homines in interitum & perdicionem. Radix em̄
 omnium malorum est cupiditas: quam quidā ap-
 perentes, errauerunt a fide, & inferuerunt se dolo-
 ribus multis. Tu autem libmo dei hęc fuge. Vide
 igitur ex hoc, q̄ seriose docuit Apostolus auaritiā
 deuitare, causas & rationes deuitationis annectēs,
 quę uerba ipsa declarat, absq̄ quod expositio su-
 perflua imponatur. Et Dauid clamat: Dormierūt
 Psa. 75. somnum suum, & nihil inuenerunt omnes uiri di-
 uitiarum in manibus suis. Et alibi: Diuitiæ si afflu-
 ant, nolite cor apponerere. Similiter & in Iob legi-
 tur: Diues cum dormierit, nihil secum afferet: ape-
 riet oculos, & nihil inueniet. Apprehedit eū quasi
 Iob. 27. aqua inopia, nocte opprimit cum tempestas. Et
 alibi: Diuitias quas deuorauit, euomet: & de uen-
 tre eius extrahet eas deus. Et in principio libri Iui:
 Iob. 20. Nudus egressus sum de utero matris meę, nudus
 reuertar illuc. Ac per hoc superflua noscitur multi-
 plicatio terrenorū cum hie remaneat, descendēti
 bus iniustus possessoribꝫ in infernum. Injustus aut̄
 possessor esse conuincitur, aut qui acquirit indebi-
 te, aut qui retinet sine charitate. Nā mortuus est
 diues incompassiuis ad Lazarum, & inter incom-
 passiuos demones est sepultus. Sceleratorum homi-
 nem ipsa constituit, si affisit quod ipsa sapientia
 Eccl. 10. clamat: Avaro nihil scelestius. Quid sup̄bis terra
 & cinis: Nihil iniquiꝫ q̄ amare pecuniam. Hic em̄
 animā suā uenale habet, qm̄ in uita sua, piccit in-
 rima sua. In qua sententia satis aperte monstrant̄
 supraposita mala: plurāq̄ annectenda, nisi uolum-
 inē arētꝫ, prenderet in longū, pandrent. Nihilom-
 minus aduersus ipsam est acutior gladio confur-
 gendū. Nā qd̄ scelestius ipsa phrenetica, si ipsam in
 proprijs terminis distinguimus: Est em̄ ipsa qdam
 deordinatus appetitus supra naturā, supra conueni-
 ens, supra rationē, supra usum, supra modū, supra
 pceptum & legem, supra debitū atq̄ meritū, supra
 sufficiens. Quibus diligenter inspectis, apparebit
 ubi auaritia infrunita in celo angelos, in paradiso
 primos propulsarit parentes, ut suprafata diui-
 nitatis similitudinem, imō ipsam diuinitatem &
 ipsius scientiā affectaret. Nam gręcus auaritiam
 pleon appellat, quod latine plus sonat. Sed sociā
 se supbia fecerat, q̄ fastu & appetitu alios terminos
 inuadebat. Quid sceleratiꝫ alicui possit ascri-
 bi, q̄ quę nefario semine oia mala cōcepit, & suos
 conceptus retinet, quę cū uult parit quę cunq̄ li-
 ber: Ex ipsa nanq̄ superbia nascitur, cum se uider
 in appetitis & obiectis ceteris aut multis superio-
 rem: ex ista inuidia, cum uidet equalē: inanis glo-
 ria, cum se comptatira, cum impeditur: acidia, cū
 uidet zetas ornatas, paratos lectos, fratroria & se-
 dilia, p̄ quiete: gula, cū uidet adesse plenas ex om̄i
 parte crumenas, pro qua sollicitatur mare, lacus,
 flumina pro piscibus, pro syluestribꝫ animalibus,
 auibꝫq̄ nemora infestantur. Nutritur etiam canes,
 unde debent nutriri pauperes, fatigantur equi,
 plerunq̄ lassantur: & homines. Et licet talia
 deuoluerint ad solatium, a gula tamē initium ac-
 ceperunt. Vexantur sepe pro diuitibus, quos aua-

ritia sic subuexit, in tempeste macella: & contenti
 ones famulorum in emptione nascuntur, ut alter
 uelit dominum suum in pecunia facere priorem,
 alter in exponēdo largiorem suum dominum fa-
 teatur, ut uerba uerbera petant, inimicitia fratu-
 antur, necnon & interdū homicidia subsequantur.
 Sed ad tale uitium in auaris hoc solum potest esse
 remediū, ut appetitū retinendi, timore desiciendi
 plerunq̄ interdicat expensę. Non est tamen no-
 stri propofiti gula hic diffinire sententijs, sed, put
 gula ex auaritia quādoque progreditur, uerbula
 hęc adieci. Luxuria uero in foribus aderit in uxo-
 re propria, cum finem laboribus dederit, in came-
 ris tam ornatis. In alijs uero ipsius simulabitur ia-
 culis, cum uiderit pulchras formas fauente pecu-
 nia studio auaritię cumulata, ut per ipsius largiti-
 onem plerunq̄ libidinem in alijs expleat, nisi per
 aliud auaritię malum quod dicitur tenacitas, re-
 frenetur: sed nec est deuitatio uitij, ubi uitium per
 uitium non committitur. Sed plura portat in uen-
 tre ista nouera natura, diabolo maritata, utra-
 piat, si aliter habere non ualeat, uelut furto alioq̄
 bona inuito domino contrectare, nisi gratis acci-
 piat. Generauit latrones in latibulis & in syluis, ut
 expoliēt trāsseantes, & plerunq̄ interierūt, ut que
 non habēt, obtineāt. Simoniacose fecit innumeros,
 ut celestia & dona spiritualia commercijs auari-
 tije largiantur. Viruarios publicos & palliatos in
 orbe constituit, ut dulciter denudentur egeni, qui
 diuitijs naturę, si nō affuisset auaritia, poterāt sus-
 tentari. Corrupti ista primo naturā, deinde natu-
 rę remediū defalsauit. Nā artem quę in naturę
 remediū est inuenta, & per spiritum sanctum om-
 nium artificem hominibus irrogata, falsitatis
 innumeris maculauit: linguas fecit loqui menda-
 cium, periuria multa composuit, peruerit ipsa iu-
 diciā, iustitiam omnibus debita, fecit sepe uenale-
 m. A proprio alio iuris, leges in aduocatis di-
 uerit, ut ipsas insectat ad uotum, non uora cū le-
 ge concordent. Notarios falsitate necauit, ut cor
 cogiret, lingua loquatur, exaretq̄ in charulis ma-
 nus, quę aduersa sunt lucidę ueritati, falsos testes
 produxit in litem. Et quare hęc omnia: Vt peratū
 non debita, uel supra debita plus petatur, & cum
 falsitate auaritia lucra inueniat, quę cum ueritate
 non poterat cumulare. Quid ista scelestius, qua
 rationis aspectus intātum obruitur, ut gratius au-
 rum & argentum, q̄ solem intueatur. & animo fer-
 uentiori defectibilia ista conspiciat, q̄ Christi cor-
 pus, in quo rescitur ad salutem: ac diligentiori af-
 fectū contemplerit sensu & ratioe carētia, q̄ homi-
 nes sensu & ratioe pollēt: Quāta uero fraudes de
 ipsius uentre procedat, forinsecę: quę imonij sem-
 per clamāt, ut proximus a proximo se deceptum
 conqueruletur, & uoces ingemini nō inueniri si-
 dem propter auaritiā in hominibus super terrā.
 Quę proditones de ista crepate prodierunt, homi-
 ninū mortes propter pecuniā irrogatę, castra in
 manus obsidētiū per pecuniā tradita, ciuitates
 captę: sepeq̄ destructę, exules plurimi sua p̄scri-
 ptione reuelent. O scelerata conditio auarorum,
 o crudelis impietas, qui numerata pecunia perso-
 nas uendunt innumeras, nec pręmeditātur peri-
 cula animarū, innocētibus non parcut, exponit
 exitio paruulos, uirginestupro, scortis uulnas, ad-
 ulterio maritatas, sacrilegio moniales, ruinq̄ inter-

parabili ciuitates. Quę uolentia, quę inquietudi-
 nes ex ipsa oriuntur, actus & mores magis q̄ uer-
 ba clamant. Exeūt affectido claustro auaritię ad-
 huc huius nefandissimę filia, obduratio mentis,
 obstinatio, infidelitas, aduenticio nouitatum in-
 solitorum modorum, uagatio mentis, in deuo-
 tio, recuratio in oratione & cogitatione bonorum,
 priuatio contemplationis, ignorantia spiritus ualis
 defectus, negligentia studij spiritualis, promissio
 futuri temporis, confidencia uana, obliuio mor-
 tis, incompassio. Quarum omnium & aliarum in-
 nominatarum si quis aliquam deceptus coniugio
 copulauerit, seipsum mancipauit gehennę: ac per
 hoc a sua mala sobole ista nefandissima condēna-
 tur, & intuitu mentis ex prole percipitur, q̄ sit a-
 uaritia mala parens, quantiq̄ periculi qui sibi per
 matrimonij copulatur. Et uita breuis & impro-
 uisa mors, omnes arguit homines auaritię inten-
 dentes, qui non uelut mēcia mortis se cogi-
 tant, sed uelut perpetuos se fulciūt perituros: & de
 annis & rēporibus multa diffiniunt, qui mensē
 aut hebdomadam, sed quod minus est, diem cra-
 stinum non uidebunt, iuxta saluatoris nostri sen-
 tentiam in parabolis loquētis: Hominis cuiusdā
 diuitis haberes fructꝫ ager attulit, & cogitabat in-
 tra se, dicens: Quid faciam, quia nō habeo quo cō-
 gregem fructus meos? Et dixit: Hoc facia: Destru-
 am horrea mea, & maiora faciam, & illuc congre-
 gabo omnia quę nata sunt mihi & bona mea: &
 dicam animę meę: Anima, habes multa bona po-
 sita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, e-
 pulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte ani-
 mam tuam reperent a te, scilicet maligni spiritus:
 quę autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi the-
 saurizat, & non est in deum diues. Ideo statim sine
 intermissione suis discipulis sollicitudinem auaritię
 pessimę diffuast, dicens: Ideo dico uobis: Nolite
 solliciti esse &c. Vt autem claudatur de hac pesti-
 fera sermo, & ad quem finē possit deuenire, suos
 malos inspicere gradus. Initium eius est, amor sui
 in respectu proximi: medium eius, superflua co-
 acernatio rerum: finis uero, negatio dei. Ecce quō
 potest ista peruenire maledicta, ut deum neget, in
 sua creaturarum professione iurata.

De gula. Cap. LI.
 Maligna regina gula, quę semper regnat in
 nostro mortali corpore, nisi uigore gratię
 superetur. Cuius ingressu, agitatione dia-
 boli, ab homine primo & diuina & prima in prę-
 uanicationem sunt deducta mandata, quę sic ty-
 rannice humanam coarctat naturam, quę nisi sibi
 seruiat, persona non uiuat: & tali federe cum ipsa
 congregatur, ut nec per diei spatium, nisi per uo-
 lentiam, aut sanctificationem aliquam liberetur.
 Ipsa fecit primo naturam famelicere, postmodum
 fecit egere, ut amodo per necessitatem seruiat, cui
 ante liberatas aderat non edēdi. Et quis cibi essent
 ad usum corporis ordinati, non erant tamen per
 concupiscentiam male sumpti, nec per appetitum
 ad uitę regimen inordinati: nec gustus delectati-
 onem inordinate tahentem, a deoq̄ auertentem,
 sensisset in cibo, sicut manus in pomō. Sed usque-
 quaq̄ extitit dignum, ut ipsa in nobis exerceat sug-
 dominia potestatis, cuius impulsu sunt contem-
 pra diuinę imperia maiestatis. Et ad id idololatri-
 am trahit ipsa uentris cultores, iuxta Apostoli sen-

tentiam, quorum deus uenter est, sed esca uentri
 & uenter escis: deus autem & hunc & has destruet.
 Infatiabilis uorago gula, quę quanto plures
 escas susceperit, plus affectat: & per hoc ab eius
 subactis imperio, non credit naturam gula: suffi-
 cientia produxisse, nec ad uariandum delectatio-
 nibus fauces, & conductum ad uentrem uariasse
 sapes. Et antequam sumat, se in tali considerati-
 one cum tormento suspendit, ut saturantia uen-
 tum, cibos aërem nihilo pendens, corporis sum-
 pturus annonam. Et contra naturam confiterur
 uacuum in natura uentrem, scilicet ex cibarijs nō
 replendum: uina uitro flauentia, pro abolēda in-
 stita siti, si more fluminum redundaret, deficere
 caufatur uelut guttam intincto modice minori di-
 gito inherentem. Cum autem sumperit, nauseat
 super sufficientia perceptorum & uarietate sapo-
 rum: quorum cibos effluente delectatione perce-
 perat, abstinentię recordatione uilipendit. Et spumante
 uentre afflittentibus doloribus, si o macho cruci-
 ato, pede podagro, sponder temperantiam de
 futuris: laudat moderantium uitam, extolit
 solitarie quiescentes, a quibus uentris cura re-
 cessit. Efferunt præconijs sanctos, qui se per absti-
 nentiam afflixerunt: maledicunt accurantibus &
 accuratissimis cibis: quę maledictio, quę poma, q̄
 tribulatio ista, clamant, mane seroq̄, scilicet in ser-
 uicio tam uilis ac corruptibilis domini, uidelicet
 uentris putridi, cōueniri. Dormiebat sane ista
 regina refocillata per paululum, & in corpore in-
 commodis subiectis, inde sic clamabat: excita-
 ta uero, & parumper gradiente per spatia, dolori-
 bus confopitis, & in secessum ciborum deducta
 congerie, Valeiciniio, Væ temperantia. Væ absti-
 nentia dicitur. Et semper fit regressus in idipsum,
 a quo firmiter credebatur egressus. Proh later in
 absconditis iugulans gula, & uelut latibulis latro
 suo opere patulum quatit, maxime cum uiderit
 adesse copiam sumendorum, semper enim in infi-
 dijs aut in foribus est. Cum necesse sit naturę se
 sociat, & sub ipsa se palliat: & paululum cum ipsa
 assumens alimenta, sequitur uoluptatem usque ad
 eructuationem & uomitum. Vtres sicci, modicum
 capiunt: humectati uero, per amplius sic & homi-
 num uentres. Deliberata iudicio rationis abstinentia,
 gaudet in parcimonia: sed edendi auiditas, nisi
 per sumendi solum impotentia, nō quiescit. Que-
 rit pingua, cunctatur delectabilia, carnem in sum-
 mantia semper optat. Permutat naturā commixti-
 one cibos, ut per se lapidum, fiat inspidum in al-
 tero, nec cui sit saporis cōmixtio, discernat. Ardet
 ignis in stomacho serui gula, statimq̄ uidet facta
 digestio, & iterato se uolentat ad gulā, & rapaci-
 tate lupina fertur in apposita: & in principio cibū
 silenter sumit, nō silendi uirtute, sed uoracitate su-
 mendī, ne loquendi officio præpediatur: & cum
 se cœperit ingurgitare, progreditur in loquelam,
 ut maiori auiditate regrediatur in escam. Mēritur
 semper sibi gula: iniquitas, q̄a quod disponit, nun-
 quam obseruat. Exactor est inquier, qui nunquam
 quiescit exigere: nec quantum exegit, considerat:
 quia non retinet quę cōgregat, uelut qui merces
 in sacculum pertulum mittit: sed uelut irreplebilis
 fouea, incessanter ut exigat, satagit. Durum est
 igitur, semper petenti tribuere, censumq̄ impeter-
 misse dare, p̄digo silico: nefas seruire, qui lapsis re-

Philip. 3. 1. Cor. 6.

quem non concedit. Difficile ista uices, & tempo-
ris ordinem non obseruat. appetitu insurgente mo-
uetur: nec ratione, nec ordine seditur: p̄ceptis fertur:
repletur furia, si cupita non assunt. Infirmi-
tate dicit adesse uitium, corrodente se stomacho, caren-
te alia materia corrodendi, nisi aliquid statim tra-
jiciatur, ut redeat. Naturæ sp̄atium non expectat,
solem horarum autorem in sua sp̄atura retrogra-
dum dicit, cum adhue appetitui hora non fauet.
Horologium gulosi, quod noscitur horarum ind-
idicium, est subita fames. Tunc est hora edendi, cum
appetit: tunc tempus, cum esurit. Naturæ delicijs
non contentus, artificauit plura bona, & eius effi-
citur inimicus. Obvius ratio, obcæcatur intelle-
ctus, depellit bonus affectus, cū gule regnat ef-
fectus. Exulant à paradiso & ab eius delicijs pro-
toplasti, qui mandatis eius magis q̄ dei præstite-
runt assensum. Et calicem biberunt amarum, in
sudore & labore uictum quærentes, qui præcepta
tam dulciter contemplerunt. Succenduntur incen-
dio Sodomitar, quos ad peccandum contra natu-
ram, ciborum abundantia prouocauit. Perdidi-
t primogenita Esau, gula edulium lenticulæ appe-
tente, idololatræ populus post cibum & potum
superflue sumptum: & deum educentem ex Aegy-
pro pro eis decies flagellata, & submergentē Pha-
raonem & exercitum eius in mari, conducentem
mirabiliter per desertum non recogitant, pro deo
aureum consilium uictulum uenerantes. Quod
Apostolus reprehendendo & nos monendo, non
tacuit, dicens: Sedit populus manducare & bibere,
& surrexerunt ludere. Sed statim est puni-
tio subsecuta, Moysē diuinas tabulas diuinorum præce-
ptorum præ indignatione frangente, ne uerba dei
uentris serui audirent, & post paululum plura mil-
lia uitor gladii interierunt. Multa siquidem sunt
exempla in scripturis catholicis. Et diues epulo in
euangelio nobis insinuat, qui ad inferna descend-
dit, quātī exiit periculi talis dominæ famulari.

¶ Sed ut melius ad cautelam legendum in note-
scat, præcisas scripturæ sententias adducamus, ma-
lis & continuis experiētijs roboratas. Luxuriam
gignit ista maledicta, secundum sententiam Iere-
mie, Saturari eos, & mæchati sunt, & in domo me-
reticis luxuriabant. Equi amatores in fœminas,
& emissarij facti sunt: unusquisq; ad uxorem pro-
ximi sui * inhiabat. Et iacobus in canonica sua di-
cit: Epulati estis super terram, & in luxurijs enutri-
stis corda uestra. Vbi cūq; igitur saturitas gulæ ser-
uiens fuerit, ibi dominabitur libido. Et fouetur lu-
xuria ex cibo, uelut ignis ex lignis. Et obliuiscimur
dei & recessum ab ipso causauit in anima ei⁹, qui
per gulam studuit saturari. Quod Moyses popu-
lo comminando improperauit, dicens: In crastat⁹
est dilectus & recalcitrauit, in crastatus, impingua-
tus, dilataras: dereliquit deum factorem suum, &
recessit à deo salutari suo. Et Osee propheta: Super
triticum & uinum ruminabant, & recesserunt à me.
Et alibi: Adimpleti sunt & saturati, & eleuauerūt
cor suum, & obliuiscimur dei. Perditiōnem bonorū
& uirtutum adduxit gulæ malignitas super terrā.

Mortui sunt Iob filij comedentes, dōmo uirtutum
in quatuor angulis primo à uento concussa. Pro-
inde Apostolus carnis curam penitus dissuadet, di-
cēs: Carnis curam nefeceritis in desiderijs uestris.
Et: Qui in carne sunt, deo placere nō possunt. Et

caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Et
Iesus filius Sirach: Quid nequius q̄ qd excogitauit
caro & sanguis? Et idē Apostolus: Si secundū car-
nem uixeritis, moriemini. Et qui in carne semināt,
de carne & metet corruptionem. Et irrefragabi-
lis sentētia saluatoris: Attendite ne grauetur cor-
da uestra crapula. Iterum scriptū est: Propter era-
pulam perierunt multi. Quid aduersus istam fal-
sare literas amplius expediat? Nam mala fecit & su-
cit innumera nomina nefanda possidet multa: sed
ut ipsam breui sermone describam, uelut depictā
tabulam, hanc sedulo contemplanter scripturā. Gu-
la est ad hæc sp̄ritus ad carnem, rationis ad uolu-
ptatem, animæ ad corpus, memorie ad cōsumpti-
bilia, uoluntatis ad lædentiā, sensus gustus ad de-
lectabilia, plauia super carceratas uircutes, grādo
sp̄ritualium uirtū, abyssi boni, breuis suauitas,
dolor post suauitatem, infructum periculum, su-
aue uenenum, infirmitas reperita, ignis ueneris, sti-
mulus palati & gutturis, sollicitudo indeficiēs ante
mortem, ante gratiam sepultura corporum mor-
tuorum, corporis torrix, infirmitatum concilia-
trix, continua exactio, oppositio non necessaria: q̄
ad sui periculi cumulum, ebrietatem sibi annectit
pedissequam: quæ se suo nomine manifestat, qd
sine mensura sonat. Exerat mensuram cibi aut
tus existens, extra uitam egressus est. Prætermisit
enim deum omnium uitā, qui fecit omnia in nu-
mero, pondere & mensura. Sed nec cōsecrari pos-
sunt Christo qui ebrietatem patiuntur. Nā & Na-
zaræi qui deo in testamento ueteri cōsecraban-
tur, uinum aut omne quod inebriare poterat, non
bibeant. Et in libro Regum, Anna cum argueret
bibisse quod non bibeat, uinum, filiam Belial se
negabat, quia non biberat, ac per hoc diaboli fuit
se filiam profitebatur, si aliquando bibisset. Et ui-
ni expressit potentiam, ut legitur in Ecd̄a, terribis
illorum iuuenum. Sed in dicendo primus proble-
mantium cum exquiretur corā rege Dario, q̄
scriperat quod forte unum erat, dixit: Præualeat
uinum omnibus hominibus, qui bibunt illud, se-
ducit mentem, itemq; regis & orphanis facit men-
tem uanam. Item serui ac liberi, pauperis & diui-
tis, & omnem mentem cōuertit in securitatem &
incūditatem, & non meminit omnem iustitiam
& debitum. Et omnia p̄greordia facit honesta, &
non meminit regem neque magistratum, & omnia
per talenta facit loqui. Et non inuenierunt cum
biberint, amicitia nec fratritatem, sed non post
multum sumūt gladios. & cum à uino emerferunt
& surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O
uir, num præcellit uinum? Merito ergo Salomon
dicebat: Noli regibus dē Lamuel, noli regibus dare
uinum: quia nullum secretum est, ubi regat ebrie-
tas: ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum,
& mutant causam filiorum pauperis. Quāta peri-
cula ex uino aut ebrietate proueniunt, ipsa sapi-
entia prouerbialiter clamat: Cuius, cuius panis,
cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa uulnera, cui essor-
sio oculorum? Et ubi regat ebricitas, ubi regat ebrie-
tas, ubi regat ebricitas, ubi regat ebricitas, ubi regat
& student calicibus epotādis? Vidit igitur quæ pa-
rit ebrietates, maledictiones æternas. Vnde panq; in
scriptura sacra pro maledictione semper ponitur
sempiterna Rixas inter proximos generat, parat
hominibus foueas inenitabiles peccatorum, sunt
uulnera ex ea in curabilia, nisi ante ipsa curetur. Et

effodiuntur oculi rationis, magis autē & contem-
plationis arcanorum, ut diuinoꝝ mysteria nunq̄
possit mens percipere remulenta. Damon blādus
& satis domesticus, exeat ebrietates: & eo facili⁹ de-
cipit, q̄ color in uitro representatur in oculo, odor
in naribus, sapor faucibus delectatur. Propter qd
sine deiectione statim subiungit malū, quod dāna-
ta ebrietates operatur, & ut caueatur, edicit: Ne in-
ueneris uinum quando stauescit, cū splenderit in
uitro color eius. Ingređit blādē, sed in nouissimo
mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena dif-
funder. Oculi tui uidebūt extraneas, & cor tuum
loquetur peruerſa. Er eris sicut dormiēs in medio
mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo,
& dices: Verberauerunt me, & non dolui: traxerūt
me, & non sensi. Quādo euigilabo, & rursus uina
reperiam? Quid enim aliud uerba ista sonant, nisi
quia uinum dulciter bibit, suauiter sumitur, &
nullam lesionem ipsa sumptio inferre uidetur,
uelut uenenum colubri mordentis in silentio, qd
grauedinem non uidetur inducere, sed paulatim
& quasi insensibiliter ascendit ad cor, uirtalem ca-
lorem perimens & extinguens: Sic & uinum raci-
te perimentis exercebit officium, & ab immodera-
to sauciati, aspicient incaute formosas & extrane-
as mulieres, & cor peruersum peruersa in seipso lo-
queret appetendo, dicens: O si haberem illorum
corporum formas. Qui appetit diuina lege p̄-
hibetur, & ex diuina sententia mœchus iā factus,
cui talis infidet appetit. Et uelut qui dormit de-
uidētis formam altitudine in medio mari, qui nō sen-
sit quando cum nauī simul tempeſtatis tempore
submergitur. Et assimilatur ebris gubernatori
nauis, magnitudine soporis demerit, temonem q̄
nauis dirigitur dimittenti. Qui non solum sibi, sed
omnibus complicibus causa perditiois exitit. Nā
homo qui totius uitæ suæ debet gubernare nauig-
ium, interdum & proximorum, crapulatus à ui-
no, temonariam rationem amittit, secum quos
habebat dirigere simul perdens. Qui uerberatus à
demonibus, non dolet: tractus ad uitia, se nō sen-
sisse fatetur. & æstiuatus à somno conſurgens, ad
æstiuata uina iterum euigilare peroptat, ut mag-
is feruentia & incendientia uina perquirat. Hinc
Iesus filius Sirach, quæ propter immoderantiā
uini enuēiant, & quæ propter moderantiā, mi-
xa locutione non tacuit: Diligentes uini noli p̄-
uocare, multos enim exterminauit uinum. Quod
cauta prohibitio indicitur, ne qui uinum diligunt,
bibere prouocentur: nam usq; ad cruciuationem
lumere non negabunt. Sed ne prouocentur ad ira-
cundiam potatores, potius ex tali dicto cauetur,
cum ad rixas & conuicia mentis non sobrijs facili-
ter moueatur. Nam multos extra terminos equi-
tatis & rationis, quietis & pacis, uinum miserandē
coniecit, propter quod statim adiungit: Ignis pro-
bat ferrum durum, sic uinum corda superborum
arguit in ebrietate potatum. Durum est ferrum,
sed ignis emollit: sic alta hominum corda conſi-
gantur uino. Si bibis illud moderate, sobrius eris.
Nam sequitur: Uinum in incūditate creatum est,
non in ebrietate ab initio. Primus plantator ui-
næ succubuit fructui suo, & uini renebris rebus,
regenda propter peccatum uerenda derexit: sed
exinde deridendi filio est maledictio subsecuta, ui-
ni potentia partēte maledicendi germē. Et Loth

remulentus à uino, uelut in carnem propriam se-
minauit contra naturam, dum filias sui seminis a-
mens factus incestuauit, & grauidauit semen ex se-
mine, ex quibus orti sunt populi reprobat. Proin-
de uino procurate, facta est primum inaudita com-
mixtio, ut idem pater & maritus & unus, eadem
uxor & filia patris, & mater & soror filij habere-
tur, idem filius & nepos patris, & frater & filius
matris. Et Nazaræi non bibebant in ueteri testa-
mento uinum, quoniam sciebant qd à contem-
platione & uero intuitu auerterat. Et Anna miracu-
lose suscepit filium Samuelem, quoniam quod in
ebriare poterat, nunq̄ biberat. Holofernis truncat
caput à femina, quoniam uini calore denūctus, ue-
luti insensibilis iacebat in lecto. Incalescens Assue-
rus fluuido uino, cōtra honestos mores suam po-
pulis ualebat ostentare reginam. Ipsa uero in cō-
uiuio fœminarum ex uino percalida, mariti con-
tempſit imperium. Ille remulentus ex uino, præce-
pit inhonestum, contempſitq; diuisionis distans
sententiam. Illa madida uino, mariti contempsit
imperium, iustam sustinuit pœnam. Plura q̄ dicta
sunt gastrimargie mala. Cuius initium, est sensibi-
lium & delectabilium & usu consumptibilium pos-
sibilis & affectata delectatio: mediū, propriæ car-
nis inquisitionis & usualis amor: finis uero, suffo-
catio rationis & memoriæ rectitudinis uoluntatis.

¶ De luxuria. Cap. LII.

Luxuria lumine carens, multos lugere fecit:
& cœlestibus luminosis p̄mijs priuans, in nu-
meros prouocauit ad lachrymas, sed steriles
& sine remedio existentes. Luxuria lectū adducit
amarum, cum à diuinis & castis amplexibus sepa-
rat, stercorea corpora cum suauissis amplexantur.
Luit luxuria lumen irrecuperabiliter perditum in
loco facinorum. Luxuria seipsam aia luxuriæ co-
pulata, sed non in lumine claro: solum propter cor-
pora se deplorat amissam, q̄ nec ad deplorādum
sufficiens in exhaustibilibus fluuijs lachrymarum,
q̄ propter lubricum carnis aia penē lubrici patia-
tur. Nam teste scriptura, tales in lubricum & in te-
nebras impelluntur. Luxuria nempe quia lubricam
facit, & immundis & turpibus cogitationibus ani-
mam in seipsa irretentat reuolutione fœtidæ rotæ,
circa libidinis centrū semper regressio fit in idem,
& molendinū constituitur. Luxuria aia etiā lu-
bricam, incensam igne tartareo, semp̄ terēs. Nec-
non & ad corpus animam lubricabilem luxuria
facit, cū p̄ cogitatis sordidissulatur paulatim por-
ta naturæ, quæ si non alliduntur ad petram, infe-
stant impulsu perualido, ut usq; ad corruptionem
non possit esse remedium. Lubricatur aia etiā lu-
bricata per indebitum appetitū corporis ad cor-
pus, festinanter uero per actum, nisi cogitatiois lu-
brico resistatur. Ad corpus dico dissimilis flexus si
militisq; naturæ igne, infestata sulfureo, gratiæ a-
qua desuper non infusa, seu non recepta, si fusa. De
matrimonio plerunq; fit scortum, & scortū scortū
mānet, non deserit alienis thoris, nec in uirgini-
bus seruatur dona naturæ: continentibus offer-
tur impudicitia, in sanctimonialibus nō seruatur
p̄fessio puritatis, ut aut actio, aut passio, aut utra-
que fit in culpa. In sacerdotib⁹ diuina mysteria ob-
liuioni tradunt, & sanctissimæ unctioes. In habi-
tu monachali erit oculus perulās, & sub p̄nis ui-
libus inuenies cor succensum, & flammantem cliba

num luxurie prurientis. Incestuabit quis, inhone-
 stabit, quas debuit, si non aliter, etiam in bello in
 sua honestate tutari. Lubricabit corpora regum,
 procerum & inclvorum & appendentium iustiti-
 am & iudiciū in fratera, ut neuter suo statui de-
 ferat: & efficitur corruptor in continens, qui ma-
 le lubricantium debuit esse ultor. Et in hoc intan-
 tum quos tangit, à ratione subvertit, ut rex & mi-
 les, dominus & servus, dives & pauper, sapiens &
 indoctus, gloriosus & ignobilis, fortis & debilis,
 magnus & parvus, maculus & foemina, ociosus &
 actuosus, non discernantur à zona deorsum, quis
 ab ipsa sursum multa sit differentia personarum.
 Rom. 1. Lubricavit infrumta libido contra naturam in simi-
 lem naturam & sexum, ut ab ipsa turpitudine
 concitati masculi ad masculos, fœ minæ ad formi-
 nas exarserint more nefando: nec nō & quod hor-
 rendum auditu, q̄ intantum agitauerit, ut usq; ad
 naturam dissimilem bestiarum, nobilitas huma-
 na defluerit, & insanite fecerit. Pluresq; in puchi-
 tudinem picturarum, & ad depromptras artificio-
 se imagines sensu & ratione carentes lubricitas
 fluxerit, & viuas imagines configurauerit pro li-
 bitu abutendi. Distorsit ista lubricitas appetitum,
 ut plerunque uir ratione cæcatus, sexum mulieris
 appeteret: & uersa uice, mulier quæreret sexum ui-
 ri, si ex tali permutatione esset liberior habitas
 lubricandi. Appetuerunt pleraq; persone inge-
 nuæ seruitutes habere personas, & nobiles ignobili-
 tatem, ut se possent luxurie turpitudini mæcipare:
 ut quod prohibet fieri conditio generis, possit
 operari persona seruilis: & quos propter statum
 uerecundia retinet, infirmitati pudor concedat
 abiectionis. Vellent omnium oculos cæcari luxuria, ut
 sine nota liberè peruagarentur: nec reprehensorem
 aut corripientem exoptat, sed perniciofa licentia
 uti querit: & illicitum in licitum, cupitum in hone-
 stum, uolunt in iustum, nefas in fas, licetali & ty-
 rannica sua potestate transmutat. Plures fecit her-
 mophroditas sua concupiscentia, quam ex sua o-
 peratione natura. Fugit ex suis immundis tacti-
 bus omnem honestatem ipsa de moribus, etiam
 in corruptis manentibus ab immunda uiolatione
 corporibus. Inspice acutius huius fœrentis lubri-
 calem progressum, & progressibile lubricum, &
 aduerter omnem sensum pudibundis sensibus in
 turpitudine seruientem. Nèpe aspiciet oculus pul-
 chras corporū utriusq; generis formas: & ipso in-
 corrupto manente, excitabitur à libidine pudibun-
 da: percipiet auris ueneræ uerba, seu amatorias
 cantilenas, seu uocē sexus alterius, aut iam ex uisu
 formæ placentis, & in pudibundis acceditur ignis.
 Immortat in sensibus aure, olfaciet odoratus quæ
 sunt sexus diuersi, & membra mouebuntur obscœ-
 na, in sua natura olfactu manente. Et obscœna uer-
 ba in genitalibus excitabit ardorem suam lingua
 seruente naturam. Tactus siquidem morbidus atq;
 mollis, & suauia labiorum, propagationis portā
 in cendent igne sulcuro, in uiolata manu tangen-
 te, & labijs in corruptis. Nec non plerunq; ad hui-
 usmodi fornacem in cautum cor cogitationibus
 propinquabit, & ipso manente quod erat, in infe-
 rioribus cōcitabitur durum bellum. Luce clarius
 pater, quō ista putulenta lubricitas omnē sensum
 cum infidet, tyrannice ad infima lubricat. Ac per
 hoc per omnem iuncturā cōpactum corpus, & p

medullas & uenas, per neruos & poros, per car-
 nem & ossa, per pellem & sanguinem luxurie lu-
 brica legibus subministrat, & interior inuisibilū
 uirium inuisibilis ordo eidem in ordinate subser-
 uat, ut in terralibus nebulis intelligentia posita, in
 gestibus eius præteritis, presentibus & futuris, cō-
 tingenter & possibiliter ut impossibiliter occu-
 pata memoria, seu in appetitu lasciuo detenta uo-
 luptas, aut omnino id quærens puerfa uoluntas,
 turpatis & immundis imperijs ipse subiacent,
 Quid ni, ait, igneis eius agitate calcari? & inre-
 calcitratis eius stimulis perforate? Repudiato pu-
 dore, timore abiecto diuino, dimerso amore uir-
 tutis, castitate depulsa præ foribus, inconsiderata
 lege naturæ insanians & hinniens uelut equus &
 mulus, in quibus non est intellectus, luxuriosus ad
 placita, ut ex pleatæo? implacita, inhiabit. Assu-
 met plerunq; in aduocandi defensione coram
 iudice, & immunditiam rationaliter iudicane,
 studentes, imō professores, motus carnis in lege
 naturæ, corruptæ dico, non conditæ, ut uelut in-
 fecit à labe inferta naturæ naturaliter dominante,
 nec p̄sidente qui naturaliter liberet, sicut illa natu-
 raliter inficit, non posse penitus cōtinere, nec mul-
 tari debere, p̄ in uenitabilibus malis. Et cui, p̄ parte
 motuum carnis talis disceptatio placuit, ad se plus
 debito dei misericordiam inclinauit. Nec aduoca-
 uit in effugiendo caudam, credens se insolubili-
 ter irretitum, & sensum turpitudinis debere soluere
 p̄ naturam naturaliter dominā, uelut galæ sol-
 uit debiti necessitatis naturæ. Inflexit iste os men-
 tis suæ in allegationes corruptæ punitæq; naturæ.
 Inexcusabilis in peccatis factus, friuola excusati-
 onis allegans, sed non apexit in deum, tectus ne-
 bulæ carnis. Nam bestia absterrent metu & sen-
 su doloris à uoluptatibus in eis insurgentibus à na-
 tura. Absterrenti debet igit cultor libidinis me-
 tu iudicis & incendij aeternalis. Non uidet, iste, q̄
 non posse ab illicitis abstinere, non est natura cre-
 ati hominis, sed pœna damnati: nam homines na-
 tura sumus. Non ergo ipsa cogente, sed uoluntate
 uitiosi. Professor igitur naturæ corruptæ, naturā
 institutam primo conspiciat: nec uelit gratiæ de-
 rogare, quæ naturæ conditæ aut uitiatæ legibus su-
 perferat. Potior enim est gratia in refrinando na-
 turam corruptā, quā ipsa natura in turpe prorum
 pere, gratia presentialiter assistente: siquidem &
 ipsa gratia conditā naturam in nullo sibi sentit ad-
 uersam, potius uero in omnibus cognouit amicā.
 Pugnabit igitur unum debile contra potentiora
 duo, & uincet: succumbent duo fortia coram in-
 firmo uno? Potius conuarius aspice, si abique si-
 mulatione agonizare disponis, inuicta firmitate
 te natura tenebit ab inficiente materia, gratia uero
 potentissime liberabit, si unam à dextris, alterā
 à sinistris assumes. Nec caueris tibi non adesse na-
 turam bonā & ualidam, si es productus in esse nā
 bonus cūcta bona creauit. Nec querelis aduersus
 gratiam surgas, tibi, dum astuabas in certamine,
 defuisse: sed magis te sibi subtraxisse redarguas, si
 armis eius non processisti armatus, seu de te consti-
 dens, aut ipsam ulipendens, polluisti collegam o-
 mnibus uolentibus fieri præparatam. Sciebāt em̄
 & sciunt sancti dei omnes, homines iaculis patere
 luxuriæ, scuto gratiæ non protectos. Igitur orati-
 onibus insudabunt, desu- p̄ auxilium postulant,

69. cum Psalmista clamantes: Deus in adiutorii me-
 um intende, domine ad adiuuandum me festina.
 Et mentis oculos in superna caelorum leuabant,
 unde ueniebat auxilium eis, & eorum adiutorium
 erat in nomine domini, qui fecit cælum & terram.
 Præuidebant nempe, q̄ nisi dominus ædificauerit
 domum defensionis à tali turbine atq; pluuia, qui
 ædificabat, laborabat inuanum. Et nisi custodie-
 rit ciuitatem corporis nostri sensibus patulis exi-
 stentem, infulxerit dometicus inimicus per fe-
 nestras apertas uitiorum, ad uos ducet ulcem mor-
 tem. Et secundum Ieremiam, oportuisset plantū
 & lamina doceri, cum mors per fenestras sensuū
 habuisset ingressum. Et uana eēt custodia nostra,
 si custos optimus dormitaret. Sed pollicetur p̄ spi-
 ritum sanctum David omnibus certatoribus, quod
 non dormitabit neq; obdormiet, qui custodia nō-
 stro israeli sponddit. Quod doctor gentiū Paulus,
 in se uidens legum bella confurgere, aut quasi
 de homine alio huiusmodi in se loquens dicebat:
 Condelector legi dei secundum interioremi homi-
 nem. Video autem aliam legem in membris meis,
 repugnantem legi mentis meæ, & captiuū me
 decenem in lege peccati, quæ est in membris meis.
 Infelix ego homo, quis me liberabit de corpo-
 re mortis huius? Non angelus, nō homo, nō ego,
 non alia creatura, fed statim inculit: Gratia dei per
 Iesum Christum dominum nostrum. Cōcedatur
 Rom. 7. ego allegantibus pro natura corrupta, quod im-
 pugnatur, quod repugnare uictoriose per seipos
 non possunt, nisi pro eis fuerit dimicatum desuper,
 sed conuincatur per naturæ conditæ uirtutem, &
 per gratiam assistentem, cum quibus libido con-
 fligitur, & simulul luxurie depunctatur: quia de-
 super ab infesto, non de subris à subactis in nobis,
 aduersus luxuriam dimicatur: & nō à corporibus
 terrenis, sed à supernis auxilijs patitur ipsa confi-
 dum: & qui de uincit, coronam non sua, sed diu-
 na probitate reportat. Ac per hoc nedum istam
 sic dulcem hostilemq; amicam, sed nec quascunq;
 æreas & uitiosissimas aduersarias potestates pos-
 sunt habere: siquidem bellando felices, quos diu-
 na numina protegerunt. Protegunt nempe infal-
 libili & miro modo, si non recusat protegi neces-
 sario protegendum. Porro cultor naturalis pulchri-
 tudinis huic impacibile bellum indixit, zelator
 munditiæ uulnerauit insanabiliter, in regno cor-
 poris sui dormire fecit. Charitatis amicus, auidus
 supernorum, mortificauit sensum: possessor para-
 dei, ad nihilum redegit huiusmodi dulce malum,
 imō inimicum amarum. Proinde impossibile dico
 in sylua corporis nostri posse capi hanc latente m̄
 feram, & ad macellum deduci occidendā, nisi eius
 uenator sit arca paracliti, eip̄ sagittis inuisibilibus
 pharetratus. Quis unquam ad plenum comprehē-
 dere potuit inuisibilem ducem eius, qui sub specie
 contritionis susceptas ab ea immundas amœnita-
 tes, plerunq; ad memoriam reuocauit? Suppone-
 bat enim, profluere lachrymas ex dolore, sed fu-
 nestum ignē excitauit in corpore. Perpende qua-
 lis est ista commutatio dolorosa, imō expectatio
 se decepta, ut pro aquæ refrigerio, ignis incendij
 capiatur. Quam obrem lapsis omnibus fiat cau-
 tum, quantis per gratiā releuaris, ne pro his speci-
 ali memoria orient, cum quibus habuerunt nefas
 da commercia, ne pro pulchris sexus alterius for-

mis, nec pro dolendo uelint talium habere memo-
 riam, ne improuise in foueā turpitudinis decidat
 non prouisam, à qua crepti, referent gratias ere-
 ptori. Sēper noueratur nouerca natura, & blan-
 de quos nō produxerit infecit, & uocat filios quos
 non genuit, & semper decipit amonente sponso-
 rum, sub istius seductricis amœnæ, prætextibus ui-
 uieram perficiens nouerçiam. Quis enim est il-
 le, qui se perfecte absconderit à calore ipsius serui
 de incalentis? Cum ipsa occurrat in infima carne,
 usq; ad summum rationalis animæ penetras, nec
 non ad animam per nefarios cogitatus ingrediens,
 ipsam usq; ad carnis motus illicitos dulci decepti-
 one inclinans, ut necessario le tale hoc blandiens
 malum euitare deliberas, cingulo inuisibili secun-
 dum Apostolum intermedio accingatur, ita quod
 nec à corde consopiente lingua decendant in lum-
 bos, à quibus funestum præconium nominis ha-
 bet, nec à lumbis ascendat ad cor, ut ad uoluptatē
 lumborum rationem inclinet. Voluptatur uelut
 gēstia sus in luto glutinij, corporis fluxibilitati de-
 seruiens: & immunda uelut sentina nautarum, de-
 beret prouocare ad nauseam intrinsecorum sen-
 sum, habentem debitam qualitatem. Sed obruit
 ratio in mari lætiferi mellis, ut dissuauis non
 sentiat hos fœtores: & sicut in cinamomis & in le-
 ctis aspersis odoribus & aromatibus circumferentis
 requiescant, in cœnosis cubilibus requiescant, à ui-
 no prostitutionis eius turpiter phalernati, nec ex-
 citari sinunt ipsa propinante impigermisse læ-
 tiferam potiōem, Et in semetipsis detruat mētes,
 nec fenestras aperiunt, unde luci ueritatis & iusti-
 tiæ soli pateret ingressus, ut non nobis, sed ei per
 uitam placitam uiueremus, qui pro omnibus mor-
 tuus est & resurrexit. Et secundum Apostoli præ-
 ceptum, glorificaremus & portaremus Christum
 in corpore nostro: quoniam ab ipso empti, à dia-
 bolo redēpti, patri reassignati sanguinis eius pre-
 cio magno, & munditia uitæ Christi Iesu manifeste
 faretur in nostra carne mortali, ut si non propter
 aliud & aliter, saltem propter hoc & taliter ab ista
 immunditia liberi uiueremus: quia ipse unum no-
 biscum, & nos unum cum ipso per nostrā huma-
 nitatem assumptam in diuisibiliter facti sumus. Ac
 per hoc præhoremus in nobis humanitatis pul-
 chritudinem, quam unigenitus dei filius in seipso
 suscipiens, ineffabiliter honorare dignatus est; pu-
 ritati æternæ copulans creatam in tempore puri-
 tatem: & quam per spiritum sanctum inuitauit, per
 uirgineam membra suscepit, per uirgineā portam
 eduxit, quam baptizauit testimonium de cælo sus-
 cipiens, quam uirgula uitæ ieiunij, quā flagellis ex-
 posuit, in cruce permisit affligi, locari sepulchro,
 quā de eodem à mortuis gloriosam extraxit, quā
 penetrās portauit in cælum, quā collocauit in de-
 xtris paternis, ut hæc cadem nostra natura exce-
 dat angelos in supernis, quæ ab ipsis in infimis mul-
 to uilior est creata. Et facti sumus templum dei,
 & membra nostra spiritu sancti habitacula cre-
 duntur, ut disperdatur à deo eius uiolās templū,
 & efficiatur diaboli membrum, qui spiritu sancti
 membra tali turpitudini mancipauit.

* monar-
chiam.

1. Cor. 6.

¶ Libri octauī, de uitijs & cōtra uitia Ser-
monibus domini saluatoris, Finis.

SIMONIS DE CASSIA,
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER NONVS.

Tractans speciatim
De virtuosis & pro uirtute sermonis
bus Domini Saluatoris.

CVIUS PROLOGVS EST

¶ De altitudine, sufficientia & utilitate uerborum Christi, & primo de uerbo suo, secundum Lucam solum.

Capitulum .i.



LUDITIVA sunt uerba domini saluatoris, interiora ad theologicum mouentia sensum, & excitantia de laetali somno eum, qui dormit sub umbra mundanae calamitatis.

Necnon & diuertendo clamant, clamando diuertunt hominem a perditione damnationis aeternae effectiue audientem. Et mundant & purgant intellectum pariter & affectum, ut solum in animo ueritas fulgeat, & id amet quod ueritas dicitur. Haec siquidem uerba numero plura sunt, quam Christi opera manifesta, quauis opera sint maiora. Continet omnem plenitudinem bonitatis atque uirtutis, ut his solis, ceteris in non esse uertibus, plena palmaris fiat hominum uita, quae agitur in ualle miseris, in qua iusto dei iudicio sic piecti sumus. Non illa uita, qua corpus cum spiritu suo alitur, quae hominibus & alijs sensibilibus est usquequaque communis: sed illa uita quae agitur moribus, cautelisque utitur, ne aliquid nefas incurrat per neglectam ignorantiam, aut per inharentem malitiam. Et uirtutibus se stipat & fulcit, ut bene uiuendo in id ueniat, ubi beatitudo uera consistit. Ad quem finem dumtaxat peregrinum in mundo, peregrinum a superis deus hominem uere creauit. Haec siquidem uerba Christi solum habent scalas inuisibiles gratiae ascensionis in caelum, & infernum claudunt propria potestate, his qui ea crediderunt, dilexeruntque atque deduxerunt ad actum. Nulla cautela quorumlibet cauendorum, nullorum agendorum deficit uirtus. Omnis iustae actionis ordo praestruitur in uerbis domini saluatoris. Nec solum perfectionem & omnem sufficientiam ad diuinam possident theorias, sed etiam ad quietum huius uitae statim pacificumque progressum, ut nulla hominum lex per hac diuertit

uita, ne turbetur, sit ipsi ualentior. Etiam si aboleretur ab humana mente respectus in superiora tendendi, pro humana uita dum uiuatur, ipsa est omnibus alijs euidentior. Nam quae quid Mosaicum scriptum, quicquid historicum, quicquid morale atque propheticum in diuinis uoluminibus continetur, quicquid in alijs uoluminibus hominum scriptum, quicquid sanctum a plebeis, ab imperatoribus mundi, a senatoribus terrae, a prouinciarum rectoribus pro deuitandis arcendisque malis, bonis pagendis, pro conseruatione personarum & rerum, pro institutione reipublicae, defensione, pro seruatione patriae, pro multiplicatione humani generis, pro alendis hominibus generatis, pro alitis erudiendis, exaratum ordinatumque decretumque firmatum inuenitur, Christi uerbo comparatione uilescit, aut omnino nubescit. Et Christi uerba pro his omnibus possident complementum, supplementum irrogant, etiam si cuncta perstricta penitus abolitione pallecerent. Ac per hoc in his qui saluatoris domini uerba spreuerunt, leges humanae superfluae, quia diuina Christi uerba non ope custodierunt. Nam custoditio uerborum Christi, etiam in agenda humana uita, rege non indiget, iudicium non requirit, forum caesarium refutat, nec ponendis tribunalibus locum praestat. In deficienti Christi possident uerba uirtutem, ut ipsa sine ceteris bonos atque perfectos mores efficiant, & inter caelicos quae inferant hominem limo laetum; ad quae profecto nullis alijs unquam legitur concessa potestas, necnon ad transitoriam uitam imperturbate ducendam, ista omnibus alijs ademptis plenius sufficit: alia sine istis penitus non expediunt. Quae saluator in duodecim annis fari exorsus est, & uelut subita coruscatio splendens per octo denum annum, docti silentio reclusit. Et in omni tempore quo Christus fari dignatus est in eruditione humani generis, aut informauit hominum mores discipulis caelestibus, aut male agentibus poenas dignas factis comminatus est, aut iuste agentibus premia caelestia re promissit, aut declarauit sublimia arcana, quae imitabilia non sunt, quae nec promittunt neque comminantur. Veruntamen dum mores instruxit proposuit similitudines, adiecit parabolas, & simpliciter locutus est diuina atque humana, uita redarguens, & prohibens fieri quod naturalera ordine iustitiae rumpat, quod ueritatis regula uetat, quod se obicit ad ascensionem in caelum, quod admissum demergit in barathrum. Et uirtutem alio modo in altitudine uerbi sui, quod eo altius, quo simplicius prouit. Qui fari orsus, interrogat in doctorum medio infra templi ambitu superhumane manens, non ab illis, sed a seipso situatus, supergrediens aliorum senectutem iuuenili uirtute: quoniam aetas perfecta non in diebus, sed in

moribus est sapientibus praeminens. Nam sapientia uera, non in humanis, sed in diuinis: non in literis, sed in sensu: non in sono uocis, sed in silentio sanae mentis: non in sermone, sed in uirtute: non in intellectu, sed in actione consistit. Idcirco impuber antiquos sapientes interrogat, sicut scriptum est:

LUC. 2 *Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem eos: non ut discat, sed ut male scios eorum responsione conuincat. Quae interrogauerit emissio uerbo, per euangelium scimus: de qua interrogauerit, oino non nouimus. Proinde hoc diffinire auctoritate ulla intermittamus, quae quid interrogauerit, per euangelia probare non possumus. Omnis namque uera interrogatio ad homines, fit per uerbum: sed quod ab euangelio incertum redditur, ab hominibus nulla praesumptione pro certo reddatur. Non autem uacat a magno mysterio, quod Christus priusquam loquatur interrogat, & quod scriptura euangelica quod interrogauerit, assertionem nulla diffiniat. In terrogat nempe prius quam assertiue loquat, ut nouerit ex confessione, quod ante sine illa praenouerit, si animam docibilem theoreticam possideret ad doctrinam. Non enim diuinus effundendus est sermo, ubi non est auditus. Et scriptura*

ECCL. 12 *ra dicit: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Interrogat, ut ex responsione recte suscepta, regno dei aptos aut ineptos diiudicet ridentes. Nam omnis interrogatio responsionem exigit, siue de theoretica siue de practica fuerit. Ex quo conuincit, qualis fuerit qui respondet. Quae autem interrogatio Christi certum non habet articulum, multitudinem causarum atque querelarum, quae ad homines habet insinuat, ad quam nihil certum & iustum habet, quod audacia humana rudeat. Pro eo autem quod primo loquutus incertum sermonem, non tamen certam interrogatiois uocem protulit, incomprehensibilitate indicat dicendorum, necnon agendorum, quibus nunquam facta est aut fiet per homines aequa responsio. Non enim uita Christi atque doctrinae, passioni aut morti, ab hominibus est in ueritate responsum, neque possibile noscitur, etiam si omnis sanguis a primo anthropo usque ad ultimum pro Christo fuisset aut esse posset effusus. Necdum ad altitudinem doctrinae suae, quam incultus, non politus sermo decorat, intellectus ascendit humanus.*

Quod omnia sunt deo & suis preceptis & consilijs & operibus postponenda, super interrogatione secundum Lucam. Cap. II.
Interrogatus autem a matre, quare sic fecerat, dicentes

Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego, dolentes querebamus te:

quod inscius ipsa & patre Ioseph, in templo remanserat, uerbum certum etiam interrogando respondit, dicens:

Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quod in his quae patris mei sunt, oportet me esse? Interrogationem quae ignorantia praebet, sed Christo non insidet. Quaestio uero uel non est habitus, aut effugientium & perditorum. Quaestio maternae uirginis & Ioseph, ex improuisa effugitione Christi prouenerat, quam Christus aut arguendo, aut interrogando retundit, cum respondit: Quid est quod me querebatis? Creditis ne me aberrantem, an quod uenerim mundum deludere, non saluare? Scandalum forte in me patimini, ne forte uelut ignarus agendorum incedam? Est ne incerta peregrinatio mea? Sumne profugus super terram? Purum creditis hominem aberrare possibile? Deitatem negatis unitam, an humanitatem a uerbo assumptam? Quem me esse creditis? Ad quid me in mundum uenisse cogitatis, si aliud in me quam solum hominem autumatis? Tu uirgo mater, quae me filium more materno uocas, sub qua spe aliquem concipere atque parere, angelo nunciante, praestitisti assensum? Nonne sub spe concipiendi atque pariendi filium altissimi dei, non ex homine, sed ex uirtute spiritus sancti? Tu pater Ioseph, nonne euangelica oracula suscepisti, atque saepe in somnis affatus ciuium supernorum, quod id quod sponsa tua gestabat in uentre, de spiritu sancto erat, non ex humano semine? Si purus hominem creditis, nec mirum, si queritis etenim errat facilius omnis homo, nisi dirigat & protegat deus homo. Deus ex aeterno, homo ex tempore pleno. Si uero me deum creditis humanitate ueritum, quid doletis querendo? quid queritis ita dolendo? Nam deus errare non potest, nec sine ratione aliquid minimum facit. Proinde quid est quod me querebatis? An querebatis humane diuinum? An dolendo & querendo credebatis pietati diuinae anteferre me uelle humanam, ut propter parentum tristitias, quae deus pater iubet, omittam? Nescitis quod in his quae patris mei sunt, oportet me esse? Duo patres in tali colloquio sonuerunt, unde quodammodo locutio materna confunditur. Dixit uirgo patrem, quem habebat socium sponsum, non carnis cognitione maritum. Respondit se Christus patrem habere aeternum, cuius uoluita in carne uenerat perficere super terram. Illa hominem, iste deum: illa temporalem, iste pro omnia dixit aeternum: illa mortalem, iste protulit immortalem.

Dixit mater IESV sibi: Ecce pater tuus & ego. Respondebat IESVS: Nescitis quod in his quæ patris mei sunt. Non repressit uirginem ut diceret, quem profers, non est mihi pater: sed alligauit æternum deum patrem, cuius se filium esse dicebat. Ecce duo patres diuersimode astant: unus de terris, quæ à multis pater creditur, & nõ est unus de supernis existens æternæ, qui neque adhuc plene ab omnibus creditus est, in cuius ministerijs se Chrs asserit occupari. Ad patrem æternum se refert, quia omnis filiatio est à patre. Nec non & moralè relationè facit, cum opportune in his quæ sunt ab æterno pusa, in carne sit factus obediens. Non ueretur Chrs dolores ex carne maternos siue paternos, sed dei patris obedientiam plus attendit. Præferendus est deus patri parentibus, quantumcunque illustribus uel honestis. Et hic Chrs pietatem per pietate condemnat & reprobat. Et diuini actionibus postponit humanas, & diuinum omnino humano pposuit. Humanum est tristitia non inferre parentibus, & ipsos cõsolari opus est pietatis. Et honorem ipsi impendere debuit, est iustitiæ, iustitiamque legis. Vbi uero deus aliud inducit, ab omnibus his absoluit. Proinde ex huiusmodi Chri uerbis decretum firmum accepimus, ut cum deum uelle aliquid nouimus, quod si qua sunt, cætera omittamus, neque tristitiæ, neque lachrymæ, neque singultus aut ululatus, deiectiones aut assumptiones quoruscunque charorum, ad id agendum impediunt. Nemo tam iustum in carne parentem ut saluator omnium habuit, quæ in nullo aduersabat diuinæ atque infallibili uoluntati, quæ uirgo erat, sancta per omnia erat. Vicerat uirtute naturam. Sanctis affectibus mouebat in Chrm. Intus & extramorem respensione carebat, quæ Chrs cum tristitia atque dolore pmisit, tandem gladio doloris moriendo affectit, ut æterni patris uolita in carne degendo, patiendi atque moriendo perficeret.

¶ Quis igitur ad faciendâ opa diuinâ quæ nouit, quæ in mādatis accepit, quæ summa & æterna ueritas cõsulit, charorum affectus obijciat, aut pietatē inducet humanâ, cum prænouit diuinâ? Nam piissimū est, impium per uera pietate constitui. Respondendi formâ his qui humane loquuntur, Chrs matri uirgini respondendo descripsit. Et humana & secundum carnem sapientibus libellum obiectiõis opposuit, cum dei placitum omnibus agendis rñdendo atque complendo pposuit. Sed oportunitatē non ad patrem aut ad seipsum ordinat: nihil quippe oportunitate urgente, sed decente, per seipsum factum est ad genus hu-

manum, pro quo necessario & opportune oia in carne fiebant. Solitudinē suam enunciauit, quia nihil pro se aut pro filio, sed pro nobis omnia uult quæ agit in filio deus pater. Veritatem morum directiões præordinat Chrs aut deus hõ, ut duntaxat illa opportuna inuitabili oportunitate dicamus, quæ deus pater fieri mandata quæ facta, in æternū subuehunt regnū: cõtempta uero, demergūt ad loca tartarea. Nulla in agendis oportunitas maior, quàm creatori subiectum per omnia fieri, & sollicitū ambulare in directiõibus atque iustionibus eius. Nihil tam hominibus oportunitum, quàm unusquisque pro seipso, per se ipsum curet deuitare gehennâ, atque cum laruali turba concludi, à qua egressus nullus & morappetua. Nulla quippe cogitatio, nulla locutio, nullus actus tam opportune peragitur, aut importune obmittit, quàm quibus salus propria & æterna cõquirunt. Quapropter si membra respiciunt, quæ tenellum ætate ad huc loquitur caput, sed quia deus æternū, diuina requisita per mores in intelligendis, amandis atque faciendis, penitus magis artant atque opportune cõstringunt. Cætera uero, humana seu uoluntaria sunt: humana, propter uitæ necessitatem: uoluntaria, propter liberâ actionem. Sed tantum in his quæ dei sunt, est dilectionis & actionis sancta oportunitas: in alijs uero humane mota uoluntas, quæ semet ipsam haberet, nisi assistet excusata necessitas.

¶ De perfecta & totali iustitia, quam Christus in carne uenerat impleturus, secundum Mattheum tantum. Caput III.

FACTUS ætate perfectus, non tamen uirtute, quia in hac sepe erat, eo tempore quo ætas senaria uerget, excutiens à se incognitum quod mundo celebratur, palam fieri uoluit relictisque parentibus in Galilæa, solus ubi lo habens baptizabat, aduenit: à quo baptizari omnino expostulat, nouæ legis sacramenta inuitans, quorum in se baptismum primo suscipit, ex uirtutis humilitate renitente Iohanne, uersa uice se ab eo tale baptismum debere suscipere asserente, sic Chrs fatus est:

Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.

Transcendit loquendi usum, & omnem intelligentiam hominis suppredditur, quod tota & plena iustitia, omnem iustitiam sic uenerat impletura. Tota iustitia Chrs est, plena atque perfecta. Quid ergo restat implendum perfectissimè plenum? Si autem restat implendum, omnino non plenum. An ista restat & palmaris sententia, quod in baptismo omnis impletur iustitia? Nam si Chrs subiiciendo se aquis omnem

impleuit iustitiam, ut nostræ redemptionis debitum sit solum, & quod per iustitiam filij dei in baptismo impletam, reconciliationem cum patre genus humanum accepit, ad quid desertum adhuc adiit, quadragenâ diebus in iunio impleturus: Cur se ad diaboli iustitiam exposuit: Cur adiecit tantam operum uerborumque doctrinam: Cur passus est Crucis mortem cur subiit: Cur sanguinem fudit: Ad quid anima eius descendit ad loca tartarea? In admiratione atque incomprehensibilitate quamdam suspendunt hominum intellectus, cum uideatur Christus asserere, sic omnem implere uelle iustitiam, si à Iohanne immergitur aquis, si abluatur elemento fluxibili, si duntaxat intingatur corpore proprio in Iordane. Sed ad exilitionem & propensionem ista uerba pertrahunt hominis intellectum, ut capiamus ex eis plus quàm continetur in syllabis. Postquam Chrs propter nos homo factus erat, decebat ut quia homo per opera propria uitæ agendæ præberet exemplum uerborum, adderetque doctrinam. Quæ obrem dicitur [Sic decet nos.] Non tamē dicit, oportet, ne credamus necessitatem aliquam Chro fuisse doctrinam, sed illam intelligamus decentiam, qua uerbum caro factum, pro redemptione nostra in terris degens, matri ecclesiæ ab ipso nouiter initiata, tendenti in superiora monstrabat, quam ipse iustitiam uoluit appellare, ut ipse caput cum toto futurorum corpore subiiciatur elementis, intingatur aquis, ut cõtra iniustitiam primorum parentum damnata superbia, iustitia humilitatis obuenerat. Quia uero deus erat, cõferebat remedium, quod suo ineffabili atque inuisibili modo uisibilibus tradebat elementis, ut fieret sacramenta iustitiæ atque uirtutis per suscipientibus liberandis. Sed in huiusmodi abyssum non ingredimur, iustitiam à Chro impletam, & sacramentis nouæ legis insertam: sed illam sacramentis intelligentiâ ab isto uerbo suscepimus, qua Chri membra uoluntate atque moribus si bi cõformia, omnem iustitiam implere suo modo tenentur. Omnis namque uirtus sub iustitia militat. Et omne gratum æterno regi regum, aut amor aut opus est iustitiæ. Suadet & præcipit ipsa inuisibilem amorē in deum & in ea quæ sunt eius, & in illa quæ mandauit diligere sancto mandato. Iubet uero pernitentia illa opera fieri, quæ decet primos aut secundarios professores, prout se offert posibilitas & edicti necessitas. Sed omne quod in euangelio negatiue præcipitur, aut omne quod prohibet, exceptione non recipit coram deo, neque corporis actu, etiam si mens intentata sequeretur. Quæ uero traduntur asser-

tionem specificam, corde nunquam, corpore interdum exceptiõibus gaudent. Ac per hoc cum Chrs se asserit omnem iustitiam per decem tiam impleturæ, futuræ corpus ipse compellat, nec se præter corpus futurum enunciat. Plurali enim numero se posuit, quod in aliqua euangelij parte simile genus loquendi nunquam reperimus. Sed propter corpus creaturum de nouo per gratiam & membra in uirtute nascencia, cohærentia sibi, Chrs tali loquendi genere fatus est: [Sic decet nos implere omnem iustitiam.] Nec solum referant hæc ad Chrm & ad solum Iohannem, sed ad Christum & ad corpus sibi denuo coaptandum. Quam Chro in se implere, qui factus est nobis à deo tota iustitia, per quam & non aliter salui fieri poteramus, subsequenti membra quæ saluanda erant, sic omnem iustitiam uirtutis & operis impleuerunt. Nulla namque uirtus, aut uirtutis actio, defuit aut deest in ecclesia sancta dei, quæ in multis corde similitudine & corpore splenduit, & quæ non aliquibus in corpore, saltim in corde præfulsit. Nam omnibus electis dei, hoc est, effectus debet per maxime proprium in animo, uirtutem omnem diligere, quæ uis omnem gestu corporis non sequitur. Et opportune factum omnibus cupientibus captare cælestia, illi uirtuti fieri per amorem, cui coaptare noluit corpore uel nequisit. Sic enim impleta est omnis iustitia in membris sequacibus saluatoris, quoniam in corpore uero mystico fuit uirtus actusque uirtutis. Et tam perfecte in ecclesia omnem iustitiam inuenimus impletam, ut etiam pro deuitandis uirtutibus tenendaque uirtute, omnia sint tormentorum genera tolerata. Singuli uero ad supernam ciuitatem ex prædestinatione tendentes, sic omnem iustitiam impleuerunt, ut mente pariter & corpore si uero non corpore, syncera mente ad omnes uirtutes amore indissolubili atque inuincibili sunt facti. Corpore sine mente nunquam & nusquam fuit aut erit omnino impleta iustitia.

¶ De forma uincendi aduersarium, quam in tribus tentationibus satanicis Christus omnibus ostendit, & de primo uerbo tentatori obiecto, secundum Mattheum & Lucam. Caput IIII.

PERACTA quadragena deserti, tria uerba tentatori tradidit in responsum: primum siquidem suggerenti lapides panes fieri, uirtutem diuinam ad hominum saturitatem atque uitam, non panem solum apposuit, qui respondens, dixit:

Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit Matt. 4. Luc. 4. Deu. 8.

de ore dei.] Autoritate sacre scripturæ utitur, non humana ratione. Idcirco ipsam male suggerenti opponit in primo congressu nec de nouo responsionem fingere uoluit, ne responsio notaretur in crimine, aut priscæ legi asseuerare contrarium, aut sibi non fieri uniformis. Non in solo pane uiuit homo, quod non solum ex corpore aut ex carne compositus est, sed ex anima, quæ alitur non corruptibilibus, non materialibus rebus, sed corruptibili nescijs & materijs alienis. Panis materialis carnis substantiam fulcit, uerbû dei animam reficit. Panis nomine, intelligit omne quo alitur corpus: nomine uerbi dei, omne quod uegetatur inuisibiliter inuisibilis animus. Vita panis, cum omnibus sensibilibus est communis: uita qua spiritus uiuit, tantum rationabilibus adest. In uita panis, boni & mali participant: uita uerbi dei, per fidem tantum bonis adiungitur. Si uero ad Christum solum sua uerba referuntur, homo & deus erat, quod duntaxat non uiuebat ex pane, imo nec pane indigebat, etiam in terris degens & uisitor existens, quæuis ad insinuationem ueritatis assumptæ carnis, non ad necessitatem, ut homo comederit. Distinxit porro Iesus utriusque hominis uitam, & quod una præter aliam, non altera præter reliquam toti composito potest præstare alimenta uiuendi, & quod uita gratiæ superferatur uitæ naturæ. Proinde dixit solerti uerbo: [Non in solo pane uiuit homo,] non caro: quia caro præter animam, & præter carnem anima non est homo, quæuis in scriptura totum aperte dicatur. Vita igitur humanæ carnis, est anima. Illa uero quod ore sumuntur, sunt alimenta & non uita. Vita siquidem animæ non est caro, neque aliquid corporale alimentum, sed sic facta est, ut etiã extra corpora posita, non careat uita, non ex natura qua creata est, sed ex eo quod sic creata est, uidelicet ut deus sic faciat illam uiuere in corpore, priuatamque corpore. Et prout quod corpus facit uiuere, omne corpus præcellit: ita quod animæ iugem infundit uitam, omne spirituale præcedit. Corruptibile corpus hominis, ex corruptibili alimento fouetur in corruptibilis spiritus, in corruptibilis uita uiuit. Corporale alimentum præstare animæ uita nequit: uita qua uere anima uiuit, potest & corpus sine alimentis corporalibus sustentare, ut ualentius sit omne illud quod in nobis agit per gratiam, quam omne quod agit per naturam. Et multa de hac re exempla nobis tradit antiqua memoria, quod præter omnem naturam potentiam atque etiam usum, multos inuenimus anima existente in corpore, sine alimentis corporis, anima & corpore in-

columnes permanisse, ut Moyses & Eliam quadraginta diebus, & multos post Christum ad similem peruenisse mensuram. Et uera quædam paulo ante gesta, nunc referat.

Inuenis quidam sedecim annorum reperitus est, qui hanc gratiam a domino meruit, ut sumptum tantum omni die domino Christi corpore, reliquum totius uitæ tempus sine corporali alimento transigeret. Et ne diabolica crederetur illusio, ad omnem uirtutis experientiam aductus est, & repertum est Christi gratia, quod corpus illius omni pulsa deceptione, sine corporali alimentis uita communi, qua uiuit edentes & bibentes, innocua existente natura, posse subsistere. Unde protinus tota uita hominis non est panis, sed gratia inuisibilis uerbi dei. In rememoratio beneficiorum dei, quæ Moyses fecerat Israeli trans Jordanem in similitudine tempeste, huius sententiæ figura & similitudo præcessit. Dicebat enim de deo Moyses populo: Afflixit te penuria cibi, & panis dedit manna, quod ignorabas tu & patres tui, ut ostenderet tibi, quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore dei. Affligebat nempe deus populum quem eduxerat de Aegypto, penuria corporali, eorumque artis humanæ peritia in usum hominum sunt, atque illarumque esibilitium quæ sponte nascuntur. Sed nec ipsum populum expugnari permittebat inedia, quoniam ei plueret manna de celo, in solitum atque incognitum a mundi origine cibum. Cuius penuriam atque supernæ cõcessiois causam subrogata est, cum Moyses populo suo dixit, ut ostenderet tibi quod non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur ab ore dei. Volebat enim deus populum illum rudem instruere, quod non in solo pane uita hominis est. Et quoniam omnia in figura cõtingebant, altius præfanda sunt uerba. Duas quippe oportet præintelligere uitas, unam agendam, alteram expectandam. Bipartitur etiam agenda, in illam quæ diuinis speculationibus tantummodo seruit: & in illam, quæ in manifestis atque corporalibus actionibus satagit. Illa uita uiuit inuisibiliter omnis anima deo dicata, quæ tantum diuinis uerbis pascitur, & educatur super mensam cælestium secretorum, inuisibiliumque uirtutum, & semper meditatur uerbum increatum, quod æterne a patre processit, & reflectitur & recogitur uerbum incarnatum, quod ab eodem patre æterno procedens, carnem uitamque in plenitudine temporis induit, & sedulo & iugiter in se ipsa contuendo resoluit, quod fecit uiuens, quod impleuit moriens, quod resurgens pro nobis fecisse ostendit, quas mansiones in cæ-

lum ascendens uere creditibus præparauit. Istud est uerbum absconditum, quo in absconso nunc homo interior alitur & fouetur: & ex quo ad uitam immortalem, ubi semper uiuitur, peruenitur. Non est uera uita, quæ delectationibus caret internis. Uiuunt etenim bestię sensu corporeo & corporalibus alimentis: sed ratione priuata, interna & supernaturalia bona non norunt. In quæ similitudine uiuunt omnes, diuinorum bonorum delectatione carentes. Unde uita delectabilis non est in pane, sed in uerbo dei, quod non percipit aut sentit corporeus sensus, sed inuisibilis & interior spiritus. Est autem uerbum dei, non solum illa persona terrena, existens ab æterno in unitate diuinæ substantiæ, seu quæ ad nos processit in tempore, sed omne quod animam rationalem instruit, dirigit, iure delectat, a uisibilibus delectatione suspendit, quod tantum redditur amicis, tuetur a satana, & in superna defigit. Sed uerbum dei pascens interne rationem rationabilem hominis mentem, etiam dirigit in exterioribus actionibus corpus, & quodammodo actiuam contemplatiuam præcedit uita, quæuis in perfectiõne posterizet. Non enim esse posset actiua iusta & ordinata, nisi præcognosceretur dirigens uerbum, quod mente cõspicitur antequam actio peragat. Quæ tamen actio iusta, uita est rationalis animæ, prout delectatio animæ nascitur, cum diuina iussa implentur. Et mandata dei, uita æterna sunt, quia in illam agentem impigre introducunt, in qua uiuendum: non tamē inmittit cibus, qui uitam corporalem hominis fulcit.

De uerbo secundo Christi tentatori obiecto, secundum Mattheum & Lucam. Caput V.

Secundum uerbum quod saluator dixit Simprobo tentatori, cum detulisset eum supra templum, fuit:



Scriptum est: Non tentabis domum deum tuum.

Magna prerogatur nobis ab insidijs & fallacijs diaboli euadendi forma, cum Christus male sollicitus ab eo, sacre scripturæ testimonium sibi opposuit. Cui si diligens intelligentia præstaretur, nihil docti habent etiam acutissimi demones, quod scripturæ ueritas non refellat: nec tam alta deceptionis argumenta seu numerosa ad sub-

uertendum animas possent adinuenire malum ligni, quod ad effugiendum maiora seu plura non concefferit bonitas spiritus sancti.

Habet scriptura sacra quid de deceptionibus si dei opponat: habet unde reprimat spei altissimæ subuerfores: habet quid obiciat æmulis charitatis: habet unde omnium uirtutum insidias noscat: habet unde detegat pedicas peccatorum: habet unde sciat ubi sit satanica sedes: habet unde resistat demonum feritatis: habet unde leonis rugitum audiatur: habet unde caueat ipsius caudam draconis: habet unde deuiter ipsius blandimenta serpentis. Eius luminariibus ductus, semetipsum agnouit, uirtutum perpendit introitus, egressumque uirtutum, Et uirtutem cum ingreditur aut regreditur nouit, & uitium conspicit cum aufugit. Docet ipsa cum hominibus conuersari, interdum secedere. Et mensuram atque modestiam omnium rerum docet. Frustra sibi de quocumque alia facultate blanditur, si non nouit ipse diuinam. Et incassum capitur lucta contra inuisibiles potestates & fragilitates proprias inherentes, nisi ex his quæ sacra scriptura determinat. Et superba mente attollitur, qui, si nouit illam, dedignatur inducere: si uero non nouit, si nolit ad illam in mensura suæ capacitatis intendere. Proinde tota mente curramus in illam, & obseruemus ad lucidissimas portas eius, & pulsemus ingredi in atria sancta eius. Ecce saluator omnium Christus, potens diabolum sola uoluntate aut uno uerbo conterere, sed nec fecit: usus est autem ad suam calliditatem reprimendam testimonio scripturarum, scriptum est, dicens: Non tentabis dominum deum tuum. Iure certandum est, non potentia seu tergiuersatione fugacis: & ratione, non clamoribus est uincendum. Opponit scripturam Christus suggestioni satanicæ, qui sibi persuadebat ruinam, quæuis quod diabolus dicebat, sine sua læsiõne potuisset Christus efficere. Sed quia tentabatur ut homo, per scripturam sacram dedit responsa tentanti, excusans se, quia nec deum suum debebat ipse tentare. Tentatur sæpe deus damno tantum, cum data uirtus non exit in opus, sed expectatur deus ut agenda perficiat. Omnis tentator probare credit quod tentat, & per experientiam in cognitionem uenire tentati. Cur ergo intantum præsumit humana audacia, ut uelit tentare omnipotentem deum? Probauimus ne omnipotentiam eius: Sane mundo innotuit, cum omnia creauit ex nihilo, cum in esse produxit substantias separatas, cum magna & cælestia corpora condidit, cum incorruptibilem lucem

& incontaminabilem fecit, cum mari termini num dedit, cum cete grandia intronit, cum terram impleuit uarietate uiuetium, cum cuncta tam nobilibus differentiis praesigniuit, cum animam inuinit ad corpus. Quis enim enarabit per opera omnipotentiam creatoris? Quid ergo tentatur omnipotentia eius, cum omnia quae uelit, possit efficere, cum nihil uelit quod plene non possit, nihil possit quod non uelit? Si uero ideo tentabimus, ut eius sapientiam uelimus aliam experientiam quam dederit inuenire, cornibus uanitatis & superbiae uentilamur: nam ipsa creaturae diuersitas fatis clamat, quod eius sapientiae ad est infinitas. Et si quisquam ad seipsum ingressus discederet, resiliet a tentatione sapientiae summi dei: quoniam ipsa connexio animae & corporis, & insita potentia utriusque, dei sapientiae arguit infinitatem, cum nemo in hoc mundo degens reperitur, qui semetipsum apprimere deprehenderit propter admirabilem amorem spiritus creati ad creatum corpus, & propter animae trinitatem, quae super omnia creata praeterquam super angelos praeminet, & propter uim sensuum instrumentorum, quae comprehenduntur obiecta forinsecus qualitates. Ceterorum uero diuersorum adinuenit miris modis facta connexio, diuinam sapientiam infinitam esse proclamat. Et ordinatus & infallibilis supercaelestium processus corporum, totiusque naturae modulatio & diaphania, & successio atque progressus, uniuersi pulchritudo, quam particularis turpitudine non turpat, studiosa & iugis gubernatio uniuersi, diuinam sapientiam infinitatem singularim & in concentu suo modo fatentur.

Quo igitur modo tentabimus? & probemus infinitam sapientiam dei? An erant istis potiora fienda quae facta non fuerint, ut in eius nouitiam experientiam ueniamus? Sed si quaerimus etiam his maiora, fidei processibus inuenimus, quod spiritus increatus, ad spiritum & corpus creatum ineffabili modo atque inseparabili sit unitus. Pelagus nempe subuersionis nauigat, qui deum in sua sapientia tentat, sed forte an bonus in seipso seu ad nos bonitate ferat, tentare placebit. Merito dixerim, quod hoc denuo tentatum suae tentatione, nisi digne poeniteat, aeterna flamma cremabit, cum omnia inuisibilia & uisibilia, supercaelestia & caelestia & subcaelestia dei bonitatem sempiternae atque ab aeterno manentem, suis uocibus clament. Et quod ad nos inretroacta bonitate refertur, omnium rerum collatio, usus rationis & corporis ample susceptus, & ipsa uerbi aeterni

pro nobis facta incarnatio protestantur. Sed nec ludibrose tentandus est deus, aut iactare se in pericula licet, ut per huiuscemodi scire uelimus, si curam sedulam nostri gerit. Nihil namque deus frustra hominibus contulit, ut inexpecte marcescat: sed si qua nobis a deo donata & accepta nouerimus, prout in nobis est, & ordo agendorum exoptulat, proferamus ad actum.

¶ Semper deum tentare conuincitur, qui quod habet, remittit: & in agendis tentat intendere, quod nondum perfecte suscepit.

Tentat deum, qui habet humane quid faciat, diuina conquirens.

Tentat proflus inter homines degens, ab ipsis ualens in expediendis fulcimenta suscipere, si quaerit angelica. Nunquam debent ad quippiam peragendum adesse diuina, si humana sufficiunt: nunquam angeli, ubi sane sufficiunt homines: neque superna, ubi inferiora sunt praesto. Defectu enim duntaxateorum quae a nobis sunt, ista subueniunt. Iure igitur Christus ruinam suggerenti per scripturam, responderat, dominum in ruina huiuscemodi non tentare, cum climax ascensionis in locum & descensionis adisset.

Tentat plane deum, qui quod est tantum naturae officium, per artem: & quod solum est artis, quaerit efficere per naturam: & quod est huius, per supernaturalia siue per miracula petit.

Tentat deum, qui de seipso duce curiositate praesumit, & expetit, aut credit ab eo fieri, quorum effectus nullus est fructus. Non deus est tentandus, qui nulli & in nullo desicere potest aut nescit, nisi sibi homo deficiat. Ad quid probandus est? Ut quid de ipso nouam experientiam quaerimus? Merito ergo dicebat Apostolus: Tentatio uos non apprehendat nisi humana. Semp enim in periculum uergit diuina tentatio. Probat & tentet semetipsum homo, & hominem homo, sed non ut trahat ad uitia. Deum uero tentare nullo modo praecogitet, nam per os David de populo Israelitico dominus omnipotens coquebatur, & praemonebat posteros, ne incurrerent peccata priorum, dicens: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in iritatione seu in acerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea. ¶ Conqueritur deus quod a patribus antiquis tentatus fuerat in deserto, scilicet utrum posset quae ipse populus uolebat, efficere: & tentantes probauerunt, probantes uiderunt magna facta sua. Et alia scriptura psalmodum dicit: Et

Pal. 77. tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et dixerunt: Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Et statim sequitur, quia opera eius miro modo uiderunt: Et mandauit nubibus desuper, & ianuas caeli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem caeli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Et pluit illis sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris uolatilia penata.

¶ Abhorrebat deus ab hominibus quoquo modo tentari, quoniam ipse illi populo multa mira praemiserat & fecerat magna non quaesita, in Aegypto per plagas, & in mari rubro submergendo insequente populum Pharaonis, in subuertendo curus & rotas, in columna nubis & ignis, & in multis signis & prodigijs quae fecerat in deserto, infidelitatem illius populi arguebat crebra uel una tentatio, cum ipse praeniret opportunis subsidijs atque remedijs, eorum precibus non praeventus. Porro detestanda infidelitas est, quae uelut amicum nouum, tentare praesumit deum aeternum. Quanti autem deum tentare nouimus esse periculi, scriptura subsequens manifestat, cum exaudiens tentationem, effudit indignationem: Adhuc escas eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. Necnon & omnem illam multitudinem de Aegypto egressam, in deserto morte prostrauit, ut nullus terram promissionis adisset, praeter Iosue & Caleph, qui nullo pacto dominum in aliquo tentauerunt. Et mirum quod dum tati populi, scilicet MOYSEN, in deserto peremit: quia iam in parte diffusus, prior dominus ipse tentauit: similiter & AARON qui sacerdotio in illo populo primo fungens, etiam interemptus est.

¶ Duo enim uitia populum illum sequestratum ab Aegyptijs, in illa uasta solitudine semper uexabant, quae intantum peiora, quorecte atque immediate ferebantur in deum, Murmuratio scilicet & Tentatio, quae uersa uice se generant. Nam cum murmuratio sit ex non habitis, aut ex habitis cruciatus molestorum, tentationem generat ad experiedum, utrum habere possit quod placet, aut remouere quod displicet. Tentatio cum non exauditur, ad murmurandum ipsa regreditur, nec est finis aut concordia in maledictione istarum. Ex his quae mala sequantur, Apostolus non tacuit, cautelam caeteris praeterens: Neque tentemus Christum sicut

quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Ecce uindicta omnia iustissime ulciscens, quod tentantes deum, subiauerunt serpentibus: murmurantes uero, angelo ferientur: eo turpius credatur esse commissum, quod turpioribus subiicit ad uindictam.

¶ De tertio uerbo tentatori obiecto, secundum Matthaeum &

Lucam.
Caput VI.

Tertium autem uerbum contra idololatram ipsi diabolo improbe suggerenti, respondit:



Scriptum est: Domine deum tuum adorabis, & illi soli serues. Matt. 4.
Marc. 5
Luc. 4
Deut. 6.

Ecce humilitas domini saluatoris, ecce ista concertatio redemptoris, qui se sacra scriptura tuetur, & ipsam uenit lucem in responsionibus anteponebat. Et ne uideatur propter nouitatem uitae atque doctrinae dissonare a praecedentibus primis, scripturam ueterem inducit prosequentibus caeteris, ut ille idem esse credatur qui per euangelium loquitur, & qui in Moyses locutus fuerat & propheta. Ter in hac concertatione euangelium refert CHRISTVM dixisse, Scriptum est, tanquam quicquid sit in diuina scriptura, sit a trinitate dictum. Sed nec sacra scriptura tantum ordinatur in characteribus & sulcationibus literarum, ut inde sit scripturae autoritas, quod sit scriptura in pagellis, sed ex eo quod exarata est in lumine ueritatis. Et nihil scriptum exaratumque literis in sacris uoluminibus inuenit, quod a diuina potentia & sapientia non fuerit ab aeterno prouisum, ex temporis firmatum. Proinde, Scriptum est, cum de diuina scriptura dicitur, non est ad chartas siue membranas, seu ad elementa scripturae, in quocumque fuerint impressa calamis siue stylo, referendum: sed ad id quod sic fuit ab aeterno prouisum atque firmatum, prout in tempore praefinito extitit scriptum. Neque fas est credere, quod tempus siue ars scribendi, diuinis edictis atque sententiarum autoritatem aut robur contulerit, sed deus aeternus qui aeternae prouidit, in tempore reuelauit atque per hoc diuina edicta & consilia &

quælibet theoria, non ideo vera sunt, nec suam autoritatem inde fortituri quia scripta sunt, sed quia vera sunt & irrefragabilia, id eo scripta fuerunt: quoniam sunt ab æterno firmatae siue prouisæ, in tempore uero, pro ut successit ordo ætatis impositus, reuelate. Et in hoc cõsistit sacrarum palmaris autoritas scripturarum. Quamobrem saluator tentatus ut homo, in argumentum suæ defensionis scripturam sacram assumit, qui omnimodo potuisset aliter reijcere tentionem. Sed nouerat quod secum diabolus tanquam cum homine decertabat, quis de ipso supra omnes homines multa suspicaretur: ideo malitiæ suæ, scripturam sapientiam atque sententiam opposuit. Cui diabolus amplius non obiecit, nec nitebatur illam diuertere, aut quolibet impugnare, nec tergiversabat ab illa, quæ bene nouerat esse diuinam atque æternam, quæ uis Moysi tempore reuelata. Magna profecto est scripturæ sacræ autoritas, cui dæmones reuerentiam exhibent, impugnare non audent, quæ mætes & rationes omnium suo impio soluit & ligat, put sibi assentiunt, siue ab ea propria directione dissentiant. Quæ uim in se contineat dæmoni obiecta scriptura, perspicax hominum intellectus aduertat. Adorationem impudens diabolus exigit ab Christo, tanquam ab homine quem esse dei filium ignorabat, & actionem soli deo exhibendam, atque sibi æterno iure reddendam, in sui causam conuertere satagebat. Hæc enim ab initio malitia eius est, pro ut ab initio diabolus peccat. Cui Christus æternam ueritatem in tempore ostendit, & hominum insertam memorijs, obicere fecit, dicens: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quod æterno iure cõperit creatori, temporali ratione alicui creaturæ conuenire non potest: & quod solum est de iure diuino, de angelico uel humano, aut de quæpiam creatura fieri nunquam potest. Porro adoratio, quam damnatus diabolus Christum exhibere sibi monebat, deo æterno iure competebat æternæ & diuini spiritus, non angelici aut humanitatis est iuris. Et uelut diuinum numen à Christo homine sibi exhiberi, quod diuini numinis est, diabolus hortabatur. Nec non & illam seruitutem soli deo debitam, quæ patria dicitur, raptor saltè uoluntate diuinorum exquirebat à CHRISTO. Vnde CHRISTVS dixit: Et ipsi soli seruies. In hoc siquidem adoratio & seruitus differre uidentur, quod adoratio sit in credulitate, seruitus in actione: adoratio in intentione, seruitus in opere.

Nec quisquam me mordeat, si cõmunes non sequar in hac parte doctores, si Latinam dum

taxat uereor linguam, in quam nisi prædecessores euangelium transfulerent, sequens adorationis eulogium, prætermittens omnino Græcum siue Hebræum. Angit enim me, non quod Christus diabolo denegauit, sed quod soli deo conuenire rēdit. Nec me mouet, quod Christus dixerit ante, quia scriptum est, sed quia sic palmariter constat, propter quod scriptum est. Parat autem mihi proinde materiam differendi, quoniam Hebræa lingua siue scriptura similis & Græca, Latine, non tamen uice uersa, in diuinis sermonibus seruiert. Nam omnia eorum quia dei ante Christi aduentum, per scripturas Hebraicas & hebraice, primo innotuerunt. Euangelium autem per Matthæum in Hebræo, per tres reliquos euangelistas in Græco in radijs suæ ueritatis insulsi. Deinde idoneos interpres in linguam Latinam illuxit. Proinde prosequar quod lingua Latina tenet, non discrepans ab ea unde trassatum est. Et plerique minus debito linguam Latinam honorant, cui fere omnes uim uocabulorum infundunt, prout hauriunt à puteis Hebræis, aut bibunt ex fontibus Græcis, ut nec uelint aut nesciant multa uocabula diuinorum scripturarum secundum Latinam linguam differere plene, nisi ad interpretationis originem reuertantur.

Adoratio, accessus est rationis siue orationis. Harum quidem accessus, habentur soli deo exhibendam, atque sibi æterno iure reddendam, in sui causam conuertere satagebat. Hæc enim ab initio malitia eius est, pro ut ab initio diabolus peccat. Cui Christus æternam ueritatem in tempore ostendit, & hominum insertam memorijs, obicere fecit, dicens: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quod æterno iure cõperit creatori, temporali ratione alicui creaturæ conuenire non potest: & quod solum est de iure diuino, de angelico uel humano, aut de quæpiam creatura fieri nunquam potest. Porro adoratio, quam damnatus diabolus Christum exhibere sibi monebat, deo æterno iure competebat æternæ & diuini spiritus, non angelici aut humanitatis est iuris. Et uelut diuinum numen à Christo homine sibi exhiberi, quod diuini numinis est, diabolus hortabatur. Nec non & illam seruitutem soli deo debitam, quæ patria dicitur, raptor saltè uoluntate diuinorum exquirebat à CHRISTO. Vnde CHRISTVS dixit: Et ipsi soli seruies. In hoc siquidem adoratio & seruitus differre uidentur, quod adoratio sit in credulitate, seruitus in actione: adoratio in intentione, seruitus in opere.

ra, soli deo ueram adorationem tribuens & iustitiam seruitutis. Multi tamen honores participatione dei creaturis etiam impeccabilibus exhibentur, quibus nisi participatione dei & ad ipsum facta relatione, crimen esset si exhiberetur. Nec legitè commoueat, quod in ueteri testamento reperimus actum adorationis à multis exhibitum, à multisque receptum, sicut Iacob, qui Esau fratrem suum pronus septies adorauit. Et multa similia inuenimus. Sed magis irrefragabilem tenemus saluatoris sententiam, qua discernit solum & unum deum esse adorandum. Illa siquidem ueteris testamenti adorationes, aut figuræ fuerunt, aut deus est adoratus in illis, siue quædam humanæ reuerentiæ seu ipsarum exhibitiones extiterunt.

De inuocatione ad penitentiam, & ad credulitatem euangelij, secundum Matthæum & Marcum. Caput VII.

Gregorius à deserto saluator, regressusque in Galilæam, prædicansque euangelium æterni regni, prædicationem à penitentia exorsus est, dicens secundum Matthæum:

Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.

Secundum Marcum uero plus additur:

Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum dei, penitentemini, et recedite à malo. Expleta igitur Christi uictoria in deserto, eo spiritu quo accesserat, uenit in Galilæam: & in eius prædicatis synagogis, à penitentia exorsus est.

Prima enim ueritas, est penitentia in his qui peccauerunt, & ad regnum celorum prior motus & gradus ascensionis, sursum fieri uolentè initiis. Nisi quis à peccato suo penitendo auersus fuerit, non initiat itineram regni dei.

Est autem penitentia, pungens conscientiam stimulus, & dolor insatiabilis in confidatione peccatorum scelerum.

Penitentia est displicentia displicentiæ dei, quam quousque quis non possederit, deo placere non poterit.

Penitentia est, quæ animam in penarum uoragine considerando immergit, unde uelut de somno euigilauit ad opposita peccatorum.

Penitentia est, qua pene tenetur anima ne labatur, teneret autem ualidius efficax uirtutis amor. Nam cum penitentia tantum inicit peccatorem & uolentem ad honestam reuertit, non tamen in diuinis theorijs quicquam perfectum habet. Porro quia in doloribus uoluitur, dolor uero sicut & timor non est in charitate perfecta, sed uterque ab ipsa propellitur: penitentia uero de uirtutibus altissimis gaudet, sed de peccatis infimis dolet.

Eximit penitentia hominem peccatorem à malorum gurgitibus cum assistit, uelut pædagogum illum ducit in scholas uirtutum, ubi audiuntur protologia diuinarum rerum. Displicentia plagarum & quorūlibet morborum, non est sanitas eorum: aliter cataplasinari expedit, ut sanentur. sic nec penitentia duntaxat sanat. alia inductio exigitur super uulnera peccatorum. Qui plagatum ducit ad medicum, non intulit sanitatem, sed præsentauit peritus uero huiusmodi artis, recentitatem & antiquitatem plagarum aspexit, profunde considerans quam facili aut difficili medicabiles sunt. Deinde produxit instrumenta, & decisiones fecit & uestiones secundum exigentiam morbi, & circumspecti & fouit: & ductor plagati astabat, & ad præceptum archiatri angebat, si reluctabatur, infirmum.

Ista typus sunt penitentiarum, quæ ducit inuisibiliter uulneratum in locum medicatiõis, & detinet & angit quousque sanetur, sanare uero ipsa non nouit. Non autem intelligamus in istis eloquijs illam penitentiam, cuius partes noui theologi trifariam diuiserunt: sed illam, qua peccator punctus est ex ipsa displicentia mali, & confixus pena doloris, quia separatus à deo, nisi respiscat, est cum dæmonibus æterna morte damnandus. Ista siquidem ad illam trifariam diuisam ducit, imo illarum trium ista principalior noscitur pars, ut homo cõstrictus mole peccatorum suorum, quæ improbe contra deum suo damno commisit, confiteatur in toto corde suo, & quantum fas est & posse, pro tanto emendet errata. Sed quantum est posse, tantum omnino est fas: non autem semper atque continuo quantum fas, tantum fieri posse contingit.

Veruntamen ut habilior capiatur notitia eorum quæ Christus dixit, cõtextatur ordo uerborum. Quoniam impletum tempus, scilicet prophetizatum, & plenitudo temporis uenit, quod filius dei missus erat, prædicaturus in terris. Erat impletum tempus ab æterno præuisum, in quo prædicandum erat regnum celorum & constituendum in terra, ut est ecclesia, & promittendum in superis ut uita æterna. Impletum est tempus, in quo erant omnia in Christo restauranda, secundum quod ait Apostolus de deo ad nos superlato amore, Ioh. Ephe. quæ, ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod postuit in eo secundum dispensationem plenitudinis temporum, restaurare omnia in Christo, quæ in caelis & quæ in terris sunt in ipso. Non autem erat impletio temporis ex parte creatoris, sed ex parte creaturæ ipsam in carne redimendam. Proinde postquam impletum est tempus, ad

actum oportet deuenire fienda in tempore. Et primū quod iubebat, est pœnitentiā agere. A cōio nēpe iustæ pœnitentiæ, ad quam rōnalem mundum saluator inuitat, non ad exteriorē hominē, sed ad interiorē ex toto refert. Si qua uero exteriori sunt suasioe ipsius, non pœnitentiā, sed signa sunt eius. Corrupto modo loquendi, exteriores afflictiones & cœremonias subacti spiritui corporis, pœnitentiā nominamus. Illa dūtaxat in mente residet hominis, qui in peccatoꝝ suoꝝ displicentiā uenit. Ac per hoc Chrs in deserto aut in tota uita sua pœnitentiā nullam fecit: carebat em̄ omnino peccato super q̄ pœnitentiā cadat. Neq; uirgo MARIA & Iohānes Baptista pœnitentiā egerūt, peccatum penitus nō habentes, quāuis à Chro dispariter. Egerunt autē ab extra, quod erat corporis spiritui subiugati, quod & saluator alio loco clario sermōe differuit: Nō em̄ ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Manasses etiam cum captus, esset ductus in Babyloniam, & positus sub æneo uase, desuper iacto igne, cuius flāmis ingredietibus per plurā in inferioribus ad ipsius tormentū facta foramina, orauit ad dñm deū, quem ultra omēs reges Israel ipse cōtempserat, dicens: Et tu deus iustoz, non posuisti pœnitentiā iustis Abraam, Isaac & Iacob, & his qui tibi nō peccauerūt. Et se peccatorem pœnitentem cōstituentem, dei misericordiam implorabat. Atq; fulget in mente intelligētium, q̄ pœnitentiā est initiū cōuersi peccatoris, nō iusti hominis, quæ tantū in interioribus, non exterioribus agit. Nec angustum est pœnitentiæ uerbum & inuitatoriu eius, non unā gradit uiam, uocat em̄ cuiuslibet generis peccatores, aut etiā infideles.

¶ Sed quoniam nihil est pœnitentiā, nec perfectum operatur quicquam in salutem, nisi credulitas euangelij subsequatur, idcirco continuo saluator adiecit:

Marc. 1.

Et credite euangelio.

Credabant multi Moyſi & prophetis, sed nec credulitas ista saluabat: et em̄ euangelii expectabatur, & tempus erat impletū q̄ mūdo reboare debebat. Quid autē sit euangelium, ad qd saluator credendum inuitat, alibi diffiniuimus, sed tantū modus pbatōis innotescat. Multi siquidem credunt euangelium, sed non credūt euangelio. Primū præter secundum, sed alter præter primū esse non potest. Primū est pluriū, secundū est paucorum. Primū est om̄i fidelium, secundū uero fidelitū fidelium tantū. Euangelii credere pcessisse à quo processit, ad fidei habitū pertinet.

net. Euangelio uero credere, adijcitur ad opera eius. fides em̄ sine operibus mortua est. Proinde euangelio credere, hoc est, quod fieri Christiformem & euangipraxen. Euangelio credere absq; relictione præcipitur, ut neq; per mores, neq; per rōnes sibi relictet. Ad supernaturalē scientiā se inuitari cognoscat, qui ad credendū euangelio inuitat: et em̄ supernaturalit loquitur. Omne quippe, dūtaxat quod ad credulitatē ptinet siue fidem, à rōne reddibili non tantū accedente atq; uisione recedit, sed & ab illa intelligētia qua p suas diffinitōes & differētias res cognoscitur & apprehendunt. Creditur, nō dicitur, euangelium. Non ergo saluator dixit, discite, sed credite. Qui credit euangelio, qui euit à q̄stionibus mētis, neq; laborat inquirere, unde per rōnem improbet improbāda, siue ap probet approbāda. Cito etiam credulitas euangelij euadit, quod prouerbialit dicitur. Qui cito credit, leuis est corde: imo nascitur utiq; quaq; cōtrariū: quia qui cito euangelio credit, firmus & cōstans efficitur mente. Qui nō credit uirtuti, subiacet infirmitati & nutās est: qui uero uirtuti obedit, ab infirmitate recedit. Et salutem æternā euangelium præstat. Nec sibi credēs aut prædicās, deberet aliq; rubore perfundi. Hinc Apostolus ait: Non em̄ erubescō euangelium, uirtus em̄ dei est in salutē om̄i credētū. Nō igitur frustra euangelio credere saluator enunciat, si salutē uere credentibus præstat, nec si quā maiorē uirtutem habere possit, ignoro, si cælo potest inferre credentes. Etiam quid hūmanū, quāuis non sit humanū, euangelium cōfert, ut liceat ipsum prædicātibus, ex ipso uitæ corporalis captare compēdia, ut sit omnino decretū æternæ, diuina & humanā in tempore pro sola dūtaxat necessitate nanci sci. Vnde Apostolus ad Corinthios quandā cōtentionē excerpt, dicens: Ita & dñs ordi nauit his qui euangelium annūciāt, de euangelio uiuere: nō autem ditari, aut ex ipso superfluos quærere apparatus, sed uictum & uestitum q̄ sustentent atq; tegant, quibus cōtenti maneant euangelici regni præcones.

¶ Et ars sufficiens est & diuino meritoria iure, ut si nihil aliud manibus operaret annūciāns, de euangelio hmōi cōmodū capiat. Ipsi us em̄ meditatio & doctrina, hoīem diuīsum à negocijs quærūt, quanq; apostolus Paulus hac autoritate usus nō fuerit pp̄ nouitios i fide, ne uideret euangelii ponere sub merce de. Quobrem dicebat: Ego autē nihil horū usus sū. Et subdēs dicit: Quæ ē ergo merce mea: ut euangelii p̄dicās, sine sumptu ponā euangelii, ut nō abutar ptate mea i euangelio.

Agnouerat ptinus apostolus Paulus, sicq; ab om̄ibus sentiendū, euangelium esse regni æterni, pro q̄ temporalē mercedē nullā quærebatur, quāuis euangelium opportuna humana uitæ accipere de ipso concedat. Non autē credere euangelio p obedientiam executioni traditā mandatorū, pœnas acquirat æternas: ut etiam p iustitiā legis & fidem prophetarum, penitus non euadat. Ex hoc Apostolus ad Theſalonicēses scribit, dicens: In reuelatione dñi nri Iesu Chri de cælo, cum angelis uirtutis eius in flāma ignis, dantis uindictam his qui nō nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio dñi nri Iesu Chri, qui pœnas dabit in interitū æternas à facie dñi & à gloria uirtutis eius, cū uenerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in his q̄ crediderunt. Ecce qualis gloria creditibus, quale suppliciu non credentibus euangelio, in fine, pueniet. Et Petrus cōparās bonos qui patiunt in hoc tempore, his qui patient æternæ, euangelii prænotans, in canonica sua dicit: Quā tempus est ut incipiat iudiciū à domo dei. Si autē primo à nobis, quis finis eoz qui nō credunt dei euangelio? Sed qm̄ ad cælorū regnum capeſſendū pœnitentiā in peccatoribus, & in om̄ibus euangelij credulitas exordiū sunt, causam festinā pœnitentiæ sic agendæ atq; credulitatis euangelij, sine interpositione adiecit, dicens: [Apropinquabit em̄ regnum cælorū.] Si enim regnum cælorū ecclesiā accipimus, in proximo erat & quotidie in suo fundamento, qd est CHRISTVS, ipsa surgebat p debitos mores sumāda & ornāda diuino sanguine, q̄ & redimenda, & tandē p ipm̄ sanctum cælitus roboranda & instruenda, ad quā nisi p pœnitentiā & credulitatem euangelij, neq; peccator, neq; p̄dicator ingreditur. Si uero supernā uitam per regnū cælorū intelligere uolumus, tantū appropinquabat tunc temporis, quantū Christus ad passionem & crucis asperā mortē, & quantum festinabat ipse ad resurrectionē similit & ascensionē: qm̄ ante q̄ ipse qui descendit de cælo, regredere alsumpta carne in cælit, nemo pisset, qd ipse p̄dixerat: Nemo ascendit in cælit, nisi filius hois q̄ est in cælo: supple, prius acceſſerit. In dignū em̄ est, neq; dānationem effugiēs, q̄ sinobis appropinquat regnū cælorū, q̄ nos non de prope fiamus ad illud. Pœnitentiā siquidē in his qui delinqunt, & euangelij credulitas in om̄ibus qui saluari gestiūt, regno cælorū proximos facit: charitas pulsata, per seueritā intrōmittit. Pœnitentiā, suspensio dicit esse cognitio & peccatoꝝ pœna, cū p cognitionem in displicentiā uenerint sed

obsistunt tenebræ, ne huiuscemodi esse possit uera cognitio, nisi lucerna euangelij effugentur. Proinde ad pœnitentiā statim adiungitur euangelij habenda credulitas: non em̄ p rōnes humanas discit, sed p fidem euangelij creditur, ut discatur. Ecce in itia bonoz operum, ecce primitiæ spūs. Assunt exordia sanctæ uitæ, ut uera & firma pœnitentiā sit de offensis, & credatur euangelio p agendis.

¶ De prima uocatione discipulorum specialiter Andreæ & Simonis per experientiā, secundum Iohannē tantum. Cap. VIII.

¶ Cum uero Iesus fuisset ostensus à Iohanne discipulis suis, aliqui uenerūt ad eum sedula & pia interrogatione quærentes:

Rabbi, ubi habitas?

Iohā. 1.

Quibus in infinita responsione, sed per experientiam saluator ipse respondit, dicens:

Venite & uidete.

Mira in his duobus uerbis saluatoris nri responsio, qua nō satisfactum quæſtioni noſcitur nec quærenti, nisi experientia quærentium ipsamet apologiā inueniat. Sed sic respondit prout decebat, & prout rei cōditio suadebat. Priuatus domibus erat Iesus, & in terris ppriū non habebat domiciliū neq; larrem, neq; sibi habitationis propriæ locū in urbe aliqua, nec ciuitatem propriā usquam uēdicauerat, ut eis posset determinatā in terra sibi ostendere mansionē. Sed incertis ipse certus sedibus uagabatur, quod multo ante de ipso Ieremias præuiderat, dicens: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uia tor declinans ad manendū? Quare futurus es quasi uir uagus & fortis, qui nō potest saluare? Colonus est qui uelut aduena patriā alienam colit, nec firmis aut pprijs sedibus feder. Colonus erat Christus in terra & uia tor, propriam nō habens ciuitatem neq; domū: sed declinabat, quo inuitabatur ad manendū. Nam declinat ad alienas aedes, qui p impropiā graditur patriā: habens uero ppriū incolatum, in habitare aut regredi dicitur in patria. Vagus erat Christus humanitate, non deitate: corpore, non mente: habitationibus, non moribus neq; uita. Et fortis, despectiue habebatur, qui nec seipsum, aut alios posset saluare. Quocirca quærentibus ubi habitaret, tale responsum dedit: [Venite & uidete,] ut experimento probetis, quoniam mihi nō est habitatio propria super terram: ut ipsa rei euidentiā cognoscatis, q̄ non ad terrena & perfunctoria sit uocatio uestra, & in carentia terrenorum, quæ sequimini, cognoscatis esse diuinum.

Volebat proinus Christus spem oem terrena comoditatis suis auferre sequacibus, ut solum propter uirtute & premia caelestia sequerent. Plus em debuit mouere audientiu & sequentium mentes ad illam altitudinem fi dei, scilicet Iesum esse filium dei, in affectio & carentia uisibilium terrenorum, quam miraculorum patratio. Et in robur fidei & in alti tudinem premij p euidentiã, suam a terrenis uolebat ostendere nuditate, si propter uisibilia non haberet ipse sequelam. Altiore intellectu Christus ad hmõ uisionẽ illos interrogãtes discipulos inuitabat, qm̃ diuina ineffabilia sunt sermõs, nisi in mente aut interno gustu quis nouerit. Proinde ppheta quasi lingua enarrãdo deficeret, quam sint ineffabilia facta dei, inuitabat ad experientiam siue gustum, dicens: Gustate & uidete, qm̃ suauis est dñs: ut qd ineffabile consistit affatu, mētis gustus inueniat, & uisio intellectualis intelligat. Plus em apostoli de Christo experientia rei & fidei altitudine cognouerunt, quam prolatione sermonũ. Nec ad corporis aut reze corporalũ uisionẽ, sed intellectuale, Chrs uolentes sequi cum uocabat. Sed uidere, uelut cõmune officiu, mēti & om̃ibus corporalibus sensibus attribuitur, ut id quod ad interioris hois uires pertinet, quasi cum oculis sepe uidere dicat: & qd est ceterorum sensuum, cõmuni more loquendi frequẽ refertur ad uisum. Proinde cũ dicebat Chrs, [uenite & uidete,] hoc penitus intendebat, q non habitaculũ propriũ corporis quærenter, q̃ carebat: sed fide cognoscerẽt & mēte uiderẽt, q̃ deus & hõ erat, nec sibi opus erat ppria domuncula sup̃ terram, qui terraz cæliq; factor erat: & gloria ineffabilis est locus habitationis eius, & lucem habitat inaccessibilem, qui in forma hũana siue seruilis accessit ad hoies, ut hoim ad deum facilis possit esse accessus. Totos inuitabat fore mentales, & remittebat introrsum, ut mente uiderent. Nam quid illis corporeis oculis ostensurus erat, qui corporale habitaculũ non habebat: Corpus assumptũ ipsi uidebãt, nec sibi aliud unquã ostendit, quã quam ipsum aliter in trãsfignatione & resurrectione pfecta monstrauit. Alia uero sup̃ pellectile priuabat, eo q̃ aduena erat & peregrinus, egenus rebus, domibus carens, uagus per alienas aedes, nec expediebat oculo demonstrare, ut ex hoc diceret, [uenite & uidete,] sed intellectu oculo uolebat esse uisuos. Isto em̃ sensu alibi psalmista pclamatt: **Psal. 45.** Venite, & uidete opera dñi. Ad corporale uisionem reze creaturarum non expedit inuitare uidentes. Ipsimet curiosi sunt oculi & ad ui-

Psal. 35.

Psal. 45.

dẽdum faciles, minusq; frenabiles ad obiectas rez uarias qualitates. Sed ad intelligentiam & internã cõsiderationẽ psalmista homines uocat, ut mente intelligãt opera magna dei. Necessitas pia cõpellit, ut sequentes Chrm, mente plus uideãt: non em̃ haberlo cũ in seq̃la Chri curiositas oculorũ, imo ab ipsis ex consuetudine fiat recessus, ut diuina & oia quæ Chri sunt, interna intelligẽtia, si de pura, mēte purgata capiamus. Sane Christus intromittẽdo in illoz animã fidem, diuinum eructuando sermonẽ, mente disponebat illos esse uideẽtes. Venite igit, docebo quod quæritis, pandã quod ignoratis, ostẽdam fidei uestræ habitationẽ quã quæritis. Nil igit restat, nisi sequi uocãtẽ: & in spiritu, nõ in corpore fieri, & ad quẽ uocamur, mente uidere. In hoc uocationis discipulorũ exordio, uni ad se uenientium, dixit:

Tu es Simon filius Iohanna, tu uocaberis Cephas. Non interrogatiue ptulit hoc saluator, sed differendo qd erat, a nomine proprio hunc discipulum & a paterna pcessione cõmemorans: Proprium nomẽ, obedientiam exhibet homo, deus uero grãam donat. Nequit obedientia iniuncta cõplere, nisi gra faueat: nec recte incedit, nisi dirigat ex ipsa. Semp obedientia uera ex traduce fit gratiæ, degenerat si quidẽ, si non ex ipsa traducitur. Non perdit generositatẽ, si ad illũ iura filiationis obseruat: & nimis q̃ una generat aliam, & utriq; multiplicãt, uelut si filia generosa persistens, matrẽ faceret amplius esse matrẽ, imo maiorem matrẽ, & ipsa mater filiam maternis affectibus plus astringat. Et utriusq; merito deuenit in caput, ut appelle tur Cephas, a tali parente traductus ad mysteriũ cephalitatis ecclesiæ. Prædestinatus fuerat iste discipulus, & post aspectum diuinum destinium audit q̃ uocaretur Cephas. Mystica sunt hæc, in quibus mores difficulte permodicũ capimus. Sed hæc est in scriptura potius de scriptura regula præfigẽda, ut hoc quod de ecclesia in cõmuni & genere, in particulari & specie ad animã referat. In caput & prædientiã suipsius constituit, & nihil repugnans patitur: aut si patitur, q̃ non uincat, qui p grãam factus est obediens. Qui a grãa in obedientia generat, omẽ suum inferius habet subiectionem atq; pacatum, dũ subiuगतũ est regnũ eius, non ppria uirtute, sed illa qua superiori p grãam factus est obediens: meretur ex diuina iustitia caput dominans ad inferiora fieri, qui suo superiori per grãam subiectionis debitum dedit.

De uocatione Philippi & Nathanaelis ad sequelam Christi, secundũ Iohãnem solũm.

Caput 12.

In crastinum I autem facti huius, [cum Iesus exiret in Galilæam, et inueniens Philippum, dixit ei: Sequere me.

¶ Autoritate magna Christus dominus cepit loqui, cum ad sequelam suam homines inuitabat. Vnius em̃ sequela, excludit a cæteris, maxime Christi, quæ ab omnibus alijs absolvebat. In sequela domini factus, ab omni imperio factus est liber, si aduersa p̃ciperet. Et Christus sequens, non tenetur ad terga parentum; etenim ita pietas illam uincit. A cæremonijs legis liberatam accepit, qui Christum in suis uirtutibus sequitur. Nullius aletius degenis in carne, iure potuit aut debuit esse uerbum, [Sequere me,] quoniam ad perfectum nec inducere potuisset sequaces. Neq; angelus, neq; patriarcha, neq; propheta, neq; aliqua creatura ualuit aliquando neq; ualet ad regnum uite introuehere sequẽtes: sed solus est Christi, cui omnium honorũ collata potestas, qui non suo, sed nostro cõmodo inuitat ad regnum.

¶ Primam uicẽ, secundam patriæ dicimus esse sequelam. Vna uirtutis, alia gloriæ uiam tenet. Generat prima secundam, & secunda prima se præmium facit. Qui primam abhorret, secunda specimen non habebit. In prima claudicans, nec in secunda possidebit ualidos pedes. Qui se totum dat, totum hominẽ exigit in sequelam: nec unius eodem gressu sequi ualet uis ad diuersas penitus incedentes. Iuxta dictum Elias, oportet pergere in sequelam: Vique quod claudicatis in duas partes: Si dñs est deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Vt ex his uerbis eliciatur ista sentẽtia, q̃ quem no uerimus nostrum dominum, moribus & uita & intentione sequamur, mundum, diabolum, quempiam hominem siue Christũ. Quamobrem Christus signanter loquitur, Sequere me, qui sum qui sum, & inuisibilis existens, uisibilẽ me tribui ad sequela. Astruebat aliissimẽ fidem, cum nullo prærogato diuine uirtutis miraculo, non alia iniecta differtione uerborum, absolutis uerbis dicit, Sequere me. Magnamq; illorum fidei humilitatem esse decebat, si eum sic nuda uocatione sequerentur. Sed qui uocabat ad sequendũ sua uestigia, iradiabat menti bus fidem, qua in animo motũ, sequerent. Voces enim Christi, plus interius quã exterius resonabant: nec non & efficebãt in animo uirtutem, cum creabãt & fidem. Cur autem nõ efficit in audientibus om̃ibus uox diuine uirtutis, quæ efficit in paucis, ut corde atq; corpore sequerentur dominũ, non uox Christi causa defectu, sed audientium corda occultis demeritis solũm deo cognitis, improbanda.

Dedit enim deus iuxta propheticum dictum, uoci suæ uocem uirtutis, ut una tantum semel emissa, omnes ad se potuisset conuolare, & mutare hominum corda, infundere fidem, donare uirtutem, & similiter reuocare de tumulis, & ab inferis liberare. Sed taliter fecit omni audienti, nec etiã om̃es audire meruerunt. Quod si in his qui secuti & salui facti sunt, merita ppria non fuissent, sed ex bonitate uocantis: in his tñ qui reprobi facti sunt, mala ppria meruerunt, decernẽte de super iusto iudicio iudicãtis. Et bene unde Philippus iste uocatus erat, describitur, quia a ciuitate Bethsaida, ciuitate Andrea & Petri.

¶ Qui cum inuenisset Nathanaelem, duxit ad Christum, qui de eo dixit:

Ecce uere Israelita, in quo dolus nõ est.

¶ Qui arcana hominum nouit, scit qualem de eis possit proferre sermonem. Et q̃ acceptor personarum non est, uirtutem proinus in hominibus accipit. Et nemo probatus est ex eo q̃ homo est, sed ex eo quod est uirtutis amicus & captus executor ipsius, p qua Christus quauis docq; homines commẽdat, etsi non interdictum uerbo, beatitudine uerõ semper uirtuosos exaltat. Profecto illam uirtutẽ nouerimus Christo gratam, quam ipse laudibus effert, idcirco sic effertens, ut ad illam sectandam audientium animus incitetur.

Igitur solerti est animo intuentium, qd tam uigilanti uerbo de homine isto saluator aperuit. Nam non dixit, Ecce uerus homo, aut distinctum secundũ aliam insinuationem, sed, ecce uere Israelita. Nomẽ gentis dicitur posuit, cuius originem sacra scriptura cõmemorat: Israel uocatus est Iacob, nõ a die natiuitatis uel circuncisionis, quo tempore imponebantur nomina in hac uita nascentibus: nec sibi hoc nomen impostum est a parentibus uel cognatis, quorum decreto nomina filijs imponunt, sed a deo, angelo mediante, post multos annos & labores & uxores & filios plures, accepit. Reuertenti nanq; Iacob de mãdato domini in terram natiuitatis suæ, cum copias suas ante misisset, soli remanenti apparuit ei uir, scilicet angelus domini, cum quo usq; manẽ iudicanti angelus, dixit: Quod est nomẽ tuum? Respondit Iacob. At ille: Nequaquã enim appellabitur nomen tuum Iacob; sed Israel: quoniam si cõtra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines p̃gualeris? Hoc siquidem dixit, ut securus procederet contra Esau fratrem suum, quem ex surrepta bñdictione paterna timebat. Hinc nomen Israeliticum primõ exortum est, unde omnis illa natio filiorum Iacob, tam numero se ppagata lateq; diffusa, populus Israeliticus est. Sed uim & causam nominis inquiramus, in notitiã uenire cupientes, cur saluator futurum

psal. 67.

Gene. 32.

sibi discipulum, uesq; Israelitam appellauerit. Fortitudinem istud nomen significare conspiciatur, pro eo q; Jacob fortis extitit contra deum, quamobrem illud accepit. Vnde fortis? Quia luctabat usq; mane. Sed nunquid corpore luctabat? Absit. Sed in efficacia mentis & uirtute orationis. Et tam fortiter p̄ omnibus egit, q; benedictionem quam ab angelo expectabat, accepit. Igit uerus Israelita luctam habet, non solum uisibilem, sed occultam: non solum aduersus daemones, quos non consentiendo contemnit, & contra uitia quae repellit, sed contra deū, quem profusus orationibus detinet, quem p̄seueranti deuotione ad se inclinat, quae fortit conatu mētis insequit, ante quem inuariabilis humilitate prostratus, ualido clamore mentis sibi clamat & loquit fidenti animo, diuinæ gratiae benedictionem expostulans. Et cum tale nomen imponit, subinfert: Non timeas homines, imò nec daemones. Nihil sit quod phorrescas, nil te in hac uita deterreat: qm̄ si tam p̄biter facegisti, tam fortiter inualuisti probitate uirtutum, ut uindibilem deum sic uinci uolentem deuinceres, quanto magis aduersus quaeq; obstantia fortis eris? Proinde hanc nouerimus occultam causam, sed Ch̄o dño manifesta, cur Christus Nathanaelē Israelitā uesq; dixerit.

Latent multa bona in hominibus multis, q̄ soli deo sunt cognita. Ac per hoc non caret crimine, temerè alioq; iudicare de meritis. Nescit quid in iustis hominibus lateat, solum deus nouit. Latuerat fortè huius ueri Israelitae uirtus, usqueq; Christus tam aperte aperuit, & q; tam uerus erat, in quo dolus omnino nō erat. Non enim aliter bonitas illius se habebat, nisi prout Christus dicebat. nam si aliter fuisset, Christus penitus non dixisset. Igit unde uerus? Quia nullus in eo dolus. Quod de hoc dictum est, si ueri esse uolumus, omnibus sit ad normam, ut nullus dolus sit penitus in nobis. Quid igit dolus est, què denegat esse in uero Israelita Christus, nisi occulta uersutia, residens in aīo fraus, iniqua meditatio, arguta exquisitio fraudis, in nocumento proximi fictus mos, p̄peram composita forma, uerbum blandiens & decipiens, & hypocriticalis gestus? Quo dolo carens, habitabit in tabernaculo, & requiescet in mōte sancto dei. Et de Antichristo eiusq; mēbris dicit:

Psal. 14. Cuius maledictione os plenus est, & amaritudine & dolo. Et de uiro impio scriptura cōmemorat: Verba oris eius iniquitas & dolus. Et de communi hominum malitia scriptum est:

Psal. 9. Et non defecit de plateis eius usura & dolus. Quem Petrus iubet deponere, si supna captare contendimus, deponentes, inquit, oēm malitiam & dolum. Et cum dixit Christo Nathanael,

Psal. 54. Vnde me nostis? Respondit Iesus & dixit: Priusquam te Philippus uocaret, cū esses sub ficu, uidi te.

I. Pe. 2.

Psal. 44.

¶ Mirabatur Nathanael sic se à Christo cognosci, cū nulla cōuersatio corporalis praecessisset. Sed nec fuisset miratus, si Christum ipse cognouisset, quem nihil latere potest. Sed hac admirationem de Christo ignorantia inducitur, nesciebat enim quanto sapientiae dei filius ab aeterno fuisset. In carne dumtaxat eius ferebatur aspectus, nec quippiam supra hominem cogitabat. Sed saluator cum quadam determinata cognitione ipsum se prauidisse asseruit, q; priusq; cum Philippus uocasset, sub ficu uisidisset. Potest ex hoc clarescere ueritas literalis, q; Nathanael erat sub ficu, dū eū uocauit Philippus in horto uel agro. Quam sub ficu cōsistentiam, pro signo cognitionis, ut adhaesio fidei sequeret, Christus retulit Nathanaeli. Significatione uerò mysterij, alia nobis sic cōsideranda obijcit, scilicet synagoga, quā in ficu subitō arefactam desiccado ostendit. Erat em̄ Nathanael sub synagoga, ut alij cōstitutus, quem Iesus prauidit per uocationem suā ab illa eximendum. Et huiuscemodi Christi uisio non refertur ad oculos corporis, sed ad cognitionem mentis, & ad praedestinationem atque ad approbationem futurorū operum Christum secuturi hominis. Ampliori admiratione comotus Nathanael, se traiecit in fidem. Dispositus enim erat uiuificas uirtutes suscipere. Vnde dispositus? Quia in eo nō erat dolus, ut uellet ad credendum argumenta conquirere. Puro aīo secutus fuerat uocationem Philippī, pura fide nunc credit in Christum, dicens:

Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel.

¶ Magnus ascensus, ut què antè purabat hominē purum, nunc dei filij cōfiteat: & quem aspiciebat ut cōmunem hominē, nunc asserat Israelitici populi regem. Simplex fides eum in ista excelsa prouexit, & quia sine dolo, doctrinam fidei repente recepit. In disciplinabiles sunt dolosi, maxime in his quae sunt superogata uirtutis, nisi à dolo desistant: qm̄ ut Salomon ait, filio dolofo nihil est bonum. Qui uerò dolo carebat, bonum fidei repente suscepit, qua in Christo deitatem & humanitatem pariter fateret. Simus absq; dolo, si uolumus intelligere p̄ fidem, qd non possumus p̄ naturam.

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixisti mihi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis, gaudebitis caelum apertū, & angelos ascendentes & descendentes super filij hoīs.

¶ Inuisibiles sunt angeli, & eorū processus similiter non apparet, sed saepe illa quae facti, conspiciunt. Apertum caelum nunquā uisum est à mortalibus oculis. Et licet Stephanus in agone positus dixerit, uideo caelos apertos, & Iohannes in Apocalypsi caelum apertum se uisidisse fateatur, non sic intelligendum est quod apertum fuerit hoc materiale caelum plenum

sideribus, sed uisionem eorum quae dixerunt, clarissimam habuisse, ac si caelum materiale patuisset, quae deus suo ineffabili modo, absque hoc q; caelum aperiretur, ostēdit. Neq; Nathanael aut aliquis de apostolis, caelum hoc uidit apertū, necq; angelos cū descenderunt ad Christū, peracta omni tentatione deserti. Nondum discipulos fecerat, & post desertum hoc Christus asseruit. Nec uiderunt apostoli trepidi & somno grauati, de caelo angelum missum, confortantem in suis agonibus Christum, cum p̄lix oraret ad patrem.

Ad aliud uisionis genus uerba sunt referenda, ut apertio caeli, claritas intellectus, ex fide bonorū oīm supernorū & angelorū descensus, ut scirent q; non solum sibi terrena, sed omnia caelestia famulantur, & quod aequè terrena & caelestia, homines & angelos nouit.

¶ De lectione Isaiae, quā Christus in synagoga legens exposuit, & quid moris nobis insinuet, secundum Lucam solijm.

Capit. X.

ET regressus est Iesus in Galilaam in uirtute spiritus, & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū, & magnificabatur ab omnibus. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagoga, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiae prophetae. Et ut reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, & praedicare captiuis remissionem peccatorum, & caecis uisum, dimittere fractos, praedicare annum domini acceptum & diem retributionis.

¶ Cuius uirtute accesserat ad desertum, illius regredit in Galilaam. Omnium ductor optimus, spūs est etiam Christi hominis, quo ducit in omnia ferebat. & quisquis in his quibus afficitur & operat, ductorem alium sequit praeter ipsum, deuiabit à recto. Formam praerogauit, in cuius uirtute feramur. Fama eius infrenabilis erat, & irretētē ferebat. Nec mirum si repleuerat modicam regionem, quae repletura erat & orbem. Vae autē ei, ad quem illius fama nondum ex auditu & affectu peruenit, diffamabit ut cōrummax altissimae maiestatis. Caret bonitate olfactus, q non percipit tam diffusum odorem, qui peregrinam uniuersam perfudit in summa uerò regione, fragrat in angelis. Et docebat in synagogis Iudaeorū, ut odore famae mota, doctrinam eorū mētes caperent. Indigentibus alta doceri, noua doctrina parabatur, p̄mulgata in synagogis ter-

renis, ut congregari per eum appeteret in synagoga; Congregare dispersos uenerat, ideo ingreditur & instruit per synagogas.

Porro synagoga congregatio nuncupatur. Ad scientiam ueram nunq; profectō perueniet, qui longè factus est ab huiuscemodi disciplina. Magnificabatur enim ab omnibus, non esse eū, sed uerbo: & uirtusq; hominis laude atrolebat à cūctis, propter quod in eo agnitus est insigne uirtutis. Applicuit Nazareth, ubi nutritus more hominum erat: non amore patriae uenit, sed eorū salutis amore. Et intrauit secundum consuetudinem suā in synagoga. Nunq; deferenda est agendorū cōsuetudo bonorū, firmitas enim naturalis quadam potentia morem. Optimum in uirtutibus consuetudine assumpta bonis moribus coalescere. Sauiatamē hostilitas est, cōsuetudine contraria roborari. Nihil uerò Christus, nisi quod bonū est aut optimū, in suā consuetudinē sumpsit, nostra, non sua utilitate; nā sibi consuetudo iam facta erat optimè docere ignaros. Pulcher omnino mos, cū q; nouit ex cōsuetudine legitima operari.

Sabbato celebrauit hunc ingressum. Optimus sabbatissimus, ubi diuinus doctor docēdo laborat. Nec uiolabatur sabbatum, sed conseruatur; & ad aeterni sabbati quietem audientes illa doctrina parabat, nisi cōtormacia in auditoribus esset. Et surrexit legere, quia eorum more aliquantulum federat. Et peccati aut offerentis placito, traditus est sibi uerus liber, Isaiae scilicet, quem reuoluens more docētis, subitō locum quem quaebar, inuenit: sciens aeternè ab aeterno decretum, quod propheta cū in tempore, literis hebraicis exaratum erat. Nouerat omnia, quia deus; nō indigebat libro, ipse oīm uitae liber: mente nouerat, quod quaebar in libro. Absque illo legisset, qui absque chartis docuit prophetantem: locum reperit qui de ipso erat, & uerba scripta, quae de ipso longè antè reuelauerat ipse uidentī, & uidentis graphijs mandauerat ad memoriā posterorum. Et scriptū sic erat: [Spiritus dñi sup me.]

Isa. 61.

Ut homo sic loquit, qui sibi spm̄ praelatum facit: etenim quia deus, sibi per oīa aequalis erat: nec una p̄sona in trinitate, alteri superferet dignitate substantiae, ordinis, temporis, uel naturae. Sed quō sup eum? Ut credat non agi humano aut alio spū, sed diuino: & q; in humanitate degēs, etiā diuina faciebat. Et unctus erat, ut homo, illa unctio ineffabili spūs sancti, de qua etiam David antè praedixerat: Propterea unxit te deus deus tuus oleo laetitiae: praefortibus tuis. Et ideo Christus appellatus, id est unctus, uelut sacerdos & rex, figuris praesentibus: qm̄ solum sacerdotes & reges in testamento ueteri ungebant. Porro saluator uerumq; personam gestabat: ut sacerdos, sacramēta nobis contulit: ut rex, uocauit nos ad regnum: ut sal-

cerdos, in fruxit: ut rex, liberauit ab emulis: ut sacerdos, semetipsum obtulit, sufficiens hostia factus: ut rex, omnia gubernat, iudicat, & discernit, uelut dñs oim constitutus. Nam sibi data est omnis potestas in celo & in terra. Et scribitur: **Matth. 28** p̄t̄ uidit Iohānes in femore eius, Rex regum & dñs dominārium. Proinde qui ab ipso non accipit sanctitatem, nunq̄ sanctus erit. Qui ab isto rege non regitur, regi abyssi malē pessimū datus subiacebit. Sed quare unctus? Quia sp̄s dñi sup eum. Propter quid unctus? Ut missus euāgelizare pauperibus. Sic em̄ dicit illa scriptura prophetica: [Propter quod unxit me, euāgelizare pauperibus misit me.] Bona poro ineffabilia sunt nunciata pauperibus. Beati pauperes sp̄s, qm̄ ipsorum est regnum celoꝝ. Sed nunquid diuites sunt exclusi? Si deueniunt in sp̄s humilitatem, ut Christi iugo colla submittant, potius admittuntur. Neq̄ diuites reprobant ab euāgelio, si humiliari uelint, morumq̄ corrigere prauitatem: ut pauperes temporalit̄ rerum stipe sustentent, in euāgelio partem habent. Si mente superbiāt, si semper inhiare non cessant, reprobati profecto existunt. In interiori homine positum est euāgelij fieri participem uel exortem. Propterea sequitur, Sanare contritos: ut siue sunt diuites aut pauperes, fortes aut debiles, nobiles aut ignobiles, si corde conuertatur, a dño sanabuntur: qm̄ sacrificium deo sp̄s contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet.

Ad prædicta & ad sequentia se unctum & missum prædixerat, ex sp̄s Isaiæ prophetico id attestans, ut etiam prædicaret captiuis remissionem, illis scilicet, qui apud limbum captiui se debant, & qui diaboli uinculis & peccatorum carceribus tenebatur in clusi. Iudæis primō, qui legis præuocatione malē subacti erāt: & gentibus, qui a diabolo capti uati, malē idolis serui ebāt: postremō his omnibus, qui claudēbatur in custodijs quorum liber uitiōrū. Et cæcis uisum, scilicet ignoratibus ueritatē, aut his quorum mentis oculos propria malitia excæcauerat. Et idem Isaias refert: Quis cæcus, nisi qui uenundatus est? Quis cæcus, nisi seruus meus? Quanc̄ ista scriptura loquatur de populo Iudæorum, ueruntamen ex communione uitiorum transfertur in similes. Atq̄ ubi maior cæcitas, q̄ eius qui se uili precio diabolo uēdidit, & peccati seruus in diaboli transfuit mancipium? Sed illorū cæcitas grauior, & maioribus tenebris obuoluta, q̄s deus elegit in seruos, non indigens eis, sed ipso indigentes, qui pactū certum dño confrēgerūt. Quis cæcus, nisi qui accipit a dño sibi posse seruire, cū in satanicū trās iuit obsequium, & legem uitæ postposuit legi mortis, tyrannū crudelem domino benignissimo prætulit? Venundatus & seruus, cæci facti sunt. Venūdatus dulcedine modica, seruus do-

Matth. 28

Apor. 19

Matth. 5

Psal. 50

Isaie. 42

mini recedens a domino, additus uero diaboli: licet seruiciū. Cōfracti sunt, qui in mūdi amœna uelut aspera impegērūt. Ista enim sunt quæ hominem frangūt, ac ab omi uirtute resoluūt, nec non & semetipso confrēgerūt, minus debito de Christo sentientes: nam omnis qui ceciderit super lapidem, confringet. Sed Christi benignitate dimittunt, cū commissa mala domino eius misericordis remittuntur. [Prædicare annū domini acceptū.] Annus acceptus tunc est, cum ex suis dispositionibus uoluit, quando eius quatuor tempora suis qualitatibus temperantur. Sed annus acceptus domino prædicatur, cum uere conuersis datur uenia, uereq̄ homines conuertuntur ad ueniam. Annus acceptus, acceptabile tēpus, quod in Christi accipit, usq̄ in finem seculi duraturum, iuxta Isaię prophetiā dictum: Tempore accepto aut pla cito exaudiui te. Et Apostolus iam cōpletum rememorans, ut dei gratiam agnoscamus, dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis: in quo sacrificium summæ iustitiæ, sacrificium uesperitū ab uno datum, omnipotens pro omnibus accepit. Quod & Dauid de deo miserante prædixit: Tūc acceptabis sacrificiū iustitiæ, in illo uidelicet tempore, quo dei filius mūdo in carne uelatus subuenire disposuit, quo nobiscū conuersatus est, quo pro nobis mortuus est & sepultus, q̄ sp̄m sanctum, cælū ascendēs, discipulis misit. Hic annus cum sine seculi finietur. Semper enim tempus est, q̄ sacrificia nostræ iustitiæ, merito sacrificij summx iustitiæ pro nobis per carnem in cruce oblati, omnipotens deus acceptabit. Sed post annum acceptum, dies retributionis prosequit. Unde subicit: Et diem retributionis. Porro retributioni finem seculi sequit, ut constituat diuinum tribunal, unde retribuetur unicuique iuxta opera eius, & prout unusquisq̄ gessit in corpore, bonum recipiet siue malum.

Et cum complicuisset librum, reddidit ministro, & sedit.

Qui librum aperuit, replicauit: doctor existens, autoritatem habēs, doctor aliorū no luit a moribus discrepare, in eo q̄ libri accipit, reuoluit & inuenit qd̄ q̄rebat, & legit & lectioe cōpleta replicauit, reddiditq̄ offerēt ministro, ne ppter insolitū morē oīno lex redderet suspecta, & ipse dissenties, celsitūm paret. Sed futuroꝝ præfagio aliud p̄intendit, qm̄ omni euāgelico complero mysterio, scriptura ois plicabitur, nec lectioe amplius opus erit: liber ministro reddet, ut iuxta scripturę sententiam, omnibus Christi ministris secundū meritū tribuat, & sessio erit quietis æternæ. Veruntū aliter differēdi ordo se præstat, ut Christo iam reuelato, prout figuratus fuerat in ueteri testamento, a prophetisq̄ præuisus, liber diuinorū

Job. 9

1. Cor. 10

2. Cor. 6

Psal. 50

Luc. 4

scripturæ apud Iudæos remaneat inuolutus & replicatus, de merito incredulitatis & iniquitatis ipsorū, ut in scripturis ueteribus nō cognoscatur Christi nec ecclesiæ sanctæ mysteriū, secū dum illam sententiā quam alibi saluator protulit, dices: In iudiciū ego in hūc mūdum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et cum sic saluator legisset atq̄ fecisset, omnium in synagoga oculi erant intēdentes in eum.

Suaue Christi eloquiū erat, & lingua sibi præcūctis uelocior, & ad differēdi aptissima, ut etiam animos suspenderet auditōꝝ, & cunctos audientiū oculos in se prouocaret, quam ab impietate infra eorū corda pertinaciter teneret, & quodammodo q̄ ipsi non intellegebant, magno signo probabant, qm̄ omnia quæ in ueteri testamento erant, suis significatiōibus tēdebant in Christo, pro eo q̄ in figura omnia contingebant illis. Et mirē q̄ animo impij & increduli existentes, tū in Christū oculos desigebāt, ut aperte detur intelligi, q̄ quis multi non agnosceret quæ in ueteri testamēto corporaliter agebant, ipsa tū gesta corporalit̄ Christū solū, interdū uerō & eius corpus mysticum innuebant. Hanc siquidē prophetiā supra lectā, in se Christus ex toto reconstitit. Nam cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in oculis uestris, scilicet prophetia Isaiæ quam legerat, ex eo q̄ nō de alio quā de Christo Isaias antē prophetauerat. Hoc ideo Christus dicebat, ut sicut oculi corporaliter intendebant, ita eorum animi per fidem cōuenterentur in eum.

Quod audientes mirabantur de Christo, cognitam tenentes carnis progeniem, sed non conuertebatur, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Caput XI.

Et omnes testimonia illi dabant, quæ supra sensum hominū loquebatur: & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius.

Testimonium quod illi dabant, retorquebatur penitus contra eos, quia mirabant, sed non conuertebant in uerbis gratiæ, quæ supra solitaq̄ communis. Erant penitus uerba doctrinæ, uerba gratiæ, quia inuitabant ad gratiam: ut nō per iustitiam, sed p̄ Christi gratiam consistat hominum salus, & redemptio peccatorum. Sed qui ad uerba gratiæ ab infidelitate nō recedūt, nō corrigūt perditos mores, ad uirtutes non satagūt, ex uerbis iustitiæ damnantur. Adhuc enim uerba gratiæ procedunt ex ore Christi. Os enim Christi, est oim uerorū lingua doctorū, quod usq̄ in finē seculi silētio non reget, quanc̄ pauci ueraces uita, moribus & uerbis inueniant. Sed si solum unus esset qui ueritatē explicite prædicaret, os dicit̄ Christi.

Proinde in uerbis gratiæ cōuertamur, ne a uerbis iustitiæ in ppetuum euertamur. Qui uerō non studio faciēdi, uerbis diuinis pstant auiditum, ilico calumniā parant, & occasione querunt, unde se a uerbis gratiæ auertant. Proinde dicebant: Nonne hic est filius Ioseph?

Sed hoc Mattheus amplioribus uerbis aperuit, quod omnes mirabantur, dicentes: Unde huic sapiētia hæc & uirtutes? Nonne hic est filius fabrici? Nōne mater eius Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? Et sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabatur in eo.

Considerabat t̄modo isti naturalē pgeniem, nihil supra hominem in ipso uidentes, & mirabantur ignorantes, unde huic esset tam alta sapiētia, eximieq̄ uirtutes. Et qm̄ de homine secundum carnem, aliud q̄ homo non oritur, patrem Ioseph & fabricum inferebant, quia erat fabri filius opinione uidentium, & rei ueritate nō pater pueri erat ipse, sed nutritius. Sed non me fallit; qm̄ fortē sp̄s prophetico, eum nō cognoscentes, dixerūt fabri filium, qm̄ filius dei erat, qui mūdum fabricauit in arte sua æterna, & esse de nihilo cōstituit uniuersum: qui etiam p fabricam ualidi ligni in forma crucis erecti, misit filium humanū genus liberare captiū. Inferūt etiam de matre Maria, & de sua cognatione quā nōrunt, quasi esset impossibile huic uiro tanta bona posse competere, malē miseriam immemores prophetarū præteritorū, quibus diuinus sp̄s insulit, quos non natura carnis, non propinquitate generis, sed sua gratia fecit esse prophetas, qui de Christo quanc̄ non crederent id esse quod erat, tū credere debuerūt, esse posse prophetā. Sed scandalizabant in eo, in quē uelut in offensionis lapidē offenderunt, nolētes intelligere q̄ eos uenerat liberare, atq̄ in se duos populos uelut duos colligare parietes. Inuenerunt unde se ab ipso rescinderent, unde uerbis eius non præstarent assensum, unde non crederent, quod de ipso exposita esset prophetia. Oculis in eum intendebāt, omnino attoniti erant, a perfidia tenebantur, ne intelligerent præteritas prophetiās, nec crederet quod eis uelata in carne summa & æterna ueritas loquebatur. Proprium est perfidorum, atq̄ reprobatorum firmata proteruitas, ut semper per humanas rationes uelint suppressere fidē & gratiæ ueritatē: atq̄ inquirere unde non credant, & inuenire unde a ueritate resiliant: ac uere continuo, ne diuinorum uerborum retibus capiantur.

Quare Christus potentibus nega ueritatem miracula facere, secundū Lucam. Caput XII.

Luc. 4

Matth. 13

Marc. 6

animō

capitulum

Saluator aut eorum menti scandalizatae, si similitudine adiecta, respondit:

Vtq; dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum.

Comune pueribus, qd a ualde multis reponit inoleuit, ut medico infirmati dicat: Medice, cura teipsum: ut qui alios curas, teipm non negligas: qui alios sanas, in te infirmitatem pdurare non sinas. Quasi Nazaraeae sibi dicturi essent, Quata audiuimus facta in Capharnaui, scilicet ciuitate Samaritanorum: fac & hic in patria tua, uelut medicus qui alios curat, seipsum non contemnat. Quibus saluator respodit:

Luc. 4. Amen dico uobis, quia nemo in patria sua acceptus est propheta: seu, Non est sine honore propheta, nisi in patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum.

Saepe fit, ut ex nimis solitis quae secundum humanitatem sunt, ea quae supra illam noscuntur, reputatione uideantur: & nihilipendant uirtutes, ubi crebrescit sensus humanus. Ecce patria ipsi erat in causa quodammodo saluatori, ut reputaretur infra quod erat, & minoraretur in conspectu hominum, qui deus erat notitia in conspectu oim angelorum. Erit ne patria fugienda? Non, ut alibi plus appareat, ne peregrinatio quae solet esse uirtutis, fiat uanitatis occasio. Erit ne patria fugienda? Vt quae dixerim, ut uirtus cogeretur in tuto, ut per amplius moribus inclarescat, ut compatriotale suffugium abdicet, ut sit uitae stipes incerta, ut notoria deueniatur blanditiae, ut ignota coram hominibus, cognita coram Christo uiuatur. Erit ne patria fugienda? Non ut se uendat ignotis, non ad capiendam famam uirtute, ut non plus auctione nominis quam uirtutis, ut sit honor extraneis, ut sibi stipendium tribuatur honoris humanae laudis. Non omnis Abraam, non ois Isaac, non ois Iacob, non ois Ioseph uenditus, demum factus dominus in Aegypto, qui tam in patria, quam in suis peregrinationibus propriam uirtutis consistentiam seruauerit. Erit ne patria fugienda? Non, sed ad alios humiles & docibiles accedendum, ut si eis quibus incumbit, non possit prodesse, ad illos docendum pergat, qui se doctrinae subiiciunt, qui credere uolunt, curari queunt. Erit in Actibus apostolorum legit, quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudaeis: Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes. Et sequitur: Audiētes autem gentes gauisae sunt. Haec causa potest subesse his, qui uerbum dei disseminare habent, quae patria nota relinquatur, quae requiritur incognita. Christus non est acceptus in patria. Est ne causa quae uirtutes in illa non fecit? Minimē. Sed sua notitia quasi eis

Ecc. 32. Ad. 15.

familiaris ex genere, illis fuit iniusta incredulitatis occasio. Proinde non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem ipsorum.

Ecce quae miracula negantur incredulis, scilicet, nec ex eis non credituris, quae facta fuerunt coram infidelibus credituris, similiter & non credituris. Sed miraculose operatio ex altissimo pedit, qui nisi opportunē fieri nullo modo permittit. Apud ipsum est ratio sciendos, similiter & iusta ratio cum non sunt. Nec decet homines semper miraculose nouitate nutrirī, nec in miraculis, sed in uirtutibus reperit consistentia Christiana. Facta fuerunt pro tempore opportuno miracula, & infidelibus dari signa decebat: sed delibus uero, nunc iure negant. Parum enim esset fidelis, qui ex miraculo augetur in fide. Robustior est fides, magis meretur, non sulta miraculis. Ac pro hoc Christus in iam solidata ecclesia, miracula & signa huiusmodi pro maiori parte subtraxit. Virtutibus, non signis, in suis fidelibus Christus quirit augmentum: qui cum necessariū fieri conspicit, semper sibi adest mira faciendi potestas, & per quos operari uellet, suae notitiae esse notitiae reperire. Sterilis est miraculorum petitio, sed fructuosa doctrinae: quam si expectauerit, liber deus illi petentibus, quae gratis non petentibus contulit. Curiositas est, miracula petere: ac etiam non modica uanitas, signis intendere. Hinc eos saluat ex pteritis arguendo consuecit:

In ueritate dico uobis: Multae uiduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

Famosissima sunt istae historiae in ueteri testamento, in quibus saluator Nazaraeus impropereat. Magna mysteria intercludit, scrutantibus padunt. Sed quantum possumus, allegorica in hoc opere deuitamus, moribus potius intendentes. Extranei erant a populo, uidua Sarepta & Naama Syrus, & lege Moisaica & circuncisione carebant. Sed aliquid deo gratulerat in eis, quo illa prophetam recipere meruisset, ille uero ab alio propheta mundari, cum in Israe el esset talis similitudo multorum. Ac si Nazaraeitis a domino diceretur: Non est patria causa, non locus, nutritionis, non propinquitas generis, unde diuina hominibus conferant, quam non illis uirtutibus quae in illis erant, est directus propheta, nec leprosi Israelitici sunt mundati, sed hi qui longe uidebant a Iudaicis caeremonijs, ab obseruantia ueteris testamenti, quibus diuinam legem in cordibus scriptam tenere potuissent. Proinde trañcientes unum in reliquit, hoc in illud ex simi

Luc. 4. Re. 17. 4. Re. 17.

sturdine impellentes, in uida obedientia, in Naaman sacramentale exercitium designatur.

Et haec in manifestis. Nescimus tamen quid apud eos fuerit in occultis.

Nec ueratur in dubiis, istam uiduam istumque Naama uirtutes habuisse incognitas, aut aptos extitisse illico diuina suscipere, quibus sic corpore singulariter est prouidum. Saepē proctinus agit, sicut comprehendit, quod quid insigne corporaliter ostensum, indicet, si ad uirtute pueniat, qualis in spiritu persona sit futura. Obedientia siquidem erat in uida, quia dominus ei in spiritu preperat ut pasceret Elia. Sic enim in libro Regum legitur, cum diceret Elia: Surge & uade in Sareptam Sidoniarum, & manebis ibi: pcepit enim sibi mulieri uiduae ut pascat te. Quia pcepit ut pasceret, & quae nondum uiderat, nec Elias ipsam aliquando cognouerat, non misisset ad eam, nisi eius obedientia puenisset. Quam cum etiam Elias uadens Sareptam, iuxta portam aspexisset, ut ipse creditur, spiritu indice statim nouit, quod illa erat apud quam pasturus a domino mittebat. A qua eandem extinere fatigatus, sibi aquae potum in uase postulauit afferri, uelut probas si diuinae iustitiae illa paruisset, sicut ipse Sareptam ueniendo parauerat. Cumque illa pgeret ut afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Lassus & famelicus propheta uidebat, qui ad primum petiunt incipiens exaudiri, etiam panem obsecrando deposcit, & ut afferat post tergum uociferat. Si allegorice ista decederet, esset transitus facilius ad moralia, sed eo difficilius, quo pfermittit ordinata gradatio. Veruntamen illo ptermissio, quod moris est illico aggredientes, prophetam missum uiduae de gentibus, diuinum dicimus esse sermonem ac predicatorem, qui semper mittit animam, quam ab aeterno pdestinauit omnipotens, ut pascatur, non necessitatis pane pmentet, sed conuersionis delectatione. Nam sicut cibis Christi est ut uoluntate paternam pficiat: sic & oim prophetarum, apostolorum, praedicatorum eius est cibus, ut hi ad quos mittunt, illum inculpatē pficiant. Sed primo peti aqua in uase, lachrymae scilicet in mensura pro compensatione delicti: & aqua est dispositio ad pcepta, susceptibilis enim factis est aqua formae, & tam retentibilis, quaeque impressa irremotē pdurant. Aqua in uase, fluxibilitas in mente, petitur ut sitat: & quae decur rebat in praeeptis, prout naturaliter ferebatur, consistat per gratiam. Aqua frigida animae sitiet, & nuncius bonus de terra longinqua. Aqua frigida petebat a sitiente propheta: nam ipse sitientibus refrigerium pstat. Refrigerium est quantum animae salutem, cum sentit, hoies audire uelle Christo uelle obedire credentes. Et nuncius bonus de terra longinqua, pstita obedientia dissementibus Christifera ueritate, nunciat de salute, quae terra sine termino a peccatoribus est remo-

ta. Expeditur aqua in uase, ut obedientia sit in usu: nam uas ab usu seu a uescendo nomen accipit. Pergit uidua, imperio aut a petitione mota prophetae: sed antequam primum impositum faciat, reclamatur, sibi adiungit, ut etiam afferat buccellam panis in manu. Buccella panis non est totus, sed fructus est panis, quae Iudas a Christo in designatione suae pditionis accepit. Buccella est illa res qntitas, quae uno receptu bucca capere potest.

Uideat quae parua copendia in principio ipse propheta requirit, paululum aquae panis; buccellam, ut id buccella dicat, quod ore possit referre de optima fractione. Quasi referendarij sunt, qui docent de operibus auditorum. Etenim post obedientiam talia sunt agenda, quae sunt ore digna referri. Responsum uero uiduae mulieris, & quae gesta sequuntur, in multa nos deceda traicere rent, ut etiam nos facerent ab eo, quod in euangelio intendimus, declinare. Proinde nosse sufficere, uiduatam aiam a mundi honore aut carnis domino, ab amore corrupto, a timore pueris, bene obediētē, agentē opa digna relatu, diuinum sermonem, theologum, predicatorem, imo ipsum Christum suscipere, qui ditabit ex modico, quod mortuum uideat filium reuocabit ad uitam. Similit & Naama, quae prophetae credēs, in Iordane septies lotus est, unde morbus contagiosus abscellit, ut etiam uita sacramentalis & subiectio exhibitia sacramentis, liberet a peccatis, emundet a delictis. Ac per hoc aduertendum est, quibus diuina miracula negantur, quibus uero diuina beneficia conferunt. Historias in horum ex toto differendas dimittimus, ne aliud pro alio intendamus, & ne cudamus longa uolumina, quae pro moribus comentarij deuenimus. Veruntamen si quis illas historias prouideat cospexerit, inueniet quae iuste saluator obiecerit Nazaraeis, quae bene merito similia petita denegentur similibus caecis. Ac per hoc & repleti sunt omnes in synagoga ira, haec audientes.

Quid mali inuauat, quod Christi Iesu doctrina respuitur, secundum Lucam solim. Caput XIII.

Quis scire se credunt, difficilime sanae doctrinae subdunt, potius irascuntur in festi, opportune uel importune docent. Et quae crederent aliquid esse, furunt cum arguuntur. Malum hypocritale sibi proprium uedicat, ut cum detegitur, etiam in iram deiciat. Turbatur nocturnus fur penitus cum diecit, & qui male agit, inimicus est lucis. Et qui ab impietate detinentur, scandalizantur in sermonibus ueritatis. Et exarscit in odium pie docentis: qui a proprijs directiōibus resiliere contemnit. De quibus per prophetam dicitur: Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfectē abominati sunt.

In porta corripit, qui mala publica reprehendit: occulta, ne foris proueniant, reprimat.

Job. 13.

Amos. 5.

Perfecte loquitur, qui uitium ex omnibus detestatur, uirtute per oia in alta sustollit: qui dicenda non tacet, tacenda non profert: qui ad ueritate, non ad uoluntate: pro iustitia, non pro hoim placito uerba depromit. Perfecte loqre, qui ubi seueritate opus est, non blandit: ubi uero lenitate, non sauit. Perfecte loquit, * cuius iustitia uerba loquente non arguit, cuius uita cu ueritate quam loquit, ex aduerso non disceptat. Sed hic odio efficit criminosis, & poenitere nolentibus inimicus: quamobrem hi qui iam erant de synagoga satanae, irascebant aduersus oim saluatoris opportune arguere, pfecte loquentem. Et ut qd eis ira suadebat, perficerent: surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt eum usq ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat aedificata, ut praecipitarent eum.

Non pariter impietas pios, iniquitas iustos non sustinet: & quietem non suscipit, quousq abiecerit qd sibi uidebat aduersum. Exiliu patitur iustus ab impijs, & extra reprobos conuentum semp expellitur bonitas. Et compos uirtutis, non sinit uiuere in concione prauos. Et ut agendor sit cura liberior, propellitur q uellet arguere. Sed hinc excidia ciuitatu, hinc seditiones maloz, hinc iustitium nascitur, hinc republica dedit in propriu, hinc sceptrum iniquitatis infurgit, hinc scipio populi abrogat, hinc exitia hominu, uioleta perditio castitatis, honestas latet in tenebris, cum uerbu recte loquentis contemnitur, cum deprimu uirtuosus, cum expellitur ueritatis amator, cu extra moenia ponuntur iustitiae zelatores, qui ciuitatem melius fouerent consilio, quam armis bellicis milites tuerentur. O exitialis hominum peruiacia: uerba iustitiae atque doctrinam ueritatis non sufficit contempisse, nisi addatur ira, interueniat odium. O utinam esset intercepcio, ne ilico plura mala succederent: non aut sustiner, non morantur, non exquirunt in agendis consilium, sed subito eiciunt extra ciuitatem. Furor semper adimit sensum, confundit displicentia intellectum. Et continuo reprobi mente caeca in peiora labunt, ut non sufficiat hoim iustum abiecit a moenibus ciuitatis, nisi mors etiam turpissima inferatur. Non sufficit, nisi mors iustorum, impijs. Haec in se pertulit Christus, & tanq haereditarium meritoz suis sequacibus dereliquit. Hoc impijeter misse in hoc seculo nequam agit. Hoc uirtus ab iniquitate denicta deplorat, hoc plangit iustitia praetermissa, hoc exulas ueritas, hoc quies hominum perturbata sus lachrymis lametatur. Et q contra Christum militant, contra oes uirtutes suas acies dirigunt. Omnis enim uirtus est Christus, qui ab eis non potuit tali decreto confundi: quoniam ipse transiens, per medium illorum ibat.

Lu. 4

13

Transiens incognitus aut inuisus, aut propria uirtute tutus, teneri non uales: non enim erat taliter moriturus. Et immortalis est uirtus, quous homo necessario moriat. Non potest teneri manibus uirtus, neq ab eius amulis in quam exterminiu pati. Potest quilibet a seipso uirtutem repellere, necare uero ipsam non potest: incorruptibilis enim est. Potest quis interdum alterius corporo uti ad ferre, uirtute uero non potest. Exilia sepe corpora patiuntur, uirtus uero haec dana non patit. Vae contempnibus sermonis iustitiae. Vae irascenibus in equitate arguenti. Vae qui ppe llunt iustu & iustitiam eius. Vae qui interimere omnino nitunt. Vnde istis salus adueniat, desperat. Malus, qui contemnit: irascens, peior: expellens, utrunq per facinus sperat: oim pessimus, qui conat ad necem. Impius quidem cum uenerit in profundu maloz, contemnit. Indubitate uenit in profundu maloz, q legem sua contemnit & Christu. Impij erant hi Nazaraetae, impij sunt & oes qui a ueritate aditum auertunt, qui Christi doctrina despiciunt. De quibus p Isaiam dicit: Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem dei. Qui dicit uidebunt, nolite uideri: & aspicientibus, nolite aspiciere nobis quae recta sunt. Logmuni nobis placetia, uideat nobis errores. Auferte a me uia, declinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus Israel.

Ecce pueritas impioz, quorum signa gesta habent Nazaraetae: sic atrociter Christo dno aduersantes, prouocant ad ira dei. Sibi etia & pximis metunt, lege dei gubernari nolunt, spernunt prophetas. Coprimere fatagunt oim intellectum, ne q sunt recta cognoscant, delectant placitis uerbis, iuxta qd dicit Apostolus: Requirit sibi magistros prurientes auribus: & ueritate quidem audire uerent, ad fabulas autem conuertentur. Cupiunt errare, ut distortis moribus quasi in obliquis uijs, delectabilia q querunt, inueniant. Nolunt uiam mandator, declinat semitam consilioz. Abolere satagunt ab ipsoz ueritate filium sanctu dei. Perspicua est culpa, sed immediate sequit diuina multationis comminatio: Propterea haec dicit sanctus Israel: Pro eo quod exprobrauistis uerbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit uobis iniquitas haec, sicut interruptio cadens & requisita in muro excelso: quoniam subterdum non sperastis, ueniet cotritio eius, & comminatur sicut conterit lagena figuli cotritioe pualida. Et non inuenietur de fragmentis eius testis, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquae de fouea. Digna quidem punicio, ut qui omnino totum quod est uirtutis abijciunt, quod etiam ipsi de salute desperent. Hinc etiam per Salomonem dicitur: Viro qui corripientem se dura ceruice contemnit, repetitus supueniet interitus, & cum sanitas non sequet. Du

Phil. 148

Gen. 1.

Proph.

Isai. 50

Lu. 4

Phil. 67

Phil. 111

Lu. 8.

ra quidem ceruix est, ueritate nolle audire, illam continere, doctor expellere, ipsulum necare.

De potestate sermonis Iesu, secundu Lucam. Caput XIII.

Periunt intentionem & uota & passiones animos edita uerba, non enim efficiunt prolatiois effectum. Vehiculum uerbi est uox, a corde aliquid fieri cupientis, ad aures illoz q habent alioz uota perficere. Nullius enim hominis uerbum, esse seipso eius, quod gliscit, effectuum. Solus deus & homo, uerbo fecit quae uoluit. Sic enim David ait: Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Et dixit in creationis exordio: fiat lux, & facta est lux. Etsi quempiam moueat, haec esse scripta de deo nondum humanato, qui anteq fieret, nullo more hominu loquebat, quanq p subiectam eius imperio aliquam creaturam credamus esse locutum, ita q uox ipsa quasi de lingua corpora in aures corporeas deueniret: non tñ quia humanitate seu naturam humanam assumpsit, credamus ademptam esse uirtute & infinitam, quam ab aeterno habuit, potestatem. In nulla potentia est minoratus dei filius assumpta, sed in forma dei, qua aequalis est patri, potestatem in uerbo habuit, quod protulit per os hominis quem assumpsit. Quod uerbum siue sermo, in potestate efficiendi erat omnium quae uolebat. Nam cum euasisset de manibus Iudeoz, descendit in Capharnaum ciuitatem Galilaeae, ibiq docebat illos sabbatis: & stupebant omnes in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius.

Sabbatis docebat, doctrina pro ultimo sabbato disserens, & ad quietem in uirtute inuitabat mortales. Cuius doctrinam non apprehendunt, nisi corde quieti. Et stupebant oes in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Vnde stupor: Ex magnis & nouis & insolitis rebus. Magnu nouum & insolitum erat, q sermo emissus, quod uolebat, efficeret. Sermo pro uoce est. Veruntamen deus dedit uoci suae uocem uirtutis. Quae erant quidem, in quo sermo eius potestas. In effectu miraculoz. Sermonem suo sanabat uniuersos, uita eius & moribus firmabatur, ut non esset repugnatio operis & sermonis. In quo potes: Humanum ilico multoz mutabar affectus, conuertens placitu in displicentiam: & qd displicebat, in placitu uenire faciebat. In quo potens: Mittebat odium inter charos, gladiu inter coniunctos. In quo potes: Per suadebat ilico quae uolebat. In quo potes: Ex autoritate, non ex ratione. Nam strahens in fidem, propellebat ratio naturalis. Et scriptum de ipso erat: Potens in terra erit semen eius. Et ipse apostolis interrogantibus explanas dixit: Semen est uerbu dei. Hoc semen potentissimu

est in terra, cum ex ea eximit homines, in excelsis constituens. Potentissimu in terra: humilia uit enim mundi reges in illa, qua saluamur, fide. Potes diuinus sermo: etenim elemeta sanctificat. Et dum tangit a corpore, ad quod accessit, sermo humanus, ad uirtute asciscit animus. Potens Christi sermo, liberans in moribus seruatorem, ne damnet. Quod saluator ipse testat, dicens: Si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in aeternu. Non solum potes, sed omnipotens est sermo Christi, qui liberat illu custodientes ab illo gustu aeternae mortis, a qua liberare non potuit nisi deus homo, qui de illius poena peccatores iuste multauit. Et si sermo Moyse & Aaron cora Pharaone in signis & portentis, in ualida potestate fuit, ut oia quae uellent, efficerent, in aethere, in aqua, in terra, in animalibus, ut exitus de Aegypto historia manifestat: si in conspectu dni, ut cum orando ligaret, & peteret ab eo dimitti delinquenti populo ad irascendu: si Iosue sermo in terra, de terra proferens, solem ad uolucendu de Gabaonitis in sua sphaera firmauit: si sermo Eliae ad iudicandos quinquagenarios principes, eorumq consocios, igne de supernis eduxit: si Elisei in omnibus gestis eius, si oim prophetaz sermo in oibus potens fuit: cur cunctandu q sermo Christi non erit? Sicut duo discipuli post mortem & resurrectione asseruerunt, q fuit potens in ope & sermone. Et si quis forte parabit obiectu, q illi fecerunt in uirtute dei, in qua loquebant, concesserim quidem. Sed hic qui deus est, in cuius uirtute loquit? In aliena, an sua? Inq et enim Apostolus: Multifarie multisq modis olim loquens deus patribus in prophetis, nouissim diebus istis locutus est nobis in filio, non alterius naturae siue substantiae, aut immensitatis, aut aeternitatis, aut ullius alterius diuersitatis, excepto, qd relatiue dicit, qd ipse deus pater extiterit. Ac per hoc reuera sermo eius in potestate magna erat. Merito metibus audientiu ingerebat stupore, & in admiratione suspendebat animos auditoroz. Supra naturam & rationem & usum hoim erat. In his propheticis qdam spiritu sposa in Cantico uidebat affecta, dicens: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Potens sermo, qui emissus ab ore, animas liquefacit. Et in his Petrus illectus, dicebat: Verba uirtutis aeternae habes: si a te recedimus, ad quae ibimus? Et Cleophas aiebat: Nonne cor nostru a deo erat in nobis, dum nobis loqueret in uia? Et ait Apostolus: Viuus est sermo dei & efficacax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pringens usq ad diuisionem aiae: ac spiritus, compagiu qd & medullaz, & discretor cogitationu & intentionum cordis. Perspicuu fidelibus atq habitantibus exercitatoris sensus, & his qui scripturis catholicis praesentant inhaerentem fidem, quae potestatis Christi sermo resplendat. Vae aut

Iob. 8.

* uidebit

Luc. 24

Heb. 1

Cant. 9

Iob. 6.

Lu. 24.

Heb. 4.

his, qui huic potenti obicem posuerunt, ut non quod potest, quod nouit, quod credit, efficiat. Etenim sibi ex potestate liberi arbitrii reluctat, quod non efficit, si non capitur, nec tenet nisi teneatur.

Quid insinuat ascensus Christi in nauem Simonis, & captura piscium & doctrina uerborum, & relinquo nauem in sequela discipulorum, secundum Lucam. Capitulum XV.

Luc. 5.

Quoniam sermo Christi potens erat, ut demulceret audientes auditate audienti, quia impetu quidam pro ad eum ueriusque fecerunt homines undique ueniebant, uirtute iustam attrahendi ad se homines esse in ista uirtute habebat, nisi contra maxime ex iudicia Iudeorum malitia obstiteret. Nam factum est ut turbas irruerent in eum, ut audirent uerbum dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

Iruebant turbas impetu corporis, uoluntatis auidae excitatione desiderio ex pauidis amplius audiendi. Magnetinam attrahendi imaginem habebat sermo Christi potestate plenus, ut turbas sic irruentes ad audiendum attraheret, ita ut nulla esset delatio inter eos. Sed nec debet in moribus exhibendi honoris & reuerentiae censura seruari, ad capiendas diuinas theorias & erudimenta superna. Et ubi tributio est diuinorum, ille urbanior qui anticipat. Et deferri nemini, acceptum est tribuenti, cui ille gratior est, qui maiori auditate anticipat. Quaedam probatio est, amare scientiam, propinquior ore fieri ad doctorem: qui amplius diligit, quem uiderit sibi appropinquare audius, ut audienti defert ad assistendum suo conspectui, ut audita iussa perficiat. Gratulatur parer filio contra tres ceteros postponenti, ut sibi possit esse proximior. Non eadem est urbanitas in diuinis participandis, quae in perfunctorijs rebus exquiratur. Laudabile porro erat, non culpabile, quod turbas irruerant ut audirent uerbum dei, pro quo audiendo ad anticipationem nemini deferat. [Stabat ipse secus stagnum Genesareth,] lacum aut mare Galilaeae, ab incitatione ueterum sic dictum. Vidit naues scilicet illorum, qui operabantur incertas capturas in aquis. Incerta operatio est piscatio, cum sub aquis fortuitue linea claustra laxatur. [Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.] In cognoscam aquae partem retia miserant, quae abluunt operantibus. Nihil quidem in operibus hominum, mundum & purum est, nisi quod a sola uirtute procedit. Cuius etiam actus raro sunt depurati, non ex parte uirtutis, sed ex parte agentis in illa uirtus tamen semper est munda, nihil recipiens aduersi. Attramen in agendo difficile est omnia

habere munditiam, ut ille qui operatur, non ex aliqua parte turpetur, quantuis uirtute nemo male utatur. Certum dixerim, sed in actu, in modo, in intentione est adhibenda cautela. Merito lauatur retia. Expedi quidem expurgare operationes nostras ab his, quae maculare solent. Lauantur retia, quia saepe pro piscibus ranae capiuntur & immunditiae, quae occulte continentur in aquis, scilicet in fluxibilitatibus seculi.

Ascendens autem in unam nauem, quae erat Simonis Petri, rogauit eum ut ad terram reduceret pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas.

Quae naues erant, sed illam Simonis prefergit, non aliam repudiat. Non enim omne quod non eligitur, repellitur siue respuitur. Quod eligitur, in maiori est placito: in odio est, quod repellitur. Mystice atque moraliter factum est, ut Iesus nauem ascenderet Simonis, propter ecclesiam in obedientia fidei situandam. Et obedientia sine contradictione ab omnibus exigitur, ut in executione mandatorum, ad captanda celestia. Quam protoplasti non seruantes, de loco amoenitatis deiecerunt in hanc calamitiosam uitam. Rogat Simonem Iesus, non imperat adhuc ei, uelut nondum sibi ex toto adhaerenti. Rogat, quidem, ut pusillum reducat ad terram: quod & factum est. Et de nauicula existenti in mari, dabat ipse populo sententi doctrinam. Uult Christus ad terram reduci per obedientiam fidei, ut nulla terrena ratione credat esse quod est. Nec ob meritum terrenorum credatur in eum, aut uirtus Christifera seu aliqua conditio actionis & status pro mercede terrena in ecclesia catholica inquiratur. At potius eligatur uexari uelut procellis undis in mari, & undae que agitari in periculis, in obedientia fidei, quae in terra seu terrenis solidari ad tempus, fidei morumque ipsius abiecto regimine, iuxta illam sententiam: Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Et magis uexari undis huius seculi elegit Christus, quam quae escere in terrenis delectationibus in societate malorum. Sic formam omnibus sequacibus dedit, ut potius eligant agitari turbis huius seculi, quam foueri sub hijs. Et hi qui cathedram tenent in seculo, potius eligat de tribulationibus & detractionibus tolerandis audientes instruere, quam terrenarum rerum soliditate assignare labentibus. Hinc ipse saluator reductus ad terram, sedens in nauicula, docebat de ipsa turbas. Seder in nauicula in mari lata, quoniam ipse quiescit ubi nemo quiescere potest, & imperium habet in uisibilibus & in uisibilibus undis. Nulla sibi aliunde molestia, nisi quae quati uoluit. Et docet turbas, inde dictas, quia facile turbantur & turbantur turbentur ex exemplo sui, quod seder in turbata nauicula non turbatus. Ita se ordinabat ad crucem, in quo quae

pendes, etiam magna uerba doctrinalia auditoribus protulit. Sed ubi cessauit de nauicula loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxa retia uestra in capturam.

Cognouerat Iesus quod ad piscandum illi in nauicula se contulerant, & quod nec ceperant, laxantes inaniter retia. Nunc ad altiora maris horatur duci nauiculam, ut piscatura fiat, quae facta non erat, & nunc huberior solito. Altitudo maris non est ex montibus aut ex collibus, sed ex inuisa profunditate. Sed cur petitur altitudo maris, in quam cum propheta uenisset, lamentatur se fuisse submersum, dicens: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me? Ac etiam ab Apostolo prohibetur altum sapere cum dicit: Noli altum sapere, sed time. Sed nec hoc altum perere suadebatur a Christo, sed altum maris pro futuro mysterio, altum scilicet fidei ceterarumque uirtutum. Altum scilicet profundum intelligentiae scripturarum, in quibus uelut in figuris profunda & reuelanda mysteria latebant. Altum, scilicet humanae potentiae. Nam humanum imperium altum premebat orbem terrarum: quod Petrus diuino mandato se transtulit piscaturus, ubi piscatus est homines, ubi reliquit summo pontifici sedem, ubi ad capiendos homines continuè laxata sunt retia fidei, quousque tota Roma uenerit in capturam. Etiam ipsi imperatores Romani, uelut ceteri grandia, infra fidei & diuinorum uerborum retia deueniunt. Sed cum audiuit Petrus de laxatione retium in capturam, ex ineffectu & labore caloso priore, ad futurum quasi reluctatus est effectum, tandemque iubenti consensit, praedicans:

Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete.

Praeceptorem uocat, ad cuius est paratus parere praecipere, entians caloso labore se cum socijs totam noctem praeteritum transigisse, cum nullus piscis uenerit in capturam. Sed reductum loquitur, cum nihil praeterquam in promissione cepissent homines ab Adam, usque saluator omnium aduenisset. Tota enim nox fuit in omne intermedium tempus. Et in nocte peccati aut ignorantiae nihil boni capitur, praeter auersionem & culpam dignam gehennalibus & terribilibus flammis. Laxatur rete ad iubentis uerbum, in spe melioris effectus praestita fide, quae callus labor atque nocturnus, ex diurno exercitio supplere, & ex effectu iam uera esset illa sententia, quam nondum saluator protulerat, quam & successu temporis protulit: Quia sine me nihil potestis facere. Proinde nihil ceperit nocturni exercitatores. Mudo infidelitatis nocte pallente, nondum uerus dies Christus mentibus humanis illuxerat. Implent iustum: & cum hoc fecissent, concluderunt piscium

multitudinem copiosam: non eorum peritia & uirtute, seu eo fortuito quo solent pisces deuenire in linea claustra, sed in uirtute uerbi Iesu, in quo laxata sunt retia. Haec copiosa multitudo, erat ad praesagium futurorum pro piscatione credentium, prout dictum est Petro, quod esset homines piscaturus. Non enim facta est ad esum, nec ad commercium, cum neque comestri fuerint hi pisces, neque uenditi.

Rumpebatur autem rete eorum pro multitudo piscium: & annuerunt socijs qui erant in alia naui, ut uenirent, & adiuuarent eos.

Si in uirtute domini est captura, cur rumpebatur rete? Schisma & ipse non diligit, & schismaticos ab hiato terrae fecit absorberi. Extra debitos terminos ipse non operatur, odit superflua. pondus omnibus statuit, numera, & mensuram. Fit tamen sepe in arte piscandi, quod piscium super praeseratum concludit multitudo, & interdum, nullus uenit in retia. Sed aliquid magni Christus uolebat innuere ex piscium tam magna captura, ut eia & firma praestaret ex miraculo fides, & multitudinem hominum in exordio nascentis ecclesiae credituram, ut liber apostolicarum actionum insinuat. Quod rete rumpebat, pertinet ad non credentes profecti, & ad in fide schismaticos. Vel ostendit magnam Christi custodiam electorum suorum, ut etiam eos inter persecutores, tribulatores, reuocatores & schismata, & diuisiones & haereses elabi a fide, defluere a uirtutibus non sinat, pro eo quod scriptum est, quod rumpebat rete praemultitudine piscium, nullus tamen extra retinata claustra prohibat. Ex proprio motu uel alia uolentia extrahebat. Sicque intra retia saluatoris inclusi, non exierunt, aut excluduntur inuiti: nec ab aliquo aduerso superari permittuntur ut excludant, neque Christus suos omnino custodit impassos, sed ne, quod est fatanicum, opprimat & pressos. Non patitur unitatis amator, pacis & concordiae autor, quod a sua unitate, ac potius unione, aliquis rescindat inuitus. Voluntas quidem libera ueniendi per dei donum intra dominica retia, eadem est manendi, ut sicut aliquis non fuit aut mansit inclusus inuitus, sic nec excludus. Aditiorum autem alterius aduocatae nauis ad retia Petri, & ad nauiculam in qua Christus erat, in qua insignis est celebrata captura, ad uocati omnem omnium apostolorum ad confessionem Petri & ad autoritatem regiminis monstrat, ut cum in omni plenitudine autoritatis constitutus sit uertex, ceteri ad partem regiminis & adiutorij sunt adacti.

Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penes mergerentur.

Quae nauiculae, non duae sunt ecclesiae: una scilicet orthodoxa ecclesia. Sed duae nauiculae, autoritas & scientia, fides & actio, actiua & contemplatiua: duae leges, Moysaica & euangelica, praedicatio & oratio, praelatura & subie-

Luc. 6.

Ro. 11.

11.

Num. 16.

Act. 23. 4. etc.

1. passio.

Psalm. 15

Etio, iussio & obedientia: dux Christianorum partes, eorum qui dixerunt, Dominus pars hereditatis meae & calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi: & eorum, qui terrenorum sarcina in mandatorum custodia feruere alitissimo decreuerunt. Et omnibus his una est ecclesia. Quod penè mergebantur, uexationem, tentationem & tempestatem in omni statu & negotio adesse declarat.

*EX

Quod cum uideret Simon Petrus, proccidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedaei, qui erant socii Simonis.

Petrus ab euangelista positus est, cum euangelium scripsit: nondum quando ista facta sunt, hoc nomen Petrus impositum Simoni fuerat. Proccidit ad genua Iesu in humilitate deiectus, in admiratione factus ex effectu uerborum Christi. Simile nondum uiderat. Profitebatur in Christo magna esse uirtutem, procliuius ad genua se peccatorem confestans, maxime si componeretur ad Christum, cuius confortio se iudicabat indignum. Petebat ex hoc, Iesum ab eo egredi, non rædio sui affectus, non odio, non inuidia motus ad ipsum, non aliquo dolo uel fraude, sed inaequalitate uirtutis, cum Iesum uirtute pollentem, se peccato pallentem agnosceret. In animo delectabatur iam Christi habere confortium, sed eum sui cognita indignitas prohibebat, ne quaereret: magis autem, ut diceret, quod ab eo pararet egressum. Initium citò habedæ bonitatis ac diuinæ potiedæ uirtutis, est propriae uilitatis & indignitatis cognitio, & humilis consideratio quanta nostri inaequalitas est ad Christum: & eo ipso nos dignos suo confortio facit, & appropinquat nobis, quo nos ipso iudicamus indignos, & ex humilitate longè esse ab ipso credimus. [Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui erant cum eo, admiratio scilicet rei gestæ, quæ supra omnem usum euenerat. Excedit omnem hominum intellectum & sensum etiam minima facta saluatoris, nec in eis uerè possumus plus cõprehendere quàm mirari. Sed nec melius laudare quàm gratias agere, quod sic dignatus est cum hominibus operari & conuersari, & opera suæ infinitæ uirtutis ostendere. Et cum stuperet Simonem uelut insensibilem reddidisset, & timore percussus, ait ad eum Iesus, confortans eum cum pollicitatione meliorum:

Matth. 3

Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.

Fecit Iesus in illa captura prælagium, datum Simoni atque cõplicitibus suis, quod homines erant diuinorum uerborum rebus capiendi,

& per humanas atque mortales hominum linguas, promulganda erant cælestia & immortalia dona dae fidei rudimenta & documenta uirtutis, quibus homines caperentur, ne uagarentur sub undis fluidæ amoenitatis, male liberatis in moribus perditis. Nec anceps animus præstet, quod soli Simoni hominum prædicatur de captura, cum Paulus amplius laborauerit pluresque conuerterit, & concluderet uelut pisces in reti dominico. Similiter & alij apostoli per uniuersum orbem ad prædicandum dispersi, plurimique sequaces. Sed dictum est præsertim Simoni, uelut in autoritate primario, & apostolorum capiti constituto, ac si ad unum sit ordinata licentia docendorum, & ab eodem dependeat autoritas prædicandi, ne fingerent hæreses (sicut factum est) illi qui autoritate propria dogmatizare in populis præsumperunt, non referentes dicta & interpretationes scripturarum ad unam catholicam fidem, & ad unum infallibilem intellectum eius, datum in ecclesia præconibus Christi ex magisterio spiritus sancti. Expedit quidem, ut diuinus sermo capiat, & capiat, quod ex autoritate procedat. Quomodo enim prædicabunt, nisi mitantur? A quo mittentur, nisi ab habente autoritatem? Quis habet autoritatem, nisi qui accipit a Christo? Quis accipit, nisi cui Christus dedit? Cui dedit nisi Simoni, quem uerticem fecit apostolici chori, cui tradidit claues regni, autoritatem ligandi atque soluendi. Nam & Paulus qui acceperat autoritatem a Christo, non ut caput, sed ut capite Petro, post multos suæ prædicationis annos, de euangelio uoluit conferre cum ipso & cum cæteris quos inuenit, ne uideretur in uacuum currere aut aliquid dicere præter fidei unitatem. Ideo uni dictum est, quod per multos ministros uerbi cõadiutores Christi erat implendum, ut unitas ueritatis, intentionis & interpretationis scripturarum, cum piscationi hominum intèditur, à piscatoribus huiusmodi attendat, teneat, & habeatur, & seruet in uerbo. Et tali prælagio piscito, subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum. Et Iacobus & Iohannes relictis omnibus rebus & patre cum mercenarijs, similiter secuti sunt eum.]

Naues, operationes marinæ sunt, sicut scriptum est: Qui descendunt mare in nauibus, et ceteræ operationes in ags multis. Et in introitu sæpe uelificanti aduersitate uentorum, ut non quod uoluntas appetit, sed quod status impellit, applicent. Et si piscationi detur actio, sæpe declinent ad terram, & operationes ex solidis faciant & ex certis. Non casu, non euentu, non fortuna, non fortè seruiendum est Christo, sed electione, ac etiã ex omni rationis iudicio imitandus. Proinde subducende sunt operationes incertæ ad solidam terram. Et relinquere debe-

mus operationes in fluidis, & in rebus stabilibus Christum sequi. Non autem sequi possunt nihil terrenum habentem onerati terrenis. Dissimilitudo habendi & non habendi, dissociat: rerum uerò ponderositas, non permittit implicatum terrenis curis & sollicitudinibus animum, ad expediam ab hostibus, imò prohibet omnino, sequelam. Ac per hoc morum conuenientia docet, suadet ratio, noua quàm intiauit, ut ea exigat, ut omnia relinquantur quæ ipse contempnit. Nihil habeamus eorum quæ noluit. Nihil amemus eorum quæ odit. Sequamur suo modo, non iudicio nostro, qui se nobis imitabilem præstat. Reliquerunt naues, reliquerunt retia, reliquerunt artem, patrem, mercenarios, quos mercede conduxerant in arte piscandi. Omnibus relictis, secuti sunt omnia feliciter possidentem, omnia bona æternæ habentem, & suis statutoribus retributionis tempore largientem. Quid autem est sequi Christum, cum ipse ad hoc inuiter, & toties scriptura commemoret: Sequi Christum, ex humanis moribus suadet. Etenim quisquam amicum utique charum habens, sequitur præuentem dum potest corpore: cum nequit ultra, uisu quo ad usque ualet, postergat. Cui uerò ab aspectibus abolet, se traiecit in amoris equum, quem, quantum potest, calcantibus urget ut attingat dilectum. Sic procedentem dilectione, in fide sequamur in suis operibus Christum, in moralibus, non in mirabilibus, ut suppetit ipsa facultas, qua progredi amplius non ualeamus. Intelligentia clara factorum eius, in memoria fiat, generabit quidem gratiarum actionem. Et cum fuerit in suo inuilibili fatigata motu, ut amplius sequi nequeat, ad sequelam amor indefessus accedat. Et qui sequitur præuentem, ingrediẽtem indubitatè semitas equitatis, non prioriter in uia. Non expe dit aut decet sequentem Christum, aliquando præire Iesum. Satan etiam post enticiationem beatitudinis, appellatus est Petrus, tantum uoluit in cõstendo præire Iesum. Totus ad Christum, nihil ad se debet fieri uerus sequens. Nec declinet ad dexteram aut laeuam, sed sicut uiderit ante iter pãdere, post sequatur ducẽ nunquam præuentem in præceps, sed ducentẽ per semitas & itinera claritatis.

Matth. 16

Luce. 9

Matth. 23

De sequela domini in tribus hominibus, à quibus quidam repellitur, quidam inuitatur, secundum Matthæum, & Lucam.

Capitulum XVI.

Postquã dei filius in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, dispariter animi hominum affecti sunt ad eum. Non ex obiectu Christi, qui tale se hominibus exhibebat, ne uolubet acceptor personarum existens, sed ex affectibus hominum qui in eum uariè se rebantur. Et dux humani generis, nobis de cæ-

lo demissus in forte meliori, quàm Adam aut Noe aut Abraã aut Moyses, qui fuerunt utique magni duces, aut quorumcumque populorum principes, nouam facturus militiam, querebat sequela. Inanis dux, inanisque ducatus, nisi qui ducantur, existant. Et omnes isti superno iuce indigeant. Nam in terrenis ducibus iam defecerat omne hominum genus. Veruntamen multum æstimauerunt contemptibilem hunc ducem, nulla humana potentia refulgentem, & priuatum honoribus, diuitijs, societate proceps, potentatu ciuili, & his quibus maxime inhiat affectus humanus existens uanus. Amplius quidem, quod in suo bello conflictum in corpore accepit in cruce, & impotens & improuidus & inualidus iudicatus est, ut etiã à tali sequela plurimi abstraherentur terrore tyrannorum, metu poenarum, & aspersione ignominiosæ mortis, timentes damna rerum, si uenirent ad crucifixi ducis sequelam, cum ipse dixerit: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Cuius sermo, & his omnibus, præsertim qui in Christo amplius, quod quod erat humanum, cognouerunt, cognitio quidem fidei, sed non altera: & commuari & differenter à cordibus cum uiderium caperetur, factum est ut ambulantiibus illis in uia, accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.

Matth. 16

*cum ab

Luce. 9

Matth. 8

Ecce se offert ad sequendum Christum scriba non requisitus. Et magistrum uocat uelut cupiens erudiri, & inexceptuatam pollicetur ipse sequelam, ut nihil sit quod eum possit auertere, nullusque sit rædio aut timori, nullus amor patriæ, nullus pavor peregrinari cum illo. Precedat ipse dux, sequatur ipse quod ierit. Optima pollicitatio sequentis ad ducem, cum nihil excipitur. Utinam & nos sequamur inexceptuatè, quocumque præire nouerimus ducem omnium Christum. Sed huic talia promittenti, intentio non erat sana, quantè optimè uerba sonarent, quam ex responsione Christi resculpit, dicens: [Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos.] Aliquid iste scriba temporalis emolimentum sperabat ex Christo, aut dolo ista ptulerat. Propterea huiusmodi responsonem accepit, non quod sequeretur, sed quod Christo nihil aderat commodi temporalis.

Frustra igitur se parabat ad sequelam Christi terrenorum intutu, cum se à talibus abdica uerit, nec sequaces suos præmiari terrenis disposuerit, sed supernis. Neque saluator de cælis pro nobis ueniens in hunc mundum, sequi eum uolentibus in moribus ad cælestia facturus ipse ducatur, definit esse quod erat. Neque uirtutis

suæ præmium uoluit esse terrenum. Ex forma serui, se imitabilem præbuit quæsiuitque sequela: ex forma dei, præmium promisit, inuitas ad gloriam, non perfunctoriam, sed supernam.

1. Cor. 15. Non igitur in hoc mundo aut in rebus huius seculi sperandum in Christo, ut ait Apostolus: Quoniam si in hoc mundo in Christo tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: Non est temporale commercium, sequi Christum. Et si ad tempus sit sequela, in æternum est præmium. Et æternus dñs dignum æstimat sibi, suis sequacibus æterna largiri. Non recessit ab imis, non assurgit ad potiora qui sequitur Christum, aut operatur in uirtutibus suis, glificans ex hoc adipisci labentia. Asserit ergo se pauperem Christum, cū sit Christus dominus omnium, & oim intentionem auerit a sequela sui respectu commodi temporalis, dicens animalia terrena & uolatilia cæli habere in terra proprias mansiones, se uero nullum diuerticulum ad manendū. Hinc de Christo Dauid prædixerat: Pauper sum ego, & in laboribus ad iuuentute mea. Et Apostolus declamat: Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cū esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Non uult sequentem Iesum decipere, si temporalem ex sequela sperat mercedem, imò nec recipere, si ex ipso non sperat æternam, propter ipsum despicens terrenam, abdicatus a mundo, alienatus mente a charis secundum carnem, seipsum odians odio sancto, & ingrediens illam arctam uiam, quæ ducit ad æternam, & fundatissimum dei regnum, illam latam aspernatus, qua itur in æternum supplicium. Sed illa paucos, ista plurimos habet uiatores. Si uero in exiliorem sensum uerba traicimus, Christi ad homines maxima est querela, uidelicet quod uolucres cæli, scilicet demones, haberent receptaculum in cordibus hominum ad manendum, & uulpes, uidelicet exquisitæ malitiæ atque uersutiae: & Christus non inueniat ubi caput reclinando deponat, scilicet ut quia deus est, ab hominibus credendo rapiatur. Caput enim Christi deus, dicitur. 1. Cor. 11. Apostolus. Nolebat enim Christus, ut eum, ut purum hominem, homines sequerent, sed etiam tanquam deum: ut hominem, in exemplo: ut deum, pro præmio: ut hominem, in agenda uita: ut deum, in speranda: ut hominem, in doctrina: ut deum, pro gloria. Iste autem qui nec reclusus est ad sequelam, aut aliquid boni temporalis sperabat a Christo, aut aliquam fraudem gestabat in animo, quanuis essent uerba decetia, prolata in exceptuante protinus in sequelam.

Psal. 87. 2. Cor. 8. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Dñe, pmitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Si ne ut mortui sepeliant mortuos suos, tu au

tem uade, & annuncia regnum dei. Scriba repellitur a sequela, iste inuitatur. Repellitur scriba, quoniam difficilime peplurimum est, ut alta sapiens & prudentia carnis imbutus, in ueritate uelut detici, & in humilitate Christi uestigia sequi. Repellitur scriba, quia se obtulit ad sequelam: hic inuitatur, nec permittitur in patre exercere officia pietatis, ad officium maioris destinatus, ut annunciet regnum dei. Huic dicitur, ut sequatur: paternam pietatem ille allegat, curare uult patrem: nec eum destituere dimittens, expectare disponit quousque moriatur, ut eum sepulturæ commendat, nesciens si forte ipse ante moriatur. Non erat huius pater in infirmicare, ut moriturus in proximo uideretur, sed fortassis in senectute, Attamen expectare iste disponebat, melius agere ratus, quam si Christum sequeretur, ignarus adhuc pietas pro pietate dimittenda esset. Præceptiuo uerbo hic eruditur a Christo, quod ipse sufficiens & debita causa est, qua parentes dimitteendi sunt, & etiam quicumque propinquus. Et relictis sunt parentes a discipulis, & a multis beneficiis Christianis. Et Iesus alibi asseruit, in eius non posse uenire discipulatum siue sequelam, sine sancto odio propinquorum.

Impietas necessaria est ad suos, cū ad suam uocat sequelam saluator omnium Christus. Et impietati damnabili ascriberetur, Christo uocante contempto, ad suos pietas custodia. Ad plenum & peroptime pius est, qui diuinum perfecit imperium, etiam omni obsecundatione denegata parentibus. Præfertur homibus deus, genitor creator: parentibus ad mortem, uita largitor: nutritoribus redemptor, uidentibus cunctis in hac uita mortali, quod omnis uita beata daretur, & immortalis se donauit in mortem. Et oim uitam & mores emit, qui pro omnibus in anima in peccato mortuus, & ex natura corruptibilis in corpore mortuus, suam uitam morti exposuit, non taliter qualiter, sed ignominiosissimo genere moriendi. Exigit iure sequelam, parentes & cognatos dimittere persuadet, qui gratis omnia fecit, & in usum hominibus dedit, & gratis semetipsum in redemptionis precium contulit. Sed tremere de contemplandum, quod mortui sepeliant mortuos. Nam si mortui, quomodo sepeliunt? Si alios mortuos sepeliunt, quomodo ipsi mortui sunt? Si unum horum asseritur, alterum ut remoueat necesse est. Attamen alia sententia quod dicitur, innotescit: quoniam qui uult uocatus ad Christi sequelam accedere, ilico factus est iustus: quia illum sequi, imò uelle firmiter sequi, iustitia est. Et qui non sequuntur & nolunt, iniusti sunt. Iniustitia quidem mortem in anima facit, etiam si adhuc corpus uita perfunctoria profueratur. Mors autem corporalis, quæ multatione diuina in oēs homines uenit, oēs interimis

reminem sui relinquens in expertum. Erunt igitur, atque sunt in anima mortui, licet corpore uiui, fortassis cito in corpore morituri. Sunt etiam mortui in altero, & sepius in utroque. Quorum omnium nulla conuenticio ad eos, qui Christum uoluntate atque morum imitatione sequuntur. Igitur sequens recta intentione Christum, iustus est: & iustus ex fide uiuit, scilicet ex illa, quæ ex deo est, iustitia in fide. Et ipse saluator ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Vita porro lumē tenebras mortis excludit. Et iterum: Ego sum uia, ueritas & uita. Totus ergo a uita, totus de uita, totus ex uita, totus in uita, totus pro uita, qui non repedat aut in obliquatē sequitur Christum. Qui autem non sequuntur, totis proprijs itineribus tendunt in mortem, quoniam non est aliud iter rectum ad patriam, nisi sequendo ducem, qui de illa æterna patria uenit ad peregrinationis nostræ miseriam. Sed quia fides est, quæ sequens Christum, uiui, non sequentes, mortui sunt, non illa morte inspecta corporis, quæ omnibus est communis, sed illa considerata, scilicet rationalis animæ per culpam, quæ non cōpedit nisi reprobis: quid ergo fœdus uiuorum ad mortuos, sensibilem ad insensibiles, obediendum ad contumaces, sequentium ad non sequentes, diligentem ad non diligentes? Profecto iustissimè dictum est in uita ad sequelam dñi saluatoris: Dimitte, ut mortui sepeliant mortuos suos. Ac si diceret: Explicite te fac, implicare te noli. Reprobi sint cum reprobis, electi cum electis, uiui cū uiuis, mortui cū mortuis, sequaces Christi cum eorum similibus, sectatores diaboli cū cōplicitibus eius. Tu autem uade & annuncia regnum dei. Non expectatus est parēs, cito aut tardē moriturus, ubi auditur Christi uocatio, qui factis, dictis & omni actione sua, nos uocauit in aliam uitam agendam atque speradam. Vbi percipitur siue præcipitur annunciatio. regni dei, euangelij sancti, non curandū de dimittendis, non cunctandū penitus de agendis. Vox diuina cū clamat, ab omnibus humanis atque mundanis rebus absoluit. Rex terrenus habet in moribus, cum militē suū ad signatā militiam ordinat, & dñs cum seruū unius rei agendæ subijcit, pro illo tunc a negocijs cæteris liberæ facit: neque a seipso in sua mente culpatus, seu ab alijs arguendus est, si spretis omnibus atque dimissis, iuste percipientis exequit uoluntatē is, cuius cōditionis est, in cōtradictibiliter subiacere. Voluita te siue necessitate subiacemus diuine percipienti, ut nil sit nostri arbitrij cū uocauerit, nil cū preceperit nostræ directionis, etiam si nostro iudicio melioribus actionibus posse uideret intendere. Qui se subiacere iuste cognouerit, & infallibilem præceptorē ad se factū, aspernabitur etiam bonū electiois suæ decretum. Proinde isto forte non cognoscente pietatē a pietate discer

Luc. 9

nere, parentibus secundum carnem, illam impendere sanius aestimabat. Corripitur ipse, atque in ipso corrigitur & instruitur omnis fidelium multitudo, ut cum præceptum diuinum aut consilium inspiratum illuxerit, quod omnis propinquitatis relinquatur, & quælibet actio alia pietatis. Per amplius annunciatio regni dei & euangelij Christi eius, quod in animarum salutem peragitur, quæ in perpetuum sunt uisuræ, præponenda est obsequijs corporis necessario moriturorum, in quocumque gradu propinquitatis existat. Nam uox paterna de cælo delapsa est: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Cum Christus loquitur, omnis anima in eius obedientia cunctis postpositis liquefiat.

Et ait alter: Sequar te domine, sed per mitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei.

Præstanda homini potiori sequela, non erit in uoluntate sequentis, sed in arbitrio præcipientis, ut tempus & modus ab eius arbitratu dependeat. Disposuisti sequi Christum, cur moras innectis? Quid cum standum si fides, quid si Christus cordibus insit? Ad quid domus repetitur, ut his qui in ea sunt, renuncietur? A nullo est expectanda licentia, parato aïo ad sequelam. Omnis autoritas in illa sequela consistit, nemini ualefacere obligatur. Summi consilij est: Christum sequi, omnibus inconsultis. Ars est arrium & scientia scientiarum infallibilis est, simpliciter ipsum sequi, nemine requisito. An forte consulendum est parentes, aut ab eis comeatum accipere, aut disponendum cum eis, si quæ & quomodo & in quo quis debeat Christum sequi? Negauerim. An ad renunciandum pacto seu iuramento, quod ulterius nolit conuersari cum charis, neque uti dominio in terrenis, quod reatus fuerit domum repetere? Sed ad hoc nulla necessitas urget. Ipsa enim Christi sequela totum gerit, & agenda omnia secum portat, omnem expeditionem habet, & quicquid cū mundo chirographum, & licentiam & abdicatōem & segregatio nem a dissimilibus, & abolitionem ab humanis decretis, & a naturæ legibus, & a legum & regum imperio: quoniam Iesus deus & homo est quem sequimur, deus in omnibus ineflabilis bonis, homo in omnibus moralibus peragens. Ac per hoc importunum dictum a uolente sequi, primum per mitte mihi renunciare his qui domi sunt. Ad quem Iesus: [Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei.] Aratrum instrumentum est, cui appposito uomere, tractu bouum terra profcinditur, ea intentione, ut faciatur semē ad mortificandum & fructificandū, atque fructum augmentis adhibitis, ad sustentandam uitam in

Luc. 9

corpore, assumendū, ea quidem imagine aratri, sequela Christi appellata est. Ad quā si quis se dederit, ad alia quæcūq; conuersus, regno dei se ineptus. Cui ergo aptus: Regno diaboli, quia in illa ueritate qua creatus est, non stetit: quam obrem regno dei factus ineptus, tertio regno factus est aptus. Nō est reperire tertium regnū: quā qui non est dei, traditur dominatio ni satanice. Et qui regno dei nō cōgruit, non se fallat, existimans regno diaboli non cōpetere, credēs suum aliquē dominatum seu regnū, in q̄ si non glorificaretur cum Christo in dei regno, nec sociaretur in pœnis in regno satanico, uelut esset aliquod aliud, cuius nulla participatio fieret cū utroq;. Itaq; ab aratro resiliēs, nō est aptus regno dei, aptitudinē habebit ad uersam. Nec obstat qd de pueris nō baptizatis ex hac uita, nihil perperam cupito, dicto aut factō, egredientibus, quis posset objicere: quā non spectant ad regnū dei, quia in fide trinitatis baptizati non sunt, nihil quoq; boni fecerūt unde mererentur: nec ad regnū diaboli, quia nullam maculā uoluntate aut opere contraxerūt. Et hoc singulare habet diuina & humana iustitia, ut nemo absq; crimine proprio in propria persona puniatur. Relinquitur ergo eis aliquis locus tertius, in quo deo non fruuntur, nec sensibili pœna plectantur, ubi nō sunt illa summa bona, & infima illa mala. Et ex eadem procedit iustitia, non coronare immeritū, & non punire infontem. Illa uerō culpa originalis per lauacri regenerationis nō aboli ta, quæ contracta est à parentibus primis, pœnam sensibilem non meretur, quoniam inuoluntaria & inasualis est in nascētib; posteris.

De uocatione publicani ad sequelam Christi, qui peccatores ad penitentiam uocaturus aduenerat, secundum Matthæū, Marcū & Lucam. Cap. XVII.

Qui hominem ad similitudinem & imaginem suam sic fecit, prout ab æterno præuidit, p̄noscit hominum uoluntates & earum dispositiones, q̄ faciles ad auersionem & conuersionem, q̄ uel difficiles, q̄ disciplina biles, q̄ tardiores, q̄ duræ ceruicis, quā consentaneæ ad supernas directiones. Et sicut nouerit animā suā uocationi absq; contumacia in obedientia fieri, sic uocat. Etenim cum uniuerso genere humano sic egit, quod non antequam tempore mūdo in carne apparuit, quo mundus iam erat in dispositione factus ipsum recipere, quāuis eum abiecisset populus peccularis eius, sicut scriptū est: Et sui eū nō receperūt. Et cū sepe mēs hominū hēsit, cur iste uocat, ille nō uocat, iste recipit in sequela, ille respuit: nemo querulē, nemo p̄sumas i deū, nemo temerariē iudicet. Nulla r̄sio uerior, nisi q̄a deus oim corda nouit, & uoluntates quæ hoies latent. Et æquē ut nec acceptio personarū, sic nec est iniquitas apud deū. Si sp̄s dei ubi uult spirat, & quā uult, & quō uult, & nunq; nisi qd iustū ē

uult: nouit ergo quē uocat, q̄ oim futurus sit in sequela, & quē ad ipsam futurū non præuiderit, uocatione non excitat. Mira etiā ad reprobos utens pietate, ne ampliori pœna plecterentur, si uocari uenire contemnerent, q̄ si despicere nō uocatis: quā seruus contumax, & cōceptu iudicio subiacet, ignorans uerō, miserū cordiā aptē cōsequitur, uelut seruus sciens uoluntatē dñi sui & nō facit, plagis amplioribus, nesciēs, paucioribus uapulat. Ex hoc quē dīctō r̄ū cōtemplatio nascitur, q̄ Iesus signatē uocauerit publicanū. Nam uidit Iesus publicanū hoīem sedentē in telonio, Matthæū uocāe siue Leui, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens, secutus est eum.

In Capharnaū hūc hoīem cōprehendimus à Iesu fuisse uocatū, uocē Matthæū, siue Leui. At phasi: uno, scilicet p̄prio, uocē seipm̄ exprellit, alio, scilicet Leui, duo aliq; exprellerūt. Capharnaū ciuitas marina erat apta commercijs, ubi Matthæus reipublicæ agebat officia. Nā Matthæus ex uocē, Leui ex genere: de tribu Leui em̄ erat. Publicanus ex officio, qd à Publico Scipione habuit originē & ordinationē, q̄ pro re publica ordinauit publica telonia. In quorū numero Matthæus pro re publica cōstitutus, sedebat exactor, inde captiūs in opē atq; uile corpori sui uicē, nesciens forte qd melius se uaptius agebat pro stipe quærēda, quā exigere, calculare, reassignare in Cæsareū fiscum nummifera imagine Cæsaris insignita. Sed aptē per imaginē nē quandā à publico ad magis publicū transiuit officiū, cū uocaret à Christo regere regū & domino dominantū, q̄ nō unius ciuitatis aut prouincie, sed totius mundi reipublicæ reparaturus adueniret, missurusq; hunc publicanum per mundū in cedentē sibi sorte, ut ad firmissimū & solidissimū statum reipublicæ de nouo per deū & hoīem, hoīem legitimū regē, in uera uirtute astruēdū, sine qua nō est reipublicæ firmus status, & in æterna beatitudine cōsummā dum, hoies euangelicæ prædicationē inuitaret, Sicut em̄ piscatores hoīem fecit arte nō aboli ta, sed in meliora mutata, sic Matthæū fecit de serere telonica factiōe, agentē p̄ terrena reipublicā, ut ageret p̄ æterna. Et uelut nummifera signata imagine Cæsaris: exiebat p̄ Cæsare, sic hoies ad imaginē dei factos, inuitaret ad uicē deū & summū deū, ut hoies agnoscerēt creatōrē suū ab æterno deū, sed in tpe pro ipsis hominibus incarnatū, ut essent dei q̄ sunt dei, & sua iura iustitia Cæsarea sortiret. Nā abraham arte istā exigēdi, calculādi, ditādī filii Cæsaris, nouimus à Matthæo, sed cōditione nobiliore donatā, cū derelicta est illa fessio quidiana, nauitica emolumēta expectans, & Christi seq̄la facta, & in discursu laborioso p̄ orbē in annūciatione euangelij æterni pro æterno regno dei.

Sed ad gestorum seriem redeundum est [Uidit Iesus hominē sedentem ad telonium.]

Prois
Matth. 5
Luc. 5

Determinatur Christi aspectus ad unū hominem, cum dicitur: Vidit, qui omnes ab æterno præuidit: sed propter unum signanter dicitur, Vidit, cum aspectum Christi nemo possit effugere, quā in omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Sed illa uisio defixa in hominem, electionē eius à Christo ita factam ostendit, quem præsciebat uocationi seu electioni eius piē præstiturū esse consensum. Nā quos prædestinauit, hos uocauit: quos uocauit, hos iustificauit: quos iustificauit, hos glorificauit. Sed ubi uidit sedentem? Ad telonium. Quietem corporis habet negotio illa, mentis autem plurimam sollicitudinem. Et discipulus Christi factus siue futurus, deponat seculariter implicantiā mentem. oportet enim illam non corporalibus, sed spiritalibus occupari. Imago dei est homo, in anima, nō in corpore. Igitur anima diuinis intendat, & si aliquando uilis facta, solescens in imis, assuefacta caducis, respiciens turpitudinem illam abstergat, reintendens ad quod & secundum quod facta erat. Corpore uerō tantum implicandum est, quantum uirtus in animo residens, in suum instrumentum, compensata ipsius ualitudine, in uoluerit assumere, aut quantum ipsius corporis non uoluptas, sed necessitas cōgerit. Nam competunt sectatoribus Christi artes, auertētes à spiritalibus atq; diuinis speculationibus mentem, sed illæ, quæ corpus sollicitent per amplius, mentem perminuit. Atqui proprium nomē eius & generis atq; patris, si ducatur ad interpretationē, uocationi suæ, imō ad id ad quod uocatus est, conferunt.

[Qui surgens, secutus est eum.] Nō surdus auditor, nō tardus ad uerbum. Non expectauit exactiōis suæ fisciarij Cæsaris reddere rationem, pro eo quod telonium relinquebat inde mne. Aliter quidē nec Christus eius acceptasset sequelam. Nemo cum re seu damno proximi aut fraude reipublicæ, recipit in familiam Christi, nisi ad posse cuncta primō errata correxerit. Non uenerat Christus legem soluere præceptorum ueterum, sed adimplere: quantum uis imitans uiam nouam, noua mandata, noua q̄ cōsilia indiceret. Porro relictis omnibus, Matthæus sequitur Christum. Nulla temporis intercapedine data, ut uocatus, confestim obedientia esset ad uerbū, misero sedili relicto, & sacculo pecuniarum, & ceraminibus, & scriptiōnibus receptorum, & mercede sibi debita pro officio, ad uerbum Christi effectiuū, ipse ipse factus est per omnia effectiuus. Nam nō solum Christi uerbum in Matthæi auribus sonuit, sequere me, sed ad se traxit animum, mutauit affectum, illuminauit intellectū, id omni nō efficiens, quo sicut uocatus, sic sequeretur. Quod ilico Matthæus effectiuū uerbi fecit effectum, qui relictis omnibus, secutus est eum, &

omnia sibi meliora facturum. Reliquit quidem omnia, quæ erant ad teloniatu officium, in illa prima uocatione qua dictum est sibi, sequere me: non illa quæ domi habebat, aratam in posterum relicto. Nam fecit ei conuiuium in domo sua. Fecit publicanum ex officio publico in domo sua publicum Christo conuiuiū, ut in euidentiā rei fieret quod dimiserat, & cuius uolebat sectari uestigia. Reliquit telonium, ubi merces nauium & nauarium emolumenta redduntur, ubi & telonarius federat, precij mercibus ipse facturum. Et sequebatur Christum, qui mercedes suis sequacibus reddet, ipse factus omnibus merces, quia hæc est hæreditas domini, filij merces fructus uentris, non impoliturus amplius uenalibus mercibus precium, sed eius quod in Christi sequela meruerit, præmijum receptorum. Facit conuiuium Leui maiori, quā rerum, fidei apparatus, exultās Iesum recepisse hospitio, & qd de substantia sua tanto & tali hospiti ministrare meruisset, indignum omīno se arbitrans quod uocaretur à Christo, & quod ad domum suā corporalem sumpturus annonam, tam humiliter diuerteret. Ex cuius humilitate Matthæus in domino humilior reddebatur, & eo efficiebatur Christi capaxior, quo in humilitate profundior. Neq; Christus ob cibi causam ad domū eius accesserat, sed ad erudiendā & confirmandam animā eius in relictione rerū quæ fecerat, & in sequela quam cœperat, adaugens adinceptum, ut etiā domum & cunctam supellectilem, & si qua uendicasset in proprium, ex toto dimitteret, quærēs eum magis pauperē fieri, egere cū Christo, quā abundare terrenis, etiam si sibi & cunctis egenis iuxta sumptus in posterū de habitis ministraret. Neq; uolebat Christus illū relinq̄re quātalibet implicatum, quē tanto studio suū uocauerat in sequelā, quē aptū p̄nouerat discipulatu & ap̄stati eius, eūā gelistam uerbo & scripto futurum, tandem p̄ ipso subiturum & mortem. Sumit ore Christus de à Matthæo partis, & ab ipso paratis: cui & licitum erat sumere non tantū de bene partō, sed etiam de perperā cunctoꝝ hominum, cum ipse sit dñs uniuersoꝝ, cui præter peccatū nihil est alienum. Cui nō præiudicabit nequiter acquirendo malitia hominum in bonitate naturæ & rerum, quæ omnīū habebat usq; dominū, non lege Cæsarea uel humana, sed diuina: quāuis homo factus, pro nobis egere uoluisse, & nihil sibi mercatus temporalium legum in propriū uēdicare, sed uelut egenus uoluntate, captabat ab hominibus opem, omnē proprietatem, sollicitudinē & curationem in rebus temporalibus asp̄natus, uelut à cælestibus ueniens, cælestibus intendēs, super ista cælestia in cælestibus maioribus citō futurus, prærogans nobis in paupertate formam, qualiter

Ioh. 11.
Ioh. 3.

contemptis terrenis, caelestia capiamus. Hæc pro tanto dixerim, si cuiuspiam animus moue retur, scilicet cur Christus accipit conuiuium à Mathæo, cui fortè in tali officio aliquid non bene partù inhæserat. Est etiam aliud quod huiusmodi squærelam, si fieret, recompingit: Cum quis studet saluti animarum, & carum intendit mederi languoribus, duntaxat quod necessarium est, in licentia est sumendi, etiam si de mammona iniquitatis existeret.

Et factum est, discumbente eo in domo illius, ecce multi publicani & peccatores uenientes, discumbebat cum Iesu & discipulis eius. Erant enim multi qui & se quebantur eum.

Cum ad unum publicanum & peccatorem Christus diuertere dignaretur, multis ad eum ueniendi præstitit audaciam ut uenirent. Non enim ad aliquem magnum potentia siue uirtute, homo abiectioris conditionis præsumit accedere, nisi ad similes abiectos ipsius dignatio ne præcognita. Quis præsumpsit ad Christum accedere, qui nil reprehensibile habebat, sed omnem uirtutem ostendebat in moribus, nisi prius cum peccatoribus loqui & conuersari & comedere dignaretur. Magna prorsus Christi dignatio, qui peccatoribus etiam conuersatione omnia factus est, ut eos ad poenitentiam inuitaret. Aduertant igitur qui student professoribus animarum, ne dedignantur in conuersationibus peccatores, ne substomachentur eisdem, ne desperatione frægantur, ne eis claudatur opportunitas ueniendi. Ecce præfert formam Iesus: diuertit ad unum publicanum & peccatorem, & multos ex uno trahit, & ad se uenire inuitat, incensium cunctis tribuens ueniendi. Recipit ad uerbum, recipit ad discubium, sed nec mirum, si eos uenatur ad æternum regnum. Ostendit se domesticum, diuinitatem humanam, & humane diuinum. Rapit animas cunctorum recte, non æmulè intendenti-um in eum amore & delectatione sui. Et discipulatum eius in hanc conuersandi formam in duxerat. Nam discumbant publicani & peccatores cum Iesu & discipulis eius, qui magistris sui dignationem humilem contemplant, in alium zelum se tollere non audebant.

Erant enim multi qui & sequebantur eum. Nec mirum. Magis autem mirandum quod aliquis remanebat: quoniam magna gloria est sequi dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Sed semper eregione contradicitur operibus bonis, aut operibus malis inuistit.

Nam & scribæ & pharisæi uidentes, quia manducaret cū peccatoribus & publicanis, murmurabāt, dicētes ad discipulos eius: Quare cum peccatoribus manducatis & bibitis uos & magister uester?

Coniungit ex aduerso æmulo iustitia, propellens superbiæ factu misericordiam de finibus eius, imò iudiciū temerarium in alios, & de seipsis dānata præsumptio, cum scribæ & pharisæi sub pallio iustitiæ murmurant, uindicantes alios peccatores, quos fortè ignorabant quales essent. Esti erāt proculdubio peccatores, non subiacebant sic eorum iudicio iudicandi. Et se fatebantur ex hac sententia iustos & mundos, qui non essent aut reciperent peccatores. Sæpe hoc inter homines agitur, ut qui se peccatores existere non considerant, aut si sunt, se palliare nouerit ut murmurent, ut iudicent, ut præsumant, & se obtegant pallio seu uirtutis imagine, non iustitiæ ueritate. Permagne se immunem reddit à crimine, qui à conuersatione hominum reppulit criminosos. Nemo est qui grauius non deliquerit in lege dei nostri, aut commiserit quod prohibuit dominus deus noster. Et si non fecit frenatus impotentia, seu gratia retinatus, tamen uoluit si non potuit, & si potuit, uoluit. In sui consideratione omnis factus, etiā iustus, paucib, peccatoribus descendend. Affectabit illos misericordiam inuenire, non repellere eos cum qui bus habet omnimodam similitudinem in natura, si foras dissimilitudo consistat ex gratia, de superis, non de meritis proprijs, præscripta. Ac per hoc scribæ & pharisæi eorumque confimiles, in alios tam seueriter decernentes, iuste reprobandi sunt, dum nituntur peccatores per celsuram iustitiæ remouere ab eis, à qui bus possunt pro abstergendis peccatis iuuenta suscipere. Proinde Iesus uelut doctor supernus, ex autoritate docens, hanc quæstionem decernit.

At Iesus audiens, ait: Non est opus bene ualentibus medicus, sed male habentibus.

Sententia ista non ampliorem declarationem recipit, quàm portat ex uerbis. Attamen tangit illos præsumptiu mentes, uelut diceret: Vos creditis bene ualere, sicut uobis uidetur, ideo medico nõ indigetis: sed infirmi estis, & contumaci supbia me uestri medicij oditis. Isti uerò infirmos se esse fatent, medico indiget medicij querunt. Et remittit eos Iesus ad scripturam sacrā, quā si scribæ & pharisæi intellexissent, subiecissent; non quærentes quare misericordia recipit miseros, pietas impios, iustitia iniquos, bonitas malos. Quamobrem dicitur:

Euntes autem discite quid est, Misericordia amo uolo, & nõ sacrificiū. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

Nullum sacrificiū in ueteri testamento deo tam exitit gratum ex parte offerentium & oblati, nec in nouo ex parte offerentium gratius extat, quàm misericordiam inferre miseris, indulgentiam præstare poscentibus, in peccatis

releuare iacentes, & animarum mederi languoribus, & in uiam salutis inducere illos qui infami gradiuntur uia. Præferenda est misericordia, posterizata omnia iustitia, si ad conseruationem deditur rationabilium creatorum. Nam si autoritas præstaretur iustitiæ, ut posset secundum sua iura in criminosos decernere, huiusmodi quidem pauci à iustitiæ framea impetui remanerent. Si diuine, satis breui numero calculabilis esset numerus electorum. Misericordia uerò cum utitur iuribus suis, parit indignis, parit contemptoribus. Sustinet, expectat, remittit, donat, conseruat, præseruat, reseruat, & quomodo extinguat perperam agentem, ignorat. Et misericordia dei Iesu saluatoris nostri incepta & aucta est, & augetur ciuitasilla superna, qua iusti confirmantur & detinentur, ne in peiora & maiora labantur: ipsa plii uerò eriguntur, & peccatores expectantur ad ueniam: & supra condignum, supra meritum, supra speratum omnibus prouidetur. Merito ergo dicitur: [Misericordiam uolo, & non sacrificiū:] quoniam uult potius per suam misericordiam peccatoribus poenitentibus misereri, quàm per iustitiæ officium sacrificiū exhiberi. Non delet misericordia homines super terram, sed illos ultrix iustitia ferit. Per misericordiam plurimum tam diu expectatur iniquus, quod efficiat pius; quem si gladius iustitiæ post peccatum ilico inuenisset, poenam subiret, à qua non ad pietatem posset esse regressus, nec ex iniquis boni futuri (ut solitum est) nascerentur, & fraudaretur illa superna ciuitas numerositate supernorum ciuium, quos iustitia in locis infimis & tetralibus ascripisset. [Non ueni uocare iustos ad poenitentiam,] quia forte iustus nemo erat: [sed peccatores,] quia omnes peccato per amplius & per minus irreiti erant. An fortè, quia iusti uocatione non indigebant, pro eo quod iam accesserant unde iusti erant. Et ideo iusti, quia egerant poenitentiam super his in quibus deliquerant, & in seipsis originale malum horrebant, quod ex traduce carnis, non ex uoluntate contraxerant. Et hoc fortè plurimi, qui seruauerant in moribus & in uoluntate innocentiam, præter illam maculam ex traduce contractam. Sed quoquo modo ista ferientur, ad reuersionem illorum murmurantium dictum est uerbum: [Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam,] quæ sola facit de peccatoribus iustos, de impijs pios, de alienis filios, de extraneis ciues, & terrenos facit esse caelestes. Et per eam sibi cognitii peccatores, in cognitionem diuinam transire merentur. Ipsa sola est, quæ post ignorantiam sui, ad propriam cognitionem inducit, & post obliuionem recordationem facit propriam, deinde scientia & amore transitur in deum. Et peccator uocatus ad poenitentiam, sed non peccator, si ad illam accessit cognoscens se ipsum, cognoscit & deum, & illum diligit cognitum. Et regulatè sic agitur, ut sciens sciat, amans diligatur, & nesciens nesciatur: & non diligens, non amabitur: & non operans, protinus eicietur: & agens perperam, condemnabitur. En perspicuum est, ad quid boni peruenit, qui ad poenitentiam uocatus accessit, & cur amator hominum Christus, ad poenitentiam homines mortales accerserat.

De nominatione duodecim apostolorum & autoritate concessa, & eorum missione per mundum, & forma uiuendi, conuersandi & predicandi secundum Matthæum et Lucam. Cap. XVIII.

VOcare uenerat Iesus ad poenitentiam homines peccatores, sed nec omnes sua uoce, sed in sua & de sua uoce. Quocirca primò elegit illos, per quos uocaturus erat cæteras nationes, non literatos, non imbutos terrenis & humanis documentis, non diuites, non potentes, non nobiles huius seculi, sed plebes, ne uirtute humana homines ad diuinam & caelestia uocarentur. Et primò eos fecit idoneos euangelicæ prædicationi, quàm mitteret, ut tales essent uita, quibus fides daretur ex doctrina: tales in moribus, ut eorum sermonibus crederet: ut si ad poenitentiam alios inuitarent, nota esset ipsos poenitentiam iam egisse: ad abdicationem rerum uisibilem, perspicuum esset iam eos esse à terrenis omnibus abdicatos: si ad caelestia, & ipsos decebat esse caelestes: si ad diuina, & ipsos transcendisse humana congruum erat: si ad quæcunque honesta, bona, pudica, utilia pro superis, contemptibilia pro imis, alios inuitaret, eos oportebat his esse re dimittos. Nec prompta facie quis alios inuitat ad bellum, à quo ipse terga diuerterit: nec ad illam actionem, quam aggredi recusauerit. Hoc siquidem iure illos fecit idoneos ministris noui testamenti, non tantum litera, sed spiritu, uidelicet quod eorum sermo non esset contemptibilis ex potestate, aut despiciabilis ex uirtute. Potestatem quidem dedit in omnibus opportunis supra naturam, ad necessitatem & utilitatem duntaxat faciendo miracula. Et de uirtutibus actiuos instruxit, ne conuersatio esset onerosa cuilibet, nec amabilis malis, nec tædiosa bonis. Hic euangelistæ referunt res gestas, non eodem ordine, sed diuersimodè retextentes. Sed nec hoc sit curæ tractatoribus sacre scripturæ, dum ex scriptura, debita & uera sententia habeatur.

Constitutus quodam in tempore Iesus inter turbas, de octoginta quatuor discipulis quos elegerat, prærogatiua quadam duodecim ex eis apostolos nominauit, siue cum nominibus

circūfionalibus, siue cū his quæ imponere no-
luit, cum certū sit qd aliquibus mutauit, incer-
tum tamen si omnibus. Sed euangelistæ q scri-
perunt incarnati uerbi historiam, ita tradide-
runt, quemadmodum audierunt à Christo &
de Christo, & quæ ipsum agere aut dicere per-
ceperunt. Nec aliter à nobis sciendum, tam
de gestis & dictis à Iesu ad alios, & aliorum ad
ipsum, & de gestis ab alijs quomodolibet alit,
& etiam de factis in illum, q̄ ut euangelistæ p̄
spiritum sanctum scribentes, in memorias po-
steras tradiderunt, & ecclesia orthodoxa susce-
pit: sicq̄ libros custodiuit solertia prelatorum,
& uerè superintendentium in Christianam re-
ligionem, ut nec aliqua mēditate potuerint
aliquando maculari.

Matt. 10. Et conuocatis duodecim discipulis su-
is, dedit illis potestatem spirituum immu-
ndorum, ut eijcerent eos, & curarent oēm
languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim
autem apostolorum nomina sunt hæc: Primus
Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater
eius, Philippus & Bartholomæus, Iacobus
Zebedæi, & Iohannes frater eius, Thomas &
Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi &
Thadæus, Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes,
qui & tradidit eum.

Ioh. 15. Nemo in exordijs Christum elegit, sed
ipse elegit eligendos. Ipse porro dixit: Non uos
me elegistis, sed ego elegi uos. Et nouerat eos q̄
ad apostolatū assumendi erant, & præroga-
tiua huiuscemodi nominandi. Nemo tamen
præsumat ex hoc, acceptorem Christum dice-
re personarum uirtutum & dispositionum me-
ritum erat dicitur acceptor. Et ueteris amor le-
gis, & pura custodia, & prophetarū fides egit,
ut qui ista tenuerunt, in cognitionem Christi
meuerint peruenire. Dispositiones mentium
Christus porro infallibiliter intuetur, ut sæpe
uocet ad gratiam, agētem totaliter perperam,
nondum eruditum in bonis, si dispositione pa-
ratum cognouerit illico fieri eruditū, & aptum
suscipere diuinorum formam.

Ad hæc idoneos istos, q̄s nominauit aposto-
los, antè præuiderat, & ceteros quos elegit, ad
gradatos status officiorum & uirtutum. Nec
animum moueat, qd nihil boni in hominibus
esse potest, nisi gratia largitoris: quoniā & hoc
præuidit, ne in uacuum gratia præstaretur. Por-
ro quanuis sint omnia diuinæ gratiæ tribuen-
da, nihilominus potestate liberi arbitrij, nō fru-
stra concessi, aliquid ab hominibus impensum
est, unde fuit electio subsecuta, & sequatur hui-
us & non illius. Sed neq̄ abyssum huiuscemo-
di penetrare contendimus, sed intendere in
istam modicam hominū classē quam Chris-
tus elegit, & qd per eam fuerit operatus, quam

& ordine alio Lucas uidetur retexere:
Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim
ex ipsis, quos & apostolos nōmina-
uit: Simonem quē cognominauit Petrum,
& Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem,
Philippum & Bartholomæum, Matthæum &
Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui
cognominatur Zelotes, & Iudam Iacobi, &
Iudam Iscarioten, qui fuit proditor.

Nō causat differentiam series nominum
eadē non seruata, sed ad hoc isti duodecim pro-
gatiua officij apostolici à saluatore uocantur,
ut peragant ad quod figurati, scriptura referen-
te, fuerunt. Apostoli quidem missi dicuntur,
quia missi sunt uelut duces ad docendum popu-
lum Christianum. Nam dictum esse est quod
Ismael duodecim duces generaturus esset, non
q̄ ex semine illius apostoli prodierint, sed in si-
gura, qd duces duodecim, scilicet apostoli du-
xerint in uiam rectā populū paganū. Qui eti-
am & principes duodecim appellati, sunt prin-
cipes duodecim in nouitate euāgelicæ uitæ in
omni orbe terrarum. Confirmat quod dicitur
multo post propheticum uerbum: Constitues
eos principes super oēm terram. Nec non &
more paterno missi erant tractare subiectos.
Qua imagine duodecim filios patriarchas Ia-
cob patriarcha generauit. Et propinare debe-
bant potum aquæ sapientiæ salutaris, his qui
aqua cœnosa huius seculi potabantur. In cuius
typo fontes duodecim inuenti sunt in deser-
to, ex quibus uelut potatus populus Israeliticus
ueniēs de Aegypto, sic ex xij. apostolis po-
pulus nationum. Et intitulare debebant cano-
nicis ordinatiombus ecclesiā sanctam dei, pro-
ut habuerunt à Christo, & docti fuerunt inui-
sibiliter à spiritu sancto. In cuius præfatiū cum
Moyse sacrificare deo uellet, pro duodecim
tribus, duodecim altaria erexit in titulos.
Præfati facti sunt in uniuersa ecclesia sancta
dei, uelut uiri perfecti, oēm habētes perfectio-
nem decētem ad p̄fectionem, prout Salomon
duodecim uiros uoluit habere præfectos, sic
Christus duodecim prælegit apostolos. Duodecim
bues portabant mare, secundū ordi-
nationem sapientiæ Salomonis: & Christus in-
fallibili sapentiā per duodecim apostolos ba-
ptisimum fecit ubiq̄ deferri. Et, ut leones, eos
contra cūctas aduersitates fortes esse decebat.
Ad q̄rū figurā Salomon in gradibus solij duodecim
leuinculos ordinauit. Electis & nomi-
natis duodecim apostolis, auctoritatē agendo-
rum in magna uirtute concessit, prædicens eis
quod messis quidē multa, operarij autem
pauci. Rogate ergo dominū messis, ut mit-
tat operarios in messem suam.

Messis multa omne genus humanū. Pau-
ci operarij, ad metendum scilicet paratos & al-
bescētes ad fidem, maxime in exordio nascen-
tis ecclesiæ, scilicet duodecim uiri, apostoli no-
minati, cum septuaginta duobus discipulis no-
minatim non descriptis. Quā modica classe
hominum, intuendum, cōuertendum, in mo-
ribus immutandum erat genus humanum, ut
aduertereur, quod agebatur, omnino esse di-
uini. Et præcibus pulsari oportebat dominum
cūctæ messis, ut operarios mitteret idoneos ad
metendum: quoniam ipse solus nouit mitem-
dos, nouit & necessarios. Et malè prædicabūt,
nisi à domino messis humanæ, mittantur. Da-
tur potestas expediens ad cōfirmationem uer-
bi, & ut possint signa facere coram his, qui sim-
plici uerbo nec credituri erant, oblectati noui-
tate signorum, prout exiitit populus Iudæorū:
& ad concidendum sapientiam gentium, si uo-
lissent quippiam ex naturali ratione obijce-
re: quoniam ut ait Apostolus, Iudæi signa per-
tunt, Græci sapientiam.

Matt. 10. Unde dedit illis potestatem spirituum im-
mundorum, ut eijcerent eos, & curarent
omnem languorem & omnem infirmitatem.
Adijcens: Infirmos curate, mortuos sus-
cite, leprosos mūdiate, demones eijcite.

Ideo corporibus & corporaliter talis est
concessa potestas, ut fides daretur ad uerbum
annunciantis regnum cælorum, pro eo qd di-
ctum est ad eruditionem prædicationis:
Euntes autem prædicatē, quia appropin-
quauit regnum cælorum.

Intrōmitten di etiam erāt homines, intror-
sus ex signis exterioribus, ad considerationem
inuisibilium & meliorum bonorum, cum in-
spicerēt, quod tam insolita in corporibus age-
bantur illa diuina uirtute, quæ humana esse
nullo modo possent. Et ab inuisibilibus ad inui-
sibilia traiciendum erat amor contemplatione
signorum. Nec non & inuitatoria erant signa
talia, ut ad curādum ab infirmitatibus anima-
rum se homines præpararēt. Amplius quidem
in anima, quā in corpore homines ægrotā-
bant. Sed aut ignorantes infirmitatem, aut pe-
ritum animarum medicum non inuenientes,
non quærebant unde curarentur, sed pernicio-
sus collanguebant.

Mittuntur bini ob testimonium unius ad al-
terum, ob solamen, ob adiutorium, ob consili-
um, ob collationem agendorum, ob grauita-
tem, ob supplementum si horum alter defice-
ret: ob insinuandum, charitatem inter prox-
imum & se habendam. Prohibentur declinare
in extraneas partes.

In uia gentiū ne abieritis, & in ciuitates
Samaritanorū ne intraueritis. sed potius
ite ad oues quæ perierunt domus Israel,

Prohibitio ista, facta est secundū prius &
posterius, & secundū magis & minus, nō secun-
dum aspersionē gentiū & Samaritanorum.
Non in mentē cuiuspiā ueniat, qd Iesus natio-
nem aliquam aspersionē, qui uult omēs hoīes
saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire,
omnesq̄ prout in ipso promptum erat, saluaturus
aduenerat. Nam ipse de seipso dixit: Venit
em filius hominis quætere & saluum facere qd
perierat. Et oēs perierunt, oēs peccauerunt, &
egent misericordia dei. Sed congruū erat, ut il-
le populus primō inuitaret ad ueniā, qui unius
dei cultum magis honestè seruauerat, q̄ uis ali-
q̄s eorū aliquid deliquerit: & cuius patribus me-
rito unius dei cultus facta erat de Christo ser-
uanda & complenda promissio, & suscepit cir-
cuncisionem, peregrinatusq̄ fuerat in Aegy-
pto, seruās inter aduersos unius dei cultū, trās-
ductus in prodigijs & signis mirificis ex Aegy-
pto: qui primus accepit eloquiā dei, in quo fue-
runt patriarchæ sanctissimi, prophetae ueracis-
simi, uiuentes & moriētes in fide Christi futuri:
pro primo saluti eius intenderetur, ut p̄doctē
Christus à populo cultideo, ad populū cultido-
lum in noticiam deueniret. Quocirca cum ad-
gentes & Samaritanas prohibetur accessus, & ad
oues Israeliticas indicitur: hoc sensu tenendum
est, scilicet ne prius aut, magis ad illos q̄ ad Isra-
elitas, ne fortè ipsi Israelitæ indignarentur, si
prius esset uocatio idololatrarum nationum,
q̄ ipsorū qui tenuerāt cultus diuini censuram.
Et Samaritanæ, Israelitæ erant: cur ergo ad eos
prohibebat accessus? Porro ex multis tempo-
ribus ritus gentiū retinebant & idololatrābat
in mōtibz, & diuisi erant à Iudæis, ex quibus
& inter q̄s natus est Christus. Eruditio sani &
oportuni consilij pro tempore fuit, non p̄ceptū
omino inuariabile. Nam & Christus fuit in Sa-
maria & in finibus populi nationū, ut clamat
famosa historia sanatiōis filiæ Cananæ, & apo-
stoli dei, ut legitur in Actibus apostolorū, dixe-
runt: Quia repulistis, ecce cōuertimur ad gen-
tes. Nō est aut credendū, qd si Iudæi recepissent
Christum & apostolos, & poia in fide, spe &
charitate Christi fuissent secuti uestigia, qd non
subsequentē fuisset uocatio nationū, sed Israeli-
tica prius, illa posterius. Etia ipsi Israelitæ con-
uersi ad fidē, p̄ charitatē alios inuitalent. Hoc
quidem habēt in uirtutibus propriū, qui uerē
Christiani sunt, qd oēs uellent ad Christū con-
uerti, & gaudent de cōuersis, & dolēt utiq̄ de
aueris. Admonentur, ne sub aliqua mercede
rei temporalis euangelium ponant, sed sine
omī sumptu euangelizēt. Inquit enim: Quod
gratis accepistis, gratis date.

Non potuit aliquando neq̄ possit fieri, qd
æqua rerum permutatione ipsum euāgelium
haberetur. Virtus em̄ dei est. Infunditur siqui-
dem, non acquiritur, gratis datum à deo, non-

1. Tim. 2.

Luc. 19.

Act. 15.

Roma. 1.

meritis, gratis protinus in alios refundendum. Similit̄ & sanitates donadæ. Lex diuina om̄i no sic defansit, ut qd humanis & corporeis laboribus non acquiratur, q̄ nulla mercede uen datur. Ac per hoc in euāgelio omnem cōmer/ ciandi abstulit c̄ ausam, cum adiecit:

Matth. 10. Nolite possidere aurum, neq; argentū, neq; pecuniam in zonis uestris: nō peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo.

¶ Cogitur gratis impendere, aut nequit retinere quod habet, qui prohibetur terrena emolū mēta recipere. Quamobrē ut gratis esset euā gelizatio regni dei & curatio passionum, nihil terrenum ex his recipere uiri euāgelici præ fruntur. Neq; debent ferre illa quæ mundus inquitit qui euāgelizant, ne talia uideantur quærere quæ uidentur habere. Magis autem p̄ dicatores, mundi contemptus in seipsis oportebat exempla præbere, ne incredulitatis occasio euāgelio p̄beretur. Prædicantes cælestia, terrena contēnant. Annunciantes æterna, temporalia om̄ino fastidiant. Non gerant illa moribus, à quibus per uerba excelsa tonantia homines nituntur auellere. Neq; ornamentū exterioris corporis ferant, plus resecti uirtutibus & iā cælestibus resurgentes. Neq; curandū est proprio apparatu unde alātur in corpore, qui alijs animarum alimenta ministrant. Et prohibetur superfluitas uestium, non oportunitas mēsurata. Nam ideo in tunicis, etiam in om̄ibus alijs, dualitas prohibetur, si unitas sufficit. Om̄e quod oportune aut iure naturæ sufficit, etiam si plura numero essent, tantū arguit unitatem: dualitatē uerō prohibitam, id quod superfluum siue numerositate, siue p̄ciositate aut ualore, ubi confert quod minus est.

¶ Laboriosos uult esse euāgelicos pedes, q̄s etiam Christi manus absterfit, ut possint ex laboribus securus auditores ad euāgelium inuitare, pro eo q̄ laborauerunt, p̄ eis pedibus non suffulcis, neq; protectis pellium tegumento.

¶ Prohibetur & uirga correctionis, non baculus sustentationis, si corporis lassitudo comprimeret, aut senectus siue aliqua ægritudo graueret. Non decebat eos uirgam in percutiēdo habere, neq; gessu uirgæ ostendere principatum, quous totius m̄di spiritalis principes facti essent. Consuetudo apud plures creperat, q̄ aliqua præminencia honoris uel officij resurgentes, quōd uirgam manu gestabant.

¶ Perpicuum est, q̄ euāgelizatores incarnati uerbi & euāgelij sui & æterni regni, à terrenis & p̄functorijs & curis seculi & corporis ornamentis esse oportet penitus abdicatos. Quod autem adiecit, dignus est operarius cibo suo, ad id refertur, q̄ pecuniam & peram in uia fer

re prohibuit. Indecens protinus est q̄ pecuniam portet in zonis, & edulia preparata in peris: potest apud euāgelizatos, iure mercedis alimēta suscipere. Necnon diuinæ curæ totum se debet exponere, qui diuina euolgiat cordibus hominum ad credendum. Et audacter dixerim, q̄ neq; in miraculis, in expulsiōe dæmonum, in donatione sanitarum, in suscitatione mortuorum, apostoli seculo ita mirabiles apparuerunt, sicut in contemptu rerum. Neq; in efficacia uerbi tam homines commouerūt ad nouitatem uitæ siue doctrinæ, ad præstandum fidem dictis, sicut à uisibilibus & à communiter appetibilibus tota liberatas. In hoc solo per amplius cogniti fuerūt esse diuini, Christiferi, cælestes, & creditum esse aliam uitam fuit, quo istam uerbis & moribus despexerūt. In hoc autem ditores nobiles & plebei, non poterant deceptionis calumniam inuenire, aut ipsos iudicare falsificos, si de hoc nequam seculo, excepta necessitate, iure naturæ, iure uiuendi, quæ oibus conuenit, nil aliud capiebant.

De forma hospitij ad data duodecim apostolis euāgelizatoribus uerbi dei, secundum Mattheum.

Capitulum XXIIX.

Decebat apostolos, decet quosq; docētes sanam doctrinam, siue incedentes peregrē, siue manentes in aliqua ciuitate, inquirere hospitij honestatem, ne si primo ingrederentur in disciplinatorum, aut perperam agētium hospitia, fortē aut reciperentur, aut ex illo contubernio quous modico, gladiarent corda simplicium, & præstarēt cunctis scientibus indebite cōuersationis exemplum, unde daret offensio euāgelizandi uituperando ministeriū. Et ex hoc post euāgelium cognitum uel euāgelij cognitionē, scripsit Apostolus: Nemini dantes ullā offensionē, ne uitupere ministeriū nostrū. Quocirca suos apostolos Chr̄s instruxit, dicēs:

In quamcunq; autem ciuitatē aut castellū intraueritis, interrogate quis in ea dominus sit, & ibi manete, donec exeatis inde.

¶ Quis, nisi solus deus, nouit hominum dignitates, & quibus uirtutibus fulgeat, q̄bus ue criminibus deturpenet? quis nouit hominū corda, nisi ille quem latere nihil potest? quis scit apud quē sint mansuri ex digno legati diuini, & apostolici uiri Christi discipuli? Etenim exploratores Moysi ad terrā promissionis missi, suscepti sunt in Iericho meretricis hospitio, nō interrogantes de meritis, sed quærētes commoda hospitalitatis. Quis nouit, quis sit dignus suscipere præcones altissimi regis, q̄ uidua de gentibus, in Sarpta Sidoniae hospitio suscepit Eliā, cū magis uerisimile uideretur apud uiduas Israelis inuenire debuisse hospitij? Et centurioni de gentibus Christus se obtulit ad domū eius,

staturum, qui se afferbat indignum. Quæ dignitas est in hominibus exquirenda, ut liceat cum eis apostolis hospitari: illam profectō dixerim pro illo tempore, quo m̄dus infra obscuritate idololatriæ tenebat inclusus, & hoc in gentilibus: aut lege uetusta imbutus, & hoc in populo Iudæorum, credulitatem iam susceptam palique, seu uitam uerē legalem in Iudæis, quæ maxima dignitas erat in illa lege, bene fuisse moralem & bene propheticum ad credendum. In populis nationum dignus ille meritor cēsendus erat, q̄ naturalis legis exstitisset amator pariter & seruator, & si non pietatem, saltem humanitatem nouisset peregrinis & indigentibus exhibere. Apud hunc compertum, firma oportebat iura hospitij retinere, ne sub prætextu uitæ prolixioris aut delicatioris hospitij, nota nequam imponeretur apostolis ex discursu. Omnis leuitas peruagandi, est tollenda à prædicantibus stabilitatem æternam regni dei. Sed tantum cum digno, mora celebratur hospitij, donec egrediendi compellit necessitas, aut utilitas in regionem aliam peregrinandi.

Intrantes autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

¶ Pax erat præferenda in uerbo, ut sequeretur in facto. Recte ille qui ueniens euāgelizauit pacem his qui prope, & his q̄ longe, in cuius ortu cælici & superni ciues pacem adesse in terris bonæ uoluntatis hominibus carā uerunt, morti proximis pacis hæredes instituit. Dignum erat ut non aliud primō apostolis imponeret, quā pacis exordium.

Et si fuerit quidem domus illa digna, ueniet pax uestra super eam.

¶ Digna domus ex superioribus claret. Pax uerō apostolorū uentura super illam domum, est illa in qua ipsi erant, scilicet bona uoluntas, sequela Christi, obedientia prompta, terrenorum abdicatio, patientia mentis inter aduersa, temperantia inter prospera, libertas in agēdis, reconciliatio cū deo facta & cognita, finis appetēdi summi boni, & uirtutis certissimus amor, malignitatis odiū & fuga, cōcordia cū expeditentibus & prinentibus, & cū ueritatis & bonitatis amicis, discordia cū oppositis supradictis.

Si autem non fuerit digna, pax uestra reuertetur ad uos.

¶ Non sic intelligendum, q̄ pax annunciat hominibus etiā dignis, ut ab annunciatore recedat, neq; q̄ accessum ex denunciatione faciat ad indignos, ut non recepta, reuertatur ad proprios: sed q̄ facta denunciatione pacis, si aderit indignitas ad receptum, ad denunciatores nihilominus reuertetur & meritum. Sequitur deinceps comminatio terribilis his qui non recipiunt euāgelicos uiros, & eorum sermones contemnunt:

Et quicumq; non receperint uos, neque audierint sermones uestris, excutite foras de domo uel de ciuitate, excutite puluerē de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gommoræorum in die iudicij, quā illi ciuitati.

¶ Si quis legerit tempore Lot in famem historiam, iustamq; uindictam in quicunq; ciuitatibus factam, intelliget, contumax ad diuina, quanta sit pœna p̄lectendus. Alibi etiam ista tractata sunt in hoc opere: idcirco hic nō prolixius differuntur.

¶ Predictio eorum quæ apostoli passuri erant, & spiritus adiutorium in loquendo, & confortatio in patiendo, secundum Mattheum.

Capitulum XX.

Ne turbarentur apostolorū corda, quōd aduersus eos à Christo missos perstrepēs mundus insurgeret, & iniquorum cruda peruersitas flagellaret, & ut crederetur deus om̄ia esse p̄uidens qui mitteret, eis futura mala prænunciat, exhortans illos in omni bonitate, necessaria pro tanta pressura hominum sustinenda, dicens:

Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum.

¶ Ad probandam omnipoentiam deitatis in persona filij carnis assumptis, ad ostēdendum Christum non tantū hominem, sed uerē esse deum, autoritate mittit modicā uirtutem cum multis uitij pugnaturam, homines uirtutuosos cū uitiosis, simplices cum duplicibus, bene uolens cū malignis, plebeios cum nobilibus, pauperes cum diuitibus, indoctos cum in carne prudentibus, impositos eloquio cum rhetoricis, speritos in gratia cum philosophis, humiles cum superbis, abiectos cum tyrannis, subditos Christi cum principibus mundi, pacificos uiros cum aduersarijs pacis, alumnos dei cum alumnos diaboli, cultores dei cum cultoribus idolorū: sed cælesti uirtute pugiles, cum terrenis athleticis: ciues Ierusalem, cum ciuibus Babylonis: nō cum armis, sed cum uirtutibus: non humana, sed uirtute diuina pugnatos. Inquit quidem Apostolus: Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia deo.

Iste congressus ex nouitate bellandi, uidetur fatis anceps ex bellatoribus bellum, ex armis, ex signis, ex ducibus, ex tubiciniis, ex locis, ex tēpore, ex triumphis in triumphatibus, ex conflictu in conflictis, ex præmij apparetibus & creditis. Et ut perstringam, ex omnibus, anceps erat permaximē, quoniā in huiuscemodi bello qui corporaliter uicerit, nil obtinens succumbit, & conficiens configitur, & uictus cum uiuere uidetur, triumphat cū uincitur. Videte agonum positorem ad quanta pericula suas acies exponat, & cum talibus hostibus,

cum quibus semper præliare dies, seriales aut nunquam. Ecce mitto uos sicut oues inter lupos. Igitur seruare mansuetudinem absque querula uoce, eorum inorsibus uos exponite.

Et estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.

Prudentiam suadet habere serpentem, non anfractus siue uenenum, non bifurcatam linguam aut uariam pellem, non gressus peccatoris super terram, quæ omnia uisio ascribuntur, sed prudentiam ad cauendum lædencia, in capitis custodia expositionem corporis, ad remouendum ueterem pellem, in uentionem angustorum, inter quæ arctati exuuntur. Indicitur & colubina simplicitas, ut semper sit animus absque amaritudine, inuariat in seipso, neque multiplicatus ad sollicitudinem euadendi, nec imaginei, etiam si posset pendere ultionem.

Exempli de Torquato, ut in legibus S. Tiburij legitur

Cauete autem ab hominibus: quoniam multi se fingent sentire quod sentitis, credere quod creditis, audire quod dicitis, diligere quod amatis, a quibus uelut Christus a Iuda, tradendi erant per delationem in amara supplicia.

Tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad reges & præfides ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus.

Ecce processus belli, sed ob optimam suppositam causam, cum propter Christum, propter reddendum de ipso testimonium coram regibus & subiectis, quod sit dei filius qui possidet intrepidus seruos, qui sine peritia & armatura humana concertant, quod ipse solus sit rex regum & dominus dominantium, qui pro omnium salute mortalium, in uitam hanc calamitosam aduenit.

Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.

Ineruditi erant apostoli terrenis, & humanis documentis, ex seipsis ad respondendum sufficientiam non habentes, si quaerentur in aliquo, nec ad suadendum sanam doctrinam sapientibus secundum carnem. Quamobrem quod sic mitterent, merito poterant hæsitare. Quos, remota penitus omni humana uirtute, diuine confortat, & abigit cogitationem dubiam seu præuicaciam, aut ex seipso componere uolentem, quid loquendum siue agendum in his quæ ipsis improuise aut repente cõtingerent, cum dicit: Nolite cogitare modum & uerbum, quoniam in illa hora qua contigerit improuise atque inopinatè coram regibus sisti, uobis prouidebitur sicut exiit ab æterno præuisum, & dabitur illico modus & uerbum. Igitur nolite cogitare

quomodo, quoniam dabitur modus, ut sic moderatus sit sermo, quod neque culpetur ex modo, neque de superfluo condempnetur, ut nulli oratores, seu rhetorici discipulis irabunt, modo dicitur uestro sermoni præualeant. Nam ut ex apostolicis sententijs præcipitur, non in sapientia uerbi aut subtilitate sermonis euangelizare apostoli missi sunt. Et stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes.

Non decet euangelium æternum, habere oratoriam artem. In autoritate protinus est, non in politione uerborum. Seipsa, non ex ornatu sermonum, ueritas euangelij placet. Nolite cogitare quid loquamini, quoniam uerbum proferendum, ex autoritate maioris mittentis est, & non missi: quia non estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Nolite cogitare quid loquamini ex proprijs uestris: quia omnis homo mendax, sed patris spiritus ueritas est: nolite cogitare quid loquamini. Nam & Apostolus ait: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Spiritus qui de patre, præter humanam aut habitam in corde cogitationem seu præuisionem, infundit in lingua quod expedit, & inspirat quod uult, quando uult, quibus uult, ubi uult, pro quibus uult. & erudit ne in uerbis erretur, & agit in auditoribus ut delectet. Non ergo præmeditandum de modo neque de uerbo, ut nemo in seipso aliquid boni fecisse gloriatur, neque animas commouisse politione uerborum aut efficacia præcogitandi: quoniam agit semper ueritas spiritus sancti, ut plus in cordibus audientium sermo incultus faciat, quam exactus. Ad ineffabilem altitudinem pertinet dignitatis, quod spiritus sanctus in humana lingua loquatur, & non seipsa, sed ipsa per ipsum, a quo est omnis bonitatis effectus, sine quo nullus profectus. Domestica persecutione post istam denunciat assurturam, quæ cunctis uidetur esse crudelior, & difficilior ad cauendum, & pœnrosior ad tolerandum.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium. Et insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, scilicet qui remanserint in infidelitate, alios quos uiderint ad fidem Christi conuersos. Et tantum in exordio nascetis ecclesie odium Christi fuit, ut plebentorem nec naturam seu nexum sanguinis prohiberet in eos qui Christum in fide susceperunt. Hinc subinfert:

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Omnibus hominibus, uidelicet non creditibus. Malum tale odium, sed uæ habentibus, euge patiensibus, sed nemo in tali odio conturbetur, si Christus est causa. Vbi uitium non est odij causa, sed ueritas, securius & fida merce

dè toleratur. Sed in talibus agonibus caueat, ne deficiat agonista: non enim præmium sequeretur si commutaretur odium propter Christum, in dilectionem hominum propter seculum. Proinde subiecit:

Qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit: non ueritus terrores regum & principum, non persecutiones & odia propinquo, non recedens omne amicum & delectabile huius seculi quod reliquerat, sed arbitratus stercore, ut Christum lucrifaciat, firmam abdicacionem tenens, ad interiorem proficiens, in perseverantia factus, quæ, ceteris agonizantibus uirtutibus, sola capit palmam.

De concessione fugæ persecutionis tempore, & comparatione persecutionum Christi & apostolorum secundum Mattheum. Cap. XXI.

Ob infirmitatem propriam, ob cautelam suæ præseruationis, in utilitatem proximorum, seu persecutionis tempore fuga permissa est, quoniam ipse cognouit signum nostrum, recordatus quoniam puluis sumus. Quod signum: Fragilitatem quidem nostram ut agnoscamus, ne in nobis ipsi sumus confidentes. Non semper in cordibus, hominum ponit constantem audaciam, aut propellit patientiam morientem timorem, & præstat securitatem: sed concedit fugam, cum ex causa horrenda timor inuaserit. Vt autem in quibus sit sufficiens esse unusquisque cognoscat, humane se Christus contrahit, nobis dum fugam concedit, dicens: Cum autem persequerent uos in ciuitate una, fugite in aliam.

Fugite, si pater copia euadendi: si autem inqualibet includimini, estote in animo fortes, in confessione ueraces, in corpore omnibus applicatis uerberibus patientes. Fugite dum persona propria quaeritur, si fidei periculum non timeatur, si non sit articulus inuitabilis animæ ponendæ pro fratribus adhaerentibus. Fugit namque Iacob a facie Esau, timens persecutionem eius. Et Moyses fugit Aegyptum, interfecto Aegypto, ueritus ad horam faciem Pharaonis. Daud fugiendo declinabat Saulis aspectum. Et Elias a facie impie Iezabelis. Et Iesus fugiens a facie Herodis, uertus est in Aegyptum. Et nunc si talis irreperit timor discipulis suis, tradit licentiam, imò consilium, fugiendi. Melior quidem est humilis fuga, quam temeritatis constantia, seu temeraria fortitudo.

Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis.

Ad secundum aduentum pertinet uerbum dictum, ante quem non uidebunt apostoli ciuitates Israeliticas consummatas, aut in bona

parte conuersas ad fidem, aut perfectas secundum intentionem hominum, qui mundi huius augmenta quærebant: siue desertas, quod usque ad finem seculi reliquæ reperiant populi Israelitis.

Vicinior tamen uidetur animo subsequens intellectus: Non consummabitur ciuitates, scilicet prædicando per omnes, donec ueniat filius hominis in auxilium uestrum, ut liberi eadem de manibus Iudæorum, ad gentium populos transmigretis. Si ad alios sequentes post apostolos, sententia transferatur, aduentus eius ad iudicium extremum refertur, ut etiam antequam fiat, non per prædicationem, sed per alium modum soli deo cognitum, Israel Christum iam uenisse in ueritate cognoscat, quem adhuc deceptus expectat, non ut ueniat prout uenit, sed in alia forma potestatis maiestatis. Tanta est enim usque in præsens Iudæorum superbia, quod expectati Messiam non suscipiunt, si in contemptibili forma ueniret. Et cum omnino non ueniret, quibus datum est, fide pura regredientem ad Christum.

Quod contemplatione maioris, discat patienter pati inferior, secundum Mattheum. Cap. XXI.

Non dedignetur pati seruus, si patiatur dominus: neque discipulus erubescat subiacere periculis, ubi magistrum subiaccit cognouerit. Propterea saluator subiecit exemplum ad tolerantiam passionum, dicens:

Non est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, si sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familiam Beelzebub uocauerunt, quanto magis & domesticos eius? Ne ergo timeritis eos.

Ipse saluator est magister & dominus, ut alibi scriptum est: Vos uocatis me, magister & domine: & bene dicitis, Sum etenim. Ipse patrem familiam Beelzebub uocatus est, eo quod in nomine Beelzebub dæmonium eiecisset, & dictum audierit, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ex hoc quidem inexcusabiliter apponitur patientia in aduersis, ut si dolor in corpore, turbatio non consistat in animo, cum potior non sit minoris quam maioris conditio. Ad indelebilem uerecundiam ascribitur militi illæso recedenti de bello, rege percusso: ac ipso in tentorijs effecente, domino pugnante cum castris. Omnes seruos condemnat æqua iustitia, si cum patre familiam bellorum cauma non senserint. Non est honesta militum uita, si terga uertant, rege proficiscite ad bellum, neque si delicatius se palauerint. Sufficere debet omnino subiectis, si similes superioribus stant. Non est unde turbatio cum impatientia in anima oriatur, cum dominus & serui est æqua conditio, magister & discipuli, patris familiam & domesticos eius: quæ ca

pitis, melior cōditio, non debet esse membro-
rum. Iure ad patienter tolerandum aduersa, di-
scipulos suos & ceteros saluator inuitat, cum
ipsa fuerit primò peripellus, nec non ex hoc ti-
morem remouet patiendi, adiiciens: [Ne er-
go timueritis eos.]

¶ Exhortatio & ratio, quòd euangelium sine
omni timore humano prædicetur, secun-
dum Mattheum & Lucam.
Caput XXIII.

Supra comprehensibile ab homine carna-
li seu naturali, nisi fides accedat, euangelium
est. Stupori erit cum dicitur, pauci credent eū
enarrabitur. Quia mysterijs & intelligijs est
opertum, expedit quòd reueletur. Quia oculum
est ex omni mysterio, suadet oportunitas
ut sciat: quia dictū est in tenebris, quæ ipsum nō
comprehenderunt, in lumine producendum
est. Et quod aliquando dictum est in conclauis,
apertè prædicandū est. Anceps in euangelizā-
do negocium, terroribus tyrannorum super-
positū est, in timore agenda res geritur. Con-
flabuntur undiq; minæ, tormenta omnia por-
talia inferentur, cum prædicabitur res supra
naturam, negocium supra usum, inapprehensi-
bile per rationem, indocibile per scripturam,
indemōstrabile per argumentū, admirabile di-
ctū, inestimabile cogitatu. Quæ p̄uidens salua-
tor, corā multis circumstantibus turbis, ita ut se sui
cōculcarēt, corpis dicere ad discipulos suos:

Attendite uobis à fermento pharisæo-
rum, quod est hypocrisis.

¶ Antequam ex toto timorem in euangeli-
zando depellat, cautelam à personis simulatis
inducit ne decipiant. Difficilius enim cauertur
ab hypocrisis, quam à persecutoribus manife-
stis: quia isti sub palliatione decipiunt, illi aper-
tè persequuntur: isti suadent, illi uerberant: isti
se ostendunt esse quod non sunt, illi ex opposi-
to aduersantur: isti simulant societate in frau-
dem, illi apertam exhibent hostilitatem: isti ue-
lut fermentum totam corrumpens massam,
mixtum nituntur animam subuertere, illi tan-
tūm res auferre & corpora dissipare conantur.
Sed scitote quæ eorum hypocrisis reuelabit, quæ
nihil est opertum quod non reueletur, ne
que absconditum quod non sciatur.

¶ Quod fictum & simulatum est, diu latere
non potest, aut sua proditiōe, aut alterius. Sed
si ad euangelium uerbum trañcitur, alia inten-
tione noscimus esse prædictum: [Nihil enim
opertum quod nō reueletur, & occultū quod
non sciatur.]

Quod dico uobis in tenebris, dicite in
lumine: & quod in aure auditis, prædica-
te super tecta.

¶ Nō frustra uerbum increatum se fecit in-
carnatum, nec frustra uerbum incarnatū er-
ruauit uerbum bonum ad omnia usq; bonū.
Ad illuminandum, quia lucet na pedibus me-
is uerbum tuum, & lumen semitis meis. Ad
sanandū, quia misit uerbum suū, & sanauit eos. Ad
accendendū in amore inuisibilem & su-
pernaturalem: nam ignitum eloquium tuum ue-
hementer, & seruus tuus dilexit illud. Igitur nō
ociosè conditum est euangelium. Editum est,
ut prædicetur: prædicatur, ut sciatur: sciatur, ut
perficiatur: perficiatur, ut tendat in omnium ue-
rum, & summum & æternum bonum. Et ideo
eruauit uerbum bonum.

Propterea dico uobis amicis meis, ne ter-
reamini ab eis. Et nolite timere eos qui
occidunt corpus, & post hæc non habent
amplius quid faciant. Animam autem non
possunt occidere. Sed ostendam uobis quæ
timeatis: potius eum timeat, qui potest &
animam & corpus perdere in gehennam.

¶ Difficile quidē est & supernaturale, quòd
interminatis poenalitibus & morte, quòd sen-
sibilis & passibilis natura non timeat. Est om-
ni no timēdi sunt illi, qui possent esse terrori, po-
nasq; inferre, ille potius ē timēdus, quæ maiora &
diuturniora pōt tormenta cōferre. Nā ultra cor-
pus nemo potest aliquem applicare tormētis.
Possunt quidē hoīes per eū quæ habent aspe-
sensum, tantum desæuire in alio; hoīem tene-
sensum, ut anima exuatur à corpore: eū autem
anima à corpore exierit, cadauer ulterius illata
tormenta non sentit. Inuisibilem autem ani-
mam & à corpore segregatā & incorpoream,
ne modolibet possunt persequi, ut per tormē-
ta diuerberent. Deus autem utriusque creator
& dominus, utriusque potest, quod sibi placue-
rit, poena confodere: à quo inuisibilis anima
necubi se potest abscondere. Proinde dicitur:
Et si omnino timendum est, nolite timere eos
qui occidunt corpus: quo interfecto, nequeit
ulterius poenas inferre. Sed potius eū timeat, quæ
animam & corpus diuifim & coniunctim po-
test perdere in gehennā, in locum scilicet ignis
& sulfuris, & omnis generis tormentorum.

Hoc quidem nomen primum à saluatore in-
notuit. Satage apertè Iesus à cordibus apostolo-
rum timorē excludere: primum quidem, ut su-
pra egit, ex nobilitate agendæ rei, quia prædi-
candum est & notificandum Christi euangeli-
um. Excludere debet omnino timorem nobi-
litas actionis. Quid autem in actione nobili-
us, quam euāgelizare dei regnum hominibus
præparatum, prædicare dei filium pro homi-
nibus incarnatum, & eius pro nobis mirabi-
les actiones? Etiam compositione timoris, ut
more maiore minorem excludit. Nunc &

comparatione diuinæ curæ atque sollicitudi-
nis inter irrationabilia & nos, ipsum timorem
depellit, dicens:

Nonne duo passeress affe ueneunt, &
unus ex illis non cadit super terram sine
patre uestro?

Seu ut alibi scribitur:

Nonne quæ passeress uenit dipōdior?

¶ Componit saluator diuinam curam, quæ
irrationabilium & uulium auium habet. Quòd
si curat passeress tam uiles, ut duo uno affe pos-
sint emi, aut quinq; dipōdior, quanto magis
& nos, qui ad eius imaginem & rationabiles
facti sumus, sanguineq; redempti? Assis, genus
est ponderis aut moneta: dipōdior, duo pon-
dera assis. Nam si tāta cura de creatura tam ui-
li, deo est, ut unus ex illis, qui tam uili uendun-
tur & emuntur precio, nō cadat super terram
sine patre uestro, aut sit in obliuione coram
deo: quoniam nihil est in hac uita tam abie-
ctum, tam paruū, quin diuina prouidentia
gubernetur: multo magis & homo, propter
quæ hæc oīa inferiora facta sunt. Hinc & dicit:

Uestri autem & capilli capitis omnes nu-
merati sunt. Nolite ergo timere, multis
passeribus meliores estis uos.

¶ Si minima humani corporis sunt in diui-
na mente, si curam illorum penes se omnipo-
tens habet, quāto magis & potiora uestra? Su-
peruacuum est de anima hesitare, si corporum
curam gerit. Omnino reprehensibile, dubita-
re de toto humano corpore, si capillorum uili-
um determinatum numerum tenet. Certum
est quòd maiora non despiciat, qui solerter mi-
nora custodit. Promissione præmij & intermi-
natione supplicij, à cordibus apostolorum au-
que uirorum fidelium saluator propullat ti-
morem, cum dicit:

Omnis ergo qui cōfitebitur me coram
hominibus, confitebor & ego cum coram
patre meo.

¶ Actio bona præmium meretur bonum.
Laudabilis est actio, Christum coram homini-
bus confiteri, non solum lingua, sed uita: non
solum sermonibus, sed moribus: non tantum
uerbis, sed factis. Maior quidem operum con-
fessio, quam uerborum. Multorum quidem
est, Christum uerbis & disertis sermonibus cō-
fiteri: moribus uero, paucorum. Confitentur
serui suos dominos temporales uerbis & ar-
dus factis, etiam eū eos in periculis, bellis, ter-
ra maritq; non deserunt, cum pro eis acriter pu-
gnant, caumata tolerāt, ictus excipiunt exhi-
bentq; telorum. Et multa sunt, sed non discuti-
enda per singula, quibus per lucidum est, mino-
res suos maiores, seruos dominos, filios patres,
amicos amicos, pampius, q̄ lingua, moribus

cōfiteri. Et sic gestus expedit esse uerorum ad-
hærentium Christo, ut ex omnibus moribus at-
q; uerbis, etiam corporis delatura, esse tantum
Christicolos innoscat. Et huic uirtuti lauda-
bili præmij repromissum: [Cōfitebor & ego
eum coram patre meo.] Neminem pater ad
supernam patriam introducit, nemo sibi gra-
tus existit, nisi quem ante ipsum filius confite-
tur. Quæ autem siue qualis ista cōfessio est cre-
denda, quam pro suis seruis filius facturus est
corā patre, qui legit, intelligat. Non uerbo aut
sono uocis aut scripto fiet, nec noua de saluan-
dis aut causæ saluatiōis scientia patri accedet,
nec aliquid accipiet à filio, quæ omnia habet à p̄re.
Sed liber uitæ Christus est, in quo per uerā cō-
fessionem fidei non mortuæ præf opa, sed ope-
ribus fultæ, q̄s scribit, si perseverantia nō deleat.
Igit̄ inspecto præmio, nolite timere Ch̄m dei
filium factis & sermonibus confiteri.

Qui autem negauerit me coram homi-
nibus, negabo & ego eū corā patre meo.

¶ Non tantum negatio, sicut & confessio, est
à uerbis, neq; in persecutiōibus sub terroribus
tyrannorum & applicatione uerberum & lani-
atiōe corporum, cum quis lingua negat Chri-
stum siue ueritatem, aut consentit in aliud uiti-
um, eū in suo corpore sustinere nequit aspe-
sensum: sed negatio est secundum Apostolum,
confitentur se nosse deum, factis autē negat, ut
lapsus in uitium, derelictio uirtutum, penitus
negare sit Christum. Sed horrendè timēda ista
negatio, quæ dei filij corā p̄re negatio confes-
sio, ut negas Ch̄m, neget à Ch̄o: negatus à Ch̄o,
ab ip̄o diuifus, & in æternū cū seruis d̄mōibus
& irremediabilibus sit poenis æternæ sociatus.
Ergo nolite timere. Nolite aliquo terrore ter-
reri euangelium notum facere, ne ultio ista sue-
cedat. Eum solum timere, qui potest corpus &
animam perdere in gehennā. Non tū quia po-
test, ideo facit. Multa enim deus potest quæ nō
facit. Sed cum iustitia merito delictorum exi-
git, & peccatorum demerito debet poenā in-
fingere criminoso, tunc iudicabit iudiciaria po-
testas, & detruet in gehennā: quia scit delin-
quenti & peccanti, aduersam esse iustitiam.

¶ Quòd Iesus uenit in hunc mundum mittere
sanctum odium, sanctū gladium, sanctum
ignem, & soluere malam pacem, se-
cundum Mattheum & Lucam.

Caput XXIII.

FA quæ dñs ad corporis usum creauerat,
in mentis amorem trāsierat: & colligabat
anima uisus, & necebat amoenitatibus seculi,
ut non intelligeret, à quo & cum quo & ad quod
facta erat, nec cōsideraret imaginem quæ acce-
perat: & permaximè amicitia charorum tene-
bat, ne suspiraret in creatorē suū: & hoc eum
temperamentū eius, si diligeret atq; diligeret:

& studio solerti se traiecit in inexplicabilibus nodos, eo læta magis, quo nodosius ligetur. Non erat in amando modus, sic coniungebat amicitiam nodus. Et conuersio ad creaturam summam in placito, a creatore fecerat auersionem. Et hæc magna, imò maxima, sed inuisa & incongnita miseria erat, a summo se deuoluisse ad ima, ubi non reperit quod queritur, scilicet illa beatitudinem, quam habere omnis rationalis anima delectatur. Et hoc maximus in intellectibus error, & in affectibus dolor, cum queritur quod iuste desideratur, ubi non inuenitur. Et nisi diuidatur affectio colligata, & dimittatur quod deficit, quod decipit, quod non fatiat, quod non expedit, quod obuelat intericem animum: non itur, non respiratur in uerum, non queritur ubi reperitur hominis bonum. Quocirca saluator omnium Christus nostram miseratus miseriam, ut redeamus a quo per impietatem abcessimus, & primo absolua mur a uinculis qui nos necimus, quod hoc uenerit facturus se enunciat, non pacificare homines cum seculo, sed ab ipso ipsos auellere, dicens:

Mat. 10. Nolite arbitrari, quia ueni mittere pacem in terram. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Et inimici hominis, domestici eius.

Luc. 2. Cantauerunt angeli in ortu saluatoris annunciantes pacem in terra, sed hominibus bonæ uoluntatis. Quid igitur est, quod saluator prædicans & docens ignaros, pacem in terram missus denegat se uenisse? At etiã cum esset proximus passioni, quasi hereditario iure suam pacem suis apostolis reliquit & dedit, dicens: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Sed soluit quæstionem hoc uerbum quod sequitur: Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Igitur non uenit saluator mittere mundi pacem in terram.

Ioh. 14. Erat enim & iam talibus firmata fidelibus, ut ex ipsa insimul confœderatione mortalium, bellum, imò rebellio deo & uirtutibus pararetur. Igitur illa pacem saluator mittere non uult in terram, quæ sic homines colligentur, quæ huic seculo conformentur, & obliuiscantur domini creatoris. Sic & spiritu prophætico Moyses arguit populum Iudeorum, cum ipsum seculo conuipiceret conformare, dicens: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. Incrassatus, impingua tus, dilata tus: dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo saluari suo. Et inde iterum arguitur: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Ac per hoc mundus in pax, inter deum & hominem est hostilitas constituta. Hostilitas ad deum, conflictum æternum habet. Igitur amator omnium Christi

stus, non illius fecialis adductor est pacis, quæ seculo conformati, ab ipso diuidamur: sed illius inducitor est gladius, quo diuidamur a sensuali uirtutibus proprijs, a blandimentis charorum, ab amoenitate seculi abscondamur & separemur, & per omnia retrahamur. Gladius hic, uerbum dei est, sicut scriptum est: Et gladium spiritus quod est uerbum dei. Et alibi: Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti. Et Elau post omnem perditionem primogenituræ & benedictionis, accepit a patre: Viuus in gladio. Vita gladij, est secari a mundo & a carne, ut & spiritu uiuamus, & spiritu ambulemus. Et in ore filij hominis uisus est gladius ex utraque parte acutus ad diuisionem duplicem faciendam, affectus & impertinentes rerum usus. Hinc & Iohannes dicit: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Et apostolus: Nolite diligere quæ uidentur, sed quæ non uidentur: nam quæ uidentur, temporalia sunt; quæ autem non uidentur, æterna. Ipse autem saluator, ad quid missus gladius sit secutus, insinuat: [Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.] Lucas uero in hac parte aliter plus adiunxit:

Deut. 32. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat seu accendatur? Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coartor usquedum perficiatur? Putatis quia pacem ueni mittere in terram? Non dico uobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur. Pater in filium, & filius in patrem suum; mater in filiam, & filia in matrem suam, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. Et inimici hominis, domestici eius.

Deut. 32. Ecce quod alter euangelistarum declarat ex altero: quod gladius separatio domesticus est, non hostili odio, sed ad hæresionem potioris. Separari porro iubemur ab his, quos sanguinis nexus necit, aut concessa necessitudo coniungit, non tanquam a malis ex natura, cuius omnes sunt homines, neq; illos nodos conjunctionis absolueret, qui licentia diuina ligant, tanquam malos, sed ne potioribus nodosius alligemur. Et omnis humana necessitudo pro quanto adhesionem ad potiora impedit, pro tanto soluenda censetur. Et iudicantur tenaciores colligationes soluendæ ac decidendæ separationis gladio, ut quæ minores existunt, etiam dissoluantur proposito nodo connexionis ad melius. Propterea & ignis cum gladio missus dicitur, ut gladius diuidat, ignis (scilicet diuinus amor) cum

uirtutibus & cum superioribus inseparatè coniungat. Vim copulatiuam habet in aliquibus rebus ignis, etiã & combustiuam, scilicet criminum & uinculorum ligantium nostras animas cum peccatis & materiabus seculi. Accedit semper sua proprietate ignis, & diuinus amor semper tendit in alta, sed proprium locutionis saluatoris restringit, ne in multa disseuerè da uagemur. Ad hoc quod ignis missus est, ut ardeat siue accendat. Ardeat, faciens ardentem ad diuina quos ignit; & illuminans, imò fugans cum accendit tenebras nostræ mentis, ut uideamus a quibus dissoluedi sunt animi colligati, quibus copulandi. Equidè ignorancia piculi latetis in uita rege, multos ad æternum interitum duxit: & potioris necessitatis, cõstituit innumerum nescientes seu nolentes agere propter præmium. Vult ergo, ut ignis missus ardeat ad amorem, accendat ad lumen; ardeat ad uitiorum combustionem, & fiat inimici hostis domestici eius. Et contèplandum uerbum. Nam prohibentur inimicitia inimicorum, his, quod euangelium trãserunt: nunc ex euangelio, saluatoris decreto domesticorum inimicitia franguntur, sed eo inimicitia, quæ ad deum amicitia solueret, non ex hostilitate aut lædendi libidine, seu uisioitate nature. Profecto maiori uallo cautelæ firmandus est inter domesticos, quæ inter extraneos seu inter inimicos, cum nulla ualentior sagitta corda humana diuerberas, quæ domesticorum blanditiæ, quæ ut inimici, sunt cauendi & reputandi homines, cuius fuerint antea domestici, cum collit euangelio sancto in ueritate subiecerit. Leuius quidè resistit armis, furoribus, terroribus, & quibuscunq; torionibus corporum, quam lenientibus uerbis domesticorum, seu ipsorum blandis amoribus resistitur.

Falluntur & fallunt, quod mundo se copulant, aut cum ipso suadet impitioribus copulari, affectus aliã suauitatis doctrinã quæ euangelicus sermo pronunciet, quod gladius separatorius est & de solatorius ignis. Hinc asserbat Iesus se alio baptizari baptismo, scilicet passione undæ crucis, & abluitio lauacro ab omni delectatione uisibilis & laudatæ materiei. Et coartabat a desiderio in animo perficiendi quicquid perficeret, prærogaturus in se formam per crucem, qualiter baptizemur atque lauamur a sordibus huius seculi. Proinde nec putandum est, quod pacem uenit in terram mittere, sed separationem. Nisi separemur a seculo, non copulabimur Christo. Igitur separari necesse est a uisibilibus, si uolumus inuisibilibus sociari: & ab homine, si deo coniungi fatagimus, non odio, sed spe conjunctionis ad melius: quod & amoris compositione declarat, ne uideretur laudabilis nature iura dissolueret. Sicut enim non uenit soluere legem, ita nec conditam damnare naturam. Amor est a natura in propagatis ad propagationem traducis, scilicet patris ad filium, filij ad patrem, & animæ ad corpus, & corporis ad animam,

quem non condemnat, sed postulat: non dirimit, sed supprimit, dicens:

Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.

¶ Perspicuum est quod non damnat amorem, sed ipse non uult in amore esse posterior, sed præferri. Ordo quidem est naturalis & originalis iustitiæ, ut potiora magis, minor minus diligantur. Ac per hoc non est dignus deo, qui quoscunq; coniuictos sibi diligendo præferat. Non tollitur charitas amor, sed ordinatur. Et amoris ordinem habere a sponso suo se fatetur ecclesia, in Canticis dicens: Ordinauit in me charitatem, scilicet ut non diligenda, non diligenter, ut amarentur amanda, minor minus, maiora magis. Nec uita propria dei dilectioni præferenda est, ut etiam, si necessitas exigit, propter Christum morti uita corporis exponatur. Quam obrem adiecit:

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

In hac siquidem sequela per crucem, omnis colligitur abnegatio uoluntatis & carnis, omnis anima neque corpus Christo in aliquo præferatur: quoniam non est dignus Christo, crucem accipere propter nos, si & nos non accipimus crucem sequentes ipsum, sed propter nos ipsos: qui nihil sibi adijcimus, sequentes ipsum, sed pro nobis componitur cumulus præmiorum. Et ut omnem perfringeret gladij separationem, ignis adustionem, ad uniuscuiusque personam propriam, sententiam conuertit, cum adiunxit:

Qui inuenit animam suam, perdet illam. Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.

¶ Videntur aduersari uerba, sed unica est sententia, inuenire & perdere, perdere & inuenire. Qui perdit, inuenit; qui inuenit, perdit. Quid necesse ante aliquid inuenire, si expedit perdere? ad quod etiã perdere, si oportet iterum inuenire? Quid sibi uult talis controuersa locutio? Contraria omnino, inuenire & perdere, sunt, perdere & inuenire. Duplex inuenire, unum quod insinuat & perdere. Primum inuenire in uia, reliquum in patria, sed totum perdere sit in uia. Inuenit animam suam, qui dignitatem suæ creatiõis agnouit, & intellexit redemptionis officium: atque per fidem uidit, quanta possit felicitate in æternitate uestiri, & hoc in uia. Perdidit aut perdit, qui uiator existens, mundo utitur ac si non uteretur, & omnia uisibilia terrena, & omnem corporis sui uitam, arbitrat ut stercorea, ut Christum lucrificat: & sic perdita, æterna reperiet in patria. Hæc siquidè perditio, grani sati imaginem habet, quod primo perdit, postea multiplicatum reinuenitur: sic anima mundo mortua, æternalitè & beatè uiua inueniet in patria.

¶ *Afferit se Christus in suis apostolis recipi, ut ipsi sint prompti ad docendum, auditores benenoli ad recipiendum, secundum Mattheum, Lucam, & Iohannem.*
Caput XXV.

EX superioribus pendet subiecta sententia, quod non timentur, & quod Christum apostoli coram omnibus confiterentur, quia recipitur aut spernitur in eis. Ait enim:

Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Et, Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.

¶ Parabatur apostolis humilitas cum promptitudine predicandi: quoniam si recipiebant, Christus recipiebatur & audiebatur in eis. Proinde humilitas, ne sibi boni aliquid arrogarent: etiam & promptitudo, ut promptiores fierent, ut Christus honoraretur, reciperet, audiret in eis. Et ipsi propter eum animabant etiam auditores ad recipiendum, cum non tantum homines, sed Christum unigenitum dei filium recipere & audiret, si nuncios suos animo grato suscipere. Nec putaret, puros homines uocibus carnis auribus insonare, sed ipsum Christum in eis, qui eos caeleste regnum nouamque uitam predicare mittebat. Et qui uos audit, me audit. Dixerat enim alibi ipse saluator: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Spiritus quidem & filius, unum sunt in substantia, quod uis sit distinctio in persona. Et Apostolus affirmat sententiam, dicens: An experimentum spiritus eius qui in me loquitur Christus? Non igitur in autoritate propria, seu ex proprijs loquebatur apostoli. Nec sic loqui debent, qui ueritatem uolunt auditoribus indicare. Quoniam qui ex proprijs loquitur, mendacium loquitur. Ipsi quidem auditores dignantur & absque rubore, fident & deuote audire debebant illos, in quibus & per quos Christus dominus loquebatur. Et ne sperni expauesceret, Christus se in eis sperni asseruit, ut pariter predicatoribus auferret opprobrium & contemptus, nec sibi ascriberent iniuriam si spernerent, cum ipse sperneretur in eis & mittebatur. Et auditoribus seu his ad quos mittebant, poenalis comminatio superstabat, Christum in suis predicatoribus si spreuissent. Nam honor exhibitus missio, ascribitur ex toto mittenti: & spreuisse missos, manifestum est spreuisse mittentem. Practici hominum mores, clarius quam dixerim, hanc sententiam eloquuntur, si seruos & legatos missos a mundi principibus, receptos, auditos, siue spreptos uolumus contemplari. Receptio quidem & spreptio sunt in gradibus constituta, ut usque ad ipsum deum patrem perueniant: quoniam qui recipit apostolos, discipulos siue predicatoribus a CHRISTO missos, recipit Christum.

Mat. 10
Luc. 6. 10
Ioh. 13.

Mat. 10

2. Cor. 13

Iohan. 8.

stum. Nec in hoc secundo receptionis gradum est terminata receptio, sed qui recipit Christum, recipit & ipsum patrem deum, a quo semissum saepe in suis sermonibus affirmauit: & qui spernit ipsos, spernit & CHRISTVM. Sed nec in isto secundo spreptionis gradu terminatus est, sed deus pater spreptus indicitur. Qui uos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Et qui uos spernit, me spernit: & qui me spernit, spernit eum qui me misit. Eadem sententia constituitur de auditu, quanuis seriem loquendi euangelista non explicet. Per animam expositionem merito propter futurum praemium, omnes ad quos Christum legati peruenire erant, dicens:

Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit istum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

¶ Non sic accipiendum est, ut recepti merces ipsum receptum deserens, in recipientem se tota diffundat, neque pro aequa semper in utroque persistat, sed quia mercedem habebit, qui prophetam missum & iustum accedentem recipit contemplatione mittentis. Ad doctorem siue predicatorum, propheta refertur: ad uerum fidelem indigentem, iustus, etiam si non ualeat inferre doctrinam.

Et quicumque potum dederit uni de minimis istis calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

¶ Liquidum est omnibus, persuaderi, Christi seruos cuiusmodi existant, debere recipi sub pollicitatione solenni, quod ex minimis bene actis apud deum merces non deperit. Multo speratius credendum est, ex magnis actionibus altiora praemia obuenire, ne fiat in animo tædium, etiam si in corpore laboriosum atque poenosum fuerit id quod agitur siue toleratur, si omnia parua & magna in conspectu dei pia retributione trutinantur.

¶ *De designatione & missione septuaginta duorum discipulorum, & regula predicatorum & ordine uiuendi, secundum Lucam solum. Cap. XXVI.*

Supra disertum, quomodo duodecim apostolos singulariter nominauit, & misit & ordinauit ad mores. Nunc septuaginta duos discipulos designans, eadem uiuendi forma, predicandi regula, potestate miraculandi qua miserat apostolos, in omnem ciuitatem & locum quod erat ipse uenturus, bina societate praemissit. Quod designauit & alios septuaginta duos, ad secretionem factam a caeteris peruenire: quoniam designatio est, specialia signa se

cernere, ut neque communitas, neque confusio sit cum caeteris. Nam ficut signatione sui uultus aut diuinae imaginis super nos, distinctio facta est specificè a caeteris creaturis ratione careribus: sic designatione Iesu facta in discipulis, facta est a caeteris hominibus, non tantum infidelibus, sed etiam ab his qui fidem acceperant.

¶ Designatio quidem hominum seu rerum ideo fit, ne sit ex communitate confusio, ne praesumptio sit in his qui designati non sunt, ut aliquid peragendum uelint propria potestate praesumere. Designantur, uelut qui ad militiam eliguntur, & mittuntur ad pugnam illa disciplina militari, quae congruens fuerit, & quam statuerit imperator. Quod bini mittuntur, pertinet ad ueritatem & cautelam, & ad testimonium sanae doctrinae, ut uerecundia socij qui loquitur, moderet sermones, & disponat in iudicio, ne in plus quam expedit, effluat, & loquat impertinens. Et ad fulcimentum tenendae societatis, ut unus reueletur ab altero, cum ad defectum scriptum sit: Vae soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se. In duobus etiam testamentis praenuntitur Christus, ut nisi uetus & nouum praecesserit, ipse non ueniat. Et duae tabulae testamenti datae sunt, eo pacto, quod illa lege coleret deus. Et bini, uelut ad duas gentes mittentur, ad nouitatem fidei conuertendas. Quoniam duae gentes erant in utero Rebeccae, duorum populi conuertendi ad Christum, nulla temporum discursione peracta. Et duplex est sapientia spiritualis: Bene agendi, & Optime contemplanandi. Ad quam praesagianda, duo Cherubini facti sunt ductiles ex auro purissimo. Et hubera spose sicut duo hinnuli erant, ut humilitas sit in omnibus, ex indultis & acceptis. Et duo contra duo ponenda erant ad significationem in facto eorum quae aguntur agere debent, non ad significationem in futuro, quasi ad hanc figuram & umbram alia ueritas & claritas expectetur. Non enim erit alia lex post hanc euangelicam legem, prout non erit aliud fidei & ecclesiae fundamentum, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Bini discipuli missi sunt, qui a Christo eisdem disciplinis eruditi sunt, quibus & duo decim apostoli: ut quanuis in dignitate distincta electione ad officia quae Iesus statuit, apostolorum & discipulorum omnino non sit paritas, bene tamen uiuendi & conuersandi sit una moralitas, & una forma praestructa, ut iam disertum est. Et si in aliquo diuersa est ista, eadem tamen capienda est sententia.

¶ De confessione laudis & gratiarum actione, quam Christus fecit ad patrem super reuelatione sui facta discipulis suis, secundum Mattheum & Lucam.
Caput XXVII.

Pater patri filius, aeternus aeterno, deus deo, immensus immenso, & si qua parilia possent sermo discurrere, non habet neque laudem aut gratiarum actionem iure ad parem. In aequalitate quidem oblata sunt ad unam iura dominij, nec non & subiectiones ab altera parte. Igitur ad confessionem laudis & beneficij iam recepti, in actu minoritas est. Hinc Iesus non ut aequalis aequalem, sed ut minoritas in homine, alloquitur patrem, dicens:

Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.

¶ Gratiarum confessio ista est: non quod tam alta mysteria sunt sapientibus & prudentibus huius seculi clausa, sed quae ipsorum demerito obuelata eis, sunt reuelata paruulis. Non enim pater deus, in commune reuelandum secretum, nisi ex causa uoluit esse occultum. Igitur sapientum siue prudentium & paruulorum oportet scire distantiam, ne iustitia dei falso hominum iudicio condemnentur, cur hoc denegatum illis, concessum istis extiterit: & ne peccet ab hominibus in illo iudicio, & ne in moribus error fiat: & ut illa sapientia & prudentia declinet, cui denegatur commissio diuinorum: & illi paruulitati impendat studium, cui pater reuelationem facit. Non enim abs re Christus sic in spiritu exultat, gratias agit ad patrem, quod negata magnis, sint credita paruulis: ita tamen, sicut ab aeterno patri placitum fuerit. Quae sunt abscondita, quibus occulta, quibus uel credita, oportet inspicere.

Cum missi discipuli a Iesu in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse uenturus, reuersi fuissent gaudentes ad Iesum, fatentes quod daemonia eis suo nomine suaque uirtute subiecta fuissent: in ipsa hora in spiritu exultauit Iesus, patri gratulans, quod iam per effectum fidei monstrabatur, se a discipulis in fide cognitum, quod erat summa mysterij, ut crederet quod esset filius dei. Nam incarnatio, natiuitas, renouatio uitae, & iatio nouae legis, & ipsius iustitia & misericordia, & remissio peccatorum, conuersatio inter homines, forma dei & forma serui in unum conuenta, ut non alter ex altero, sed alter redderet in altero, passio & mors, destructio satanae potestatis, & reconciliatio ad deum in sanguine, resurrectio & ascensio, in utraque forma propria ueritate seruata, ex altera neutra confusa, editio sacramentorum in uerbo, in uirtute spiritus, altitudo potestatis concessa mortalibus in patriatione carnis, & tam innumerabili miraculorum, praedestinatio ab aeterno perficienda in ipso credito, praescientia in ipso negato, ipse caput corpus coaptatum habens, ipse uniuersorum haeres, ipse daturus spiritum, uocatio gentium, resurrectio omnium facturus, iudicaturusque orbem terrarum: haec erant illa mysteria, sed abscondita.

Mat. 13. Lu. 10.

Lu. 10.

Eph. 3.

de quibus Apostolus ait: Secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum...

Col. 1.

Cuius factus sum ego Paulus minister, secundum dispensationem dei, quae data est mihi in uobis...

Isa. 5.

Sapientes autem, quibus abscondita sunt & abscondentur sacramenta dei...

Iere. 4.

Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

Rom. 1.

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.

Rom. 8.

quorum sapientia dicitur: Sapientia carnis inimica est deo...

1. Cor. 1.

primum est alibi: Nonne deus stultam fecit sapientiam huius mundi?

1. Cor. 14.

Paruuli uero quibus diuina mysteria credunt, non sunt ex parte aut mole corporis...

Luc. 10.

Etiam (seu ita) pater, quoniam sic placitum fuit ante te. In labyrinthum explicabilem ingreditur...

hoc sacramentum, a sapientibus mundi absconditum, panderetur.

Quonia nihil est in potestate patris, quin filius subiectum habeat...

Et nemo scit quis sit filius, nisi pater, & quis sit pater, nisi filius...

Perpicuum est, patris & filij nemine posse aut habere notitiam, prout adinuicem mutua & aeterna & aequali notitia se cognoscunt...

Quod Iesus omnes uocat ad refectionem, inquit: suauitatis, dumtaxat uoluit se exhibere doctorem...

Caput XXVIII.

Hoc pacto, hac conditione, hac utilitate, hac aeterna praedestinatione filius dei factus est homo...

Venite ad me oes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

Non erat hominibus audacia neque spes adeundi eius: ipse prior uocat, ad hoc missus existens. Neminem a uocatione secernit...

peccatorum, & sollicitudinibus impertinentibus onerari: Quis miseratus, attrahit ut accedant ad eum...

Quid enim prodest homini de uniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?

Est quidem miles Christi, & est bonus miles Christi. Christi miles est, quicumque ipsius fidem a se aut sacramento...

cum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmas: quomodo uenit, sic reuertetur.

Ac per hoc quid ista uerba & plura, quae ad mundi contemptum ibi scripta sunt, praedantur: nisi hominum mortalium, ad aliam uitam tendentium...

Necnon & bene laborantes, ad istam pertinent saluatoris uocationem, qui cum dei sapientia operari & laborare curauerunt...

Est quidem miles Christi, & est bonus miles Christi. Christi miles est, quicumque ipsius fidem a se aut sacramento...

Isa. 56. Psal. 7. Iere. 9.

Sap. 9.

Psal. 6.

2. Tim. 2.

2. Tim. 4. dicitur est: Tu uero uigila, in omnibus labora. ut nihil omittatur ex desidia laborandi, quod possit adduci ad uirtutem.

¶ Sit igitur ad additionem melioris, iugis labor. Et pressos oneribus uocat, ut exoneretur. Nam & animalia, licet onerifera, quaerunt & cupiunt iuxta naturae instinctum a prementibus oneribus releuari. Sed homines nulla onera grauiora, nisi illa quibus se sponte in animo magis quam corpore, onerauerunt, quae iniquitates & peccata uoluntaria sunt, quibus se grauatum in forma peccatorum fatebatur Dauid, orans al-

Psal. 37. leuari ab eis: Quoniam iniquitates meae, non alienae, supergressae sunt caput meum, non alterius: quoniam inuisquisquam a propria, non aliena, iniquitate laedetur. Et sicut onus graue grauat est sunt super me. Quibus se onerare quilibet potest, exonerari autem, praeterquam a Christo, non potest: quoniam ipse solus est agnus dei, qui tollit onera potest peccata mundi. In defectibus

Ioh. 1. his quidem est refectionis quam promittit, quoniam ipse nequit deficere. His dumtaxat deficit, qui eam aut accipere deficient, aut fastidiunt. De qua refectione in deficienti, Dauid ante prophetauerat, dicens: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit.

Psal. 22. Nemo igitur quaerat altunde uentrem suae mentis implere, nisi ex refectione Christo uniuersorum haeredit. Et uniuersa in unum conflata, desiderio humanae mentis appositae, sine ipso non satiant. Nec ad indignitatem, magis autem ad eius excellentiam, hoc sentitendum est, quod alijs repleri anima nequit, dei capax: paruipendenda quidem esset, si posset.

Habet in se Iesus unde possit animas hominum satiare, ipse ad eum existens, nostrae animae satiantiae congruens, sicut de eo Dauid, ad gratiarum actionem in figura Ierusalem omnem inuitans animam, dicebat: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Nunquam expleta refectione, nisi per pacem, quousque appetitus hominum, in aliud tendit, non est pax: cum uero erit tota refectione, ut quippe desiderari non possit, pax aderit.

Psal. 147. Igitur finis saluandorum, in pace terminata, appositae adiectione frumenti Christo Iesu, uidelicet ad satietatem & refectionem accedendum uocatur: sed per quamdam iustitiam bonarum praecedentium actionum, oportet accedere ad refectionem & requiem. Ob quam largienda saluator colla nostra uult subiecta fieri iugo suo, & ab eo illa discere, quousque experimento & scientia solus uerus est doctor. Etenim adiecit:

Mat. 11. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.

¶ Ea imagine, qua boues sub uno ligno in

extrematibus insertis ligaminibus, imposito utriusque collo, iunguntur in nexo aratro ad sulcandam terram, hominibus iugum diabolicum siue uitiosum, aut humanae, aut diuinae seruitutis imponitur. Diabolicum quidem iugum, in dominatu regis Babylonis figuratum accepimus: sub quo, demerito suarum iniquitatum, homines traduntur atque detinentur. De quo Ieremias repetenter ait, quod deus illud iuste imponat: Haec dicit dominus deus Israel: Posui iugum ferreum super collum cunctarum gentium. Non autem credendum est, deum uelle diabolo colla hominum subiugare, nec ei obsequi sub tributo. Sed cum ab ipso per idololatriam & palia scelera sit auersio, & longa peragitur, nec adicitur ut redeatur in illum a quo fascinati recessimus, permittit ille iniuste derelictus, iuste sub iugo diaboli ferreo colla premi.

Est autem iugum ferreum, ipsa diabolica in placabilitas & dura oppressio, sub qua curuatae mentes male affectae, in uirtutem respirare non possunt, & subacta membra oneribus iniquitatum, incessanter seruiunt. Et beatus censeat, qui liber est a membris uitiosae diabolo subiugatus, sicut per sapientiam dicitur: Beatus est qui rectus est a lingua nequam, qui in iracundia illius non transiit, & qui non attraxit iugum eius, & in uinculis illius non est alligatus. Iugum enim illius ferreum est, & uinculum illius erum est. Et de iugo uitiosum multipliciter deplorabat Ieremias, dicens: Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius: conuolutae sunt, & impositae sunt collo meo. Infirmata est uirtus mea, dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere.

Omnis iniquitas praedominans, animam iugum facit. Et cum multiplicatae fuerint, multiplicatur & iuga, quibus collum animae pressum, male fatigat. Sed iugum iniquitatum uigilat in manu domini, cum haec uoluntaria pessumdatio, in uoluntariam exigit iustitiae dignam poenam a manu domini puniente. Explicat autem, qualiter iugum iniquitatum teneat: quia iniquitates conuolutae & impositae sunt circa collum, scilicet circa illam animae uiam, qua se posset erigere in superna, ne recurratur ad ima. Proinde uiam illam asserit infirmata. Infirmata enim est anima, omnis spontanea iniquitas: quae cum multiplicatur ex numero aut ex tempore, amplius grauat: crescitque debilitas, ut nulla sit potentia ualescendi. Et faetur ipsa quod patitur. Dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere. Humanum iugum, est omnis superbia & importuna dominatio principum terrenorum, ut Israeliticus populus querebat ad Roboam, dicens: Patuitus durissimo iugo nos oppressit, tu leuioera impera patre tuo. Qui male a iuuenibus consultus, respondit: Pater meus imposuit iugum graue, & ego maius pondus apponam.

¶ Necnon & humanum iugum, omnis domina tus regum, etiam iuste regnantium, sicut Apostolus ad Timotheum scribit: Quicumque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitretur, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habet dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt. Iugum est etiam in humanitate nostra, plus debito colligata labentibus, ipsa sollicitudo superflua & cura non oportuna, sub qua pressa traduce carnis propagat. Unde sapiens in contemplabilibus & moralibus dixit: Occupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super omnes filios Adae, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium.

Seruitutis diuinae iugum est, ipsa disciplina bonarum rerum agendarum. De quo per Ieremiam dicitur: Bonum est uiro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Imo quid in adolescentibus melius, quam iugo disciplinae in agendis colla submittere, ut nihil indisciplinae, sed omnia disciplinate fiant, & diuina iussio & regulatio praecceptorum: Iugum est a deo nobis impositum, de cuius fractoris dominus per Ieremiam conquestus est, dicens: A seculo contregisti iugum, rupisti uincula: dixisti, Non seruiam. Et hoc idem de optimatibus & principibus refert: Ibo igitur ad optimates, & loquar eum eis: ipsi enim cognouerunt uiam domini & iudicium dei sui. Et ecce magis hi contreguerunt simul iugum, ruperunt uincula. Sed nunquid fractio diuinae obedientiae, absque uisione diuinae iustitiae: Proinde sequitur: Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad uesperam ualuit eos, pardus uigilans super iniquitates eorum. Et per alium prophetam dicitur: Reuersi sunt ut essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Retrouersi sunt homines ab eo, quod agere ceperunt secundum impositam legem, ut perniciosa libertate latenter urantur. Non uolunt enim ad seipsos conuersi, iugo diuinae legis astringi. Sed adhuc ad illos puniendos manus dei extentae, qui premi refugiunt iugo diuinae seruitutis, in qua constituta est plena & uera, ab omnibus optanda, libertas. Etenim sequitur: Cadet in gladio principes eorum a furore lingue suae. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.

Vae igitur collis excutientibus iugum dei. Proinde, ut ab omni alio iugo absoluatur colla mortalium, ad collendum suum saluator Christus omnes inuitat: [Tollite iugum meum super uos.] discipulitatem profundae uirtutis apponens, [Discite a me.] Contemplandum uerbum. Fides, spes & charitas, non sunt in doctrina, sed in infusione. Neque ad ipsarum questum & habitum docibiles & discibiles in sonu uerborum locum habent, quanuis illa in quibus serunt, possunt doctrinari ab utraque parte. Ca-

terae uirtutes ab istis doctrina & disciplina fiunt, quae duas praecipue ad docendum sibi saluator attribuit, mititatem atque humilitatem. Mititas uero non per diffinitionem cognoscitur, sed per descriptionem suorum effectuum. Nam Mititas, accommodato uocabulo, & in una litera mutato, a mititate traxit originem: ut mitis quasi mutus, mititas ut mititas. Qui uero mutus est, petere pro se, contradictionem facere, iniuriari aut conuiciari uerbo nequit. Christus autem corde magis quam corpore se asserit esse mitem. Mititas quidem cordis est, uniformiter in omnibus se habere. Etenim Christus nec in corde mutatus est ex prosperis uel aduersis, eundem animum in gloria & in ignominia, in infamia & in bona fama semper retinuit, quousque uoluntarie a passione assumperit turbationem atque tristitiam.

Est igitur mititas in corde residens, inuariatus animi sensus, aequae prospera & aduersa suscipiens, contradictionem aut excusationem, exprobrationem aut indignationem non medietas, neque fingens aliquid adulationum aut blandiens, ut aliquid praeter iustitiam aut misericordiam capiat. Trahit enim omnem corporis consistentiam mititas ad seipsam, ut sic agat ut est.

Cordis humilitas, ut est ex Christo, ineffabiliter habet. Solus enim ipse uere humilis fuit. Ut uero uocamur illam addiscere a Christo, sermo licet tenuis de ipso opportunus est. Sed uerior esset ab illis, qui in eius experientia ex longae uisitationis facti sunt. Inexplicabilis quidem est de ipsa sermo a non expertis in ipsa: etenim abyssalis est locus eius. In quem descendens, uisionem ab omnibus laedentibus accipit, inuisibiliter degens etiam ab inuisibili hoste, qui perquirens, inuenire humilem nequit, ab abyssis humilitatis relictum: & si inuenit, cognoscens latibulum eius, deficit impossibilitate laedendi, ex nulla parte conspiciens, qua sagittas & tela possit immittere aut cum arietare: quia ipse humilitatis carentia non stetit, inconstante superbia cecidit. Quae uidet illa relictum, istaque carentem, nequit reterege ut offendat: non quatit enim aduersitatum quousque libet aries, quas ad sui profectum deo subditus existimat, puenire: nec arcus dolosus naturalium rationum, iactat in humilem animam sagittam, ut auertat a fide, in qua fundata & ab ipsa perdocta, non querit aliam scientiam nisi per fidem. Neque heresis tragula illa fodit, aut suam traxit in partem. Credit simpliciter quae accepit, impraedabiliter sola gradit, non uerita perdere, nescia possidere. Non enim credit humilitas etiam illam se habere uirtutem, cuius habet ornatum, & qua deo merito fulget. Nescit excedere, nisi quis studere uirtutibus existimans meliores: de se diffidens, se totam iactat uirtutem in domino, a quo ad horam etiam in tribulationibus derelicta, non desperauit, aut minora uirtutes affectum similiter & effectum, tota existit

Mititas

ad regentis superni iudicium. Affectior ad de- super decernentē in eam existens, cui commiserat omnem causam suam, nō hæsitanter qualiter à superno iudice terminetur. Procul se à litigijs, occasione non præstita nec assumpta, se- cit. Humilitas nihil est ad seipsam, ad præcep- ptorem in veritate atq; in uirtute tota: cumq; dominum siue parem aut disparem præ cæte- ris ueneratur; atq; pendit, quem nouerit recti- us imperare, agere uel parere.

Humili- tas Er ut de ipsa sit sermo perfrictior, ipsa ori- go uocabuli, quid sit humilitas, monstrat. Nā humus terra dicitur, ex qua secundum carnem sumptus est homo, ita ut etiam ab humo dica- tur. Limes quidem terminus est aliarum rerum, & lititas sacrificatio est. Et si per syncopā huius, & mutationem unius literæ prioris di- ctionis, proferamus, humilitas trahitur. Qua sic deducta, nihil aliud est humilitas q̄ sacrificatio ad terrā, & humilis terræ sacrificatus. Tunc quidem homo terræ sacrificatus est, cum in il- la mortuus est & sepultus. Ac per hoc humili- tas uera, est mortificatio cuiuslibet uoluntatis terrenæ, inexcepturata deo subiecta, & uiua si- bily mortua, non agens à seipso, sed à dei legi- bus mota. Non interest mortui sepeliendi, à quibus portetur aut inferatur in tumulum, aut quo humetur in loco, nec quibus accurationi- bus fiat eius cōditio sepulture atq; obsequiæ

procurentur. Non sua refert amplius, quid sit decore uel decori. Neq; ad lugētes ipsum ob causam afficitur, aut ad gaudētes propter ipm extinctum iratur. In quam similitudinem ani- ma introgressa, cōtemplatione iugi & actu in- cessabili custodire sollicita, magnum participi- um humilitatis accipit. Apponit etiam humili- tatis indignitatem, ut nullo dei dono digna ui- deat anima ex nihilo educta, solūm gratis acce- pisse rata quod est, nihil amplius sibi iure debe- ri consideras, potius stupens dignationem dei procedentis ad creationem eius, non curiosē discutens quo sine claudatur, rātum agens se- cundum impostam legem, nesciens deformi- tatem à formitate dei; ante quem cōscia sui, in altitudine suæ prouidentie admirata manet, laudans, adorans & uenerans, quicquid ab illa in exteriora procedit, imperturbabilem habēs omnem ordinem actionis eius. Sicq; procedit & regnat, absoluta à questionibus; à perturba- tionibus libera, ab hæcrationibus procul, à iur- dicitis aliena, mala non porrigit, illata non sen- tit. In qua existens Dauid, personam despexit

z. R. 6. & statum, uilescens sibi propter amorem dei. Cum argueretur ab uxore, quod ludens corā domini arca se denudasset ut scurrā, respon- dit: Ludam, & uilior siam plus q̄ factus sum, & ero humilis in oculis meis: qm sic per humili- tatem propter dñm se faciebat abiectum, ut q̄quid esset humani iudicij & decore, par-

uipēderet. Sed uerē humilibus debetur salus, ut scripsum est: Populum humile saluum fa- ciet. Et humilis spiritu saluabit. Et Iob: Ponet humiles in sublimi. Et uirgo mater; Et exalta- uit humiles. Et uerē humilis impetrat, quod pe- tit Dauid: Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Oratio humilicantis se penetrat nubes. Et Iudith: Humilitū & man- suecorū semper tibi placuit deprecatio. Quid autem amplius pro merito humilitatis posset adijci, non est, q̄ exaudiri & saluari. Ergo acce- damus ad huius uirtutis magistrum, & à subli- mi humilitatem discamus, qui corde humilis est, moribus omnibus etiam illam tenēs, actio & uerbum per omnia illam pādunt. Et oprata requies appoita est: Et inuenietis requiem ani- mabus uestris. In inuisibili sensu inuenitur, qm intellectus & affectus in illa requiescunt, ut nolit plus sapere q̄ oportet, nec affectare qd̄ superest, si habet quod expedit, nec importu- nē optare aut exigere si deest. Nec non & illam requiem æternam, ad quā suspirat omnis cre- ata ratio peregrina, inuenire potest anima hu- militate fundata. Attamen quies est ante labo- rem, requies post laborem. Quiescere ad inno- centē, requiescere spectat ad penitentē. Quies ante peccatum, requies post peccatum habet. Quies antequam perdat, requies cum p̄dita re- inuenitur. Est etiam & quies animarū, & cor- porum: est & requies animarū, similiter & cor- porū. Sed duntaxat ad requiem animarū appli- catus saluatoris sermo, uti si quis ad ipsum ue- nerit, & ab eo didicerit humilitatē, animæ suæ inueniat illam requiem, qua intellectus termi- nēt in uero, & in omī qd̄ ad scientiā pertinet.

Christo igitur cognito & apprehensibilitate fidei, nihil ultra remanet ad sciendū, scientiæ ex- pediens siue aptum. Etenim dei sapientiā, uia, ueritas, & uita. Et in ipso sunt thesauri sapien- tiæ & scientiæ absconditi. Requiem ergo inue- nit anima rationalis in Christo, ad illam sumet, qua scire apta, gliscitq; scire. Appetit etiā exil- la in ista ui, qua fertur in appetibile bonum tri- partitum, cum ut ratio ususq; habet loquendi, sicut honestum delectabile utile dicitur. Qm̄ compositione facta cum cæteris, nunq; & nul- quā melius & aptius, q̄ in Christo, reperitur: imō comparatione semota, non inuenitur ali- bi q̄ in Christo, ad hoc dato humanæ naturæ à patre, ut istud reperiamus in ipso. Et ut sermo conquirens non procedat ultra, summū bonū incunctanter ipse Christus est: quo adepto, nil remanet quod iure possit optari. Nec non & si uim memoratiuā animæ deduxerimus ad re- quiē, admouebimus Christo. Nihil memorabi- lius ex æterno, ex tēpore, ex gestis q̄ Christus, qui ad seipsum p̄ refectione, pro requie, in hu- militate homines uocat, ut animabus in hac ui- ta requies pro uiribus deret, & in alia æterna

requies toti composito largiatur, quā pro- phetam dominus pollicetur: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fidutiæ, in requie opulentiæ. Et pro his qui fue- rat populus Christi, qui in fide ipsius mortui sunt, Iohannes aspexit: A modo iam dicit spiri- tus, ut requiescat à laboribus suis: quoniā (ut supra dixerit est) laborantes ad se uocat Chris- tus. Sed alas & pennas opabat, ut attolle- tur à terra, cupidus uenire ad requiem, præsci- us quod terrenē gradens, impressus onere ter- renorum, in illā uenire non potest. Proinde di- cebat: Quis dabit mihi penas sicut columbe, & uolabo, & requiescā? Nam & colūba egres- sa de arca, pedibus requiem non inuenit in ter- ra. Superāda est terra pennigerō uolatur, ut ue- niat ad Christum, daturum accedentibus requiem. Ne autem quisquam terreatur de iugo tollendo, cum uerbis Christus reddit in factis amoenum

lugum enim meum suauē est, & onus meum leue.] Benignitatem & dulce- dinem & ornatum & iucunditatem habet iu- gum Christi, ad actiones & ad præmium. Ista in iugo eius sunt. Iugum eius amor est. Nihil amore suauius, quo deus amat & proximus. Leuissimum est etiā onus eius, uidelicet caute- la turpium, & actio honestorū, atq; illos qui- bus in hac uita pacificē uiuit, omis turbatio nis actio submouet, uincula rum puntur. tarta- rea, & ois trahit sicut ad regnū. Iugū fidei Chri- stianæ actionisq; uirtutum, suauitatem habet mentis immensam, etiam si corpus ex aliqua parte prematur. Non curuat collum iugum Christi, sed erigit ad superna, nilq; suauius q̄ celestibus delectari. Onus quod Christus im- ponit, penitus leuissimum est, quoniam nem- nem grauat onere suo supra uirtutem & facul- tatem, supra debitum, expediens & necessa- rium, supra impossibile, supra consentaneum ipsi nature.

De conuio factu Iesu à pharisæo, in quo Magdalena exhibens officia pietatis, pec- catorum remissionem conuersa re- cepit, secundum Lucam. Caput XXXIX.

Hospes & egenus Iesus, inuitatus aliquan- do in hospicia diuertebat: & præter de- lectationem carnis, interdum acceptabat obla- ta sustugia, semper præintendens animæ capi- um exercere. nam & illas uilibet modis omi- bus uenabatur. eam rem ratus cum inuitaba- tur, manducare consensit.

Rogabat autem illum quidam pharisæus ut manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisæi, discubuit.

Rogabatur Iesus ut acciperet, qui potius ro- gandum erat ut largiretur. Plura sibi aderat ad

largiendum, quā hominibus, beneficia: nec non & quæ hominum, sua erant. Sed nec hic pharisæus plusquam hominē, & forrē prophē- tam aspexit in illo. Etenim alia causa rogāmi- na porrexisset. Indigebat quidem his, quibus Iesus abundabat, & uerē perentibus daturus tenerat. Sed nec Christus quantuis uoluntariē factus egenus, indigebat cōprij pharisæi. Non autem credendum est, quod eū rogauerit cre- dens. Christum, ex eo q̄ hæc ita in ipso, non credens saltem esse prophētā, quia uelut nō cognitor personarum, ad tactum sustinuerit Magdalenam. Veruntamē quoquō modo ro- gauerit, sit nobis ex hoc forma præstita; ut ro- gemus & nos, non ut ei aliquid tribuamus, sed ut ipse nobis iuste petita largiatur, sicuti rogal- se deum legimus Salomonem, dicētem: Duo rogauit te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & uerba mendacię longe fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. Tri- bue tantum uictui meo necessaria; in forte fa- tiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut necessitate cōpulsus furer, & per- iurem nomen dei mei. Duo & duo combina- ta rogantur, rogatur etiam propter duo. Duo sunt primaria mala, scilicet uanitas, quā qui sequitur, euanescit: & uerbum, quo quis men- titur in fide, seu in eo qd̄ exhibere à iure cōm- pellitur. De quibus per Dauid homines omni- potēs arguebat: Filij hominum, usq; quo gra- uis corde: ut quid diligitis uanitatem, & quæ- ritis mendacium? Quid etiam sit uanitas, crebris sententijs in Ecclesiaste ostenditur, quomodo cuncta subiacent uanitati. Et optimē rogat, qui petit propelli mendacium, cuius diabolus est pater, ne ipsius filiationem incurrat. Et omnis iniquitas mentitur. Mendicitas & abundantia duo sunt mala. Mendicitas quidem est ex se to- ta insufficientia, sed ex alieno fulcienda. Quæ si traicitur in Christianorū agonisticam uitā, mendicus est ille: mendicitatēq; habet, qui officia bonorum naturalium perdidit, nec ha- bet suo demerito quibus fulciatur auxilijs: q̄ etiam accipit negotiationem cum inquirat, ut mendicans semper teneatur in actu, & data & accepta sic semper gubernet, ut proprijs perdi- tis, aliena mendicet. Diuitiarum temporalium copiam timet sibi dari, & altitudinē uolun- tates: præcauens illa duo mala, in q̄ ob ista pos- sit deuenire, ne forte priuatus proprijs, diripi- endis intendere alienis: seu non habens uirtu- tem in animo, in exterioribus simulet: & ca- rens suis, appropriaret sibi aliorum quæq; lau- danda: uel refectus in utraq; parte hominis, ne- garet uerbis & factis omnium conditorē & dominum, quasi non cognosceret se superioreē habere. Veruntamen Christus rogatus man- ducare & uictum accipere, ingressus domū discubuit, amplius animo largiendi doctri-

nam remissionem peccatorum, quod ut sumeret cibum.

Luc 7.



Et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod Iesus accubisset in domo pharisaei, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes domini Iesu, lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat.

Non latet ingressiois causa in domum, & clara causa discubitus, scilicet peccatrix mulier expectata, cui post suscepta quaedam ab ipsa specimina pietatis, remissionem peccatorum omnium largiretur. Ecce duo rogantes Iesum: unus, ut acciperet ab eo duntaxat manducationem, scilicet pharisaeus; altera impendebat deuotionis obsequia, sed nec uerborum praemissio rogamine. Profunde precabatur in inuisibili sensu, ut remissionem ab eo suscipere peccatorum. Nec non & illarum actiones orantes, erant plus agentes apud recipientem Iesum, quam mulier exhibens autumaret. Haec mulier famam audierat de Iesu, & cum turbis sequentibus eum, eum aliquando audierat praedicantem in quem de fixo corporis pariter & mentis aspectu, ceterum plans uitam, ponderans uerba, considerans sanctitatem, uirtutem in iam factis miraculis, & ut plurimum, esse existimauit esse prophetam. Haec iam corde cōpuncta, & contrita pondere suorum scelerum, affectabat in animo, Christo corpore appropinquare, pudore uerebatur illum publice adire, timebatque repelli à iusto existens iniqua, nondum benignitatem ipsius experta. Dabat causam inueniendi studium: & quod incederet aut diuerteret, obseruabat, ut ipsius potendi ad releuationem suae miseriae, esset sibi hora liberior. Et forsitan ipsa praue nit pharisaeum, tanquam sibi familiarem & cognitum, rogans eum, ut ipse pro discubitu in domo sua rogaret Iesum, forte uerecundata, quāuis peccatrix, sic audacter ingredi per incognitas sibi & alienas aedes. Idcirco hanc ipsa occasionem accedendi ad eum praue nit, ut in domo sibi cognita, Iesum sibi nondum domesticum posset adire, suamque implere pia uota, & actum animi refrigerare in illo, praemeditata multa dicere, nihil tamen lingua prodens. Erat ista mulier in ciuitate peccatrix. In qua ciuitate? In Ierusalem, quae famosior erat. Sed nec in Ierusalem Magdalena cum Christo conuenit. An forte in Ierusalem peccauerat? Sed nec hoc affirmandum reor. Magis autem in illa ciuitate, in qua erat domus ad quam eum inuitauerat pharisaeus, quae in Galilaea erat: quā uerius credo fuisse Naim, ubi post resurrectionem adolecentis, istud con-

uiuium factum est, ubi Magdalena permota nouitate miraculi, cogitauit se subdere Christo, indigna beneficio eius. Peccatrix quidem in omni genere uitiorum, scilicet cum septem demonia euangelistae asserunt ab illa per Christum eiecta. Non tamen credendum est, scortum illam fuisse, ut sub fornicibus aut locis scortatorum expectans homines insideret, sed mundi uanitatibus & deliciis corporis dedita, in perditis moribus transigebat culpabilem & infamem uitam atque notoriam. Nulla facies inuerecundior quam mulieris, cum in malo audaciam sumit, peccans deo, se pessimans, & proximo scandalum & pedicam parat. Sed ista iam displicens sibi, facta est grauis ad toleranda seipsam & prementem facinorosa peccatorum, cognoscens in locum apertum poenitentiae eius diuersitatem Iesum, quod ante iam paraauerat, ex tempore prouida, non illo ilico mercata secum tulit unguenta in illo utique uase, quo diligentius seruaretur, imò seruabatur ex more, apertum tempore & consuetudini regionis, congruens mysterio, satisfaciens deuotioni offerentis, & in fide accipientis gratum. Ingressus discubitus locum mulier tremens & pauens, nec urbano more uere facit conuiuio, sed perdidit ad audaciam solitam inter homines. Nihil muneris obtulit in clamo, ubi erant tam insignes conuiuiae, dominus caeli cum senatoribus terrae. Non intuetur, non considerat quo deficiat aut clarnus abundet, non contentum platur facies epulantiū, id solum agere intenta, qua parte possit adire Iesum. Non interrogat, non interrogatur: omnia in silentio sunt. Nemo loquitur, non loquentem Iesu. Considerat pharisaeus & ceteri quid sit ipsa factura. Iesus solum uidebat animum eius, sciebatque quid esset actura. Et permissurus illam agere, expectabat. Mutabatur mulieris uultus, sed animus expensus erat, attamen inter spem & metum consistebat. Impellebat spes, repellebat metus, ne propelleretur à uoto. Conflata in unum scelera occurrerant, reddebantque indignam. Erubescencia faciem suffundebat. Insciriari nemo poterat sua peccata, interius illam conscientia perualide accusabat. Nemo adhortabatur eam, quoniam nemo nouerat causam aduentus eius. Ille qui nouerat paratus suscipere, nec uerbo praestabat audacia. Tandem illa tacite in animo cuncta considerans, oculis ordinem discumbendi, & Iesum & locum sessiois eius diligenter inuista, quod posteriori parte sibi pateret accessus, spe uincite metum & omnia superate, retro accessit ad dominicos pedes. Sic enim erat situatus Iesus in parte sedili, quod uersa sua facie super clarnum, ipsa prostrata retro pedes eius cōtingeret. Bene apposta retro, ad postea sua sequenda uestigia, quae prius in durata, semper gradiebat in praecipua. Nunquam retro stetit, sed quae pessile Iesum, quod retro standi tergote nus, sed facie stans atque sequentis ad tergum eius, ut quo ille iuerit, restit-

gradi cupidus subsequatur. In ducē Christus datus est a patre hominibus, sine quo recte non itur, conflictus inferitur, non deuitatur horrendum, nec debitum peruenitur in finem. Standum quidem retro est, ne quicquam praeter quod ipse decreuerit, praesumat agendum. Sed secus pedes eius, ut illa fiant hominibus ad sequelam, quae gessit aut doctrinauit in carne; non illa quae operatur ut deus, quae duntaxat mirabilia & laudabilia sunt, excedentia sensum, quod nullo modo imitabilia iubeantur. Non ociosa stetit retro secus dominicos pedes, sed processit in opus ex aestu cordis incensa, & dolore tacta intrinsecus, perforata poenitentiae toro: admirata mansuetudinem sustententis, erumpit in lachrymas super pedes, ut appositis manibus ipsos ipsius ablueret. Et quo mansuetus patiebatur Iesus illas desuantes, & eius admotas manus, eo fluebant ulterius. Dulces illi erant cum fluerent. Gratae Iesu ex causa qua manabant, quoniam sacrificium uerum erant contriti & humiliati cordis, amplius Christo accepti quam alterius rei munus. Nec satiabatur profundere, nec ille recipere fastidiebat. Rigabantur pedes Iesu sub oculis eius & effluentis manus, quae reuehebant eas undique super eos, ne ad terram profunderent. Calidae quidem erant, magis ex igne amoris quam effectu naturae: quibus hubertim fluentibus delectata, magnum sibi computasset ad munus, si ex ipsarum profuuii propria lumina perdidisset. Quis non stuperet in isto mysterio, si contempleretur attentē, creatorem caeli & terrae & dominum uniuersi, pati tactum huiusce modi mulieris, & circumagi pedes manibus tam immundis, & adaquari eos lachrymis defluentibus ab oculis uanis? Quis non miretur huius impetum mulieris, quae sic ingressa super conuiuas, ceteris relictis, solum accessit ad Christum? Memorabile gestum. Quod ille uocauit internum, illa mente atque corpore se admouit ad eum, utrumque mirandum & acceptione dignum. Per amplius quidem benignitas & mansuetudo patientis, quam inferentis audaciosa necessitas seu audacia opportuna. Traxerat quidem in secreto tractu gratiae, ut magnes ferrum in secreto tractu naturae: idcirco qui traxit, instruxit, ut primo sic lauaret, quam ungeret. De unguento sibi cura praefuerat, quo sulcata uenit, non de lotionem pro qua non detulerat aquam, nec ante praemeditata quod lachrymae huberrimae sibi adesset ilico ad officium. Non enim sunt semper in potestate illas emittendi, sed cum accessit ad diuinum ignem, resolutum est glaciatum cor, & deliquit. Et cum multa sint lachrymarum genera, istae istius tenuerunt optiam partem. Sunt enim aliquae prodeuntes ex poenali miseria, & quaedam proueniunt ex miseria culpabili & iniqua, & utiliores, imo

necessariae sunt. In his enim haec mulier exordium fecerat. Sunt quae effluentem non respiciunt, eo quod sit poena multandi ex crimine, sed tantum quia offensus est deus. Sunt & amoris dei & boni, & medium & finis in istis erat. Et cum ipsa non prohiberet desuantes, attamen terminum acceperunt, ut succederet tertio capillorum, & adderetur illa uirtus quae agit per impassibile mentis in passionibus corporis, quoniam & capilli corporum poenales non sentiunt: ac etiam quae quid esse potest multipliciter in animo per potestias naturales & per quascumque affectiones, impenderetur diuinis obsequijs. Succedunt oscula crebra, iuramenta uidelicet in omnem processum Christi & in humilitatem eius, & pauoluntaria ex nobis, quae humanae naturae in illa data est. Et amor totus terminatus in ea, quoniam osculum, iuramenti pacis & amoris est euidentissimum signum. Et labiorum pressio, accipiebat custodia in illis pedibus; & ostium circumstantiae apponebat, ne inueniret amplius excusationes in peccatis; & ne ulterius per illorum apertionem laberetur, nancisceretur stabilitatem, & post haec subsecutum est unguentum, & illatum in pedes Iesu, in quibus & ipsa inuisibile unctio in spiritibus accepta, docenda diuinis, non amplius terrenis & humanis documentis imbuenda. Dedicatioem sui fecit Christo, cum unxit pedes eius. Et ipse iam unctus erat a patre oleo laetitiae. Huic unctio addita unctio est, ut actio applicata sibi, sanctificationem acciperet, odoremque suauitatis deo gratum & hominibus exhiberet.

De murmuratione pharisaei aduersus Christum & mulierem, quam per paradigma paragonizauit, secundum Lucam.

Caput XXX.

Regione mala bonis obstitunt, & semper euectigio contra bonum aliquid mali con surgit, non tamē gratis atque sterilitate: sed saepe, ut bonum eluceat: per amplius, cum supera uerit, & probetur ex pugna. Et cum sub lite agitur causa, iudex deciderat, aut magister ueritatis refellat errorem, asserens quid tenendum. Nam in uitor Iesu haesitauit in uirtute ipsius, cum non inuitallet illum ut uerum Christum, inuitaluit attamen ut prophetam, quem in animo sua despexit, quod propheta non esset, passus se sic tan giab huiusce modi muliere.

Vnde uidens autē pharisaeus qui uocatur Luc 7. uerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quae & qualis esset mulier quae tangit eum, quia peccatrix est.

In duos iaculauit falsa iudicia hic pharisaeus, in Christum & mulierem. In Christum, uidelicet quod propheta non esset, quod se permittebat tangi a foemina peccatrice, uelut ipsius conditionis ignarus. Et de muliere nequiter sentie-

bat, quod sibi peccatrix fuerat iam iustificata per fidem Iesu, non per legem, quae ueram iustitiam non habebat. Per lucidum protinus erat, ipsam iustificatam fuisse per fidem, cum audiuisset fidem, sanctum macularet. Siquidem ad maculam deuitandam, multi & multarum rerum tactus prohibebantur in ueteri testamento, ex quibus tangens iudicabatur immundus. Ad cuius immunditiam abstergendam, ex decreto legis purificatio sequebatur, ut in libro Leuiticorum maxime reperitur. Sed Iesus usque quaque immaculabilis erat, ut etiam nec maculari potuisset ab extrinseca, neque uoluntas eius ad turpia potuisset inflecti: nec ceteri, nisi uoluntate, maculis culpabilibus maculantur. Non enim obest tactus exterior, nisi fuerit uoluntas interior maculata. Sed hac differentia distinguitur Christus ut uiuator a ceteris, quod ipse non potuit posse nec uelle, alij autem uiatores non potuerunt sine uoluntate, potuerunt tamen uelle. Pharisaeus autem a ueritate alienus, errabat ex animo in Christo, quod propheta non esset qui se tangi permittebat; quod si esset, non permittebat tactum sibi a peccatrice fieri, male ratus Christum posse tactu corporis maculari, aut quempiam alium sine propria uoluntate assensum ad immunda praestante. Proinde si queat, quod praetermissio Iesu, de quo, impiissimum, nefandum, erroneumque est, praeter uirtutem aliquid opinari, sicut nemo sanctificatur aut mundatur in animo ex corporeo tactu sanctorum, nisi uoluntas rationalis consensum praestiterit, sic nec maculatur ex tactu turpium aut oppressione facta exenixe, si nullo modo porrexisset assensum. Alioquin & sanctificati essent asina & asellus, quibus Christus insedit, & pes Iudae proditoris tactus a Christo, & totum corpus eius ex assumpto corpore suo. Et maculata fuissent uirgines, quae inuitis animis, firmis in fide, in amore uirtutis, oppressiones in corporibus acceperunt. Igitur nisi occasionaliter nullus timendus est corporeus tactus, ut possit inficere, custodita uere interioris hominis castitate, neque quod possit mundare illa deficiente. Iustus sibi superbia tumens, despiciet quos credit aut nouerit peccatores. Ad quem enim peccator, cum sibi coeperit displicere, poterit habere recursum, nisi ad deum pro misericordia, & ad quem iustum credit pro consilio & doctrina: Fouerit peccatores in peccato, & quasi cetera manu cadunt in fouas peccatorum. Iustus uero aut iustitiam sitiens, conferit manum retrahat lapsum, seu adiuuet ne labatur. Superbe apud semetipsum sapiebat hic pharisaeus, qui sic iustum Christum in animo arguebat, iudicatus

passiuus ad mulierem utique peccatricem: quam abiecit, si accessisset ad eum, quem Iesus per paradigma redarguit.

Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic.

Multa Iesus habebat hominibus dicere, praecipue in capacitate & ineptitudine non ferenda. Ideo cum hoc se conuocasset ad pauca, ut aliquid ei utilitatis impenderet, erudiens quod non absere tactu sustinuerat mulieris. Subiectum quidem se habuit Simon in uerbo, cum appellauit eum magistrum, cum prompto animo audiret. Ereptioni uicina est anima, in tenebris ignorantiae degens & periculis peccatorum, si sanae doctrinae promptis praestant auditum. Et ad ardua uirtutum erigitur, si exedrae in ueritate docentium sibi placent. Praetentabat Christus ut liberter audiretur, ne sermo eius fundere in uanum, quoniam scriptum est: Vbi non est auditus, non est uisus sermo. Et alibi: Qui narrat uerbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur, qui enumerat stulto sapientiam, et in fine narrationis dicit: Quis est hic? Quam obrem saluator praegerit auditum, cum protestatus est Simon aliquid se dicere. Qui cum audiret hunc uirum habere animum audiendi eius, & eum uocaret magistrum, dixit:

Duo debitorum erant cuidam fenorato: unus debebat ei denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde soluerent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit?

Per mysticos sensus in multa posset paradigma deduci: sed tantum ipsius summa inquiratur, quae nec in aliud ex causis subortis & oris endis intendit, quam ut sciatur, quis esse debeat ex acceptis donis in dilectione feruentior. Quod ubi compertum fuerit, nec absolum uideatur magna & ampliora debere amplius diligentiam, maxime ab eo qui misericorditer agit, & contra iustitiam nihil facere nouit. Praemissa est in interrogatio: sententiam non habet, responsione exigens: quoniam nullum interrogatum est affirmatum responsioni subiectum, igitur expectanda est responsio pharisaei:

Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit.

Reddita est responsio quaerenti & quaestioni, sed per superiorem & infallibilem iudicem confirmanda. Idem tamen erat inquirens & iudex. Ponit humane quaestione Iesus, sed diuine responsione confirmat. **At ille dixit ei: Recte iudicasti.** Repressus est in paradigma pharisaeus, & de superba iustitia confutatus est a seipso, respondens recta proponenti uera: nec tergiversari potuit, quoniam illaquearet uerbis oris sui, & a murmurante indebita frenaret. Isti equidem debitorum in pa-

radigma deducti, praetermissio quod allegoricum est, illos designat, quos alij sunt maioribus, alij minoribus criminibus inuoluti, ut maior indulgentia plus dilectionis impendat, & minor minor. Sed adhuc in hesitatione atque lite huiusmodi causa pedet per ea quae sequuntur, cum dicitur:

Remittuntur ei peccata multa, quoniam am dilexit multum.

Quoniam id habet propositum paradigma Christi & responsio pharisaei, ut is iure plus diligit, qui plus remissionis accipit, & remissio praecedens, exigit seu iuste cogat referre dilectionem. Nunc eregione declaratur, quod dilectio praecedat & exigit quod a iure naturali remissionem: nam iure naturae, dilectio diligenti est obligatus est, uti haec mulier ideo remissionem multorum peccatorum ceperat, quoniam multam dilectionem praemisit. Per spicua est contradictio litteram sola & uerba sonantia duntaxat inspiciebantur in hac causa, quod in paradigma remissio dilectione praegit & exigit in conuersione causa ad mulierem, dilectio remissionem antecedit atque nata est. An forte Iesus, antequam haec mulier accessisset ad eum, ei remissionem contulerat multorum peccatorum, qua mententis, coepit multum diligere? Diligens accessit, dans quae potuit dilectionis insignia, & amoris pia obsequia. Verius tamen reor, quod ipse nata potuit remissionis, multum diligere orsa est, dilectura per amplius se accepit, ut & bonus & iustus Christus, misericorditer ex merito dilectionis, triplicis temporis remissionem ei contulerit peccatorum. Praetermittenda est comparatio nis duorum declaratio, cum in altera parte Iesus per lata sententiam omne pondus quaestionis & solutionis inflexit. Nemo autem ex hoc multum delinquendi atque peccandi sumat audaciam, ut remissione suscepta facinorae, ad bonum dilectionis perueniat. Non enim faciendae sunt mala, ut eueniant bona. Certitudo enim poenitendi & accipiendae remissionis, aut exhibendae dilectionis, nemini data est. Nec ad dilectionem plurimam conueniendae sunt perficienda peccata, cum etiam & per amplius teneatur diligere deum, qui non deliquit atque peccauit eius gratia retinatus, quod is qui post omnem praeparationem legis dei, eadem gratia remissionem accepit. Vna & eadem gratia est, quae habent ne peccetur, & quae donat peccata conuersis.

Quae sententia remissionis lata in mulierem, cum arguitur pharisaei, secundum Lucam.

Caput xxxxi.

Reliquit causam suam Iesus, quod minus de ipso existere, creditum esset, aut forte aliquid indecens, & uelut causa uerteretur inter pharisaeum & mulierem, quod ipse foret debitor in quinquaginta, & mulier in quingentis, seu ille passus sibi debere concius, plus obligationis in muliere sua opinione conspexit, huiusmodi cau-

sam terminanda accepit iudex iustus, existens super utrumque, aduocatus ad alteram partem, quae in silentio agebat opportunitatem suam.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simonis: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, & aqua pedibus meis non dedisti: haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non distulisti: haec autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxit: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

Conuertitur Iesus ad mulierem iam conuersam ad eum, neque quidem conuertit ad auersos, qui ab eo facie auerterunt, de quibus per prophetam dicitur: Verterunt ad me tergum, & non faciem. Et alibi: Omnes conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu uadens in praellum.

Ad hos non conuertitur dominus, sed auertitur. Ad solos uero conuersos post auersionem conuertitur, iuxta illud quod ante dixerat per alium prophetam: Conuertimini ad me, dicit dominus exercituum, & ego conuertar ad uos. Et sic conuersus ad conuersam mulierem, de ipsa & pro ipsa, uelut in uirtute inaequale & in operibus impari, alloquitur Simonem, enumerans grata obsequia quae sibi conuersa mulier intulit, & in quibus Simon ipse defecit. Et loquens Simonis, dimittit peccata mulieris. Propterea dico tibi: Dimittuntur ei peccata multa. Quae sunt ea propter quae increpans Simonem, effert laudibus mulierem? Quod lauit, quod terxit, quod osculata est, quod unguentum effudit, ex quibus laudatur uelut ex operibus bonis, & Simon negligens obiurgatur. Peccatorum uero remissio, ex dilatione praehabita uidetur illata:

[Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.] Dulce purgatorium, tolerabileque praeter asperum sensum, contra tenerum sensum, amoenum atque suauem, possibile ad habendum in excusate non habitum. Commune omnibus est dilectio, cuius uirtute non solum peccata purgantur poenalter, sed dulciter remittuntur. Et ex hoc beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Haec quidem mulier in numero istorum beatorum erat. Et per causam, quam subiectum uerbum ostendit: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pandunt haec uerba qualiter agitur negotium poenitentis. Inge poenitens: Dixi. Vbi, & cui dixisti, & quid dixisti: Dixi in corde meo, sed deo & mihi. Dixi, deliberaui, statui in corde, proposui in mente. Quid? Confiteri contra me solum reum, cum nemo meorum criminum causa sit. *Luc. 7.*

Luc. 7.

Luc. 2.

Zach. 1.

Psal. 31.

Ibidem.

Rat. Porro nullus peccatum alterius facit, sed suum. Ergo uerus poenitens, confitetur iniustitiam suam aduersus seipsum. Sed hæc mulier nec confessæ est, nulla protulit uerba, uelut elinguis & muta retro stetit, faciem non conspicua Iesu, nec prælocuta, seu ad uerbū reddidit uerbum. At tamen contritiões cordis eius magnæ uoces erant in conspectu miserentis Iesu, sacerdotis magni, summique pontificis, ualentis peccata, etiã nec ore prodita remittere poenitenti. Proinde ait poenitens: Et tu remisisti impietatem peccati mei. Vigilans uerbū, Non dicit quod peccatū remisit, sed impietatem eius. Quia omne peccatū impietatem habet, imò ex impietate est: aliàs peccatum non esset. Nā si pietas pro oia cultus est dei, impietas cultus est eius qui aduersat ei. Ac per hoc impietate remissa, & actio neque remittit. Causa peccatorum, impietas: quoniam non extante, nec quod ab ipsa procedit. Et ipsa delecta, germinatū ex ea non manet. Ipsa uero prædominante aīo, delictis, peccatis, criminibus, scelerebus, facinoribus, flagitijs applicata sunt omnia. Non enim quispiam fore facit, nisi cum pietas ab impietate debellatur, & per impietatem contemnit pius. Est autē impietas, oīs aduersatio diuinorum, & prætermisio mandatorum & cultus alicuius rei propter seipsam præ respectum dei. Decernit in aliã parte: Cui autē minus dimittitur, minus diligitur. Iam supra tactum est, quid hæsitatiōis habet ista sententia, an si peccata multa dimittantur propter multam dilectionem, an si dilectio exhibeatur multa propter multos remissionem. Sed in æstimationibus hominū causa ista est, dicit quis paucos sibi maiorum conscius, non uidet iure remissionis ad magnam dilectionem obligari, non aduertens, eadem gratia sibi datū quod non in multa dilabit, sicut ille reuocatur qui corruit, & remissionem accipit cum refurgit. Et post allocutionem Simonis, uerbū remissionis uertit ad mulierem. [Dixit autē ad illam: Remittuntur tibi peccata tua.] Per lucida est sententia, continens factum atque efficiens, quod uerbo expressum est.

Et cœperunt, qui simul accubebant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata remittit?

Ex admiratione, nec non & hæsitatiōe procedebat huiuscemodi interna quæstio: Sciebant enim hi Iesum plurima fecisse miracula, & singulari fulgere doctrina, ornatum moribus & prophetam esse credebant. Nunc suspenduntur in animo, silent tamē uerbo, uidentes pharisæum in sua quæstione conuictum. Sanè sapiunt, sanè quæmpiam non posse alicui dimittere præter deum. Ideo dicunt intra se admiratiue: An forte deus est iste, qui super omnia gesta sua, etiã peccata dimittit? Aut despectiue: Quis est hic, talia sibi arrogans? Superbo factu agit,

in blasphemijs est. Insanit fortè, homo inter homines parer. Nullus priscoꝝ patrū, nemo pontificum seu sacerdotū præsumpsit uerbū remissionis emittere. Non immeritò sic dicebant, nondū cognoscentes per fidem, diuinitatē totā in eo esse, duntaxat puri hominem contemplant. Non autē Iesus his apologiā dedit, sicut & pharisæo. In altioribus quæstio istos erat, ad cuius responsionē & ipsi incapaces erant, sed ex equit assumptam pro femina causam. **Dixit autē ad mulierem: Fides tua te saluauit, uade in pace.**

Fides saluat, sed non illa quæ credit, sed illa quæ creditur, quæ utiq; est creditis in eo quod id credit, sed alterius est quod credit, ut puta credit quis aliquod credibile atque credendum. Creditas est credentis, ex ea uero homini a deo insita super naturale intellectum, quod inapprehensibile uirtute intelletum est, credere potest. Id uero quod creditur, aliud est a credere, & a credulitate insita menti. Sed ex eo potest esse creditis, quia illud creditur: quo sensu dictū est, fides tua. Quæ fides tua, seu quæ fides nostra? Omnis Christi actio siue doctrina ex hoc est, quod saluat id quod creditur, pro eo quod creditur & credibile est, credendumq; necessariò proponitur, non quia uis est, data est & suscepta ut creditur. Unde fides tua te saluauit fecit, hoc est, incarnatio, natiuitas, uita, conuersatio, doctrina, passio, resurrectio, ascensio, fundatio ecclesie, ordinatio sacramentorum & oīm sacrorū, missio sancti spiritus, resurrectio mortuorum, uita æterna, ista, sunt fides nostra, quæ Magdalenam & cæteros saluandos, saluos fecit & facit. Fides Christi sola est, ex qua & cum qua & per quam siqua sunt uirtutis, gratiæ, bonorum morum, proueniunt, & quæ iustificat & saluat, in qua hæmorrhoisilla sanitatē utriusq; hoīs accepit: Confide filia, fides tua te saluauit fecit. Et paralyticus, & cæteri, & filia Cananæ. Et Apostolus: Arbitramur hominem iustificari per fidem. Et alibi: Iustificati ergo ex fide. Et ad Galatas: Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Et post: Concluse scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, sine qua fide impossibile est placere deo. Quod sic uadat in pace, aduertendum atq; tēte reor, si sub præcepto, aut licentiosè, aut consolatoriè, aut pro securitate, aut enunciatuè, aut prædicatiuè uerbum emissum est. Præceptorie dictum uidetur, quasi & emenda & satisfactio præteritorum criminum imponat ire in pace, quæ conuersis ad deum, agitur in custodia legis eius: quoniam nulla discordia inter deum & homines oritur, nisi ex præuacatione mandatorum ipsius: igitur præcipitur poenitenti atque con-

uerso, cui misericorditer facta est remissio peccatorum, ut eat in pace, ita tñ, quod indultorem multos criminū amplius non offendat, non faciat reciduum, non repetat uias malas. Et licentiā am donat. Semper quidem quousque anima eximat a corpore, & in arbitrio suo relinquat. Consolatorium uerbum est, Vade in pace: securitatemq; tenet ab hostibus celebrata pax. Epreddicit huic mulieri Christus, quod actum est secus pedes eius in contritione cordis & pietate actionū illius, quoniam pax inter deum & hominem agitur, cum de præteritis malis fuerit cor contritum: quia cor contritum & humilatum deus non despiciet. Maximè quidē ipsa pax roboratur in fœdere, si ad dominicos pedes exhibetur cultus pietatis, ut assumens in assumpto, & assumptus in assumptē, in una persona credatur & adoretur.

De ministerio exhibito Christo à mulieribus de facultatibus proprijs, secundum Lucam solū. Cap. XXXIII.

Utrumq; sexum Christus saluaturus aduenerat, & utriusq; non pro se, sed pro impenitentibus delectatus obsequio, recepit obsequia, præponderans fidem, deuotionem amplius quam id quod exhibebatur. Et fidem mentis confirmabat in operibus corporis, non quod opera corporaliter exhibita, in fide fecissent auxilium, sed illa fides augebat acta ipsa, seu iuxta ipsam existentem omnia exterius exhibitae censebantur, suntq; censenda. Nec mulieres despicendæ sunt in obsequijs atq; ministerijs, sed cauendæ præter opportunitatem. Nec inquirenda opportunitas, sed fugienda: ubi aliunde possint expedientiæ præhaberi. Non sunt effugiendæ mulieres ex natura, cum ex eadem massa sint qua uiri existunt ex traduce carnis, & anima in eis de nouo creatur, sicut in uiris: ut nec diuersarum naturarum sint omnes animæ mulierum atque uiuorum, sed unius: & oīm animarum uiuorum atq; mulierum sit una natura, in quibus signata est una dei imago atq; similitudo, sicut una est caro, cuius nunquam per traducem est uariata propago. Sed magna est inter utrumq; sexum adhibenda custodia, quoniam operante hoste antiquo in illa chara societate, naturali uinculo colligata, periculum dulce iniectū est, ut inhonestæ libidinis naturam honestam dehonestare nitatur, dehonestetq; crebro, & sub illa specie naturalis societatis uirus suauè bibatur ad necē, prætermisilla lege quam deus illi societati adiecit. Nemo autem exemplo Christi se cum eis præter oportunitatem honestam ex honestis causis immisceat. Et cum accepta occasione id fieri contigerit, omni custodia seruetur cor, ne cadat in delectabile turpe, dei fœderibus muniat & sensus. Solus uero Christus, etiam ut homo,

non potuit peccare in uia, qui dominatiua uirtute in omnibus liber erat, quem nec oportebat in cautela fieri, & suos ab oīni inquinamento carnis & spiritus poterat præseruare collegas. Egenus pro nobis factus, & egenos uoluit suos esse discipulos, & unā cū eis recipere oblatam per fideles personas sibi adherentes obsequia. Unde autem factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo. Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, quæ ipse eiecerat, & Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabat ei de facultatibus suis.

Obsequiosum est mulierum genus, & aptum ministerio rei & curæ familiaris, quæ cum fide & amore adhæserint, totas se suam impendunt in obsequio & ministerio eorum, quos in fide pro ueritate uenerantur. Et quo minus acumen interiori uigent, plus obsequunt & diligunt. Sed ubi uirtus earum mētēs influxerit, non fatigantur obsequi, sequi gaudēt. Quod non impendunt, ascribunt sterilitati: quod dare possunt, existimant magnum lucrum. Quo magis diligunt, & perfusiores sunt: quo simplicius credunt, ardentius colunt, faciles ad credendum. Si amorem non adiungunt fidei, faciliores ad remouendum: cum amor accelerit, tenaciores existunt. In experientia rei factæ, animo libenti impendunt. Expertæ quæ erant istæ saluatoris uirtutē, quæ curatæ à malignis spiritibus erant, quorum tyrannidem importunè fuerant antè perpessæ, curationemq; infirmitatum acceperant, à quibus iam fuerat molestè detentæ. Famam in experientia ferebatur, quæ hic miracula singula in singulis faciebat, moribus incedebat honestis, omni reprehensione carentibus. Pauper, imò egenus erat, sibi nihil in possessiōibus erat, clarebat hoc hominibus. Quibus omnibus mulieres ex pietate promptæ, sibi & collegio sancto eius inopis uitæ, de proprijs facultatibus necessaria ministrabant. Neque credendum quod Christus usu superfluo id acceperit, quantum offerebat illarum mulierum deuotio siue facultas, seu quod per pleonexiam arguentionem haberet. Modestiam sibi & complicibus eius pro regula uiuendi assumpserat. Non enim decesset prædicatores cælestium, & contententes illa captare, aliquid in usu pleonexie querere, aut oblatum accipere. Religiosus enim est atq; uirtuti dicitur, quod offerens plus quæ facit, suo primatur in uoto, quod quod uerus dei cultor & annunciator cælestium doctorumq; uirtutum, capessere plus quæ debito iudicet. Tutius desicet uoto offerentis, quam accipientis possit uirtus imminui,

Lucæ 8.

aut fama turpari. Si nō accipitur quod offerē, carens est offerēs culpa, & meret ac si fuisse ac ceptum, si ea liberalitas fuit in animo, ut extrā est. Si is cui offertur, accipit modestū, non peccat: si nō accipit, sibi solūm austerius, nō simularē consulens, etiā non peccat, sed meretur. Si uerō accipit ultra expediens & modestū, culpa non caret: turpat famā, uilefacit cælesticum uerbum: at ex accepto terreno proximū scandalizat, cum eū quem uidebat alios ad cælestia trahere, ad capeſſenda terrena cōspicit inclinatum. Iesus quidem in se & ad se, uirtus erat oībus, in omnibus forma uiuēdi factus. Cui mulieres iure ministrarunt, non de facultatibus alienis, sed de suis.

Sed heu multi offerūt aliena, non de suis facultatibus, sed de alienis Christo ministrant. Quā multimo da sit ista cōditio, taciturnitatis: ne his qui proprijs carent, aut impēdere uolunt aliena commissa, seu procurata distribuunt, faciendi uoluntas seu pietas adimat. Equi dē multæ sunt facultates, ex quibus Christo ministrari potest, ut si sit in una parte defectus, p̄sistat in altera uolucitū: ex magnis quidem affectibus & desiderijs ardentibus, ex doloribus, ex gemitibus, ex cōtritione cordis, ex his quæ corpore secundum dei cultū agi possunt, etiā præter exteriorē substantiam Christo ministratur. In angustum esset inclusum ministerium Christianorū, si tantum ageretur pro Christo ex abundantia corruptibilium rerum. Habet procius unusquisq; in seipso, unde Christo meliora & gratiora ministrat. Proinde in excusabilis est homo in conspectu eius, si non ministrat ei de his & in his secundum placitum suum, quæ ab ipso gratis accipit. Attamē magnum Christi humilitatis exemplum & abiectionis, q̄ accipit pia obsequia mulierum. Mos tamen tunc illius temporis sic erat.

De ministerio Marthæ Christo exhibitō, & quiete Mariæ ad pedes eius, secundū Lucam solūm. Cap. XXXIII.

Ibat Iesus ut homo, & in diuersa loca pro ministerio, pro officio, pro utilitate proximi, a se ipso ferebatur. Et ad doctrinandum uisitabat honestas ædes, & libens accipiebat oblatas, id solum intendens, ut animas quas per mortem & sanguinem redempturus aduenerat, lucrificeret. Nam factum est aut̄ dimirent, scilicet Iesus & discipuli eius, & ipse intrauit in quoddam castellum. Et mulier quædam Martha noīe, excepit illum in domū suam.

LUC. 10.

Solitus erat Iesus hoc intrare castellum, cum à Galilæa in Ierusalē celebraret ascēsum: intermedium enim erat, quod Bethania uocabatur. Martha quæ illum excepit in domum, iam à morsaglia curata erat ab illo, ex quo sibi facta deuotior, sicq; animo adhærens in fide

cum p̄p̄titudine obsequenti, ut ad hospitium Iesus in eius domum diuerteret, quæ sua māuetudine diuertere excepit amplius mente q̄ corpore, aīo q̄ hospitio, affectibus plus q̄ rebus: quorum infallibilis trutinatio existens, secundum ipsos iudicatos à seip̄ cognitos, oīa exterioris exhibita obsequia ponderabat.

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius.

Erat enī ista Maria Magdalene cognomine, à qua exulatio septemplex dæmonijam per ipsum dominum facta erat. Quæ dominicos pedes ilico recognouit, ad quos admoīa, multorum peccatorum remissionem acceperat. Ex quo in amore facta feruentior, in humilitate procliuor, semp̄ illos animo & situ sui corporis repetebat. Iuxta quos quiescebat corpore sedens, contēplans animo, suspēsa in utroq; ad uerbum eius; aure, ut audiret; animo, ut intelligendo perciperet & amaret. Postposita hæc omnem corporis curam, sibi uacans, sibi attendens, sibiq; intendens, non ad erogandū, sed accipiendū sollicita & propensius uida. In nullo actu, in contēplatione tota erat, agēs plus intentione q̄ opere. Audiebat uerbum illius, quoniam semper bonum uerbum eructabat Iesus, ad quod præ dulcedine liqueſcebat anima eius, tam sic prædictū erat: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Nec satia batur mens eius cum audire loquentem, qui eam penitentem suū operat. Erat etiam uerbum Iesu delectans cor eius, cuius uirtutē atq; suauitatē iam in animo ipsa præfenserat, cum audiret ab eo uerbum remissionis, saluationis, & pacis. Equidē & sedere oportet auditorem diuinorum scissione interioris quietis: non enī illa capit fluida & in quiete mens, diuersis anxietatibus, uadens & repetens itinera uitiorum, discurrens per affectus & concupiscentias materialium & corruptibilium rerum. Sedet ad pedes, à capite descensum ad ipsam gratiarū expectans. Subijciat se anima diuinis, non æquet aut superet, quoniam ualles abundante fruuntur, humiles uidelicet & subditæ animæ, clamabant, etenim hymnum dicent.

Martha autem satagebat circa frequēs ministerium.

Ideo satagebat, quia frequenter ministrabat. Frequēs uerō erat ex solito more, qm̄ ipsa in cura ministrandi assidua erat, nī de tempore tradens ocio, nīq; in rebus parandis obmittēs.

Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solā ministrare: Dic ergo illi ut me adiuuet.

Non tædio affecta ministerij, neque factigata labore, non inuida seu inuidiosa soror, non quærens requiem; nō sollicita permutare

officia cum sorore, nō tentans eius pacē animæ seu corporis perturbare, nullo uitij stimulo agitata in hæc uerba Martha prorupit. Sed dignum suo cōſebat in animo, q̄ sibi ministraturus totus mundus assurgeret, se indignā existimans, esse solam relictam ministraturā tōtō dño & ad feruendū toti collegio. Quæ stetit, uelut ministra humilis & sollicita sine turbatione, parata ut pedissequa, non magistra: ut ancilla domus, non dñā: ut famula, nō matrona: de sorore non pro se, sed pro Iesu dulci quæſtione conquesta, nondum aduertens magis delectatum Iesum pascere audias sui mentes, q̄ corporeas escas accipere. Petit adiutorium, nolens tamen relinquere ministerium: collegam quærit in officio non quiescere. Sic enim est ueritas rei gestæ.

Attamen in aliud contemplanandum intellectus fidelium incitatur. Equidem hæc mulieres duas uitas ostendūt, agendā & significandam. Agendam Martha, significandam Maria pro dicitur: quæ tñ ad debitum tendit finem. Finis agendæ, fecisse quod uirtutis est: finis significandæ, nil ultra boni quærere nec posse, qm̄ peruentum est ad terminum ultra quem nihil est. In utraq; utraq; mulier est: nam Martha in agenda pro significanda, Maria in typo significandæ ex agenda. Nec obstat contemperationi ueritatis, q̄ hæc mulier, accepta conuersione, cum pijs obsequijs in agenda plurima nō extiterit. Nec non & agenda, quouiscq; in significanda trajectiatur, actionē & contemperationem habet. Agit actiuus signatus in Martha, opus expediens ad uitæ humanæ cursum, in uirtute atq; ex charitate prouidet indigentis, & ex misericordia miseris subuenit. Et contempletur uirtutem ex qua præmium, propter quod deum, in quem, propter quem, & ad quem oīs ueratio agit, contemplet & tendit. Contempletur contemplatiuus signatus in Maria, cuncta ut ualet, quæ sunt obiecta contemplationis officio, & agenda perficit, dum necessitas exigat & charitas docet. Non admoueat contempletiuus operibus, si necessitas deest, si charitas non suadet. Remoueat à contemperatione ubi adest necessitas & iubet charitas: qm̄ charitas excellentior uia est gradiendi & ingrediendi ad regnū, q̄ oēs reliquæ uirtutes. Sic & Apostolus post oīm contemperationem prophetis, cam, multaq; dona gratiæ, dixit: Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Et quæ sequunt, aperit de uia charitatis fuisse locutū: qm̄ nec perfectus actiuus, nisi & contemplatiuus fuerit, habita oportunitate siue cōmoditate: nec contemplatiuus laudandus, si exigente necessitate, nō se dederit in officijs charitatis.

Et & alius sensus, quo fiat intelligentia ueritatis, si Martha uitæ actiuæ tribuitur, Maria uerō contēplatiuæ adijcitur. Petit actiua proti-

nus à contemplatiua iuari. Quis enī pacatō animo in tot curas intēderet, tot sollicitudinibus angere, in tot diuideret ministeria, nisi aliqñ sup̄erna speculatum mente accederet, speculatiuæ pollicitatiōis, qua sperat̄ requies post laborem, æterna merces pro exercitio tēporalis. Et si ad contemplanam diuinā iustitiā interior aspectus assurgit, q̄ nullum malū relinquit inultum poenitentibus uel æternis: sit uirtutum poenitentibus uel æternis: sit uirtutum cautela suauior, & facilius abſerretur homo metu poenarum. Et ita sibi ipsi est amica natura, ut si aliter esse nequit, potius non esse, q̄ semper malē esse uelit. Necnō quia nullum rectē actum impræmiarum sinit, suauē uidetur omne quod imponitur in actione uirtutum, si id quod sumus, & unde & quomodo & quo sine claudamur, si quid amamus, timemus & agimus, si p̄ſuntoriam uitam, si alternationes eiusdem, si principatū tartareū, sedesq; æterna nocte pallentes, si lucidū æternūq; regnū sedesq; eius lumine sempiterno coruscantes, si genitrix filij dei dictaq; in carne pro nobis, ut erua mur ab illis, deducamur in illa, in cōtēplatum uenerint enixē atq; obnixē, oīs actio recte atq; honeste adiuuat. Iuste igit̄ in actiōibus existēs, petit à contēplatione iuari. Ideo quippe potest, qm̄ ex seipsa humana mēs ad illā nō ualet assurgere, nisi diuino iuuamine fulta, qm̄ non sumus sufficientes cogitare ex nobis aliquid tã quā ex nobis, sed oīs sufficientia nostra ex deo est. Sed dicto p̄ deū cuncta fiunt, qm̄ ipse dixit & facta sunt. Attribuat̄ cōquestio Marthæ orationi cum dñm̄ interpellat, non cōtra sororē, sed ad seipsam respiciens, ut eo typo quilibet oret actiuus, ut aliqñ in contempletum uadat. Necnō & magis humana postulatio Marthæ contrahit, q̄ ista duplex uita q̄ in ecclesia agit militanti, actiuorū cōcio postulet, exigat, q̄rat, impēdat obsequia, ut possit à cœtu cōtemplatiuorū orationibus adiuuari. Qm̄ illa in agro, ista in cubiculo est: nec esse possēt quietā mora cubiculi, nisi existens in agro, præstaret rei familiaris obsequia. Et segnis esset agri actio, nisi oratione cubicularia iuaretur. Attamen in hac causa iudex quæſtus rogatusq; decernit.

2. Cor. 5.

Psal. 148.

Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessariū. Maria optimam partem elegit, quæ non auferretur ab ea.

Ingeminat nomē hospitæ suæ suiq; collegij saluator Christus, uelut fidelis ministræ fideliter obsequentis: laudat ex hoc ministerium eius, & sollicitudinem in opere, occupationē in animo circa multa esse denunciat ex frequentī desiderio ministrandi. Sed docet eam aliquid maius ab istis in actiōe uirtutum, cum pro certo asseruit unum esse necessarium, qd̄ unū Mā

ria, omnibus alijs prætermisissis, elegerat. Quod unum est, singulare est; quod singulare est, plurimum non habet, quod exemplum non habet, ipse deus solus est, ut in substantia & in natura sua, sic & in omni actione sua. Sicut enim non alius, præterquam unus deus uerus & solus, sic in eo creauit aut fecit quæ ipse facere dignatur. in quem unum actione, intentione, cõtemplatione intendere, atque in creatorem ex nihilo, & quorum, & qualium, & quotorum, & quatorum, & in ea quæ incarnatus peregit, usquequo misit promissam ex alto uirtute, est illud unum quod necessarium est, quod Maria uelut optimam partem elegit, non auferendam in æternum, cum ad illud unum in patria inuicuique uenerit. Non tamen quod in hac uita contemplatio diuinorum, quantumcumque magna, non possit auferri, subtrahi ad tempus & iterum reddi, imminui & augeri ex culpa & præter culpam, præter meritum & demeritum: sed cum peruenit fuerit ad unum præ omnibus necessarium in illa futura gloria, in superna patria non auferetur in æternum. Cui Maria suspirabat, & omnis uerè amator cælestium, suspirat & contemplatur in uia.

¶ De ministerio exhibitio Christo in cœna, facta Iesu in domo Simonis leprosi à Martha & Maria sororibus & Lazaro recumbente, secundum Mattheum, Marcum et Iohannem. Cap. XXXIII.

Iubuit istud mysterium cœnæ, passioni proximi, saluatoris ministerijs supradictis immediate connectere: quoniam & in hoc mysterio ministratum est Christo, qui secundum tempus ab eo præfixum, paratus in animo, appropinquabat loco ubi propria uoluntate se uolebat subdere passioni, & tradere se inuidis per amorem, qui eum quærebant ad mortem. Hinc Iohann. 12. Iesus ergo ante sex dies paschæ uenit in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus.

Secundum calculationem Iudæorum, quinta sabbati ad uesperam erat pascha, ante quod per sex dies Bethaniam uenit, ut ex calculatione nostra die sabbati uenerit ante diem passionis suæ & mortis. Et agendo mysterio congruebat locus & domus: quoniam ille qui factus est obediens usque ad mortem, Bethaniam primò uenit: quæ domus obedientiæ interpretata est, ubi etiã mors sibi obediens, quæ reddiderat mortuum, & uita quæ attulit rediuuui, & spiritus patris tartareus dimisit captiuum, sepulchrum abiecit inclusum, & ligatus manibus & pedibus ambulauit, uelatus facie acsi uidisset, incescit, impleta est iussio solutionis. Et domus erat Simonis, qui etiam interpretatur obediens. Et omnia in uera obedientia ibi facta erant, obe-

dienti summo usque ad mortem patri;

Fecerunt autem ei cœnam ibi.

¶ Ambulauerat autem à mane, ueniens de iuxta desertum Effrem, ubi quasi delitescens, degerat cum discipulis suis, tali hora post prædium illuc adueniens, qua potuit & cœna paruit & factum est. Cœna quidè ad eum sufficiens, & cum modestia, præter importunos & accuratos sumptos. Arguebat certè Iesus in omnibus pleonexiam, & suos iam hospites perdocuerat, ne effluerent. Et disciplinata erat ois illa domus ex moribus Christi, ex doctrina, ex frequentia cõuersationis eius. Quamquæ ista cœna in domo propria Marthæ non fuerit facta, sed in domo Simonis leprosi, alius quidè à Simone pharisæo quem à lepra Iesus mundaueat; nam ille in Galilæa, iste in Bethania. Qui tam notus Iesu, tam domesticus & fortè cognatus illorum trium & tam conuicaneus, ut Martha præoptè accederet, ut solita erat pro ministerio, Maria cum unguento, Lazarus pro cõuiuia. Nam cum esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, Martha & Maria & Lazarus, pro supradictis officijs accesserunt.

Et Martha ministrabat.

¶ Hoc sibi erat officium ministrare. Assumpserat cum ex charitate, contemplata necessitate. Neque uidebat per alium ministrations officium agi, quo actio illa quiesceret, ut soror eius ad dominicos pedes.

Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo.

¶ Discumbentibus Lazarus, dudum mortuus, fortens, & quæriduanus in monumento, paulò ante ad uiuos translatus ex mortuis, existens iterum moriturus cum morituris, transerendus iteratò cum mortuis, ostendens ex discubitu & esu, Iesu potentiam diuinamque uirtutem, quæ uerè à mortuis resurrexit & recessit ab inferis, reuocatus ad punctionem uitam in eo usu rerum, potestate sensuum, & cum illa interiori & incorporea & inuisibili tripliciter substantia spiritalium uiuorum, & fortè potiori, sicut antequam moreretur extiterat, ita ut nil præter ueritatem rationis in ipso credi aut æstimari posset, nisi phantasticum in eo fuisse operatū Iesum. Qui cum interrogaretur à conuiujs, de Christi licet fatu est, fallusque tartareas sedes, & tenebrosam æternè regni cum æterno dominatu & cruciatu dæmonum superbiorum, cui anima eius appropinquauit ex latere, nò ingressa ostia tenebrosa, patentia ingreditibus cunctis, in æternum clausa inclusum. In fide tamen sermonem protulit de supernis: non enim illa sibi paruerat. Nondum reascenderat qui descendit, ante cuius ascensum nemo ascendit. Sed neque de superioris aut inferis, quisquam resuscitatus ad hanc uitam, iterum moriturus, aliquid asserere potuit.

aut illa quæ sunt alterius uitæ, fari, nisi prout à Christo in illo separationis tempore corporis ab anima scire permisissum est, atque referre, cum ad hanc uitam fuerit reuocatus. Sed nec ista magnipendenda sunt, nisi quæ Lazarus discumbens ad mensam Iesu, uerum poenitentem significat, reuocatum à barathro peccatorum, & de profundo lacu malorum desideriorum, & uoragine actionum iniquarum, benignè à Christo suscepum in clarno sacramentorum atque uirtutum & omnium beneficiorum eius, in commutatione suipius, in securitate data, quod indulta sunt crimina, absterse sunt maculæ, quod non amplius erubescencia premat, non turbet memoria ueterum delictorum, & quod in participatione factus est cum iustis, qui est quid parum, non tamen turpiter corruerit. In quo magna peccatoribus auersis à Christo, fiducia data est, ut reuertatur ad eum, qui sic benignè reum fouet, tractatque reuersum.

Maria ergo habens alabastrum, accipit libram unguenti nardi pisticæ preciosi. Et cum recumberet Iesus, accessit ad eum, & unxit pedes Iesu. Et extersit capillis suis pedes eius. Et fracto alabastro, effudit super caput eius recumbentis.

¶ Ista est secunda unctio Marthæ, qua pedes unxit & caput. Nam in prima duntaxat pedes perfudit unguento, quod nunc primò uas unguentarium alabastricum, scilicet ex candido & tralparèti genere marmoris, adinuenit. Deinde mistum illo libram unguenti nardi, ex illa herba quæ plura in eo erat, pisticæ, fideliter confecti ac compositi, quoniam pistis ad fidem pertinet: preciosi quidem, quoniam ex omni compositione laudabile, non modici precij, sed magni, quamobrem dicebat esse preciosum. Et pedes unxit, ut solito, & capillis tersit. In alia unctio ne post lotionem pedum ex abundantia lachrymarum, resolutis à ceruice discriminatisque capillis, lachrymarum à pedibus tersit humorem. Hic uero lachrymarum perfusionem nò legitur super dominicos pedes, sed unctioem solam, cuius humiditatem superflua capillis abstertit. Capillorum tersio post lachrymas & post unguentum facta est, ut per duplex impassibile ecclesia orthodoxa & mens omnis fidelis, sit dicata Christo, per dimissum culpabile, ut quantum uis delectabile, mens non doleat, & per agendum honestum, ut si arduum est, mentem non tædeat neque poeniteat. [Et fracto alabastro, effudit super caput ipsius recumbentis.]

Et domus impleta est ex odore unguenti. ¶ Si unus euangelistarum dixit quod alius prætermisit, & uersa uice scriptio euangelij facta est, nò repugnat historiæ, seu ordini rei gestæ, ut una res gesta, præmissa silentio per unum euangelistarum, sit deprompta per alium. Quoniam

hic ab uno prætermisissum est de capite, & de pedibus dictum est; alij pedum unctio ne prætermisissam, solam unctioem capitis posuerunt. Fractio quidem alabastris uasis, non contritionem eius annorat, sed apertionem: acsi diceretur, & aperto alabastro. Nil enim apud Iesum à fidelibus eius per stultitiam aut uanitatem seu temeritatem fiebat. Effudit super caput Iesu mulier hæc unguentum. In sublime forma ista subiecta est, quæ à pedibus ascendit in caput. Primus huius aspectus rei non humilem, sed temerariam feminam monstrat & præsumptionem motam, quæ se ad Christi caput admouit, quæ erectio ne sui corporis, eius caput superauit cum effudit unguentum. Quoniam ad flueta Iordanis baptista totus contremuit, ueritus tangere caput Christi. Et pia mater eius, semper eum paruum & magnum ante adorauit quæ tangeret. An amore mulier ebria ista est, ut quid faciat, nesciat, & improuisus gestibus feratur in Christum? Quem non minus mirandum dixerim, quæ sic manu duci se à muliere permiserit, ut nunc inclinaret ad pedes, nunc eleuaret unguendo dominicum caput. Quod nunc quasi prope Christi passionem ungit, & in infima corporis & parte superprema, id in fide proponit, quæ homo uerus deusque credat, & in utraque natura procuratam fuisse nostram salutem, & unam personam istas duas habuisse substantias, ut homo in deo, deus in homine mysterium redemptionis impleat. Ideo Maria Magdalena unguenti libram accipit, scilicet nardi pisticæ preciosi, iusticiam euangelicam, non Mosaicam: fidei, non legis. Nemo enim est iustificatus ex lege, sed ex fide quæ secundum euangelium est. Libra duodecim uncias constat. Et fidei articuli duodecim sunt. Libra libra ista in trutina ueritatis, & perspicui erit, quod & quantum boni ipsa contineat, ubi nostra iustitia tota consistit. Resoluat in uncias: & patebit duodecim articuli secundum nomen; duodecim apostolorum. Ex qua fide iustificatio est, non per legem; quoniam secundum Apostolum, ex operibus legis non iustificabit ois caro coram illo. Et paulò post: Arbitramur hominem per fidem iustificari sine operibus legis. Et per prophetam dicitur: Iustus ex fide uiuit. Ideo iustus uiuit ex fide, quia per fidem Iesu iustificatus est ad æternam uitam. Libra unguenti seu eius quod ad aliquem usum accipitur, trutinat ex alio æquopondere, quod etiam libra uocatur. Sed ea quæ offerebatur in templo, ad pondus sanctuarij librabantur. Sanctuarij autem pòdus, charitas est. Ecce igitur libra & libra, utraque duodecim uncias constans, & libra pondus, & libra trutinata cum pondere: ut nec iustitia fidei ex duodecim articulis, proficit ad profectumque durat, nisi pondus libramenti ueræ charitatis, ad iustitiam fidei & ad singulas uncias duodecim articulorum extiterit. Effunditur ista libra in

Rom. 3.

Hab. 2.

pedes & caput, quoniam bipartiti sunt ex aequa numeri parte articuli fidei, ad diuinitatem & humanitatem Christi antea pertinentes.

Typus gerit ecclesiae ista mulier, & cuiuslibet animae sane credentis, in omni actione sua circa Christum credenda & agenda designans. Diffunditur odor per domum ex diffuso unguento, per amplius ex eo quod Christo admodum est, quam ex bonitate naturali. Quoniam quae cumque bona sunt, efficiuntur meliora si traiciantur in Christum. Et fama tanti mysterii ubique diffundenda erat. Sed odor huiusmodi non ab omnibus aequè susceptus est, quoniam ex discumbentibus discipulis aduersus Christum recipientem unguentum & contra effundentem indignatio exorta est.

Matt. 26
Mar. 14
Iohann. 12
Erant autem quidam discipuli indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Ut quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim istud unguentum uenundari multo, & dari pauperibus. Et fremebat in ea. Sed unus maximè ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus, dixit: Quare hoc unguentum non uenit trecentis denarijs, & datum est egenis?

¶ Non defuit in hac coena uirus inuidiae, calumnia di peruersitas, & detrahendi machaera. Sanctum erat omnino conuiuium, ex summo conuiuia & complicibus eius, ex affectu ipsorum qui cum proprijs officijs in coena ista erant atque parauerant. Sed unus ab omnibus usquequaque dissentiens, solum seruans nomē discipularis ab extrā, de quo tanquam de pluribus euangelistae loquuntur, gratia non inferendae infamiae, praeseruationis & honestae locutionis, pluralizantes in narratione de illo quod solus erat in causa. Quem post alios euangelistas, euangelium scribens dumtaxat Iohannes aperuit, Iudam Iscariotem proditorem asserens solum in ista indignatione fuisse, atque fremere per iram in mulierem, per inuidiam in Christum. Cuius indignationis & murmurationis atque molestiae causam Iohannes etiam prodidit, dicens:

Iohann. 12
Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & Ioculos habes, ea quae mittebatur, portabat.

¶ Et unus solus Iudas in collegio sancto malus, qui pressus iniquitatis graui pondere, in habentem labebatur in malum, cui magister diuinus non profuit, neque sancta societas. Quale igitur collegium, qualis domus, qualis societas, qualis congregatio munda erit, sine iniquitate manebit, ab impertinentibus purgata confister, si Christi collegium saltem habuit unum, qui uelamento uirtutis tendebat in uitium, specie misericordiae augebat miseriam, alijs uidebatur intercedere, qui seipsum ex toto de-

seruerat, existens corpore sub obedientia Christi in participatione sodalium, mente uero apostata per omnia erat? Fit apostasia in inuisibili sensu saepe maiori prolapsu, quam depositio ne cultus exterioris. Sed apostasia nulla peior detestabiliusque, quam fidei, de qua per Salomonem dicitur: Homo apostata uir inutilis, gradit ore pueris, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malū, & in omni tempore iurgia feminat. Huic ex improuiso uenit perditio sua, & subito cōteretur, nec habet ultra medicinam. Hic rebus non a se factis, nec suo deductis commercio, precium imponit, scilicet trecentorum denariorum, tradendosque in seruitio egenorum. Et sibi male conscius, fit turorum bonorum ignarus, praecipitanter a se loquens, nefcius numerum uerè prophetat, sicut & Caiphas, qui consiliū Christi dedit in mortem. Nam trecentenarius numerus, mysterium est & significatio trinitatis & crucis, ut in arca Noe secundum longitudinem arcae trecentorum cubitorum, & in uiris expeditis cum quibus Gedeon suos aduersarios confingauit, repositas ex eis optatam iustamque uictoriam. Et triginta argentei constituti sunt Iudae in proditioe Christi, ualentes triginta denarios.

Triginta uero denarij, trecentorum paruum lorum summam efficiunt. Sed usus interdum denarium pro decem, interdum pro una parua moneta seu nummo usuali accipit & conuermerat. Ac per hoc iuxta aestimationem ualoris unguenti, Iudas uendidit Christum, cui uenditum non fuisset. Et cum ad eum de pauperibus non spectaret, tamē loculos habebat, siue clandestinè ut quae furari poterat, asportaret: aut ordinatione domini, ut in subsidium pauperum oblata pecunia portaretur. Praestituebat in hoc Iesus formam futuris praelatis ecclesiaeque futurae, ut super egenos & pauperes intenderent. Hiculi multam malignandi occasionem pluribus ministrauerunt. Praesumpserunt enim multi ex hoc ita de Christo & eius collegio cornicari, uti de nouo mercatore, aut diuite huius seculi. Sed cum haec ageretur in coena, Christus causam terminandam assumpsit:

Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieris? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis uobiscum, & cum uolueritis, poteritis illis benefacere, me autem non semper habebitis. Quod habuit haec, fecit. Si uenite eam, ut in diem sepulturae meae seruet illud. Mittens enim haec mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Et praeuenit ungere corpus meum in sepulchrum.

¶ Nihil eū latet etiam in humanis oculis,

qui omnia uisibilia & inuisibilia nouit. Arguit molestos bene operanti. Nulla enim causa subest, unde rectè agens, molestiam patiat. Igitur dictum est, ut quid molesti estis huic mulieris sine causa molestia est. A uestra iniquitate procedit, non ab earentem ipsa bonum opus operata est in me. Bonum ad finem, bonum in fine omnium bono, scilicet Christo, bonum ex intentione, bonum ex re, bonum ex significatione, bonum ex exemplo, bonum ex congruo, bonum ex iusto. Et si pauperum occasione, seu ex prodigalitate indignatio & molestia nata est contra Mariam, etiam pauperes semper in mundo sunt futuri, quibus poteritis impendere re agere: me autem non semper habebitis, factum pro omnibus pauperem. Quo etiam declaratum est, Christum illo tunc & in posterum corpora libere sibi uelle seruire, non delectatus mente obsequio illo, sed miseratus obsequeres, ut ex hoc praerogaretur materia miserandi. Et si deo aeterno ab exordio conditionis humanae facta sunt & exhibita corporalia & uisibilia sacrificia, quae accepit in Abel, reprobaui in Cain, acceptaui in Noe, in Abraam & Iacob, & in omni Israelitico populo secundum datam legem exhibita, & in Iob: cur posteaquam incarnatus est, & corporaliter nobis seruiuit, factus homo pro nobis, quare non ei etiam corpora liter obsequamur? Et si templum ei constructum est cum auro & argento, & cum rebus plurimis utique preciosis, nondum caro facta, quae obrem sibi assumentis corpus, templa corporalia non constituantur? Quanquam si Stephanus increpans Iudaeos, dicit: Sed non excelsus in manufactis habitet, tamen ad augendam firmamentumque ex exterioribus obsequijs & diuinis cultibus fidem, ad sustentandam deuotionem, ad honestam exercitationem corporum, ad honorandum deum in creaturis quas creauit, quas ad usum humanum contulit, propter quas etiam derelictus est, iure sibi corporalia obsequia exhibentur, & manufacta magna templa & monasteria construuntur, & circa sacramentum corporis eius, & in templis & in altaribus tota praeparantur, siue naturalia, siue artificialia, siue corporalia, siue quaecumque aliquam proprietatem insignem seu preciositatem habentia. Ne mini quocumque iure uel causa melius dicantur, quam omnium conditori & redemptori humani generis Christo, non uti in talibus delectatus seu indignus uelut & accipiat, sed ut fidem hominum ex exhibitione rerum magnarum per amorem, in abdicatione ipsarum per contemptum amplius probet, acceptet & muneret. Sed nec pauperibus pauperes commutentur, ut dum expectatur dignus, accipiat quod indignus, & dignus & magis indignus insubueniens praeterat. Haec est enim iustitia tri-

buenda pauperibus, ut si adest pauper ceruus & notus, accipiat nec ipso dimisso uacuo, expectetur ignotus. Conseruat autem ipsa iustitia, eximia suppetente copia, & pro ignotis. Tuius Iesus mulierem, etiam laudat, quia fecit quod habuit & potuit. Et praedixit suam sepulturam, dum iussit illam permitti, ut ad sepulchrum residuum reseruaret, ac si tota libra tunc non esset effusa. Et siue mulier haec Iesu mortem & sepulchrum cognouisset esse uicinam, siue ignoraret, Iesus tamen ministerium unctionis in prophetiam uertit, dicens: Mittens enim haec mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. J. Ac si diceret: Sic faciendo, me moriturum & sepeliendum praedixit. Quoniam ex Iudaeorum more praerungebantur corpora humandorum. Et praesciens Iesus quod quae rendus erat in sepulchro ad uentum, sed nec inueniendus, illam asserit praenuisse, sciam seu ignaram mysterij: quoniam multa spiritu & magna prouidentia dei sunt, quae ab ipsis auroribus ignoratur, quae terminantur in finem seu significationem. Imposuit etiam Iesus nomen in hac coena doctrinae sanctae suae, ut euangelium diceretur. Et praedixit ubique praedicandum. post spiritus sancti aduentum, dum commemorat hoc unctionis officium Magdalenae, dicens:

Matt. 26
Mar. 14
Amē dico uobis, ubicumque praedicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo, dicetur & narrabitur quod hoc fecit in memoriam eius.

Sicut Iesus intelligi uoluit, hoc sic intelligamus, quod hanc unctionem haec mulier fecerit in memoriam eius, scilicet sepulturae, uel eius scilicet mulieris ungentis. Omnia quae Christus gessit & passus est ex forma seruili, concludit & ultimum est sepultura. Cuncta quae sequuntur, praeter ignominiam sunt, & ut gloriosus & potenter fecit, etiam cum post resurrectionem comedit. Ad quam sepulchrum seruandum erat unguentum, scilicet de illa libra iustitiae duodecim articuloꝝ, ut aliquo modo ab anima & a carne non crederetur separata diuinitas, quanuis in illo tunc carnis & animae fuerit soluta coniunctio, ut etiam in sepultura nihil dematur de libra, quin omnia de unigenito dei filio, pro nobis humanato, mortuo & sepulto, recta & inconcussa inhaeriter in iustitia fidei teneantur. Et dum conuertatur,

Cognouit ergo turba multa ex Iudaeis, quia illic esset. Et uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut & Lazarum uiderent, quem suscitauit a mortuis.

Turba Hierosolymorum & regionis illius, cognouit Iudaeam corporali praesentia recepisse Iesum, & quodam nouo uisenda animo uenit, quia deliquerat post inferendam sibi mortis consiliū. Quia Lazari reuocauerat a sepul-

chito, propter resuscitatum à mortuis magis venerant, quam propter autorem uitæ, destruentem mortis. Curiositas plus, quam uirtus in eorum animis infidebat. Habet hoc proprium humanæ mentis fragilitas, quod per amplius nouitibus quæ summis ueritatibus delectat, donec spiritus sancto adiura, in altiora capessenda se tollat. Puerile negotium est, plus de lectari opere quam arte, artificio quam artifice. Quod si sic exigit usus utilitatis, aliter suadet ordo rationis. Potior est enim omni causa ratio sua uerior causa, & potentia omni effectu suo præstantior. Quæ igitur hæc dementia turbat? Quæ inertia intellectus, ut plus pöderis existimarent uisere Lazarum abductum à mortis imperio, quæ Iesum, qui mortem subiecta in contradietate possidet, ut inferat & auferat prout uult, & ad mere & conferre uitæ solus possideat potestatem?

De interrogatione Iesu facta discipulis, quid inter homines & ab eis de filio hominis diceretur, secundum Mattheum, Marcum, & Lucam. Caput XXXV.

Nouerat Iesus omnium corda. Perspicuum erat ei, quid de ipso apud quemlibet crederetur, ideo non ut ignarus interrogat, sed que rit confessionem uerbotenam, ut doceat si erratum, ut laudet rectum, & iustum disponat ad præmium. Et hic potissimum agebat cura, ut fides de ipso quis & qualis esset, quo sine ageret & doceret, in cordibus hominum infunderetur.

Mat. 16. Hinc uenit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?

Cæsarea ciuitas erat, quæ mutato priori uocabulo, in honorem Cæsaris sic appellata est, quæ sub principatu Philippi prioris Herodis filij constituta erat. In cuius regionem Christus cum discipulis per castella & ciuitates prædicans incedebat. Vbi cum uaria de Iesu opinio ferretur, ipse suos discipulos quid audiât, interrogat. Et modus interrogationis posset dubium facere, cum uidet interrogare de alio potius quam de seipso, & de filio puri hominis, non de dei filio. Sed mos est scribendi, & de ipso non uulgabatur fama in populo sicut de dei filio, sed sicut de homine puro. uenit, ut in uirtutibus & miraculis & moribus à cæteris hominibus plus haberet. Idcirco discipulos suos iuxta famam uulgatam interrogat. Secundum uero Marcum & Lucam, explicitè de seipso quæ fuit, dicens:

Marc. 8. Quod Marcus in uia dicit interrogationem factam, Lucas uero, quod cum esset solus orans, & discipuli eius cum

eo, interrogauit illos, In non contrarietatem habebat: quoniam dicitur, cessit in aliquam partem, prout solitus erat, Iesus orationi operam dare, & orauit ut homo, pro his quæ agebat, ut debito sine clauderent, & pro assumpto mysterio ad perficiendum. Et interrogauit oratione facta discipulos de seipso. Cui sic responsio data est:

At illi dixerunt: Alij Iohannem Baptistam,

Præmortuus erat Iohannes, sed quasi crederetur à pluribus quod resurrexisset à mortuis, sicut etiam credidit alienigena Herodes, qui eum obruncari fecit, seu quod uirtutes Iohannis operarentur in eo. Alij Eliam. Insignis propheta in signis & portentis & prodigijs Elias extiterat, cuius memoria succedanea relatione & custodia scriptura de ipso, uigebat in populo: quam obrem plurimi crediderunt ipsum non resuscitatum, quia non mortuum, sed de loco ad quem raptus curru igneo extiterat, iterum fuisse præstitum populo Israeli, aut spiritum eius dupliciter requieuisse in ipso Iesu, sicut in ipso Eliseo requieuit.

Alij Ieremiam.

Nondum propter sanctificationem in uero, quæ nec nota multis, maxime rudibus & plebeijs, sed propter utilitatem loci Anathot, in quo natus est, ut Christus in Bethleem. Et propter rusticum sermonem, quoniam & Iesus non curauit uerba exarata & exacta præferre, sed uerba & uera. Et propter iuuentutem: nam & Ieremias prophetare puer osus est: & propter conuersiones, ut & ipse ad Ierusalem, aliqui autem tumabant esse Ieremiam.

Aut unum ex prophetis.

Scilicet resuscitatum ex mortuis, aut spiritum unius eorum præmortuorum habere, ob quem tali opinione ferebantur in eum. Sed auditis opinionibus uarijs relatu, quas ipse spiritu sciebat, ut astruat fidem & confundat errorem, iterum eos quid ipsi credant, interrogat dicens:

Vos autem quem me esse dicitis?

Quid sibi ultra uult harum interrogationum uarietas, quem ipse dicunt homines, & uos quem me dicitis, ac si discipuli eius, homines non fuissent? Erant propterea homines natura, sicut cæteri, sed gratia eos supra naturam effecerat, ut aliquid insignis cognitionis ab alijs hominibus præhaberent. Conuersari enim erant cum Christo, doctrina eius imbuiti, quæ hominem supra alios homines facit. Ac per hoc perspicuum est & inhaerabile credimen, homines natura per gratiam supra naturam in hac uita posse constitui, & hominem posse per uirtutem infusam & acquisitam, naturalem duntaxat hominem superare: quam obrem ut

secreti ab alijs, interrogantur discipuli, ut alius intelligentes, proferant quid à Christo in fide de seipso didicerunt.

Cui respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius dei uiui.

Delatum est à coepostolis Simoni, ut ipse pro seipso & pro cæteris responderet. Ipse uero in fide & amore feruentior, anticipauit omnes, dicens: Quid cæteri homines de te sentiant, non mihi curæ sit: quid mei complices in mente habeant, ore fateatur: quid à te didici, quid de re infusum accepi, quare omnia dereliqui, te solum animo corporeque secutus, hoc est, quia tu es Christus filius dei uiui, tu es Messias promissus in lege, tu expectatus à populo sancto dei, à populo Israeli, tu quidem Messias, non tantum homo factus, seu ex homine propagatus homo, sed filius dei uiui, pro hominibus factus homo, Hebraicè facta fuit interrogatio, hebraicè data responsio, sed scriptura grecicè habet, lainitas unctum dicit. Vt sic tota ista confessio capiatur. Tu es unctus ut homo, non in temporale, sed in regnum æternum. Reges quidem semper ungebantur in ueteri testamento. Sed tu unctus non oleo delato in cornu, sed oleo lætitiæ, oleo gratiæ spiritus sancti. Et tu unctus in sacerdotem & pontificem magnum, ad offerendam hostiam uiuam pro omnibus salutarè. Filius tu es ueri, uiui, & æterni dei, humanitatem seu humanam naturam assumens in tempore, degens in terris, carne uelatus, in qua causam agis dånati hominis uel humani generis. Hæc confessio nil superfluum, nil diminutum habet: de deo non minus quæ sit, de homine non amplius quam debuerit, prompsit. Cui confessioni omnes pariter consenserunt, etiam Iudas, quanuis in posterum ex seipso extiterit de prauatus. Verum quia hæc confessio non fuit humanæ uirtutis, non modici premissi, idcirco adiectum est:

Respondens autem Iesus, dixit eis: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus quæ in cælis.

Beatum esse Simonem spe futuro: æternorumque honorum, Iesus ore suo pronunciat, beatitudinis causam adijciens, quæ hanc protologia quam ore fallus est, non humano, sed diuino didicerit documento. Remouent à protologia huiusmodi caro & sanguis: quoniam quid nequius, quam quod excogitauit caro & sanguis? Et qui uerè credunt, non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Et caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Introducitur doctor æternus, qui cum uoluerit, nulla interposita mora docet, sed deus pater, qui solus ueræ & infallibilem de suo æterno filio cognitionem habet. Quis enim ueris ab æterno genito, quæ æternè illi generans, scientiã dabit: igitur qui uult scire filium, adeat

patrem: & qui patris notitiam querit, à filio capiatur. Vnum reuelatum perfectius ex altero innotescit. Beatus ergo Simon, qui existens in terris, de cælis doctor accepit, non angelum, non hominem, sed utique deum patrem, cuius propria filius gratias egit, dicens: Confitetur tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, de quorum numero Simon erat, cui pater suum æternum & unigenitum filium reuelauit. Ecce unus piscator plebeius qualem reuelationem accepit à deo, ut sacramentum absconditum sibi reuelaret. Quoniam ipse est qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Profundum erat & inperscrutabile diuinæ incarnationis mysterium, quantum ad factum, ad causam, ad modum. Et tenebris humanæ ignorantie atque incomprehensibilitatis suæ tegebatur. Et Simoni reuelatum est. Et ipse idem erat umbra mortis, sub qua umbra oportebat quiescere iam mortuos & morituros, quam deus pater in lucem nostræ notitiæ deduxit. Et per excessum uir sapiens supra sensum hominum inquirebat: Radix sapientie cui reuelata est: Disciplina sapientie cui reuelata est & manifestata? Multiplicationem gressus eius quis intellexit? Radix & disciplina sapientie, Christus est filius dei: qui unctus in unitate paternæ substantie, multiplex in effectibus est. Cuius, per reuelationem paternam, Petrus accepit notitiam. In eadem admiratione Isaias erat, inquit: Et brachium domini cui reuelatum est? Sed deus pater est, qui reuelauit mysteria prophetis suis miris modis, & Petro, ut suum æternum filium in tempore humanatum, in carne uelatum agnosceret, oreque confiteretur, & in tam alta confessione fundamenta futuræ ecclesiæ iacerent. Sicque à Christo fatum est:

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Conspectentur alta mente fideles orthodoxæ ecclesiæ fundamenta, uideant & contemplantur in quo ipsi fundati sunt. Nulla domus est, quæ non habeat sua fundamenta deorsum, sursumque tendunt parietes, desuper tacta ponuntur. Et ipsa terra ubi sunt ædes magnæ, structuræ altæ fundatæ, pro fundamento subiecta habet aquam, iuxta Davidicum carmen: Qui fundauit terram super aquas, quantumquam aqua sit leuius elementum, terræ iure naturæ prælatum. Sola ecclesia, sua fundamenta sursum habet. De cælis est reuelatio, de cælis est confessio: cælestis est fundator, cælestis est fundamentum. Et propter cælestia capessenda, huiusmodi fundatio facta est. Quod homines sumus, terrenum fundamentum habemus, quoniam ex Adam terreno carnis propagatione traducimur. Quod

uero fideles sumus, super caelestia fundamur, non super Petrum, sed supra petram Christum unigenitum dei filium, ore suo ex confessione uerae fidei reuelatione patris aeterni deprom-

ptam. Petra autem erat Christus. Igitur ex ter-

reno terreni, ex caelesti caelestes. Sicq; Aposto-

lus admonet: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. Et decus nostrum quod supra naturam & humanitatem nostram caelesti splendore refulget, honestis affectibus, uita & moribus custodiamus, uenemur & tenemus. Et quoniam caeleste est ecclesiae fundamentum, nemo praesumat asserere, quempiam quantalibet sanctitate fulgentem, illam sustentamento fulcire, neq; illam uirtute consistere parietum, qui ex ueris fidelibus

tanquam ex uiuis lapidibus construunt. Quoniam fundamentum aliud nemo ponere potest praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, cuius sola uirtute ecclesia ipsa in soliditate consistit, non Petrus, non Paulus, non alius apostolus, neq; aliquis sanctus, non uirgo mater, non baptista, non angelus fundamentum est, aut ipsam solidam stabilemque facit. Et si fundamentum iactum est, non arte humana, sed potestate diuina, oportet ad aedificandum opus impendatur. Quotquot enim alibi & super alios quoscunq; aedificare nituntur, cum aedificijs pariter corruent. Hinc Apostolus ait: Si quis autem super aedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, fenum, stipulam: unusquisq; opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et unusquisq; opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod super aedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimetum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Multa hic ad aedificandum supra caeleste fundamentum parata est occasio differendi, sed qui capaces sunt, assiduitate studij elaborent. Nec potest inferri altissimo caelo expugnans bellum, neq; ista inferiora seu ima infernalibus possunt arietate fundamenta caelestia. Proinde saluator adiecit:

Et portae inferi non preualebunt aduersus eam. Soliditatem suam omnem in Christo habet ecclesia, quo aduersus cuncta contraria & aduersantia secunda consistit, contra quam portae inferi praualere non possunt. Portae quidem inferi sunt omnia uitia, omnes male hominum uoluntates, ex quibus haereses sunt & documenta nequissima, & aduersitates & tribulationes & bella, & cuncta quae aduersari deo, ueritati & uirtutibus satagunt. Non enim inferi alias portas habent, nisi uitia & peccata, & malas hominum uoluntates. Quae si non praualent, ut deceptione, dolo, fraude, & si infernales & truces illam opprimere impugnando non possunt, auellere a pariete, ne sit super fundamen-

tum, unusquisq; potest, aut non uenire in aedificium parietum: si non uenit, semper soliditate ecclesiae in suo fundamento manente. Virtus quidem ecclesiae, quibuscunq; arietantibus malis, quibuscunq; negantibus fidem eius, seu malis moribus regione agentibus, & quacumq; infidelitate durante, semper simpla manet, eodem modo se habet, inuincibilis ab hostibus, insuperabilis a fallacibus, inobliquabilis a erroribus, secunda inter minas, inter pressuras si datur: inter tormenta, pericula, aduersitates, demouit astutias semper inuicta, & in morte suorum amplius uiua.

De collatione clauium facta Petro, secundum Mattheum solum. Caput XXXVI.

NE frustra uideretur dictum, quod portae inferi contra ecclesiam praualere non possent, autoritatis magnae collatio facta eadem ab inferis animas, ad inferendas illas in caelum, & ad detrudendum eas quae in terra ligantur, in damnationis barathrum. Et tibi dabo clauis regni caelorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. Et quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis.

Clauicularius caeli factus est Petrus, ea uirtute, qua de Christo uera confessus est. Et data sunt ei uincula, id est, catenae ad ligandum compe-deri & ligari dignos, nec non & omnia argumenta soluendi eos, qui se solutioni per ueritatem dederunt. Clauis officium est, aperire seu claudere. Solutionis potestas ad apertionem, ligationis uero pertinet ad clausuram. Sed cui clauduntur superiora, inferiora patent. Et suscipit barathrum, quae non suscipit caelum. Non tamen super eos qui adulti non sunt, neq; aliquid egerunt criminis & peccati, nondum capaces uirtutis & uitij, clauis autoritatis officium habent: sed duntaxat super eos, qui actualiter in uirtutibus uel uitij extiterunt. Quoniam non adultus, si decesserit non lotus aqua baptismatis, damnatur: non potestate clauium seu officio ligationis, sed contractione maculae originalis. Et si baptizatus antequam actu iudicio rationis aliquid egerit, non caelum ingreditur, quia Petrus cum soluit, sed merito ecclesiasticae fidei, in qua immerus est aquis. Nec clauis datae sunt pro his qui ueram innocentiam seruauerunt, sed pro his qui peccauerunt, siue semper auerfis, seu in ueritate conuersis. Quem ergo ligabit autoritas Petri? Eum qui non deliquit. Quem absoluet? Eum qui nullis peccatorum uinculis ligatus est. Quem ligabit? Libere a peccatis. Quem soluet? Eum, qui ratione incapacitatis uirtutis & uitij, peccare non potuit. Perpicuum est enim, quod contra portas inferi, ut non praualeat aduersum fidem & ecclesiam, datae sunt clauis, & aduer-

sus actualia mala, ut per impoenitentiam condemnentur, aut per poenitentiam absoluantur auctores.

De praepcepto dato discipulis a Iesu, ne dicerent ipsum esse Christum, & de oportunitate suae passionis, secundum Mattheum, Marcum, & Lucam. Cap. XXXVII.

Quoniam Christus sciret corda discipulorum & fidei, antequam quaereret, tamen ab eis oretena confessione suscepta in ea ueritate fidei, prout ipse uerus Christus filius dei erat, ex certo mysterio secretum iubet teneri ab eis.

Tunc increpans illos, praepcepit & cominatus est discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus.

Mat. 16. Marc. 8. Luc. 9.

Mira iustitia, si is qui uenerat cognosci & credi, hoc quidem agebat, & ex hoc discipulabat, & protologicum quantum fas erat, disputabat cum Iudaeis, scribis & pharisaeis, ut Iesus Christus esse dei filius crederet, & palam fallus est mulieri Samaritanam, quod ipse uerus Messias erat, remittebat ad considerationem operum suorum, quae in sui patris nomine faciebat, asseruit aperte se unum esse cum patre: nunc quidem cognitus a discipulis suis, eis ne ipsum praedicerent, interdicit. Et increpat eos laetos de cognitione atq; confessione, uelut audios ad pandendum illud secretum, quod patre reuelante cognouerant. Praepcepit uelut subditis, & ut temerarijs comminatur, ne temeritate praesumant in ueritatem. Sed mirabilior est causa quam subijcit, ne hoc ab eis alicui nosci reueleetur. Non enim uolebat Iesus occultari, qui euestigio quod uoluit nasci, uoluit agnosci, nouae signo stellae dato ut cognosceretur. Et ad hoc apostolos & discipulos elegerat, qui cum in uniuerso mundo praedicerent. Erat autem tunc proximus passio, quando ista gesta sunt, & eodem anno crucifixus est. Nolebat quidem ut fide praestita, eius passio & amoris impediret, propterea causam oportunitatis suae mortis & passionis apposuit. Nam

Mat. 16.

Exinde cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati, & reprobari a senioribus & a summis sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere.

Liquet quam obrem taceri mandauerit, ut oportunitas non sua, sed generis humani compleretur. Nec eum sic ista tollerare oportuit, ut aliter esse non posset, cum sibi nulla fuerit diminuta necessitas, sed quia nos urgebat non aliter, nisi taliter, futura utilitas. Sicq; praefinitum erat, ut nisi ipse pateretur, nobis a passionibus nulla posset esse libertas: neq; approbaremur a patre, nisi prius ipse reprobareretur ab homine. Nec nobis praeterquam de morte ipsius, uita

potuisset oriri: nec surgere in gloriam, nisi prius ipse resurgeret. Sic & Apostolus inquit: Christus resurrexit a mortuis primitus dormientium.

1. Cor. 15.

Et palam uerbum loquebatur, ut scilicet de his quae passurus erat, ne discipuli crederent quod improuise ab ipso sibi passio inferret. Non enim minus solidauit apostolorum fidem, quod ita praescius & uoluntarius cum uitate potuisset, ad passionem accessit, quam quod post mortem resurrexit ab inferis. Nam ut reperit est in authenticis apostolorum historijs, cum peragrando praedicerent & sisterentur coram regibus & praedictibus mundi, ob obiectionem crucis & mortis factam in contemptum Iesu ab eis: hoc ipsi potissimum obijciebant, quod non ignarus, sed praescius: non improuide, sed praecognitum: non inuitus, sed uoluntarius: non ut deuitare nequies, sed potens: non timens, sed audens: non pauidus, sed securus: terrenus, non territus: praeueniens, non praeventus, ad lo cum passionis accessit: proditorem sciuit, se permisi ligari, duci, flagellari, caedi, sententiarum, & crucifigi, & potestatiue animam, non uiolentia, emisit a corpore.

De aduersatione Petri ad passionem Christi, secundum Mattheum & Marcum. Caput XXXVIII.

Relabebatur Petrus in ima sua, nec ab humilitate liber erat, qui post tam altam confessionem & ueram, in foueam haestationis incidit. Responderat iam interroganti Iesu, quod ipse erat Christus filius dei uiui: nunc uero audiens passionem, reprobationem & mortem, haestauit fore, ac si non ipse quem dixerat esset, non confortatus in uerbo, quod de resurrectione post tres dies adnexit, sed ad eum feruenti amore contractus, nec separationem patiebatur ad horam. Proinde ad passionem Christi se obijcem dedit, ut potuisset.

Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit a te domine, non tibi erit hoc.

Mat. 16. Mar. 8.

Nimietas pietatis, saepe excusat errorem: & amorem nimium prope sensum, mentis innocentia interdum purgat a crimine. Ecce Petrus amator ardentiorem in Iesum, increpat ipsum ne pati uelit & mori. An amor exagitabat eum, ut seorsum ab alijs assumeret Christum, increparet dulciter, ne amare pateretur? An mente suffundebatur dubio seu opprobrio, ut filius dei pateretur & moretetur ut homo? An haestauit, an forsitan primo sibi aduersus, aduersabatur Christo, nesciens quidem quod si Christus non moretetur, ipse non saluaretur? Quae est ista praesumptio discipuli in magistrum? Quae temeritas hominis in dei filium? Quae audacia serui in dominum suum, ut tam assertiue dicat:

Abfit à te domine, non erit tibi hoc: Non amplius impingamus in Petrum, audiamus super eum iudiciū saluatoris, qui plus diligebat Petrum, quam Petrus diligeret semetipsum: & in omnibus amplius diligit, quam diligi possit aut diligatur Iesus:

Ibidem.

Qui conuersus & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro post me satana. Scandalum mihi es, quia nō sapiſ quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hoīm.

In ſecrerum traxerat eum Petrus, confidēs & diligens, et quanquam ex amore præſumēs, uerebatur per omnia ſuum dominum & magiſtrum. Vnde conuerſus Ieſus, uidit diſcipulos, à quibus ex colloquio Petri fuerat auerſus. Et uidens eos, comminatur Petro ſub determinata pœna, niſi reſiſcat. Et remittit eum retro, qui eum increpando & cōſulendo præceſſerat. Errat ignarus itineris, ſi præit ductorē ignauū: & ſciolus & ignarus, ſi uelit præſentem ſcientem. Ieſus nouerat quid agendum Petro in ſequela erāt, non in ducatur: in addiſcendo, nō in cōſulendo. Si uerō proſeuehatur ne fieret dictum Ieſu, alienus à uero erāt. Neſciebat quid oraret, merito retro remittit, ut ſit in poſteriori parte Ieſu. Quod ſatanas appellatus eſt, non in diabolicitatem traſſicendum eſt. Nam ſatanas, omnis qui aduerſat aliquid uoluntati & facili actioni, dictus eſt. Scandalū erat Chriſto Petrus in eo quod dixerat, quia offentionem accepit. Obſtat enim conſilium & increpatione eius paternæ uolūtatī, æternæ prædeſtinationi, utilitati humani generis, charitati eius urgenti eum, ut pro ſalute hominum cito moreretur. Semper enim amans ſeruentior offendiſi, ſi aduerſum quid habet actio ad dilectum. Subinfertur autem apertius cauſa, qua dicto Petri Chriſtus offendebat: Quia non ſapiſ quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominū. Conſilium dei ab æterno erāt, ut ſic in aſſumpta carne ipſius filius pro ſalute hominum paceretur atq; moreretur, & tertia die reſurgeret. Neq; omnipotentis ſuæ aliquid obſtat aut deperit, qui omnia ex nihilo fecit, ſicq; ilico poteſt reintegrare ſoluta. Hominum uerō ſtudium & ſapientia eſt, corporis uitæ moleſtias, aſperum ſenſum eſſugere, quæ mūdi ſunt quæ rere, in delectationibus fieri, non diſſociari à charis, plus declinare triſte quam turpe: a ueris potius à præſentibus & tranſitorijs malis, quam gremijs bonis inhiare futuris: aut delectari modica re, quam ſpe meliorum illam dimittere. Iſta quidem & ſimilia hominum ſunt, & non dei. Ac pro hoc unuſquiſq; ſano ſenſu animaduertat, quoniam non tantum in actione neq; offenditur Chriſtus, ſed cum mente ſolum humana & terrena ſapimus, & non dei. Nā gloria in conſulione eorum qui terrena ſapunt.

Refugit eos Chriſtus, & in ſuos ſatanicos habet, non illos duntaxat quos nouerit perpetrare agere, ſed & quos ſapere humanè cognouerit, & ab humanis ad diuina, & ab imis ad altiora mentis intelligentiam non attollunt. Quam igitur humanè & non diuinè ſapiebat Petrus, ſi Chriſtum uolebat ſe uiuere in humanis, nondum uerè contemplatus dei prouidentiam, qui per crucem & mortem ex complemento iuſtitie, diſpoſuerat puidere hominibus in diuinis?

De ſequela Chriſti per crucem, & perditione animæ in uia pro patria, ſecundum Matthæum, Marcum, & Lucam. Caput XXXIX.

Eodem animo eſſe cognouit apoſtolos ceteros, quo & Petrus erat. Nondum erant in altiora ſubuecti, ut metus paſſiōis eſſet ſecluſus, & amor quo dammodo humanus ad Chriſtum eſſet ab altera uirtute ſuperatus. Et ſi turbæ quæ ſequebantur, erudiendæ in ueritate ſi dei erant, ne forte notarent ſequela Chriſti corporis ſeu ſenſuale delectationē habere. At ubi paſſionem ſuā oportunam eſſe prædixerat, & uelut ad hoc ſatanam reſpreſerat Petrum, prodiit ſequelam poſt ſe fiendam, & modum aperit, ſi aliquis eum in ſpiritu dei factus ſequi decreuerit.

Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si quis uult poſt me uenire & ſequi, abneget & deneger ſemetipſum, & tollat crucē ſuā quotidie, & ſequatur me.

Iterum reincepatur Petrus, & omnes qui uolunt præire Ieſum, ſeu ſibi humanè conſidere. Et diſcipulis atq; turbis dāt una doctrina de eundo poſt Chriſtum. Non ergo itur poſt Ieſum in humana ſapientia, quæ mors eſt, iuxta quam Petrus ſatanizās Chriſto ad paſſionem ſapiebat. Proinde qui uult poſt eum ire, propriam uoluntatem, ſapientiam carnis, humanum ſapere omnino deponat, & non delectato ſenſu & opulento incedat, ſed accipiat crucem ſuam, non ſemel, ſed quotidie. Quoniam gladius crucis deciſiuus à mundo, ſemper euaginatus tenendus eſt, cum omni die mundus ſe offerat cum delectationibus ſuis, & caro in ceſſanter ſpiritum impugnet, unde ſemper recidere oportet importunitatem importuna offerentis, & carnem reprimere ne ſpiritu noſtro præualeat. Poſt ſunt arma deponi, cum obtruncatus eſt hoſtis, cum deuictus, cum fugatus ſiue ſubactus eſt, cum ſecuritatē dederit, aut cum animo pacato quieuerit: cū uerō non dormit niſi ſupplantet, & ſemper renouatartē inertibus, noua inuenit arma belli: qui eſt hrenari, nō captiuari, ſi fugari, nō exterminari, ſi cōſtigari, nō tñ occidi poteſt, igit tollēda q̄t die crux eſt cōtra cuncta nobis aduerſantia ad

ſalutem, & ſatagētia demergere in infernum. Nec quieſcendum per diem, ſi quotidie cōtra nos hoſtiliter hoſtis inuigilat. Tollēda eſt ad proſectum, ut affectu, uita, moribus, theoria, actu ſequamur Chriſtū. Accipit ipſe ſuā crucē, ſuo mirabili & laudabili modo: accipiamus & nos noſtrā pro modulo noſtro. Neminē delictū, honoribus mundi ſultum, circumdatum famulorum turba, pomparicē incedētem, terrena ſapientia tumidum, diuitijs floridū ſequentes: ſed Ieſum pauperem, humilē, cōtempſitū, deniq; innocenter pro nobis crucifixū & mortuum, qui ea uia qua ipſe inceſſerit, ſtatuit ſuos ſequaces in gloriam peruenire. Eſt autem crux tollēda, non illud patibulum ligneum, nec illa lignorum ſtrues, niſi quis ineuicibiliter articularetur aut negare fidem, aut ſuſcipere materiam crucem: ſed tota uita hoīs in uita Chriſti diſciplinata, & à mundo uilitate & pœnalitate acta, & animo gaudere, cū ab extrā mortis agitatur. Verum quia euangelium oēs includit & recipit ad ſe uenire uolentes, crux omnibus tollēda communiter & inexcusate poſſibilis, eſt omnis affectio, intelligentia, uita, mos & actio, quibus euangelium non cōtradicat, ſed atteſtatur & aſſentit, & probat & recipit. Liguētius autē, quid ſit ipſa crux quæ tolli iubet, uerba ſaluatoris ſubiecta declarant:

Qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit eam propter me & euangelium, ſaluam faciet eam.

Ecce crucis morale myſteriū: animam in hoc, ut in alio ſaluam fiat, perdere. Et pollicitatio conditionalis appoſita eſt in tollendo crucem: qm̄ qui perdit animam ſuam, qui renunciat concupiſcentijs huius mundi, non alia intentione uel cauſa, ſed propter Ieſum & propter euangelium eius in fide receptum, propter credibilia neceſſarioq; credenda quæ docet, & propter uitanda quæ prohibet, & propter agenda quæ iubet, & propter ſperanda quæ ſub pollicitatione continet, ita tamē, ut hæc credita ſunt in actionem ab utroq; homine deducant, erudentis anima ſaluam erit hæc agētis. Et quia horrendū eſt rationi & ſenſui, pœnas æternas incidere, ipſarum auida deuotione accipere crucem coartat, quæ abdicatio eſt mundi.

Quid em̄ prodeſt homini, ſi uniuerſum ſeu totum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentū patiatur, & ſeipſum perdat? Aut quam commutationem dabit homo pro anima ſua?

Quid aliud inuenire homines ſatagunt, quod aliud documentum inquirunt, quorum exempla uenantur ad mundi cōtempſum, ad

deſpectum temporalium & perſonarum rerum, ad ſubuectum agones quoſcunq; propoſitos, q̄ hęc ſententiā ſaluatoris: Quid cum cōtāntur, quid hæſitant de pœnis æternis, cum animarum audiunt detrimentum pro uniuerſo mundo non eſſe ferēdum? Quoniam ſi temporale duntaxat eſſet animę detrimentū, non immeritō poſſet ex electione queri & acquiri, deſiderari & obtineri totius mundi etiam ad tempus quietæ poſſeſſio, & ſingularē in illo uēdicare dominatum. Et ſi creditur euangelium, & q̄ Ieſus iſta docuerit, qui ueritas inſallibilis eſt & uerbum dei patris, quid prodeſt hominī totius mūdi poſſeſſio, quid perſonalis proſperitas, quid quintupartita ſenſuum delectatio corporalis, quid uxor & filij ad uotū, quid nobilitas generis, quid antiq̄a proſapia, quid ſuper ceteros dominatus, quid aſſiſtentiæ procerum, quid obedientia populī, quid pompa famuloꝝ, eſtibilium & utenſilium, & ſi qua tanta conflant in unum, poſſentq; prouenire ad unum pro uelle ſuo, in tēpore ſuo poſſent utilitates afferre: ſi tandē ſeparatione facta uerūſq; ſubſtantia, detrimentum æternæ diuiſionis à deo, incluſionis cum tetrīs anima pateretur, imō in utraque ſubſtantia totus homo perdatur in æternum?

Nulla quidem eſt digna compēſatio in cauſa mali ex abdicatione corruptibilium, in actione bonorum, ut in æternū anima ſaluam fiat. Tollatur igitur iuſta crux, quæ mundo hominem, & hominī mundum crucifigit: quoniam nulla commutatio rerum uisibilium pro anima dari poteſt, æquo libramine ualens. Veſ, quia ſæpe contingit q̄ huiusmodi & taliter crucem tollere, ſequiq; Ieſum, erubescētia quædam humana prohibeat, ob quā plurimi non accipiunt, mulci uerō acceptam deponunt, idcirco contra hoc terribilem comminationem adiecit, dicens:

Nā qui me erubuerit & ſermones meos in generatiōe iſta adultera & peccatrice, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate ſua & patris & ſanctorum angelorum.

In dubium non uertatur, quin erubescēs Chriſtum conſiteri, eiusq; audire atq; in moribus ſeruare ſermones, inter iſta generationem Iudæorum, quæ adultera eſt in fide & in lege, & mœchata in aliquibus, in lapide & in ligno, ut alia gentes quæ ignorāt deum, & uarijs maculata peccatis, & profluxa in omni genere uirtutum, ſed accommodata & dilatata ſententiā, ſi quis in quacunq; generatione hominum copulata mundo, pperam agente, arguere alioſq; uirtutem, erubuerit Chriſtum conſiteri & ſequi, & doctrinam eius credere & tenere: eum, bbb iij

cum iudicaturus aduenerit in altitudine & manifestacione suae maiestatis, in unitate paternae substantiae, sultus agminibus angelorum atq; sanctorum, se erubescerent inueniet. Erubescet quidem Christus erubescerentem se, non in passione animi suffuso uultu, sed dedignatione, quia dedignabitur illum qui erubuit. Vtq; magna confusio, cum reprobatio huiusmodi hominis erit cunctis angelis & hominibus manifesta: quoniam in hac uita fama uel infamia, uera uel falsa iusta uel iniusta non potest multum longea lateq; diffundi. Neminem uero angelorum seu demonum, hominum saluatorum suae damnatorum illa futura latebit, ex quacumq; sorte pro uenerit. Et erit hoc obnixi.

Mat. 16. Filius enim hominis uertur est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc redet unicuique secundum opera eius.

¶ Nihil openta forsitan fuisset cominatio facta erubescerentiae propter erubescerentiam, contra eos qui generationi peccatrici & adulterae adhaesissent, aut ueriti fuissent hominem plus q; Christum, nec non & despectui habitus erubescerentiae cum tempore modus, nisi adiecisset omnino ad examen, ad disceptationem, ad ultimam sententiam proferendam, a qua tergieratio nulla erit, a qua iudex appellationis manebit irrequisitus, ipsius sui aduentum. Quam obrem ad confirmandum sententiam, ad terrendum rebelles, ad reuocandum contumaces, ad animandum homines ad agones, dicit q; filius hominis, quae homo infidus aut malefidus, ut filium hominis erubuit coram hominibus, quia sic conceptus, sic natus, sic fugatus, sic conuersatus, sic tentus, sic passus, sic mortuus & sepultus est, ueniet in iam contempta, sed non contempibili forma tunc: quoniam in eo q; filius dei, apparebit in gloria patris, & cum illis & cum pluribus angelis, quorum duodecim legiones in sua captura contemperat habere, operibusq; diligenter examinatis & discussis affectibus, redet unicuique secundum opera sua, bona uel mala, magna uel parua, trutinaturus quidem opera ex affectibus, non ex operibus affectus appendens. Et ut omnino Petri stabiliretur confessio, & paterna reuelatio uera esset, fundatio ecclesiae crederetur, aut non dubitaretur habere solidum fundamentum, & auctoritas data ligandi atq; soluendi remanellaretur, & Petri increpatio ostenderetur fuisse importuna, & uera reuersio Christi, oportunatq; iussio de cruce tollenda, & quod nemo erubescat ob aliquam causam Christum ex animi ueritate, publice uita, moribus, sermonibus confiteri, anteq; discipulorum suorum aliqui morerent, gloria resurrectionis & aeternitatis suae ostentare se repraesentat, dicens:

Mat. 26. Amen dico uobis, sunt quidam de histantibus, qui non gustabunt mortem, do-

nec uideat filium hominis uenire in regno suo.

¶ Ideo saluator hoc pollicitus est, qd & post dies octo perfecit, cum transfiguratus est, & paterna uox audita est, ut supra dicta suis sententis firmarentur. De tribus solis discipulis, scilicet Petro, Iacobo & Iohanne, dicebat, quos se cum assumpturus erat in morte, q; morituri non essent, anteq; uiderent Iesum, dumtaxat filium hominis reputatum, uenientem in regno suo, uidelicet ostendentem in se resurrectionis gloriam, cum uoce paterna delata de caelo, q; esset aeternus dei patris filius, ut confessus fuerat. Si mon Petrus, cuius increpatio cassabatur, quia immortalis est deus, & crux tollenda scandalum non deberet inferre, neq; aliquis in confitendo Iesum erubescerentiam pati, declaratum est ex gloria, ex uoce paterna, q; uis hominem ex assumpto, esse dei filium ex aeterno. Venit ergo in regno suo & in uirtute sua, se pandens quod erat, cum post octo dies transfiguratus est, ostendens assumptum quanta excellencia sublimatum erat.

¶ De iterata praedicatione suae passionis, secundum Matthaeum, Marcum & Lucam. Cap. XL.

Post transfigurationem, post eiectione demonis a lunatico, ne discipuli ex subitacione terreantur, itaq; de sua passione proloquitur.

Et inde profecti, praetergredebantur Galilaeam, nec uolebat quinquam scire.

¶ Saep ob dispensationem & progandam in actionibus, delitescens, formam parauit Iesus.

Conuersantibus autem eis in Galilaea, omnibusq; mirantibus in omnibus quae faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum, & occidat eum, & occisus, tertia die resurget.

¶ Praedicit passionem in Galilaea, quia de proximo ascensus in Ierusalem. Et cum caetera uerba clareat, hoc solum solerit intuentum est, id q; sermones in cordibus proprijs poneret auditores discipuli, ut teneret ita memoriae nulli obliuioni tradendos, ne tempore dum fieret, haesitatio deduceret in errorem, metus in fugam, modica fides in dubitacione exitiale. Quancq; oia q; Christus gessit & docuit in carne pro nobis, semper sint in cordibus praesigenda: passio enim infigenda & cordijs, ex qua nostrae salutis precium est solutum, in qua liquido apparuit, quanta dilectione apud eum ualeamus. Nec non & Iesus recto agendi docendiq; ordine saepe fecit, q; laetis tristitia, tristibus laeta, alta prouidentia suae dispensationis immiscuit.

At illi ignorabat uerbum istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirent illud.

¶ Mirum q; ignorabant, cum & iam priusquam transfiguraretur, se passurum praedixisset.

Atqui animum non fgebant in uerbo, uelut abhorrentes ut intelligere conarentur. Et obiectum erat ab eis ex tempore, ex facto, ex modo, ex causa, ita ut non sentirent in quibus Christus agonibus agebatur, ut uel ne pateret, seu nescirent quid ad ista responderent. Et timebat interrogare eum de hoc uerbo, memores q; asperum Petrum eum increpantem represserat, & resculperat spiritum praesumptiosius eius: nec non & ueriti de tam secreto mysterio interrogare illum, sed se ipsos ad miserorum refugium contulerunt, qm & contristati sunt uehementer. Et si non amplius pro dno quo quocunq; charo dari potest ex consilio uel ex opere munus pro illo impendendum, non deest tristitia ac doloris. Huiusmodi genus muneris omnis homo habet, diues & paup; prosper & miser, posse trivari pro proximo, etia & pro seipso, cum sibi ad suas remouendas molestias alia cuncta desunt.

¶ Quod Iesus omni iure & causa liber existis, tamen regibus mundi didrachma solui iussit ad scandalum deuitandum, secundum Matthaeum solui. Caput XLI.

Secretum, sed non abs re, hoc mysterium est, q; Iesus qui omnes uenerat liberare, cum esset omnium liber, soluendo didrachma regibus seculi, seipsum humiliter subditum fecit. Et pro pmodum aequae censendum, q; tributum soluit, & q; stetit ante praesidem. Scriptum est:

Mat. 17. Et uenerunt Capharnaum. Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt eis: Magister uester non soluit didrachma? Et ait: Etiam.

¶ Erant ibi in Capharnaum censores reip. a senatu & Caesare constituti, qui statutum censum in podere seu insignito numero exigebant, & erat didrachma duplex, scilicet pondus siue moneta. Qui uidentes Iesum sic liberet atq; independenter incedere, cum nullius caput liberum decreto senatus & Caesaris esse deberet a censu, propter famam uero quae ferebatur de Iesu, q; potes in miraculis & in sermonibus foret, maxime in Capharnaui, ubi multa iam signa fecerat, non sunt ei a uoluntate inferre in persona, eo temperamento iuris Romani, q; pro aliquo debito nemo in persona tegeretur, si aliquid erat in rebus: neq; cogere tur ad censum, si notoria erat inopia. Veruntamen adiecit ad Petrum, depresso querulantes q; Iesus eorum magister ad fiscum reipub. didrachma non daret. Sicq; Petrus passus. Et haesitauit Petrus in uerbo, iam paratus, habita commoditate, interrogare Iesum.

Et cum intrasset domum, praenit eum

Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terrae a quibus accipitur tributum uel census? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.

¶ Haec sententia ueritatis, ex his uerbis sumenda est. Deus pater, rex & dominus est uniuersi: summo iure unicum filium habet, in ea libertate constitutum qua pater. Igitur si filij regum mundi, liberi sunt a censu exactiois fiscalium impositarum decreto paternoq; regum: multo magis dei filius liber erit, etiam cum complicibus & sodalibus suis. Nam & regum filij quos elegerunt socios, saepe fecerunt exemptos, ut etiam discipuli sodales aeterni regis filij excimantur a censu.

Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

¶ In magnam considerationem immittuntur huius rei gestae lectores, etiam & auditores, quod subiuciendo causam ne inferret scandalum, iussit dari tributum, cum ipse esset rex regum & dominus dominantium, & penes ipsum sint omnia iura regnorum. Et primo magnum arcanum offertur ad contemplandum, quoniam am omne mysterium nostrae redemptionis comprehensum est.

Mare est praesens seculum, ex omniuerso flantibus uentis undosum, magnum & spatiosum, ubi tor sunt reptilia, quorum non est numerus, ubi sunt animalia pusilla cum magnis, ubi sunt naues negociationum onerariae & rostratae, ubi sunt in perturbationibus, & nutabunda similiter & callabunda.

Piscis, ipse Christus inter undas & procellas huius maris euectus & concussus.

Hamus quo captus est, amor est. Sic enim capitur & tenetur.

Stater inuentus, precium sanguinis domini est, qui ore suo promissus fuit effundi, cum ait: Hic sanguis meus qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Daturq; sanguinis precium pro Christo ex paterna obedientia, qua missus erat effundere, & pro Petro, scilicet pro omni congregatione fidelium, in redemptionem a poenis, in remissionem peccatorum, in adeptionem gloriae. Quod Petrus piscatur hunc piscem hamo, staterem repperit & soluit, fides est quae per dilectionem operatur. Id uero plus angit, quod regibus mundi datum est tributum. Sed in hoc benignitas Christi lucidius pollet, cum & reges seculi non seruant ad precio sanguinis Christi, si commercio fidei ad ipsius participationem accesserint. Nec non & astruunt uiuendi sub principibus mundi formam,

Psal. 103.

Mat. 26.

ut a quibuscumq; mortalibus, tutoribus reipublicæ deferatur, ministrisq; iustitiæ, nec pro priuata substantia conferenda officio in reipublica inferatur. Plus enim & utilius per oem modum est, bonum publicum q̄ priuatum. Et cum conatus fuerim quas potui historias ab exordio mundi gestarum rerum perlegere, nullam occasione seu causam destructionis ciuitatum magnarum atq; partiarum, regnorum & regionum maiorem reperiri, quam cum priuatum publico antepositum est.

Mat. 15.

Mirum autem, q̄ pharisæos & iudæos scandalizari permittit, cum supra dixit: Sinite illos. cæci sunt & duces cæcorum; nunc quidem gentiles, exactores pro republica, scandalizare uerec. Sunt enim scandala & offensiones assumptæ à proximis, quibus absq; ueritatis, iustitiæ, honestæ uitæ, uirtutis derogatione atq; iniuria obuiari non potest: quæ ut non eueniant, nec obstandum. Sicut autem, quibus facile sine delicto & culpa, ne proueniant, obuiatur: & his modeste obex opponendus est. Est nihil aliud sic fieri suaderet, forma præstatura sufficit saluatoris. Sunt & qui ex malitia, ex elatione, atq; inuidia, ex furore, ira, dolore, contentione, peruicacia, ex inscientia, ex ambitione, in omnibus appere quærentes, tergiversantes à ueritate, horrentes ab illa conuinci, uirtutis inimici, filij prauitatis scandalizantur. Talis enim erat pessimi eas iudæorum, quorum scandalum modicum curæ, si ueniat, dum eregione uirtutibus & bonis actibus insitatur. Sunt & qui per ignorantiam, non intelligentes rei ueritatē, scandalum sumunt, quibus ne proueniat, insitendum.

Stacer quidem inuentus in ore piscis, numerus erat tribus solidis constans. Quæ inuentio est inter Christi miracula deputanda in præno-scencia Christi, & q̄ piscis staterē non reprobaturum habuit, unde in pisce adinuenit, ubi piscis inuenit, quod solum in ore inuentus est, & piscis de inferioribus aq̄ ascendit, & sic adhamatus est.

De inquisitione discipulorum facta Iesu, quis eorum esset maior in regno cælorum, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Cap. XLII.

Nondum discipuli gradum perfectionis habebant: ita illabanti in animo aculeis inuidiæ, maiorem appetebant, respuebant mino-rari ab inuicem: eos curiositas agitabat uelle id scire, quod erat impertinens ad uirtutem. De uirtutibus contendendū esset, si quis posset alium anticipare, aut quippiam in illis phabere a cæteris. Nulla de primis inter ueros dei cultores debere esse contentio. Agomistæ est, opa exhibere uirtutis: & quātū in illis proficiat uel deficiat, aio moribusq; inquirere. Solius dei ē, æquē trutinare de meritis. Hinc ergo aduertendum, quid animos discipulorum uexauerit.

Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior. Siquidem inter se in uia disputauerant, quis esset illorum maior. At Iesus uidens cogitationes eorum, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Et residens uocauit duodecim. Et in illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum?

Hæc cogitatio suppositam occasionem habuit. Memores erant discipuli, q̄ Petrus appellatus erat Cephas, q̄ in consilio beatificatus, q̄ supra illū fundabat ecclesia, q̄ clauium largiendarum pollicitationem acceperat, q̄ ad daciū loquebatur ad Iesum, q̄ ipse cum Iacobo & Iohāne steterat in resurrectione puella, q̄ hi tres soli assumpti fuerat ad transfigurationem uidentem. Ex quibus hæsitates cogitauerunt, si apud Christum esset acceptio personarum, si quem illorum fecisset in autoritate seu in bonis potius esse maiorem. Quæ cogitatio usq; ad uerbū disputationis egressa est, nec hoc Iesum latuit qui omnia nouit. Et interrogauit eos, ut ore proprio faterentur quid in uia cogitando, disputando tractauerant. At illi uelut erubescentes de huiuscemodi mentis infirmitate, tacerunt. Sed ipse residens in domo quā intrauerant, in qua de tributo reddendo præceptum datum est Petro, uocauit eos. At illi uidentes q̄ tergiversari non poterat, ita illa hora accesserunt ad eum, interrogantes de quo cogitauerant, & inuicem habuerant disputando sermonē. Ipsa imperfectio primitiuorum cum Christo Iesu fundatore oim bonorum, est argutio ad profectum nostrum, q̄ non satagimus in superno regno, sed in terreno, quātam facultas aderat, haberi maiores. Præposterizat iustitiæ ordinem, qui primium anteq̄ meretur, & priusquam labore, mercede: & stipendium q̄rit, anteq̄ militat. Semp̄ quidē uirtus ex animo, actio ex opere p̄ferendæ sunt primis: qm̄ secundum decretum diuinæ iustitiæ, posteriores sunt gloriæ uirtutibus. Et regni maioritas, nisi p̄cesserit humilitas peregrinæ minoritas, non succedit. Proinde Iesus a se prouidus, & ab ipsis discipulis requisitus, cōprimens disputationem, pronūciat ueritatem, & exem-plificat in eo qui solam naturam sapit.

Et aduocat Iesus paruulum, & statuit eum in medio eorum secus se. Quem cum complexus esset, ait illis: Amē dico uobis, nisi conueri fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumq; enim humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Si quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister.

Cum de regni maioritate quæreretur, primo ianua constructa & ostensa est, scilicet paruitas innocentiae, qua nec sibi quisq; nec alij noxiū inferet, & ea cōsistentia quæ secundum naturam est. Est enim natura quoddam bonum creatū: sed humana, disposita posse ex studio meliora nasci: ergo bona natura paruuli, sed eo magis, quo potest per disciplinā & studium in meliora sustolli, & puritas mentis & operis, ut sit uita immaculata, & illa humilitas qua semper itur in ima & abiecta, & omnis extollentia ignorat. Igitur facta est humilitas ancilla ostentia regni dei, nō quæ ad subersionem interrogauit Petrum, sed quæ uerē credentem, si asiterit, in regnum cælorum introuehit. Proinde si quis primatū appetit, humiliando, ministrando alijs ex amore in ueritate subiaceat, & satagat paruulum fieri secundum Apostolum; Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli. Ad quos quāto amore Christus contrahitur, ipsius humanæ complexus paruuli, quē in medio statuit, monstrat. Exterior actus sæpe prodit, quid occulti amoris siue odij in mente residat. Complecti paruulum brachijs Christus & blanditur, qm̄ ipse paruulus datus est nobis. Et cum deus esset, natus est filius hominis, ut & nos in eandē imaginem transformemur. Simpliciter paruuli & a uersuria liberi, & cū simplicibus sermocinatio eius. Conuertantur igitur ad paruulitatem, quæ ex uirtute atq; carentia iniquitatis est, non ad illam quæ ex tēpore modicæ corporis mole, qm̄ aliunde ad æternum regnū non patet ingressus. Et si peregrinatem ecclesiam regnum cælorum accipere nitimur, in eandem causam uerba referunt: qm̄ qui humilior & innocentior & ministrando in charitate seruētiōr, ille maior. Et ut enixius ad paruulitatem huiuscemodi cōuersio fiat, per amplius illam esset.

Et qui susceperit unum paruulū talem in nomine meo, me suscipit. Et quicumque me suscipit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

Perpicuum est de quo paruulo intendat, quia non temporis, sed uirtutis: non corporis, sed moris. Alias beatæ forent matres & nutrices, q̄ pro libito uoluntatis paruulos quos nutriunt complectunt. Se autē dicit in paruulis recipi quos requirit, uerē non se solum, sed & mitentem patrem, ut nō quidem in hoc uirtus & beatitudo, quia homo uisus suscipitur, sed quia deus in homine creditur, adoratur & colitur. Et ut maioritatem cōstituat, dixit:

Nā qui minor est inter uos, hic maior ē. Forlan de seipso hanc sententiam protulit, q̄ ipse minor erat ex humilitate qua ministrare uenerat, non ministrari: & ipse maior ex eo exaltatus, unde humiliatus. Necnon & ex

merito sententia uera est, q̄ qui uoluntate minor est sibi, & inter cæteros ex uera humilitate se despiciens uiluit, magnitudinem nanciscitur eo altiore, quo profundior fuit humilitas. Nam & aquæ proprietatem cōspicimus: quæ quāto natura sua in profundum descenderit, tanto ascendit angustata per artem.

De questione quam interiecit Iohannes de faciente miracula in nomine Iesu, & nō sequente Iesum, secundum Marcū & Lucā. Cap. XLIII.

Antequam terminaretur id quod de maioriore regni tractabat, Iohānes aliam questionem à Christo declarandam, iniiecit.

Respondens autē Iohannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur te nobiscum. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere eum. Nemo enim est qui faciat uirtutē in nomine meo, & possit cito male loqui de me.

Erat quidem à doctrina & discipulatu & sequela Christi alienus, sciebat tamen & uidebat quæ & qualia signa faciebat Iesus, quæ sequebatur, nisi potius habere sequelā, cui uirtus neq; sapientia suppetebant, qm̄ uera uirtus & sapientia præter Christum, neq; nisi ab ipso non sunt. In suis deficiebat, arrogabat aliena, non ex omni, sed ex parte: audiebat Christum propter miracula esse in magna fama, cuius audis potius q̄ uirtutis, nomen, nō uirtutem, Christi falso ad usum suæ pueritatis accepit. In cuius inuocatione, ab obsessis etiam dæmonia depellebat. Quod & apostolos latere non potuit, qui prohibuerunt eum, ut in nomine Iesu miracula non faceret, quem nec pro doctrina, neq; pro uita, neq; pro bonis moribus cum alijs sequebatur. Hoc fecisse debuit uirtutis fuit, remoto inuidiæ zelo, illū arguere qui sub alio noīe aliquid sibi in munere aut in fama uēdicabat. Irreprehensibilis erat, quia noīe utebatur uirtutis, eo tñ dānabilis, q̄ non sequebatur ipsam uirtutē, in q̄ talia signa in alijs faciebat, nō suo, sed credentiū merito. Attamē non derogatur Iesu: potius uirtus eius nominis in clarescit: si etiam in reprobis, in hæreticis, in non eū sequebatur potestatiue miracula operat. Necnō ex hoc liquidū est, multos fecisse miracula in uirtute noīs almi, exigente fide aliorū simplicium, qui nō rectē uiuētes, miserabiliter sunt puni-ti. Iohānes post factū consultat, si hū p̄ eū gesta res est, scire cupiens in posterū quid agēdū. Unde respōdet Iesu Iohānes nō uocatus, nec singularim sibi aliquid dicebat, sed inter uerba q̄ de maioriore referebant, proposuit aliā q̄stionē Iesu, p̄ceptorem uocās in uerbo, cui etiā ex aīo & ope subditus erat, paratus subiaceere decreto. Cui, ut scriptum est, tale dedit respōsum, ut

Mat. 9. Luc. 9.

non prohiberetur in nomine suo miracula facere, quanuis eum animo & moribus non sequebatur: rationem huius responsionis annexens, qm̄ ille qui aliquā uirtutem, siue aliquid maius operatur in nomine alterius, nō potest abiq̄ denotatione sui aduersus illum loqui, in cuius uirtute talia operatus est. & plus adiecit: **Qui em̄ nō est aduersus nos, pro nobis ē.**

¶ Contrarium alibi apparere uidetur, cum dictum sit:

Luc. II. Qui non est mecum, aduersus me est.

¶ Nunc uero qui non est aduersus, ut propicius sit habendus. Nemo cūctetur: utraq̄ sententia uera est, nec est cōtrarietas inter eas: qm̄ ibi dicitur de diabolo, siue de eo qui nullo modo, nulla inuocatione se tenet ad Christum: hic uero de eo, qui si fide nō credit, affectu non diligit, moribus non sectatur, saltē inuocat non men eius, cuius laus & fides increfcit in cordibz uas auditorum. Et uirtus ualentior ostēditur, quā per amulum agit. Sic Apostolus ad Philippenses ait de diuersitate illorum qui Christum prædicabant, dum ipse staret in carcere:

Philip. I. Quidam per inuidiam & contentionem, quidam autem & per bonam uoluntatem Christum prædicant. Quidam uero ex charitate, scientes hoc qm̄ in defensionē euangelij positus sum. Quidam ex cōtentione Christum annunciant non syncere, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Quid enim, dum omni modo, siue per occasionē, siue per ueritatē Christus annunciet? In hoc gaudeo, sed etiā & gaudebo. Itaq̄ Christus non æstimat contrarium eum, qui inuocat nomē eius, cū ex fide audientium ad inuocatiōem sequatur effectus. Non ergo prohibendus ille qui inuocat Christum non men, si uenit id ad quod inuocatum est, etiā si non sequitur Christum, quia fides auget. Ipse sibi malē conscius, Christi cōsiderans benignitatem, nominis uirtutē cuius inuocatione utit̄ & efficit, forsā regrediens ad seipsum, cōpunctus corde sequetur & Christum, aut pertinax supplicium iustē luet, contemnens Christi largitatem, qui etiam inimicis miracula fieri in sua uirtute permisit. Tenendum etiam ex hoc, baptizatum in nomine Christi à quocunq̄ aduersario Christi, hæretico siue infideli, non esse ulterius abluendum, sed tm̄ instruendum, si defecerit à sequela nominis, in quo iam baptizatus. Nec obstat dictis & ueritati forma uariata uerborum, uidelicet: Ego te baptizo in nomine Christi, dum perfecte credatur trinitas; seu, Ego te baptizo in noīe sanctæ & indiuiduæ trinitatis, aut In noīe patris & filij & spūs sancti, dum Christi ueritas firma credulitate teneat̄.

¶ De correctione fraterna & autoritate ecclesiastica & consensione mutua, et quoties indulgentia sit præstanda, secundum Lucam et Mattheum. Cap. XLIII.

Si non fuisset præuaricatio, neq̄ lex scripta. Quæ propter præuaricationem imposita est. Si non esset labilitas, neq̄ prohibitio. Frustra prohibetur quod fieri nequit. Ipsa impossibilitas prohibuit fieri. Si non esset lapsus, neq̄ reuocatio, casū conum fertur erigere qui non cecidit. Si à malo desperaretur auersio, non haberet locum correctio. Igitur ad eos per Christi legem iubetur fieri, qui neutrum extremum habent: ut spiritus, cōfirmati non sunt quin possint delinquere atq̄ peccare: neq̄ in æternum multati, quin reuocari non possint. Medij quidem, non mediatores, sunt inter utranq̄ partem, qui peccare possunt & reuocari & corrigi. Et propter hos q̄ sic in hac uita degunt, à Christo fraterna correctio posita est, ne fiant in se in incorrigibilem, nec in illorum aggregetur collegio, ubi nulla est correctio oportuna, quia ibi esse non potest delictum siue peccatū. Quæ obrem saluator ait:

Attēdite uobis; Si peccauerit frater tuus in te, uade, increpa illū, & corripe eum inter te & ipsum solum.

¶ Præmittit in correctione cautelam, & solertiam indicit, ne quid præter ordinem per circūspecctionem fiat. Et præinspicere oportet, si delictum aut peccatum aut quomodolibet erratum ab aliquo est. Tunc si frater peccasse conuictus est in scientia fratris alterius, aut fratri iniuriam intulisse publicē uel occultē, accedat priuata correctio, ne per publicā prouocetur corrigēdus, si deliquit aut peccauit occultus tibi soli notus: & si publicē quod tergierari non posset, molestē ferret in argutione superiore habere. Semper quidem præminētiam quandam ille præterdit qui arguit, etiā nō ex eo quod in autoritate canonice est, saltem ex eo quod ueritatem habet. Et ne facile ad ampliora mala publicē uocaretur argutus, prouidentius atque utilius ratus Christus, ad correctionem apposuit sollicitudinem. Et corripiens in magnis lucris efficitur, si obediēter auditur. Sic quidem dicitur:

Si te audierit, & pœnitentiam egerit, dimitte illi, & lucratus eris fratrem tuum.

¶ Nulla maiora lucra quā animarū. Preciosior est ista negociatio, q̄ auri & argenti primū & purissimū. Omne corporeum ab assumpto à deitate, animas lucrificare superexcedit. Hæc negociator Christus exhortans, aptā formam dans apostolis, ut huiusmodi negociationi se donent ad lucrādum homines: pro superna patria, pro quibus lucrandis dei filius in terris peregrinatus est. Sed sub apposita cōditione agitur lucrum, si quæsitus ad lucrū, quærenti consentit. Et si desiderium saluatoris in hac negociatione delatum ab hominibus uideretur, quicquid est spūs, quicquid corporis, quicquid uirtutis & opis, quicquid sollicitudinis & studij, ad impendendū enixē foret ut animæ quærenteretur, uenirentq̄ in thesauros quos saluator precio sanguinis cōdere natus est. Et si nil aliud homines permoueret ad animarū lucra, satis esset memorabile pro eis effusū sanguinis precij, ita ut unusquisq̄ tanti precij trutinatore existens, si non exorbitat, deprehendit quid agendū foret in lucro animarū. Proinde percontandū est, quid ex utraq̄ parte requiritur, ut effectum debitū nanciscatur correctio, & in illū dirigat, ad quæ præordinata est, finem. A diuina charitate agi oportet alterius reprehensio, siue autoritatē habeat, siue careat, qui corripiendū assumpsit officium. Sed & sapientia prædocēte, Iesu confirmante, oportet allumere. Scripsit enim: Corripe amicū, ne forte non intellexerit, & dicat, non fecit: aut si fecerit, ne iterū addat facere. Corripe proximū, ne forte nō dixerit, & si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicū tuum: sæpe em̄ sit commissio uana. Corripe proximū anyquam cōmineris, & da locum timori altissimi. Eum uero qui corripitur, oportet in amore fieri ad corripientem: sicut in infirmitate corporis sanificans, totum in medici & oportune curatoris manus se donat, & sæpe laudat eius ueritas manus & secantes carnē, cum igne atq̄ rasoio fuerit opus ad curam; & benefactorē uocat, qui pro modica sanitate corporis acutilimos dolores inflixit, nec aduersus huiusmodi correctionem præsumpsit in aliq̄ murmurare. Sic per sapientiam dicitur: Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit correctus. Nam qui correctionem & illam agentē non suscipit, malis deterioribus applicat, sicut dicit̄ est: Qui odit correctionē, uelut ignis est peccatoris. Et alibi: Qui odit correctionē, minuetur uita. Et in proverbijs de incorrigibilibus dicitur: Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Et alibi: Vir qui corripientem se dura ceruice contemnit, repentinus ueniet super eum interitus, & eū sanitas nō sequetur. Et de omnibus correctionem odientibus propheta dicebat: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentē perfecte, abominati sunt. Et alibi: Peccator homo deuitabit corripientem, & secundum uoluntatem suam inueniet comparationem. Proinde si contemnitur corrector atq̄ correctio, iterum insistatur, ut in lucrum ueniat auxilio: frater nō, qui proprio & uoluntario lapsu se perdidit.

Mat. 18.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

Eccl. 11.

Prov. 15.

Amos 5.

Mat. 18.

liendum, sed insistendum maioribus argumentis, ut ab autoritate correctus, auertat̄ à malo, & corripiens, proximos in charitate despexit.

Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Et uidelicet qui autoritatem habet.

Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Eorum est desperanda salus, quibus est odiosa correctio. Et tibi & omnibus anathema fiant ab omni conuersatione semoti, qui proximū unum & deinceps & autoritatē ecclesiasticam animo contumaci contempserint, qm̄ seipsum diabolus fecit, qui corrigi nequit. Et prope modum homo delinquens, iuste correctioni non subditus, peior est diabolo, cū corrigi nolit & nequit: aut nolit, quia nequit: aut nequit, quia nolit, uelut sibi non adiacet: & homo possit, si uelit, dum rationis est cōpos, dum anteq̄ audiat ultimam super eum sententiā inferendā. Et ne uilis seu uilipēdenda ecclesiastica iurisdicctio uideatur, ipse saluator, quantē sit autoritatis seu firmitatis, insinuat, dicens:

Amen dico uobis, quia quæcunq̄ alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunq̄ solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

Iam in collatione clauium differēt est, quid habeat autoritas apostolica: in subsequentiā in tendendum est.

Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis cōfenserint super terram de omni re quæcunq̄ petierint, fiet illis à patre meo q̄ in cælis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.

Si corrector (seu corripiens) & correctus, si prælatus & subditus, si doctor & discipulus, si pœnitens & iustus, si absoluerit ualens & absolui indignus, si anima & corpus, caro & spiritus, uoluntas & intellectus, amor & timor, pro remissione criminum, pro adipiscenda gratia, pro seipsis & alijs, cōsensu ueritatis, charitatis, iustitiæq̄ consentientes, tam de his q̄ de alijs opportunis, preces in excelsis deo porrexerint, impetrabunt. Et si non iuxta uoluntarium tepus & modū, saltē pro eo tpe atq̄ modo, q̄ uilius exaudire decreuerit qui promisit: qm̄ ubi talitū dualitas uel trinitas inuenitur, Iesus pollicitus est se tenere mediū inter eos, quanto magis inter plures, si fuerint in uirtute sua & inuocatione sui noīs congregati. Nomē quidē eius, nomen salutis est, ex diuina, non humana uirtute. Nomen christiatis & unctionis spūs sancti, est in sua humanitate: & quia mediū quærit, in cōmune participiū se offert. Quærit congregatiōem Iesus eo fodere, ut ipse sit mediū

Mat. 18.

in quo conueniant omnes, & ad quæ omnes con-
gregentur. Et quanq̃ multa conferat singula-
rim, plura paratus est in cõmuni conferre. Et
bona quidẽ uirtus in singulis, sed in commu-
ni plus fulget, & datori acceptior est. Cognos-
uit hoc in ip̃o Dauid, cũ dixit: Ecce q̃ bonum
& q̃ iucundum, habitare fratres in unum. Nec
Iacob uoluit annũciare futura, nisi filijs con-
gregatis. Nam uocauit Iacob filios suos, & ait
eis: Congregamini ut annũciẽ quæ futura sunt
uobis in diebus nouissimis. Cõgregamini & au-
dite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum.
Dignior est concio q̃ singularitas, dũ coitur in
unum. Non prænunciavit Iacob futura singu-
lis, sed in unũ conuenitis, ostendens, omnino
præcellere & præferri bono singularitẽ existẽ-
ti, bonorum pluriũ conuentum. Et ex Christi
persona fertur prædictũ: Appropinquate ad
me indocti, & congregamini in domo discipuli-
næ. Non unius salutẽ quærit Iesus, sed multo-
rum, imò oĩm, prout ex se agit. Nec solũ unũ
uellet disciplinis disciplinare cælestibus, sed
innueros: proinde ad eius largitatẽ spectat,
cum suadet congregationem. Et per prophetã
prædixit cõgregationem fieri, & destructionẽ
impiorũ qui congregari nolunt: Congregans
congregabo omnia à facie terræ, dicit dñs: cõ-
gregans hominẽ & pecus, congregans uolati-
lia cæli & pisces maris: & ruinã impiorũ erunt,
& disperdã homines à facie terræ, dicit domi-
nus. Congregat hominẽ & pecus, prælatũ
& subdiũ: uolatilium cæli, contemplatiuos: &
pisces maris, actiuos & aduersitatibus seculi
agitatõs, ut sint unum in nomine suo, & perdẽ-
tur oēs qui congregari renuunt. Et sub inter-
minatione iubet cõgregari in unũ & ad unum
& sub uno, & in una unius uirtute: Conuenite
& congregamini gens non amabilis, priusquã
pareat uisio quali puluerem transeuntem di-
em, anteq̃ ueniat sup uos ira furoris dñi. Quæ
rite dñm omnes mansueti terrẽ, quia iudicium
estis operati: quærite iustum, quærite mansue-
tum, si quo modo abscondamini in die furo-
ris dñi. Bona est congregatio, sed nõ de pec-
catoribus. Inquit enim deus per os Dauid: Nõ
congregabo cõuenticula eorũ de sanguinibus.
Et Iob: Congregatio hypocritũ sterilis. Cur igit̃
congregari gentem non amabilem iubet?
Amabilis omnino natura est in ordine suo, &
eo amplius una q̃ reliqua ut præhabet. Ama-
bilis est innocentia, amabilis puritas, amabilis
ordo & modus, amabilis omnis uirtus. Igitur
præter naturam est, aut deficit ab innocentia,
seu puritate caret, inordinatum: & immode-
stum habet, & à uirtute alienauit, quod non
amabile fertur. Dispersa sunt ista & dispergen-
tia magis, & infirma & infirmitas, quia diuisa.
In uno est ueritas, scilicet omnium saluator
re Iesu, in cuius nomine congregatio exigitur,

Psal. 132:

Gen. 49

Eccl. 51.

Sophon. 1

Soph. 2.

pariat iussio

Psal. 15.

Iob. 15.

nec aliud nomen datum est sub cælo homini-
bus, in quo oporteat illos saluos fieri, sub quo
ab ipso congregatio quæritur. Sic & per Isaiã
monuit: Congregamini & uenite, & accedite
simul qui saluati estis ex gentibus. Congrega-
tio fit ad unũ, ueniat ad unum, accedatur ad
unum, ab his qui saluati sunt aut saluari quæ-
runt, ab his qui dispersi gentiliter uiuunt. Hæc
quidem sententia pro peccatorum remissio-
ne à saluatore traditam legimus: proinde Pe-
trus ut melius decernat, interrogat:

Tunc accedens ad eum Petrus, dixit: Do-
mine, quoties peccabit in me frater meus,
& dimittã eis usq̃ septies? Dicit illi Iesus:
Non dico tibi usq̃ septies, sed usq̃ septua-
gies septies.

Solicitus erat Petrus tanquam uertex post
Christum apostolici chori, totiusq̃ discipula-
tus, pro se cæterisq̃ collegis, noscere quousq̃
foret peccatoribus & delinquentibus indulgẽ-
dum, ne terminũ iurisdictionis excederet, aut
infra maneret. Et interrogãs, indefinitẽ præstan-
dã indulgentiã responsum accepit, cum in se-
ptenario numero quo rēpus omẽ deuoluitur,
terminata est. Nec in numero quadringentesi-
mo nonagesimo, qui sic ex septuagies septies
multiplicatus exurgit, indulgentiã factus est fi-
nis, ne cum hunc numerum fuerit quis peccan-
do transgressus, si uera in fuerit poenitentiã, quod
quærenti ueniam denegetur. Non enim termi-
natus numerus ore proditus, dei misericordiã
am terminat infinitam, & auctoritatem clau-
um diuinam, non humanam, & diuinẽ nõ hu-
manẽ Petro & succedaneis eius secundum ca-
nonicam formam usq̃ in finem seculi datam.

De paruulis oblati Iesu, quorum est regnum
celorum, secundum Matthæum, Mar-
cum, & Lucam.
Capit. XLV.

Vita & doctrina Christi Iesu, iure ad se
homines attrahebat, deuotione & fide,
ut eum crederent hominem mirã sanctitatis,
ita ut parentes filios paruulos qui nondum ca-
paces erant decernere de uirtute, sibi offerrent
pro tactu, pro benedictiõẽ, pro oratione pro
ipsis ad deum. Hinc:

Tunc oblatis sunt ei paruuli & infantes,
ut manus eis imponeret & oraret.

Intendendum est quali deuotione parentes
pro filijs, alij etiam pro charis paruulis suis fe-
rebantur in Christum, cuius tactu & oratione
ipsorum credebant esse profectum, & sanctifi-
cari & custodiri & conseruari: quanto magis
si eum uerẽ dei filium credidissent, à quo non
solùm expetiuisent orationem pro paruulis,
sed etiam pro seipsis omnem salutis effectum:

Discipuli autem increpabãt eos, & com-
minabantur offerentibus.

Non odio seu displicentia paruulorum, nec
iplos paruulos increpabant, sed offerentes, ue-
lut hanc oblationem esse importunam, cum
ip̃i non agnoscerent ad quẽm admouebãtur.
Sed mos erat & per amplius inoleuit, ut super
paruulos iustorum benedictiõ inquiratur, &
oratio, ut seruent à malis, & crescant in bonis.

Quod cum uidisset Iesus, indigne tulit,
& ait illis, scilicet discipulis: Sintẽ paruulos
uenire ad me, & ne prohibueritis eos & no-
lite uetare eos: talium est enim regnũ cæ-
lorum. Amen quippe dico uobis: quisquis
nõ receperit regnum dei uelut paruulus,
non intrabit in illud. Et complexans eos,
& imponens manus super illos, benedice-
bat eis, & abiit inde.

Ferebat moleste Iesus, quod fides, offerenti-
um & admotio paruulorum ad ipsum, impe-
dimenta paterentur, quantum discipuli in illa
increpatione & comminatione rectẽ agere cre-
didissent, solliciti custodire magistrum, ne à tur-
bis & ab aduentibus eum plus debito preme-
retur. Ignorabant etiam adhuc, quãto amore
Iesus in paruulos ferebatur. At, put illi prohibe-
bant admotum, sic & Iesus impedimentũ.
Iubet q̃ppe: Sintẽ paruulos uenire ad me, qui
nondum deliquerunt, qui ad dei imaginem fa-
cti sunt, illã in se nullis culpis proprijs macu-
lantes. Talibus em iure pollicitationis diuinẽ,
iure innocentie custodiendã debetur regnum cę-
lorum. Et ne discipuli eius siue alij præsumãt,
aut credant supernum regnum aliunde posse
ingredi, siue aliter agonizando captare, nisi ad
paruulitatẽ fiat regressus ab his qui excesserũt,
omnium cogitationes iureturando supprimat
& auerit. Quoniam nisi ut paruulus, Linno-
cens, immaculatus & purus, non uariatus, nõ
uersipellis, non mundo conformis, nec mulie-
ribus audis, non odiosus, nõ inuidus, non al-
tum sapiens, sed timens, non implacabilis, sed
faciliter donã offensã, & si deliquit, si offen-
dit, nisi in illã paruulitatẽ regressus, purgatus à
iustitiã, uoluntate diligente iustitiam, etiam si
sentiat asperam poenam, non intrabit in regnũ
celorum. Et ut omnes ad puritatem custodi-
endam diligendamq̃ alliceret & ardentius ani-
maret, gestu corporis amore ad eam protesta-
tus est, cum complectens eos, imposuit manũ
super illos & benedixit eis, eo futuro mysterio,
quod tales eterna benedictiõ sint in superna
ferendi. Nemo tamen ex conscientia contra-
ctarum macularum & culpãrum uoluntaria-
rum turpitudine factus deformis mole graui-
um criminum subactus, ingressum regni cę-
lorum desperet ex ista sententia saluatoris, ac

si puritatem non possit repetere quam amisit:
qm̃ aliã est puritas, ab ineunte custodita grãte:
aliã quã, à malis ad bona uera uoluntas cõuer-
sa, semetipsam doloribus & fleatibus lauans &
purgans, cum uirtutũ ornamẽto receperit, an-
tequam uita corporis finitur: alia, quẽ arden-
tibus ignibus reficienda seruat his, q̃ ex hac ui-
ta medij inter extremos malos & uerẽ bonos
recedunt.

De eo quod à Christo quesitum est, quid boni
faciendum sit, ut uita eterna capiat,ur,
cum additione de perfectione, secũ-
dum Matthæum, Marcum,
& Lucam. Capit. XLVI.

Mor æternæ uitæ naturaliter omnibus
datus est, ab eo quod deus spirauit in fa-
ciem hominis spiraculum uitæ, & fecit eum in
animã uiuentem, intellectumq̃ dedit quod
animã cum corpore in gternum uiuere possit,
quantis ex separatione à corpore & uita æter-
na iucunda sine tristamine non adimatur. Sed
ne peccaretur, mors intentata est post peccatũ
secuta, corporis duritaxat, & illa poenalis in re-
probis, non tamen animæ substantia mori &
ad nihilum redigi potest. Sed nec spes adem-
pta, sed firma mansit ad æternam & beatã ui-
tam, quam quidam possidere appetens, modũ
& uiam quibus ad illã peruenire possit, inquit:

Et cum ingressus esset Iesus in uia, præ-
currens quidam princeps genu flexo ante
eum, rogabat eum, dicens: Magister bone,
quid boni faciam ut habeã uitã æternam?
Aliter: Quid boni faciens, uitã æternam
possidebo? Proclius sit, qui in altum quærit
ascensum: & eo sublimius sit uectio, quo pro-
cliuitas imior. Genu flectit, qui superiorem ro-
gat aliquid ab ipso gratum accipere. Et genu-
flexio ante aliquem, eius eminentiam protesta-
tur, & inferioritatem flexi. Cælestium rudimẽ-
ta quærebat in terris, qui actiões quærebat ad
æternam uitam. Boni est actio, nefactio mali:
quoniã qui malẽ facit, nihil facit. Et bonum
agibile in omni genere boni, ad æternam ui-
tam ordinatũ est. Quod uerò indifferens, equi-
dem est ordinabile. Quod uerò inclinabile nõ
est ad prosperam partem, omnino inordinabi-
le est. Proinde quæstio digna laude, si multi-
plex boni genus, dum quærit id quod ad æter-
nam uitã aptius & ocyus expedire potest. Ve-
rũ quia gliscens scire rectã itinerariãq̃ acti-
onem ad uitam, magistrum à quo petit, bonũ
uocat, quocunq̃ spiritu dixerit, uerũ dixit. Sed
exigit eum Iesus, unde dixerit eum bonũ, qd
& sciebat: nec ab eo respõsionẽ accepit, ipse
tamen alleruit, unde aut quis bonus sit.

Mat. 19.
Mar. 10.
Luc. 18.

Qui dixit ei: Quid me dicis bonum, & interrogas de bono? Vnus est bonus, & nemo bonus nisi solus deus.

Quis te (inquit Iesus) docuit me bonum dicere? Vnde me nostis? quod alit tua fides subla- ta est? Bonitatem cognoscere, commune mul- torum est: hominem cognoscere bonum, nul- lius est: cum nemo bonus nisi solus deus, qui omnino inapprehensibilis est ab homine pu- ro, sed creditur quia bonus est. An tua fides in me, plus quam de homine sentit? Accessit ne usq; ad deitatem mea in ista mortali carne ve- latam? Vnde tibi obuenit, me bonum uocare magistrum, quem solum esse hominem cospic- caris? Omnis autem homo mendax, solus aut uerax deus. Omnis homo fragilis, labilis, pro- uenit ad uitia, & multis incommodis & incon- uenientijs circumseptus, deus autem totus ex omni se incommutabiliter bonus, & tu ausus fuisti bonum conspectum hominem nomina- re. Anceps uerbum Iesu his, qui tardius sapi- unt, quod nemo sit bonus nisi solus deus, cum scriptura sacra multos bonos appelleret: & qui facit bonitatem, boni sunt: & iusti & recti, bo- ni sunt: & uidit deus cuncta quae fecerat, & erat ualde bona. Nunc quidem dicit, Nemo bo- nus nisi solus deus. Est equidem bonitas incre- ata, seipsa suaque natura, non aliunde, non ab alio bona. Est bonitas creata, ipsa na- tura digesta in generibus specierum & particu- larum rerum, quae quandoq; deficit in rebus propagatis propagandisq; succedanea propa- gatione. In rationabilibus autem non defectu naturae uitijs inuisit, sed malo affectu propriae uoluntatis, ex qua maculatus primus homo, tota maculatur propago, ita ut nemo dicatur bonus: potius autem, consideratione damna- tae propaginis, malus. Sed nec ex ista causa sic saluator decernit, uerum ex illa qua nemo bo- nus, nisi participatione illius fontalis per se & a se existentis bonitatis, ita ut nemo bonus, ni- si ex eo quod accepit. Sic enim ait Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Largi uer- bum istud, non solum ad bonum gratiae, sed naturae relatum. Haec autem cura erat Iesu, ex hoc in fidem sui trahere, quod eum crederet ue- rum dei filium, non solum hominem purum, quanuis omni uirtute ualentem. Quem cum de bonitate uera, ipsum non quaerentem in- struxisset, ei ad quaesita respondit:

1. Cor. 4.

Præcepta nostris Si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata. Interrogat Iesus hunc hominem, dum re- spondit, si præcepta nouit, quae non ob alia cau- sam data sunt, nisi ut ipsosq; obseruatione per- ueniatur ad uitam.

Dicit illi: Quæ Iesus autem dixit: Nō

homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium di- ces, ne fraudem feceris. Honora patrem tu- um & matrem tuam, & diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Præcepta primae tabulae non differunt salua- tor, tanquam notissima illi populo Iudaeorū. Nec ipse qui postulat, haec quaerebat, cū hec contemplatione sint potius quam in actione, sed aliquid agibile inquirebat. Cui Christus respondit iuxta quaesitum oris, & uotum sui cordis. Coepitq; Iesus a prohibitione nesciendi, cum ille quaereret aliquid faciendi.

Sed rectus docendi ordo est, ut prius cauea- tur iuste prohibitum tanquam noxium, quam doceatur bonum fieri iustum. Haec siquidem mandata quae in prohibitione data sunt, ita li- quent sane credentibus, quod haesitatio in il- lis, errorem sapit. Et uelle a posteriori modo dis- serere quam tradita sunt, superuacuum est. Tantumq; ponatur in cordibus eorum qui fir- pernam patriam possidere contendunt, quod ipso- rum custodia, mandatorum est uia: quo- rum praeparatio non solum auerit, sed det- rudit in tartara. Nullaq; scientia tam oppor- tuna, quam habere notitiam mandatorum, quorum ignorantia nullam excusationem ha- bet in his qui sunt praeparati capaces. Vae autē crudelis terrenis & humanis disciplinis, man- datorum eruditione contempta. Proinde pig- mittit Iesus. Præcepta nostris, quorum etiā ob- seruatio inuitabiliter necessaria, si aeterna ui- ta inquitur. Sic & adiectum est: Si uita aeterna mortales homines quaerunt, hoc scdere ad habendū posita ē in custodia mandatorū. In- quir enim David: In custodiendis illis retribui- tio multa. Multa retributio ex obseruatione pra- ceptorum, est uita aeterna. Multa ex aeternita- te, ex praesentia deitatis, ex spatiositate loci, ex multitudine ciuium, ex multitudine omium ineffabiliumq; honorum. Et plura sunt testimo- nia scripturarum, quod uita est in manda- tis, sicut per Salomonem dicitur: Serua man- data, & uiues, & legem meam quasi pupillam oculi tui. Et in secunda lege scriptum erat: Omne mandatum quod ego praecipio tibi hodie, ca- ue diligenter ut facias, ut possis uiuere. Et ali- bi: Audi Israel mandata uita: Iureiurando di- uinis mandatis, si seruantur, uita aeterna pro- missa est, & praeparatoribus maledictio, sicut per Psalmistam dicitur: Maledicti qui decli- nant a mandatis tuis. Et mors temporalis & aeterna, sicut de Saul scriptura dicit: Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo quod pra- uaricatus esset mandatum domini quod pra- ceperat, & non custodierit illud, sed in super- uacua phitoniam cōsuluerit, nec sperauit in do-

Mat. 10

Mat. 10

Mat. 10

Mat. 10

Mat. 10

mino, propter quod interfecit eum. Et quanquā mandata per omnia custodisset, non effugisset mortis imperium, sicut statutum est omnium conditioni uiuentis, praeruentis tū ab ipsa est.

Dicit illi adolescens: Haec omnia custo- diui a iuuetute mea, qd adhuc mihi deest? Infra iuuentutem erat iste princeps, & in gra- te uiril. Sed praepostera est ista locutio, nam ui- dentur iuuentus praere adolescentiam, cum iu- uentutem adolescentia praereat. Sed nec hoc sen- sum ueritatis exorbitat, cum usitato more lo- quendi ab ipsa pueritia usq; ad senectam uoca- bulum iuuentutis excurrat, unde adolescentia supra annos uiginti quinq; credendus, profite- tur se omnia custodiuisse a iuuentute sua. Cū- itaq; mandata, hoc est, ab ea scilicet aetate qua fuit praeparati capax. Si aliud deest ad habendā uitam, inquit, eo per motus, quod per custo- diam mandatorum ad ingressum regni dei in paruulo statuto & paruulis oblati portā hu- militatis astruxerit, autumans aliam uiam do- ceri a Christo ad uitam aeternam, quam sem- tam mandatorum.

Quo audito, Iesus intuitus eum, dilexit eum, & dixit illi: Adhuc unum deest tibi. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quaecumq; habes, & da pauperibus, & habe- bis thesaurū in caelo, & ueni, sequere me.

Acceptior est Christo & toti caelesti curiae, il- le qui non solum contentus mandatorum cus- todia, sed in ampliora suspirat, & operibus ni- ritur ad maiora quam is qui solum graditur il- lorum suauem uiam, cum quibus teneri possi- derit possunt diuitiae, honores & potentatus, & commercia exerceri, & participare coniu- gio, & cunctis quae sunt seculi absq; peccato: quae omnia, uia seu status perfectionis exclu- dit: proinde saluator ad perfectionis gradum redentibus, rerum abdicacionem apposuit, nō aliqua, sed oim, in totalitate, nō in parte. A- tamē in renunciacione earū, forma distribuendi adiecta est, ut non parentibus, consanguineis & amicis, sed pauperibus largiantur. Sed nec & ipsi propinqui excludantur, si eos paupertas includit, ut duntaxat charitas dei & proximi paupertas in largitione sint causa. Et ex custo- dia mandatorū & temporalium contemptu the- saurizatur in caelo. Equidem si mundum repu- dians, Christum ex omni uirtute sequat. Quod uerō Christus est eum intuitus & dilexit, non in recentiam referatur, semper uidebat eum & diligebat dilectione dignos, sed speciali ge- stu corporis aspexit eum Iesus, & euidentis signū dilectionis ostendit, in finibus quasi sibi placitū esse in homine, non ut acceptori personarū, sed tanq; amatori uirtutum. Et ex hoc non cre- dendus est ad Christū fictitiē accessisse, nec in custodia mandatorum fuisse mentitū: alio quin

Iesus corripuisset eum de simulatione qua ten- tasset, & de prolato mendacio, antequam eum de perfectione doceret. Etenim alibi legimus eum corripuisse tentantes, saltē ne crederetur, il- lū latere quae in corde hominū uoluebantur.

Mat. 19.

His ille auditis contristatus est, quia di- ues erat ualde, & abiit moerens. Erat em̄ habens possessiones multas.

Erat anima huius colligata perfunctorijs re- bus: ideo contristatur si aliter saluari non pōt, quam q; amata dimittat. In omni em̄ re dimi- tenda, tanta est uis doloris atq; tristitiae, quan- tū amoris in ferebat possessa. Nihil em̄ aliud est ita eregione lancis, ex quo trutinē amor pos- sessa rei, quam dolor amissae. Proinde unūq; que provideat cui, qualiter, quantū, curq; uin- culo amoris ligetur: & cum dissolutio impor- tuna seu opportuna uenerit, ne uratur. Et iste diuitijs & multis possessionibus fultus erat, in quibus iurcundabat anima eius, & gloriabatur pra alijs, qui minus habebant in delectatione carnis & sensuum ipsius: & moerebat in animo uultu procliuo, nō em̄ huiuscemodi respon- sum expectabat, si supra custodiam mandato- rum aliquid sibi deficiebat ad uitam aeternam posse nancisci. De humilitatis ianua forsan rur- dimenta quaerebat, ex his quae supra de paru- lis dicta sunt. Sed raro cum diuitijs huius secu- li uera humilitas possidetur. Inflat em̄ opulen- tia mundi. Iesus autem doctrinabat suo lauda- bili modo, non ad uota quaerentium, & qua- rebat altius uehere homines q; ipsi postularēt. Et sibi copulandos, oportebat a rebus copiosita- te dissolui. Ligatus uni, copulatus alteri, nisi pri- us dissoluat, nō copulatur. Nec tū iste reprehēden- dus erat atq; damnandus, si diuitias tenere uole- bat, cū custodia mandatorū in cunctant saluti- gradiebatur uia: sed in eo q; uolens addere, si aliquid deerat, contristatus est, cum audiuit de additione consilium. Nemo quidē consilium a uero doctore quærat, si exequi nolit, tentatio quidē est, & culpa non parua. Diuitijs quidem in culpa non sunt, si cum custodia mandatorū cōquirunt, possidentur & distribuuntur, quā- quā illas repudiare, pfectio qdā sit. Arguunt tū multi, cur deus illas & tam preciosa creatur subdiditq; hoībus, nisi ut eis essent in possessio- nem & usum. Equidem, sed ex peruerfa uolū- tate traiectae sunt in culpā & m ortem: & occa- sio culpae, ut ipsa, propellenda est. Et scriptura dicit, q; subiecit omnia sub pedibus, s. hūanis & rationabilibus affectibus, sed uersa uice actū est, ut ab ipsis affectus hominū superentur. Quā superatus est a rebus pfunctorijs hūanus amor cū anxietate, & dolet q; tuans, timens, cauensq; cū possidet, largit cū poena, sibiq; saepe deficit, foeditur acutissimis stimulis tristitiae, cum amie- tit, essentq; sub pedibus hominis, si spiritus eius

Pal. 8.

ut spūs dei, ferretur super fluidas aquas rerū labentium, non suppositus eas: malè premens sarcinā. Oportet omnino intēdere, si amor superferretur aut subijcitur aut equatur amatis.

¶ Interrogat Petrus quid meriti habeant seculi contemptores, Christumq; sequentes, secundum Matthaeum, Marcū & Lucam. Cap. XLVII.

Territus Petrus ex parte de difficultate salutis, secundū uerba saluatoris, sed ex alia spem bonam nactus, quod propter Christum omnia reliquisset, secutus uestigia eius, ipsum interrogat si quid permutationis melioris accepturi essent ex relictis, aut qd p̄mij ex seq̄la.

Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis?

Quando saluator dixit, qd apud homines impossibilis erat salus, sed apud deum omnia possibilia, tunc Petrus interloquēs dixit Iesu: Non detinemur amore temporalium rerū, non irretimur diuitiarū uinculis, ex tua doctrina, in tui amore facti, tuis moribus incitari, reliquimus omnia, facti pauperes, propter nos factū pauperem te sequentes. Modica & despiciabilia discipuli Christi reliquerant propter eum, piscatores aliqui erant & agricultores, & nauticus mercenarius quidam, omnes uero de genere plebeiorum, nulla terrena dignitate fulgētes, tamen ex libertate animi qua omnia reliquerunt, & quæ potuissent in mentis desiderio obuenire, & quod ceteris sapiētibus & doctoribus prætermisiss, ipsum solū sequebant, cupidi scire futuram eius mercedem, inquirūt:

Iesus autem dixit illis: Amē dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Proculit Petrus cum quæret de futura eius mercede, abdicationem temporalium rerū & sequelam Iesu, ut ex his duobus præmium deberetur, ipsiq; sperarent. Sed Iesus respondēs, unum obmittens, alterum ascripsit ad præmium: qd abdicationē, pluris sequelā sibi ipsius ap̄pendens: ac si abdicationē præter sequelam, præmium non haberet, & sequela præter actualē rerum contemptum, æternam possit nancisci mercedem. Sequela tamen dignior censenda est, si rerum abrenunciationē præmiserit. Multos quidem legimus ob libertatem mentis, propter scientiam capeffendā, ob expeditionē corporis ad prodeundum quod uellent, ad uitandū solum humanam pericula diripientiū & latronum, ne & mundi regibus subiacerent, præter omnem contemtionem futuræ mercedis temporalia reliquisse, quibus nulla futura

præmia parabantur non sequentibus illam sedem quæ iustificat peccatorem. Apostoli autē non quia reliquerūt omnia, sed quia secuti sunt Iesum, qui est super omnia, sessionem non tribunalicam, sed assessoriam duodecim sedium, ad proferendum autoritate assessoria iudiciū super tribus duodecim, meruerunt, non quod in illa dignitate futurus esset tūc p̄sens dānandus Iudas, sed suffessoriam duodecim. Ac per hoc sanè intelligendum, eos etiam habere uitam æternam, cum qua etiā, quia primores, sequaces Christi autoritatem iudicariam meruerunt. Aduertendum autem, qd sequela, nō abdicatio, uideatur retributio ista dari, quia obedientia melior est, quam paupertas, & potior est quam castitas. Illa sine istis, hæc sine illa nō saluant. Ne autem uideretur à Christo rerum abdicationē uilipendi, eo quod sequela sibi ad præmia præferretur, adiectum est:

Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut forores, aut patrē, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum & propter euangelium, cētuplum accipiet in hoc tempore domos, fratres & forores, patres & matres & filios & agros cum persecutionibus, et in seculo futuro uitā æternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Verum quia cuncta quæ deus creauit & ordinauit, bona sunt, nihil relinquendum est tanquam malum, neq; ad hoc præceptum datum est atq; cōsiliū. Nam & interdū signanter arbor, non ut mala aut fructus eius malus, in prohibitionē fuit: nec uita æterna ē p̄missa mortalibus, eo qd relinquunt mala quæ substantia liter non sunt, sed ea qd bona sunt cōparatione potiora. Domus bona est ex materijs quas præparauit natura, & ex arte & ex conditore: uisus tñ eius, possit esse malus ex intentione utentis. Ista necessitudo naturæ, qua inuicē homines districtius copulant, bona utiq; est, in quā etiā filius dei uenit, ut in assumpta carne matrē & fratres, nō tñ uterinos haberet utiq; sup̄ terrā. Et cū duæ relictiones sint huiusmodi positorū, una in affectu, altera in effectu, ad primam unusquisq; tenet, prout ista sibi ad pietatis cultū uidet aduersari, & hæc ē penitus in p̄cepto, ne amore quorūcumq; charoz̄ ad dño auertamur, neq; obmittamus ea facere q̄ tradidit in mādati. Ad secundā autē hi uocant dumtaxat, qui p̄ gradus in corde disposuerūt ascensionem ad perfectionis palmifex culmen: sed neutris indicit odiū, sed uitam. Nec iustē aliud obuenire potest in causam, corpulentū & cā cōiunctoz̄ relictio fiat nisi nomē Iesu & euāgelij eius, in q̄ salus nostra cōsistit & puenit. Et nil horum cā oportuū, qd æterna salus, ad quā capel-

senda cūfufctiq; cōditionis existat, sunt oia sub mouenda. Necnon & si quispiam appetit esse in superis, uelut in cælo fulgētior stella, in his imis fiat præ ceteris ab omnibus & in omnibus abdicatur. Quod amore uirtutis, propter nomen Iesu in quo salus, & propter euangelium in quo doctrina uitæ agendæ, pollicitatio sperandæ, iustus fiendoz̄, nefedictum prohibitio consistit, huiusmodi relictio centupletur in hoc tempore: insinuatio est eoz̄, quæ in hac patria Christi optimi sectatores, priusquā uitam æternam accipiant, sortiuntur, charismatum uidelicet dona, quæ cuncta temporalia & humana excedunt. Et super omem cognationem carnis in ordine naturæ, plurificatur ex gratia cognatio spiritualis. Ecce retributio centupla & uita æterna. Nam si per centuplum accipendum intelligeretur æterna uita retribuenda in præmium pro merito se abdicantium à terrenis & charis, frustra fuisset adiectum. Et uita æternā possidebit. Igitur sicut deus reprobos punire aliquando incipit in hoc seculo, & pœnis æternis adijcit in futuro, sic bonos & electos suos in hac uita bonis charismatibus obtulit, in mēte uirtutibus replet, in libertate sancta sistit, ut non paueant, non timeant, nō terreatur tyrannorum terrore, probitate consiliant aduersus tartareas potestates. Necnon & talibus est data potestas calcandi super omem potentiam inimici, & super omnem infirmitatem, ita ut in hac uita apparent ex miraculis præ ceteris clariore. Et quanquam in ecclesia ex multis retroactis temporibus crebritas signorum reperit, non ad defectum fidei & uirtutis ascribendum est. Sed non est amplius ecclesia orthodoxa, uelut infantula, cum sit adulta & prouecta, lacte nutrienda signorum. Hæc quidem dona sunt cētuplum huius uitæ: non est alia centuplatio capienda. In futuro uero seculo possidebit uitam æternam, ubi rerum relictarum centuplatio nulla maior. Copulatum est etiam, qd de persecutionibus retributio sit fienda. Equidē multo amplior atq; potior: qm̄ omne quod relinquuntur ex libera uoluntate, uoluntatis est propria: persecutio uero, inuitē ab alijs inferit. Nemo apra natura seipsum p̄sequitur. Sed cū agere uidetur aduersus sensum eius sensualis uoluntas & corporis, non cēsendum est persecutionem esse inuolūtariam, sed spontē assumptam afflictionē & crucem. Persecutio semper est inuitē, afflictio uero quadoque ex uoluntate propria dum assumitur, quadoq; ab alijs dum inferitur. Oportet autem ad derelictionē rerum, addere persecutionem inuitabiliter oblatam, & illam animo pacato suscipere, aut cum expedit, à seipso assumere illam afflictionem cohibentem impertinentes corporis motus, uelut malorum cautelam seu actionem meritoriam ad sperandā, ut abdica-

tio rerum & persecutio in unum cōuentis, habeant in hac uita comparatione melioris, non calculatione rerum, centuplū, & in futuro seculo uitam æternam. Prioritas & nouissimatas, id est, prioratio & posterioratio in ordine retributionum, solum in potestate atq; cognitione sunt eius, qui conditor & redemptor est oim, quo merito, qua iustitia, quo ordine fiat.

¶ De Zachæo Ierichontino quid egerit aut dixerit circa Iesum, & Iesus ad eum, & alijs causa sui, secundum Lucam solum. Cap. XLVIII.

Iericho, lunæ interpretationem habet. Luna quidem à seipsa lumen non habet, à sole accipit unde fulget. In potestate noctis est lumen eius, non in potestate diei. Obiectum sæpe facit, ne solis radij in hoc superiori hemisphærio plenè refulgeant, quibus omne solis lumen impediti non possit. Inferior planeta est, & ad subiecta uicissitudinē luminis patitur, ut interdum non splendeat. Mundus quidem iste hæc imaginem habet, & alio mysterio synagoga Iudeorum, & alio intellectu in hoc typo est ecclesia peregrina, ad quam Iesus suam præsentiam exhibet: in qua homo quidā inter ceteros insignis erat in uirtute humana, nō corpore, ita ut princeps esset publicanorum, eorum uidelicet qui publica officia in censibus & obuentibus & uicigalibus & fiscalibus pecunia exigēdis ordinati erant: necnon & diues, ita princeps, ut ipsi episcoparetur: aut prudentia hoc exegerat, ut in principatu huiusmodi fungeret: corpore uero despiciabilis erat, quia statura pusillus, sed non ademerat animi solertiam atq; uirtutem corporis paruitudo. Et iustē in eo à superioribus decretum est, ut non ex corpore, sed ex mēte iudicaret. Et si hoc homines mortales & ignari faciunt, quanto magis deus qui nouit interiora hominum, qui plerumque per exteriora malè de interioribus iudicant? Hic si statura pusillus, animo magnus erat, cum affectauit uidere Iesum, augmentum nactus ex arte atque studio quod sibi natura negauerat. Nam cum à secreto colloquio, seorsum facto cum duodecim de sua uoluntaria passione atque resurrectione festina, recessisset, Iesus [ingressus] scilicet uiam rectam, per ambulabat Iericho. Et ecce uir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere Iesum, qd esset.

¶ Ambulante Iesu, Zachæus Ierichontinus occurrit causa uidendi Iesum. Aspicit, circumspicit, inquit, interrogat, ex omi se fatagit ut uideat, cuius tam extimæ bonitatis audierat famam. Turba uero undiq; circumdans Iesum, cupienti uidere impedimento erat, eo quod

ipse corporis statura pusillus, nō se ualebat in altis proredere, ut infallibilē cōspicaret q̄s cēt.

Pro. 10. Sed qm̄ scriptum est, Desiderium suum iustis dabitur: complendum ergo erat sanctū desiderium eius, quo nullum sanctius, q̄ Iesu q̄rere habere notitiam eo modo, quo in uia est donanda mortalibus. Sed aduertendum est q̄ remi omni studio, solertia cuncta, nilq̄ tradendum neglectis, quin naturæ corporis defectus argumentis potioribus superentur.

Et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arbore sicomorū, ut uideret eum, quia inde erat transiturus.

Impedit turba hominum, sed magis cogitationem malarum atq̄ peruersorū operum, nisi onem diuinam. Et pusillitas intellectus humani, non sufficit ad intuitum diuinorū. Et terrena sapiens, semper confunditur, nisi cælestium delectatione superentur: quibus superatis, animus in superiora feratur. Præcurrendum est, quia transitus Christi irretrouersibilis. Inuenienda protinus est arbor, in quam a terra fiat ascensus, & qua Christi transitus celebret. Non omnis arbor ad ascensum apta, neq̄ commoda huiusmodi uisioni. Nec ex omni arbore Iesus uicinum & conspicabilem transitum facit, sed hæc quam præ cæteris Zachæus ascensurus elegit, scilicet arborem sicomorum. Per quam est legitimo more celsam accipimus, quæ in fructu est sicut morus, crucem ex typo habemus sanguineā: in quā p̄ fidē celebratus ascensus, monstrat quis sit ipse Iesus, quia deus & homo ueritas, quia superat mortem: homo, quia patitur mortem: deus, paradysum laetitia tribuens: homo, sustinens sæuas poenas: homo, quia moriens: deus, obscurans p̄ter legem naturæ solem, concutit terram, saxa proscindens, uelum diuidens, patefaciens tumulos ut proderet mortuos: homo, cruci affixus: deus, desigens humanum genus morti, poenæ, perperuis doloribus crucifixum. Si uero ipsa est fides fatua, fidem catholicam nouimus, quæ fatua dicta est ex his, quæ mortalibus hominibus sunt posita in credendo. Per arborem huiusmodi Iesus ut homo transitum facit, æternitate incommutabiliter manens. Ascensio festinanda est, quia tempus non sinitur, etiā momentum aliquod non tenetur. Quotidie transiunt mysteria fidei atq̄ crucis, donec ueniatur in terminum, ubi ista non erit: & crux & fides eius, Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitia & fatuitas est.

¶ De potestate fidei & orationis, quā Christus declarauit super ficulneā, uerbo suo subitō arefacta, secundum Mattheum & Marcum. Cap. XLIX.

Ineffabilem, supernaturalem, superartificialem, super omne ingenium hominum, super dæmonum astutiam & facultatem, super angelos & omnes cælestes spiritus & substantias separatas, fides & oratio potestatem atq̄ uirtutem efficaciter ad dño acceperunt, ut ea credamus esse facta per fidem, quæ nullis alijs argumentis fieri potuissent: atq̄ illa orationi concessa, quæ omnibus alijs sunt denegata donis, oblatiō muneribus atq̄ ullis humanis dignitatibus non porrecta. Cuius fidei potestatis magnam testimoniorū nubem Apostolus pro allectiōne ad eā, Hebræis scribens inducit, quæ hic enumerare non expedit. Sufficit quidē studiose q̄ ibi ista reperiant. Nam cū Iesus proximus passioni frequentaret Ierusalem, in una diuerum frequentationis, imperio uerbi sui arefecit in fructuosam ficum.

Et cum alio mane transirent, uiderunt ficū aridam a radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem dei. Amē dico uobis, quia si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nō solum de ficulnea facietis, sed quicunq̄ dixerit huic monti, tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcūq̄ dixerit fiat, fiet ei.

¶ Quod prophetatum fuit, Iudæos non credituros Iesu etiam propter signa, secundum Iohannem solū. Cap. L.

Cum animus hominis arcem rebelliorum ascenderit, non assentit ueritatibus: pro nulla nihil opendit, deridet a minas, signa mirabilia diuinē facta non ueneratur: nec humiliat semetipsum fidei, ut credat quæ intellectus facultate non capit. Et cum se tueri ratione non possit, erubescens uincit, tergiversatur aut contradicit animo contumaci, sicut de perfidis Iudæis scriptum est:

Cum tanta signa fecisset corā eis, non credebant in eum, ut sermo Isaia: prophetae impleretur quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Propterea nō potuerunt credere, quia iterum dixit Isaia: Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorum, ut non uideat oculis, & intelligat corde, & conuertantur, & sanem eos.

¶ Erat perfidia Iudæorū contra oēm uirtutem & rationē: permaximē autē inexcusate contra eorū solitos mores, cū signis assoliti semp̄ signa quærentes, signisq̄ datis a Iesu, penitus non credebant, quibus per amplius inuitabantur ad fidem. Omnia uerba hæc, sunt euangelistæ, non Christi, qui suo spiritali sensu declarat,

unde incredulitas ista prouenerit: ad quam infert prophetia peractam, nō ut causam incredulitatis, ut sit, sed ut prænunciam, quia sic futurum erat. Non em̄ prophetae ueraces afflati diuino sp̄i, prædixissent aliquid futurum, nisi quia sic esset uenturum: ut quia futurum, ideo prophetarūt: non quia prophetatum, ideo futurum. Ac per hoc futurum exitit potius causa prophetiæ, q̄ prophetia causa futuri. Nec fuisse prophetatum, nisi quia futurum. Prophetia uero non tendebat in falsum. Nec ex hoc aliquid iniustum obijciendum est deo, q̄ sic fieri decernerit ut aliter esse nequiuisset, ideo sic ante miserit prophetiam: nec ex eo quod euangelista inierit, propterea non potuerit credere, quia dixit Isaia, q̄ deus excæcaturus erat oculos Iudæorū, aggrauaturus aures, induraturus corda, ut non uiderent atq̄ nō intelligerent, ut conuersi sanitatē reciperent: qm̄ ex his itire nil aliud ab intellectibus sanis sentiendū, nisi occultis demeritis futurā Iudæorū perfidiam ex iusta permissione diuina, sicq̄ bona fieri etiam si prophetata, eadem permissione cum gratia gratis data. Declarat autē tempus, qm̄ de populi excæcatione habita fuerit prophetia.

Hæc dixit Isaia, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo.

¶ Ad claritatem prophetici dicti hoc euangelista inserit, nō ad necessitatem futurorū: qm̄ sicut cōtēpta fuerit uerba Isaia: uera de deo cunctisq̄ dicendis, nec sibi p̄stra est fides, sicut Christo contradictū est, nec factus, signis & uerbis eius data est credulitas: potius quidem ex incredulitate sibi aduersari est. Visio quidem fuit, qm̄ in templo uidit dñm sedentem super solium excelsum & eleuatum, & cum seraphin & cum cæteris mysterijs ad illam pertinentibus uisionē, in anno q̄ mortuus fuit Ozias. Quam uisionem cum retulisset Isaia, quia alibi scriptum est, *Deum nemo uidit unquam, & alius falsis adinuētis occasionibus contra eum, ab impijs Iudæis & perfidis serra lignea per medium sectus est. Sic & Christi cuius uitam, doctrinam, mores, pariter & signa contemnentes, tandem crucis patibulo affixerunt.

Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebatur, ut de synagoga non eijcerentur. Dillexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei.

¶ Mortua est & ad nihilum ualens sine oportuna cōfessione credulitas. Quoniā si cordis secundum Apostolum & rei ueritatem, creditur ad iustitiam, ore tamen fit confessio ad salutem. Actū non esset fides existimanda, quam timor hominum reprimat, eius confessionē publicam prohibet, si foris non fatetur quod interiorē rectē nouit, si plus timetur, quam Christi

si Iesu, hominum anathema. Nam quem homines eijciunt propter Christum, ab ipso recipitur pro quo exilium toleratum est. Quid in uirtutibus celsius, q̄ anathematizari pro Christo, qui ut nos de horrendo exilio reuocaret, a mudo eruciter & iniuste anathematizatus est? E regione astruitur regni ciuitatis æterni, si q̄s pro Christo anathema sustinuit. Eijci ab hominibus & a terrenis pro Christo, est recipi a deo cum angelis in sup̄nis. A egrē sibi principabantur principes Iudæorū, timoribus hominum male subiecti. Turpis est principatus, qui deserit timore uirtutem, ueritatem silet, tempore faciendū iustitiam prætermittit. Non est censendus princeps, qui uirtutis solum nō infederit. A re, non a nomine a uirtute, non ab opinione, uerus princeps astruitur. Et in eo prius oportet principari uirtutem, q̄ super alios aut alijs præferatur. Sed hoc inter cætera his principibus erat in uirtum, q̄ credentes, non cōfitebantur Iesum, quia dillexerunt gloriam ante homines potius q̄ in conspectu dñi. Gloria hominū est, cum laudibus & fama in eorum placitis uiuere. Gloria uero dei est, a mundo cōtēmi, & in cruce Christi gloriam, in patria æternam gloriam dabit. Iesus autē cognoscens animorum fidem, & uidens timidam taciturnitatem, ne credentes in eum erubesceret cōfiteri, quia homo erat ex tēpore, prodit clamās quis sit ex æternitate.

Hinc Iesus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

¶ Ex æterno patre deo, æternus filius natus est: in tempore uero, ex homine natus homo. Proinde qui credit in eum, nō solum in eum fititur & terminatur uera credulitas, sed in mittemem deum patrē: qui mittens in hanc uitam filium, mittere non potuit nisi deum. Non em̄ ei erat naturaliter ab æterno, sibi substantialiter filius, nisi deus.

Et qui uidet me, uidet eum qui misit me. ¶ De uisione fidei quæ agitur in uia, sermo est, nō de corporali aspectu. Igitur quis timor, quæ erubescencia, quæ anathema, quod exilium, quæ separatio, quæ rerum amissio aiam deberet prohibere credentem, quin in apertam dei confessionem uerborū atq̄ morū erumperet? Alliciebat etiam suos auditores ad credendum ex corde, ad cōfessionē ex ore, ad testimonium operū agendorū euasione periculi, dicens:

Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

¶ Odio est hominibus periculum corporaliū tenebrarū, prohibētium lucem & placita inueniri. Amplius autē esse deberet sp̄ialiū, quibus lux ueritatis depellit. Ex hoc saluator, ut alibi iam dixerat, hic iterum afferit se esse

Ioh. 6. Ioh. 1. Ioh. 4. Nō em̄ uidet me hō, & uerit.

Ioh. 12.

Ibidem.

Ioh. 8.

lucem, non perstringentē oculos corporis, sed mentis tenebras depellentem. Et quia lux est, in hunc mundum venit, mundum illuminare querit, tenebras fugare. At tamē non illuminat tenebras, & non fugat, nisi credulitati fiat. Igitur qui eum qui est, credit, non manebit in tenebris ignorantiae, neq; peccatorū atq; poenarum tetraliū, seu in illis quas saluator tenebras exteriores appellat. Modis omnibus congruis Christus egit atq; suavit, ut crederetur in eum: & humanum timorem atq; ruborē auerit, ut esset confessio, si erat credulitatis factis, verbis se dei filium missum a patre declarauit. Pollicitationes supernorū apposuit, & poenas horrendas interminatus est. Nihil ab eo neglectum est in operatione signorum. Mos & uita eius reprehensione carebant, in tāta modestia factus, ut etiam angelaster diceret, ut ad creditatem sui & apertam confessionē, hominum animos inclinaret. Sed praeterq; in paucis, in multis cordis duritia, quae submoueri signis & doctrina non potuit: in multis perfidia, in aliquibus malus zelus seu peruersa intelligentia legis, in aliquibus inuidia, in aliquibus auaritia mentes in fecit. In aliquibus si aliqua creditas affuit, ita hūano timore seu puerilo amore repressa ē, ut nec in aperta cōfessionē erumperet.

¶ Quod Iesus spretus, & sermo eius contemptus, & mandatum eius non custoditū, quod est uita aeterna, causa sunt qua homines iudicantur, secundum Iohannem solū.

Cap. LI.

Sicut scriptum est, Nonne qui spernis, tu ipse sperneris? Cur spretus est Iesus? Cur non quod situm est animo studioso, si ei credendum erat ab his qui haerabant? Cur non sunt diligenter discussa dicta & gesta eius, si aliquid dictū est aut actum imperitiosus, aut si non fuerint omni ueneratio digna? Cur ei aduersatum est, qui omnia quae uoluit fecit, excepto quod hominē uoluit saluum fieri, & non fecit cogitationē, sed propria hominis uoluntate? Cur credentes in eum corde, ore publico eū falsi non sunt? Cur contemptus est sermo diuinus, oēm uitae atq; morum afferens honestatem? Cur mādatum eius neglectū est, quod est uita aeterna, cui oīm mortalium suspirat intentio? Quae iura, quae lex, quod fas, quae utilitas, & omnia creata in unum conflatā, inuisibilia & uisibilia debuerunt conuicere humanas & rationabiles mentes a fide Iesu & a uerbis eius, a custodia mandatorū illius? Quae difficultas, quae impossibilitas, quae molestia, quae causatio, quae perditio, quae iactura quod periculum, quod dānum, quae infamia, quod opprobrium in his reperta sunt? Idcirco super contemptores seuum iudicium est futurum, credentibus uerō actiuosis aeterna uita praemium erit. Hinc post pronunciationem, quia ipse lux uenit in mundum, ut nō listatur

in tenebris, statim adiecit: Sed si quis audierit uerba mea, & non custodierit ea, ego non iudico eū. Non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me, & non audit uerba mea, habet qui iudicet eum.

¶ Verba Christi, uerba sunt dei patris, ipsius ore deprompta: quae quisquis audit & non custodit, non iudicatur a latore Iesu, sed ab eo, qui eum ut sic loqueretur, misit. Equidem ipse Iesus in salutem, non etiam ad iudicandum uenit in assumendo naturam, uenit ad iudicandum manifeste in fine seculorū, uisibilis omnibus in assumpto, non tū in assumendo ad saluificandum. Primus eius aduentus in carne, non in iudicio fuit: secundus ad iudicium, nō ad salutem erit. Verū quia omnis uindicta deo reserua ta est, iuxta illam sententiam: Mihi uindictam & ego retribuam: non pertinet ad offensum, uindicare seipsum, spectat uerō ad eum qui habet iudiciale potestātē. Quomobrem Iesus sic contemptus in uerbis, scilicet spretus in uita moribus & persona, denegar uindicare seipsum, aut contra spernentes proferre iudiciū: quā ipsi habent qui iudicet, omnipotentem & patrem omnium deum, qui eum in salutem, non in iudiciū misit. Nec obstat quod alii protulit, in iudicio ego ueni in hunc mundum, & quae sequuntur: quā ibi de iudicio discretionis inter bonos & malos, hic de iudicio retributiōis ad eosdē dictū est. Nec reus iudicat a iusto iudice praeter legē, sed ex cōcepta lege. Vñ adiectū est:

Sermo quē locutus sum, ille iudicabit eū in nouissimo die: quia ego ex me ipso locutus non sum, sed qui misit me pater, ille mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Et scio quia mandatum eius uita aeterna est. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

¶ Iudicabunt iudicandi ex sermone Iesu, si custoditus fuerit seu spretus. Hoc ordine quae liber lex iudicat contemptorem suum, cum ex eius praeruaricatione seu custodia, poena seu infirmitatē tribuat. Sed nec iudicabit sermo Christi, quia hominis fuit, aut quia ore hūano prolatus est, sed quia dei patris est, sicut in plerisque sententijs liquet, & ipse asseruit, quod non a se ipso, sed a deo patre loquebat: ita & in hac cōminatione refert, quod ex se ipso locutus non est, sed mittens pater, ut sic loqueretur, sibi mādatum dedit: & quid diceret, quid humano generi in assumpta carne loqueret, indicat: quid cōtra uita diceret, quid in uirtutibus loqueret, quid diceret de poena, quid loqueretur de gloria. Et ipse primō solus nouit quid accepit. Nā uerē scit quae mandatum dei patris, uita aeterna est: duntaxat custoditum, illam nanciscitur;

neglectum uerō, negligentē aeternis tradit incendijs. Proinde si uita aeterna est, omnis est apponēda solertia, ne neglecti fiat. Sic & p̄mōnitū est in monitionibus factis a Moysē populo Israel: Obserua & caue, ne quā obliuiscaris dñi dei tui, & negligas mandata eius. Et per Salomonem districtius suadet custodiri: Qui custodit mandatum, custodit animā suā: qui autē negligit uias suas, mortificabit. Et Apostolus compositionem faciens de dignitate sermonis seu mādati facti per angelos, & per Iesum unigenitum dei filium, & de poenis utriusq; praeruaricatoribus debitis, ait: Propterea abundantius oportet nos seruare ea quae audiuius, ne forte peressuamus. Si em̄ qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & oīs praeruaricatio & inobediētia recepit iustam mercedis retributionem: quō nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutē? Quae cum initiū accepisset enarrari per dñm, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis & portētis, & uarijs uirtutibus, & sp̄ssimānti distributionibus secūdam suam uoluntatem. Deus est qui loquitur. Et quod quod mādatū dei, uita aeterna est. Veritas est deus: credat ergo ei. Vitam aeternam quā iustis mādati eius posita est. Iesus qui loquit, filius dei est. Non aliter loquit, quā accepit a patre. Multoties Iesus uerbu huiusmodi replicauit, quod totus erat a patre: doctrinamq; suā ex autoritate sua, scilicet patris, proferbat, ne in hoīe cōtemneret deus, ne homo quod dei sunt, sibi arrogasse diceret, ut deus in homine assumpto crederetur, non minoratus a patre, homo in deo assumēte, ut una persona coleret, nō mutata natura humanae ueritate.

¶ Quod Iesus plus appendit affectum quā censum, ut ostendit in diuitibus & in uidua, mittentibus minuta in gazophylaciū, secundū Marcū & Lucam. Cap. LII.

Intentus erat Iesus ad proferendam doctrinam, & docens cōtemplabatur hoīm gesta, non solū mente, sed etiam intuitu corporis, ut ex gestis sumeret materiam doctrinandi & declarandi ea quae latebant, seu quae in opinione hoīm erant ex apparatus praeter ueritatem existentem: quā homines uident quae foris parēt, deus autē intuetur cor. Vnde ipsi secundū exteriora, interiora meritiunt: deus autem secundum interiora, exerciora meritur. Nam cum multa disceptādo Iesus doxisset in templo & sedens contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autem uidua una paupercula, misit duo minuta, quod est quadrās. Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico uobis, quoniam uidua haec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazo-

phylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt in munera dei: haec autē ex eo quod deest illi de penuria sua, omnia quae habuit misit, totum uictū suū.

¶ Cōtemplabatur Iesus eos qui aliquid dabant in aerarium, seu in conseruatorium diuitiarum templi, non delectatus illis muneribus, quae in usum pontificū & malorū sacerdotum consummabant: sed uidebat quantū ex quanto, & mores & gestus offerentiū. Et pauperes & diuites munera offerebant, plus uel minus, prout eis erat in uoto, aut in facultate seu in superfluo. Affectum Iesus appendebat, non censum. Omnes terrena sapientes, censum, nō affectum, ponderabāt. Sedet nunc Iesus ad patrem dexteram, affectus hominum & operationes aspiciens. Nuda quidem & aperta omnia oculis eius. Et in omni tempore & loco bonos & malos contempletur, quid, quale, quātum, quoties, quo sint, qua religione, quo ordine, quanto amore agant, dans pōdus, precium, factis meritum uel demeritum, praemium uel supplicium, ex magnitudine affectus, nō ex actus agentibus. Et suo libramēto iustitiae, bona uel mala ex affectibus pluris existimat, quā ex eis magnis uel paruis. Nihil quidē apud eū iuxta trutinacionē suae iustitiae, magnū & parū in uirtutibus seu in uitijs est, in bonis opibus seu iniquis sublime aut imū, nisi quantū in agēdis magna seu parua fuerit agentū ipsa uoluntas.

Igitur unusquisq; apud semetipsum nō quantitatē pro deo exhibiti cēsus, nō toleratae crucis, innatae seu illatae: aut assumptae molestiae, nō custodia in corpore castitatē, nō uerbosam orationū lectionē seu psalmodiā, non obediētiā corporis, nō silentiū oris, non clausurā: ne uadaē, nō dogmatū altitudinē, nō siq; sunt taliū actionū existimet, sed affectū, quae magnus seu paruus in his fuerit, inuestiget. Et inquirat cor suū, quantū in uia mandatorū dei & cōsiliorū Christi agēdo fuerit amore & faciēdi desiderio dilatatū, iuxta quod in iudicio inuentū, magna seu parua erit retributio praemiorū. Monstrauit hoc in uidua Iesus, quā duo minuta offerentē solū, diuitibus maiora & plura offerentibus prulit, affectū magnū in paruis muneribus librās, & magna munera ex paruis affectibus paruipendēs. Et in largitiōibus pro deo siue pro hoīb; factis, praeter affectus eius quae liberē porrigit de exiguo, sibi delectū facies, quae qui largiē de superfluo, in nullo deficiēs. Multa iactabāt diuites abundātes in multis, sed uidua minuta duo, quod est quadrās. Optimū diuitibus foret, si multus esset affectus, nō em̄ multa iactaret, sed relinqueret oīa spe ineffabiliū superfluum. Sed dat de abundanti diuites, si superfluum largirent. Superflua quidē multa sunt, si sola necessaria retineantur ad usum. Eadem multa

Heb. 4. Pro. 15.

in largitione non sunt, si superflua copiam necessarios excedunt. Etiam status diuitum modestie subiacet, si culpa in diuitijs deuitare contendit, & si de male partis esset multa oblatio, non iure multa, sed nulla censenda potius diceretur. Emundatam atq; purgatam in consolatio totius iustitiae, magna siue paruam esse oportet oblationem diuiti, si exhibere cupiunt deo gratam, & ex datis muneribus peccata redimere. Magis aut in sortem uiduae cedendum esset, quae ob amore dei, placitum uirtutis, pietatis cultum se postponens, torum obtulit uictum suum. Acta exteriora in numero & pondere & mensura, hominibus agentibus nota sunt, possuntq; alijs esse nota. Sed interiora hominis nemo nisi deus nouit, in quo numero, quo pondere, qua mensura consistant. Ac per hoc in animo enitendum est, ut ualidior fiat affectus, qui potes est etiam corporalium actionum & rerum supplere defectus & potiorare profectus. Et quia laudationem operum suorum ex pondere affectus, a saluatore accepit mulier uiduata uiro, ab ipsa offerendi exempla capiamus.

Viduata sit anima uiro ex carnis delectatione, sed coniugata Christo: habeatq; duo minuta, in quibus est torus uictus eius, intellectum & affectum, ut nil uelit scire amplius, nisi Christum, nihil aliud diligere praeter eum. Habet & alia minuta duo, timore & amorem, uoluntatem liberam & possibilem actionem. Habet seipsam & corpus: haec de penuria sunt, quae his omnibus indigemus. Quod uero quadratem efficiunt, ad differendum opportuna est alia forma uel sermo.

¶ De eo quod quarentibus discipulis destructio Hierosolymitani templi a saluatore praedicta est, secundum Mattheum, Marcum & Lucam.

Caput LIII.

Magnum mysterium in templo Hierosolymitano signatum est in indictione dei, qui sibi illud fieri iussit, ex conditore, ex conditore, ex tempore, ex modo, ex scientia, ex rebus, ex ornamentis, ac ex omnibus quae inerant, ex gratia exauditionis in his, qui in ipsum oratum accessissent. Quae ob causam in admiratione res est, quae a saluatore praedicta per omnia destruentur. Hinc ad prophetiam futurorum sic exorsum est. Post omnem disputationem & discepcionem cum scribis & pharisaeis in templo ipso completam, egressus Iesus de templo, ibat. Et cum egrederetur de templo, accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei aedificationes templi. Et quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus bonis & donis ornatum esset, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides & quales structurae.

¶ Quid templum manufactum ex materijs nisi quaedam naturalia disposita in aedificium;

placitum artis ingenio, facultate agendi complendum? quid ex forma, quid ex numero altitudinis, longitudinis & latitudinis, quid ex eo qui fieri praecipit, quid ex contentis in eo, quid ex gestis in illo, quid ex omnibus quae de illo dici possent, arduos quidem, allegoricos & anagogicos atq; morales habet res huiusmodi deserenda sermones. Ingeniosos & amatores ueritatum; quae a figurabilibus trahuntur, dum liber, ad inquirendum animo elaborat. Nos etiam alibi in hoc opere aliquid diseruimus. Sed ueritatem contemplum nuncupatum esset, quoniam templum a contemplatione originem traxit, essetq; facilius indagatio ueritatis. Attamen domus dei & orationis erat. Quod aliqui ingressus Iesus, uidens uelut commercij forum, indignatus ait: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Et rursus: Scriptum est, quia domus mea domus orationis uocabitur, seu est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Sed egreditur de illo, nunquam amplius regressurus, uelut relinquens & deserens atq; paruipendens totius synagogae dignitatem & statum, astructurus in rebus melioribus dei cultum, facturusq; homines uiuos templum dei uiui, secundum quod postmodum Apostolus diuinorum scrutator aperuit: Templum dei sanctum est, quod estis uos, qui de baptizatis & uere credentibus loquebatur, uelut non amplius essent futurae in praedictione caeremoniae Iudaearum, neque in illo templo aut in montibus locus uerae adorationis esset, sed in spiritu & ueritate, in quibus deus amplius adoratur & colitur. Et gratum sacrificium eius, non deinceps ex templo, sed in spiritu & cognitione atq; laude, iuxta illud quod afflatus spiritu sancto Dauid, dixit: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Et alibi: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutem dei. Neque doctrina ex illo templo, sed doctrina euangelij eius diffundenda per omnem orbem: ut docenti ex ipsa, non templum adirent, sed in omnem terram per apostolos & Christi discipulos ipsa ferretur. Egreditur de templo Iesus, uelut anathematizatum relinquens; quoniam ipse in ipso anathematizatus a Iudaeis, etiam doctrinam eius respicientibus, erat. Et ibat. Sed quod inquit? Ad motem oliueti. Quoniam sublimius attolenda ecclesia, quae synagoga erat. Et mons erat luminis, unctionis, misericordiae, letitiae, charitatis. Nam & fundata erat in montibus sanctis. Et cum egredere, accesserunt ad eum discipuli eius ad ostendam molē templaris aedificij, non tantum ignoranti, sed ut interrogarent eum super conuentione quam fecerat, si quomodo fuisset possibile templum non destrui siue relinqui, cum essent lapides boni & magni & quadri & compositi magni pitia, & ornatum esset innumerabilibus donis, a Iudaeis etiam & a gentilibus causa de-

uotiois oblati, essentq; structurae mirabiles, quae si nulla temporis antiquitate dissoluenda. Describit quidem omnino ille discipulus qui dixit: Magister, aspice quales lapides & quales structurae, quasi aut dissolui non possent, aut dissoluenti non essent, ignarus quod maiorum aedificiorum ex miraculo & uirtute, necnon ex humana potentia dissolutio facta est.

Et respondens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas aedificationes? Amen dico uobis, haec quae uidetis, uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat.

Si propter sanctitatem templi seu loci, templum destrui absonum uidebatur, frustra quidem: quoniam sanctitas, uirtus, scientia non destruantur cum rebus corporeis dissipatis. Alioquin a corporeis spiritualia, non a spiritualibus corporalia depedere dicerentur. Est autem multiplex sanctitas, sed non aequa neque aequaliter accepta in conspectu dei, cuius uirtute sanctificatur omne quod sanctificatum est. Attamen omnis sanctitas spiritualis est, quantum & aliquod sanctificatum corporeum sit. Sanctus est deus, non ab alio quod a seipso, sicut scriptum est: Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. Sancti sunt angeli existentes in caelo, sed adhæsiōe. Est & sanctitas in hominibus, sed ex uirtute trisaria, quae solus infunditur, acquiritur autem nunquam. Haec dumtaxat spiritus agitur, corpore non percipitur. Est & sacramentorum, quae quauis agatur in corpore, non consistunt aut expedit, nisi spiritus rationalis assentiat proprius siue in aliquibus alienus. Est & sanctitas benedictionis in uerbo sacro, & dedicationis ad deum & ad ea quae dei sunt: cuius si destruantur subiecta, modica cura deo. Nam si omnia mundi templa & uasaria, & si qua uasa, si qua ueritatem filia deo dicata deperirent, sanctitas qua saluari homo potest, non deperit. Perpicua sunt haec his, qui per fidem Christianitatis seu sanctitatis ueritate cognouerunt. Si autem propter alia obijcibilia humano usui, quauis digna & miranda uiderentur, indigna eius destructio censeretur, nil aliud esset, quam deum coaptasse in delectatione materijs. Et si quia ita bonum, quod non conuicandum, etiam hoc diuinae potentiae aut honorificati derogaret, quod non posset aut nollet bonum in meliora transire, atque si conditor adduceretur ut ei deferretur. Alius ualentioris sapientiae atque uirtutis aduenerat, in cuius etiam uirtute destruendum, conditum erat in ipso uelut in fundamento, aliud sanctitatis alterius constructum. Ex hoc saluatore illi discipulo interroganti respondit pro omnibus, quod illa structura templi per omnia destruenda erat, meliori tamen & infrangibili constructione donanda. Nec hominum opus debebat esse aeternum, ne uideretur uirtute humana consistere. Sed nec Iesu, pensioris

curae fuit illius templi destructio corporalis. Aliud enim illa praesagebat: id quidem, quod ea similitudine ronabilius lapidum, quantumcumque magno: atque nobilium, in quanta firmitate compositione connexorum, procerum, rectorum mundi, seu eorum qui uidentur gerere uicem Christi, euersio & dissipatio & dispersio sit facta in capite omnium platearum, ad notitiam cunctorum, qui tempore facienda dissipauerunt legem dei: sed stabilitate ecclesiae & Christiana ueritate, usque in finem seculi in paucis seu multis in suo robore permanente.

¶ De signis datis a Iesu de destructione Ierusalem, & de consummatione seculi, & de aduentu suo, secundum Mattheum, Marcum & Lucam.

Caput LIIII.

Ut iam dictum est, egressus de templo Iesus, accessit & ascendit in montem oliuarum, altiora quaerens, quam deserens, & patentiora. Et confedit docens aperientibus, interrogatis signa futurorum, celatum tempus tenens. Multi enim sunt montes, quos ob uarias causas ascendit Iesus.

Primus quidem tentationis, quoniam diabolus tulit eum in montem excelsum ualde, secundo militario ab eo deserto ubi ieiunauit per quadragenam.

Secundus doctrinae plenissimae, ubi discipulos & turbas agenda & cauenda docuit, quae est secundo militario a Capharnaum.

Tertius motus refectiois idem, sed in descensu loci refectiois fuit, ubi quatuor millia hominum pauit.

Quartus motus praecipitatiois, quae uocat salus, unde de Nazareth nisi sunt praecipitare Iesum, miliario a Nazareth situs contra meridiem.

Quintus est luminis & ostensionis gloriae, quae Thabor dicitur, quarto miliario a Nazareth contra orientem, in quo Iesus transfiguratus est.

Sextus orationis iuxta mare Galilaeae, in quem Christus, iussis discipulis transfretare, ascendit solus orare.

Septimus speculationis, scilicet Sion, in quo ineffabilia & magna mysteria egit Iesus.

Octauus unctionis & misericordiae & charitatis, soluius, quem pluries uisitauit, nunc quidem insidet contra templum, a quo etiam ascendit in caelum. Et ille caluaricus in quo crucifixus est.

Sed de motu Oliueti agit hic, de quo scriptum est:

Et cum federet in monte oliuarum contra templum, interrogabat eum separatim Petrus, Iacobus & Iohannes & Andreas, dicentes: Praeceptor, dic nobis quando haec fient, & quod signum erit quando haec omnia incipient consummari, & aduentus tuus & consummationis seculi.

¶ Cum hunc montem ascendisset Iesus, sedit in eo, uersa facie contra templum, cuius porta ad orientem erat. Ergo Christi facies ad occidentem aspicebat, uelut in occisione daturus & Ierusalem

& templum & confimiles in malitia. Mirum quidem, sed memoria dignum, quod post Christum omnia destructioni paruerunt, & omnis dignitas Iudaeorum inde remota est, ne illa synagoga Iudaeorum cum templo & Ierusalem habentibus staret, non sic nouorum mysteriorum fides astrui potuisset. Facile quidem & rudes & minus sapientes fecissent in illa relapsum, si non fuissent ablata post Christum. Et una semper fuit iustitia ex fide, nunquam autem ex operibus legis, ex dignitate templi & caeremoniarum synagogarum. Et quantum in posterum multa sint facta templa siue natiuita in honore Christi atque sanctorum eius, & magna diligentia custodita, non tamen ea fide, ut in illis iustificemur, sed ut quodam signo unitatis honeste sacrificia maneat. Iustitia quidem qua iusti homines fiunt, sine templis & domibus agitur. Non enim Christus uoluit, ut uera & Christiana iustitia esse in rebus manufactis ab hominibus crederetur. Et eo amplius deridenda erat Ierusalem cum templo, quam ipsa Iesum ad deitate deiecerat, non credens deum filium, sed tantum quendam unitatis honoris moris, unanimiter magnis & consensibus uocibus importunè ligno crucis postulauit affigi. Sed nec post tantum scelus ad deum conuersa fuit, ut misericordiam consequi potuisset; nec dum illius diuini sanguinis effusione satiata, etiam discipulos suos ad cumulum criminis usque ad mortem insecuta est. Quo demerito permissa est ira dei, & hominum incircumcisorum & idololatrarum sanguinem manum, & immanitatem gentium. Et cum haec horrenda uidebant, antequam fierent, ab apostolis signum inquirunt, non solum destructionis ciuitatis illius, sed signum aduentus sui & consummationis seculi. De tribus futuris, ut liquet, sunt signa quaerita. Et interim, scilicet Iesu est perfecta responsio. Sed antequam dixit cautelam expediendam ad mala futura, ne post ascensionem eius erroris perniciem parerentur.

Mat. 24.
Mar. 13.
Luc. 21.

Hinc & respondens Iesus, dixit illis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim ueniunt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus. Et tempus appropinquauit. & multos seducet. Nolite ire post illos. Auditorum enim estis praedia & opiniones praedictorum.

¶ Futuri erant multi, uirtutis ueritate carentes, simulantes speciem affectum hominum habere sequela, quae deficiet in propriis, sub nomine illius quod omnem uirtutem habebat, diuinam atque humanam, praedicaturum erat. Ab exordio creationis humanae in fuit rapina ista hominibus, ut sibi uellent arrogare diuinam. Et quod eis a natura & a gratia negabatur, falsis appropriare satagebant, ut protoplasti primi & plurimi sibi met diuinam uirtutis gratiam tribuerent. Sed post exorbitationem a fide, nullus procul error, quod uenerari in hominibus quod est, proprium dei: & in nomine Christi, sequi aduersarium eius: & perducere per semitas aequitatis aptas reatasque uias, deuotorem imitari. Vigiles ergo apo-

stolos suos reddit Iesus, & futuros post eos fideles, cautos facit, ne ueniuntibus in nomine suo, asserentibus improbe se Christum esse, praedicantibus quae restant, in breui compleri futura mysteria, inter ultimam tempora, cum adiecta sequela praesentem credulitatem. Est enim saluti ad seducendum omni intentione. Ideo seducere multos seduci dignos, plus sapere praesentium mentes quam deccat simplicitate fidei. Seducere quod de uobis & nouitate, magis uero suauitate doctrinae, moribus palliatis, spiritu praedicandi futura, & illis actibus & artibus seducendi quibus humana ingenia cum ueritate auersa fuerint, innuntent. Sed post eos phibere eundem magistri enim sunt errorum & uariarum ad interitum. Atque in magnum Christi testimonium cedit, quod inimici eius ad seducendum accipiunt nomen eius. Et argumentum magnam uirtutis Christi, quod a uirtute alieni, ad suum usum, ad ostentationem, ad complementum suae intentionis, accipiunt sanctum nomen, aliunde desperantes posse uota complere. Ne autem ista uti absone uideant, testificant ueteres prophetiae, quae pro illo tempore in his, quae agebant, uera fuerunt, etiam praesagium nouissimorum temporum continent. Inquit enim dominus per Ieremiam prophetam, cui dominus dixerat ne oraret pro populo in corredo, quoniam orationem & holocausta eius reppulerat. Vnde Ieremias stupens, dixit: A a, domine deus. Propheetae dicitur eis: Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, sed pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falsus prophetae uaticinatur in nomine meo. Non misi eos, & non precepi eis, neque locus sum ad eos, uisionem mendacem & diuinationem fraudulenteram, & seductionem cordis sui prophetant uobis. Idcirco haec dicit dominus de prophetis, qui prophetae in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame consumentur prophetae illi, & populi quibus prophetae erunt proiecti in uisum Ierusalem pro fame & gladio, non erit quae sepeliat eos. Obijcit se Ieremias pro populo apponens excusationem, quoniam prophetae sic imbuerunt illos, quorum uaticinatio adhaerentes, recte agere arbitrati sunt. Sed eregione dominus prophetae a se misso, de prophetis non a se missis, deregit falsitatem in qua uaticinatur, quoniam ipse non misit eos, neque precepi dedit, nec affatus est. Et alia scriptura dicit: Omnis homo mendax. Qui ergo de spiritu dei non loquitur, falsitatem facit. Fuerunt quidam & sunt, eruntque in sublimitate & subtilitate sermonum, prurientem facientes auribus auditorum, euangelium & alia scripturam in sensum carnis & gutturum eius animaliter conuertentes, leuigantes peccata, lenientes culpas, abrogantes debitas poenas, immundis ueritatibus fauentes, non euangelij ueritatem, sed quod mente falso sinxerint, populis asserentes.

LIBRI NONI DE VIRTVOSIS ET PRO VIRTUTE SERMONIBVS DOMINI SALVATORIS, FINIS.

Mat. 5.

Mat. 9.

Mat. 11.

Mat. 16.

Mat. 23.

LIBER DECIMVS. SIMONIS DE CASSIA GESTORVM DOMINI SALVATORIS LIBER DECIMVS, Tractans speciatim

DE SERMONE DOMINI IN monte, quando Christus turbas uidit, & in monte ascendit.

De ascensu Iesu in montem, & de turbis. Caput I.



IDENTS Iesus turbas, ascendit in montem.

¶ Videre uenerat oculis carnis, factus absque peccato pro omnia similis nobis, quos ab aeterno deus praeparat. Et supra humanam scientiam hominibus loquens, commouebat animos auditum. Et auditores primi, ut eum audierant, referentes ad audiendum in propria uoce alios inuocabant, ita ut ex omnibus finitimis regionibus ad audiendum illum ueris quae sexus homines properarent. Et coeuerunt plurimas turbas: quas uidens Iesus, ascendit in montem, ut ascendentes post eum, turbam unam efficerent. Protinus per effectum hominum turbas aspexit. Sic enim multitudines hominum appellantur, eo quod facile turbentur & turbent. Etenim ipse turbauit hominum corda in altitudine doctrinae suae, qui eam capere non ualentes secesserunt. Alij recedentes dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum capere? Alij uero dixerunt: Hic blasphemus, cum supra uirtute hominum peccata dimitteret. Alij ex miraculis admirabantur. Et quod plures non intelligentes, turbabant in Christo. Et in passione sua omnium sunt ferre corda turbata. Et ipse propter turbas turbatus est: quod & ipse protestatus, antequam Lazarum reuocaret ab inferis, turbauit seipsum. Et alibi sermone sui oris expressit: Nunc anima mea turbata est. Et propter peccata turbas omnium, in horto turbatum audivimus; Tristes est anima mea usque ad mortem. Quae tandem eum, multis praecedentibus poenis, turbauit in cruce. Igitur turbaturus turbas, turbandus a turbis, ipsas congruenter aspexit. Et ascendit in montem suis pedibus Christus, quem creauerat deus. Mons montem ascendit, quia lapis praecisus de morte sine manibus, in tantum creuit, ut efficeretur mons magnus, ad quem possent refugere omnes gentes. Montem ascendit, noua daturus mundo doctrinam, ad inueniendum quod ex ipsa inueniunt ad aeternum beatitudinis montem celebrat ascensus. Et ab imis homines extollere uenerat, atque ad alta subuehere, qui montem docturus turbas ascenderat.

titudinis montem celebrat ascensus. Et ab imis homines extollere uenerat, atque ad alta subuehere, qui montem docturus turbas ascenderat.

De Iesu sessione in monte, & discipulorum accessu. Caput II.

ET cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.

¶ Docturus sedet, si lassus innotuit, quod est hominis: magis autem expectatio benignitatis inclaruit. Expectat enim nos in infirmitatibus & tarditatibus nostris, existens ipse in monte inapprehensibilis perfectionis. Tardi enim sunt homines ad credendum quae Christi sunt. Tardi ad intelligendum quae utilia sunt. Tardi ad agendum quae necessaria sunt. Tardi ad poenitentiam cum reliquerimus iter rectum, cum effuderimus animam in peccata, & dei benignitas, dei patientia, charitas Christi ad poenitentiam nos expectat. Nec profert post lapsum illico ultionem, expectans conuersionem. Multifarie protinus homines uocat nostrae conuersionis ad eum, ut perfectae adhaesionis sine firmitatis expectans, quaerens miserum potius quam uicium, iuxta quod per Isaiam dicitur: Expectat dominus ut misericordetur uobis, & ideo exaltabitur parcens uobis.

Mat. 5.

Isaia. 30.

Sedet, ad quietem mentis ex doctrina Christi hominibus affuturam. Nemo enim quiescit scientiam quaerens, nisi uere Christi doctrinam agnouerit. Nemo quiescit affectu aliquod captare concertans, nisi Christi possessor extiterit. Ipse factus est omnibus omnia. In eo pater aeternus quiescere uoluit omnium hominum mentes. Sufficit enim omnibus praeter omnia, & cunctis in ipso deficiunt. Necon ad aeternam quietem nos expectare praemonstrauit, cum sedisset in monte. Docens sedet, sedens docet, ut quietius doceat. Infunditur oculus in corde audientium emissa in quiete doctrina, & renacemoria capitur quod in tranquillitate a doctore profertur. Haec siquidem corporis sessio internam quietem insinuat, ex qua illuminans doctrina procedit. Sedet in monte terreno ille, cuius in caelo sedes est. Ipse solus Christus in altissima uirtutum perfectione quiescit, cum in monte coesedit, & ut ei pro modulo nostro similes simus, expectat. Altesque considerat aduentantes, & qui proximiores fieri cupiunt atque fiunt, ut inter eos per iustitiam retributionis disternerat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, ad sedentem pariter & expectantem. Si discipuli, ergo ad magistrum accesserunt pro doctrina quae animam illuminat, non pro pecunia quae obscurat. Inquit enim Psalmista: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. Sed expedit ut in simplicitate fiat accessus, non duplicitate, sicut scriptum est: Ne accesseris ad eum duplici corde. Duplici corde accedit, qui aliud quam deum accedendo requirit. Simpliciter uero d d d ij

Psal. 35.

Ecc. 1.

corde accedit, qui uersucia nulla detentus, nil in suis affectibus p̄terc̄ ipsū gl̄ificat. Ad uer̄ & humilem discipulatū pertinet ad uer̄ ac cessisse magistrū, nec recessisse nisi suscepta doctrina. Et in faciliem fieri ad doctrinam sanam, est optima disciplina. Accesserunt discipuli uelut primitiui sanctorum scholarum, ad diuinam scientiam capessendam, & uelut futuri testes dictorū atq; factorum Christi, p̄ quibus exposituri erant omnem corporis uitam, & tormēta crudelissima suscepturi anteq; hæc doctrina cælestis à terrenis hoibus ipsi suaden tibus caperetur, & crederetur q̄ sic humanatus dei filius, talia in suscepta humanitate gessisset. Accesserunt corpore propius, quia animo au dentius p̄ cæteris diligebat. Etenim qui plus di gigit, necessitate p̄posita, possibilitate adiecta, cognita uoluntate dilecti, opere plus effecit. Et ad dilectum corpore appropinquat per amplius, qui maiore dilectione urgetur interius.

De apertione oris Christi in intentione docēdi, secundum Mattheum tantum. Cap. III.

ET aperiens os suū, docebat eos, dicēs. **O**ris apertio, ad humanitatem pertinet exterioris hominis; doctrina uerō, ad scientiam mentis. Os ex creatione, scientia ex infu sione. Os corporeum & uisibile, scientia incor poreā & inuisibile. Mirum q̄ per canale cor poreum & humanum tam alta doctrina trās funditur. Sed aliquid magnū inuuit hęc signa ta locutio, cum dicitur, Et aperiens os suum, cum sæpe Christus os aperuerit, & p̄ter aperti onem oris nullus naturaliter loqui possit. Sed inferioritas hominis ad deum mōstrata est, ut os humanum apertum, ex alto crederet impleri: & non humana in scholis hominum apprehensa, sed diuina doceri, quæ in cognitionem deducta, bonos à malis, uelut in torcularibus uinum ab acinis, oleum ab amurca secernant. Vnde in Psalmo q̄ de torcularibus ipsi asaph pro quinta sabbau inscribitur, secundum unā trāssationem scriptum reperimus, **A**peri os tu um: secundum aliam, dilata os tuum, & ego implebo illud. Quicquid de torcularibus in sacra scriptura reperitur, ad Christum p̄tinet: quoni am ipse torcular calcauit solus, siue de lege, siue de sua passione dicatur. Proinde ut boni à malis, electi à reprobis secernantur, à patre ad filium humanatum dicitur: **A**peri os tuum, & ego implebo illud. Tu aperias os carnis, & ego implebo illud scientia deitatis, ut nō humana, sed diuina loquaris hominibus, sicut ipse salua tor testatus est, dicens: **E**go ex meipso locutus non sum, sed qui misit me pater, ipse mihi mā datum dedit, quid dicā & quid loquar: & scio quia mandatum eius uita æterna est. Quæ er go ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Et alibi: **V**erba q̄ ego loquor uobis, à meipso

nō loqr̄. Et p̄dōctē dictum est, aperiens os suū, ad distinctionē faciendam, quia in ueteri lege aperuerat ora prophetarū: & ut nulli excusa tio ualeret hominibus, cum dei filius eisdem in humanitate more hoim loqueret̄. Aliud enim est, cum rex p̄ suos legatos: aliud, cum p̄ pro prias literas: aliud, cum p̄ nuncios: aliud, cum p̄ seipsum ore proprio subiectis populis loqui tur. Tunc nulla excusatio est efficax, nulla ter guersatio contutans eos, qui audierunt ex re gis ore sermonē. Et ipse pater in filio sic huma nato, dignatus est in plenitudine temporis loq; sicut Apostolus ait: **M**ultifariē multisq; modis olim loquens deus patribus in prophetis, nō uisimē diebus istis locutus est nobis in filio, q̄ uelut os aperiens ad sermonē, sp̄m̄ diuinæ in fusionis quo loqueret̄, attraxit. Sic enim Psal mista in eius p̄sona longē antē p̄dixit: **O**s meū aperui & attraxi sp̄m̄, i ueritatis quo loquerer, quia mandata tua implere desiderabam, & ut implerent ab hominibus, gestiebam. Et per Ie zechielē de ip̄o dictum est: **T**ibi dabo os aper tum in medio eorū, ut sciant quia ego dñs. Ac per hoc, ut ea causa os Christi apertum int̄ ho mines agnoscamus, ut in diuinam cognitionē deueniant, forma protinus progata est his, qui habent alios docere iustitiam, ut montē ascen dant, altitudinem morū atq; uirtutum, ut apert ant os mentis ad suscipiendam cælestis gratiæ infusionem, ut doceant apertē, quæ susceperūt occultē: doceant humanē, quæ acceperunt di uinē: doceant libenter, quæ acceperūt silenter: doceant gaudentes, quæ acceperunt gratant. Et quæ gratis acceperunt, gratisq; refundant. Tradant hominibus q̄ illis tradidit deus, eorū sine quo acceperunt, diffundant, s. ut non diligan tur terrena, sed cælestia in amorem deueniant. Non quæ uidentur, sed quæ non uident, amore incessabili diligant. Hoc enim intendit omnis p̄dicatio Christi. Hac intentione infun ditur eis, qui non solum sibi, sed omnibus la borant exquirentibus ueritatē, ut mala oia deiciantur, & cordibus hominum inserant̄ te naci amore uirtutes, ut sint actiuosæ quantum possibilitas ip̄a concedit, & ip̄a necessitas pos stulat, ut temporalia non diligant, ut sint tenu peranter in usu, ut solum cælestibus ex omni animo suspiremus. Proinde quia discipuli ad eruditionem Christi suscipiendam accesserūt, simul cum turbis audierunt sequentia, & quæ Christus ore suo aperto transfudit. Dilucida b̄tur uerō quæ ore aperto protulit, prout cor & os aperta ipse implebit.

De paupertate quæ beatitudinem parit, secundum Mattheum & Lucam. Cap. IIII.

BEATI PAUPERES SPIRITU, quoniam ipso rum est regnum cælorum.

Imū in rebus, odibile hominibus, despici

bile in personis, ante omnia beatitudini Chri sti ascriptū. Et decorauit deforme apprens, non tamen existens: & p̄ quod homines pluri mi fecerunt petunt, deuitant publicū cogno sci nolunt: cum quo nobilitas graditur ex obliquo, ne sit generositas prompta, sed remissa. Ob quod uidet̄ hominibus denegata pulchri tudo loquendi, & decora conuersandi mora litas sæpē reuanditur & turpatur, in his dunta xat qui uirtutē radicis eius penitus ignorarunt. Et bene quod odibile sit hominibus, Christus beatificauit: quia quod eis placuit, miseriam terminabilem & interminabilem in anima & corpore fecit. Quod hominibus displicet, Chri sto placet: q̄d hominibus placet, Christo displicet. Idcirco hic beatū, suum: miserū uerō, pla cium hominum uocat, cum æternum uæ ali bi diuitibus atq; referis ex rerum abundantia, comminatur, dicens: **V**æ uobis diuitibus, qui habetis cōsolationem uestram. **V**æ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Congruē, imō au dacter dixerim, aliquid simile habere cum cælestibus rationabilibus creaturis, quod prædi catur beatum in terris: & permaximē dici feli cem, cui promittuntur regna cælestia. De cælo paupertas ad terras descendit, sicut pro no bis factus egenus, de cælis aduenit: præferēs in se ipsius uirtutis normam, cælestem esse mon strauit, cum non habere neq; uelle terrena, ge rat similitudinem angelorum. Qui terrena cō cupiscere neq; possidere nouerunt, angeli sunt terrestres. Nec minus q̄ uirginitas, cum ange lis habet aliquid commune paupertas. Nam uelut angeli liberi sunt à carne atq; à rebus ter renis, hoc in eis distante ip̄os sic creata natu ralia & homines à carnis concupiscentijs, ope rante diuina gratia. Et terrena respuere facit uoluntaria paupertas assumpta. Esti angeli terre na concupiscere atq; ip̄is uti nequeunt, homi nes uerō possunt & nolunt. Et hoc confert ho minibus beata paupertas, quod illis contulit cre ata natura. Beatificat̄ à Christo in terris assump ta paupertas, cum in angelis antē creata fuit: qm̄ nihil eis extitit ex creatione priuatum, oia eis communia facta sunt. Qui uerō sibi cōpla cuerūt in proprijs, irremediabiliter corruerūt. Est sanē paupertas, ubi nihil uendicatur in pro prium, etiam si communitas abundaret. Nam diuitem in cælo & in terra naturam, decentem locis & rationabilibus, creator omnium fecit: & debitricem, ad necessitatem dumtaxat, omi bus esse constituit: qui uerō ipsam ad uolupta tem transfrediunt, ut per pleonexiam uelint, habeant & utant̄, naturam uiolant & corrumpunt, & ab ordine creato peruertunt, ac p̄ hoc agentes contra naturā. Nemo atrocior, q̄ qui se nadiidit philargyræ. Quāobry creatæ natu ræ testis & conseruatrix, est ipsa ex spontē pau pertas. Proinde si cælestis est ipsa, si regnat in

angelis, orare Chrs̄ edocuit, fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra, ut uelut angeli natura paupes sunt, nihil sibi cōquirūt in p̄p̄riū, nec ali ud præterq; deum uolunt, sic in terra in homi nibus plene fiat. Nanq; uera & actiuosa fides, sine paupertate non est: quæ magnam fidei tes timonium phibet, cum hoies ad se trahit. Ipsa est spei praxis, cū, p̄pter cælestia terrena quæq; contemnit. Caritas sine ip̄a non graditur, cū à uisibilibus hoiem auellit, ut inuisibilia capi at: & de deo solum ditari cupiens, pauperē in terrenis, suum constituit possessorem. Diues in mundo, pauper de deo: pauper in mundo, di ues de deo. Nemo diues de diuinis atq; terre nis simul inclaruit. Ex uno diuitē, ex altero pau perem fieri lex æterna cōpellit. Et si locupletes ueteris testamenti patres, ex diuinis atq; huma nis quisp̄a proferret in medium, hæc sententi am conatus subuertere, nec non & multos san ctos noui testamenti, q̄s nouimus terrenis ful sisse diuitijs & abundante diuinis, aduertat uete ris testamenti sanctissimos patres, pauperes sp̄i ritu fuisse in terrenis. Non em̄ afficiebant pos sessis, sed nihil pendebant, ut in oibus perditis māssent in conturbati. Nam Abel paup̄ spirit u fuit: & quanq; sibi quæda animalia uendi casset, deo tū meliora offerebat, & sanctus ap pellatus est: quod nec fuisset oīno, si spiritu ter renas diuitias dilexisset. Et Enoch ambulauit cum deo, & ultra nō apparuit, quia tulit cum deo. Si cum deo ambulauit, nō diuitijs circun septus, non stipatus priuatis: non em̄ ambulat cum deo, qui terrena sectatur: sed qui quærens aliam uitam, propter illam ista contemnit: & ideo tulit eum deus, quia ipse terrena non tulerat, neq; ipse à terrenis attractus erat. Magnus in paupertate Noe, qui p̄ter debitū usum na turæ, nihil ultra conquiret: & iubente domi no, per cētum annos sentet ipsum & sua in expensas dedit in ratem pro humani generis uti litate communi, non ad priuatos usus suas copias conseruans. Adest omnino sancta paup̄ tas, ubi adest & charitas: quæ non priuata cōm munibus, sed priuatis communita omnino p̄ ponat. Pauper profectō cēsendus est, qui ad di uinum imperium cuncta quæ possidet, modo & causa est paratus impendere. Quot enim ante primam mundi ablutionem ad dei regnum credimus p̄tinere, pauperes & peregrinos absq; constructione ciuitatum & magnorū ædificio rum, uitam communem peregrisse asseramus. Abraam locuples fuit, sed paup̄ spiritu & peregrinus in terra. Qui si libens ad sacrificiū ob tulit filium, pro quo paterna congregatur hæ reditas, ipsam hæreditatem, iubente domino, libētius obtulisset. Et odio habebat priuatum, qui aduenientes recipere hospitio, ut ex illa consuetudine angelos suscipere mereret. Pro tinus cæteri patres in hanc cōuenere ueritatē,

Lob. 1.

ut lob hospitalis & diues, cum egentibus cuncta participans: & omnibus deperditis, gratias egit: originē suam & nudum ingressum in hāc umbraticā uitam, animo & ore commemorans, mansit imperturbatus. Si uerō noui testamenti patres in mediū producere conaremur, profecto recolimus aut liberē omnia contempserunt, aut dedisse pauperibus alijs, ipsi pauperes fieri cupientes, aut uelut dei administratores & pij distributores, omnia possedisse sine amore cordis, usu duntaxat corporis cū timore suscepro. Cur igitur non est beata ex spiritu suscepta paupertas, cum ipsa quoquo modo proueniat, sit quaedam naturae libertas, uiuendi dormiendi, standi, procedendi, & conuersandi quāda securitas & moriendi tranquillitas? Repellit paupertas turbam famulorū, nec in manibus susceptorum constitutus est pauper: Omne hominē spiritum eum capit, & ubilibet potest reclinare ceruicem. Spiritu pauper, litigare non nouit: laetronem non horrescit in uia, p publicam & priuatam gradi potest, ciuitates habitare & penetrare deserta. Terrenum iudicem adire non habet, aduocato in sua causa nō indiget, libellos porrigere aut recipere, nec de calūnia iuramentā p̄stare. Nam si ei auferat tunica, dabit & pallium, ut rumor forissecus non adueniat, & ne propter rem temporalem uideatur didisse fratrem. Nihil spiritu pauper cum dolore animi perdit, quia nihil cum amore possedit. Odium ad auferentem, tristitiam de amissis sustinere nō potest: quā qd non diligebat, imō quod aīo contemnebat, amisit. Amicus reipublicae pauper, abhorrens habere priuatū. Nil in uniuerso seculo rempublicam acerbius conturbauit, q̄ ad priuatā suspirans. Non abs re, ab hac uirtute in sua uniuersali praedicatione saluator incepit, & beatitudine decorauit, quae descendit de caelis: quam ipse animo, uita & moribus tenuit: quae habet cum omnibus pacē, quietem in anima, libera in operibus suis. Cuius oratio nō habet ad quid recuratur, quae in terris portat similitudinem angelorū, quae sollicitudine nulla tenetur, humo non oneratur, ut libera uoluerit: q̄ omnia terrena, cuiusuis possessionis existant, suo uēdicauit in iure. Nam ab omnibus potest uitae necessaria petere, quae de omnibus nihil sibi uēdicauit in proprium. Eius quae nullam habet, omnis domus est sua, si capax extiterit. Et omne superfluum, est pauperis proprium, non iure legis scriptae, sed creatae naturae. Potest enim exigere ab omnibus habentibus naturali iure, qui praeter naturā nihil nouit habere. Cum paupertate creata sunt omnia, ut esset ordinata communitas & omnis excluderet proprietates. Vnde paupertas priuatio proprietatis existit: q̄ si ex spiritu dei uenit & propriae uoluntatis, habet regnū caelorum in terris. Nam ad eos sancta mater ecclesia in suis co-

pjijs efficitur debitor, qui plura & spiritu proprio prior pro suo sponso & Christo capite cōtemperunt. Et in illa regenda pro episcopo sunt digniores, qui animo fuerint superiores. Hicolum debet in ecclesia tenere principatum, qui renuunt habere priuatū. Et hi sunt ab eius regimine repellendi, potius uerō non assumendi, qui propria emolumenta requirunt. Necnō & illi regnū caeloz̄ supernum iure mercant, qui spiritu terrenum despiciere certauerunt.

De mititate, qua terra uiuentiū pro beatitudine possidetur, secundū Mattheū. Cap. V.

Verbum quod saluator, aut cōditio quae in prima beatitudine appositū, ad uerā intelligentiam in omnibus subsequētibuscum habet: & difficilē, imō impossibiliter, in ueram intelligentiam deuenit, nisi protinus in omnibus repetatur. Beati pauperes spiritu, saluator in prima beatitudine posuit: ut si spiritus non aderit, nullo modo uera beatitudo sitit siue sit spiritus sanctus, quod beatitudo cōstitit, siue libera uoluntas hominis, sine qua uirtus nanciscens beatitudinem, nulla erit, in eadem sententiam deuenit, cum sine spiritu dei nec beatitudo alij, & sine ipso spiritus nostri aut uoluntatis nostrae nulla libertas. Quod & Apostolus asserit, Vbi spiritus domini, sibi libertas, a uitijs uidelicet & a uinculis huius seculi delictis: ut & uoluntas ab omnibus contrarijs libera, & in bonis agendis sibi asit plena libertas. Proinde in intelligentiam sequentis beatitudinis uenire cupientes, Spiritu, adnectamus, sicut in prima positum est. Est siquidem mutitas corporis ex defectu naturae, necnon ex uoluntate se mutum aliquis facit, cum seatur facta silentia ex amore uirtutis, & spū dei actus, intendit & uacat sanctae taciturnitati. Sic & est mititas in similitudinem mutitatis, aut ex quaedam natura, aut ex timore proueniens. Et est quae causatur a spiritu & libera uoluntate, quae se homo mutum facit, non habens ad opprobria & ad conuicia & ad quae liber maledicta uirtutis, saluator solus uoluit esse magister, dicens: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.

Est quidem hęc uirtus supra petram situati cordis, & superexaltati a materijs sensibilibus rerum & appetituum secundum carnē & parentiam eius. Ipsa est em̄ quaedā intransmutabilis animi, in honoribus & in ignominijs similititer se habens, nō uariatus animus in his q̄ ad eum indigna seu digna proueniunt, taciturnitate praeterquam ad irreprehensibilia per omnia possidens, uniformis secundum uirtutem mens, & mansueta uita sine querela degens, in nullo se praefert eis quibus sociata manet. Non derogat sententiae uerae dicentium, nec reputat se meliora cognoscere, propelles eam contentionem quae per apparentiam aut in-

nem gloriam agitur, in quodam profundo humilitatis inclusa, indigna uita se reputat. Qui hanc uirtutem habet, sui est compos, suiq̄ possessor. Qui uerō seueriſimū actū & theoria possidere didicerit, ex promissione diuina aeternā terram atq̄ supernam possidere nanciscitur. Proinde saluator ait:

Beati mites, quō ipsi possidebunt terrā.

Verē beati mites, qui seipſos possident inuariabili animo, & dominantur sibiipſis uelut rebus quas possident. Altius enim est, sibiipſus esse possessorē & dominum, quā omnium rerum extrā positarum. Et in hac umbratica uita protinus est quaedam felicitas, sub decreto uirtutum totū esse hominem ad seipſum, & non illectum a concupiscentijs uanis, non sociatum in malis cui addetur aeterna felicitas, scilicet possessionis aeternae, ubi sine fine beati, quoniam ipsi possidebunt terram, sicut licet uiuentium, de qua Psalmista oprando dicit: Portio mea domine sit in terra uiuentium. Non enim est haec terra, calcata pedibus hominum & quadrupedum, & corpore reptata serpentum, terra uiuentium, sed mortalium est. Illa uerō superna, est uiuentium, ad quam suspirat omnis intentio uerē credentium. Nec ista terra praemium est apertum tantae uirtuti, scilicet mititati, cui in operibus Adae dominus maledixit: sed illa caelestis, cui dominus benedixit, sicut scriptum est: Benedixisti domine terram tuam. Ad quam benedicti patris in finali iudicio inferentur, in qua solum qui recti sunt, habitabunt in ea, iniqui uerō ex illa perdentur. Sic enim Salomon ait: Qui recti sunt, habitabunt in terra: quia generatio rectorum benedictur, benedictione aeterna. Et qui simplices sunt, permanebunt in ea. Mites enim simplices sunt, quia inuariabiles sunt & in compositi, q̄s uelut sui similes deus querit, quia simplex & in compositus est. Sed impij uerō de terra perdentur: & qui iniquē agunt, auferentur ex ea. Nam ex ista boni & mali pariter auferuntur. Superna igitur ciuitas, quae ratione soliditatis terra nuncupata est, possessio est mitium atq̄ simplicium, mansuetorum atq̄ rectorum, in spiritu sancto docente in spiritu propriae uoluntatis atque humilitatis, ista tenentium, de q̄ impij perdentur.

De iudā cui beatitudo promittitur, secundum Mattheum & Lucam. Cap. VI.

In necessitate nobis factus est luctus ex peccatis proprijs & paternis. Er ipse noster incolatus, nos inuitat ad lachrymas, & expulſio in turbulentiā & in inquietissimū locum, ubi oīa peioribus semper cōditionibus alternant. Necnō ad luctum cogit mortales ipsa inuitabilis necessitas moriēdi, magis q̄ incertitudo loci, q̄ meritis

nōis aut demeritis nos expectat. Et iudicatio nis dies, in quē indeclinatē festinamus oēs, fluxu uerō educere lachrymarū angit. Est & luctus, q̄ exoritur ex amissione amararū rationabilū & irrationabilium rerū: sed uterq̄ reprehensibilis, q̄ dispariter. Vnus ab altero, uelut, p̄cessus corruptae naturae ab ordinatione creatae. Nam dolere uel flere p̄ditis similibus in natura ipsa natura fauet, quā ex ipsa similia libenter & ap̄tē similibus sociant. Et amor insitus a natura sic agitat. Quamobrem dissociatio habet ex natura dolorem, si ex natura sociatio seruauit amorem. Sed grā hunc fletum atq̄ dolorem irreprehensibilem facit, cū nihil amittat quod in deo diligit, cum & in ipso nobis salua sint omnia: quanuis & saepe addita specie pietatis desleamus quosdam charos, utiles ad uirtutē, ad documenta caelestia & ad capiēda diuina: quamobrem deploratus est Noe, Abraam, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyses, Aaron, Iosue, Samuel, Dauid, & quamplures sacerdotes, & prophetae atq̄ boni reges, & in Machabaeis multi belatores, duces & sacerdotes, in luctum populorum uenerūt. Et apostolorum principes apud urbem, & ceteri ubi finierunt, & multi archimandrita pastoresq̄ dominicaȳ ouium, cum decesserunt, luctum reliquere relictis. Necnō & compassione patientiū pleriq̄ fletus adueniunt. Si uerō ex rebus p̄ditis rōne carentibus luctus exoritur, culpa atq̄ reprehensionis acerrimae nota habet, cū fletus nisi ex amore colligato iā dissoluto, rei amissioe secuta, puenire nō possit, & tantundē torquet animū & fletū inducit qd amittit, quātū in amore tenebat. Nec p̄ditur sine luctu, qd sine amore nō adhaeserat. Nec dolore urit, q̄ amittit sine amore possessit. Quanta igitur sit culpa causandus, reprehensione dignus, poena plectendus, q̄ dilexit qd nō nouit diligere, atq̄ qd solū esse debet ad usum, trāserat in amore: & qd dolore infigat, qd dolere nō potest: & planctum faciet siue luctū, q̄ horū nec sentit aut nouit originē, enūciari neq̄. Sed ego demētē dilexerim, & brutorū gregatibus asciscēdū, q̄ mēte seu rōne amissa carētia deslet. Quēq̄ diu q̄s facit, nō est ad grām neq̄ ad beatitudinē cooperandus, magis autē in irrationabilia depurandus. Ac p̄ hoc cui luctui siue quali beatitudinē saluator adnexerit, aduertamus.

Omnis uera beatitudo, quae nusquam nisi apud deum est, non est ab ipso promissa nisi affectionibus, aut illis affectionibus necessarijs, siue quibus nulla hominum salus: aut illis, sine quibus salus, sed cum illis luctidior & pximior pollicēti. Illae in p̄ceptis, aliae in cōsilijs. Praecepta siquidē nō habēt lugēdi materiā, cōsilia q̄o habēt gaudēdi, cū sit in eis uia propēior ad salutē. Sed si more humano loquar, quātō à mūdo quis expeditior, tāto gaudērior, cū non sit undē amittendo quippiam torqueatur, q̄uis

& mos humanus fiat temporalia cum amittit. Sed in illum luctum sensum horum uerborum transiit, qui de offensione diuina procedit: qui, cum offensus est deus, deberet inhaufitibi li uena defluere: & nihil penitus aliud sit fletu & amaro luctu dignum, nisi cum rerum creator offenditur. Et in illum etiam, qui de negligētia nostra procedit, cum sicut possumus, nō obsequimur diuina diuinē pro nostris utilitatibus imperanti. Et hic luctus est geminus, cum offendimus & delinquimus, ut & hæc non solum in nobis, sed in alijs lugeamus. Qui facile placat deum, & maiorem acceptioremq; deus compassiōem habet ad proximum, quā si pro corpore sustentādo nostrā oēm substantiā donaremus, p̄sertim si subleuatio ex impēso auxilio subsequat ad tollendū malū proximi iā prolapsi. Vndiq; nobis existentibus in ualle chrymarum materia luctus offertur, ut ascensu ones ad optima in corda hoim disponant. Ad quē saluator britudinē pollicēdo iuitat, dicens:

Mat. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

¶ Seu aliter alio referente:

Lu. 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

¶ De esurie iustitiæ, cui dabitur æterna saturitas in beatitudine, secundum Matthæum & Lucam. Cap. VII.

Infallibilis & æterna iustitia, agendæ iustitię cōmendauit esuriē, cū beatitudinē adiecit in p̄mium, nec beatitudo ꝑa cōsequit, nisi ipsa p̄cesserit. Sed q̄ p̄cedit in ordine actionis, & in disertione oīno p̄cedat, de q̄ sermo difficilis. Esurit famelicus in corpore, & impastus, sitit calore ardens, nō potatur, sed cibū & potū. Esurit aīa iā affecta supnis, sed illa q̄ i supna ip̄am possunt in ferre iuamina. Sitit ardens desiderio supnoꝝ, sed prius q̄ ad meritū faciēdo expeditunt. Iubet æterna iustitia agendæ iustitię ordinē nō p̄uerti, sed in affectiōe & actiōe seruari, ut prius agēda iustitia sit in uoto, q̄ æterna decernat in p̄mio. Iustitia & iniustitia in agendis, ad se æternā iustitiā in iudicijs attraxerunt: illa p̄ p̄mio, altera pro supplicio. Agens em̄ iustitē p̄ iustitiā dei, bonis applicat æternis: iniuste em̄ gradies, æternis torsionibus deputat. Qui seceret ad nos diuina iustitia, nisi * nra iustitia seu illā nostra iniustitia propullaret, q̄bus uexantibus sedē eius ipsa infallibilis & imperturbatē deernit. Proinde amator hoim Ch̄s, ne ꝑ nram iniustitiam sagitta æternæ iustitię in æternum pœnaliter damnaremur, sed p̄mijis ditaremur æternis, esuriem & sitim diligendæ atq; agendæ iustitię mēibus nris inseruit, dicens:

Mat. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

¶ Vnde beati: Pro eo quod iustitiam esuriunt

& sitiunt. In quo beati: Quia saturabuntur. Origo beatitudinis ex esurie atq; siti. Fructus eius in saturitate uidelicet indeficiente, sed neq; fastidiente, non ex perfunctoria, sed æterna. Attamen esuries agendæ iustitię, nunquam in saturitate deueniet, quousq; huic seculo p̄stato sumus. Nemo ita saturari bonis agendis se credat, ut non semper apponat: nam si cessaret, esuries aut fastidio fieret, aut quia crederet se atigisse quod perfectum in uirtutibus est, & utrobique periculum, quia negligens negligetur, & qui se putat alta ascēdisse, deicietur. Proinde nemo ad hanc esuriem adiciat saturitatem, nemo ad hanc sitim apponat extinctiōnem. Semper assit esuries perficiendæ iustitię. Sitis nunquam deficiat apponendæ bonitatis, ut etiam post omne mentis & intellectuale studium, & omne corporis exercitium, id quod dicitur, Sufficit, propellatur. Sed quid est esurie atque sitire iustitiam, nisi se infatiam & insatiabilem reddere ad omne quod paratur ad regnum, ad corrigendum omne perperam factum, ad uindicandum in seipso delictum, & puniendum amarē peccatum, ad rependendum pro gratia, ad debita persoluenda, ad custodiendum immaculatē deposita, & ad perficiendum sine contradiciōne inuncta, & sine simulatione cōsulta, & ad patienter portandū quæcūq; nostrę sensualitati cōtraria, nec non & semper tenere in desinenter moderamina uitę, ac si quæ interminata tormenta & mortem in tentatam p̄optē suscipere potius, quā ipsam iustitiam intermittere? Non autem legalem iustitiam sufficit esurie, sed iustitia fidei, ut Apostolus pro se & omnibus fidelibus asserit: Ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam q̄ in lege est, sed illam quæ ē ex fide Christi Iesu, quæ ex deo est iustitia in fide, ad cognoscendū illum & uirtutē resurrectionis eius & societate passionū illius, cōfiguratus morti eius. Nam & Abrahæ solū credulitas sibi ad iustitiā deputata ē, vñ scriptū est: Credidit Abrahā deo, & reprobatus est illi ad iustitiā. Et hæc ē iustitia q̄ osculū paci dedit, ut esset in deū & nos, nō iustitia legis aut circūcisionis, cū scriptū sit: Iustitia & pax osculatae sunt. Hæc iustitia eleuat genitē, si cum crediderit, miseros facit populos p̄m̄, si incredulitatis. Hęc sola est cōsummata iustitia, de q̄ p̄ Sapiētiā d̄r: Nolle em̄ te, cōsummata ē iustitia. Nō em̄ alit in hac uita, q̄ p̄ fidē noscitur deus ꝑus & hūanatus filius eius. Et agēda uita in iustitia oīmodē sit ex fide, cū p̄pheta dicit: Iustus autē in fide sua uiuit. Oibus sagētib; ad salutem, indicitur ista esuries atque sitis, ut in iustitia fidei stabiles, & in ipsa duntaxat sperantes inueniamur operibus additis, cum fides sine illis mortua indicitur, dicente Iacobo: Fides si uerba sine opibus mortua est in semetipsa. Ac per hoc si opibus implet iustitia fidei, oportet ægonistā

in agone isto actionem iustorum operum esurire, atq; incessanter intendere agendis, ut iustitia impleatur. Declinatio in exceptuata malorum, ad iustitiam pertinet. Non enim est iustus, qui non declinat ab omnibus prauis, & qui se non auertit ab omni iniquitate. Hinc qui affectabat iustitiam, decantabat: Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiā uerba tua. Et alibi: A mandatis tuis intellexi, propterea o diui omem uiam iniquitatis. Et ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui. Et omne quod est rectæ aut honestæ actionis & inuisibilis contemplationis, ad iustitiam omnem suam habet aspectum, ut etiam si expedierit, acerbis pœnis in martyrio iustitia impleatur. Succedit huic esurie atq; siti beatitudo saturitatis, ut sic anima bonis omnibus repletur, ut amplius desiderare atq; affectare non nouerit, refecta diuina uisione, pro fiti de supernis, pro terrenorum contemptu: pro ignominia, gloria & honore coronata; pro pœnis atq; tormentis, omni suauitate cum æterna & imperturbabili pace. Sed nemo animam suam fallat, ut si perfecit omnem iustitię regulam, omnem ueris & noui testamenti cōpleuerit uisionem, & etiam consilium perfectiōnem adiecerit, quod per hoc ex sufficiēt merito æternæ saturitatis p̄m̄ium impendatur. Nam sicut de iustitia legis, ita & de euangelica intelligendum est, quod dicit Apostolus: Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Et quāuis iustificari dicamur per fidem, non ea plenitudine, quin misericordia diuina excedēs merita nra, opus sit, quæ supra meritū & cōdignū atq; speratū p̄m̄iat fideles, ut in nobis non simus confidētes. de qua sequitur.

¶ De misericordia exhibita in ualle miserie, cui beatitudo æternæ misericordię preparatur, secundum Matthæum & Lucam. Cap. VII.

Oppido exigente peccato, in ualle miserie habitamus, ubi humana natura subiecta miserijs, misericordijs alterutris indiget refoueri. Sed crebrescentibus peccatis proprijs cum paternis, à credulitate homines tenebatur, ut potens premeret imbecillem, abundās pauperem, sanus infirmantem. Necdū ut esset subuētiō in oportunis, sed fiebat oppressio oportunitis, de quo per Osee dominus conquerebatur: Non est misericordia in terra. Et uiscerum crudelia sunt, ut etiam indigentibus non misereantur, sed potius opprimant & supplantent: & exprobrabatur omium creatori, propter calumniam quam patiebantur indigētes. Sic em̄ scriptum est: Qui calumniat egecem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, q̄ misereci paupis. Hinc saluator omium miseraturus aduētiō, qm̄ oēs p̄ctōꝝ & pœnarū miserijs p̄mebantur, uoluit suam misericor-

diam per nostram misericordiā p̄ueniri, uelut si nostra suam sibi quodam commercio applicaret, ac quadā, licet iniqua, iustitia misericordiam misericordia compararet, dixit:

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

¶ Homines misericordes in eo beati sunt, quo ipsi per misericordiam temporaliter exhibitam, diuinā misericordiā æternaliter adipiscuntur. Et si nihil aliud esset facere misericordiam miseris, ac ipsam præstare poscentibus, promissio diuinæ misericordię est causa potissima, cum nemini sua iustitia ualeat ad salutē, nisi misericordia diuina subueniat. Et quod q̄ in hanc mundi miseriam ex carnis traduce uenimus, malis hereditarijs aut ex proprijs acquisitis, digni æterna pœna, miserabiliter subiācemus, duntaxat ad beatitudinem diuinā misericordia indigentes, qua sola saluādis prouenit salus. Et quanquam ab adultis iustitię opera exigantur, non tamen ad merendum bona superna sufficiunt, cū oēs nostrę iustitię sint q̄si pannus menstruatus. Et ad Titum Apostolus scribit: Non ex operibus iustitię quæ fecimus nos, sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ait Petrus: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiā suam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis, in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. Et Iudas inquit his quos ad uirtutes hortatur: Expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uita æternam. Quam misericordiam saluator omnibus miseratus, pro beatitudine promittit & tribuit his, qui alijs & cum alijs misericordiam facere decreuerunt. Ad quam alibi hortatur audi-

1. Iac. 4. 4

Tit. 2.

1. Pet. 1.

Iude. 1.

Luce. 6.

rali relatione referatur, ac si misericordia quasi ad miserum sit, cum qui miser non est, nec sibi appetit misereri. Et semper in actu debet esse misericordia, saltem in interiori homine, quousque insit praeiens miseria. Temporaliter enim agitur, quoniam neque ad aeternae miseris proventu diuina, nec indiciatur inflecti humana. Supernae autem, & aeternae felices, illa non indigent. Proinde ad uitam solam agendam misericordia deputat. Non est in superis indigentia, nec in inferis facilius releuanda miseria. Hic agatur, hic impendatur, hic cum ipso domino possumus foenoriari. Scriptum est enim: Foenoratur domino qui miseretur pauperis. Sed in quo? In diuina misericordia consequenda, cum dicatur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Humane atque altere humane generi prouisum est, quia humane inter homines mutuo misericordia praestatur, & ex hoc altere diuinam consequemur. Cogimur utilitate nostra euadendi aeterna pericula, habendi supernae, misericordes fieri & animo compassiuos ad eos, qui miseris peccatores agunt, & qui corporalibus puniunt angustis, necnon & ad eos qui offenderunt, dum respiciunt a malis inferendis, dum ueniam postulant de obiectis. Attamen nemo autemet sibi ex aequo seu per iustitiam debet miseriam diuinam, si suam in hominibus fecerit. Nunquam enim diuina humanis quantumcumque pijs actionibus comparantur. Alioquin misericordia non esset misericordia, si per iustitiam donaret. Nam si non essemus miseri a peccatis paternis & propriis, immaculati diceremur, & iusti quadam originali iustitia, qua custodita, nulla poena consequeretur. Sicque diuina misericordia super erudendos a malo, non caderet, si nullus esset miser ex culpa qui poenis tradendus esset, a quibus per misericordiam diuinam quis eruitur, non per suam iustitiam custodit. Sed si omnino immaculati essemus, nullis per culpam mancipandi poenis, non tamen per iustitiam nostram bonis applicaremur aeternis, cum ex nobis corruptibilibus, mortaliibus, temporalibus, desit penitus digna facultas, qua per iustitiam in sublimia tolleremur. Quis enim homo deum, mortalis immortalem, temporalis aeternum, creatus creatorem, ex iustitia sibi acquisiuit in praemium & beatitudinem sempiternam? Proinde rursus ad beatitudinem interminabilem misericordia opus est, etiam his qui non peccauerunt: qua indiguerunt, & acceperunt, supernae atque intellectuales substantiae non peccantes. Aliter nanque decernit misericordia, cum liberat a culpis & a debitis sibi poenis: aliter, cum bonis dicit aeternis. Tunc liberat iuste multandum a debita sibi poena, sed ibi introducit indignum: quia mereri non potuit in non debitam sibi per iustitiam gloriam. Ac per hoc misericordiam inter homines

Pro. 19

facientes, non sibi diuinam misericordiam arrogent per iustitiam propriam, si quomodo ipsa proueniat, sed gratis descendisse super nos credamus ipsam: etiam si omnia bene fecerimus, serui inuitiles sumus. Veruntamen imitatores partium ueteris testamenti, Abrahae, Lot, Iob, Dauid, Tobiae, simul & noui, compassionibus & opibus misericordiae incedamus, ut misericordiam pro beatitudine consequamur in tpe opportuno: quod oes in hanc miseriam uitam editi indigemus, quae & subis lachrymis postulemus, prouidentes misericordiam nostris: quia iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam.

¶ De cordis munditia, quae beatitudinem diuinam uisionis assequitur, secundum Mattheum. Cap. IX.

Maximum & ineffabile, nec non incomprehensibile obiectum interiori uisioni positum, imò conditione interiecta, munditiae promissum atque porrectum est. Magnum porro in uirtutibus est hominis interioris munditia, cui uisio promittitur ipsa diuina, cui dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

¶ Purgandi ergo sunt sensus ad susceptiōem decentium obiectorum, ut si macula sensibus haereat, non recipiatur in toto, uel minus in parte quod ipsis obijciatur. Et quāto nobiliora & excellentiora sunt, ex natura susceptiuis sensibus obiecta forinsecus, tāto mundari atque propensiores expedit fieri ad susceptum. Et si hoc exigē in corporeis, multo magis in his, quae sola mente percipiunt atque percipiunt. Et si ad ea intelligibilia, quae secundum naturam intellectui proportionabilia sunt, opportunitas etiā sic fieri persuadet, amplius permulto ad ea capessenda, quae non secundum naturam sunt, sed super naturam & omnem intellectum naturalē supernaturalē non sunt, sed existunt. Deus quippe unus, immēsus, aeternus, immortalis, incorruptibilis & incōprehensibilis est mente, ineffabilis uerbo, incircumscripibilis loco, interminabilis tēpore, uincēs ac superexcedens omnem intelligentiā nostrā & uisionem spiritalem atque corporeā: lucem enim habitat inaccessibilem. Quid igitur est, quod ipse saluator cordi mundo uisionem huiusmodi reprobmittit? Est ne cor carneum, imò expressiori loquendi genere, cor caro ad hanc uisionem idoneum? Negauerim quidem, nisi cor hoc diuino uerbo expressum, ipsam spiritalem substantiam aīae intellexerim, in tpe ipsi corpori unitā, in tpe separandam, aeternae poenae uel felicitatis reuendā, cui aīa uisionē diuinam saluator indidit munditiam. Proinde hic praetereat, aut praetereamus silentio corporis nitiditates, munditias & claritates: fiat ad interiora ingressus. Ibi celebret ablutio, ibi balnea, ibi baptismata multa, ibi conatus omnes ad munditiam apponant, ibi amoueat omnes

albugo & sippiditas oculos, cum sibi, non corpori uisio diuina promittitur. Potest ne nisi aspectus interior in maioribus quae in diuina transferri? Potest ne altius terminari, atque quippiam iucundius intueri? Nec temere, sed audacter dixerim, quod neque separatae substantiae atque supernae, nulla mole corporis pressae, in altiora uidentur tolluntur, quam quae dispari & differenti contemplatione secundum inhaerentem munditiam maiorem atque minorem, deus ipse ab humana mente cernatur. Veruntamen si placet promissum, non displiceat praerogatum: si placeat praemium, & unde sit meritum placeat: si delectat uisio ipsa diuina, omnino insit & ipsa cordis, id est, humanae mentis munditia. Sed unde munditia nisi a sordibus? Unde autem & quae sordes substantiae incorporeae? Hinc & si sordes inuenerimus spiritales, & qualiter fiat interior & spiritualis munditia, indicabitur. Nam cum dominus per prophetam de immunditias Ierusalem argueret, ut mundaretur: & a quibus, admonuit: Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersae. Malum nempe cogitatum, animam maculat, & facit immundam. Est autem huiusmodi malum, cum de dei misericordia seu iustitia seu bonitate aliquid cogitat indignum, aut quod non sit aequum & semper manus eius potenter extenta. Et sicut scriptum est: Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Et cum aduersus proximum cogitatio mala defauit, sicut impij uiri fecerunt contra Ieremiam, dicentes: Venite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Et Iudei, qui cogitauerunt ut innocenter Lazari interficerent: & sedulo cogitabant ut Christum morti traderent. Subrepat in mentibus hominum saeva cogitatio, ut laedatur innocens, ut etiam innocentem contra dei praerogatum seuerissime uindictent. Necnon & impia, ne subueniatur egeno, sicut scriptum est: Caue ne subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos a paupere fratre tuo. Et totum quod ibi sequitur, ad id dictum est, ne impia cogitatio in anima sedeat, ne praerogatum subleuatio indigent.

Est & cogitationum immunditia, cum cogitantur inutilia. Contra quos dicitur: Cogitationes eorum cogitationes inutiliter. Et alibi: Vae qui cogitatis inutile. Inutilis quidem cogitatio est in his, quae ad rem non pertinent, & cogitantis superat facultatem, ut quod corde concipitur, nequit effectui mancipari, sicut qui per turrim cogitauerunt usque ad caeli astra conscendere.

Est & malum omne perperam cogitatum, quoniam ex hoc separatio fit a deo. Etenim in Sapientia dicitur: Peruersae cogitationes separant a deo. Hinc ad munditiam perficiendam

sic adijcitur: Quiescite agere peruersae. Sic & per Iesaiam. Ieremiam mentem mundari docuit: Laua a macula Ieremiam. Quiesce cor tuum Ierusalem, ut salua fias. Vique quo in te morabuntur cogitationes noxiae? Malitia, ne casu dixerim, a moliendo malum, nomen accepit: ut saepe amplius sit in homine malitia quam facultas. Et homo per malitiam occidit animam suam. Sed indignatio domini super omnes gentes, & furor eius super omnem malitiam eorum. Proinde cito cor hominum est ab omni malitia depurandum, si ad diuinam uisionem praetendit cordis intuitum. Ad quod hortatur Iacobus, dicens: Abijcietes omnem immunditiam & abundantiam malitiae. Et Petrus: Deponentes omnem malitiam. Quo nomine omne malum existens in anima, datur intelligi, & cum quippiam molitur in effectum educere: a qua emundatum cor, uisioni diuinae, iam deo permittente, aptum efficitur. Quoniam qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Nemini suipius tam libens & libera sit ostensio, quam eius qui amicitia honesta copulatur. Et Iob dictum est: Si mundus & rectus in celsis, statim omnipotens uigilabit ad re. Sed nec nostra uirtute agitur ista munditia, sed eius qui per orationem decernit nostris indigentibus subuenire. Ergo intendatur oratio, ut cordis munditiam assequamur. Hoc aiebat David: Ab oculis meis munda me domine. Et alibi: Aspice me domine hyssopo, & mundabor: laua bis me, & super niuem dealbabor. In affectu cordis hanc munditiam & abluitionem oportet teneri, ut sit mundus atque ab omni malo depuratus affectus, ac etiam a sordibus rerum omnium terrenarum; quae sordes sunt non ex natura rerum, sed cum in affectum transeunt inuisibilem animarum. Hinc Iohannes apostolus prohibet terrena quaelibet diligi, cum dicit: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt: non uelut res natura malas, sed uelut animae sordes, cui cuncta uisibilia & corruptibilia comparata, sordes sunt. Magnae protinus immunditiae sunt quaeque terrena cordibus hominum, si transeunt in affectum, cum ex toto corde sit datum, solum de deo diligendo praerogatum. Quae autem sit ista uisio, cordis munditiae coniungenda, nec est explicanda: imò impossibiliter explicatur sermone, an sit uiae uel patriae, in corpore uel extra corpus, intuitiua seu per imaginem, in anima uel in corpore. Sed solum hoc unum dixerim, quod si beatitudo ex ista uisione subsequitur, quod non in uia, sed in patria: extra corpus in tempore, in corpore sempiternae intuitiua, non aenigmatica: in aīa, ante resurrectionem generalem: cum corpore, cum erit deus oīa in omnibus. Alioquin beatitudo fallax, si non diuina & aeterna. Si uero ad illam

Sapient. 16.

Iaco. 1.

1. Pet. 2.

Pro. 22.

Iob. 8.

Psal. 18.

Psal. 50.

1. Ioh. 2.

imperfectam beatitudinem, quæ in uia percipi potest, dictū referit, uisio ista non erit prout exciit illa Pauli, qua uidit arcana quæ nō licet homini loqui, sed ad cognitionem clariorem eorum quæ dei sunt, cum neq; Adam, Abel, Enoch, Noe, Abraam, Iacob, Moyses, Iosue, neq; aliquis sanctorum aut prophetarum seu quorumcunq; sanctorum, quibus locutus est deus, aperit deum uiderit in hac uita. Sed ex his quæ uiderunt, eorum cognitio de diuinis magis inclaruit, ad quam cognitiōem habendam lucidius, necessariō cordis mūditiā præfuit. Mundetur ergo cor nostrum ab his inquina mētis, quæ ab exterioribus p̄ sensuū ianuas usq; ad animam penetrant; & ab his quæ nisi turpiter amari non possunt, neq; sedulē cogitari sine pudore, neq; in eis delectari sine rubore, aut de ipsis loqui sine obscenitate. Maximē à maculis quæ notam ingerent fidei, & appropinquarent infidelitati, quæ ab aurijs, à neomenijs, ab incantationibus, ab obseruatione diærum, à magicis artibus, à constellatiōibus ap̄ propriatis moribus hoīm, à geomantia, ab hydromantia, ab aëromantia, à pyromantia, à necromantia, à motu membrorū, ab hora nascēdi falso traxerūt initium. Hæc quædam animas hoīm maculāt, si fides adhibetur: quibus depulsis ab animo, fide Christi corda hominum purificantur: & uidet deus à cordibus depuratis oculo si dei esse quod est, ac nos ipse fecisse q̄d sumus.

De pace, quæ pro beatitudine dei filiationem nanciscitur, secundum Mattheum.

Caput X.

Filios honor & inter homines exultatio & audacia læta, de parentum nobilitate procedit, ut sæpe nomen filij patres, quos inelytos agnouerunt, & ab eis gaudeat traxisse originem, à quibus egregiē possint nominari: nec non pleriq; se denegent, si ualerent, non obiecto mendacio, esse filios ignobilium, cum semper in sublime se tollat humanus animus, cū imis componi aspernans. Sed primi totius humani gñis parētes, quancq; corruptibiles, non corrupti, mortales, non mortui facti fuissent, nobiles & egregij ex natura, facti sunt de genere ex pctō, & rebelles deo, totius humani generis facti sunt añ proditores, cuius futuri erāt & genitores: quorū demerito in omnibus trāsfusa est dānata propago, ut genus humanū doleat tales habuisse parentes, quos prius habuit proditores, imō potius omnium pemptores. Sed hāc iniuriā parētū quæ in oēs obuenerat, dei filius uoluit releuare, ut possimus in aliam filiationem sub alia paternitate transire, nō trāductione naturæ, sed infusione gratiæ: non merito nostræ actionis, sed adoptione uirtutis: & talis dei sit filiatio, qualis & paternitas: talis paternitas, qualis & filiatio, nō iure naturalis traducis, sed adoptionis & pacis. Et ineffabilē &

altē insignitur humana natura, cum in diuinā filiationem potest adoptione transire, atq; inuitatur ut transeat, cum saluator dicit:

Beati pacifici, qm̄ filij dei uocabuntur.

¶ Pacifici à pace, non pax à pacificis nomen accepit. Hinc ergo illa pax inquirenda, quæ filios dei facit: non enim omnis pax hanc filiationem perficit. Et quancq; pax sit honorabile atq; nimis exquisitus effectus, ut multis tñ reprehensionem, non laudem, res utputa terrenas habet, iuxta quod saluator ait: Non enim ueni mittere pacem in terram, sed gladium: & ut sequitur, ab inuicem separare domesticos. Proinde pax diuinam filiationem perficit, ab eo dicenda est, quo cōmuniter à pacto seruando dicitur. Fuit sæpe inter homines socialia pacta, sunt & coniugalia, sunt & commerciosa, sunt mercenaria, sunt seruilia, & similia, quibus seruatis, manet animorū in amore sinceritas, manet & conuersatio grata, seruit et obsequiosa conditio, subiacet sine contraditiōe subiectus. Imperat potior in amore, perdurat societas, soliditas stabilitur. Caret quærela coniugium, commercia depurantur à fraude, merces redditur dignis, seruilitas in opportunis se ingerit, & nulla quærela de foris personat, imō uidentur omnia summa ordinatione pacata. Quid igitur pax, nisi concordia cū illis, ex quibus tibi posset provenire discrimē? Quid pax, nisi de hinc & incōturbatus ordo naturæ, & modus exactus, aut necessariō exquisitus in moribus? Quid pax filios dei constituit & fratres saluatoris, nisi altissimi filij, atq; coheredes eius in regno dei, nisi obseruata pacto pmissorū, integre fidei, legis eius imaculatae, ad seipm̄, ad bonū honestū, ad iustificatiōes, ad uirtutes inuisibiles aīas cōuertentis: Pacto se nobis ultrō constrinxit omnipotens, ut seruemus quod iussit, si uolumus accipere quod pmissit. Nūcq; ista pacta figit, neminē in fœdere fallit. A nobis exigitur suapte obseruatio pactiōnis, ut habētes, simus pacifici, uocati filij dei, fratres Chrī adoptiui, heredes patris, & coheredes eius. Hinc Psalmsi sta: Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum. Quibus pax multa sit, ex his dictis aduerte, quia diligentibus legem dei: nā qui legem diligit, pacta legis obseruat: obseruanti pax multa, in eo multo, quia multū habētibus cōfert, ut dei filios ipsa efficiat. Et pax in terra hoibus bonæ uolūtatē. Bona uolūtas semp̄ pacifica est: quia eo bona, quo sibi & nemini molitē inferre iacturā. Et adheret bonis regula optima lege, turpia quæcūq; deuiat, in bonitate & disciplina edoceri appetēs, iuxta Davidicā psalmodiā: Bonitātē & disciplinā & scientiā doce me, quia mādatis tuis credidi. Atñ expert mēto probantur hoēs, si sunt pacifici, uelut in Aegypto suos fratres uoluit pbare Ioseph, qui bus dixit: Si pacifici estis, uestrū unus remanet

at in uinculis: uos autē itote & adducite alterū quē habetis, & dimisit cū p̄re in terra Chanaan. ita qd ad testimonium, qd pacifici essent, Simeon remansit in uinculis, & Benjamin adductus est in Aegyptum. Ecce pacificorū mysterium, qd obedientia datur in obsidē, quia Simeon remansit in uinculis. Amor dextralis bonitatis & glæ, uenit in Aegyptū uelut in tenebrorū seculū añ Ioseph, lante p̄tutis & bonitatis augmentum. Qm̄ pacifici uocadi filij dei, debent p̄tinus obedientiam profiteri, sic se per ipsam dei legibus subiugare, ut quicq; de diuinis mandatis prætere non liceat. Quamobrem adumbrato mysterio in obsidiatum detētus est Simeon. Necnon ad omnimodam testificationem pacificorum, & dexteræ filium antequam Ioseph deferri expedit in Aegyptū: ut amor superne patriæ, quæ per dexteram in sacro designatur eloquio, iuxta illam sententiam: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: ante Chrī cōspectum p̄ nos ueniat in hunc mundum, ad contēndum illum, non ad diligēdum. Equidē & pacificus est, qui cum pacē odientibus pacē habet, sicut de seip̄lo & p̄ Chrō scribit David: Cū ijs qui oderūt pacem, erā pacificus. Nō est omnimodē pacis signum aut uirtus, cum pacificis: sed cum inimicis pacis esse pacificū, laudabile atq; uirtuosum est. Sed hñ huiuscemodi uirō, qm̄ iuxta reliq; hoī pacifico, illæ uidelicet dñicæ passiones, q̄s post resurrectiōem Chrī discipulis suis primō annuncians pacem, ex fauo mellis & ex alio pisce sumēs porrexit, p̄ gaudio admirantibus illis. Sic & reliquæ hoi pacifico, quia mūdī cōsummato mysterio, æterna dei filiatio sibi relinquet in præmium. Est em̄ pax electis dei, qm̄ in eo electi sunt quo pacificē uiuunt. Sic sapiēs clamat: Qm̄ donum & pax est electis dei. Et si hoc ad uitam alteram referatur, ideo pax electis dei erit in futuro, quia hic animo illam & moribus possederūt. Et Isaias dicit, qd erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas in sempiternū, & sedebit populus in pulchritudine pacis. Si mores cudimus existis uerbis, opus iustitiæ pax est: nam nulla iustitiæ opera sunt potiora, quā sequi suprafatam pacē, de qua Paulus: Pacem sectamini, & deus pacis erit uobiscum. Et operibus iustitiæ: qd omnipotens præstat, quia benedictio domini super caput iusti. Et qui operatur iusticiam, ipse exaltabitur. Et in alia uita ad opus iustitiæ pax adhæret. Et iustitiæ cultus, pax est: quia per silentium, non tumultum, pacificus appellatus est populus, & securitas sempiterna æternam pacem arguit. Non est securitas, ubi non est pax: nec ueram pacem dicimus, securitate carētem. Populus sedet in pulchritudine pacis, si uiat: populus est honorum, qui pulchritudinem pacis habet. Est autem pulchritudo pacis, pulso

cuiuslibet impertinentis rei, & apposito decētium ad uitam agendam pro habenda significanda: in quam si tendimus, pulchritudo pacis est totius beatitudinis complementum. Et iure filiatio dei est quam pacifici consequuntur.

Sed aduertendum, aduersum quod Iugens Psalmista pronunciat: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorū. Peccata, pacem mentis & corporis excludunt: quoniā iniquitates nostræ sunt, quæ diuiserunt inter nos & deum. Cui ergo pax, cui requies, cui aliquid salutis esse potest, si ab omnium creatore atque pacis datore scernitur: Propterea non est pax impijs, dicit dominus.

Studeamus ergo abijcere peccata & omnem impietatem, & pacem habeamus, ut existentes pacifici, uocemur, imō fiamus, filij dei. Argumento magno, præstruitur agonizantibus pro supernis, ut pacem inquirent, & sequantur eā ex his quæ in humanis aguntur. Nam pro pace quarit princeps, & unusquisq; monarcha qui tuetur rempublicam, iudicet uniformē, & ne sit discordia principatus, ac etiam eorū qui sub diuersis ducibus militāt. Geruntur bella, ut ad pacem ueniantur, aut pacis inimici, argumentum bellico pessundentur. Pace commendatur semina terris, & ad segetem maturā deueniunt: florescunt uineæ, arbores fructus educunt, dum furor bellicus non impedit naturæ processum. Pace natura prodit, & suis splendescit ipsa processibus. Tutē dormit in ædibus, securē itineratur in uia, latro non timet in syluis, floret olens uirginitas, gaudet castitas pudorosa. Læta pudicitia cōiugalīs, cū uolentia impudicorū merito pacis arceat. Decorant artibus ciuitates, omnibus iura reddunt, & de iustitia nemo causatur. Tempus omnibus ap̄tū, pax optata commendat. Et filios dei facit in terris, ut subleuet in excessis.

De persecutione propter iustitiam tolerata, qua regnum celorum habetur in sorte, secundum Mattheum.

Caput XI.

Postquā aduersus seipm̄ hō factus ē sœuus, incurrēs pœnā, dei iussioe cōtēpta, nec ab rerritus metu dolorē, q̄s iustitia dei solū interminatē p̄nouerat, factū est ut in alios seueritas hoīs desequeret, ut etiā inferret innocentibus p̄secutio, patere māsuertudo molestiā, iacturā iustus iniuste toleraret. Et sp̄reta dei iustitia, nō esset tutela bonis ab improbis sup̄ terrā: & usq; quo processus esset ad malū, qd dei sanctificatiōe postposita p̄ hūanas hoīm leges, ut ad plenū malorū improbitas arceret. Et iniquitate hoīs dñante, necessariū factū est, ut persecutio in hoies orta uexaret: q̄ cū deuitari nō posset, uirē atq; regnāte malitia, oportuit scūtū patientiæ interponi, & p̄muniri iustitia: q̄ cū adesse in agonibus uarijs hominum, omnem passioe

ne efficit gloriosam. Propterea saluator dicit:

Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regni calorum.

¶ Supra iustitiæ appositus est furor, nunc addit & persecutionem. Sed furor saturitate, sed persecutio regnum calorum adiecit: ut clareat, quem locum iustitia in uirtutibus habeat, quæ præponit furor, & propter ipsam inducimur pati. Quæ pro sit illa iustitia, propter quam persecutionem honestum sit tolerare, discussione opus est, ut ipsa præcognita, quauis sæuæ persecutioni, si apprehenderit, nulla ratio cedatur, ut comprehendatur repromissum sibi brauium regnum calorum. Non ygat in dubium, hæc esse iustitiam fidei secundum Apostolum: Arbitror hominem iustificari per fidem sine operibus legis.

Rom. 3. Et alibi: Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum per Iesum Christum dominum nostrum.

Gal. 3. Et ad Galatas: Ex fide iustificat gentes deus. Et creditur Abraham deo, & reputatus est ei ad iustitiam.

Gen. 15. Propter quam fidei tenendam in concussis iustitiam, hi qui acceperunt in exordiis nascens & militantis ecclesie, persecutiones sæuissimas passi sunt, ut sanguis immensurabilis fundereur sacratus deo, furoræ demonum & terroribus tyrannorum, & nil deesset in penis atque tormentis & uarietate moriendi, quin iustitiam per fidem in suis persecutionibus paterent.

Sed beati qui persecutionem propter fidei iustitiam passi sunt, dum regnum calorum infallibiliter assequuntur. Nam & suos discipulos & confirmiles ad persecutionem tolerantiam prouocat, homines appellat timore, alia dixit a seipso in cælis promissionem, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius est timere, quod potest animam & corpus perdere in gehennam. Signant persecutionem propter fidei iustitiam prædixit, cum prohibuit timorem humanum, imponens diuinum. Et ne crederent in persecutionibus homines a diuina prouidentia derelinqui, per compositionem minimorum, quanta factori nostro sit cura de nobis, aperte monstrauit. Nonne duo passeres a se uenit? & unus ex illis non cadet super terram sine patre uero. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. Et ut in persecutionibus stabili fidei iustitia consisteamur

Mat. 10. Christum, promissit & præmiu: Ois ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis. Necnon ut constantius persecutionis tpe stare in fide, interminatur periculum: Qui autem me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui est in cælis. Hac enim causa proposita, scilicet iustitia fidei, securè in omni agone certat, & intrepidè ictus bellorum excipiuntur. Congressio quiritur, ut patientia ferro, fuste, scorpionibus, fame, siti, exilio, carcere, uinculis, tunsiõibus, flagel-

lis, flagris, omni genere uerbosorum iniuriarum, contumeliarum, ap probet. Necnon & sustinuerit libèrissimè mortem, ne deserent fidem. Et uillè æstimauerunt sancti omnem corporis poenam, propter fidei sancte iustitiam: quoniam tribulatio patientiam operat, patientia uero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et gaudet sustinenda est ois aduersitas, antequam fidei uirtus deserat. Hinc Iacobus: Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes uarias incidieritis, scientes quoniam probatio fidei ueræ patientiam operat, patientia uero tem opus perfectum habet. Cur gaudium ex percutiõibus uariis, nisi quia iustitia fidei eadem ex amen deducitur, an deserit ex obiectis asperis debeat, an teneri? Si tenetur, patientia opus est ex illatis percutiõibus: si uero patientia non derit, perfectum opus inerit. Perfectum autem est, ubi nihil defuerit ad uirtutem: ubi uero uirtus perfecta, & regni calorum possessio subsequetur. Perfectioi proximum regni æterni promissio facta est. Ex eo quidem patientia opus dicitur habere perfectum, quia per ipsam dei & proximi dilectio examinatur, an pro quanto in se agnoscitur. Consueuerunt ocio marcere uirtutes, nec de ipsis potest haberi certa inhaerentia, nisi cum oppositis habuerunt quicquid cognoscitur. Sed nulla patientia, ubi nulla iniuria, nulla contumelia, nulla tribulatio irrogatur. Sed cum aderunt hostilitate oppugnantia & aduersitas mentis parit & sensum, tunc patientia facit clarescere dilectionem qua diligimus proximum, cum seuerè atque inhumanè tractati, seruantes amorem, percellimus odium: non atcedentes iram atque malitiam, sed creatam naturam, ac illam quæ nobis offertur, gratiam: non considerantes quod irrogatur, sed quod iubetur: non magnipudentes mala quæ irrogat homo sæuus, sed quæ pro mittit pius deus: non quod nos patimur, sed quod pro nobis passus est inter homines factus homo. Similiter & quanta charitate Christo iungamur, monstrat patientia in aduersis, ne se iungamur, sicut Apostolus inquit: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis. Sed in his superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quod nec mors, nec uita, nec angeli, nec principatus, nec uirtutes, nec instantia, nec futura, ne que fortitudo, nec altitudo, ne que profundum, nec creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Et ce unde patientia opus perfectum habet, quia utriusque præcepti tenet inconcussè censuram. Ac per hoc propter iustitiam fidei pati, summa iustitia in operibus est. Nihil itaque iustius, quam sic agere, ne quis separetur a Christo, iuste imp-

duntur sponte opes, & ingerit se patientia cum inuitè tolluntur: animo imperturbato cuncta pericula tollantur, mors in desiderio sit. Acerbè mori, computatur in lucrum: uitam perdere, superexcedens bonum est, ne iustitia fidei per impatiens in anima pereat, unde Christus ab ipsa separatus abscedat. Ad iustitiam fidei addicitur & moralis, quæ post credita, ea quæ sunt agenda complectitur, pro qua pati ne desinat, dabitur regnum calorum. Et illa segregari ab ista non potest, quia, ne committatur quod nefas est, sponte suscipitur. Quoniam nunquam deseritur uirtus nisi in appositione uitiorum, quanquam & actus uirtutis sæpe intermitteat, absque quod deueniatur in uitium. Omnis poro uirtus, iustitia est, cum ex ipsa caueatur iniuriam, prodeatque profectus, & illi placeatur, cui seruire omnis iustitia persuadet. Omnis actus humanæ mentis interior, in deum referibilis, & exterior pro diuersitate locorum & temporum, ad eum referri possibilis, ad iustitiam pertinet. Ineffabili modo per iustitiam uirtutes & actus sibi exhiberi omnipotens uendicat, iuxta quod Iohannes ait: Dignus es domine deus noster, accipere gloriam & honorem & uirtutem, quia tu creasti omnia, & propter uoluntatem tuam erant & creata sunt. Quid est, dignus es, nisi quia iustum est ut glorificetur, honorificetur in omnibus ab hominibus, & quicquid est uirtutis & boni moris, ipse suscipiat: Quam obrem quia omnia creauit, & nos ipsos, qui sumus rationale aliquid inter omnia, proinde cum quicquid est uirtutis & probati moris, pro deo in iustitiam cedat, beati ergo qui persecutionem propter iustitiam patiuntur, cum in us ipsorum ex diuina gratia cedat regnum calorum. Filius uero pro nobis humanatus & mortuus, ex iustitia sibi æquè omnia uendicat, prout idem Iohannes ait: Dignus est agnus qui occisus est, scilicet pro omnium redemptione mortalium, accipere uirtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem. Ex his uerbis Iohannis arguitur, deo patri & incarnato filio iuste deberi, quicquid esse potest ex nobis per gratiam suam, non tanquam ex nobis, gloria, honoris, laudis atque uirtutis & moris. Per lucidè igitur mentibus nostris inferitur, pro qua iustitia pati omnia mala iubemur, antequam ab hoste deserat. Necnon & omnis homo non tantum fidelis, sed etiam infidelis, propter iustitiam patitur, si eum aliquis iniuste persequitur, quanquam infidelis pro passione regnum calorum non pateat. Et nemo miretur quod dicturus aduenio: Iniusta persequentium rabies, passiones passorum abs re patienter toleratas, ad iustitiam fecit ascribi. Et si nihil horum a persecutoribus proponeret his quos sua prauitate uexare disponunt, ut committerent ne-

fas deserent; fas, ex ipsa persecutione dum taxat pati propter iustitiam dicerentur, dum non adesset iniquitas propter quam pati mererentur, cum deus habeat ministros iustitiæ in eos qui peruersè agunt, etiam illos qui care re uidentur ordinaria potestate. Sæpe namque diuino & occulto dei iudicio præter ordinariam potestatem, in iniquum iniquus est ultus: per ordinariam uero, factum hoc uidemus apertius. Sed ad ueram asseruationem omnium prædictorum, clare in sua canonica loquitur Petrus, inuitans ad passionem, enuncians gaudium, erigens spem ad gloriam, prætriciens quomodo patiamur, dicens: Charissimi, nolite per egrinari in seruire qui ad tentationem uobis sit, quasi uobis noui aliquid contingat: sed comunicantes Christi passionibus, gaudete, ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine CHRISTI, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ & uirtutis & dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescit. Nemo autem uestrum patiat quæ si homicida aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Clarent sanè intelligentibus Petri uerba, ex his quæ prætulimus, ut non sit opus tedium aliud expositiõis inferre. Veruntamen si de iustitia propter quam patientum est, aliquid ediximus, de persecutione aliquid etiam differamus.

Non est solium persecutio attendenda in illatis corporaliter penis, & in his malis quæ possunt lingua proferri, sed iustis pati a uirtute dissimiles hominum mores, etiam nullis illatis aut dictis aduersis, magna persecutio est. Cruciatu est amatori dei, sibi uidere quod displicet, & diuinam habet offensam. Non enim potest uerè dei cultor sine persecutione transire, uidens quippiam maiestati diuinæ ingratum. Amor ad dilectum, iniurias dilecti suas persecutiones facit, etiam si esset ipse circumquaque pacatus. Et diligens proximum ut seipsum, in animo persecutionem patitur, cum ipsum uidet affligi, manens ipse non tactus. Et amator honesti, fortiter in animo cruciatur ex omni turpi quod agitur, etiam si non obligetur ad actum. Sic de iusto scriptura commemoratur: Vidi præuaricantes, & tacebam, quia eloquia tua non custodierunt. Præuaricationes enim legis dei, & intactis corporibus, & imperturbatis rebus, tacitis uerbis, nec non forte impensis obsequijs, persecutores ualidi sunt amicorum dei & amicum ueritatem: quæ persecutio etiam propter iustitiam est ferenda, ut semper diligamus proximum cum odio uitiorum.

¶ De exhortatione facta ad discipulos pro persecutione & maledictis se

rendis respectu. *Superna mercedis, secundum Mattheum & Lucam tantum. Cap. XII.*

Praeuidens saluator discipulos suos in prima persecutionum acie positos, de nouo nascentis ecclesiae uelut duces belli Christiani populi, cum daemonibus & mundi principibus certaturus, non alia causa belli supposita, nisi noua fide incarnati uerbi omnium causam ageris, in cruce pendens, qua idololatria pro pellenda erat, daemones effugandi, tyranni subijcendi, mores renouandi, noua sacrificia inducenda, sacramenta potiora condenda, poenitentia praedicanda, miracula innumera facienda, uenia danda conuersis, beatitudo in superis praemittenda: ipsos singulari ac exhortatio sermone alloquitur, per quos erat cuncta concio condenda fidelium, ut ipsi fierent firmum exemplum uirtutis posteris in ecclesia nascituris, dicens:

Mat. 5. Lu. 6. **Beati eritis cum uos oderint homines, & maledixerint, & cum separauerint uos, & exprobrauerint, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos, mentientes, propter me, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces uestra copiosa uel multa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetae, qui fuerunt ante uos, patres eorum.**

Non deflexerat a regno caelorum humana natura, in paradiso existens: sub caelo dumtaxat primo peccauerat, cui non peccati, demum tacita pollicitatione paruisset. Nunc ille locus Eden flammis atque uersatili custodit gladio. regressus denegatus est cunctis, illis duobus exceptis, quos fides uera tenet. Ad regnum caelorum omni amoto medio inuitamur, ut poenarum precio conquiramus illud. Et nihil exceptuatur a poenis, si a persecutore praepositum quod pati reculemus, si caelorum regnum capere conuendimus. Et apostolis tanquam ducibus & uexilliferis crucis in populo Christiano, omne poenarum genus ad tolerandum imponitur, ut nihil, inspecta promissa beatitudine, recusetur. Habet hoc proprium communicabilis & communicata natura maxime humana, quae melius nouit quid boni ad conuiuendum habeat in uita & grata dilectio, & quid mali odium pariat, ut affecter quae ratum diligat, & odium aspernetur atque recuset. Inexplicabile propemodum est, quanta tortura sit animis hominum propter passiuum odium: quoniam si hoc maxime inter morales ad delectationem quaeritur, scilicet amare & amari, hoc potissimum ad asperitatem urget, si odium uiget: asperius tamen, si quis patitur, quam si ad alium habet.

Et saluator hanc odij passionem gaudenter tolerandam posuit, seipsum in causa subiiciens, & beatitudinem aeternae copiositatis adiecit, ut ad singula mala quae toleranda essent, beatitudo referatur. Beati eritis cum uos oderint homines, qui naturae sequendo iustitiam, uos nemini nocentes debebant diligere, non odire. Vnde quaeque passionem exaggerat, cum ab eo quod patitur, qui debuit beneficium impartiri. Validius quidem, cum is qui beneficium accepit, insequitur: cum pati ab inimicis, confutatos saepe deducatur in mores, iuxta quod scriptum est: Si inimicus meus male dixisset mihi, sustinuissem utique. Tu uero homo unanimes, dux meus & notus meus, qui simul dulces mecum capiebascibus. Ac per hoc apostoli discipulis domini, amorem omnium ex precepto eis imposito merito uendicabant, qui mittebantur omnium nunciare salutem, dirigere in melius uagos hominum mores, omnes infirmitates depellere, daemones effugare, ordinare terrena, persuadere diuina, nullius quaestus causa, nullo ambitiois, inanis gloriae, aut terrena delectationis intuitu. Et sic saepe in multorum maxime tyrannorum odium deuenire, diuina prauidentia disponebat, ex ore Christi pollicens beatitudinem, si non dilectionem, sed odium ab hominibus pateretur. Graue fit ab hominibus maledicti, praesertim ab his, quibus non inimicandi, sed amandi occasio praestruitur, ut eloquitur supra dicta sententia. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Apostoli quidem omnibus benedicere missi erant, maledictiones & conuicia per amplius suscepturi, quorum ibant procurare salutem, & in uia dirigere ueritatis. Maledicebatur eis, uelut non sane sapientibus & stultis & amentibus, qui propter incerta contempserunt haec, quae falso certa uidebantur, in eo quod sequerentur & praedicarent mundo crucifixum & crucem, uelut rem stulticiae & poenae marcentem, & insulatae prosperitatis periculi, quae pro magno bono ab hominibus appetuntur. Proinde a mundi dilectoribus maledicebantur, quia ipsi mundi placita maxime perhorrebant, denunciantes aeternae maledicti sectatoribus seculi. Sociis dulciter est hominum uita, & ad inuicem iure naturae appetuntur consortia, & separari timetur ab his maxime qui unius naturae sunt editi, & habent omnem similitudinem in natura, & communi ratione humanae naturae indita fruuntur: quia deo & angelis eius inuisibilibus, licet non per omnia, similes facti sunt. Et inter sensibilia & rationabilia, quae est sententia de similitudinis appetitu, quod simile appetit simile, libenter si milia sociantur. Tenacius quidem ex ista ratione ad se hominibus huiusmodi appetitus: & quanto ualidius inest, tanto poeniosus est ab hominibus separari. Et discipulis Christi protunc & semper

hoc uenire debebat in poenam, ut ab hominibus & ex inhumanitate cruda, Christi supposita causa, separarentur: & eorum, uelut infamiam uitarentur, sub pollicitatione beatitudinis si patientia non deerit. Exprobrati sunt in dictis & factis, ut uerba eorum falsa: & opera, perperam facta putarentur. Quae uero maior in animorum animis persecutio, quam in uerbo ueritatis atque uirtutis exprobrari, & in recte factis malarum actionum habere iudicium: In omnibus exprobrati sunt a dolositate daemonum, a superbia tyrannorum, a perfidia infidelium, a nequitia eorum qui mundo sua corda ligauerant. Intantum procellis exprobratio maledicta, ut imperiti, plebei, absque literis, ebrii, demonia, magi, aruspices, harioli, uenefici, malefici, seditionis, falsarii, deceptores, seductores, incantatores & nomine omnis infamiae notarentur. Sed beati quia propter Christum, beati quia fortiter interminabile regnum dei. Omnis persecutio mali illati notam habet: & in id trañitur, quod quis ab alijs aduersa corporis & animi non sponte patitur. Sed elucidat, cum fugat quis fugientem hostiliter, persecutio notatur. Haec & apostoli perperam sunt, ceteris consimiles, ut fugientes a fugantibus de terris ad terras, de puincijs ad puincias, de iudaea regione ad insulas & regna gentium trañmigraret, sicut comonefecerat ipse saluator: Si persequuti uos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.

Multa maledicta sustinuerunt Christi discipuli propter ipsum, ut digni omni malo ab hominibus dicerentur, & retundebatur ueritas in ore ipsorum, ac si uelut diabolus mendacium loquerentur. Et electum est ipsum nomen propter magistrum quem praedicabant, & propter crucifixum quem affirmabant deum, cum non dei, sed tantum filius hominis crederetur, propter quem omnia passi sunt. Sed omnibus his aduersis, ex aduerso gaudium parabantur, cum merces eorum in superis habeat copiam praemiorum. Ac si leuiter uideri deberet, tolerari leuiter omne quod inferri potest in poenis ab hominibus saeuus, in sensibus hominum teneris, gaudio proposito eorum quae promittit. Sed cum duo saluator ad sustinentia mala in causa subijceret, scilicet seipsum & gaudium supernorum: unum, cum dixit, Propter me: alterum, cum adiecit, Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in caelis: primum uirtutis, secundum beatitudinis fuit: amplius propter primum, quam propter secundum, mala passos apostolos legimus fuisse gauisos. Nam ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habitij sunt pro nomine Iesu contumeliam patitur magis laetarentur mala perpeti propter Christum, quam propter promissa regna caelorum. Optimi enim militis est, non ob rem, sed propter regem in bel-

lo pugnasse. Sed ne nouum ipsis uideretur, quod primum a iudaeis persecutionem apostoli paterentur: sic patres eorum sanctos prophetas persecutos fuisse commemorat, ut sicut filij generis, sic essent & criminis demerito malae imitationis & induratae iniquitatis.

Quod finis bonorum omnium agendorum constitutus a Christo, beatitudo est, epilogice. Cap. XIII.

Ecce sub quot diuersis significandis, ad aegendam uitam saluator homines animauit, & monstrauit quanta est diuersitas agendorum, sed omnium horum finis est regnum caelorum. Nam uoluntaria paupertas, finem habet regnum caelorum. Mirtas terram haereditabit, sed illam regni caelorum. Lugentes consolabuntur, sed in regno caelorum. Esurientes iustitiam, saturabuntur: sed in regio caelorum. Misericordes misericordiam consequentur, cum intrabunt in regnum caelorum. Mudo corde, deum uidebunt intuitiue in regno caelorum. Pacifici, filij dei uocabuntur & erunt, sed in regno caelorum. Persecutionem propter iustitiam patientes, gaudent in regno caelorum. Sermo directus ad apostolos specialiter, post omnia tolerata & superata pericula, promittit regna caelorum.

De quatuor in quibus apostoli & consimiles pro utilitate futurorum fidelium consignatur, secundum Mattheum & Lucam tantum. Cap. XIII.

Sal lux, ciuitas & lucerna, suis temporibus, slocis & negocijs congruunt. Sal cibus ut sapiant, cum horrendum sit, cotidie a sale insulsa comedere, quod multa in cibis ueniant non oportuno sale. Sal ad preseruacionem adhibet carni, ne putrescat. Na sale appposito multa conseruant in terra, quae sine ipso marcescerent. Sic apostoli ceteris subsequens eandem imaginem afferentes, sal doctrinale dicunt condens terrena, quae iuste discrete teneant in usu, iniectione super morbos seu fragiles hominum mores, uelut super molles carnes, ne praua consuetudine putrescerent. Quod si haec similitudine deferentes in seipsis, sordide uiuentes euanescerent, inutiles ad caetera facti, mirtedi sunt foras: imo sic refutant, & hominum iustis iudicij conculcant. Porro seca missio ad id referuntur, quod extra omnem gratiam ecclesiae seponant. Luce fugant tenebrae, oculi obiecta conspiciunt, recte itinertur ad terminos, declinant foueae atque laquei, multa pericula deuitantur. Nisi uolentia superauerit atque proditio, fures arcetur inuit aliena diripere, deperdit requiruntur & saepe reperiuntur. Sic & apostoli, quauis tenebrae in seipsis, & lux in domino, splendentes in uerbo sanae doctrinae, atque in luce ueritatis luminosissime clarescentes, tenebras ignorantiae fugauerunt a mentibus hominum,

& peccatorum opacitatem a cordibus & moribus ipsorum pariter depulerunt: quoniam declaratio diuinorum sermonum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sic apostoli & confimiles posteri Christianae doctrinae luciferi, diuina eloquia declararunt, ostendentes mentalibus oculis de super demissum obiectum unigenitum dei filium humanatum, p nobis passum atq; necatum, secundum illas principum apostolorum sententias: Aspicientes in autorem fidei & consummatorem lesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, omni consilio contempra, atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigaretur animis uestris deficientes. Et alius: Christo in carne passio, & uos eadem cogitatione amamini. Haec enim fuit effectus debet omnium apostolorum & uerorum doctorum intentio, unigenitum dei filium pro nobis omnia factum, mentibus hominum obijcere ad credendum.

Heb. 12.

I. Pet. 4.

Eph. 5.

Gal. 5.

Itinerari recte in uia dei, sane docuerunt, ut ex unius doctrina, caeterorum luceat: Videre itaq; quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimetes tempus, quoniam dies mali sunt. Et alibi: Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. Haec omnia & similia, uelut lux splendidissima modo apostoli docuerunt. Ciuitas refugij exite runt, sita supra montem altissimum Christum, factum uelut ex lapide praeciso de montibus, uelut lucerna oleo misericordiae plena, lumen in domo ecclesiae omnibus diffuderunt. Haec siquidem in libro similitudinum aliter sunt tractata: ideo hic comatice dicta.

¶ Quod sine glorificationis dei sunt bona exempla monstranda, secundum Mattheum solum. Cap. XV.

SVpra dixerat apostolis quod erant lux mundi. Lux igitur si est, seipsam negare non potest. Est enim suus naturalis diffusio, multo amplius & spiritalis & uirtuosa. Lux seipsam occultare non debet, sed suis se manifestare splendoribus, operibus primo antequam uerbis. Valide ualidat praecatum bonum proferendam doctrinam, & magis mentibus hominum infigitur ab agere, quod dicitur etiam in exarate, quam si exacte a non agere dicatur. Proinde saluator ait:

Mat. 5.

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est.

¶ Appositus est finis in agendis, & intentio hominum in bonis operibus terminata est, cum de ducte in publicum, i. ut gloria solum referat in deum, a q̄ bona cuncta pcedunt, cui iure debet ois

gloria, oisq; laus ex bonis operibus q̄ agit, sine cuius auxilio nullum bonum opus penitus agere. Fiant igitur bona, ut soli deo placeat: appareat coram hominibus, ut ipse solus glorificet in agendis bonis. Haec est causa ualidior, diuinae placitum uoluntatis, nisi q̄ perfectus conuisionis ipso. Ista e aptior, dicitur suae glorificationis. Neminus gloria de beo ex factis, cui uirtus seu potestas defuit facienda. Solum em glificatio iusta reddit, a q̄ facultas egreditur agendorum. Vnde praef deus ex bene actis nulli glorificandi sunt hoies, si hoibus ois sufficientia deest. Inq; em Apis: Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis tanq; ex nobis, sed ois sufficientia nra ex deo est. Illi ergo bene actores gloria, cui & sufficientia fiendos. Et ipse saluator ait: Sine me nihil potestis facere. Legit de oibus bonis, regi seculorum & immortalium, Amen. Verum hoc dictum ad inquirendum se ingerit, an ad praecatum, an ad consilium, an ad modum referat. Ois em scriptura moralis & simpliciter docens, ad alterum istorum trium, necessario atq; omnino referat. Sed si ad praecatum, teneat ois homo sua bona opera publicare: si ad consilium, tunc in operibus bonis perfectum esset, propalare seipsum. Ad modum igitur uidet potius sententia ista referri, ut dum bonum agit, non ostentum pateat, solius dei placito referuato. Sed si aliter nequit fieri qn appareat, cum actiua uita plurima complectatur quae occultari non possunt: sic bona opera exterius luceant ex intentione agentium, ut placitum solum referatur in deum, & ut aedificetur proximus ad bonum, seu ad melius animatus, unde per amplius glorificetur deus. Nemo nanque uoluit hominibus ex prima intentione placere, qui noluerit superbiere: nec excusatur ob eius aedificationem quam intendit, si dei placitum solum non praetendit. Et deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Dissipantur ossa placentium hominibus, quia ois homo mendax: & si mendacibus mendax placet, peccatum est in uoto, non uirtus. Aliquid porro sibi arrogare disposuit, qui ad placendum hominibus dedit opus. Iam in animo tumuit, qui hominum quae sunt applausus. Sed dicit quis: Omnino operibus meis bonis proximum trahere uolo, & ad bonum seu melius inuitare, ut una mecum pariter laudet deum. Est utiq; fiet, laudabitur trahens, ascribet sibi quod traxit: laudabitur ue tractus, q̄ sua uirtute accessit ad honestum, tribuetur sibi, quia quod bonum est uoluit. Equidem dixerim, neuter laudandus: omnis gloria ei, qui uirtutem tribuit operis & gratiam in exemplo, & in animo in se uirtutem bonam uoluntatem ei, qui trahendus in uirtutibus erat. Si bonus est, trahens per opera fratris, cur quare ab

2. Cor. 1.

1. Cor. 13.

1. Tim. 3.

1. Cor. 13.

1. Tim. 3.

hominibus laudem: Si uero malus, omnino dignus est alienus a laudibus. Et in sequentibus huius montani sermonis, omnino in recte aut bene factis saluator publicum perhibet deuita ri, in oratione, in elemosyna, in omni exercenda iustitia. Iure igitur dissipant ossa humane placitum, quia confundunt, iuste illos spernere deo, spernentes ipsi primitus deum. Deu utiq; spreuit, cui ipse non est satis ad praemium. Deu spreuit, qui quae sunt alium in suis operibus laudatorem. Spreuit deum, suae conscientiae testimonio non contentus, & iudicio aliaz: conscietiarum satagens ducere uitam suam. Comminationes inuenimus ad publicum fieri, ad seque quaedam lux exterior sunt, moderat in lumine, ut eo lumine atq; intentione fulgeat, & sic aedificetur proximus, ut nullus inde laudet nisi deus, non q̄ ipse indiget glorificatione nostra. Dixit autem alibi: Ego gloriam ab hominibus non accipio. Et homo deo reddat debitum honoris & laudis, & ipse non damnerit uitio propriae glorificationis atq; ostentationis, neq; sibi arroget quod protinus diuini est iuris. Nemo debet predicare seipsum, si omnis homo mendax. Qui uero ab ista sententia mendacitatis absoluitur, non sui est muneris, sed diuinae uirtutis. excedit omnino naturam hominum q̄ homines facit esse ueraces. Quamobrem nec ipsi laudandi, quauis bene agentes per omnia, sed il lauitus superior, quae tribuit ut in hac uita redum aliquod peragatur.

¶ Quod lex & propheta non soluuntur per euangelium, sed adimplentur, iuxta quod uitam & doctrinam debent formare doctores, secundum Mattheum solum.

Caput XVI.

DOctrinae Christi nouitas, legis Moisaicae tardioribus animis uidebat repellere uertutem, ex his quae saluator egerat, eratq; facturus, & ex his q̄ dicebat, adueneratq; dicitur. Ac per hoc ne in animis audientium firma retur, q̄ legem Moisaica tanto in monte datam, mysterio, & prophetia affatu spiritus sancti editam soluturus aduenerit, in exordio quasi suae magnae praedicationis dubium abstulit, quod male cogebat homines suspicari, dicens:

Nolite putare quoniam ueni soluere legem, aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere.

¶ Bona erat lex, a summo data factore, nil habens reprehensibile: sed difficultatibus plena erat, ut nemo illam perfecisset ad plenum, non defectu legis, sed obseruantis. Et cogruit utiq; illi rudi populo atq; inculco tempore suo. Nec ille populus & ois mundus amplioribus aptus erat. Pro omnibus hominibus mundi tunc tem

poris data fuit, quauis merito unius diei cultor ille populus Hebraeus educus de Aegyptiaca seruitute, primus illam per manum Moysi magnis lampadibus coruscationum & tonitruo in summitate montis Sinai accepisset, corinentem magna moralia sub praeccepto, ne per effluxionem in ima, homines a summis & in creaturas separarentur a deo. Et multas caere monialia, usquequaq; fatigantia dorsa hominum, etiam aspera lenitati sensuum humanorum. Sed melior lex leuioy adhuc iam diu experto mundo largienda erat, non tamen sol uenda, sed adimplenda prior. Non enim destructor est suorum in sapientia aeterna factorum deus, licet addat ad id quod bonum est, ut melius fiat, atq; potiori conditione saepe commutet. Nam legem naturae, quae bona est, nunquam ipse in aliquo, nisi conditione meliore siue miraculo, soluere dictus est. Sed nec solutio dici potest, ubi per spiritum sanctum supra naturam maiore utilitate sunt, aut miraculo naturam excedente procedunt, ut sol contra Gabaon praeter usitatum suae legis cursum stetit legitur in ultionem malorum, partus uirginis, cuncta Christi & sanctorum miracula, solum Christi morte, cursu praetermissa naturae, pallescens. Et si spiritus superbos aeternis tradidit poenis, & cis malos homines ex iustitia sociat in tormentis, lex tamen naturae permanet incorrupta, quauis ipsam naturam seu poena confodiat, ut una perseverando diuerberet, altera immortalis lege sustinendo perdetur. Et infirmitates, & si qua mala naturam ledentia, legem naturae non soluunt, cum ex diuina iustitia sunt. Omnis natura rerum, immortalis lege perdurat, etiam si singularia in aliquo deperire uideantur, aut spualia siue corporalia meliore conditione donantur, cum scilicet natura corruptibile atq; mortale, supra naturae legem incorruptibilitatem atq; immortalitatem induerit. Nec lex naturae solui dicenda est, sed meliore appositione donata. Lex originalis iustitiae nunquam solutionem accepit: sed ut illa custo dretur, caeterae leges positae sunt, non solum ad erudiendum, sed etiam ad puniendum uoluntarios transgressores, nec Christi doctrina in aliquo illam soluit. Sed negatiuum Christi uerbum, Nolite putare quoniam ueni soluere legem, duntaxat de Moisaica uidetur edicere: quae non soluit, sed adimpleuit. Et in his in quibus magis uidetur soluta, est adimplera per amplius. Habuit lex illa dicticem impermutabilem & immutabilem, & usq; in finem seculi duratur, quae nec in aliq; sui parte nouimus esse solutam, sed Christi doctrina ualidius affirmati, q̄ ab eo tpe quo datus est, non fuit si gura, sed ueritas: non tropologice, sed simpliciter obseruandus: nulla allegoriam continens, sed simpliciter docentem doctrina. Nec fuit in pa

1. Cor. 13.

Mat. 2. 7.

rabola datus, sed explicatus in uerbo. Habuit lex illa & circumcissionem cum petra, quæ non ex Moysè, sed ex patribus fuit, quæ non soluta, sed melius adimpleta circumcissione cordis quæ corporis. In hanc circumcissionem illa tendebat, ut corda hominum ex petra circumciderent, non caro quæ circumcisa non saluat, nisi corde circumciso: cor uero circumcissum, saluabit in sana carne. Multa sunt de hoc testimonia scripturarum, quæ si ducerentur in medium, scriptura præcederet in longum. Habebat & illa lex sacrificia animalium horrida & cruenta. Soluta in his uidetur lex, sed magis adimpleta, cum seipsum in sanguine in ara crucis uerum sacrificium pro nobis omnibus, non pro seipso, se obtulit Christus. Habebat oblationes primitiarum, redemptio nes primogenitorum: nunc quidem sopitæ uidentur, imò in melius commutatae, ut omnis intentio in agendis honor dei prætendatur: & redimitur aut commutatur primogenitum, ut redemptio sit ex Christo, commutatio ex opere aptiori, ut ex significatione spiritali animam illorum accipitur. Poena talionis in misericordiam uersa est. Super exaltatur misericordia à iustitia. Libellus repudij cum sit amotus, etiam legis solutionem non uidetur arguere. Potius autem in eius amotione lex impletur, ut quod tunc fiebat causa fornicationis, nunc transeat in ædificium castitatis. Potior est ueritas quæ figura. Omnia in figura contingebant illis, his dumtaxat exceptis quæ disticeas habet: & exulata doctrina. Veritas igitur quæ immediate sequitur ad figuram, legem non soluit, sed implet. At qui legis dator est, non promulgator, nullo iure legi à se datæ subijcitur: alioquin legis subditus esset, non dominus. Equidè saluator omnium Christus, temporalis ex humanationis tempore, æternus ex incomprehensibili æternitate, utraq; edidit legem. Illius ueteris dator, non promulgator: istius in humanitate dator & promulgator, utriusq; dominus, neutri subditus: quoniam si iusto non est lex posita, ipsi fontali iustitiæ quæ deus est, similiter nulla lex. Et quamquam multa uoluerit secundum legem exequi factus homo, non uelut legi subditus, sed uelut similis fratribus per omnia factus, qui suo imperio potuit istam nouam legem edere, ueteremq; illam non soluere, addere perfectionem, soluere imperfectionem: quod non erat soluere, sed adimplere legem, à corporalibus actionibus ad spirituales actiones transferre, quod uerè implere erat legem, non soluere. Ois enim illa lex, in his quæ actu fiebant, mysticè tendebat in Christum & in corpus mysticum eius, quo adueniente atq; operante, nec non docente, lex adimpleta dicitur, non soluta. Sed si subtiliter ex subsequenter uerba pensamus, tantum de lege disticei dixisse uidetur, cum doctor soluens & docens præcepta minima, de-

IACO. 2.

I. COR. 10.

cæ uidelicet minima, quæ facile obseruari possunt, & retributione in negatiuis parua, minimus uocetur, faciens sic & docens secundum illa decem, non secundum cærenomias, magnus in regno cælorum habeatur. Prophetiæ uero aut de præteritis, aut de presentibus, aut de futuris exciterunt. De præteritis, ut præcætam mundi creationem & cursum originalis mundi, Moyses spiritu prophetico retulit. Hanc prophetiam non soluit, quia non fecit non fuisse quod fuerat. Multa facta sunt temporibus prophetarum, quæ ipsi absentia uelut presentia conspexerunt, ut Samuel in Saul & Dauid, Nathan in peccato Dauid, Elias in Achab, Micheas in populo uirgum regis, Eliseus in Giezi & regibus suis temporis, Ieremias, Iezechiel, Daniel in regibus eorum & captiuitate illorum tempore facta, & maxime Daniel in diiudicatione ardentium ex luxuria sacerdotum, nec huiusmodi prophetias soluit, quia non fecit esse falsum quod extitit uerum. Futuras uero non soluit, sed suo adimpleuit aduentu. Et si qua prophetata de sua humanatione, natiuitate, conuersatione, doctrina, passione, morte, sepultura, resurrectione, ascensione, spiritu sancti missione, compleuit. Et in corpore suo (quod est ecclesia) completa sunt, ut non ueretur in dubium, ne fiant ista pauca quæ restant. Si qua uero moralia ad honorem dei placitum homines trahenda, & quæ de uitatione & declinatione malorum & factioe boni & solidatione fidei, erectioe spei, perfectione charitatis, cæterarumq; actione uirtutum, & de interminatione poenarum, promissione superna, parabolice aut enudate prophetæ locuti sunt, non solutionem, sed confirmationem à Christo domino susceperunt, confirmationem bonum, suadente perfectum, inuitante ad optimum, sub pollicitatione regni cælorum. Ac per hoc iure iurando asseruit omnia facilius posse deficere, quæ non impleri legem quam Moyse dedit, cuius impletio euangelium fuit.

Amen quippe dico uobis, donec transeat cælum & terra, iota unum aut unus apex, non præteribit à lege, donec omnia fiant.

¶ Verbum affirmationis & iurationis est, Amen. Unde nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas, sed iure iurando dico uobis, quæ antequam transeat ista generatio hominum, quæ sub cælo per generationem & corruptionem ex antiqua traduce, animarum noua in fitione transit in terra, non solum magna in lege scripta sicut, & prophetata complentur, sed etiam minima complebuntur. Et in hoc uerbo etiam prophetarum atq; omnis scriptura ueteris & noui testamenti concludunt, & signantur nomine unius legis: quoniam si noua lex impletio ueteris est, unum est legis corpus. Sicut sæpe plura membra unum corpus efficiunt, dum in unum coeunt: sic testam-

tum uetus & nouum in Christo & corpore suo mystico coeuntia, uetus in ænigmatate, nouum in ueritate, unam legem conficiunt. Etiam ab uno datore suscipiunt unitatem, & ab una intentione uiuendi in actione bonorum, ab una intentione cauendi in declinatione malorum, ab una promissione cælestium, ab una interminatione poenarum. Non enim in istis in utroq; testamento inuenitur diuersitas, quæ in nouo in moribus sit maior honestas, potior sanctitas, & à coniugio sit exaltata uirginitas, & diuinitatis altius commendata paupertas: & uetus tenuerit umbram, nouum expresserit ueritatem: utrunq; in se alter, ac tali est fœdere promulgatum, ut pro ipsorum ueritate tenenda suscipiat omne supplicium, & oppositione facta defendat, nullum deuitet tormentum, quod in ueteri multi fecerunt prophetarum, septemq; Machabæi, in nouo uero martyres cæteri. Proinde cum dicit, iota unum aut unus apex non præteribit à lege, scilicet ueteris testamenti sub quacumq; scriptura cõtenti, & noui à Christo & ab apostolis eius per spiritum sanctum editi, donec fiant omnia in utroq; cõtenta. Iota & apex puncti sunt, quibus sententiæ magnæ sicut paruæ terminant, & reincipiunt in scripturis, ut sic sensus eluceat: Nullæ sententiæ scripturarum legalium terminatæ punctis præteribunt, quin terminentur in factis. Et quoniam oportet omnia fieri, ad doctores faciendi & dicendi sermo dirigitur, cum ex ipsis forma uiuendi & scientia faciendi defluat ad indoctos.

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum.

¶ Si Christus, ut supra prætulit, legem non uenit soluere moribus cõtrarijs aut doctrina, sed implere, neq; consentire, sed prohibere ne quis doctor eregione uiuendo soluat siue doceat, quod si fecerit, uocabitur minimus in regno militantis ecclesie, non patriæ triumphantis, ad quam intrare nequit. In eo s. minimus, ut si nomen habet doctoris, non habeat nomen bonitatis atq; uirtutis: & si uigeat doctrina, careat gratia: & despecta eius uita, despiciatur similiter & doctrina. Minima quidem mandata uocat à facili obseruatione, ut eo criminiosior sit paruicæ, quæ ipsa potuit facilius obseruare. Magna protinus de sui natura omnia sunt mandata.

Quoniam qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum.

¶ Unde igitur magnus, nisi à factioe atque doctrina magnorum? Ergo dei præcepta, minima sunt & magna. Minima, quia facilius obseruantur, & minimum præuaricatem doctorum efficiunt. Magna uero, à datore magno, à causa magna, ne uana sectantes, à magno domino separemur, à premio magno: quia qui fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno

cælorum, non solum in hoc peregrino atq; terreno, sed etiam in superno. Sed ne me dixisse prætereat, quod audacter sentire cõfiteor: Ois doctor qui malè uiuit, & malè docet, peior est censendus per doctrinam perperam, quæ perperam uitam. Nam ex mala uita sibi soli nequæ: & si aliquando exemplo malo proximus offendat, malum utiq; sibi: sed magis proximus est causandus, qui cognoscens exemplum malæ actionis accepit, quam doctor uerbo doctrinæ non confirmauit. Qui autem peruersè uiixerit, & sic docuerit, etiam si non malum exemplum dedit, & peruersam doctrinam dederit, omnino culpabilior per excessum, cum ex mala doctrina firment malè acta, cumuletur uirtutibus derogetur, mores mali hominum inualecant, incentiuum præbeatur omnibus delinquendi, procuratio fiat pro inferno. Nam doctor malus, procurator inferni, aduocatus dæmonum, latro insidians pergentibus ad regna cælorum, angelorum inimicus, destructor supernæ patriæ, oppugnator Christi, & quod peius est omnibus, ex mala doctrina hæreses oriuntur. Nunquid legimus in concione imperita hæreses fuisse inductas, nisi ex peruersa doctrina doctorum. Unde incredulitas & mala credulitas & schismata & sectæ in ecclesia sunt exorta, nisi ex perniciosa & humana & iuxta placitum præcepta doctrina, cum quis præter ueritatem consequitur uoluntatem?

¶ De abundantiori iustitia fidelium Christi super scribas & pharisæos, secundum Mattheum. Caput XVII.

Quoniam uiam saluator omnium Christus, legem non uenerat soluere, sed adimplere, hoc iure iurando firmaret, commonefaceretq; doctores, ut secundum illam uiuerent atq; docerent, omnes suos sequaces alloqueretur, qui regna cælorum captare cõtendunt, dicentes: quæ iustitiam ampliores possideant, quam ipsi scribæ & pharisæi, quæ de iustitia legali se falsificabant, cuius erant præuaricatores potius quæ factores, non intendentes in illam iustitiam, quæ iustificat peccatores, de qua dicitur:

Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

¶ Aut una iustitia legis, aut duæ: sed unius legis unica est iustitia, ut animo diligatur, & opere compleantur quæ in lege mandantur. Duarum uero legum duplex erit iustitia. Proinde si uetus testamentum & nouum, duplicem legem faciunt, una erit scribarum & pharisæorum, altera Christi discipulorum. Illorum, legis ueteris: istorum, nouæ legis. Igitur oportebit iustitiæ euangelij præcellere iustitiam legis Moisaicæ. Omnino ab illa lege ueteri euangelij exaltat, in cuius operatione iustitiæ, oportebit Christi discipulos excedere pharisæos,

Si uero (ut supra prætulimus) utriusque legis unum est corpus, ut uelut unius legis sit una iustitia, tunc ad actionem refertur in iustitia abundanter: ac si sic enodatus discipulis diceretur, Nisi uos in iustitia factiois excesseritis scribas & pharisæos, non intrabitis in regnum celorum, quoniam illi dicebant, & non faciebant. Sed quoquo modo sententia capiatur ex uerbis, siue sint duæ iustitiæ duarum legum, siue una unius, in idem redit pro lege non soluenda, sed adimplenda in parte uitæ agendæ, & pro regno captando celorum in parte uitæ significandæ.

Hinc ergo expedit omnino differere uerbum dictum, iustitia uestra, scilicet discipulorum & scribarum & pharisæorum. Erat dudum illorum iustitia in cortice, istorum in medulla. Illorum in litera, discipulorum in intelligentia. Illorum in uerbis, discipulorum in sensu. Illorum in uirtute sermonis, istorum in uirtute rationis. Illorum in sacrificio trucidati pecoris, istorum in sacrificio ueræ laudis, quoniam scriptum est: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter est offerendum illi salutare dei. Illorum in sacrificio & aspersione effusi sanguinis, istorum in sacrificio contriti cordis: quia sacrificium deo spiritus contritibulatus, cor contritum & humilatum deus non despiciet. Illorum iustitia in circuncisione carnis, istorum in circuncisione cordis. Sic quidem in Deuteronomio scriptum est: Circuncidare ergo præputia cordis uestræ. Et alibi: Circuncidat dominus deus tuus cor tuum & cor feminis tui, ut diligas dominum deum tuum. Illorum iustitia in custodia sabbati temporalis, discipulorum uero sabbati spiritualis. Et ut breuiter perstringam, illorum iustitia erat in actionibus corporalibus, siue affirmatiue siue negatiue mandata ponentur: discipulorum uero & omnium Christianorum, est in uirtute animæ interioris uirtutis, quomodo libet iubeant. Propterea subsequenter per amplius manifestant, quoniam scribæ & pharisæi tamen exterioribus obseruationibus intendebant, nos uero per amplius in interioribus iubebamur intendere. Ad quod sequitur:

Exo. 20. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnes qui irasciunt fratri suo, reus erit iudicio.

¶ Ecce abundantia iustitiæ ad iustitiam, ut scribæ & pharisæi cæteri que Iudæi si non occidant, seruire iustitiæ glorientur. Christi uero fidelibus non solum inhiibetur occisionis actus, sed prohibetur ad iram animi motus. Facilius quidem est non occidere, prohibendo manus, quam non irasci, cohibendo animi motum. Proinde abundantia ista iustitiæ super pharisæos, ad perfectionem & consistentiam animi trahitur. Et quod solum in animo est, occultatur hominibus, cognitum soli deo. Et deus cordi legem,

non homo apponere potuit. Et si lex dei eius in corde ipsius, non supplantabitur gressus eius: quæ prohibet ut homo homini non irascatur, irascens uero iudicio puniatur. Potest autem malum quod latet in corde, aduersus proximum multiplici enunciatione ostendit: signo, uerbo, facto. Signo, uidelicet indistincto uerbo, ut si quis dixerit fratri suo racha, reus erit consilio.

¶ Racha, rancor est ex corde. præcedens pergitur usque ad palatum, per nares exufflans, etiam si labia iungantur, & quandoque labijs apertis ostendens animum aduersus aliquem indignatum. Verbo, cum quis animo irato ipsius tempestatem refrenare, ira prædominante, non ualens, uerbum distinctum & cognitum iniuriuose in proximum protulit, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

¶ Facultas est, dum in hac uita uiuitur ultima hominis ignorantia, cum nec seipsum, nec quis alius sit, aut loquatur intelligit. Facto, cum quis ita ex peruerso corde actionem turbauit proximum, ut nisi primo illum reconciliet atque placet, sacrificare atque aliquid muneris offerre non liceat.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade, prius reconciliet fratri tuo: & tunc ueniens, offeres munus tuum.

¶ Non erat in illorum iustitia, proximum reconciliare turbatum: nostra uero exigit, ut nisi prius reconciliemus, oblationes non offeramus: quod si facimus, casta est oblatio, proximo non pacato. Sine dilectione proximi opera cuncta frustrantur. Quomodo proximum diligit, qui eum conturbans, modis omnibus non refrenat: Sed aduertendū summa discretione, agentibus, ne proximi offensam plus aut minus debito emendare uelimus. Nam si corde tantum peruerso & odio, in proximum aliquid cogitatum est, clam soli deo emendatio ipsa fiat, quia offensa usque ad proximum non deuenit: cui, quod latebat, emendando prodere, nihil aliud est, quam aliquem in sua nequitia incognitum diffamare. Si uero eructuato uerbo contra proximum aliquid dictum est, ad ipsius notitiam non perueniens, etiam nec ipsi satisfactio fiat, sed in conspectu dei & coram illis qui huiusmodi conuicia de proximo audierunt. Cum autem ad proximi notitiam peruenit uerbo aut facto tuo contra eum preconcepta malitia, iuxta qualitatem offensionis, quæcitas emendationis exi fiat, prout aderit possibilitas & honestas permiserit. Multa enim ex æquo emendationi non subiacent: aliqua uero si fuerint, depellerent honestatē. Hoc triplex satisfactiois genus, scilicet

corde, uerbo, facto, iustum est atque perfectum, quod de triplici offensa procedit, signatum in ira cordis, in bipertito uerbo oris, scilicet racha & fatue: & illatione mali opis, ex eo quod minus respuitur, nisi proximus reconciliet. Quod si forte reconciliatus reconciliantem asperraret, nihil opedens reconciliantem, nec uellet impedire indulgentiam postulatam, nec offensam dimittere deprecanti: nil ei deperit coram superno iudice de super hominum corda prospiciente, si reconciliationem facere disposuerat in ueritate: uadit securus & perficit uota sua, non male motus in animo, sed semper paratus, cum opus fuerit, placare, quatum in ipso est, proximum quem offendit. Si uero aliter ista differamus, tria sunt ista mala quibus triplex poena respondet: Ira, super quam iudicium racha, super quod pendet consilium: fatuum aliquem dicere, ad quod gehennæ ignis adijcitur. Ecce ad proximum offensionis & punitiois processus. Ira in corde latens, folius dei iudicio subiacet, quanta fuerit irascens poena plectendus. Signum iræ iam apprensens, hominum consilio stabit, qualiter infansuans animi sui motum, sit corrigendus. Expresso malitiæ uerbo, ex ira concepta in proximum exandescens, nisi emendauerit, gehennæ ignis æterni poenam sustinebit. Videndum igitur, quantum Christianorum super scribas & pharisæos debet abundare iustitia, quod in his tribus usque ad proximum probabilem offensionem nec peruenit, ut nec ictus uerberum, nec mutilatio membrorum, nec occisio, nec rerum ablatio inuicem præstiterit. Et emendationem oportet fieri, si nostra munera nolumus reprobari. Et illorum iustitia, occisionem aut rerum direptionem solummodo prohibebat. Ecce patet quod lex non soluitur, sed per amplius adimpletur, cum ad interioris hominis perfectionem refertur. Et non solum actus, sed etiam animi malus motus & sermo malus poena plectuntur. Si qua uero dicent in isto montano sermone, usque ad descensum Christi de monte, hoc maxime astruunt, quod Christus legem non uenit soluere, sed adimplere: ad hocque continuata referunt, cum ad imitationem in declinatione malorum, & in actione bonorum operum, & quod ab uadantior sit Christianorum iustitia, quam scribarum & pharisæorum. Quod cum his qui aduersantur, & quibus aduersatur, oportet habere concordiam, si uolumus euitare gehennam, secundum Matthæum & Lucam tantum.

Capitulum XVIII.

Disentire in aliquo à naturæ consimili, uirtutum est. Disentire à uirtutibus & peccatis moribus hominum, est maxima uirtus. Unus est omnium creator, qui tam diuersa in unam fecit conuenire formam. Unnitatem igitur amat. Unus est mediator inter deum & homines Christus. Et ideo inter quos satagit reconciliare cum

deo, non patitur esse discordiam. Unius creationis, unius similitudinis diuine atque naturæ, unius redemptionis & gratiæ, unius fidei homines abinuiem dissentire non sustinet, magis uero dissentientes, sub interminatione reuocat ad consensum, dicens:

Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia &c.

¶ Cum superiori connectitur ista sententia, scilicet de reconciliatione fraterna, priusquam munus in altari offeratur, ubi munus non grate offertur, nisi primo proximus reconcilietur. Hic sub interminatione præcipitur, ut ibi cito consentiatur. Ibi offensus proximus, hic offendens intelligitur aduersarius. Ille reconciliatur, huic consentitur, ne quomodolibet discordia regnet, sed omnimodè mutua pax inter homines habeatur. Hoc quod tanto diuino studio agitur sub comminatione poenæ, sub promissione gloriæ, per lucidè arguet Christum non uenisse legem soluere, sed adimplere, atque perfectionem plurimam addere. Sed ut supra range re coepimus, duo sunt aduersario: gratia: unum cui tu aduersaris, & offendisti corde, ore uel facto, à te prius incepta malitia: alterum, qui tibi aduersatur, ab ipso præcunte nequitia. Primus reconciliandus, alteri consentiendum est. Seu in alio genere aduersandi, aut est aduersarius ex iniuria personali, uerbo seu edita facto: aut ex debito rei, cum quis rem suam repetit ab alio. Iterum primus reconciliandus, alteri uero consentiendum est. Et hoc maxime in literali sensu saluator uidetur intendere, ut repetenti suum consentiatur, antequam ligatio ante iudicem fiat: ex qua consueuerunt prodire mendacia, conuicia in alterutrum, oriri discordia, prouocatio ad peiora, & tandem deuictio, & in altero litigantium horrida captiuitas, donec restitutio sit ad plenum. Igitur melius esset debitum ante reddere repetenti, quam deuenire ad iudicem, & conuinci & fieri captiuum, & tandem sic manere, aut reddere debitum uiuersum. Pacis amator, autor & lator legis, non solutor, sed per amplius factor, adiciens perfectionem, nititur propellere litem, dicens: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cum eo, & uadis ad principem, da operam liberari ab illo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro exactori, & mittaris in carcerem. Amē dico tibi, non exies inde, donec reddas non uisissimum quadrantem siue minutum.

¶ Consentitendum est aduersario, sua iuste repetenti. Nemini licitum est aliena rapere siue retinere præter domini uoluntatem, nisi ex subortis & iustis causis aliud iura decerneret. Consentitendum est in uia cum eo, antequam hora litigationis adueniat, antequam iudex habeat

de ueritate cognoscere, si discipuli Christi estis, si Christum imitamini, si doctrinam christiferam consentitis. Consentias & ueritati. Redde mutuum ad tempus creditum. Redde, si inuitem acceperis aliquid a conforate nature. Quanquam natura proprium non iudicat, lex tamen ad coercendas hominum improbitates induxit. Tibi, domine incontento, suum tenere non licet, ut quid iudicem uis adire cum aduersario, iuste quod suum est repetenti? Unde tanta peruersitas, ut de re non tua, uelis inchoare litigium? Quare audacia, ut uelis ante iudicem sisti, ubi est necessarium te conuincere? Ante iudicem seu principem constitutus, confiteberis an inficiaberis creditum? Si confiteberis, ut quid non praeuenis faciem principis aduersario consentiendo, ut non fatiges proximum, non inducas expensas, non libellum recipias, ut non deuenias ad calumniam, nec contra te latam sententiam audias, ne coram omnibus erubescas, & abcedas confusus in domum, aut efficiar turpi necessitate captiuus? Si uero inficiaberis, quare te constringit malitia, ut te negationi conuictes, ut a ueritate terga uersares, ut uelis retinere non tuum, & de tua uoluntate condere seuam legem, cuius autoritate alienum tuum uendicares in proprium, & quod est partem alieno sudore, labore alieno quaesitum, inuito domino uelis facere tuum? Unde tanta seueritas in natura confortem, ut bonorum suorum ipsum uelis esse exortem? Unde ista falsitas, ut non timeas aut diligas, sed odias ueritatem? Unde quod non timeas legem, quod non horrescas & iudicem, quod te falso negentem, aut ueritate conuictum, tradat in carcerem unde non exeat, nisi per solueris omne minutum siue quadrantem? Esto igitur consentiens aduersario tuo iuste repetenti, pacem habe cum proximo: non deneges aliena, quia propria largiri ex necessitate constringeris. Haec lex est iustitiae originalis, haec iustitia Moisaica atque euangelicae legis. Ex his uerba seruatur in proximis, discordia propellitur, lex non soluitur, sed adimplet, & spes ex Christi pollicitatione erigit de regno caelorum. Alii autem hoc per similitudinem disserunt est.

Quod moechia non solum est corporis, sed & cordis male concupiscentis, etiam sine tactu carnis, secundum Mattheum. Caput XIX.

Lex non soluenda, sed adimplenda per Christum, diserto uerbo, exarato dicto, corporis moechiam interdixerat. Christus uero etiam cordis moechiam adesse denunciat, si affuerit in uindendo concupiscentia fornicandi, ad quam deuitanda membra mandat per abstinentiam cohiberi.

Mat. 5. Audistis quia dictum est antiquis: Non moechaberis. Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo.

Ecce abundantior iustitia, non solum prohibito corporalis, sed cordis. Ecce iustitia pharisaea, corpore non moechari. Ecce abundans, concupiscentias a corde recidere. Vbi abundantia peccatorum, ibi etiam & uirtutum. Cor hominis, fons est malorum, cum fuerit peruersum. Cum ista mala de corde procedunt, quod & saluator aliis testatus est. Cor hominis, receptaculum est uirtutum, cui cum infederit, deueniet in actus. Concupiscentia mala, quia de corde malo, in uindendo uidentem fornicariu fecit. Visa est mulier apia, pulchra: mulier neque uisus potuerunt operari moechiam. accessit concupiscentia, ut appeteres & appeti uelles, & fornicatio in corde hominis facta est. Igitur cohibendus est uisus, non ut ne uideat, sed ne figatur in delectabile uisum, unde mala concupiscentia generetur, quod homo moechus efficitur. Cor custodiendum est, ne immunde sequatur aspectum. Ecce pulchra facies se obiecit uisui, ecce uisus illam aspexit, adhuc castitas in moribus & affectibus, ut neque uisus neque obiectum amonem illam potuerit maculare. Adest & cor de illa pulchritudine cogitans, nec in castitate genuit eclipsim: accessit concupiscentia praeter diuinam legis ordinem, & castitas recessit ab homine, moechia facta est ab utroque. Unde concupiscentia mala, nisi ex dei lege relicta. Bonus homo, bona mulier: bonus uisus, bonum cor: neutrum istorum de sua natura causandum, sed cum concupiscentia mala cordis claustra penetravit, ut quod bonum est natura, etiam natura bonum appeteret, peccatum non ex his, sed ex peruersa intentione procederet. Sic & scriptura saluatoris eloquitur: Nam qui uiderit mulierem, non ut mulierem, alioquin uidisset sanctas fuisset in crimine: sed ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo, non in oculo suo a quo uisus procedit, sed in corde suo ubi concupiscentia mala resedit. Sed cor ne dissolueretur in uitium, comminationem accipit: Vnde dissolutus corde. Dissolutio cordis est a lege ueritatis, cum praeter ipsam aliquid concupiscit. Et ad cautelam inuitat cum dicit: Omnia custodia serua cor tuum. Et de uisu arguuntur proplasti, & Dauid in uisu Berthebae, quod uiderunt, & cor eorum in concupiscentia exarsit. Ieremias deplorat: Oculis meis depradatus est anima mea. Et de concupiscentiis dicitur: Post concupiscentias tuas non eas. Et subsequenter, ne quae sensibus percipiunt, in affectum cordis deueniant, mali uisus sensuum spiritualiter a Christo subter abscindi, cum immediate adiungit:

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittat in gehennam.

Dexter oculum, est intellectus interior, qui tunc scandalum parat, cum concupiscentiam se-

quitur: tunc eruitur, cum ab ipsa diuellitur: tunc a se proijcitur, cum nihil propter propria & sensualem delectationem inquirunt.

Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Dextera manus refertur ad potentiam effectiuam eorum, quae in concupiscentiam uenerunt. Quae tunc scandalizat animam, cum praesentit conceptam nequitiam: quae abscinditur, cum reprimatur: tunc ab se proijcitur, cum nil in sensuale placitum agitur. Sed melius est ista deperire atque refrenare sensuum ac interioris hominis partem, quam totum esse hominis aeternis gehennae incendijs mancipari. In omnibus dicitur, tuus & tua: quoniam non aliena, sed tantum propria mala nos maculant. Et qui se a propria iniquitate obseruat, eum iniquitas aliena non grauat. Scriptum est enim: Graua bit eum iniquitas sua, non aliena. Videtur etiam ex his uerbis ista resonare sententia, quod delectatio unius membri non occupet totum corpus: & quod agitur in parte membrorum, in totalitate corporis non contingat, cum dicit: Expedit ut pereat unum membrorum, quam totum corpus tradat in gehennam. Ac si unum membrorum posset perire, toto alio corpore illaeso, sicut in abscissa manu aut pedis, mutilatione linguae, in erutione oculi, reliquo intacto corpore: & peccare in uno membrorum, caeteris membris deenganibus omnino consensum. Sed sicut cum patitur unum membrorum, compatiuntur caetera membra, siue cum gloria unum membrum, congaudent & omnia membra: sic cum unum membrum laetanter peccat, sic & caetera membra congratulando fauent: aliam iniustitia esset, si uno membrorum peccante, caetera membra immaculata punirentur. Aliter autem ex his oportet capere intellectum, ut quod dicitur in parte membrorum, in parte temporis: & quod in toto corpore, in totalitate aeternitatis referat: ut melius sit, hominem priuari delectatione prohibita in hac parte labentis & terminandi temporis, quae per corporis membra suscipitur, quam in gehenna ignis in aeternitate damnari.

Mat. 24. Quis scit diem & horam uenire filii hominis? Sic & peccare in uno membrorum, compatiuntur caetera membra, siue cum gloria unum membrum, congaudent & omnia membra: sic cum unum membrum laetanter peccat, sic & caetera membra congratulando fauent: aliam iniustitia esset, si uno membrorum peccante, caetera membra immaculata punirentur.

Aliter autem ex his oportet capere intellectum, ut quod dicitur in parte membrorum, in parte temporis: & quod in toto corpore, in totalitate aeternitatis referat: ut melius sit, hominem priuari delectatione prohibita in hac parte labentis & terminandi temporis, quae per corporis membra suscipitur, quam in gehenna ignis in aeternitate damnari.

De libello repudij, in quo lex non soluitur, sed abundantior iustitia constituitur, secundum Mattheum. Caput XX.

Scriptum est: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sermones dei sunt, illa quae scripta legimus in utroque testamento, quae declaratio ne indigent, ut rarioribus innotescant, & ad confutationem illorum, qui parant ex cortice uerborum calumniam ueritati: quam non intelligentes, ea quae sunt recta, male intelligendo peruertunt. Et pharisaeis & scribis, caeterisque sublequitur similia sen-

tentibus ora claudere, qui praesumpserunt aut praesumere potuerunt Christum uenisse legem soluere, non adimplere. Cuius contrarium soluerit se facturum, dicens: Non ueni legem soluere, sed adimplere. Libellus repudij dari permittitur in ueteri testamento, arguebat crudelitatem populi hebraeorum, qui concepta in animo displicentia ex uxore aut ex foeditate siue zelotypia, siue occasione quacumque accepta, usque ad necem eius facile desequissent. Ne autem contra mandatum domini homicidium seu uxoricidium sequeretur, ob leuitatem libellus repudij est concessus. Sed Iesus lator nouae perfectioris legis, adimplens ueterem, nouam introducendo, non soluens, imo perfectiori & absconditori iustitia illam decorans, in illa crudelitatem praeseruens, in ista honestam castitatem conseruans, nisi ob fornicationis causam, uxorem uoluit non dimitti, dicens:

Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Libellus repudij sic erat, ut causa quae uxor uiro fuisset odiosa, scriberetur, & poneretur in manu repudiat, atque sacerdotibus demonstraretur: & iuramento praestito quod sic ueritas se habet, poterat ab alio duci & copulari coniugio: & iterum sic repudiari, si causa subesset, non tamen reconcilianda priori. Talis repudiatio uxoricidium deuitabat: quod & fuisset, si uir abhorrens uxorem, inuitem illam ingratiuam sibi retinere cogere. Sed honestatem omnimoda non habebat, quae una mulier potuisset duobus maritis uiuis diuersis temporibus subiacere. Ampliorem enim honestatem habuit, quae unus maritus pluribus praesertit uxoribus aut mulieribus, ut Abraam & Iacob, quae una mulier maritis uiuis pluribus subiaceret. Proinde saluator non soluens legem, sed implens, praedantantorem iustitiam honestatis prohibet & disuadet uxorem repudiari, nisi fornicationis ob causam: quam etiam sic repudiatam, repudiate superstitite, alteri prohibet copulari. Quod si alia causa praeter istam repudiaretur, moechia constituitur. Et qui quocumque modo uel causa repudiatam duxerit, criminis adulterij reus erit. Non enim huiusmodi dimissio matrimonium soluit, sed facit diuortium thori, cum & possit consensu mutuo suo uiro reconciliari. Foris enim in subsecquentibus sic respondisse scribis & pharisaeis interrogando tentantibus saluatori:

Si licet homini dimittere uxorem quamcumque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legitis quia qui fecit hoies ab initio, magis

Mat. 5.

Mat. 19.

sculum & foeminam creauit eos: Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quos ergo deus coniunxit, homo non separet.

¶ Ex hoc sumitur, quod deus quos coniunxit, separare potest. Ac pro hoc coniuncti etiam carnali copula, mutuo consensu inspirante deo, pro obseruantia castitatis possunt ab inuicem separari. Ante carnalem uero copulam, pro castitate in uoto seruanda, possunt, altera inuita, partium foedera quaecumque dirumpi.

Dicunt illi scribae & pharisaei: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Et ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestrae permisit uobis dimittere uxores uestras. Ab initio autem non fuit sic.

¶ Paet sane intelligentibus causa, cur libellus repudij sit concessus & permissus, non tam in iussus, scilicet ne duritia cordis usque ad uxorici dium desaueret. Ab initio usque ad Moysen, coniugia ex honestate originalis publicae iustitiae insoluta manebant. Nunc uero saluator euangelicam legem retorquens ad iustitiam originalem, decernit:

Dico autem uobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur.

¶ Attamen nemo male intelligendo erret, ut dimissio fornicationis causa, licentiam praestet alteri partium ad alia nuptiarum uota transire: non enim esset adimpletio legis, sed solutio.

¶ Neque legis abundantior iustitia, sed defector uideretur, si tempore filij uirginis non restringeretur libidinositas carnis, & una mulier pluribus uiuis potuisset subiacere maritis. Imputeret sibi qui continere recusauit, non licentiae repudiandi ex causa fornicationis: nec repudiata sibi putet adesse iustam alteri nubendi licentiam, quia uolens aut nolens repudium habuit: sed magis doleat, flet atque poeniteat, quod fornicationem ob quam iuste repudiaretur, commisit. Et potius studeat recedens repudiandi uero, quam alteri, ipso uiuente, copulari coniugio: quod & si nondum recipitur in reconciliatione, omnino permaneat in castitate quousque reconcilietur, aut lex matrimonij lege mortis separet & soluiatur. Alter uero ducens repudiatam, adulter & moechus erit: quia illam duxit, quam adhuc a lege matrimonij mortis sententia non diuisit, nec alia interfuit iusta causa matrimonialis diuortij, sed fornicatio, iusta separatio thori.

Sed turbat animos incontinentium & querentium lasciuus & immundis moribus cum uxori-

bus delectari, si nulla causa dimittenda uxoribus in euangelio praeterquam fornicatio inuenitur, cum plerumque post uxorem saepe per tempora carnaliter cognitam, interueniant infirmitates in corpore atque in tali parte corporis, ut uir cum uxore uolens coire, non possit, & foeditates & fugae ab altera partium, & copulationes illicitae per illicitos amores ad alios, & ablationes uxorum a potentioribus: & uice uersa in uiris, ut coirere nolentes, etiam licite coire non possint, nec Apostolicum seruare consilium, ut unusquisque habeat uxorem propriam propter fornicationem in aliam deuitandam: & impingent forte huiusmodi homines in illam, quam nullo modo intelligunt ueritatem, dicentes: Vt quid imputabitur nobis ad crimen, si uxores illas inhonestas dimittimus, cum quibus, continere nolentes, rem habere non possumus: Quid si alias ipsis uiuentibus ducimus, cum impetus carnis non agitet, continere nullo pacto delecter: Effrenate concumbere nolimus: ideo alias ad uxoratum inquirimus. Affectamus prolem, ut dimittamus haeredem, & multa quae possunt querulando deduci. Quibus respondere per singula prolata & possibiliter proferendi, nimis prodiret in longum, quod comatice tractare decreuimus. Sed quia me in hac parte igno- rantia crassa seu supina non fallit, sed menti pura ueritas interlucet, dixerim uerum deum & unigenitum filium eius, praecipua impossibilita non dedisse, neque alicui praecipisse supra gratiam & uirtutem, quam ipse praestiterit hominibus obseruandi. Quare autem non omnino in obseruando praecipit, sit aequa conditio, ut unus habeat uxorem suis uoluntatibus aptam, alter uero diuersimode praepeditam, non est humana inquisitionis, quod est diuinae uoluntatis atque praemissionis: quae, ut essent omnia, non fecit, aequalia: quae nihil nouit operari non iustum, quae a nobis existat incognitum. Ipse laudem in operibus suis: tamen, & sibi obediatur in legibus iustis. Suum dicitur est, imperare atque obseruare quod licet: nostrum est, sine causatione obseruare quod praecipit, magisque quod expedit nobis.

¶ Quod iuramentum in lege concessit, in euangelio omnino prohibetur, ut sit lux plenior & iustitia abundantior.

Capitulum XXII.

Ab illa primordiali & originali & sancta iustitia, in qua homo non stetit, indicit, ut prout exigit ueritas, ita reddatur: & quod dolus & fraus ab humana conuersatione pellantur, neque corde aut ore per incaptionem & circunventionem inter homines sermo fiat, qui sunt unius naturae confortes. Et corda soli deo cognita, in quibus est humanae conuersationis origo, siue fraude siue benignitate serant in proximum, hominibus cunctis occulta sunt. Idcirco rectum mandans nostrum fieri animu, sine

dolo & fraude uerbum fieri madabat ad proximum. Et sine iuramento quod dicebatur, absque dubio uolebat haberi, & ascribi malitiae, si quis a uerbo negatio aut affirmatio amplius extorsisset. Et si necessitate urgente pro firma fide proximis facienda oporteret iuramenta praestare, inhibetur, ne homo paulominus ab angelis minoratur, uerum omnium corporalium dominus constitutus, nemini nisi soli deo subditus, quod per minora se iuret, & diuinum honorem tribuat creaturis. Qui iurat, ut aequali suo in dictis fidem firmam astruat, per maiorem se iuret: non enim praestat fidem per aequale uel minus, homini praestita iuratio. Minus est in homine omne creatum, ipso creatore & segregata creatura spirituali duntaxat exceptis. Proinde prohibet, etiam si expediret, per creaturam aliquam iuramenta praestare, dicens ad supra dicta continuando sermonem, ut lex sit insoluta & abundantior sit iustitia.

¶ Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, non iurare in oino. Neque per caelum, quia thronus dei est.

¶ Iuxta illud Isaiae: Caelum mihi sedes est.

¶ Neque per terram, quia scabellum pedum eius est.

¶ Unde per Isaia dicitur: Et qui iurat in terra, iurabit in deo, amen.

¶ Neque per Hierosolymam, quia ciuitas magna regis est. Neque per caput tuum iurabis, quia non potes unum capillum tuum facere aut album aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, a malo est.

¶ Ecce prohibitio in lege, non periurare: mandatum uero, iuramenta scilicet iusta reddere. Christus qui uenerat legem implere, non solue- re, atque abundantior iustitiam indicere, prohibet omnino iurare. Quia qui non iurat, totaliter alienus est a periurio. Periurare omnino impossibile fit, eum qui iurare non nouit. Magis impletur lex, per amplius abundat iustitia, si a iuratioe desistitur, ne periurium subsequatur, quod si iuratur cum possit sequi periurium. Tutius est, causam non praestare peccatis, quam praestita, remanere infontem. Unde scriptum est: Iuratori non assuecat os tuum. Veruntamen si

iurare necessitas exigit, per aliquam creaturam praestetur nemini iuramentum, quacumque dignitate resplendet, ne fides non propter deum, sed propter creaturas uideatur seruanda hominibus, & cultus diuinus creaturis aliquibus deferatur. Iurabant olim pagani per deos deasque, uelut per suos maiores, quos credebant aeternitate atque immortalitate pollentes. Ac si dicere- tur: Sicut dixi ueri & immortales sunt, ita uera dicimus, sicque faciemus. Et saepe uera per falsa spondebant. Non est congruum, sed insanum,

diuinum honorem creaturis impendere, similemque fieri moribus paganorum, qui etiam crede- bant sibi huiusmodi deos irasci, nisi operibus iurameta firmarent. Sed nobis fidelibus nulla cre- atura nostro finali & spiritali damno potest iras- sci, nisi deus & creator omnino merito iras- scat. Igitur si iurare omnino opus erit, per eum quod sum- me omnibus praestet, non per quaecumque creatura iurabit. Sed hoc maxime saluator exigit, ut puer res est, affirmatiue uel negatiue proferat, a malo asserens, praecedere, si quis plus in uerbis impo- tunte addiderit: sic & ille quod plus debito exigit.

¶ Quod poena talionis, ad impletionem legis & abun- dantem iustitiam secundum charitatem, lenita- tem & patientiam, per Christum commu- tata est, secundum Matthaeum & Lucam.

Capitulum XXIII.

Aequa uideetur iustitia iniuriam patienti, neque uideetur iustae querelae habere posse maeritiam, si qualiter acceperit, taliter repedit. Et lege decretum erat, ne plus quam accepisset, passus iniuriam repederet, sed ut talio inter homines haberetur. Saepe quidem inter homines agitur more ferae, ut morsum primo accipies, in mor- detem ampliori furore agatur. Sicque homines cum primo laeduntur, in uindicando mensura laesionis excedunt. Et si per ordinariam pote- statem ultio sumitur, optat praestans, ut per excessum poena multiplicaret. Proinde talio in illa lege Moisaica posita est, non in potestate pa- tientis, sed ordinariis autoritatis. Populus enim ille rudis durusque: ceruicis, aliter non debebat tunc erudiri, pro illatis a proximo malis, quam in aequa poena talionis, quae ex certa serie scripturae non re- perimus debere inferri, nisi male passus expe- ret, quem in euangelica lege saluator uult pa- tienter ferre omnem iniuriam sine expetitione ta- lionis ultionis: ex quo lex non soluit, sed im- plet, & iustitia constituitur abundantior. Nam per amplius completur lex, per misericordiam & patientiam naturae seruando confortem, seu quamlibet corporis partem quomodo libet of- fendentem, quam per impatientiam & iram cum legali iustitia deseruere, ad perdendum homi- nem seu corporis partem, cum perditum ex- perditum nequit fieri rediuiuum. Proinde salua- tor dicit:

Audistis quia dictum est antiquis: Ocu- lum pro oculo, & dentem pro dente. Ego au- tem dico uobis, non resistere malo. Sed si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, praebere ei & alteram. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quae- cumque angariauerit te mille passus, uade cum illo & alia duo.

¶ Non solum ira, furia, furor, odium, super-
fff ij

Exod. 21.
Deut. 19.
Mat. 5.

excedens ultio, sed talio in euangelio prohibetur. Et ne uideatur lex Moſaica ſolui, remota iuſtitia introducit patientia, quæ opus perfectum habet, cum malo non ſit reſiſtendum. Et conſilium datur ad toleranda plura ſiue maiora cum inferat iniuriam, dum ad percuſſionem unius maxillæ, alteram ad cædentem præparare monemur. Et unum ueſtimentum auferenti, etiam alterum dimittere, & angarianti ad labores ampliores eſſe paratos, antequam diuidamur à proximis, antequam diſcordia ſiue litigium oriatur, antequam uelimus aliquid rependere uultionis. Non ſoluitur lex, ſi nolumus reſiſtere malo, ſi ad cuncta pati paramur, ſi contentiones & lites in iudicio deuitamus, ſi cum ablata tunica etiam auferri pallium ſuſtinemus, ſi pluſquam exacti impendimus, & cætera quæ ſimilium potiora ſunt. Iſta, quæ talio, legem potius implent, quam ſoluunt, ubi uirtus per ampliora refulget, abundat iuſtitia ſuper ſcribas & phariſæos, ubi uirtus interior oia æquo animo tolerat: ubi non tantum actus, ſed animi motus reſtringitur: & non ſolum res, ſed ipſa quoque perſona in Chriſti obſequiū coaptatur. Nec oriatur cauſatio, quæ fiat iniuſtitia, ſi legis talio abrogatur: quoniam aliud eſt, talionem auferre per abiectionem ordinariæ poteſtatis, quæ habet ex autoritate ipſam in ſubiectos exercere iuſtitiam: aliud, cum quis litigare non uult nec rependere, talioni cedens, propter miſericordiam atque patientiam, in amore atque patientia factus ad proximum. Iuſtitia non querit talionem, non impetrat ex animi uirtute, non derogans in aliquo iudicariæ poteſtati. Erit ergo talio, & non erit: erit iuſtitia, & non fiet. Erit ſiquidem in iudice autoritatem habente, non erit in paſſo humiliter tolerante. Iudex in ſua poteſtate habet leges, ut prout ſibi placuerit, delinquentes taliter aut taliter puniat. Malè paſſus, amore Chriſti æquanimitèr tolerans ad inferentem iniuriam, iacturam atque preſſuram, non talionem, non iuſta reprehentionem à iudice, ſed miſericordiam optat. Adhuc autem ſaluator addit:

Qui autem petit à te, da ei: & uolenti mutuari à te, ne auertaris.

¶ Uult porro dominus & redemptor Ieſus dei filius incarnatus, qui omnia coram omnibus hominibus ab exordio fecit, ſemetipſum in fine temporis communè ſe omnibus præbens, per omnia fratribus abſque peccato ſimilis factus, non querens ſua commoda, ſed noſtra, nullum hominem ſolum fieri ad ſeipſum in propria perſona, ſimiliter & in rebus eſſe, ſed totum eſſe ad proximum diſſimulit, cum noluit quæ petita per tentibus denegarentur, ſed tribueretur proximo iuſte petitum, ſicut quiſque uellet hoc fieri ad ſeipſum. Et cum abrogare uideretur ex lege talionem ſeueritatis, talionem charitatis & liberalitatis induxit, dicens: **Qui autem petit à te, da**

ei. Ac ſi legem originalis iuſtitie faceret rediuitiam, ad hoc euangelicos uiros inducens: Si petiturus es, petenti non deneges. Si cupis impetrare quod petis, à te impetret ille qui petit. Si negaturus es, nunquam honeſte petiturus es. Si negaturus es, ne querelis ſi tibi petitum deneges. Si transferre in te operas petendo rei alienæ dominium, & tu uerſa uice, opportunitate dicta te, tuæ rei dominium cum petit, in alium tranſferas. Hæc originalis iuſtitia, hæc lex euangelica firma cenſura confirmant. Et ſi rei dominum non exigitur, ſed mutuum rei familiaris ad certum temporis uſum, ſaluator prohibet denegari. Et uolenti mutuari à te, ne auertaris. Ad deducendum homines ſeipſos dum uiuunt in iſta uita mortali, multa exiguntur, quibus alii qui pollutent, aliqui priuantur: quamobrem quædam neceſſitate humanæ conuerſationis agitur, ut alter ab altero ſulciatur. Et ſi aliqua ipſo de uſu ſeſſine deperunt, aliqua longiori tpe preſeruerant, in primis petitio ubi nulla reddidit, in alijs mutatio, de quibus reſtitutio expectat, in omnibus Chriſtus mandat ad proximum, eum quod poſſet, applicatum fieri. Subiecit enim:

Omni petenti te tribue. Et qui auertit quæ tua ſunt, ne repetas. ut ſubintelligatur, ſiue in daris liberè, ſiue in mutuandis ex tempore. Supra omnem humanum ſenſum induxit noſtris animis libertatem, ne rebus corruptibilibus ſubiaceremus, & ad ueram patientiam monuit. Et cum omni proximo imperturbabilem uoluit ſeruare concordiam, uitare litem, cum ablata bona repetere diſſuadet, ne turbaretur ſtatus pacis, & oriretur materia litis. Et talionem iuſtum adnexuit.

Et quæcumque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis ſimiliter.

¶ Ecce patet talio in meliora mutatus, ut ex ſeueritate ad charitatem, à iuſtitia in miſericordiam, ab ira in ueram animi patientiam tranſſeratur, ut lex dei melius impleatur, & abundantior iuſtitia fiat.

¶ De dilectione & opulatione inimicorum, ſecundum Mattheum & Lucam. Cap. XXIII.

Antiquis antiqua dicta ſaluator commemorat, ut per introductionem ſuorum mandatorum componat, cuius legis potior ſit prædictio, approbans antedicta, ſcilicet quæ legem non uenerat ſoluere, ſed implere, & euangelicam iuſtitiam abundantiore eſſe penitus ad Moſaicam legem, cum remouet omne odium, adijcit de dilectione mandatum. Odire naturam conſimilem & confortem, nulla protinus poteſt cauſa ſubefſe, quanquam aduerſet, quanquam multa mala conetur inferre. Neque derogatur eſſe bonæ naturæ pro uitio, quo patrat, non deſinit eſſe homo qui fecit, nec illam perdidit imaginem, quæ unam tecum dum crearet, accepit. Attendendum quidem eſt, quid in natura placet, quod uero in uitio diſplicet. Non enim uitium cum natura conuertitur, neque cum uitio conuertitur ipſa natura, quæ & uitium alibi quæ in natura eſſe non poſſit, cum & ipſum nec natura, neque ſubſtantia ſit. Non tamen commixtio eius quod eſt & naturam habet, & eius quod non eſt & natura caret, aliquando eſſe poteſt, neque inſeparabilis unio, neque confederatio inſolubilis, neque conuexio indeſcribibilis cum uitio ſit aut erit aliquando: uitium omne aduerſus naturam. Seruetur naturæ placitum, quod ſemp̄ idem eſt, ſemper eaſdem actiones placendi & diligendi habens, non mutabiles aut uariabiles propter uitium. Alioquin ipſa natura mutaretur, quod fieri nequit. Natura uero maculas ſue corruptas, remouere, propellere, impugnam, odire fas erit. Odium nanque cuiuſlibet naturæ ſiue ſubſtantiæ, uitium eſt. Quod ſi cum odij uitio habeam, odio alio uitio ſeu ſimili macula uitioſum. Antè unus erat in quouis uitio: cum uero fuerit exoſus, alter uitioſus ex odio conſtitutus eſt. Virtutibus, non uitijs, impugnanda ſunt uitia. Similium ad ſimilia, nullam fieri purgationem dixerim, quanquam sæpe uirtutibus uirtutibus, ubi nulla pugna utilitas, ubi uitium regnat. Nam ſicut uirtutes alias uirtutes non repellunt, ſic uitium aliud uitium non impugnat ea ratione qua uitium, niſi forte cum quæ intenſiori animo eſt ad actionem unius, cui actio alterius aduerſatur, ut auaritia & prodigalitas uſquequaque diſſentiunt, & hypocriſis & aperta ſuperbia. Dilectio uero ſecundum naturam & à natura eſt, quam omnia cupiunt, una mundi ex diuerſis forma demonſtrat, in præcepto datam agnouimus, in cõuiuendo neceſſariam eſſe negare non poſſumus, ad augendam republicam datam, omnium congregationem ſeruandam, rerum experientia manifeſtat, ex qua cunctæ beneficiæ atque munificentiæ contributiones, ad conuiuendum neceſſariæ, prodeunt. Quamobrem ipſe ſaluator naturam humanam quæ aſſumpſit, per odia diuiſam agnoſcens, malè uiuere ſentiens, uera dilectione proiecta, odium remouere, hanc laude dignam inducere niſus eſt, dicens:

Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Dilige proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos ueſtros, bene facite his qui oderunt uos. Et orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cælis eſt.

¶ Ideo repetit antiquum, ſubinferens ſuum nouum edictum, ut ex obiectioe appareat, quod altiori dignitate refulget, & per quod lex magis impletur quæ ſoluitur, & focundior eſt iuſtitia. Conſentaneum eſt, uerè diligere confortem naturæ: morale uero eſt, diligere proximum. Licentia iuſta uidetur odire inimicum, præceptum

eſt diligere amicum, ſed facile, cum hoc ſit morale. Proinde tanto acerbior pœna tranſgreſſoribus reſeruat. Dictum quippe fuit: Dilige amicum tuum ſicut teipſum. Ego dominus. Odium uero in uſſione non legimus, niſi quæ uelit accipere ad præceptum, quod in Deuteronomio ſcriptum eſt de Ammonitis & Moabitibus: quod magis in figura ſuatur, quæ ad odium ex præcepto datum, accipiendum, cum multi ſequi perſecuti fuerint populum Hebræorum, quæ Ammonitæ & Moabitæ, qui noluerunt occurrere cum panibus ipſis ueniētibus de Aegypto. Nec tamen legitur aduerſus illi quos odium imperatum. Semp̄ enim deus cum deteſtatione uitij, abſque odio uoluit eſſe humanam naturam. Sed hoc quod dicitur, Odium habetis inimicum tuum, aut appoſitio eſt, aut exiſtimatio de lege contrarior, ut uno poſito altera amoueat, & ipſum ponat, cum altera remouetur, ut traſciatur in hoc: Et ſi proximus diligatur, ut aſſcribatur odio inimicus. Quo quoque tamen modo huius ſcripturæ de odio ſeries ſit inferenda, firmiter tamen tenendum eſt, à deo in ueteri, à Chriſto in nouo teſtamento aduerſus hominem de odio non exiſſe præceptum, quanquam ad neceſſitatem ſalutis ſit appoſitum euangelicū odium, atque perfectum, non aduerſus naturam, ſed aduerſus naturæ impertinentem maculam, à præuis uoluntatibus, non ab alio introductam. Subinfert autem quod eſt in dilectione perfectum: [Ego autem dico uobis:] Ego deus factus homo, autoritatem habens præcepta de nouo condere, impertinentia reſecare, dico uobis auditoribus primis, ut & dicatur ſubſequentibus cæteris: [Diligite inimicos ueſtros.] Abhorret animus dictum, ſi ſibi imponitur quod diligat inimicum, & de impoſſibilitate fatagit ſe tueri, & de difficultate ſuffragium querit, nulla ratione obſtringi ſe credens quod debeat diligere inimicum, rimans in datione ſubtili cauſas odij, non amoris, quia legi ſit abſre, quia intulit & abſtulit, quia periculū irremediabile operatus eſt, & quod non ceſſat per amplius deſeruire, quia eum fecit ſemp̄ ſine honore deiectum, quia interfecit, quia uxorē abduxit, & cætera talium, non aduertens quod natura imprædabilis boni habeat, & quid uitium natura & ſubſtantia carens lædendo & diſplicendo poſſideat. Ad unum quorum, amorem: ad alterum, cum præſeruatione prioris odium oportet inferre. Fit primò cordi præceptum, ut diligat: deinde dilectionis opera iungitur. Fruſtra enim de actiuoſa dilectione daret mandatum, ſi in corde odium ſtaret: nec ad meritum cederet, quicquid exhiberet exterius proximo, intus tamen odij aio tabeſcere. Corde uero ex dei gratia dilectione p̄moro, de his in quibus eſt diligendus, proximus, ſeu porrigenda dilectio, declarata. Dilectio præfert tanquam omnium honorum in actione principium, & uelut fons originalis aquæ ſeruat a origine in multos riuulos diuidendus. [Ego

autē dico uobis: Diligite inimicos uestros. Et quā dilectio nescit in sua natura ferari, & benefaciens & munifica est, nec merita examinans, sed seipsam tribuens in aliorum commodum, ad quod se factam agnoscit. Et eo ipso ualidior in sui natura consistit, quo se tradere potuit in obsequium inimici, ut ei tribuat beneficiū, à quo & maleficium sumpsit. Virtus autē est ad proprium possessorem tantum, aut fertur in alium, aut ad neutrum est: & tunc uirtus definit esse, si neutra consistit. Ad deum autē, tanquā ad proprium factorem & largitorem, omnino primius referenda est. Ac per hoc si uirtus dilectionis debitum ordinem sequens, ante oīa respiciet in autorem suum, nihil aliud statuens facere, nisi obedire quod decernit sancto mādato, cui nisi culpabilis & poenalis obedientia non debetur. Non igitur examinabit qualem, sed quem possit ex mādato diligere, cum de quo, non de quali, cōstet emissum esse praeceptum: de homine diligendo, non de quali, accepimus iussione. Etenim ipse dilexit nos cum peccatores essemus, non tñ ut peccatores, sed ut iusti fieremus. Deuiabit à natura fontis huius riuulus aquae, si aliter diligere tētabimus quā conditor dilectionis dilexerit, qui sicut dilexit, sic diligi ordinauit. Totum se fecisse cognoscat dilectio, si iuxta mandatum auctoris impenditur. Quis igitur potest conueniri de mandato altissimi domini? Quis causabit relictas facere, quod nouimus deum uelle? Quis dicat impossibile, quod cum faciendi gratia mandat aequa & inobliqua iustitia, summa ueritas & aeterna? Si ad possessorem dilectio respicit, purgabit eum: quicquid enim ipsa nitidum locū. Nil tam, quā odium, animā foedat & turpat. Si uerò diffundenda erit, si habeat in quem, non querit in qualē sit ipsa ferenda: cū nō sit dilectionis, inuestigare hominis qualitatem, sed hominem naturae cōsorte: nec dilectiua potētia sua proprietate inuisa querit ex subortis causis inimicitias statuere, quae de sui natura cogit amicitias copulare, nec firmare odium, cū interdicit sibi non cognoscere inimicū. Et homo sibi, nō uitium, proponit ad amorē. Veruntā inimicū diligere, altē pollet. Arduum est, hūc uirtutis gradum potuisse cōscendere. Felix qui potuit. Nullum dixerim isto in animi potestate maiorem. De altitudine huius praemij si fecerit, propter deum, credendum est altē, non dissendū incertē. [Benefacite his qui oderunt uos.] Benefactio ad odientes, nō obstringitur ad munificentiam largiēdi, sed subueniendi necessitate, ut necessitate cogente, indigenti etiam odienti tribuatur expediens: quā sublata, sit à benefaciendo absoluta dilectio. Abundantibus enim amantibus siue odientibus, ex praepcepto diuino siue cōsilio nullus cogitur propria impartiri, quāuis quaedam humana urbanitas multa, remota necessitate, amica

biliter cogat impedere. Si iussa dilectio animi hominis potuit penetrare aut habitare, permagis non solum impendet rerum corruptibilitū beneficium, sed etiam orationis officium largietur, pro bona prosperitate aduersantium pro se uicis intercedens ad dñm. Sic enim saluator subiecit: [Orate pro persecutoribus & calūniantibus uos.] Oratio huiuscemodi non includit omnem orationis horam aut intentionem ascriptam laedenti. Alioquin ampliora reciperet inimicus, quā qui nunquā nouit inferre calūniam, & quā ille qui semper dilexit, & optulatus est, & beneficium tulit. Sed in excludendū arguit talium cum oramus. Vel si propulsare uolumus persecutores atque calūniatores, nō armis aut maledicis uerbis, sed orationibus propulsemus, non ut confundantur & pereant, sed ut conuertantur & uiuant, & respiciant à malis, & uirtutibus polleat. Nulla maior de quomodolibet aduersante uictoria, quā si suis praebus conuertatur ad dñm, cum ipse dñs nollet mortem peccatoris, sed ut conuertat & uiuat: quod & saluator fecit, pro transgressoribus & suis crucifixoribus orans. Hoc & apostolos & discipulos & martyres fecisse legimus, & quam plures sanctos pro persecutoribus in excelso deuotas & preces humiles porrexerunt. Praemium ineffabile ad dictorum effectum subsequitur: [Et erit merces uestra multa. Ut sitis filij patris uestri altissimi qui in caelis est.] Nescio quā amplioris praemij possit habere in aduersarios diffusa dilectio, quā si ad optiua cum unigenito ab aeterno filio & subsequatur hereditas aeterna. Quoniam si filij, & haeredes: haeredes qui Rom. dem dei, coheredes autem Christi. [Qui] pater deus, per patientiam & impensionem beneficiorum, ad poenitentiam peccatores querens adducere, nostros defectus sustinens, nosque miseratus expectans: solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & benignus est super gratos & ingratos.

Attendant qui tergierantur, negantes inimicis dilectionem, & odientibus beneficiū, & persecutoribus orationis officium impartiri, diuinam in oibus largitatē, quā solo uelle de suis inimicis possit facere ultionem, qui eos creauit, bona tribuit, à quibus & cū quibus offensus est, qui solem luminosum totius mundi gaudium corporalem, omnium oculis laetitiam etiā à peccatoribus & à suis aemulis nō abscondit, & pariter ad utilitatem bonorum atque malorum facit, ut nō sit nube tectus malis, lucidus bonis. Quancūque in Aegypto ad confundendam perniciam Pharaonis, in tenebris stantibus Aegyptijs, Israel filijs lux fulgebatur, non tñ hoc fecit hostiliter, sed misericorditer, fatagens Pharaonē & Aegyptios ad cognitionē ueritatis inducitur.

re, & ad poenitentiam prouocare. Per amplius benefaciens bonis pariter & malis, solem iustitiae unigenitum ab aeterno filio eius, in carne oritur mundo fecit, non dedignans humanam carnem propter peccatores in carne, non solum iustis, sed etiam ex peccatoribus eum nasci fecit, non cedens in partem bonorum distaxat, carnem assumens, partem malorum abhorrens, non solum querens iustos, dimittens iniustos. Sed uelut medicus, magis aegris quā congruens sanis, & pluuia infundens terram & inebrians eam, & germinare faciens, aequaliter per bonis & malis ab aethere alto dimittitur. Similiter & pluuia sanae doctrinae, omnibus bonis & malis pariter est impensa, congruens iustis, necessaria omnino iniustis, benignitatem ineffabiliter praebens his qui cognouerunt & gratias rependerunt, & his qui ab ingratitude sunt detenti, non reddentes gratias, sed euanescentes in cogitationibus suis. Et quoniam lex impleat amplius quā soluat, & iustitia sit fecundior, proponitur à saluatore qualiter oportet diligendo excedere hominum communes mores. Inquit enim:

Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et quae uobis gratia? Nam & peccatores se diligentes diligunt. Et si saluaueritis eos, qui uos saluant, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quae uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt? Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quae gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus foenerantur, ut recipiant aequalia. Veruntamen mutuum date, nihil inde sperantes. Estote ergo & uos perfecti, sicut & pater uester caelestis perfectus est: & misericors, sicut & pater uester misericors est.

Publicani non à peccando, sed à publicis officijs dicti, & ethnici gentiles, & idolorum cultores: peccatores qui uarijs uitij corrupti sunt in operibus, deducuntur in medium, ut ostendatur qualis eē debeat uera & Christiana dilectio, & mutua fidelium conuersatio. Non debent esse commercium, dilectio & conuersatio Christianorum, neque spe mercedis incedere, nec quāpiam retransituum praetendere, ut aliquid speretur humanum, ubi diuinum promittitur praemium. Nec reperitur in moribus hominum, ut una eademque res diuersis temporibus eodē tempore uendatur in precium. Dilectio exhibita propter deum, nō querat ab homine habere mercedem. Ipse merces est sui praepcepti, cum fuerit adimpletum. Proinde diligere se di-

ligentem, iam habet omnino ab homine uicē. Et derogatur uirtutibus, quae non praesentis temporis, sed futuri debent habere mercedes, nec humanas aut terrenas, sed omnino caelestes. Et sibi ipsi animus iniuriam facit, qui seipsum tribuit pro mercede. Transire nanque in dilectū dilectio animum facit, ut illi, quā sibi, sit saepe praesentior. Et diuina munera nihil operendū, quā parabantur propter deum animo diligenti. Sed omnino requirit rediligi. Proinde inimicus diligi proponitur, qui nō rependit uicem, ut ipse deus reddat nostrae liberae dilectioni mercedē. Et hoc est inter homines eximium dilectionis officium, aut diligere inimicum, aut aliquem praenire amando. Saluationes & tributiones & mutua, de libera dilectione procedant, postposita spe mercedis atque humanae retributionis, ut fiant liberae propter deum, qui nostrarum bonarum actionum totum est praemium: ad cuius similitudinem sumus perfecti, qui omnibus tribuit sine retributione: sumus & misericordes, sicut ipse qui sustinet peccatores, & eis miseretur & commodat: nec definit benefacere ipsis, quos miseratus expectat.

Quod omnis iustitia quam in lege implere tenemur, solum propter deum facienda est, secundum Mattheum. Cap. XXIIII.

Si deus omnis uirtutis est autor, si ab ipso cuncta bona procedunt, si sine ipso nihil potest fieri bonitatis, si omnis uirtutis se praemium fecit, non est ex intentione agendae uirtutis siue agentis ad ipsum finis alius apponendus, nec ante hominum ponenda conspectus, qui praeterquam laudando non possunt praemiare uirtutes. Quicquid enim est uisibile oculis, aut obiectibile sensibus, praemium non possit esse uirtutis, etiam si ab hominibus possent cuncta conferri. Quomodo remunerabit ab hominibus uirtus, cuius deus autor, ei se promissit in praemium? Magna derogatio uirtutis nimis operarius eius se deiecit in ima, si ex uirtute uoluit coram hominibus apparere, qui de ipsa prout & pro quanto inest, iudicare nō possunt, quāuis possunt ipsam aliquā diffinire. Absurdum est, & in parte dementiae cedit, corā illo iudice suā uelle agere causam, qui uerā nullo modo potest proferre sententiam. Virtus cordi, non corpori insidet. Virtutis actus sub hominis iudicio constitutus est in corpore, procedens à pro aut à falso corde. Pro quod dem actus uirtutis plerūque fieri ostēti, absque amore uirtutis in aīo nō insidētis.

Est autem quādam interior uirtutis actus, plus & minus habes, put ipsius est habitus, soli deo, non homini, cognitus. Quis unquam ergo hominum de uirtute rectū poterit proferre iudicium, cum iudicium hominum saepe fallat, dei autē nunquā fallit? Sicut in Saule decepti sunt homines, deus autem nouerat ueritatem. Sic quidem,

1. Reg. 16 Scriptum est: Dixit dominus ad Samuelem: Vsq̄quo tu Iuges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super populum meum Israel? Ecce quod homo quanuis propheta, hominē quasi dignum compassione lugebat, quem à regno & à regimine iam dominus excluderat. Et omnes Iesse filij paterno iudicio & cæterorum, magnum aliquid habebantur, sed in conspectu dei non erant accepti, nisi solus Dauid qui inter eos minimus habebatur. Vnde dicitur est ad Samuelem, cum in cōspectu eius intro duceretur Eliab: Ne respicias uultum eius, neq̄ altitudinem stature eius, quoniam abieci eū, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Ho mo enim uidet ea quæ parent, deus autem in tuetur cor. Et similis reprobratio facta cætero rum filiorū Iesse, solus Dauid acceptus in cōspectu dei est inuentus. Proinde in cōspectu ho minum non est nostra faciendā iustitia, qui so lam iudicant quæ foris parent, sed in cōspectu domini, qui corda hominum quanta uirtute polleant inuicetur, qui etiam nō retribuet ma gnitudini factorū, sed affectuū. Etenim uidua cum duobus minutis in magnitudine affectio nis regnum emit, cūctos alios munera mitten tes in gazophylaciū, superans: quā obr̄ saluta tor omnium Christus, utilitatibus hominum consulens, inutilia dissuadens, dicit:

ibidem.

Lu. 21.

Mat. 6.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: ali oquin mercedem non habebitis apud pa trem uestrum qui in cælis est.

¶ Ecce quantum adducit mali, hominibus uelle parere, ut uirtutum actus diuina merce de priuentur. Non consentit diuina iustitia in obliquatē decernens, ut iustitia nostra parit di uinum præmium recipiat & humanum, quan uis & multi rectē ad agendam iustitiam inceden tes, etiam in hoc seculo commoda & honores ab hominibus acceperunt, non ob aliam cau sam, nisi quia rectē agendam iustitiam opera ti sunt. Nec tamen illos cre dimus diuina & su perna præmia perdidisse: nec talia suscepissent, nisi quia cognita fuit operata iustitia, coram ho minibus facta. Sed aliud est fecisse iustitiam, q̄ non potuit occultari, cum uoluit, ab eo qui fe cit: aliud, ut appareret hominibus, intentione fecisse. Ibi non perditur diuinum præmium, si non quæsitum, & importunē tribuatur huma nū. Multos em̄ scimus uo ueritatis iustitiā ho nores accepisse. Hic uero qui ex interiori pro positio propter uirtutis actus parere homini bus uoluit, apud deum mercedem suæ actio nis amisit.

¶ De recta intentione iustitiæ in elemosyna & oratione, secundum Matthæum tantum.

Cap. XXV.

ET ut tardioribus quod dicitur, innotescet

ret, de faciendā elemosyna, quali fiat cautela, disseruit, dicens:

Cum facis elemosynam, noli tuba ca. Mat. 6. nere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificetur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam.

¶ Magis quidem ex his phibet, intentionē pla cēdi hoibus propalare atq̄ hūanas laudes inq̄ rere, q̄ occultare iustitiā faciendā: qm̄ oīs hūana laus si q̄ritur, & oīs honor impellus quæritibus eū, & tpale cōmodū uenātibus illud, mercedē dignæ retributiōis euacuat: quā unā recipienti ex uoluntate atq̄ aucupatiōe mercedem, alia non debetur. Ideo dicit, receperunt mercedem suam. Subinfertur autem faciendū modus:

Te autem faciente elemosynam, nesci at sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna tua in abscondito. Et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

¶ Nil occultum est oculis dñi, multa sunt absconsa hoibus. Fiat qd̄ agit intentione absco sa, ut soli deo reddat in placitū. Nā ut ab homi nibus uideat, necesse est saltem ab eis, quibus beneficia conferunt, etiā si per medios feret. Et si nil homo aut in nullo ad pximū feret, uita iusti hois neq̄ celari, qm̄ ex ybis & moribus innotescit. Sed q̄ in abscondito fiat, homo exi git totus interior, in intentione tota in eum di recta qui omnia cōtemplatur: & qui in absco dito nostram uidet intentionem, nō in abscon dito, sed palam iustam reddet retributionem. Similiter & de oratione directionem posuit, q̄ sacrificium deo acceptissimum est, uita fiat, ne meritum perdat.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocri tæ tristes, qui amant in synagogis & in an gulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, rece perunt mercedem suam.

¶ Quia hoc qd̄ q̄rebant, s. laudari & reputari apud homines, acceperūt. Nec relinq̄ eis spes de supno p̄mio; aucupantibus imas laudes, ni si ante extremā retributionē p̄ uerā penitentiam respiciant. Vt quid stat in orationibus an te deum immoto corpore, si ante oculos ho minum interior homo deambulat? Ad quid ore yba uolunt, si cor laudes hominum uo cat? Quid in orōne à deo peratur, ignoro, si ob hoc orat, ut uisus hominū oratē aspiciat, si cor da hominum quærunt ad amorem, si ora ipso rum appetuntur ad laudem, siue hoc quod q̄ri tur adueniat, siue uenire desinat. [Amen dico uobis, receperunt mercedem suam, si nō ope re, saltē intentione. Quam obr̄ quantū ad consi stentiā corporis orādī forma describit, ut inten tione directā soli deo ex oratione placeatur.

Tū autem cum oraueris, intra in cubicu lum tuum: & clauso ostio tuo, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

¶ Est latendi corpore possibilitas desit, assit tamen uoluntas hominibus non placendi, sed illi soli qui uirtutē orandi dedit, & nri cordis se creta ex alto cognouit, & qd̄ homo sit dignus accipere, ab æterno præuidit. At tamen aduer tendum est, quod de occultanda iustitia faci endā in duobus exemplificauit, scilicet de ele mosyna & de oratione: quarum una pertinet ad actiuam uitam, altera uero ad contemplati uam ascribitur. Per unam ad proximum, per alteram uero quis ordinatur ad deum. Tertiu uero subinfertur, per quod homo in ordi ne dirigitur ad seipsum, scilicet ieiunium. In his porro tribus omnis agenda iustitia constituta est, scilicet ad proximum, ad deum, & ad se ipsum ordinatum irreprehensibiliter fieri, sine humana intentione placendi.

¶ De forma orandi, secundum Matthæum & Lucam. Cap. XXVI.

Imaginē & similitudinem & conformita tem ad deum, quas homo in creatione susce perat, uoluntaria inobedientia omnino fœda uit: & conuersio ad minorā bona, protinus ab ipsarum factore fecit esse auersas. Et imagine, similitudine, conformitate antiqui hostis acce ptis, ab uno exclusi, alteri subdebantur: quo a gente uoluntatem nostram sibi sponte subie ctam, deo utiq̄ displicentia patrabamus, non ualentes exercere quod placet. Et incolentes incolatum ex poena miserum, ex peccato tur pissimum, à sedibus Eden in quibus positi, à cu bilibus superni regni iusto deo iudicio teneba mur exclusi, expectantes includi loco tetri car ceris, ubi nō ordo, sed sempiternus horror in habitat. Et causa nobis erat aduersus nos ipsos cur hęc patimur, aut cur ita creati sumus, ut ma le operātes talia pateremur. Sed non erat for agenday causay, neq̄ auditoriū erat, nec ad uocatus idoneus ad profequendū. Modus qui de aptus interpellādi ad iudicē, nondū erat in uetus nec expediens, nec adhuc inuēta illa ora toria disciplina, qua iudex interpellatus fleste ret. Ad uotiū ab exordio cōditionis hūanæ, p̄ seuche ad deū nō fuerūt in apta doctrina; ne q̄ post ablutū mundū silico in sinuatū fuit aptē, neq̄ scripturā de orādo deū. Sed orauit Ab raam sepe, sed nec forma orationis eius aperta est, nisi cū angelos recepit hospitio, q̄ humilis & simplex orauit, ut parceret ciuitatibus sub uertēdis. Orauit Agar pro se & pro puero suo. Orauit Rebecca, dū bellū geminorū nondū na tor, eius ageret in utero. Orauit Iacob, inter pellās aduersus fratrem. Orōnibus etiā angelum detinuit, nō manu, cū luctaret cum eo usq̄ ma

ne. Orauit sepe Moyses pro populo, & p̄ssu s populus in Aegypto, & pontifactus similiter in deserto. Orauit Aaron, orauit & Iosue. Et ipsi Israelitæ sepe clamauerunt ad dñm dum tribularentur, & dñs pluries & pluries libera uit eos. Anna orauit & uotum uouit, & filium postularum accepit, scilicet Samuelem. Or auit & ipse Samuel, orauit ipse Dauid, & uarios psalmos orando ipse composuit. Orauit Salo mon, & factō insigni tēplo, in illo ut exaudire tur orans, dñm interpellauit. Orauerunt multi reges & prophete, dum adhuc non esset poss ta orādī manifesta scientia, sed aut interna in spiratio, aut necessitas erat in orādo magistra.

In maxima necessitate agendi ad deū, oīo fa cta est, cum talia uisibilia & inuisibilia præsen ter mala conturbent, & futura per amplius pe iora comminentur, à quibus nostra uirtute li berari non possumus, nec alius alij potest p̄sta re iuuamen, de quibus soli deo referatur aur roritas liberandi. Proinde ad eum cogit neces sitas fieri orationem, ut liberemur à malis, qui solus possidet potestatem. Sunt & hominibus oportuna uirtutes, uelut climationes in cælū, quæ præterquam à deo, à nemine conferuntur. Hęc paternæ inimicitie atq̄ proprię inter nos & deum existunt, quæ nisi ad reconciliatiōē ue niant, æternam à deo separationem constitu ent. Nullus quidem mediator ad has inimiciti as auferēdas, neq̄ angelus, neq̄ homo, nisi de us ipse mediator pro omnibus factus homo, & hunc omnino expedit oratiōibus excitari. Et in nullo melius q̄ ignitis orationibus exci tatur, rogaturus pro nobis patrem pro omni bus quæ conferunt nobis. Quauis ipse amet omnes se diligentes, etiam rogādis est: cum ne mo sciat quantō gradu amoris existat apud de um, etiam quantum libet à sordibus alienus. Er rant protinus denegantes orationis necessita tem, quousq̄ ista peregrinatio perseueret, cum incessanter nos undiq̄ interius & exterius ma la conturbent: & procul existat uirtutes, q̄s ad ascendēdum in cælum requirimus: & incertū sit, utrum inimicitie sint finitæ, quæ inter nos & deum existunt, quousq̄ audierimus benedi ctionis ybum, ad suscipiendum regnū electis ab æterno paratum. Nemo igit ad non peragē dam oratiōnis iustitiam, prædestinationem in ducat, quæ aliter esse nequit, cū præ destinatio sic sit ordinata, ut etiam orōnibus proprijs aut alienis in his nequeat adiuuari. Nemo p̄cienti am pro dānatis, cū ex illa necessitate nullus de scendat in barathrū, saltē quo poena sentiat. Ne mo miam, qm̄ ipsa suppositiua causam in his qui adulti sunt, requirit. Nemo diuinū amorē pducatur causam, qm̄ deus nō ita diligit qd̄ crea uit, ut amet qd̄ creatura nequit fecit, qui cū tā q̄ nil possit punire p̄tm, ex iustitia multat a gentē. Oīs ergo oīm allegatio deficiat, ut ora

Psal. 106

1. Reg. 10

3. Reg. 8.

Quid sit oratio.

tionem excludat, quæ est in corpore incorporea operatio, aspectus immotus animæ, in fide aspiciens eam qui omnia est, irreuerberatus animæ oculus pro tempore suæ durationis. Etenim perpetua esse nequit tractatio totius nostræ uoluntatis in deum, ut non solū illa uelimus obtinere quæ placent, sed ut illa nobis placeant quæ ipse dare decreuerit. Ordo rationalis creaturæ, cum se studio ad superiorem subordinat. Consistētia rationalis animæ ante deum, allocutio inaudita perstrepsit aures dei. Suis clamor in sensu cordis, negatio dum agitur omnium corporalium motionum, restrictio sensuum, obliuio sui, atque omnis uisibilis creaturæ præter deum, contrahit postulata. Portus peragantis spiritus, collectio ad seipsum. Representatio inexceptuata in conspectu æterni iudicis, diiudicatio superius ad æternam mortem, priuatio & inconfidentia omnis propriæ actionis etiam altè pollentis, in dictis mentalibus in se, in deo cui assistitur, successiua & orbiculata intentio. Aliter quidē nō oratio, sed immemoratio, imō dementia existit. Præuentio diuini aduentus, iudicium ante iudicium, ueræ animæ speculum, & luminare splendidi dissimulæ, lux inuisibilis ad inuisibilem actiōem, umbra refrigerans malis a doribus ætatuam, iactatio superius in deum: nil a uertit quærens, nisi quod ei displicet, & facit petenti iacturam; aut conserri, nisi diuinæ uoluntati gratum, & postulatū ad utile cedat. Cuius tā altè operationis iustitiæ saluator oim reus & formā aperuit, dicens:

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequam peratis eū.

¶ Iure multiloquium ab oratione propellitur, quoniam non dormitat qui nostras orationes obseruat. Et æstimaretur aut dormiens dominus, aut surdus auditor, si per multiloquiū moueret, seu qui dissimularet audire, aut nolere porrigere postulata, seu curam nullius gerere causaret, uel crederet circumscribibilis loco, & humanis auribus percipere uerba sonantia, uelut interualli spatium impediret auditū, ut crebra uerborū repetitio plus ualeret. Sed nunquam dormit oculus æternus, nunquam sopitus, semper aspiciens, non surdus qui omnium finxit & fingit aures. Nec audire dissimulat, quoniam omnes ad orandum inuitat, nec dare iustè postulata renuit, qui sua bona promittit & offerre, à quo nihil demit cum omnia dederit, qui non solum quæ condidit corporalia & purgatiua gratificantesque uirtutes quas fecit, sed semetipsum omnium conditorem hominibus omnimodè largitus est. Intelligit autem omnia priusquam cogitentur, quia omne cor intelligit ab illo. Cir-

cunscriptus non est, qui ubique totus est. Spatia non diuidunt, qui ubique pariter propinquus est. Ethnici putabant à dñs siue ab uno deo quos orabant, in multiloquio exaudiri, non attendentes spiritum deum esse, & in spiritu orationem ueram effundi, quæ nō multiloquio, sed intenta & inuariabili affectione peragitur. Nā & Anna cū arguebat ab Heli sacerdote, quando in corde domino ipsa loquente uox penitus non audiebatur, & imponeret sibi tenuem lētiæ uitium, ait: Nequaquam domine mi, sed effudi animam meam in conspectu domini. Cum anima tota effunditur in conspectu domini, non expeditur oratione multis uerbis rem uerberare. Ventilabrum in aere, lingua est. Quid ergo cum ipsa conditorem & dominum omnium agitare, qui duntaxat rationale cor exquisiuit ab homine? Importunum igitur in oratione multiloquium erit, similiter & sapiloquium, & curialoquium, & rhetoriloquium: sed oportuna est permixtiō recta intentio ad finem bonorum omnium, ut ipse sit ipsius exordium, medium & præmium. Sargentum est totis nisibus, ut orans in mentis libertatem deueniat, non mente gerēs ad quod recuratur. Impertinentes enim amores, ad uisibilia & delectantia sensum, ipsam recurant cerunt. Et distorsit ab eo quod rectè gradi posset, si præter deum præintenderetur aliquid aliud ad habendum. Oportet sanè ab omnibus impertinentibus orationem circumsam esse, quoniam scit pater uester quid opus sit filiis suis, per amplius quam ipsi ex modo & re nouerint providere petendo utilitatibus suis. Assit plerique: Igitur si prænouit oportunitatem nostram, cur orones & prosequas exigit? Est ne oīo p se ipsam sufficiens ad postulata merendū? Nonne multa & quodammodo à nobis incomprensibilia tribuit antequam peterentur? Et nulla præcesserunt merita ex quibus largiret. Nec exhauriuitur apothecæ ipsius, nec cuacuatur exedra, sed omnia post largitionem æquæ ut antè remanent apud eum. Sed mos est mundi regibus, largiri eis qui nunquam maiestati regie seruiert. Acceptores uero donos, susceptis beneficijs, operant in illis, & merentur in eis. Oratio quidem opus est iustitiæ, in q homo meretur in accipiendo, similiter & in accepto, non tñ æquiter ad suscepta seu ad suscipienda. Et ipse dñs omnium uult agnosci, similiter & largitor. Et iustitia exigit, ut nō dent dona ne scientibus illa, si quomodo liber in illorū cognitionem uenire poterunt. Cognitionem potestorū habere se monstrat ille qui postulat, aperta siue fidelē. Nec nō & suadet iustitia, ut eis q data sunt pter merita & accepimus, & quæ supra merita sunt pmissa & speramus, ut omnia possibilia, ipsa iuuantē grā, merita nā iungantur. Et nec nobis mereri pmissum est, uelut certe

nis militibus coram regibus suis in terrena militia, sed in his quæ saluator edocuit in facto, similiter & in uerbo. Etenim orasse ipsum saepe legimus, & mādauit, & ordinauit orari hic in monte, & in horto proximus passioni: Orate, ne intretis in tentationem. Et qui dicit se in Christo manere, debet ut ipse ambulat, & ipse ambulare. Et si uocalis oratio uelut importuna excluditur ab alta sapientibus, aduertendum est quod etiam ex omnibus membris nostris glorificandus est deus: & turpia sunt membra, non conuenientia capiti nostro CHRLSTO: qui cum sola inuisibili uoluntate nostrā potuisset salutem perficere, & corpus ad actiones acerbas exposuit, & uocaliter orauit, & in lachrymis & clamore ualido exauditus est profusa reuerentia. Siquis uero dixerit, sufficit qd in capite Christo actum est, & naturaliter & iure omne caput quærit conformia sibi membra.

¶ De oratione dominica, secundum Mattheum & Lucam tantum.
Cap. XXVII.

Oradi progata forma, exigit rē oradi. Nā & apł summa diligentia quæserit, scilicet unus ex discipulis eius, pro omnibus dicens: Domine, doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos.

¶ Certum ex euangelio inuestigari non potest, an ista interrogatio facta sit in monte, an alibi, cum in monte septem petitiones in oratione iuxta Mattheum, euangelistam referentem posuerit, secundum Lucam uero solum quinque differuit. Hoc autem quod Iohannes Baptista suos discipulos orare docuerit, ex euangelio modus & forma & quid, penitus ignorat, hoc duntaxat excepto, quod iste discipulus dixit. Sed non sumptus elucidandas euangelistarum concordias, sed ueritatem moralem elicere, prout orationem Christum non interrogatus aut interrogatus aperuit, dicens:

Sic ergo uos orabit: Pater noster qui es in caelis, & quæ sequuntur, notoria sunt.

Magna est mortalibus progata potestas, quæ dedit eis potestatem filios dei fieri, ut alter euangelista edixit. Nunc oratio concessit exulibus, ut deum patrem audeat nominare, spem astruens de impetrandis, si à deo peteremus uelut à patre. Non erubescit filius affectu rogare patrem, cum ad ipsum esse, ppicium, natura moueat patrem, scientem filium ex se traduce carnis educum. Multo amplius creator omnium deus, qui ad filios patres uoluit esse propicius, erit ad suos quos adoptauit in filios. Necnon & ipse Iesus communem in natura nobiscum se esse monstrauit, cum uelut cunctis pposuit deum patrem ipse nobis in humanitate frater. Nec ad se uoluit uelut ad hominem orationes

fieri, cum esset & deus, quoniam & ipse ut homo, preces effudit pro nobis ad patrem, sed nobis in humanitate frater, in doctrina magister, quæ precaremur edocuit: [Sic ergo uos orabit: Pater noster qui es in caelis. Non in caelis uelut situs in loco, sed per omnia super exaltatus à nobis. Sed ex nomine caelorum ostendit, nil altius potuisse monstrari hominibus. Quia caelum p sal. 115. caeli domino, scilicet superiores mundi partes, sibi cum locutio exigit, competunt. Terram autem, scilicet infimam mundi molem, dedit filiis hominum. Et sua magnificentia eleuata est super caelos, & ipse in altissimis habitat, & altior caelo est. Non potuit humanis intellectibus amplius declarari altitudo altissimi, quam nominando caelos, à q descendendo usq ad id quod esse deberet nostræ petitionis exordium, docuit postulare. Quod si à nobis exordiretur oratio, poneremus ibi esse initium, ubi est finis à Christo, uelut si mente fabricarem septem graduum quādam uirtutis scalam ad ascendendum ad deum, quem ultimus & supremus gradus contingeret, nos autem inferior. Sic & in ista oratione sanctificatio incipit à se, à malo liberari exorditur à nobis. Quod nisi scriptura euangelica me diuerteret, & antiqua consuetudo ecclesie sanctæ dei, quæ dominicam orationem pronunciat, auderet firmiter ubi desinit inchoare, uelut à minoribus ad maiora faciendum progressum, ut diceretur quod primo liberaret à malis: secundo, ne nos in tentationem induceret: tertio, ut debita nostra dimitteret: quarto, ut panem nostrum quotidianum nobis daret: quinto, ut fieret eius uoluntas à nobis: sexto, ut nobis eius adesset sanctissimum regnum: septimo, ut eius nomen sanctificaretur in nobis. Quorum unus excedit alium, ut perfectius omnibus sit, attingisse supremum. A quo, ut scriptura refert, ecclesia sancta tenet, expositionis sumamus initium.

¶ De prima petitione orationis dominicæ, secundum Mattheum & Lucam.
Cap. XXVIII.

Sanctificetur nomen tuum, patrum uis Mat. 6. L. 11.
scilicet, quod refertur ad filium, scilicet deum creatorē oim patrē nrm, possumus de unigeniti ab æterno filij licētia noiare. Nō ad seipsum, sed ad aliud ē relatio. Nemo ē ad seipsum pater, sed qd ē ex substantia siue natura, sed ad filium quæ est patris. Si ergo pater noster ad optiōem phabita deus est, hoc nomē p̄ris sanctificet & æternè firmetur in nobis, ut tu semper pater ut pater, nos filij ratio p̄ri decētes filij existamus. Quod si utraq; relatio cōfirmabit p̄nitatis ad filios, & filiatōis ad patrem, ne in æternū deficiat, quibus adoptiua cōsistat, ipse in filijs & filij in patre manebūt, ut relatio neutra tēdat in terminū, ut beatitudo æterna p̄sistat in p̄nitē, quoniam pater ad filium deriuat

hæreditatē, decedēs intestatus siue testatus. Sic deus pater nobis existens, si patrum nomen hoc orantibus confirmabit, aut quod sanctificetur in nobis, æternam atq; diuinam hæreditatem omnino speremus. Quamobrem sic dictum est, ut petamus ut patrum nomen sanctificet in nobis. Si uero alia dei nomina, quæ secundum Hebræos decem inuenire me mini, ad hanc sanctificationem ordinare decernerem, nec absolum esset, aut à ueritate diuersum, si quis eorum interpretationem aspiceret: quæ ponere, non declarare decreui, relinquens sagacioribus animis inquirere ueritatem. Hel, heli, heloc, helion, sabaoth, hia, adonai, hie, teragrammaton, sadai. Magna & magnorum inuestigatio existit in istis, pro sanctificatione diuini nominis, quam petimus ut fiat in nobis, non solum in tempore, sed æternè.

¶ De secunda petitione orationis dominicæ, secundum Mattheum & Lucam.
Cap. XXXIX.

Mat. 6. Lucæ. 11. **A**dueniat regnum tuum. ¶ Duplex esse regnum dei, quod ad uenire petimus, sacra scriptura commemorat, scilicet agendæ uitæ atq; sperandæ: unum in merito, alterum in præmio. Sed ordine meritum præmio antefertur, felicitate yd præmium subsequitur. Equidem præmium ad meritum sequitur, & regnum ad regnum adijcitur. Et nisi unum præeat, alterum non subsequitur: quia regnum gratitudinis non datur, nisi regno uirtutis. Præit omnino beatitudinem in ordine iustitiæ uirtus. In cuius regno regnās, regnum æternæ felicitatis accipiet. Igitur primum regnū agendæ uitæ, cum sua lege oportet inquirere & tenere. Sic enim saluator ait: Primum quærite regnum dei & iustitiā eius, quod de regno agendæ uitæ siue uirtutis est dictū. Regnum quod dem dei, uidelicet felicitatis æternæ, nō habet iustitiæ actionem, sed præmium actiue iustitiæ. Regnum ergo dei agendæ uitæ, ad uirtutis pertinet actionem, cuius iustitia est declinare perperam actionem, eorum se transferre in alteram partem. De quo regno etiam alibi saluator interrogatus quando uenit regnum dei, respondit: Non uenit regnum dei cum obseruatione, neq; dicent, ecce hic est aut ecce illic: Ecce enim regnum dei intra uos est. Non habet leges cæremonias, regnum dei quod agit in uirtute, neq; circumscribitur locis, sed tantū est in mentibus hominum ordinatum. Et Apostolus: Regnum dei non est in sermone, sed in uirtute. Et alibi: Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiū in spiritu sancto. Et huiuscemodi agendæ uitæ regni postulat aduentus, ut etiam regnum uitæ sperandæ succedat. De quo scriptum est: Regnum tuum regnum omnium seculorum. Et de iustis

dicatur: Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. Et in euangelio: Impletum est tempus. Appropinquat regnū dei. Et de iniquis dicitur: Nescitis quod inquirere regnum dei non possidebunt: Similiter & hoc regnum ex ista petitione conquiritur.

¶ De tertia petitione orationis dominicæ, secundum Mattheum & Lucam.
Cap. XXX.

Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra.

¶ Nihil in desiderio rectius, nihil in actione perfectius, ultra quod nihil in operatione & contemplatione posterius, quàm in anima & corpore sagere dei perficere uoluntatem, ea uidelicet similitudine in ista mortali uita, qua in superna sibi immaculate seruitur. Uoluntatem dei facere, est abnegare seipsum: & quicquid datum acceptumq; est gratis in natura, subdere sancto mandato legis & euangelicis disciplinis, & tranquillum fieri ad omnia prospera & aduersa, quæ diuina providentia & dispensatiue agitur. Uoluntas dei cum sit, excludit omnes aduersarias potestates, & omnē ditionem iniquè prementem. Dissimulat à laruali demonum turba, qui nec illam facientes turpiter corrumpunt. Assimilat autem ciuibus supernis, ab initio inculpatè facientibus illam, si est aliqua actio in supernis, iuxta dictum, quod dei uoluntas ut sit in cælo, ita & in terra fiat. Porro similitudo est angelis dei, uoluntatem eius perficiēs super terram, qui licet ex naturæ conditione ab eis aliquantulum minoretur, in actione similitudo seruitur, cum neq; ipsi amplius faciunt quod domini uoluntatem. Cooperari datæ desuper gratiæ, factio est illius, si gratia dei qua sumus omne quod sumus, & qua cuncta data in uoq; homine possidemus, nō uacua est in nobis. Uoluntas dei ostenditur in præceptis, quæ qui perfererit, eius est factus amicus. Testatur hoc dei filius suis discipulis in doctrina: Vos amici mei estis, si feceritis quod ego precipio uobis. Euiā in hominibus quærentibus inuicem amari, nūquam aptius amicitia ipsa conditur, quàm uersa uice unius & alterius perficere uoluntatem. Si dei uoluntatem in præceptis agnouimus, faciamus: equidem sciens uoluntatem dominilui & non faciens, plagis uapularit multis. Non datur excusationis locus, non facientibus dei cognitam uoluntatem, sed aut sunt emendati one per indulgentiam liberandi, aut per iustitiam sua pœna plectendi. Coartantur undiq; nimis omnes qui supernam uitam captare cœtant, dei facere uoluntatem ostensam in mandatis, quæ ipse mandauit custodiri nimis. Propheticum dictum est, Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Terguerantur sepe iniqui, dicentes: Ignoramus domini uoluntatem. Aut

quis potest scire quid uelit deus? Sed sacræ scripturæ concludunt sententijs, cum ad intelligendam illam qui possunt intelligere, inuitantur. Inquit em̄ Apostolus: Ut probetis quæ sit uoluntas dei bona, beneplacitæ & perfecta. Et ad Ephesios: Intelligetes quæ sit uoluntas dei. Et alibi quæ sit aperuit: Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra. Et per ea quæ sequuntur, quæ sit dei uoluntas, ut illam faciamus, ostendit. Nec rectius oratur pro proximis, quod ut dei faciant uoluntatem, sicut scriptū est peroptādo: Et det, scilicet deus, uobis omnibus cor, ut colatis eum, & faciat eius uoluntatem corde magno & animo uolenti. Et aperiat cor uestrū in lege sua & in præceptis suis, & faciat pacem. Ecce modus factiōis dominicæ uoluntatis, scilicet cum corde magno, quoniam nihil est paruū in opere, ubi cor syncerum est & magnū in uoluntate fiendorum, & animus est uolens, & in actione feruens. Volenti quidē animo agatur, ubi ad imperata seu ad dñi uolita, nulla est eius qui subiacet, cōtradictio uoluntatis: nec aliquid exceptio præceptoꝝ, ubi nulla ex aliqua conditione causatio. Et cum uolūtas nihil est ad seipsam, sed ad obsequiū imperātis, nemo huius magni & æterni dñi negligat intelligere uoluntatem. Non em̄ apud æternū & ineffabilem iudicē negligentia, sed impossibilitas excusati. Firmavit exemplo, docuit uerbo Iesus in seipso, unumquēq; credentē non suā, sed dei facere uoluntatē, dicens: Nō em̄ ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Atq; in cunctis magnis æterni dñi uoluntatem suā humanæ uoluntati præposuit, sicut in multis locis historia euangelica manifestat. Per segregationem à materijs, dei uolūtas adimplēda est, si ad similitudinem separataꝝ substantiarū illā facere peroptamus. Non em̄ cælum cognoscibiliter facit dñi uoluntatem, neq; illa quæ ratione caret, uoluntatem dei faciunt, sed uoluntate dñi disponunt, & peraguntur in disposita lege. Rationale animal, cæleste siue terrestre, rationabiliter illā perficere ordinatū est. Distinctæ quidem sunt in ordinibus supernæ siue supercælestes substantiæ, dispositæ secundum ordinem in quo sunt, diuinum placitum facere, quæ concentus in obediendo non dormit. Et qui nouit ordinem cæli, descripsit rationem eius in terra, cum uoluntatem dei fiendā in terra, sicut in cælo monstrauit. Igitur ad illarū substantiarū imaginem, prout sunt in ordine constitutæ, fiat in hac terra, seraphicè per charitatis ardorē, cherubicè cū illa scientiæ plenitudine, quæ omnem deuitat errorem, quæ mala declinanda, & agenda bona noscuntur, quæ etiam in doctus literis, intus eruditus, in deuitendit ad salutē: thronicè, ut tanta talitq; iustitia hominis animus fulgeat, ut iustus dñs in eo iuste possit tenere inuisibilem sedem; do-

minatiuè, super inuisibilia mētis; principatiuè, ad ea quæ agunt forisq; aguntur: potestatiuè, aduersus aëreas & inficientes satanicas potestates: uirtualiter, per abstractionē à materijs ad locandam mētem super ea quæ naturalia sunt: archangelicè, in adoratione & ueneratione secretorū dei: angelicè, per custodiā sui & auxiliū unū proximi. Neq; abs re dictū est, atq; à Christo perdoctum, ut dei uoluntas ut in cælo, ita in terra fiat.

¶ De quarta petitione orationis dominicæ, secundum Mattheum & Lucam.
Caput XXXI.

Panem nostrum super substantialem & quotidianum da nobis hodie.

¶ Quotidie petitur, quod quotidie datur, etiam si non petatur. Ut quid ergo petitio subinfertur? Quare petit Christianus, quod absque petitione accipit Saracenus siue Iudæus? Cur rogat iustus, quo sine precibus fulcitur iniquus? Ut quid rationale animal ad imaginem dei factum, admonetur quotidianis precibus postulare annonam, cum ipsa uolarilia cæli, piscesq; maris, animalia terræ sine sollicitudine à diuina largitate pascantur? Diuitem fecit deus ipsam naturam, atq; constituit illam esse omnibus debitoricem ut aleret alenda, siue absq; studio siue artificio addito ad naturam. Dictum quidē legitur ad Adam: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Nunc dicitur Christiano: Pete quotidie quotidianum panem tuum. Si nostrum, quare petimus quod habemus? Si petimus, ergo nec habemus, nec nos ter panis. Nemo petit quod suum est. Repetere quidem posset, si à ualentiori extra suum placitū teneretur. Eorum quæ non habentur, cum angit necessitas, est porrigenda petitio his qui habent copiam largiendi. Sed petenda sunt ea quæ dantur precibus subiectiuis, ut dantis demonstretur sublimitas, & perentis inopis humilitas agnoscat. Et quod datur gratis, cum humiliter petitur, propinquat ad meritum. Et quædam est actio gratiarū, petere quod etiam absq; petitione daretur. Ad exercitandam memoriam, ne simus ingrati magnifico largitori, panē monemur quotidianum supplicando deprecere, & ad differentiam irrationabilium animalium, quæ à debitoricē natura suscipiūt alimēta, quæ nec cognoscunt, nec referūt gratias largitori.

Est & alius quotidianus panis quo fruemur, cum ad illā peruenerimus patriā, in qua unus est æternus dies, nulla nocte claudendus, quoniam est promissione, quousq; in possessionem ueniat, nō natura, nō lege, quidānus æternitate illius diei æterni, quē hodie scilicet in præfenti seculo, ut mereri possimus, docemur expetere: nō tñ ex cōdigno quis meruit aut mereri potuit, sed merito Christi fratris ex humanatiōe nostri, cuius patri p adoptionē suā dicitur

mus, Pater noster ingerimus preces nostras, ut eius merito ualeant, cum ex nostro deficiunt. Nec non & sacramentalis panis expetitur, ut nobis ad id prosit, ad quod diuine institutus est, super substantialis uidelicet, super omnem creaturam substantiam dignior ex unione increati uerbi: quotidianus, ad abolendos quotidianos defectus, & ad roborandam mentem aduersus quotidianam pugnam, infurgentem ex luto carnis & ex materijs uisibilibus, & ab inuisibilibus hostibus quotidie inuisibiliter excitatam, ad exercendam illam in uirtutibus actionem, quae quoti die fieri diuina lege imponitur, aut uoluntario consilio assumpta est. Quonia ut ipse saluator ait: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendit, si ne cuius uirtute non potest resisti uitijs, nec haberi uirtutes quas animus pius quaerit. Hunc temporibus priscis perierunt paruuli, nec erat qui frangeret eis. Nouissimè uero Christus tradidit nobis, ut petendo patri dicamus cum fiducia, panem nostrum.

Ioh. 6.

Thren. 4

De quinta petitione orationis dominicae, secundum Matthaeum, & Lucam. Caput XXXII.

Mat. 6. Luc. 11.

Dimitte nobis debita nostra & peccata, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Magnis sumus debitis obligati paternis & proprijs, nec adest possibilitas de soluendo. Ex multitudine debitorum, & criminum, patri lumen obnoxij subiacemus, deficientes ex emendatione abolere chirographum, nisi pater dimittat. Sed nec dimittit, nisi prius nos nostris debitoribus dimittamus, & huius conditionis appositione ueniam docuit postulare. Quod si non dimiserimus, magis ad condemnationem quam ad ueniam petitio ista porrigitur: & semetipsum iudicat, qui sic sibi petit dimitti, nec dimittit. Ex hac conditione seu pacto fit & petitur dimissio debitorum nostrorum, si debita nobis nostris debitoribus relaxamus. Preter omnino dimissio filiorum, dimissionem paternam: & nisi nostra praecedat, sua non sequitur. Aduertendum quidem, ne alijs dimittere debita difficile uideatur: quod si omnia mala quae ab hominibus ad alterutrum possent inferri, conflagretur in unum, a minima dei offensa compositione uincerentur. Et nos uero audeamus a patre remissionem magnorum scelerum postulare, debitoribus uero nostris modica relaxare cunctamur. In nobis igitur est, unde possumus recipere remissionem peccatorum, co federe quo deus pater se nobiscum uoluntate sua, non nostra satisfactione ligauit, ut si dimiserimus alijs, & nobis ipse dimittet. Alioquin ex nobis nulla potest esse copia de soluendo pro debitis, & propterea dimittit. Sed nec dimitteret, nec etiam opus esset dimittere, si spes animae nostrae atque corporis sufficerent

ad soluendum. Exigere quidem iustus exactor, si thesauros ad exhauriendum nosset in nobis. Sed quia non inuenit quid exigat per iustitiam, per misericordiam suam magnam uult debita dimittere debitoribus suis, si nos per misericordiam nostram dimiserimus debitoribus nostris. Artamen nec intelligendum est de debitis rerum in ualentibus soluere, sed de debitis sine peccatis iniurijs, & illarum offensionum quas quicumque intulit, quae cum intulerit, nunquam potuit emendare. Perfectioni autem, non ordini iuris ascribitur, temporalem substantiam ab accipientibus non repetere, si facultas aderit in reddendo.

De sexta petitione orationis dominicae, secundum Matthaeum & Lucam.

Caput XXXIII.

Et ne nos inducas in tentationem.

A patre misericordiarum, gratiarum, luminum & consolationum, omnia oportuna nobis ab eius aeterno filio, ex tempore fratris nostri docemur expetere, ut etiam a tentatione custodiamur. Non autem timenda est tentatio, sed casus ad illam. Nec orandum est contra ipsam ne ueniat, sed ne decipiat; aut inuoluat cum uenerit. Ipse saluator qui docuit sic orare, in seipso ante fuerat expertus tetationes satanicas, factus iam in experientia humanorum, in quibus in carne succubuit, nunquam tamen in animo superatus, aut per molestiam motus, excepto quod pro nobis assumpsit tristitiam. Praeactum est in capite, quod diffundendum erat in corpore, ut fideles eius tentationes pondera paterentur, non ad subuersionem, sed ad probationem molestioris agonis, ut post uictoriae preciosior corona in tentatorum capite poneretur. Si uero tentatio ex uehementia quaequam subuertit, aut ante, ne subuerteretur, humiliter oratum non fuit, aut talis superbia in animo infidebat, quae per casum tentationis propellenda erat. Multis quidem alta sapientibus & de se praesumentibus, inductio permixta in tentationem, profuit ad uirtutem, ut dirigeret in salutem. Sepe uero ipsa tentatio, tentati demerito cognita, uel occulto deduxit in casum, & casus in aeternum supplicium deduxit cadentem. Ac per hoc filius dei diuine atque humane homines docens, edixit a patre petere, non, ne tentemur, sed ne in tetationis barathrum demergamur.

Inductio in tetationem, quam petimus deuitare, est in illis malum seu mali finem deuenire, prout improbus tentator intendit. Est autem a diffinisibus & difformiter saepe aut aliquando immixta tetatio. Non tamen omnis est inductio deuitanda, sed illius quae ex principio, & medio, & fine perperam agit. Nam tentat deus ut probet uirtutem, probatamque coronat, ut tentauit Abraam in spe, & charitate, cum offerre iuberet filium in uno montium sibi ostenso in sacrificio mortuus. Antequam deus non aliquid mali, sed in ipso

probare uirtutes. Fide, quae cum Isaac esset filius promissionis, in quo multipliciter erat futurus gentium, non est mente aut uerbo aduersatus offerre illum iuxta mandatum. Nec haesitauit quomodo multiplicatio gentium oriretur. Contraria porro erant, quod ex Isaac multiplicarentur gentes, & quod in morte mortuus litaret. Nec obstat quod in semine quod erat Christus, in figura talia dicebantur, quod deus uoluerit. Abraam in fide tentauit. Ita & in spe, propter caelestia capessenda contempit terrestria. In charitate, cum filium in quem totus paternus amor diffundit, diuina iustitiam postposuit, amplius diligens deum. Ac per hoc cum deus tentat, non est petendum ne in illam fiat inductio, cum sentiet ob probationem uirtutis, sicut scriptum est: Si surrexerit in medio tui prophetae, aut qui somnium uidisse se dicat, & praedixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophetarum illius aut somnatoris: quia tentat uos dominus deus uester, ut pala fiat, utrum diligatis eum non in toto corde & in tota anima uestra. Nunquam ad perperam agere uel sentire tentauit, aut tentat amator hominum deus: Quod Iacobus Christi apostolus asseuerat, praemittens in tentatione beatitudinem sufferentibus: Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quae reprobus non accipiet. Nemo enim cum tentatur, dicat, quia a deo tentor, deus autem intentator malorum est. Ipse enim neminem tentat, uidelicet ad subuersionem. Vnusquisque autem tentatur a sua concupiscentia abstractus & illectus. Itaque contra inductio in tentationem pro pruritu concupiscentiae, coram aeterno patre profuechandum est, & contra satanicam, de qua scriptum est: Nolite fraudare inuicem, sed reuertimini in idipsum, ne tentet uos satanas propter incontinentiam uestram. Et Petrus Ananiam dixit: Cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Hinc qui de contra casum in tentatione huiusmodi, est orandum. Non autem permittit deus tentari aliquem supra posse, faciens cum tentatioe prouentum. Nec horrida debet esse tentatio satagentibus in superna: quoniam non coronat, nisi qui legitime certauerit. Certamen sine tetationis bello non gerit.

De septima petitione orationis dominicae, secundum Matthaeum tantum.

Cap. XXXIII.

Sed libera nos a malo, Amen.

Ingruit undique mala culpabilia, & ex omni parte poenalia, nec adest nobis miseris & infirmis copia euadendi. Nulla suppedit nobis uera facultas explicandi a conexione malorum, et saepe soli solui credit, sit ligatura nodosior: & cum ab uno habet operata libertas, in reliquo tenacius in nodamur. Libertas quidem omnibus

grata est, quoniam aliquis fascinat in delectatione & suauitate sibi aptauerit uincula peccatorum, & exhorreat libertatem, quae admodum erat exhorrenda captiuitas & implicatio delectanda. Hoc optinus facit delectatio sensualis, quae uigore mentis & auxilio gratiae non uiuicet, unde ilico animus uinculatur, nec liberari appetit de tali delectatione consentit. Sed a malo liberari de sideras propriae infirmitatis inspector, orat a patre, dicens: Sed libera nos a malo, cum quod nascimur delicto protoplastorum, traduce carnis, perpetuata danata, pro pagine, atque ab eo in quod uoluntarie labimur, incurrentes culpa, qua deuenit in poenam, quae malum est semper crudescens in creatura bonamque naturam. Malum non fecit deus. Igitur congrue petit libertas ab his, quae deum non possident conditorum. Quadriforme cognoscitur omne malum: faciens, factum, multum, & fallens.

Faciens malum, est tam in angelis quam in hominibus cum ipsa, per seipsam, & a seipsa deordinata uoluntas. Nihil in actu exit, nisi cum prius uoluntas a seipsa fuerit deprauata, nec aliunde habet quam a seipsa suae deprauationis auctor, quauis extra seipsam saepe habeat suggestorem in malitia, non autem praepotem in uiolentia. Et hoc aduersus hominem, & etiam aduersus angelos nullius crudelior hostis. Inimicant quidem nobis spiritus inuisibiles, & maligni & crudeles sunt, nunquamque mitescunt, suadentes ruinam, non tamen facientes nisi consensu propriae uoluntatis, & seuis simae afficiunt poenis, in quos torquendi acceperint potestatem. Veruntamen non possunt in quempiam seuire torquendo, nisi prius in seipsa uoluntas peccando desueuerit. Ac per hoc non est aduersus aliquod malum tam incessanter orandum, quam aduersus faciens malum, uidelicet contra mala uoluntatem, quae non est natura mala, sed uoluntas propter superioris legem. Libera quidem creata est & arbitrio utitur. sed cum secundum legem dei seipsa & cum suis extra seipsam positus non utitur, mala efficit. Cuius effectiois causa extra seipsam nullo modo quaeratur. Malum factum dixerim more loquendi, quoniam qui malum facit, nullam positionem, nec ipsum malum ullam positionem in aliqua natura seu substantia siue quantitate aut qualitate, seu in loco aut in tempore, seu in aliquo existentium uisibilibus & inuisibilibus efficere potuit. Totum eius de priuatione nomine, rationibus & exemplis plurimis, intellectibus lucidis hoc perspicuum est. Sed orat aduersus malum factum, non eo intuitu quod aduersus uoluntatem mala: quae si non esset, male facta non essent, pro qua orat ut non sit mala, ne fiat malum. Quod si usque ad eius effectum proceditur, ne detineat, ne insolescat, ne firmet consuetudine, ut antequam sol nostrae intelligentiae tenebre sciat in nobis, poenitudine uera tollat, orandum est. Proinde aduersus primum orandum, ne faciat: aduersus secundum, ut factum euanescat. Porro frustra orandum uidetur aduersus multas, si contra

era præcedentia ualuit deprecatio. Nō enim pœna, nisi malos affectus & effectus culpabilis, iuste post sequitur. Est autem multiforme multas, ut sunt omnes pœnalitates, & omnia aduersantia tenet sensum, & ipsa horrēda præ alijs malis mors, per quam anima corpus ueritatum deserit: contra quam, cunctos ex corruptione femine concepto nascētes inuitabiliter & necessariō inuoluēt, in casum orat, nisi forte id intendatur oratio aduersus huiusmodi mala, ne tantum in sensum crudescat, quod spiritus desperatione aut aliqua exorbitatione frangatur. Est & æternē multans, sed propter præactam, non per pœnitentiam iustam, correctam culpam: contra quod omnis oratio euanescit, nisi culpa tollatur, si possibilitas aderit. Fallens uerō malum, ipse diabolus est, non natura, sed incorrigibili uoluntate. Naturam quidem bonā excellentiori ordine cum alijs creatis accepit, nec amisit etiam a diuina gratia separatus, qui modis fallendi multiplicibus ex inuidia nititur aduersum humanum genus, contra quem necessariō deprecandum est, ut patris æterni gratia liberemur ab illo, qui semper habet ad subuersionē nostrā implacabilem uolūtatē, deceptionum inuisibiles laqueos semper parans, nec gressuū suorum uestigia figit, & qua parte uelit confodere ignoratur, nisi cum uulnus infixit. Non autem potest quempiam uulnerare, nisi cum secum protectionis abiecerit sibi amica in malo peruersa uoluntas. Et cum fuerit antē præmissum, Ne nos inducas in tentationem: immedicātē adiecit, sed libera nos a malo, scilicet sarcinā tentationis atq; deceptiōis: & ut perstringam, ab omni malo quod inter deum & nos diuisionis parietem possit interponēdo conseruare. Petierunt quidem multi & uariē a malis aduersantibus liberari, aliqui modum apponentes, aliqui innectentes & causam, alij qui mala quæ patiebantur differentes. A iehab: Libera me domine & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Libera: hic petebat a malis per modū, quo iuxta liberatorē poneretur, non situ corporis seu compositione æqualitatis aut dignitatis, sed uirtutis & pacis & ostensionis ad æmulos. Nam cū æmuli eum quem æmulantur, uident cum rege pacatum prope ipsum assistere, deterrētur. Causam submittebat Dauid pro se, at in figura pro quolibet Christiano loquens: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluū fac seruū tuum deus meus sperantē in te. Allegabat hic duplicē causam ut liberaret, quod sanctus erat, quod ad quēlibet Christianū pertinet sacramenti uirtute. aliam uerō, quoniam de seipso desperans, omni alia postposita spe, solū in summo liberatore sperabat. Idē etiam Propheta mala premensia, inferebat, dicens:

1ob. 17.

Psal. 58.

Libera me a persequentibus me, quoniam confortati sunt super me. Perpicuum est quod huiusmodi petitiones intendant, & ut omnes fiant, subinfertur, Amē: quod in omni lingua intendit desiderium, irretrouersibiliter habens accessum ad petita iuxta uota.

¶ Decretum saluatoris firmatum super petitione conditionata in dimissione peccatorum, secundum Matthæum. Cap. XXXV.

Quoniam solum petitioni super dimissione peccatorum, saluator conditionem apposuit, ut sicut dimiserimus, dimittat, ne quempiam in mēte quomodolibet moueat, aut ne quisquā inueniret oppositionem, ne simpliciter ista documenta teneret, solum ista specia: li decreto confirmat, atq; declarando pmitte bonū exinde pueniens, & a contrario quid se queretur offendit, dicens:

Si em̄ dimiseritis hoibus peccata eorū, dimittet uobis pater uester cælestis debita uestra. Si autē nō dimiseritis hoibus, nec pater uester dimittet peccata uestra.

Vult sibi deus ab hoibus obediri nostra uoluntate, non sua, & quodā pacto facilliter implendæ iustitiæ, quæ cōtra legē eius pro nostra in uerā malitia, seu ex fragili signemro contraximus, paterno amore dimittere, uultq; deferri creatæ naturæ, ne ratione superinductæ a nobis nequæ, illā abrogare aut nostra iurisdicōne mulcare uelimus, ne uideamur illam blasphemie incurere partē, qua homo sibi diuinā arrogat potestātē, cū sit scriptum de ipso: Mihi uindictā, & ego retribuam. Eorū quoq; interest subiacere, nō interest querere a rege legis editæ rationē, sed implere illā, maxime si omnino irreprensibilis est. Sic est lex dei. Et pacta si endæ pacis habet edicere ille a q̄ petit, & q̄ potest illā largiri, non ille qui petit. Ex offensionibus nostris deo indiximus bellū, in q̄ uicti sumus, uincimurq; semper. Nō est autē copia eua dendi, Antequā æternę pœnæ tradamur, pace indigemus & recōciliari cū ipso. Proinde ipse qui potest illā donare postētib; firmato huiusmodi pacto donat: quod si dimiserimus, & ipse dimittat. Si uerō talia pacta nō placēt, nec cū ipso taliter uolumus habere cōcordiā, remanebit discordia culpæ quo usq; inuitabilis pœnæ subactatio subsequatur, rāto afflictura feruierus, quanto pactū fuit honestius, potuitq; facilius obseruari. Scriptū ē em̄: Relinque proximo scilicet nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.

¶ De recta intentione iustitiæ in forma ieiunandi a saluatore præstruata, secundū Matthæum tantum. Cap. XXXVI.

Abeo quod homo creatus, in esse p̄cip̄, ieiunij parit & esibilitas fuit hęc ad licē

tiam, ieiunium ad præceptum spectabat. Esus ad experientiam diuinæ bonitatis, quā in rebus creatis ediderat assumendis per corpus, ieiunium ad obedientiam in ostensione nostræ dilectionis ad deum in abstinentia bonorum. Nō em̄ præcepit deus abstinere a re mala quā ipse non fecerat. Vidit enim deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Nec fuisset obedientia hominis uera, si mandatum perfecisset, abstinere ab aliqua re inimica naturæ. Ipse qui dem homo ex naturæ instinctu omne quod aduersatur, refugit, quanuis sub specie boni assumendo nociuum aliquando fallatur, cognita dei uoluntate quod abstinendum erat ab assumendis bonis, quæ tantum corpori, nō animæ conferebantur. Quotquot enim erāt in p̄scō mundo, quot & post, sub quacūq; distinctiōe ab alijs uiuentes, pertinentes ad dei regnū, de centia ieiunia celebrārūt. Ac etiam multi credentes in tribulationibus auertēte iram dei, sua corpora ieiunij affecerunt. Et uolentes impetrare optata, interuentu ieiunij certauerūt. Manifestissimæ sunt satisq; uulgatæ historiæ ueteris testamenti, ex quibus patet qui fuerint ieiunantes, quæ causæ, quæ ueluti effectus, ut Moyses, Elias, Dauid. Est autem ieiunium si militudo quædam angelorum, qui nunquam esuriunt neq; comedunt in supernis, quanuis in assumptis corporibus in hac uita legamus ad euidentiā & insinuandū aliquod aliquando comedisse. Initium supernæ patriæ, ubi nō est appetitus neq; sumptio corruptibilis creaturæ, assimilatio ad Christum, & pars quædā glorificati corporis quod esurire nequit, cibo nō indiget, est naturæ libertas, a gula redēptio, subtractio in parte armorum diaboli, quibus nos nititur impugnare atq; confodere, depositio sollicitudinis dominantis animi pro corpore seruo, uiuendi ordo, liberatio a doloribus, orandi puritas, castigatio uentris, lubricitatis retinatio, mansuetudinis pars, & humilitatis occasio in gestibus & in uerbo. Et euigilare corpus & animā sepe ad deū ieiunij fecit. Oppressit autem sensum ipsa saturitas. Ieiunium est a rebus, a locis, & a tempore. Neq; tamē infra nimum, si coartat, sanctum est. Conuenit ieiunium cum ipsa creatura natura, quæ neq; infirma condita est. Igitur debitum ieiunij uel assumptum, non debet infirmitate inducere, ne oratio ex lassitudine sit inefficax, nec ex ipso cōuenit quod impediatur opera charitatis & obedientiæ laboriosæ cum expedit. Et propellenda est ab ipso omnis mentalis tristitia, & omnis simulata & hypocritalis ostensio. Proinde saluator cū de multis actibus ytuosis regulā agēdi & cauēdi dederit, nunc de ieiunio etiā formam donat, dicens:

Mat. 6.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes, Exterminant enim facies suas, ut pareant hoibus ieiunantes.

Acti omnino supponat ieiunij fieri ex diuina ordinatiōe imitationēq; sanctorū, seu ex animo assumente ad habendū bestiale corpus, seu ad corripiendum quod perperam gestum est, uel ad gratiam aliquam impetrandam, siue aliquo superueniente mandato, prout nunc ieiunia plura ecclesia orthodoxa constituit. Cū huiusmodi ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes uidelicet. Nolite speciem uirtutis ostēdere ipsa uirtute carētes: nolite tristes uultus exterius pandere, intrinsecus uerum peccatorum & delictorum tristitia non habentes. Illa sola est uera tristitia, qua homo ad pœnitentiā contristatur, contritus mole ueterum delictorum & cognitionis peccatorum pondere pressus. Omnis autem seorsum ab ista tristitia dissuadetur. Nolite ergo in ieiunio hypocritis similes fieri, q̄ sunt pictores diaboli, periti sua doctrina in arte pingendi. Non enim pictores cum aliquā ex diuersis subiectis coloribus uolunt formare imaginē, de interioribus curāt, quomodo stomachus, cor, pulmo iecurq; lo-centur, aut qua serie intestina cætera distentur, sed duntaxat qualiter exteriora diuentū oculis aptiora reddantur. In similitudinibus autem non ueritas simulata, sed potius falsitas inuenitur. Et uirtus, non similitudo, uis certatoribus sit in uoto. Vbi autē omne quod exterius agitur, a uera intrinsecus habita uirtute procedit, laudibus addicetur, a uituperio absolutum. Detestabile quidem est hypocritarum genus, qui exterminant facies extra naturales terminos, illas præ tristitia seu aliquo artificio immutantes, non ut recte agant, a uirtute in mentibus prius acti, sed ut hominibus pareant ieiunantes. Qui si non ieiunant, decipiunt, cum se ieiunantes exterminatione facies ostēdunt. Exterminare quidem est, extra terminos proprios aliquid ponere. Sed si decipiunt homines intuentes, nō decipient de mo nes a quibus decepti sunt, neq; decipient illum desuper inspectorem, cuius oculi omnia latentia intuentur. Si uerō ieiunant, arte agentes ut pareant, duplici cōtritione conterent, hic poena ieiunij, alibi uerō poena æterni supplicij. Multa cōtra hypocritas sacer textus eloquitur: Spes hypocritę peribit, nō em̄ placebit deo uocordia sua, & sicut tela araneas fidutia eius. Et alibi: Non ueniet in cōspectu eius omnis hypocrita. Et iterū: Congregatio hypocritæ sterilis. Et rursus: Gaudij hypocritæ ad instar puncti. Verē ad instar puncti, ex eo quod sequitur:

1ob. 8.

1ob. 13.

1ob. 15.

1ob. 20.

Amen dico uobis, receperunt mercedem suam.

Ex his quibus possimus mercaricæ lēstia, p̄ functoria & terrena nancisci, qd huic dementiæ posset equari in malo, penitus nō inuenio. Væ autē accipientibus in hac uita de uirtute

mercedem. Attamen sunt studia & actus, qui bus merito & inculpate spes temporalis coquiritur & impendit. Quae autem ordinata sunt propter acquirenda & captanda caelestia, non decet in temporalis mercedis sine constitui. Si autem in hac uita finis spiritalis exercitij constituitur, una concessa mercede, altera non speret. Quae obrem hypocritarum gaudium ad instar puncti dicitur, cum inter caetera quae positionem habet, ipse sit breuior. Nil autem breuius respectu aeternae felicitatis, quam in hac uita exultare ad horam. Proinde omni studio totisque uiribus satagendum est in rectam intentionem iustitiae, ne temporale aucupando mercedem, perdamus aeternam. Et ex hoc saluator cautelam in ieiunando subiecit:

Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo: & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Possumt corporis fordes non ex eorum natura, sed ex peruersa intentione animam maculare, diuinamque generare offensam. Igitur ad perficiendam in ieiunando iustitiam, abstergenda sunt a corpore, si qua ostentationis aliqua notam generant, ut hominibus pareant ieiunantes. Vnde iocis capitis ex patrio more, lotio faciei ex communioni consuetudine, ad cultum corporis pertinent, quem ex praeepto saluator inducere non intendit, qui homines in corpore quaerit inculcos, sed si intermittitur, ut ad captandam humanam laudem tristitia inducatur. In tantum ab horret hypocritale malum, ut potius uelit niti dicitur esse in corpore, quam quod oculis hominum simulata uirtute seruiat. Sufficit autem quod aeterno patri sint nota bona quae agimus, quae latere nihil potest, quod recte agentibus publicae uel occulte, non temporale, sed aeternam reddet omnino mercedem.

¶ Quod non in terra, sed in caelo per opera iustitiae recte facta thesaurizandum est, secundum Mattheum solum.
Cap. XXXVII.

¶ Consultit nostrae fragilitati saluator omnium Christus, & sine ueris desiderijs nostris & laboribus appositus, ne decepti sudores nostri, locarentur in terra perditionis, sed copiae nostrae quibus aeternae in beatitudine uiuunt, commendarentur in caelis. Perdoctum atque praedictum est, quo sine sunt opera iustitiae faciendae: & adhibita cauetela, ne uelimus in hac uita esse felices, aut aliquam gloriam ab hominibus ex imagine uirtutis inquirere, quam dissipauit deus ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Apostolus: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et alibi: Gloria eorum in confusione qui terrena sapiunt. Proinde contra omnia felicitate terre

Psal. 52.
Galat. 1.
Philip. 3

na, in superioribus & tutissimis locis ea quae nauiscimus, docuit collocare: ac etiam suauiter penitus, ut uelimus. Nec uoluit nos laborare in uacuum, nec nos cassos esse labores, dicens:

Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi aerugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur.

Maledicta fuit terra in operibus Adae, nec benedictione aliquando recepit. Et magnus tentationum aestus diuiditur super terram. Et in Apocalypsi scriptum est: Vae uae uae habitantibus in terra. Et deus fundauit eam super aquas super fluxibile elementum, quasi nihil stabile sit in terra, maxime illorum quae ab hominibus pro beatitudine appetuntur. Igitur nostra bona non sunt reponenda, imo nec quaerenda in terra, siue spectent ad gloriam & famam, siue ad ea quae uulgus bona fortunalia uocat, praeter id quod naturaliter uiuitur ad mensuram, quae non opinionem, non uoluntatem sequitur, sed necessitati & naturae coaptatur. Non fiat bonorum nostrorum appositio super terram. Etenim ipsa in cibum serpenti decipienti data est, eo malorum futurorum praesagio, quo terrena diligentes sint in cibum daemonum transferendi, conterendique dentibus incredibilium aeternarumque poenarum quas ipsi patimur, & mini stri earum a deo praeparati sunt. Multa pericula sunt in terra super thesauros hominum & super quaesitas copias rerum, aerugo & tinea & fures. Aerugo contra thesauros metallo, tinea contra uestes, fures contra omnia quae asportari manibus aut onerarijs animalibus possunt. Querimoniae huiusmodi quotidie plus in clamant, quod talia daemna praeueniant, quam posset nosser sermo differere. Heu miseranda conditio mortalium & terrena quaerentium. Quod si eis datur consilium de tutiori locatode rerum, credere atque permutare festinant. Suae detur quippe omnibus credentibus ex euangelio, ut in caelestibus, scilicet locis tutissimis, thesaurizent: & audire atque complere dissimulant. Non enim dedit deus de impossibilitate praeeptum, neque Christus de agendorum difficultate consilium. Vtique possibile factum est, ideoque consultum, in caelestibus per opera iustitiae atque per mandatorum custodiam & aduersionem consiliorum, thesauros recedere, iuxta quod sequitur:

Thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.

Omnis spes fidelium, non de temporalibus, sed de aeternis, non de terrenis, sed de caelestibus a Christo praestructa atque subleuata est, facta, doctrina, mandato, consilioque, promissione. Spe infusa Christi, auelluntur desideria hominum a terrenis, & ad caelestia inuitantur.

Ipsi homines sunt caesandi, si negligunt, non ipse qui oia expeditia contulit ad salutem. Vult deus ut thesaurizemus, non tamen de perfundis, sed de his quorum fructus potest esse perpetuus. Nec ex omni rerum materia conditur thesaurus in superis, sed ex mandatis, sacramentis, uirtutibus & ex moribus iustis. Et praedinauit, ut ex his cumulatatio facta bonorum, collocaretur in tuto, spe atque intentione. Sed neque per ea quae Christus docuit atque mandauit, thesaurizari potuit alibi quam in caelo. Segregatio protinus est a terra, & erectio ad superna, omnis Christi actio, doctrina & intentio, impraedabilia consulit fieri omnia bona nostra. Nam in caelo non aerugo, quia nulla metalla nec insignitate monetae ad expendum congregantur, ubi copia ararij deus est: nec tinea uestimenta corrodens, ubi non sunt materiae uestium, neque huiusmodi artificia, & ubi omnes uestiti sunt gloriae neque fures, ubi nulla potest esse corruptio uoluntatis, neque iniquitatis actio in regno bonitatis, ubi est abundans omnium bonorum communitas, ut nulli possit esse furandi necessitas siue facultas, ubi deus est omne beatis aeternae beatitudinis impraedabile summumque uerum bonum. Omnis humana intentio & studium dirimitur, ne hic uelimus esse felices: & praefruitur, ut illam felicitatem optatam, quae nec hic inueniri potest, in superis inquiramus. Possumt autem hic thesauri uirtutum aggregari, hac intentione diraxat, ut liberemur a morte cui praeparatae poenarum, nec non ut caelestia capiamus, sicut in Ieremia scriptum est de octoginta uiris, quorum caeteris ab Ismaele Nathanae filio interfectis, decem euadentes remanserunt, qui dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro frumenti & horum dei & olei & mellis: & cessauit, & non interfecit eos cum fratribus suis. Absconditus thesaurus, ex octoginta decem uiros ab exitio liberauit. Nec obstat quod per sapientiam dicitur: Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quae utilitas in utrisque. Quod intelligitur, quod unum istorum propter inuidiam, alterum propter auaritiam occultatur. Contra absconsionem sapientiae ob inuidiam dicitur: Quoniam sine fidei one didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Contra eam quae per auaritiam fit, etiam dicitur est: Qui abscondit frumenta in tempore, maledicetur in populis. Sed absconsio in agro facta, quae liberauit a morte, alium sensum habet. Decem uiri, sunt omnes decem praeepta tenentes, quibus etiam non sufficeret quod ab aeterna morte liberarentur, ex illa duntaxat obseruantia praeeptorum, nisi & horum ad esset absconsio thesaurorum. Ager quidem est terra cordis corporisque nostri, quam omni qua possumus spiritali cultura debemus excolere, abscondereque in illo

thesauros aptos ad emendum regnum dei. Abscondere quidem dixerim, ut in tempore oportuno facto sint ad tale commercium: nec non, ne praedationi subiaceant, cum saepe quae latronibus patent, diripiuntur ab eis.

¶ Quod ex qualitate nostrae intentionis opera bona uel mala iudicantur, secundum Mattheum & solum.
Cap. XXXVIII.

In superioribus saepe dictum est de abundantiori iustitia, & de rectitudine intentionis ad illam perficiendam, ne coram hominibus, sed solum coram deo fiat. Nunc quidem explicat per similitudinem oculi ad totum corpus. Est quidem oculus, totius corporis dux & auriga ipsum habens: nunc in unam, nunc in alteram partem: nunc recto tramite, nunc oblique, nunc retro uersum, prout uult siue minus periculi esse prospexerit, dirigens. Cuius uisus si fuerit uiciatus, totum corpus patietur in progrediendo iacturam. Sic & hominum intentio, si tota recta & unica non fuerit, nil rectum in operibus erit. Hinc saluator dicit:

Lucerna corporis tui est oculus tuus, si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Oculus exterior est lucerna corporis, non cordis, ad cuius uisionem luminis corpus recte debiteque mouetur & operatur. Non enim oculus est lumen, sed si sanus est, uidet in lumine quid agendum. Lucerna quippe dicitur non a seipsa illuminata, sed aliunde luminis susceptiua. Sic & oculus non a seipso illuminatus, sed aliunde luminis susceptiuus. Qui si fuerit simplex, omni compositione contraria carens, totum corpus lucide progreditur ad necessarios & debitos actus. Sic & intentio cunctorum hominum ratione utentium, lucerna est intellectualis omnium spiritaliter & uirtuose agendorum. Quae si fuerit simplex & incomposita, soli deo, non hominibus, ex actibus uirtuosis placere intendens, omnia opera simpla & coram deo lucentia manent.

Si uero oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.

A contrario suo ista sententia contraria clarer. Est autem oculi exterioris nequitia, cum nequit salubriter, sed precipitanter corpus conducere. Sic eadem imagine nequitia intentionis est, cum quaerit placitum hominum, neque operari diuinum. Et cum pro uita ista est tota sollicita totaque diffusa, pro aeterna non satagit. Hinc saluator compositiue subiecit:

Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt?

¶ Velut si obscuraretur in isto hemisphaerio, quare igitur essent alia obscuritates? Tenebrae sunt omnia exteriora hominum ad rationem inuisibilem & intrinsecam comparata.

Quae si peruerfa in intentione tenebescit, quare igitur erunt tenebrae exterioris actionis? De simplicitate oculorum dicebat Iob: Ad deum stillat oculus meus. Hoc est, solum in deum dirigitur intentio mea. Et David: Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. De negritia oculorum Ieremias: Oculus meus deperditus est a ianua meam: Quoniam nequam intentio animam tradidit exitio. Supradicta quidem oculi simplicitatis & nequa sententia, pro rectitudine seruanda in intentione, pro oratione, elemosyna, et iunio exsequendis posita est: necnon & pro cunctis operibus, ad agenda pro aeterna patria uitam.

Iob. 16.

Psal. 24.

Thren. 3.

¶ Quod si ad perficiendam iustitiam recta seruatur intentio, deo & creatoris seruari non potest, secundum Mattheum solum. Cap. XXXIX.

Vnus est deus & dominus, creator omnium & conseruator & gubernator, & largitor bonorum suorum per misericordiam, poenae infligator per iustitiam, solus bonus, faciens bonos, solus praestans beatitudinem bonis, qui angelos & homines ad seipsum fecit uelut ad omnium bonorum finem; qui unum habet sibi filium coaeternum, quem pro nobis tradidit ad exitiale supplicium: unam animam, scilicet singulam, singulis dedit, unum corpus ex diuersis membris, unum cor, unam rationem, unam mentem, unam uoluntatem, unum uisum in duobus oculis, unum auditum in duabus auribus, unum odoratum in duabus naribus, unum gustum in lingua & palato, unum tactum in omnibus membris, unum mundum fecit ex tot diuersis, unam fidem ex tot credibilibus ordinauit, ad unam per unius meritum gloriam electos praedestinauit, ab uno a se ueros praeciuit, per unum hominem ingredi mortem permisit, per unum alium uitam restituit, prohibet per omnem modum diuidi unitatem, & praecauet in doctrinae in diuersa tendant, quae ad unum sunt ordinatae finem, asserens per similitudinem, quod nemo deo & diabolo, nemo deo & mundo poterit aliquid eodem temporis momento placere. Inquit enim:

Mat. 6.

Luca. 6.

Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet.

¶ Experientia facti liquet, quod unus seruus duobus dominis seruire non potest. Duo sunt domini ex diuersitate praecceptorum, quoniam si unum esset praecceptum a mille imperantibus egressum in eodem tempore atque loco, pro uno domino haberent. Et unus dominus haberetur pro multis, si con-

traria praeciperet obsequenti. Nam in executione mandatorum non dominorum dualitas aut numerositas, sed praecceptorum diuersitas multiplicium facit, nec unitatem unus dominus, sed unitas praecceptorum. Necessario factum est ut unus dominus odio habeatur a seruo, alter praecipiens & in praeccepto diligatur, aut alter sustineatur in persona & ad perficiendum praecceptum eius, aut alter contemnatur in se & in mandato ipsius. Deus uero diligendus atque sustinendus, ois alius si aduersus, odiendus & contemendus est dominus. Explicat similitudinem ipse seruatur, adiciens:

Nō potestis deo seruire & mammona.

¶ Paulo ante praedixerat non thesaurizandum in terra, sed in caelo. Nam in terra condere thesauros, seruire mammonae est in caelo uero illos reponere, deo in sua iussione seruire. Proinde tam diuersis dominis in natura, in substantia, in dignitate, in praeccepto, nunquam ab uno seruo, uno & eodem loco & tempore seruitur. Mammona quidem Hebraea lingua, diuitiae sunt huius seculi, seu ille daemon qui eis praesidet, & de his acquirendis instigat. Negatiua & affirmatiua domini sunt utriusque praeccepta, lubet per negationem deus, cum fieri prohibet omne malum aduersans spirituum naturam, displicet sibi, corrumpens legem, deturpans ordinem, gratiam non consentiens. Affirmatiue uero imperat, consulit & suadet omne quod conditae naturae hominum inuisibili seu spirituali consentaneum est, omne honestum, & illa uirtutum trinitatem, quae aliter quam per infusionem haberi non potest: & si quid esse potest aliare uirtutum, & omne aptum regno dei & aeternae saluationi, cum ipse uelut omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Equidem eregione sunt consilia & praeccepta saecularia siue mammonica, negatiue fieri prohibentia, quicquid affirmatiue in omni lege deus edixit. Affirmatiue uero fieri suadet & consulens, quicquid deus prohibuerit negatiue, ut tandem similes sibi sint homines in poena quos similes instruxit in culpa. Impossibilitas ista seruendi diuersitati dominorum, quanquam proueniat a contrarietate praecceptorum, etiam ab ipsa nostri animi unitate procedit. Non enim intellectus diuersa simul intelligit, neque affectus eodem momento afficitur ad diuersa, neque mens dominorum contrariorum memoriam simul habet. Dum ad unum per has animae potentias intenditur, alterum relinquitur. Successu uero temporis possunt diuersa corpore hendi a potentibus huiusmodi. Sic & diuersis dominis seruari poterit pro diuersitate temporum, & uarietate fer mutatione uoluntatum: simulatim uero, in omni genere simulandi, nunquam duobus dominis seruietur. Solus deus

facere omnia simul potest. Igitur possibilitas diuersimode seruiendi eodem tempore, omnibus est adempta. Et de esse atque diaboli siue mundi, nemo potest. Et nulla indifferentia constituitur inter deum & hominem, quod qui non seruit deo, quod non seruiat aduersario, sua conformante sententia: Qui non est mecum, aduersum me est.

Mat. 11.

¶ De inepta sollicitudine propellenda, secundum Mattheum. Caput XL.

UT autem non credatur solum de inuisibili & aduersario domino, uidelicet de spiritu maligno, qui animabus nostris & corporibus satagit dominari, prolata sententia, sed etiam de mundo, qui positus est in maligno, qui se hominibus cum suis delectationibus semper offert, protinus adiunxit remouens sollicitudinem superfluum rerum inuisibilium atque mundanarum, quae quo dammodo in appetitum hominum ueniunt, non ut omnis sollicitudo tolleretur, sed ut taliter agatur ex sollicitudine, quod nihil de necessaria uirtute deperat, neque sit de his sollicitudo quae pater solum in sua prouidentia & potestate reliquit, sed illorum duntaxat, quae per homines sunt iuste complenda, possuntque compleri. Et hoc est quod adiecit:

Mat. 6.

Luca. 11.

Ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam uestimentum?

¶ Spectat ad corpus de necessitate uictus & uelutis, de quibus Apostolus: Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Et haec aut debito & irreprehensibili quaestu, aurilicito artificio sunt quaerenda, non damno sa sollicitudine, quae consilio saluatoris ab anima remouetur, cum dicit: Ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis, quae non in sui natura manducat, sed corpus, aut quid induat corpus. Non enim anima debet pro corporis cura suam subinferre, nec illam sollicitudinem gerere, quantum & quale alimentum natura producat, nec unde procedat materia induendi: quoniam ipse qui fecit naturam, ad subueniendum omnibus illa diuitem fecit. Aliquando etiam in scriptura nomine animae intelligitur ipsa uita, ut in Psalmo: Accipere animam meam consolati sunt. Seu etiam anima tam diu existit in corpore, quam diu cibo corpus alii potest, non quod ipsa uiuat ex corpore aut propter corpus, sed in corpore, quam diu ab illo mortis gladio dissoluatur. Nec uiuit corporali cibo, habet ex natura posse uiuere praeter corpus. Quoquo tamen modo ista capiatur, a saluatore sollicitudo indebita dissuadetur, & per compositionem depellitur: Quoniam si deus dedit quod plus est, & quod minus est, erit

omnino daturus. Quamobrem dicitur: [Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam uestimentum?] Ut sic ista sententia conrextatur: Si deus dedit animam, scilicet uitam, seu ipsam statuit ut sit in corpore, aliquam diu uiueret, quae pluris est omni corporali alimentum, dabit & escam. Et si dedit corpus altius omni ueste pendens, dabit & uestimentum. Igitur & frustra huiusmodi sollicitudo exagitat homines super terram. Si uero in id sollicitudo mortalium tenderet, ut ex communibus naturae beneficijs aliquid uindicaretur in proprium, ex seipsa & in seipsa sollicitudo deluditur, quoniam proprium non est ex natura, cum omnibus sit in numero, pondere & mensura natura communis, nec alicui proprium aliquid de beneficijs suis alligauerit. Non tamen dixerim de proprietatibus illis, ab ipsa natura aliquibus speciebus insertis, sed de his elementis seu elementatis, ex quibus natura ministrat corporibus uiuificandis atque alendis, seu quomodo libet aliter conseruendis. Ad quid sollicitudo congregandarum rerum, ubi tempus se subtrahit & locus non consistit, ubi homo moritur & successus rerum subsequitur? Retorquet autem Petrus sollicitudinem in debitum finem, dicens: Omnem sollicitudinem uestram proiectes in ipsum, quoniam ipsi cura est de uobis. Subiectae quidem similitudines compositiue inductae sunt, ut indebita sollicitudo propellatur.

I. Petri. 5.

Respicite uolatilia caeli, quoniam non ferunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater uester caelestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis?

¶ Si reiecta sollicitudine conquirendarum rerum, conquirendi modo depulso, deus irrationabilia pascit, quomodo non pascet hominem in quo suam insigniuit imaginem, quem & redemit per sanguinem? Proinde importuna est hominibus tanta sollicitudo, cum gratis animalibus ingratiss deus largiat annoniam. Et homo praestat cunctis, duntaxat exceptis angelis.

Sed quis autem uestrum cogitans, potest adhaerere ad staturam suam cubitum unum?

¶ Si homo a seipso non potest augeri, ut plus quam a deo factus est, crescat, aut in cibo seu uestimento capiat, ad quid tantum angit homines sollicitudo superflua, imo noxia cura?

Et de uestimento quod solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis.

¶ Quid de uestimentis etiam multicoloris continua sollicitudo molestat, quae omnino re-

compingenda est cōsideratione minorū? Mino-
ra sunt hominē silia campi, crescunt sine labo-
re, uestiuntur multicolorē, absq; hoc q; à co-
lo infusum aliquid nendo seu filado traiciāt.
Ad quorum compositionem Salomon sapien-
tissimus regū, in omni gloria sua non potuit p-
sapiētiam suam tanta uarietate colozē uestiri.
Ideo quidem Salomonem excedentem in sa-
pientia, in exemplum induxit, ut esset omīno
perspicuum, plus ex natura q; ex humana in-
dustria homines posse percipere. Proinde per
explicitam comparationē sollicitudo ipsa da-
mnatur, & fidei modicitas arguitur cū adiecit:

**Si autem scœnum agrī quod hodie est,
& cras in clibanū mittitur, deus sic uestit,
quanto magis uos modicæ fidei!**

¶ Luce clarius patet quod dicitur, in experi-
entia continua rerum. Et huiuscemodi solici-
tudinē ex defectu fidei puenire, inficiari nō po-
test, quam omnibus suasionibus saluator à su-
is fidelibus nititur abrogare, dicens:

**Nolite ergo solliciti esse, dicētes: Quid
māducabimus, aut quid bibemus, aut quo
operiemur? Hæc em̄ oīa gentes inquirūt.
Scit enim pater uester, quia his omnibus
indigetis.**

Scriptum est: Omnis labor hominis in ore
eius, & anima illius nō implebitur. Quoniam
quicquid homo ex nimia sollicitudine congre-
gare uidetur, ad hoc fit, ut per os comedēdo &
bibēdo traiciat, & q; uestibus plurimis, etiam
adhibitis uanitatibus, uestiatur. Sed talia gen-
tes quæ deum ignorant, & Christum non con-
fiteantur, inquirunt, amantes hanc uitam, aliam
uero uelut nescij negligentes. Secernere qui-
dem uoluit ex his uerbis saluator à gentibus
fideles suos, quos sine sollicitudine gētium p-
ordinat ad aliam uitā, asserens nostras indigen-
tias in noticia dei patris semper existere, à quo
postulasse sufficiat panem nostrum, prout ipse
docuit dicere, Pater noster. Qm̄ pater est, indi-
gentibus & fidelibus filijs omnino subueniet.

¶ De necessaria sollicitudine, qua cum sua iusti-
tia primum queritur regnum dei, secun-
dū Matthæū solūm. Cap. XLI.

Suprà saluator orando postulare docuit re-
gnū dei, de quo aliquid dictū est. Hic post-
positis omnibus curis, suadet illud cum iustitia
sua primò querere, alio uidelicet sensu, quo in
oratiōe premonuit petere regnum dei. Siue sit
uitæ agendæ, siue sperandæ, ante omnia quæ-
rendum est, & eius iustitia. Proinde p̄ter id qd
in petitione asserum est, de q̄stione asseratur.

Mat. 6. **Primum querite regnum dei & iusti-
tiam eius, & hæc omnia adiciantur uobis.**

¶ Præcise se mutuo regnum & iustitia eius,

regnum quidem optatione præcise, actiōe uero ius-
titia eius omnino præcedit. Sic enim per sapi-
entiam dicitur: Iustum deduxit dominus per
uias rectas, & ostendit illi regnum dei. Iustus à
iustitia dicit, q̄ primò per uias uirtutum rectas
iustificat, ut iustificatio dei regnum ostēdatur.

Iustitia porro regni dei, est ipsa fides stipata
uirtutibus cæteris, sacramentis atq; mandatis
& operibus bonis, sine quibus impossibile est
placere deo, & cum quibus placetur deo. Igi-
tur qui non placet deo, nō possidebit regnum
dei. Sibi placēs, ingreditur regnum eius. Et de
Abraam dicitur: Creditit Abraam deo, & cre-
ditur ei ad iustitiā. Et Apostolus ad Ro-
manos: Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi
fidei, in omnes & super omnes qui credūt in eum.
Et paulò post: Arbitramur hominem iustifica-
ri per fidem sine operibus legis. Et infra: Iustifi-
cari igitur ex fide, pacem habeamus ad deum,
per dominum nostrum Iesum Christum. Igi-
tur iustitia regni dei primò quæreda, fides est,
sine qua & ante quam nihil ap̄t, nihil rectum
ad regnum dei queritur. Et si q̄reretur, nō in-
ueniretur. Primò ergo fides querenda est. Sed
quomodo queritur, quæ nullo modo aliter
quàm per infusionem habetur? Si uero infun-
ditur, frustra queritur, si iam infusa cordibus
fuerit. Sed si ad incredulos seu extra fidē posi-
tos dictum inferitur, omnes quæerere debēt qd
magis catholicum est, & quod sanius & hone-
stius, & quod altiori p̄mio terminatur, & tunc
cum inuenerint credibilia huiuscemodi dare
uoluntatem ad fidem, quam solūm deus infun-
dit, maxime cum uideant ualidis testimonijs
roboratam. Si uero ad iam credētes hic sermo
directus est, quæstio iustitiæ regni dei, ad ope-
ra fidei ordinatur, quoniam fides sine operibus
mortua est. Et hæc est iustitia regni dei cunctis
renatis in fide, quod ea quæ sunt ap̄ta & ordi-
nata regni dei, operemur sollicitè atque incun-
ctanter secundū rationē fidei. Hæc aut iustitia
ueteris testamenti, non fuit iustitia regni dei,
quoniam nemo ex illa factus est aptus regno dei,
sicut Apostolus ad Romanos & ad Galatas cō-
testatus est: sed ut superioris dictū est, iustitia su-
perabundans scribis & pharisæis: Nisi iustitia
uestra abundauerit super scribarum & pharisæ-
orum, non intrabitis in regnum celorum. U-
tra ergo quæ abundabit, est iustitia regni dei.

Est etiam iustitia regni dei, negatio & abre-
nunciatio regni mundi, sicut ante Pilatū Chris-
tus testatus est: Regnum meum nō est de hoc
mundo. Et alibi eum fugisse legitur & quæsi-
uisse latibulum, ne post miraculum panum ue-
nirent homines & facerent eum regem. Non
autem excludimus ex his, regna mundi in ius-
titia seculari regenda per reges & principes,
sed affectum gloriæ mundi in omnibus con-
demnamus.

Iustitia regni dei, est per opera sub deo con-
demnata & iudicata uoluntas hominum in to-
lerantia impositos & adimpletione iustos.

Iustitia regni dei, est conuersatio in terra fa-
cta cælestis, iuxta qd Apostolus ait: Nostra con-
uersatio in cælis est. Omnis uirtus, omnis affe-
ctio, quælibet actio deo grata, est iustitia regni
dei. Ipse uero Christus, est iustitia potior regni
dei. Ait enim Apostolus: Qui factus est nobis
iustitia. Quoniam nisi per iustitiam redemptio-
nis eius, nemo adipiscer̄ regnū patris ipsius.
Quæstio uero & obtrita iustitia, facilis est q̄sti-
tio regni uitæ agendæ, facilisq; ingressus in il-
lud. Et ut audacter dicam, quæerere iustitiam,
est quæerere regnū. Illam habere, in regno eius
est manere. Regnum uero uitæ sperandæ, huic
omnino coniunctum est, ut transito pōte mor-
tis, introeat in illud. His primò quæstis, hæc
omnia quæ gentes inquirunt, adiciētur nobis,
uelut si illa substantialia sint, hæc uero nō sub-
stantia, sed adiectiua dicantur. Itæz uelut cō-
tra perniciosum malum ad negationem solici-
tudinis reuertitur sermonem. Graue malum
est quod toties feri denegatur, satisq; impre-
sum in cordibus, quod tāta repetitione uerbo-
rum abradit, dicens:

**Nolite ergo solliciti esse in crastinum.
Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi.
Sufficit diei malitia sua.**

¶ Quanquam omīno dissuadeat sollicitudi-
nem, non tamē omnino excludit, sed illam in-
fra terminos omnino coartat, cum prohibet
omnino de crastino cogitare, futurū tempus
remouēs, ne in sollicitudinē ueniat, cum nemo
sciat quid parat futura dies homini, uitam an
mortem. Pro presenti est adhibenda cura so-
licita euadendi. Nec dies diem in cura præue-
niat, ne uno die sollicitudo duplicetur, præsen-
tis temporis & futuri. Habet omnis dies soli-
citudinem suam, pro eo quod dicit, sufficit di-
ei malitia sua, quæ ab eo est, q; aliquis aliquid
impertinens facere moliat. Omnis igitur dies,
pro enolumento suo suam malitiam habet.

¶ De misericordia proximis impendēda
secundū Lucam. Cap. XLII.

Et cunctis fidelibus forma misericordiæ
prærogata, cum ad similitudinem dei pa-
tris oporteat misericordiam proximis exhibere.
Sed ad hæc quis idoneus, ut deum patrem
imitari quis possit in bonis operibus sup̄ ter-
ram, cum saluator dicat:

**Estote misericordes, sicut & pater ue-
ster misericors est.**

Si ad dei formam & similitudinem oportet
esse misericordes, prius expedit inuestigare
misericordiam dei, & qualiter miseris miseri-
cors factus est, Nō est à nobis sua misericordia

inuestiganda, nisi cum cōtrahitur ad miseros:
quoniam qui miseria caret, misericordia non
indiget. Misericordia dei, deus est, & ipse im-
perscrutabilis est. Non aut omnino latet quo-
modo misertus est, quoniam miseris ex scri-
ptura cognoscimus, ex fide tenemus, quod mi-
sericors est deus, odiens uitium & seruus crea-
tum. Sed quomodo misertus? Audi Psalmi-
stam: Quomodo misertus pater filiorum, mi-
sertus est dominus timētibus se, quoniam ipse
cognouit figmentum nostrum. Secernendum
est inter naturam quam deus condidit, & in-
iquitatem quam homo sua peruersa uoluntate
committit. Igitur propter creatum dimittatur
malefactum, & præstetur uenia, si petatur, est
nulla interfit offensa. Cū cognoscimus alieui-
us miseriam, more dei opem misericordiæ im-
pendamus, qui uelut pater nullo merito præ-
cedente, nulla in posterum sperata mercede,
amoris gratia, liberalitatis intuitu filios suos,
quos genuit, nutrit. Sic deus pater quos crea-
uit, misertur, fouet & nutrit: quoniam bono-
rum nostrorum ipse nō indiget. Misertur de-
us animabus, cum iniquitati se tradunt, cum à
uirtute deficiunt, quas expectat ad poenitentiam,
cum reuertuntur, miseratus dat indulgentiam.
Misertur corporibus hominum, pro quibus
sua alimenta beneficio naturæ ministrat.
Sic & nos cum cognouerimus miseras huius-
cemodi, pro modulo nostro misericordiæ be-
neficia impendamus, non inquirentes merita,
quod spectat ad iustitiam: sed subuenientes indi-
gentiæ, quod spectat ad misericordiam.

¶ De iudicio temerario deuitando, quod & ius-
ta poena consequitur, secundum Matthæum
& Lucam tantum. Cap. XLIII.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Mat. 7.
¶ Non sunt temeraria iudicia in quibus iudicabimini. Lucæ 6.

piam iaculanda, natura nō suggerit, dissuadet
ratio, repugnat uirtus, & mos humanus omni-
no dissentit. & facientibus, ex æqua seu ampli-
ori poena interminatam est. Prohibetur homi-
nibus à deo, ne aliquid malum fiat, & bonum
omnino fieri sua detur, sed non eo intuitu quo
deo malū noceat, q; nihil ei nocere potest: aut
quod displiceat, qm̄ ipse passiones non recipit,
sed ex eo q; malum naturæ hominum aduer-
satur, & bonum confert sibi ad uaticum & ad
præmium. Nos autem, quoz interest operari
debita & iniuncta, & uitare delicta siue peccata,
potius debemus abstinerē à delictis siue pec-
catis, quia offenditur deus, quam quod nobis
poena sensibilis, aut q; diuina separatio inferatur.
Vsurpatio est superioris auctoritatis & cer-
tæ scientiæ iudicis omnia cognoscentis, pro-
ximum iudicare. Vnde homini auctoritas sur-
per proximum: Vnde sibi certa scientia de cri-

mine proximorum? Si aliquando est autoritas, forte scientia deest: si adest scientia, quandoque autoritas deficit. Si utrunque adest, decerne de proximo: si utrunque deest, relinque proximum domino suo, autoritatem & scientiam certam habenti. Autoritas quidem & scientia iudicium irreprehensibile faciunt. Iudicandi temeritas omnino est peccatum. Hinc Apostolus aliorum iudicatores acerrime reprehendit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Et paulo post: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Et itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Et ad Corinthios: Itaque nolite ante tempus iudicare quoad usque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Veruntamen omne male factum cadit sub iudicio rationis, quod sit uituperatio dignum. Sed aliud est iudicare quod peperam factum est: aliud iudicare facientem. Aliud iudicium suspicionis, aliud ueritatis iudicium. Aliud iudicium amoris, aliud iudicium quod ex odio aut ex inuidia procedit. Aliud iudicium culpae, aliud iudicium quanta male agens sit poena plecendus. Aliud iudicium, quod solo corde concipitur & tenetur; aliud, quod ore de proximo profert ad proximum. Proinde sequitur:

Rom. 14.

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remerietur uobis.

1. Cor. 4.

Hoc quidem dictum est ad terrendum, ne fiat iudicium. Hoc uero quod sequitur, quod suo demerito iudicandus, alium iudicandum sua temeritate non iudicat, idcirco unusquisque ad sui considerationem remittitur.

Quid autem uidet festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras? Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine enjceiam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, enjce primam trabem de oculo tuo, & tunc uidebis enjcere festucam de oculo fratris tui.

¶ Hoc quidem dictum est ad terrendum, ne fiat iudicium. Hoc uero quod sequitur, quod suo demerito iudicandus, alium iudicandum sua temeritate non iudicat, idcirco unusquisque ad sui considerationem remittitur.

¶ Hoc quidem dictum est ad terrendum, ne fiat iudicium. Hoc uero quod sequitur, quod suo demerito iudicandus, alium iudicandum sua temeritate non iudicat, idcirco unusquisque ad sui considerationem remittitur.

¶ Hoc quidem dictum est ad terrendum, ne fiat iudicium. Hoc uero quod sequitur, quod suo demerito iudicandus, alium iudicandum sua temeritate non iudicat, idcirco unusquisque ad sui considerationem remittitur.

Cap. XLIII.

Nobilitas rationis humanae, colligitur ab illa ratione, quae omnia secundum rei ueritatem continet & decernit, & colligendo ut dicat, ut digna dignis, & nulla indigna dignis, & nulla digna tribuantur indignis. Ergone autem facta, peruersos & noxios consueuerunt habere successus, Neque preciositas rerum, in

probis & imperitis tractatoribus committenda est. Neque dignum ducitur, ut filij regum alendi & morigerandi ruralibus committantur. Nil preciosius diuinis uerbis atque sacramentis. Nemo nobilior dei filio, qui continetur in eis. Et quod sanctum est, oportet immaculate seruari. Et in ueteri testamento lauabatur, qui uasa domini contrectabant. Et praecipit erat: Mundamini qui fertis uasa domini. Et panes propositionis comedere non debebat, nisi mundi a contactibus mulierum. Nunc a saluatore prohibetur:

Nolite sanctum dare canibus. Neque mitatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant uos.

¶ Sanctum quidem est omne quod sanctificatur per uerbum, omne quod expedit inuisibiliter obseruari. Canes sunt, innitentes rationibus & sermonibus importunis. Margarita preciosa, secreta dei dicuntur. Porci, a uoluptate detenti, qui sancta & preciosa uilipendunt, & saepe aduersus largitorem deserviunt.

¶ De securitate data petendi & fiducia impetrandi, secundum Mattheum.

Caput XLV.

Non erat hominibus causa neque iusta ratio, ut a deo aliquid postularent, nisi filius aeternus eius, per omnia sibi aequalis factus homo, pro nobis dedisset audaciam & impetrandi fiduciam largiretur, uelut qui per omnia nouit ab aeterno paternam uoluntatem, aeternum nos diligenter antequam essemus. Et factos, etiam nostris exigentibus meritis, non dereliquit nos, sciens aeternum patrem misericordiarum plus uelle dare, quam nos uelimus accipere: nobiliorum modo dicere, quod nos petere cognoscimus, cum prius docuit dicere, Pater noster, & quae petenda sequuntur. Nunc paternam liberalitatem edisserens, agit ad petendum, dicens:

Petite, & accipietis: quaerite, & inuenietis; pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit: & pulsanti aperietur.

¶ Nullus igitur in petendo tardus, in quaerendo ambiguus, in pulsando hebes, cum dominus sit in dando liberalis, in quaerendo se offert requisitus, in pulsando est ostium factus. Arguit ex hominibus ad deum, qui cuncta omni bonitate praecellit, ut promptiores sint homines ad petendum.

Aut quis est ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Aut si petierit uinum,

nunquid scorpionem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostris bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester dabit spiritum bonum petentibus seruis uestris.

¶ Clarent ista per singula, & alibi in hoc opere resunt dispersa.

¶ De illa parte originalis iustitiae, quae cum proximo aut inter homines est seruanda, secundum Mattheum.

Caput XLVI.

Originalis quidem iustitia in cordibus hominum scripta fuit, nec sonuit uerbo, seu literis exarata est. Eo ipso quod homo ad imaginem dei factus fuit, illam accepit propositus, maxime quia completus creatus est, usquequo natura potest quos edit paruulos, prouehere. Caeteri autem ab ipso geniti, propter humanam naturam damnatam propagine, non statim cum nati sunt, illam adoriuntur, sed paulatim coalescunt ad illam. Differt quidem homo a brutis, & ex eo quod per rationem ab alijs animalibus attollit, sentit legem originalis iustitiae, consentitque sibi & alludit, & placet in illa cum aetas accreuerit: quae lex si apud homines in corrupta mansisset, neque Moisaica, neque lex euangelica in nationibus necesse fuisse. Sufficiebat enim illa ad omne placitum dei pro salute nostra. Quae corrupta, nunquam ad plenum potuit reparari, antequam dei filius mundo in carne uisibilis appareret: cuius doctrina quauis magna credibilia superhabear, tota tamen hoc intendit, & facta & exemplo Christus ostendit, ut originalis iustitia reformetur. Ait enim:

Omnia quaecunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Haec est enim lex & prophetarum.

¶ Repetit Iesus quod scriptum fuerit a principio in cordibus hominum, absque quo uoce aut literis traderetur, uidelicet qualiter conuiuendum erat ex mutua subuentione, aut obsecratione personarum: & res. De fiendo duntaxat prolata est, non de nesciendo, iustitiae originalis doctrina. Sed omne fiendum, nescidum excludit: quoniam omne affirmatum, habet omne aliud suaratione negatum: non tamen omne negatum, habet aliquid aliud sua ratione affirmatum. Ac per hoc quod originali iustitia dicitur per affirmationem, etiam per negationem exponitur: ut, si sit quod iustum est, quod iniustum est, nesciet. Non autem quod dicitur, reconuertitur: ut si non sit iniustum, quod iustum in actione consistat. Igitur si sic iustum est, quod omnia quae nobis fieri uolumus, alijs faciamus,

ex hoc penitus excluditur, quae ea quae nobis non lumus fieri, nullis alijs inferamus. In hoc est lex, scilicet Moisaica disposita in manibus angelorum in monte Sina: prout ille dicitur ad proximum ordinatur, in septem uidelicet, non autem in illis tribus primis, quae solum ordinantur ad deum. Non enim Iesus de illa parte originalis iustitiae haec aiebat, sed de illa per quam homines inter se debent uiuere iuste, moderate, magnanimitate, perseveranter atque prudenter, ut nemini fiat ulla iniuria, & omnibus in personis proprijs seruiatur. Non solum lex, sed etiam prophetarum in ista iustitia originali consistunt, non in his quae futura uaticinando dixerunt, sed in his quae de ordinatis moribus tractauerunt. Et ut perstringam, omnis doctrina simpliciter docens, aut quae a parabolis trahi potest, siue ab historijs tropologicis sumi, siue a figuris, siue a prophetis accipi, quae mores bonos aedificet, legem originalis iustitiae fouet. Amplius autem Christus per euangelium finem ad principium reconuertit. Agendorum ordo & principium, originalis iustitia fuit. Ordo posterior doctrina euangelica, postquam nulla melior & aptior ad dei regnum, ad complendum dei placitum, & originali iustitiae nulla conuenior. Primarius ordo conuiuendi, originalis iustitia: secundarius, lex euangelica: & in unum pariter de conuiuendo coeunt. Illa scripta solum in cordibus, non exarata literis, non docta uerbis: ista uero cordibus infusa, non scripta, & literis exaratur, & uerbis docetur. De illa quidem parte legis euangelicae dixerim, quae de conuiuendo cum proximis lata est, cum praeter hoc euangelica lex alia multa contineret. Protinus inter homines fuisset nulla querela, si originalis de conuiuendo iustitia, prout erat scripta in cordibus, stetit in moribus. Sed illo ab illa inuisibili scripturae iustitiae factum fuit. Nam de superiori parte illius iustitiae per inobedientiam cecidit Adam. Erat enim illius iustitiae superior gradus, ut homo tanquam inferior, per omnia se teneret ad deum. Alioquin ad seipsum sua uoluntate factus, subdatur misericordiae, & suorum inferiorum pro inobedientia inobedientiam pateretur. Inferior uero gradus huius iustitiae, in conuiuendo cum proximo consistebat, a quo primus corruit per inuidiam ad fratrem obstinatus Cain: sed unde casus a quacunque iustitia, inde iustitiae tormentorum: & unde obseruantia, inde fructus praemiorum. Et ut iam dictum est, talio iustitiae originalis praecessit, & talio Moisaica legis subsequitur. Nunc uero talio euangelicus, abrogato Moisaico, talionem originalis iustitiae reuocauit.

¶ Quod duplex est porta, similiter & uia, scilicet h h

licet perditionis & uitæ quarum unã intrare, alteram declinare saluator perſuaſit, ſecundum Matthæum.

Caput XLVII.

Secundum diuerſitatem ciuitatũ & ciuium, & eis præſidentium, portæ ſunt conſtitutæ ſimiliter, & ut nec aliudẽ aut aliter poſſit eſſe ingreſſus, nec ſpacioſitas aut anguſtia ſit ipſarũ, niſi ut reges decreuerint. Quanquam omẽ creatum quædam ſit unitas, ſub uno domino deo æterno uiuo & uero imprædabiliter conſtituta, attamen ex uoluntate & ex moribus diuiſa facta eſt uniuerſorum, domino deo ex creaturæ ſuæ demerito permitteute, ut quædam pars uocetur ciuitas dei, quædam uerò ciuitas diaboli nuncupetur. Porta quidem & uia ciuitatis dei, anguſtũ haber ingreſſum. Ciuitatis uerò diaboli porta & uia, ſpacioſum introitum poſſident. Summuſq; imperator atq; cõſultor bonorum om̃ium atq; poriorũ Ieſus, diſſualorũq; ſub interminatione malorum, dixit:

Mat. 7.

Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta & arcta uia eſt quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.

In apertione autem oris prima huius promulgadi ſermonis, regnũ cælorum ſpiritu pauperibus pollicitus eſt, & multis agentibus recte, uariarẽ loquendo de beatitudine, repromiſit. Et per abundantiorẽ iuſtitiam monſtrauit illud poſſe comprehendẽ, docuit petendum pro illo, & in illo theſaurizare ſuaſit, ante omnia ipſum quærere ſtatuit. Nunc ne aliquis erret ab imperitia, portam oſtendit & uiam, utranque fore omnino anguſtam. Minus enim in anguſtis, in ſpacioſis uerò erratur ſæpe atque facilius. Lata porro eſt porta, & uia perditionis utriq; ſpacioſa, & multi gradiuntur intrantq; per eas. Vnde lata: Pernicioſa licentia uitendorum, qua quiſque quærit & uult omnibus uti pro libito uoluptatis, omni habere natione reiecta rationis & legis. Vnde uia ſpacioſa: Quia nullis coartata limitibus. Et illam gradiens, ut appetit, per deua quæque tendit. Huius uia terminus, huiusq; portæ ingreſſus, tendit ad perditionem, eo demerito quo quis conuerſatus in perditis moribus, ſaluantem abhorruit legem. Et multi quidem non conſiderantes huiusmodi finem & terminum, primi aſpectus atque ingreſſus amœnitatem delectati, per eas in terrepidẽ atque lætantiffimẽ gradiuntur. Tota protinus eregione ſtrata eſt uia, conſtructa eſt porta quæ perducit ad uitam, cum animus dei legibus angitur, ne aliquid

concupiſcat illicitum: & habentur corpus, ne effluat in nimium atque ſuperfluum. Sed pauci qui quærant, & qui gradiantur, & intrent. Sed quod eſt ſeculi amatoribus latum & ſpacioſum, ad pariam ſuſpiratibus pernicioſum uidetur. Et quod arctum dicitur, inſpecto fine, corde in dei amore ampleſſo, prompſiffimẽ gradiendum aſſumunt, iuxta propheticum dictum: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.

De cautela à falſtatis hominum & modo cognofcẽdi, ſecundũ Matthæum.

Caput XLVIII.

Veritas & falſitas modis omnibus aduerſantur, nec inter eas fœdaliſſimus aliquando locum habet, ut poſſit ad cõcordiam prouocare. Vna tamen clareſcit ex alia, & cognofcitur una per alteram. Relucet per amplius ueritas, cum à falſitatibus impugnatur. Inuincibilis quidem eſt, ſuperari nequit. Suum contrarium atque æmulum non ſinit incognitum, ſed detegit & prodit. Ad cuius probationem, falſitate ueſtitos, omnipotens deus permiſit inſurgere. Et ſaluator omnium dominus & magiſter, ſuadet cautelam, ne falſitatibus homines inuoluantur, & ne ſuſcipiant falſa pro ueris, dicens:



Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognofcite eos.

Ad falſitatem cauendam ſatagit omnis ueritatis amator, & nemo falli uult, quanuis fallere quærat & uelit. Ad ſeipſum illam dici quilibet amat, non autem omnis eadem lege reſpondit in proximum. Sed quoniam falſitas neglecta, ſæpe à deo fecit diuortium, & penis intexit, quæ per humana ora tranſfunditur, ideo ſaluator à prophetis falſis præmonet attendere, id eſt, cuſtodire, qui moribus omnibus, hũmilibuſq; uerbis, manſuetudinem & ſimplicitatem omniam oſtendunt, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, ad rapum ſcilicet honorum, rerum quarumcumque delectabilium inhiantes, ſtudentesq; rapere perperam, niſi gratis accipiant, falſi ſunt.

Quod auditores & factores uerborũ Chriſti, in cõcuſſibilem poſſident firmitatem, auditores uerò & non factores, ruina: patebunt, ſecundum Matthæum. Cap. XLIX.

Validæ uirtutis ſunt uerba Chriſti, ſi deducantur in actum. Non tamen ocioſe audita, conferunt auditoribus firmitatem. Magis autem eorum auditio, cum in factione uiuam in auditoribus operatur. Iuſto tamen merito ſolidat, & iuſto demerito depellunt in p̃ceps. Non eſt firmitas, ſed infirmitas in hominibus, quam obrem dicebat Dauid: Miſere re mei domine, quoniam infirmus ſum. Et Salomon: Homo infirmus & exigui temporis. Et ab hominibus firmitas quærit, in rebus à deo creatis non inuenit. Verba Chriſti ordinat ad firmitatem, cum inuitat ad fidem, per quam homo fundatur in Chriſto, qui petra immobilis eſt, quia deus eſt. Et petra erat Chriſtus. Sudent ſpem, ſcilicet in Chriſto & per Chriſtum. Docent quid diligant per charitatem, ſcilicet ipſum uerum & ſummum deum, ſine quo omnia ſunt infirma & uanitati ſubieſta, cum quo cuncta ſolidantur. Factio quidem uerborum Chriſti, eſt, ut ipſi adhæreamus, in ipſo maneamus, ipſum diligamus, in ipſo ſperemus, ipſum uita & moribus imitemur: & eſt ſicut firmitas, quæ ab hominibus quæritur. Hinc igitur ſaluator ait:

Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. Et deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & ſtauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata enim erat ſuper firmam petram.

Ex ſitu firmitas eſt, & ex uirtute fundamenti quod eſt Chriſtus Ieſus, præter quod aliud ponere nemo poteſt, ut ait Apoſtolus: qui præſtat tuitionem ab omnibus quæ poſſent inſerre ruinam. Pluuia, flumina, & uenti, ad ea referuntur quæ ſpiritualiter ſeu inuiſibiliter concutunt. Et nulla ſapientia in mentibus & moribus maior, quàm ſic ſituari, ſicq; fundari, q̃ non poſſit concuti: & ſi concuti, non ſubuertitur. Difficiliſſimum quidam eſt, imò impoſſibile, non tentari: ſed ratione fundamenti certiffimum atq; faciliſſimum eſt, à ruina defendi.

Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Et deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & ſtauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit: & fuit ruina eius magna.

Omnis qui ſuper tẽporalibus ſuam ſpem ponit, ſaltem mente non auulſus à mundo, ſed ad præcipitium coarpat uicioſus atq; pœnarus.

De admiratione turbarum ſuper montano ſermone, ac ipſius ſermonis excellentia, ſecundum Matthæum. Caput L.

ET factum eſt, cum conſummãſſet Ieſus uerba hæc, admirabantur turba ſuper doctrina eius. Erat enim docēs ſicut ut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribae eorum & phariſaï.

Perfecit Ieſus uerba concepta per uocem extrã ſonantem, qui non fortuito & improuiſe, aut impertinenter ſeu incapaciter, ſed ex nullo reprehẽſibilia, imò per omnia commendabilia uerba loquebatur. Quia ut alibi de ipſo ſcriptum eſt, Nunquam ſic locutus eſt homo. Admirabilis doctor, quoniam in omnibus fecit dñs admirabilem ſanctũ ſuum. Et nomen eius admirabile eſt in uniuerſa terra. Et antequam naſceretur, prophetatum eſt quod uocaretur admirabilis. Admirabilis doctrina, ſapientiam omnẽm complectens & excedens. Igitur merito turbæ admirabantur, audientes doctrinam ſupra naturam, ſupra intellectum & ſenſum, extra uſum & communem docendi modum. Sæpe in euangelio læſtitamus, quòd doctrina Ieſu audientium animos in admiratione ſuſpenderet. Autoritati uerò quidem docebat, quoniam à deo patre omnem acceperat poteſtatem, & tanquam doctrinæ omnibũq; ſapientia conditor, nõ tanquam alterius perſtudia acquiſita ſcientia promulgator. Theſauri quidem erant in eo omnis ſapientia & ſcientia abſconditi. Etiam aliã admiratæ ſunt turbæ ſuper doctrinam eius, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Necnon iſte ſermo montanus per omnia excellebat. Hic quidem declaratio & repromiſſio beatitudinum: hic meritoria exhortatio ad tolerantiam paſſionum: hic deſcriptio apoſtolorum, prælatorum atque doctorum: hic oſtenditur quòd lex Moſaica nõ ſoluatur per euangelium, ſed per euangelium magis impletur. Hic prouocatio ad altiorem iuſtitia partem: hic prohibetur q̃ nemini fiat iniuria, q̃ facta corrigatur, & q̃ omnibus mutua charitas debeatur. Hic omis homo inſtruitur q̃liter uiuat ad deũ, q̃liter ſe habeat ad proximum, & qualiter ordinatus maneat ad ſeipſum. Hic docetur quomodo fiat iuſtitia meritoria, quid ſic cauendum in illa. Hic inſtruitur quid orandum atq; petendum. Hic prohibetur omẽ quod animam turpiter grauat, quod corpus inaniter occupat. Hic homo inuitatur ad regnum, & datur ad proueniendum omne uitaticum.

LIBRI DECIMI DE SERMONE MONTANO DOMINI SALVATORIS, FINIS. hhh ij

SIMONIS DE CASSIA
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER VNDECIMVS,
Tractans Speciatim

DISCEPTATIONES SEV DISP
tationes didascales domini saluatoris, cū
hominibus, mulieribus, discipulis, pha
risæis, scribis & in lege peritis, cū
Iudæis seu turbis, plebeijs atq
que paganis.

De disputatiōe habita cum Samaritana, quid
ad intelligentiam catholicam significet
seu doceat aut præcipiat prope mo
res, secundum Iohannem.

Caput .i.



OPTABAT,
ordinabat, faci
ebatq; Christus
rebus agēdis da
re materiam, &
nisi se ad agen
da suscepta & a
patre iniuncta
opera ingessit/
set, ociosus erat
ad imposita si
bi ab æterno pa
tre: tamen inde
actuofus & per uirtutem ociosus, quo se tene
bat ad id, quod uerbum assumens dirigebat af
sumptum. Cum cæteris peccatis, etiam in
curia hebetauerat humanum genus, ut non in
telligeret aut intelligere nollet, infra quos ma
lorum & honorum terminos teneretur. Chri
stus uero, quia humanum genus in omnibus ho
nis deperditis nobiliori modo reparaturus ad
uenerat, præuenit omnes, parauit occasiones,
ut primo quærens quæreretur, quæstus inue
nireretur, inuentus teneretur & amaretur, ama
tus beatitudinem ultimam largiretur. Sed q
modo quæreretur, nisi cognosceretur? Quis nā
quærit quod non cognoscit? Quod si inueni
ret, uelut incognitum præteriret. Præit igitur
cognitio ad debitum ordinem inquirendi &
inueniendi. Et fortassis quærit quis scire quod
nescit, sicut quis ueritatem & scientiam igno
ratam quærit scire a doctoribus & in libris. Et
multa quæ ignorantur, ad scientiam inquirun
tur, sed hoc quidem quædam scientia præit.
Nemo profecto quæreret aliquid scire aut in
uenire aut habere, nisi præsciret bonam esse
scientiam & ueritatem, & utile ad habendum
quod inuenire satagebat. Dignabatur ab ho
minibus agnosci, q dignatus erat pro homini

bus nasci, sed non quærebatur incognitus. Qui
si deus homo factus est, quis cognosceret eum?
Quis nisi doctus ab ipso aut a spiritu sancto, po
tuisset ipsum agnoscere, aut cogitare præsum
psisset, quod tale bonum, scilicet dei uerbum,
ineffabiliter incarnatum, aduenisset homini
bus super terram? Proinde ratiōis ordo posce
bat, ut ipse ineffabili modo id præageret, ut p
fidem cognosceretur, deinde quæreretur, post
inueniretur, inuentus amaretur, amatus non
amati, sed iura seruaret amantis, cuius est bene
ficia impertiri. Et ipse diligentes se diligit, sicut
scriptura proclamatur, dicens. * Er amatus sit a
mans amoris officio, qui semper habuit dile
ctionem ab æterno. Igitur uolens in cognitio
nem uenire unius mulieris, occasionem præter
lit & præegit, ut cognosceretur, ut cætera se
querentur. In cuius typo ecclesia de gentibus
aduocanda erat, & uentura in cognitioem do
mini saluatoris. Et eadem imagine omnis ani
ma saluanda erat digna saluari, sicq; gestū est.
[Oportebat Iesum transire per mediam Sa
mariam.] Non oportunitate cogere, sed de
cente, qua sibi uoluntas oportunitatem facie
bat, non rerum euentus. Samaria ciuitas erat
magna, ædificata ab Amri rege Israel in mon
te, & ab ea tota prouincia denominata est, un
de dicti sunt Samaritani nouem tribus & se
mis Israeliticorum, qui secesserunt in regio
nem illam, ab eo quo se deseruerunt altrimo
cus tempore Roboam filij Salomonis, & rema
nentibus in Ierusalem & circa duabus tribu
bus & semis, scilicet Iuda & Benjamin & me
dia tribu Manasse.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ
dicitur Sichar, iuxta prædium, quod de
dit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem fons
Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, se
debat sic supra fontem. Hora autem erat
quasi sexta.

Ciuitas specialis & singularis illius prou
inciæ Samariæ, Sichar dicebatur, alio nomine
Sichem. Non tamē tempore Iacob prouincia
uocabatur Samaria, quantum illius prouinciæ
talis ciuitas, Sichar aut Sichem uocaretur, in
qua fuit famosa stupri & dolosæ circumcisio
nis historia.

Regio, ciuitas, possessio, puteus, cum actor
nibus Christi, astruunt magna mysteria, consti
tuuntq; mores. Venit Iesus uadens uelut in
peregrinatioem, per terram peregrinationis humane
in regionem Samariæ: congruam suis uolunta
tibus & directionibus & moribus insuenden
dis uisitæ prouinciæ Iesus.

Lana domini, interpretatur Samaria: bonū,
quia lana melius, quia domini. Alba lana colo
ribus apta ē, ut colorarius disposuerit colora
re. Ipsa qdem diuinis coloribus colorada erat

& hanc in animabus aptitudine Iesus quærit, ut
eius coloribus inducendis apte subijciantur, &
ita sint domini, quod aliorum coloribus non
fuerunt. Colores eius, multiplices sunt facti
ex uarietate uirtutum: nec omnes unicolorē ue
stiretur, sed uestimenta multicoloria donantur
a domino, prout est diuersitas, non aduersitas,
morum in his, qui sibi seruire statuerunt. Sicut
multa sunt in uno corpore membra, non ta
men eundem statum omnia habent, sic & mul
ti hominum factus sunt in ecclesia sancta dei,
uelut multicoloria uestimenta. Sed aduer
tendum, quod pannus tinctus in lana, tena
cius seruat colorē, quam tinctus in filo. Proin
de a primæua capacitate optimū est fieri lanā
dñi, ut ipse coloribus sibi placitis nos coloret.

Ad tegumentum lana est & depulsionem
frigoris. Bene autem his qui fuerint in filo domi
ni, quoniam dat niuem sicut lanam, quia non
amplius tentari permittit quam ipse protexe
rit. Quod si aliqui tentationibus immergun
tur, & aduersitatibus superantur, non fuerunt
utique lana domini, suis tingēda siue tincta co
loribus. Si uero aliam interpretationem sum
plerimus, per amplius astruuntur ad optimos
mores. coniunctio enim domini, dictum est.
Hoc egit in principio deus, ut sibi homo iun
geretur: dedit beneficia & legem, & leges appo
suit ne separaretur. Venit etiam in plenitudi
ne temporum, se humane nature, & huma
nam naturam sibi ex toto inseparabilē & æ
ternē coniungens. Hanc esse affectibus homi
num moribusq; inquit, ut sibi neclatur ne
eueramur. Eueri porro non possumus, si fide
& charitate nature immobilē coniungamur.
Et sua presentia uisitæ, quos sibi nouerit in ue
ritate coniunctos.

Custodia domini, etiam Samaria nomina
tur, siue custodiēs dominum. Si ad Christum
referimus, ipse custos est domini missus ad ci
uitatem hominum. Hinc Iob dicit: Quid faci
am tibi o custos hominum? Si ad nos, & domi
ni custodes nos eē oportet. Custodes dixerim,
non ut ipsum dominum seruemus a malo, ad
uersus quem nihil potest aduersi: sed ut ipsum
custodiamus in nobis, ne intermissione uitio
rum ac depulsionem uirtutum, recedat a nobis,
non suo damno, sed nostro periculo. Emanuel
est, scilicet nobiscum deus. Et ipse saluator asse
ruit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus
usq; ad consummationē seculi. Proinde custo
diam ipsum, scilicet nos in ipso, ne uelut nostrā
societatem ad displicentiā criminum & deli
ctorum asperratus, se abscondat. Et in paradiso
positus primus homo fuit, ut custodiret il
lud: & non custodiēs, deum pdidit, a quo ex
pulsus est in hanc calamitosam uitam. Et cum
mandatum edicitur de custodia uilis uasis, ar
gumento est q; thesaurum preciosum contine

at. Mandatur homini atq; cōsultur: Omni cu
stodia serua cor tuum, qm ab ipso uita procedit.
Cur cordis mandatur custodia, nisi quia in
ipso quiescit Christus hominum uera uita, &
ab ipso procedit uita, cum credimus Christum
uitam? Corde enim credit ad iustitiam, & cum
ipsum iuxta madatum suum ex toto corde di
ligimus. Ciuitas ipsa illius regionis nuncupata
Sichar, ex sua interpretatiōe aliqd mysteriosū,
actorq; atq; agendorū facit, quæ poenitentiæ & poe
nitentiæ portat elogium. Et poenitentiam uene
rat p̄dicare Iesus, & p̄tōres ad poenitentiam uo
care, qm appropinquit regnum cælorū. Amat
Chrs poenitentes, & eos sinibus appropinqua
re nō desinit, & in ipso agello agit at̄ sibi, sci
licet a desiderio plus ualēdi eos quos ad prædi
um Iosephini, ad augmentū scilicet gratiæ &
uirtutum, ad hauriēdam alti purei aquam no
uerit puenire. Prædium erat, qd multis retro
actis temporibus hæreditario iure Iacob patri
archa Ioseph filio suo dilecto præ cæteris pos
sersionem tradiderat. Optima possessio, & q
simo iure firmata, quam uiuēs pater tradidit ad
filium, & p̄ualet ad cæteros donatio inter ui
uos. Donator & donatarius, interpretatiōis de
centia uerē astruunt, qd a nobis Chrs inquirat.
Supplator Iacob dictus est, ex eo q; plan
tam ueterini fratris nascēdo sequēs tenuit, cum
primo conatus cum puenire, non posset. Dece
ptionem interpretatio uidet ostēdere: sed optimū
est decipere mundum, carnem & diabolu; oc
cultis q; uirtutibus deludunt. Et mores deduc
ti ad alterā res partē, scilicet pro toleratio
ne malorū, æternorū bonorū intuitu, deceptionē
uisibilium res efficiunt: & qui se priuat illas
amoenitate, ne ab eadem malē teneantur delu
sus, & obstruxit inimicis inuisibilibus uiam, q
uenire solent ad decipiendū animas, rebus in
uisibilibus alligatas, omnino fraudans suo ma
lo desiderio tetros hostes. Viam illā, dixerim
uoluptuosam hominum uoluntatem. Talis dece
ptor, talisq; deceptio, supplator siue supplan
tatio, filium habere cui possessionem largit Ioseph,
q; augmentum interpretatur, insinuat ap
positionem, qua ex uirtutibus quis augetur il
lo augmento inuisibili, quo ante deum p̄ grām
crescimus, & sequētia bona prioribus apponū
tur. Sed nequeunt ista fieri, nisi primo mundus,
caro, diabolus, cum sibi placitis uitijjs supplan
tentur: & ex hoc augmentum, & appositio uir
tutū gñantur & nascuntur, & fundum, uelut in
structum augmentum, accipit a supplantatiōe
malorum, præditū si. cum fonte fundente uelut
spūalis actiōis agrū, cū fonte aquæ sapiētiæ sa
lutaris, q; potat q; uerē timet deū & facit bona,
& continet, & uerē iustitiam apprehendit.

Descripsimus Iocum ad quem Christus fe
cit aduentum, nunc uerō quid Christus egerit
& dixerit, intendamus:

[Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontē.] ¶ Quare fatigatus Iesus uirtus dei est. Nō ex forma dei, sed ex forma seruili. Vnde fatigatus ex itinere, quia nec subigalibus usus est. Totum & uerum se hominem p̄dit, cum ex itinere fatigatur, ac si nihil conferret solaminis unita diuinitas. Itinerabat deus in homine, qui nullo mouetur motu extra se; hanc dignationem exhibuit increata natura quam assumpserat, & hic homo diuine ferebat tur personatus à uerbo, illis poenalaribus reseruat, quibus per omnia uerus homo noce retur. A trame creaturæ rationalis liberandæ amor, ad fatigationem addixerat. Verè quidē ex itinere fatigatus: erant enim itinera nō comperit sibi. Deus porro uerus, & homo uerus & innocens erat. Nullo quidem iure sibi comperēbat pede fatigato itinere per orbem. Quid sibi Hierosolyma, quid Iudæa, quid Galilæa, quid Samaria cum Iesu, ut eius pedibus calcarentur? Quid Iesus cum eis, ut præsentia sua uisitare dignaretur? Solūm humani generis redemptio erat in causa, talibus Iesu itineribus usq; ad exercitium crucis præeunda. Sed nec fatigationem corporis uehi uoluit animilibus delatorijs, nec leuari ac desistere ab eundo, fortè animo magis quam corpore fatigatus. Premebatur quidem ad fatigationis auxesim, nostrorum sarcina peccatorum, quousq; illa portans consumeret super lignum. Assumpta fatigatio illa erat uoluntate tantum, nulla necessitate cogente. Inquisitiuus amor eius, fatigabat mentem & corpus eius, uelut consuuit fatigare, quæretes, donec inueniretur quæsitum. Nondum Iesus inuenerat hominem quē quærebat, nondum ouis centesima reinuenta erat, deducatq; ad gregē, nec accessa erat lucerna euangelica, cum qua drachma decima quæreretur & inueniretur in thesauris dominicis recōdēda. fatigabatur hoc itinere Iesus, donec cœpta perficeret. Qui fatigatus ex itinere huiuscemodi, sedebat sic supra fontem. Sic sedebat quiescens corpore, prout erat fatigatus ex itinere. Ex itinere laborem, ex sessione quietē corporis ostēdebat: non quia deus, sed quia homo erat. Ex assumpto, non ex assumente istæ corporis situationes aduenierant. [Hora autē erat quasi sexta.] Descriptio ista tēporis, non partium mysterium tribuit ad contemplandum. Nam sexta die factus est, qua & peccauit homo: & quasi hora sexta eiectus de paradiso, & sexta ætate mundi requisitus est, in qua sexta die incarnatus, & in cruce fixus & mortuus est. Sup̄ fontē profundorū mysteriorū dei & pfunditatis scripturarū. Verè oibus sup̄sedet, omnia intelligit, oia nouit. Amor eius sup̄dñatur rebus, nō subiacet; & spūs eius ferebat sup̄ aq̄s, uelut amor nō subiacēs rebus, sed platus existēs. Sedebat sup̄ aquæ fontē, uelut nouus magi-

L. 15

ster nouam cathedram tenens, docturus iniquis. Aliter iste Moyses, imō longē melior illo qui fuerat assumptus ex aquis, & uox eius super aquas, scilicet consecrandas ex uerbo, in quibus tinctis corporibus animæ lauarentur. Sedebat super fontem, uelut auceps aues rationales aucupaturus in retibus uerbi sui, in quibus una præcapta, index ad capiendas alias facta est, ut subséquens seruis manifestat. Nec sic ociosus est Christi aduentus ad fontem, quem multa fontis ænigmata præcesserunt: nam ad fontem seruus Abraham, paranympus Isaac, sibi uxorem Rebeccam accepit: quoniam ad bassimale fontem Christo anima in ecclesia desponsatur in æternum, si fuerit casta contubernatura cum Christo, & spiritus sanctus accipitur ad fontem qui ascribitur in Rebecca, & Eliseus sal misit in fontem, ut sanaretur aq; & Christus sua sapientia sanauit infirmitatem scientiarum secularium & omnium populorum, & in horo sponsæ fons signatus est. Et abundantia terrenorum signetur signo Christi, ut omnia cū in usum proueniunt, signentur nomine sancto eius. Et ipse Christus fons uenit ad fontem. Fons quidem est, inquit querulando Ieremias de populo Hebræorum: De reliquerunt me fontem aquæ uiuæ, dicit dominus. Fons aquæ uiuæ Christus, nec aliunde prouenit hominibus aqua uiua, nisi ex ipso proueniat. Igitur sedet ad fontem, commutaturus aquas mortuas in aquas uiuas, ad quas omnes sitientes iam per prophetam inuicauerat: Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, proptere & emite. Sedet super fontem aucupator nouus, aucupium. Sequitur:

Venit ergo mulier de Samaria haurire aquam.

¶ Venit nescia quid futura, sed nouerat qui expectabat, qui eam prædestinauerat quā uocauit. Venit haurire aquam de fonte terreno, sed in modico hauritura erat aquas in gaudio de fontibus saluatoris: uenit ad fontem aquæ, ut sitibunda uolucris, sed mox capienda reti diuino clandestinato in terra humanitatis assumptæ, à quo se non potuit, imō noluit explicari. A diuinis enim retibus explicari, est ad perniciem implicari: ipsi uerō implicari, est à rebus noxijs explicari. Sed antequam aquam hauriat, capitur auis ista: quæ præstitit aures ad uerbum, & cælesti delectata sibi lo, immemoriae potum dedit, iam suse sitis oblita. Fit primum in anima bus hoim, si parienter audiant superne docentē & instruentē, de sup̄is notitia, q̄ sint excedētia sensum: & de pfundioris, quanto periculo suos amatores inuoluāt, quod resiliant ab eis, quæ amorem retrahant, quod se ad superna dirigenda cōuertant. Præuenit ista Iesus in uerbo, anteq̄ hauriret aquā. Nam & Propheta dicit:

Misericordia eius præueniet me: quæ nisi præueniret, nemo illum sequeretur.

Dicit ergo ei Iesus: Da mihi bibere.

¶ Ut scieris gesta texantur: Fatigatus sum ex itinere, quiesco lassus, expectans si quis aquam ad hunc fontem hauriturus accederet. Tu primō, me hic sedente, mulier aduenisti: sitio, oro te, da mihi bibere. Petit q̄ daturus aduenerat, illam irerire desiderans, nō corporis sitim extingueret. Nec enim legitimus potum post omnia etiam potum aquæ ab illa sumpsisse: non sibi curæ aqua illa erat. Et fatigatus ex itinere, refri gerabatur in animæ potu, non in illius aquæ haustu. Inter sessionem Christi & illius mulieris aduentum, discipuli abierant in ciuitatem, ut cibos emerent.

¶ Erant enim in regione ab eis extranea, in q̄ nec quæstu potuissent inuenire uictū, quia Iudæi & Samaritani binuicē discordabant: nec ob hoc paupertati Christi & discipulorū eius fiat ab improbis & euangelij calumniatoribus aliqua impostura, quia denarios habebat illud sacrum collegium, quibus in alienis partibus emerent fulcimenta uitæ, non ad uoluptatem & per excessum, sed ad necessitatem & ordinatissimum usum. Et illa pecunia si quæ erat, nō multa credenda est, nec ex artibus aut ex commercio seu de bonis hæreditarijs, aut de possessiōibus seu ex censu aliquo, sed de quæstu aut libera uoluntate afferentium prouenisse. Christus nihil sibi uendicauerat in proprium. Apostoliceiam cuncta reliquerat sequētes Iesum, non tam pedibus, q̄ moribus illum ad possibile imitares. Multi philargyrici post Christum fuerat Christianitatis caractere insigniti in ecclesia dei, sine intermissione succedentes: quos aliquos ego uidi, concertans cū eis magna cōtentione uerbos: qui, ut eorū auaritiā & philargyriam pariter palliarent, Christo & collegio sancto eius diuitias & rerum proprietatem ex uerbis euangelicis, non sanè intellectis, neq; ter apponebant: quod ita perperam dixerim, sicut dicere Christum indecentia & incomperetia sibi ex uitio posse committere. Et ex hoc loco scripture, q̄ discipuli emerint cibos, & ex loculis Iudæ conati sunt proprietatem re: tēporaliū in Christo discipulis eius astruere, nō intelligentes proprietatem nature conditæ, nō uitariæ, in qua dei filius humanitatē assumpsit, & proprietatem legis quæ propter præuariatones posita est, sibi conuenire non posse: sed mentita est iniquitas eis, & euauerunt in cogitationibus suis, cum oim diues, propter nos factus egenus existerit. Sed reuertamur ad ordinem re gestæ. Petens Christus aquam, nō accepit, sed ad quæstionem ab illa inuitatus est.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me potes, quæ sum mulier Samaritana? Non enim contuntur Iudæi Samaritanis.

¶ Ecce em̄ didascalatio & aucupatio cœptæ sunt. Aspectu, loquela, gestu, habitu, Christus apparebat de genere Iudæorū, qui differebant à Samaritanis, quanq̄ Iudæi & Samaritæ ab uno patriarcha Iacob descēdissent. Contemplatur mulier uirum, in admiratione facta, & cur sibi potum quærat interrogat, non designata hominem, sed admirata petitionē. Erat enim homo Iesus, insigne quid in suis actibus & sermonibus gerens, ut nemo nisi superbus & curiosus, ut Herodes, aut inuidus, ut sacerdotes templei, pharisæi & scribæ, ipsum designarentur. Proinde hæc mulier nō aspernata uirum, sed anceps in petitione interrogat, dicens: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me potes, quæ sum mulier Samaritana? Hic interpretationis nominū propalanda sunt, qm̄ in intelligentia sp̄iali Iudæa & Samaria satis conueniunt. Illa confessio interpretat, ista custodia: illi confite res, isti custodes. Confessio & custodia in proprietatibus suis, pro speranda uita in agenda conueniunt, magis quidem necessariō requirunt. Sed ex alijs apparentibus causis erat suborta discordia. Fortassis in p̄sagio futurorū, nescia facta est ista mulier, ut interrogaret Iesum, si iam tps̄ reconciliationis adesset, q̄ Iesus aduenisset inter discordes celebraturus pacem.

Respondit Iesus, non ad mulieris interrogata, ut rationem suæ petitionis ostēderet, sed ad interroganda, cum prius eum mulier interrogare debuisset quis esset, q̄ asserere q̄ Iudæus esset, ac etiam obijcere in concitationē utriusq; gentis, quasi q̄ nec ab ea debuisset aquam expetere. Proinde ad interroganda saluator respondet, illā incipiens erudire & suis illaqueare sermonibus uelut auem, dicens:

Si scites donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.

¶ Conditionaliter loquitur: ergo excusandus est nesciens: Concesserim, si erudienti deest omnino facultas, sed nec immunis à culpa, si potuit erudiri. De scientia infinitæ rei dominus hanc mulierem causare uidetur, ac suum improbare colloquiū, pro eo q̄ nesciuerit donum dei, similiter & datorem. Infinitus est deus, infinitus est donum eius, qd̄ propriè dicitur sp̄s sanctus. Per omnia quidem donator, & donum æquantur. Quis hominum aut etiam angelorū scire potuit quid sit deus, quid uerō spiritus sanctus? non aliud q̄ deus pater in substantia, q̄ uis alius in persona. Vnde igitur ista scire potuit donum dei? unde cognoscere filium donatorem? Inquit certus propheta: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & nō potero ad eam. Et lucem habitat inaccessibilē. Et ad lob de cognoscendo deū impossibilitate, h h h iij

Psal. 138.

I. Cor. 6.

Iob. 11.

dictum est: Forsitan uestigia dei comprehendes, & usq; ad perfectum omnipotentem reperies. Excelsior caelo est, & quid facies? Profundior inferno, & unde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Quamobrem nec ista mulier nec aliquis reprehendi potest, si omnipotentis dei scientia caret. An forte quia de se loquebatur, dicens: Et quis est qui dicit tibi, da mihi bibere? Sed non de homine puro: neq; enim ut homo, diuinorum donorum poterat esse largitor. Si de se ut de deo afferebat, incognoscibilis est ab homine deus. Fortassis de scientia fidei causanda erat, qua carebat. Excursatur legitime, qm fides ex auditu, auditus aut per uerbum dei. Quomodo audient sine pdicant? Quomodo predicabunt nisi mittantur? Quis istam erudiuit in fide? Quis eam donis diuinis instruxit? Quis eam docuit de dei filio humanato? Quis ad aquam uiuam ipsam uerbis allexit, ut expeteret ab habente, ut requireret a datore? Sed Christi locutio de scientia inuita toria erat ad scientiam: & nominans aquam uiuam, ad sciendum quae & a quo esset, alliciebat eam: & saragebat ab ea cognosci, q dignitas erat de foemina pro mulieribus & hominibus nasci: & seriose tendebat in illam, qua no uerat illico sua discipulam & euangelista fieri.

Mouetur mulier auditu uerborum, & uiua delectata aqua. Atq; haec fitat in uerbis, qd quae audit talia pferent, solum esse hoem cofpicat. Tota sistit in sensibus ex naturali more, ac etia ex arte cudit argumenta respondendi. Vellet protinus aqua uiuam, quia ueri & optimi huius appetitus naturalis omnibus datus est: Per huiusmodi arguens respondens inquit, & iam in humilitate facta, uelut bonitatis serua futura, reuerenter dnm uocat, quem irreuerenter nuncpauerat ante Iudaeum, dicens:

Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aqua uiua? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum hunc: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?

¶ Verba Iesu non displicent mulieri, sed de aqua uiua, ne dare possit, undiq; conglobatim sibi occurrunt argumenta cotraria. Nam fons erat fundens naturaliter aquam, & naturaliter aliquando fundere aut non aequae desistens, ut pluribus experientia monstrat. Puteus erat ex arte ad terrae inferiora defossus, nec artificium hauriendi erat in manu Christi, & uere altus erat ex inferiori & interiori terra ad superficiem usq; confurgens: & compositio noui hominis ad priscum patriarcham Iacob, a credulitate aquae uiuae, huius mulieris animum refrangebat. Sed nec cum Iesu, qui dei est filius atq; uir uis, ex natura, ex arte, ex quacumq; compositione priscorum, praesentium & futurorum, etiam

& angelorum, contentiose differendum est, qd super omnia praefat omnia omnipotens. Vt autem his, qui de Iesu similibus disputauere sententias: quem si haec mulier per fidem nouisset, utiq; tacuisset. Sed erudienda erat didascalio more, cum inuenisset quem interrogaret, & a quo responsa susciperet, & interrogata, responsa donaret. Haec mulier Christum ut purum hominem contempletur, cum miratur ex nouitate loquendi, & ex alta largitione Christi suspeditur animus eius: supra intellectum enim suum Iesu uerba resonabant in animo audientis, si aquam uiua esset possibile inuenire. Verbum admirabile, uerbum delectabile, uerbum desiderabile aqua uiua. Proinde satis perdoctentur quirit obijciens ad pollicitationem: [Domine, neq; in quo haurias habes,] si ex isto puteo seu ex alio aquam uiuam haurire tentares. Nonne ista mulier attollebat in superis, unde aqua uiua descendit: sed quid de terris aut locis inferioribus ascenderet, aut ueniret. Falebatur quidem, sed uerum nesciens loquebatur cum diceret, neq; in quo haurias habes, scilicet situlam aut instrumentum aliud hauriendi. Contemplandus uerbum: Nam ueritate plenum est, cum Christi arte humana, neq; instrumento peritia hominum edito, sua dona pollicebatur, neq; donabat, neq; hauriebat ex terris defossis gratiam & gloria largiturus, sed de superis unde descendit. Vt homo agebat, doceret, informabat hominum mores, patiebat appositae poenalitatis. Vt deus uero, gratia porrigebat, & daturus in tempore promittebat & gloriam. Vigilans uerbis, [neq; in quo haurias habes.] Ad defectum ascribebat illi homini: Christi Samaritana mulier, quod cedebat in superis altitudinem potestatis: quoniam si instrumentum deficiebat humanum, aderat omnino diuinum. Necnon & obijcit altitudinem putei, ad cuius aquam non perueniret corporis manus, no habito instrumento: [Et puteus altus est.] Sed no homo, tamen altior deus. Sed attendendus loquendi modus. Si aliqua terrae profunditas a superiore parte, scilicet ab ore ad inferiora descendendo mensuretur, dicitur: Locis profundus est, siue puteus, siue quodcumq; uoraginosum, siue defossus. Si uero ab inferiori parte ad superiorem ascendendo mensuretur, altus appellabit locus ille. Sic dictum legitur, puteus altus est, ita qd aqua usq; ad os putei non ascendat, sed in profundo iacet. Et tu neq; in q haurias habes. Nescia, ut asina Balae, ueritatem fatuit, dicens: puteus altus est. Sed ad intelligendum intellectus altus exquirat. Si puteus altus est, ut ad hauriendum opus sit instrumento, ergo aqua in profundo iacet. Totus mundus uelut unus est puteus, & abyssus impenerabilis, cuius aqua nostris affectibus no aequat: quia nihil est in hoc mundo, qd satiare aias hominum possit, q sunt factae ad de-

Proinde mulier rationabiliter inferit: [Unde ergo habes aqua uiua?] Seculum hoc nequa protinus illa caret. Sub caelo no est, si a sursum usq; ad deorsum, si ab imis usq; ad summum cuncta perquirantur, non est aquam uiuam ad satietatem hominum reperire. Et si patres nostri praeferat aquam uiuam neumodolibet potuerunt inuenire, quibus tu maior meis obtutibus non appares, unde ergo habes aqua uiua? Sa gaz mulier tot Christo Iesu obiecit, inquirendo unde sibi uiuam polliceretur aquam.

Cui respondit Iesus, & dixit ei: Omnis q bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, no sitiet iterum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uita aeterna.

¶ Omne quod mulier Iesu obiecerat, ipsa sua responsione confutat, uidelicet qd aqua sua no ex uenis terrae procedit, no iacet in profundis puteis, non reperitur in fontibus, non hauritur situla, corporis ore non sumitur, & sitim extinguit bibentibus in aeternum. Acli diceret Iesus ad mulierem: Non mihi opus est instrumento hauriendi aquam uiua, quae in puteis altis terrae non iacet, ut bibendi experientia pandit: quia omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Et tu plures bibisti, & iterum sitibunda uenisti: & quot bibunt praesentes, & quod biberunt prisci, nunquam sunt aut fuerunt una potatione satiati: sed aqua mea sic bibitur, ut nunquam ulterius sitiat. Aqua quam ego dabo, non quae de isto puteo aut alio fonte haurienda est: sitim auferit, de fonte procedit aeterno: infunditur, no hauritur: supinato bibitur ore, non in terra uerso: non poratur in uase, sed in aeterno fonte, qm apud deum est fons uiae. Aqua ista bibentibus fit fons aquae indeficientis atq; salientis in uitam aeternam, ubi nulla ratione sititur. O quanta benignitas largitoris aquae, q nescientibus illa docet, non petentibus offert. Nam diuinae bonitatis fons & suuissimus in alios diffusus est, & hortos & campos quae rit in quos diffundatur: & cum animas quasi arces aspicit terras, quae rit illas irrigare, ut inebriet ad fructum, ut satiet ad profectum. Huius aquae irriguo irrigari Axa agru peribat a patre quae accepit, superius scilicet & inferius.

Est igitur aqua saliens in uitam aeterna, illa spissanti gratia, q qs operat in hac uita opera digna uita aeterna, non in merito illam accipientis, sed in merito dantis: qm ipse qui largitur donum dei, est tota causa merendi regnum dei. Salit aqua quae donatur a Christo: qm sursum agunt dona eius, non ad ima demergunt. Et ob hoc, omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum demittitur, ut sursum reuocet q accepit, & a uita temporali ad aeternam, a mortali ad immortalem, a parte ad tot-

talitatem, a terrenis ad caelestia, eum cui donae potene inducat. Generat aqua Christi Iesu fontem aquae salientis in uitam aeternam. Fontem dicit, non fluiuium siue riuium, qui ex natura semper ad inferiora labuntur: sed contra naturae usum, contra usum scientia non deorsum defluat, sed ascendat, quanq; saepe per artem coangustatam aqua sursum inspiciamus ascendere. Sed nec Iesu aqua humana sursum arte salit, sed supra omnem intellectum, naturam, rationem & artem in superna suum prouehit potatorem. Igitur affectemus hanc inuisibilem & immateriali aqua, quae non est unum de quatuor elementis, quae sup omnia elementa ipsa salit. Intelligamus doctam, accipiamus oblata, bibamus ore cordis, non faucibus corporis, si periclitari sit recusamus. Ad qua Samaritana iam auida facta, sibi a Iesu exhiberi petit, cum ad eum dicit:

Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam neq; ueniam huc haurire.

¶ Apta petitio, quae coformis est liberalitati donantis, ut non id petat quod uelit accipere, sed hoc solu petens accipiat, qd maior dare decreuerit. Iam oblata illius aquae, ad qua uenerat hauriendam, & delectata salubritate illius aquae uiuae, quae offerebatur, petit subiecti uo & humili uerbo: Dne, da mihi hanc quam promittis aquam. Vilescit cuncta terrena, & quasi obliuioni traduntur, cum caelestium placet auditus, & cum ad ipsa erigitur animus. Et quoniam oes uellent carere defectibus & contractis poenalitibus ex multatione facta in nostra radice, nec etiam uellent subiacere laboribus: proinde ista mulier haec duo supponit in causam, cum promissam appetit aquam, s. ut non sitiam, neq; ueniam huc haurire. Defectus naturae siue poenalitas, est causa sitis. Et itinerando humanum corpus animo laborat, ac etiam fatigatur, qd euenit (ut assertum est) in Iesu, qd esset ex itinere fatigatus. Iam ista mulier affectabat beatitudinis partem, amplius sitire nolens, & quietem cognouerat esse bonum, cum uelit ab itinere & laborando desistere. Sed necdum nouerat unde aut quomodo ista pueniat, & duntaxat pro corpore, non pro anima talem querebat aquam: & pro tempore q modicum uictura erat, no pro aeternitate ad qua Christus ipsam & omnes uenerat uocaturus. Videbat ista quodam naturali affectu, sub q quicquid bonum atq; optimum & perfectum est, carit: sed intellectu, ratione & ordine desiciebat, quamobrem dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc.

¶ Mirum sciolis & inaduertentibus uidetur, cum Iesus dixerit mulieri, uoca uirum tuum, cum ipsa iam quinquies uirum exiterit, & omnibus praemortuis in adulterio seu fornicatione moraretur, quomodo indicebatur, uoca uirum, quem

Christus ipsam non habere sciebat. Sed si per spicaci mente Christi facta & dicta scrutamur, & ad quid istam mulierem, & modum quo ad cognitionem veri trahere satagebat, sic cū ista muliere penitus agendū fuit, ut paulatim erudiretur, & quōd in Christo aliquid insigne cognosceret, quōd plus q̄ homo esset, & homo supra hominem ab ipsa cognosceretur, & fidē praeferat dictis, quae supra cognitionem ceterorum hominum uulgabantur, & alligaretur fide pro assertionem gestorum, quae dictis & diuinis inductionibus retinebat. Quam ob causam Iesus dixit: [Vade, uoca uirum tuum,] ut ex responsione audiret, quā uis sciret, non habeo uirum, ut ex his quasi prophetice ad illā inferret: Bene dixisti, non habeo uirum: quoniam enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir, ad hoc, ut tandem haec in eū intenderet uelut in prophetam, dicens:

Domine, uideo q̄a propheta estur, ut in Messiam & omnium saluatorem. Passim paulatimq̄ Iesus istam mulierem docendo traxit, trahendo docuit, & uelut auis potabunda ex aqua cœnosa, clariorem inueniens, aspernaret illam, & nobiliore delectata, more aucupatio co ueniret in praedam.

Sed ista in apologiam praediximus. Igitur ad rerum ordinē reuertamur: [Dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuum.] Ut in altiore trajectu sensum, caput mulieris uir. Si acephala nō es, uoca caput a quo regenda es. Si uerō existis acephala, non sunt tibi huiuscemodi diuina dona dei. Respondit: Acephala sum, non habeo uirum. Laudat illam bene dixisse Iesus, q̄ falsitatem non submisit, nec ueritatem negauerit: [Bene dixisti, non habeo uirum.] Non illam blandiendo laudauit, sed quia simpliciter falsa sit ueritatem, q̄a uirum non habebat. Et declarauit illam Iesus non tergiversasse in causa, adijcens: [Quinq̄ enim uiros habuisti, & nunc quē habes, nō est tuus uir.] Non est ista similitudo neq̄ parabola, sed sic res gesta extiterat, q̄ q̄nq̄ uiros legitimos habuit ex lege naturae atq̄ Moisaicae, quibus cōdebatur pluries matrimonio copulari, sicut ex lege noui testamenti nullae numerosae damnant nuptiae, cū melius sit nubere q̄ uri. Et illo in tunc, adhæserat fornicario more cuidam uiro, non legitimo matrimonio copulata. Et huius confessionem sceleris Iesus exquirebat ab ipsa tacite, sed melius expressit, cū cautela solenni atq̄ laudabili, confessionem astruit fieri criminum, ante q̄ diuina beneficia largiatur. Et ad sacramenta ecclesiae de nouo cōcedenda Christus intēdebat, cū confessionem p̄ire suadet, ante q̄ absolutionē criminum & uirtutū gratiam p̄ter. Sed contempplada occurrit nobis nostri saluatoris benignitas atq̄ prudentia, ex eo quōd istam mulierem

puocet ad confessionē, & quae & illa prodgat. Ne confiteri uerecundia suffundat, pollicetur aquā uiuā, quam delectata & affecta petit. Cognoscit illā Iesus fornicariā & pellicem esse, q̄d illa modici aut nihilipendēs, sui facinoris nō bene conficia, cum audacia petit aquā. Non exprobrat eam Iesus aut obiicit in facie fornicarium malū. Talis es, aqua huiusmodi nō es digna: sed honeste illā alloquit, ad confessionē trahēs: [Vade, uoca uirum tuum.] supple, si habes, ut nō habere uirū necessariō mulier fateretur, & post confessionē sceleris, erudiret ad fidē diuinae cognitionis. Et laudat Iesus hanc confessionē, ut inferat absolutionē, ut praestet fidem, inducat in uirtutum debitā actionē, & securus facinus fateatur, eam de ueritate cōmendat: [Bene dixisti, quia nō habeo uirum.] Et q̄d omnino reiebat, sibi Iesus nō exprobrando, sed rememorando aperuit. Quinque uiri fuisse, & nunc quē habes, aut qui habet te, non est tuus uir.

Hoc uerē dixisti.

¶ Praeuenit summus sacerdos & p̄t̄ifex animā peccatricē, quae stabat ante eum, & praedixit tibi q̄ illa non p̄debat p̄t̄m. Nunc quem habes, non est tuus uir, ut eam ad poenitentiam animi puocaret, & q̄ resilliret a scelere, suamq̄ animam oēm q̄ uitam in meliora mutaret. Sed nec omnibus sacerdotibus sic competit facere, ut peccatū consentientis, etiam sciens in facie peccatoris aperiat: sed prudenter sibi suadet confiteri, nisi animo reprehenderit sibi peccatorē in confessione subiectum, erubescencia, timore imponendae poenae seu obliuione detineri, tunc piē more Christi p̄ueniat consententē. Ecce q̄ omnia in ista muliere praeter intentionē celebrata sunt, sed non praeter intentionē Christi: nam illa nō ista de causa uenerat, ob quam Christus super fontem fatigatus insederat.

¶ De disputatione uerae adorationis in aduentu

Messiae, secundum Iohannem solum.

Capit. II.

Quam occultū & p̄t̄m tacitū mulieris sibi dñs reuelaret, nō dedignata, non stupescita, sed in religionē subito cōuersa est, ad meliorem fidem & ad utilem inquisitionem.

Dicit ei mulier: Domine, ut uideo, propheta es tu.

¶ Vnde uidebat, q̄ fide ad quam tāta disputabat, illam Iesus induxerat. Videbat ista per fidem, Iesum esse uidentem, propheta, uides dicitur. Ambo uidentes, illa in fide, Iesus in uirtute: illa a uidente praetisa, ut uideret. Vidit oīa uidentem, qui ab aeterno illam prauidit, & in tempore staturo illam fecit esse alē uidentem. Nec eum magum aut diuinatorem, seu ipm appellauit terrena sapientem, sed religioso nomine dixit, te uideo esse uidentem: & dignum duxit, cum uidente alta tractando uidere, ne

ociosum tantum fuisset alloquium, in magna prudentia facta, ut cum tanto uiro quem credebatur uidētem, nollet de corporalibus, sed de spiritualibus disputare, non ut amplius peteret aquam, sed transiret in lacrimam, & maiori religione innixa, quaestione altā inquireret, dicens:

Patres nostri in mōte hoc adorauerūt, & uos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet.

¶ Erat protinus ista contentio & disceptatio inter Samaritas & Iudaeos de loco adorationis atq̄ orationis, ab eo tempore quo schisma celebratum est sub rege Roboam filio Salomonis. Et huic mulieri pius erat affectus, quae de cultu uerae religionis inquirebat, & in bonis moribus subitō facta est, ac omnibus posteris honestam conuersandi & loquendi tradidit formam, ut cum uiro religioso de religione, cū sancto de sanctitate, cum honesto de honestate, cum sapiente de disciplina & doctrina, cū bono de bonitate tractandum sit. Neq̄ scioli atq̄ ignari ocio tempus tradant, atq̄ sterilibus uerbis loquantur cum his a quibus possunt utiliter erudiri. Et utiq̄ de muliere huiusmodi alterius pellice mirandum, q̄ tam cito intravit in theologiam, cum loqueretur cum Iesu. Sed ille qui sibi loquebat ad aurē in sono uocis, inserebat interius mentem uisionē diuinā uirtutis. Et qm̄ quaestio alta erat, altiori erat responsione soluenda: & obscurū dubium, lucidē declarandum. Ad cuius perceptionem, mulieris intellectus adhuc inualidus erat: nec poterat hoc q̄d m̄dendū erat, naturali aut humana ratione ostendi. Quā obrem Iesus ante q̄ quaesitū enodet, hanc mulierē inuitat ad fidē, dicens:

Mulier, crede mihi.

¶ Veluti diceret, si quod per prophetam extiterat dictum: Nisi credideritis, nō intelligetis. [Mulier crede mihi] te docēt, tibi respondēt: qm̄ nisi praestiteris fidem, non intelliges responsionē. Fidem p̄habere oportet ad intelligendū altitudinem diuinorū: non enim humano usurpant intellectu, neq̄ naturali ratione capiunt. Declarat quaestum Iesus, si fides praesto est.

Veniet hora quādo neq̄ in monte hoc, neq̄ in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est.

¶ Renouationē agendae uitae saluator enunciat, cum laetiae cultum trāsferendum dicit ex locis, non autē fiendum in locis. Vbiq̄ deus patet in circumscribilibus est, ubiq̄ adorari potest. Adoratio uerō locum p̄cipuum non requirit, terminato situ non indiget: quoniam sine situ deus adorandus omnibus praesidet, nō plaga orientalis aptior, non magis competit occidentalis, non arctos neq̄ melembrā, non mōs,

non uallis, non ima seu alta domus, non templum deo dicarum, non inhians cāpus diuinae laetiae conferunt, ut deus pater descriptione loci adoretur. Ex hoc dicitur mulieri: Veniet hora, quando neq̄ in mōte hoc, scilicet Garizin, neq̄ Hierosolymis in templo adorabitis. Semper fuit ab eo, q̄ tempus cū creatura rationali factum est, hora qua pater adoraretur adoratione uera. Nam Adam, Abel, Enoch, Noe, Thare, Abraam, Isaac, Iacob, Ioseph, Aaron, Moyses, Iosue, Samuel, nondum factō Hierosolymis templo, nōdum factō schismate in populo Hebraeorum, & post innumerabiles extiterūt, qui adoratione uera, praeterquam in templo & monte, in ueritate deum adorauerunt. Quae igitur est ista hora, quam nunc quasi nup̄ dicat aduenisse Iesus: Sed pro illis differētibus populis loquebatur, quorum unus tantum habebat Moisaicos libros, alter & pentateuchum & prophetas, qui ueram scripturarum intelligentiam non habentes, in res agendas cortice uersabant, nō in sp̄tali sensu ubi ueritas luget. Sed haec hora uenit, ut ueritas per dei filium, p̄ spiritum sanctum credentibus dandum, in cordibus hominum declararetur, qua pater oīm deus uera patria colatur. Quod autē improbat Samaritae nescientiam, & commendat scientiam Iudaeorum, q̄ ex eis salus est, in id tendit, q̄ Samaritae non habebant aliam scientiam q̄ Moisaicam, sed Iudaei prophetica, & Christum in carne uenientem & docentem, quam q̄ ipsi eum non cognouissent. Sed Christus tāquam Iudaeus carnali traduce, pro Iudaeis respondit, q̄ scirent, & quomodo & ubi deus adorandus esset, ex quibus erat salus, non q̄ omnes saluarentur, sed in eis ipse Iesus omnium salus existens, & causa & uia & forma illam promerendi, & cognitor saluandorum natus erat. Non est salus ex Iudaeis, seip̄os aut alios saluare ualentibus: sed ideo ex Iudaeis salus, quia ex ipsis natus est Christus, qui de adoratione uera illā instruens, dixit:

Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.

¶ Hora declarandae ueritatis nulla fuit, nisi quando Christus in mundo praedicaturus apparuit: sed hora uenit, quando Christus in ea uenit: & nunc est, quia tunc aderat plenitudo temporis, ut ueritas laetiae panderetur. Veri adoratores ad adorandū non eligunt locum, uelut ex situ hoc aut illo adoratio uera consisteret. Illocalis, nō adoratur in loco, adoratio quam exigit, non agitur gestu corporis, quod locum ad suas actiones inquirat, sed spiritu. Sic in interiori homine agitur: Corde creditur ad iustitiam, fide scilicet qua iustificamur. Fides inserta cordibus hominum geniculat ante deum,

ipsa sibi confitendo tribuit illum honorem & reuerentiam, amorem, timorem, illam omnipotentiam ineffabilem, sapientiam infinitam, bonitatem incomprehensibilem, eternitatem, immensitatem, omnem uirtutem, illam efficientiam per se sufficientem, a nemine perturbabilem, & omnia illa soli regi deo immortalis & inuisibili duntaxat competentia eo incomprehensibili iure, quod alicui creatorum conuenire non possunt. Spiritu per spem ascenditur in eum, cum desperatione omnium ab ipso factorum, in interioris hominis spiritu spes est, quae supercaelestem, caelestem & subcaelestem omnem creaturam postponit, quasi nihil ipse dedit, in illo, cum illo, de illo beari, non per alium sperans, sicque ipsum anima nostra colit, sicque ueneratur, sicque adorat. Non in corpore, non in loco, sed in spiritu charitas ipsa consistit, quae ad hoc suum prouehit possessorem, quod sic deum patrem colat, adoret & diligit, ut non solum omnia extra se, uerum etiam & seipsum propter deum contemnat. Vera dei laetitia non in actu corporis, non in aptitudine aut operatione locorum, sed in intellectu per fidem & spiritali actione consistit. Et in illa irrefragabili ueritate quam facit in colendo deum, omne locale, temporale, corporale, uisibile, sensibile, perceptibile, fabrilis, narrabile, scriptibile, fungibile, comparabile, fallibile, uariabile, mutabile, subiectibile, subiectibile, mixtibile, percurrabile, indiligibile, perturbabile, uiolabile, poenale, miserabile, quomodolibet defectibile aut miserabile seu indigibile, & quodlibet ceterum ab ipso abscinditur, & ascribitur omne quod summum & unum & uerum bonum decet esse siue agere, ista porro est ueritas, quae pater omnium deus adorandus est, quae omnes similitudines, imagines, opinionones, haesitationes ab ipso penitus pulchellit.

Nam & pater tales quaerit, quae adoret eum.

Tales, quales ipse interiores & inuisibiles spiritus fecit.

Quia spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare.

Spiritus deus est, ergo simplex & incorporeus est, & ad hanc similitudinem & imaginem hominem fecit, prout erant similitudo & imago a deo donandae, atque a creatura pro capacitate suscipiendae. Neque substantia separata, neque anima unita corpori, aut a corpore segregata, in illam incorporationem & simplicitatem diuinam potuerunt assumi; neque ipse qui condidit, potuisset assumere. Sed quantum exigit id quod datum est in laetitia, deus pater illos talesque regit, qui cum in spiritu inuisibiliter, intellectualiter, ardentem, amabiliter, contemplatiue adorant, in simplicitate cordis inquirant, quia simplex est: sine compositione aliqua uenerent, quia incorporeus est. Spiritus deus non delectatur corporali la-

tria, si spiritualis desit: quae si ad sit, in illam potest requiritur: quoniam intellectu, affectu, inuisibili memoria, timore iucundo, & interiori ordinatisque uisceribus colendus est deus. Et eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Sic oportet, quod non aliter, nisi taliter. Si quae uero in scripturis inueniuntur adorationes ab hominibus exhibitae angelis, ut Abraham fecit: ab homine homini, ut Iacob fecit. Esau, salutationes oris aut reuerentiae gestu corporis, non adorationes ex laetitia fuerunt. Et quoquo modo inoleuerit adorationis uocabulum, siue fiat uirgini, theotoco, siue angelis, siue sanctis, mente, uerbo, siue ipsorum imaginibus, gestu aliquo corporis, non imaginibus ut sic editae sunt, sed eis quae per eas uelut per quaedam signa signant, non oculis, sed mentibus adoretur: non adoratione quae deo patri competit, & Christo filio ratione deitatis, sed illa reuerentia, quae decet uenerari sanctos ratione sanctitatis atque uirtutis. Potest autem temporale excludere mercedem & omnem contrariam opinionem, spiritus & ueritas ipsa referri, ut diuinae laetitia siue cultus non aliud quam ipse deus qui colitur, in praemium inquiratur. Non uisum est huic mulieri satisfactum ad inspectionem eius: tendebat enim per fidem expectationis in alium, quae credebatur esse maiorem, scilicet in Messiam, qui ab utroque populo, Iudaeorum & Samaritanorum, uenturus pariter sperabatur. Credebat iam ista mulier Iesum tantum esse prophetam, Messiam uero magis aliquid pendebat, existimans maiorem constare uirtutis, & sic plerumque in animo scire quaerentis, aut fidem habentium in alijs, quod fides adhaerens maiori, demittit in minori. Sicque ista mulier dicit:

Scio quoniam Messias uenit, qui dicitur Christus. cum ergo uenerit, ille annuntiabit nobis omnia.

Velut si ueraciter loqueretur: Placent mihi dicta tua, sed Messias qui uenturus est, quem credo uenturum, ista nobis melius declarabit. Huic mulieri absolum uidebatur, quod de monte ac de templo remoueretur adoratio dei patris. Incapax adhuc erat animus eius ad spiritum alia capiendam, exterioribus actibus tota stabatur, sicque fuerat praedicta, sicque consuetudine roborata, sicque confirmata multitudinem populi sic ageris, difficiliter auellitur error, qui longa doctrina & consuetudine & multitudine roboratur. Sic Iesus qui coepit istam instruere, amplius non finit errare, qui eam uenerat accipere. Nam in reuerentiam suis sermonibus, recedere non permittebat, prout diceret: Mulier, ideo mihi de datae sponse non credis, inhaerens fidei potioris, quem credis uenturum Messiam. Disiice hanc fidem, quod ipse sit melior, non ipsum speres, non ipsum expectes ut ueniat: profecto iam uenit.

Ego sum qui loquor tecum.

Magna dignatio saluatoris, qui ad unius mulierculae meretricis, se in notitiam dedit. Quid igitur est homo, quia innotuit ei? Confundantur superbi de eo quaerentes, concionantes & disputantes, quoniam cum simplicibus sermone cinatione eius. Et alibi scriptum est: In simplicitate cordis uestri quaerite illum; quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem his qui fidem habent in illum. Dicitur uero innotescitiae spem, ne ulterius Messias expectaretur esse uenturus, iam uenerat, sed ipsis expectantibus incognitus erat. Effecit in anima fidei scientiam, ut mulier ita crederet, generatitium rerum temporalium obliuiscerem; nam nec ista mulier hausit aquam, & fecit euangelistam, euangelizauit enim suis conciuibus Christum, uera facta Christi discipula, capta uerbo, fide, amore, in pollicitatione aequae sapientiae salutaris.

De regressu mulieris Samaritanae in ciuitatem ad euangelizandum Iesum, et quis fructus sit ex praedicatione secutus, secundum Iohannem solum.

Capitulum III.

Vis capta in rebus saluatoris, se irretitam gaudens, festinans alios inuitat ad laqueum: quo illa quae ab omni alio malo nexu dissoluitur, & obliuiscitur eius quod factura uenerat. Non haurit de puteo aquam, aliam ex caelo susceperat: non haurit aquam corporis, mente potata est. Non refert hydriam plenam, impleuerat diuinis sermonibus animam: reliquit hydriam, quia perdidit concupiscentiam, iam curam, carnis amiserat.

Nam reliquit mulier hydriam suam, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & uidete hominem qui dixit mihi omnia quae cunctis feci. Numquid ipse est Christus?

Non portat aquam, relinquens hydriam: sed de aqua gratiae quam acceperat, in alios refundebat. Et hoc signum si diligenter Christus, quod is qui diligit, in eius amicitiam alios trahit, & fetet corporalis obliuiscitur actionis, & diuinis theorijs occupat mentem, & spiritalibus exercitijs omnem corpoream dedicat actionem. Miris modis Christus agit in animas, quod tam cito auertit a seculo, & in rebus inuisibilium amorem transformat: conuertit impios, & non sunt in illis affectionibus, in quibus prius erant: desipiunt terrena conuersis, quod non conuersis ante sapiebant. Gustantibus caelestia, immanon sapientia fit inuitatorium Samaritana mulier, & suos conuocans inuitat ad Christum: Venite & uidete, quoniam ego accessi & inueni, & uidi & audiui non solum per doctorem, ut hominem loquerem, sed uelut prophetam occulta uidentem. Dixit enim mihi omnia quae feci, igitur uenire & uidete uidentem. Numquid ipse est Christus? Messias scilicet, quem omnes communiter expecta-

mus. Non audeat adhuc assertiue dicere ipsum Christum, quanuis credidisset illa hora quod sibi dictum extitit. Ego sum qui loquor tecum. Non enim in uanum illud uerbum. innotescitiae fuit effusum, sed paulatim suggerit, ut credat in eum, sub dubio uerbo, non dubia mente proferens, nunquid ipse est Christus? Bonum est, hominem hunc in deum in nostris terminos uenientem, experiri quis & qualis sit ipsum prophetam, id est, uidentem esse cognosco. Igitur & uos uenite, & uidete quis sit aut qualis: fortassis ipse Messias, quem omnis populus Iudaeorum omnino uenturum expectat, praestatur fides dictis, commouit homines feruens & perita uasio mulieris.

Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quae cunctis feci. Cum uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant: Iam non propter tuam loquelam credimus. ipsi enim audiuiimus, & scimus quia hic est uere saluator mundi.

Venientes Samaritani ad Christum, aspiciunt eum, laetantur & admirantur nouitate personae. Mirabilis & spectabilis erat Iesus, etiam contemplatione aspectus corporis. Audiunt eum, & magis stupent nouitate uerborum, quaerunt habere domesticum huiusmodi peregrinum, offerunt hospitium ad manendum, rogant ut maneat, uelut ab ipso erudiri cupientes, & seriosius sentire de nouitate doctrinae. Assentit Iesus rogaminibus pijs, praestat seipsum petentibus, non dedignatus petentes, quos uenerat erudire atque accipere per accipatam in suis sermonibus auem: manetque cum eis duobus diebus, qui per eum nec ociose transire decursu, cum eos quotidie docens insisteret, sed uelociter currebat sermo eius, & penetrabat intima cordium, & efficiebat in animabus audientium, non omnium, sed multorum, ut fides infunderetur ad credendum, quae mundo aperuerat diuini mysterij nouitatem, & uenisse credere tur Messias, qui uenturus expectabatur a populo. Vere uerbum quod egressum est in illa ciuitate de ore Christi, non est reuersum ad eum uacuum, secundum uaticinium Isaiae, cum multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius, quam propter uerbum mulieris: quoniam uiuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipit. Sed nec mirum, si plures commouit ad fidem uerbum immediate a uerbo, scilicet, uerbum cructuatum a uerbo in-

Isai. 55.

Heb. 4.

carnato, quam neophyte mulieris, quanuis p̄dicato ribus credere, altissimæ sit uirtutis & p̄mij: quod mulieri dicebāt Samaritæ, credentes quod non propter eam, sed auditu & uisione crediderūt, quod cedebat ad abundantiam pietatis, non insultando, sed illudendo uotis: ipsi enim audiuius, & scimus, quia hic est uere saluator mundi. In omnibus bonis, diuinis & humanis, temporalibus & æternis, plus placet rei experientia, q̄ auditus. Illa certitudinem habet, iste fidem, quanuis ipsi Samaritæ nescirent uera certitudinem Iesum esse. Sed ampliori modo & adhesionem maiori adhaerant Iesu uiso & audito, quod saluator mundi esset, quam ex mulieris uerbo didicissent, uelut si quis aquam cuiusdam clarissimi & abundantissimi fontis ex remota parte gustasset in riuo: deinde factus in fide fontis ex riuo descendente, ipse uersus fontem ascenderet, ex quo subundus ori fontis ap̄posito poraretur, ex fonte redderetur certior, potatior, hilarior, q̄ ex riuo. Sic & Samaritæ in muliere uelut in remoto riuo, in Iesu uelut in fonte aquam hauerant & biberant salutarem, ita ut confiterentur eum esse hominū saluatorem. Ad hoc primò & ultimò perducenda est, si fieri potest, oim̄ hoim̄ pia credulitas, ut dei filius æternus, & qualis p̄ oia patri, in humanitate assumpta saluator seculi esse credatur. Hoc miris modis ipse credendus in mentibus hoim̄ egit, & quotidie agit, inuisibiliter p̄mōnens ad uirtutem, ut conferat utilitatem.

¶ **Declaratio, quis Christi uerè cibus erat, cum eum discipuli comedere precarentur, secundum Iohannem solum. Caput IIII.**

Non sit curæ legentibus, de hoc quod p̄positum est, cum ex ordine literæ debuissent interponi inter conuersionem Samaritanæ & Samaritanorum. Sed quia dignum duxi, utrorunq; conuersionem immediatè connectere, hanc apostolorum cum Iesu disceptationē libuit posterizare, quæ ad magnam informationem agendorū sic cōtexta est: Dum Iesus innotuisset mulieri Samaritanæ, dicens:

Ego sum qui loquor tecum, cōtinuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamē dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea?

¶ **Venerunt continuo discipuli, quia festinè agenda faciebant, nec curabāt sibi à laboribus parcere, ut oportuna perficerēt. Mos enim est uerorum omnium subiectorum, nunquam in agendis moras innectere. Nec explicium est, utrum acceperint cibos ex cōmercio aut gratis, sicut superius dictum est, quod iuerāt in ciuitatem ut cibos emerent. Fortassis quidem, quod sicut interrogatus est Iesus per Samaritanam ad fontem, & appellatus Iudæus, sic & discipuli fuerunt in ciuitate quesiti qui essent, ac co-**

gniti quod Iudæi, unde coacti fuerunt euangelizare. Si discipuli pauperem & egenum haberent magistram, ex pauperibus parentibus narum, rectè docentem, rectè atq; in op̄e uiuentem, & nihil sibi de terrenis opibus seu cōmōdis uendicare, agentemq; in signis & prodigijs pietatis & moribus & doctrinis, supra communem & auditam seu cognitam hominum uitam: quā obrem cognitis discipulis Iesu loqui supra cōsuetum in noua doctrina & sinceritate uerborum, & quod essent in aspectu humiles, mansueti, abiecti, nihil præter quod necessariū est quærentes, nec oblatum accipientes: pium est dare fidem, quod si non pietate, saltem humanitate refocillationem debitam accepissent, ac etiam parate uiam, antequam mulier, ut ueniret ad Christum. Sed nec in incertis est insistendum, quanquam sæpe uerisimilia & pia uideantur, sed in his quæ perspicue facerentur eloquitur. Mirabantur discipuli quod cum muliere loqueretur, non abhorrentes aut damnantes muliebrem sexum, cum quo indignum esset alloquium, nec damnantes Iesum suspitione dignum: sed in tanta familiaritate atq; humanitate dignantem, quod cum una muliere tam familiariter loqueretur. Ex quo sequeret contrarietas quædam, scilicet unde Iohannes scripta ista, si non audiuit. * Forte spiritus sanctus post docuit. Aptius quidem uideri posset, quod aliqui discipulos seu apostolorum remanserunt cum Iesu, euntibus alijs ad emendat. Proinde miratio credenda est fuisse illorum, quod de ciuitate cibos deferentes aduenierant, non illorum qui à principio cum muliere contexti sermonis astiterant. Omnium enim factorum & uerborum suorum Iesus discipulos suos, etsi non oēs, saltem aliquos uoluit esse testes, uelut qui scripturi erant & prædicaturi omni creaturæ euāgelium sanctum eius, & historiam in factis & dictis ipsius ad alios, aliorum ad ipsum. Et in ecclesia legimus fuisse aliquos hæreticos, maxime Manichæos, qui euāgelium secundum Lucam & Marcum noluerunt recipere, quia non uiderunt gesta Christi, sed receperunt scripturam Iohannis atq; Matthæi. Errabāt tamen, quia ex spiritu dei scripti Lucas & Marcus. Attamen non credentes de spiritu sancto, iuste mouebatur istos negare & alios recipere. Quocirca p̄ credendus est omnium factorum & dictorum suorum Iesus de uisu & auditu habuisse testimonium apostolorum & discipulorum suorum. Nam si non omnes, saltem tres secum assumptis transfiguratus in monte, quos etiam, ceteris prætermisissis, testes habere uoluit in susceptione puellæ, scilicet Petrum, Iacobum & Iohannem: quos, etsi non plures, saltem istos secum retinuisse aut uari non indebitè potest, in testimonium tantæ disputationis & inuestigationis tam altissimæ doctrinæ, declaratio-

nisi ueritatis. Nec expediebat, omnes discipulos accessisse pro cibis emendis. Sufficisset enim loculos habens cum socio. Non autem huius sententiæ assertionē inconuincibilem facimus, sed textum declarato supplementum. indiget enim, ad eruditionem tardiorum & rudium, euāgelium supplemento: quoniam scriptis & sacris scriptoribus sententialiter & succinctè historijs, in dictis & factis licitum est historicare & seriare legendibus: duntaxat ad sacram scripturam suppleto nihil addatur aduersum, & absonū ueritati atq; uirtuti. Sed sanius intelligentibus aliori indagacione relicta, ad rei gestæ ordinē reuertamur: Cum mirarentur discipuli, quod Iesus cum muliere loqueretur, [Nemo tū dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea?] Nam non est discipulus supra magistrum, neq; superioratur domino: neq; sciolus, quod fatiat, debet interrogare sapientem. In profunda erant reuerentia discipuli ad Iesum, nec in gestis aut dictis eius in aliquo hæsitabāt, eū absq; iudicio temerario intuebantur, & suspensa in admiratione mente, intendebant in ipsum. Et recedente muliere, antequam multitudo de ciuitate eum susceptura uenisset,

Roꝑabant eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. Dicebat ergo discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

¶ **Ex his parere potest, solum remanisse Iesum & insociatum cum muliere contraxisse dialogum, nisi admirationem locutionis cum muliere, & oblationem cibi & mullationem adinuicem, nunquid aliquis attulit ei manducare, ad eos solos discipulos referamus, quod ad ciuitatem pro cibis emendis accefferant, & non audierant didascalitū morem. Sed hæc credulitate necessaria neq; astruunt neq; subuertit.**

Roꝑant discipuli tanq; hominem manducare Iesum, quem paulo ante cognouerant ex itinere fatigatum. Iesus autem incompatens humanitati, ex toto illi prædominans, eius neglecto cibo, alterius cibi se ostendit esse famelicū, quæ discipuli ex parte nesciebāt: quibus adhuc humana sapientibus, non ascenditibus potiora, declarat quis Iesu cibus sit penitus in uoto:

Meus cibus est, ut faciam uoluntatē patris eius qui misit me, ut perficiā opus eius. Nonne uos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis: Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem.

¶ **Eandem sententiam quam iam duodenis existens, respondit parentibus eum dolendo quærentibus, quod in his quæ patris erant, oportebat ipsum esse, nunc apostolis & discipulis,**

non in cura sui corporis factus, respondet: Meus cibus est, uoluntatem paternam in opere suo perficere. Ac si per lucidè dicat: Quod de corporali cibo me reficiendum intenditis, licet corpore fatigatus existam, spiritus promissus est, lassitudine non tæbescit, id quærit efficere, quod à patre in mandatis accepit, cui ois corporis cura postponenda est. Cessandum est ab alimentis & à competentibus corpori, si faciendi domini uoluntatem oportuna instat occasio. Paternum opus ab æterno præordinatum, nunc in tempore ostensum, est salus æterna creditum: quam præcedit sana credulitas credendorum, recta scientia sciendorū, seu ueritatis inobliquata cognitio: quoniam uult deus omnes homines saluos fieri, & ad agnitio nem ueritatis uenire. Sed hoc mysterium ante secula præuisum, dispositum pater in filio suo unigenito & æterno, ut humanaretur in tempore, non satus, sed per spiritum sanctum conceptus in uirgine, natus & adultus, perficeret opus eius. Hoc quidem dicebat propter illos Samaritanos, quos ad se aduentasse cernebat, quos & erat suscepturus ad fidem. Proinde omnino sibi uidebatur indignum, tunc corpus uelle reficere, quando erat animas spiritali cibo refecturus. Et omnibus curam habentibus animarū, forma præstruit, ut omnis cura & sollicitudo corporis & corporarū rerū subinferatur, ubi agi potest in profectibus & directionibus animarū. Exemplum suæ festinæ actionis saluator inducit in his, quæ natura in segetibus ait: Nonne uos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Verè tempus sic erat, sicq; expectabatur, ut quatuor mensibus futuris decurrentibus in ordine temporum, quod segetes albescerent ad metendum, quo in tempore non uacatur delicijs corporis, sed laboribus. Sed antea non apponitur messis falx, nisi ap̄re alba fuerit: nec existens obmittitur quin metatur, ne ocio delicatō & laborum indulgētia toto anno dolear, qui tempore statuto non messuit. Itaq; uos leuate oculos uestros, & uidete Samaritanos iam albescentes ex fide ad messem, ita ut metatis, & fructum eos faciatis ad uitam. Totū uerò tempus, quod sequitur usq; ad aduentum Samaritanorum, id agit & docet, quod apostoli messuerunt, quod alij seminauerunt, scilicet propheta p̄fici; & quod una sit merces apostolorum & prophetarum. maxime autem forinatur instructio, ut cum auditas audiendi uerbi dei, corda promouet audientium, tunc non sileat lingua doctorum: nec intendat corporibus, cum subueniendū est languoribus & p̄s desiderijs animarum. Væ autem his, qui cultū proprioꝝ corporum, animarum non solum suarum, sed aliarum cultibus prætulerunt.

¶ **De fractione sabbati, & edendi aut aliquid facienda licentia, cum necessitas urget, cum discipuli**

I. Tim. 4.

* agit

uolentes spicas per sata traheret, secundum Mattheum, Marcum & Lucam.

Caput. V.

Mat. 12. Mar. 2. Luc. 6.

Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata, uellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricatis manibus.

Voluntariae se actiones Christi erant, necessariae nobis. Hic quidem transitus per sata, fuit ad occasiones inferendas, unde doctrinaliter quaeretur aliquid in disceptatione suscepta & in actione ipsius; & apostolorum penuria seu inedia, necnon corporis deficiendi incuria, monstraretur. Transit Iesus ad utilitatem aliorum, aliquo iturus, qui aut ad compediendum quod ibat, seu quia inde fortassis semita erat relicta per agros; aut uigilanter intrauit in sata, & urgente hora edendi, Christi licentiam dedit ex his quae poterant inuenire. Non enim credendum, discipulos Christi cum ipso maxime gradientes, quod aliquid inordinate aut arbitrariè agerent, nisi decreto magistrum. Urget corpora fames, & labor itinerandi membra fatigant. Non portant apostoli peram, nil coctum ferunt, ut cibarios panes. Sub egeno & paupere duce, egeni pauperes degunt. Praetermissa erant corporum curam, carent unde ponant in itinere mensam, uellunt spicas, confricantque manibus ab aristis, ut granum crudum comedat, longum erat forte iter, quod, fame urgente, non poterat amplius sustinere corpora fatigata. Aliena ex necessitate diripiunt, propria non habent. Quod ius, quae lex, quod isti apostoli aut alij diripiunt alienum? Sed lex necessitatis, legem proprietatis excludit, & redigit necessitas in commune, quod lex proprium fecit, quod etiam natura semper abhorruit, scilicet iura proprietatis. Igitur natura & necessitas cum in unum conueniunt, cuncta in articulo in commune deducunt. Nec discipuli uellebant spicas ab alijs satas, in quibus non laborauerant iure humanae, sed iure legis diuinae, iure naturae, iure necessitatis urgentis, non auferentes superfluum ad commensuratum opportunitati eorum. Et omne ius accipiendi & edendi habebant, cum serui facti essent, & comites creatoris & dominatoris cunctos, in cuius manu sunt omnia iura regnorum, legum atque terrarum, iusta & iniusta. Iusta, ut custodiat & attollat; iniusta, ut deprimat. Poterat omnino Iesus propria potestate tanquam uniuersorum dominus, omnia cuiuscumque humanarum iure legum existeret, in alium pleno iure transferre. Nec obstat quod iure humano dicitur hoc meum, hoc tuum, cum omnia sint Christi; nec quod ego, ille laborauit arte propria, proprijs sumptibus atque studijs, cum etiam animae atque corpora & omnia ingenia & hominum studia, Christi legibus &

pauperiter

imperio pleno iure subiaceant. Sed nec de hoc arguuntur apostoli, quod aliena rapuerint, sed de uiolatione sabbati criminantur.

Nam quidam pharisaeorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbato? Et ait illis: Nunquid legistis quid fecerit Dauid, quando necessitate habuit ipse & qui cum ipso erant, quomodo intrauit domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit eis qui cum ipso erat, quos non licebat manducare, nisi tantum solis sacerdotibus aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotem in templo sabbatum uolant, & sine crimine sunt?

Per lucidum est, quod omnes leges & traditiones & mores soluit necessitatis articulus, cum saluator Dauid producit in medium, quae necessitas aliter inaufertibilis perurgebat, quae cogente, cum panes laici non adessent, sacerdotales accepit.

Est autem necessitas, quam hic saluator in solutionem legis seu traditionis allegat, cum una tantum adesset copia de periculo euadendi, quae dimissa, sine passione non potest declinari in aliam partem. Aut necessitas est uergens periculum, quod quis debet uelut animae noxium deuitare. Seu necessitas est, quod aliter non potest fieri omnino nequit. Siue necessitas est, a qua ne fiat, cessandum non est. Et cum uariè de necessitate possit sermo deduci, haec dicta duntaxat expediunt, quod necessitas legibus & caeremonijs careat. Si lex, ubi necessitas urget. Si quis autem Regem illum legerit historiam, inueniet ex qua necessitate Dauid cum socijs sacerdotales panes comederit, ut eadem imagine apostoli excusentur, si sabbatis grana confrita comederint. An non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uolant, & sine crimine sunt?

Dico autem uobis, quia tempus maius est hic.

Erant quidem ex lege multa decreta perscrucienda sabbatis: quod si sabbatum custodiebatur, lex non seruabatur; si lex perscruebatur, sabbatum uiolabatur. Sed potior erat omnino lex, in his quae fieri debebant secundum ipsam in templo, quam in custodiendo sabbato, quamquam etiam custodiretur ex lege. Ac etiam ex illa digna memoria, quod deus requieuit die septimo ex omni opere quod parauerat. Sed nec criminabatur sacerdotes sabbatum uolantes in templo, ex autoritate praecipit. Nec apostoli aliquid agentes in sabbato autoritate Christi, quoniam ipse maior est templo, imò maior caelo, maior omni mundo, omni angelo, omni creato, cuius imperio subiecta sunt omnia, cuius mandato

De disceptatione Iesu cum Nicodemus, qui uenit ad eum nocte, in qua actum est de uia salutis, & de dilectione dei patris, & operibus tenebrarum & lucis, secundum Iohannem solium.

Caput VI.

In uerbis & operibus, in signis & moribus Christi, omnium uidentium & audientium permota sunt corda, sed differenter, ut aliqui condemnarent & mirarentur, aliqui mirarentur, aliqui traherentur amore, aliqui fide. In maioribus & minoribus aderat ista diuersitas. Erinter ceteros quidam homo erat ex pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps iudaeorum.

Ioh. 3.

Hic cum esset insignis in populo, adhibuit fidem Iesu, cum scribis & pharisaeis disceptaret in templo. Et cum propter signa quae faciebat, multi credidissent in eum, ipse fuit unus de multis. Sed quanquam princeps, timore humano agebatur, aut infamiam horrebatur, seu a synagoga uerebatur excludi, si ad Christum locutus publice accessisset. Agebat tamen desiderio sciendi huius, scilicet Christi, hominis nouitate. Et senex existens & magister in populo, palam discere ab erubescencia pellebat. Nondum in ueritate fidei rotus erat, nec in corde eius charitas illa per spiritum sanctum diffusa, quae foras emittit timorem: atramentum doceri appetens,

Uenit ad Iesum nocte.

Apertum mysterium. Uenit nocte ad Iesum, quia nox ab eo sicut dies illuminabitur: & ipse in nocte infidelitatis erat, quando aliquali fidei scintilla perimotus. Omnes sunt in nocte, & in ipsa perambulatur, quousque ueniant ad Christum: uelamen adhuc est in cordibus iudaeorum, qui ad ipsum uenire recusant. Cum uero transiret ad Christum, uelamen ex omni parte auferetur. Sed qui ambulat in nocte, offendit utique pedibus corporis, sed non mentis, sed requirit lucem illuminantem oem hominem uenientem in hunc mundum, qui sicut dies diei eructat uerbum, sic & nox nocti indicat scientiam. Nox erat iste Nicodemus, quia synagoga & nox temporis sibi uiam praestitit, ut ad Christi scientiam perueniret. Saepè quidem mala poenalia, occasione ad bona spiritualia praestant. Nec tempus quidem quale aut locus praedicanter fidei habitare seu quaerenda: nam si nox uisum oculis admittit, lumen rationis in animo non extinguit, & deus in nocte carmina laetitiae dedit. Mirum autem, cum sponsa quaesiuisset per noctem quem diligit anima sua, & non inuenit, & iste Nicodemus ad eum nocte uenit. Sed illa quaesiuisset in lectulo suo, uidelicet delectata quiescente uero cum uenit, iugum otiositatis excludit. Qui uenies & inueniens, Dixit tibi Rabbi, scimus quia a deo uenisti magister, Nemo enim potest

2. Cor. 3.

Cath. 3.

hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.

¶ Docendus iste Nicodemus aduenerat, qui uocat magistrum, ac si ipse discipuli formam assumpserit, dicens: Rabbi. Et quauis uellet doceri per amplius, non ex toto ignarus erat, cum plus doctrinæ atq; scientiæ in illo q̄ in cæteris hominibus confiteretur, adiciens: scimus quia à deo uenisti magister. Te missum à deo ad magistrum hominum fateor. Hanc fidem astrunt signa & prodigia quæ tu facis, quæ nemo facere potest, nisi esset ei deus assistens. Erant enim signa Christi, omnino excedentia omnem humanam uirtutem, etiam naturam & artē. Magnam uelut uelut ad maiora signata, signa per Christi facta in Nicodemum animo parauerunt, ut à signis transiret ad signatum huiusmodi, q̄ esset deus cum eo. Nondum in fidem uerissimam uertus erat, q̄ ipse uerissimus deus esset: propterea enim erat, ut doceretur & crederet: uerius autem & aptius, ut crederet & sciret. In diuinis quidem credulitas scientiam præcærit in naturalibus & humanis præiens scientia, non expectat credulitatem. Sed optima dispositio in eo erat, dum fateretur esse deum cum eo, et efficacia inspecta signorum, ut ex uicino atq; matre ipsum crederet esse deum. Supplementum uerborum ad elucidandum opus est, ut patet ex responsione saluatoris.

Respondens Iesus, dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non poterit uidere regnum dei.

¶ Liqueat quid ipsum uocando magistrum interrogauerit, cui talis de regno dei porrecta est responsio. Nouam delatam impune natiuitatem nostram Christus uoluit præire salutem, ex qua esset uisio seu gradus ascensionis in regnum. Erat autem ista noua natiuitas non ex uoluntate carnis, neq; ex uiri uoluntate, neq; ex sanguinibus, sed ex fide, in nouitate sacramentorum ex deo, quam non intelligens Nicodemus, i dicto admiratus interrogat. Vnde dixit ad eum: Quomodo potest homo natus cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire, & nasci?

¶ Non attollebatur iste supra naturam, secundum quam duntaxat sapiebat, aliam natiuitatem non intelligens, nisi illam quæ diffusio femine in utero materno, carnis traduce perficitur. Propterea Iesus hunc susceptum ad erudiendum discipulum instruit pederentiam.

Hinc respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

¶ Ecce noua natiuitas, ex qua natiij, uelut aquila, possunt in superna conscendere, atque

regnum introire supernum. Hæc natiuitas est, ex aqua sanctificata per uerbum, & ex spiritu sancto gratiam infundente. Voluit Christus, hac natiuitate renasci, quauis ut deus & homo, conceptus ex spiritu sancto, non indigeret, sed prætulit in se illam nouam natiuitatem suscipiens, ex qua regeneratis solum spes posse ad esse salutis & intradi regnum dei. De qua re doceri poposcerat Nicodemus. Indicabatur translatio circuncisionis in aquam, ut duris propter aduentum Christi leniora succederent, & originalis macula aquæ ablutione tolleretur. Illa inuocatione trinitatis, quæ nec Iudæus, nec alia natio, quam noua Christiana generatio, credit. Et spiritum sanctum ostendebatur ad esse, ex quo fit ista natiuitas, qui sanctificaret ac sic suos mundaret, & ab omnibus leuigaret natiuos, ut possint regni dei liberè introire. Qualis aut sit ista natiuitas, edisserit ex eo q̄d sequit:

Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

¶ Perspicuum est, prout in ordine suo generatiua natura decurrit, quòd ex carne aliud q̄ caro non nascitur. Non enim caro aut corpus potest generare spiritum, aut substantiam separatam habentem existere præter corpus, aut in substantia simili spiritali. Et quod nascitur ex spiritu, spiritus est. Propellatur generatio quam præcedit corruptio, & omnis eructio abigatur: quoniam natiuitas ex spiritu, sola inuisione in adoptione, sed traductione non fit. Sed quod ex carne nascitur, in carne ante seminatur: & in spiritu semen aptè iacitur, antequam nascatur. Veruntamen qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: & qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Igitur aduertendum qualis ager, quale semen, quale natum, qualisq; fructus. Quoniam inuitamur à carnali natiuitate ad spiritalē, à naturali ad moralem & supernaturalem, supra communem capacitatem hominum uerba Christi attollebantur: & quod non intelligitur, plus admirationis accrescit, ob hoc saluator adiecit:

Non mireris, quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed non scis unde ueniat, aut quò uadat: Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

¶ Diffusa uidetur à sententiæ similitudo propolita. Hoc enim erat in Christi uoluntate, ostendere quid natiuitas est ex spiritu. Mirandū uidebatur dictū. Admiratio remouet ex his, quæ cursu naturæ aguntur, scilicet q̄ spiritus, qui & uentus dicit, spirat ubi naturaliter uult, & auditur sonus eius, sed unde sit egressus aut quò uadat, eius ignoratur accessus: Sic est natiuitas ex spiritu. Facit hæc spiritus sanctus, ut dicitur uox consentientis id q̄ renatus est, sic uox

naturæ credentium in ecclesia semper sonat. Huius tamen almi spiritus, unde uenerit aut quò accesserit, motus inuisibilis ignoratur: & agendi ratio inapprehensibilis est ab homine puro, nisi fidei lumine illustretur.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quo modo possunt hæc fieri?

¶ Sicut ait Apostolus: Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei: stulti tiam est enim illi, & non potest intelligere, quia spiritaliter examinatur. Animalis uero erat Nicodemus iste, & ferè totus insensibilis erat, ut mysterium spūs intelligendo non caperet, imò quod dicebat, aut deliramentum sibi, aut impossibile uideret. Attamen simplex in interrogando, & docilis ad doctrinam, ipsum magistrum quem à deo uenisse iam fallus erat, interrogat. Non potest ab ignorantia detineri, qui humiliter docere scientem interrogat: initium est ad scientiam, ignorata querere à sciente, nec uereri erubescitiam super eis. Sic enim aia rationalis creata fuit, ut esset docibilis de diuinis: nec aliqua est rationis insitæ compos tam rudis, quæ saltem non possit instrui de necessariis ad salutem, si comode aptas aures præstitit ad docentem, nec erubuerit interrogare quæ nescit quousq; doceatur. Cor hominis, receptaculum est fidei & doctrinæ. Auris & lingua, sunt uehicularum quibus doctrina transfunditur, nisi alitè p̄ spiritum sanctum infundatur. Nam ut ait Apostolus, Fides est ex auditu, ueritas autem per uerbum dei. Auditus ad aurem, uerbum ad linguam pertinet, ut auribus insonet.

Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

¶ Non obiurgando benignus saluator sic loquit, ut eum uelit per erubescitiam uelut ignorantem confundere, sed eum ad docenda excitare propensius. Vnde si uerborum est supposita prolatio, id dicere uidet: quauis tu sis magister in Israel, attamen hæc adhuc ignoras, quæ non discunt ab homine, nec à libro, sed p̄ fidē. Si uero fuerit interrogatiua, humiliare illū tendit ad diuinam doctrinam capeffendam. Ac si diceret: Quare magister es, & sic uocaris in populo, & ista quæ ad salutē necessaria sunt, ignoras? Quomodo magister diceris, si non intelligis quæ legis, si ad utiliora populum non erudis, si tantum literarum corticem noueris, priuatus interiori notitia ueritatis? Sed noueris altiore esse doctrinam, quam illa quam à libro aut ab homine didicisti, cuius tu magister non adhuc existis: sed te prædiscipulum esse salutaris necessitas omnino compellit, quæ tantum infundit per fidem, non docetur per uocem.

Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur,

& testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quò si dixero uobis caelestia, credetis?

¶ Iureiurando loquitur Nicodemus, uera docens eum qui accesserat pro salute, pluralitate utens, quod neq; sui erat moris. Semel tamen aliàs factum legitimum cum baptizari ex-peteret à Iohanne, dicens: Sic tenet nos im-
Mat. 3. plere omnem iustitiam. Sed hic etiam pluralitate in loquendo uicatur, non intendens patrem aut spiritum sanctum, aliàs uero sequeretur impertinens intellectus, sed secum acquiuit tacite in huiusmodi locutione Iohannem Baptistam cæterosq; prophetas, qui sciuerunt presentia & uiderunt futura, quauis ipse altiori sapientia, imò totus sapientia, & omnia prænosces, caput cunctoꝝ uerè scientium & prophetantium esset, ut unum corpus credatur ortho-
doxoz sapientium atq; prophetaz, priscoꝝ atq; nouoz, cuius corporis ipse regens est caput.

Attendenda est sciētia sanctæ dignitas, & magis dignatio saluatoris, qui se cum suis sapientibus atq; prophetis associat, dicens: quia quod scimus, loquimur: & quod uidimus, testamur: ut nulla sit differentia inter priscam scientiam atq; nouam, hoc duntaxat excepto, quòd illa in figura & umbra & in spe futurorū, ista in ueritate & luce, atque in exhibitione uerorū. Sed quasi miratiue aut increpatiue loqueret, non tantum astanti Nicodemus, qui uelut in tali doctrina nouus discipulus stabat humilis ante docentem, sed cunctis Iudæis perfidis, qui nec sibi corpore assistebant, inquit:

Et testimonium nostrum non accipitis, qui nihil aliud loquimur, nisi q̄d infallibiliter scimus, nec alitè testamur q̄ uidimus. De uisui qui dem sunt testimonia ueriora, decernentibus diuinis legibus & humanis. Quòd Iesus sciuerit & uiderit, hæsitare non expedit. Iohannes sciuit in utero adhuc clausus, sciuit & uidit, cum eum aqua Iordanis immerfit. Cæteri uero uates, quoz testimonia in diuinis codicibus erant, etiam apud Iudæos summa diligentia custoditis, sciuerunt p̄ infusionem, & multa in imagine conspexerunt, quoz ueritatem etiā cognouerunt. Necnō ad eoz condemnationē adiecit:

Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis caelestia, credetis?

¶ Disceptat Iesus cū Nicodemus, ac si astartet cōcio Iudæoz, quibus aliqd iuxta humanū sensum credibile satis dixerat, & non credebant, quāto minus erant caelestia credituri? Et ne q̄s decipiat in historia euagelica p̄ errore, diligenti aduertat, q̄ quis circa principium suæ narratiōis hæc disceptationē uideat in texere, modi ca Iesu gesta & dicta p̄mittens, secundū rē ue-

ritatem, ut ex alijs euangelistis accipit, omnia gesta & dicta Iesu ab egressu eius à deserto usq; ad annū integrum, ipsam certissimè præcesserunt. In quo quidem anno multa cōtulit cum Iudæis quasi terrena & humana, & iuxta sensum existētia, credulitati aptè uicina, sed ab eis non credita, ita ut merito diceret: Si terrena dixi uobis, & nō creditis, quomodo si dixerō uobis cælestia, credetis? Non tamē arguit impossibilitatem credēdi ex animo Iudæorum, sed ex differentia credendorum. Verum quia saluator Nicodemum nocturnū eruditū eruditurus susceperat de salute, ad cælestiū credulitatē inuitat, sine q̄ nulla seu nemini salus obuenit.

Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.

¶ Ecce illa cælestia de quibus dicebat, quomodo si dixerō uobis cælestia, credetis: elucidat, ubi salus apponitur primò credēda, saluationem esse asserit in excelsis, parat ascensum, ascensionisq; præstruit modum. Ac si quærenti Nicodemo & omnibus diceret: In mōte Siōn, scilicet in supremo cælo, extat salus: sed nemo potest ascendere, nisi ille qui descendit, conferat antè ascendendi uirtutem: qui nulli confert, nisi habuerit antè credulitatem eius q̄ descendit, & nisi prius ipse ascenderit q̄ descendit, carnem suscipiens factus filius hominis, & in terris humanitate degens, per unionem deitatis simul in cælis existit. Mirum & ineffabile atque incomprehensibile mysterium, ut filius hominis simul in cælis maneat & in terris. In cælis, in assumente deitate: in terris, in assumpta humanitate. In cælo & ubiq; quia deus: in terris quidem, quia uerus homo existit. Sublimia sunt hæc, sed & infima & dedecora oportet credere ad salutem. Vnde & sequitur:

Num. 21. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita & exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat æternam.

¶ Infirma de ualido, mors asseritur de semper uiuo. Vnus est filius hominis qui descendit de cælo, & est ibi unde descendit, & ipse idē suspendendus est & configendus cruci, & adijciendus est morti. Et per antea actam figuram in æneo serpente, contra serpentes puluereos asserit esse complendum, ut ista credentes non pereant, sed habeant uitam æternam. Famosa est hystoria, neminem latet scripturam ueterē lectitantem. Morsibus serpentis peribat Israeliticus populus in deserto, iusto dei desuper iudicio decernente: quo & prouidente, factus serpens æneus à Moysē, in signo altè leuatus est ad omnium communem aspectum: in quem inspicientes, à serpentibus uenenatis liberi existerant. Eadem imagine pro nobis ex-

altari in cruce oportet filium hominis oportunitate nostra, non sua, ut qui eum credendo mente conspexerit, non pereat, sicut ille populus oculo carnali aspiciens serpentem æneum, in corpore non peribat.

Sed non præstabat figura, quæ nunc exhibet figuratum, scilicet ut credens, non solum non pereat, sed habeat uitam æternam. Moralia ex dictis protinus astruuntur, ut descendat qui cupit ascensum: humilietur, qui exaltari in supernis desiderat: & efficiatur cruciformis, qui nititur ad salutē. Optimus magister Iesus, qui summam rei dicit interroganti, & causam rei aperit, & nullā aliam quā amoris, dicens:

Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

¶ Omnia si qua cogitari possunt, circūcunduntur à deo in opere redemptionis humane. Sola dilectio causa fuit, quia amator hominū deus, non patiebatur perire, periculosis subiucere æternis rationalem creaturam, quam ad imaginem & similitudinem suam fecerat. Cum uenit plenitudo temporis, filium dedit, quia tantum dilexit hominem creatum, ut pro eo daret æternum filium suum increatum. Dedit equidem in humanitate fratrem locum atque consortem, in conuersatione exemplum, in doctrina magistrum, pro infirmitatibus medicum, cibum ad famem, uianicum ad uitam, p̄ quam non reambulatur, pro redemptione precium, ut non auro aut argento, aut lapidibus preciosis, aut per uirtutem rerum siue obidū redemptio sit facta de nobis, sed ipse sit factus precium dei filius qui redemit, ut precium & redemptor realitate non differant, & redemptus paternam dilectionem & suam dignitatem quantū æstimatus agnoscat, non quod tanti extiterit, sed quod tantum dilectus est. Non enim sua dignitas, quauis magna, sed paternus & diuinus amor eum sic appendit: & cum esset ad lancem diuine amicitie trutinatus, deus pro homine, pro seruo filius datus ē, eo uidelicet foedere, ut credens in eum actiua fide, quæ spem charitatemq; habet annexam, liberatus à piculis, uitam consequatur æternā.

Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut saluaretur mundus per ipsum.

¶ Nō ad iudiciū datus est dei filius, sed nris exigētibus culpis, ad iudiciū ē susceptus. Pius, benignus & misericors deus ē, q̄ uult oēs hoīes saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire, sed peccōres & increduli eum ad iudicandū trahit. Iniquitas tribunal iudiciale cōstituit: saluare uel iter, nō iudicare. Nō obstat, q̄ alibi scriptū est

dixisse Iesum: In iudicium ueni in hunc mundum. Et illud: Pater omne iudiciū dedit filio. Et illud quod iudicaturus ē daturusq; similem sententiam inter hōes & oues: Et id quod scriptura multipliciter loquitur, hoc est, ecclesie credulitas de ipso extremo iudicio: quoniam missio filij non est facta pro iudicio, sed pro salute. Iudicium uerò sequetur omnino, & factum est iam in parte inter homines alti cordis & simplices Christianos, exigente iniquitate. Sed si iudicare uellet, non tot fecisset prohibitiōes à malis, non tot inductiones ad bona, nō induxisset, cautelas, non comminaretur peccantibus, ut cauerent, non prædicasset seu prædicari iussisset poenitentiam & remissionē peccatorum, non tot lauatoria statuisset & inclosure & abstergentia putrida nota, non fuisset pollicitus indulgentiam poenitenti, nec misericordiam redeunti: non toties per prophetas, conuertimini ad me, auersis peccatoribus in dixisset: nec ipse uita, moribus, miraculis, diuinis sermonibus exclamauisset, ut crederemus in eum saluari cupientes, & tandem non soluisset precium sanguinis, talibus opprobrijs toleratis & poenis, morte suscepta pro redemptione generis humani, si ad iudicium, non ad misericordiam missus est. Sed omne iudicium sit propter alteram partem, & iustitia summa dicitur quod non una, sed cum altera pars affuerit, iudicium patitur. Igitur saluare uenit filius dei, non iudicare seculum. Et alibi ait: Venit enim filius hoīs quærere & saluum facere q̄ perierat. Et Iohannes in epistola sua dicit: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationē pro peccatis nostris. Sed iniquitas iudiciū sustinebit, & discretionis iudicium semper fuit ab eo q̄ esse coeperunt angeli in cælo, & homines super terram. Propterea sequitur:

Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autē nō credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei.

¶ Non iudicatur credens de incredulitate, aut actiue credens de aliqua iniquitate, nec absoluntur ex ista sententia quin credentes sine operibus bonis, aut cum peruersis operibus iudicentur. Fides enim sine operibus mortua est. Qui uerò iudicatus est iam propter incredulitatem, & de incredulitate quæ peccatum est, adijcietur ad poenas, nisi credat. Potest quidem iam iudicatus de incredulitate, credere actiue, & saluabitur: & credens perperam operari, & damnabitur. Declarat autem Iesus unde incrementorum oriatur iudicium, dicens:

Hoc est autem iudicium, quia lux uenit

in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem.

¶ Venit ipse Iesus in mundum, qui est lux mētium, illuminans omnē hominē illuminandum, ueniētem etiam in hunc mundum. Sed proterui & contumaces homines, odientes & fugiētes hanc inuisibilem lucē, non perstringentē oculos corporis, sed interioris hominis, tenebras peccatorum & ignorantie amauerunt: quam obrē iudicari seuit meruerunt, q̄ oderunt homines lucē, ab illa fugiētes, q̄ tenebras dilexerunt. Quare autē tenebras amauerunt?

Erant enim opera eorum mala.

Quare mala præ legē, præ ordinem, & secundū cōcupiscentiā carnis, in suppositione spiritus, in libertate uoluntatis, in effectū uoluptatis.

Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius.

¶ Nō omnis mali autor odit lucem, sed male agens: quoniam multi autores malorū, ad poenitudinem sunt reuersi, cum amore lucis & odio tenebrarum. Qui uerò malè agit, semper in luctu est: respicere non uult, quauis possit. Proinde odit lucem, & qui odit, non uenit ad eam. Nemo accedit id quod odit, nisi aliquando ut extinguat. Quare non uenit ad lucem? Quia ipsa omne sibi aduersum demonstrat esse quod est, si aliquid esse contrarium suum habet, aut ex toto depellit, aut ut uilescat ostendit. Demonstrat & arguit ueritas omne falsum, si appropinquat foribus eius, & iustitia quod iniquum est, & lux scientie atq; uirtutis, tenebras ignorantie & uiciorum. Ac per hoc malefluenter agere satagens, nolens reprehēdi, cupiens placita quæq; inordinata perficere, non uenit ad arguentem lucem atque uirtutem, sed in numero damnatorum in tenebris sempiternis incunctatè ascribitur ueritatis æmulis, & culpabilium tenebrarum amicus. Et qui non uult argui à uero ad correctionem, per ueritatem æternè tenebitur à tortura.

Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.

¶ Libertum suum ueritas constituit possessorem, & eum à timore atq; erubescentijs malis absoluit. Veritatis sectator esse in patulo nō uerēt, neq; detrectat notū fieri apud omēs. Audacter producit in lucem artifex opus eius, si fecit immaculatum: abscondit autem, si aliquid habet impertinens. Innocens ubiq; securus, & rectè agens, publicum non deuitat. Lucem appetit si sana fuerit uisua potentia, ægra uerò ab illa confunditur. Nulla recta opera sine deo. Qui operatur in ipso, non timet argutionem, & ponit ad examen penitus non formidat.

¶ Quod patris & filij opera sunt communia

indivisa, quod pater filio cuncta dedit, ut unus honoretur in altero, secundum Iohannem Ioh. I. Cap. VII.

Prærogabat IESVS docendis & agendis materiam, & ut disceptationis oriretur occasio ad docendum. Nam cum sanasset infirmum longævi temporis die sabbati ad piscinam, persecutione pasiebat à ludæis, quibus respondit Iesus: Pater meus usque modo operatur, & ego operor, opera tamen mira, & sabbati solutionem. Ne purus homo crederetur, & sua potestate fecisse omnem suam actionem, filius referat ad patrem, quod pater unâ secum, non diuisivè, talia operaretur: nec eo duntaxat tempore, quo Iesus cœpit facere & docere, sed ab eo exordio quod diuina potentia per sapientiam in opus creationis ex nihilo egressa est, pater, cum filio, filius cum patre cuncta quæ facta sunt, operatus est: ut nec ipse pater ab opere nostræ redemptionis, & filius ab opere creatiōis credatur exclusus, cum usque modo diuisivè operetur pater & filius. Et hoc quidem, quod patrem suum deum esse asserat, fomitem odij ministrabat perfidis ludæis, non minus quæ sabbati solutio.

Propterea ergo magis quærebant eum ludæi interficere, quia ipse non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.

Non credebant ludæi trinitatem in diuinis esse, neque generatiōem æternam. Solutiōnem sabbati etiam ascribebant ad crimen, non distinguentes inter figuram & ueritatem.

Quibus respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem.

In geminando uerbum, affirmat sententiam, quæ quæ facit opera, non solum sua sunt, sed etiam patris, cum nihil possit facere filius absque patre. Quod solum uerum est in æternâ generatiōe, quæ traduce, non fit, cum pater & filius unum sint in substantia, quantum uterque sit distincta persona. Non ergo unum cum patre filius poterit aliquid facere præter patrem. In generatiōe autem quæ traduce peragitur, potest filius absque patre, potest filio quod uoluerit operari: quoniam ibi est distincta persona & diuisa substantia. In diuinis autem sicut seruat unitas & inseparabilitas substantiæ, sic seruat unitas actionum. Hinc sequitur:

Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.

Cum aliter esse non possit, quod diuisim à se ipsa operetur una substantia, quam obrem opera non sunt attribuenda solum filio, cum illa diuisivè operetur ut pater, & æterna dilectio hoc

facit, quod pater omnia refundit in filium.

Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Et maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini.

Ex his in nullo filius minor credatur a patre, sed ad innocentiam nostram dicta sunt, quoniam demonstratio aliquid occultum probauit. Sed nec sit aut mandandum, quod pater aliquid occultum habere potuisset à confubstantiali filio. Verum tamen pro nobis demonstrat & demonstrabit per eum, ut in eius notitiam ueniamus, quoniam æternè pater filium diligit. Dilectio nescit secretum tenere dilecto etiam in moribus hominum. Exhaurit animos ipsa dilectio, ut quæ secreta cordis palam dilecto faciat uis dilectionis. Proinde demonstratio magnum operum, quam pater fecit in filio, æternam dilectionem ostendit, & ex dilectione pater in filio tanta pro nobis facit, estque maiora facturus, ut omnium mortalium animos in admiratione suspendat: faciet namque per eum resurrectionem mortuorum omnium. quod & sequitur.

Sicut enim pater suscitât mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat.

In admiratione ludæorum animos suspendat, imò cunctos mortalium, quod dei filius factus homo congruens mortalibus necessarios moriturus, ipsos potenter reuocare posset ex mortuis. Et si non mixtus in patre, utique mixtus in filio humanato. Sed non mixtus sane credentibus, cum ex incarnatione secundum substantiam deitatis, non fit minoratus a patre. Unde sicut pater suscitât mortuos, nam plures quidem suscitât fuerant in ueteri testamento, antequam de dei filio sermo esset explicitus, & antequam pater in ipso post uariam prophetarum locutionem hominibus loqueretur: & uiuificat quod nunquam uitam habuit, & restituit cum perditâ fuit uita: sic dedit & filio, ut uiuificare posset quos uellet, scilicet patrem, qui ab æterno suos proprie destinauit electos, siue quos uult filius, qui redemit in tempore, in æternum glorificandos. Hinc notum, quod futura resurrectio mortuorum, ut ad patrem, æque spectat ad filium, ut hominis ad dei honorem utilitatemque propriam, & probis ad terrorem cum uulnus admirationis accedat. Nec non & illa uiuificatio inuisibilis animarum, per omnem modum à filio ut à patre procedit secundum utriusque iudicium uoluntatis. At si uis transmissio paternæ uoluntatis in filium facta est, ut filius possit solum uiuificare quos uelit, & etiam ex illa crederet minoratus a patre in humanitate assumpta, quod per omnia æqualis in diuina substantia. Quia enim minor dicitur ex forma seruilis, & etiam ex illa forma non incongrue memoratur à substantiis separatis, ut sicut de homine primo aut certe dicitur, Minuisti eum paulo minus ab angelis: sic ista sententia in dei filium prout incarnatus

us est, referatur. Sed cum una sit in trinitate deitatis uoluntas, apte uerbum ad utrumque refertur: Sic & filius quos uult uiuificat, scilicet quos uult pater, qui potestatem uiuificandi filio dedit: siue quos uult filius, qui hanc potestatem accepit. Sed uoluntas dei in salutem omnium refertur, non tamen omnes uiuificatur, nisi conditione appositâ. Vna quidem, ut sermons sint in custodia memoriæ & dilectionis & factionis. Sicque petebat, uiuificari appetens: Viuifica me, & custodiam sermone tuos. Sciebat enim aliter hoc uiuificum habere non posse, nisi sermonum dei se polliceretur esse custodem. Seu ad hoc uiuificari poscebat, ut custodiret.

Est & alia profundæ humiliationis, quoniam alta sapientes non uiuificat, sed tradit in dignam merito mortem. Hinc scriptum est:

Adhæsi pauimento anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum. Ac si uiuificum uolens, dicat: Pauimento humilitatis & deiectionis adhæsi, uiuifica ergo me secundum uerbum promissionis tuæ: qui superbis resistens, ex pollicitatione humilitatis gratiam præstas. Et similis subiecta sententia id affirmat: Humiliatus sum usquequaque, uiuifica me secundum uerbum tuum, ut non immerito etiam sic intelligatur hoc fuisse propheticum, quod secundum dei uerbum increatum, pro nobis in tempore incarnatum, uita esset omnibus tribuenda. Et honesta concupiscentia mandatorum uiuificantium, petendi præstitit audaciam. Ecce concupisci mandata tua, in æquitate tua uiuifica me. Et sicut pater dedit filio in gratia, & in gloria uiuificandi uirtutem, sic ei tradidit iudicariam potestatem.

Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem qui misit eum.

Perspicua est causa, quare pater omne iudicium filio suo dederit, ne credatur minoratus ab eo, ne filio minus quam sibi tribueretur honoris. Aequè uult filium, ut se, ab omnibus honorari, quem ab æterno per omnia tenet æqualem. Incongruum enim penitus esset, ut in honoribus aut in quibuscumque datis seruetur inæqualitas, in quibus per omnia substantialiter seruetur æqualitas. Si terrenus dominus uult suum honorari ab his ad quos miserit, seruum, multo per amplius cum miserit filium. Sed liquet quod qui non honorat filium misit eum, nec patrem qui misit eum: honor autem quo est pater & filius honorandus, seu tota trinitas honoranda, ut nulla sit personarum acceptio in diuinis, ubi trium personarum trinitas substantia, una unitas, una inexceptuata æqualitas est totius fidei, dilectionis & patriæ, ut in his

pater & filius & spiritus sanctus æquali reuerentia est colendus, nec plus, nec minus unam quam alteri tribuatur. Edisserit clarius qualiter uiuificat, & quos à morte sua reuocat uoluntate, quæ ex superioribus pandet subiecta sententia:

Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit in eum qui misit me, habet uitam æternam. Et in iudicium non ueniet, sed transiet à morte ad uitam.

Sæpe dicta sunt ista in euangelio de præmio audiendi uerbum Christi, & credulitatis æternæ. Sed unum est quod animos audientium in dubio ex toto suspendit, cum dicit, quod audiens uerbum, & credens in patrem, non ueniet ad iudicium. Quocirca si hanc scripturam & quandam aliam, & unam ueteris testamentis solum in uocis sono aut in literis sulcatis persamur, iudicium exnunc abrogatum est: colligitur ex hoc, quod bonus & electus atque saluandus, non ueniet ad iudicium, secundum illam sententiam: Qui non credit in filium dei, iam iudicatus est. Et ne solum de incredulis dictum esse credatur, etiam de quibuscumque malis per prophetam dictum est: Non resurgit impius in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

Aduersa quidem sunt his alia testimonia scripturarum. Et cuncta quæ sunt, adducet deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Et in euangelio Matthæi scriptum est: Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab iniuicem, sicut pastor separat oues ab hædis. Et Apostolus ad Romanos: Iudicabit deus occulta hominum secundum quod uerbum meum. Et alibi: Omnes stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque uestrum per se rationem reddet deo. Patet ex uerbis quodammodo dissentiens, si non aut si in iudicium ueniat. Et utraq; scriptura pro eo quod asserit, æquè uerissima est. Sed aliter est differendum, ut dissimilitudo quæ uidetur & non est, propellatur. Non uenient ad iudicium publicum boni & electi, neque mali & reprobi, tanquam de nouo sententiam suscepturi, quod ab æterno fuerunt prædestinati siue præsciti, sed sicut in illo extremo iudicio manifesti ex proprijs personis & meritis siue demeritis, & quæta fulgebunt gloria beati, quæta poena damnati plebentur, omnino perspicuum erit. Nec non & iudicium sæpe in scriptura refertur in partem reprobos, prout infra scriptum est: Et procedent qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Ioh. 3.

Psal. 1.

Eccles. 12.

Mat. 25.

Rom. 2.

Rom. 14.

Isaie. 45.

Ioh. 5.

¶ De eo quod Iesus dupliciter potest mortuos suscitare, & faciendi iudicium habet plenariam potestatem, secundum Iohannem. Cap. VIII.

PROCU ab ambitione Christus erat, nec ali quod vitium aut iure damnabile aut reprehensibile cohærebat ei: nec eo quod de se alifima facebatur, erat crimini ascribendum, ad ueram credulitatem de ipso in hominum cordibus imprimendam, sine qua est desperata salus. Omnis Christi sermo & doctrina satagebat, ut creditus quis esset, amaretur, & amatus innotesceret, innotescendo glorificaret. Filius dei erat non ex tempore, ut Arrius dixit, sed ab æterno deus, in tempore obuclatus in carne, nec cognitus est, quia mundus eum non cognouit: nec creditus, ne inuidia diaboli salus obuclaret. Attamen ipse per uerba media & altè sonantia prædicare non desinit, ut de ipso ab omnibus omnem fugaret errorem, & quid esset, & ad quid in hunc mundum uenerat, declararet. Et à potestate, quam accepit à patre super uiuificandos in anima mortuos, & in corpore necessarios morituros, exorsus est, dicens:

Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent.

¶ Sæpe hoc uerbum secundum Iohannem ingeminat, uelut ex iuramento confirmas quod loquitur. Nondum ab eo quo inuidia diaboli mors in orbem terrarum intrauerat in anima, in corpore impetens humanam naturam uelut gladius biceps, usque ad tempus Christi, quo mundo in carne apparuit, non uenerat hora uita, neque sermo auditus erat, quo mors depelleretur, & uita succederet: sed ubi Christus aduenit, hora uenit & nunc est. Et nos etiam dicere possumus, qui tanto tempore post Christum in hanc calamitosam uitam deuenimus, & nunc est, ut nunquam pro subsequis transierit in præteritum. Sed quod illo in tunc dicebatur, nunc pro his qui audierunt, sic semper sit nunc pro his qui libenter audiunt: Venit hora & nunc est, quando mortui in anima, confossi aculeis peccatorum, audient uocem filij dei, qui dedit uocem suam uocem uirtutis animas uiuificatis, ut qui audierint, uiuant. Si mortui, quomodo audiunt? Si audierint, quomodo mortui sunt? Mortui locustibus uulneribus peccatorum, mortui dicuntur in anima, qui tamen corpore uiuunt: etiã oēs infideles, naturali uita uiuentes, in anima mortui appellantur & sunt. Qui si audiunt uocem filij dei, reuocantem à morte infidelitatis cæterorumque uitiorum, & obedienter accedunt ad uocantem, in anima reuiuiscunt: quoniam facilius est transitus de morte spirituali ad spirituale uitam. Et ne impossibile uideatur,

quod dei filius fugata huiuscemodi morte, possit reuocare ad uitam, adiectum est:

Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso.

¶ Habet in semetipso filius uitam, habet ex traditione paterna, unde uox eius uerè audientibus, etiam mortuis in peccatis potest conferre uitam: quoniam apud ipsum est fons uitæ, præsentis scilicet & futuræ uirtutis & gloriæ: habet pater in semetipso, & à semetipso, & per semetipsum ab æterno uitæ: sic ab æterno cum genitus fuerit, non in tempore, cum se carne uestiuit filius, uitam accepit ea potestate, ut sic ut per eum omnia facta sunt, & conferuntur, & deperdita restaurentur. Et sicut per eum omnia spiritualiter & corporaliter uiuunt, qui uerè sic uiuunt, sic in utraque substantia mortua reuiuiscunt, si reuiuiscunt: non quod per eum omnia mortua reuocentur ad uitam, sed si reuocantur, non aliter quam per eum. Et quoniam hæc oia ideo dicta sunt, ne filius dei contemnatur in homine, & ne in aliquo deficere creditur à patre, etiam ei dictum est:

Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

¶ Quare pater dedit filio iudiciariam potestatem? quia filius hominis est. Negauerim omnino, quod purus filius hominis puri, hanc potestatem accepit, & quod pater dederit: sed quia filius dei factus est filius hominis, ne filius dei factus homo, haberetur contemptui, potestatem dedit ei pater uiuificandi & iudicia faciendi. Hæc de seipso asserit Iesus, ut credatur quæ filius hominis, etiam dei est filius: & ipse unigenitus & æternus dei filius, pro nobis in tempore pleno ab æterno præuifus, est filius hominis factus, in qua credulitate pender saluandorum omnium salus. Et quia hoc in sinum mirationis ingreditur, ut unum per amplius credatur, mirabile mirabili additur: & quod unum incredibile aut difficulter credibile credatur, in credibilis aut omnino ad credendum difficultius, credituris apponitur.

Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

¶ Acti dicat: Quid miramini, si uiuificandi animas à peccatis, & iudicandi ex meritis & demeritis autoritatem à patre accepit? Quoniam plus est animas reuocare ab inferis, & resoluta & in puluerem reducta corpora à sepulchris, quam suscitare uocem meam audire uolentes mortuos in peccatis, & generaliter iudicare de meritis atque demeritis. Prima uox, pri-

maus auditio, primaque uiuificatio ad eos spectat, quæ corpore seu natura uiuificat, sicut mortui in peccatis: secunda uero ad eos, quos animæ detinent in inferis, & corpora fuerunt posita in sepulchris, siue submersa siue comesta crude à bestijs, aut quomodo libet redierunt in materiam pulueris. Pro prima, & secundam primam resurrectionem dixit: Venit hora & nunc est. Pro secunda resurrectione non addidit, Et nunc est: ut de futuro, non de labenti tempore à præsentem in præteritum, crederetur. Et in prima tantum dixit, quod mortui audient: in secunda uero, mortui qui sunt in monumentis: ut aperta dissertatione differeret, duplicem resurrectionem facere accepisse traditam potestatem, & ad credulitatem unius, potiorum esse promissam. Sed nec solis corpora existentia in monumentis, sed animæ in quibuscumque locorum receptaculis, exceptis nullis, audient uocem mirabiliter atque potenter altè tonantis. Et cum oim sit resurrectio generalis, quod omnes animæ recepturæ sint corpora, & animarum omnium atque corporum sit resarcienda prima unio dissoluta, non tamen unus sine fine fieri omnium finis: quoniam qui bona fecerunt, procedent in resurrectionem uitæ, gloriose uidelicet & æternæ. Nam bona facientibus in nomine Christi secundum rationem cæterarumque uirtutum, non debet esse alia retributio, quam æterna gloriofque uita. Nec in ista uita posset esse sanctis iusta & digna retributio ex quibuscumque beneficiis, nisi cum post omnem debacchationem mortis, eius tandem destructo imperio, gloriofa æternarumque uita resurrectionem sequeretur. Verè malos totum mundum punire non posset, cum amplius quantumlibet delinquentem, quam per mortem utcumque crudeliter irrogatam multare nequiret. Igitur male agentes omnino resurgent, non ad participationem, etiam in modico æternæ consolationis & pacis, sed ad supplicium æternæ dånationis. Ex ista sententia saluatoris aperte colligitur, quod erit in corpore resurrectio bonorum atque malorum, ad diuersos terminos concludenda.

¶ Quod Iesus nihil potest facere à seipso, & testimonium perhibent de ipso pater, Iohannes Baptista, opera ac scriptura: hominum testimonio recufato, secundum Iohannem solus.

Caput IX.

CVM Iudæi & æquidem alij, tamen in Christo formam contemplarentur humanam feruilem, ut nec ultra ex consideratione prouerherentur, neque per opera, neque puerba in ipso forma dei altissimi faterentur, calumniabatur eum in signis & operibus eius. Et quia non poterant in iudicari miracula in tanta euidencia facta, impingebat in eum, quod sabbatum propria potestate soluisset. Excusata igitur accusata feruilem formam, impotentem ad ardua huius-

cemodi faciendæ, cum in alium refert autoritatem miracula faciendi.

Non possum ego à meipso facere quæquam, Ioh. 5. Nihil potest facere à seipso, qui non est à seipso. Iesus autem neque ut homo erat à seipso, neque ut dei filius erat à seipso, quoniam omnis filius genitus, est pars à patre. Non ergo ut homo poterat aliquid facere à seipso: neque ut dei filius, cum sit æternus & inseparabiliter dei patris filius, cuius à patre patrisque ab eo sunt omnia, cuncta opera in diuisa: ut si uerbum dictum, referatur ad seruilem formam, homo qui à seipso non est, à seipso nihil facere potest. Si uero ad diuinam, etiam à seipso facere nihil potest sine patre, à quo substantia separari non potest, ut hæc impotentia, per forma seruili sit de nihilitate: quia ut homo de nihilo factus, nihil per se ualeat: pro forma uero dei, sit de inseparabilitate, quæ substantialis & æterna est. Propterea pro utraque forma dicit:

Sicut audio, iudico.

Hæc ideo dixit, ad solidandum quod supra dixerat de potestate sibi tradita, de iudicio faciendæ, scilicet & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Quod iudicium asserit esse iustum, si iudicat sicut à deo patre audit, qui potestatem iudicandi hominis filio contulit, ut iudicet uisibiliter, sicut uisibiliter à mundo iudicatus est. Proinde subiicit:

Et iudicium meum iustum est, quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris.

Nō errat aut potest esse infidelitas in cōmissis, qui aliter non facit quæ mittentis nouerit uoluntatem. In obliquabilis & iusta est æterni patris uoluntas, quæ eius filius æternus, in tempore filius hominis factus, in iudiciaria exequi actione, non quærens uoluntatem temporalem & humanam, qui nouit æternam. Et omnibus perfectis hoc debet esse præfixum, non agere humanum, cum nouerit & possit adimplere diuinum: Et nemo diuinam suam præferat uoluntatem. Illa cunctis de omnibus & in omnibus præferenda est. Satagebat se Iesus in animo Iudæorum in se uerè p fide, testimonij utebat in argumentum, dicens:

Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quæ uerum est testimonium quod perhibet de me.

Christus est ueritas, uerè est ergo testimonium ueritatis. Alius autem testificans, cuius testimonium uerè est, ipse pater est. Subinfert etiam de Iohanne, qui iam ipse regentibus reddiderat de Christo testimonium.

Vos misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit ueritati.

Miserat ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, ad interrogandum eum quæ esset, quæ tunc de Christo ueritate confessus est, quam Iesus testimonio

humano non indigeret, sed, p̄ illorū salute ista cōmemorat. Propterea dicit:

Ioh. 5.

Ego autē non ab hoīe testimonium accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis.

Non accipit deitas ab humanitate testimonium, neq; tēporale, potest æternitati sufficiens testimonium dare, nec indigentia urgebat Christi Iohannis testimonio declarari, sed hoc pro iporum salute referrebat, ut crederent, & crederes salui fierēt. Et ut testimonium Iohannis ueritate polleat, autorizat in ueritate Iohannem.

Ille erat lucerna ardens & lucens, uos aut uolūstis exultare ad horā in luce eius.

Altitudo uirtutū Baptistæ Iohannis, debuit inflectere ad credendum hoīm corda in Christi, cū ipse de illo testimonium daret. Sed obstinata incredulitas Iudæorū, nō p̄misi eos in illa luce, scilicet in ueritate quā prædicabat, ueræ credulitatis festa peragere. Triste cū turpi cōstitit in aīo, cū nō exultat in uero. Sed quā Iohannis de Christo uerū testimonium protulisset, maius tñ de ipso testimonium aderat, scilicet op̄e super naturam & omnem uirtutem humanam existentium, quod inducit:

Ego autē habeo testimonium maius Iohannis: opera em̄ quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibet de me, quia pater misit me.

Gradatim per testimonia cudit, ut q̄ est, esse credat, testimonium adducēs potius q̄ Iohannis, uidelicet op̄e factorū & fiendorū, ad quæ cōplenda per ordinē à patre autoritatē etiā & iussū acceperat, ex q̄bus omīno credēdus erat inmissus à patre. Opera quidē erant mirabilia, q̄ rum unū paulo añ patratū extiterat, scilicet curatio infirmū lōgæui t̄pis ad piscinā, cuius rei causa huiuscemodi disceptatio exordiū sumpsit: q̄ op̄a testificabant apertē, nec inficiari q̄s poterat, quin essent diuina potius q̄ humana, & q̄ calium patratō op̄erū esset filius dei, ab ipso missus ad terrā talia peracturus. Sepe quidē saluator ad testimonium sui p̄ utilitatē hoīm, ut dei filius crederet, eos cū q̄bus disceptabat, ad cōsiderationē suorū op̄erū misit, q̄ deitatis, nō humanitatis, potentia ostendebant. Sed proterug hoīm mentes, cū quēpiā ob inuidiā persequebatur, nec eius uirtutibus, nec v̄bis, nec op̄eribus credunt: magis autē querunt, unde possint obuiare uirtutibus, uerbis dare calumniā, & op̄ibus bonis ac mirabilib⁹ facere imposturā. At tñ Iesus ad summū testimonium se cōfert, patrē uoce de seipso testificantem inducens:

Et qui me misit pater, ipse testimonium perhibuit de me.

Uidelicet cū ad fluētā Iordanis à Iohāne baptisima suscepit.

Mat. 3.

Neq; uocem eius unquam audistis, neq; speciem eius uidistis,

Si uocē illā nō audierūt, ergo excusandi erāt si nō crediderunt. Si non uiderunt speciem, quō potuerunt imitari uirtutē? Non habet sonantē & organizatā uocē deus, incorporeus em̄, nec ē in sui natura uisibilis ab oculo carnis. Igitur in aliq̄ assumpto uox & species factæ credant. Neutrā tñ Iudæi apertis sensibus perceperūt, sed debuerūt credere Iohanni, qui j̄ in tanta fama uirtutis excelserrat, ut Christus esse crederet; magis autē ipsi Christo, qui p̄ opa miraculosa & uerba uirtutis, altius loquebatur. Quamobrē ad eorū confutationē adiecit:

Et uerbum eius nō habetis in uobis manēs: quia quē misit ille, huic uos nō creditis.

Nō excusantur Iudæi, q̄ nō crediderunt Iohāni: nec excusant, quā nō audierūt dei uocē, neq; speciem cōspexerunt, si Christo misso nō credūt, cuius uita irreprehensibilis, ex omī parte laudabilis, operatio admirabilis, doctrina infallibilis, patientia insuperabilis, p̄pter id q̄d Christus apposuit, quia ipsi non habebant uerbum in eis manens. Habebant uerbum, sed nō manens, pro eo q̄ audiebant atq; audierāt, sed nō retinebāt, sed uerbum patris increatū, nō credebāt incarnatū. Et ex v̄bo incarnato audiebāt v̄bū mirum, v̄bum uirtuosum. Et qm̄ ipse semper eructuabat v̄bum bonū, nec non & v̄bum legis & prophetarū, q̄d de ipso erat, ipsi per uerā intelligentiā non habebāt, nec manebat in eis per memoriā sanam, ideo sibi à patre misso nō credebant. Propterea remittit eos ad scripturam, ubi sunt de ipso prænuntiata seu prophetica uerba.

Scrutamini, inquit, scripturas, quia uos putatis in ipsis uiam æternā habere. Et illa sunt quæ testimonium perhibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitā habeatis.

Præcesserūt oīa Christi mysteria testimonia uerissima scripturarū, & sc̄d̄m scripturas sunt cōpleta siue cōplenda q̄ restāt, quæ ideo sic à sp̄i sancto editæ sunt, quia sic futuræ erāt, non autē sic de Christo futuræ erāt, quia sic scripturæ præcinerunt. Et in scripturis legalibus atq; prophetis Iudæi sperabant uitā æternā, quæ omīno erāt duntaxat cōferenda per Christū, in manu cuius oīa posuit deus pater. Ad quē in humanitate deiecit, Iudæi duxerūt ceruicis more soliti existentes uenire cōtemnebant, ut haberēt illā uitā speratā in scripturis, non habendā aliter q̄ per Christū. Uolebant & uolunt ipsi uitā æternā, & sperant, sicut in scripturis sacris pollicitus ē sermo diuinus: sed nec cū Christo mediatorē, non habentes intelligentiā scripturarum, quæ de isto mediatorē loquunt; & tñ cōtemplarūt seruile formā, quod nullo pacto crediderunt diuinā. Idcirco dicit, & nō uultis uenire ad me, ut uitā habeatis. Nulla excusatio illa est, qui tñ de p̄nacia uoluntatis proprie ar-

guuntur. Excusat sæpe hoīes in toto uel in parte ipsa inuincibilis aut nondum uicta ignorantia, excusat inserta fragilitas: cum, uero solam de uoluntate dissentiente agitur, nulla excusatio suffragatur. Hic quidem Iesus, cæteris prætermissis, Iudæos tñm arguit de contumacia uoluntatis, dicens: [Et nō uultis uenire ad me.] Voluntati apponunt oīa bona siue mala: sibi uirtus, sibi p̄miū, sibi culpa, sibi supplicium, iuxta illud in q̄ p̄stitit aut denegat assensum. Refutat protinus etiam uelut indignus hominum testimonia, cum dicit:

Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui uos, quia dilectionem dei nō habetis in uobis.

Non clarescit deus ab hoīe, quānt; ab ipso laudari possit: neq; Christus indignitū humano testimonio declarari, sed cognoscebat Iudæos dei dilectionē carere, q̄ ipsi non diligebant, & merito nec diligi digni erāt. Nam si dilexissent deū, nō inuidissent, nō paruissent rectē agēti calumniā, credidissent uera docenti & inuitati ad iustitiā, & op̄atā ab hoibus gloriā pollicenti. Non ergo accipiebat ab hoibus claritatē claritas uera & filius æternus atq; dilectus, clarificatus à patre: neq; cōquererāt, si nō credebatur esse q̄ erat, uelut cognosci delectatus ex forma, seu indignus ex pressura: sed duntaxat salutē hoīm q̄rens, uelut querela, v̄bis suafilibus agebat in eos, ut crederent corde Christi dei esse filium ad p̄fectā iustitiā, & consterent ore & opere ad salutem. Sic em̄ ait Apostolus: Corde credit ad iustitiā, ore fit cōfessio ad salutē. Et fontale malū improperebat eis, q̄ deum nō diligebāt, ad diligendū deum factus est homo bono suo, nō bono dei. nostra em̄ dilectio non egerat q̄rit sua causa, sed nostra. Et hoc est oīs hominis cōplētum, ut ad deum dilectioe firma se teneat: qm̄ qui adhæret deo, unus sp̄s est cū eo. Et ipse p̄ Sapientiā ait: Ego diligentes me diligo. Diligens deū, diligit ab ipso. Dilectus à deo, proteget ab aduersis, & in sinu amātis requiescit, ipso iuxta uota fruens. Qui uero deū non diligit, est segregatus à fonte uitæ, factus æternæ morti subiectus. Alienatus à lumine, m̄tis tenebras patit, q̄ usq; in exterioribus inexplicabiliter includat. Omne hominis malum est, in dei dilectionē non fieri.

Quod Iesus nō fuit à Iudæis & à multis alijs, ueniens in nomine patris sui, receptor: & mul- ti pseudo & ipse antichristus recipientur, ueniens in sua uirtute, secundū Iohannē solū.

Caput X.

Sæpe factus est Iesus, se in nomine paterno uenisse, & nihil à seipso facturus atq; dicturus, neq; propriam gloriam quæstiuans, ut aptus reciperetur ab hominibus, omni hesitatione depulsa. Dignus em̄ est honoratē recipi legatus, qui nil suum dicit, agit aut querit, q̄ com-

missa legantis. Erat legatus Christus ad oēs nationes hoīm à deo patre missus, nō ob mittentis rem neq; legati, sed eorū ad quos missus erat, negotiū agebatur. Rebella erāt hoīm corda, & in exordio maxime Iudæorū: conspiciabant oculis legatū, aīo nō recipiebāt; ore cōtradicebāt, p̄sequebant eū gratis operibus prauis. Cōquerit meritō se non esse receptū, p̄nunciat futurā eis ipsoꝝ demerito fraudē. Equidē dicit:

Ego enim ueni in nomine patris mei, & nō accepistis me. Si autem alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.

Ioh. 5.

Veni, missus in uirtute patris æternæ mittentis, in tpe: opera eius ago, q̄ irreprehensibilia sunt & reuocantia de errore ad ueritatē, de umbris ad lucē, de uitijs ad arces uirtutis, de morte ad amatā uitā: & nō accepistis me, salte in uirtute mittētis, etiam si despiciat q̄d humanum aspiciat. Si qd meo noīe in uerbo aut in opere fieret, iusta esset repulsa: iustior, si uerā salutē nō q̄reret. Aderit oīno deceptio ista, exiti gente culpa, ut aliquē pseudopropheta siue doctorē, aut antichristū recipiatis suo noīe uenientē. Iusto enim & irreprehensibili iudicio agitur demerito huiuscemodi delinquentium, ut mēdaciū pro uirtute suscipiat, quē oblatam ueritatem primitus nō accepit, & iniquitatem pro iustitia, & in deuium procedat pro uia, & obliquatorem p̄ duce, & p̄cipitiū pro uoto, & naufragiū pro portu. Et oēs tali animaduersione plectant, quod q̄bus bonū antē porrigit, & nolunt recipere: postremo cadant in contrariam sortē, iuxta illā sententiā: Dilexit maledictionē, & ueniet ei: & noluit benedictionē, & elongabit ab eo. Nō est in his interponere mēdium terminū, quod q̄ non recipiunt Christi in mēbris aut in capite, recipiēt antichristū. De q̄ Apostolus uolens asserere reuelationē, parat meritā receptionē, dicens: Et tunc reuelabit ille iniquus, quem dñs Iesus interficiet sp̄i oris sui, & destruet illustrationē aduentus sui, eum cuius est aduentus secundū operationē sathanæ, in omnibus uirtutibus & signis & pdigijs mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis his q̄ pereunt, eo q̄ charitatē ueritatis nō receperūt ut salui fierēt. Ideo mittit illis deus operationē erroris, ut credat mēdacio, ut iudicent oēs qui non credunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati.

psal. 108.

2. Thef. 2.

Ecce qualis est ille, qui postmodum recipietur in nomine suo ueniens, cum Christus uenit in nomine sui æterni patris, non fuerit antē receptor. Ecce quo demerito mēdaciū p̄ ueritate suscipitur, & iudicium pro misericordia irrogat. Subinfert autē incredulitatis & non receptionis causam, quæ fertur esse quæstio humana gloriæ, non diuinæ. Hoc est quod ait:

Quomodo uos potestis credere que gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam qua-

à solo deo est, non quæritis?

Perpicuū est, q̄ qui & mutuo humanā gloriā quærunt & conferunt, credere his qui uidentur abiecti, non possunt: & cū humana gloriā uicario more in commercium uenit, diuina ppellitur. Ideo q̄ non credunt, qui dei gloriā utroq̄ studio nō ingruunt: qm̄ si diligenter, quærerent: si q̄rerent, salui essent. Aut alio loquēdi ordine, sicut in supradictis v̄bis intercisē colligunt: si crederent, quærerent: si quærerēt, inuenirent: si inuenirent, diligenter: si diligerēt, salui essent. Ad hunc salutis finē, his gradibus dñs Iesus primō Iudæos, deinde cunctos homines satagebat adducere, prohibens uelut obicem ad ea quæ ueritatis & uirtutis sunt, uanā, inanem, perfunctoriamq̄ gloriā.

Quod apud deum patrem non Christus, sed Moyses Iudæos inexcusabiliter accusabit, cui de Christo scribenti si uerē crederent, Christo etiam credidissent, secundum Iohannem solum.

Caput. XI.

Filius dei, prout existentem se asserbat Iesus, adueniens pro hominibus in populo Iudæorū, dicto populo electo dei, qui nō creditus, non receptus, potius repudiatus ab eis, iuste poterat conuenire illos accusationibus apud patrem, sed denegat se causaturum aduersus eos, pro eo quod nō impropheteratus, & antē non per scripturas prænunciatus aduenerat, sed ille ipse accusaturus erat, qui de ipso præscripserat, & in quo præ prophetis cæteris consperabant. Hinc est quod dicit:

Ioh. 5.

Nolite putare q̄ ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui accusat uos, Moyses, in quo uos speratis.

Non accusabit Iudæos de ipsorum incredulitate filius, q̄ omnes uenerat excusare, nec quæret quempiam inuoluerē, qui satagebat expēdire compeditos à potestate & à fraude satanici: nec quærit litigiōsæ causæ cū hominibus ante deum patrem habere cōgressum, sed à Moyse, scilicet ab eius scriptura, deducuntur in causam, & sistentur ante tribunal, ut de incredulitate damnentur, & uant iusta supplicia, quoniam Moyses scripsit apertē de Christo. Et quoniam uis alij plures prophete scripserint de Christo, hic subicitur: Moyses solus inducit, pro eo q̄ apud Iudæos nullus propheta prior, nullus anterior diuinorum scriptorū, in nullius scriptura sit quod æternā uitā sperabat. Obinde adiungit:

Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autē illius literis non creditis, quomodo uerbis meis crederetis?

Si testificantē credit, & ea causa pro qua testificatum est, credenda omnino censet: & quod dicitur, reconuertitur. Proinde si Iudæi credebant scripturis Moysi, & in ipsis sperabāt æternam uitā, debuerūt & credere Christo, de quo

Moyse longē antē præscripserat. Et quoniam scripturam & locum euangelista præterat, dignum iudicauit locū & scripturā innectere, ut fides claret, & annexat deuotio fidelit, ut præreat inexcusabilis perfidia Iudæorū. Scribit quidē in libro secūdo legis, ad remouendā idololatriā & cuncta fallentia, q̄d Moyses de uero propheta Christo prædixerat: Propheta de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies, ut peristi à dño deo tuo in Oreb, quando cōcio congregatus est atq̄ dixisti: Vitra non audia uocē dñi dei mei, & ignē hunc maximū amplius nō uidebo ne moriar. Et ait mihi dñs: Bene omnia locuti sunt. Propheta suscitabo eis in medio fratru suorū similem tui, & ponam uerba mea in ore eius. Loqueturq̄ ad eos omnia quæ præcepit illi. Qui autē uerba eius quæ loquet in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.

Luce patet claritū sanē credentibus atq̄ in fide intelligentibus, istā scripturā esse de Christo, quā Moyses dux Israelitici populi electus & amicus dei, cui facie ad faciē loquebatur, sicut homo loquit ad amicū suū, propheta magnus in signis atq̄ portētis operator eximius, longē antē præscripsit, ad præmiū saluationis credentiu, & ad iudiciū omnium incredulorū, & tanta claritate ipso literali aspectu refulgēt, quod expositiōe nō indiget. Cui rei causa saluator ait: [Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.] Nō dubio animo loquitur Christus, q̄ omnia nouit, cū forsitan dicit, sed in duritiā Iudæorū impingit, quæ uerē flectēda erat ad Christū, etiam post Moysi præstitā fidē. hinc ergo penitus Iudæi apud deum inexcusabiliter accusant, q̄ etiā Moysi nec ueraciter crediderūt, ex q̄ Christo nō credunt, de q̄ ille tū apertā ppheta prædixit. Quod uerō adiecit, [Si autē literis illius non creditis, quod uerbis meis crederetis: nō cōponebat in his uerbis personā, sed fidē: q̄ si nō credebāt Moysi, in q̄ maiore habebāt fidē, sic nec Christo, q̄ apud eos minori aut nulla fide fulgebat. Liqueūt multa ex his q̄ dicta sunt, nec secura tergiversatio est ab eis, p̄maximē ad ea quæ credēda sunt supposito scripturā, quibus primō nō p̄stita fide, nequāq̄ Christus perfectē crederet, q̄ ipse sine omni testimonio scripturā, cordibus hominū se posse infundere. Veruntū non alligatus scripturā testimonij, si ne ipsis ipse nō uenit aut egit sua magna p̄ hominū salutē mysteria, & dānatio & saluatio ex ipsis innotuit, ut aliter non eueniāt quam scripturæ existant. Nō eos Christus aut ceteros credituros rationibus puocat aut inuitat, sed dū taxat per fidē, quæ omnino intelligentiā præstat, iuxta uerbu Iaiæ dicitur: Nisi crederitis, nō intelligetis: aut aliās, non permanebitis. Et hoc est meritū nostrū, inuiti fidei, nō rationibus. Et fidei robur est, ab ipsis excludi. Et cum ceteris ex

plo Christi docētibus, & docēdi forma relicta, quod per fidem conentur ad Christum corda hominum inclinare, atq̄ quod omnino intellectus capiuntur in obsequium eius: quoniam ipse dei filius aliter quam per fidem, ad se corda hominum non uocauit.

De operando cibo qui non perit, sed permanet in uitā æternā, secundum Iohannem solum. Caput XII.

Post refectiōnem turbarum ex quinque panibus & duobus piscibus, transfretauit Iesus & uenit Capharnaum, quem turbæ, terram maris sequentes, puenientes ad eū, dixerūt ei: Rabbi, quando huc uenisti? Respondit Iesus & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, nō q̄ uidistis signa, sed q̄ manducastis ex panibus meis, & saturati estis.

Non uidetur Iesus usq̄ quærat gratā habuisse quæstionem turbarū ob ipsarum intentionem, quia non tantum quærebant eū propter mirabilia signa, quibus ad altiora inuitabatur, ut ipsorum mentes per fidem attollerentur in isto Christo apparenter hominem deum esse, imō ipsum deum & hominē uerū esse, sed quia manducauerāt ex illis quinque panibus, & mortalia corpora refecerant, quod ideo quærerēt, ut possint iterum atq̄ iterum manducare & corpora mortura reficere. Quod aspernabatur Iesus, quod tantum pro temporalibus, pro corruptibilibus atq̄ mortalibus ab hominibus quære retur, qui uenerat daturus æterna, incorruptibilia, & semper eodem modo manentia, & dare cibum sempiternē mansurum, non perfunctorium, quæ fames iterum sequitur. Quāobrem alium cibum opere quærendū informatur, dicens: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitā æternā, quæ filius hominis uobis dabit. Hunc enim pater signauit deus.

Actū diceret: Quid me queritis p̄ corruptibile cibo, qui quis ad horam satiet, afficientē famē omnino nō tollit? Operamini, hoc dico, soli citē opera deus, ut illi cibū habeatis, q̄ sumptū hic, ad uitā perducit æternā, & hic incipiēs, etiam æternē perdurat. Et ne ad habendū impossibilitas se opponat, filius hominis dare paratus est, dandi habens omnimodā potestatem. Dare uenit & uult, accipere uolētēs inquirat, non accipiens, neminem quā se ipsum cause tur, cū ab eo qui habet offert. Ne autē propter humanā aut seruilē formā, tū oculis carnis obiectā, impotens crederetur, subinfert ut etiam deus esse credatur. Hunc em̄ pater signauit deus. Hunc em̄, filiiū hominis q̄ cibū æternē manentē, uolentibus pollicetur, deus pater signauit etiā filiu suū esse, ut nō solū filius hominis, sed etiā credatur dei filius esse, ut inhx̄sitanter, quod p̄mittit, effectu efficiat. Veruntū ex falsa intelligentia uerbi, quidā ex hoc errauerūt,

quorū nō paruū numerū hominū meis tēporibus inueni, qui nihil uolentes p̄prijs manibus operari, ostendentes se omni tēpore orationibus & cōtemplationibus uacare, ociose feriatēs, ætate iuuenes, corpore feroces, honestis operibus ualentes intendere, necessitati propriæ atq̄ alienæ prouidere, uiuendi stipē in solito cōstū querebāt: & cū eis a duersaret ex gestis dictisq̄ sanctorū, in argumentū assumentes uerbu sic esse à saluatore dictū: Operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in uitā æternā. Sed perspicuū est ex sequentibus v̄bis, q̄ negatiuē non dixerit de honesto exercitio corporali, sed quod hoies non tantū huius uitæ fulcimēta curarēt, magis intenderent quō æternē in beatitudine utriusq̄ hominis permanerent. Intellexerunt per quid exile turbæ, q̄ & dei agenda opera quærentur. Proinde interrogant:

Dixerunt ergo ad eū: Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc ē opus dei, ut credatis in eū quem misit ille.

Opus dei non ratiōe corporis posuit, sed ut sit actus interior in credulitate missi atq̄ mittētis. Non tamen Iesus ex hoc bonū opus actus le exclusit, sed p̄cidit opus mentis, quod est, credere hunc Iesum Christū, dei uerū filiu, ab æterno patre pro salute hominum missum. Est ergo hoc firmiter opus dei, qm̄ solus deus fidem in cordibus hominū operatur, nec aliquis illam propria uirtute nanciscitur aut meretur, qm̄ si ne fide impossibile est placere deo. Qui uerō si bi non placet, priuatur unde mereat. Est ergo fides duntaxat in anima opus dei: nec nō & qui ad salutē satagunt, esse conuenit actuosos primō in inuisibilitate credendorum, & oim quæ fidem inuisibilitē consequuntur. Et qm̄ fides sine operibus mortua est, etiam opus dei exterius decreto diuinæ legis peragitur.

Iac. 2.

Magnū est ergo fidei sacramentū, cum dicitur, opus dei. Sed si quod deus creando egit in spicimus, omne in esse productū, dicitur, imō est, penitus opus dei, q̄d sua uarietate atq̄ magnitudine prodit artificem, potuitq̄ cognosci, ut scriptū est: A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter potuit eorū creator uideri. Quid igit est, q̄ fides dicit opus dei? Egdē aduertēdum, quod aliud ē opus dei ab ipso factum, aliud à nobis agendum. Primū, omne quod egit aut agit seu faciet deus. Secundū uerō, id esse à nobis q̄d fieri pot in placitū eius secundū legē & edictū ipsius, ipsa fides ex inuisibilibus, & ut credatur in eū, quæ ad nos propter nos ad terras misit pater æternus, sine q̄ nemo uider, nec uidebit deū, etiā quæ illa sanctorū patru prioritas in patria uidere non meruit, nisi merito eius, q̄ p̄ se in plenitudine tēporis missus, ab illis fuerat creditus assuturus, nouitatisq̄

Sap. 5.

*prima

nostra illi sic affuisse, nec defuisse iam credit; nec non & ceterae uirtutes ordinatae infusae in mentibus hominum pro supernis, & id quod imponit impraeteribili lege agendum, etiam ignorato sine, siue in aliquo praeter rerum ordine praeterire uere ordinem usumque communem, dissiuauae uideretur uel absenti, opus est dei, ex eo quod uult & iubet, & agendi praestat uirtutem, sine qua nemo quippiam rectum agit. Est etiam opus nostrum, quia nos facimus, nostraque uirtutate, non sua. Non solum autem Iesus hoc exigebat, ut eum crederent esse qui erat, sed ut sibi crederent in doctrina sana quam dabat. Multi enim deum siue Christum credunt, doctrinae uero, factiue non credunt. Et cum Iudaei aperte cognoscerent, quod de ipso Christus dominus loquebatur in forma seruili, diuina non credea, & uelut signis assoliti, signa postulant ad credendum, cum rememoratione priscorum.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signis, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducare.

Exod. 16

1. Cor. 1

Verum est quod Apostolus scripsit: Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam. Ab initio quo deus eos segregauit a gentibus, in signis eorum animos educauit, & oculos pauit, ex quibus propter eorum cordis duritiam ferere crediderunt illa facientibus: nunc quidem memores Moysi, unum de suis signis, satis aptum ad id quod saluator iam dixerat, ut operarentur cibum qui non periret, sed qui permanet in uitam aeternam, inducunt & inquirunt: Moyses dedit patribus nostris panem de caelo in deserto, de quo ipsi manducauerunt. Tu ergo qui nos ad te credendum esse dei filium ab ipso missum, cuius uasionibus niteris, quod signum facis, ut ipsum oculis corporeis uideamus, & tibi magis credamus? Pro tergiuersione ista uerba erant, quoniam multa iam iam signa fecerat, nec credebant: & maxime immediate praeteritum, quod tot milia hominum de quinque panibus satiauerat, eorum animos debuit, ut crederent, commouere. Sed quod credere non uult, quaerit quo avertatur. Et qui renuit facere quod iubetur, in excusationis suffugium reuolit. Infirmum tamen, ob signa praestare fidem, quanquam Iudaei Moysi & prophetis, & alii Christo, & in principio nascentis ecclesiae plurimi ob signa crediderunt. Veritas & uita ualidiores sunt: praefereunt enim signis omnibus & exemplis.

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dedit uobis panem de caelo uerum. Panis enim dei est, qui descendit de caelo, & dat uitam mundo.

Liquet quod Moyses non dedit de caelo panem

uerum, quanuis orauerit pro populo esuriienti, ne fame inter deserta periret, cui deus prouidit de manna, non de caelo, sed in isto nobis uicino aere iussu dei generato, quod deus plurendo dedit, iuxta illud: Et pluit illis manna ad manducandum. Sed panis dei, panis uerus, esse dei filius, qui de caelo non aliter quam propria uoluntate descendit. Panis enim dei est, qui descendit de caelo, & dat uitam mundo. Vita solent ab hominibus quaerit, affectata propellunt, sed utinam hominum desideria ea sollicitudine in totam uitam ferrentur, sicut ferunt in parte, pro qua homines tanta patiuntur. Christus autem descendit totam conferre uitam, & homines a partialitate in totalitatem transferre: pro ista quoque uita panis terrenus inquiri, qui ad aeternam conferre aliquid nequit: pro aeterna capellenda se ipsum panem constituit, qui est panis dei, in mundo degentibus uitam donans, si illum suo modo ad uescendum accipiant, ac per hoc a se uita pollicetur aeterna, ut in desiderium uescendi deueniat. Et iam auditores aliqui commoti in sermonibus saluatoris, desiderant hunc panem, a pollicente quaerunt. Semper enim laus bonae rei desiderium dedit, & traxit ad se quaerendam.

Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.

Subiecta postulatione, cum dnm uocat, & cofessio, iam est supra id quod forma seruili appareret. Supposita omnino debet esse petitio, cum a superiore aliquid quaeritur. Petunt semper dari panem, hominibus uita dante: quia uiuere semper optabant, ut appetit animus quoruncumque mortalium, timentium perdere uitam per mortem acerbam. Petebant comestibilem panem, credentes hanc habere uirtute, & more quo alii comederunt, autumabant, ut mulier Samaritana etiam Christo uita depoposcat aquam, ne sitiret, ne fatigaretur ad hausum. Non autollebant eorum in altitudine dicti metes, humane sapiebant ex desiderio, sic quaerant ex desiderio uita.

Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis uita. qui uenit ad me, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis.

Effert adhuc uirtutis laudibus panem, & magnum affectus pconio in desiderium trahit, eo quod fame ex toto auferat atque sitim, & exponit quod alio more est filius, ut se parat ad debitum esum, quam sola fide satiabiliter manducaat. Arguit autem eos, quod eis dixerit rei ueritatem, sed non crediderunt, quia uiderunt solum formam seruili. Credidissent autem ei etiam in forma seruili, si per fidem eis forma dominabilis astutisset, ut sic uerbis, imo sententiarum coteretur eluceat: Dixi uobis oem ueritatem, maxime de spiritali, non de corporali: de seipso naturali, non de naturali: de aeterno, non de temporalis: de refocillate aias, non corpora, cibo. Sed qui uidistis me, non discretum a forma seruili in uultu

se formam dei, non credidistis meis operibus neque uerbis. Vidistis etiam miracula facientem, & contempdistis: & non credidistis de uero pane, qui animas reficit, & ad uitam aeternam mittit. Et si uos non credidistis, sunt & erunt qui credant: quia omne quod dicit mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, non eiciam foras.

Quibus dacti est a patre, ut credant in me, dati sunt mihi: & qui mihi dati sunt, ad me uenient itinere passibusque uirtutum: ergo ego ueritate uenientes non eiciam foras a domo uirtutum atque fidelium, neque a domo ciuium supernorum, nec eiciantur in tenebras exteriores, ubi stectus est & stridor dentium; quoniam non est in rebus forinsecis delectatio uere fidelium, sed in interiori homine, in his que non uident, coram deo exultant: quoniam ut ait Apostolus, Gloria nostra haec est eum, testimonium conscientiae nostrae. Non eiciantur foras, qui exteriora non amauant, imo plerumque contempserant, sed in hoc omne studium dantes, ut Christum crederent, ex toto corde diligerent, & habitatorum intrus haberent. Hoc quidem dicebat Iesus, in designatione reprobationis Iudaeorum, & populi gentilis eligendi atque saluandi, quem deus pater aeterna praedestinatione filio dederat, daturusque erat in iustitia fidei, ut sibi corpus creditum coartaretur cum ueniret ad filium; nec eiciendus nolens, nisi uolens operaretur quicquam aliqua deiectione digna. Nam sic ut qui credit patrem, credit & filium, & quod dicitur, recouertitur; sic omne quod habet pater, habet & filius, a patre tamen accipiens. Quibus sit datum & quibus non, ut ad filium credendo perueniant, quare his & non illis, quo merito aut demerito: non est inuestigabile a mortalibus, sed tantum laudentur irreprehensibiles misericordia & iustitia dei, & iuste hominum demerita condemnentur. Igitur permansens in uitam aeternam, filius dei est humanatus pro nobis de caelis adueniens: in operatione fidei credentibus dat, denegat incredulis.

De uoluntate dei patris, quam filius se fatetur implere in operatione salutis humanae, secundum Iohannem solum. Cap. XIII.

Disceptat uarijs sermionibus dei filius cum Iudaeis, & hoc agit, ut credant in eum, quod ipse sit solus uita aeterna hominum qui de caelo descendit. Et quoniam supra dixerat, panis enim dei est qui descendit de caelo, & dat uitam mundo: nunc aperte asserit de seipso quod uere sit ille panis, & causam praebet quare descendit, ne otiosus tantus crederetur descensus, dicens:

Quia descendit de caelo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me.

Haec est mei aduentus causa, quia descendit de caelo ad ima mortalium, non meam uoluntatem facere, non meam gloriam quaerere, sed

eius qui me legauit. Saepa quidem ista sententia tractata est. Sed si patris & filij est una substantia, una deitas, est & igitur una uoluntas. Cur ergo uoluntatem suam a patris uoluntate fecerit, ac si alia esset patris, quam ut perficiat uenit; alia sua, quam facere non disponit? Equidem patris & filij, cum unius sint substantiae, una est uoluntas. Sed distinguit formam dei a forma seruili, & quod a seipso non est, & a seipso non uenit, sed ab eo qui misit; ut nihil contempui pateat, quia homo: nec quod sui causa, sua re, sua utilitate in hac umbrosam uiam descendit. Ut autem neque mittere crederet ad seipsum aliquid mittendo filium quaerere, & audientes citius inclinarent ad fidem, patris elucidat uoluntatem.

Haec est enim uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

Si omne quod dedit mihi pater, ad me ueniet non foris eiciendum, quare dedit pater? Quia uoluntas eius est ut nemo perdat, nemo daneatur, nullus excludat a regno eius, quod nemo extra ciuilitate superna laus cum apostaticis spiritibus maneat. Et si perdi uideatur ad horam, si mors corpori adimit sensum, si anima ipsum deserit, si redierit in pristinum puluerem, si per oia est dissoluta copago, uoluntas eius est ut illud resuscitet in nouissimo die, quod & faciendi ab ipso potestate accipi. Perspicua est dei uoluntas de humana natura, quod ex iustitia culpa exigente in carne, non in anima, moriatur; & quod in eadem carne die nouissimo suscitetur. Sed in his qui sibi a patre ab aeterno iure praedestinationis dati sunt, & in ueritate fidei ad ipsum accesserunt, resuscitabunt ad gloriam, ceteris relictis ad poenam. Venturus est nouissimus dies, ultra quem non erit amplius dies successione nocturna, sed ut aeterna lux, aut obscuritas sempiterna. Finis apponendus est mundo, coepit enim: sed non ut ad nihilum redeat unde sumptus, sed meliori conditione natus in electis, deteriore in reprobis. Itaque de paterna uoluntate reualidat quod dixerat, ut ab auditione promissorum, accenderentur animi audientium ad credendum, cum subinfert:

Haec est autem uoluntas patris mei qui misit me, ut ois qui uiderit filium, & credit in eum, habeat uitam aeternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Habet ne uoluntas dei suppositam causam? Minimè. Nihil enim causa ipsius uoluntatis, sed ipsa summa & prima causa bonorum omnium cunctorumque existentium; malorum uero non causa, quanuis creauerit substantias bonas, quod propria uoluntate deliquerunt. Igitur si quis perdat, a seipso deperit. Nam uoluntas eius est, ut quod filio dacti est, non pereat. Et pater oia dedit filio, sed multi aut non accedunt, aut propria uoluntate se auferunt, errore decepti,

114. *uidetes in reprobam partem. Artamen iustitiam posuit unde homo mereat, & uitā æternam nancisci possit, quæ in desiderio cunctos est. Iustitia uerò quam misericordia diuina remuneratiōe persequitur, est ipsa filij dei creditas, non q̄ ipsa causa diuinæ uoluntatis existat ut hoc uelint: sed ipsa dei uolūtas sic ab æterno constituit atq; prouidit, ut oīs qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. In dubio uerba sunt, q̄stione animos tangūt. Si uidere referit ad oculos corporales, solū q̄ tempore Christi fuerunt in regione iudæa, in causa sunt damnandi siue saluandi, imò dānationis siue salutis: qm̄ post ascensionē Christus non est amplius conuersatus in terris, ut uideri à mortalibus ulterius possit. Sed si ad uisionem internam inferimus, quæ differentia inter uidere & credere interponatur? qm̄ excepta uisione patriæ, quid in hac est uidere nisi credere? quid credere nisi uidere? Videmus cum credimus, credimus cum uidemus. Credere, uidere

1. Cor. 13.

Heb. 2.

in ænigmate ē. Sic & Apostolus ait: Videmus nūc per speculū & in ænigmate, tunc autē facie ad faciē, & hoc est, quia credimus, in ænigmate uidemus. Et alibi: Videmus Iesum, pp̄t passi onē mortis gloriæ & honore coronatū: nō de uisione corporis, neq; de nō credētibus, sed de credētibus loq̄t. Quid ergo est, uidet & credit? Quæ est uisio, ad quam iungēda est credulitas? Quæ est ista credulitas quam uisio præcedit, cum æterna uisio sequatur post fidem temporis huius, nec fides ad uisionem, sed uisio sequatur ad fidem? Sed qm̄ euāgelica uerba quæ uitam salutis omnibus astruunt, nō alligata sunt temporari, loco uel alicui genti, sed communia sunt pro tempore, pro loco, pro omni natiōe hominū quæ sub cælo est, pro capacitate uolentium: proinde est quod dicitur: [Ut omnis qui uidet filiū, & credit in eum, habeat uitam æternam.] Sic fideliter piet̄ capitur, ut uisio sit in lectione siue auditu. Nam qui legit ea, q̄ de Christo figuratim & prophetice scripta sunt, in euangelio, quæ sunt dicta & acta per eum & pro eo, q̄dammodo uidet, etiam si non credat. Qui etiam audit ab aliquo p̄dicante, quādam uisionē mente gerit, absq; q̄ sit adhibita fides. Et cōmuni usu loquendi, pro omni sensu accipitur uisus, ut de potētis alioz sensuum in p̄ceptione obiectoz: sæpe alicui, Vide, dicatur. Ad huiusmodi uisionem, quandoq; credulitas sequitur, quandoq; auerit. Quod autē auditus pro uisione ministrat, ad quam sequatur credulitas, ut in notitiā ueniat sententia saluatoris. Ut oīs qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam: audi apostolum Paulum, allegantem etiam alia testimonia scripturarum: Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Ioclem propheta allegat Apostolus, & illico subiungit qd̄ pbare dispo-

Rom. 10.

suit: Quomodo ergo inuocabunt eū, in quem non crediderunt? Aut quō credent ei, quē non audierunt? Quomodo autem audiet sine p̄dicante? Ecce Iesus dicit: uidet, & credit. Apostolus ait: Quomodo credent, si non audierit? Vbi Christus uidere seu uisionem præmisit ad credendum, Apostolus præmisit auditum. Et adiecit: Ergo fides est ex auditu, auditus autem per uerbum dei. Ac per hoc uisio quam Christus, & auditus quem apostolus Paulus ad credendum prætulit, solis nominibus distinguit. Resuscitatio sæpe promissa id agit, ut uita ista non diligatur, spes auellatur à seculo, nil timore fiat, ut quis à uirtute aut à ueritate exorbitet, non cedatur à terroribus tyrannoz; non sit corpus in cura quomodo pereat, quid patiat, qua morte finiat, cū Iesus resuscitaret uelit in nouissimo die. Igitur uolūtas patris æterni, quam filius in tēpore missus exequitur, est, ut per iustitiam fidei fideles saluentur, ut non perdantur æternē, ut ad uitam per eum in quē credunt, resuscitentur æternam. Dignum em̄ est ut qui uitam quæ Christus est, in suo tēpore portauit in corde, q̄ post mortē ad æternā uitam potiendam, resuscitetur in nouissimo die.

De murmuratione Iudæoz aduersus Christum quia dixit: Ego sum panis uiuus &c. quam ipse ob ipsos incredulitate repressit, secundum Iohannē. Caput XIII.

Nolens ueritati acquiescere, q̄rit resistere. A ratione supatus inuire, inquit aduersus eā. Subdi renuens iustitiæ, bellū parat: deus in causa sibi non placita, querulat de iudicethes in intellectus, de altitudine dogmatum murmurat. Alta de seipso dñs loquebatur, sed uera & expediētia mortalibus. Nec ad iactantia sui, sed ad nostrā miserā depellendā, confendāq; uitā in protoplastis perditā, loquebat: promulgabat ininiciabile ueritatē, suasonibus irrefragabilibus utebat, exigebat submitti ad fidem animos. Et ista Iudæis erant implacita ceruicosis. Erant em̄ in tanta euidentia facta Christi, uerba uerò eius luce clarius resulgebāt. Nō ualētes aliter se tueri, ad auxilium eoz criminū, murmuri coarauerāt cor & linguā. Et hoc malum, proprium est peruersorum.

Murmurabant ergo Iudæi de illo quia dixisset, Ego sum panis uiuus qui de cælo descēdi; & dicebat, Nōne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrē & matrē? Quō ergo dicit hic, q̄ de cælo descēdit?

In omnium rerz causa, negotio & actione ad uisissimam partem se tradit ille qui murmurat: omnia iura deficient murmuranti. Et ipsa murmuratio testis est, quod nulla sibi ratio suffragatur: non sibi ascribit inuisibilem eclipsim interius & exteriori illi qui murmurat.

rat, sed refundit in rectē agentē atq; docentem. Non ascēdebat ad Christi doctrinā intellectus exiguis Iudæoz, quia non se humiliauerūt, ut ad illam percipiendam exaltaret, igitur oibus sibi deficientibus, murmurabāt: Quō? Aduersus Christum & doctrinam eius, quia se facebatur descendisse de cælo, & uinum panem esse pro uita æterna conferenda mortalibus. Ut in eis erat, iustam asserēbant iniquam murmuratiōem, contemptantes dumtaxat formam eius seruilem; & genealogiam terrenam scientes, generationem despexerunt æternam, ut omni nō dicerent non de cælo descendisse, cuius cognouerant geniturā, & omnem confortē seu cognatum propinquitatē generis, nominalit̄ & ex persona sciebant. Sed nec hoc eis ad excusationis suffragium cedit, si secūdum carnem sciunt dñi parentelā, si non credunt q̄ de cælo descēdit; qm̄ sicut utriq; potuit, sic & fecit, & de cælo descēdere, & ut hō factus genealogiā carnis habere, ut in libris superioribus tactū ē.

Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicē. nemo potest uenire ad me, nisi pater q̄ misit me, traxerit eum.

Resculpit murmuratiōnem Iesus, quia de incredulitate ueniebat. Nec ipsi credere poterant ipsum esse cælestem, nisi accepissent à patre, qui eos qui credunt, trahit ad filium. Possent quidem homo alium hominē ad tertium hōiē trahere, sed ad filiū nō nisi pater, & ad patrem nemo quempiam nisi filius trahit. In relatiōe quidē huius tractiōnis est uirtus. Non em̄ credit, sed nec scit filius, nisi ex patre: nec pater, nisi per filium in notitiā uenit. Quæ per relatiōnē dicunt, unum nisi per respectum alterius non cognoscitur. Secus autem est de his, quæ secundum substantiam aut ad seipsa dicerent.

Argunt ergo Iudæi q̄ nō credebāt deum patrem esse, ut nec filio tractu inuisibili iungērentur. Nec culpa non trahendi, est refundēda in patrem, sed in eos qui trahi nolunt, dum se alibi rebus ligant ne trahantur. Non em̄ uolentia trahit pater ad filium, neq; utitur potestate premente. In uoluntatibus agit ut trahatur ad filiū. Vna semper est præsto, ea q̄ diuina est. si humana consentit, sic conuincio: si dissentit, auersio est in causa. Bonum est trahere, quando à deo est: sed trahi se permittere, perficit unionem, & tractus finale præmium habet. Quod & pollicetur Iesus:

Ergo resuscitabo eū in nouissimo die. Mors in experimento erat à primo innoctēte interempto per fratrem, nec in quoquam abolita: odio & tædio & timori hoibus erat, uelut potissimē amatum destrues, qm̄ uita placita erat. Et cum ipsa non posset depelli, desuper firma secernente iustitia, erat in parte sola misericordia, si itez post debacchatiōem eius

resurrectio esset ad uitam, porro erat, sed non uera, non arte, non angelica seu diabolica potestate, aut humana uirtute. Solius dei erat, homines reuocare ex mortuis, qui per filiū missum ad ima nostra, resurrectiōem hominibus mortalibus repromittit, prius factus ipse in humanitate mortalis, quo merito liberaret ab imperio mortis. Et hæc dumtaxat tractis à patre ut credant in filium, ut ad beatam & æternam uitā resurgant, promissio facta est. Et uelut admirans q̄ nō se trahi permetterēt, aut duritiā eoz ceruicis improperās, scripturam prophetæ aliegit, q̄ possibile penitus est homines edoceri, & suaderi eis q̄ hic Iesus sit filius dei, pro salute hominum missus à patre:

Est scriptum in prophetis: Et erūt oēs docibiles dei.

Isaia hic maximē saluator inducit, ut eoz animos ad credulitatē adducat, q̄ possunt oēs homines à deo diuina doceri, quibus non omnes doceant: & ab eo q̄ factus est homo primus, ordinatus est ad scientiam diuinorū. Aliter diabolus non potuisset eum decipere pollicēdo scientiam, nisi cognouisset ad diuinā scientiam ordinatum. Nec Adam præstitisset assensum, nisi quia se cognoscebat etiam sciēdo maiora posse percipere, cum iam sic arduam sciētiā accepisset, ut cuncta creata per competētia nomina designaret. Igit sola uolūtas obstat, discipulam fieri per scientiā fidei, uelut *superba satagēs* per rationes aut per signa, diuina cognoscere. Sed docibiles dei docentur à deo, qui non uocibus strepit ad aures, sed corda perfundit. Et si lingua humana diuini oraculi facta est instrumentum, solus deus in cordibus hominum ut credant, inuisibiliter operatur. Proinde oīs q̄ audiuit à patre & didicit, uenit ad me.

Audire à patre, sine medio nō est per uerba sonantia, sed infusione peragit. Sed audiuntur ab omnibus ea quæ sunt à patre; nō tñ oīs qui audit à docente, doctrinam eloquiū sui semper didicit, & est qui didicit. Eademq; imagine multi diuinum quid audiunt, & non discunt: sed ille qui audiens didicit, uenit credens ad filium. Sonat in ecclesia uox diuina, & quod mirum, in lingua mortali multi audiunt, sed non discunt, ex impatiētia, ex incuria, ex negligentia, ex implicatione, ex fastidio auditorum, ex colligatiōe animi ad materias, ex affectibus placitis qui dissolui timent. Et quia sermo def uisus si capitur, discerpit ab omnibus animum: ex inclinabilitate cordis ad uisibilia, ex fastu animi, ex inapparentia eorum quæ dicuntur: uenit, si nō discitur quod docetur. Artamen audire à deo patre, ex uisione nō esse filium manifestat, dicens:

Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem.

Isa. 2. 6.

¶ Solus filius ab æterno patrē vidit atq; cognouit, non tanquam alium in substantia, sed tanquam alium in persona, non ut separatim à se, uelut abiectum uisus aliud ē quam uisus: sed unum erat, imò est filij uisio & obiectum patris, quia ipse & pater unum sunt. Nemo autem hanc uisionem habuit aut habebit: etiam in illa patria uisio angelorum & omnium beatorum, non erit ut uisio filij, ab æterno unum existentis cum paterna substantia. Nec cōfert quod alij euangelistæ dicunt, Et cui uoluerit filius reuelare, q̄ uisio cæterorum, uisioni filij sit æqualis: qm̄ illius ab æterno, illoꝝ ex tempore illius in substantia, illorum in accepto: illius in proprio, illoꝝ in dato: illius in seipso, illoꝝ in participatione. Quod si hoc de patria dixerim, multo magis negauerim etiam in uia filij, um alicui reuelare patrem, ut eius & qui reuelationem accipit, sit æqua cognitio.

Mat. II. Luc. 10.

¶ Quod qui crediderit in dei filij, uitā meretur æternam, quia ipse panis est uiuus illam præstans, secundum iohannem solim. Cap. XV.

¶ Uita æterna in desiderio mortaliū facta ē, credat in filij, qui iuramento illā pollicet. Amē amē dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam.

Ioh. 6.

¶ Ineffabile protinus est fidei meritum, ut uitā mereat æternā. Deus illi tale precij posuit, ut tati p̄deret: nō est inuestiganda ratio, sed eius iustitia facienda. Habet credulitas uitam æternam in promissione, donec de perseverantibus species largiatur. Cōfirmat hoc Iesus ex eo quod est, ex eo quod in prisca uita non fuit. Hinc dicta exgratē, ut intelligant, unde credēs in dei filij, habet uitā æternā: ex eo q̄ dicit, Ego sum panis uitæ.

¶ Vñ prici nō habuerunt: Ex eo q̄ adiecit, Patres uestri manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt.

¶ Ergo uita ex pane uitæ. Mors nō ex Moyse neq; ex māna, sed ex inuidia diaboli p̄ Adā, dicit em̄ scriptura: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarū. Quare igitur manducatio mannae in hac disceptationem uenit? Quia cum mors iam esset introducta in orbem, non potuit auferri per Moysen, neq; per comestionem mannae, quod populus ex pluitione dei manducauerat in deserto.

Sapi. 2.

¶ Sed hic est panis de caelo descendēs, ut si quis ex ipso manducauerit, nō moriatur. ¶ Ecce q̄ ex pane cælesti comesto, imperij mortis destruitur, mors æterna oīno superat. ¶ Ego sum panis uiuus qui de caelo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.

¶ Non satis reputatum est, q̄ ex pane comesto mors æternā superetur, nisi eregione uitæ

tribuat æterna. Proinde cū panis sit oīnino cælestis, ex eo manducās, in æternū uiuet. Ex ipso cælesti ueroq; pane, si fide uera comedit æternæ mortis imperij in huiusmodi comestione euanescit, æterna uita confertur. Quod & ait: Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita.

Exponit quis sit panis uiuus de caelo descendens, q̄ sit sua caro dāda in mortem pro oīni uita mortaliū. Sed neq; caro de caelo descendit, quoniam incarnari uolēs, neq; corpus portauit de caelo, sed assumpsit ex uirgine. Quomodo igit panis uiuus qui de caelo descendit, caro sua est? Si descendit de caelo, non caros: si caro, non descendit de caelo. Est panis uiuus Iesus de caelo adueniens, carnē assumens; & unice gratia, tres substantiæ factus sunt una persona, non quod caro de caelo descendit, sed sit unum facta cum assumente dei filio qui descendit. Qui etiā signanter illā carnē assumpsit, nō deitatem naturaliter & æternē immortalē, non animam immorturam ex nihilo creatā, pro mūdi uita daret in mortē, ut unica mors Christi, duplicem mortem nostrā excluderet, & ad uitam æternam in duplici substantia præpararet. Nec non & in cibū eandē daturus erat, cum propria & secreta potestate in illā transubstantiādo elementata cōuerteret, & relinquere mortalibus similem, imò eandē potentiam conuertendi atq; sumendi.

¶ Quod in disceptatione Christi cum Iudeis de uitæ cibo, etiam Iudæorū litigatio est exorta, secundum iohannem solim. Caput. XVII.

¶ Nunquā nisi inter unam & alteram partē cōtentio nascitur, nunquā nisi inter disidentes litigatio generatur. Nam aliqui atq; lebantur ad doctrinā de cibo, non quærentes rationem: tendebant in fidem, appetentes uitā æternam, non habentes quod opponerent doctrinæ propter defectū docentis, neq; docentī propter falsitatem doctrinæ. Aliqui uerò uidebant: non ualentes in factū, nitebantur in modum. Nā audito uerbo, Panis quē ego dabo, caro mea est:

¶ Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandum?

¶ Simpliciter credens factū, nō quærit modū: aliās non esset simplex ipsa ere dulitas. Et signū est fidei fluctuantis, cum mysteriorum Christi modus inquiritur, insistent es adhuc in processu naturæ, cū aliqua ultra ipsam audiunt, modum intenti inquirunt. Videtur litigare Iudæi, uelut in hac disceptatione diuisi, quia litigium agitur inter aduersas partes, & inuicem conquirunt illi proponentes, qui in fidei simplicitate non stabāt. Quare aut quod uerbum

hoc, quis insolitus sermo, q̄ istius hominis caro sit cibus nobis tradendus ad esum? Toti in sensibus erāt, recesserat ab internis. Quis unq; Iudæorū comedit humanam carnem, nisi extrema illa necessitas coartasset, ut in obfusione factum inscribitur? Quis à seipso partē carnis seruauit, ut alij præstaret in cibū? Quis fe totum interfecit, ut pabulū fieret aliorum? Abhorret sensus, aspernat ratio humanam edere carnē. Quomodo ergo iste carnem suam ad manducandū poterit dare nobis? Et si esset esilis edendus pro æterna uita, citō cōsumeretur, pauci modicū quid acciperēt. Multitudo reliqua saluandorum quid comedendum acciperet?

Huiuscemodi cogitationes uersabantur apud animas imperitas, fidei nō subiectas, diffidentes de potentia pollicentis, ne modus inueniri posset q̄ caro sua ueniret honestē sine horrore manducātis in cibum. At quia Iesus non edisserit modum, sed conatur in factum, uideamus ut caro sua omnino comeda: & ad hoc ut fiat, minatur & pollicetur.

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternā, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Non sedat saluator litigium Iudæorū hæsitantium de modo, apologiā non facit. Suadet carnem suam in cibum accipere, & sanguinem in potum: ni fiat, interminatur uitæ carentiam: ut fiat, uitam promittit æternā. Et si mors cunctos depascens, obicem de uita æterna faceret ad credendum, etiam sæpius resurrectionem diei ultimi repromittit, utiliore partem pro auditoribus ratus, quæ sitorū in credendis non reddere rationem, ne infirmaret fidem, q̄ ratio nibus nō sulcitur. Quæ si reddunt, fides ipsa minuitur: & tandem eius demis p̄mium, proueniens ex eo q̄ id qd non uidet, credit, etiam quod nulla intelligit ratione, seu per naturam euidens demonstratio prægatur, astruens eius sublequis formam, ne concionando credēda reddendā rationē traiciant, ne fidei meritū adimant. Ac per hoc quia deus est, qui hæc sic ordinauit, in quibus fidei scientiam posuit, in qua iustitiā supra ueterem legem, imò sine cōpositione perfectā, quia illa imperfecta erat, statuit, in qua saluos facere hoīes ab æterno p̄de sinauit. Non q̄rat à mortalibus modus operū diuinorū, neq; ratio factibilibum. Nec si à fastuo quis quærit, quis rationē reddere conet. Superbe dare modū & rationē reddere eorū q̄ humanas intelligētias oīnino transcēdit. Quorū modus & ratio, sola est diuina uoluntas: quia sicut uo

luit, ita ordinauit & fecit. Cuius uelle modum suarū actionū inquirere, tale dixerim, q̄le si p̄prio humero quis uellet imponere totū orbē. ¶ Quod cibus carnis Christi, & potus sanguinis eius, secundum rationem & modum fidei sumpti, uerē donant uitam æternam, secundum iohannem solim.

Caput XVII.

¶ Licentiam habuerit protoplasti in paradiso delicia: positi, edere de oīni ligno quo ille hortus cōstitus erat, etiam de ligno uitæ, qd comestum, uitam p̄stabat: tū de uno prohibito facta est, non tanq̄ de malo, quia nullum malū deus fecerat, sed ut in illo probaret obedientia subiecti & imperium p̄ceptoris, q̄ probatio de re mala esse non debuit. Et sub interminatione mortis prohibitio facta est, ut cautius seruaret. Non aut in prohibitione seruata siue abstinentia promissum aliquid est: qm̄ in abstinentia & prohibitione non apponit p̄mijum diuina iustitia, sed satis est, si supplicij non incurrit. Præmium aut ligno uitæ appositum erat, si sumptum fuisset ad esum. Igitur cauere à malo, p̄mijum non meretur, sed p̄nam euaudit: bonum uerò agere, non solum effugit supplicium, sed nanciscitur præmium. Applicauerunt ad prohibita uoluntatem & opus uasione callidi tortuosi, & incurrerunt mortem, ad quam facti non erant, & priuabatur uita, pro qua & ad quā facti erāt, non edētes illud uitale lignum. Cætera uerò ligna per indifferētiam erāt. Igitur oīne humanū genus, morte multatum & uita priuatum erat: nec ei aderat aliunde spes fugiendæ mortis per edēdū uitæ, nisi cū deus in suo imperio iā cōtemptus, hoīm miseratus uoluit subuenire. Vex quia per cibū uetiturum mors in ultione fuit, & in priuatione uita, per intactum concessum, per cibum cælestem, editum diuinē, uerū, syncerū, sine admixtione cōtrarij depelleretur horrida & odiosa mors, & uita optata redderetur, dum seruetur obedientia de sumēdo, prout in uetico inobedientia est seruata. Et hoc est quod saluator dicit:

¶ Caro mea uerē est cibus, & sanguis meus uerē est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo.

Ioh. 6.

¶ Per cibū mala, per cibū bona proteniunt, sed nō per eundē nullus tñ cibus est malus, sed mala sumptio esse potest. Oīs creatura dei bona, oīs cibus ualeat uini aptus, quia natura bonus, sed melior unus alio inuenit: nullus tñ cibus est uerus ad amatā promissamq; uitā, nisi unus de q̄ Iesus: Caro mea uerē est cibus. Oīs cibus si bonus est, & uerus ex eo qd est, & aptus ad istā fallacē uitā pro tēpore, non æternē. Ad uitā uerā æternēq; manēt, solus est Christi caro. Et quemadmodū cibū potus consequitur, sic carnem sanguis, Igitur & sanguis eius uerus

Gene. 2.

est potus, sicut caro uerus est cibus. Omnis uero ratione utens, ueritatem in omnibus querit: in nullo falli uult, quanquam peruersus saepe fallere uelit. Nullus uellet pasci somniato cibo neque picto, sed uero, si famem pateretur indigeret cibari. Si fames uero cruciat, nil pendit si dormiens somniet esum, aut uideat pictum in pariete cibum. Venter repletus, ridet ex his quae usque uacuetur. Viuere appetens, uitae fulcimenta conquirat, & eo meliora, quibus sanior uita seruet. Proinde quia uere famis inedia cruciamur, quia uiuere in aeternum uellemus, quia cuncta terrena in ueritate non satiant, non mortem depellunt, uitam aeternam non praestant, uere cibum, uerumque potum oblatum debita sumptione capiamus. Sed unde destructio mortis? Ex cibo potusque caelesti. Quomodo quis eruet ab illa? Quomodo aeterna uita ex huiuscemodi donabitur? Ex mansione in illo qui super mortem habet imperium, & aeternam tradere uitam a patre traditam potestatem. Quomodo ergo in illo manebimus? Per comestionem carnis, sumptionemque sanguinis: quoniam qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Mucra fit mansio ex his assumptis, ut ille in nobis maneat tanquam uita in mortali corpore, & nos in illo tanquam in fonte uitae. Si ipse qui est uera & aeterna uita, manet in nobis, & nos uero mortales, in Christo uita manebimus, abolebit mors; aeternaque uita in possessione fiet ex interposito seruatore pacto, quod carnem eius comedamus, bibamus & sanguinem. Euidens in fide ratio deuitandae mortis, concedendaeque uitae subiungitur:

Iohan. 6. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuero propter patrem. Et qui manducat me, & ipse uiuet propter me.

Originalis & fontalis & prima & principium uitae pater, a quo & in quo filius uiuens propter patrem. Vita quidem patris & filij una est, & nobis aliunde, quam ab ipso, esse non potest. Propterea dicit:

[Qui manducat me, & ipse uiuet propter me.]

Non monemur manducare patrem, quoniam pater non assumpsit manducabilem carnem, sed filium illam assumentem, & uita nostra fit in filio & in patre: in filio, si carnem eius manducauerimus in patre, quoniam ab ipso est filius.

Hic est panis qui de caelo descendit.

Ad confirmationem auditorum & crediturorum, saepe repetitur huiuscemodi uerbum, ad differentiam illius panis, qui manna dicebatur, quod deus in deserto patribus pluit, cum ille non praestiterit uitam, sed iste praestaret aeternam. Propterea sequitur:

Non sicut patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.

Ac si patenter dicat: Hic Iesus dei filius, pa-

nis est de caelo descendens, sed non sicut ille panis in manna, quem patres uestri manducauerunt, etiam mortem corporis sunt experti, quoniam ex illo uita non erat. Reficiebat ad horam corpora iuxta uota, mitigabatque famem, non autem depellebat. Iste uero praestat uitam, famemque depellit. Proinde **Qui manducat hunc panem, uiuet in aeternum;** quia ipse uita est aeterna ex patre, quoniam temporalis sit ex matre. In omnibus autem his uerbis nec modum manducationis aperuit, de quo maxime fuerat litigatio adiuuicem Iudaeorum, ut supra perlatum est, ne fidei robur decrederet, & meritum eius non tam alre appederet in lance. In fide factum, in fide modus existit. Plus enim est quod uoluit hoc facere, fecitque, quam modus in facto: atque si factum in fide, modus non erit in declaratione. Non enim praestitit huiuscemodi caelesti facti modus eius. Si quis igitur in omnibus actionibus saluatoris sibi praestiterit ex captiuato intellectu facto si dem, non quaerit ulterius modum & rationem: Eo autem tunc de modo reticet, quoniam adhuc non parauerat aut dederat cibum ex sua carne, quem in ultima coena fecit, cum in carnem suam panem, & in sanguinem suum uinum inuisibile & diuina potestate conuertit, ipse prius sumens, deinde caeteris discipulis ad manducandum & ad bibendum tradidit. Non tamen ex hoc, quomodo illa conuersio & manducatio fiat carnis, aliquid mortalium, nisi ueris fidelibus ex fide, non ex rationibus aut demonstrationibus patuit: hoc duntaxat multiplici uerbo asserens, quod huiuscemodi cibus carnis, & potus uini, operatur sumentibus ad uitam aeternam sub pollicitatione ueritatis. Et ciuias in qua haec promulgata doctrina, credulitati facit argumentum, ex eo quod euangelista subiicit:

Haec dixit in synagoga, docens in Cappharnatum, quae interpretatur uilla pinguedinis. Et pinguis est panis Iesu, de quo in benedictione Aser prophetatum fuit: Aser pinguis panis eius, & praebebit delicias regibus.

Quod sermo de cibo uitali, a quibus discipulis uisus est durus, quorum murmuratiorem Christus conatus est auferre, secundum Iohannem solum. Cap. XVIII.

Non capitur a paruis ingenij dogmatum altitudo. Temperandus est sermo ad intelligendi uirtutem, & intelligentiae facultatem. Si doctor supergreditur, aut non quaerit intelligi, aut in admiratione fieri appetit, ibi uero stertilitas, hic uanitas. Sed nec Iesus in his erat, sat agebat ut intelligeretur, & deuitabat iactantiam. Unde igitur sermo eius ad intelligendum seu proficiendum durus uisus est? Unde aduersus Christum murmuratio est exorta? Non ex altitudine uerbi, quoniam altissimi, offerrebat enim fidei: non intellectu naturali, defectu cuius ad intelligendum suppleuisset & fides. Si nouus &

insolitus, in admiratione animam debuisset suspendere, non in illam improbitate inducere, ut ueritatem appellarent duritiam, & murmurarent aduersus recta loquentem. Sed mos est hominum peruersorum & erectarum ceruicium, id in doctrinam doctorum refundere, quod animo gestant, & alle gare impossibilitate in praecipis, & murmurare de rectis: nec exercent intellectum ut sciatur, ne imposita faciant, impositura inquirentes ad uerum sanam doctrinam. Et saepe doctorem in murmurando blasphemant, neque considerant dictum, dicentemque non aduertunt. Sicque de sermone uerbi uitalis mala responsio facta est, sicut euangelista testatur, dicens:

Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

Dicebant aliqui Christi discipuli ex auditu sermonis eius, quidamque sequela, sed hi non erant de numero duodecim apostolorum, aut de numero septuaginta duorum discipulorum, de quorum numero nemo perijt, nisi unus: sed discipuli erant dum audirent, sequerenturque personam. Qui sermonem humilem, sanum, congruum humanis inuisibilibusque languoribus, omnibus uolentibus aptum, pulchrum, per omnia reprehensione carentem, durum appellauerunt ad intelligendum forte, sed nec excusatio. dicebatur enim ut crederetur, aut ad agendum uidebatur difficilis. Equidem si corpore agendum aliquid indixisset, seu molestum sensibus, aut difficile, aut impossibile quid ineptum, & inuerecundum. Neutrum habebat, sed duritia erat in animo Iudaeorum, qui durae ceruicis hominis a creatore omnium appellati sunt. Ideo durum appellauerunt sermonem eius, impossibilitatem sibi obediendi adiacientes. Quis potest eum audire? Audiri protinus auribus corporis potuit, sed ad intelligentiam & obedientiam ipsa impossibilitas refertur. Hi non humiliter uenerunt ad doctrinam, tumebant animo, causam quaerebant ut a saluatore discederent, uelut qui causam quaerit qui uult recedere ab amico, sed non datam a Christo, a seipsis illegitimam inuenerunt.

Sed sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam.

Sciebat omnia quae cogitabant & dicebantur atque fiebant ab hominibus, apud seipsum, non perceptione sensuum facta relatione, sed propria cognitione diuina, quae nihil latere potest: quia nouit quod aut in cordibus, aut super pressis sermonibus murmurabant: & in onerosis sibi, prouidebat ipsis, ne decepti resillirent, & uita aeternam perderent promissam in cibo

uitae. Dixit eis: Hoc uos scandalizat quod dixi de cibo uitae in aeternum manente, quod uita aeternam dat, quam non habuerunt patres in manna: quae praetuli me Moysi, quia dixi me uiuum esse panem qui de caelo descendi, quae resurrectio nem promissi factusque in nouissimo die, quod in me credere, uita est nancisci aeternam: quod ad ipsam habendam, oportet meam manducare carnem, quae uerus est cibus: & meum bibere sanguinem, qui uerus est potus: Si ista sunt quae uos scandalizant, me tantum hominem cogitantes, innitentes eo quod genealogia ex carne cognoscitis, recte tamen sapientes, sciunt ista omnino sensum & omnium hominum excellere transcendereque uirtute. Sed plus in me uisuri seu de me audiri uultis, ut si quauis homo dixi, uirtute diuina tamen factus sum. Proinde si uideritis filium hominis, quem me solum esse cogitatis, ascendente ubi erat prius, quia dei filius, ascendente ut homo, ubi prius erat ut deus: patebit credendi uia, faciliter cogitatio retundet, quod carnalis genealogia mihi adimat potestatem, & si qua dicta uos scandalizat, animos uestris in fide quietabunt, & scandalum ex uisa carne sumptum delebitur: quoniam spiritus est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. Nolite carnem aspicere, ad nihilum ipsa ualet. Omnis caro fenit, & prudentia carnis mors est. Etiam caro Christi sic inspecta, nihil utilitatis afferre potest, si deitas quae spiritus est, in unione cum ipsa non esset. Caro, ut aperte sumat totus homo, non prodest, nisi deitas in fide sit cum homine. Caro etiam suo more loquitur, sed illa quae loquitur lingua carnis, spiritum habent & uita. Ideo dicit ipse Iesus:

Verba quae ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.

Inde dicitur: Caro quam aspiciatis & cogitatis, non prodest, neque illa ad uestrum praedicaui profectum, etiam cum sumenda tanquam uere cibum edixi, sine spiritali unione deducta cum credulitate deitatis aeternae, nec sine spiritali intelligentia ueritatis, ac per hoc iniusta erat supra disserta cogitatio Iudaeorum, sed iusta & repetio saluatoris: irrationabile scandalum, sed eius sedatio rationabilis, cum ad id tenderet Iesus, ut quod ab ore humano procederet, spiritus & uita esse crederet. Sed aliquorum incredulitas oblittebat, quae saluator aperuit, dicens:

Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat Iesus ab initio qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.

Perpicuum atque luce clarius est, quod deus neque potentia, neque ratione reddita urebatur in deis actionibus eius, sed tamen nitetur ad inducendum fidem ad corda quae audiebant, & quae ex incredulitate ad sua dicta omne scandalum erat, ex hoc quod ait: Sunt quidam ex uobis qui non credunt. Quod si crederent, non sciam

Ia. 40. Roma. 8.

repetio.

malizarentur in his quæ à Iesu dicta sunt, imò potius lætarentur, quoniam uerba sunt ad eundem in domum dñi, in quorum figura loquebatur David: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, quoniam ex his in domum dñi ibimus. Non latebat Iesum ab eo quod coperit congregare discipulos, credulitatem aliquibus non affuisse aut etiam defuisse, necnon & prænouerat proditorum. Sed ab initio, pro æterno. Verba sunt euangelistæ, non saluatoris.

Qui & dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.

Hoc iam est supra disertum.

De discipulis qui non credentes uerba dñi, recesserunt retro abeuntes, secundum Iohannem solum. Cap. XIX.

Conuertit ad dominum fides, incredulitas querit uenire non sinit aut auertit. Nec sit fides, incredulitas latè uagatur, aut iugatum soluit. Fides uerborum altitudinem non ueretur, quibus subiecta, superfertur, non terretur ab inapprehensibili, omnia capit credens. Apprehensio naturalis eregione consistit, & incredulitas graditur in peruersum. Ipsi semetipsos accusant, quod non adhaerunt ex corde in fide inuariabili, quæ ex incaptiuitate uerborum retro cesserunt. Vñ euangelista, non saluator, edisserit.

Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.

A Christo deficere, non est cum quo fiat honestum socius: & cum repedatur ab ipso, non ad domum aut ad quietem, sed in mortem ititur. Etenim ipse uita. Et lapsus est ad errores ueritate relicta, etiam ipse ueritas cum sit. Necnon per deum quæque tedit, qui rectam deserit uiam. Ipse quippe uia factus nobis ad poenitentiam. Vñ igitur qui relinquunt iter rectum, & uadunt per uias tenebrosas: sed qui retrocedunt, de dei regno desperent, quoniam nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei, quod se in ampliora extendentibus, non retro uersis, datur. Peruile uinculum est, quod uerba dissoluunt. Quid si adiecta tormenta fuissent? Nexus utique fidei & amoris Christi, si uerus existerit, ex uerbis & poenis atque tormentis etiam interminando quis mortem per amplius innodatur, & sub pressuris increfcit, & æque ut uerba, deridet uerba. Sed pusillanimes sibi placentes, uerborum autè indagatiõe difficili seu impossibili ab intellectu puro non adiuuante fide aut dubietate, seu quomodolibet hebetudine restricti & territi, retrospecti: & non ambulantes mente, uita, moribus cum eo, sine quo erratur & inciditur in latrones & urfos, & non quæ opatum deuenit in terminum. Velut in uirtutibus, omni bonarum actionum principium est fides: sic incredulitas excludens à bonis, in uoraginem omnium malorum immergit.

Luce. 9.

Nullus qui puræ fidei, maior nexus, sed qui citò resiliit, nodum attingere illa fidei puritate, aut non addiderit fidei charitatem. Et nulla scissio remotior, quam infidelitatis, & non adhibita charitatis. Abeunt ergo retro, qui repetit affectu peruerso ea quæ non odio dimiserunt, & in moribus perditis reuerfantur, quos iure reliquerunt. Abeunt retro, relabuntur in indirectiõe uoluntatis, qui regulari nolunt cælestibus disciplinis, contra quos Petrus in epistola sua dicit: Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione saluatoris domini nostri Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere uiam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum conueri ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim illis illud uerum pro uerbo: Canis reuertitur ad suum uomitum, & sus lota in uolutabro lutu. Diuina libranse iustitiæ, nemo hæceter deterior fieri retrorsum conuersum, quam non fuisse conuersum. Qui enim semel improbabilis ratione placuit, sine peccato inexcusabili displicere non potest. Est etiam manifestus error, à ratione mentem auertere. Et quantum de mysterijs saluatoris ratio aperta reddi non possit, in ab ipso recedere nulla ratio suggerit, neque suaderi potest irrefragabili argumento. Satis enim est ad sequelam eius, non habere oppositam causam, neque relinquendo propiciam.

De discipulis qui electi à Christo, ipsum solum eligentes, cætera contempserunt, secundum Iohannem solum. Cap. XX.

Per interrogationem uerbalè Iesus suos discipulos experitur quid elegerint, quantum uis corda omnium sciret, sed ad confessionem orientem trahit. Quod si corde ad iustitiam quæ per fidem est, creditur, orientem exprimat quod sentiant ad salutem: & ut pateat fides bonorum per incredulitatem peruersos, & incredulos luceat per uicacia confessione fidelium: necnon ut Iesus prodatur se agere libertate, non coactione: uolentes, & permittere abire uolentes, idcirco quibusdam recedentibus, Iesus ad duodecim est locutus:

Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nūquid & uos uultis abire?

Quia recesserunt aliqui ob incredulitatem in arbitrio proprio constituti. Scies in latebras mentium ipsorum, illos interrogat si abire alio uolunt, sicut illi abierunt, ut permittat abscessum. Ac si eos sermone tali alloqueretur: Meum fuit, uos recipere uenientes: uenire, uestrum: meum, retinere discipulos uestrum est, penes manere doctorum, aut abire liberi ut uenistis. Non cogo, non aufero libertatem. Vidistis quæ feci, audistis quæ dixi. Est ne sermo durus cum præcipit, cum confulit, cum iuste minatur, cum misericorditer

pollicetur? Caput enim uellet in fide intellectus. Est ne quid in causa? Vultis ne abire incredulitatem, an mecum manere credentes? Non quod Christus uelit ab ipso celebrari diuortium, sed sinit unumquemque suum placitum querere, siue sic aut ne assequat. & libero uti arbitrio. Attamen ab his quæ fide sibi intremula adhaerent, dicit:

Nam respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quæ ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei uiuui.

Iustam honestamque desperationem propter optimam & infallibilem spem apostoli confitebantur, cum Petrus respondit pro omnibus: Domine, ad quem ibimus? Desperauimus de omni homine, quoniam maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Et nolite sperare in principibus, in filiis hominum in quibus non est salus. Et quis est qui nos eruat de potestate tenebrarum, qui traserat in regnum æternum, nisi tu solus qui uerba uitæ æternæ habes? Et nos mente credimus, & per miracula facta cognouimus, & tu infudisti cordibus nostris fidem, quia tu es Christus filius dei uiui. Supercediunt apostoli hac confessione Iudæos, qui tantum Ioseph & Mariæ filium asserabant, dei filium consentientes, in quo solo, spe omni alia derelicta, pro uita æternam sperantes uti dicerent: Et nos uiuere in æternum querimus, ad hoc fatigamus ut in æternum uiuamus, igitur ad quem ibimus ut uiuamus? Vbi quod minatur mors, & si creatura est aliqua quæ non moriatur, uitam alteri conferre non potest. Tu uita, & apud te est fons uitæ, non transitoria, sed æternæ. Verba tua deprimunt quæ sunt æternæ uitæ. Alias legitimus Petrum pro omnibus apostolis confessionem de Christo simile protulisse, non per reuelationem à caritate aut à sanguine, sed prædoctus à patre. Ita & hic non humana sapientia, sed diuina perfusus, uerbum confessionis saluiter eructauit. Sed ibi quasi per se locutus, beatificatus est: hic uero exceptionem unius audiuit à confessione quam fecerat, cum pro omnibus loqueretur, dicens: Et nos credimus & cognouimus, nescientes unum esse diabolium inter eos, quem Christus declarauit ex mala qualitate, tacens ex nomine.

Respondit eis Iesus: Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Iesus elegit apostolos, non ipsi dominum Iesum elegerunt, sed electi ut salui fierent, cõfiterentur: attamen unus qui non cõfessit, diabolus factus est à seipso, malitia, non natura. Vtque uellet differere Christus: Non mirum si aliqui abierunt retro, quos non tantam prærogatiuam dignitatis elegi, cum uos duodecim præ cæteris insignuerim, quos & apostolos nominaui, & in uos unus de electis à me, sed non ante

mundi constitutionem aut ab æterno, quoniam non sic esset iam diabolus. Nec omnes hoc animo creditis & tenetis, quod ore confessus est Petrus, cum inter uos unus uestrum existeret diabolus. Declarat autem euangelista in scribendo de euangelium, quis hic fuerit, cuius nomen Christus semper tacuit.

Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariothe. Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Perpicuum est non esse diabolum naturam, sed uitio: cum saluatore Iudas sit diabolus appellatus, qui fuerat electus apostolus. Timor cum cautela præstruitur, si homo potest sua malitia diabolus fieri, cuius nomen horrendum est nominare. Veruntamen multi nomen exhorrent, sed facta diaboli non abhorrent. Sed tolerabilius esset diabolum uidere, quam esse ipsum uexantem pati, quam fieri. Ac per hoc si Iudas proditor à seipso potuit diabolus fieri, quomodo igitur sunt deprauata mente facti diaboli? Quid igitur expedit diabolo spirituali, ut ad culpam homines tentet, si ipsi sibi homines facti sunt demones? Nemo causetur aduersus inuisibilem hostem, dicens: Hoc mihi fecit diabolus, si homo à seipso est diabolus factus. Et sicut primus diabolus à seipso factus, non ab alio, sic homo diabolus non fit, nisi à semetipso. Non enim traduce naturali diabolus à diabolo igitur, neque cuditur arte, manu seu aliquo instrumento, siue à spirituali tantum, siue à coniuncto diabolo. Infit igitur hominibus cautus timor & timorosa cautela, magis à seipsis ne diaboli fiant, quam ne à iam factis tententur quæ focientur. Nam & in inferno crudelior erit poena, si uita se uidere diabolum factum, quam cunctos alios sibi habere adhibitos ad tormentum & ad æternum confortium. Necnon timedo caueant, & cauendo contremiscant, si qui sint, etiam si esse aliquid magnum uideantur, ne efficiantur ex peccato diaboli, cum audiunt diabolum factum unum ex duodecim discipulis filij dei, cui non profuit Christi præsentia, superna sibi declarata doctrina, & apostolorum sancta societas, quin à seipso efficeret diabolus, cum alijs antiquis demonibus in æterno igne sociandus.

De disceptatione habita inter Iesum & pharisæos & scribas super munditia spiritus & munditia corporis, secundum Mattheum & Marcum. Cap. XXI.

At ubi inuidia seu per odium, quod præter rationem est, in alterum ardens quæritur semper unde calumnientur, & aduersus exosum, etiam in minimis captiois laqueos tendunt. Ex iniquitatis in celsu pharisæi & scribæ Christum persequerantur. Est etiam & peruersorum genus, qui omne quod agi uident, alia lege quam agant, reprehendunt: factu præsumptiua, oia debere fieri lege inuenta potius,

q̄ diuina. Etsi diuinæ deferunt, quandoq; au-
dent & suas in uentiones legi diuinæ cõponere,
ut eadẽ censura seruent. Sunt & qui omne quod
non agitur eorũ sanctionibus, existimãt eis ad-
uersum, necnon & autores in hostilitatẽ reci-
piunt, in q̄s uerborũ & morũ improbitate desæ-
uiunt. Necnon & reperiuntur q̄ cultui corpo-
ris intendentes, sua interiora dimiserunt, quo-
rum omnium similitudinem gerunt pharisæi
& scribæ. De quibus dicitur, [quod cum uenisset
Iesus in terram Genezareth, & fecisset mul-
ta miracula, tunc accesserunt ad eũ pharisæi
& scribæ, & quidam de scribis, ueniẽtes ab Hieru-
solyms. Et cum uiderent quosdã de discipulis
eius communibus, id est, non lotis manibus
manducare panes, uituperauerunt. Nihil facerem,
nihil urbanum, nihil ad cultum corpus, nil alienis
oculis placitum, suos discipulos Christus docuerat,
sed omnem mundũ corporis contemptum, ut etiam mensam
in contemptu corporalis munditiæ ponerent, pa-
nem seu cibum illotis manibus manducantes.
Regni cælorũ urbanitatẽ docebat Iesus, & ani-
marum nitiditatem, non corporũ baptismata
predicabat. Et interioribus suis intẽti, exteri-
orem cultum per omnia paruipendunt. Et argu-
mẽto fit, quod exterioribus dedit, sua interiora
spereuerunt. Exteriora spernentes, intima or-
nare conantur, in ipsiũq; delectant. At qui si ali-
quando cõtingat exteriã in aliquo fieri, pœnaliter
sunt, citò ad intima sua redeunt quæ uirtu-
tibus colunt, sed exteriorẽ corporis incuriam
in alijs uituperant, illã in semetipsis amantes.
Laudetur tñ diuinũ magisteriũ, p̄ supernis, &
discipulorũ humilis obedientia in agendis. Et
eregiõ sunt, qui exteriora sua magis quàm
sua interiora colunt. [Pharisæi em̄ & omnes Iu-
dæi, nisi crebro lauerint manus, non manduca-
bant, tenentes traditionẽ seniorũ: & cũ à foro ue-
niunt, nisi baptizenẽ, nõ comedunt. Et alia mul-
ta sunt, q̄ tradita sunt illis seruare, baptismata
calicũ & urceorũ & æramentorũ & lectorum.]

Mat. 7.
Mat. 15.

**Et interrogabant eum pharisæi & scribæ,
dicentes: Quare discipuli tui transgre-
diuntur traditiones seniorum? Non enim
lauant manus, cum panem manducant.**
Ecce cultus corporis, ecce nitor exterior, ec-
ce munditia inutilis & baptismus sterilis. Or-
dinationes & cæremoniæ traditionesq; homi-
nũ sunt istæ, non dei, nullo modo diuinis ex-
quãdæ præceptis, etiã si multa utilia cõtinerẽt,
cum nihilo sint pendendæ, pro eo quod diuer-
si baptismata corporũ & uasorũ maculas inter-
nas nõ abluunt, sed habent quandã iucundita-
tẽ fornicatã & profanã, incompõsibilem
ad uirtutẽ: nec nõ & duntaxat humanẽ sentien-
tes, quia quæ corpori cõgruunt, pro decreto
& lege suscipiunt, id agẽtes, ut uelut edicta di-

Mat. 5.

uina seruentur. Ideo audacia improba-
rem & discipulos arguunt, dicentes: Quare di-
scipuli tui transgrediuntur traditiões seniorũ?
Si discipuli, ergo ex doctrina magistrũ aliqui-
ne gligunt agendũ, aut nefriendũ cõmittũt, di-
scipulorũ culpa potius refundit in doctorem.
Causam interrogant, non ut laudent, sed ut
signat, ut improbent, & causam habeat cõtra
eum. Sed quæ talis transgressio? Non em̄ lauãt
manus cũ panẽ manducant. Querit inuidia in
minimis calũniã aduersus quẽ agit. Quid em̄
habebat delicti aut criminis, manducans illora
manu? Ad seipsum horror illius loris erat.
Et si forte ad cõmentale, plus erat tolerare ali-
quãdo infirmũ mẽbro diminutũ, & quod per
amplius, moribus spurcũ, q̄ manibus illorum.
Non em̄ lauãt manus cũ panẽ manducant,
quã iam translata erant ad Christum, a cære-
monijs Iudæorum, qui non exteriora, sed interio-
ra docuit baptizare. Indiciorũ erat sanẽ sapientiũ
bus, quod cælestis magister cælestisq; doctrina,
& quod in illa iã discipuli facti erant, subin-
fretes omnẽ corporis curam carnisiq; nitorem.
Cõtemplandũ est multo mentis intuitu in
cessu huius almi regis, cũ quibus cõmilitoniũ
bus quibusq; familijs gradit, in epris ad huma-
na, & nulla mĩdialitate fulgẽtib; sed regno
dei aptus. Sed iste sua doctrina inepos, ad ista
pro illis aptos effecerat, quantum etiã tales ele-
gerit, ut ab ipsi; primoribus rudimentis rustici-
tatem potius quàm facetiã redolerẽt, ad smũ-
dam hanc fidem, ut omne quod agebatur, cre-
deretur apolum, non humanum. Iesus attamẽ
summus apologeticus, nõ respõdet malẽ quæ-
sitis, sed per inexcusabilem culpam recompin-
git quærentes.

**Ipse autem respondens, ait illis: Quare
& uos transgredimini mandati dei pro-
pter traditionem uestram?**

Sunt traditiones & mandata hominũ, quæ
diuinis congruunt & conferunt, ut seruentur,
& hæc tenenda sunt. Sed sunt quæ nec conse-
runt, nec auertunt. Hæc nec in obseruatione
præmium, nec in præuaricatione demeritum
in conspectu summi iudicis omnia iudicio in-
fallibili decernentis, nisi ab instituentibus ex
autoritate, pro præuaricatione pœna realis seu
personalis esset apposta. Sunt quæ obseruata,
infringunt diuina, uirtutẽq; depellũt. Hæc sub
quacunq; interminatione pœnã, etiam mor-
tis, seruanda nõ sunt, & statutẽs contẽnendi,
reprehendendũq; factores. Itaq; Iesus arguit pha-
risæos: Quæ sunt studiosius obseruanda præ-
cepta diuina, an humana? Liquet ga diuina.
Vos igitur impingitis in discipulos meos, trã-
sredientes traditiones seniorũ, quæ absq; cul-
pa transgredi possunt: & non cõfundimini pœ-
nitentes, quod propter istas traditiones diuina
mandata contẽnitis, quæ præter dei offensam

Mat. 23.

**Nam deus dixit & Moyses: Honora pa-
trem tuum & matrem tuã. Et, qui maledi-
xerit patri uel matri, morte moriat. Vos
autem dicitis: Quicunq; dixerit patri uel
matri, munus seu chorbã, quod est donũ,
quodcunq; est ex me, tibi proderit, & ul-
tra nõ dimittitis quicquam facere patri
suo aut matri, rescindẽtes uerbũ dei pro-
pter traditionem uestram quam tradidi-
stis, & similia huiusmodi multa facitis.**

Introducitur Iesus disceptando explicitum à
deo & à Moysẽ præceptum, ut culpa pateat ex
cõtemptu. Erat in lege dei præceptum, quod
parentes honorarentur à filijs omni honore,
quem filij secundum honestatem possent exhi-
bere parentibus. Sed traditio humana cupidã
& auara, id egerat, ut in honore debito à filijs
fallerentur; & si nulla expositio adderetur in li-
tera quod sic erat, sufficit patrona sententiã sal-
uatoris, qua colligitur, quod traditionibus ho-
minum, dei præceptum uenerat in cõtemptũ.
Sed nec inuitendum textui literali, quoniam
aperiendũ singula, multa explicatio sequerẽt.
Sed ex accepta rei sententia utraq; ueritas pa-
teat, literæ uidelicet & rei gestæ & perperam
ordinatæ, quod filij quicquid poterant accepi-
re atq; subtrahere parentibus, necnon lucrum
propriũ partum labore manuum, seu quo-
cunq; studio, non daretur in subuentione pa-
rentum, sed deferretur in chorbanan templi,
de qua scriptum alibi est de precio relato per
Iudam: Nõ licet eos mittere in chorbanan, quia
precium sanguinis est. Erat aut chorbana, ubi
ponebatur in tẽplo pecunia sacerdotum. Sed
ex tali traditione non confundebantur, quod
mitrebatu quasi furtũ, quod de lege naturæ,
de iure legis Moisaicæ à deo datæ, à filijs p̄ sub-
uentione parentibus debebatur, & rescindeba-
tur præceptum quod erat de honore parentũ.
Et multa, contemnendo diuina mandata, fa-
ciebant, quæ saluator protulit, sed eos ad con-
siderationẽ remisit in rorsum. Exinde sequitur:

Mat. 27.

**Hypocritæ, bene prophetauit de uobis
Isaias, dicens: Populus hic labijs me hono-
rat, cor autem eorum longe est à me.**
Ad confutationem Iudæorum, & eorũ re-
uerberandam calumniam, priscorum testimo-
nijs ueritur prophetarum, nõ quod eorũ sit ma-
ior aut æqualis in docendo autoritas, sed quia

Iudæi prophetis præteritis credere facebantur,
sed non Christo, quem persequiebantur ut ne-
quam. Et præsertim profert saluator testimo-
nium Isaiæ, qui apertẽ prædixit maliciã Iu-
dæorum, quæ in hypocriti maxime fundaba-
tur: sed quæ interioribus derelictis, tantum ex-
teriora colit, nihil ueritati asserens, sed uanita-
ti. existerẽ negligentes, solum apparere festi-
nant. Profiteatur labijs quod est rationis atq;
uirtutis, cor uerò eregiõne cõstitit, & quod ex-
ecrandum perãmplius, longinquã à uirtute
incolit regionem. Erat hoc uitium Iudæorum;
est hodie peruersorum fidelium, qui Christũ
tantum labijs consistuntur, cor autem eorum
à Christo recedit, malẽ uadens in peregrẽ, non
mouit corporeo, sed irregulato affectu, in re-
morã à deo per uias non bonas patriam uis-
tiorum: imò sic concito gradu pergit, quousq;
in obliuionẽ dei ueniat, qua nulla regio re-
motior est à deo. Sed ait propheta: Intelligite

Psal. 49

qui obliuiscimini deum, ne quando rapiat, &
non sit qui eripiat. De corde longẽ factõ deus
conquerit, & cor maxime custodire iubet, cor
exquirat, cor informat & instruit, cor iubet ex-
coli, minaturq; sibi. Arguit cor hominum tan-
quam fontale malum, ubi nequitia & omnis
malitia incipit & desinit, inquit per propheta:
Filijs hominum, usquequo graui corde? Et
iterum: Cor autem eorũ non erat rectum cum
eo. Et Ieremias dicit: Abierũt in prauitate cor-
dis sui. Et alibi: Ecce unusquisq; ambulat post
prauitatẽ cordis sui mali. Et à custodia obser-
uari præcipit: Omni custodia serua cor tuũ,
quonia ex ipso uita procedit. Et quærit ipsum
præ ceteris quæ in homine sunt: Fili, p̄be mi-
hi cor tuum. Instruit: Deprime cor tuũ & sus-
tine. Nil tam excolendum iubet. Redite præ-
uaricatores ad cor. Eidem fit sæua, sed iusta
comminatio scripturæ: Vã dissolutis cordẽ.
Et qui peruersi est cordis, non inueniet bonũ.

Psal. 4.
Psal. 77.
Ieremi. 7
Ieremi. 18

Prou. 4.

Prou. 23.
Ecc. 2.
Isaiæ 46.

Ecc. 2.
Prou. 17

Sed hæc est peruersitas peruersitatum, cum
se elongant à deo: sed uanitas est, atq; penitus
euanescit, labijs honorare deũ, & ab ipso pro-
dire in longum. Vnde sequitur:

Mat. 7.

**In uanum aut me colunt, docentes do-
ctrinas & præcepta hominum. Derelin-
quentes enim mandata dei, tenetis tradi-
tiones hominum, baptismata calicum &
urceorum, & alia his similia facitis multa.**
Non habet frugem boni operis, dei cultus
in uerbo aut opere simulato, si hominum do-
ctrina porrigitur & tenetur, & mandatum dei
relinquitur, quod refragari nequit. Mandatum
quippe hominum, cordi fieri non potest:
ad exteriora hominum fit, sed intuitu uario,
Dei uerò mandatum, cor primò suis calcari-
bus angit, suisq; loris habenat, & sua scopa te-
rit: traditio quidẽ hoim uafa baptizat à sæcẽ.

Matt. 15.
Mar. 7.

Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: **Audite & intelligite: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat.**

Cauet prouidus doctor, ne simpliciores ab astutis fallant, & ne suscipiant falsa pro ueris. Hoc enim præcipuum habeat, qui præ est in doctrina, ut suo studio sataget, ne minus capaces pro ueris falsa suscipiant, ne aliquo fallantur errore, ne sub specie pietatis impiè agant, ne uirtus animas necet peruersorum dogmatum. Præstruit hoc saluator cum turbas præmonet, ne innitentes exteriori munditiè, intus sordidi fiant, cū exteriora & corporalia, interiora & spiritualia maculare nō possint. Immaculabilis est enim omnis anima ab omni alio corporali seu spirituali, præterquam à seipsa. Verum quia uerbū nō uidebatur usquequaq; plebeium, ad intellectualem considerationem Iesus prouocat auditores. Si quis habet aures audiendi, audiat, uidelicet ut intelligat & caueat. Frustra est auditus uerborum, si non sequitur intellectus. Ad nihilum ualet uerborū intelligentia, si cautionem & prohibitionem aut actionem insinuat, si traduntur neglectui. Actuum esse debet ad utraq; partem, quod tanto studio audiendi edicitur.

¶ De scandalo exorto super eo quod Iesus pharisæis & scribis ueritatem dixerat, quod populus hie labijs me honorat, secundū Matthæum & Marcum. Cap. XXII.

Quorum cor elongatum est à deo, & à ueritate seiunctum est, & uelut emuli eius scandalizantur in illa, cum sedixerit detegens quod sub umbra uelabatur. Et quoniam ex uerbo saluatoris scandalizati sunt pharisæi, discipuli uelut pauidi aut ignari, quare Iesus scandalizauerit, ceu pro cautela dominū & magistrum adierunt.

Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis, quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt?

Matt. 15.
Mar. 7.

Accedunt discipuli ad magistrum, ut dicat aut enuncient quae sentiunt inter eos uulgari.

At ille respondens, ait: **Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur.**

Genes. 2.

Mirum dictū, & expositione indigens. Nihil enim est quod pater nō plantauerit. Plantauit paradysum uoluptatis à principio, & homines posuit in eo: & peccatum ibi est, & delictum. Plantauit uineam istam, uidelicet synagogam, quam transtulit de Aegypto in Ierusalem, & ipsa re proba facta est. Omnia deus pater fecit, & ual-

de bona fecit, & nihil est quod ipse non plantauerit. Quid igitur est, aut quo sensu dicitur, quod sit aut possit esse plantatio, quam non plantauerit pater, & propterea propè in eradicatione futura? Ex superioribus pendet gratia uerbi, ut plantatio non à patre, sit illa humana traditio contra mandatum dei, & illa uita hypocritalis, qua deus pater solis uerbis ex ore colitur, cor uerò talium non est rectum cum eo, nec fideles inueniuntur in testamento sancto eius, ita quod siue in doctrina in traditione dicitur, in uita & moribus agitur, si à patre à quo cuncta bona proueniunt, non iactur, aut ei quomodolibet aduersum extiterit, eradicabitur. Liquidum enim est, non esse patris plantationem, si quid ab hominibus traditū est in sui præuaricationem mandati: nec hypocritarum congregationem esse à deo, quia ipsorum congregatio sterilis, & qui ueritatis coluntimagine, non ipsam diligunt animo aut sequuntur moribus ueritatem, quae omnibus præferenda, quam deus in omnibus diligit, & ipsam præcipue ab hominibus quaerit. Sic enim scriptum est: Quoniam ueritatem requirit dominus, & retribuit abundantem facietibus superbiam. Si requirit ueritatem, punit superbiam, quae in hypocritis eidem aduersatur.

Sed nec magnopendendum, imò nihil opendendum est scandalum peruersorum, si ex ista reprehensione scandalizantur. Erenim adijciunt peccata peccatis, ut ea sint adiecta peccata quod nolunt corrigi, quod male acta tuebantur, quod excusent. Sed peius quidem nolle corrigi, quam prima fouea peccatorum, à qua nemo nisi corrigi uelit, eruitur. Peruersi autē difficilè corriguntur. Delecti quidem sunt siue nō scripti in libro uitae, qui de ueritate scandalum sumunt, qui sermonibus non acquiescunt, qui correptioni rebelles existunt. Nec relinquenda doctrina uerorum atq; uirtutum pro scandalo peruersorum, maxime cum fuerit publica, non priuata, ad plures, non ad unum edita, ad totam concionem, non ad singularem. Proinde sequitur:

Sinite illos, caeci sunt & duces caecorum.

Permittite illos scandalizari, ait dominus, quoniam à mentis caecitate detinentur, nolentes respirare in ueritatis lucem. Scandalum est oculis maculatis lux, sed nec obtegenda propter eos, nec propter peruersos ueritas obmittenda. Caeci sunt, caecum habent sequentem cœtum, duces caeci in præceptis uadunt, præcipitiq; adiungunt sequentes. Sed si cæci, quomodo duces? Si duces, quomodo caeci? Si populus cæcus, quomodo sequitur? Si sequitur, quomodo caecus existit? Ex uoluntaria ignorantia caecitas ducum erat, plebeiorum uerò ex ducibus creditis sapientibus atq; uidentibus cau-

fabatur. Sed illorum infeliciores, istorum culpa leuior erat, semper quidem diuina iustitia decernente, quod culpa grauior eorum qui peccant, malo præcognitoq; proposito, & ignorantiam possidentem pertinacem, quam se fine possunt depellere, quae eorum qui delinunt doctrina seu exemplo maiorum, & ipsorum studia ab ignorantia sunt detenti. Sed quibus culpa grauior, acerbior poena erit. Veruntamen huiuscemodi ducatus, sine utriusque partis poena non agitur: quoniam caecus autem si caeco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

¶ In foueam, scilicet culparum atq; poenarum: quia iusto dei iudicio fit, ut unusquisque cadat in foueam quam facit: ille mali ducatus, iste sequelae peruersae: sed illius magna, istius erratricula erit. Maior culpa ducis deum in precipitijs, quam sequentis: sic & poena profundior, & illius mitior erit multatio.

¶ Determinatio Iesu in ista disceptatione, quid fit & quid non, quod habet hominē maculare, ad interrogationem discipulorū in responsione data, secundum Matthæum & Marcum.

Cap. XXIII.

Tarditas intellectus in his quae dicebantur, ipsos discipulos detinebat, ut non intelligerent quod à Christo pharisæis & scribis atq; plebeis ceteris dicebat. Et arguenda est tarditas intelligendi, cum crepitat doctor. Futura tñ cetero intelligentia est, quae cū nescitur, erubescencia interrogare non prohibet: & amor sciendi, interrogandi præstat audacia. His itaq; auditis, cum Iesus introisset in domū à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolā. Et aliter: Respondens autē Petrus, dixit ei: Ediffere nobis parabolā istam. At ille dixit: Adhuc uos sic imprudentes & sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introies in hominem, non potest eum coinquinare: quia non introiit in cor eius, sed in uentre euadit, & in secessum emittitur, purgas omnes escas?

¶ Scorsum à turba discipulus est interrogare magistrum, ne turba turbans, inquietet unam & reliquam partem. Et licet mētē & ori Christi nulla possent impedimenta prouenire, tñ discipuli poterant impediri. Aptius nobis astructū est, ut à turbis semoti, cum deo patre cū Iesu filio eius, nostra negotia expeditiamus, siue querendo scientiam, siue postulando uirtutem aut expediens. Arguit Christus imprudentiam inexistentem & carētiā intellectus, quae dicebantur, erant omni rationabilē sapientē perspicua, nec incunctationē uertentia, ex eo quidem quod ab extra ingrediens corpus nō maculat animam, quae habet existerē præ-

ter corpus, quantum cum creatur, infundatur in corpus. Et macula criminosa non est ex corpore foedo, sed ex anima foeda, quae non foeditur escis, sed ex uitijs uoluntarijs. Non enim substantia incorporea corporeis substantijs attingitur, ut foedetur aut emūdetur, quantum lauatur baptismo, nō ipsam, sed corpus attingente, & deprauata patitur per diuinam iusticiam à corpore igne. Sicut corpus nō habet impressionem ab aliquo, existente non corpore solido siue diaphano, & capax non est scientiae siue uirtutis: sic spiritualis substantia receptaculum non est escarum corporearum turpantium, aut eorū quae à corporalibus possent munda dare contagijs, aut aliquid inferre sensibilis ornamentum. Corpus contactu siue sensu se habet ad alia corpora, minime autem eodem modo ad ea quae omnino spiritualia sunt. Nam & lux & uentus cum quodammodo spiritus dicuntur, spiritus uerò non sunt: etenim quid corporeum habent, spiritus uerò neq; ad corpus, neque ad aliquid in natura sui simile sensu coniungitur. Non enim anima corpus sentit, sed cognoscit: corpus uerò animam nō sentit, sed per eam corporalia sentit, neq; per eam cognoscit, sed eo anima utitur ad cognoscendum, uelut instrumento inclusa in ipso: separata quidem, cognitionem ampliorem habebit suo à deo iudicio modo, non corporali uitio. Ac per hoc sicut diuersa sunt, nec eiusdem naturae corpus & spiritus, sic diuersa sunt quae utrumque mundant siue deturpant. Curatio quidem corporis, qualiscunque sit, non pertinet ad uirtutem, neque uitium habet, nisi cum rationalis uirtus ad illam cum dei lege aut propter dei legem accesserit. Interiora hominis spiritualia, colenda sunt & ornanda spiritualibus ornamentis, & istdem ornamentis fulcenda, exteriora quidem solum necessitate, non uoluntate, sed uanitate colenda sunt. Sed nedum illorū coinquinat, imò nec sumptio quorūcunque ciborum hominem maculat. Nec obstat quorundam animalium ad esum prohibitio facta in ueteri testamento, in figura futurorum, cum facta non sit uelut de re mala, quae maculare sumentē hominē possit: sicut nec arbor scientiae boni & mali, tanquam mala prohibita est, sed ut hominis ad deum quaedam obedientia conseruaretur. Omnia quidem creata sunt, & omnia entia bonitatem possident naturarum. Scriptum est enim: Opera domini uniuersa bona ualde. Et ibidē: Bona bonis creata sunt ab initio. Quoniam apostolus arguens quorundam errorem de abstinentia ciborum, uelut de re mala, contradicit, dicens: Omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione accipitur: sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Et ad Titum: Omnia munda mundis: coinquinatis autē ad Titum.

& infidelibus nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum mentes & conscientiae. Non ergo aliquid extra positum siue sumptum, potest hominem coinquinare, cum non ingrediatur ad eum, scilicet ad substantiam animae spiritualem, sed in uentrem corporeum corporalis cibibus ingrediatur, & ad secessum digestus aut ingestus traicitur, & purgatio fit escarum uirtute naturae, quae aliquae conuertunt in substantiam corporis, etiam quaedam iure digestionis. Sed maculae ingerunt homini criminosa ea, quae de corde male deliberante procedunt: sic enim saluator hanc sententiam terminat:

Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia haec mala ab intus procedunt, & haec sunt quae coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Ecce saluatoris sententia irrefragabilis super his quae possunt hominem maculare, quae de corde procedunt in actum. Nam in corde fit electio dicendorum & agendorum, bonorum siue malorum. In corde deliberatio, cur, quomodo procedatur in opus. Quod si in corde prius ista non fierent, nec bonum opus praemittitur, nec malum supplicium sequeretur. At ubi perperam in corde inuisibiliter sancitum est, egressio ad actiones maculas habet, unde coinquinatur homo, culpabilis factus coram deo detestatis huiusmodi actiones, & sua lege prohibente ne per electionem fiant. Non quidem incuria corporis, quam nihilo deus pendit, homini iniquationem apponit, quoniam eregione Christus ad sequelam suam squalidam & incultam, aspectum caelestium appetitores inuitat. Et orthodoxa ecclesia fidelisq; anima non sic a sponso se factam in exterioribus cognoscit incultam, gaudens in interioribus pulchritudinem uirtutum habere, sicut in epithalamitis legitur: Ni gra sum, sed formosa filiae Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Ni gredinem atq; corpus incuriam exterioris se fateatur habere, sed formositatem interioris. Et Psal-

Can. 1.

Psal. 44

Can. 1.

mista consonat: Omnis gloria eius filiae regis ab intus in simbrijs aureis. Verum quia deus tales quaerit, omnes a sinistra consideratione auertit, non culpam esse, incuriam exterioriorem, neque innitendum illi. Nolite considerare quae fusca sim, quia decolorauit me sol. Si sol iustitiae decolorat, si non iubet, magis autem reprehendit exteriori corporis curam, quid est quod illa obmissa ascribi possit ad culpam? Unde ex hoc turpitudine in natura, unde macula in persona, un-

de coinquinatio in rationabili creatura? Sapere fordes exteriores testimonium sunt uirtutis, & non curata cutis, arguit honestatem; & sine nota criminis, impertinens non agit cultus carnis. Non est ista uirtuosa religio, sed religio munda & immaculata apud deum & patrem haec est, immaculatum se custodire ab hoc seculo: quoniam qui ingreditur sine macula, habitabit in monte sancto eius. Sunt autem ista quae maculant, a quibus cauere iubemur: Cogitatio mala, & caetera quae sequuntur.

Ista alibi sunt disserta in libro contra uitia. Hic sequere discipulatio de dimittenda uxore, sed quia supra libro decimo de sermone domini in monte, capitulo uicesimo, disseuissimae me recolo, ideo eam hoc in loco causa breuitatis praetermitto.

De ambulatione Iesu in Galilaea, in qua deuitabat sequitiam Iudaeorum, secundum Iohannem solium, Caput XXVIII.

Non ascribitur ignauiae neque timori, quod Iesus Iudaeos eum quaerentes interficere deuitabat, quoniam nondum uenerat hora mortis eius, quam non necessitate, sed sola uoluntate uenerat tolerare. Nihil quod gessit in forma serui, formae dei domini derogauit. Fugiens & assistens, patiens poenas & incolumis existens, uiuens & moriens, deus & homo erat. Consulit autem posteris, cum aliqui improbos ne carios declinauit, ut non ad membrorum ascriberetur infamia, ex discretione aut ex timore facta declinatio a peruersis, si percussisset in capite. Sic enim scriptum est:

Ambulabat Iesus in Galilaea. Non enim uolebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere.

Praeter id quod situs regionum, quorum alter in montibus, alter in planitie rederatur, & praeter id quod nomen interpretatio intellectibus posset offerre, & praeter id quod allegoricum habet, & praeter res sic gestas, & ipse gestus, Iesus in animabus intelligentium multa fouet ad imitationem actiuam. Noluit Iesus occasionem siccariis offerre, auerit potius. Igitur absque peccato non agit, praeparare uiam, ut iuste siue iniuste iratus, efficiat quod ira deliberat, etiam si decretum irae non posset efficere; nec ad ampliore iram, puo cadus est hostis, quod ex uisu exosi amplius furit. Ergo si quis alterius patitur iram, odium, inuidiam, semper eius deuitabit aspectum: relinquet ex hoc patriam aut proprium incolatum, abibit semper in peregre ad propria mansione, dimittet suos quibus tenet iure naturae, amicumq; ut fugiat inimicum: omnem cognationem, ut deuitet hostem: non timore tantum, ne in eum praualeat, sed ne amplius furia, sicut Christus quod non timore, sed discretione cessit ad horam. Faciet quisque in tali constitutus articulo, quod nunquam fecisset pro Christo, quanquam & pro Christo factum posset intelligi, si quis fugiens, non sibi timens ne posset superari, sed uertus ne hostis culpabiliter deterius possit irasci.

Opus est hunc determinare sermonem. mundo abdicati, pro eis dictum accipiant: Si uos perfecti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Seculo copulati, dictum Apostoli teneant: Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes, sed dare locum irae, non illum locum quo quae cedat patriam, sed non respodeat uerbum malum uerbo malo, neque maledictum maledicto, neque manum iniiciat, neque parat aduersum, sed destruat si paratum agnouerit. Sed si expedit, semper se inculpata tutela tueat. Ideo in Apostolo sequitur: Scriptum est, Mihi uindicta, & ego retribuam, dicit dominus. Si dominus dicit, maledictus ergo quod contra dicit, aut eregione facit. Et quod sequitur: Noli uinci a malo, sed uince in bono malum.

Alia quidem in hac declinatione Iesu, offerret nobis norma uiuendi, ut in conuersatione deuitemus eos qui malo proposito semper sunt, & sibimetipsos sapientes uidentur, conuersationi humilium attendentes, & eorum quae deprauata mente non sunt. Nunquam enim legimus Iesum habuisse in Galilaea contradictionem, sicut in Iudaea sustinuit. Et quibus secundum Apostolum instandum sit praedicationi opportunum & impotente, pro loco, pro tempore, alia sententia non in frangit, ubi non est auditus, non effundas sermonem: sed illis effundendus, qui mente pertinaci non contradicunt, etiam si ex hebetere intellectu illico non assentiunt. Plebei enim turba in Galilaea sequebatur & audiebat Iesum, quem in Iudaea persequatur impia crudelitas pharisaeorum, pontificum, sacerdotum atque scribarum. Et ne spe incerta, ut conuertatur inimicus, deserendus est amicus conuersus, aut qui libenter audit, de proximo conuertendus. Nemo igitur aduersus Christum causam querere querat in moribus & sermone eius. Summa prouidentia & dispensatione opportunam in omnibus tenuit, ut merito iudicetur, qui non reprehensibiliter reprehendit.

De discipulatione habita inter Iesum & fratres eius non credentes in eum, de sua manifestatione fienda in festo secundum Iohannem solium. Cap. XXV.

Incredulitas bonitatis tendit ad aliam partem, redditur ipsa sermone. Odium interdum si non aliter nocet, prodimera parat. Libido humanae laudis quirit unde se iactet, & ut habeat loquitur uerba uentosa. Ex omnibus autem ex parte facta sunt ad Iesum uerba sequentia. Nam dum Iesus declinans Iudaeos, in Galilaea ambularet, Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum scenopegia.

Festus ex mandato & ordinatione celebrat Iudaei tabernaculos illos, quae praecessores patres ab egressu de Aegypto sub ducatu Moysi, posuerant in deserto, ut rememorarentur eorum

rum quae pro eis deus ostenderat: ad quam festiuitatem Iesum fratres, eius suggerebat accedere.

Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & uade in Iudaeam, ut & discipuli tui uideant opera tua quae tu facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quaerit ipse in palam esse. Si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum.

Humanum de Christo sapiebant, imo cum uitio, dum eum fratres eius ad festum, ubi multitudo conuenerat, propellebant, quasi esset laudis appetitor. Sed ideo cum uitio, quia non est etiam bene instituti hominis, humanae gloriae quaerere: nec non & suum ius proprium uirtus perdit, si gloriae seruit humanae, quae uersa uice deberet ipsa seruire uirtuti. Submittentur hi Christo improbae causam: Si quaeris palam fieri, cur operaris tam magna in occulto? Velut quaedam occultatio esset in Galilaea morari efficiendo miracula, comparatione ad Ierusalem, ubi erat multitudo ciuium aduentantium frequenter, & peritia sacerdotum & scribarum, & caeterum pontificum. Faciebat & fecerat miracula Iesus in Galilaea, quibus conspectis, ad talem suasionem facienda sunt ipsi permoti, sed hoc agebat incredulitas, quoniam hi fratres non credebant in eum, non illi qui iam in apostolatam & discipulatum assumpti erant, sed alij de sua carnali cognatione. Nec uterini, ut quidam haeretici dicere praesumpserunt, condennantes uirginem matrem, quae ante partum & post partum unigeniti, uirgo mansit. Sed hoc mirandum inter caetera gesta filij dei, quod ex carnali matre passus est habere cognationem carnalem, quae in aliquem cognatum non ferretur amore carnis, sed amore uirtutis. An forte odium in eum exagrabat eos, ut cito moreretur, cum ad eos familiaritate non fieret, neque amore praecipuo, ut inter cognatos iure propinquitatis exigitur, scientes quod eum ad necem quaerebat inuidia Iudaeorum? Et ipsi iam inuidere coeperant alijs fratribus qui ad Christum transferant, ad cuius discipulatum potuissent & ipsi transire, si incredulitas obicem non fecisset. Et fortassis saluatoris gloriam ex prodigijs acquirere praeprobant. Sed nequaquam est iniustus petitionibus annuendum, neque impertinentibus suasionibus praestandus assensus. Et constantem oportet esse ad blandimenta uerborum eum, qui uirtutis quaerit aut habet ornatum, ne effluat aut remaneat ab honesto. Hinc Iesus uirtutum & morum forma responderet:

Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum semper est paratum.

Non dum erat tempus mortis cum mortuus esset, quae sibi praeterquam ad uelle, dominare

ri nō poterat, neq; gloriæ tempus pro refurrexione, pro ascensione, pro iudicio extremo futuro. Et cum ipse temporis esset dominus, temporis successibus uoluit subiacere, ut ordo seruaretur in agendis pro tempore, quoniam in tempore homo est factus ex matre: est non quia deus, tamē quia homo, uicissitū dinē temporum habuit: & nihil egit temporaliter, nisi prout ab æterno extitit distinctū. Et quoniam omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub sole, ipse uero sub sole factus, solis creator, se spatijs temporum mēsurauit. Et per tempus etiam est quandoque differētia bonorum atq; malorum, ut boni futurum expectēt, uelintq; in illo florere: mali præsens, in qua exultare desiderāt. Floridum tempus, semper ad desideria secularia: in tempore tribulationis q̄ est iustus, exultat. Sicq; deprecatur præsens quod expectat: Dñe, miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachium nostrum in morte, & salus nostra in tempore tribulationis. Et Tobias dicit: Cum iratus fueris, misericordiam facis, & in tempore tribulationis peccata dimittis. Et Esther in tempore tribulationis orabat si denter, dicens: Memento domine, & ostēde te nobis in tempore tribulationis nostræ. Ad probationem etiam malorum hominum, qui tempus ad uirtutem non ordinant, neq; agunt actiones rationabilibus competētes, obijcitur obseruantia temporum irrationabilium. Miluus in cælo cognouit tempus aduentus sui: populus autē meus nō cognouit iudicium dñi. Aduertendum ergo, quod conditor temporis æternus est: non enim præterquam ab æterno autore, potuissent tempora condī: & ipse se contraxit ad tempus, ut tempore mensuraretur cum actiōibus suis ad rationabile creatū se coaptās quod assumpsit, quod agebat & agit cum tempore. Præterquam cum tempore, nihil agere potest in utraq; substantia: nec præcipere id ratum, ne uideretur totus uehemens, quod solum spectat ad spiritum, non corpus in gloriam, quam & ipse haberet ex utero gloriosum, attamen nec dux præceps erat, & mora ostēdebat in actione prudentiam. Sed unum est tempus omnium creatorum, nec discontinuatur tempus, aut aliquam intercedentem habet. Semper quidē fluit uelut modicus amnis, quousq; ingrediatur in magnum æternitatis amnem. Et quod non est, non habet tempus. Cū uero esse cœperit, est in tempore, non in alio quam quod creatum est à principio: nō enim denuo tempora deus creat. Sed quid est, tempus meum & tempus uestrum, cum unum sit tempus? Neq; hic est illa diuisio temporū per quatuor qualitates, uernalem, æstiualem, autumnalem, hyemalem: neq; illa, qua tempus diuiditur in ætates, ætas in secula, seculum in lustra, lustrum in annos, annus in menses, mensis in hebdomadas, hebdomada in dies, dies in horas, hora in gradus, gradus in minutias, & deinceps: nec illa, q̄ disponit per ætates hominum quousq; moriantur: sed p̄ se iudicium secundum nunc & tunc, id dixerim. Quod sciendum est p̄ me in conquestu magnæ gloriæ, non isto nūc, quā tempus mihi nō datur: sed cum faciam, tunc tempus erit: nō cum erit, ego faciam. Erat em̄ in tempore Christus homo. Ad rem uero uestram agendam semper tēpus paratum habetis, quia nō tēpus uobis, sed uos tēpori subiacetis, ut non quando facitis, tunc tēpus sit, sed cum tempus datum habetis, operamini quæ uultis. Iterum de non acquiescendo consilijs frivolis, odij aliam causam apposuit, dicens.

Non potest mundus odisse uos, me autem odit, quia testimonij perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.

¶ Nō erat Iesu & illorum fratrum una conditio, neq; cum mundo una conuentio, qm̄ illi mundum diligentes, diligebantur à mundo, neq; mundus suos amatores odio insectabatur, amicitia enim mutua tenebantur. De hominibus rationalibus sermo, nō de eo quod sensu & ratione caret, qd̄ capax amoris & odij esse non potest. Iesus autem iam in mundanorum odio factus erat, testificans uita ac uerbo, quod erant eorum opera mala. Quod si Christi uita, mos atq; doctrina, in sublimi contemplationem ueniunt, quod est sanctum, agit in semet ipso: & comminatur triste & repromittit cælestē: quod est honestū amoris & moris, dogmatizat. Et hoc maxime palam egit & docuit, scilicet testimonia contra mundum. Quid em̄ aliud est testificari aduersus mundum, nisi fugere pompam eius, & per oīa eregione incedere atq; loqui? Renuit & fugit regem fieri, testificās in iudicio p̄sidis, q̄ regnum suum non erat de hoc mūdo. Et nihil appetere de amoenitatibus eius, nā & filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Mundus diuitias q̄rit, ipse cum esset diues, pro nobis egenus est factus. Mundus cognationē diligit: & ipse sanctū odiū indixit fieri inter charos. Seipsum om̄is homo amat: ipse animam odire mandauit. Pœnam sequaci sensus tener: ipse crucem portare suis sequacibus statuit. Amat oblectari hoīs caro, & sensum delectabilia obiecta sine lege percipere: ipse castitatem apposuit, & omnem uisum legibus regulauit. Tandem ut mundus in omnibus hominibus crucifixus esset, uicā finiuit, mortē iolerauit per crucem. Et ut nemini ulla repēdendi malū pro malo esset audacia, sed cōtrario hñdicendi, cum malediceret, nō maledicebat, cum pateret, non comminabatur, & pro persecutoribus exorauit. Nō testificat Iesus aduersus mundum uelut natura malum, cum non

Eccles. 3.

Isaie. 53.

Tob. 3.

Esther. 14.

Jerem. 9.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

se aduersus opera mala, cum etiā peccata hominum reprehendit: nec abstinuit se, nec abstinerē mandauit, uelut à re mala, cum esset bonus natura: sed compositioe potioris æterni & incommutabilis, bona minora uoluit mandauitq; contemni. Vt responsio malè suggerentibus sic eluceat, ita seriatim: Si suadetis me Hierosolymam in festiua tempore ascendere pro gloria capessenda, non quero illam ab hoste, nec ut hostis offerret aduersus quē uita, uerbo testimonia cudo, q̄a opera mala facit, sed uos ab ipso queratis gloriam, quem uos amātem amatis. Et ob hoc adiciat,

Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem non ascendam ad diem festū istum, quia meum tempus nondū impletum est. Hæc cum dixisset Iesus, mansit in Galilæa.

¶ Prophetatum erat non esse deo accepta festa Iudæorū: Neomeniam & sabbata & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus uestri, calendæ uestræ & solemnitates uestræ odiuit anima mea, facta sunt mihi molestia. Propter ea dicit Iesus fratribus suis: Vos qui perfunctoria queritis, ascendite ad diem festum hūc: sed ego qui iniquitatem semper odio habui, non ascendam. P̄tē egit pro nobis in se formam, in humanis festiuitatibus nō interesse neq; lætari: qm̄ ueris Christianis nulla, præterq; de uirtute & de puritate conscientie, debet esse festiuitas super terram. Omnes obligamur ad pœnā ratione culpārū nōdum abolitæ. Et si per Christum remissio & recōciliatio facta est in nobis adhuc peccatū regnat, & fomes peccati uiget, iniquitas regnat, operat̄ in corde, & sensibus patet, & delictū aduersus nos clamat. Et si bona interdum fiant, superantur aliquando numero sitate aut mole malorum. Et si omnia benefecerimus persoluerimusq; debitū, serui tñ inutiles sumus, & subiacemus innumeris casibus uisibilibus & inuisibilibus malorum. Anticeps ex omni parte uita, certissima mors. Certā dijudicatio de iam actis, infallibilis sentētia iudicis. Et finalis terminus om̄ino sub ignorantia est. Quis ergo ager diem festū, sub tanta trepidatione malorū? Quis inuenire sataget mundū dirisum? Quoniam quis est qui uiuet & nō uidebit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Quis exultabit in festo deo infecto, nisi amens aut aliam uitā desperans, seu qui somniantium semper similitudinem gestat? Et tēpus suum non esse completū protēstado Christus enunciat, & mansit ex cōstantia inuariabili in Galilæa, festiuitates humanas abhorrens, non ex eo quod mandatum erat illas fieri, sed ex eo q̄ illi in luxuriam, auaritiā, uanitatēq; conuerterant, ut id quod bonum est ex natura seu ex sanctione bona, diligitur, autor tamen malus agendo in participio interdum deuitur.

tur. Bonum diuinum officium, nec ad participium ueri catholici recipiūt anathema. Et sanctorum patrum atq; p̄tificum decreuit autoritas, ut excellens bonū non audiat, nec hostia sancta uideatur in manus publici conueneri sacerdotis.

¶ De occulto ascensu Iesu ad diem festū, & de murmure Iudæorum, secundu Iohannem solū.

Cap. XXXVI.

Denegauerat Iesus non ascendere ad diem festum. Mirum cur ascendit. An fallere uoluit ueritus insidias? Neq; fecit aut dixit in hac causa mendacium, nec expauit, nec denegauit ascensum, sed causam, societatem & tempus & modum, ne ob id propter quod illi suadebant ascensum, neq; cum illis, neq; in tempore ab illis inspecto, sed in tempore ab eo p̄finito, cuius dispositione tempora peraguntur, ascenderet. Equidem & modum quem suadebant manifestum, in occulto fecit. Hinc dicit:

Vt autem ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

Ioh. 7.

¶ Decreuerat Iesus ascendere ad festum, non pro uanitate propria, sed pro utilitate aliena, quam non humanis consilijs, sed miris & modis ineffabilibus procurabat. Ideo ascenditibus illis, ipse sua infallibili directione ascendit, occulte, non manifeste, sed nec territum, imo p̄ omnia impaudus; attamē sic, ut de illo pararetur loquendi materia, sicut reuelandæ erant ex multis cordibus cogitationes. Et dies festiuos, sciens expectabat, quis esset aptior ad doctrinam quam tētabat inferre. Nihil enim improuifum & ab re, fiebat aut dicebatur ab eo. Satis agant ergo, qui Christum se imitari fatentur, aut uolunt, non eandem causam habere cum mundo siue cum amatoribus mūdi. Quorum em̄ erat causa similis, siue gloria, siue pœna debeat, non erit in toto seu parte dissimilis. Societatem deuitent illorum, quorum mores rationabiliter improbantur, imo etiam quorum non est uita probabilis; nam bonus malo sociatus, leuigat eius culpam quodammodo, purgat infamiam, præstat audaciā: & de iniquo bono sociato, iniuste uulgatur testimoniū bonitatis. Et forte ipse qui bonus erat, inficitur opere, aut oritur infamia, & uilescit ex infami societate malorum, nisi forte spes foret de correctione peruersi, ut ad bonum fieret suassione conuersus. Quoniam quæ participatio iustitiae cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Et tempus ad agenda captandum est, prout quis in animo aliquid dixerit agendum: nam Christus præfixerat docere in festo. illo, non inaniter lætari, Et doctrina expectat tem-

Eccles. 3.

pus, cum sit tempus loquendi, & tēpus docendi. Diuersi quidem affectus expectant tempora pro diuersis. Sed q̄ Christi sunt, uirtutibus tantum tempora aptent, ut nō transeant uacua bonitate. Potest enim fieri, ut omne tempus sit dicatum deo, etiam si somnus obrepat, si corpus edat, si quiescat, si in actiōibus sit, si oīa dirigantur in positum nobis à deo finem; & qui habet à sapientia, à uirtute modum, & ab his qui pro mundo, sed pro deo instruēdo modificat, modum ab immoderatis atq; immodestis nō exi-gant, impotente dantes nō audiāt. Omnis modus natura bonus, nec in agendo aliquid melius, sed sēpe intētio seu finis illum culpabilem fecit. Et qm̄ solitus erat Iesus ad dies festiuos ascendere, ut haberet docendi materiā, & notum iam Iudæis extiterat, ideo non uidentes eum Iudæi, murmurauerunt.

Iudæi ergo quærebāt eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multus erat de illo in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est; alij autem dicebāt, non, sed seducit turbas.

Quærebatur Iesus in festo à Iudæis disparti aspectu, ad audiendum à multis, dispersitum à pluribus ad calumniam; & iam implebatur uerbu Simeonis, q̄ erat in signū positus cui cōtradicebatur, & reuelabantur cogitationes de ipso, adharētium in fide sibi saltem, q̄ bonus esset; & dissidētium, q̄ malus esset. Duplicem linguam Christus in populo habebat, laudantem atq; uituperantem. Nec ex hoc Christus se extulit aut deiecit. Aequo aīo erat ad utrāq; linguam. Quis ergo non patiēter ferat, si absq; culpa subiacet murmuri & prolatae infamiae, cum in sortem hāc uenisse audierit filium dei? Quis se tollat in altum, cum laudatur iuste siue iniuste, cū nūq; se extollebat filius dei? Ad bonitatem autē eius non apponebatur causa, non enim erat expellens. Se ipsa bonitas claret. Ad malitiam uero impositam sibi, etiam causam adiectā legimus, quia seducit turbas: ut eo sit illa murmuratio criminosa, quo in uitū uirtutem ipsam trāscit, & insanē sentientes, uirtutem uitium dicunt, cum seductionem turbaz afferunt, quod erat de cauendis atq; agēdis documentum diuinum, moribus hominum pro presentī uita & pro futura necessariū. Pleriq; quidem in hanc malitiā uoraginē cadūt, quibus per prophetam deus sēue comminat: Vae qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucē tenebras, ponētes amarum dulce, & dulce amarum.

Nemo tamen palām loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

Non credendus metus ad eos qui ex inuidia & malo proposito persequebāt Christum,

& commouebant aduersus eum linguam Iosam: qm̄ ipsi apertē palām loquebant uerba seditionis & calumniæ contra Christū, sed ad eos erat metus, qui pro illo uoluissent bona proferre. Semper uirtus uelut in latibulo fuit, iniquitate regnāte, & siluit ubi malitia tenebat imperium: nec non & uirtus in paucis ob multitudinem improborum, ut pauca sēpe ferit. Et si aliqñ zelo acta processit in publicum, in rebus & corpore damna tulit, q̄uis in anima lucra inuisibilia præsto essent. Attamē nemo nisi spiritu dei fultus, audeat sub dominante negitia, persequeat rectum, loqui iustum & uerū. Necq; solus aut modica concio inter multiplicatum conuentum malignatium audeat in parte uirtutis, sed tacendo se fouet, gemit & dolet, cauens sibi dum ueremur malorum infrangibilem aciem, diffidens illam superare, aut sibi equare uirtute. In huiuscemodi negotio discretione opus est, ne sterilis sit congressus. At ubi spiritus superior inualescit in animo, frustra omnis hominum terror, prout post eius aduentum in Christi agonistis experimēto & fide ecclesia cognoscit; qui omnium tyrannorum & satellitum superato terrore, pro Christo audacter locuti sunt, & morte crudelius intētata atque inflicta, pro Christo impauide atq; libitē occubuerunt, & se uisimē obrutcati sunt.

Disceptatio facta de doctrina Iesu à quo sit, secundum Iohannem solum. Cap. XXVII.

Vera bonitas oportune & impotente ingerit, oportunitis se dare cupiens. Et uera sapientia se uellet infundere, & q̄rit capaces à quibus capi possit, & docēdo corda dilatat, ut si fieri posset, tota capiat, & gaudet inquiri, ut doceat. & parat materiā dubiorū, ut q̄sita remoueat hæsitatiōē, & apiat ueritatē. Hoc egit Iesus, cum occulte ascendisset ad festum.

Qui iam die festo mediante, ascendit in templum, & docebat. & mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?

Satagebat Iesus in tēplo & synagogis & in cōcione utilia & cælestia uerba fari, ne ex occultatiōe pateretur sua doctrina calumniam, lucem pro illa quæsiuit, nō tenebras publici, non priuatum, cōcionem magnam potius q̄ modicam classem, ut probabilis ex omni parte probaretur, ut improbabilis omnis improbus retunderetur. Ex hoc ascendit in tēplum in die festo, mediante quarto, scilicet die, diebus festiuis existentibus septem, & docebat ea quæ filiū dei docere decebat in assumpto homine, maxime legis intelligentiam, ut non in litera solum sisterent, sed apprehenderent illam ueritatem ad quam facta erat. Et enigmata & umbratē scripturarum educebat in lucē. Et p̄

phetias uerorum uatum docendo perducebat ad terminum. Docebat credenda, nō incredula: nam credēda & fidelia, in doctrina sunt esse possunt: credulitas uero siue fides ex infusione solum, in doctrina uero nunquam. Declinanda cautio, & agenda ex uirtute dogmatizabat. Nihil tamen impertinens aut superuacaneum ab ore suo credatur exisse. Verum q̄ secundum sulcationem & exaratiōem elementorum Hebraicorum, quæ Moyses tradidit populo Iudæorum, loquebatur, & scripturas ut erant, ore facundo, diserta lingua proferebat, in admirationem sui traxit animos auditorū, eorum præsertim, qui educationem eius uelut inerem agnouerant. Iners quidem fuit, atq; macula in humanis omnis uita saluatoris, ita ut ex admiratione mutua dicerent: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Inter cætera quæ Christus supra hominem seruuat, cum uoluisset per omnia assimilari fratribus suis, hoc satis ad contemplandum homines trahit, quod discere ab homine noluit, cū ad ueritatē humanitatis ostendendam, & ad legem custodiendam, uoluisset circumcidi, præsentari in templo, fugere in Aegyptum, subdi parentibus, baptizari, ieiunare, comedere, bibere, fatigari, dormire, lachrymari, & cætera talium, discere uero recusaui. Hoc fortē in causa, quod discere ignorantiam præsupponit, ignorantia uitium, & defectus ex uitio: cætera uero pœnalia, sunt multo ties pro uitio, non tamen ipsa uitium, nec non & ignorantia defectus est animi, & illa corporis. Nullum tamen defectum executum animæ Christus accepit, quanquam tristari in anima pro nobis, nō ex uitio uoluisset, nec minoris scientiæ natus quam Adam creatus est, qui plenus scientia factus est. Et simulatio fuisse, infinitam sapientiam ad scholas hominum accessisse, illorum q̄ perquisisse gymnasia; & doctrina cælestis, qua humana corda uolebat instruere, nō à deo infusa, sed ab homine uideretur accepta. Et si p̄pheta sycomoricus non scholasticē, sed diuinē accepit scientiam diuinorum, cur & Christus uoluisset ad diuina seu ad humana doctorem? Nec ex oportunitate decebat pro humanitatis ueritate monstranda, siue pro reuerentia legis, quod subderetur ipse magistris. Tria enim sunt, in quibus Christum in tanto nostræ redemptionis perficiendo mysterio decuit per excellentiam agere, potentia, sapientia, uirtus. Prima in miraculis, secunda in doctrina ostensa est, tertia quod nil quæsiuit humanum, quod per omnia irreprehensibilis, & per patientiam in aduersis insuperabilis fuit. Equidem sic ista tenuit & exercuit, ut in alijs q̄ ueris homo erat, & quod legem non solvebat, ostenderet. Veruntamen ista admiratio Iudæorum, cum inficiari non possit, quod Christus præter huz

manam doctrinam sciētiam habebat, ipso illico perfidiam arguit, pro eo quod debuissent ad Christum uera pietate conuerti. Nec relinquitur excusatio his qui uident mirabilia quæ negari nequeunt, si non credunt. Aequē arguit eorum diffidentiam & multorum, existētium in hoc schemate malo, qui diffidunt aut abnegant nemini posse aut debere boni præcellentis aliquid prouenire, nisi alit naturalis industria, & adiuuet artificialis peritia, & solertia semper agat ut capiat, & si non denegant diuinam potentiam, cui nil potest resistere, cui oīa facilia subiacent ad faciendum, & iam factum, negare non uerentur factum non esse uel fieri.

Et ego ipse, huius operis ex deo autor, in mendaciter illius cum inflatis scientia naturali altercations habui, obstantibus prociore, duro corde, quod præter philosophicam scientiam, studij sudore interposito, non poterat haberi sciētia diuinorum. Et quod sic, non aliter, ad illa possit esse accessus, pertinaci animo uelut qui deferētes naturæ plus, quam gratiæ, hoc asserēbant: quorum aliquos probabili experientia reconici, ostendens plus esse datum gratiæ, quam naturæ. Quid enim sibi uult dicere, Quomodo hic literas poterit scire, cum non didicerit? Quod de Christo infandissimum cum esset omnino, ad alios deo dicatos conuerto sermonem. Quæ hominum uesania, solum deferre naturæ, artis studio, solertiæ minimum, quod plus hominibus possint afferre quam gratia, quæ repētē agit, subito imprimit: infallibiliter docet, inhæstenter indoctis facit existere mentes, & luce clarius etiam quæ alijs uidentur obscura, demonstrat. Et cum modus scientiæ siue doctrinæ Christi quæreret à Iudæis,

Iesus respondit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris.

De noua natiuitate per aquam, de esu carnis eius, de sua doctrina, & de exaltatione per crucem, à Christo & de Christo quæsitus est modus: & iuxta quæsitum aut iuxta ueritatē, ab ipso est porrecta responsio. Quæsiuit Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Quæsierunt Iudæi: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū? Et alibi: Quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Nunc de scientia: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Vt & alijs & hic uidentur factū, quia literas & literaliter loquitur, quæ sunt legis & prophetarum. Et q̄ non didicit literas, scimus. Patet non clandestinam & priuatam conuersationem habuisse Iesum, cum Iudæi scirent eum nō didicisse à magistro scripturam. Sed sciendi modum dicit Iesus non apprehensibilem esse ab homine puro, sicut & sequitur: Mea doctrina quam profert lingua carnis, & ideo mea, non est mea ex aut

Ioh. 5.
Ioh. 6.
Ioh. 12.

roritate carnis siue humanitatis, sed eius q mi/ sit me, dei patris, cui æquor in forma deitatis. Velut una legatio est legati & legantis. Vnde si legatus quispiam quæreretur, cuius esset le/ gatio, respondere posset: Mea est legatio, quia mihi commissa. Non est mea, quia non autori/ tate propria, sed illam ab alio missus accepi. An fortassis mea doctrina non mea solum, sed eius qui misit me, patris: Ecce modus scientiæ Christi, per omnia ineffabilis est, quia deus æ/ ternus est, cui nihil accessit uel deaccessit ex tē/ pore, addens aut detrahens deitati: nec aliud est deus, quam sciëntia eius: anima uero eius uni/ ta illico deitati, omni sapientia repleta est, ita ut in Christo sint secundum Apostolum omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, non per traditionem doctorem, sed ipsa uirtute unionis. Etiam ut homo, thesauros incompre/ hensibiles sapientiæ & scientiæ habuit. Igitur ore humano deprompta doctrina, erat Christi ho/ minis: & autoritate uero, erat dei patris. Et cū ipse non haberit in sciendo explicabilem mo/ dum, at tamen cæteris illa sciēre uolentibus ex/ plicat modum, dicens:

Si quis uoluerit uoluntatem eius face/ re, cognoscat de doctrina mea, utrum ex deo sit, an ego à meipso loquor.

¶ Aduertenda est signata locutio saluatoris: Si quis uoluntatem dei fecerit, sciet discernere de doctrina Christi, utrum sit à deo an ab ho/ mine puro. Non tamen sic sentiendum est, q uoluntarius dei omnem Christi doctrinam, p/ ut est à deo, intelligat, nisi quod ut uolūtatem dei faciamus, sic omnis eius ad nos delata do/ ctрина. Nec quempiam fallat id dictum esse, q dei faciēis uoluntatem, de Christi sciat iudica re doctrina, utrum sit à deo, cum ipse Christus propter illud & nil aliud docuerit homines, q dei facere uoluntatem. Et qui uult facere uolūtatem dei, & cum audierit, intelliget unde sit, quoniam timore suo initiabitur. Et intelle/ ctus bonus omnibus facientibus eū. Et Iob in recessu à malo, quod est diuinæ uoluntatis, in/ telligentiā esse asseruit: Et recedere à malo, in/ telligentiā uelut actiuus sit uerior intellectus, & intelligit utiliter qui operatur, & frustra intelli git qui nō agit. Intelligit uoluntarius dei de do/ ctрина Christi, qm̄ qui non suam, sed dei uult fa/ cere uolūtatem, intelligit à deo Christi esse do/ ctрина, qui solum diuina docuit, non huma/ na. Et ut nō dubiè Chri doctrinā à deo esse cre/ dat, uulgare puerbium ad ipsum referat: Do/ ctрина uiri p patientiam noscīt. Conflentur er/ go in unū q cunq sunt obiecta Iesu, uerbis, fa/ ctis, quomodo, & q obrem, & à qbus: si huic uiro aliquā patiētia defuit, si supari in animo po/ tuit, si actus aliqui ira est, si nō malefacientibus bñfecit, si maledicētibus nō bñdixit, si nō tole/

Psal. 110.

Iob. 28.

Pro. 19.

rauit reprobos in colloquio, in cōsortio eīam p/ prium proditorum. Prolixū & q̄s supuacūū esset in Chro, patientiæ cōmendare uirtutē, ex q̄ sua doctrina non esse humana, sed diuina cla/ rescit. Quis em̄ potuisset talia æq̄nimit̄e tole/ rare, nisi Chrs æternus dei filius homo uerus, aut is cui ipse dederit, diuinē, nō hūanē seu na/ turali uirtute: Ac p hoc per patientiā uiri hui/ us, sua doctrina intelligit esse diuina potius q̄ humana. Et ut perstringam, totū euāgelii eius, dum sanē inspiciē ex omī uarietate loquendi, diuinū est doctrinale, ad hoīes ybum ore hu/ mano prolatum. Sed improba cogitatio Iudæ/ orum & importuna quæsitio, dī in doctrina sentiebāt in cōuincibilem yritatem, q̄ q̄rebant originē. Ex q̄ imagine possunt argui plus debi/ to curiosi, dum quæruunt rē: originem, scien/ tes ipsā efficaciam atq̄ uirtutem. Nonne in herbis, in lapidibus p̄ciosis, ab indigētibus po/ tius exquiritur effectus q̄ ortus: Neq̄ necessari um est sciēre unde prodeat, sed quid uēdo effi/ ciant. Arguendus esset famelicus habēs in ma/ nu panem, si non comederet anteq̄ originem nosset: Quid interest aut̄ referre sciēre aut nesci/ re res quibus necessariō utimur, vñ à primō procefferint, si nobis factæ sunt p̄sto ad usum, & ad utilitatē expediunt: Accipiunt indigē/ tes panem oblatum, nec exquirunt quis sator aut mellor in grana; aut in q̄ patria seu cuius/ gro, aut q̄s p̄stor cōfecerit. Neq̄ qua uite natū, q̄bus torcularibus presum, quakūegec immis/ sum, quo autore deductum fuerit uinum, nō curat sitiens ante propinatū habens, sed tan/ tūm id, haustu eius depellere sitim. Non calesca cit ignis amplius i lignis, cognita sylua, nec mi nus incognita. Quid de origine lucis inquiri, cum ipsa tibi ad agendum oportuna, facta sit p̄stos: Cur ergo de yitate quæris exordium? cur autorem, si tibi ipsa placet? Si ostendit, ut cures, putrida tua: ut ualeas in superna, etiam oportuna ministrat. Plus em̄ est yitas à seipsa, q̄ à quoquam proferēte possit existere. Sumit medicamina ægrotus q̄ medicus administrat, nec q̄ patria, quo autore, quo sint delata naui/ gio: sanitatem quærit ex eis, non processum ad illā. Quid ergo cognita yitate necessaria, plus de illa quæruunt: aut uolunt illam improbare quia displicet improbus qd̄ malè placet: aut causam inueniunt defectiōnis ab illa, uerit̄ al/ titudinem p̄ceptoris eius, non attendentes iu/ cunditatem cōuersationis illius, ut cum non possunt inuestigare suam originem, culpam re/ torqueant in doctorem. Non minor ueritas re/ perta sulcatione charactere in q̄buscunq̄ codi/ cibus, ignoratis autore seu charactere: aut ualētior, si notitia foret. Imperator regniq̄ subditi, cū edictum ab eis accepit in scriptis, obedire se parāt, nō quæretes cuius manus sul/ cauerit imperiale mandatū, scīētes huiuscemodī

notitia siue nescientia nil adimi uel confer/ ri in auctoritate imperiali edicti: Nullum im/ petitum ab æterno maius, quam ueritatis: quæ ante omnia, cum omnibus, etiam post omnia, si possibile foret, desicere, ipsa manet. Super o/ mnia est, omnibus præualere, nemo est qui se abscondat ab inuestigatione eius. Luminosa est, nullis obscuranda seu tenebris depellenda est. Inconuincibilis est, cuius edictum absque certissima pœna non est contum. Non ergo quærat, quomodo aut unde quis illam enū/ ciet, si cognoscitur dictum quo ueritas est. Co/ gnoscit igitur uolūtarius dei, doctrinam Chri/ sti esse à deo: quia cum non quærit uolūtatem facere suam, doctrinam Christi audiens, asse/ rit esse diuinam, cum ea quæ dei sunt, nō quæ mundi sunt, illa continet: ex quo liquet, Chri/ stum non à seipso, sed à deo fuisse locutum.

Quoniam qui à semetipso loquitur, glo/ riam propriam quærit.

¶ Scientia scripturarum, ut rei experientia pandit, aliquo tradēte percipitur. Proinde qui loquitur secundum literas & scripturas, non sibi usurper sciētiam, sed referat in doctorem. Et legatus non legationem sibi arroget, sed le/ gant: alioquin gloriam propriam negociare/ tur. Iesus uero cūcta referebat in patrem, à quo se missum sēpissimē fassus est, unde non erat de sua doctrina cunctandum, aut eius origo quæ rēda, quoniam uerax est Christus. * Ex hoc qd̄,

Qui autem quærit gloriam eius qui mi/ sit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est.

¶ Hoc quidem dicebat Iesus ad conuincen/ dam se uam perfidiam Iudæorum, qui cum q̄/ rebant ad mortem, cum uerax esset, duntaxat hominibus doctrinam paternam promulgās.

¶ Ostendit Iesus Iudæos præuaticatores Mo/ saicæ legis in Christo, se autem legem non soluisse demonstrat, secundum Iohannem. Cap. XXV II I.

Ex Moyfi data est, circuncisio non Moyfi data, nec ex lege fuit, sed patribus data fu/ it, primō uidelicet Abrahæ. Si custodiretur lex, in sabbato non fieret circuncisio: & circuncisio fit, insoluta lege. Opus autē fieri posset in sab/ bato æquale circuncisio nisi aut excedens, etiam sine præuaticatione legis. Sed lex Moyfi peni/ tus homicidium prohibet, nisi iustitia contem/ præ legis, iudicauerit hominem obruncan/ dum. ex hoc quidem Iesus arguens se uam p̄/ diam Iudæorum, dicit:

Nonne Moyfes dedit uobis legem? Et nemo ex uobis facit legem. Quid me quæ/ ritis interficere.

¶ Mosaisca lex quam accepistis ab eo, fieri ho/ micidium uetat: & nemo uestrum illam custo/ dit, cum me omēs concorditer quæretis ad ne/

cem. Sed ut quid? cum sim uerax, cum nō quæ/ ram gloriam meam, cum iniustitia in me repe/ riri non possit. Veruntamen deprauati ad hie/ unt mala malis, & annexunt p̄ctā p̄ctis: Vnde deberent corrigi, inde in peiora labuntur.

Respondit turba & dixit: Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?

¶ Ecce malorum cumlatio ad præacta, si/ caria uoluntati pessimum conuicium iungit, dicentes hominem sanctum & iustum habere dæmonia. Sed quoniam mēte dæmonium ge/ stabant, & agitabantur ab eo, tali nomine ap/ pellabant exolum: & publicè mentiebantur, negantes uelle interficere, quem modis omni/ bus uenabantur ad mortem. Proprium pelli/ mox est, ut malitiam quam animo gerunt, ali/ is imponant: & cum conuincuntur, negēs ma/ lum uelle facere, si non peccerunt. Perfectum uero inficiari non possunt, rei euidētia luce scē/ re, sed inueniunt ut nōrunt excusationes uarias in peccatis, ad eos exaggeratiōem malorum. Non responder Iesus obiecto conuicio in sum/ ma patiētia factus, nec recompingit uerbo ue/ ro mēdacium uerum, præstus illos per amplius furituros, & multiplicaturos peccata: sed dif/ cretione utēs, & patiētiam seruans, sed sua uer/ ba in eam partē contraxit, qua euidēnt ostē/ deret legis non esse solutorem, & eorum aduer/ sus eum indignationem iniustam.

Hinc respōdit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea dedit uobis Moyfes circuncisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circuncidatis hominem.

¶ Ex eo q̄ in firmū Iōgæui tēporis Chrs cur/ rauerat in sabbato ad piscinā, depēder ita con/ tentio, nō q̄ plura bona opa Iesus in sabbato nō fecisset, sicut in multis euāgelium clamae. Sed nec interpositio ē, alterius miraculi facti in sabbato usq̄ ad disceptationē hanc: nisi forte illud de muliere curua immediate p̄cessisset, q̄ fuit curata sabbato, sed ordo gestōr̄ discent. Sed nec ad rē differēdam se obijcit. ad apologi/ am Iesu intendēdū est. Circuncisionē dedit uo/ bis Moyfes, nō ex seipso aut ex lege data i mō/ te Sina, sed q̄ ex p̄ribus Iōgē an eis data erat. Et cū puer natus octauo die sit circūcidēdus, ut sabbato natus, octauo die sabbati fiat circunci/ sus, & lex Moyfi ex hoc insoluta manet. Proinde

Si circuncisionem accipit homo in sab/ bato, ut non soluat lex Moyfi, mihi in/ dignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato?

¶ Si lex Moyfi nō soluit in sabbato circūcisi/ one suscepta, q̄ totū hoīem nō saluū facit, sed in parte, cur indignamini mihi, qui totū hoīem in aīa & corpore saluū feci? Ergo erat iniusta in dignatio Iudæor̄, cū plus boni egisset sanādo

Ioh. 5.

Luce. 13.

totum hominem, quam circuncisio sanado hominis partem. Id dicendum, quod si actione minoris in sabbato lex non soluitur, quare iubeat sabbatum custodiri, nec soluitur actione potioris. Rōnem reddendo Christus disceptabat, humilitatem agens, qui poterat autoritate superare. Decentius autem est, ubi ratio reddi potest, ipsa, quam imperio, uti: & ad magnam dignationem magis heros & humilem consistitiam eius inferitur, in reddita rōne cum subditis fieri, quos potest omnino autoritate superare. Huiusmodi modum seruauit in omnibus Iesus, quoniam inualida est ratio, quare superioris autoritate fult. Nec ad rōnem probabilem apponenda est, nisi producenda sit aduersus aduersantem pertinaciter rationi, cum non rationi suffragatur autoritas, sed reprobam improbitatem & contumaciam ipsa resculpit. Et cum ratione ageret Iesus, monuit sectidum exteriorem aspectum contra ueritatem temerari iudicantes, dicens:

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.

¶ Vti diceret: Ex exteriori aspectu uobis parer, quia curauit sabbato, soluisse legem: sed non soluit secundum ueritatem, sicut uos non soluitis per pitomen. Igitur nolite sic improuise iudiciale secundum id quod foris, quoniam homines uident quare foris parent, deus autem intuetur cor. Sed iudicate secundum iustum iudicium, ut innocens non damnetur, nemo sine culpa propria in persona puniat. Nec hoc dicebat Iesus timens aut nolens ab eis occidi, qui uenit pro eis & pro omnibus mori: sed eos reuocabat ad ueritatem, & depellebat errorem, quo sepe iudicium clauditur, & ueritas exulatur. Ideo reuocat ad iudicium aequitatis, ut non ex aspectu, sed ex iustitia iudicent, nec in acceptatione personarum, sicut scriptum est: Quod iustum est, iudicate illos, siue sit ciuis, siue peregrinus. Et maledictus qui peruertit iudicium. Sed uiri mali non cogitant iudicium: qui autem timet deum, animaduertunt omnia. Et per sapientiam dicitur: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: quoniam nemo recte iudicat, nisi iustitiam diligat. Et dominus per prophetam: Iudicium uerum iudicate. Librameto multo opus est in proferendo iudicia, & examinare causam per ea quibus possit per iustitiam potius absolui, quam condemnari qui conuictus est reus. Amplius iustitia se habet ne innocens supplicium luat, quam quod reus debita poena fodiatur. Videntur multa digna supplicij, & subito intuitu condemnatione habet & reprehendi possunt. Cum vero trutinantur aequa lance iustitiae, & in statera ueritatis & rationis appendantur, absoluitur. In hoc quidem uerbo cuncti admonentur: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium

iudicate. Hinc Psalmista dicit: Si uere utique iustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum.

¶ De disceptatione habita inter Iudeos de Christo si esset, si cognitus, si bene processerit, tum responsione Iesu, secundum Iohannem.

Cap. XXI.

Notum palam factum erat odium Iudeorum in Christum, qui eis etiam palam & intrepidè loquebatur, ita ut turbè mirarentur, & colloquerentur adinuicem, disceptando de Christo.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitis: Nonne hic est quem Iudaei quaerunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt.

¶ Erat hoc uerbum aliquorum ad desiderium festinae mortis Iesu, aliquorum uti mirantium, aliquorum uti laetantium, quod non tangebatur de publicè loqueretur. Et haesitatio cognitionis tenebat animos aliquorum, dicentium:

Nunquid uerè cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit. Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit.

¶ Anceps uerbum, id tamen habens in sensu: Ideo hic iam questus ad necem, palam loquens non capis, non interficis, non exprobratur in uerbis: quia forte principes sacerdotum, a quibus hoc agendi dependet autoritas, uere cognoscunt ipsum esse Messiam expectatum, quod modo arcent imperium Iudeorum, ne ad interitum capiat. Sed eregione ueritatem non intellecta sibi ipsi obijciunt, nec non & mendacium ueritate mixtum. Summa sententia inter Iudeos est, quod generatio Messiae, ac etiam in modo ignoret aduentus. Verum est hoc usquequaque, in quo ipsi uera est ipsorum damnatio: quoniam Christus Messias expectatus sic erat, cuius generatio ignoratur, quia aeterna. Et generationem eius quis enarrabit? Et modus incognitus, quia per partem clausam ex uirgine. Et hoc dictum habet: [Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit.] Mixtum uero ueritate mendacium, praemissum uerbum habet: [Sed hunc scimus unde sit.] Quia sciebant parentes secundum carnem, quorum alter putatiuus, alter duntaxat uerus erat. Sciebant ciuitatem & patriam, deitatem tamen in ipso, imò deum esse nesciebant. Huic mendacio ascripti sunt, propterea Christus clamosa uoce ueritatem confirmat, mendacium destruit.

Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens: Er me scitis, & unde sim scitis.

¶ Affirmat ex hoc IESVS, quod sciebant eum secundum carnalem generationem & educationem & patriam, denegat autem quod

eternam originem ignorabant. Et cum non possit intelligi atque cognosci, quod & sic non credebant.

Et a me ipso non ueni, sed uerus est qui misit me pater, quem uos nescitis.

¶ Veluti uerba seriare: Quomodo me cognoscitis, qui a me ipso non ueni? Et cum missus sim, ignoratis mittentem deum uerum & aeternum patrem: & qui patrem ignorant, filium non cognoscunt. Et si patrem nescitis, filium quomodo cognoscetis? Summa sententia in hac re, quoniam cognitio unius relatiuorum, ex altero tota pendet. Et unius ignorantia, scientia alteri uel destruit, seu nescientiam parit. Ex omnibus his agebatur culpa inexcusable Iudeorum in cognitione Christi: quoniam si sciebant illud ex stemmate, non uenerabant sanctitatem, quam in eo inficiari non poterant. Si non sciebant unde esset, non poterant resistere ueritati eos nudare conuincenti, neque praestabant uerbis fidem, ut intelligerent ueritatem. Sed ipse Iesus cui credendum erat, solus suam aeternam sciebat originem. Proinde dicebat:

Ego scio eum. Et si dixero quia nescio eum, ero similis uobis mendax: sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

¶ Pandit suo uerbo sui ipsius scientiam Christus, fidem ab auditoribus exigens, cum aliter in eius cognitionem transire non possit, nisi per fidei potestatem. Et edocet non solum assertio ne falsorum, seu confessione non entium esse mendacium, sed etiam in negatione notorum, efficitur, imò cognoscitur hac sententia saluatoris mendax qui le dixerit nescire quod nouit, cum dicit: Et si dixero quia nescio eum, ero similis uobis mendax. Sed rei ueritate Christus non denegat, sed faretur. Et scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Replicatio uerborum similitum, in uerbulando siue in sententia non plus assert ueritatis, quam exprimit uim affectus in eos, qui per fidem ad intelligentiam ueritatis uocantur. Sed per diuinitatem fit ex ueritate perfidia, ex reddita ratione peruersitas, & furunt ex mansuetè loquentè.

Nam quaerebant eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius.

¶ Saepè quaesierunt Christum Iudaei, sed proposito malo, tamen eum non nisi quando uoluit, inuenerunt ad necem, ad quam ueniabant illum. Bono tamen proposito inuenissent eum, & certius tenuissent. Manus quidem hostis non poterat in eum ex se, nisi ab eo permittit: quia quoniam uoluit capi eum, in manibus hostium dedit: quoniam nec aliquid recepit aduersi potestate agentium perditè contra eum, sed uoluntate propria, qui ea hora quoniam uoluit capi & teneri, passus est ab eis qui eum intrabantur. Nec ipse ad horam, sed hora ad

ipsum ordinata erat. Et quoniam nequam erat anima in Iudeorum populo praecellentium, non sit infecta conditio plebeiorum. Ideo

De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum uenerit, nuquid plura signa faciet, quam quae hic fecit?

¶ Non erat plena ista credulitas de filio dei, sed de quodam hoie sancto, cum ei adhuc futurè posterizaret Messiam, & ex signis magis quae ex ueritate trahebant ad eum. Nec fuit adhaesio ad sequela, nec ad iustitiam, ut ex confessione salus se queret: cum nec eum tunc fuissent ausi coram sacerdotibus & principibus confiteri, aut pro ipso dissent se in obiectum uerborum atque factorum: erat tamen animus eorum mitis in Christum, ubi alij fauebant. Sed nec sufficere eis illa, corde coepta modica fides, nisi occasio data & accepta progressura fuisset in publicum coram hominibus consistendo Iesum. Ex hoc enim salus secundum sententiam eius: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et euerge: Quoniam eum negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo.

¶ De eo quod principes & pharisaei miserunt ministros, ut apprehenderent Iesum. Et de disceptatione exorta super quaesitione non inuentura eum, secundum Iohannem.

Cap. XX.

Si uirtus, & ex ipsa in omnibus actus & agens secundum eam, nemini occasione criminis ad ministrat. Sed induratus animo, caput ex ipso uerbum in peiora labat: & inde laedit, quod sibi ad rectè agendum praesto auxiliu erat. Et cupidibus perperam agere, iustitia amula est, quod obliquum ueritat, re ueritat suadet. Placet perniciose libertas omnibus immodestis, regulatio displicet, quibus nec satis est mala uoluntas & actio, sed conat ex omni parte captiuare ueritatem. Et ex imagine captiuitatis quam patiuntur in animo, alios nituntur intrudere, uellentque, si facultas foret, delere iustos, quos infestios habent a uita. Unde sequitur:

Audierunt pharisaei turbam murmurantem de illo haec. Et miserunt principes & pharisaei ministros, ut apprehenderent eum.

¶ Non potest sustinere maluaetus, quod de bono dignu aliquid diuulget: & diuerberat in animo, si fama eius crescat. Ecce pharisaei altera murmuris partem de Christo pati non possunt. Habebat enim Iesus, ut iam predictu est, utraque murmuris parte, solum bona odio erat eis. Et ne iualeretur, ministros miserunt, ut eum apprehederent, quae ex modo ita cooperat turba laudare, quod ab eis expectatus Messias cum uenerit, non sit quae ipse, ampliora si gnatus facturus. Sed cognita est a Christo perniciose legatio, cognitio legati, cognitioque legatis, ad inde: in in in ij

1. Cor. 6.

Deh. 1.

Deu. 27.

Pro. 28.

Sapient. 1.

Zach. 7.

¶

Asa. 1.

Isa. 4.

Mat. 8.

Luce. 12.

Ioh. 7.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modi cum tempus uobiscum sum, et uado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire.

Innouauit loquendi modum cum ministris apertis, non tamen ad eos singulatim diuino sermone. Sed cæteri Iudæi cum ministris, & ministri cum eis aduertere poterant huiusmodi inuouationis causam, eum faretur: Ve quid festinant pharisæi me morti tradere, & ad tale facinus præoccupare tempus, cum modico tempore sim mansurus ipse uobiscum: ut eum sensum habeat ista locutio, quod sic Iesus uenerat omnino moriturus, nec alio mortis genere excessisset a mundo, nisi sic fuisset occisus. Vnde ait: Legatus sum, legatio fungor, cito complebitur ministerium legationis meæ. Qui me legauit, expectat: & uado festinus ad eum qui misit me. Vos autem quæretis me, & non inuenietis. Non bono, sed malo proposito: quod si bono, utique inueniretis. Quare non inuenietis quærentes? Quia ubi ego sum, scilicet apud deum patrem in eadem substantia deitatis in æternitate mansurus, uos uenire nequitis, quia non creditis: possidetis, si crederetis. Mixta uerba sunt hæc, ostendentia formam dei & serui. Modico tempore dixit se Iesum in mundo mansurum. Sed nec illo modico dignus extitit omnis mundus, ut deum & dominum atque factorem suum in humana forma creatura uideret atque sentiret. Neque dignus erat mundus conuersatione ipsius. Et cum totus iam in maligno positus esset, benignitatem ipsius portare non potuit. Iur, a quo nunquam recessit: & recessit, quem nunquam a sua cura dimisit. Facta est, sit, & fieri quæsitio eius, non autem inuitio, nisi sapietia lege, sicut scriptum est: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis uestrum quærite illum: quoniam inuenietur ab his, qui non ceciderunt illi: ut apparet autem his qui fidem habent in illum.

1. Ioh. 5.

Sapient. 1.

1. Tim. 6.

clauderetur. Ad quos fors uenit si Christus uisisset, Iudæis impossibilis uidebatur accessus, non spatio terræ, aut interpositione aquarum, aut gressu pedum, sed prohibitione legis & dissimilitudine morum non esse licentiam: aut quæ gentes, quibus ex miraculis & doctrina posset acceptus fieri, cum ab alijs tuerentur: ita tamen, quæ arceret etiam hostili potentia, si quos cognouissent ausu temerario, nocendi conatu ad eum uoluisse accedere.

Quod Iesus clamauerit, inuitans sitientes ad aquam uiuam potum, secundum Iohannem solū. Cap. XXXI.

Desideria hominum diuersa (spe frustrata) uarietas, in se Christus terminaturus adueniret, si ei homines adhaesissent. Hæres quædam uenerunt, & per eum facta sunt secula, omnibus bona omnia facta sunt, & ipse se omnibus offert, omnes inuitat, ut nemo de uerecundia gradiedi ad eum, seu de impossibilitate causet. Ipse inuitat, ipse prestat accessum petendi gratiam. Exponit ipse donum uolentibus. Non culpam in exhaustibilis largitas eius. Negligentia hominum est, quæ eius dona non accipiuntur: nostræ desidia, quod eius beneficia respiciuntur. Hinc dicitur:

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat.

Die festo medietate, ascendit Iesus in templum, & docebat. Nunc in nouissimo festiuitatis die, scilicet primo, qui celebrior cæteris erat, stabat Iesus in templo, forsitan eminentius solito, ut in eum oculi omnium uerterentur, & audiret aptius uox eius in clamore deprompta. Inuitatoria quidem erat: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Satis uult Christus desideria nostra, quæ signant in istis: porro aliunde satiare non possunt, non ad firmiter corporis potum offert. Multa aqua creauit ab initio deus, decarie terræ exciderent. Et ferè ubique inuenit aquam per siti corporis depellendam, sed liquorè alium, non sensu corporis perceptibile, pollicetur. Præcesserat huius inuitatorij uocem in typo multa gesta & oracula prophetarum, ut plucide cognoscere, quod sit id ad quod Christus uoce clamosa uocat. Sitiuit populus Israeliticus in manu Moysi eductus de Aegypto aquam in deserto, ubi non inuenerat iuxta uocem. Et accepit ex petra, bis Moysè uirga percussit illam. In deserto huius mundi sedibus incertis uagarè hominum genus, nihil firmum stabileque tenes. Gliscit, anhelat, multaque cupit, languet circa desideria multa. Sed non inuenit in thesauris nature unquam de satietate. Supra naturam propinat aqua, quæ de se ipsis, de petra bis Moysæ uirga caesa. Omnia in figura cõtingebat illis. Et bibebat de spiritali cõsequente eos petra: petra autem erat Christus, bis una uirga percussus, potestate sua quædam. Et eum uirga ostendit gratiam etiam iudiciariam potestatem. Moyses percussus, ipse Christus est: ut ipse percussus, ipse

petra percussa: quoniam semetipsum propria uoluntate tradidit in omnem humani generis liberationem, pro ueritate, ut speraret, ut ipse sit percussus, & percussus. Bis, nempe in anima per tristitiam, in corpore pro pena sensibili. Aquæ largissimè tunc temporis de petra fluentes, aquam redemptionis in sanguine, & aquam abluitionis in baptismo figurabant: ita largissimè, ut precium quod est celebrata redemptio, aqua in quibus baptismus ordinatus est, & omnes homines potauerit ope sua. Igitur si quis sitit redimi, si quis sitit lauari à sordibus peccatorum, ad Christum clamantem in nouissimo festiuitatis die, in fine temporis accedat: Quoniam nos sumus in quibus fines seculorum obtulerit. Et dicentem audiat: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Sed si non sitit, non ueniat. Non enim accipiet non sities, si sitire potest. Ad sitientes dicitur facta est in ueritate. Sic enim proclamabat dominus per prophetam: Omnes sitientes uenite ad aquas, non acceptas precio seu aliqua permutatione rerum, sed promptitudine in obliquata uoluntate. Inde subicitur: Et qui non habetis argentum, properate & emite, & comedite. Venite, emite absque ulla commutatione uinum & lac.

Ad multiplices potus uocat, aquarum, uini & lactis. Potus aquarum, ex superioribus liquet: uinum, ad haustum euangelicæ doctrinæ: lactis, ut per ueritatem mentis & morum cum dulcedine bibatur, ad imaginem paruulorum, qui lacte puro & dulci cum delectatione pascuntur. Et in persona Christi predictum erat: Comedite amici mei & bibite, & inebriamini charissimè. Ecce uinum in ebrietas, aut tendit mensuram. Et calix meus inebrietas quæ per clarum est. Et ebrietas hominem quasi uidelicet, quæ uocatus à Christo, ab omni mundo uisibili efficit in animo alienus. Væ qui ab hac ebrietate scernunt: in hac causa ebrietas restitit, sobrietas prauit sapit. Ebrietas uinum Christi ea imagine, qua ore perceptum est, ut iniuriat & iniurias, ledentem & læsiones, honores & uituperia, laudantes & deridentes, aures & steruos, notos & extraneos, æqua lance derisionis appendat, ut ea similitudine uinum Christi ebrius cuncta libret. Igitur uicium est ebrietas, sed non ex uino Christi, ad quod charissimè inuitant. Ebrietas & calix non à se, sed adhuc ex portione contenta. Et mensura est quæ uinum, per mensuram Christi fuit omnino semetipsum, quam dedit sibi pater, ut diceret aduersantem: Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? Ac hoc huiusmodi calix ori cordis appositus per considerationem, inebriat per amorem. Si quis ergo sitit, ad Christum uadat & bibat. Hac siti agebat David, cum aquam de Bethleemico fonte sititisset: etem Christus Bethleemiticus erat. Et alibi decantauit: Quem ad modum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea

ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem uitium, quoniam ueniam & apparebo ante faciem domini: Qui ergo uitam desiderat, uadat ad clamantem alta uoce Iesum: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, ipse fontem uitium ad auferendam nostram sitim habet. Sed intellectus uerborum est pro filijs Chore, qui caluus interpretat, ut ex titulo Psalmi liquet, id est, per filijs Christi in monte Caluarie crucifixi. Omnes, quibus inuitentur ad aquas, ad nouum Christi potum, non tamen accipiunt, nisi sint filij calui Christi saluatoris. Et his dicitur quod in Apocalypsi scribitur: Et sponsum & sponsa dicunt, Veni: & qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. A Christo autem deficientibus dicitur: Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Aut quid tibi cõtra uia Aegypti, ut bibas aquam fluminis? Hæc aquæ non satiant, uitæ optatam non tribuunt. Et cum solum uerè credentes accipiant, ideo adiectum est:

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua uiua.

Ista uerba sunt Christi, sed non aliter epistolari expedit, quæ euangelista subiecit. Hoc autem dicebat de spiritu, quæ accepturi erant credentes in eum: Non dum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat clarificatus.

Spiritus sanctus in typo fluminum aquarum uicium decurrentis, designatus est, qui ante ascensum, in qua per maxime clarificatio Christi paruit, tantæ multitudini neque in tantis signis datus non fuerat. Quauis multi ante illam inaugurationem donationem habuerint spiritum sanctum ad prophetandum, ad sanctificationem, ad faciendam miracula, sed non datus ante glorificationem eius per resurrectionem sciendam, in ascensione monstrandam. Dari quidem poterat spiritus sanctus ante omnia hæc: sed complenda erant omnia mysteria filij, antequam spiritus sanctus in tanta euidencia, in sonitu, in linguis igneis celebraretur aduentus. Qui more fluminum aquarum uicium defluxit in cordibus eorum, qui acceperunt ad irrigandum orbem terrarum, sicut scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, contemptu terrenorum, amore cælestium, diuinis doctrinis, moribus nouis, uirtutibus & sacramentis salutaribus, & imbre miraculorum operum. Væ quia unde flumina exeunt, reuertuntur, ideo spiritus sanctus fluminibus assimilatus est: quia quod uenit, uadit, secum trahens quod cepit.

Quod ex predictis uerbis saluatoris orta est disceptatio, ex qua inter Iudæos dissensio facta est, secundum Iohannem. Caput XXXII.

Errant uerba Christi omnino excedentia communem hominum sensum, sed ipse preceps stabat uolentibus intellectum. Ad hoc edebantur.

ut audientes ad eum tota intēione conuertērentur, & fide moribusq; sequerentur ad p̄cipiendum ab eo desideratam in æternam uitam. Nec erat in proferēdo uarietas, ut ad acceptos minus uel magis edita uiderentur. Expandebantur ut retia, pro piscibus aut aulibus ueniētibus pariter capiendis. Quod si non capiuntur, non est in retibus culpa expāsī iure uenandi. Sed sicut pisces aut aues non uenientes; nō ueniunt in capturam, uenientes hærent: sic uerba Christi, uenandi ad uitam homines omni iure dep̄opta, non omnes audientes ceperunt; nec defectu semini uerbij seu uerborū, sed in æqualitate auditorum, qui non eodem animo ad illa suspēsi erant: sicq; patet diuersitas.

Ioh. 7. Ex illa ergo turba cum audisset hos sermones eius, dicebant: Hic est uerē propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam dicebant: Nunquid à Galilæa Christus uenit? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethleem castello, unde erat Dauid, uenit Christus?

Miche. 2. Disceptabatur de Christo, uariē quidē, ut uidens credere seu expectatus Messias. Erant & aliqui eum cognoscentes ex genere, ex educatione Galilæum, ex ciuitate Nazareth, sita in regione Galilææ, scientes secundum carnē generalogiam eius ex utroq; parente, gnari scripturarum & prophetiarum, reprimētēs dictum & opinionem, q̄ à Galilæa Messias uerturus nō sit, magis autē à Bethleem secundum scripturam. Sicut Nathan de mandato domini prædixerat Dauid, & sicut prophetauerat ante Micheas, secundum cuius prophetiam respōsum fuit à scribis Herodi, de Christo sciscitanti ad inquisitionem magorum. Sed unde Iudæi cauantur in Christum, inde accusantur, & cōtra eos sententia iusta diuoluitur: quoniā & Christus Bethleemita erat, natus ibidem tempore descriptionis orbis, cum signis & portentis ad uenientibus orbi, annotatis in libris gētilium. Quamquam illa non commēdauerit stylo, aut si commendauerit in tunc, in posterum aboleuit perfidia Iudæorum. Qui etsi non poterant suppressere ipsum esse prophetam, negabant ipsum esse Messiam. Sed unde se palliant, detegunt: & implicantur, quo explicari se credunt.

Dissensio itaq; facta est in turba propter eum.

¶ Semper inter uerum & falsum, bonum & malum, lucem & tenebras, pios & impios, iustos & iniustos, humiles & superbos, humiliter sentientes & alta sapientes, simplices & astutos, dissensio reperita est. Etsi permixta concio huiusmodi differētium, tandem patuit concio saniorum: & intantū processit autematio discipulorum: & intantū processit autematio discipulorum: & intantū processit autematio discipulorum: & intantū processit autematio discipulorum.

tere niteretur ut caperet: sed nec & altera præsumpsit, ut pauca, in tutelam. Neque aliquando in euangelio legimus, quod tuitionem huiusmodi aliqui habuerit à salutibus in eū: imō is qui præsumpsit, ilico mandatum accepit, ut educeret gladium cōuerteret in uaginā. expofitus erat Christus à patre ad tolerātiā aduersorum, sed uoluntas sua inseparabilis erat. Manifestat hoc actio nequam.

Hinc quidam autē ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus.

¶ Non semper agit facultas, quod deliberat mala uoluntas: quæ si non corrigitur, facultas refrenatur, aut à potētiorē uirtute, aut à seipsa minus audace in effectū, q̄ mala uoluntas fuerit in affectu. Itaq; quidam ministrorum uolebant Christum capere, sed à Christi uirtute manus eorū prohibita est: ut aduerterent, q̄ Christum apprehendere non erat humanæ potētatis, sed ipsius duntaxat propriæ uoluntatis.

¶ Quod ministri non apprehēdentes Iesum, reuersi sunt, ex quo disceptatio exorta est, quid in eum sit secundum ueram iustitiam decernendum, secundum Iohannem solum.

Caput XXXIII.

NON semper ministri perficiunt imperata maiorum, uirtute aliqua acti, cognoscentes esse nequissimū quod iubetur, deo phibēti perperam agere, magis quam hominibus deferentes. Aliqui non ualentes perficere imperatum, etiam habentes animum malè paratum, non perficiunt iustum nequam. Pleriq; in ipsa prima diuulgatione mandati apparet, edictum iuberētis peruersum, esse iustissimum. At ubi cum subito nō exit in opus mala facultas, interdum de opere instruitur interitus inordinata uoluntas. Ex hoc à temperantia detineri oporteret ministrorū manum, ne subito perficerent iustum, aut ilico inferrent in alijs læsionem mandato susceptam. Quoniam in subita actione confunditur innocens, taliter q̄ non uallet medela post uulnus: neq; uita restituitur ab homine, cum mors præfuit irrogata. Et sæpe post malè gestum liquet ueritas innocētiae, cui non cōfert etiam uoluntarium remedium inferentis. Vnde ministri à doctrina sana Christi præuenti, non illum tetigerunt, in optimo documento facti posteris, ne subito perficiant incompacta iusta maiorum.

Venerunt ergo ministri ad pōtiffices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquid sic locutus ē homo sicut hic homo.

¶ Reuertuntur ministri ad pontiffices, à quibus missi fuerant ad propriam actionem, ipsi

frustrata mittentium, qui eos animo irato interrogabant: Quare non adduxistis eum? Vti dicerent: Nos uos misimus ad capturam, quare igitur non cepistis eum, ut captum deferretis ad nos? Apologizant ministri ex locutione capiendi Iesu, q̄ uti locutus ipse, nunquid sic fuerit alius locutus. Homines isti erant, & supra hominem de Christo sentiebāt, ex eo quidem q̄ in mansuetudine audierant uerbum eius. In quo uirtus erat posse corda hominum mutare, non tamen potestate solum eum posset, sed etiā humiliter pietate audientium eorum corda mutabat. Apparitores scēui, à scēuis missi principibus, mansuerunt ad uerbum domini facti sunt: à quo animorū sedata scēuita, & corporū frenata facultas. Nullus se tueret à uerbo dominico, sed ad audiendum aptitaret aurem. Mollescent dura corda, pertinacia effugatur, mollescit duritia mentis, & ad aptitudinem agendorū ipsa inceptudo reducitur, obliquata ratio redit in rectum, asperum deplanaē, si animæ equiorī animo uerbum ueritatis accipitur. Huiusmodi ministri mittuntur ut capiant: audiunt, & quiescunt. Et nec in culpa sunt, si ad meliora conuersi, non perficiunt iusta quæ nequiter susceperunt, si non obsecundant iustionibus criminosis. Et fortassis dicit quis: Ergo in culpa sunt serui, si non perficiunt omnia iusta maiorum, si iuramento aut pacto eis se constrinxerint? Egedem, si edictum non aduersatur iustitiae, ueritati atq; uirtuti. Vbi autem egregiē cōsisteret, iustitia, ueritas, uirtus sunt iustionibus omnibus præferēda. Aduersus istas nulla lex, nulla sanctio, iustio nulla, si in re hac apologia interposita magis placeat: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. Vt ex hoc liqueret, ideo nō cepisse Iesum, quoniam supra oēm modum omnium hominum loquebatur. Et si calculatio fieret à protoplastis usq; ad Christū per omnes mundi originales homines, & ab illa prima oim maxima rate inclusorū egressu, quousq; per omnes nationes, per omnes ætates, per omnes tribus, populos & linguas usq; ad ipsum Christum, nūquam sic locutus est homo. Ita locutus, ut inimici faterentur, quorum testimonium plus afferit in iudicio ueritatis. Et homo erat uerus, sed supra hominem loquebatur. Et omnis homo mendax, ipse solus uerax. Ideo nunquā sic loquutus est homo, sicut loquebatur Iesus, qui nō solum homo, sed deī filius erat, in quo & p̄ quem pater hominibus loquebatur æternus. Quod & post omnē eius locutionem de ipso scripsit Apostolus: Multis modis in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Ergo nō ab re dictum, nunquid sic loquutus est homo. Non ad ornatum uerbi laus ista depromit, sed ad effectum. Penetrauerat enim illoꝝ animos sermo eius, & mutatio:

nis ad affectum habebat effectum, & de cælestibus & honestis erat, nil habens immo destitū, nil recompingibile, nihil præter rationem & utilitatem & ordinem, continens a quē quod est totius uirtutis & gratiæ, ordinatum ad gloriam, & delectationem afferebat amatoribus ueritatis, iure ostendens uirtutē, & suadens sanctum odium eius, & parans gradus infallibiles ascensionis in cælum. Veruntamen infesta fuit laus ista pharisæis, ut seductionem opinarentur in cordibus referētium.

Responderunt ergo eis pharisæi: Nunquid & uos seducti estis?

¶ Optimum eis, imo cunctis qui à ueritate seducuntur, quia introducuntur quo excludi nolunt: & beatus quem secū ducit ueritas, quæ secum uirtus probata trahit. Inferūt uerō pharisæi fallax argumentum, q̄ Christo non sit p̄stada fides, & altitudinis statum & ignorātiā ex natura, dicentes:

Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.

¶ Sic arguunt, quasi fides Christi daret excellentioribus statibus hominum, nō p̄sonæ: & negaretur his, quæ ad scientiam scripturarum nō ordinare naturā, & in datione huiusmodi fidei, esset acceptio personarū. Sed nec dignitati, nec statui, nec scientiæ, nec magnitudini corporum, sed humiliter uoluntati cōfertur. Neq; credendum est, conferri non posse humilibus, quod ex superbia maioribus denegetur. Proinde si principes & pharisæi non credebant Christum, non ex hoc adimebatur, ne possent in illum credere plebei; nec maiorum credulitas & autoritas conferunt his quæ creduntur, nec aliquid adimunt si non credunt, ut si principum & pharisæorum pertinacia Christum non credidit, q̄ Christus nō fuerit is qui fuit: & uelut olim in Romanis, apud quos aliquis haberi deus non poterat, nisi senarū placuisset. Non enim facit rei creditæ ueritatem quorumcūq; credulitas, sed quia uera est, ideo credenda censetur. At tamen permōdicē obiecitū pro Christo fuit uerbum seu factum ad repellendam peruicaciam Iudæorum, unus quidem curauit eos in usum rationis reducere.

Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat?

¶ Est expeditis expeditæq; ueritatis, errorē concionis rōne reprimere, & remittere ad iustitiam legis eos, qui uoluntates proprias p̄ iustis legibus habēt. Lex dei est, nec non hominum, recte cernentium, non dicere aut facere quenquam rem nisi præuaricatione legis, nec ali-

ter, nisi taliter, reus quisquam censendus est. Vt inueniantur reus, oportet quod eius sciatur reatus, qui aut confessione rei, aut ueris testibus innotescit. Proinde Nicodemus, qui per cognitionem iustitiae in eum iudicari censebat, erat occultus discipulus Iesu, à quo iam doctrinam ueritatis acceperat. Pro cuius innocentia se obicem faciebat, ne in effugeretur temeritate, non lege, ratus quidem quod si aequo animo audiretur in iudicio constitutus, quod inueniret iustus: & desuissent uenari ad mortem, quem innocetem per omnia reperissent. Sed nil grauius ad bonitatis subuersionem, ad illidendum innoxium, ad erogandum publicum bonum, priuatumque destruendum, quam si concio tota fuit, quam si habent in manibus leges, qui praesunt, qui habent ex lege discernere, agitat inuidia, incendit ira, odium uexat, placitum dominatur, ueritas exilio est. Apud quos eo ualet uirtus unius, quo stilla modica uini superiecta magno & rapido flumini ad saporem, imò uelut iniectum oleum lignis igni suppositis, maius facit incendium.

Hinc responderunt & dixerunt ei: Numquid & tu Galilaeus es? Scrutatae scripturas, & uide quae propheta à Galilaea non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam.

Interpretatur in reprobum sensum, quod sana mente consultum est: & credunt amore primo pro compatriota dedisse consilium, quod pro ueritate atque iustitia consulebat. Inde dicitur: [Numquid & tu Galilaeus es?] qui pro Iesu Galilaeo loqueris, ut eius amore aut honorandae patriae affectus esse prophetam, cum nulla scriptura contineat illam regionem honore prophético illustrandam, maxime propheta magno, quem Messiam omnes unanimiter expectamus: Proinde si Galilaeus non es, cur pro Galilaeo uerba diffundis? Peruersus hominum mos, cum aliquem ad displicentiam ceperit, ipsum non patitur nec eius amicos, etiam ipsam ueritatem sibi fauentem uelut aemulam habet. Non poterant isti pati Iesum, nec eius amicum sustinent Nicodemum, qui etiam magis pro ueritate atque iustitia, quam pro amicitia consilium dederat. Et reuersi sunt singuli in domos singulas, de captione Christi consilio dissipato.

De disceptatione orta inter Christum & phariseos super adultera puniendam, secundum Iohannem solum. Caput XXVIII.

Quaerunt impij pios inuoluere, & cum causam iustam non habeant, quaerunt: & ut excusati faciant, interdum inserunt rigorem iustitiae & speciem honestatis.

Ioh. 8.

Nam cum uenisset Iesus in templum, & omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos.

Docebat in templo propter conuentum Iudeorum, ut palam fieret doctrina eloquij sui,

ne de clandestino posset accusari. Et omnis populus scilicet plebeus, erat ad audiendum, cum intentione dispari. Sed aemula inuidia Iudeorum; falso pro iustitia consultabunda ex aduerso illico uenit calumniata iudicem, impeditura utilem praedicationem.

Adducunt autem scribae & pharisaei mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis de ea? Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum.

Culpa poenam meretur, & hoc solum boni habet, quia ordinatur ad poenam. Nihil poenale, nisi culpabile: sed non omnibus una poena. Varietas poenarum, ex uarietate culparum infligitur. Ex ordinatione diuina & humana, puniendi modus exordium sumpsit. Lex Moysi à deo fuit, in qua iustum est reum adulteri, scilicet lapidum subiacere quousque moreretur. Seruanda lex est, quia iusta & sancta. Et pius etiam est parcere delinquenti, sed tamen poenitentia. Quid igitur discernendum inter misericordiam & iudicium? David dicit: Misericordia & iudicium carabo tibi domine. Adeunt pharisaei Christum sed tentatione maligna, ut discernat inter iustitiam & misericordiam tempore ialem, si pro qua parte per eos iudicandum in adultera est. Et id eorum tentatio intendebat, ut si pro iustitia decreuerit, uelut crudelis reus habeatur à populo si pro misericordia, sit reus in lege, quae mandat adulteros lapidare. Temperat responsum Iesus, aduersus tentationem, nec inferens calumniam causam, sed ex peccatis eorum tentationem reprimit, calumniam abicit, & peccat aduulterae poenitentia. Non differit pro iustitia, pro misericordia non promulgat: sed contra iniquitatem inuehit, agit ut rescriptat, eos qui non pro amore iustitiae, non pro uerentia miserendi, sed animo persequendi de iudicio aequitatis interrogant. Quorum inter ceteros malos saeuum hominum genus est, uelut inferre iacturam sub specie ueritatis, & ad nocendum de pharetra uirtutis sagittam educere uenehosam, atque de umbra pietatis pestem facere ad impietatis tutelam. Nec tam erubescibile iudicaretur, atque tam criminiosum ex actu, si de se ueritate tegumentum non quaereret. Verum his responso non porrecto iuxta quaesitum & uotum, ad considerationem propriae iniquitatis eos remisit innotescere.

Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram.

Interrogatus uerbo, scripto respondet, ut euidentius stabiliusque sit quae sit responsum, sed quid scripserit, textus euangelicus praeterij. Et

mirum si scriptura huiusmodi lecta fuit, quod non fuerit commendata memoriae. Sed id pie credendum est, quod primo digito miraculose in lapide aliquo pauimenti, ut nec puluer in tanta copia fuerit, quod literarum sulcationem potuisset suscipere: si fuerit quidem, scripserit illa sententiam, quam perseuerantibus in exquisitione sententiae ore protulit.

Cum autem perseuerarent interrogantes eum, erexit se & dixit: Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat.

Ergo nisi qui culpa caret, accusare potest. Non agit lege iudex in criminiosos, si fuerit ipse criminiosus, cum saepe maioribus criminibus sedentes in tribunalibus implicentur, quam qui eorum etiam iusta sententia obruncantur. Et enim indubie iudicabit, sed autoritas aderit iudicandi. Non omnis iniquitas adimit autoritatem. Sancitum ex legibus est, quibus criminibus iudex exautorizetur: & prohibitum, quibus non incumbat iudicium facere. In causa huius adulterae Christus malitiam Iudeorum inspicit, qui potius quaerebant Christum propter adulteram accusare, quam propter detestabile adulterium & legis Moisaicae zelum, illam foeminam lapidare. Nam etsi iuste in adulteram legis zelo sauebant, iniuste tamen in Christum, quaerentes eum in causa illius criminare. Merito propter iniustitiam hanc facere iustitiam praediderunt, confusi à conscientia propriorum criminum. Nec non & autoritate Christum in causa ista usus est, cui pater omne iudicium dederat: quod ex eo perspicuum est, quo sibi respondere aut non fuerunt, nec haec mulierem absolutam ab eo, amplius in iudicio conuenire, ut lapidibus subiaceret.

Et iterum se inclinans, scribebat in terram, ad maiorem affirmationem literae atque seruae sententiae. Dederat iam sententiam de iudicio exercendo, sed non à criminosis: daturus erat de absolute solutione adulterae mulieris.

Audientes autem unus post unum exibat, incipientes à senioribus usque ad nouissimos.

Maioribus forsitan quam adultera criminibus tenebantur, & animi confusionem exterius praestati sunt, cum exirent de templo. Ecce fugiunt à iusto criminiosi, à ueritate mendaces, à pietate impij. Exeunt de templo dei, qui iam in animo templum, imò phanum diaboli facti erant. Deprauata mens à ueritate conuicta, à conscientia condennata, etiam non corrigitur. Quanto melius istis fuisset, si Christo fide atque amore adhaesissent, quaerentes eius doctrinam, praecati ueniam, conuersi ad meliorem uitam, quam erubescere in animo & facie secessisse? Profunda benignitate seruauit cum eis Iesus, ut tam diu stetisset inclinatus, quousque de templo egredere

rentur, ne ab aspectu faciei eius amore, confusionem obumbrarentur.

Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quae dixit: Nemo dominus.

Remansit solus Iesus à societate mala, iustus ab impijs, aequus iudex à iudicibus iniquis, uerus à falsis, misericors à saeuis, à quibus solitarii fieri est aequum. Non se segregat bonus confans à malis, dum credit prodesse, dum eorum utilitati consulit, dum sperat eos ad meliora conuertere. Sed ipsi pertinaces in malo, à constantia in bono se auellunt, cum eis arguens in ueritate, odio factus est. Remanet in fatiatus in uniuerso solus, quoniam nemo bonus nisi solus deus, ab omnibus segregatus in aeternitate, immensitate, quaerente, sapientia, ueritate, potestate, & ut perstringam, in omni genere, in omni causa, in omni modo differendi. Relictus à senioribus, quoniam à senioribus egressa est iniquitas usque ad nouissimos, quoniam non est qui faciat bonum, nec usque ad unum. Erat solus non à plebeis, sed à maioribus derelictus, quos ipse non reliquit, sed ipsi cum reliquerunt. Nec quaerentiam deus deserit, sed sibi male confecti, deum deserunt & praetereunt. Nemo causerit in eum quod à deo desertus, deum ipse deseruit, qui non desereret, si non desereretur: sed prius desertus à malis, eos ad postremum deseruit. Nunc quidem desertus à sapientibus secundum carnem, mulierem adulteram sociam habet in templo. Ecce deus, ecce homo, ecce creator, ecce creatura, ecce iustus, ecce peccatrix: ecce beatitudo, ecce miseria: ecce largitor, ecce accipiens: ecce copia, ecce indigentia: ecce donans peccata conuersis, ecce conuersa poenitens, & conuicta stabat in medio populi plebeij assistentis, egressis prioribus, constituta tamē inter spem & metum. Spes erigebat illam ex interpellato iudice, cuius benignitatem audierat & praesentialiter uiderat. Nouerat proinde processum eius, quem non ferentes eius accusatores, abscesserant. Metus uero insidebat in animo ex culpa dignè praestanda, quam inficiari non poterat. Et inter haec a stabat aequissimus iudex, qui falli nequit: causam nouit, à quo tergiversari non potest. Suspecta ista erat ad incertam sententiam, utrum uero frustra spe, aut percutienda metu. Sicque degit omnis uita mortalium, ratione utentium, quae ex culpa metus deprimit, ex misericordia subleuat spes: attamen incerti ad quam partem diuoluat hominum nutabunda conditio, certus & aequus iudex, extra qualiter expectet. In ista uero causa Christus iudex iustus, adulteram ipsam alloquitur, iaturus de ipsa sententiam. Qui erigens se à secunda inclinatione, dicit: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Ad reddendam gratiam

Luc. 18.

& humilem, adulteram interrogatiam ipse illos uiderat excedentes. Quis iudex post accusationem editam te condemnauit? Dixit ei mulier: Nemo domine. Nemo uidelicet hominū. Sed eam interior conscientia accusabat, quæ quemlibet sibi malè consciūm hominem accusare ac stimulare nō desinit, etiam si desit stimulator exterior.

Dixit autē Iesus: Nec ego te condēnabo.

¶ Si te non condēnauit homo, nec ego deus & homo, qui ueni peccatores ad pœnitentiā reuocare. Et uelut auctoritatem habens de super sibi datam, ipsam ne lapidaretur, absoluit, eam donans pristinæ libertati antequā fuisset in iudicio constituta, dicens:

Vade, & iam amplius non peccare.

Ioh. 3. ¶ Non te condemno, quia nec ad hoc misus sum, sicut scriptum est: Non enim misit deus filium suum in mūdum, ut iudicet mūdum, sed ut saluetur mūdus per ipsum. Iam abolen da erat per misericordiam saluatoris illa legis seueritas, & iugum iam computrescere cœperat à facie olei, & donabantur peccata conuersis. Nec non in condemnatam liberat ut uadat, sed honesto gressu, & inculpato uestigio, cum adiecit, Et iam amplius noli peccare. Igitur ipsam peccauisse liquet. Nec iniuriam facit legi, si non iudicat secundum legem conditor legis, à quo facta Moaisa illo in tempore, nūc in fine mitis lex euangelica uenit.

¶ De disceptatione in er Christum & pharisæos ortæ, ex eo quod dixit se esse lucem mundi.

Capit. XXXV.

NON inaniter loquebatur Christus, de se alta pronuntians, qui nec agitari poterat uento iactantiæ, sed pronuntiat uerum, ne bonum existens incognitū maneat: cognosci sategit, non sua re, sed nostra. Dilucidat quid est: ut cognoscatur, ut cognitus amet, amatus habeat sectatores, sectantes secernantur à tenebris, & lumē æternæ uitæ possideant. Sicq; ait:

Ioh. 8. Ego sum lux mūdī. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.]

¶ Lux mundi non uisibilis & corporalis, qui solem habet ad lumē in potestatē diei, & lunam & stellas in potestatē noctis: sed mūdī intellectualis & inuisibilis, interiorē oculum irradiat ista lux. Igitur ueritas est, ad cuius lumen inuisibiliter ambulatur, ut non exorbitent duo pedes interiores in uia, donec ueniāt in terminum destinatum, intellectus pariter & affectus, & timor & amor. Rectè gradi cupientem, hanc lucē sequi oportet, quā tenebræ undiq; circumdant, à quibus nō est egressus nisi ad lucem, non euasio nisi per lucem, nō deuitatio nisi cum luce. Suspirant omnes in uitam, cuius amor insitus est, ut ab eo q; deus spirauit in faciem hominis spiraculum uitæ, & factus est in

Gen. 2.

animam uiuentem: & deus uita est, & ad similitudinem dei homo factus est. Igitur appetitu re creationis omnis homo uita, & omne perpetuum si bonum est, & uita bona est ab eo q; creata est, optima uerò si ad incretam se tenet. Lux ista quæ nouiter mundo in carne apparuit, dirigit, trahit, pducit in uitam. Aduertendum quidem, quia non dixit, Habebit uitam, sed habebit lumen uitæ. Est enim lux & lumē. Lux est, ipsa substantia luminosa: id lumen, qd ab ea diffunditur ad illuminandum, Christus cum tota sit lux, & in eo quod deus, ipsa substantia ueritatis, si sequimur illum, diffunditur nobis lumen uitæ, agendæ scilicet & sperandæ, ut uerè sciamus qd debeamus agere pro uita, quam ex sua pollicitatione speramus. Quam obrem ad profectum nostrum se pandit esse quod est, cum dicit, Ego sum lux mundi, & ad sequelam accit, cum euestigio confurgit oppugnatio Iudæorum.

Dixerūt ergo ei Iudæi: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum.

¶ Ex aspectu forinsecō iusta erat aduersatio Iudæorum, non plus q; de homine puro creditum de Iesu. Et nemini per excessum de se ipso loquenti credendum est. Secus esset, si alij huiuscemodi magnalia de ipso loquerentur, quibus abs re præstaretur fides cum credibilia nunciarent. Possit etiam non impiè adhiberi fides de se uera dicentibus, si supra id quod est hominis, non attollerentur. Sed cum ea quæ dicuntur, excedunt omnino humanæ intelligentiæ facultatē, & asserens si non infra, tamen intra & nō supra homines æstimatur, difficulter in credulitatem ueniunt. Proinde pharisæi ad Christum eregione insurgunt, quod suum testimonium non sit uerū, & in sua causa ex aliqua lege nemo accipitur testis, multo minus & iudex. Sed secus in causa hac Iesus asserit de se ipso, in auctoritate rei & uerbi factus.

Vnde respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, uerum est testimonium meū, quia scio unde uenio, aut quō uado: uos autē nescitis unde uenio, aut quō uado.

¶ Ex certa scientia Christus sibi uendicat in uerbis suis proprijs ueritatem & audientium fidem, ut credant quod loquitur. Et ex ignorantia ipsorum, obstitentium Iudæorum improbat contradictionē, cum ipse de se ipso plenam scientiam habeat, noscatq; processum: & Iudæi à nescientia teneantur, ut aduentum & regressum eius ignoret. Ac per hoc uerum est testimonium scientis, falsa cōtradictio nescientis. Nec non eos improbat, quod carnaliter, nō ex ueritate, iudicium proferunt.

Vos secundum carnem iudicatis,

Vt diceret: Secundum ea quæ uidentur, feritis iudicium, duntaxat in me carnem intūtes, carnaliter me sapere, atq; sicut mēte solūm carnalia sapitis, iudicatis, unde iudicium uestrum à ueritate reprobatur. Carnem solam uideatis, substantiam aliam non cognoscitis. Proinde si me lucem asserui, quid cum carne? Si sequelā exegit, non ex carne: si à tenebris eximo, non de carne: si uitam polliceor, non per carnis auctoritatem, quanuis paulō post redemptionis precium sit futura. Aliud est unde me lucem mundi esse prædixi, credibile solūm in uia, in patria uerò intuibile purgatis siue beatīs. Aliud ē unde sequelam quæro, quanquam nemo sequi possit humano more, nisi quod præire intueat. Et mea doctrina, uita, in quibus me prætulī ad sequendum, depello tenebras, nō ex carne, sed ex illa infallibili ueritate. Dabo uitam, non de carne in modico moritura, sed de immortalī substantia deitatis. Hæc nō intuemini uos carnales, ideo] secundum carnem iudicatis,] ego non iudico quenquam, scilicet secundū carnem, sed secundum ueritatem. Inquit em̄ Apostolus: Est autem iudicium dei secundum ueritatem. Tenet omēs uerborum horū terror, quā non secundum exteriora, sed secundū interiora: & iudicabit Iesus. Igitur nemo sibi applaudat, nemo se deludat, quā ex uehementia interiorū affectionum soli deo cognitarum, ad unam & alterā fortè diuinū iudiciū erit nulla tergiversatione uitādū. Et ex hoc secundū ueritatē Christus iudicare se asserit, quia solus non iudicat.

Esti iudico ego, iudicium meum uerum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, pater. Et in lege uestra scriptū est, quia duob; hominum testimoniuū uerū est.

¶ Ex eo q; semper cum filio pater est, filiusq; à patre, suum uerum approbat esse testimonium, producens in medium legem à se Moyse datam, quam in nullo suspectam habebat, uolens eos potius, q; potestate, conuincere testimonio scripturarum. Sanè actum semper & dictum est in disceptationibus à Iesu, & in mores posteros deriuādū, q; ratione, scientia & probabili ueritate, nō factū, nō arrogantiam nitamur cōuincere, q; nobiscū ad probandū sua, & improbandū nostra, vbi causam agitādo cōcertāt. Allegat legem Iudæorū, uelut doctrinā à se alienam, & ipse illam dederat, sed ex scripturis q; ueris fides ipsorū inhæserat, dicta sua ualidat, & reprimit pertinaciā Iudæorū. Idcirco addidit:

Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater.

¶ Pluries in superioribus tactum est, quate nus pater de filio testimonium protulit. Et cū opponere amplius nequirent, essentq; cōuicti,

& ad diuinam questionem nouis inquisitionibus facere nisi sunt, dicentes:

Vbi est pater tuus?

¶ Quoniam Iesus ueritatem testimoniū sui uēdicabat ex patre, ob hoc Iudæi de patre interrogant, cum ipsum secundum carnem iudicantes, crederent esse Ioseph, ex quo nō potuisset Christus de se asserere tā eximia. Impudētes animi pertinacesq; in malo, cum cōiunctur, cum in responsione deficiunt, aut se cōtrahunt in blasphemiam, aut ea interrogant quibus non possit dari honesta, grata seu uera responsio, neq; apologia fieri sine dedecore respondentis. Quam obrem isti de patre Iesu interrogant, prout sibi loquendi serie insultarent: Vt quid promittis uitam homo mortalīs, q; si qs te sequatur, habeat lumen uitæ? Vt quid nobis tibi repugnantibus, quod tuum testimonium nō sit uerum, ex auctoritate paternā assererādo ualidius facis? Ediffere de patre, ubi est pater tuus? Nonne agnouimus? nonne mortuus est? nonne homo inter ceteros fortè defectus? nonne carpentarius? ubi est ergo pater tuus, de cuius potestate te iactas? Et per ea conantur infirmare Iesum, unde se præpotentem facit. Verum quia nō carnali parente, sed de deo patre Christus autorizat dicta, facta & omnia gesta eius, respondit Iesus: Neq; me scitis, neq; patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.

¶ Sæpe de hac ignorantia Iudæi arguti sunt, cuius depulsio esset per scientiam relatiuam, ut cognitio unius relatiuorum, in cognitionem alterius trahat.

Hæc uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo.

¶ Non abs re per euāgelistam cum templo descriptus est locus in templo, ubi talia uerba ferebantur. Nam si gazophylacium locum reservationis diuitiarum & thesaurorum templi uolumus autumare, ad cōtemptrum omnium diuitiarū uerba dicebantur compositione pollicitatiōis melioris, s. lucis, euasione à tenebris & habēdæ uitæ perpetuæ. Igitur ut contemnantē terrenā, iuxta ea cælestia promittunt. Si uerò exedram popularem templi locum gazophylacium esse aduertimus, in spe futurorum magnorum bonorum plebeij à Christo fiunt, cum eis ab ipso dogmatizabatur in eorum loco in templo. Et inuitantur ad sequelam ueræ lucis, mālè agentibus odiosæ, ut ne ipsi malè agāt, ne in tenebris remaneant, ut ab ipso accipiant doctrinā agendæ uitæ, qui à Iudæis & pontificibus templi obliquamina fiendōrū in doctrinā & exemplo malè susceperant.

Et nemo apprehēdit eum, quia nec diu teherat hora eius.

¶ Quod sæpe in euangelio scriptum est, q; h n n

Iesus tentus non est, nondum sua hora, in sinu at imprætermisæ ad hoc astutis uoluntates & consilia pharisæorum, & data fore apparitoribus mandata, ut Christus caperetur ad mortem: & ipsius duntaxat moriendi potestatem atq; uoluntatē, cui non praualebat alia quæq; mala uoluntas siue facultas.

¶ Disceptatio exortā ex eo quod Iesus quæsitus, non inueniretur à Iudæis in peccato suo morituris, secundum Iohannem solum.

Caput XXXVI.

SAepe iterum se prædixerat Iesus illud uide uenerat, ad illa perficiendum propter quæ missus erat: ad uaditionem eius annexebat Iudæorum frustrandam quæsitioē, & exitum criminale, & impossibilitatem sequelæ, dicens:

Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quod ego uado, uos non potestis uenire.

¶ Vadit Iesus ut homo, nō ut deus: uadit ad propositum sibi à patre in cruce super omnia memorabile certamen, in quo moriens uulneribus uoluntarijs, dedit omnibus malis & omnibus aduersantibus ad salutem, generalem consuetum. Vadit ad eum qui misit illum, nō aliq; motu immobilis & immutabilis deitatis, nec ex forma dei asserit se uasurum. Vadit post officium horridi ligni, post relicta sepulchri thesauri, refumptumq; corpus, penetraturus in ascensione cælos, ad mittentem summum uerū deū patrem. Quærendus erat non intentione inueniendi, quem qui recte quæsiuit, inuenit: & semetipsum ex toto quærentibus, ut inueniatur offert, ut scriptura dicit: Cū me quæseritis in toto corde uestro, tunc inueniatur à uobis. Toto corde quærit, qui nō in alia distrahitur, nec aliud cum ipso, nec propter aliud ipsum, & omnium affectionum studio ad ipsum habedum se contulit. Et uelut malè quæsituris corrupta intentione aliquo studio Iudæis dicitur: [Et in peccato uestro moriemini.] In quo peccato? In fidelitatis, atq; perfidiæ, atq; impoenitentia pro malè gestis. Sed aliud est, facere peccatum: aliud, uiuere in peccato: aliud, uiuere ad peccatū: aliud, mori in peccato: aliud, illud euestigio patratum corrigere: aliud, cum unum & idem crebro iteratur: aliud, cum unū solum temporis longæuitate duruerit, autore ad poenitentiam nondum conuerso: aliud, cum cōsuetudinem induerit, emendare.

Peccat omnis qui nō uenit ad dei legem, & qui acceptam transgreditur, & qui negligit obseruare promissa.

Viuit in peccato, qui patratum non corrigit, & diluit poenitentia, etiamsi nolit amplius addere per effectum.

Viuit ad peccatum, cui semper malè agendi

suspirat affectus, & perficit facultate, cui melius aut minus esset periculi, si in peccato moreretur, q̄ deprauiata uoluntate uiuere ad peccatum.

Corrigit euestigio, qui post actionē eius sine interposito tempore uera poenitentia ducitur.

Vnum iteratur, cum se quis uno uitio mancipauerit ad effectū eius, ceteris ab intentione semotis. At tamē solum unius reus, etiamsi ab alijs caueat, omnem uirtutem offendit, etiam si iam protinus habens.

Durescit ex tempore patratum malum, effi non multiplicetur ex opere, multiplicatur ex tempore. Vti si quis homicidium solum fecerit, non addens malum simile uel diuersum, cum in poenitentiam uenire cōremittit illius patratu sceleris.

Peccandi consuetudine se uestiuit, qui delectationem culpabilem & peccandi libidinem & usum rerū indifferentium eo perduxit, quod edendi, bibendi, dormiendi, qui escendi, induendi est perducta necessitas.

Iudæis uero à Christo prædicitur, q̄ sint in peccato infidelitatis, ab inquisitione frustrati, omnino morituri, non quod prædicatio Christi aliter esse non posse statuat, sed nisi resipiscant. [Quod ego uado, uos non potestis uenire,] ad quærendum & inueniendum.

Dicebat ergo Iudæis: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quod ego uado, uos nō potestis uenire?

¶ Vt supra, & hic carnaliter intellexerunt Iudæi dictum domini saluatoris: Nam ibi dixerunt, Nunquid in dispersionem gentium iterus est? Hic uero dicunt, Nunquid interficiet semetipsum? Obscuratus atque superbus intellectus, semper in reprobam partem interpretat uerba iustorum, asseritq; nō pie dictum, q̄d totū de pietate uenit. Resculpsit eos Iesus, ostendens unde ipsorum intellectus tenebris tegebatur, & dicebat eis:

Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego nō sum de hoc mundo.

¶ Omnia creatura deorsum sunt ab eo qui condidit. Nec humanus intellectus assurgit in diuina, qui natura deorsum est, nisi lumine fidei illustratur. Et cum homo sit factus ad imaginē eius qui de supernis est, uitiosa concupiscentia traxit in ima, ut præter id quod natura nō atollit in alta, etiam culpa uoluntaria plus deiecit. Et intellectus mundo copulatus, & inserens ora dilectione quærens, intendens in illis, sperans se in eis boni aliquid reperituri præter legem rebus impositam, non intelligit ea que diuine dicuntur, potius credens intelligere, quærit audita, in seipso ante peruersus. Deorsum creatum existens, rationem habens, & uoluntate

inclinatā ad sua inferiora efficitur: infra illa etiā minoratur, si non natura, ex uitio: non habet aspectum ad id, quod omni præcellentia cuncta præcellit. Et quo se per superbiam animus in superiora extollit, eo amplius in inferiora deijcitur. Sic Lucifer de celo, Adam de paradiso, Nabuchodonosor de solio regni sui ab hominibus abiectus est, in similitudinem animalis factus. Et de peruerso dicitur: Homo cū in honore esset, non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et iniquitates ad inferiora grauauit, ut scriptū lecturam: Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me. Sanata est etiā à Iesu mulier, à tali infirmitate decem & octo annis detenta, ut nō posset sursum aspicere, illos insinuans quæ uitio sunt facti deorsum, & ad superiora intuentum mentis non leuant. Et mundi amicus, eius efficitur cuius, in tanto affectu factus cum illo, ut ab eo separari ad modicum nolit, perhorrescatq; de separatione sermonem. Iesus de supernis, Iudæi de imis erant. Iesus non de mundo, cuius nil quærebatur atq; gerebatur, Iudæi omnem eius speciem animo, actione possibili amplectebantur. His quidem differentijs sectatoribus Christi ab alijs cæteris discernuntur. Et cum hæc essent causa incredulitatis, intulit eis Iesus:

Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis uestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato uestro.

¶ Prædixit Iesus, nō ut eueniret Iudæis, sed quia sic futurum erat eis, ut morerentur in peccato incredulitatis: in quo mori, est omne meritum perdere humanæ redemptionis, & eis in poena sociari, qui credunt & contremiscunt, q̄s in culpa excedunt homines non credentes. Ad quorum improprium dicitur: Dæmones credunt, & contremiscunt. Cum pleriq; hominū non credant neq; cōtremiscant, pleriq; credant & contremiscant, nemo tamen cōtremiscit ex deo, aut ex seipso, nisi credat eum. Multi uero credunt & contremiscunt, sed non operantur ex fide in fide. Sunt & qui credunt, contremiscunt & operantur: & horum est laudanda & digna conditio.

¶ Quod interrogatus Iesus quis esset, asserit se principium, secundum Iohannem solum.

Caput XXXVII.

AD nil suo agendi docendiq; modo tam nitebatur Iesus, q̄ ad credulitatē sui accire Iudæos, q̄bus primò credidit eloquia sua, & alios deinceps. Claret hoc lectitantibus euangelium. Huius rei causa renitentibus Iudæis accenti Christo, maiores, prolixiores, profundiores disceptationes, quam ex alijs dictis factisq; inter Christum & Iudæos exortæ sunt. Et in ista disceptatione cum de moriendo in pec-

cato incredulitatis prædiceretur eis, ut se huiusmodi credulitate asserant non teneri, callidè de persona saluatoris interrogant.

Dicebant ergo ei: Tu quis es?

Ioh. 8.

¶ Vt Iesum supprimerent, hæc interrogatio facta est, ut se à credendo auertere iure uellet. Credenda sunt incognita illa, quæ sunt omnino inapprehensibilia, excedentia hominū intellectum. Te quidem cognouimus & omnem cognitionem tuam, ad quæ cognitam omnem est oportuna credulitas. Homo es, ut homo natus, educatus & conuersatus es mole corporis, ut cæteri, auctus & ætate mensuratus. Quis ergo es, ut te credamus, quæ aptè cognoscimus? Et cum Iesum ipsi solum ex tempore mententur, ipse de æternitate respondit.

Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor uobis.

¶ Non quæro, neq; uos uenior ad fidem quia homo sum, seu ex meo stemmate cognitio uobis: neq; quod nutritus aut conuersatus ut homo, aut calculatus cum tempore, aut ex his prædico uobis & interminatus sum mortem: sed quia deus cum homine æternus, in tempore uobis factus: quoniam ego principium qui loquor uobis. Primū quidem, in quo creata sunt omnia, ut scriptum est: In principio creauit deus cælum & terram. Et principium ante quod nihil, quod in posterum Iohannes asseruit: In principio erat uerbum. Et per reuelationem Iohannes uidit: Ego sum alpha & ω, principium & finis. Et principium & origo uitæ, uirtutis & gratiæ. Igitur non me per ætates apud uos improba cogitatione censeatis, ut me secūdam carnem de uestra gente natum iudicetis, nec aspiciatis ætatem, qua ut homo, multis uestri inferior sum. Sed cū me interrogatis quis sim, abscedat tentatio, propellatur calumnia, præsto sit fides, illam responsioni date, ut nō moriamini in peccato uestro. Ego sum principium qui loquor uobis quæcumq; loquor.

Et multa habeo de uobis loqui & iudicare: sed qui misit me, uerax est.

¶ Habebat multa Iesus loqui contra Iudæos, & eo multa, quo ipsi multum peccauerunt & peccabant, & iudicare debito tempore sup eos de incredulitate ipsorum ad ipsum, ex eo quod uerax erat ille qui miserat, in cuius autoritate loquebatur. Proinde dicit:

Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

¶ Sæpe differtum est, Iesum aliud nō fuisse locutū, q̄d accepit à patre. Ad cōdensationem incredulorum, & ad cōfirmandum credentium spem, credo dictum est, quod uerbum eructauit, prout dictauerit uerax pater.

Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum.

¶ Cognoscere deum patrem, non est facultatis humanae, insitæ tantum fidei officium est. Tempus tñ quo credendus erat, apponit:

Cum exaltaueritis filiis hoīs, tunc cognoscetis quia ego sum, & ad me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor.

¶ Aperit crucis mysterium futurum in filii hominis, non in filio dei patris se sensu poenitentis, quanq̄ etiã in illa passione dei filius inseparabili unione fuerit cum filio hominis. Et exaltationem appellat negotium passionis, q̄ Christus esset exaltandus ad poenã, & ad mortem publicè tolerandam, tanq̄ publicus reus. Tunc in tâta toleratione poenã, in tanta abiectione hominis abolendi, in tam seua perfidia Iudæorū, in tanta derelictione à charis, à notis, in tanta executione iudicij tam pueri, desuper elucidanda erat q̄ esset filius dei, ut quem Iudæi negauerant, mundus insensibili cōmōtione uaria fateret. Et in lege periti à prophetis p̄mōniti, quem non crediderant, gentilitas testaret, dicens: Verè filius dei erat iste. Necnon & plurimi Iudæorū post exaltationē in cruce p̄ aduētum spiritus sancti, p̄dicantibus apostolis, sunt cognoscetes in fide quis Iesus esset, à quo esset, quid loqueretur, in qua uirtute loqueretur. Et ideo in illa exaltatione per crucem, & post illam, in cognitionē ueniet, ex eo quod adiecit:

Et qui misit me, mecum est: & nō relinquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

¶ Secum in omnibus actionibus eius erat deus pater, qui miserat eum: & indiuisa protinus erat, estq̄ omnis actio trinitatis. Et si dei filius in assumpta carne derelictus est, non tamē solūm à patre se fatetur esse derelictum: quod omnino impossibile cēsendum, q̄ filius à patre per modicū auelleretur, aut quia pater à se filium sequestraret: neq̄ quod assumptum fuit, esse potuit phariseum. Ex quo id sentiendum, q̄ pater semper fuit cum filio assumente carnem ex sepe, sicut existerat in æternitate. Necnon & filij placitæ actiones merito exigebant, solitudinem à patre filium non habere, quoniam placitum paternum semper agebat. O utinam in membra talis uirtus capitis diriuetur, ut ne soli relinquamus, semper dei placitū faciamus.

¶ Erat disceptatio inter Iesum & Iudeos de uero discipulatu, & de libertate quam ueritas confert, secundū Iohannē solū.

Caput XXXVIII.

Omnis doctrina & omne quod docetur, omnistq̄ doctor trifariè præstruit ad docendos. Primò, ut ueniat in scientiam aut credulitatem eorum quæ traduntur. Secundo, ut in traditis & acceptis maneatur memoria & affectu & actione cōgrua. Tertiò fructus ostenditur.

¶ Omnis enim cultus, omne studium, omne quod libet, agone omnis, in finem, in fructum, in præmium tendit. Aliàs præter ordinem essent hoīm intentiones, similiter & actiones. Omnia quippe suo iure ordinantur ad finem. Sic quidem doctrinando egit doctor eximius, doctorumq̄ forma Iesus, ut primò doctrinādo exigeret fidē, exhibita uerò fide, suaderet firmitatē, & monstraret utilitatem. Sicq̄ scriptum est:

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

¶ Ideo talia loquebat, ut crederetur in eum, & creditū est, & suadendo in doctrina seu fide suscepta constantiam, fructum exponit:

Dicebat ergo Iesus ad eos qui credebāt ei, Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos.

¶ Vos qui credidistis meū audiendo sermonem, parum uobis esset, nisi maneat in illo in quo manēt gloria mei discipulatus ornabit, qui solūm in auditu non est, neque in scientia, neq̄ in credulitate concepta dataq̄ uerbis, sed in mansione per actiones, ut fiat quod dicitur ad uitiorum & ad propositum studium. Et tam mansio ad perseuerantiam referat, ne quis repetat quod iure dimisit, neq̄ gradum figat, ac si sufficientiam haberet actorum: imò in ampliora se porrigat ea consideratione, quasi in uirtute nouitius, non profectus, non sibi uisus dignum aliquid egisse. Sic quidē manere in suscepta doctrina, uerum discipulum Christi facit. Cuius doctrina uera, certa, suauis, ueritatis cognitionem præstans, quia ueris Christi discipulis datur cognitio ueritatis: quoniam Christus omne quod docet, ueritas est: quæ cum cognita fuerit, confert optabilem ab omnibus libertatem. Multis periculis subiaccemus, à uarijs malistq̄ dominis tyrannicè pessundamur, à quibus fatagendum est consequi libertatem. Sed sola ueritas eam largitur solis ueris discipulis saluatoris.

Scribitur in libro beati Iob, quod septem mala consueuerunt homines premere, à quibus ipse liberāndus esset: In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non contiget te malū. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello lingue abscondētis, & non timebis calamitatem cum superuenierit. In fame & tempestate ridebis, & bestiam terræ nō formidabis.

Septem hic mala huiusmodi serie numeratur: mors, gladius, flagellum, calamitas, fames, tempestas & bestia.

Mors, separatio à uita est, in quā nequit, sed mortalem rationabilemq̄ creaturam separat, ne cum uita uera societur. Et hæc est mors, scilicet peccatum ad mortem, de quo Iohānes in

canonica sua dicit: Est peccatum ad mortem, etiã pro illo dico ne ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Liberat ergo ueritas cognita, discipulos Christi à morte peccati & damnationis æternæ, non à morte qua spiritus & caro abinuitē distinguuntur.

¶ Gladius atrocem & inuitabilem persecutionem insinuat, in qua ueritas uertur eius alumnus, non ut ne patiat, sed ne succumbat, proposita sibi spe in pollicitatione indefectibili bonorum. Veruntamen in bello educitur gladius, ut aduersarius obruncetur: oculum & intestinum est bellum. Sic est gladius, omne uidelicet quod à uita, quæ deus est, secat & diuidit, quem ueritas depulit.

¶ Flagellat lingua nequam omnem hominis bonitatē. Sed protegit ueritas à resticulosis flagellis, ostendens linguam dolosam non posse dare iacturā innocentibus & amatoribus eius. à quo flagello protectus Ioseph in Aegypto, Daniel à latrapis regis Babylonis, Susanna per Danielem à sacerdotibus falsis. Nec lingue humanae flagellum uerberat apud deum, ubi ueritas si testis & aduocata est, uertur sibi familiarē, ne luat falsò supplicium, si non in ueritate peccauit.

¶ Calamitas ubiq̄ adest, maximè acuitas diuinorum bonorum quæ uirtutum. Veritas autem suum non sinit uacuum possessorē, ostenditq̄ unde possit anima nostra repleri, educēs in aptum perfunctoriæ rei defectum.

¶ Et cum fames non panis & uni, sed audientia uerbum dei sepe adfuerit, ueritas tollit.

Solent homines alternationes temporū perhorrescere, ut si aspera sint, tempestates uocentur. Sed ueritas quæ temporum uicissitudines nō patitur, liberat sibi ascisitum, ut cum tempore qualitatibus animæ non uarietur.

¶ Bestia terræ, serpens antiquus est, an fracturōse incedens super pedes suum in terra: & terræ, sterreni homines, sunt cibus eius, & insidiatur calcaneo femineo, uidelicet cunctōq̄ effeminatorum qui sunt in terra, ut secum trahat, ubi & ipse perditus est. Bestia terræ ideo dicitur, quia contra ortos in terra, est congressus eius. De cælo quidem fuit eiectus, nec locus eius amplius inuentus est tibi. Sed qm̄ ipse mendax est & pater eius, ut subiectum scriptū est, ideo sola ueritas liberat à mendace. Liberat etiam ueritas, à quibus expectabat liberari Dauid, dicens: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, scilicet à peccatis, quæ sic appellata sunt. Omnis libertas à malo & in bono, à ueritate procedit. Ad ueram libertatem nil præter ipsam ualeat. Sic propheta ait: Argētum eorum & aurum non ualebit liberare eos in die furoris domini. Et alius idem canit. Quia quod non liberabit ab indebita culpa, non liberabit à debita

poena inflicta dei iusta sententiā. Sed non intellegebant Iudæi esse libertatem, nisi à seruitute, quam solūm esse subiecti corporis imperio superioris autumabant.

Hinc responderunt ei: Semen Abræe sumus, & nemini seruiumus unquā. Quomodo tu dicis, liberi eritis?

¶ Ingenuitatem ex traduce Iudæi sibi uendicabant, asserentes se nemini seruiūm iure seu more seruitutis obsequia præbuisse, quasi liberandi non essent, cum se non cognoscerēt esse addictos seruituti, secundum carnis considerationem se ipsos metientes.

Respondit eis Iesus: Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

¶ Seruitutem criminis sentiebat Iesus, non fortunæ: Iudæi uerò fortunæ, non criminis. Et mirum quidem, q̄ homo seruus constituitur operationis suæ, cum artifices multa efficiant, multa homines operentur ad eorum utilitatē, non ut his operibus exhibeant seruitutem. Fabricat quis domum & cætera talium, quæ in usum humanum obueniūt, ut ipsa uiliter seruiant, non ut eis à factore seruiatur. Quid igitur in faciendo peccatum, factor cōstituitur seruus eius? Cuius eius quod non est? Peccatū em̄ neq̄ naturam neq̄ substantiam neq̄ aliquā entitatem habet. Homo natura est, substantiam habet & possitiuū esse: quomodo seruiet ei qd non est? Quale dabit seruitutis obsequium? In quo ministrabit? Fit peccatum, præterit actio, remanet factor. Igitur eius quod est, ad id qd non est, quæ potest esse conuētio seruitutis: Patrona enim sententiā saluatoris peremptus est: negari non potest. ut dixit, ita est: qm̄ qui facit peccatum, seruus est peccati. Id uerò dixerim, q̄ cum ex mala uoluntate actio mala proueniat, quæ & si transeat, uoluntas tñ mala cū actione mala nō transit: remanet quidem, cui male imperanti homo ab ea pessundatus, in multis pueris actionibus seruit, nisi à superiori potestate per gratiam liberetur. Necnō ex eo seruus à seruando dictus, q̄ captus à culpa, seruet ad poenã, uelut deprehensus in furto, usq̄ quod iudex pro tribunali sedeat, in carcere ad patibulum referuatur. Et in bello captus, seruiatur quandoq̄ in obsequio capientium aut in uinculis, quousq̄ redimatur. Eadem imāgine captus in bello uitiorum, ad supplicium omnino seruat, nisi sufficiens redemptor adueniat. Etiã eo intellectu peccatum faciens, ipsius constituitur seruus, q̄ ex peccato antiquo peccator, si diabolo mancipatur, nisi liberet qui uerè filius eius est. Proinde sequitur:

Seruus autē nō manet in domo in æternum, filius manet in æternū. Si ergo uos filius liberauerit, uerè liberi eritis.

¶ Quamquam peccati seruus aliquandiu uir-
nere uideatur, tamen demum eiciendus est in
infernum, nisi ante uitæ terminum conuersus
ad ueritatē, per dei filium liberetur, qui solum
præstare potest hominibus libertatē. Nam sic
scriptum est, & rerum experientia docet: A q̄
quis superatus est, huius & seruus est. Superatus
à superiore, iugū à ceruice non potest excu-
tere, nisi superior alius eruat à tyrannide supe-
rantis. Superat nos diabolus, nō nobilitate na-
turæ, qua homines incunctanter excedit: non
potentia, q̄uis maxima sit: non sapientia, quā
q̄ præfulgeat: sed cum in ipso congressu uolū-
tas nostra mollescit, abijcit arma data in natu-
ra & gratia: cum se auertit à superis, in ima con-
uerſa. Per auersionem à deo, à diabolo superatur
homo. Non superaret, si se teneret ad deū.
Insuperabilis est, q̄ sibi ex toto adheret: & in-
uincibilis, sibi unicus ex omni se, in omni loco
& tempore. Nemo subiectorum aggrederetur
millitem ad latus imperatoris conspectum exi-
stere. Omnis quidem creatura reproba & acce-
pta, inuitē aut uoluntariē deo subijcitur. Co-
gnoscunt protinus aduersarij potestates homi-
nē dicatum deo, & deditum ditioni eius, & quā
graditur uitam, eo uidelicet, quō eam etiam p̄
modicum suggerendo non possunt inflectere
in alteram partem. Ac per hoc non superant,
non æquantur, inferiorantur omnino suppositō
ex fœdere uirtutum, & obseruantie iustio-
numq̄ supremē dominantī. Veruntamen sua
uoluntaria succumbētia superatus, solum per
filium potest consequi libertatē. Suum quip-
pe est, in seruitutem uenire: solius filij est, à pe-
fundatione huiuscemodi liberare. Quamob-
rem dicitur: Si filius uos liberauerit, uerē libe-
ri eritis. Attamē Iesus affirmādo generationē,
improbat iniquitatem, dicens:

Scio quia filij Abraæ estis. Sed quæritis
tisme interficere, quia sermo meus nō ca-
pit in uobis.

¶ Non inficiatur Iesus, imō asserit id dictum
Iudæorum: Sem ē Abraæ sumus. Sæuitiam &
iniusticiam eorum arguendo aperit, eo q̄ testa-
tur eis necariam uoluntatem & impietatem so-
licitudinem ad inferendam necem, subdēs cau-
sam peruersæ incapacitatis, s. q̄ sermo eius nō
capiebatur ab eis: qui captus, cepisset ad bonū
capientes, & instruxisset ad uirtutem, ut mor-
tem iusti non tanta inquietudine uenarentur.
Omnia mala proueniunt, nulla bona sunt ab
incapacitate diuini sermonis: q̄ qui eruditi non
sunt, semper peperam & nil rectum agunt.
Aduertendum porro q̄ ab Iesu in id tēdit ista
cōtentio, ut eos filios diaboli esse concludat,
ad id ut per dei filium facerentur liberari. Præ-
fert tamen seipsum, ut ex sua iustitia eos iuste
possit arguere, atq̄ ab errore reuocare.

Ego quod uidi apud patrem, loquor: &
uos quæ uidistis apud patrem uestri, facitis.

¶ Pro se de deo patre dicebat, pro Iudæis de
patre diabolo loquebatur, apud quem didice-
runt mala quæ fecerant, & quæ facturi erant.

Respondērunt & dixerunt ei: Pater non
fret Abraam est.

¶ Repetunt quod dixerunt.

Dicit eis Iesus: Si filij Abraæ estis, opera
Abraæ facite.

¶ Ad ueram filiatōem spectat, estq̄ iustum
iugum impositum collo eius, ut imitetur ire
prehenſibilem & optimæ uitæ patrem genera-
tione uel carne: & degenerare cōiungitur, qui
nō facit. Affirmat Iesus Abraæ bonitatem, ut
cōfundat de sua generatione neq̄ter gloriātes.

Nunc autē quæritis me interficere, homo-
minem quæ ueritatem uobis locutus sum,
quam audiui à deo, hoc Abraam nō fecit.

¶ Arguens Iudæos, Abraamq̄ cōmendans,
se uerum hominem & dei filium confitetur.

Quæritis interficere hominem, non deum: nō
enim erat in nisus in deum summum. Et uerus
homo existēs, diuinum faciebat alloquium ut
dei filius, de his quæ audiuit à patre. Effert lau-
dibus Abraam, q̄ nunquam in uerum & iustū
hominē per iniusticiā fuerit debacchatus. Nec
obstat quod gessit in liberatione Lot subſtan-
tię suę, ut ipse fuerit minoris uirtutis, uel nūc
infringatur cōmēdatio saluatoris: quoniam
aduersus grassatores iniuste, iustū est arma mo-
uere, oppressumq̄ ui eripere à nequiter oppri-
mēte. Intendit Iesus contra istos, ut se deliquit
se cognoscant.

Vos facitis opera patris uestri.

¶ De diabolo asserēbat Iesus, illi autem ali-
ter aduerbebant.

Dixerunt itaq̄ ei: Nos ex fornicatione
nō sumus nati: unum patrem habemus deū.

¶ Rati sunt Iudæi, q̄ Christus eos de idolola-
tria criminaretur, cum Abraam non negaret
ipsorum esse patrem, & alium ad imitationem
obiecisset. Proinde nititur inficiari obiectum
crimen, negantes idololatricam, q̄ nunquam
fornicati sunt cum lapide, neq̄ cum ligno, neq̄
cum aliquo metallo sculpto seu fabricato, aut
traiecto in idollū. Nam & fornicatio à deo ap-
pellata idololatrica est, ut scriptura dicit: Perdi-
disti omnes qui fornicantur abs te. Sed in uero
cultu unius dei asserunt se mansisse. Non autē
tunc Iesus ex obiectis uerbis in idololatricā in-
tendebat, sed in illam sæuā perfidiam, qua cre-
dere nolentes, etiam ipsum uenabant ad mor-
tem. Vnde & recompingit eos:

Si deus pater uester esset, diligeretis uir-
tute. Ego enim ex deo processi & ueni.

¶ Erat & est omnium bonorum siue malorū

unus uerus deus pater, sed nō oēs ipsum patrem
imitationis habebant, aut patrem præcepti, ut
uelut paterna eius mandata tenerent. Et boni-
filij diligunt, quem patrem diligere credunt.
Neq̄ diligi potest pater diligens filium, nisi &
dilectus à patre filius diligitur. Hinc dicta Lu-
dæorum responsiōe sua reuerberat. Ausi estis
patrem uestrum asserere uerum & unum de-
um, igitur imitami eum, mādāta custodite pa-
trē, odite quod odit, diligit quod diligit.
Iniquitatem odit, cur me quæritis interficere?
Filium suum ab æterno genitū diligit, cur me
non diligitis, qui ab ipso processi in publicum,
carnem assumpturus, & ueni in hunc miserum
mundum?

Neque enim à me ipso ueni, sed ille me
misit. Quare loquelam meam non cogno-
scitis? Quia non potestis audire sermo-
nem meum.

¶ Negatio Iesu ad seipsum, solum se à patre
missum affirmat. Credendi aperit uitam, cum
de se ipso plūmptuē seu arroganter non loqui-
tur. Verget increpationis ratioibus eos: Si à pa-
tre & non à me ipso ueni, si alius non loquor
quā quod audiui à patre, si deus pater uester
est, quare non cognoscitis uerbum meum? Id-
eo non cognoscitis, quia æquo animo meum
non potestis audire sermonem, qui uos erudi-
ret ad fidem, excitaret ad dilectionem, ordina-
ret ad opus. Atqui omnibus iste sermo incre-
patus congruit. Si deum uerum nostrum di-
cimus patrem, cur non diligimus filium? Igitur
diligamus eum. Si ex deo loquitur, cur non ac-
cipimus ybum eius? Ergo accipiamus. Si neu-
tra facimus, argutio est, quod sermonem ei-
us non audiimus aure cordis intenta, quanq̄
corporalis suspensa quandoq̄ maneat. Dum
profertur, ad omnia instructionem habet ser-
mo Christi, & efficaciam ad omnia oportuna.
Hoc tantum primō exigit, libetē audiatur in
quæstionem aliquam non traiectus. Quod si
auditus in hesitationem aut quæstionem im-
mittitur, eo ipso suam efficaciam perdit, non
in se, sed in eis qui circa eum curiositate agun-
tur. Fide, non quæstione aut indagatione sub-
tili, uirtutem suam operatur in nobis.

¶ Quod in hac disputatione Iesus aperte Lu-
dæos diaboli filios appellauit, secun-
dum Iohannem solum.

Cap. XXXIX.

NON prodest nobilitas generis, & pater
na bonitas in filios non transfunditur,
neq̄ uirtus more hominum aut arborum ppa-
gatur: quoniam tātū caro de carne nascitur,
non uirtus originem habet ex carne, cuius so-
lus deus potest esse largitor. Inaniter igitur Lu-
dæi de Abraam sibi gloriā uedicabāt, q̄ de

suis lumbis essent traducti continuata pgenie.
Nec ualet legitimitas thori, omi corporali for-
nicatione semota, seu conuentionem non ha-
buisse cum idolis, patrem asserere deum inhæ-
renti p̄fidie, nisi ab honesta credulitate pellat,
nec animo iniuste aut inuidiose sæuienti. Et ue-
lut factor peccati, eius seruus efficitur, sic imi-
tor diaboli omnino ipsius factus est filius. Ec-
ce pater creatiōis deus, pater gn̄s Abraam: non
negantur, non excluduntur. Et pater iniquita-
tis ex uoluntate paternādi ex ipso, ex uolunta-
te imitandi, ex filij diaboli cōstitutus ut est,
prodit infallibilis sentētia saluatoris, cuius ser-
mone per inaudientiam negato, edixit:

Vos ex patre diabolo estis.

Ioh. 8.

¶ Cum Iudæi de Abraam se patre iactarēt,
cuius opa non imitabant, ut deum uerū unum
& summum ad cultum & dilectionem fateren-
tur patrem, & aut ignorantē aut certa scien-
tia inficiarēt se criminari dignos, p̄sto semper
animo ad iusti mortem ipsoꝝ perfidiam atq̄
sæuitiam sic infregit, q̄ diabolus iniquitate iā
eis pater tertius factus erat, nō iure alio pater-
nandi, præterq̄ imitatione complementōꝝ su-
arum uoluntatū, & in ista causa occidēdi eum,
cui nullo iure mors dominari poterat, nec de-
bebat. Propterea dicit:

Et desideria patris uestri uultis facere,
scilicet interficere hominē innocentem. Omne
desideriū diaboli, aduersus uirtutes eiusq̄ pos-
sessores est. Sed quid si posset aduersus origi-
nalem bonitatem?

Ille homicida erat ab initio, & in ueri-
tate non stetit, quia non est ueritas in eo.

¶ Ab effectu uisibili & longæua experientia
noto, ab eo quod est homo & cædo, unde ho-
micidium, inde homicida sui ipsius, à se ipso ex-
orsus, deinde in omnes, si facultas suppeteret,
appellatus est. Egit tamen prout in se ipso fuit,
cum originalem radicem humani generis sua-
dendo & suggerendo, non uolentia uulnera-
uit, promittendo decepit in falsitate uerborū,
à paradiso & protoplastos & prolem à uera ui-
ta fecit extorres, homicida erat ab initio. Et Io-
hannes ait: Ab initio diabolus peccat. Quo-
modo ab initio? Quia eo quod factus est, ex
templo superbijt: & in illa ueritate qua factus
erat, ut se cum suo factore inhærendo teneret,
stetit. Acceperat enim cognitionem ueritatis,
quod uerē ex nihilo factus erat, quod uerē non
à se ipso, nō alius, sed solum fecerat eum deus:
quod uerē stare poterat, quod uerē ueritatis iusti-
tia dei in delinquentes futura erat, quod uerē
ad æternam beatitudinem factus erat, quod
uerē signaculum similitudinis diuinæ acceperat,
quod uerē perfectionem creatæ naturæ
habebat, quod uerē beatitudo præter deū non

erat, quod uere ab ipso deo dilectus erat, quod ueritas deus erat: sed in ueritate non steterit, & ueritas in eo non est ad alios nuncianda, quanquam in eo remansit ueritas naturalis bonitatis, in quam ad auferendam deservire nil potest. Sed ueritas non est in intentione eius: fallere uult, fallere nititur: omnem auersionis uiam agnouit, nil ad decipiendum eius intelligentiam subterfugit. Frenatur autem ne tantum noceat, quantum cupit.

Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.

¶ Non enim a deo habuit ut mentiretur, nec ab alio autore accepit, ut mendacium loqueretur. Qui non loquitur auri, sed cordi: non strepens, sed inuisibiliter: cum non arceatur, uirus suae mendacitatis infundit: mordens in silentio eum, quem a deo sibi permissum aggre dit statuit. Eo uero mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius.

¶ Mendax sibi, quoniam mentita est iniquitas sibi: mendax omnibus, cum omnes decipere uelit. Et pater est mendacij, quia ipse primus fabricator est eius. Pater eius, quia sicut homo prole carnis fatagit ut pater sit, sic diabolus agit ut ex mendacio possit filios filiasque generare. Timor ergo & tremor ueniant super omnes: magis uero caute la, cum peccatum patratum, eius iugo seruitutis colla subiciat, & saeva perditione parem habeat diabolus mendacium, mendacijque patrem, qui suos filios sic erudit, ut similes habeat in culpa, quos tandem confortes habere possit in poena. Et ad Iudaeos sermo: istum auditis, huius filij facti estis, huic creditis, quod suo mendacio cunctos uenat ad mortem.

Ego autem quia ueritatem dico uobis, non creditis mihi.

¶ Per e querulatur Iesus non sua re, sed audientium damno, eo quod ueritatem loquatur, non receptus ad fidem. Et omnino implacita ueritas, quae placita sua gerunt. Ideo hominum illi dicenti non credit, quia placitis hominum aduersat. Porro ex hoc implacita, quia placita humana & terrena non recipit, sed eregione consistit, eis aduersatur & percutit. Facile autem praestatur fides, ei qui habet uerbum humanum, & a conuisione & a singulis fidei gratiam portat.

¶ De disceptatione orta super credenda ueritate, quam Christus se dicere assererat, secundum Iohannem solum.

Cap. XL.

Tegebant omnem orbem nebulae fallitatis, & tenebrae inuisibiles in Aegypto huius mundi erant, quas pro luce homines dilexerunt. Veritas exulabat: mendacium, cuius diabolus inuenitor & pater est, uere in omnes obrepserat, ut merito Adae filij arguerentur per Prophetam: Filij hominum, usquequo graui

Psal. 4.

corde ut quid diligitis uanitatem; & queritis mendacium: Omne quoque negotium perambulabat in tenebris. Pessundabatur a maligno diabolo mundus, ubi sua opera ferebant. Sed in hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli, quae nisi ab ipso dissolui non poterant, qui cum uenerit predicare orsus, fallitatis & mendacii eius opposuit ueritatem. Sic quippe ressellendus erat. Non est credita Christi ueritas a Iudaeis, quibus primo Christus illam praedicauit. Quae causa? quae ratio? unde improbatur? quo tergierisabit? unde ad non credendum potest esse excusatio Iudaeorum? Forsan peccatum enudant. Proinde si peccatum doctoris in causa, non uere stare iudicio Christi, examini se subijcere uult. Sedeat pro tribunali iudex, ueniat accusatores, introducant testes. Querit innocens, obiectorem, argutorem inquit. Non timet agitationem criminalis causae conscientia pura. Qui omnes iudicare potestatem habet, arguere cunctos potest. Huiusmodi uerbi proptus erupit:

Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis, quare uos non creditis mihi?

¶ Veritas de se lucet, se ipsa placet honestis. Est ne peccatum meum interiectum inter ueritatem & credulitatem, ne conueniant? Est qui me peccatum commississe cognouerit? Quis me arguet de quocunque peccato? Vbi est uersarius meus? Accedat ad me, stemus in iudicio simul. Quis est qui me condemnat? Quae ob causam, si non possum argui de peccato? Ego dem, nam & peccare non poterat neque uelle. Cur non creditis mihi dicenti uobis inconuenibilem ueritatem? Sic & in Iob de disceptatione huiusmodi praesagiatur erat, qui suis inportunis consolatoribus inferebat: Quare detraxistis sermonibus ueritatis, cum ex uobis nullus sit qui possit arguere me? Veritati detrahunt, qui non credunt: & ut non credant, falsum insimulant assertorem. Verum quia superuacuum esset, uel ille dissertatione uerborum Christum reddere innocentem, uel ut clarissimum diem, fulgentemque lucem conari facere scintillulis clariorem, intendendum est in causam, cur non creditur proferenti ueritatem.

Qui ex deo est, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.

¶ Omne habens existere, a deo est, ita ut sit & maneat quod est. Est & alius essendi modus a deo, ut supra illud quod acceptum est in natura qua sumus, aliquid ex gratia capiamus, inhaerentes ei, agentes omnia per legem eius, et pientes scire ad actionem coniungendam uoluntatem ipsius. Etiam omnis qui natus est ex deo, per se non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est.

Et in hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli, ut id dictum. Qui est ex deo, uerba dei audit, pertinet ad filios dei: & aduersum uerbum, Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis, ad diaboli filios referatur. Ac per hoc cupiens in hac uita cognoscere deum, audiat uerba dei: cuius cognitio in fide coeditur, & fides ex auditu est, auditus autem per uerbum dei. Volens amare deum, audiat uerbum dei: erudit in illo ad zelum secundum scientiam. Dispositus ad agones, ad actiones ex praeccepto atque consilio, audiat uerbum dei, ne supra se indebitum rapens, in inferiora labat, aut rectum gressum facere ratus oberret. Cupidus instruere, audiat uerbum dei, sine quo doctrina & disciplina pariter sunt contempturi. Sibi cauens, audiat uerbum dei, docens noxia cuncta cauere. Nullius scientiae uerba docent cauere tam noxia, quoniam aeterna mala nulla scientia nouit, nullius hominis intelligentia conspexit, & uti de incognitis, debitam non dederunt cautelam. Se aptans regno dei, audiat uerbum dei: quoniam ad dei regnum, duntaxat instruit dei uerbum. Et si per omnia se uerba dei audiat, ut se uerborum amorem & castorum eloquiorum esse demonstret, & si omnino nefcius audiat uerbum dei, ut in ipso ad scientiam instruat. Et si sciolus audiat uerbum dei, ob quod ad plenitudinem scientiae sit accessus. Nec non & inimici dei audiant uerbum dei, prohibens inimicitias, & amicitias iustis legibus ordinans. Nemo se ab auditu uerborum dei serernat, illud audire inceptu omnes opus habent, omnibus conuenit, omnium capacitati se coaptat: sine quo nemo instructus, nemo recta graditur uia, nemo uenit in cognitionem ueritatis. Quapropter a saluatore dictum: si ueritatem loquitur, cur ei non creditur? Et causa iusta, sed pessima subrogat: Qui est ex deo, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Quicumque non sunt ex deo, non audiunt uerba dei. Mala utique causa, quoniam uera: quoniam qui non ex deo, ex diabolo est per malitiam, & ad eum spectat per poenam. Non est dare tertiam partem hominum ex adultis, ut sit tertius populus. Vnus dei, & alter diaboli, qui non ex deo, ex diabolo est: qui uerba dei audire non sinit, cuius mandata in caelo primus ipse contempnit. Auertatur aure ab auditu uerborum dei, fides ad credendum non subuenit, cum ipsa sit ex auditu, auditus per uerbum dei. Sic dicenti ueritatem non creditur, ea multatione futura, qua unusquisque a ueritate damnatur: a qua quis sponte uictus, aduersus omnia perseuerat inuictus: a qua inuictus, a ueritate non uincitur. Sed ne mo est qui si ueritate non uincitur, quin ab ipsa inuictus superetur. Aduersus omnes acies securus obstitit, qui uoluntate libera subijciatur ueritati. Quem enim sponte deditum ha-

buit, ab omnibus tuita est, & securum stare ante iudicium fecit. Et de ea ueritate profectus dicitur: Scuto circumdabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno. Et alibi scriptum est: Pius & misericors est dominus, & remittit in tempore tribulationis peccata. Et propterea est omnibus exquirentibus se in ueritate. In regnum introire fecit custodientes illam, ut propheta dicit: Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens ueritatem. Ergo ut non arguatur ut Iudaei arguti, quia Christum non potuerunt arguere: audiamus uerba dei, ut credamus assertori ueritatis: quoniam quantum ueritatem datur ex uerbo, non tamen fides propter uerbum intelligendum aut audiendum, sed uerbum auditur, ut ad fidem ueniat, ei tributa qui loquitur ueritatem. Cui scilicet CHRISTO talia proferenti,

Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemone habes?

¶ Ipsi sibi testes sunt, quod ex parte diabolo, non ex deo sunt, cum audita ueritate per amplius irascuntur, & daemone, quo pleni sunt, ex quo sunt, a quo aguntur, innocenti & inculpabili tribuunt, & extraneae gentis credunt homines inter eos natum, eosque agentem causam, doctrinam salutis docentem. Non excusationem ad obiecta facit Iesus, sed negationem:

Respondit Iesus: Ego daemone non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me.

¶ Nulla conuiciatio criminosa, quam alium quem daemone dicitur, & obijcere alicui hoc pessimum nomen, cum sit daemone incorrigibile malum, deprauata uoluntas, insatiabilis praedo, infestus omnibus bonis, non quiescens nisi supplanter, omnium uitiorum magister atque suator. Sed eandem iniuriam uicariam Christo reddiderunt iniuste, & iustissime acceperunt. Dixerat eis Christus: Vos ex patre diabolo estis. Nunc Iudaei reintulerunt: Et tu daemone habes. Inficiatur Iesus se daemone iam habere, quoniam nulla conuiciatio CHRISTI ad Belial, nec dicta nec facta sua illam habere imaginem, sed asserit se uerbis & moribus deiformibus honorare patrem, & se eis dedecoratum esse. Samaritanum se dici, silentio praeterit: aut forte quia sibi competebat interpretatio nominis, aut quia hoc ex animo non dicebant, cum pluries iam falsi fuissent eius originem & patriam secundum carnem agnoscere, sed eum eis asserent aduersum, ut Samaritanam gentem. Nec ex ambitu one uerbum increpatium protulit, ut honorari uellet, cum non gloriam suam in aliquo ueneretur. Propterea inquit;

Psal. 90.

Ecc. 2.

Psal. 17.

Isa. 26

Ego autem non quaero gloriam meam: **est qui quaerit & iudicat.**

Paternam quaerebat gloriam, non suam. Pater uero pro gloria filij, non in eo quod eternus & sibi per omnia aequalis, per amplius glorificari non indigens nec ualens, sed ut assumptus homo super omnes glorificaretur, qui a ludæis contempnui habebatur. Et iudicandum erat a patre contra ludæos pro filio sic cõtem pro, non iudicio quod dederat filio, sicut scriptum est: Et pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: sed iudicio, quo est pater declarauit & transfudit ex mortuis, misit spiritum sanctum, in cuius autoritate sic per uniuersum orbem insonuit, ut filius dei uerè crederetur a gentibus, quem ludæi tanquam purum hominem contempserunt, & ut malefactorem poposcerunt in ualefcentibus uocibus crucifigi. Quamobrem dicit: Non quaero gloriam meam: est qui quaerit & iudicat. Et in scripturis sacris multa sunt testimonia de Christo, qualiter ad eum assumptum hominem pater futurus erat, in exaltatione eius, in glorificatione ipsius, in iudicando causam ipsius, sicutq; longè ante de ipso prædictum fuerat, ac si ipse pro seipso uti positus in hac causa precaretur; prout psalmi tricesimus quartus ac quædragesimus secundus aperte manifestant.

¶ Quod sermo Christi seruatus liberat ab æterna morte, efficitq; plura, contra quam sententiam a ludæis acerrimè contraditum est, secundum Iohannem solū.
Cap. XL I.

Non procurat magno pè Iesus, nec ab ista sollicitudine angitur longis sermonibus obiecta depellere, diffusis disputationibus cõfundere obiectores, sed tantum suas sententias asserere, loqui expediētia, docere utilia. Proinde q̄si sopitis iā dictis, uelut exorsus ab alia loquēdi serie, dicit: [Amē amē dico uobis, si quis sermonē meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum.] Nō se iactat ille aut inaniter loquitur, qui remotis ambagibus dūtaxat utilitatem audientium intendit. Hanc solū uenatur Iesus, inimicus mortis, ipsiusq; oppugnator & uersor: aduersum quam disposuit habere congressum, non sibi timēs aut cauēs, sed his quos ipsa depoſcebat & uastabat, ut fera pestifera creaturam creatoris imaginem exprimentem: aduersus illam totus Iesus, totus mos eius, totaq; doctrina eius erat, quæ uocabatur æterna: per quam effigiatum in tempore, ab æternam effigie æternum erat habitura diuortitū. Et huius tantæ similitudinis deus pater amator erat, cuius filius in ea quam assumpsit imagine, facta primò ad imaginem sui, eidem docendo loquitur, unde mors æterna deuitetur, quod a

Ioh. 5.

Ioh. 8.

iuramento pollicens, quod si seruabitur sermo eius, æterna mors experimento non fiet. Et sermo eius ueritas est, & ueritas liberat suos alumnos, de qua Christus querulosè loquitur, nō suo damno dolens, sed nostro: non sibi aliquid quaerens, sed consulens nobis. [Si ueritatem dico uobis, quare uos nō credidistis mihi? Vt iudicaret: Si mortem horretis æternam, meum seruare sermonem, seruatum illam depellentem. Qui sermo ueritas est, & ueritas liberat, quam mihi dicenti non creditis: nō credentes, non seruatis sermonem meum: non seruantes, mortem æternam incurritis, deuitabitisq; seruantes memoria, fide, dilectione, actioneq;. Oportet intendere circa diuinum sermonem, quid efficiat ut seruetur. Ex iam dicto per Iesum, non sinit ire in mortem sermo seruatus, & ignit ad amorem, & armat aduersus mala, consistentiam animæ & corporis, & præcellentiam ad cæteros, tribuit confortium eius; quoniam & facies Moyli cornuta facta est ex confortio sermonis dei, ipso etiam ignorante. nam supra seipsum hominem constituit, ut plus habeat quam agnoscat. Et iterum ignit ad protectionem a larualibus inimicis, iuxta Sapientie dictū: Omnis sermo dei ignitus clypeus est speculantibus in eum. Effectius etiam est interdūq; illarū rerum, quæ aliter ab homine fieri nequeunt, sicut scriptum est: Sermo illius potestate plenus est, nam sæpe transformat mentes, & ex teriores hominum mores, & sanat insanabilia, sicut per sapientiam dicitur: Etenim neque herba neque malagma sanauit illos, sed tuus domine sermo qui sanat omnia, de illis aenis qui serpentibus sauciabantur. Per quos dæmones mordentes in silentio designantur, a quorum moribus nos sanat sermo Christi, & conseruat duntaxat credentes, ut sapientia dicit: Sermo tuus hos qui crediderunt in te, conseruat. Sed contra incredulos & peruersos dicitur: Firmauerunt sibi sermonem nequam. Sermo nequam, qui auertit a bono, suadet nefas, trahit in errorem, docet quod non decet, sed illi firman, qui delibant effectum eius. Et ad contumacem, qui se credit præter obedientiam sermonis dei agentem perperam, impoenitentem credentem terrenis muneribus placare deum, infertur: Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Illi quidem sermonem dei retro projiciunt, non qui non audiunt, sed qui audiunt & contemnunt, cognoscunt & obliuiscuntur, sciunt ab eis prohibita, & committunt, sicut per alium prophetam dicitur: Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui uertunt illos, & auaritiā suā sequitur cor eorum. Veruntamen cum Christus sermonem suum potestate habere assereret supra æternam mortem, ægrè tulerunt ludæi.

Qui dixerunt ei: Nūc cognouimus quia dæmonium habes. Abraam mortuus est, & propheta: & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraam qui mortuus est? Et propheta mortui sunt. Quem te ipsum facis?

¶ Non cessat ab inferendo conuicia, pertinax in malo: & cum conuincitur, blasphematur: cum tergierari non potest, uituperatur argutione. Igitur ludæi ferentes indignè uerba saluatoris, eum laceſcunt iniurijs, reconfirmantes quod malè prædixerant: & aduersantes ei, ab expertis mortem nituntur sub uertere dicta eius. Vt sic eorum contraditio serietur ad Iesum: Abraam pater noster, quo tu maior non es: & propheta, qui dei æterni super omnia ex silentis sermones seruantes, mortui sunt, quomodo tu asseris tantæ uirtutis tuū esse sermonem, ut excludat a seruantibus mortem? Quem sic asserendo facis te ipsum? Deum uerum tibi uideatur præcedere. Super omnes & super omnia te iactando exaltas, plus uirtutis quam uerbo dei tribuens uerbo tuo.

Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quæ uos dicitis quæ deus uester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixerō quia non scio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

¶ Ut sepe a Iesu asserunt est, causam omnem suam suæq; glorificationis fateretur agere patre suum, seq; ipsum plenè cognoscere, sibiq; obedire, atq; ipsum culpabiliter ignorare ludæos.

¶ De comparatione Iesu ad Abraam secundum æternitatem & temporum uolubilitatē, secundum Iohannem solū.
Cap. XL II.

Obicerant ludæi Christo, Abraam & prophetas esse mortuos, ad refringendum quod sermo suus non poterat mortis imperium superare: sed ipsi de morte corporis duntaxat intelligebant, a qua nemo in carne natus, lege communi eximitur, ut ab origine mundi uique ad tempus illud experimento sic erat. Iesus autem de æterna morte loq̄bat, a qua eruit suus sermo seruatus, quæ sua plenitudine potestatis ab utraq; posset eripere. Sed una etiā post omnem pœnitentiā uoluntarij peccati & emendationē iusto dei iudicio, ut solū fide uitæ melioris, nō amore uitæ p̄sentis, ueniat ad Christū, relicta est in expiētia corporis: altera deuitari potest in obseruatiā diuini sermonis. Proinde cum ludæi obijcerent ad subuerendam sententiā saluatoris, mortuum Abraam, ipse

prudēt eundē ad cõfutandū eos obiecit, dicens:

Abraam pater uester exultauit ut uideat diem meum: uidit, & gauisus est.

¶ Sic fit ad eos sermo: Vos Abraam dicitis mortuum, uerba dei seruantes, quod in corpore uerè esse resolutum: sed ipse desiderauit exultantē uidere diem meum, tempus scilicet quo mundo apparerem ad liberationē suā a loco ubi detinebatur, & gentis suæ, omniumq; gentium quæ in semine suo bñdicendæ erant: & ab eo tempore desiderauit, quo de Christo, de suis lumbis ex longa multorū interiectione, pagata propagine nascituro, promissionē accepit. Vidit itaq; post factam promissionem ænigmatice atq; interna reuelatione sibi a deo facta, & uidit in limbo ubi constitutus est, & in gaudio factus est pro seipso & pro his qui redimendi erant, quod filius dei omnes in carne redempturus aduenerat. Igif quare obijcitis mihi Abraam mortuum temporaliter in carne, qui ut in morte non detineretur æterna, meum desiderauit aduentum, a qua nec aliter potuit liberari, quem cum cognouit, exultauit in gaudio. Huiusmodi rei causa si Abraam pater uester ad diem hunc quem ago, caliter super terram desideras exultauit, cur uos ipsum mihi opponitis mortuum? Attamen hæc dicta Iesu in fide auditorum ferebantur, alijs inaprehensibilia erant. Quis igit cogitare posset ex humano, quod Abraam uidiſſet Iesum corporali oculo, sicut ludæorum perfidia cogitabat: Vnde iuxta cogitatum dederunt Christo responsum.

Dixerunt ergo ludæi ad eum: Quin quaginta annos nondum habes, & Abraam uidiſti?

¶ Non dixerat Iesus, ego Abraam uidi, iuxta quod ipsi exprobratiuè respondent: potius ab Abraam se uisum assererat. Sed impetus iræ animum turbat, turbatus in uerbo errat, linguam obliquat, ut nec interroger iustū, non respondeat uerum, nec teneat in disceptatione propositum: & quod geritur mente, ore non proditur: & ad ea quæ non expediunt, se ingerit: & plerunq; ad id quod non dicitur, respondendo insanit. Obliqua obiectio ad id quod dixit: Abraam uidi, & tu Abraam uidiſti. Meriebantur uerò Iesum per momenta temporum, & argumento erant uerba ludæorū de nimia grauitate Iesu, & quod mores eius essent iā uergētis ætatis, cura homo triginta annorum, habere quinquaginta existimari posset. Iesus uerò quod erat sibi ex assumpto temporale obmittens, per id quod sibi erat æternum, responsum dedit:

Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis: antequam Abraam fieret, ego sum,

¶ Ex eo quod æternus ex patre, non ex eo quod temporalis ex matre, uerbum hoc de promptum est. Hinc comparatus Christus Abrae decursu temporis, ei succumbebat ætate, pro ut erat homo ex iam paruo elapso tempore: antecederat eum omnemq; creaturam, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et præfenti locutionis uerbo seipsum descripsit dicens, Sum: quoniam ipse ut deus, nullum præteritum habet atque futurum.

¶ *Quod curritur à Iudæis ad lapides iaciendos, & Iesus egreditur templum, secundum Iohannem. Cap. XLIII.*

Magna Iudæorum sceleritia ex indurata perfidia procurat iustis lapidum disceptationem suscipere terminare: in ratione deficientes, ad conuicia recurrerunt: à ueritate uicti, uolentia se tueri nituntur: & lapidatione lapidum infringere, quod est æternum. Audiunt posterari hominem tanti temporis iuueni licitati, præponi ætatem iuuenis chiliadi duplici, non credentes deitatem naturam assumpsit se humanam, in qua filius dei debebat in terris, ex tempore agebat & loquebatur, id semper intendens, ut homines traiceret in deitatem per hominē, & in æternitatem per fidei pontem. Sed non accommodates Iudæi perfidi sanum intellectum, aliter quod dicebat, comprehendere non ualentes, & præferentes placitum & præsumptum in animo ueritati, fastiditi ad uerbum recte loquentis.

Tulerunt lapides Iudæi ut iacerent

Iohann. 8. in eum.

¶ Duri corde, ad lapides duros: insensibiles in animo & irrationabiles, ad insensibilia & irrationabilia pro uictoria se tulerunt, opere perstantes, quod in animo gestabant, & supra modum furentes, non quaerunt iudiciū, unde homo iste lege lapidaret; & si deum se assererat, debuerunt suauiter differtione perquirere, non furere. Atque oblitū honestatis, alienati à seipsis, templo dei non deserunt, ne fuso sanguine humano macularēt, quamquam Christi sanguis non commaculasset, sed consecrasset. Et eorum tamen proposito malo id agebatur, ut tanquam hoīs puri lapidatores effecti, non aduertebāt quid contaminationis aduenisset in templo.

Sæpe hoc scelus in hominibus agitur, ut cum animus obliquatus ratione fuerit, placitum opponatur ueritati, obnubilat odium mentē, quod nil est reuerentiæ, nil honestatis in causa. Non desertur sacris, prophanantur diuinæ ædes, de honestantur quæ sunt dicata deo, locus orationis efficitur turpitudinis, nil curę remanet ad destinatum bonum.

Iesus autem abscondit se, & exiit de templo;

¶ Non timore latibulum procurauit ad horam, sed quia nodum uenit eius hora, nec eam tali morte transurus ex mundo, sed exaltandus in cruce. Abscondit se, uolens pro tempore, loco, causa, hominum sapientiam pariter & malitiam deuitare. Non se abscondit in cauernis, aut opacis, sed in umbrosis locis, seu in aliquo clandestino, sed sua uirtute illorum effugit aspectum, ut uelut in celatum hominem non possent intendere in eum. nam & inter omnem turbam eum undiq; circumdantē, abscondere se ab eis pro uoto ualuisse, nec sibi opus erat ad de litescendum qualiscunq; locus. Inuisibilibus in omnes oculos quantumcunq; perspicaces incedere sibi facultas erat. Exiit autem de templo, iam pharisæorum, pontificum & scribarum uoluntate mala & peruersis operibus prophetano. Iam relinquendum erat templum illud cum omnibus umbrosis mysterijs, meliori conditione in ueritate donandum. Iam Christus exiturus erat ab eis Iudæis, & ab omnibus ceterononjs eorum, synagogam ex toto relicturus, de proximo nouam instructurus ecclesiā. Exiit Iesus de manufacto templo, templi non designatum structuram, sed templum cordis eorum ob perfidiam aspernatus. Abscondit se Iesus à furia Iudæorum, ne lapidaretur. Quo se abscondit in sacramentis nouis. Templum reliquit, prisca sacramenta destituens. Pactum iam erat aliquid in figura propter quod esset absconditio, propter quod peccata populi omnino facti entis malum nisi respiciat. Unde contra populum præuaricationis dicitur: Ego autem abscondam & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. Et alibi: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Et abscondit Iesus de templo, & exiens se abscondit, non bis in forma factus, ne improbe cum audacibus contendamus. Prudentius est, ad horam declinare superbum irrationabile, quam resistere in facie, aut uelle obistere ratione. Rationem reddi tam superbus & iratus non recipit in propria conturbatus, & cum sibi resistitur, amplius furit. Declinatio uero quamque consueuit mollire superbum & placare iratum. Et si non, saltem deuitauit ne usq; ad reatum actione procederet, quibus intentione totus esset in crimine. Christianæ uirtutis penitus est, post malam intentionem in homine aduersus se præsumptam, sic declinare in partem sine ratione uerborum, ut quod decreuit irata superbia, in actione non ueniat.

¶ *Quod interrogatus Iesus an esset Christus, testimonium suū operibus tribuit, secundum Iohannem solū. Cap. XLIII.*

Antequam ad interrogationem Iudæorum euāgelista se cōserat, festiuitatē encarnatiōis & temporis q̄litate & locum apte describit, ut ex his

aliquid innuat mysticum atq; morale, dicens: Facta sunt encarnatio in Hierosolymis, & hyems erat.

¶ Agebatur festum de renouatione templi, facta sub Ezra, aut sub Iuda Machabæo tempore Machabæorum, non primæ conditionis à Salomone, quantum ante destructionem diu illa festiuitas primæ conditionis celebrata fuisset. Et Hierosolyma ciuitas illud habebat templum, id promens, quod in pace duntaxat sit spirituale dei templum: qua destructa, destruetur & templum: cuius reparatis moenijs, & templum iterum reueletur. Et à contemplando dictum templum accipimus. Dei uero contemplatio non agitur præter pacem, neque enim aliquid gratæ uirtutis encarnare potest, qui non consistit in pace. Sed additur suspecta qualitas temporis, quia hyems erat, in designationem frigiditatis in cordibus Iudæorum. Etenim ab omni calore uirtutis torpebant. Frigidi erant, cum gratis CHRISTO uel lent inferre horridam mortem: aut quia mundi fragilitas, oportuna sit attollenda in contemplationem menti, cum quanto ab exterioribus sensus sospitis corporis uagari prohibentur, tanto magis interior obtentus intenditur. Veruntamen in alteram partem hanc temporis qualitatem interpretatam lecitamus, quoniam post hyemis abscissum, sponsum ad surgendum & proficiscendum dilectam sibi sponsum inuocat, dicens: Surge, propera amica mea, formosa mea, columba mea, & ueni. Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit. Vti sic illam alloqueretur: Si tribulatio, si persecutio, si tentatio, si defectio charitatis affuerit, ecce defuit: igitur surge, quod uocata, ueni. Cum illa qualitate in hyeme designata, superstitē, non surgitur, sed iacetur: non itur, sed statur: non perficitur, sed deficitur. Et saluator noster præmonuit, ne fuga periculum fieret tempore frigide qualitatis. Orate (inquit) ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. At ubi hoc euangelista prædixit, actiones & uerba Iesu & Iudæorum per disceptationem asseruit.

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

¶ In templo ambulabat, quod iam ex prophético testimonio dixerat domum dei & orationis ad eum, & ad famōsam & singularem se contraxerat templi partem, quia in porticu Salomonis. Decebat equidem eum, quoniam ipse duntaxat uerē rex pacificus erat.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animam nostram tolles? Si tu es Christus, dic nobis palam.

¶ Fecerunt Iudæi de seipsis Christo coronam,

non amore uisendi, ut milites placito regi ad obedientiam prompti, seu ut filij ad amatum patrem, seu ut discipuli ad audiendum doctorem, sed ne de manibus ipsorum laberetur: si potuissent in illum iuste manus iniicere, ob im perfectum ad interrogata responsum aut calumnabile uerbum. De qua circūdatio atque uictoria iam prophetia erat, non solum de Iudæis, sed etiam de omnibus gentibus, sicut scriptum est in libro Psalmorum: Omnes gentes circumierunt me, & in nomine domini quæ uultus sum in eos. Circundantes circundederunt me, & in nomine domini quia uultus sum in eos. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini quia uultus sum in eos.

¶ Circūdatio ter repetita, & similitudo apum, ignis & spinarum, mystica & male moralia sunt: ultio uera facta in nomine domini, eregione respondet. Peruicacissima erat perfidia Iudæorum interrogantium de Messia, cum audissent à Iohanne Baptista & ab ipso Iesu, & non credebant. Quid ergo eis dare potuissent in signum ut crederent? Nihil, cum signa mirabilia & opera intuerentur. Messias Hebraice, Christus græcè, unctus latinè dicitur. Quod si palam ut petebant respondisset, ad posse comprehendissent ut perfidi: si se negauisset, dixisset mendacium: erat enim Messias promissus in lege: nec non interdictum iuste accepisset in uerbo, aut fuisset iustum in supplicio. Proinde cum Iudæi coronantes Christum, interrogarent quis esset, in ultionem malignitatis ipsorum ab illo audierunt:

Respondit eis Iesus: Loquor uobis, & non creditis mihi. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium præhibent de me.

¶ Ad quid (inquit Iesus) cernicimini, cum ego sæpe ueritatem locutus fuerim uobis, & non creditis mihi? Submoueantur igitur à me atque à uobis ambages, opera facta non humana uirtute, sed in nomine patris mei, ad testimonium profero. Si inficiari aut insimulare potestis, entimini: si nequitis, & uerbis meis non creditis, opera testificantur, quorum testimonium ualidissimum est, si nunquam similia facta fuerint à patre meo supra naturam ex me mundo edita.

Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.

¶ Ea sententia est quæ supra, sed non similia uerba. Dixerat enim: Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Nunc autem, non estis ex ouibus meis, sed ex alio ouili, ex alio dicitur atque nutritæ pastore.

Oues meæ uocem meam audiunt, & ex

gō cognosco eas, & sequunt me. Et ego uita aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

¶ Quid insigne similitudinis bonae oues habent, quarum nomine suos fideles & electos Christus appellat. Nec contemnenda similitudo est, sed discutienda in proprietate rei, cum electi dei assimilantur brutis animalibus ratione carentibus, ut ex illa comparatione in uirtute stamus. Et cum reprobi etiam animalibus comparantur, aequē oportet discutere ad cauendum. Pacificum animal nouimus esse, neque habet discerpentes neque laniantes dentes, neque nouit aliquem laedere ex aliqua sui parte: plus affert quam auferat, duas habens tunicas, pellem & lanam, euangelicum uerbum actione docet, cum alteram sibi permittit auferri, sicut dictum est: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et quasi uerbum lene in ore suo resonat, etiam usque ad mortem laesa. Et quod amplius, tota in usu utilis est, ut nec quicquam in exterioribus aut interioribus sit, quin possit ad bonum & ad pulchrum & aprium uerbum inferri, nec etiam steruus eius a medicina & ab utilitate uacet. Et hoc praesertim habet proprium, quod uocem proprii pastoris cognoscit, & uocantem sequitur ceteris praetermissis. Huiusmodi dictum ex experientia liquet. Hac similitudine sumpta ex illarum proprietate, Christus quos uiderit suos, oues dicit: Et primus in opere hominum iustus, pastor ouium fuit, eo praesagio, quod proprietatis ouium, transumpta similitudine ad actionem morum, iustos efficiat. Et sicut ouis ad occisionem muta ducitur, sic ille primus ipsarum pastor, silenter in pace interfectus est, & Christus ad idem, cuius figura in illo praedicta est. Contemplandumque multo intuitu est in processu dominicarum ouium, ex designatione summi pastoris. Audiunt, cognoscuntur, sequuntur, uitam aeternam accipiunt, in aeternum non pereunt, ab aliquo non rapiuntur. Prima est sextilis perfectio numeralis. Sed quid audiunt? Vocem. Sit omnis homo uelox ad audiendum. Erat una de ouibus Samuel, qui tertio uocatus a domino, respondit: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Sit omnis homo praesto ad audiendum uocem domini, ut perficiat uerbum eius. Obedientia omnino necessaria est ad dominicam uocem, si praecipua est. Cui & Iob se responsurum spondebat: Vocabis me, & ego respondebo tibi. Ad quid uocat? Interdum ad fidei securitatem, ut secuta mēte in domo domini, quae est ecclesia, habitemus. Nam sapientia misit ancillas suas ut uocaret ad arcem & ad moenia ciuitatis. Mittit dei filius praedicatores suos, uocans mortales ad arcem fidei, mul-

Luc. 3.

Gen. 4.

Isa. 53.

Iacob. 1.

1. Reg. 3.

Iob. 14.

Pro. 9.

tis munitam praesidijs. Et aliqui uocat ad gemitum & ad omnem mundi contemptum, ut uerbum gaudium succedant sit. Et uocabit dominus deus exercituum in die illa ad sterum & ad planctum, & ad caluitium & ad cingulum sacci. Et ecce gaudium in laetitia. Pro peccatis stertus in effusione lachrymarum agit. Placatus in lamentatione delictorum & inundantis miseriae, & in his qui nequit uiuunt. Caluitium reorum contemprum sapit. Sacile cingulum, corporis blandimenta piecit, & induxit asperitatem. Succedit his gaudium in laetitia sempiterna, & in sanctitatem conuersationis uitae. Hinc Paulus: Non enim uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Et Petrus: Secundum eum qui uocauit uos, sanctum, ut & ipsi sancti in omni conuersatione sitis. Et per prophetam monemur, cum uocem Christi uocantis audierimus, ut corda nostra ad obedientiam praeparemus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Ex pacto sit ad homines Christi uox: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in perculium de cunctis populis. Et alibi: Si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo in illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Ad multa expedientia nobis uerbum dei est, cui utiliter assentiri, & dissentiri damnosum. Fit uox dei, hoc est, preceptum eius, ad sitendum populos delinquentes, & omnia male fluida nostra. Unde uox domini super aquas. Et in potentia uirtutis suae efficiens est, exigenti uirtute a nobis. Et uox domini in uirtute. Sed ad magna quae facturus est, ut & nos prout est ex nobis, magna uirtutum opera faciamus. Et uox domini in magnificentia. Et ad contractum superbos, est uox uocans & interminans. Vox domini confringentis cedros. Et ad omnem concupiscentiam ignem, ut extinguat, fit uox domini intercidentis flammam ignis. Et ad commouendum in saniores & optimam uirtutum partem eos qui deserentes deum, deserunt, insonat uox domini concutientis desertum. Et ad praeparationem humilitum & humilitatis, ipsam factam agnouimus: Vox domini praeparantis ceruos. Non ergo dicamus ut Pharaon, quis est dominus ut audiam uocem eius? Si audierimus uocem eius, erimus de ouibus eius, quae cognoscuntur ab eo, ea cognitione, qua in approbatione aptitudinis erunt ad capessenda regna caelestia. Non enim Iesu accedit aliquorum de nouo cognitio, quoniam ut deus omnia ab aeterno cognouit: sed cognoscit suas oues a ceteris esse discretas, ut eas in iudicio ponat a dextris, ut collocet in excelsis. Nouit enim dominus qui sunt eius, qui sequuntur scilicet in auditu uocis. Haec protinus tota ualido uirtutis, qui dominum Christum, quibus uita aeterna datur, pro eo quod temporalem hominem in

Luc. 12.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

Luc. 14.

dei obsequium tradiderunt. Talis est ista permutatio, cum Christo commercium gerere, ut si ei dedicatur temporalis uita, quod accipiamus aeternam. Et cum in aeternum non pereunt, id quidem est, quod anceps uita in securitatem aeternam transfertur, nullis infestata periculis. Et praedestinatio habet suo iure hoc: propter quod nullus possit perire de ab aeterno electis ante mundi constitutionem. Et inuariabilis erit uoluntas hominum beatorum, ut nec possit auerti a bono, nec conuerti ad alteram partem. Et in hac uita nil tam pertimescendum est, quantum, facile mutabilem se cognoscere. Violentia uero nulla inferri potest ei qui omnia potest, & cui sponte aut inuitē subiecta sunt omnia. Nullus itaque raptor, aut quomolibet uiolentus ereptor, poterit sibi ē manibus quem praedestinatum auferre. Et si hoc minus a deo Christo datum per excessum iudicaretur, etiam maius accepit omnino inauferibile ab eo.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere quicquam de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.

¶ Maius protinus est, filium substantialiter & aeternum esse cum patre, quam accepisse ab eo super suas oues aeternae seruandas huiusmodi potestatem. Abominati sunt uerbum animi ludaeorum, & aspernati dicentem: & per tinaces in saeva perfidia, furibundi ad mala solita se dederunt.

Sustulerunt ergo lapides Iudaei, ut lapidarent eum.

¶ Non autem intulerunt, frenati ab eo qui sic mori non uenerat, quos Christus retundit commemoratione bonorum.

Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis.

¶ Si me unum cum patre meo fassus sum, ut quid reprobis, ex quo uobis & in uobis multa bona & talia quae nemo potuit, feci & ostendi? Forasan uobis iusta causa me insequendi non deesset, si ex me locutum aut operatum aliquid supra naturam usque in arrogantia fassus essem. Ut quid praesto tam uestra sunt manus ad lapides colligendos iactandos?

Respondit ei Iudaeus: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum.

¶ Non possunt inficiari Iudaei, Christum bona in eis peregrisse cum dicunt, De bono opere non lapidamus te, igitur bona & digna laude operatus eras: sed ad insequendum eum, zelo legis se obnuunt, facientes ei de blasphemia in posturam, cum ex decreto legis blasphemus de-

beret subiacere lapidibus. Imponebant autem ei, quod se faciebat deum: & aduersus seipsum impostura ipsa erat, quoniam nunquam quis ita desipuit, ut se deum faceret, cum omnis natio deum credat aeternum, non aliquo modo factum. Nec quis tam superbiuit, ut se assereret deum, quanquam Lucifer & priores homines in eius similitudine praesumpserunt. Et propheta regem Tyri arguens de superbia, nunquid aliter nisi per similitudinem ad diuina suspensum uis? Et si quid typice in eo de cadente angelo dictum est, nunquid de primo Lucifero fertur sic superbiere, Ero similis altissimo? Et de proto platis, eritis sicut Elois, hoc est, eritis non sicut deus, sed sicut dii, id est, sicut angeli aut magni administratores & cognitores uniuersi. De cadente angelo in rege Tyri signato, aequē idem: Dediti cor tuum quasi cor dei. Et adhuc: Tu signaculum similitudinis eius, plenus sapientia &c. quae sequuntur, ad hoc sunt. Ira ergo obliuabat mentem, errare faciebat in uerbis, ut dicerent Christum se facere praesumptione deum. Atque si se dicebat ex operibus fatens, conuersantem id esse quod erat, debuerunt ad liquidum inuestigare sermōem: & si erat inconiunctibilis, dare credulitate, non inferre persecutionem.

Isa. 14.

Isa. 14.

Isa. 14.

Sed respondit ei Iesus: Nonne scriptum est in lege uestra, quia ego dixi, dii estis?

¶ Nomine legis, omnis scriptura ueteris testamenti tam historica quam prouerbialis quam prophetica intelligitur, cuius Christus utitur argumēto, ut ualider quod dixerat se unum esse cum patre, & resculpat perfidiam Iudaeorum. Ideo quia scriptum est in lege, includit eos in sua terminos rationis, adiciens:

Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scripturas quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemar, quia dixi, filius dei sum?

¶ Perpicuum est sanē credentibus, quod sacra scriptura solui non potest mendacio aut falsitate argui: sed quod in ea est, omnino uerum est. Inde dii appellati sunt homines, ad quos sermo dei reuelatus est, scilicet qui illum seruaerunt, & seruantes prophetauerunt, & cetero-

Ps. 81.

Mich.

disceptatur, magna spes est porrecta mortalibus, quod dii esse possunt immortales, immatulationem æternitatem gloriosa fieri, si dei uelint cognitum sermonem, non natura, qua solus unus est deus, sed adoptioe ipsius, facientes enim uoluntatem eius. Remaſcellat autem operibus dictum:

Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre.

¶ Per argumenta inuincibilia Iesus se de filium asserit, cum se nil aliud quam opera patris fecisse fatetur: quibus, & si non personæ, talia sunt, quod esset indubitata præstantia credulitas. Et in hac disceptatione hoc dum taxat exigebat Iesus, ut unum esse substantia liter cum patre crederetur, tamen alius in persona. Sed redditur nequam retributio uerbis sanctis.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum.

¶ Sæpe hoc tentatum est. Sed frustra, nisi cum uoluit.

Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum ubi erat Iohannes baptizans prius, & mansit illic.

Elapsus de Iudæorum manibus, signatum reperit locum ubi prius baptizauerat Iohannes, qui iam præmortuus erat, ubi & mansit ad rediuuam faciendam memoriam eorum, quæ de ipso testificatus fuerat Iohannes.

Vnde & multi uenerunt ad eum, & dicebant: quia Iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, uera erant, & multi crediderunt in eum.

¶ Oppidani loci illius, erant memores latè testimonij à Iohanne: quam obrem ueniebant ad eum, adiuuicem conferentes cum Christo dicentes: Quis esset maior, an Christus an Iohannes. Ad huius maiorem, illustri minoritatem hoc argumento erat, quod Iesus multa, Iohannes uero nullum signum fecerat, sed quia omnia quæ de Christo fuerant testificata, ueritate infallibili complebantur. Huius rei causa multi crediderunt in eum. Contemplamini Iesum sic agentem, qui dum in una parte animas perdit, lucratur in alia. Ecce Iudæi persequuntur, Iordanem credunt. Illi fugiunt à fide, isti ueniunt: illos signa confundunt, isti signa ueneruntur.

¶ De consilio pontificum super mortem Iesu, & mandato firmato captionis eius, secundum Iohannem, Marcum & Mattheum. Cap. XLV.

Mortales in anima iam mortui, in corpore morituri, mente deprauati, consilium in eum unde inferant mortem, non unde possent accipere uitam, pro qua semper esset in prudentia consultandum. Magna quidem a uersio à lumine ueritatis, quod mortui qui possent redire in uitam, consensunt de morte inferenda ei qui uita est, qui mortuum quadriduanum reuocauit ex mortuis: & ob id ipsum uenturum ad necem, quia mortis imperium destruebat. Et quod eis cæterisq; Iudæis debuit esse causa fidei, occasio perfidiæ fuit. Semper enim diuino iustitiam dei iudicio agit, ut peruersis recta uertantur in malum. Nam collegerunt pontifices & pharisæi concilium, & dicebant: **Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Et tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent.**

¶ Vnde consilia mala? Malus metus, malæ spes constituit consilia mala. Metuit quis auarus perdere thesaurum, metuit direptionem eorum quæ tenebat; fecit consilium malum, ut daret sibi suspecto ante mortem, quam pateret direptionem. Metuit ambitiosus, gloriæ audis, constitutus in autoritate, ne à potentiore superaretur, ne redigeretur ad ima: inuit consilium dandi mortem in eum, quem suspicatus est posse fieri superiorem. Metuit elatus non posse in pace regnare, cum pax ciuitatis tyrannum abhorreat: fecit consilium malum, ut depelleretur, si esset, à ciuibus, aut ne posset esse in moribus. Metuit sibi omnes, sibi male placentes & dum timent perdere placitum, ex malo consilio procurant etiam innocentibus & pacificis, & nec male conscijs inferre iacturam, & lædere non lædentes, & sæpe quos tractant ut hostes. Necnon & spe mala posita, illa consequi uolunt, quæ non congrunt ordini uiuendi recti. Vnde quæ aliter quæ dano alicuius siue multorum non proueniunt, recurritur ad consilia mala, ut curæ non sit quod inferatur mali, quid uere triste interueniat: potius sic agat, ut eueniat quod sperat. Qui sunt, facientes ex malo metu malæ spe consilia mala: Quis edicit? Quis buccina prouocauit? Vbi congregant cõsultores malos? Quis primo dicit nefas suum quod est cõsulendum? Cui assensus datur? Quis consilium magis placet conuentum malignanti? Quod edicit iniquus autoritatem habens. Iniquitas enim sine autoritate non imperat. Et si iuber, eius frustratur imperium. Conuocatur scilicet minister, quærat in malis actibus suis, parere maioribus. Congregantur in domo impietatis præsumptuosus & arrogans: anticipat primi

uerbū, omnes in eo consentiunt, qui celerio rem uiam adiuuere nouit ad parationem scelestis. Id consilium magis placet, quod atrocius est. Inito concilio, furenter furiosi proponunt: **Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Nesciunt quid faciunt: idcirco, quid faciunt, inquirunt. Si sciuisent, nec locum habebat huius sermonis exorsum. Sed quod adijciunt, scilicet quia multa signa facit, responsionis uerbum & accusationis habet ad eos, quoniam multitudine signorum arguit credulitate. Multis quidem & irrefragabilibus signis debetur credulitas. Incredulitas uero accusationem habet. Signa si qua sunt inuitatoria ad signata, certam uirtutem habent. Ad signatum est signum, non ad signum signatum ordinatum est. Si signa faciebat multa, credendum ei erat, quia multipliciter inuitabat eos. Et ipsi Iudæi ab origine signis assoliti erant. Et ab ipso sæpe expectauerunt, dicentes: Volumus à te signum uidere. Nuncq; perfidi signa magna fatentur, & non credunt. Accusatio eorum est inexcusable ista confessio, quia multa signa facit. Cui adijciatur certa damnatio, eo quod ueritatem plura placita, aduersus innocentem pro lædendo consulant. Et aiunt:**

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

¶ In autoritate atq; libertate intrepidè Christus operabatur miracula, dabatq; de ueritate doctrinam, Iudæorum confundebat mores, arguebat errores, audiebatur à turbis, earum habebat sequelam, in reuerentia pluribus erat, commouebat animos multorum uirtute signorum, quæ inficiari aut insimulari uera esse non poterant. Sed perfidi Iudæi non aduertentes, furando dicebant: **Si dimittimus eum sic agere ac prædicare, & omnem processum eius in huiusmodi libertate, iam multi credunt, tandem omnes credent in eum, timentes sibi metipsum, ut fierent de omnibus credituris. Sed quam bonus euentus eis, si fuissent quod futurum in alijs formidabant.**

Est quidem hic supplemento differendum, ad trahendum in liquidum causam: quoniam à seculo consilium per homines tanti mysterij factum non fuit, in quo ab æmulis uitatis & a nefcijs perfidis, nescienter per mortem de uita omnium agebatur. Et peruersi, uelut in tenebris ignorantia persistentes, complere tractabant diuinum ab æterno consilium & dei placitum, uti erat, quod suus æternus filius, in carne assumpta pro toto humano genere moreretur. Et mira erat altitudo diuini consilij super salutem generis humani, quod in anima mortui, de proximo in corpore morituri, æternas subituri pœnas, ignari mysterij, de uita ex mor

te consultabant, iniqui de magna uirtute, iniusti de summa iustitia, captiui de redemptione, uenditi de precio, infirmi de conferenda sanitate, nihil boni præter commodum temporale pro seipsis intendentes. Inuidi tractabant de magno beneficio atque officio charitatis, cæci de lucis mysterio, terreni de cælo, homines de deo, filij diaboli de filio dei. Et hæc & similia ignota, ignote ab illis fiebant.

Proinde ueniant in imaginationem quæ hinc pro parte Iudæorum, pro temporalibus intendit, quæ pro communi utilitate mortalium erant huic optimo consilio. Equidem pro Iudæis duntaxat temporalia conspicientibus, & à diuinis bonis a uertentibus intellectus, erant uarij oratores, quorum poterat quis in concilio huiusmodi orare?

Hominem nobis infestum, extorrem fieri à patria, ut pax sit his qui illam affectu patrio colunt, censeo dignum.

Alius: Si aduersus hunc abs re odio exarde scimus, cum tamen eum insequendi iusta causa prærogata non fuerit, nulla excusatio criminis remanet.

Alius: Quo iure desueuit in hoie seruientem?

Alius: Deperit omne honestum, si sancitur in pœna pro cultore honestatis.

Alius: Nescio ad quid sunt edita iura, si non seruantur in causa. Ventiletur ergo causa hominis criminati, antequam iudicium pœnale procedat.

Alius: Diuinæ atque humanæ legis non est, sine propria culpa iudicare hominem in persona. Quid fecit homo iste?

Alius: Ad quid lex, si citus non custoditur honestas?

Alius: Diuinum est necnon & humanum, quempiam præseruare, si eum legis præuariatio non accusat.

Alius: Crimen & delictum, quibus impetere satagimus hominem, aut fecit, aut nos fecimus imposturam: si fecit, secudum legem non procedere turpe sit: si fecimus imposturam, uersa uice multandi sumus.

Alius: Cur sæuimus in iustum, nostras iniustitias arguentem? Et si de foris audaciam fingimus, intus conscientia nos accusat.

Alius: Quam turpe censendum, quod constitutus in causa quærat ad iudiciū, si primo non sollicitatur examine?

Alius: O quam turpius, si quispiam inuenitur innocentia tutor atq; defensor, etiam si suspectus esset in causa: tentandum esset pro eius tuitione, ne iam publico iudicio deperiret.

Alius: Lex nõ agit, nisi aduersus propter quæ posita est. Si præuaricator est legis, conuincat eum malitia sua, non impetu uoluntas nostra.

Alius: Etia si iustus est, plectendus est pœna, cõ ipsius uerbis & moribus respublica commouetur.

Alius: Non est necessaria illa uirtus, per quam sepe tumultibus inhorrescit.

Alius: Homo factionis periculo patriæ, sit igitur abolendus.

Alius: Is qui sibi uendicauit plebeiorum fidem, facile potest ad id quod uoluerit, corda ipsorum infligere, quorum est perniciofa seditio.

Alius: Et si iustus aut iniustus, omnino a politiciis moribus dissimilitudinem habet, nulla ratione tolerandus est amplius.

Alius: Et si iustus, aut illi aueamus ad nos, aut nos sibi honeste sociemus.

Alius: O quam de decore, requirere ad ascisuram quem persequimur; nec minus foedum sibi societate copulemur, quoniam aut eum iustum, aut nos fatebimur peccatores.

Alius: Et si nulla ex utraque parte asciscitio facienda est, quid cunctamur in eum aut exilio aut morte decernere?

Alius: Exilio tradere mitti & honestius est.

Alius: Captus mittatur ad Caesarem.

Alius: Sub interminatione cuiuspiam supplicij pellatur a finibus nostris.

Alius: Alligetur compedibus in silentio.

Alius: Fiat foedus ut non aueretur, etiam si placita nostra non quaerit. Et his similia, quæ potuerunt in tanto consilio perorando edici. Sed atrocior atrocior consilium protulit:

Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam neque cogitatis: quia ex pedis uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Atrociter iste hominem innocentem determinauit ad mortem, causa necis non quaesita, nec dearticulata examinationis officio. Sed haec dicta sunt solo intuitu populi Iudæorum. Pro utilitate uero communi, nescie tamen, a prophetante dabat de huiusmodi morte consilium, sicut euangelista interpretatur uerbum.

Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit.

¶ Anceps uerbum. A semetipso dixit, & non dixit a semetipso. A semetipso dixit, uoluntate peruersa & odiosa seu inuidiosa. Non dixit a semetipso, futurum mysterium non ad uertens, neque sciens quantum boni ex illa morte humano generi accresceret. Ac per hoc cum esset pontifex anni illius, prophetauit: ut aduerteretur in hoc mysterio, quod prophetia dignitati, non personæ: statui, non homini, sit tributa. Quid prophetauit?

Quod Iesus moriturus erat pro gente, scilicet Iudæorum. Et non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum.

¶ Illos uidelicet dei filios, qui praedestinati

ab æterno, futuri erant oues unius ouilis sub uno pastore, transiit in gratiam Christianam. Perspicuum est, quale mysterium ab illis in scie tractabatur: scienter tamen, prout futura temporaliter damna cauebant. Et si me non fallit, quod mali cogit inuidia, fortassis illa non erat causa in animo potestatis praecauendi futuris periculis, sed suppositum, ut mors eius ex causa supposita, licentior atque iustior omnibus uideretur: & magis animarentur ad illius necem, quo per eum periclitabunda patria seruaretur. Inuidus enim, ut exoso possit inferre iacturam, non propria, sed communia damna deuitanda proponit: pro republica, pro tuenda patria orationem in concione aut in multorum consilio facit, semper intendens in oppressionem priuatae personae, sub pallio publicæ utilitatis. Dolosa lingua & astutum consilium, proponere bonum publicum, ut priuatum eliminet, Difficulus uitari potest periculum in suspecto de læsione boni communis, bonum publicum si praefertur, aut malum patriæ si timeat. Hinc quidē ea imagine a Caipha factum est, quæ magis inuidia incitabat ad malum inferendum exoso, quam amor patriæ ad praefertionem eius. Qui omnibus oratoribus auditis, uelut animosior in necē iusti, & astutior in uerbo mortifero, atque uens de ignorantia oratores, ait: Vos nescitis quicquam nec cogitatis. Non placet mihi, nec expe diunt patriæ Iudæorum populo uestra consilia, impingentes sunt ofones uestræ, nescitis ergo quod opus sit, neque cogitare nostris picula possibilia euenire, si homo iste amplius uiuit, si morte non delect, ut plebs iam eius signis ac detriminis commota, quiescat. Ego autem utilius cogitavi, ut iste solus moriatur, ne nostra gens aut patria nostra deperat. Iam adimplebat propheticum dictum: In eo dum conuenirent simul, accipe animam meam consiliati sunt. Ex profana Christi hæc praedicta erant. Ego uidi quod utile est nostræ genti. Expediit ut unus moriatur homo pro populo. Solers uerbum, sed non a solerti homine dictum, quod unus pro populo moriatur. Nec dixit, occidatur, sicut non aliter auctoritate, sed sua uoluntate moretur: & pro populo, ut ipse pro populi utilitate uellet subire mortem. Et sufficientiam Christi etiam nolens dixit, & quod unus, & quod mortuus omnibus ualeret ad uitam. Quid igitur uiuus, si mortuus omnium uitam soluat, si sub tremendo mortis imperio ad mortem populum liberat? Quid regnans erit facturus, si talia facit mortis subiectus? Spiritus quidem sanctus per os huius atrocis locutus est, uniuersalē utilitatem futuram ex morte Christi praenuncians. Sed nec mirum, etiam per os asinae protulit ueritatem. Addebat autem & modus & tempus, sicut etiam cautela, ne tumultuario impetu populi captus, fieret libertatis.

Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

¶ Iam de morte consilio Caiphæ firmatum erat, & ut ei immutabiliter irrogaretur, studebant ex adiectis consilijs populi uitare tumultum, apud quem Iesus ut propheta magnus & miraculorum inauditorum patrorum eximius, in fama erat. Quamobrem uerebantur ne extorqueretur de manibus capientium.

Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum.

¶ Verba sunt euangelistæ, declaratis firmatum consilium super interficiendo Christum, ab eo die quo congregatio perniciofa facta fuit in atrio principis sacerdotum.

Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitate quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

¶ Declinabat adhuc Iesus mortem ad tempus, de proximo illam uoluntarie subiturus. Et formam edidit, quid agendum in persecutione constituitis, petere remota loca orationibus & contemplationibus apta, & fructibus bonis intendere, ad fructumque conuertere omnem perfidiam, omnem persecutionem hominum malignantium. Ob hoc petit Effrem, quæ fructificatio interpretatur, ibi moram trahit cum discipulis suis, ut eos semotos a turbis attentius erudiat, & ipsi quietius capiant. Mortalium consilium in morte terminatum erat. Addebat uereditum ad executionem eius, ut in euicibiliter caperetur.

Proximum autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent se ipsos. Querebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis quia non uenit ad diem festum istum? Dederunt autem pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

¶ Religione utebantur aliqui Iudæorum in tempore quo pascha celebrandum erat: & mores ex scriptura, & continua, non interpolata, narratione patrum ad filios illius primæ ordinationis in Aegypto, & diuinæ uirtutis ostense illo in tempore, saragebant mundè atque honestè illud pascha manducare. Proinde cum iam proximum esset, multi de illa regione iuxta desertum Effrem ascenderunt Ierusalem, ad mandandum & purgandum seipsos ab immunditijs, quas contra prohibitum legis contraxerant, sicut in libro Leuiticorum traditum erat, & etiā ab uxoribus proprijs abstinebant, æque aut plures existimantes agnum immaculatum lege po-

sta manducare, quam Leuiticos panes, quibus nisi sacerdotibus & Leuitis & mundis a mulierum contactu edere non licebat, seu per orationem faciendam in templo, ut Salomon in prima templi conditione oratio statuérat: aut per oblationem & benedictionem sacerdotum & orationem ipsorum, sicut erat solitum, pro populo exorare. Ad Christianorum negligentiam hic mos merito potest obijci, cum se per abstinentiam ab uxoribus aut a concubinis, & per poenitentiam ceterorum criminum, uirtute sacramentorum seipsos purgare atque lauare non curant, ut accipiant sanctum pascha, dominicum corpus Christi. Quod si sic iustum est, Sanctificamini qui fertis uasa domini, multo magis se sanctificent, qui uolunt accipere corpus Christi. Sed hi qui ascendeant, & ceteri Iudæi quærentes Iesum, stantes in templo ad inuicem loquebantur, hæsitantes utrum Christus ascensurus esset ad festum timore perterritus, ex eo quod notum erat, de captione eius & indicatione iam pontifices firmum dedisse mandatum, quod certum erat non latuisse Iesum. Erat ista hæsitatio habens utramque partem, eorum qui pio, eorumque qui impio affectu de ipso quaeritabant.

¶ Quod cogitauerunt principes sacerdotum etiam Lazarum interficere, secundum Iohannem solum.

Caput XLVI.

Deprauari præteritarum iniquitatum de merito, non solum fluidam in peiora propriam uoluntatem, non corrigunt aut deprehendunt uetera male acta, sed adijciunt peccata peccatis, & student serio, ut omnem iniquitatem perficiant. Nec est eis satis ad crimē, iniuste iustum damnasce & mortis officio ex consilio tradidisse, nisi & iustum amicū & amicum alij causam, aboleat. Sic quidem agebat sua perfidia Iudæorum.

Nam cogitauerunt principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

¶ Cogitant iterum morti tradere, quem semel depasta, diu tenere non potuit, cum uita imperiosior aduenisset, die quarta destrues certum imperium eius, sola uoce iubens eum egredi ab ergastulo illius. Cæca mens & cogitatio sterilis, ut non possit iterum reuocare ad uitam qui semel reuocauit, quoties mors posset illum inuolueri. Sed inuidia cum sibi asciscit odiosam iram, iudicium rationis obnubilat: peruertit mentem, nihil sanum cogitare sinit, cui sæpe audacia mala spem ad impossibilia reppromittit, ut saltem tenet, etiam si perficere nequit. Gratis odio Christum habebant, gratis & Lazarum morti-

ad iudicare disponunt: & cum nō habeant causam, inueniunt eam quæ ipsos potius debuit adducere ad id, quod alios adductos dolebant: nitebaturq; summopere interponere obicem ne plures irent, eumq; interficere qui causa fidei erat, signumq; ostendens, quod irent omnes amatores uitæ, abnuentes mortem, quoniam ipse Christus utriusq; tenebat imperiū, in cuius experientia iam ipse Lazarus factus erat, sola uoce reuocatus à morte.

Quid hoc bonum Lazari, quid hæc Iudæorum iniquitas innuat, aduertendum est. Est qui fuit experimento malus, & dei misericordiam consecutus est, cui non est retributum malum pro malo, sed pro malo bonū accepit: & sicut experus se malum, sic deum bonum in se ppi cium sensit. Mortuus in peccatis, uitam accipit in gratia: spem nactus, quod & in gloria. Hic sana mente conspectus, in cōtemplatione hominum peccatorum factus, animos mouet eum adire, à quo ipse tā alta dona suscepit: iter parat ad fidem, astruit spem, ne quis peccatorum quorumcunq; pondere pressus, desperatione frangatur, in seipso docens quid benignitatis habeat diuina clementia, & quo nostra iniquitas possit abstergi, & quod possit accipere nostra indigentia famebunda. Magnus huiuscemodi cecyrix est, qui experimento suauitatem facit. Aduersus quem eregiō bellum parat iniquitas, usq; ad mortem insectans eum, per quem sumpta est fidei speiq; occasio, ut cōuersio mortaliū pro uita fiat ad Christum. Sed tot delictorum atq; criminum reus est qui obicem facit, ne ueniatur ad Christum, & sibi ex sua lege seruiatur, quot possit prohibitus bona facere, seu mala committere. Proprie dæmonum est reis asciscitorum, omnem interponere sepem, & firmare chaos, ne ueniatur in fidem, ne quis se dei cōstringat ad legem. At ubi amplius nequit ista peruersitas, morte decertat in eū, cuius uita, exemplo atq; doctrina peruenit ad Christum, sicut hi de Lazaro cogitauerunt.

¶ De gentilibus querentibus uidere Iesum, quorum causa disceptatio utilis est exorta, secundum Iohannem solum.

Caput XLVII.

Famofum tēplum primò à Salomone cōstructum, deinde post destructionem reparatum, non solum populo circuncisionis, sed etiam populo incircuncise carnis, domus orationis erat, & interdū multi gētilium ob hanc causam ueniebant ut orarent, in spe facti ut exaudirentur. Sic enim Salomon orauerat, completo templo ante altare expansis manibus, ut etiam alienigena ibi orās, exaudiri mereretur. Quod forte usq; ad illa tempora à principio inolefcentis, seruatum existerat. Sic enim scripsit Iobidem.

3. Re. 2.

Ibidem.

lo tuo Israël, cum uenerit de terra longinquā propter nomen tuum, audierit enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium extensum ubiq;: cum uenerit ergo & orauerit in loco isto, & tu exaudies in cælo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus te inuocauerit alienigena, ut discant uniuersi populi terrarū nomen tuum timere, sicut populus tuus Israël: & probent, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificauit. Quo forsitan per moti, etiam alienigenæ aduenerant.

Erant autem quidam gētiles ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere.

¶ Gentiles sic uocati sunt à genitura, qui sic uiuunt sicut geniti sunt, nullius legis scriptæ uinculis alligati, diuinæ dixerim tantum, non illius quam aliquando homines ad conuiuendū humanè condunt, quibus & subiiciunt. Quorum aliquibus altior & sanior aderat intellectus, ex uicinitate confinium. Sæpe quidem in confinibus uerior est noticia morum atq; idiomatum & linguarum utrarumq; quam partium remotarum. Id ergo dixerim, quod hi gentiles quasi confinatici gentis Hebræicæ, mores Iudæorum & templi famam certius sciebant, aut proselytiam, aut de proximo futuri erāt, quam ob causam aduenerunt ad tēplum, ubi existentes cum ceteris, famam saluatoris domini audierunt, quam forte ab aliis perceperāt, sed iam maximè, quia tāto apparatu & laude utriusq; sexus atq; ætatis adueniens Ierusalem ingressus est templum, ubi gentiles qui ad adorandum uenerant, sātagunt uidere Iesum, non uisu corporis tantum, quo omnes intuebant in eum, sed uisu mentis. Sed uerebant sine intercessore accedere ad Iesum, adeūt primò Philippum forsitan alicuius familiaritatis aut notitiæ causa, quam alios, prosequentes ad eū de uisione propinquiori, & affabili colloquio interposito, cupientes fieri domesticos eius. Philippus uerò, Imelius ratus alium consulere seu habere sine intercessione ista collegam, dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu.

¶ Forma est prærogata quemlibet superiorum adire opportunè non cognitum, seu nondum in amicitia factum. Incognitus ad incognitum, inferior ad inferiorem, uolens amicitiam ad nondum amicum, necessitate ingesta, inueniat mediatorum utriusq; extrema sapientem, qui caduceare sciat inter aduersas aut nondum cognitās partes: quoniam amicus ad amicum caduceatore nō indiget, per semetipsum adit: nō esse amicitia, si mediator inquirere

Hinc & uisores incerti de amicitia dei, adhibent patronos quos credunt in patria regnare cum Christo, aut in uia credunt deo esse gratiores, ut prosequas ponant ad deum cōtra ea, quæ uitanda traduntur, seu pro his sine quibus salus æterna non traditur.

Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis.

¶ Non recipit eos Iesus, nec se communicat eis, ne uideretur iam mutare quod dixerat: In uitam gentium ne abieritis, ut pararet scandalū Iudæis, quos primò quærebat ad fidem. Sed uidet de presenti, quod de proximo futurus erat. Venit hora, scilicet passionis & mortis: & clarificabit filius hominis, quia uerus homo est in toleratione passionis: & clarificabit, quia & dei filius est in potestate resurrectionis & ascensionis in cælesti. Neq; innotescet ex pleno, ipsum esse quod est, & ut dux fiat, ad sequelam omnium saluatorum & caput ecclesiæ colligendæ de Iudæis & de populis gētium, & lapis reprobatus in uniuersa edificatione parietis, quomodo, quo iure in capite duorum parietum sit futurus, nisi præcedat ignominia passionis & modus & effectus eius. Proinde dicit:

Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

¶ De seipso Iesus dans responsum petentibus, quo tempore gentiliū esset futura conuersio, per similitudinem grani sati, mortificati, ferentis ad postremum fructum, loquebatur: qua inspecta, importuna est expositio, sicq; factum fide tenet ecclesia. Sed ne gratis usquequaq; fieri uideatur cognitio & uisio Christi, ad id quod Christus egit, alios inuitat participes fieri passionis, si participium glorificationis inquirunt. Hinc dicit:

Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.

¶ Sicut statutum est homini semel mori, sic à Christo decretum est, ut uita temporalis delictosa, pro gloriosa postponat. Quod & Christus pro nobis fecit, cui si ministrare decreuimus, iuxta edictum suū ministremus. Sic em̄ exigit:

Si quis mihi ministrat, me sequatur.

¶ Vt nō aliter eius minister uelit istā transigere uitam, quam ipse transigat. Adicitur autem ad ministerium præmium, ne labore frustrari uideatur.

¶ Et ubi ego sū, illic & minister meus erit. ¶ Quid dignius erit in munere, coronam quæ cælestis, quæ sublimior palma dari potest ministris regalibus, quam ut rex, ita ipsi dignitate respiciantur. Et si dispari comparatione p-

sonarum, non tamen situatione locorum. Ne autem hæsitaretur de huiuscemodi retributione in homine Christo pollicente, summoueatur id, quod pater retributurus per impositionem honoris inducitur.

Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis.

¶ Ministrans filio, ministrat & patri, uni sine altero ministrari non potest. Igitur non sit contemptui filius, degens in terris, in pollicitationibus suis: etenim patrem habet in cælis, qui ministris filij honorem in superis est paratus impendere. Ministerium quidem Christo exhibendum, est, prout est possibile, totum fieri ad sequelam: cuius pars perfectior, est per dilectionem & crucem: quam illam esse negari nō potest, quam uita Christi atq; doctrina in terris ostensa construxit, ut per eam, uelut per altam climationē, terrenis atq; mortalibus esset ascensus in cælum. Hæc quidem responsio est porrecta de morte, de sequela Christi uolentibus ipsam uidere, ut nō delictosa sit uisio, sed per crucē & sequelam exhibitam & animam mundo mortuam. Proinde traiciatur in mores.

¶ De passione turbationis quam Christus assumpsit, & clarificatione sibi à patre promissa, secundum Iohannem solum.

Caput XLVIII.

In admiratione suspenditur animus, sicut in gentilibus est responsum, & post prænunciatam mortem, post consilium moriendi, post inuitationem ad sequelam, post remissionem præmij Christus se turbatum in anima protestatur, dicens:

Nunc anima mea turbata est.

Ioh. 12.

¶ Vnde turbatur anima deitati unita, crimine carens, quod est causa tristitiæ, quæ impecabilis etiam erat: Quis turbauit eam ex omni parte quietam? Vnde sibi passio turbationis accessit: Quem sequimur? Turbatum. Quis retribuet ministris? Turbatus. Est ne filius dei iste, cuius anima turbata est? Assumpta est illa passio, non aliunde sibi aduenire potuisset. Vt quod assumpta, si de ipso scriptum est, paratus sum & nō sum turbatus, ut custodiā mandata tuæ. Igitur quam obrem assumpta turbatio, si moriendū mādatum habet à patre? Timet sibi? Cauerit ne sibi? Quid claritatis aut quietis turbatus eructuat? Querunt te uidere gentiles, omnes in admiratione tui sunt. Velut triumphator ex hoste ingressus es Hierosolymā, tota ciuitas in aduentu tuo cōmota est, extollunt te laudibus pueri Hebræorum, doces in tēplo, dominatiue impertinentia ciecisti: & nunc corā omni plebe proclamās, nūc ais, anima mea turbata est? Quid erat in carne, uidebatur carnis oculis: prodit quid intus erat, animam ueram habens

Psal. 113.

subijcibilem passioni & doloribus assumptis, nō illatis: & hoc agebat, ne homo sine deo, nec deus sine homine crederetur. Et honorat in omnibus patrem, quem solum ut homo in auxilium suum uocat, inquit:

Et quid dicat Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum.

¶ Coram gentilibus ipsum uidere poscentibus & omni plebe Iudæorum, se deum & hominem fallis, se dei filium nunc fatetur, cum eius filiali uoce in tribulatione positus inuocat auxilium, quantum ad formam hominis & nō dei, huiusmodi postulatio sit ferēda, formā astruens quid in tribulatione positus sit agendus: id innuens, quod recurratur ad patrem misericordiarum & luminum, ut siue ad horam in tribulatione relinquat, siue positū extemplo eripiat, quod omnem nostram utriusque partis actionem terminet in salutem. Instet mens, & rime tur pium aptumque loquendi modum. In tribulatione positus Christus, non ab alio, sed a seipso petit in agendis consilium: nō se diuertit in socios humanos, per prudentiam non scrutat, a seipso exegit oportunitatem, dicens: Postquam anima mea turbata est, aut passionis horrore, aut mortis timore perculsa, hora uenit seu congressus. Gentiles iam incipiunt ad fidem admitti, Iudæi persequuntur: decernendum desuper in isto congressu, non per angelum seu per hominem est, sed per patrem meum & omnium uerum deum. Est quidem tale dei refugium, ut cunctorum irrequisito consilio, ad illud a diuersis agitatus possit recurrere. non mora temporis, non loci conditio, non consultatio amicorum auferre aut conferre quid potest, nec ulli auxiliari magis sunt præsto, quam cum dei existentijs p̄biq; adiutorium quaeritur. Hinc Iesus in seipso deliberans, id auxiliū petit, quod neque impediri, quod ubiq; expeditum est: si dignum iudicat, ilico adesse potest. Et quid dicat? Nil aliud quidem, quam ecce oro patrem, ut me saluum faciat ex hac hora, in qua cū hoste inuisibili & cum uisibilibus me oportet facere congressum. Et propterea ueni nō a me missus, sed a te missus, in hac certaminis horam, spem indubitatam nactus, ut super me filium tuū clarificetur nomen paternum tuum. Clarebit quidem patris nomen, si saluauerit a tribulatione filium. Clarificabitur nomen tuum, scilicet uirtus tua, si extendes illam super me, corpusque si delisti, quod tu coaptasti mihi. Nec mora iusti petiti, dilata interpretatio est, sed continuo est pollicitatio subsecuta.

Veni ergo uox de caelo, dicens: Et clarificauit, & iterum clarificabo.

¶ Perpicuum est, patrem uoce paternā de caelo delapsam in baptismo, & in monte transfiguratum,

& per inaudita miracula clarificasse filium. Nunc rogatus iterum spondet, quoniam eam suscitabit a mortuis, assumens in caelum, statuens a dextris. Nec nō quod futurū erat in orbe terrarum, per apostolos & discipulos in numeros atque fideles in prædicatione & morte, & sanguine, pollicitatio ista complectitur. Sed disciebat, quid esset ista dearticulata uox, dumtaxat audita, sed non conspectus emissor.

Nam turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat tonitruū factum esse. Alij dicebant: Angelus ei locutus est.

¶ Pro uniuersiusque capacitatem interpretatio ferebatur. Sed qui rei ueritatem nouit, edixit:

Respondit Iesus & dixit: Non propter me uenit hæc uox, sed propter uos.

¶ Crebrō dictum est atque dicendum, Iesum nō indigere aliquid de nouo a patre accipere, qui ab æterno cūcta quæ habet, acceperat, sed propter ostensionem ad incredulos, ut crederent, oportebat multa in sensu agi & dici, quibus indicijs declararetur Iesus esse filius dei: qui conspectus, homo tantum apparebat ex carne: congnitus uerō ex stimate carnalis traducis, plus quam homo in æstimatione non erat. Et ut gentiles ipsum uidere quaerentes, & Iudæi persequentes, eū ultra homines, imō dei filium credant, uox patris ad eum de caelo dimittitur, cuius ipse poscebat auxiliū. Et ut credatur de caelo cælestis, qui in assumpta carne degit in terris, & augeatur desiderium gentium, & confundatur perfidia persequentium Iudæorum, uox est emissā de caelo.

¶ De iudicio mundi per crucem, & disceptatione crucis exorta, secundum Iohannem solum.

Caput XLIX.

Multa iudicia ultimū mundi iudicium præcellere, iusta & iniusta, diuina & humana: sed insignius iudicium crucis, quo mundi princeps, improbus p̄do, male fidei possessor, importunus subiectis tyrannus, dirus subiectorum oppressor, priuandus erat possessione, a mundo eiciendus. De quo saluator ait:

Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras.

¶ Quærebant gentiles uidere Iesum, Iudæi uerō interficere: utriusque a diabolo possidebatur: illi per idololatriam, isti per præuicationē legis. Hæc quidem possessio iusta quodammodo erat, cum per liberam uoluntatem esset idololatria, & legis contemptus in Iudæis etiā spontaneus esset. Præcellerat quidem in fauorem principis mundi, ad iustam possessionem, culpa originalis occasio, quæ penitus tardē sentientibus uideretur iniusta, quod quis sine propria culpa in seipso, non uoluntariē patrarum et

minimū multationem accipiat. Sed ostenditur magnitudine poenæ criminum magnitudo. Et enim solum ex illa primaria originalique culpa omnis homo moritur, ut nec qui nunquā deliquit uoluntariē, sit exemptus. Futurum erat, per huiusmodi causā iudicium, si iam amplius malefidus, & deceptor esset in possessione quæra mansurus, qui agebat pro seipso causam suam, nemine obstante. Nec erat captiuo spes a seipso, aut a consorte aliquo cum similis non esset, nec ab excellentiori natura in corporei creati spiritus de redemptione auxilium, spe frustrata, uirtute depressa, bello deceptionis captus, a capto tenebatur inclusus, sicque constrictus, ut metus omnino spem superaret. Sed aduenit qui poterat, subuenit qui præualebat, intercessit, res redemptionis adduxit, qui nō redimendi obsequio sperato, sed sola charitate uolebat, & suam fecit alienam causam. Quærebatur non per uolentiam, sed per iustam sententiam a possessione detenta excludere possessorem: idcirco sub iusto tribunali uolebat stare, pro se aut contra se subire iudicium. Sategit factis, dictis, assumpta causā captiuū, puenire in horā qua iudicium ferretur, ut iudex, modus, locus, testes inuicem conuenirent. Aderat tempus, iudex præsto, semper locus & modus erat, & parati testes cælici & terreni. Per hoc sic loquitur Christus: [Nunc] autem [iudicium est mundi, nunc] princeps huius mundi eicietur foras. Ad tempus testificatur Apostolus: At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorū dei reciperemus. Iudex æquus, deus desuper spectans, de quo scriptum est: Dominus iudex est, & nō est apud illum gloria personæ. Et, iustus es domine, & rectum iudicium tuū. ut nec principem mundi uelut iniuste iudicare a mundo eiciendum, neque susceptorem causæ humani generis, superiorem facere supra dignum. Locus Ierusalem, erat congruens ex interpretatione mysterij: quoniam agebat post deictū hostem, de pace hominis & dei. Et lex dei erat ibi, si non custodita moribus, tamē in scripturis, contra quam iudicatus, sibi accessit summa ratio super eiciendum principem, quæ ab initio habuit hostem, ibique erant quos mundi princeps suis placitis apritauerat. Non sic aptus paradisi, inobedienciæ locus: etenim p̄terquam a duobus non incolitur: non Roma, ubi erat culmen imperij. Fortē quidem nō sic sibi iusta causā fuisset, si ab extraneis per generationem & legem & ritum, mortis sententiā accepisset. Et quanquam a gentili Romano sententiā mortis accepisset, sua sententiā hominū, ex quibus secundum carnem originem traxerat, non est aduersus hostem sua defalcata iustitia: alias autem nihil fuit liberare eum. Et fortassis

quod uisus tot signis, a gentilibus nō fuisse morte damnatus, quem post mortem prædicantibus apostolis, ut deum & dominū acceperunt. Modus erat per crucem. Testes uerō, angeli cælestes & infernales, nec non linguarum omnium, aderant in tam famosa ciuitate. Sed omnibus prætermis, tempus tangit & modum, qui sic ab ipso depromptus est:

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

¶ Crucem intendebat & supplicium eius in exaltatione ista Iesus, modum uidelicet quo mundi princeps ex eo pelleretur. nā ligno deuit, ligno deictus est: & dum decessisset in hominem innocentem, quem ab omni macula liberum reperit, a iusta possessione atque dominio iustissime per desiderium plenonoxiū deiectus. Huius quidem congressus atque conflictus modum, in posterū Paulus aperuit: Conuiuificauit nos cū illo, donās nobis oia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat cōtrarium nobis: & illud tulit de medio, affigēs illud cruci, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

¶ Nouus quidem triumphus de principe, de quo occumbens triumphauit: affixa cruci manu, spolia diu detenta detraxit: moriens, occidit mortem: mortuus, mortuos reuocauit ad uitam: ligatus in cruce ferro, compedes ferros confregit: captiuus, longē captiuos eduxit de carcere. Post triumphandi modum edixit, quid futurum, scilicet omnia trahere ad seipsum. Quis huiusmodi tractus, nisi ad fidem & admirationem, ad spem in ipso & per ipsum & cū ipso in æternum glorificationis humanæ, & dilectionem eius cognoscendam in nobis, & ad repēdendam sibi ex nobis, ad sequelam illius, tollendamque crucem abdicationis uoluntariæ ab omni uisibili mundo, & profectus agendæ uitæ: Traxit ad seipsum omnia exaltatus Christus in cruce, secretō & inuisibili uirtute, put magis ferum quodam insensibili motu ad se mouere facit, frigidus & durus ex peccato & in peccato, qui nondum tracti erant, trahendi tamen ad dulcedinem effusi sanguinis in precio humanæ redemptionis, sicut aues cadauera, & riuius longē diffusus, traxit ad fontem. Omnes sua uirtute traxit, non tamen omnes acceperunt: sed de omnibus nationibus uolentes credere, saluos fecit. Et ad contemplationem huius spectaculi, cælestia, infernalīa, terrestria tracta sunt. Huiusmodi esse iudicandi & pelendi principem mundi, euangelista exponit:

Hoc autem dicebat, significās quā morte esset moriturus.

¶ Quia exaltatus in cruce, in aere animā traxit, seu emisit spiritū ex corpore, uelut intē-

caelestia & terrestria mediator. Aer quidem de intermedijs est. Non fuit ignara turba dicti, sed cognouit illam exaltationem esse per crucem: nam forte quia iam inuicenter innotuerat, quod captus consilio Iudaeorum, sic tradendus esset in mortem.

Nam respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum. Et quod tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis?

Mirabantur turbae, suspensa mente cogitantes uerba saluatoris, quem saepe audierant se asserentem esse Messiam promissum in lege, quem etiam ex lege sciebant aeternum mansurum, nunc in cruce moriturum fatentem. in argumentis sibi sunt, restituerunt uerba eius, quid sit dictum quaerunt, ac si ad eum talis esset ordo uerborum: Ex lege accepimus, promissum nobis Messiam, in aeternum manere. tu te ipsum facis, & contra legem si es, te pronuncias in cruce moriturum: Oportet exaltari filium hominis. Et tu es filius hominis. Quis est ergo iste filius hominis exaltandus, si tu es Messias non moriturus? Aut in interrogatiue ad uerum, aut despectiue ad opprobrium uerba ista turba proferebat. Redarguit Iesus modiciter intellectus ipsorum.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lucem in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae uos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quod uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.

Habebant aliquid luminis, quia Messiam sciebant manere in aeternum, & esse in lege promissum, sed inde per modicum quo ipsum esse non credebant, & aestimabant per mortem corporis temporalem adimi, quod non posset in aeternum manere. Proinde se lucem asserit & in ueritate ad credulitatem, ut has mentis tenebras ignorantiamque depellat.

Haec locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.

Abfcondit se ab oculis corporis, ab ipsorum iam mente celatus. Saepem actu exteriori declaratum est, quod bonum aut malum interius lateat.

De disceptatione super potestate Iesu, in qua tanta faciebat, secundum Matthaeum, Marcum & Lucam.

Caput L.

Imperiosa Christi auctoritas, cum ab impertinentibus templum mundasset & prohibuisset, ne uas alterius usus quam templi, per templum deferret, aperire doceret, fecissetque miracula, Iudaeorum animos in admiratione suspendit, & odio inuidiamque percussit, & confecit timore, ne auctoritate sua in ampliora ipsorum damna precederet. Huius rei cura maxime illos angebat,

qui gerebant in populo principatum, ne uiam plius paterentur hominem progredi, libertatem eius explorare nituntur, non ab alijs quam ab ipso, nec credituri accepto responso, sed paraturo calumniam. Sicque actum est:

Et cum ambularet in templo, conueniunt principes sacerdotum & scribae & senioribus, & accesserunt ad eum, & dicunt ei: In qua potestate haec facis? & quis dedit tibi hanc potestatem, ut ita facias?

Fit conuentus malignantium aduersus Iesum, sed protectum: sicut de ipso scriptum est: Protexisti me a conuentu malignantium, a multitudinem operantium iniquitatem. Et interrogant eum unde sibi auctoritas talia faciendi, quod dedit, ac a quo accepit, aemulose atque importunum se sciscitatur. Nam saepe ab ipso relatione dictum, auditumque per ceperat omnia suscepisse a patre, in cuius potestate sibi ab eo data loquebatur sermones, & cuncta digna & oportuna operabatur. Etenim praeter oportunitatem ab opere atque sermone quiescebat. Proinde omnino erat ipsorum interrogatio importuna pro re ueritate scienda: prius quidem quam interrogarent, per eum apologizatum erat. Erat tamen oportuna calumnia, quam praecogitauerunt, ut si se praeter potestatem ordinariam seu delegatam huc egisse fateretur, primo ridiculo, deinde supplicio dignus esset. Si autem ab aliquo non habente largiendi potestatem, illam accepisset, iure fuisset in utroque decernendum. Si uero a deo, etiam non uidebatur iuste ipsorum manus effugere, cum ilico negauissent talem dari huiusmodi homini potestatem, cuius per oiam originis quam nutritur cognitionem habere fatebantur.

Iesus autem respondens, ait illis: Interrogabo uos & ego unum uerbum, & respondete mihi. Et si dixeritis mihi, dicam uobis in qua potestate haec facio. Baptistus Iohannis de caelo erat, an ex hominibus? Respondete mihi.

Suspendit responsum Iesus dare inquisitiuonibus importunis, & potius aemulosis: & quod reprobos esse in interrogationibus inuoluerit, his inuoluit, ut primo ipsi respondeant ad utiliora quaesita, illorum, non suae, utilitati consulens, ratus eos, si non tergiterantur, Iohannis testimonio ad fidem adducere, qui de ipso praedixerat ueritatem, a sacerdotibus & Leuitis requisitus ad fluenta Iordanis, qui tam opinatifsimus apud populum fuerat uita, doctrina, ueraciter in lege esse promissus Messias. Veruntamen illi cognoscentes Christi ueritatem, in quam summa rei tendebat, uelut astuti, per uoces, imprudenter prudentes, & inutiliter sapientes, silentio praetereunt unde concludi uultu poterunt.

At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus de caelo, dicit: Quare ergo non credidistis illi? Si dixerimus, ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis in qua potestate haec facio.

Et sic uolentes deludere, sunt delusi. Per uera quidem uoluntas, cum a ueritate conuincitur, aut in caueam negationis, aut arcem rebellionis ascendit. Noluertur hi ueritatem falsi, a Christo concludi, ut uenirent in fidem: potius ignorantiam sunt professi, non ex humilitate, sed ex odio: potius passi erubescerentiam coram populo, quam laudem respondendo ueritatem. Multi quidem sic obstinati proposito malo existunt, ut potius uelint ab extra dedecus pati, quam ab aemula eis ueritate conuinci. Et cum isti non negant Iohannis uirtutem, non deum ueretur, sed plebem. Abstinent multi a malo, non dei amore seu metu, sed timore plebeio. Ac per hoc quicunque uenerunt in hanc miseriam seu animi paruitatem, ut aspectum hominum atque iudicium, & quod ab eis aduersum posset infligi, magis quam deum ueretur, immunes a crimine non sunt. Et quot pauca molesti magis, quam honesti partem, atroci se iudicio subscriperunt. Necnon ubicunque tristitia praeualet honestati, illiusque dolor alterius delectationi praepositur, intentio & actio aut in delicto, aut in crimine sunt.

De disceptatione super tributo reddendo Caesari, an non, secundum Matthaeum, Marcum & Lucam. Caput LI.

Vos diabolus inficit, sibi comparat, ut etiam uellet deprauare, si posset, sicut ipse suo demerito deprauatus est: ad omnia mala patranda solers, impudens, in illis nil ueretur aggredi: dum uideret opprimi, tunc resurgit non quiescit, nisi supplantet. Id idem agunt, quos sibi similes fecit. Nam pharisaei & scribae a saluatore saepe conuicti, nec Christum poterant adhuc capere delicto facti aut errore uerbis & repulsam passi ex simplici parabolicaly doctrina, cum amplius conuincuntur, plus saeuunt: & cum deficiunt, rediuuas faciunt quaestiones. Nam cum in templo cum Christo disceptantes, in parabolis retusi essent, tunc ab uentibus pharisaei consilium inierunt, & obseruantes miserunt insidiatores. quosdam ex pharisaeis discipulos suos cum Herodianis, qui se iustos simularunt, ut caperent eum in sermone, & traderent principatum ac potestati praesidis.

Ad peragendum mala per uigiles, una uia praeclosa, ne perficiant malum quod animo con-

ceperunt, alia inquirunt: nunquamque resiliunt, donec conceptus in partum deueniat: quoniam qui concipit dolorem, parit iniquitatem. Hinc pharisaei non ualentes Iesum a mundo praescrere, ad eum illos qui non sunt de populo dei, ut in simul ponant insidias animae innocenti, excitant ad malum inaduertentes, & in illam astutiam qua carebant, immittunt, Caesarem honorem ante protelando ponentes, quod si decreuisset pro Caesare, ad iniuriam legis ascriberent & omnis populi Iudaeorum: & eis non uerecundia, sed nec imputanda iniquitas, etiam si aditorio conductorum sociorum ilico caperetur. Si uero contra Caesarem protulisset consilium, ab Herodianis (quorum maxime tunc erat, in illa regione iura Caesaris curare atque defendere) extemplo captus, praesentaretur iudicandus praesidis potestati. Itaque peragunt quod nequiter assumptum erat.

Et interrogauerunt illum, dicentes: Magister, scimus quia uerax es, & recte dicis, & uiam dei in ueritate doces: non enim accipis personam hominum, & non est tibi cura de aliquo: neque enim uides in faciem hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uideatur? Licet census dare Caesari, an non?

Rati sunt illum decipere aut inflectere falsa laude atque suauitate uerborum: & intentione nequam, uerbo compassito, hypocriticali gestu, quod est uerissimum, protulerunt. Sed prope modum aut aliquando aequum uirtutum, uerum ut falsum dicere intentione fallendi: quoniam ubi ueritas in ore, falsitas & dolus in corde: nisi si falsitas in ore, similitudo & fraus in corde: non tamen ore decipit, si cognitum falsum fecit. Et de primo dicitur: Simulator ore decipit amicum suum, cum profert uerum, ut iniiciat laqueum.

Verissima, quae de Christo praeter intentionem adulando fantur, haec sunt, quod sit magister. Erat enim solus, ut a sibi scriptum est: Unus enim est magister uester Christus. Et alibi: Vos uocatis me, magister & dominus: & bene dicitis, sum etiam.

Et quod uerax erat. Reuera nullus uerior. Omnes autem quotquot sunt, si qua ueritate pollent, ab ipso acceperunt. Et ipse dicit: Ego sum ueritas.

Et rectus quidem. Psalmista: Dulcis & rectus domini, propter hoc legem dabit delinquentibus in uia. Et alibi: Quoniam rectus est dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. Uiamque dei liquide atque infucate docet, ut ipse infucatus est. sed nolunt illam ingredi, qui blandi in deceptionem nituntur, & loquendo laqueum parant. Commendant quae horrent, laudant quae fugiunt, proferunt quod non credunt.

Et uiam dei in ueritate doces. Quae autem est uia dei, quam isti laudibus efferunt, sed non ambulant in illa: Via dei est quae ducit ad deum,

PPP

quantiu uis omnibus alijs dominetur. sed nec intelledum alium uerbum habet, cum & ipsi Iudæi hoc potissimum nossent, dei legem non alia causa datam, nisi ut sitatur cum eo, aut si absceditur, reuertatur ad eum. Doctrina quidem Christi tota in hoc erat, in hanc edere uia qua ueniretur ad deum: & mundi abdicatione, huius uis fecit exordium: medium, odium fuit: finem uero, conuentum concentumq; uirtutis. Opere quide ac uerbo illam fabricabat Iesus, quam peragere, pax. Inquit Baruch: Nam si in uia dei ambulasses, habitasses utiq; in pace super terram. Et cum uniuersæ uia domini misericordia & ueritas, semper Christus his docedis se fecit, ut misericordes homines essent, & in ueritate consisteret omnis intentio, uita, mos & actio. Fuerat quidem ante prædictum: Ego dominus deus tuus, docens te utilia. Nil quidem nisi utile utiliter docuit. Sed in his restringendus est sermo. experientia mente plus lucet, & claritas in propatulo est. Et ut perscrutiam, omnis doctrina Christi nõ erat aliud, nisi rectissima uia dei.

Bar. 3. Psal. 24.

Isai. 43.

Laudatur etiam de uero, sed à laudatore falso, q; acceptor personarum non sit, & uerè sic erit. Attestatur sibi scriptura, non actionem eius, ut ex ipsa sit uerior, sed ad assertionem ueritatis, & ad solidandum credentium fidem, & ad suadendum hominibus ex uirtute sollicitas actiões, ne quis credat ipsum esse acceptorem personarum, sed duntaxat uoluntatum. Inquit enim Apostolus: Non est enim acceptio personarum apud deum. Similiter nec munera, quia nõ est sibi cura de aliquo. Aspicebat eum ex omnibus esse mundi contemptorem, nec ququam agere seu dicere quæstus causa, neq; illi esse poterat deprehendere capellonem. Nec uultum alicuius hominis uerebatur, ut metu non proferret ad inquisita sententiam. Et cum ista uera essent in capite Christo, necessitate agitur ut in membra descendant. unguetum quide Aaron descendit in barbam eius. Huiuscemodi enim uita moralis, competit omni recte agere cupienti. Cognouit tamen Iesus q; simulata erat ista laudatio, nequã, fucata colore, ad deceptionem tota cõposita. Proinde ante arguit uirtum quam præster responsum: prius, ostendit se cognoscere eorum astutiam, q; ut proferat sententiam de quæsto.

Col. 3.

Qui sciens uersutiam illorum, cognita autem nequitia eorum, & considerans dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis hypocritæ?

¶ Nihil eum poterat latere metum, sed interiora hominum bona seu mala eadem notitia cognoscebat, nec obuelatū quippiam erat. Qui cum eorum astutiam cognouisset, & intellexisset hypocritale malum, & nequitiam do-

lumiq; ipsorum, ad erubescenciam cogit, prodens q; non pro ueritate scienda, sed pro inferenda, calumnia illum interrogando tentabat. Nec solum hypocritis uirtutem in gestu corporis sistit, sed in strophæ sermone. Latent quidem multa deceptorum mala sub laude ficta uerborum. Hincq; in libro Prouerborum dicitur: Labijs suis intelligit inimicum, cū in corde tractauerit dolos. Quando submisit uocem suam, ne credas ei, quoniam septe nequitie sunt in corde illius. Et rursum: Qui benedixerit proximo uoce grandi de nocte confurgens, maledicenti similis est. Isti simulatores uerborum nequitia habebant & dolum.

Nequitia quid est, cum quis ex inserta iniquitate metis plus appetit mali agere, q; possit efficere. Dolus uero, in corde exagitata proprius fraus ipsa nocendi. Dolus in ore, fucatum uerbum ad decipiendū emissum. Tentatio est ex homine, experiri in aliquo uelle, quantum quidve possit aut sapiat aut uelit, non animo assentiendi seu agendi, etiam si fuerit agendum siue sciendum, aut diligendum, sed intentione insiliendi siue cauendi aut aliquid potiundi. Et comperta fraude loquendi, se ad iudicium parat: ad ueritate uero, dicta ipsorum intentione nequam. Querit autem subiectam causam, si per quam iudicium proferat. In uanū est enim omne iudicium sine suppositione causarum.

Ostendite mihi numisma census. ¶ Querierant illi à Christo habere iudicium inter sic & non: neutra pars propositorum ad contradictorem habebat, ut unus affirmatiuã, alter negatiuã prosequeretur. Non erat disceptatio inter homines sibijnuicem disceptantes, sed tantum ab illis inter licitum & nõ licitum iudicium quærebatur. Sed quoniam hæc circa censum erant, quærit Iesus censum inspicere, ne ferat incaute iudicium, ne unū pro alio dicat: sed duntaxat ad propositam sine altercationibus quæstionem, super quam melius aut iustius non debebat decerni, q; ex eo quod in se gerebat sculptura censualis.

At illi obrulerunt denarium. ¶ Numisma ab insignito & inscripto metallo, à tpe Numæ Pompilij secundi regis Romanorum, qui ad usum populi metalla diuersi generis ad expendendū & permutationē res faciendã fieri iussit. Denarius, à calculato ualore.

Et ait illis Iesus: Quæ est, aut cuius imago hæc & superscriptio?

¶ Prænouerat quod interrogat, sed ob id querit, ut ex eorum responsa ipsos sententiam preterendo confundat, & erubescenciam patiantur inuiti, qui sponte machinati sunt malum, & in illam foueam incidant quam alteri parauerunt. Saape quidē cuenit, ut quis sustineat quod abij conatur inferre.

Qui dicunt ei, Cæsaris.

¶ Fatetur uerum, ob quod iudicantur. Erat enim nummus censualis ex metallo, auro siue argento, seu ex alio, imagine Tiberij Cæsaris insignitus, sphericæ formæ, circa imaginem & gyro superscriptione apposita, nomen proprium Cæsaris continente, ualoris decem minorum. Censui huiuscemodi, inuariabili decreto tenatus iustus erat per Cæsarem sibi dari, ad ditandum ærarium urbis, pro conseruatione reipublicæ, pro magnificentia Cæsari, pro custodienda patria, pro tenenda militari disciplina, per quam ab exordio conditionis res Romana stetit, pro cultu deorum phanisque cõdendis, pro stabilitate atq; in cõcussu statu iustitiæ, sine qua omnia præcipitio sunt, cum qua omnia optime gubernant, cæterisque rebus quibus statum urbis & orbis esset quiescentior. Sed urbis orbis placæ sublimiori inspecto numismate, responso ab ipsis tentatoribus audito cuius esset, sententiam in æquitate pronunciat, iudicium per mulgat de duobus licitis, cum nisi de uno interrogatus esset. Non licitum silet, ad affirmatiuam partem se contulit, negatiuū in ista causa non erat.

Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo.

¶ Amplius q; ad interrogata, Christi responso se extendit. Nihil in quæstione de deo propositum erat, & dei uocem post exactiõem Cæsaris sanxit, eo intuitu, q; Iudæi falsum rati, si Cæsari tributa persoluerent, deo non possent suas exactiões persoluerent in decimis diffinitis in lege. Proinde ad utraq; decernit partem. Primò, ad illam Cæsaris, pro qua dolo interrogatus erat. Secundò ad illam dei, cuius ipse in homine assumpto curabat honorem, non suo commodo, sed utilitate reddentium. Ac per hoc perspicuum est, omnem principatum à domino deo esse, apud quem sunt omnia iura regnorum: & suum placitum post corruptã naturam, q; mundi cursus in hominibus per dominari, & subijci dirigatur. Igitur si cupitur tanta esse nõ possit, si tutelam in uxore, si in natis, si in domicilijs, si in laribus, si in fundis, si in quibuscunq; amatè possessis, metuq; perdendi quæ optat habere, cum & improbitas hominū gratulatorum per unum non possit arceri, opus habet Cæsaris principisq; iustitiam, arcencem & punientem poenis & supplicijs debitis grassatoribus & insectos his, qui pacificam uolunt trãsigerunt: qui nec uolunt aliena arripere, suaq; gliscunt intacta seruare, iniuriam & læsiones inferre nõ satagunt: satagentes hoc, uellent metu iustitiæ, terrore supplicij, prohibente Cæsare absterri. Quamobrè si tanta necessitas existit Cæsaris potestatem, non inter fastidium sit aut caualatio aduersus eum, si pro te tuistq; seruandis

exigit censum. Ex his dictis Cæsarem intelligimus, sanctiõem siue iustitiam ordinariam alicuius domini terræ seu terrarum, per quã malorum arceatur improbitas, & agitur quæta uita mortalium, ad quam exercẽdam multo censuario ære Cæsaris penitus opus habet. Nemo igitur queretur, si pro conseruatione iustitiæ (qua stante, omnia stant, & iniustitiæ facta cõstita ordine turbato depereunt) censui exigitur. Et patrona sententia saluatoris ex autoritate, præter rationem & usum sola sufficit, ut præstemus exactum censum, ut Cæsar possit tueri ab improbis mortalium corpora, cunctaq; quibus hæc uita caduca peragitur. Equidem requirit solus in multos, sed exacto & in unum cõuento censu, stipe data, instructis hominum corporijs, sibiq; applicatis, in iniquitatem possit irruere, gubernareq; in iustitia cõsuatos. Huiuscemodi uero sententia ex dictis Apostoli peramplus claret. Inquit enim: Non em est potestas, nisi à deo: quæ autè sunt à deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam princeps non est timori boni operis, sed mali. Et post: Non enim sine causa gladium portat, scilicet ad tuitionem pacificorum, & terrore siue supplicium malorum. Et post: Dei enim minister est, iudex in iram eius q; malum agit. Ideoq; necessitate subdit estote. Et post: Ideo enim tributa præstatis, ministri em dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributū, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Rom. 13.

Hæc porrò Apostoli uerba ex hoc sunt, q; dominus dixit, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, ut terrenum regnum congruens & expediens conditioni mortalium, firmum maneat, exerceriq; possit exactiõem censuum. Nec ob hoc quisquam causetur, ideo non posse reddere uota sua, quia censum dedit in fectum Cæsaris, quoniam deus talia exigit, quæ non possent impedire censes. Propterea dictū est: Et reddite q; sunt dei, deo. Unusquisq; apud se habet, qd ex mandato sancto ab ipso faciendum accepit, aut qd ex seruore magis placendi atq; obsequendi proposito uoto, ad mandati obseruaturus apposuit. Reddant Cæsarea Cæsari, pro ducenda in pace ista transitoria uita: & diuina deo, pro illa ad quam multis doloribus suspiramus, plurimisque periculis militamus. Irrefragabilis quidē fuit ista sententia saluatoris.

Proinde & non potuerunt reprehendere uerbum eius corã plebe: & mirati in risis eius, tacuerunt: & relicto eo, abierunt.

¶ Ad uerbum uerum contradictiue responderi non potest, nisi uerbum falsum. Sed arceat quandoq; metus astantium, ne ueritati falsitas opponatur, quibus impudentia mentis multos

exagitet in falsitatibus non pudere. Plerunque uero altitudo sermonum ex interiori scientia creditur, quam cum plebs non intelligit, plus miratur. Hinc & mirati sunt in responsis eius, quia irreconciliabilia & irrefragabilia erant, & plena in contradicibili ueritate. Proinde tacuerunt. Non parue uirtutis est seu humane astutiae, ibi tacere, ubi non gratus aut ad causam exactus est sermo. Sermonum moderatio digna laude, dicitur quis non uerbulat contra deum. Et honore taciturnitatis uenerari excellentiam ueritatis in bonis, uerae humilitatis est specimen in malis uero, astutia criminosa. Hi quidem relinquent eum, quem uera loquentem conuincere nequeunt, nec suis repugnare sermonibus. Hoc quidem apud omnes aut est exquisitae terguerfationis, relinquere in concubibilem uera loquentem: aut humilitatis discretiae, cedere ueritati, & ei qui non potest in uerborum iudicio aut in causa superari. Veruntamen quandoque inuidia, ira, nequitia, malitia, ut superet factio, interdum uerbo cedunt: & saepe tacent, qui superare desperant: & si loquuntur, uerentur ne in amplioem erubescantiam includatur. Exaetio quidem Caesaris censuralis numismatis imagine insigniti, super scriptioe Caesaris nominis exarati, aliquid pauedumque compositione demonstrat, ut si iura sua exigit potestas Caesarea quae dependet, multo magis exigit auctoritas absoluta. Et si aequus iudex Christus, qui omne iudicium habet, desanxit oia iustus exactoribus reddi: aduertendum solenter, ne nil reddentes inueniamur, aut defalcatores, cum celores summi aduenerint imperatoris uisibilis & inuisibilis orbis, miseri atque beati: nam ad imaginem dei factus est homo, ita ut ipse sit quaedam imago dei, non ex corruptibili & uisibili parte, sed ex illa quae corruptionem non habet, & a carnali oculo semper inuisa manet. Oportebit intergi uersabiliter omnem animam in iudicio exhiberi discutiendam, si immaculata seruata est, si aliam impressionem accepit, si ubi, quando, quacausa, quo scalpro, a quo aliam male artis impressionem accepit, & si abolita est illa scriptura naturalis & originalis iustitiae, quae non atrimento aut aliquo stylo, sed diuina uirtute scripta fuit in cordibus humanis distinctis ab omnibus alijs cordibus per differentiam insitae rationis. Quod si deformata reperitur imago impressione contraria, si super scriptio iustitiae originalis, legalis atque potioris, & uere ad salutem iustificantis euangelicae uirtutis, uerendum primum, ne deformatum & insuper scriptum transueat in possessionem secundi auctoris, primo conditore priuato, non suo damno, sed eius quae secundas alterationes accepit.

Disceptatio exorta de resurrectione mortuorum scripta per muliere septem uira, secundum Marcum & Lucam. Caput LIII.

Iuxta id quod homines plerique in animo sentiunt, sententias & eorum consilia quaerunt, non ut uelint credere ueris, sed ut proprios sententias aliorum possint ualidare conceptus, siue boni, siue mali existant. Quod si boni, spectantem est uirtutis, super re bona quaerere siue dare consilium, ut animus solidetur in meliori, & haereticas fundetur in bono. Si uero mali, nescio, quid amplioris peruersitatis esse possit in mentibus hominum huiuscemodi, quae firmitate & auctoritate ex aliorum sententia siue consilio acquirere, seu pro uitio inquirere. Si uero ignorantia esset in causa, sanitas prope fit, si ut deplatur, ideo quaerit. Hinc sane in euangelio legimus, Christo propositam fuisse quaestionem de resurrectione ab his qui non credebant: sed non ut crederent, imo ut eorum potius errorem confirmarent. Hinc scriptum est:

In illa die accesserunt ad eum Saducaei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit & scripsit nobis, si frater aliquis mortuus fuerit, habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus uxore ducta, defunctus est, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum, acceperunt eam, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissima autem oim mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? Si quidem septem habuerunt eam uxorem.

Negant resurrectionem mortuorum, mortui in peccatis. Et ut sint liberiores ad crimen, negligentiores ad bonum, poenas aeternas futurus in corpore, & praemia meritorum non credunt, fide resurrectionis abolita. Et uelut ad se mendaces, damno proprio increduli, nituntur a Christo eorum perfidia habere decretum, & ueritatem Mosaiici praecipi dicentes, nescio quae fabulam inuenerunt de septem uira muliere: quam Iesus ueram uel falsam praeterit, quaestioni tamen quam ex illa collegerant, in ueritate antidotum uerbum reddidit.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neque ueritatem dei.

Inhaerentem errat, sacras scripturas ignorant: directrices enim sunt in luminosissimam ueritatem, quae perducit ad deum. Itaque ignorant scripturas, etiam dei ueritas ignoratur: quae incognita, non peruenit ad deum, qui sua uirtute habet efficere resurrectionem mortuorum, sicut ipse in scripturis sacris multiplici & mystice pollicitus est. Fundabat quidem Saducaei ratio, si septem uira uxor iure legali omni-

bus aequale fuit, in resurrectione quid eius erit? Omnium simul una existens esse non poterit, unius amplius quam alterius esse non debet, cum in hac uita potioris iuris uxoria, uni quam alteri non fuerit obligata. Unde quantum expresso uerbo conclusionem non inferent, animo tam gestabant, ergo non est resurrectio mortuorum. Sed si est, cui ex septem dabit septem uira uxor? Desestabile dictum cogitatu atque auditu, quod in alio seculo matrimonio studeatur.

Proinde dicit Iesus: Filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias. Illi uero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque nubentur, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt. Aequales enim angelis dei sunt in caelo, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis.

Saeculum istud traduce carnis ex legitimo matrimonio copulatis, carne corrupta in hominibus multiplicari ordinauit omnipotens post peccatum primum, quod forte absque corruptione, non praecedente peccato, traductio illa fuisset, ea honestate atque castitate carnis seruata, quae ab experientibus corruptelam non creditur, cum non fuerit in aliquo, praeterquam in conceptu & partu dei filij facti hominis, seruata. Oportebit enim hoc seculum ab illo disferre, in hoc maxime, quod istud homines in illo glorificandos generaret: istud in uinculo matrimonij, illud absolutum ab omni lege carnalis: istud in corruptione, illud in incorruptibilitate. Non enim esset beatitudo, corruptione confocia. Germinat seculum istud uo sensibili & ordinato naturae modo pro caelesti patria, & futuros per gratiam ciues glorificandos per deum incomprehensibili & ineffabili modo. Aperit tamen, licet tenuiter, saluator Christus illius futuri seculi honestatem, castitatem incemrabilem, integritatem, libertatem, beatitudinem, aeternitatem, altissimam & ineffabilem dignitatem: tamen excludit nuptias, & mortem atque mortalitatem, cum homines seculo illo dignos, comparat beatissimis spiritibus, separationis substantijs per conuersionem ad deum in beatitudine, qui custodita uirtute, resurrectionis filij esse meruerunt. Post differentiam utriusque seculi, resurrectionem ex scripturis quas Saducaei nesciebant, allerit esse futuram, in quibus:

Quod uero resurgunt mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit dominum deum Abraam, deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: Omnes enim uiuunt ei. Vos autem multum erratis.

Inducit famosam ueteris testamenti historiam ad resurrectionis probationem, cum de-

us in rubo apparuit Moysi mittendo in Aegyptum, pro liberatione fratrum suorum, dicens ei: Ego sum deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob. Si deus est, quod negari non potest, in seipso & a seipso aeternae existens, & seipsum aliorum deum esse dicit, perspicuum est quod non mortuorum aut non existentium, sed uiuorum se inuariat esse deum: & cum iam praemortuos in carne, commemorat uiuos in anima, resurrecturos in carne sua uirtute pronuntiat. Et cum multa hic possent dici, satis est uobis fidelibus ista sententia saluatoris, quod uera resurrectio sit ex mortuis, quae cum ratione non probetur, fide credatur. Nemini de illa dicitur certius, uerius, securius quam Christo dei filio datur fides. Qui uero post hanc miseriam, uitam aliam non credendo desperant, nil aliud diabolo suggerere intendunt, nisi ex ista omne delectabile sensibus irretinere capere, in gehenna aeterna demum cum ipsis spiritibus malignis intrudendi. Omnia deo uiuunt, nihilque morietur ei, qui ex nihilo cuncta fecit. Propterea intulit: [Vos multum erratis,] non intelligendo scripturae ueritatem, aut male interpretado quod legis, & in diuina uirtute quae omnia bona potest & uult, non creditis. Et resurrectio mortuorum inter opera dei bona & mira, & expedientia naturae mortali & rationali ad imaginem dei factae, de pereximij est, ad offendendam mortis imperium posse a uita superari, & ne mors serpentina fraude introducta, possit diu tenere deceptos. Sed illa duntaxat mors per resurrectionem superanda erat, quae inflata est in multatione culpae originalis, quae tantum in separatione animae a corpore agitur, non illa quidem quae uoluntariae infligitur culpa: Unde resurrectio mortuorum in corpore, penitus erit in bonis & in malis, in electis & reprobis, a morte inflata ex peccato humanae radice. Non tamen alia resurrectio inuisibilis excluditur, quae quandoque fit per dei gratiam ex mortuis in peccatis, circa quam non uersabatur Saducaeorum quaestio. Et erat in ordine reuoluentium, ut tam nobilis connexio corporis & animae, per debacchatores mortis abinuenient dissoluta, per resurrectionem iterum reintegraretur: ut hominum bona natura creata persisteret, & experimento monstraretur, quod ut ipsam ex toto delect, intantum poena defuisset non potest: non tamen fieret praeterquam in reintegratione corporum, resurrectio ipsa communis: sed alijs esset simul cum anima in aeternum supplicium corporis, & aliquibus ad priuationem gloriae absque poena sensibili, electis uero ad aeternum gloriam foret. Verba ista erant delectata sensum & affectum, qui semper fertur in bonum, & gradatim in optimum, atque men excedebant audientium intellectum, ut etiam in admirationem adduceret.

Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.

Mos est omnis concionis indoctræ, id quod non intelligit, in admirationem trahere. Superba erat doctrina Christi, & insolita hominibus, & obruebatur intellectus superatus in magnitudine illius. Non tamen miratio huiusmodi ad finem quod ducebatur, animos ad monebat, ut proposita crederent, & a doctrina falsa resisterent.

Disceptatio ad finem producta de comparatione mandatorum, secundum Matheum & Marcum. Caput LIII.

CV M esset Iesus in templo, palam faciens doctrinam eloquij sui, paratus reddere fidei rationem omni posceti, & suppressis phariseis in tributo Cæsaris, & Saduceis in veritate resurrectionis, iterum pharisei ad aliam questionem inferendam, ut vincant, se parat: sicq; ipsorum conuentus, inquiritur & conquiritur, quid amplius sibi possit opponi, de quo in inquirendo uincatur, cum usq; in tunc oēs disceptarios confutasset.

Mat. 22. Mar. 12.

Vnde pharisei autem uidentes quod silentium imposuisset Saduceis, conueniunt in unum. Et accessit ad eum unus ex eis legis doctor, qui audierat illos conquerentes: & uidens quoniam bene illis responderit, interrogauit, tentans eum. Magister, quod est primum & magnum mandatum in lege?

Mos puerorum est, cum deficiunt in lucra, reintegrare lucram. Et superbiorum consuetudo atq; iactantiam, ut cum uno arguuntur, ad aliud se transferre, ne uicti uideantur. Et credunt pleriq; copiositate questionum effici clariores; atq; cum uariat aut tergiversantur, esse uictores. Audiunt pharisei iam silentium Saduceis impostum: ipsi uero quare loquuntur, male rati ne ceu illi conuicti sunt, posse conuinci. Facit conuentum iniquitas, sed iniquorum: & ut uincant, in unum conueniunt, ut consilio condicant, qua parte ipsi adoriantur uerbale certamen, ne sicut supra uicti ex responsione tributi reddendi, & ut Saducei per eum silentio addicti, iterum conuincantur. Et partem religiosiorem assumunt, dum tentant: erudiri querunt de præcellentia mandatorum. Vni conferunt interrogandi auctoritatem, ut si uicerit, ex cercatore uno uictoria omnibus sit communis. Si autem succubuerit, solus erubescantiam luat. Qui eum interrogans, tentat ut probet, si q; usq; feratur doctrina eius, quid de dei lege cognoscat, si est aliqua parte possit inuoluere aut deprehendere in nescientia mandatorum. Vocat ex cõtempu magistrum, in cuius gymnasio, ut ab ipso quippiam disceret, nunquam fuit. Fallax uerbu, sed nec impunitum, cum, uox

care doctorem siue magistrum, seu in aliquo superiore sibi, & non exhibuisse aut exhibere uocationis officium, nec uelle fieri ad id, qd exigitur in relatione morali: quoniam multi uocant dominum, cui subdij nolunt: multi magistrum, cuius doctrinam despicunt: doctore, qui contradicunt. Multi uocant patrem, & filiationem ueram non exhibent. Multi amicum quem odiant. Multi extollunt uirtutem uerbis, & eidem moribus aduersantur. Laudant uiu tuos, sed dissentiunt. Ad eximitatem uirtutum uerbis iam transisse uidentur, protologicè de illis loquentes, conferentes & diffinientes, & arguè de scripturis facris edisserunt, & sunt ab illis omnibus alieni, longè facti animo atq; scientia, moribusq; ab his qui seire fingunt, obseruareq; prædant: & dum uidentur apicem attingisse, nondum adorti sunt: prout iste rator, qui minorum mandatorum preuaricator extitens, nosse de primoribus præsumebat. Nemo climationem altam ex multis gradibus cõstructionis cõspiciens, ratione utens, supremum psumat cõscendere gradum, nisi ad primum in imo positum, pedem admouerit. Attamen Iesus non sibi curæ faciens ratorationem, quia forsitan tota ex malo non erat, omnino inquisitioni certum responsum dedit.

Ait illis Iesus: Quia primu omni mandatu est: Audi Israel, dñs deus tuus, deus unus est. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est maximu & primu mandatu. Secundum aut simile est huic: Diliges proximu tuu sicut teipsum. Maius horum aliud mandatum non est.

Duo mandata, scilicet unius dei credulitatem, & ipsius omnem dilectionis substantiam, in unum inculcat: & ad differentiam deorum gentium, non entium, sed factorum, didicit est, qd deus credendus, adorandus, colendus, totus totè, & ex toto diligendus, unus est ab æterno existens, omnipotens simplex, & incompositus, & incomponibilis, inuariabilis, immutabilis, nihil extra se deitatis habens, nihil intra se aliud quam deitatem continens. Sit ad speculanti hominis ordo uerborum: Audi Israel, uidelicet cor totum apponendum, ad fidem exigisti: Dominus, omem & omnium potestatem existentem & exercitatum habens: Deus, æternus cunctorumq; creator: Tuus, imò cunctorum, sed Israelitici populi magis, quo ille populus illius maximè tenuit cultum, & legem accepit. Ad dilectionem habendam, omnino inferior substantia existit. Merito quidem, si unus est dominus, unusq; deus duntaxat, & non alius, qd sibi soli omnis dilectio impendat: quia debita, ideo nõ & uoluntaria. Sed quò unus, si unus

quæq; persona colitur, adoratur ut deus: Ita siq; dem distincta tripliciter, sed unica in substantia: nam unus est altissimus creator omnium. Et Machias ait: Nunquid pater unus omnium nostrum? Nunquid non deus unus creauit nos? Igitur quicquid potest esse dilectionis, ex omnium hominum intimitate dirigitur ad eum. Iure creationis & eorum quæ contulit, sibi uendicauit omnem dilectionem, & eo merito, quia est, quod est, & qui est. Et si hoc maximum & primum mandatum est, tradidit in neglectum absq; maxima culpa supplicio magno digna, nõ potest: quoniam quod maxime tradidit obseruandum, preuaricator eius permaximè plectendus censetur. Igitur omnis ratione utens, totus in dilectione fiat: quia si dederit homo omem substantiam suã pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Quæ fortitudinem ad similitudinem mortis habet in abdicatione rerum impermanentium ad salutem, & in aggressu uirtutum. Nam fortis est ut mors dilectio. Propterea dixit & fecit, qui cognouit: Diligam te domine fortitudo mea, dominus refugium meum & liberator meus. Et quæ sequuntur, causam dilectionis augmentant, quæ timore dei initiatur. Præptum quidem, quod timor dei exordium est ad dilectionem dei, sic quidem scriptu est: Timor dei initium dilectionis est, eo uidelicet, quo qui timet poenam, cauere offensam. Cautior culpæ, facilius in fortem gratiæ cedit. Et qd meruit quempiam dominum, ne displiceat, cauere: & cum perseuerauerit, in amoris uertitur timor, ni forte intelligere quis uelit, quod timor ad se factam dei dilectionem nanciat. Sanius autem dixerim, quod dei timor, dilectio omni habitaculum in anima hominis facit, quo facto recedit, quia consummata charitas foras emittit timorem. Aduersa uirtutibus cum aduenit, cum ceperit incallescere, depellendus est primus congressus eius. Habet hoc in scriptura, magis uero in efficacia rectè diligentiu, testimonium suum, un scriptum est: Qui diligitis dominum, odire malum. Sed qui non fecit eregione agens, accepit & audiuit argutionem: Quid niteris bonam ostendere uiam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias docuisti uias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis pauperum & innocentum: Necnon & fœdere agendorum præcipitur, dirigitur atq; cognoscitur. Dilectores enim dei, præterquam in ipso, gloriari desistantur. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Et in obseruatione impostorum: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et iterum: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qd me diligit. Et rursum: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et in ueteri lege: Elige ergo uitam, ut tu uiuas & semen tuum. Et, Diligas dominum deum tuum, atq; obedias uoci

eius. Et iterum: Qui diligunt illum, seruauit mandata ipsius. Et post: Qui diligunt illum, replebuntur lege eius. Hæc quidem omnia testimonio id sonant, ut nostra sit actiua dilectio mandatorum atq; sermonum eius secundum legem ipsius. Præmium quidem sperat dilectio dei, & si non aliud, sufficit hoc ad plenum: Ego diligentes me diligo. Sed recti diligunt te. Sed ad expertos indubium est exquisita totalitas, ut omnis interior uis atq; substantia, in dei dilectione sit. Etenim multa diligenda proponuntur. Et ipse proximus in præcepto dilectionis est. Ergo iam ad duo est dilectio, quomodo uni ad iudicabitur tota: Necnon & humanæ dilectiones sunt & naturales, a quibus & in perfectissimis sanctis ferè potuit esse libertas, nec suppositam habent uitiosam causam. Hoc duntaxat posset esse in crimine, qd dei dilectio nõ fit per partes, & sibi tota non conceditur, cum quo illam animus diligens patitur. Et qui totum exigit, nihil reliquit alteri tribuendum. Veruntamen id solum reor, quod deus totam exigens dilectionem, patitur in ipsa consortem, non frangens totalitatem, aut aliquid ei demens, quod ipse super omnia summèq; diligendus, omnis alterius dilectionis sit exordium, causa, medium, regulatio, & consummatus seu ultimus finis. Necnon & dilectiois obiectum tale sit, quale deceat consortem habere deum, idq; diligatur quod uerè credatur deus diligere. Non enim demitur de totalitate dilectionis ad eum, si cum ipso diligimus quodlibet ab ipso dilectum: ea tamen regulatione dilectionis, quam ipse decreuerit: & eo fine, ad quem diligenda posuit. Verum quia & si nihil aliud præter deum in uita diligatur, non exhibetur totum exactum: & cum in patria, cessante omni actione uirtutum, ipsa dilectio remanebit: & amplius quam tota esse non poterit, & quod maior sit futura quam hic, omnino necesse fiet. Plus enim amabitur deus conspectus quam creditus. Si quis hoc in dubium uerteret, patriam uiam fecit. Nec in hoc uerore reginam uirtutum & omnium hominum, matremq; domini tagere, quod nec deum & Christum filium eius tantum diligere potuit in uia, quantum nunc diligit in patria. Et hic ex toto & ex omni se dilexit, & ibi tota & ex toto amore illum in gloria uisit, conspecta conspectum diligit.

Ibidem. Pro. 8.

Quid ergo est ista totalitas exquisita in uia, cui amplius qd totalitas esse nõ possit in patria. Ni fallor, dixerim: Altitudo uirtutum hominibus ad habendum apposita, sic excessit quilibet cupidum fieri uirtuosum, & ad illam satageret, ut nemo ipsam attigerit aut superauerit se æquauerit: semper superiores sibi uirtutes aspexit, illis se inferiorem cognouit. Nec quod in præcepto datum, seu impostum ex uirtu

te, quempia p̄uaticorem fecit, si non perfecit ad plenā, dum omne studium, & si quam expedientem sollicitudinem, omnem negligentiam depellentem appofuit, ut cōpleret: magis constituit humilem, si uerē inspexit suam imperfectionem fastidiumq; uirtutum, ad quod semper remansit ascensus in uia, pro desiderio mētis, pro spiritu uoluntatis, ad exercitium operis, ne quis gloriaretur se totum comprehendisse atq; perfecisse agonom propositum in uirtute. Solus enim Christus uirtute æquauit ut homo. Quid autem legislator pro effectu, pro retributione habeat definire, reticemus ut ignorantes. At tamen quoquo modo se habeat ordo causæ, præremissum, excusationem nullam habet, sicut scriptum est: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neque procul positum, neque in caelo, ut possis dicere: Quis nostrum ualet ad cælum conscendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare positum, ut causeris & dicas: Quis ex nobis transfretare possit mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus inde facere quod præcipit? Sed iuxta est sermo ual de in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Quod enim iustum, impossibilitatem seu difficultatem nō habet, sed facilitatem, honestatem & oportunitatem, si neglectum, si præuicationi traditum, si mente contemptum, excusationi non subiacet. Secundum uero mandatum, datum est in misericordia, ut sicut te ipsum proximum diligas, dū tamen ita te diligas, sicut homo potest perfici aut perficitur a uirtute: quoniam si tantum hominem uirtutis exortem, uicij maculatum, de dictum mundo dilexeris, ea re tibi non iubetur proximus diligendus. Non enim te amas, sed odis: si uirtutum non uis esse mancipium, uoluntarie pessundatum imperio uitiorum. Ad dilectionis suę mensuram, non odij, proximus proximo applicatur.

Et in his duobus mandatis tota lex pendet & propheta.

¶ Vniuersa lex Moisaica, & omnis scriptura prophetica, in moribus ista duntaxat docent, ut amor dei & proximi agendæ uitæ pro summa teneat. Et ois sacrarū scripturarū interpres aut conciones concionās, aut aliter de scripturis differens, si hæc duo non fruit, siue simpliciter docens, siue parabolicis locutionibus utens, siue allegoriarū pelagus natans, ut ad posse ad ista perueniat, ut deus super omnia, & proximus ad mensuram sui positam diligatur; aut se ipsum ostentat & imperinēter loquitur, aut ignorat quæ loquitur, aut inimicus uirtutis, aut scripturam ignorat, aut malitiose peruertit, seu incunctanter errat in animo, deceptio: nis periculum parans in uerbo. Qui autem hæc

duo interpretando & differendo astruit, intentionem sequitur spiritus sancti, cuius uirtute ac que affatu omnis sacra scriptura condita est; & si multa cōtinet quæ non possint ad has sententias proprie retorqueri, etiam ad hoc aperiantur, ut uel causam iustam & occasionem debitam, ad diligendum deum, & proximum perrogent, & trañciant in considerationem mentes, ad aduertendum quàm iustè, quàm debite, quàm libenter, ex datis, ex acceptis, ex promissis, ex ipsius dignitate, diligendus ex omni uirtute sit deus, & communitate naturæ creationis unius præidentis domini, ex communitate redemptionis & fidei, & sacramentorum & gratiæ repromissæq; gloriæ diligendus sit proximus. Quod autem in his duobus mandatis tota lex & propheta consistant, Apostolus aperit: Plenitudo legis est dilectio. Quoniam dilectio cauet offensam dilecti; & si accidit, cōfessim remouet cum aduertit, obsecundat libens, rata mandata tenet, curat ex omnibus unde grata possit offerre, non solum exteriora, seipsum donat diligens in uoluntate dilecti. Quid igit lex docendo, iubendo demonstrat mortalibus, nisi ut dei præcepta seruentur: Dilectio igitur si est, effectum habet, præuaticationem nescit. Et qui proximum diligit, ut idem Apostolus ibidem ait, legem impleuit, aduersa & noxam non inferens, magis sibi curæ, illata remouere: in studio factus, uñ subueniat, si necessitas proximū premat. Propterea & ait illi scribas: Bene magister in ueritate dixisti, quia est unus, deus, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustibus & sacrificijs.

¶ In religionem uersus est iste tentator, & est laudat illiusq; doctrinam, quibus nulla est indigentia laudat ore. Seipsis ueritatis splendoribus inclarescunt. Et ipse ad ueritatem loquitur aut repetit ueritatem, cuius animi religiositatem & sapientiam saluator intuitus, pronunciat ipsum uirtutibus iam uicinum.

¶ Iesus autem uidens quod sapienter respondisset, dixit ei: Non longe es a regno dei.

¶ Sapientia largo nomine sumpta, siue cognitio, siue scientia, principium est auersionis a malo eius qui ad malum fuerat ante conuersus: quoniam ordine debito non deuitatur aut relinquitur malum, nisi quale sit cognoscatur, seu quantam possit afferre pœnam aut gloriam perdere. Nec ad actiones uirtutum asurgitur, nisi præeat earum uera cognitio. Igitur non longe a regno dei censendus est, qui reat

habet utriusq; partis iudiciū, siue a regno dei, quod intra nos est, ut facile fiat & adueniat in nobis; siue a regno dei, quod est catholica ecclesia: siue a regno dei, quod est in superna patria.

¶ Disceptatio de Christo & exquisitio eius cuius filius esset iudicio phariseorum, secundum Mattheum, Marcum & Lucam. Cap. LIIII.

¶ Laudandæ per finem de proximo erant disceptationes Christi & Iudæorum, ut independentium ipsorum ex genealogia, ex uilitate parentum, repugnantium doctrinæ illius, causam quærentium aduersus eum, super quæ iam mortis decretum firmauerat. Et ipse spon te per crucem se dispositum uicinabat ad mortem. Sed antequam illam subiret, inquit a phariseis quid de Christo sentiant, ut si non ille in tunc, in posterum tamen sciant quis sit quem despiciunt, cuius doctrinæ aduersantur, quem per crucem ueniant ad mortem. Et quod cum discipulis fecit, illos interrogans, quem esse filium hominis homines faterentur, nunc uidet agere cū primoribus Iudæorū. Hinc congregatis autem phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est?

¶ An ipse congregauerit, an eos congregatos uidens, sic allocutus fuerit, impræsumptū est. Allocutio tamē huiuscemodi mysterium magnum habet. Expectabant Iudæi Messiam, non credentes ipsum esse Christum in lege promissum, ex inuidia ipsorum proximo cruci affigendum. Exquirat Iesus ab eis quid ipsi sentiant de Messia, & si cuius filius esset. Non ignorans interrogat, sed ut ore fateantur quod sentiunt: & erudiantur, si in ipsius cognitione deficiunt. Eruditio autem futura per Iesum, duplicem finem habebat: aut meritum fidei ipsorum, si rectè crederent eruditione suscepta, cū adhesionem ad eum in actione bonorū, aut auersim supplicij, si remansissent in incredulitate. Reddunt interroganti responsum.

Dicunt ei: Dauid.

¶ Liqueat quod bene sentiunt de Messia, quod omni non sit in lege promissus, penitusq; uerturus. Male autem sapiūt, quia eum esse puerū hominem opinantur, dum dicunt eum filium duntaxat esse Dauid. nam & ipse secundum genealogiam carnis, Dauid filius dicebatur, quod uerū erat ex propagata propagine, cum uerè filius dei erat in unitate substantiæ atq; singularitate personæ, quod ipsi pharisei nequaquā ipsorum Messiam credebant esse uerè filium dei patris, unius cum ipso substantiæ in distinctione personalis, proinde ex scripturis illos faragite erudire.

¶ Et ait illis: Quomodo ergo Dauid in libro Psalmorum, in spiritu sancto uocat e-

um dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est?

¶ Ac si diceret: Prophetauit Dauid de uestro Messia, & spiritu sancto sibi inspirante quod esset, agnouit, quem nō inficiamini regem uestri populi fuisse atq; prophetam: qui deo deuotus, sibi iubilans, gratulabundus in animo, ut propheta uerum quod a spiritu sancto acceperat, ad posteros deriuauit, inquiens: Dominus deus omnipotens & æternus, dixit suo ineffabili modo loquedi, domino meo, Messia uidelicet, de quo ipse psalmizabat, ut sederet ad dexteram eius. Quoniam Dauid præuidit illum esse in carne futurū, de quo acceperat promissionem, & passus atq; in cruce moriturus, resurrecturus a mortuis, ascensus ad cælos, sessurusq; ad dexteram dei patris, donec ponet suos inimicos gentiles idoloratras, & scabellum sanctamq; ecclesiam ex eis faciat in fide atq; in omni uirtute supportam sanctis pedibus eius, quoniam cælū sibi sedes est, & terra, scilicet ecclesia militans in ea, scabellum pedum ipsius. Igitur si Dauid rex, eximiusq; prophetarū uestrum Messiam uocat dñm suum, quomodo filius eius tamē minoratus ab ipso, censendus est? Non aduertitis uestrum Messiam maioris esse altitudinis quæ credatis? Si uobis in aduentu eius speratis deperditam consequi libertatem, & abiectionis & dispersosq; restorationem, quomodo eum paruipeditis, tam modicæ uirtutis existimantes, ut Dauid creatus esse minorem, qui tempore suo nec sic uosturcri potuit ab extraneis hostibus, quin semper uos infestaret, inferretque damna etiam abiectionis populus Philistæus, qui etiam in seipso nec ita tutus fuit, quin persecutionem non pateretur a filiis, & maledictionem cū ictibus lapidū audiisset a subditis: nec Ierusalem sic in pace possederit, ut ex illa flēs & dolēs nō exisset factus exterritus? Cur de uestro Messia tamē imē sentitis, ut eū nō credatis plus quæ hominem, si per ipsum alleg speratis libertatē? Cur eū inferioris iure filiationis Dauid regi, cū sit uerè filius dei, uocatus a patre dñs suus ab ipso Dauid, quæ Messia præfertis iure paternitatis? Ad uestram utilitatē & deiectionē cedit o pharisei, & dei maledictionē habetis impositā, si uestrum Messiam puerū hominem autumatis, si in illo posita est spes uestra, si ad eum est uestra fiducia; quoniam maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Et omnis homo mendax. Et cito deficit, qui se cum mendacē protegit. Sustollite in altiora mentes, de uestro Messia maxima cogitate, si speratis in illo, credite quis sit ille, bonum est quod speratis, malum est si non creditis libertatem, speratisq;

Deut. 30.

Ista. 66

Mna.

Iere. 17

Psal. 115

salutem. Intelligite scripturas, non est David filius, non minoratus ab illo, quem ipse suum dominum uocat. Velamen adhuc in cordibus Iudaeorum, quia ut auferretur, non transibant ad Christum, nec credebant ipsum iam uenisse, quem sperabant esse uenturum. Id in hac disceptatione rebatur Iesus, ut ipsi de scriptura quaerent palmariter erudiri, & de Messia scire debent ueritatem, circa quem fallēbatur, minus debito de ipso sentientes, ut ipse illos erudiret in fide, doceret atque diceret se Messiam promissum, esse uerum filium dei. Sed arguti à uero, confusi à conscientia, perdidērunt audaciam, mala taciturnitate & desidia in animo tabescentes.

Et non poterant ei respondere uerbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

¶ Quamquam bene illis fuisset, foret & posteris, si praestita fide, humilitate scribendi, uoluntate sciendi, ulterius interrogassent. Non enim fuit uirtus illa repressio audaciae, sed superbia habuit, cum eum superare non poterant, sibi in ueritate subdi recusabant.

Et respondens Iesus, dicebat docens in templo: Quomodo scribae dicunt Christum esse filium Dauid?

¶ Isterum iaculari uerba, ut audientium animi moueantur ueritatem inquirere ab ipso de Messia, quod hoc penes eum sollicitum erat, ut quis ipse esset, caperetur in fide. Sed si ad alium istam Christi interrogatiōem sensum trañicimus, multa praesto est loquendi materia, restringenda tamen, ut sermo sit talis ad omnes: Quid uobis uidetur de CHRISTO? Respondent infideles, Saraceni atque Iudaei, apud quos omnes firma manet memoria CHRISTI, nec est sub caelo natio, apud quam sit abolita memoria saluatoris, sed uariē atque diuersē apud eos de ipso habitum est. Quid tamen de ipso uideatur, clarius per fidem nouit religio Christiana, in qua & multi fuerunt haeretici, qui de Christo falsissima opinari sunt. Quae si haeticorum atque infidelium, prout repperi, uelim de Christo sentimenta seu opinionēs referre, inutiliter sermo traheretur in longum. Sed ita inutiliter non tractanda de Christo aduersa relinquimus, quoniam nostra utiliter asseramus. Quid igitur uideatur, sitque uidentum de Christi delibus populis Christianis, ipsam sponsam quae melius & undique in cubiculo habitum sponsum nouit, requisitam loquentem nobiscum in spiritu audiamus.

¶ De ultima disceptatione, quam facturus est Iesus cum electis ac reprobis in iudicio, secundum Matthaeum solum.

Cap. LV.

IN ultimam disceptatiōem differendam uel le intendere nimietate uerborum, ex seipso, praeter allegoriam omnino impertinentem, & praeter omne quod intorqueri posset ad mores, per omnia clarescentem, superflue superbum, superbe superfluum iudicium. Atque ista multa consideranda se ingerant, cum sit de extremo iudicio, à quo excusatio nulla, ubi adduci erit tremendum: non fisti, non poterit deuitari: prosequari, uanitas: munerum oblatio, impossibilitas: ubi nulla potentia, nulla sapientia, nulla dignitas, nulla loquacitas, nulla fortitudo, nulla pulchritudo, ubi nihil praeter uirtutem habebit audaciam, quamquam submissam atque pudentem, tementem iustum atque infallibilem iudicem, in quo nihil superfluum atque demptum erit. Vbi ueritas, iustitia, constantia, synceritas, implacabilitas, inappellabilitas in iudice inuariabiles erunt. Natura quidem aut se in suo seruata honore aridet amicis suis, uel turpata contra turpatores uoces mendicationis emittet. Aderit lex cum dictico & caeremonijs suis omnibus nota per singula, etiam si nunc fuerit quomodolibet ignorata: quae aut se custoditam fore gratulabitur, uel de transgressoribus exquiret iustitiam ultionem, prout fuit iniuste contempta. Gratia, sine qua nec natura nec lex seruatur in moribus suis, praesto erit, contestans omnibus apud iudicem, quod nemini uolenti agere recte defuit, sed homines ei defuerunt. Quae aut gratulabitur gratis eius, aut ponet lamentabilem querimoniam de ingratis. Vita si honeste aut inhoneste fuerit acta, ipsa testabitur, si quantum in actionibus iustis, aut in contemplationibus diuinorum extiterit, omnibus perspicuum erit. Quae cum se uiderit in aliam quae terra est, commutari: laeta rectis, peruersis uero calamitosa manebit. Mos iucundus ad reuerentes & uerecundos, tristis ad eos qui perdit ac immorigeratae cōuersationis extiterit, cuius & uitae una uox consona erit, non misericordiam, sed iustitiam clamans, poenae seu praemii exigens. Ipse quidem quatuor partibus corporis sensus cum obiectis, se aut contra se testimonium infallibile dabit. Uulabit amor seu amara potentia, si male accessit: si autē bene, erit sibi omnibusque testis, in quod & ob quod, & quantum & qualiter uoluntariē latus est. Astabit timor fatens, si bene aut perperam animam hominis flexit. Dolor, de quo fuit, si fuit de quo debuit, si debuit de quo fuit, si in debitis defuit, inficiari non poterit, nil aliud ualens quam iustitiam postulare. Spes qui sperauerunt in domino, ob quem de cunctis perfunctorijs desperauerunt, subnixum faciet & iucundum testimonium dabit. Apud inaniter in hac uita sperantes protinus delusa manebit, & ad eos ab ea uerbum erit: Vae uobis, quia de speratis despe-

SIMONIS DE CASSIA
GESTORVM DOMINI
SALVATORIS
LIBER DVODECIMVS,
Tractans speciatim
DE SERMONE DOMINI SALVATORIS POST
COENAM.

¶ Consolatio ad discipulos suos turbatos de recessu suo, secundum Iohannem solum. Caput .I.



MAGNO affectu amplectēda sunt omnia Christi facta, & omni ueneratiōe colenda, & omnia eius audientia uerba intenta mēte, aperta cor-

poris aure, inuestigatione sollicita inquirenda, maxime illa quae egit, & in fine suis discipulis protulit. Omnem porro uirtutem affectuum atque sermonum, Christus epilogice in his conuulsum auit. Ediderat testamentum descriptio: ne solerti, ab eo quod incarnatus, natus & conuersatus erat: uicinabatur morti, ad condendum codicillos se transtulit, non irritans testamentum, sed altiori auctoritate confirmans, ita ut nec codicillus aut sermo postremus aliquid demeret testamento, sed ita ualidaretur, ut esset unum ex gestis, ex dictis Christi haereditario, sed diuino iure omnibus testamentum. Facta coena & lotione apostolorum pedum, celebrato sui corporis sacramento, facta protestatione tristitia, Petri praesumptioe resculpta, post proditoris recessum, residens in coenaculo ad confortationem discipulorum, quorum nouerat ex suo recessu per mortem corda turbata, sic exorsus est:

Non turbetur cor uestrum neque formidet. Creditis in deum, & in me creditis. In domo patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus, dixissem uobis, quia uado parare uobis locum. Ioh. 14.

¶ Omnis turbatio, impertinens: praeterquam ex uicio, haec licita est, imò iubet, cum conuersio exquiratur in ieiunio & fletu, & scissura cordium ex patratione uitiorum. Nulla maior causa turbationis atque tristitia, quam separari à dilecto, ab utili, ab eo quod neque fallere neque falli potest. Non turbetur cor uestrum (ait IESVS) de recessu meo, neque formidet de persecutiōe futura, aut de pmissiōe su-

rat. Ad iudicē autē, ut discernat in iustitia super eos. Gaudium similiter suam ostendit originem, modum, causam, rationem & finem, auersa facie ab eis quatinus in hac uita laetati sunt, conuerso uultu ad eos qui luxerunt. Interpellabit porro iudicem ad utrosque.

Virtus suo comitatu fulsa, procedit in publicum, suos contemptores & amatores aspiciens, & nulla erit obreccio à uultu eius. Deridebit à quibus derisa, & saluabit amatores, an iudicē contemptum & amorē deponet ut iudicet.

Vitium scriptum erit in frontibus patrorum, neque opus erit ut peccator peccatorem insimulet. Praebeat omne opertum, & omne occultum in scientia plena erit. Praesto cuncta sacramenta erunt, quali fuerint cultu, reuerentia pertractata, seu quali contempta repudio. Desiderabilis beatitudinum terra, si pro nihilo habita ipsa fuerit, & agonizatum materialit pro ipsa fuerit ab amatoribus suis. Interiores hominis uires clarebunt. Si ratio errauit, si doceri recte potuit: si neglexit scire, ne cogere faceret: si aliud in uita te, aliud in moribus tenuit. Memoria si gloria ad contemplatū retinuit, uoluntas si quid uoluit, quo imperauit. Conscientia si rectam rationem secuta est, cum ipsa nil habeat à seipso, si contra seipsam reificatam egit. Fides si uiua cum ope, aut si operibus mortua uixit. Res: usus & abusus, artes & ingenia, sollicitudines & studia, angelicæ, caelum, & omnia elementa, & cuncta quibus praelatus factus est homo. Ipsa quidem corporum ualeudo, daemones & poenae, quibus homo terri debuit, si terribus caueas, si imperterritus & incautus egit, & cuncta quae fando nominari possent, astabunt: nota cunctis utraque cogitatio, utraque locutio, utraque operatio, utraque dilectio praesto erunt, omniumque una uox contra peccatores erit. Da eis dominum secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum: secundum opera manuum eorum retribuere illis, reddere tributionem eorum ipsis. Pro bonis quidem non oportebit testimonium ferre, cum hoc praerium habeant bonitas & omnis actio bona, uirtus & sapientia, quod seipsis clarescentes, alio testimonio & commendatore non egeant. Ipsa sola ueritas in iudicio stat pro eis. Erit autem executio iudicij & disceptatio, in hac forma:

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes.

DE DISCEPTATIONIBVS
DIDASCALIBVS
DOMINI SALVATORIS,
FINIS.

patria. Si creditis in deum, credite etiā in me, quoniam ego deus sum, in hac humanitate assumpta conuersatus uobiscum. Mansiones in domo patris mei multae sunt. Sūt multae mansiones in superna patria, nō pro me, quia deus sum; nec ubi deitas manet, locum exigit ad manendum. Sed mansiones sunt multae, domus paternā una est. Domus supernae gloriae, non in se, sed in mansionibus multiplicat, secundū multitudinem electorum & diuersitatem meritōrum. Non inuānum creata est, & ad manendum in aeternum constructae sunt mansiones. Sed quis ingredietur illuc? quis prior ascendet? quis prius penetrabit summa caelorum? Ille qui descendit deus, primō praeascendet homo deus, parare locum ab aeterno a patre suis electis paratum. Quomodo igitur parabit, qd ante paratum erat? Parauit ab aeterno pater p̄destinando, parat filius in humanitate pariendo, moriendo. Vnde suo merito apostolis & ceteris electis loca aeterna parauit, eis quos ab aeterno pater p̄destinauit. Cassabatur p̄destinatio, nisi dei filius in humanitate assumpta pro nobis factus hostia meruisset. Hoc qui dem uerbum, Vado parare uobis locum, refertur primō ad passionem & mortem & sanguinis effusionem, quibus meruit nobis uiam ad ascensionem, qua ipse caelum penetravit p̄ nobis. Proinde dicit: Non turbetur cor uestrū, si creditis in deum, credite in me, quia ego sum deus. Domus patris una est, non est fraudanda ciuim numero sitate suorum: habet angelos, & perdidit ab initio multos; reparanda est, homines expectat ex imis partibus assumendos. Mansiones sunt innumerabiles, soli deo cognitae ad manendum, nō temporaliter, sed aeternē. Multae, imō tot quot saluandi erunt. Multae, imō quod uenit pro multis ipse unus in multis, multae pro multis meritis. Igitur auelatur a cordibus uestris turbatio & formido, quoniam nulla causa subest. Si quo minus, dixisset uobis, quia uado parare uobis locum. Non dixi uobis aliter, nisi taliter: neq̄ rem minus dignam, quam accedere & parare merendo uobis per mortem & sanguinem, illam aeternam cum supernis ciuibus requie: & ascendere, quia caput, ut mēbra sequantur in illam ineffabilem possessionem.

Et si abiēro, & praeprauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum, & ubi ego sum, & uos sitis. Et quo ego uado, scitis: & uiam scitis.

¶ Ut omīno turbatio de discipulorum cordibus tolleretur, & ne impossibile dicerent, in superna posse consēdere ad illam praepratio nem quam pollicebatur, Christus post abscelsum se reuersus iterū repromisit, ad accipien-

dum eos in illis mansionibus iam paratis, ad quas per eos esse non potuisset ascensus. Ast cogitantibus & haesitantibus diceretur: Vado parare locum, ad quem uirtute uestra non potestis accedere. Bonum & uerum est diffidere de uobis, sed credere in me, quia sum deus qui superna in assumpta humanitate propria uirtute consēdo, quoniam cum praeprauero uobis locum, ego ipse qui merui, qui parauit, qui in possessionem pro omnibus saluandis intrauit, ueniam iteratō accepturus uos ad me ipsum. Non uos ascenditis, sed ego uos accipiam in meum confortium, ut non alibi sitis, nisi ubi ego sum amator hominum Christus, qui creator sum angelorum. Ineffabilis ista dignatio, imperscrutabilis omnino dilectio, quod homines tanti penderet, ut ad terram descenderet, ut quaereret pereuntes, & per mortem & sanguinem fecerit esse caelestes, ut secum in domo paternā posset habere confortes, nec locorum uoluit esse diuortium, dicens: Et uos sitis ubi ego sum. Non faciet intercapedinem a suis electis Christus in gloria, qui factus est unum nobiscum in humanitate, seu nostra natura suscepta. Magna spes in imis hominibus est portēta, cum in summis eis Christus loca praeprauit, ueruntamen si certauerint in militia Christiana. Inde adiecit: Et quō uado scitis, & uiam scitis. Praedixerat Christus quō iturus erat. Igitur apostolorum scititia quō accederet, fidentē nenda erat ex dictis saluatoris: similiter & uia, scilicet quō & qua. Si uerō secundum debuit esset locutio, praesto esset faciliōr intellectus. Et quō uado scitis, & uiam scitis: ut referatur ad debitum, quia quō uado, & uiam scire debetis: & debitum tranjiciatur in futurum, quia scitis: & in utrisq̄ nihilo minus debitum intelligatur, in docente & in ad discētib; ut debetis scire, quia debeo uos docere: debetis, quia debetis ad discere a me, & scietis. Terminum autem quō Christus profecturus erat, pater aeternus erat, aeternaq̄ patria. Vt qua iturus erat uia stricta per ipsum, quod dictum celabatur ab eis de termino & de uia. Sed Thomas in hoc ad sciendum festinior, consocios praeueniens, Christum interrogat. Vnde

Dicit ei Thomas: nescimus quō uadis. Et quomodo possumus uiam scire?

¶ Humilis interrogatio & insuspecta, quam professio ignorantiae antecedit. Qui profectur ignorantiam, non uidetur interrogando parare calumniam. Et ad sciendum se parat, sibi odiosus ignorans. Laudabile quidem est, propriam ignorantiam confiteri, sed magis abscēdendo interrogare scientiam. Nesciunt quōd Christus ab eis recedens accedat. Terminus eius cognitus hominibus est, quoniam ipse deus incōprehensibilis est, & homo supra mores

hominum agit, ut ex eo quōd deus, ex eo quōd huiusmodi homo, merito dictum extiterit: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non porero ad eam. aut. Quis cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Et alibi: O altitudo diuinarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Sed oportet nescientem modum, sed scientem factum, interrogare de modo, si suspirat in factum. Saepe facta placēt: modo, subignorantia sunt. Factum modum habet, habuitq̄ dum fieret. Si ne modo ab homine nihil esset aut esse posset in facto. Est pater aeternus, ad quem Christus in humanitate regressitur, cum ex deitate non recessisset ab eo. Est & aeterna patria, in quam per crucē & mortem, resurrectionem & ascensionem regressus ingreditur, & iste terminus ignoratur ab apostolis, & ab omnibus peregrinantibus in hoc seculo, nec aliter quam si deliter apprehenditur. Sed tunc ab omnimoda ignorantia tenebantur, ut lesus tunc regressus faceret ad patriam & ad patrem. quam obrem Thomas dixit: Nescimus quō uadis. Et scire cupiens, post professionem ignorantiae interrogat. Et quomodo possumus uiam scire? Cui lesus ex pia interrogatiōe respōdit, dicens: Ego sum uia, ueritas & uita.

Via in obliquabilis, ueritas infallibilis, uita imperturbabilis. Via recta, ueritas grata, uita beata. Via morum, ueritas sciendorum, uita praemiorum. Via uitae, ueritas doctrinae, uita salutis aeternae. Via inexplabilis, ueritas speculabilis, uita desiderabilis. Via in qua ambulandū. Ieremias enim dicit, praemonens eos quibus missus fuerat prophetae: Interrogare que sit uia recta, & ambulate in ea. Sed beati q̄ fuerint immaculati in hac uia. Sed in hac uia daemones laqueos multiplices absconderunt. sic enim scriptum propheticō spiritu est: In uia qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Haec solū eligēda praedicitur a Psalmista: Viam ueritatis elegi. Omnes aliae uiae ad inferos penetrant, sola ista perducit ad gloriam. A qua quis errat, non erret quia seductus est, qd uerba infernalium manifestant. Ergo errauimus a uia ueritatis: & quae sequitur, hanc edisserunt ueritatem, quoniam est uia quae uidetur homini recta, nouissimum uerō eius deducit ad mortem. Et uia sapientiae, quam Salomon erudiendo filio monstrare promittebat, dicens: Viam sapientiae monstrabo tibi, quam cum ingressus fueris, nō coartabunt gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Veritas est omnia constituens, a qua uerum est quicquid quomodolibet uerum est: omnia superans, a nemine superata: omnia uincens, a nullo detecta, rationibus & autoritatibus fulta, cui

nihil obstitit, nisi suo derimento uoluntas illa rebellis, cui tandē inuita seu uolūtaria subiaceret. Vita est agenda atq̄ speranda, agenda per mores, speranda per praemium. Ego sum uia ad patrem, ueritas in filio, uita in spiritu sancto.

¶ Quod pater ex filio, & filius a patre cognoscitur, cum alter per substantiam sit in altero, secundum Iohannem.

Caput. II.

Missum se Christus fatebat a patre, cuius satagebat in cordibus hominum per fidem inferre notitiam, non contentus, quia missus & in notitia factus, nisi ad cognitionē audientium posset dare mittentem, & quare se supra uiam esse dixerat, nunc declarat, dicens:

Nemo uenit ad patrem nisi per me.

Quid ipse? Via, quia nemo uenit ad patrem nisi per me. Vult quōd agnoscat pater, sed pater non agnoscitur, nisi per filium. Quis enim pater esset, si filium non genuisset? Quis etiam diceretur filius, nisi ex aliq̄ patre genitus? Cognoscipotes aliquid ad seipsum existens, secundum naturam, secundum substantiam, secundum speciem, secundum indiuiduationē: ad aliud uerō existens, non nisi per relationē. Tolle paternitatem, nō erit filiatio. Tolle filiatio nem, non erit paternitas. Non sit pater, nō erit filius. Non sit filius, nec poterit esse pater. Venitur ad hominem absq̄ filio, ad patrem nunquam nisi per filium uenitur. Proinde dixit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Ac si dicat: Missus sum in mūdum, sed a patre meo. Quōd uterq̄ cognoscatur, necesse est, scilicet missus & mittens: missus est filius, mittēs est pater: quem si cognoscere uultis, primum me filium esse credatis. Idcirco sequitur:

Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis.

Ioh. 14.

Liquidum est quōd qui cognoscit filiationem, cognoscit & paternitatem: & qui cognoscit quid ē esse filium, nouit quid sit esse patrem: ac per hoc si Christus creditur aeternus filius, & eius pater credatur aeternus. Relatiuorum quidem proprietas est, quōd uno cognito, sciatur & reliquum. Sollicitudo erit unigenito de filio humanato, ut pater fieret in notitia hominum, ad quem per eū solum erat accessus. Proinde se ad notitiam praefert: Si cognouissetis me, & patrem meum utiq̄ cognouissetis. Necessarium erat, sicq̄ ab aeterno praordinatum, ut in fide trinitatis salus daretur credentibus, quam obrem filius se uiam dicit ad patrem. Et quōd eius apostoli non mirentur, si in humanitate assumpta uadit ad patrem: & si missus, suae legationis praesto ministerio, reuertitur ad mittentem. Et si cognoscant eum, patris cognitionem adesse denunciat, dicens:

Et amodo cognoscetis eū, & uidistis eū,

Cognoscetis eum amodo, quia cognoscetis me: & uidistis eum, si uidistis me. Supra intellectum hominum erant uerba, idcirco Philippus uelut ignarus & audis suae perfectionis, expostulat, dicens:

Ioh. 14.

Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Multum aberrabat à uero, si patris ostensionem exposcebat ad oculum corporis, quae puro mentis intuitu referuatur, cum non solum corruptibilis oculus carnis, sed glorificatus, non sit credendus intueri posse deitatem. Anima sola cum glorificata fuerit, intuitiuam uisionem atq; fruitionem deitatis habebit, non praepedita glorificato corpore, in quo erat. Si autem Philippus ostensionem poscebat ad intellectum, etiam errabat, si querebat aliter q̄ per fidem: non enim uiator & comprehensor poterat simul esse. Si de futuro erat petitio, quod in patria pater ostenderetur, non incongrue precabatur, sanèq; credebatur in uisione paterna sufficientiam habituros: nam qui habet filium, & patrem habebit, & spiritum sanctum ab utroq; procedentem. Hinc omnis sufficientia, nullusq; defectus. **Dicit ei Iesus, tarditate ipsoꝝ reprehendens & inertia intellectus:**

Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me?

Ac si diceret: Patris quaeritis uisionem, cuius cognitionem habere non poteritis, nisi me primo filium cognoueritis, qui tanto tempore uobiscum existens, nec in uestra cognitionem transiit, quem si uero cognitionis oculo uideretis, uideretis & patrem.

Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meum. Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

Per lucidum est q̄ cognitio filiationis, generat cognitionem paternitatis, & q̄ cognitio filij huius, facit scientia patris huius, ergo qui uidet Christum dei filium, patrem eius uidet & deum. Sententia irrefragabilis, quia si Christus est filius, ergo patrem habet: si aeternus filius, aeternum patrem: si diuinus, diuinum omnino & patrem. Nō praepositur in hac cognitione pater, quāquā prior, non natura neq; substantia, sed relatione personae, quā ideo filius descendit de caelis pro hominibus factus homo, & in humanitate hōis filius, ut nos ad aeternam filiationem aeterni sui patris, non per naturam, sed per gratiam adoptionis induceret. Ob hoc quidem dicitur, non qui cognoscit patrem, cognoscat & filium, quāuis unius ad alterum sit aequa relatio, cum pater non fuerit ex suo supposito incarnatus, sed filius, qui in assumpta humanitate ad cognitionem patris, imò totius trinitatis homi-

nes uenabatur. Et cognitio diuinorum non est per descensum, sed per nostri intellectus duce fide ascensum. Et filius ad terras adueniens, & ascensum ordinabat ad patrem, ad quem nisi per filium gradatio nō existit. Nā si pater conaretur cognitionem dare de filio, inciperet à seipso. Pater sum, ergo habeo filium. Igitur si me cognoscitis patrem, & meum filium cognoscetis. Nunc uice uersa filius patrem cognoscit fieri fatagit, à seipso cognitionem exorsus est, per multa uerba edisserens: Si cognouisset me, & patrem meum utiq; cognouisset. Et: Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meum. Et iterum: Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Signa ter loquitur, non credis, cū omnis cognitio uis uisio in hac uita, non sit alia uerior quā fidei: nec aliam uelit inducere cognitionem seu uisionem pro merito, quā illa quae est ex fide. Ob hoc de fructu fidei arguit Philippum, dicens: Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Sola credulitas hoc agit in cordibus hominum, ut filius in patre, pater uero in filio uideatur: q̄ si una persona uideret, & reliqua. Et ex uerbis astruit testimonium, q̄ sit pater in filio & filius in patre, similiter & ex operibus hoc idē uidet asserere:

Verba quae ego loquor uobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

Ad hoc, ut patrem credatis in me, & me esse in patre, non uelut locatum in loco, aut aliqd habitum in habente seu substantiam in substantia, sed unius esse substantiae cū personali distinctione. Opera quidē fecerat Iesus, quae nemo facere potuisset nisi filius dei. Et Iudaeis loquens, ad considerationem operum suoꝝ remisit, ut etiā dei filius crederetur. Et ne dubiū aut admiratio increfceret de Iesu, quod tam mirabilem operum patratorem existeret, in suos creditiuos nō aiora faciendi faceret ad esse uirtutem. Inquit enim:

Amen amē dico uobis, q̄ credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet. Et maiora horū faciet, quia ego ad patrem uado.

Per spicuum est qui scrutantur gesta sanctorum, quod etiā plura & maiora fecerunt miracula quā Iesus, non uirtute propria, sed eius qui contulit ex uoluntate atq; autoritate illius ad quem se regredi confiteretur, cum inquit, quia ad patrem uado, rogaturus eum, ut uirtutē ex me transfundat in uobis, quā possitis uos uereq; credentes, pro mysterio & augmento condēdē ecclesiae operari. Nec non & petitionē debita & celerē exauditionē, patrem in seipso fatetur:

Et quodcumq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio.

Ut ex supplemento uerborum diuini sermo inclarescat, sic contenda sunt uerba: Homo in oculo carnis uidetis: si deitatem in humantate latentem creditis, filius dei sum, ergo pater in me est: si pater in me est, quicquid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Mirum nouumq; dictum, quod patri exhibetur petitio, & filius exaudiat, cū exauditiō ad eum pertineat cui est porrecta petitio. Sed quia patri datur petitio in nomine filij, sibi commissum est perficere, ut glorificetur pater in filio, quoniam gloria patris est filius sapiens. In sapientia filij factus est mundus, assumpta humana natura, in ipsa redēpta: omnia tradita sunt filio à patre, ut exaudiat petētes, & ut gloria patris in filio nota fiat, non ut de nouo pater in filio aliam gloriam quā ab aeterno habuit, capiat. Et replicatiōe uerborū cōfirmat sententiā:

Ioh. 15.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

De probata Christi dilectione ex missione paraclēti, & unione patris & filij corporis mystici, secundum Iohannem solum. Cap. I II.

Cognoscebat Iesus apostolorū corda, quoniam nihil eum latere uillatenus potest, & erant in eius dilectione permota, & in eum singulari affectione trahebantur, personam eius tantum oculis corporis intueres, quāuis ipsum iam dei filium fassus essent. Sed Iesus illos ad probatam dilectionem intorsit, dicens:

Si diligitis me, mandata mea seruare.

Ioh. 14.

Si diligitis personam, seruare doctrinā. Patrum est magistri dilexile personā, si in doctrina sua contemnitur. Si diligitis regem, custodite legem: quoniam ideo constituitur rex, ut regat. Nullus autem rex iuste regit, nisi leges aequitatis edicat. Non igitur satis est, regis personam dilectionis oculo intueri, nisi lex eius seruetur in moribus. A cuius praeruaricatione ob dilectionem ad regē, non excusaretur transgressor, magis autem per amplius culparetur: quoniam quanto magis regiam dilexit personam, tanto seriosius legem eius debuit cum dilectione seruare. Hoc quidem quod apostolis dictum est, inexceptuē deriuat in posteros, ut iste sit dilectionis effectus, seruatio mandatorum. Si diligitis me, mandata mea seruare, sed nō absq; merito & supererogatiōis dono.

Quoniam & ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit uobis, ut maneat uobiscum in aeternum, spiritum ueritatis, quē mundus non potest accipere, quia non uidet eum, neq; scit eum.

Promittitur paraclētus mandata seruanti, quae nisi paraclēto habito non seruantur. Impossibile quidem est, dei madata perficere, nisi per gratiam spiritus sancti. Oportet igitur

omnino praere gratiam spiritus sancti ad mandatorum custodiam, & comitari & subsistere. Ad quid igitur post seruantiā mandatorum spiritus sanctus promittitur, qui ante datur ut mandata seruentur, nisi quia ideo promittitur, ut ad aeternam consolationem cum electis maneat in aeternum? Et primo dantur madata ut fiant, quae fieri nisi per adiuuantem spiritum nequeunt, qui exquiruntur ut implentur, & datur ut compleantur. Et haec largitio spiritus, est ad actionem: sed ut maneat uobiscum in aeternum, ad futuram beatitudinem. Cum uero dicit, & ego rogabo patrem, ad id quod supra dixerat, refertur, ut glorificetur pater in filio, exaudiat ipsum in rogaminiibus eius, creditus uere filius eius, & deus aeternus pater ipsius. Et alium paraclētum in persona, non in substantia, dabit uobis, ut maneat uobiscum qui fuitis mecum, spiritum ueritatis, qui omnem excludit errorē, & falsitatem nullam sine incognitam. Dabit spiritum in spiritu uiuentibus, non in carne, quem mundus non potest accipere, quoniam mundus qui non cognouit incarnatum unigenitum dei filium, non accipiet spiritum sanctum, quia non uidet eum, neq; scit eum. Si haec duo uerba, uidet & scit, trajectantur in futurum, clarior erit sententia, quia non uidebit neq; sciet: & subsequēs affirmatiua sententia, de futuro sic intelligendū esse clarificat:

Vos autem cognoscetis me, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

Aduertendum igitur, quibus & quomodo spiritus sanctus datur & accipitur, & quibus & quomodo denegatur. Nam ad ipsum accipiendum praerit pura Christi obseruatio mandatorum, quoniam contemptores diuini decreti, priuantur gratia spiritus sancti, factores autem illam merentur accipere, non proprio sufficientia merito, sed Christus unigenitus dei filius, suis rogaminiibus impetrat: & qd̄ debetur meritis corporis, merito capitis obtinet. Quē non accipit mundus, s. mundi uisibilis atq; sensibilis amator existēs. Inuisibilis & corpore in sensibilis est paraclētus seu spiritus sancti, gratia, qui uisibiliter & sensibilibus delectatis rotiter denegat. Ideo mundus, id est, mundo animo & corde copulatus, nō potest accipere eum, quia eum uidere non potest, q̄ omnino inuisibilis est, neq; scire spm, q̄ solum quē sunt corporis, sapit. Quē cōuentio in uisione corporei ad incorporeū. Quae comparatio in scientia carnis ad spiritum: Segregati saltē animo expedit esse à uisibili, q̄ nitit inuisibilia & spiritalia intueri atq; cognoscere. Et directus sermo ad apostolos, ostendit quē erāt aut futuri erant, q̄a oīs à uisibilibus abdicati. Vos autē cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit, qm̄ uos q̄ propter me omnia reliquistis, non relin-

quam orphanos, sed uado & uenio ad uos.] Vado in carne, ueniam in spiritu. Nō relin- quam orphanos, uelut filios, paterna priuatos presentia, sed semper ueniā ad uos. Eo sensu hoc intelligendū est, q̄ actio diuina in subueni- endo nullā intercapdinē habet. Et qm̄ supra dixerat, q̄ mundus non potest spiritū sanctum accipere, sic & nec Iesum ultra uidere.

Adhuc modicū, & mundus iam me non uidet. Vos autem uidetis me: quia ego ui- uo, & uos uiuētis.

Si apostoli uisuri erant Iesum, quia ipse ui- uebat, & ipsi uiuere debebant, ergo Christus mortuus credebatur a mundo, seu mundus in peccatis mortuus iacebat, q̄ eum uidere non poterat, sed Christus uiuebat in apostolis, & ipsi in Christo uiuebant, sicut arbor in ramis, & rami in arbore communi uita uiuunt. Apē- rit autem unde uita. Christi, unde uita aposto- lis, ut intelligatur unio, imō consubstantialitas patris ad filium, unio filij ad corpus suum my- sticum, q̄d sibi pater mō ineffabili coaptauit.

In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.

Ineffabilis una unio & æterna consubstan- tialitas, ineffabilis alia, sed expropē facta. Pri- ma in natura, secunda in gratia: prima patris cum filio, secunda filij cū corpore mystico. In illo die quo uobis unā cum patre paraclētum misero, uos cognoscetis, quia ego in patre meo in unitate naturæ paternæq̄ substantialitatis, uos in me in unitate fidei, dilectionis & gratiæ, uelut rami in arbore, radij in sole, rui in fonte, disci- puli in doctore, ducti in duce, mēbra sub uno capite. Et uelut fuisse aut estis in Adam ex p̄- pagata natura, ita in me in eadē natura assum- pta. Quod autē dictū est ad apostolos, ad totā humanam naturam diuinæ actionis cōmunis- tate ad electos, maximē acceptiōe uirtutū, nō personarum, dictum esse credamus. [Et ego in uobis.] Superflua uidetur replicatio ista uer- borum, q̄ ipse sit in nobis, si sic prædictum est quōd nos in ipso, ut sermo euangelicus expli- cat. Et uos in me, & ego in uobis. Si uos in ipso, & ipse in uobis. Est ergo differenter intelligen- dum de entibus per uicissitudinē uno in altero, quōd essendi modus aliter attribuat̄ uni q̄ reliquo. Negauerim de his quæ in omni equali- tate participant, non autem diuersum essendi modum excludere unius in altero, & per reci- procationē, si inæqualitas superioris & inferioris inspicitur, seu digni & dignioris, boni & me- lioris attendit̄. Et ne prolixitas exemplificatio- nis rædium generet, solū ad q̄d sumpsimus, reuer- tamur. Brant apostoli, aut nos sumus, in Chris- to uelut originati in origine sua: nā sunt oēs hōies in Adā, tanquam in origine traduce car- nis, Sumus & nos in Christo, tanquā in origi-

nē nō traduce carnis, sed gratiæ & uirtutis, qm̄ aliter sunt originata in originalibus suis, aliter originalia in suis originatis. Illa uelut suscipi- tia omne q̄d sunt; originalia uero, uelut insun- dentia & intermissæ præstantia, ne deficiat q̄d sunt, dū semper illa fundunt, & illa semper ac- ciipiunt. Et semper accipiūt ab originalibus nō deficientibus, nisi præcendant. Sic nos in Chris- to uelut in origine omnis uirtutis, omnis boni, omnisq̄ gratiæ in deficienter diffundente, nisi nostra malitia & uoluntate præcindamur. Mi- ra dignatio unionis, alta unio dignationis, ut per existentia Christi in nobis, nostrisq̄ in Chris- to, cum tota trinitate fecerimus unionem. Ser- uemus dignis moribus societatem, quam in Christo, & per ipsum habemus ad patrem, nec ui- lipēdamus, q̄d accepimus tāto mysterio. Por- rō nec contempserimus cuiuspiam temporalis domini amicitiam copulatā, dum dignaretur superior suis inferioribus huiusmodi societate coniungi. Ut autem oñderet, qualē mansio- nem exquirat a nobis in ipso, de dilectionis esse- ctu seu de pbata dilectiōe reiterat, cū p̄ dilecti- onē sumus in ipso & in p̄re, & ipse p̄at in nobis.

Qui habet mandata mea, & seruat ea, il- le est qui me diligit.

Omnis querulatio tollitur, omnis excusa- tio abrogat̄, si dixerimus quōd non possumus aut nescimus Christum diligere, cum eius nō sit eo affectu sentiēda seu existimāda dilectio, quo pater filium, & mater filiam, quo se dili- gunt coniugati, quo cognati, quo proximi si- ue amici. Segregatus est ab isto Christi dilecti- onis effectus. Et quoniam paucis experiri da- rum est huiusmodi dilectionis dulcedinem, di- lectionem, ne communitas hominum frange- retur, posuit in eo, quod omnibus potest esse commune, s. in obseruantia mandatorum, di- cens: Qui habet mandata mea & conseruat ea, ille est qui me diligit. Qui habet mandata, per cognitionē & per iussionē imposita collo suo, & seruat per amorem & cautelam in prohibi- tis, & per actionem in faciendis. Et mandata eius grauiā nō sunt. Quis igitur causabit Chri- sti non posse seruare mandata in cautela pro- hibitorum, cum nil prohibeat, nisi quod est ipsi conditæ naturæ contrarium, moribus ab- sonum, animæ corporisq̄ nociuum: Quis se cō- tinere non poterit a ruina, cum cōtinēdi per existentiam quam habemus in Christo, sit do- nata facultas? Quis se proteget excusationis suffugio, non perficere mandata naturæ con- sentanea, & ipsam ultra quā sit condita de- coratā? Quomodo impossibile dicitur, quod est de sui natura bonum, quod est utile, quod est pulchrum, quod est aptū, quod gratū omni- um creatori, quod ipsum seruatore p̄rouehit ad superna? In quo ad Christum posita & pro-

bata dilectio, quia seruans mandata mea, ipse est qui me diligit. Cui tanta uicissitudo dilecti- onis a tanto domino redditur.

Qui autem diligit me, diligitur a patre meo. Et ego diligam eum, & manifesta- bo ei meipsum.

Qui diligit filium, & a patre dilecti filij dili- getur. Experimento claret, quōd regis cuiuspi- am filium diligentes & honorantes, quōd dili- guntur a rege, lætēq̄ uultu suscipiuntur, cum adeunt. Nec solum pater diligit, sed dilectus si- lius dilectores effectiuo prosequit amore. Scri- ptum est enī: Ego diligentes me diligo. Nam & ego diligam unā cum patre meo eum, & ma- nifestabo ei meipsum. Vera dilectio nō habet secretum, non habet occultum. In manifesta- tione ad dilectum tota fit. Ecce Christi effecti- uus amor, manifestare seipsum, non a patre ali- um a substantia, quāuis alium in persona, quan- uis incarnatū ex assumpta natura. Ac per hoc cui manifestus ē filius, manifestus erit & pater, & qui cum patre & filio unus est spiritus. Ma- gnus nostrę dilectionis processus, in altissimis & ineffabilibus terminatur. Dilectiōe oportet fieri per effectū in obseruantia mandatorū. Si quis mandata seruando diligit filium, dili- getur a patre & filio, cum effectū manifestati- onis totius trinitatis, ad perfectionem totius interminabilis beaticudinis.

De manifestatione Christi & mansione trini- tatis apud electos, eorum dilectione supposita & paraclēti perfecta doctrina cum hereditate pacis, secundum Iohannem solum.

Caput. IIII.

In desiderio animus hominis uerorum honorum, cum audit fieri posse participē, & gaudet cū de summis bonis audire eloquit̄, & affectus in ipsi modum participationis in- quirat. Hinc dum dicit Iesus se ostensurum & manifesturum suis electis discipulis, & non mundo, ad affectum & desiderium audientiu- um animos moyit, quos unus intrer ceteros excitatus, de modo manifestatiōis interrogat.

Nam dicit ei Iudas non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia nobis mani- festaturus es teipsum, & non mundo?

Causam querit, ut ad modum ueniat. Quid factum est, quæ causa subest p̄ nobis, aut quid factum est aduersi pro mundo, ut de te nobis manifestatiōe facta mundus ipse priuet̄? Quid factum est, id est, quō nobis manifestatio fiet, & mundus usq̄quaq̄ carebit? Interrogat hoc Iudas cōstans, diligens & sequens & amator optimi, non ille sequens & negans, imō necans amore pecuniæ: Iscariotes enim erat, mercedē non diuinam, sed humanam amplectens. Bo- nus Iudas, de bonis æternis interrogat, si qua- liter manifestatio Christi fiat in electis, quali-

liter denegetur in reprobis, ad faciendum pro electione atq̄ pro reprobatione cauendū. Omne studium solertis animi & contententis captare cælestia, uersatur scire quid pro electi- one faciat, quid uero pro reprobatione deu- tet: quoniam donum & pax est electis dei, sed reproborum pars erit in stagno ardentī.

Respondit Iesus & dixit ei: Si quis dili- git me, sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum, & ad eū ueniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Edisserit manifestationem fieri ad electos, subtricens negatam ad reprobos; sed nō est alia quid affirmatum, quod non habeat ex contra- ria causa negatum; neq̄ aliquid negatum, q̄d ex aduersa causa affirmatum. Dilectio quidē in electis, & ex eis manifestatiōis est causa q̄- uis alicui nostræ causę seu datæ occasione, q̄- uis iustæ, diuinæ bonitatis largitio non subia- ceat. Dilectio quidem supraposita est uelut in signo, in obseruantia mandatorum. Acti cum conditione indiceretur: Si diligitis me, manda- ta mea seruate. Et uelut in manifestatione, an- sit qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui me diligit. Nunc uero dilectio si est, edici- tur per effectum: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit. Nescit feriari dilectio, in actione tota est, ubi dilecti nouerit uoluntatem, ocio- caret, acidiam & tædium procul pellit: seruat in memoria, seruat in opere quod de dilecti p̄- det arbitrio: non examinat decretum, non dis- cutit uerbum, non patitur tædium in sermone, non contradicit imperio, ad seruandum uigi- lat quod accepit sancto mandato: nec graue iu- dicat, etiam si ponderat quod iniungitur a di- lecto, amarum in dulce uertit, qui ueraciter diligit, difficile in facile traicit, etiā consueuit impossibile aliquando tentare, & iustum dili- git in dilecto, & dilectum in iussu uenerat. Sed fiet per amplius & perfectius sine comparatiōe retransitio in diligentes actiuos: quoniam si quis diligit me, sermonem meum seruabit; & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mā- sionem apud eum faciemus. Diliget pater sui filij amatorem, sed nec ipse filius ab ipsa dili- ctione secluditur, ex hoc: quoniam ad eum uen- niemus, & mansionē apud eum faciemus. Vbi etiam spiritus sanctus includitur: nam deus pa- ter cum filio alia extranea dilectione non dili- gunt, nisi dilectione spiritus sancti, cū quo ætē- naliter unum sunt. Et mansionem apud eum faciemus. Ecce retributio supra modum, su- pra speratum, supra dignum, supra meritum, supra intellectum, & omne comprehensibile facta dilectioni nostræ: quōd diligit pater, di- ligat filius, diligit spiritus sanctus, quōd & ipsi ueniant, q̄ mansionem apud nos faciant. Non

pater uocatis ad ueniam, excusationis suffugi-
um. Non adest professoribus fidei Christianæ,
causationis remedium. Nemo de indito labo-
re querimoniam patet. Nemo querulatur de
impossibilitate saluandi. Nemo causam inue-
niat, quod deo placere non possit. Nullus cum
dicitur, quod iustus meritis non sint ineffabilia
præmia præparata. Nemo desperet non posse
præmia promereri. Diligat, si diligit, feruet im-
posita, imò si diligit, omnino seruabit. Actiuus
enim est penitus uerus amor. Si diligit pater
eum diligens erit aduentus, totius uidelicet
trinitatis. Esti parum æstimaretur aduentus, cū
multi adueniant & recedant, continuabit mā-
sio. Et mansioem apud eum faciemus. Man-
sio prima per gratiam, secunda per gloriam.
Et cum antè dictum sit, mansiones in domo pa-
tris mei multæ sunt, quoniã in multis illis ma-
nebitus per gloriam, in quibus & apud quos
mansionem fecimus primò per gratiam. Re-
sponsum est quæstioni atq; quærenti, quod Ie-
sus sit manifestaturus seipsum electis suis, &
non mundo: ut manifestatio illa sic esse creda-
tur, quod ad electos suos sit totius trinitatis ad-
uentus, ut mansio æterna persistat ea uisione
perspicua, ut omne tollatur gñigma, & euacue-
tur quod est ex parte: & ut cogniti sunt electi, sic
deum cognitorum agnoscant, iuxta quem ma-
nifestaturus sensum locutus est Paulus: Vide
mus nunc per speculum in enigmate, tunc au-
tem facie ad faciem. Nunc autem cognosco
ex parte, tunc autem cognoscam sicut & co-
gnitus sum. Qui non diligit me, sermones me-
os non seruat. Et isti sunt mundus, cui non se
manifestaturus est Christus: quoniam sermo
dei uiuus est & efficax, & penetrabilior omni
gladio accipitur, totus ad diuisionem à uisibili-
bus & materialibus & corruptibilibus tēdens,
quæ mundi amator non cōtemnit, quia mun-
dum, nō deum creatorē diligit. Proinde mun-
do uisibili copulato, nō fiet manifestatio Chri-
sti, non trinitatis aduentus, non ipsius mansio
apud eum. Hoc quidem fœdere nobiscū agi-
tur, ut si diligamus Christum, sermonem eius
seruantes, quod tota trinitas apud nos uelit
æternam facere mansionem. Sed qui non dili-
git regem, odio habebit & legem, quam si ali-
quando seruabit, non amore iustitiæ, sed for-
midine pœnæ, non amore regis quem non di-
ligit, sed timore quo sibi cauet, ne præuicariis
tormenta patiat. Et ne crederetur quod ser-
mo duntaxat hominis contemptibilis esset,
quam obrem & sermo contemnendus, nega-
uit esse humanum, nisi humana uoce prolatus,
sed asserit esse diuinum.

Et sermonē quē audistis, non est meus.
Non meretur puri hominis seruasse sermo-

nem, totius trinitatis mansionem, neq; non ser-
uantes quod interminabilis pœna sequeretur.
Nec esset reuerentia tanta colendus. Sed cū ab-
firmatur quod sermo sit patris æterni mittens
eis ex tempore filium, in obseruantia, in omni
reuerentia, in omni cultu esse auditoribus de-
bet. Terrorē incutit, ne in præuicariatione fiat,
tergiuersatio nulla patet. Ait enim:

Sed eius qui misit me patris.

Apud quē deum patrem, nefactione sermo-
nis nulla excusatio locum habet, nisi aut ultio
non correctis, aut misericordia uere poeniten-
tibus aderit. Reseruat Iesus ad docendum mul-
ta mittendo paraclero, qui non lingua, nō so-
no uocis, sed in subitatione lumen ueritatis &
gratiã infundēdo docebit, & ea quæ Christus
docuit, declarabit. Nam ista quæ Christus do-
cebat, illorum animos excedebant, idcirco ad-
iecit: Hæc locutus sum uobis, apud uos ma-
nens, scilicet lingua humana & sonabili uoce.

Paraclerus autem spiritus sanctus, quē
mittet pater in nomine meo, ille uos doce-
bit omnia, & suggeret uobis omnia quæ-
cūq; dixerit uobis.

Manens in carne cum apostolis, spōte mor-
talis existens, ista tanquã diuina more huma-
no loquebat. Sed spiritus paraclerus optimus
consolator, quem pater misit in nomine filij, ui-
delicet in uirtute fidei & in uocationis eius, ille
docuit omnia, quæ non docuit filius, & sugges-
sit inuisibili suasionē, ut incunctanter tene-
tur atq; crederentur, quæcūq; etiam ipse filius
humanatus edixerat. Liquebatur plurimam doctri-
nam reseruatam paraclero, & fidem firmandã
in cordibus de Christo, & de ipsius doctrina
indubitata suggestioem. Et cum suggestio
pertineat ad inferiorem, & sæpe accipitur in
reprobã partem, & inuisibilis aduersarius sug-
gestiones immittit: non tamen paraclerus aliq;
diuino, aut separatis substantijs, aut unitis spiri-
tibus, aut quibuscūq; creatis est credendus in-
ferior: æqualis em̄ est p̄ omnia in diuinis, & in-
cōparabiliter atq; infinite omnia creata trãscē-
dit. Nec eius suggestio in alterã à bonitate par-
tem, in seclenda est. Quod em̄ æternè atq; nau-
raliter bonum est, seclēti nequit in alterã partē,
nec aliter agere quàm perfectã deceat bonita-
tē. Sed humanatus & humiliatus dei filius in
nostra mortali carne, nisi p̄ humilia uerba hu-
militatis actiones, de seipso à patre & spiritu san-
cto p̄nunciare non potuit atq; uoluit. Idcirco
hæc dixerit, q̄ sp̄s sanctus à patre & filio, cū
uenerit aut missus fuerit, dicta ipsius Chri-
sti dei filij suggestio docebit & suggeret, docebit mū-
dū doctã p̄ filij, suggeret dictã p̄ eū. Etenim mul-
ta didicerat apostoli à sp̄s sancto ineffabili & inuisi-
bili modo, q̄ nec Chri-
sti ore docuit, nec in audi-

entis cordibus inspirauit, nec euangelica con-
tinet scriptura, & deriuata sunt ad posteros, ut
usque in hodiernum diem in ecclesia ortho-
xa sacris obseruationibus currant. Paraclerus
consolator dicitur, cōsolatio uerò in pace fun-
datur: nulla porro adest cōsolatio præter pa-
cem. Pax uerò aut est in opinione, aut in uerita-
te. Vna falsa, reliqua uera: quæ præterquam à
deo, aliunde non prouenit: quæ in hoc tempo-
re humanæ seu rationabili animæ, in uirtutū
amore atq; actione conceditur, in futuro spe-
culationi diuinitatis immediatè referuatur. Et
ne tabescerent ex recessu ipsius saluatoris, aut
& diffidentes ad intellectum alia docentis, ac
etiam crederent non diligi, prout uidebant se
à Christo corporaliter separari, pacis hæredi-
tatem adiecit, dicens:

Pacem relinquo uobis, pacem meam
do uobis. Non quomodo mundus dat, ego
do uobis.

Pax sum atq; pacificus, qui non exercere li-
tigia noui, sed omnibus euangelizare pacem.
Vadens, uobis relinquo pacem, in me morta-
les uos omnes uerè credentes reconcilians cum
superis. Et unã cum patre & spiritu sancto pa-
cem meam do uobis, non ea lege quã dat, qua
reaccipit, qua querit, qua uult, qua utitur mū-
dus, sed eo pacto quo deum illum & qualem
impartiri decet, & eo sine quo donum diuinū,
quod est pax diuina, debet dirigere acceptores.
Est enim pax supereminens donum, accōmo-
datum urgente necessitate per amplius usus
hominum, sine qua omnia turbata consistunt,
cum qua nullus p̄teritur, sed omnis tranquil-
latur ordo. Nullus autem expeditior aut ma-
gis necessarius rerum usus, quàm ille qui termi-
natur in frui, non creatæ substantiæ, sed infinitæ
deitatis. Ac per hoc oportet p̄noscere, du-
plicem esse pacem, humanam atq; diuinam: hu-
manam, accommodatam ad quietum usum
humanarum rerum: diuinam uerò, ut perue-
niatur ad fruitionem diuinam. De qua optati-
uè & indistinctè dicebat Apostolus: Et pax dei
quæ exuperat omnem sensum, custodiat cor-
da uestra & intelligentias uestras, in Christo Ie-
su domino nostro. Et Iesus Christus deus est,
qui dicit: Pacem meam do uobis, quam mun-
dus non potest habere, accipere, neq; dare, cū
omnem humanum sensum, etiam audacter
dixerim, & angelicum exuperet tanquam su-
pereminens donū & transcendens, segregata
bonitate, omnem bonorum largitionem, cū
nisi sit hominibus mortalibus aptius atq; utili-
us, quàm cum creatore omnium esse pacificū,
& habere pacem cum dominatore uniuersæ
terræ, quæ facta est per mediatorem dei & ho-
minum, & per facialem hominē Iesum Chri-
stum, qui non dat pacem sequaciis suis, pro-

ut mundus amatoribus suis, quam mundi pa-
cem denegat se datur, dicens: Nolite putare
quoniã ueni mittere pacē in terram. Non em̄
ueni mittere pacē, sed gladiū. Pax quidē mūdi
est, & q̄ à mūdānis inquiritur, corporis imper-
turbabili sanitate potiri, superabundantem re-
rum usum habere quietum, ex nulla re parte
turbari, carere hostibus, aut ipsos debellare,
aut tenere subiectos. Ad quam obtinendam,
cum prudentia & iustitia & fortitudine & cō-
perantia omnis amatorum mundi certauit in-
tentio. Sed nec ex omni parte possessa est, & si
in parte rerum seu temporis illam cupienti ac-
cessit, non relata est ad eum finem boni, in quo
mortalibus permilla est possideri. Sic & pro il-
la casto labore sæpe certatum est. Pax autem
quam asserit se daturum, est ad deum ordina-
tus affectus, ab omnibus corruptibilibus se-
gregatus, eius uoluntati usq; ad mortem in ex-
ceptuare obediens, & reconciliatio facta cum
deo in merito sanguinis Christi pacem dantis.
Non enim expedit Christo pacem habere nō
biscum, sed nobis cum ipso. Nec est in offendē-
tis, sed in offensi officio dare. Ac per hoc ama-
tor hominum Christus dat pacem nobis, non
accipit: quia ipse pace nostra non indiget. Ipse
deus offensus à nobis, semper in offensē consi-
stens ad nos. Dat igitur pacem, qua ordinatè
cum deo uiuamus; dat pacem in sanguine, in
quo reconciliati sumus: pollicetur pacem æter-
nam, qua in æternum beati cum ipso manea-
mus. Hæc non in mundi more, sed diuino & in-
effabili modo datur.

Reiterat Iesus de propellenda turbatione sub-
ijciens causam, & suam omnimodam innocentiam
proficitur, secundum Iohannem solum.

Caput. V.

Dixerat paulò antè discipulis, quod nunc
per similia uerba dicit:

Non turbetur cor uestrum, neq; formi-
det. Audistis quia ego dixi uobis, Vado &
uenio ad uos. Ioh. 14.

Ergo non turbandum neq; timendum, si ua-
dit ad patrem, & uenit ad electos, auxiliarius
ad pugnam, imò totam sua uirtute peracturus
& præstaturus in oportunis omnibus gratiam
& sufficientiam: sed nec turbandū, imò gaudendū.

Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia
uado ad patrem, quia pater maior me est.

Antè dixit: Si diligitis me, mandata mea ser-
uate: nunc uerò dicit, Si diligeretis me, gaudere-
tis utiq;. Diuersis effectibus est probanda di-
lectio, exteriori, ut seruentur dilecti mandata:
interiori autem, ut in eius prosperitate læte-
mur. Laborauerat Christus ut homo, regredie-
batur ad patrem, exaltationem super omnem

creaturam, & omnes homines & angelos recepturus ab eo, quia maior ipso erat, eo quod homo: nam quia deus, æqualis per omnia patri. Et ut tota ratio gaudij refunderetur in eos, gaudere debebant, quia pater homine Christo maior. Plus conferat uobis ex forma dei, quam ego conferre possim ex forma serui, quia pater maior me est.

Et nunc dixi uobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.

Prænunciatio Christi, discipulorum corda futurorum astringebat: ad fidem; ut cum promissum deuenisset in factum, ocyus, imò incunctanter crederetur, quia fuerat ante prædictum. Prophetiæ quidem quæ de Christo & eius corpore mystico præcesserunt, cū conspecta sunt facta, audientium corda in credulitatem facilius inclinauerunt. Sic Christus ante prædixit, ut cū factum fuerit, præstetur indubitata fides. Morderatur suos sermones Iesus, ne in plus effluat quam expedit, aut quam percipere possit auditor, dicens:

Iam non multa loquar uobiscum.

Quia non plus expedit, plus capere non potestis. Coarctat undiq; nimis. Inimicus qui me à iuuentute mea expugnauit, in me nunc acrius seuit, bello acriori conferendum est, meam coram uobis profiteor innocentiam.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Vt quasi recompingeret diceretur: Vt quid prælium istud in parte geritur: ut quid bellum in toto: ut quid ista cruoris effusio: ut quid ista ista mors: ut quid huiusmodi crucis opprobrium: ut quid cū latronibus deputatio? Verè in me non habet quicquam. Sed paterna iussio & filialis dilectio hoc fecerunt. Proinde dicit: Cum inuisibilis hostis nihil in me inueniat sui, iuris, attamen hoc bello conferendum est, ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Alibi scriptum est, cum disceptaret in templo: Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et hic quidem dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Mundi princeps, antiquus est hostis: qui cœpit in mudo ex primis subactis parentibus dominari, & principatum accepit eo iure, quo sibi sponte tradidit masculus Adam. Sed per plus petendi auiditatem, in eo in quo criminis originalis aut actualis nihil inueniat, eijcietur foras. Qui cū uenit congressum habiturus cum Christo, nihil sui iuris inuenit in eo. Nam omne peccatum siue delictum magnū uel paruū, de iure diaboli est. Superfluum autem est, Christum excusare à crimine, & istum lucidissimum solem uelle nostris luminaribus red-

dere clariorem, atq; uerbis importunis imaginabilem iustificare iustitiam, & omnis boni fontem uitium ex cœnosis quasi riuiulis reddere puriorem. Quid enim de Christo pro sua innocentia est aliud disendum, nisi tenendum quod peccare non potuit, nec aliq; modo à sua bonitate deficere, nec desistere ab expediendum ratione honorum? Quid igitur in Christo erat quod posset ad diabolum pertinere? Vnde huic originalis macula, quauis eius caro fuerit ex traduce, sed traducta de sanctificata per spiritum sanctum uirgine matrem? Vnde huic aliquid de lege peccati, quem nullum potuit maculare delictum, nullumq; turpare peccatum? Vnde obliq; potuit immutabilis relictus? Vnde huic aliquid adhæsit de mundo, quem fecit, qui eum non cognouit, de quo suum regnum esse negauit? Vnde huic superbia, qui humilia uit semetipsum factus obediens usq; ad mortem? Vnde inuidia, qui uenit pro omnibus dare animam suam? Vnde huic ira seu imparietas, qui cum malediceretur, non maledicebat: cum parteretur, non cōminabatur? Vnde acidia, qui fuerit in laboribus à iuuentute sua, & fatigatus exiit, sedebat super Samaritanū fontem? Vnde auaritia, qui pro nobis factus est egenus & pauper? Vnde gula, qui ieiunās quadraginta diebus & noctibus in deserto, & cum esuriret, nec legimus illo soluisse ieiunium? Vnde carnis perulatia, quæ castissima & sanctificata traducta de uirgine facta, unita dietati? Ac per hoc quod in hoc homine quaerere habet hostis antiquus: Venit enim princeps mundi, & in me non habet quicquam, sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, cuius dilectio in hunc me fecit uenire congressum, ut certè æquitate, non uisiparientia, non potentia: non in forma dei, sed in forma serui cū principe mundi, qui in me quod posset arguere atq; dānare, non reperiret quicquam. Et sic dedit mihi pater mādātū de cōgrediendo cū principe mundi, qui cum me innocentē sua inuidia & astutia tradiderit in mortē, amittat quā diu improbus princeps tenuit potestatem. Et sic ut mādātū dedit mihi pater, de cōgrediendo per pœnas & opprobria & crucis mortem cū huiusmodi principe mundi: sic, non aliter, facio. Non enim est fidelis serui & obediētis filij, aliter mādātum exequi, quam prout à superioriore positum est. Igitur sic facio. Et sicut in ipso diabolo mundi princeps nil sui iuris habebat, sed secum cōgrediebatur paterno mādātō, sic nec est in Christum peruersa cogitatio impingendum ab hominibus, cur ita inucessit, cur tot & talia sustinuit, cur ab omni delicto immunis sic corpore cōstitutus est, cū ipse aliter etiā in minimis non fecerit, nisi prout à patre in mādātis accepit. Sæpe nanq; dixit: Non ueni facere uoluntatē meā, sed uoluntatē eius

qui misit me patris. Totus est liber à causationibus hominū, qui non egit aliter quā à superiore acceptis: sed sicut dedit mādātum superior, sic inferior executus est. Tota obediētia est ex nullo causanda, si prout accipit, effectui traditur sanctum mādātū. Qui oēm intentionem peccatoris in mādātō cognouit, uirtutemq; mādātū, nisi iuxta cognitionē huiusmodi, non aliter, exequat. Etenim uelle mādātā sancta perficere, modum æquē ut & factum oportet intendere. Et obedire per oīa fatagentes, ne in nobis aduersarius noster cū inuitabilis cōgressus ingruerit, aliqd sui iuris inueniat, ut quisq; de se uera hāc possit proferre sententiā: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

De mutatione loci Christi sui; collegij in designatione transitionis ad euangelium, secundum Iohannem, Mattheum, Marcum & Lucam. Caput VI.

Actis cœna, lotionem pedum, sui corporis sacramento, multa commonefecit, anrequam de cœnaculo & de Ierusalem egrediretur. Quid prædixit?

Surgite, eamus hinc. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti seu oliuarum.

Ipse dux belli nouiq; certaminis, ipse terminus figurarum & umbrarum, formarum uerorum, primo surgens, suos tyrones alloquit, dicens: Surgite, eamus hinc. Surgite, qui sedistis, qui manducastis panem doloris, corpus scilicet meum, de proximo immolandū pro uobis. Surgite peccare, quia illum panem uitium manducastis, qui dolores pro peccatis oīm à die conceptionis suæ in corde portauit, & dolore sensibili confixus, in cruce dolebit. Surgite aīo uigilanti in promptitudine spiritus. Surgite, mētes uestras ad superna erigite. Cōtemplamini magis intuitu quid egi, quid sim acturus pro redemptione generis humani. Eamus hinc ab isto cœnaculo, ubi uetus celebratum est pascha pro transitu, quæ facturus sum de hoc mūdo ad patrem: & pro transitu quem facturi estis uos subsequenti uestri, à ueteri lege in nouitatem uitæ, à figuris ad ueritatem, ab umbris ad claritatem. Eamus à cœnaculo ubi uestri pedes loci sunt, ne iterum puluis terrenæ cupiditatis inhæreat, qui absterfus est. Eamus hinc, ubi accepistis panem cœlestem ad confortationem infirmitatis uestræ: non enim iterum tabescere decet ocio spiritualiter confortati. Eamus ab Ierusalem ubi pro morte uitæ damnabitur, ubi florebit iniquitas propulsa iustitia, Eamus ab hoc manufacto templo, ubi corporaliter adoratur; nam tēpla spiritalia sunt de proximo construenda, & alia ædificanda Ierusalem ciuitas, cuius participatio ciuium sit in ueritate & in unum deum & unigenitum dei filium incarnatum; cuius muri nulla possunt aratione dissolui, cuius lapides non diruantur.

quæ nullo uallo interposito ab hostibus angustetur, quæ non prosternatur ad terrā, sed erigatur in cælum, & peracto mysterio seculi super illud ascendat, quæ nulla possit obsequio deleri. Surgite igitur, eamus hinc. Et quod itur? Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Prædixerunt hymnum ad iter, ut processus sit in nomine domini, & ad laudem eius qui cum cetera bona disposuit ab æterno. Veniunt ad montem optima qualitate distinctum, quia oliuarum mons altum dicit à Ierusalem terrestri. A synagoga & à lege uenitur ad alta. Et quia illa in morte, mons oliuarum in altis se rebatur, ut omnino ecclesia quæ synagoga habeat excellat. Sed qualificabat oliuus, ex quibus olei fructus percipitur. Oleum fomentum est luminis, liquoribus omnibus supernatur, lenit, ungit, affert quandoque medelam. Passibilia & potabilem aquam condit, ut ex his qualitatibus in spiritualem traiectis intelligentiam, credamus cōstare orthodoxæ ecclesiæ, ad quam completo hymno ueteris testamenti per Christum & apostolos est celebratus accessus. Accitiam oēm Christianum debere his qualitatibus insigniri, quas oleum habet, à quo prout ungit, Christus appellatus est, & à Christo Christianitas dicta est. Nec aliud dixerim recessum à Ierusalem, & accessum ad montem olei, quæ deserenda synagoga, & de proximo Christianitate esse cōdenda, lectidū quæ saluādos oportet esse mortales. Ac per hoc sic dictū & factū est: Surgite, eamus hinc: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Vt etiam ex his præstetur bene agendi forma creditibus agonistis, ut surgamus & eamus ad bona, si non malè iacere cognouimus: & à bonis ad meliora nisi, pfectidū patet iter, donec in quæq; optima ueniamus. Non iacebant hi, sed sedebant intenti ad doctrinam & ad dulcia uerba magistri. Sed prinet fessio ad gertem, surgendum est ad opus, cum de bene operando est percepta doctrina. Frustra est doctrina de moribus, si non deuenit in opus. Præcedit operationē lectio, præcedit in oratione, pcedet & contemplationē. Legisti per te, audisti à doctore quid opereris, quid ores, quid intenta mente contemplandū sit. Igitur surgendum properandumq; ad ea, quæ didicimus ex lectione siue doctrina. Et sponsa inuitatur à sposo, ut furgat & properet, & ut contemplet foramina & cauernā quæ pro redemptione hūana, sponsæq; suæ sponsus ipse portauit. Comestus erat panis doloris, legalis scilicet & euangelicus. Ille doloris erat, quia nemo ex toto legē illā pfererat, & nemo ex illo satiabatur ad plenū, quanq; & azymus esset. Et euangelicus panis, quanq; uiuus de cælo descēderit, de proximo ualde in acutissimis doloribus futurus erat, pœnalibus quidē, & nostros in se latu-

rus. Surgendum quidem erat, & ad alia propere rādum. Sessio, surrectio, itio, serie optima disponuntur. Sessio ad doctrinam percipiendam, surrectio ad intellectum, itio fit ad ea quæ precepta sunt.

¶ Quod omnes Christiani sunt ex Christo & in Christo, sine quo nihil rectum agunt, in quo manentes multum fructum afferunt, secundum Iohannem solum.

Caput VII.

Egressus Iesus à Ierusalem cum undecim discipulis suis, in oliueti monte confedit, eos de altissimis & necessarijs instruens, non affectus pauore proximæ captiōis & sœux futuræ mortis, quam in fallibiliter sibi imminere cernebat, nõ necessitate aut potestate inferentium, sed uoluntate sui suscipientis. Nec à doctrina cessabat, nisi ostendere quæ colligatio, quæ unio, quæ coniunctio, quæ proximitas, quæ agendi potentia, quæ actionis utilitas, quæ patetio inter ipsum & discipulos subsequos Christianos existeret, dicens:

Ioh. 15. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est.

¶ Per similitudinem loquitur, ut ad proprietatem traiciat, quia uitis se assimilât in natura libus suis, ut ostendat quid proprium faciat per gratiam fidelibus suis. Uitis uera Christus est: ut dei filius, ab æterno plantata in patre: ut homo, ex tempore unita deitati: in ueritate fructificans, quia ipse ueritas est: in ueritate se diffundens in palmitibus suis, in ueritate culta, quia pater eius agricola est. Si pater agricola, igitur agrum habet. Si hæc uitem colit, ergo uitis in agro. Ager, ecclesia. In ecclesia manet Christus, qui est uera uitis. De forma serui, non de forma dei sermo decurrit. Non enim est uitis ut deus, neq; colitur à patre, per oia sibi æqualis existens. Nec aliqua similitudo imponitur deitati, uel ut propheta negat ei similitudinem aliquam esse ponendam, dicens: Cui similem fecistis deum, aut quam imaginem ponetis ei? Est uitis Christus, & pater in eo agricolæ facit officium, quod nec uera uitis sine palmitibus est, qui sunt in consideratione agricolæ, an prædicantur aut conseruentur in uite. Quoniam omnem palmitem in me nõ ferentem fructum, tollet eum. Et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

Ioh. 20. ¶ Uitis Christus, cuius palmitibus sunt oēs fideles eius. Sed palme qui ex ista uite non fert fructum dignum in uite, ab ista tollitur uelut rāmus siccus ab arbore præciditur: quia uena lacus humoris, qui ab arboris trunco in ramos diffunditur, in puncto terminata est ne diffundatur. Fructum uero ferēs, seruabitur in arbore, atq; purgabitur ab impertinentibus & à ma-

culosis, ut fructum plus afferat, non solum in quantitate, sed etiam in preciositate. Debet enim ex ista mundissima uite ramos mundos procedere, atque fructum emanare mundissimum aptum regno cælorum. Vinearum cultus ostendit scire quærentibus, quod purgati palmitibus eulcorio more, ad ampliorem fructum turgescunt in gemmis. Et unam præcessisse purgationem in uerbo factam ostendit:

Iam uos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis, facite ablutum, leuem mundatore, suauem purgatore. Saluator aduenit pro suorum salute fidelium, ut ablueret aqua sanctificata per uerbum, mundaret euangelicus sermo ad omnium abstersionem malorum, & totius munditie complementum, purgationem faceret pater agricola, sanctificaret deniq; spiritus sanctus. Quis igitur ab auditione diuini sermonis abfugiat, si fideliter & humiliter audientes emundat? Non enim est alius sermo quem quatuor cælici notarij conscripserunt, quam ille quem locutus est Christus, qui sermo usq; in finem seculi erit in promulgatione, ut sit in auditione, quæ qui in fide actiuorum audierit, ab auditu malo non timebit. Si quis enim ferè fuerit mundus, deum profollicitum habet. Sic enim scriptum est: Si mundus & rectus in celsis, statim euigilabit ad te. Iob enim talia dicebat: Sed quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu quod solus es? Et rursus: Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Et iterum: Stellæ non sunt in conspectu eius. Hæc idcirco dicta sunt, quoniam nisi per ea quæ diuina & supra naturam sunt, munditia non existit. Si nos deus asperget hyssopo, mundabimur: & lauamur ab ipso, dealbabimur super niuem. Sed quoniam nihil boni potest esse ex nobis tanquam ex nobis, & est radix nostræ propagationis infecta, & nihil ualemus ex nobis uelut ex nihilo facti, admonemur manere in eo, à quo nisi bonum exire non potest, nec uirtutem suis negare palmitibus.

Manete in me, & ego in uobis. Sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.

¶ Luce clarior est sententia ex assumpta similitudine, quod palme præcisus à uite, fructum ferre non potest: quia præcisio infusionem decidit, quam uitis faciebat in palmitem. Sic qui est præcisus à Christo, fructum dignum germinare non potest. Quia cum sint unum uitis & palme, diuisio in unitate nõ est: & unitas cum multiplicatur, à seipsa recedit: quoniam dualitas

sive amplius, unitatem deseruit. Nulla fructificandi uirtus adest palmiti, nisi manserit in uite: sic nulla uirtus cuiusquam hominum, nisi manserit in Christo, & nisi Christus manserit in eo. Mansio autem ista reciproca fructificare in multitudine facit, non Christo, sed ex Christo homini Christiano. Alter manentium alterum, nõ uterq; de huiusmodi mansione percipit fructum, quoniam honorum actorum & creator: Christus omnino nec indignus est: sed ei fructus acquiritur, quod sine ipso nihil facere potest. Qualiter autem ista mansio sit tenenda supra declaratum est. Non solum fructificare nequit ad præmium, quod non manet in Christo, sed etiam ad supplicium deputatur. Et hoc monstrat quod sequitur:

Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palme, & arefcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

¶ Non est dare tertium uoluntarium seu à uoluntate aliquod factum inter uitium & uitium, quamuis sit aliquid inuenire creaturam, de sui natura tendens in neutrum, etiam cum possit deduci aut in uitium, aut in uirtutis obsequium. Nec potest esse mansio, præterquam in uitio, extra Christum. Ob hoc ergo dicitur: Si quis in me non manserit, cum alibi quod in uitio manere nõ possit, mittetur foras præcisus, quem non Christus, neq; alius, sed ipse semetipsum præcidit, sicut palme quem uitis non abijcit, sed alius fermento decidit. Et foras missus arefcet, ut igni sic ad comburendum sit aptior. Et colligent eum ministri iustitiæ, & in ignem scilicet æternum mittent æternè arsurum. Videamus suppositam præuaricationem, uideamus suppositam diuinæ iustitiæ seriem. Si mansio per fidem & dilectionem non sit in Christo, ecce culpa supposita: mittetur foras, anathe marit à Christo & ab ecclesia: quia mittit foras, ecce ordinata iustitia. Deinde arefcet ab omni uirtute, ab omnibus gratia: ut uelut lignum aridum aptius ardet, sic aridus bonus colligetur, in uitabiliter mittetur in ignem, ardebit æternè, non tamen ad consumptionem, ne poena terminum habeat.

¶ Quomodo sit mansio Christi in nobis, nostritry in Christo, & quis fructus huiusmodi mansiōis, secundum Iohannem solum. Caput VIII.

¶ Non est ista mansio corporalis, ut locus & tempus ex mora, & corpus & mensurabile requiratur, sed extra huiusmodi diffinitione peragitur, quam sub conditione Christus enucleat:

Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint: quodcumq; uolueritis, petetis, & fiet uobis.

¶ Fit mansio in Christo ea imagine qua palme in uite, non tamē ea proprietate, cū in eo quod in similitudinem assumitur, sit nominatorum proprietates: sed in assimilatione similitudo, in assimilationis uero effectum ueritas. Igitur

maneamus in Christo per ipsam fidei adhesionem, qua nulla maior: & per ueram dilectionem, qua nulla melior: & per imitationem, qua nulla certior, sicut Iohannes inquit: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Manet autem ipse in hac nõ aliter quam per uerbum auditum, susceptum atq; retentum. Non enim Christus secundum substantiam animæ aut corporis aut deitatis, manet in nobis, sed per uerbum eius. Nam si des est ex auditu, auditus autem per uerbum dei, uerbum autem dei, uerbum est Christi, qui aliud non loquitur quam uerba dei, Dicitum est enim: Quæ audiui à patre meo, hæc loquor uobis. Proinde dicitur: [Si uerba mea in uobis manserint,] Manent in nobis uerba saluatoris, non alio manendi ordine, nisi eo quod ea cum audiuerimus, si sunt nostrum excedentia intellectum, credimus: si propere intelligimus, intellecta placent, placencia diliguntur, dilecta firmantur in memoria: memoriæ commēdata tenaciter iuxta aurelam & opus, in effectum libera uoluntate, tota possibilitate deueniunt. Cui mansioni uoluntarium redditur præmiū, cum exauditione petitionum tribuatur ad uotum, cum dicitur: [Quodcumq; uolueritis, petetis, & fiet uobis.] Larga & inexpectata uidetur ista exauditione, cum nihil boni aut mali à petendo secludat. Si silenter considerantur uerba præmissa, restringitur petitio cui iusta exauditione porrigitur. Si in me manseritis, non aliam formam petendi dabit, quam ego porrexerim patri, cui omnem meam omnium petitionum subdidi uoluntatem. Et si uerba mea in uobis manserint, quæ doctrinalia sunt, ipsa docebunt quid iustit, quod honestum, quid delectabile, quid iucundum, quid utile, quid licitum & expediens, quid datori dare, quid postulanti dignum accipere uideatur. Hinc sanè dictum: [Quodcumq; uolueritis, petetis, & fiet uobis.] Esti non illico, fiet tempore congruo: etsi non quod petimus, fiet & utilius. nam discipuli non recte petentes, at dixerunt: Nescitis quid petatis. Et Apostolus: Quid oremus, nescimus: ipse autem spiritus postulât pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

¶ Quod d deus pater glorificatur ex bonis operibus nostris, & de uicaria mansione dilectionis nostræ in Christo, & Christi in nobis, secundum Iohannem solum. Caput IX.

¶ Quod d deus pater glorificatur ex bonis operibus nostris, & de uicaria mansione dilectionis nostræ in Christo, & Christi in nobis, secundum Iohannem solum. Caput IX.

¶ Quod d deus pater glorificatur ex bonis operibus nostris, & de uicaria mansione dilectionis nostræ in Christo, & Christi in nobis, secundum Iohannem solum. Caput IX.

Sæpe insinuatū est, nec nõ sæpe repetere: Supportet, quod nihil deo patri neq; filio incarnato accedit utilitatis, delectationis, exaltationis ex his bonis quæ agimus. Sed cū aliquid ex sono literæ sibi accessisse uideat, ad sensum referendū est, quod rationalis creatura de ipso aliquid nouit percipit siue cognoscit, quoniam æterno nihil noui accedit siue puenit. In nobis & pro nobis sunt huiusmodi uariæ actiones. Sed cū Christus semper ad mellora niteret suos puehere discipulos, introducit

Ioh. 2.

Roma. 10

Ioh. 8.

Mat. 20.

Roma. 8.

patre glorificari ex recte agentibus nobis, dicitur: **In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.**

¶ Vnde clarificatur pater non in seipso, sed in nobis, qui eum ab aeterno clarum existentem, non agnoscebamus qua claritate fulgeret. Sed deuo clarerit in nobis, cum ipse sit uerus agricola, uerae uitae purgans palmites, ut fructum afferant ampliore: quoniam nisi purgaret, fructum afferre non possent, etiam si manerent in uita, duntaxat per fidem. Claret igitur uirtus eius ex fructu, sine quo nullus est fructus. Igitur in hoc clarificatus est pater deus, si fructus multus affertur, ea disciplina & lege, ut plurimum fructum afferre satagentes, Christi efficiantur discipuli: quoniam omnis alius discipulatus est reprobus, nisi ubi doceat Christus Iesus. Et ne pudori aut labori aut sterilitati ascriberetur, discipulum Christi fieri, dilectionis diuinae praemium appositum est.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos.

¶ Imperferabile dictum, quoniam deus pater suum dilexit filium ab aeterno. En & filius cum non essemus, quomodo nos potuit diligere ab aeterno? Sed & hoc utique uerum est, quod dilexit nos ab aeterno antequam essemus, ut faceret nos: nec dilexit aliter nos creatos, quam dilexerit nondum editos: nec aliter dilexit non existentes, quam futuros prouiderit. Humanum autem pensandum est dictum, [Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos,] quoniam sic eum dilexit, ut post omnem agonem, in caelestibus ad dexteram ut hominem fecerit consedere. Hinc

Phil. 2.

Apostolus post eius agonem, dicit de ipso: Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Et alibi: Vidimus Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatum: quoniam assumptus est in caelum, imò propria uirtute ascendit, & sedet ad dexteram patris. Sic & ipse dilexit nos, ut ubi est, & nos esse ualeamus. Postulauit enim hoc exaudiri

Heb. 2.

petitione à patre: Volo pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Propterea illico subiunxit de mansione dilectionis:

Ioh. 12.

Manete in dilectione mea.

¶ Quam mansionem in id quod saepe supra dixerat, trahit, ut nemo excusetur scilicet in obseruantia mandatorum.

Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea.

¶ Ut ex hoc duplex intelligendi sensus eluceat, ut si seruabitis, manebitis: & si manebitis,

seruabitis: ut unum ad meritum, alterum ad praemium referatur.

Sicut & ego patris mei praecepta seruauit, & maneo in eius dilectione.

¶ Seruauit mandata patris filius, quia dilexit: manet in eius dilectione, quia seruauit. Simus ergo nos actu in ista custodia cum inuita mur. Sic enim de ueris discipulis sequacibus Christi scriptum est, superioris iussione suscepta. Mandat superior: Quid? Tu mandasti man data tua custodiri nimis. Dicit inferior: Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Igitur custodi diu ne confundar. Et pollicebat effectum: In mandatis tuis exercebor. Orabat in ardua deduci: Deduc me domine in semita mandatorum tuorum. Et sic ne turbatio animi se promittebat facturum. Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Quare? Ut in tua dilectione permaneam, praedilexi mandata tua super aurum & topazion. Et quia tu manebis in me, propterea ad oia mandata tua dirigebar, oem uiam iniquam odio habui. Cur autem ista saluator suis discipulis dixerit, per subiecta uerba denotat:

Hac locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

¶ Quod agitur de gaudio, humanitas inter homines discutimus: maxima gaudendi materia est, cum duo rationales animi rationabiliter in amicitia copulatur, ut unus per amorem in altero esse uideatur, ita ut gaudium unius, sit etiam alterius: & quicquid boni reperitur in uno, in altero agnoscat. Ac per hoc tanta de dilectione Christus ingeminat, ut gaudium eius sit in nobis, ut de eo gaudeamus in nobis, de quo ipse gaudet, et de nullo alio nobis praeniens, quam de ipso gaudeamus. Solus ipse nobis sit gaudium, cum ex omni parte praeterquam ex ipso moeror insit. Non enim alia quam de Christo est gaudendi materia Christi anis, neque aliunde ipsis debet esse festiuitas super terram. Penetrantibus ulterius dictum ad intelligendum, occurrit quod ipse amoris gratia uult gaudere de nobis, uelut homo nobis per omnia similis factus absque peccato. Carum enim nostram ex traduce propagaram propagine, animam etiam ex noua creatione in nullo dissimile in natura susceptum & habet. Quamobrem seruata dilectione, gaudet de bene agentibus nobis, ut eos habeat consortes in gratia & in gloria, quos consortes habere uoluit in natura, & ex hoc gaudium nostrum impletur. Non enim dixit quod suum gaudium impletur in nobis, quoniam sibi dare non possumus sufficientem copiam gaudij, nec carum ex nobis, quantum uelit gaudere de nobis. Non extra se gaudet, quia deus: nec insurgit sibi

affectio aliqua extra se ad seipsum totus, totus per omnia existens, ab omnibus accidentibus extraneus est, cum id sit quod in se habet, id solum habeat diuine quod in seipso est. Non ergo nouum sibi de creatura gaudium, neque quale uel quantum, aut ex aliquo genere dicens aliquid de alio, sed secundum substantiam aeternam, & aeternè omnia de ipso dicuntur; duntaxat relatione personarum excepta. Si de dei filio aeterno & uero facta sunt uerba, digressionè ab inceptis quodammodo habentia locuti sumus. Proinde ad humilia dei filij reuertamur. Gaudet ipse de nobis uoluntate, non substantia factione, aut aliqua sufficientia gaudiorum, cum nec minus ipse gauderet, si nulla creatura extra se ipsum esset. Hinc est quod suum ex nobis quantumcunque recte agentibus gaudium non impletur, quantum habeat: nostrum uero gaudium non ex nobis, sed ex ipso perfectam plenitudinem habet. Non enim fons uiuus à riuo, sed riuus à fonte naturalem & substantialem habet originem, cum non riuus in fonte, sed fons refundat in riuum, quantum gloria lausque sit fontis, quod in riuo huberes deriuatur: quorum gloria seu abundantia non est ex ipsis, sed ex fonte procedit.

¶ De singulari dilectionis praecepto & amicitia Christi, & electio eius ad fructum multum, secundum Iohannem solum. Cap. X.

Aeterno iure in unum oia tendunt, aeterno dixerim, quia praefuso: sed in temporis uolubilitate ostenditur, & in latentibus rebus atque manentibus. Vnus deus per omnia condidit, qui tam diuersa connexit, ut unam mundus omnis ostenderet formam, unum singulare iumen, unum caput in corpore, unamque in uno corpore rationabilem & uiuentem animam. Omnia membra ordinauit ad unum caput. Omnes animae potentias ad unam statuit uoluntatem. Vna fides, unum baptisma est. Vnum fecit & ordinauit praecipuum & singulare de dilectione praecipuum, in quo fundata sunt omnia, à quo per debitam obseruationem complentur omnia, sine quo nil ualent omnia, cum quo & in quo bona sunt & merentur omnia, quo praetermissio deperunt omnia. Et hoc cum ait:

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos.

¶ Omnia dei Christi praecepta sunt, sed de isto expressius fatetur: Hoc est praeceptum meum. Si suum, ergo inuolabiliter obseruandum: quia praeceptum posuit, & non praeteribit. In superioribus ad seipsum conatus est hominum dilectionem conuerrere, nunc retorquet in proximum: & proximi dilectionem, suum dicit esse mandatum, ut diligamus nos inuicem, sicut & ipse dilexit nos. Est dilectio à natura in con similes, quoniam iure naturae similia sibi in dilectio

ne sociant. Est & dilectio mercenaria, est ex necessitudine, qua pro pagatio agit in natura: est ex delectatione sensuali, quae colligant animae impudentes, ex quibus aut aequitas naturalis, aut moralis quaedam iustitia seu morum turpitudine con surgit: ex aliqua tamen harum, ad praemium non acquiritur meritum. Proinde saluator ex sua dilectione modum & formam dedit dilectioni nostrae, dicens: [Sicut dilexi uos.] Ita ut nec in dilectione proximorum error perniciosus obueniat, exquirenda est atque tenenda Christi forma, quam ipse praestruxit. Quomodo igitur ipse dilexit nos? Supra naturam, extra mercedem humanam, nullo nexu sanguinis, ratione traducis, omni sensuali delectatione remota, sed illa dilectione, qua solum proximi diligitur bonum: & tale, ut sit honestum atque perfectum, ita ut ad id perueniat, si expediat & possit in studio diligenti. Sic enim Iesus nos uere dilexit, qui ad id bonum ad quod amabat, uoluntatem uitamque ponendo, perduxit. Et hoc est quod adiecit:

Maiorem hac dilectionem nemo habet,

quod animam suam ponat pro amicis suis.

¶ Ipse posuit animam suam pro nobis, quos appellauit amicos: fueruntque discipuli, fuerunt post eos & sunt, quicumque uia simili gradiuntur. Proinde si sub eo militare decreuimus, si cum ipso in caelestibus triumphare, sicut ipse pro nobis, & nos pro fratribus nostris debemus animam ponere: quod ipse ille primus fuerit, qui pro amicis animam posuit: & qui sunt eius amici, & quo pacto inter cum & homines amicitia constituitur, docuit & aperuit:

Ioh. 5.

Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio uobis.

¶ Et praecipuum leuissimum est, cum de dilectione sit datum. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem. Aliter prouehit nos Christi factio praecipuorum, ut in eius amicitiam ueniamus, qua nulla maior, nulla honestior, nulla potior ad tuendum, nulla facilius ad habendum, quae uirtute amatiua captatur; nulla delectabilior, nulla utilior, nulla iucundior, quae angelorum etiam amicitiam sortitur & omnium ciuium supernorum. Nulla uero inimicior, si contemnitur, atque damnosior. Et quoniam amicitia magis parilitate quam subiectionem facit in animis, hac conditione se nobis Christus in dilectione subiunxit:

Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quae audisti à patre meo, nota feci uobis.

¶ Non dixit discipulos suos eiusque similes, seruos ea conditione, qua bello capti seruantur, qui emuni iure mancipiorum, qua conducuntur merce de ad aliquid pagandum, qua etiam nascuntur in do

mibus lege, & originarij appellantur. Nihilominus tamen amici dei dicuntur serui, ut ex scripturarum testimonio claret, ut nomen seruitutis non adimat amicitiam, & amicitiae nomen non excludat utilem seruitutem: nam Abraam appellatus est amicus & seruus dei, sicut scriptum est: Credidit Abraam deo, & amicus dei appellatus est. Et alibi, Abraam, Isaac & Iacob seruatorum suorum fidelium. Seruitus in merito, amicitia in praemio. Seruus inferiorat, sed aequatur amicus. Seruus custodit imposta, secreta sentit amicus. Et foris seruus expectat, cubiculum amicus ingreditur. Quae in uno & eodem officijs & alternationibus diuersis aguntur, ut res expostulat, & exquirat alternatio agendorum siue praemiorum. Fuerunt igitur serui apostoli & amici: serui, dum mandata susceperunt: amici, quia seruauerunt. Subiectio seruuum, dilectio facit amicum. Igitur iam non dicam uos seruos, ut post praceptorum obseruantiam, non ad altiora uos proueham: sed amicos, ut illa secreta quae seruus non dum in maiora prouectus ignorat, uos sublatis ad meam amicitiam, cognoscatis, quibus paterna secreta reuelauit. Quae autem filius a patre audierit, & omnia discipulis nota fecerit, in dubium audientium animas mittit. Quae sunt illa omnia quae filius audierit? Quomodo nota fecerit? Quomodo mens adhuc modica discipulorum illorum, omnium potuerit esse capax, cum etiam ipse (ut praeratum est seipsum in loquendo fuerit moderatus, cui ait: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modum? Quid poruit audire a patre filius, cui quo sibi est aeterna & consubstantialis aequalitas, sapientia, aequalisq; bonitas? Ut homo se faceret audiuisse a patre. Manifestatio seu notificatio auditorum omnium, in eo est sensu, quo eis notificauit omnia secreta mysteria, omnia sacramenta quae pro redemptione humana erat ipse iussu paterno facturus. Et si non quando saluator ista dicebat, impletum erat, per aduentum spiritus sancti de proximo expectabatur implendum. Si uero reuertimus litteram cum sensu, fortassis per amplius ueritas elucescet. Veluti hac serie loqueretur: Amici estis, quibus sunt secreta pandenda. Hoc enim praecipuum est inter amicos, reuelatio secretorum, & signum euidentis amicitiae copulatae. Secreta pando, non humana solui, ut ne purum hominem semota deitate credatis: sed omnia quaecumque nota feci uobis, non ab homine aut ab angelo, sed audiui a patre meo uiuo & aeterno deo. Magna praedenda sunt ista, sunt omnino excedentia sensum, quae nota facta sunt. Sicut Apostolus ait: Ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suae secundum bonum placitum suum, quod posuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, restaurare omnia in Christo quae in caelis & quae in terra

Gene. 15.
Gala. 3

Ioh. 16.

Eph. 1.

sunt in ipso. Et alibi: Secundum dispensationem quam data est mihi, ut implerem uerbum dei, scilicet mysterium quod absconditum fuit a saeculis & generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit deus notas facere diuinitas glorie sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in nobis spes gloriae, quae nos annunciamus, corripientes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Ecce notificatio eorum quae audiuit a patre, quam Christus fecit suis amicis, qui non se primo ad hanc aliam amicitiam ingesserunt, sed Christus eos amando prouenit. Propter quod ait:

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis.

¶ Non uos me uestrum elegistis amicum quem amaretis, nec dominum quem utiliter timeretis, nec magistrum quem audiretis, docentem suam perna diligere, atque terrena contemnere, qui uos doceret conuersari cum hominibus bonis & modestis, sed etiam cum discipulis & peruersis, qui uos instrueret irreprehensibiliter uiuere, placere patri, qui uos de suo beneplacito informaret. Non uos me elegistis ducem ad uisibilia & inuisibilia bella, contra tetras acies, contra colluctationem spirituum immundorum, contra carnem & sanguinem, aduersus mundum mundi retores, scilicet tenebrarum harum. Non me elegistis pastorem quem sequeremini, qui uos defenderet a lupis, qui pasceret uos in locis herbis, in tuissimis montibus, & iuxta flueta plenissima, qui requireret perditam ouem reportaturus ad gregem, qui reuocaret erroneam, qui solidaret firmam, per amplius qui & benignè curaret abiectam & morbidam. Non me elegistis ad formam uestrorum morum formandorum imitandam. Non me elegistis redemptorem, uos & omne humanum genus in sanguine redimentem. Non me elegistis deum uestrum caelestia regna donantem. Sed ego, qui quid humano generi expediebat, agnouit, ad omnia beneficia & quaecumque optima uos elegi, non tamen uestris praecedentibus meritis. Alioquin electio esset ex iustitia, non ex gratia, non quod uos prius dilexeritis, sed ego prior dilexi uos, propterea uos elegi. Sic enim ait Apostolus, non tantum pro apostolis & discipulis, sed pro omnibus electis: Sic ergo & in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod querebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. Sed quoniam elegit noua bella, nouos elegit bellatores, & contrarios ad contraria destruenda. Poscebat enim hoc naturalis

ordo iustitiae, ut contraria contrarijs pellerentur, ab eisq; peteretur. Ad cuius electionis considerationem inuitat Apostolus, dicens: Vide te uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Finem uero electionis ipse doctor gentium scribens ad Ephessos, aperit: Benedictus deus & pater domini Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in caelestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Attamen ista electio quamuis referatur ad patrem, proinde praedestinatum ab aeterno filium illam, fecit illam in tempore: quia alia non docuit, alia non notifficauit, alia non fecit, nisi prout accepit a patre pro nobis. Et quoniam elegi uos, non tantum propter uos, sed ad utilitatem totius generis humani, cuius uos in hac noua militia principes feci, quod genus uana cultura idolorum laborat, spe frustra, tabescit moribus, infami graditur uia, ducitur a satana per deum quaeque, donec sibi societur in aeternitate poenarum, cuius misereor, ad fructum eternitatis inquiri: ideo posui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Posui & disposui, ut eatis ad praedicandum per mundum uniuersum, & afferatis, & fructum conuersorum ad fidem. Sic enim longe ante prophetauit est: Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua: uenientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Sicut prophetauit est, dispositum est, ut fructus ad uitam aeternam adductus, in gloria aeterna mansurus. Elegi & posui, ut uos pro uobis & pro alijs rogantibus exaudirem. Hinc sequitur:

Ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det uobis.

¶ Promittitur apostolis petitionum omnium exauditione, siue pro seipsis, siue pro alijs, siue pro signis & miraculis faciendis, siue pro arcendis demonibus, siue pro remouendis uitijs, siue pro uirtutibus impetrandis. Dicebat enim tanti regis amicus, sic ex omni carne ab ipso electos, apud ipsum regem habere facilem gratiam impetrandi, tamquam medios inter deum & homines existentes. Inimici potius erant. Si uero reconciliationem aliquando quaesissent, interposuissent eos amicos ut medios, quoniam medio non uitatur ad amicum uerus amicus, sed amico medio opus habet extraneus. Necnon

& hanc amicitiam & fructiferam electionem ad quam electi erant, oportebat in petitionibus iustis inexceptuare a deo exaudiendo monstrari, ut fieret omne quod peterent, iustum, congruum, & expediens, & honestatem habens ex iustitia petitionis, & ex ueritate pollicitationis. Nam cum deus aliquid dare rogatur, iustitia & honestas in petitione seruentur, & inhaerent pollicitationis ueritas si non illico, attamen utiliter subsequetur.

¶ Exhortatio Christi ad apostolos quod ex comparatione sui ad eos, si qua eis a mundo illata fuerint, patienter debeant tolerare, & de excusatione Iudeorum, secundum Iohannem solium.

Cap. XI.

¶ Comparatio ad superiorem, multa docuit patienter tolerare minorem: cum uero ad inferiorem se comparat superior, patitur indignatur. Nam dissuadet ratio, mos, usus, impatientem quaequam fieri dum agitur aduersis, & eum arietant quaeque mala, suo superiore in spe & in similibus aut maioribus periculis extitisse. Non dedignetur pati seruus, ubi passus est dominus: non miles, ubi acriora pertulit rex: non fenator queruletur, ubi portauit imperator ardens cauma bellorum. Non dedignetur in quibuscumque asperis & aduersis aliquis Christianus, ubi saturatus pro nobis opprobrijs, in cruce pro nobis subiit mortem Christum. Non recuset pro seipso pati: quisquis inferior, pro liberando superior uitam exposuit. Ad hoc adhortans Christus discipulos suos, praetulit dilectionem, dicens:

Hac modo uobis, ut diligatis inuicem.

¶ Reconformatur ante praedixerat de dilectione praecipuum, quoniam ipsa caput est & origo & mater omnium praceptorum. Et est leuigamentum quoddam miseriae & calamitosa uitae, ipsa mutua & uicissitudinalis dilectio proximi mortui. Et immediate compositione appositum, cuius consideratione leuius mala feruntur.

Si mundus uos odit, scitote quia me prius odit: quia me prius odit.

¶ Me inspicite mundo ante exosum, qui saluare illum adueni, cum nihil mali feci. Et esto te animo patientes, si aduersus uos mundus simili odio excandescet.

¶ Quoniam si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.

¶ Similitudo naturae mortuorum, saepe magna dilectionis est causa: hos uero dissimilitudo, foetorem odij plerumque ministrat. Diligit malus sibi alium similem factum, uelut fauorem & adiutorem & excusatorum sui criminis, & obuelatorem crubescitiae: quoniam habens in iniquo

* quisq;

Ioh. 15.

tate confimilem, ex eo uidetur quoddam excusationis aut alleuationis suffugium posse conquirere. Odit tamen aliquando malus similem malum, cum ex eius consortio possessio seu delectatio, aut honor seu dignitas demeret. Hinc dictum: Si de mundo fuissetis, perperam cum cæteris operantes, mundi amatores utiq; uos amarēt, tanquam suos complices & sequaces: sed quia uos ego elegi de mundo, ne sitis ipsius amatores, & dissimiles uos eis in moribus meis legibus ordinaui, fecitq; regulæ meæ sectatores, abstraxi à temporalibus, compescui à carnalibus, prohibui à uanitatibus, docui terrena contemnere, affectare cælestia, non malum p malo rependere, sed bona retribuere pro aduersis, non litigare pro rebus, contemptui exponere uisū corporis uitam, segregatos à charis & domesticis fieri, humanam complacentiam deuitare, propterea odit uos mūdus. *Quare odit? Quia totus in maligno positus est, uos autem in uia bonitatis electi. A dissimilibus, bonis est odium: à dissimiliter uiuentibus inferitur persecutio: à malis, uirtuosis non parciuntur sanctis, quoniam nulla iniquitatis cum uirtute conuentio.*

1. Ioh. 5.

Sed mementote sermonis mei, quæ ego dixi uobis, Non est seruus maior domini suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur: Si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabūt. Prædixit Christus omnia quæ uentura erant super discipulos suos & eorum confimiles, uelut infallibilis cognitor futurorum, ne cum uenissent, reperirentur discipuli nō parati, & eorum animi frangerent in subitane malorum. Et suadet eos esse memores, quia prædixit quod sic passuri erant, ne in memoria prædictorum eos per impatientiam conturbaret, magis autem eorum animos solidaret retenta memoria. Prædixerat quidem seruum domini suo non esse maiore. Proinde si manus persecutoris præsumpsit in dñm, si persecutio illum inuoluit, multo magis & in seruos ipsa defæuet. Quomodo desertur seruo, si dño derogatur? Quomodo seruus honori fiet, ubi domino sunt illata cōiucia? Non superferatur seruus, sed inferioratur domino. Sic protinus erit: Si me persecuti sunt, & uos persequentur, quia non est seruus maior domino suo. ascriberetur ad uerecundiam indelebilem ex electiōe militatum, si manerent in ciuitatibus stante rege in castris, & si manerēt in tentorijs ipso prodeunte ad bellum, & ipsi à missilibus liberi, ubi rediret uulneratus ex bello. Turpiter delicatus est miles, qui nec cum rege ictus hostiles excipit. Ac p hoc si dominus uniuersi, si deus in homine dignatus est pati, qua fronte qui hoc credit, propter tenerum sensum animo effugiet

persecutionis asperum sensum? Non quod dixerim ut semper Christianus in illas se deiciat uoluntarius, sed q; patienter toleret cum inuoluitur in illis fuerit inuoluitus. Nemo sua ueritate persecutiones ingrat, sed sit fortis animo cū expedierit testificari de Christo. Si gratia Christi capitis descendit in membra, sic & persecutio deriuetur ad subsequos. Persequitur aliquem ducem, quod & sequentes milites ad posse confodient. Contra mūdū amonitatem Christus p̄dicaturus aduenerat, & monstrabat se opere inimicum, nil mundanum deferens, excepto quod erat commensuratum ad uitam, quam in assumpta carne ostendebat humanā. Ideo mūdus persequabatur eum. Et in eadem persecutione futuri erant omnes Christum in moribus & sermonibus imitantes. Eregione autem si sermonem meū seruauerunt, & uestrum seruabūt. Doctrina discipulorum Christi, à doctrina non erat eius habitura seu prolatura diuersum, nec ipsi alia habituri uiuendi formam, quam ipse opere atq; uerbo p̄struxerat. Propterea seruantes Christi, & discipulorum erāt seruaturi sermonem. Hoc duntaxat dictum p his qui Christum in carne audierunt atque uiderunt, quoniam ad posteros per apostolos & euangelistas, per sonantia uerba & publicā scripturam Christi est deriuata doctrina, quibus posteris Christus non per sua uerba ex carnis ore prolata, sed per eos quibus creditū est euangelium, spiritus sancti operante gratia sonauerit. Cur autem hæ futuræ sint persecutiones, subsequentia ipsa declarant.

Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meū, quia nesciunt eū q; misit me.

¶ Nihil in terra sine causa, diuina seu humana, iusta uel iniusta. Sic iste processus oēs suppositam causam iniustā utiq; habet, illam scilicet ignorantiam pertinacem, quæ contumaci uoluntate depellit, q; subiecta & humiliari potuisset. Ecce igitur mali series, ignorantia dei patris, filium pro nobis mittentis ad terram, germinauit odium in filio, qui se dicebat deū æterni patris filium, qui tantum purus homo à cōspicientibus credebatur. Quod si pater eius fuisset ab eis notus per fidē æternus & uerus deus, & filius eius creditus fuisset deus, ad terram in humanitate pro salute hominum missus, quem apostoli & discipuli asserbant esse uerum deum, pro nobis incarnatum, natū, conuersatum & mortuum, in cuius nomine saluanda credentibus erat: Quamobrē homines non cognoscentes uerum & æternum deum mittentem, eius filium unigenitum ignorauerunt missum, ignoratum oderunt, & prædicatum quod erat, non crediderunt, sed odio p̄ncipio

exarserunt in eos qui prædicabant, & moribus sequebantur, quos & usq; ad mortem tormentis, terroribus, minis, omni poenarum genere persequabantur: Vnde dictum est: [Sed hæc facient uobis propter nomē meum, quia nesciunt eum qui misit me.] Nescientia huiusmodi neglecta, o dium & persecutionem generauit ex incredulis in credentes temporis illius. Et scientia fidelis non custodita, pessimos mores nec bonos facit in hominibus temporis huius. Veruntamen illa nescientia non excusat, imo per amplius accusat, quæ potuit depelli facilitate credēdi, quæ doctrinam in uerbo habuit à uerbo. Vnde sequitur:

Si non uenisset, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Sicut inquit Apostolus: Multifarie multisq; modis olim loquens deus patribus in prophetis, nouissimē diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem uniuersorum. Et quæ sequitur, aggravant dum contemptus est. Locutus fuerat Moyses ad populum, Aaron & Iosue, & iudices multi, Samuel & Dauid & Salomon, cæterisq; prophetæ. Fortassis quidem fuisset scutum excusationis inuētum. Nunc autē quia filius dei uenit, & quæq; optima locutus est, nihil reprehensibile, nihil impossibile, nihil impertinens, & uerba uitæ æternæ fuerunt uerba eius, excusationem non habet de peccato suo, quia nescierūt mittentem, quem in doctrina missi cognoscere potuerūt.

Propterea q; me odit, & patrē meū odit.

Exratione, usu, atq; moribus liquet, quod consusio unius relatiuorum, & alterius est: & odium unius, in alterum tendit. Et ut omne de pellatur excusationis suffugium, si locutioni Iesu credere noluerunt, quod maiores & excellentioris autoritatis fuerit quam præcorum, per eximia opera & supra naturam & usum facta, contendit fuisse credēdū. Locutio quidē siue doctrina confirmata, non solum per opera moralia & honesta, sed per mirabilia excedentia omnem creatam uirtutem, iure auditores cogere debuit ad credendum. Per amplius iustissimē damnat incredulos. Proinde adiecit:

Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum.

Fuit Iesus mirabilium operum signorumq; paterator, cui similis nemo præcesserat, nec alius. Quis talia fecerat in populo Iudæorum, seu in populis nationum, ex quibus ualidabatur doctrina, quam etiam ad credendam iure corda hominum urgebantur. Et si Moyses, Elias & Eli

seus, & si quispiam in ueteri testamento paterator miraculorum extitit, huius dicto non derogat, [Quæ nemo alius fecit:] qm̄ illi in uirtute diuina, iste autem in propria fecit: Non enim negare nisi pertinaciter poterat, opera & signa & uerba Christi fuisse diuina. Si autem diuina, quæ excusatio concepti odij? Quæ excusatio non credēdi? Quæ iusta persecutionis occasio? Quæ causa tanti peccati? Quæ radix tanti delicti? Nam uiderunt, & oderunt: uiderūt opera, uiderunt mirabilia & insolita miracula, & oderunt missum hæc agere temporaliter in saluationis finem. Oderunt & patrem ab æterno, sapienter & utiliter omnia disponentē, in tempore congruo me mittentem. Quam ob causam? Imo absq; causa.

Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege psal. 34. eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis, scilicet protinus absq; causa. Sic enim multo antē longē prophetatum erat, nō ut prophetia oportunitatem imponeret agendæ rei p̄ssimæ, nobis necessariæ actioni, & Iudæorum sæuissimæ iniquitati, sed quia sic erat implendum atq; futurum. Sic autem decenter extitit prophætatum magnum Iudæorum scelus, qui absq; causa in dei filium odio exarserunt, & affixerunt cruci uelut hominem sceleratum, damnantes per legem hominem innocentem, qui nihil alicui mali fecit.

Sed fortassis eis aliquod temperamentum excusationis accedit, propter illam ignorantiam quod esset filius dei, prout Apostolus ait: Quia si ipsum cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Sed hæc modica, quoniam talia prærogata sunt opera & signa magna, quod deus credendus erat. Et si aliqua excusatio esse posset de filio dei latente in homine, nulla tamen adest de homine innocente, operante mirabilia, docēte uerba, diffusa dente damnosa. Sed maius Christianorū peccatum, qui Christum credunt dei filium, & contemnunt: redemptorem fatentur, & nō diligunt: deum, & non timent: patrem, & non uerentur: magistrum, & doctrinam abijciunt: præceptorem, & nō obediunt, sed iterum atq; iterum in cordibus & in damnatis moribus crucifigūt. Proinde gratis est utrorumq; peccatum. Atqui gratis est omne peccatum siue delictum, quod si gratis non esset, porro nullum peccatum esset, nulla protinus reperitur causa peccandi. Quod si causa, ergo non peccatum: si peccatum, causa penitus abrogatur. Ac per hoc omne malū gratis, bonum uerō non procedit gratis. Fit gratis crimen atq; delictum, ex causis quidem agitur omne bonum. Huius peccati propheta am in eorum lege ad exaggerationem mali af

1. Cor. 2.

ferit esse scriptam, legem Iudæorum appellas, psalmos & omnem scripturam veteris testamenti. Nam scribitur: Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam. Et in alio psalmo: Cum his qui oderunt pacem, erā pacificus: cum loquebar illis, impugnabāt me gratis. Nā & homo idololatra, qui morti ad iudicauit eū, ipsum excusauit, dicens: Ego nullo inuenio in eo causam. Et ad sui excusationem, causam posuit super caput eius: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Sed nec ipse gratis crucifixus est, sed propter delicta & peccata nostra, & ut resurgeret, propter iustificationes nostras. Ideo Christus non crucifixus gratis, quia homo peccat gratis.

Quod de Christo spiritus sanctus testificatus erat apostolis, quamobrem a synagoga erat segregandi, & magnam persecutionem passuri, secundum Iohannem solum. Caput XII.

Quoniam Iesus factus erat odio apud Iudæos, quia non cognouerunt eum esse dei filium, a deo patre missum, neque ipsum mittentem, patrem æternum deum, nec præstitit fidem uerbis ex operibus mirabilibus, & signis improbabilibus confirmatis, ad testimonium spiritus sancti & apostolorum ex congruentia mysterij se reseruat, dum ait:

Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Noluit per uolentiam de seipso cordibus Iudæorum & aliorum fidem infundere, sed a ratione deici, per supernaturalia facta & per promptitudinem uoluntatis trahendi erant. Quamobrem post testimonium patris in uoce de lapsa de caelo, post testimonium Iohannis, post testimonium ipsius filij in signis & uirtutibus, in potentia operis & sermonis, ut tota trinitas credat in diuinitate huic magno assistisse mysterio, spiritus sanctus missus est, de ipso Iesu mirifice, differenter & mystice, moraliter & uarie testificatus, primum in cordibus apostolorum & discipulorum, ut nec in aliquo hæsitantes ipsum crederent dei filium. Deinde in operatione signorum & prodigiorum & miraculorum omnium, & in constantia metis, in uirtute sermonis, in timore dei, omnem alium depellente timorem, in pietatis cultu, in scientia cauendi & agendi, in fortitudine tolerandi aduersa, & aggrediendi sublimia, in consilio, præter errorem secū dum iustitiam libertatem, in claritate intellectus ad cognitionem ueri & falsi, in sapientia diuinorum, in dilectione proximorum indiuisibili

li, in altissima charitate, qua unusquisque debet semetipsum despiciere propter deum, in patientia insuperabili ad tolerantiam passionum, in conuersatione abdicata, in contemptu uisibilium & corporalis uitæ, hic paracletus a patre filioque missus, sic testimonium daturus aduenit. Hic spiritus est ueritatis, a similitudinibus & imaginibus uirtutum mentes hominum abstrahens, & in pura ueritate constituens. Et uos testimonium dabit de his, quæ uisistis & audistis & manibus tractauistis, pro eo quod ego uos elegi ab initio quo palam innotui mundo, ut per uniuersum mundum testificaremini, quia Iesus sum filius dei, factus homo pro salute generis humani. Sicque testificari de ipso, cum celos uellet ascendere, iterum iussit eos: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in potestate sua, sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ. In quo mihi testes eritis: In moribus, in uita, in uerbo, & in signis & prodigijs. Pro quo testes? Quia sum qui sum & quod sum, & quod non propter me, sed propter homines descendit de caelis, spiritus sancto incarnatus, ex matre uirgine natus, ad uos docens, iuuenis pro salute hominum moriens, resurgens non iterum moriturus, celos tandem penetrans, patris Iesus ad dexteram. Itaque Iohannes cum de cæteris coapostolis siue discipulis Iesu testimonium dedisset, ait: Quod fuit ab initio, quod uidimus, quod audimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus & testamur & annunciamus uobis. Sed quoniam hæc testificatio apostolos & discipulos erat applicatura pœnis, & anathema factura, prænunciat saluator, nec eum uenerit, in animo offendantur.

Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Absque synagoga facient uos.

Futurum est ut anathema sitis, cum de me testimonium dabit, & extra ponamini a Iudæis synagogis, qui me abiecerunt, & ut malefactorem tradiderunt in mortem: ideo nescandalizemini, dixi uobis. Et intantum desinet Iudaica iniquitas, etiam & ipsa gentilitas, cum me crucifixum prædicaueritis, illa propter scandalum, ista propter stultitiam, & tanquam facta uestra prædicatione reputabit & uita in sana.

Et uenit hora, quod omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo.

Sicut in capite prædictum est, & in membris: nam per legem Christi tradiderunt in mortem, dicentes: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei fecit, ut non se cre-

derent homicidas atque culpabiles, sed ueræ iustitiae ministros, similiter & fautores. Sic & in membris eius fuerat iudicatum, & actum est, quod qui interfecerunt eos, non obnoxios crimini, non offensores iustitiae, non deo in aliquo displicentes, sed sacrificare pro uoto, sacrificium offerre pro debito crediderunt: Iudæi pro zelo legis, gentiles pro falso zelo idololatriæ impietatis. Sed nulla persecutio sæuior, quam ut innocens tanquam nocens, iustus ut iniquus, pius ut impius, benefactor ut malefactor, uerax ut mendax applicetur pœnis, uexetur tormentis, & occidatur & damnetur. In talibus quidem patientia uera, si aderit, magni est meriti, & præmia amplius habitura. Sed unde in hanc sententiam deuenient, ostendit.

Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me.

Uerba sæpe iam dictum est, huiusmodi nescientia, magnorum malorum fomitem ministrat: sed eo inexcusabilior, quo potius auferri facilitate, imò pietate credendi. Quod ut ueniretur in hanc credulitatem, omne uehiculum signorum & diuinarum operum prærogatum est. Causam reterat cor ista prædixerit, ne obliuio generaret impatientiam & scandalum in fide, & ut remissionem daret tolerantiam firmam, & promptitudinem in sermone. Proinde de subiecit:

Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis. Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram.

Ideo Iesus apostolis prædixit, ut cum hora persecutionis adesset, recordarentur, ne scandalizarentur, ne per impatientiam frangerentur: quoniam ipsorum dominus & magister sic disposuerat, sic futurum esse prædixerat, ut qualia antea fuerat ipse perpeffus, sic & ipsi talia paterentur: ut sicut erat futura una gloria capitis & membrorum, quantum illa per amplius, sic passio esset una societas, tamen ex causis ita disparibus. Non tamen ab initio uocationis & electionis apostolorum Christi eis talia nota fecit, aliquandiu habens cum ipsis existere, ipsos operibus & sermonibus informare, condutere & fouere, & ne forte in initio uocationis, terrorem futurarum persecutionum tam seuarum audientes, ab eo quod exeperant, resisterent. Sed uicinus et proximus passioni, quasi confestim abcessurus ab eis, de persecutionibus erudit, prænuncians quid futurum erat, & causam, per aduersitates & tribulationes ordinans ad gloriam æternam omnes, illam captiui in tempore gestientes.

Quod expediebat apostolis, celos penetrare Iesum, & paraclatum mittere arguente uera docentem, annunciantemque futura, secundum Iohannem solum. Caput XIII.

Quia erat Iesu, de cordibus apostolorum indubitam remouere tristitia, quæ illis ex Christi fiebat absentia, & ex pollicitatione meliorum, de remotis & ablatis inferioribus eorum animos resouebat. Exponit suum omnino adesse recessum.

Et nunc uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quod uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum.

Expleta legatione, ad legantem decet redire legatum, relaturum quæ fecit, & quæ in ipso facta sunt, & examinatus recipiat digna factis. Missus dei filius in humanitate solum erat, & in illa uadit ad mittentem patrem, a quo nunquam deitate recesserat. Et suæ legationis pro nobis peracto mysterio, suscipiet ut filius hominis gloriam, quæ ut dei filius ab æterno posset. Non tamen ex utraque forma oportebat aliquid gestorum referre ad patrem, qui omnia nouit antequam fiant, sed in ueniendo & redeundo est decencia facientis, & series gestæ rei & forma ueræ obedientiæ præsignata, ut ad imperium iubentis omnia fiant, & nulla sit contra dictio ad iubentem, nec graue in exequendo aliquid in animo exequentis obueniatur. Hinc Iherbertus dicit, Vado ad eum qui me misit, sed cum hoc cognoscatis ex dictis, mirum quasi de uobis, quod nemo ex uobis interrogat me, quod uadis. Iam uidetis & auditis meam in recedendo uoluntatem, sed quod uadam ignoratis: quia si ad patrem, ipsum non cognoscitis. Cur aliquis uestrum non interrogat, quod uadis? Sed dixi uos amicos, non seruos. Licentia est in amico, interrogare quod uadit amicus, cum non sit congruum seruo exquirere quod uelit pergere dominus. Fortassis uolebat Iesus interrogari quod iret, ut doceret, sicut magister a discipulis, ut doceret ignorata. At tamen ipse causam aperit cur interrogatitum sit. [Sed quia hec locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum.] Opplet sæpe animum tristitia, & plerumque cor ex ipsa tabescit, ut querenda non querat, neque cure scire scienda. Veruntamen aperte utilitate & expedientiam suæ uaditionis insinuat.

Sed ego ueritatem dico uobis, expediet uobis ut ego uadam.

Veritas sum, ueritatem dico. In ueritate debet omnis quietescere intellectus, omnis ratio in ueritate terminatur, ultra ueritatem omnis inuestigatio est importuna, nemo in ueritate fallitur. Veritas amara interdum esse potest, iniusta uero nunquam. Agentes peperam, oderunt

aliquando ueritatem, quia prodit iniquitatem, ex qua multatur autor. Dillexerunt autem illam penitus innocentes. Si uos amici mei estis, qui ueritas sum, ergo & ueritatis amici. Veritatis amicus ueritas est ad fructum, generat gaudium innocentibus, securitatem & gratiam praestat. Non fallo uos ueritatem fatuus: expedit uobis ad utilitatem, ad fructum, ad securitatem, ad gaudium, ad gratiam, ut ego uadam. Expedit ut forma serui recedat ab oculis, ad hoc, ut dei formam contemplant, redeatis ad cor. Extrorsum uagatis in forma conspecta, ut introrsum redeatis, uobis expeditur. Nā in his quae bona etiam a sensibus delectatio interna praehabet, & sensibiliter affectus in bonis si non redeat ad animum, priuatur melioribus. Intuebatur apostoli Christi humanitatem amoenā: & illa delectati, gaudijs potioribus interioribus priuabantur, non quod malū esset in quo afficiebantur, sed melius quod promittebatur intus. Inde dictum est:

Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos.

Si a uobis corpore non recedam, si a uobis non subtraxero huius humanitatis aspectum, si non penetrauero caelos, si non fecero regressum ad patrem, paracletus non ueniet ad uos: non ueniet, quia pater sine me non mittet. Et licet filius non sit diuisus a patre, neque carnem assumens fecerit separationem, unius cum ipso existens aeternae substantiae, degensque in nostra natura in terris, simulque in deitate in caelo erat apud patrem. Abire autem eius, non ad formam dei, sed ad formam hominis ferebatur, quam pater expectabat ascensionem ad superos. Deinde paracletus a patre & filio non ante mittendus erat. Ideo in humanitate in caelis expectatus, ipsaque ascendente ad mittendum ut filius hominis dei filius crederetur, qui nondum creditus, acclamatum est, ut crucifigeretur. Poterat quidem filius etiam in terris existens in carne, unā cum patre spiritum sanctum de caelo mittere, sed nec creditum fuisset quod processisset a filio, prout a patre, si spiritus sanctus aduenisset filio adhuc in terris existente, nec quod hic homo uisus & conuersatus in terris, esset dei filius in excelsis. Proinde subiecit:

Cum autem abiero, mittam eum ad uos.

Mittam unā cum patre consubstantialis existens, mittam ad uos, quos elegi de mundo, qui me hominem uidistis in terris cum hominibus conuersantem, ut credatis quia aeternus dei filius sum, quem iam cōfessi estis, & qui uado immolari pro uobis. Mittam ad uos, quod praedicaturi estis diuina mysteria & nouam uitam, & arguturi malitiam, qui uobis quam non dicitis

habetis, praestabit audaciam. Hinc enim est:

Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, qui non crediderunt in me, de iustitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me: De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Accusabat per apostolos mundum spiritus sanctus cum uenerit, cum eis aperte docendi praestabit audaciam, non quod in assumpta & unita sibi aliqua creatura loquatur. Nulla unio creaturae facta est in diuinis, praeterquam humanae naturae in uerbo. Et de tribus tantum hic uidetur, quod mundum accusare uoluerit, cum multo sint plura quibus culpandus est mundus. Ad uertendum autem, quod ista tria duntaxat ad humanatum dei filium referuntur, peccatum & iustitia & iudicium. Diuersa sunt quidem diuersè tractanda, etiam relata in Christum. Prorogatis operibus uirtuosis, miraculis & figuris, prolatis irreprehensibilibus & doctrinalibus uerbis a Christo, quae solui nulla ratione potuerunt, ipsi omnino homines credere debuerunt. Ex ista quidem incredulitate omnia mala oriuntur, quoniam qui incredulus est, non est recta in eo anima eius: sed per deum quae tendens, idololatrat: haeret mundo, uisibilibus capitur, amore corruptibilium tenetur, & segregatur a deo: inobediens ueris, subiecta falsis demonibus famulatur. Et alibi Iohannes aperuit incredulitatis periculum: Qui incredulus est filio, non uidebit uitam aeternam, sed ira dei manet super eum. Et Apostolus quae mala ex incredulitate proueniunt, ad Titum ostendit: Erasmus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, & in malitia & inuidia agētes, odibiles, odientes inuicem. Postquam ab aeterno prauisum est, dei filium pro nobis incarnari, sic conuersari & mori, sic aequè promissum est in eum debere credi, non autem credentes, damnari: & sine hac fide impossibile est deo placere. Nichil autem est quod possit e regione consergere, quod non crederet in Christum tanquam in dei filium, & eius uerbis & factis sicut diuine de promptis. Arguebat & arguit mundus etiā de iustitia, non de illa qua homines recte agere compelluntur: haec in infidelitate accusat, cum infidelis perperam, nihil rectum aut deo dignum agat, sed de iustitia quam in Christo Iesu esse negauerunt. Iustus Iesus ab aeterno, quia ut dei filius, nihil per iniquitatem ualebat. Iustus in hoīe assumpto, mundo apparuit, iustus in operibus, iustus in moribus, iustus in uita, iustus in sermonibus, iustus in doctrina, iustus in conuersatione, iustus in dilectione. Nā iustus dñs iustitiam dicit

Iexit, & aequitatem uidit uultus eius. Iustus in iudicio, quia iustus est dominus, & rectum iudicium tuum. Et cum animam in cruce posset de corpore tradidisset, dux crucifigentium, conspectis signis ex caelo & terra super eum diuine monstratis, ait: Verè hic homo iustus erat. Superuacuum est uerbis aut sulcatione elementorum, Christi uelle demonstrare aut ostentare iustitiam, sed hoc in dissertatione tentatum est. Sed quia cum super omnem intelligentiam hominum iustus est, ut deuorator, ut malorum amicus, ut mendax, ut daemoniacus, ut uanae laudis appetitor reputatus est, & ut malefactor legis destructor, ut latro cum latronibus crucifixus est, ut non solum filius dei per uerā iustitiam crederetur, sed ut filius hominis, non ex spiritus sancti conceptione, sed ex corruptioe, non dignus premio, sed tormento, non caelo, sed barathro reputatus est. Itaque de iustitia, quae uadit ad patrem a quo missus erat, uadit ad ueritatem patriam unde uenerat, ad angelicos ciues, quos pro uere centesima quæreda reliquerat. Vadit ad patrem suum, uelut quae per omnia peregrina imperia, uelut agonista qui per iustitiam in sanguine atque morte redemit genus humanum, triumphauit & de diabolo, & spoliavit infernū. Vadit, accepturus pro se suisque electis regnum aeternum, propterea dicitur argui et de iustitia, quia ad patrem uado: quoniam iustitia mihi est, non gratia aeterna: consubstantialitas est, non rapina, ut uadam ad patrem in hac humana ex benignitate assumpta natura. Et me iam non uidebitis, quia me mundus amplius non est dignus. Et me non uidebitis in terris amplius uisibiliter conuersantem, qui ab aeterno maneo apud patrem. Et si iustum dicit de filio dei, & iam iustissimū de filio hoīs iudicandum est, qui in assumēte uerbo una persona cum ipso factus est. Me iam non uidebitis mortale, quia resurgenti a mortuis, mors ultra non dominabitur. Exigit iustitia ut uadam ad patrem, ut se deam ad dei dexteram in excelsis, qui iniuste uisipensus, aporiatu iniuste, iudicatus ut nequus, in terris cruci sui affixus. Quod autem de iudicio sit argutio facienda, pro eo quod princeps munditiam iudicatus existat, ad ignorantiam & ingratitude pertinet. Ignorabat quidem mundus, quod sibi diabolus principaretur, & quod finita uita corporis, homines ducerentur ad loca tartarea, & quibus demeritis talibus applicarentur supplicia, & quo iure antiquus hostis genus possideret humanū, quae esset potestare tam sequus hostis. Quomodo iudicatus, cum nomen principatus oriatur ex lege, ueniat de necessitate, cum etiam in separatis substantijs nomina principatus existant: An princeps huiusmodi uersus in tyrannum, ut a superioris suo iudicari mereat? Sed cum mundi prin-

cipem diabolum dicat, ipse ab initio mēdax, ab initio tyrannidem permissam exercuit, iniqua uoluntate, iusta permissione. Ignorabatur quomodo, quo iure, quo certamine, quo congressu, sub quo iudice, qua litigandi serie iudicatus esset: quia non ui, sed iure; non potestate, sed aequitate; non superbia, sed patientia, cum uellet tangere atque infamare, & in suam sortem trahere innocentem, iuste nocentem perdidit quem tenebat. Et cum satageret ut de mundo per mortem acerbam expelleretur qui illum condiderat, qui reparare uenerat quod perierat, qui salutem aeternam procurare mortalibus, & terrenos in superna transferre, ipse ab aeterno patre iudicatus ut improbus praedo, atque ut insatiabilis homicida electus est, perdens tyrannidem solum in sibi uoluntarie subditis, diuina permissione retinens potestatem. Et cum ita factum sit, sibi mundus est ingratus, auertens a consideratione huius certaminis mentē, quod sit iudicatus in ligno qui deicit in ligno, & per crucem qui suauiter delectationem, & per stultitiam crucis & mortis, qui promissit scientiam deitatis, & falsam pollicitationem de non moriendo praedixit. In excusabilis ingratitude nis culpa, non cognoscere infinitum bonum quod factum, & dissimulare & auertere, & gratias incessanter non referre, cum omnibus deificientibus uiribus proprijs & auxilijs alienis, catenam tenebrarum & iugum malae seruitutis & pessimae oppressionis, per iugum sibi impositae crucis, a ceruicibus nostris excussit, & exules reuocauit ad patriam, errantes ad uiam, ad filiationem extraneos, ad uitam mortuos, ad congregationem supernorum ciuium peregrinos. Atque spiritus sanctus adueniens, de his mundanos per apostolos arguet, seu interne faciet cognoscere inhæritate credentes. Prouida & tremefacta in his uerbis erant apostolorum corda, quae cognoscebat Iesus in uerbis amplius non latura. Proinde sermonibus parcat, ne ipsorum corda confundat, & spiritus sancto reseruat quod reliquum est de ueritate sciendum. Vnde adiecit:

Adhuc habeo multa uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.

Magna & multa & utilia necessariaque dixerat Iesus. Multaque habebat dicere quae fienda erant in moribus, & futura in futuris temporibus, quae si dixisset, ipsi portare non poterant a tristitia detenti, pro eo quod Christus parabat ab eis abscissum. Praestruitur hic sanè forma doctoribus, ne in sublimitate sermonis, ne

in multitudine dicendorum, ne asperitate uerborum, ne discussionis subtilitate, ne aliqua uarietate loquendi corda grauent auditorum, plus quam uiderint posse portare, aut cognouerint ualitudinem capiendi. Sed expectent serenitatem mentium, depulsionem passionum, quibus infedentibus in animo, sermo alte latus non capitur. Sed spiritus mittendus cum uenerit, omnem ueritatem docebit agendorum futurorumque, honorum suemalorum, ne per incapacitationem aliquid patiamini. Non tamen alia ueritas filij, alia spiritus sancti, neque ueritas, neque lex, neque euangelium filij & spiritus sancti aliud & aliud sunt, sed omnia sunt æque communia. Veruntamen si quid defuit quod non intelligerent per filium, intelligent per spiritum sanctum, qui in ipsorum cordibus declarauit euangelium: quo inspirante, insulcata elemento usque ad mundi finem, ad memoriam sequentium redactum est, qui etiam multa non scripta inspirauit, quæ uelut euangelium usque in præsens orthodoxa ecclesia custodiuit.

Non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, & quæ uentura sunt, annuntiabit uobis.

Ideo non loquetur a semetipso, sed audita uidelicet a patre & filio, ne in substantia alius quam filius crederetur. Annuntiabit uentura, pro utilitate credentium & ecclesie condendæ de gentibus, ne in euentu subito fallerentur, aut deciperentur per pseudo apostolos atque doctores, qui ad subuersionem euangelij, sunt futuri. Et prophetizandi uirtutem fuisse in apostolis spiritus sancti uirtute, sicut in prophetis ueteris testamenti, ne crederetur quod alius spiritus prioribus uatibus, alius apostolis sit affatus.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis.

Clarificabit in cordibus, & per uerba sonantia in mundo, per eos qui quam docui ueritatem, intrepidè prædicabunt, & per opera talia quæ non decent fieri nisi per filium dei, & per mirabilia signa etiam maiora quam fecerit filius dei, sicut ipse promisit de credentibus in eum: Et maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado. Clarificabit spiritus sanctus filium, quia de illo quod filij erat accipiet. Sed quod habet filius quod non habeat spiritus sanctus, excepto distincto nomine relatiuo: Omnino nihil. Quid ergo accipiet? Etiam omnino nihil. Sed quæ sicut a patre, ita procedit a filio, quasi hoc esset acceptum credentibus declarabit, ut filij & spiritus sancti una credatur esse doctrina. Ne autem pater crederetur exclusus, sed quod omnia eius sunt, procedunt ab ipso, subiectum est:

Omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, &

annuntiabit uobis.

Veritas catholice fidei hæc est, quod pater & filius & spiritus sanctus in nullo præterquam relatione personali differant, non tamen quod ista differentia sit realis seu substantialis. Proinde Iesus dogmatizat, ne aliqui diuersum in summa trinitate credatur. Docuerat, edisseruerat, prophetauerat, annunciauerat multa in carne degens uisibiliter filius. Venturus erat que docturus corda discipulorum atque multorum inuisibiliter spiritus sanctus. Ne spiritus sanctus crederetur alius a filio, dictum est: quia de meo accipiet. Ne filius alius a patre, assertum est: omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Vt si spiritus sanctus unum cum filio, filius unum cum patre, omnes tres personæ per omnia habeant æquales: nec spiritus duobus minor, quia tertia persona in nominatione posterior, ab utraque procedens: nec filius patre minor, quia genitus, & non gignens. Quæ igitur sunt patris, sunt & filij: quæ uero sunt filij, sunt & spiritus sancti: & qui æquales sunt in æternitate, in immensitate, in omnipotentia, in sanctitate, in sapientia, in substantia, non credantur dispare in doctrina, in prophetia, & in omni ueritate scienda.

De modicitate temporis quo Christus uidentus erat, & de tristitia discipulorum, ad quam æternum gaudium est futurum, secundum Iohannem solum.

Caput XIII.

Corpore, non deitate, Iesus migraturus ex mundo, & ablaturus a corporeis oculis seruilem uisibilemque formam, & illaturus illam super omnia excelsa cælorum, temporis breuitatem insinuat.

Modicum, & iam non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem.

Quod modicum & non uidebitur, temporis resurrectionis usque ad ascensionem inscribitur, quia tunc accessit ad patrem.

Dixerunt ergo discipuli eius adiuuantes: Quid est hoc quod nobis dicit, modicum, & non uidebitis me, & iterum modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum?

Hoc totum nihil aliud, quam apostolorum admirationem & ignorantiam sonat. Tardi quidem in intellectu erant apostoli, & supra id quod naturaliter negatur hominibus, corda superueniens tristitia plus obuehat. Quos interrogare uolentes, ut talis nescientia pelleretur, Christus respondendo præuenit.

Cognouit autem Iesus quia uolebant ipsum interrogare, & dixit eis: De hoc quaeritis inter uos quæ dixi uobis, modicum, & non uidebitis me. Amen amen dico uobis: quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertet in gaudium.

Non respondit Iesus interrogationi quam fecissent discipuli non præuenit, quoniam de eo quod nesciebant quid esset hoc dicere. Modicum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, interrogare uolebat. Sed respondit ut illius, præostendens quid futurum erat, cum Iesus non amplius uideretur, quia ploratus & fletus in eis tempore passionis & sepulture, ac etiam omni tempore post ascensionem in ipsis primitiuis ecclesie futuræ cunctisq; uere credituris & sequentibus Christis, per apertam persecutionem tyrannorum idololatrarum & peruersorum male agentium, usque ad finem seculi duraturam. Non enim semper persecutionem per mala confodientia & affligentia corporis sensum ecclesia passa est, sed illa quæ sit a dissimilibus membris & a perperam agentibus, nunquam sibi defuisse neque usque ad terminum mundi defutura credatur. Verè quidem Christi discipuli plus cruciantur in animo ex corporis hominum moribus, quam si quæque flagella in proprijs corporibus paterent. Sed uidebitis me, quia ploratus & fletus: Tempore passionis & mortis & sepulture, cum eis posuisset illud & exprobrari, scilicet: Vbi est homo quem colebatis uere? Aspice crucifixum, descendat de cruce si filius dei est, & liberet a patre. contemplantur mortuum, quoniam deus non moritur: cogitate sepulchrum, quoniam deus loco non claudit. Et unde tunc gauisus est mundus, nisi quia sibi uisus est triumphasse de hoste, quem sibi Christum arguentem mundi scelera reputabat? Unde ploratus & fletus postquam Christus regressus est ad superos, nisi quia passi omnia genera tormentorum, expositi pœnis, subiacentes tortoribus & tyrânis, quasi derelicti a Christo uidebantur, pro quo patiebantur? Et insulatus & exprobrationes audiebant, ubi est Christus, ubi crucifixus quem dicitis quod uester est deus? Sicut semetipsum liberare non potuit, sic & uos in tortorum manibus dereliquit. Et maior plorandi causa quod conuicia iaculabatur in Christum, quæ ex his quæ in corporibus proprijs tolerabant. Maior ratio fletus quod Christus negabatur ab eis, ut non deus, sed homo tantum, iniustus siue iustus existimabatur, quam ex eo quod ipsi torquebantur. Nec erat ab eis auxilium quin traderentur in necem, quoniam omnes qui summa rei Christianæ posside-

bant, magis gaudebant tori supplicij, quam fori blanditijs. Sed in hoc erat summa doloris fletus atque ploratus & afficientis tristitia, dum arrogabat dijs, & Christo id quod erat, detrahebatur. Nec non cum quieuit persecutio corporum, etiam satis abunde ploratum & fletum & tristitatum est, neque destitutum est atque destitutum quousque uita ista finiatur, non ex persecutione morum iniquorum, qui conturbant interiora cordis in amatoribus bonitatis, etiam si iustis a male agentibus obsequia pro corporibus præstarentur. Veruntamen si in optione factum est, præcipuum est in moribus agendæ uitæ, pro Christo in corpore spoliatione rerum in ex omni uerbo tritari pro affligente. Debitum autem sine quo nec uirtus adest, pro dei iniuria in animo contabescere, iuxta dei amatoris dictum: Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia elocutione tua non custodierunt. En duplex ex præuaricatione tristitia, sed maior quia iniuria dei agitur, quam quod male agens ex præuaricatione damnatur. Verè Christus finis est dolendi atque gaudendi, offensus uel amarus, perditus uel inuentus. Ergone uero unde mundo gaudium? Non aliunde dixerim, nisi quia mundi amatores floreunt ad horam floribus perfumtorijs atque caducis, depressis qui mundi gloriam continebant, & contra illam uerbis & moribus insurgentibus. Et uos contristabimini amplius pro his quos uidebitis inaniter exultare, quam pro malis quæ cogimini tolerare. Amplius ingerit tristitiam charitas proximis cum dicitur, quam pœna proprii corporis cum contemnit. Sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Non omnis tristitia in gaudium uertit, sed multorum augebit in perpetuum, ut hic incipiat pœna, in inferno æternè mansura; sed uestra qui pro ueritate patimini, pro dei fletis iniuria, & pro proximorum malo ex charitate doletis. Apposuit quidem de præeunte tristitia & gaudio sequenti in muliere pariente parabolam.

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit, perterram, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Rei experientia quod deductum est in parabola, amplius quam in differentione uerborum claret. Et alibi in hoc opere disertum est.

Et uos ergo nunc quidem tristitiam habebitis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Hoc quod dicit, nunc, non solum illius temporis erat, quando dicebat pro tempore passionis

P 4. 118.

Et mortis, sed ad omne tempus usque ad finem seculi tendebatur: quoniam uelut nunc, est omne tempus quousque ad eternitatem ueniat, in quo tritari oportet ex uarietate fiendarum rerum, & ex improbitate prauorum omnes quotquot sunt qui pie & iuste & sobrie uiuere uolunt, & sequi uestigia saluatoris. Iterata uisio quam promissit hic, quamuis post resurrectionem esset ilico futura, non tamen illa preestabat in auferibile gaudium: quoniam & iterato per ascensionem uisio non domini perdidit, remanseruntque in parte dolentes, sed illa erit quae post solutionem animae a corpore fiet, quae dabit uerum cordis gaudium, quod tollere nemo poterit, non solum illi modice discipulorum turbae futurae, sed omni ecclesiae suae sanctae. Quod si gaudium hoc in auferibile in tolerandis aduersis, & dum mala finienda se ingerunt, & in agendis quae expediunt ad salutem, mentibus hominum insideret, nil graue ad tolerandum hominibus uideretur. Multam patientiam contulit hominibus praemij altitudo, & spes futurorum bonorum de magnis laboribus sarcinam leuem fecit. O quanta & quam grauiam & aeternam cauma tolerat agriculcor, actus spe fructus. Nauta horrendum nauigat aequor, anceps inter tumetes procellas, spe augendi emolumenta cupita. Bellor, ictibus saepe mortalibus miles corpus exponit, stipendij spe potitus. Et terreni negociatores saepe illi spe frustrantur, & nec a negotiatione desistunt, cum sperant futura quam praesentia in meliora conuertit. Et spes in auferibilis aeterni gaudij, quae nobis de caelis est fluxit, sperantes nullo pacto confundit nec fallit, nisi spei deficiant illi qui sperant. Auertit etiam a quibuscumque delectationibus maculosis contemplatio supernorum, nec sinit heberem esse qui se dicauit ad illam: actuosum enim fecit atque sollicitum. Optima & ineffabilis est possessio gaudij, quae a nemine alio, etiam a se ipso non possit auferri. Cum enim a uia tione fuerimus absoluti, ad supernam patriam introlati, nemo poterit declinare aut uelle in alteram partem. Et cum a nemine in seipso possit ibi existere causa mali, nec ab alijs ualebit inferri, proinde dictum est discipulis: [Et gaudium uestrum nemo tollet a uobis.] Cum omne gaudium uiae alternationibus pessundet, & uarie conquiri possit atque deperdi ab ipsis possessoribus & a se uentibus hostibus extraneis, utique de gaudio futurae patriae dictum est, non de gaudio mortalis peregrinationis. Et hoc quidem uerba subiecta manifestant:

Et in illo die me non interrogabitis quicquam.

Dum in uia sumus, interrogare oportet ob ignorantiam, ob dubietatem, ob incertitudi-

nam. In patria uero, scientia lympidissima erit omnium & intuitiua uisio deitatis, rerum nulla cunctatio, certissima possessio supernorum. Ideo me non interrogabitis quicquam in illo die, cui nox non succedit in eternum, nec suberit causa qua interrogatio nascitur.

De certa exauditione petitionis, quidue petendum sit, secundum Iohannem solum.

Caput XV.

Magnificus & nobilis herus, quid maius potest polliceri subiectis, quam exauditionem facilem in petendis? Et hoc praesertim exquirunt ab his, qui colunt & mundi princeps uenerantur, quod eis cum impetrationis pollicitatione detur audacia, non semel tantum, sed quoties rerum uarietas, petendi necessitas suaderet. Hinc & saluator ascensus in caelis, patris confessor ad dexteram, omni orbi praeparatus per omnia factus, hoc munus gratiae apostolis dereliquit, cum ait:

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

Supra simile dictum est, dum de discipulorum tractaretur electione, sed nunc ad confirmandum reiterat. Diuinum iuramentum est, Amen, quoniam Christus deus per aliud quam per seipsum iurare non potest, quia non per inferiora, sed per aequalem seu maiora iuratur. Nihil Christo deo maius, & ipse ueritas est, uerumque omnino est quod ipse promittit, uidelicet de omnibus apostolos exaudire petentes, duntaxat quod in suo nomine petito porrigatur, non in nomine angelorum, non in nomine aliquorum sanctorum, non in nomine ipsorum petentium, non in nomine aliquorum bonorum operum, non in nomine aduersantium potestatum. Et quauis preces porrigamus ad angelos & ad sanctos, non tamen ut aliquid nobis ex seipsis efficiant, cum in ipsorum potestate non sit ab animabus auferre uitia, neque conferre uirtutes, sed ut orerent pro nobis deum, qui utrunque habet efficere potestatem. Nec exati dimur in merito aliquorum quorum merita non fuerunt sufficientia pro seipsis sine misericordia & gratia saluatoris, in cuius nomine salus, in cuius nomine uirtus expediens tribuitur, in cuius nomine quaeque uitia depelluntur. Ne dictum uideatur absurdum, sanctenendum est si exaudiunt sancti pro seipsis, si pro nobis & coram amicis, si nos exaudimur cum eis, totum agit in nomine saluatoris. Collegae quidem sumus, quod si de catholica & charitate indefectibili cognoscimus, quamuis in uiatoribus sit disparitas uirtutum,

ut apud deum si non personarum, sit tamen uniusque alterius maior acceptio meritorum, ita quod petito aures dei ocyus introeat, & exaudita proueniat. Quod iam uero aeterna beatitudine potiuntur, cum pro nobis peregrinis deum pro se uentantur in caelis, etiam non pro seipsis exaudiuntur, sed in nomine illius cui in sanguine & morte & iustis moribus testimonium reddiderunt in terris, quoniam & ipsi pro nobis in nomine Iesu exaudiuntur ocyus, ex eo quod hic pro eius nomine morem uitam purius traxerunt, ardentiusque amauerunt. Summa quidem huius sententiae sic terminatur, quod omnis petito pro nobis remouenda malitia, inferenda uirtus, adipiscenda salus, & supernis porrecta ciuibus, tam angelis quam hominibus, sicut a sanctis uiatoribus exaudita, non uenit nisi in nomine saluatoris, cuius nomen non quod scribitur literis, sed meritum esse incarnationis, natiuitatis, uitae, passionis, crucis, orationis & mortis, qui pro nobis in lacrymis & clamore ualido exauditus est pro sua reuerentia. Etiam, nemo nomine suo & uirtute propria meritorum se credat a domino exaudiri absque nomine Iesu Christi. Demones quidem inter nos & deum orando, medijs esse non possunt.

Uique modò non potestis quicquam in nomine meo: quia uobiscum eram, interpellabamque pro uobis praesens, non absens. Et fortassis non ad plenum aderat eis illa credulitas, quod filius dei esset, quauis Petrus fuisset pro omnibus plene confessus quod Christus esset ipse filius dei uiui, cum aliquoties, maxime in passione, dubitauerint. Sed post passionem, mortem, sepulturam, resurrectionem, ascensionem, immisionemque spiritus sancti, soliditatem fidei acceperunt, quod Iesus esset filius dei & seculi saluator, in cuius merito cuncta bona credentibus prouenirent. Propterea usque per actus talibus mysterijs, aliquid non petierunt. At ubi cognitum est post ascensionem missionemque patris, quod Iesus esset filius dei, petitiones sunt exhibitae ad deum, positae ad tribunal, & praestructa forma quod fiant in nomine Christi, ac etiam ex sine petitionis quem ipse constituit, scilicet:

Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.

Iure petentis & largitoris atque petitoris, omnis petito debet esse bonorum. Multa quidem sunt, imò cuncta sunt ex natura bona, ea declarante sententia: Vidit deus cuncta quae fecerat, & erant ualde bona. Sunt & meliora & perfecta, media tamen ex usu uoluntatis hominum sunt pleraque. Omne gaudium ut gaudium, bonum est, sed malum & peius, bonum & melius dici potest, secundum suppositas cau-

fas. Plenum uero non de aliqua re creata, sed tantum de ineffabili & aeterna participatio creatis. Hinc ergo summam petendi statuit, ut gaudium uestrum plenum sit.

Hac in prouerbis locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbis loquar uobis, sed palam de patre meo annuntiabo uobis.

Multa per similitudines & parabolas sepe per prouerbia locutus fuerat Iesus pro multis moribus informandis, & quod maxime curae fuit, ut eius pater crederetur deus: nunc uero callatum est quod dictum est in parabolis, sed adiectum est expressioribus uerbis, absque omni fucio sermonum, quod deus aeternus eius uerus est pater, ut praecedentia & sequentia uerba manifestant, & per spiritus sancti aduentum manifestius declarabit. Attamen quantum arretinet ad susceptum sermonem, quid cum ipso & cum discipulis sit pater, insinuat:

In illo die in nomine meo petetis, & non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos, quos uos me amastis, & credidistis quia a deo exiui.

Suaferat supra discipulis ad petendum patrem in nomine suo, impetrationem facilem reprobiter suorum interuentu rogaminum: quoniam totus est pater ad filium, cuius intuitu postulata non denegat. Nunc quidem supra id quod rogaturus sit, ad discipulos patris declarat amorem, binam causam subiectis, amoris & firmæ ueracitatis credulitatis. Achi perspicacius dicat: Petentis quidem in illo die, quo petendi urgebit necessitas, persuasi a me, quos etiam promissi apud patrem in uestris petitionibus, meis rogaminibus adiuuare. Sed non dico uobis, quia ego tantum patrem rogabo pro uobis & de uobis, sed quia ipse pater amat uos, quia me amastis & amatis, propter quae omnia uisibilia contempnistis: & non solum me cunctis amabilibus plus amanda propositis, sed uosmetipsos tradetis in mortem, & credidistis quia a deo exiui, ut nec impediret animam uestram forma seruilis, in qua uisibilis mundo apparui sed credidistis atque confessi estis & confessuri coram hominibus formam dei, & credidistis me filium dei ab ipso patre in mundum missum, cum hominibus in carne conuersatum, non tamen deitate separatam a patre. Ecce in quo est si quis rimus & gestimus habere aeterni patris amorem. Si uolumus diligere, diligamus: amemus filium, si amari a patre contendimus: credamus filium, & pater nos amabit aeternus. Mos solitus est, quod patres diligant suorum filios legitimos amatores. Nostrae mentis hebertudinem arguit facillitas amari ab aeterno & patre omnium deo: nec excusationis suffugium potest aliquando in-

uenire, cum non tempus ad usum, neq; locus ad actum, non manus auri siue gemmarum exhibitum, non interpositio profuecharum, non aduocatorum intercessio requiratur, sed tantum amor noster in filium tendens, & credulitas consistens, paternum amorem nanfciscitur. Mirum dictum, quod non de patre cura fuit filio dicere, ipse pater amat uos, quia uos amatis patrem, sed, quia me amatis. Quoniam si aliquid a quibuscunq; nationibus creditus fuit unus deus summus, uerus & æternus, non tamen, exceptis paucis quibus diuine datus est, creditum fuit quod sibi æternus esset filius. Et si credebatur habere filium æternum, nec ipsum in tempore mississe pro nobis in mundum. Et iure ab omnibus rationabilibus amabatur deus, & qui non dilexerunt spiritus in corpore, corruerunt. Nunc quidem quia pater deus ab æterno filium gignens, in tempore illum in carne uisibiliter mittens, magno pendendum erat quod filius iam non creditus crederetur, & quod esset missus in carne pro nobis, & sic creditus amaretur. Et qui diligit filium æternum, & æternum patrem diligit. Propterea de seipso in carne apparente, dicit: Ideo ipse pater meus amat uos, quia uos credidistis, quia exiui ab ipso natus in carne mundo, & creditum amatis. Ac per hoc uestræ petitiones ex eo quod rogabo patrem, ex eo quod ipse uos amat, ob suppositas causas quod petunt, facillime impetrabunt. Credidistis quia exiui a patre. Et ego dico uobis:

Exiui a patre, & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum, & uado ad patrem.

¶ Verum est quod creditis, quia exiui a patre, non separatus ab ipso, neq; substantiali diuisione sciunctus, quoniam unitas diuisionem non capit, cum ego & pater substantialiter unum sumus. Veni in mundum non localiter motus, sed assumens carnem in illa uisibiliter manifestus. In mundum ueni non ob mei causam, non mea re, non mea utilitate, non mea delectatione: tantum humani generis negocium agebatur: quo peracto, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Iuris ordo depostulat, ut legatus expleto suæ legationis officio in extranea regione non maneat, sed reuertatur ad eum qui misit illum. Relinquo mundum uelut exiui in locum, qui me non cognouit, qui me crucifixit, in quo personalia damna suscepi, non me terrena regio capit, ad cæli sublimia feror, nulla mihi cum ipso cõuentio, sed relinquo, non derelinquo, non denego subsidia postulantiibus, me sequentibus auxilia de cælo polliceor. Vado ad patrem non in deitate, in qua nulla separatio facta est, sed in natura humana, quæ a me inseparabiliter assumpta est.

dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc pa-

lam loqueris, & prouerbiū nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existis.

¶ Agnoscunt apostoli in uirtute loquentis simplicem doctrinam Christi a prouerbiali discretam, & consistentem cum scientiæ infinitæ, quam nemo effugere potest; quæ ita mirabilis & super omnes homines facta est, ut nullus comprehendere possit illam. Hoc quoque Dauid ante prædixerat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Nec opus erat ipsum interrogare aperte atq; sine uelatione loquentem, scilicet excessum quem, erat ipse facturus. Fateaturq; insitam in suis cordibus fidem, quod a patre ad opus nostræ redemptionis exierit: quam fidem atq; confessionem adhuc debilem Christus agnoscens, quod est futurum negationis, iterato denunciat, dicens:

Modo creditis: Ecce ueniet hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solum relinquantis. Et non sum solus, quia pater mecum est.

¶ Ac si diceret: Verum est quod me creditis, dei filium a patre missum, sed uestra fides modicum est duratura, cum in proximo sit hora meæ captiōnis atq; traditionis in manibus impiorum, uestræq; negationis & terrore importar, ut ante prouisus, seu uagæ timore & compensus, uos in propria dispergamini, unusquisque fugiens querensq; latibulum, a propria uoluntate latus. Et cum unusquisque pro salute sui proprii corporis querat suffugium, relinquetis me solum, sed non ero solus a patre, qui semper substantialiter mecum est.

Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego uici mundum.

¶ Verebatur Christus ne discipuli sui scandalizarentur in eo ex his quæ passurus erat, & in cælum postmodum ascensurus. Idcirco dicit: [Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis: Inec uos conturber nouitas futurorum in me uelut in capite, uel in uobis ut capiti adglutinatis. Et iterum ipsorum futuras prænunciat passiones, ne propter inopinatum malorum euentum, Vale uirtutibus faceret, quibus improuisus & pauidus illico cum casu ingruerit, ualefacit, uadens in alteram partem.

¶ De oratione Iesu super clarificatione sua in notitia iam facta & futura in cordibus discipulorum suorum, secundum Iohannem solum. Caput XVI. **P**rosecutus necessarius ad patrem pro suis discipulis cæterisq; credituris, suum terminauit sermonem, sic:

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.

¶ Orans, in cælum oculos corporis leuat, ex gestu corporis prodens, ubi eius anima uersabatur, & quod nec est pro terrenis orandum, & ut homo pro discipulis interpellaturus ad patrem, præstruxit orandi formam. Sic & scriptum est: Ad te leuauit oculos meos, qui habitasin cælis. Leuat oculos in regionem unde uenerat, ad quam erat in corpore de proximo regressurus. Inuocat patrem suum æternum in deitate, patrem suum ex tempore, quia homo sicut & cunctorum patrem, opere perficit & orandi formam ostendit, quam ante docuerat. Cum oratis, dicit: Pater noster quies in cælis. Pronunciat ut agonista sui agonis præcognitor, quia uenit hora certaminis, in qua tamen corpore debebat sustinere afflictum, sed ad punctum spiritualiter debellaturus omnes satanas potestates. Clarificari, ut clarificet, petit, spondens exaudite petitionis uicem, neq; tamen erat indignus clarificari. Inter se quidem æterna atq; perfecta claritas atq; notitia erat, nec claros fieri apud homines indigebant. Noistro cõmodo claritatis uenturus erat effectus, ut dei filius post crucem & mortem in carne, ipsius resurrectione clarificeret, ne tantum purus homo crederetur, quin etiam deus esset, ut non æstimaretur illæ passionis, illa fera mors, illa sepultura incurata, sed obseruata per milites, ita inualuisse in hominem, ut esset sicut cæteri mortui, atque in posterum morituri, quasi nec ex plenitudine diuinitatis ab omnibus plus haberet. Postulat, priusquam congregiatur, uictoriosi congressus stipem, quod post omnia tolerata resurgendo resplendat, & ipse clarificabit patrem relatione uera, quæ inter patrem & filium extat, ut qualis filius in animo credentium sit per fidem, talis non ambigatur penitus esse pater. Et hæc mutua claritas hic educta, sit tota salus illam credentium, pro qua filius orat, ut ostendunt uerba sequentia:

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam.

¶ Dedit filio pater omnis hominis potestatem, ut a parte torum capiat, hac cõditione futura, ut ei dato det filius uitam æternam. Non enim a patre accepit filius sup homines tyrannicam, perfunctoriam, ambitiosam, uentosam, seu sterilem potestatem, sed ut uelit, eis possit conferre uitam æternam.

Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum.

¶ Liqueat pro qua claritate orabat ad patrem, uidelicet ut pater unam cum Christo per fidem ab hominibus cognosceretur. Ad quam cognitionem uita æterna cõsequitur, cum aliud uita æterna non sit, quam dei patris & filij missi in cõuertiua habere notitiam. Quod iam fecit & facturus est, uno uerbo concludit, dicens:

Ego te clarificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam.

¶ Non repugnat quod supra spõdebat, ut filius tuus clarificet te: ei quod nunc dicit, Ego te clarificauit: quoniam aliquid per apostolos restabat complendum, aliquid ipse iam fecerat. Clarificauit patrem suum filius per magna miracula, quæ omnia in patris nomine fatebatur, & per doctrinam suam quam in eum tota referebat cum diceret: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me: & sæpius hoc idem alleuit, per apostolos & discipulos quod restabat complendum erat in orbe terrarum. Cõsummauerat a patre impostum opus actione & promptitudine uoluntatis, & de futuro mysterio passionis uelut de iam præterito loquebatur, eo quod libera & intrepida uoluntate complendum susceperat. Et æternam a patre postulat notam fieri, non accipere, claritatem:

Et nunc clarifica me tu pater apud te: mer ipsum, claritate quæ habui priusquam mundus fieret, apud te.

¶ Clarus erat ab æterno filius apud patrem, sed uult quod pater illam claritatem in corda hominum per fidem traiciat, tandem per speciem largiatur, ut credant homines quod sit ex tempore filius, sed ab æterno deus, priusquam fieret ipse mundus, ut & mundus credatur nouus & creatus cum tempore, ipse uero mundus æternitate præcederet. In hoc protinus uerbo philosophi confunduntur, illi duntaxat, quos fides creationis præterijt, & qui mundum æternum ponere præsumperunt, cum aperte dicat, Antequam mundus fieret. Igitur si factus est mundus, non est æternus, sed nouus. Ergo erat claritas dei filio, antequam mundus esset, cum sit æternus & æqualis per omnia patri filius. Et apud patrem deum etiam mundus erat in uerbo æterno, quod erat apud deum, ut in exordio scriptum est: Et uerbum erat apud deum. In cuius sapientia ea imagine, qua diuina mente gestus æternæ, ex nihilo prodijt. Et quæ ad hoc ueni in mundum, ut fieret hoibus de æterno patre notitia per me quem misisti, & me tua operatione cognoscerent, ut utriusq; cognitio fieret credentibus in salutem: proinde pater, manifestauit nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt,

¶ Secundum Hebræos multa sunt nomina dei, quorum unum primoribus patribus deus celatum retinuit, sicut scriptum est: Ego dominus qui apparui Abraam, Isaac & Iacob in deo omnipotente, & nomen meum adonai non indicavi eis. sed reuelavit Moysi, cui hæc facta sunt uerba. Nunc uero se filius nomine paternum dicit in manifestationem dedisse discipulis. Attamen non credatur de aliquo nomine distincto dedisse, sed de uirtute, quod eis manifestauerit uirtutem paternam, in qua omnia facere atque dicere assererat. Nomen enim in scriptura saepe ponitur pro uirtute, iuxta id quod scriptum est: Adiuutorium nostrum in nomine domini, quod fecit cælum & terram, hoc est, in uirtute & potentia dei patris, qui omnia fecit, nobis adiuutorium fiat. Et alibi: Deus in nomine tuo saluum me fac, id est, in tua potentia salus adueniat. Aut si secundum relationem accipimus: nam deus, est ad se deus, sic nominando deum: ad filium autem, pater. Igitur qui fatetur se filium, patrem omnino habere constituitur: & qui patrem dicit, filium sentit. Manifestauit ergo filius nomen patris in seipso, cum se filium appellauit, & illis hominibus qui sibi de mundo æterna prædestinatione dati erant à patre, in nomine cuius innititur ut sciatur. Erant & sunt omnia dei patris, sed dati sunt homines filio à patre ad doctrinam, ad fidem, ad salutem, ut doceat uitam ægredam, infundat fidem de sperandis, & largiatur in finem iustis salutem, iniquis uero merito supplicia meritorum. Dati sunt homines filio: ut homo, factus est: ut deus erat, omnes possidebat ut pater: & hi qui dati sunt ex prædestinatione æterna, seruum patris seruauerunt, quem audierunt à filio, qui sermo in illis apostolis atque discipulis operatus est iuxta uirtutem eius, quam describit Apostolus:

Psal. 113.

Psal. 53.

Hebræ. 4.

¶ Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus. Viuus dei sermo, ex uirtute dei uoce apostolos & discipulos, imo cunctos inuitauit ad uitam, sed illi primi & studiosi hunc sermonem pro uita tenuerunt. Non enim diceret uiuus, nisi seruatoribus eius uitam æternam promitteret. Efficax etiam est, quia uirtutem efficaciam habet in his ad quem ordinatus est. Penetrat interiora plus quam gladius materialis sensibilia corpora fodiat, & diuidit spiritualem uitam ab animali uita, seu animam & uoluntatem segregat ab omni uisibili mundo. Quem sermonem in sua uirtute apostoli & discipuli seruauerunt, ceteri uero similes.

Et cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, & cognouerunt uerè quia à te exiui, & credi-

derunt quia tu misisti.

¶ Verba saluatoris quod iam factum erat, & quod futurum in apostolis expectabatur, innuunt. Et quia ipsi dona mea, siue à te patre data & à me accepta, cognouerunt abs te processisse: ac uerba quæ dedi eis, non esse alia nisi quæ à te patre accepti, & quia ipsi acceperunt uerba, & accipientes, accepti facti sunt: & quia cognouerunt me à te uenisse, teque me mittentem, quæ omnia sunt extrarationem & usum, & supra naturam & sensum: ideo

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt,

¶ Rogabat filius patrem pro suis, scilicet pro his qui sunt patris, non ac si pater omnino alii quos secretos haberet à filio, aut pater eos ut filius non amaret, cum supra dixisset: Et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis, ipse enim pater amat uos: & nunc pro eis rogat qui sunt patris, sed sibi datis. Sunt omnes homines dei patris, qui creauit: sunt dati filio, ut redimeret post peccatum. Ideo pro eis rogat, ut etiam prædestinatione saluandorum, filij oratione sit iuuanda, suisque sanguinis effusione complenda. Non rogat pro mundo, quo nomine illi intelliguntur, qui mundo colligati sunt eo dulci uinculo, ut nolint timeantque dissolui. Quomodo non pro mundo rogat, qui omnes saluaturus aduenerat, qui quærebat omnes saluare, & ceteros qui perierant, quærebat, omnesque perierat & indigebant misericordia dei? An solos illos apostolos cum discipulis saluare decreuerat? An ipsi soli saluandi erant? Quomodo alij increduli & peccatores uenissent ad gratiam, si ab oratione dei filij excluderentur? Sed ad remouendas ambages id dixerim, quod ideo non pro mundo rogat, quia præciti etiam participium orationis Christi non capiunt, sicut effusi sanguinis meritum perdidit. Quod autem inter patrem & filium non credatur in possessione diuisio, adiunctum est:

Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt.

¶ Calumniam, si fides simplex non iuaret, uerba ista parerentur: quoniam magna diuersitas inter meum & tuum. Nam si meum, quomodo tuum? si tuum, quomodo meum? nisi quia pater & filius unum sunt, & ex forma serui, propter quam ista diuersitas loquendi posset competere, inter patrem & filium diuisum aliquid non credatur. Et ob hoc pro eis rogo, quia & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio.

¶ Ad futurum pertinet quod uelut præsens dicitur, quia clarificatus erat pro eis in orbe terrarum, per

prædicationis fontem, per tormeta & passiones, per sanguinem & mortem, orem tyrannorum contempto terrore, ut iuste credi posset ab omnibus, credereturque à multis quod deus esset qui tales legatos talesque famulos possideret. Et ipse dei filius iam in mundo non erat, uelut unus de amatoribus mundi, seu quia in proximo erat ascensurus in cælum, ablaturus ab eis & ceteris præsentiam corporalem, ut non haberet amplius uisibilem duceam, magistrum atque pastorem. Et ipsos adhuc oportet detineri in mundo, non amoris ligamine aut seculari actione, sed ut testificentur omnibus populis, nationibus & linguis, quæ à me uiderunt & audierunt. Ego autem, ipsis mundo relictis, consummato rotis redemptionis mysterio, ad te uenio, non quod unquam abcesserim, sed cum humanitate assumpta & in tot periculis custodita ingrediens possessionem hereditatis æternæ, quam tu pater in me uerè credentibus & diligentibus promissisti.

¶ Quod Iesus etiam rogat pro unitate discipulorum æteriorumque crediturorum, & quod seruauerit illis, secundum Iohannem solum. Caput XVII.

Vnus natura deus, diligit unitatem, & tam diuersa in unam constituit formam: quæ dissolueretur, nisi unus esset qui cõdidit, & qui conseruat atque gubernat. Arguunt omnia conseruari appetentia unitatem, à qua cum sit recessus, sit multatio, quæ præterquam in uno & ad unum se tenens, debilitata corrumpit, & sæpius eua nescit. Vnum prætermittens, ut in multa labatur necesse est. Recedens ab uno angelus, ad se ipsum conuersus corrumpit. & homines primi alterum quam unum audientes, in multa mala & naturæ bonæ aduersantia deuenerunt. In unitate sit conuersatio existentium. Vnus est qui dedit esse, idem & permanens, in quo prætermittis irrationabilibus, de quibus non est ad præsens sermo, rationabiles creaturæ possunt facere unitatem. Omnia quæcumque sunt in esse producta, sicut à seipsis non habuerunt ut essent, sic non habent unde possint semper existere, nisi conseruentur à quo extiterunt: minus autem esse bene possent, nisi & idem bearet. Ad creaturam rationalem conditor sit respexit, ut esset & semper esset, & ut ei bene præ ceteris esset, quoniam ad hoc cõdita erat & poterat adipsi. Sed quoniam ex superbia contradictum est diuino imperio, necesse factum est humilibus pleuchis dei filij auxilia impetrare, atque illam unitatem expetere, qua non ab uno æterno deo seungamur, et magis autem adhareamus ut unum simus, sicut ait Apostolus: Qui adheret deo, unus spiritus est cum eo. Ideo ecce Iesus rogat: Pater sancte, serua eos in nomine tuo

quos dedisti mihi, ut unum sint, sicut & nos unum sumus.

¶ Orat patrem filius, & sanctum uocat, non factum ex uirtute aut ex moribus, ex aggregatione uirtutum, sed ab æterno existentem, qui hoc ab hominibus quaerit, ut sint sancti & immaculati in conspectu eius: & hæc est uoluntas eius in nobis, sanctificatio nostra. Et ait aliquando: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et seraphim clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum.

Sanctitas in reprehensionem non uenit, corrumpi non debet: neque fas est aduersus illam quippiam decernere, sed sanctitas ab æterno, non facta studio: sed faciens quicquam, extra ipsam sanctificatur: quæ uero sic esse, aut aliter esse non potest. Et quoniam sanctus sanctus mihi sit, ut faceret sanctos, ideo rogat sanctus emissus cælitus, non post multos dies illuc reuersurus, sanctum sanctorum patrem, ut seruet, tueatur atque custodiat sanctos quos sibi pater dedit, seruet in suo nomine, in sua potenti uirtute, in unitate uirtutis & gratiæ, sicut pater & filius unum sunt in consubstantialitate.

Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiu: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis.

¶ Vt homo loquebatur, describens tempus suæ præsentis & absentis. Nam ut deus, in omni loco & tempore æque præsens erat, omnemque susceptam curam referat in paterna fecisse uirtute, ut nemo periret ex susceptis nisi perire dignus. non est ex impotentia paternæ uirtutis, non ex negligentia filij humanati, sed quia filius perditionis erat, non creatus, non à creatore factus, aut perditioni addictus, sed à seipso deprauatus, filius perditionis erat, diaboli uidelicet, qui omnem animam nititur secum perdere in gehennam, sicut ipse, non alius, perdidit semetipsum. Et peccati filius, quo quis à deo deficiens perditur. Perditionis filius Iudas Iscariotes erat, qui iam recesserat à conseruatore Iesu, ut proditor, C H R I S T V M perdere quaestiuans. Cuius præscientia dei ab æterno mater sibi erat, non ut necessitate perderetur, sed quia perdendus erat sua deprauatione, non præscientia dei, perditionis filius ab omni cognitore appellatus est: qui cum duodecim electus, iam diabolus factus erat, sicut ipse prædixerat saluator: Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Non natura, non conditione, non factus à deo, sed sua distortissima uoluntate, sicut illi spiritus incorporei, qui à seipsis facti diaboli corruerunt,

Ac per hoc qui perit, ideo perit, quia ipse filium perditionis se facit. Sed de isto tanquam de singulari & famosissimo perditio ex famosissima causa, scriptura prælocuta est. Ideo adiungitur: ut scriptura impleatur, non necessitas quod erit sciendum, sed necessitas ex facto, sicut in plerisque scripturarum sententijs legitur, præsertim in psalmo quinquagesimo quarto & centesimo octavo.

Nunc autem ad te uenio.

¶ Ac si diceret: Ex quo ad te pater uenio, tu eos custodi, & serua eos in nomine tuo, quoniam tua presentia necubi defuit: sed ab eis subtrahenda est omnino presentia corporalis, quod ubique diffundi eodem momento non potest.

Et hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

¶ Dum in mundo ipsi erunt, mundum non diligentes, nunquam ab his quæ foris sunt, gaudium in materia erit eis. In interioribus præparandum est gaudium. Ideo hæc loquor, hæc peto, ut gaudium de unitate, de cõseruatione paterna quod meum est, impletum sit in semetipsis, seu de me gaudeant, quia ago ipsorum causam apud te deum patrem. Quare Iesus hoc pro discipulis perat, exponit:

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

¶ Vt diceret: Prædicauit eis sermonem tuum, nihil humanum atque temporale docuit, quem recipientes, ab ipso mundo abdicati sunt, qui eos odio habet, uelut ab ipso auersos, in ipso existentes adhuc corpore, mæte diuisos. Et non sunt de mundo amore, moribus neque uita, sicut & ego non sum de mundo, quod me non cognouit, qui tales etiam ad hoc elegi, ut præterquam per consentientiam corporalem de mundo non essent. Prædicauit Iesus diuinum sermonem in lingua carnis discipulis suis, qui qualis erat, effectus ostendit, ut non esse de mundo actiuos faceret auditores. Paternus dei sermo, ad filiationem adducit eos qui capiunt, auellit ab humanis, quia diuinus: non destruens naturam, sed subleuans ad gratiam: & facit in odium eorum qui mundum diligunt, deuenire, pro eo quod dissimiles coram affectus, gestus, uita & mores facit. Et inter dissimiliter uiuentes semper odium fuit. Ideo pro eis filius interpellat ad patrem. Sed quid rogat, iterum aperit:

Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

¶ Non postulabat Iesus discipulos illo in tempore, auferri communem mortem de seculo, qui ad testificationem introducendæ fidei diuersis tormentis afficiendi, & a tyrannis & principibus

seculi uariè obtruncandi erant, sed ut seruarentur ab omni malo in anima, ne in fide aut dilectione tabescerent, cum ex omni parte mundus odians desæuere in eos, doctus ab ipso diabolo & instigatus, quomodo per tormenta ualida & uaria castigaret, ut dum hæc agerent in corpore, ipse mentes, si posset, ad defectionem a Christo inflecteret. Proinde orat, ut ab omni inuisibili malo seruetur, quantum in malis corporalibus relinquedi. Ad similitudinem suam seruari appetit, cum uita similitudinem indicat. Ideo serua eos ut me, cuius anima immaculabilis, cuius corpus ad tempus cruciabitur poenis, & experietur mortem, sed habebit resurrectionem: quoniam de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo, ut quorum uita uisibilis, cõseruatio sit æqualis.

¶ De oratione quam Iesus fecit ad patrem pro sanctificatione & cõfirmatione suorum discipulorum, ceterorumque creditorum, secundum Iohannem solum.

Capitulum XVIII.

In fatigatus & infatigabilis amor Christi, semper prouidet & optat meliora dilectis, nec marcescit ocio, & ferari nescit. Ecce amator hominum Christus, maxime discipulorum suorum, quos ex omni carne de mundo elegerat, a mundo segregauerat, & urbanizauerat ad celestia, quanta cura, quantum studio super eos intendit, fungens aduocationis & interpellationis officio apud patrem, committens eis in eius curam atque custodiam, ut sub eius tutela degant, agant, cõseruent, sanctificent, & unum sint, sicut uiuant quousque in superna cum tota trinitate in æternum suscipiant. Inquit enim pater Iesus:

Pater, sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

¶ Alta est petitio saluatoris pro discipulis eius, ut sanctificentur a patre. Non potest aliquid in hac uita sublimius queri, quam sanctificari ab ipso. Sanctificatio & beatificatio sunt a patre omnium deo, uitaque digna, utraque ineffabilem excellentiam habens, sed utraque per excelsus & excessum. Excedit sanctificatio beatificationem prioritate: nisi enim ista præcederet, illa non sequeretur. Virtute, quia ista in actione & agonibus est, illa in fructu, sed plus est in ferre, quam recipere: agere, quam agi: diligere, quam diligeri: seruire, quam serui: facere quod suæ est uitæ siue debiti, quam recipere quod alterius. Horum omnium & similitum possibilibus dici, prima sunt sanctificationis, reliqua beatificationis: ista hominum, illa dei. Veruntamen bona omnia sunt a deo. Excelsus autem, scilicet quod a beatificatione sanctificatio superetur, liquet pro eo quod finis est consummatus, ad quem nanciscendum omnia sunt ordinata: mot

alibus & rationabilibus creaturis, ultra quocumque non relinquitur quid quaeratur. Omnia per sanguinem sanctificabantur in ueteri testamento, ut merito sanctificatio dicatur sanguinis tinctio: & sanctus, sanguine tinctus nuncupetur. Et per oblationes & munera fiebant expiationes. Est autem sanctificatio, mundatio a malorum contagijs & ab omnibus criminibus atque delictis, ut in sanctificato nihil reperitur impertinens, sicut ad Ieremiam locutus est dominus, dicens: Priusquam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de uulua, sanctificauit te. Qui non habuit in utero aliud delicti seu criminis, nisi maculam culpæ originalis, qua uirtute spiritus sancti mundatus est. Et uirgo mater domini & Iohannes, hoc sanctificationis donum in utero acceperunt. Est & sanctificatio cõfirmatio seu cõfortatio animæ & corporis, ad actiones aduersum operum, & ad tolerantiam aduersorum. Unde sanctus, quasi sanctus in uirtute. Græca uero locutio agios dicit, quod nos sanctum dicimus, id est, sine terra, ab eo quod est sine terra, ut sanctus sine terra sit, uidelicet non sine terra super quam graditur, & sine illa quam corporis sui portat, sed sine amore terrenorum, quorum affectio sanctitatem fieri semper impediuit, & a ueris bonis exclusit.

Postulat igitur a patre filius, ut sanctificet discipulos suos, quos dederat sibi pater, in ueritate, ut nil remaneat in eis infanctificatum. Seu in ueritate, scilicet in promissione complenda, quia sermo patris, ueritas est: non fallit, si promittit. Nec non sanctificari a patre, credatur in Christi doctrina cõfirmari, ut uiuendo teneant, quod in sermone acceperunt. Qui sermo est patris, quia sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui me misit patris. Est ueritas ab omni errore libera, omnem falsitatem prodens atque depellens. Et pro eo quod futurum erat præorabat, quoniam permissionem sancti spiritus ex alio sanctificandi erant, uelut quadam iustitia præuenta fuisset illa sanctificatio, cum filius præorasset ad patrem. Et causam huius experientie sanctificationis adnectit: Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Misisti & sanctificasti, misi & sanctificauit, ut capitis & membrorum sanctitas ab uno procedat, ut diuersitas non sit in autumatione hominum, quanquam sit inter Christum & suos discipulos incomparabilis differentia meritorum.

Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate.

¶ Si dixisset, sacrificio me ipsum, nulla esset in uerbo cõsecratio. Sanctus, imò tota sanctitas erat, nihil sibi a seipso aut ab alio pro sanctificatione addi poterat, sed de crucis mysterio loquebat, in qua pro ipsis & pro uniuerso mun-

do se in proximo ut hostiam & sacrificium uersperinum ultimum sacrificiorum sacrificatus erat, per mortem intercedentem intercedens ipse pro nobis, ut merito mortis eius sic sacrificati, & ipsi in ueritate sanctificarentur. Ne autem pro solis apostolis tanta rogamina fusula uiderentur, ad astruendam fidem & spem uniuersis, dixit:

Non pro his autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut & tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat quia tu me misisti.

¶ Est ad patrem fuit illa uisibilis caro Christi, ad totum fuit uirtus & intentio eius, ut non solum illi electi discipuli, sed omne genus hominum saluaretur, ut in ipso erat. Nam sicut mors eius, cum oes mortui essemus, pro omnibus est suscepta, ita ut oratio eius effusa. Et ad publicum bonum & remedium omnium, non ad priuatum, Iesus cuncta sua facta porrexit: quoniam (ut ait Apostolus) si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Ita orauit pro omnibus, quoniam omnes indigebant. Rogauit pro discipulis, rogauit pro uniuersis. Sed illi futuri erant illius orationis participes, qui per apostolorum uerba fidem accipientes, etiam perseverare debebant. Magna spes omnibus posteris prærogata est, cum Christus pro eis orationem suam ad patrem intulerit, ut sciant quanta cura fuit filio dei de omnibus futuris fidelibus, usque ad finem seculi duraturis, atque cognoscant quanta fulgante dignitate, quantaque possint securitate constare, aduersusque retras configere potestates. Et unitatem postulat in omnibus, & cum ipso & patre & spiritu sancto, ut sit uirtus perfecta & uita beata, & amor eluceat, qui appetit unionem. Sequitur enim ex unione credulitas, ut discipuli missi a filio, ipse uero crederetur missus a patre.

Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis & tu in me, ut sint consummati in unum, & cognoscat mundus qui tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.

¶ Verba sunt ista toties repetita, ostendentiam excessiuam Christi affectum: quoniam ardentem diligens, reiterat crebro, pandit sæpe uerbo amorem igneum intergestum.

¶ De postulatione beatitudinis æternæ pro discipulis & alijs credituris sub iure dilectionis, secundum Iohannem solum. Capitulum XIX.

Ad æternam beatitudinem capessendā, à deo sunt omnia ordinata, ita ut etiam corporalia & mortalia dum trāseunt, dum in usum ueniunt, aut in considerationem recipiuntur, subseruiant, & cum omnia in seruitium sola creatura rationalis de nihilo ut possideret illuxit. Erat promissione tacita & expressa culpa in perditione: mutata est, reparabilis quidem non per hominem, sed per deum in homine. Proinde omnia gesta Christi pro nobis ad illam sunt, pro qua priusquam crucem morturus ascendat, ultimo illam profeuchis perit à patre, iniquis;

Iohan. 17 Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem.

***ata** Cur pater filium pro omnibus tradidit? Vt ei omnes traderet. Cur ei tradidit homines? Cur ordinatē extitit hæc sequela? Quam obrem pater illo in tunc, paucos illos discipulos & post ascensionem eius immisionem pariter, euestigio successione cōtinua sibi tot milia hominū asciscuit? Vt secum æternam beatitudinem sortirent. Et cum omne datum optimum, & omne donum perfectum descendat, procedat à patre luminum, idcirco filius perit à patre, ut quos socios habuit in uita, similes in poena, in moribus conformes, in fide stabiles, in fidei operibus efficaces, in spe gaudentes, in charitate seruetes, secum habeat in æternitate cōsortes, ut in eodem loco sit merces lucis & exercitus fidelis, agonū positōris & agonistarum, regis & commilitōnis. Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum in patria, qui mecum fuerunt in uia: in consolatione, qui in tribulatione; in lætitia, qui mecum in tristitia; in gloria, qui mecum in ignominia, ut uideant claritatem quam dedisti mihi, qui non horruerunt poenales mundi tenebras, quibus me subdidisti. Quo iure Christus ita perebat? Vno dumtaxat amoris, uidelicet qui nihil negare nouit, cui aliquid negare non conuenit, hoc est, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Vt etiam exaudiatur ocyus, imò inhæstiter pater nas aures introeat honesta petitio, & quod petit, tribuat sibi pater, se suosq; discipulos cū mundo componit, dicens:

Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem noui te. Et hi cognouerunt quia

tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

¶ Profeuchando Iesus paternam interponit iustitiam, patrem iustum appellans, ut ipse per iustitiam exaudiatur: quoniam iustus dominus iustitiam dilexit, & æquitatem uidit uultus eius. Ac si dicere Christus uelit: Pater iustus es, & rectum iudicium tuum: ego non te rogaui pro mūdo qui te non cognouit, quod & supra p̄dictum est, quod ubi rogarem, forsā iuste petitio negaretur, sed ego tui cognitor, oro te & pro his qui cognouerunt utrunque, te mittentem missumq; me, quibus notum feci nomen tuum in fide, quia meus pater es, & uirtutem & potentiam tuam in qua me fecisse omnia & facere fallus sum, & per amplius notū faciam cum spiritus sanctus à te & à me super eos missus aduenerit. Quid pro eis rogo? Beatitudinem infallibilem, ut cum mansione meam atque tuam, cum ostensione meæ claritatis æternæ eos diligas, dilectioe qua dilexisti me, ut illa sit semper in ipsis, & in ipsis ego existam. Ab æterno pater æternum dilexit filium æterna dilectione, nec impermutabilis est dilectio patris ex tempore, sed ab æterno præuidit filium incarnari, & corpus sibi mysticum coaptari. Et ex dilectione qua se deus in participatio nem uenire disposuit, primò creauit quod participare illum posset; deinde corruptū & perditioni traditum, iam creaturam redemit tali modo per filium, qui nunc orat, sicut ab æterno uisit dilectus, ut incarnaretur, ut nasceretur, ut corpus huiusmodi fidelium saluandū sibi daretur, ita exaudiatur. quod sic explicat, Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, compledo prædestinationem dilectiuam: & ego in ipsis, uelut caput in coaptato sibi corpore, dirigēs, gubernās, ordinans, regens & beatificans æternē, sicut æternē dilexisti me.

LIBRI DVODECIMI DE TESTAMENTO DILECTIONIS ET SERMONE IN COENA DOMINI SALVATORIS, FINIS.

SIMONIS DE CASSIA, 761
GESTORVM DOMINI SALVATORIS
LIBER XIII.

tractans speciatim De Passione Domini Saluatoris.

¶ De templo per Christum, eiectis ei ipso negociatoribus, mundato.
Caput .I.



ASSIONI uicinus dominus & saluator, Bethaniā uisitauit, se rotum compilās ad supplicium mortis. Et in crastinū superedit asinam & asellū, ut prænotauimus in ascensionibus. Et ingressus est Hierosolymā & in templum, quod imperiosus actibus atq; uerbis ab impertinentibus & indecentibus purificauit, diffiniens sententia uerbi sui, q̄ ea quæ sunt diuinis cultibus cōsecrata, in usum alium non uertant. Diuina nāq; iustitia non uult, q̄ natura in aliud quam ad id quod est facta, mutet. Quod cū sit ex hominū perueritate atque malitia, seu ipse fieri permittit propter nra peccata, damna sequunt & pœnalis toleratur. Ab ipso em̄ creatore cuncta proprijs usibus & rōnibus sunt creata, & ordinē habent, à quo sine periculo non potest esse digressio. Quæ uero ab arte spūs sancti ab hominibus etiā manufacta noscunt, & usibus dedicata diuinis, nō licet ad alium usum intorquere. Conturbatur em̄ ibi ordo iustitiæ, ut diuersis dominis res una subseruiat. Turpis est cōmutatio, ut quod erat diuinū, trāseat in humanū. Et omnis reuerentia tollitur, cum ad humanū usum trāseunt consecrata diuinis. Et finē uerum peruertere reus, sine fine finē nanciscif ferum. Et domus ofōnis uerti non debet in cōfulatorium hominū, aut in seculare negotium. Honestius em̄ manerent deserta sine dirupta loca dedicata diuinis, si ad diuinā nō redificātur, quam reparant ad contrarios aut improprios seu impertinētes hominū usus. Cum em̄ huiusmodi loca deserta manēt, saltem memoria cum quantali reuerētia uiget, q̄ dei habitaculū fuit. Cum uero ad usum reparant humanos, dei memoria tollit, quia ibi hūana memoria celebrat. Nec aliqua, quāuis modica, usquam debent usui humano seruire, si diuinis usibus seruiunt. Nam sine diuina offensa nō agitur, nec sine diuina ultione trāsit. Nempe legimus

in Daniele, q̄ Balthasar rex Babylonis, qui Nabuchodonosori successit in regnum, fecit grāde conuiuium, & uasa quæ non ipse, sed pater eius de templo dei, quod erat in Ierusalem, asportauerat, fecit deferri ad mensas, ad usum conuiuia hominū & mulierū, uxorū & concubinarū. Sup quo nefario malo ultricem sententiā nō prorogauit iustitia sancta dei. Eademq; hora digiti apparuerūt in obiecto aspectu parietis, scribentes diuinum iudicium super eum, quod, audita interpretatione Danielis, in eum sequenti nocte defecit. Nam interfectus est, sui regni habens alium successorē. Porro ex hoc comonefactum est nobis, quanta ea quæ sunt mancipata diuinis, oporteat custodiri reuerentia. Sed nec cuiuspiam animum pulset, q̄ multa in domo dñi sunt superflua & accurata nimis, aut autemet spm̄ deum esse, & de corporalibus nō curare. Magis aut iudicet, deū habere in oibus & de oibus honorari, ut oīs creatura corporea & incorporea, sensibilis & insensibilis, rōnalis & irrationalis, primū suo modo diuinū prædat honorē.

Creator oim̄ deus ē, igit ab oibus sibi & de oibus deserat. Nec submit: at pauperū causa. Ex hoc em̄ redargutus ē Iudas, q̄ dolebat ef Iohā. 12. fundi unguentū sup caput dñi atq; pedes.

Abundantiā reus fecit omnipotēs, ex quibus possunt pauperes refici, & in domo dei fieri quæ splendidum cultum efficiant.

Quidā blasphemauit atq; derisit, q̄ Chro in tam p̄ciosis atq; nitidis uasis sacrificabat, qui statim per probrosam mortē terminauit miseram uitā. Et necdū uerbo derisionis expleto, diffusa sunt per inferiora omnia interiora eius. Verūtamen pie retinent ad cultū diuinū, & pie necessitatis tempore pauperū expendantur ad usum.

¶ Ad altiore m̄ intelligentiā nos trahit hmōi nactor templi, ut templū uiuū dei uiuū, ab impertinentibus & maculis, per fidem, uirtutē & terrentē scopam iustitiæ emūdet. Non expediūt importuna negocia templo uiuo. Et si spūs est deus, non immūdus, sed in mūditiā tota, proinde habitaculū immaculatū in animabus hominū quærit. Interior homo, domus ofōnis est, imo speculationis diuinæ, ubi p̄ fidem illam claritatē ineffabilem cōtemplamur: in cuius tecto, fiunt diuinæ illustrationes & in pavimento, con-

spicitur miseria peccatorum: & sunt cherubim scientiarum dei. ¶ Quam speluncam latronum facere arguit dominus & saluator. Spelunca, locus concauus est, aut in montibus aut in terra eminēti, quæ deorsum nõ uergit ut fouea, quã ad tempus inhabitant, qui prædari cupiūt trãseuntes, & latent in illa: unde sunt appellati latrones.

Spelunca, spelucis caret aut specie, propt̄ quod iuste nominat̄ spelunca. Nam si luminis speciem haberet, nõ diceretur spelunca. Et si latronibus latētibz aliquale lumē refulget, uiatoribus tñ periculum ex ea prouenit uelut extenebris. Ac p hoc saluator prohibet animã, quã suum habitaculū facit, latronū latibulum fieri: & quam repleuit suæ splēdoribus claritatis, specie lucis uirtuosæ, inulte carere non patitur.

Latrones inuisibiles, dæmones sunt, qui animã latrocinant altissimo, nec non ipsam à se ipsa sape uolēter distrahunt & inuite, ac insidiant in abscondito animabus, uelut animalibus in spelūca sua insidiatur rugiēs leo.

Animam speluncam non fecit altissimus, sed in semetipso speluncam diaboli fecit iniquus. In huius ingressu dominus & saluator desiccavit ficulneam. Cuius desiccationis seriem oportet inspicere.

¶ De arefacta ficulnea, & quid ea mystice signari. Caput II.

¶ Cum uenisset Iesus de Bethania ad montem Oliueti, & super adductis animalibus equitasset, Ierusalem ingressus, templo purgato, reuersus est in Bethaniam.

Mat. 21 *Mane autem facta reuertens in ciuitatem, esurijt. Et uidēs fici arborē unam secus uiam, uenit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum. Et ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea.*

Euangelista alius dicit:

Mar. 11. *Non enim erat tempus ficorum.*

Si mysteria tractaremus, synagogã intelligimus reprobata, cui oĩa ista cõueniūt: sed ad mores differendos cõceptus sermo cõpellit.

¶ Talis actio, potētia est saluatoris, quam plenã esse iustitiã, nostra credulitas firmat, quãuis euãgelista per ficulneã subnectat lucidam rationem, pro eo quod nõ erat tempus ficorum. Ergo si tempus nõ erat, cur maledicta fuit: cur in ea saluator quod nõ erat inuēturus, quæsiuit: Sed reuocauit saluator esuriē, uelut post quadraginta dies & noctes impa-

stus fecerat in deserto, cui naturæ nulla dominabatur necessitas. Sed nõ uentrem, imo mentes quærebant reficere, cuius cibus erat, patris perficere uoluntatē, & ab hac fame quæ tidie angebat. Ac per hoc p signum hic nos saluator edocuit. Nam esuries signum, ficulnea signū, carētia signū, arefactio signū fuit.

Esuriēt, qui omnia uiuētia pascit, nutrit atque gubernat. Qui defectibus dominabat̄, esuriēt, passibilitates hūanas assumpsisse se monstrās, & cõmunicatiōe ipsoz habere ad homines. Esuries nõ uidetur in eo qui patitur, sed dicto aut factō cognoscit. Protestans ē igitur saluator esuriem, aut uerbo ex ore dimisso, aut accessu ad ficulneam. Quõlibet habuerit ordo rei, esuriē mētis extitit signū, Esuriebat em̄ salutem oīm animaz, ubi suæ dilectionis argumēta magna monstrantur, quã esuriē nomine ostēdebat. Sicinus nepe quanta poena esuries corpus afficiat, & quanta intētiōne corpus famelicū appetat saturari.

Venit ad ficū, quã uiderat secus uia. Synagoga prope legem, gentilitas secus naturã, anima ppe græ uiam. Folia in ea inuenit, fructus appetitos penitus nõ inuenit. Ficus cõtraria multaz arborz mores, præter flores proumpit in fructus, & uicinã præ cæteris designat ætatē. Super quã patulam habemus sententiã saluatoris, cum suū aduentū uellet designare uicinū. Cuius fructus mellinæ dulcedini cõparatur. Tales animas deus quærit, quæ sine signis prorūpant in fructus, nec flores faciāt decedentes. Nec obstat quod spōsa cum se iactet, flores apparuisse i terra, siue quod egredi uoluerit ad uidentē si uinæ florissent. Alius ibi, alius hic sensus est, sed nulla rōne cõtrarius. Quærit deus animas, quæ semper prænunciã, moneãt reuelandã in nobis futurã atque fulgētissimã claritatis, uelut ficulnea prænunciã est ætatis. Cuius fructus dulcedinē illam possideat, cuius supni ciues gustum desiderat in supernis, scilicet nõ peccare, aut penitentiã agere post peccata.

Nulla in hac uita dulcedo nobilior, quã uirtutū, aut desere peccata. Et miro quodã modo agit, quod fetus dulcis est miseris, & penitentibus uere, lachrymę guttulæ sunt dulcedinis. Sed plerūque saluator & dñs, folia inuenit & non fructus.

Folia, ipsa sunt uerba legis & scripturæ, aut expositiões. Quæ folia decidūt, quibus male recti primi extitere parētes. Nam fecerunt sibi perizomata ficus. Non em̄ uerbis & latitudine loquēdi delectatur Chrs. Opera inquirat, & dignos penitentiæ fructus. Sed hoc maxime animū pulsati tempus ficorum non erat, cur ipsam maledixit, si non inuenit: Vt

detur Chrs in partem iniustitiæ declinasse. Sed si prudent̄ inspicimus, magnū nobis timoris innuit factum, & iustitiæ diuinæ secretū. Et cū nõ inuenisset, maledixit ei, & arefacta est, ne fructum faceret ulterius in æternū.

Maledictio dei, est priuatio bonoz græ.

Maledictio dei, est inuidatio animi.

Maledictio dei, est obstinatio.

Maledictio dei, est finalis impoenitentia.

Maledictio dei, est ab ipso segregatū fieri.

Maledictio dei, est æterna priuatio supnoz.

Maledictio dei, est tradi gehēnalibus flammis.

Sed quo merito, quo iusto iudicio, quod sententiã irreprensibilem: Quia non habebat fructus aptos esuriē diuinæ. Ac per hoc ex merito anima maledicitur & reprobatur, quod per uirtutes & uisibiles & competētes ipsaz actus diuinæ fami atque desiderio non ridet, nec fructum prouoducit, quod in nobis Chrs diuine pascatur.

Proinde uide quã malū atque horrendū sit, diuinis operibus non insistere, nec fructificare uelle operibus bonis, ut gratiæ sequat̄ sterilitas, & in æternū gehennalis flamma succedat. Magis terrere debet hominū mentes firmata & obstinata sterilitas, quod æterna & iusta dānatio. Hæc em̄ sine illa nõ sequit.

Sed inuenitur anima quæ nõ fructificauit ante tempus, & forte fructificabit in tempore. Cur ergo egreditur tā saua sententiã, si nõ est iniquitas apud Christum?

Cætę neminē moueat ista sententiã, quæ quãto secretior, tanto iustior est. Omnis em̄ occulta sententiã, secum portat huius altitudinis dignitatē, quod quãto magis occulta, tanto magis iusta cõsistit. Nam aliq̄s deus reprobabat propter mala cõmissa, qui nec ad penitentia sunt reuersi, quoz omninū est iusta & aperta damnatio. Aliq̄s deus reprobat, quia operari negligunt secundū fidem quã susceperunt. Et hides sine operibus mortua est, & ipsi mortui sunt. Aliquos deus reprobat, quod sua prouidētia secreta præuidet semper steriles permanuros, nec peracturos aptos diuinæ placentiæ fructus, quos in ista ficulnea si gnificatos saluator ostēdit, quibus nõ aufert gram bene agendi, sed bñ non agere omnino præuidit. Nec reprobat eos, si ante tempora opera iustitiæ nõ egerūt, sed quia in tempore re suo fructum bonum daturi nõ sunt. Nec deserit ut deserat, sed deserit, quia deserendus est. Non maledicit ut nõ fructificet, sed quia nõ fructificabunt, ideo maledicit. Non uit dñs qui sunt eius, qui permāsurus sunt in sermōibus eius. Sunt multi uelut ista ficulnea, quod dignos penitentiæ fructus. Sed hoc fecerunt, sed in posteris facturi non sunt.

Sunt & qui non fecerunt, sed nec etiã sunt

facturi. Sunt & qui nec facturi sunt placidos deo fructus, sed iniqua opera peracturi. Quos deus sic futuros infallibiliter præuidēs, secreta & iustissima sententiã maledicit, ipsis ignorātibz à tali sententiã detineri. Occulta quidē sunt hæc, nec imperitorum aut simpliciu mētibus referēda. Mentē cõcutunt, terroribus animū replent: uerissima tñ & infallibilia sunt, quod ante nõ habitū fructum, de sterilitate sententiã iusta pueniat. Nulla uero iniquitas apud deū, qui neminē nisi per misericordiã saluat, nec reprobat nisi iusto iudicio: qui nullum ante peccatū detudit in poenam, & nullū nisi priuari dignū grã priuat. Applicabilia moribus ista non sunt, prout à saluatore sunt gesta, nisi quodã conamine uelimus intorquere p moribus, quod semper in nris operibus deuitamus.

¶ Christus esuriēt, nos docet, ut debeamus insatiabilis iustitiã esurire, ac proximo

rum nostrorum prout corpus refici appetit, de

fiderare salutem. Nec propter ornatum uerborum

credere debemus, nisi opa uideamus. Non em̄

debemus more saluatoris, maledicti p

ferre sententiã: quia nemini, nisi soli deo, p

notitiã corda hominū patent. Nec scire possumus

quēpiam in fine dignū odio uel amore, aut dum

uiator incedit, si à supno numine reprobat.

Et utrū in futuro alicuius mutandi sunt affectus,

mutandi que mores, oino hominū scientiã

subterfugit. Multis laudibus attollenda sunt

opera saluatoris, & digna mirari. Ad mores aut omnia

retorquere iussio diuina non cõsulit neque urget,

prohibet autem magis.

¶ De inhospitalitate Hierosolymitarum aduersus Christum. Caput III.

In pœnosa hebdomada uias saepe iterauit

Iesus à Bethania in Ierusalem, nec in tanta

ciuitate ipsum de nocte aliq̄ legimus hospitatū,

uelut non habuisset amicū qui eum amoris grã

inuitaret. Et nõ inquires, nec re quisiuitus est.

Pauper em̄ fuit à iuuentute sue secundū carnē

consanguineis & amicis: nec ipm honoratū

legimus, aut cultu cõsanguinitatis, aut amicitia

temporalis intuitu. Et quoniam cõsanguineos &

cognatos & fratres habuit, non tñ uterinos,

aut ex patre, & præter illos qui se ad discipulatū

& sequelã ipsius dñi transfulerūt, quibus nunquã est

adulatus ex carne, aut hūanitatē affectus: nec eoz

præterquam supernoz respectu, affectauit

sequelã, aut quæsiuit ab eis hūana subsidia.

Hoc mentibus ostēdit fidelium ipsius in peregre facta

uita, ut nec propriū hospitium uitæ possideret,

aut pmississet possidere parentes.

Nec apud carne propinquos fumpfit cōpētia uitæ, nec apud temporales amicos, q̄s non quæsiuit. Et suis moribus interdixit se quacibus posteris. Ad altitudinē admiratiōnis subuehit mentes, q̄ in ciuitate regia, in ciuitate sacerdotali, neq; etiam in scribis & pharisæis, in cultoribus templi & sacerdotibus seu pontificibus habebat dignū in ueritate amicū. Quod si ascribimus illoꝝ malitiæ, simili & diuinæ ascribamus prouidentia, & Ch̄si euidētissimæ paupertati, qui nulla psuasione humanitatis quæsiuit amicos, ne subsidiū hominū in tam famosissima ciuitate hæreditaretur, in q̄erat morte turpissima cōdemnādus, ne saltem amicorū uerbo posset, quod ab eterno dispoſuerat, impediri, salutē scilicet nr̄am, p̄ passionē & mortē in sauo patibulo consummandam.

Monstrat amicorū indigentia & pauperiam, q̄ in p̄nosa hebdomada q̄tidie de Ierusalem egrediens, repetebat Bethaniā: & q̄ sustinens sententiam diræ mortis, pro se clamantē neminē propiciū sensit. Non minor paup̄tas est, amicorū carere subsidijs, q̄ pecunijs in opem fieri. Ad ampliora em̄ se contulit sæpe amicorū, quā pecuniarū subsidiū. Quāuis fecerunt omnium rerū promptissimā abdicatiōē, qui penetrant ad alta uirtutū, si secundū carnē cognatos & tēporales amicos inquirūt, apud q̄s manet in opportunitis indubitata subuentio, à paupertatis penetrabilibus exierunt, nec crecte apexerunt istius inuis & extrā lucentis luminis claritatē. Si autē adueniunt & subueniūt non quæſiti, inter media regnante uirtute, manet ipsa paupertas in possessoribus suis. Abdicatū expedit fieri ab amicis ualentibus auferre presturas, eum qui p̄fectionis culmen exoptat. Ocyus propria, quā amicorū, cōsueuerunt opitūlamenta deficere. Fugerunt q̄ plures huius uirtutis alimfica sectatores taliter & ad alia mundi clinata, amicorū & notorū subsidia, ut spes om̄is subuentionis ab eorū cordibus tolleretur. Nam magis in amicis quā in p̄p̄rijs sæpe abundat paupertas. Q̄ autē apud Lazarū, Mariam & Martham sæpe dñs diuertebat, qui diuites & nobiles erant, nō diuitiarū aut subuentionū gr̄a, sed odore uirtutum q̄ fragrabant, potius trahebat. Si etiā qui diues est, magis uirtutū quā diuitiarū decore præfulget, non adimit paupertatem professoribus paupertatis: quia nec subuenit præter q̄ ad opportunitatē, quod om̄ibus debetur de iure nature. Nec non quia potior in uirtutibus, q̄ in diuitijs homo, operit ipsarū defectum rōne uirtutum, dum uirtus cōuerſandi & diuertendi, nō fulgor inclytatis aut

copiarū, est causa, ut non propter diuitias & nobilitatē uirtus, sed propter uirtutē, rerum abundantia & hūana serenitas tolleretur.

¶ De baiulatione aquæ, & mysterijs eius.

Capitulum IIII.

A Discipulis pxime reuerſurus, iussit sub altis signis atque mysterijs parare pascha, interrogatiibus discipulis de præparatione paschæ, respondens:

Ite in ciuitatē ad quendam. Et ecce occurret uobis homo amphoram aquæ portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit dicit tibi magister: Vbi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem?]

Locus celebrādi paschatis & cœnæ uitæ, sub incertitudine designatē missis, sed mittētē certissimus erat: sed ad seque lam baiulantis aquam, ostenditur.

Baiulus aquæ, ducit ad locum in q̄ ueteris paschatis sunt terminandæ figuræ, atq; umbræ uesperī declinandæ, ac etiā noui sacrificij ueritas inchoanda.

Baiulus aquæ, ducit q̄ uocandus est proditor, q̄ bonorū discretio sit à malis, q̄ diuinus amor ex desiderio p̄ditur, q̄ lauandi & abstergēdi sunt diuinitus apostolorū pedes.

Baiulus aquæ, sermo est diuinæ scripturæ atq; sanctæ, * etiam secum portat sermo diuinus. Sermo diuinus ostendit, q̄ om̄ia in figuris cōtingebant illis. Sermo diuinus ostendit, q̄ caro sua uere cibus est, sanguisq; potus. Sermo diuinus reuelat, q̄ desiderio æstuat unigenitus dei filius, qui pascha manducare uolebat cū discipulis antequam pateretur ex hoc pascha, uerissimā paschatis remedia maiora sumamus. Decernit sermo diuinus illos pro ditione dānata proſcribi, qui blāde se monstrāt affabilitate uultus, lædentia uero machinatur cor. Innotescere facit sermo diuinus, quia nō humanitas, sed diuinitus purgantur hominū affectus. Et aperte insinuat, q̄ iniqui bonos, nō boni malos, q̄s sperāt ad bona reuertē, dimittūt.

Baiulus aquæ, amor Ch̄sianus est atq; uirtutū: q̄ non amare, perfecta dānatio est.

Baiulat aquæ mensuram, gr̄am uidelicet amor, ut tantū sit gratiæ pondus, quātus est ipse amor. Non gr̄am operis, sed amoris nouit retribuere inuisibiliū ponderator.

Baiulat amor aquam ablutionis & potus. Nulla re melius, q̄ amoris aqua, lauatur facies: Et malis caloribus æstuat, potus refrigerium suscipit.

Baiulat amor gr̄a aqua, q̄ ip̄m latorē refri gerat. Hoc ipso q̄ diligit amor, cōtētus est. Amoris aqua, potus ē diuinus, similiter & angelicus est. Multi asperguntur ex modico aqua, & multos aspergit unius hois amor.

Baiulus aquæ præmittitur ad sequelam, amor dei atq; uirtutum antecedit potentias spirituales, si non ordine, saltem dignitate. Amor solus ingreditur secreta cubicula, nihilq; occultatur amori. Amor nouit dicere, ubi est cœnaculum grande stratum?

Baiulus iste aquæ, sub incertitudine atq; indeterminate ad illos duos apostolos dicitus, ac etiam indeterminatus denunciatus est diuersorij locus, & obedientibus uterq; factus est certus. Si occurrit baiulus, nolite sequi: multa baiulantur, multiq; sunt baiuli: sed si portat aquæ mensurā, sequimini.

Baiulat amor om̄e qd diligit, eo ipso baiulat q̄ obiectum habet: sed si portat gr̄am, p̄ditur ad seq̄lā. Intēta discussione uniusquisq; semetip̄m discutat, si obuiū habet amorē, aqua gr̄a baiulante. Habetur siquidē & interdū talis aqua baiulus obuius, quē indubitate occurrentē, simili & p̄cuntē irretrogrado pede seq̄ris: & ad locū diuinæ refectiōnis, quē añ indeterminate audieras, te determinate conduceret: & cessabūt umbræ uesperī, & innotescēt infallibiles ueritates, & altissimā maiestātē ante tuos pedes profunde distime cōspicies inclinātā, pro liberatione atq; lauatiōe sordium infaustarum.

Baiulus aquæ, catholicus est intellectus: erroneus uero, mensurā aquæ non baiulat. Non portat aquæ gr̄a amphorā, qui scripturam sacrā aliter quā flagitet sp̄ssanctus, intelligit. Priuatur onere gr̄a intellectus, q̄ aut humane siue plus debito aspere, diuinā interpretatur sua præsumptione scripturā.

Baiulat infallibiliter gratiæ aqua, qui in silentio mētis atq; oris adorat, quod clare intelligere nequit, & à præsumptione agitatus intelligere refugit: & hoc solum intelligere melius credit, quod penitus nō intelligit.

¶ Fertur quidā magnus moribus, uirtutibus atq; sciētia, cuius directione magna sanctorū uiroꝝ familia regebatur, in subiectas oues ad exercitationē ipsius, ad differendū ali quid de scriptura catholica posuisse. Cui exquirētī ab oibus singularit̄ intellectum postuēbi, oēs qd credebāt uerius intelligere, r̄iderunt. Cum uero quidā nomine Ioseph, in r̄idendi ordine ultimis, ad r̄nsionē fuisset exactus, r̄didit Abba, ego non intelligo uerbū. Tunc ille & subiectarū magnus exercitator animarū in fide, oibus sic cōclufit, dicens: Solus Ioseph intelligit uerbū. Hoc em̄

ideo dixit, p̄ eo q̄ ille solus qui dixerat non intelligere, uerbi altitudinem intellexit.

Humilis animæ intellectus, gratiæ diuinæ anial est subiugale, ac suauissimo ipsius pondere oneratur, quo nō p̄mitur, sed leuatur.

Baiulus aquæ, chorus est patriarcharum atque prophetarum, qui figuris & prophetijs ad ista mysteria nos perducunt.

Aquæ baiulus, ois ordo sanctorū, q̄s credimus ciues sup̄næ patriæ iam effectos, qui ad horū notitiā & gr̄am, existētes in uia, etiam p̄uenerūt, qui forma morū relicta, eorū uertigines nos uelut duces p̄ducunt. Hunc baiulū iubet sequi saluator q̄ añ dixerat: Qui sequi uult me, nō ambulat in tenebris. Et alibi: Qui mihi ministrat, me seq̄tur. Et alibi: Qui uult post me uenire, abneget semetip̄m, & tollat crucē suā, & seq̄tur me. Nunc autē iubet ipse determinata sententia baiulum aquæ sequi: quia qui p̄dagogū sequitur positū à magistro, sequitur & magistrū. Vna est seq̄la saluatoris & eorū qui dirigunt in salutem.

Si Christus est ueritas, qui sequitur ueritatem dicentem, Christum in illo sequitur.

Si Christus est uita, qui sequitur dirigentem in uitam, Christum omnino imitatur.

Si Christus est uia, q̄ sequit̄ itinerarij uirtuosū duces, omnino post Ch̄m uadit. Non est diuersa seq̄la uerorū mēbroꝝ & capitis.

Vna penitus est imitatio, ubi nulla ē diuersitas ductorū: & ubi nil aliud inferior p̄cipit, nisi qd suū nouerit uelle maiorem ec ad alia dirigit, nisi ad q̄ ipse nos saluator expectat. Sequela obliquū non patitur. Proinde quia p̄ceptum est dñi, baiulū sequi, qui hm̄i baiulū non sequit, morietur. Nec uidebit si adhuc in seip̄o uetera cessauerūt, & utrū sit sp̄s an literæ seruus. Neq; intuebitur aut gustabit cū apostolis gr̄a nouitatē, & pignus non suscipiet hæreditatis æternæ, nec diuina manu à peccatorū fordibus abluetur.

Hæc omnia siquidē acta sunt in domo, ad quam sequentes ipsum baiulus aquæ duxit.

¶ De pascha, quid sit aut signet, & cœnaculo. Caput V.

O Stensum est illis duobus sequentibus aquæ amphoræ portitorē, cœnaculū grande stratum, & paratum extitit pascha.

Pascha hoc, transitus dñi est. Grande cœnaculum, est latitudo ecclesiæ, ubi parat ad meliora transitus usq; ad mundi finem. Sed agnus est qui comedit. Super mensam ecclesiæ oportet comedere innocentia uoluntatis & operis. Innocēs est agnus qui comeditur. Innocētiā expedit sequi eū qui uult cōiunari cum Ch̄o. Hoc enim exquirat à nobis saluator, ut aut custodiamus à salutaribus fontibus

bus innocentia, aut si pdidimus, ois uita in uita & mos in recuperatione ipsius. In cena culo ecclesie, solu ad innocetia suspiratur: q uero ad ipam oibus uiribus no suspirat, etia uiuens primis se peccatoribus mancipauit. Cenaculum grande, uirtutum edificium est, ubi celebratur phase atq; terminatur.

Transire uult nos, q creauit atq; redemit, trasitu terminis nobilioribus terminare. Na q transit, aliqd relinqt & dimittit a tergo, & in nouas regiones atq; spatia insolita, suo motu se cofert. Transitu oino expedit celebrare in domo ytutu, ad qua aqua baiulus nos coducit, ut trafeamus de tra occidente ad ui uificantem spm, de ceremonijs ludæorum ad mores Chfianoy, de lege ueteri ad euageliu regni æterni, de cortice ad medullã, de natura in gñam, de iniquitate ad iustitia, de uirtute in uirtutē, de labore ad interiorē requiē, de dispersione ad congregatiōē, de figno ad signatum, de carne ad spiritū: donec oim cōsummato mystico, de uia & ualle miserie, ad patriã beatitudinis trafeamus. Ad hmoi trasitū faciendū, docemur in cenaculo sancto uirtutū. Esus agnus & edendi modus, si p singula discuteremus in moribus, dicēdi copiã ministrat: & in multis codicibus & a sanctis doctoribus multa dicta cōspexi. Sed obmissis omnibus, hæc modica, ut ad alia me transferam, prælibaui.

¶ De transitu Christi, & eius in edendo pasche, desiderio. Caput VI.

In ista profecto cena, miranda gessit dominus & saluator. Nam cum recumbit, post uerbis desiderii mentis aperuit:

Lu. 22.

Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar.

Si pterita locutionē accipimus, a q tēpore desiderare cepit, diffinire nequimus. Nam deitas nō desiderauit ex tēpore, nihil pot in eã accidere nouitatis. Vicissitudines & alterationes ipsa nō suscipit. Ex aia facta in tēpore, desideria dici possunt. Affectio quidem animæ, desiderii est, q Chfs se mōstrauit affectum: sed desiderii applicauit, q dixit, hoc pascha māducare uobiscū, uidelicet uos oēs & posterosecutores ad transitū, de lege ueteri ad nouitate euagelijs, & de uetustate Adē ad Chfm nouū hoīem ordinare, sicut Apo

Colof. 3.

stolus ad Colossenses dicit: Expoliātes uos ueterē hoīem cū actibus suis, & induite nouū hoīem, q renouatur in agnitionem dei, secundū imaginē eius q creauit eū. Aliqd magni atq; insigne inuuit Iesus, cū desiderabat pascha trasitus māducare cū apostolis.

Ecces. 3.

Nam oia tps habēt, & suis spatijs transeunt uniuersa sub sole. Trāsiuit innocentia in cæ

lo aliquorū angelorū, trāsiuit illa primorū parentū, trāsiuit originalis mūdus cum myste rīs suis, trāsiuit diluuiū, trāsierunt ptes anti qui, trāsierūt reges ludæorū, trāsiuit synago ga, trāsierunt & trāseunt regna gentiliū. Vn de Ecclesiasticus dicit: Regnū ā gēte in gen tem trāssertur. Transeunt tēpora nō reditura, transeunt mundi bona similit & mala. Trāseunt uetera succedētibz nouis. Trāse bit mūdus, & habitatores eius. Transeunt apostoli, martyres, cōfessores & ygines, trāsi erūt anachoretæ & cœnobitæ. Trāseunt & trāseunt, successerūt & succedūt. Transeunt pontifices & succedūt. Transeunt & trāseunt doctores & pdicatores, & succedunt. Et qd, qd nō trāseat? Quid est qd citius trāseat? qd est qd tardius trāseat? Quid uero est qd nun quam transeat, atq; qd in æternum cōsistat?

Dies hoīm citius trāseūt. Iob: Dies mei ue Iocius trāssertur, q̄ a texente tela succiditur. Et alibi: Dies mei trāssertur uelut naues p ma portātes. Et alibi: Homo natus de muliere, breui uiuens tēpore, repletur multis miseris: qui q̄si flos egrediū & cōteritur, & fugit uelut umbra, & nunq̄ in eodē statu pmanet.

Tardius trāsit iniquitas, pro q̄ dicebat Dauid: Et in umbra alay tuay sperabo, donec trāseat iniquitas. Tardius trāsit bonitas morum. Sub his & cum his omnia transeūt, ali qua cum illis, aliq̄ cum ista. Tardius transeūt euangelium. Tardius transeūt ecclesia. Quæ oia usq; ad finē mundi duratura noscuntur.

Nunquam mundus absq; iniquitate, nun quā absq; bonitate ab illa diuisa manebit. Nunquam præter euangelium & ecclesiam machina ista cōsistit, quibus sublati de medio, testimonio fidei finietur seculum.

In æternū uero stat, & nunq̄ transeūt regnū dei æternū, beatitudo sanctorū. De q̄ Daniel Regnū eius nō corrūpetur. Ad qd animo & Dñi. 7

ignitis desiderijs, uita, moribus, trāseūdū ē. Poena uero æterna nunquam transibit, ad quam per omnia miser nactus q transibit. Transiūt Chfs hūanitate, sed deitas imutabilis est. Trāsiuit p incarnationē, p oia gesta eius: deitas uero immutabilis pmanebit & pmanet. Transiit in corpore mystico, deitas uero i æterno & imutabili statu pmanet.

Bona cōsideratio trāsitus, sed * trāsire pfer tur. Trāsire siquidē ad potiora, ytutis ē max ximū argumentū. Iure in cena transitū celebrat, qui trāsiens ad trāseūdū oēs inuitat.

Propter hoc saluator hoc pascha cum desiderio māducare se mōstrat, ut q trāseunt, ex eorū cōsideratione q pmanēt, agnoscamus, qm̄ hic diu habitare non possumus. Dicit se māducare cū desiderio, nō uehementia famis

aut appetitu guloso: sed ut cum ipso trāseūte de mūdo p passiones & sua tormeta, p crucis opprobriū atq; mortis absynthiū, nos i ytu te ac moribus, put possumus, trāseamus, ut uelut ipse desiderat de hoc mūdo trāsire nobis ad ptem, & ad regnū æternū, ita & nos trāsire uelimus, ut regnet ipse i nobis atq; nobiscū, nosq; cum illo regnemus in æternū.

Desiderat saluator terminare figuras, & ad ueritatē inducere. Desiderat, anteq̄ patiat, sacra initiare cælestia. Desiderat manife stare uolūtate se passurū, ac se pnoscere uniuersa, ne diceretur p ignoratiã captus & passus unde notauit ybis, nō nomine, pditorē. Non expedit quēpiã malū corā multis pderē, sibi soli est cognitus. Sed expressit proditorē, personam subuicū, dicens:

Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et qui intingit mecum manum in catino, hic me tradet.

¶ De patientia Christi erga traditorem, & Iudæ pertinacia. Caput VII.

Patientia nimia saluatoris, q̄ in mēsa & in eadē paropside sustinet proditorē, p̄ rogat nobis patientiæ documenta, ut lædere uolentē absq; rñsione toleremus. Sed pacif sima est pditoris audacia, q ad mēsam & paropside eius quē dispōnit ledere, nō erube scit accedere. Sæpe accidit, q̄ iniquorū frontitas, bonorū cōfortia nō deuicit, & ad quē odit, accedit propius, ut infallibilis inferat lesionē. Et nō erubescit cōiuari cū illo, quē parat ad necem. Et cū cognosci uideretur, sumit negationis audaciam, & ad perniciem accenditur sæuius. Et cum omnes quære rent in se mēte consternati, quis esset dñm traditurus, dixerunt singuli ad IESVM:

Mat. 16.

Nunquid ego sum domine?

Vbi apostolorū patuit hūilitas & diffidētia p̄prie cognitiōis, q cum nullius malitiæ ad uersum Iesum conscij extitissent, maluerunt magis, q̄ sibi, credere creatori, dicētes: Nunq̄ ego sum dñe? Certū erat eis, q̄ pter Iudā nullus aduersus dñm, malū aliqd fuerat machinatus. Et nihilo minus diffidebat de se ipsis, se ad mala & ad peiora posse mutari. Credentes expedit in hac hūilitate fundari, hoc timore cōfigi, q̄ unufquisq; quāuis bonus, possit in aliū conuerti, ut quod non hodie, cras forte in foribus aderit.

Patet, apostolos ad cognitionē p̄prie fragilitatis puenisse, atq; intellexisse imperfectio nes q̄ in hoibus latēt, cū libere singuli rñde reponuissent. Ego nō sum dñe. Sed de seipis dubij, de saluatoris uerbis certissimi, inter rogado dixerūt: Nunq̄ ego sum dñe? Iudæ

uero frōto stras, ne filētio pderet, i similit uo cem, prupit, iã dissimilis in aia factus, dicēs:

Nunquid ego sum rabbi?

Mat. 26.

Vide aiam reproba, aspice aiam deprauatã, q̄ uocē assumit innocētū, cū habeat nocēdi affectū, & ut no ceat, tēpus expectat & locū.

Deprauata em̄ aia, semp in ybis & moribus innocētã simulat, donec inserat pditorie crudelitē nocētis officiū. Non p̄mittit cōuersionē, nō recedit a mēsa, si ualet recū bere. Verba loquit amicos, suspiciōē auertit a uerbis, exhilarat falso faciē, pditoribus maledicit. Disputat sæpe acrit, cōtra q̄ gerit in animo crudelitē. Efficit in uerbis aduersus malos minister iustitiæ, oēs tradit exitio sentētia uerbi sui, ut eo sanctior atq; fidelior ex uerbis appareat, quo iniquior in corde perfis sit. Talis significatur in Iuda, qui malitiam importunitate assidendi & loquendi audacia operit, cum sicut cæteri dixit, Nunquid ego sum rabbi? Cui saluator respondit,

Mat. 26.

Mar. 14.

Tu dixisti.

Vbi uidei notasse psonalitē pditorē, sed uerbū māsit absconditū apud cæteros, q̄ hãc notationē nō intellexerūt. Tenebat Chri uolūtate apostolorū intellectus, ne intelligerent, ne aduersus eū tumultus insurgeret. Feruentes em̄ erāt in amore Iesu, quāuis essent eū diuina pmissione in proximo negaturi. Quod uerbū prolatū ad Iudã, hanc uidei ferre sententiã, ut, Tu dixisti, ad deliberationē cordis interfertã referat, iuxta illius Psalmi sentētiã: Dixit iniustus ut delinqt in semetipso.

Plal. 35

Vbi dixit iniustus ut delinqt, aut cui dixit: In semetipso dixit, hoc ē, deliberauit delinqre. Et similitē insipientis dixit in corde suo. Tu ergo Iudas dixisti, hoc est, deliberaſti pditiō nē p̄ficere, atq; tradere me in manibus peccatorū. Aut alio sensu, ut: si dixisti, tu nosti. Vel, tu uerū dixisti ore qd aīo geris, ut cū pharisæis & p̄tificibus ordinasti. Hoc em̄ uerbū saluator nō uelut imperās, sed ut aiam eius lucraretur, emisit: quem cupiebat, nō ut ipse mortem uellet effugere, sed ut animã eius nō pderet, a sua neq̄tia resillire. Non em̄ uolebat saluator quāuis oīnino p hūano genere mori uellet, q̄ aliqs de morte sua cōtraheret peccatū, aut incureret æternū exitiū, q̄ mortuus fuisset senio, p eo q̄ mori oīnino uolebat, si eum nemo ex reuerētia occidisset. Sed male dispositus, meret occultis & iustis meritis indurari. Perstat igit Iudas in sua malitia indurata, nec mouetur in animo, sed sæ uior efficitur. Subiungitq; saluator:

Mat. 26.

Mar. 14.

Luca. 22

Filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi,

per quem filius hominis tradetur. Melius sibi fuerat si natus non fuisset homo ille.

De seipso tanquam de alio, Christus dominus loquebatur. Ipse uero erat filius hominis ex tempore, ipse filius hominis ex carne: qui uadit, sicut prafiguratur & prophetatur est. De deo nullae figurae aut prophetiae sunt. Nam figura praecedit futuram aliquam ueritatem in re nondum existentem: prophetia uero, solis uerbis futura praenunciat. Nihil uero ante deum, neque in figuris aut prophetis. Sempiternum est, & nihil nouum accidit deitati. Figurae siue prophetiae, de uerbo sunt incarnatae ex tempore filio, & ex carne hominis factae. Idcirco saluator dicitur: [Filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de illo.] Tota scriptura grauidata erat Christo eiusque mysterijs, cuius testimonium hic euoluere, ultra creditum tendere opus. Patrona uero Christi sententia, si dem faciat scripturarum.

De maledictione Iudae, ac multiplici aeternorum peccatorum. V. Caput VIII.

Sed uae homini, pro quem tradetur deus homo. Vae, in sacra scriptura poenam sonat aeterna, ubique positum inuenitur, & dei maledictione & segregatione importat. Vae qui sanguinem prodimento fundit diuinum. Vae qui redemptis ipso sanguine nocet, & impedimenta sine causa coram emptis sanguine ponit. Vae qui prodit homines, pro quibus saluator talis proditor sustinuit. Vae qui similes proditioe nocet, qui proditus est saluator. Vae frontosis in malo. Vae sceleratis & duris, vae qui non pungunt ex uerbis. Vae qui non compatiuntur animo & opere innocentibus. Vae qui morte irrogant sine causa, his pro quibus mortua uita fuerit. Verum tamen melius esset, natum non esse, qui prodimento necem inducere saluatoris. De cuius licetia, supra uerbis: Melius, omnino natum non esse, quam peccata peragere, quos aeternum oporteat perpeti cruciatus.

Multos praemit & torquet ista sententia, potius sine illos, qui esse naturae, aut essendi bonitatem collaudant: ut omnino uelint asserere, quod nec uellet non esse etiam infernales: quorum, ex se de tenemus, quod est aeterna damnatio. Et haec sententiam multis conatibus a propria ueritate conantur auertere, atque interpretari aliter quam ueritas postulat, sententiam saluatoris, ut uelint de natiuitate renouationis & sacramentorum, non de natiuitate quam mundo natus est, hoc dixisse dominum saluatoris: subiungentes etiam quaedam sophisticam uanilogiam, & dicentes: Si non fuisset natus, quod sibi fuisset quippiam melius in quo sibi esse posset bonum uel melius, eo quod fuisset non natus. Non enim suscipit accidentia bona uel mala, simplicia uel maiora, substantia quae nondum

est in esse deducta. Sed hoc quod de Iuda saluator uolebat dicere, non poruit aliter a scriptoribus euangelij aut translatoribus exprimit propterea oportet sensum in declaratione, non solum accipere. Elementa & litterae fulcationes in sententia auctoris deseruiunt, non auctoris intentio sermone scriptis & elementis exaratis obsequitur. Illa omnia propter haec, non haec propter illa repta noscuntur. Proinde oportet inspicere omnia propter primam, entitatem habentia.

Sunt entia, quae nec cognitione aut utilitate sibi entia sunt, sed ad aliud ordinata. Sunt entia, quae cognitione ac utilitate sibi entia sunt: & ad aliud propter seipsa, non propter aliud ordinata. Haec uero angeli & homines sunt.

Omnis quod non sortitur propter finem finalis, esse non esse melius. Sempiternum perturbat inordinatum, aut omnino destruitur. Melius esset non esse, quam semper in perturbatioibus esse, qui enim damnatur, inordinatur & ordinatur. Inordinatur, quia deum pro finali beatitudine non sortitur, ad quam & propter quam conditus fuerat in productione prima. Ordinatur uero in poena ex diuina iustitia, quia pulcherrimus hominibus ordinatur in poena, quam ab eo fuerit expectato iustitia derelicta. Sed ex illa inordinatioe quod quis deo priuatur, & ex ista ordinatione quod iuste in poena aeterna constituitur, uellet potius non esse quam esse, non quod uellet remoueri aut destrui propter esse, si posset remoueri aut destrui sic esse. Vbi uero immutabilis iustitia dei pro certo cognoscitur, & immutabilis inordinatioe semper poena cum natura diuelleret, naturam poenam non posse abigere, poenam semper re, naturam semper poenam sentire, neutrumque in aeternum posse deficere: appetit in talibus constitutus, omnino non esse, ut deficiat sic esse. Nec enim delectare potest ordinatio diuina iustitiae quod sentit & poenam, propter inordinationem quod deum amittit & gloriae. Et quantum in his quod sine suo tempore infallibiliter sortitur, melius sit esse hominem quamque infirmitate detentum, quam non infirmum equum, seu non infirmari ualentem lapidem preciosum, fulgidum atque clarum: in his uero malis, quibus ex parte post aeternitas additur, melius esset omnino non natus esse, quam in aeternum a deo diuisum & poenaliter esse: ut hoc solum ad uoluntarie peccantes, & melius, ad priuationem, non ad positionem substantiae referatur. Sed hoc totum quod ad Iudam & de Iuda legimus dictum, ad conuenientiam refertur omnium malignantium, ut qui cum Iuda similia faciunt, similes sentiant in malis la torturam. Qui si uelut Iudas, caput quod est Christus, non laedunt, corpus uero eius & membra laesionibus, opprobrijs, tormentis & caeteris malis afficiunt, uel in semet

ipsis delinquant, & Christum in corporibus & animabus proprijs iterum crucifigunt. Confitemur autem & in inferno meliorem esse naturam in poenis quam talibus constitutam, quam quod non est, imo non entis ad ens nulla comparatio inuenitur. Et melior esse naturam rationalem suae creaturae in poenis aeternis positam, quam brutalem, cuius spiritus cum corpore moritur, quae nequaquam aeternaliter pati potest. Sed huic animae siue corpori aeternae damnatis, melius fuisset non sortiri entis quamlibet bonitatem, quam aeternos perpeti cruciatus. Alia est enim comparatio non entis ad ens, & alia non entis ad ens in poena perpetua. De prima comparatione, uera est doctrina, melius est esse, quam non esse. De secunda, tenenda est Christi sententia, quia melius est non esse, quam in aeternum transgigi.

Quis Petri in magistrum & eius traditorem, & quis Christi erga Iudam fuerit affectus: & de buccella. Caput IX.

Petrus uero ex amore impatiens, quarebat omnino cognoscere proditorem. Signum dedit Iohanni, qui recumbebat immediate iuxta Iesum, ut ab ipso, si posset, exquireret proditorum, ut si forte Christus praedixisset de Petro, uolebat abscedere, aut se interimere, aut ueniam postulare, aut tractare cum eo, ut hoc malum quod latebat in ipso, non sortiretur effectum, & deficcaretur mala radix, quam in seipso non nouerat. Si uero de alio, disponeret in ultimum aut remedium, ne de puillo collegio siue grege ad tam magni scelus pestiferum exiret, ne ad omnem remanentium & innocentium uerecundiam in posterum notaretur, quod omnis de grege tam sanctum prodidisset pastorem. Quod in posterum, persecutionum tempore, & tyrannis multis martyribus ad uerecundiam & opprobrium fuit obiectum, quod magister uerster & quem colitis deum, a discipulo traditus est ad mortem: nec profuit ad credulitatem tyrannus responsio martyris, quod proditorum ipse praesciuit. Et adhuc illa iniuria in cordibus infidelium, qui Christi nouerunt historiam, perseverat, quod a discipulo traditus sit magister, & de duodeno collegio, unus inuentus est proditor. Nam solitus est mos, quod totum cenobium aduertitur infamia, ubi unus inuenitur infamis. Saepenaque cenobium magis, quam persona cenobitica, in diffamatione recolitur. Cui scitur ceteris nobilibus atque peccatis, subicitur plerumque cenobitica delinquentes. Proinde animabat Petrus, si sciret impedire quodlibet proditorum, Iohannes uero, signo a Petro suscepto, dixit famulari & pia confidentia domino Iesu:

Domine, quis est qui tradet te? Cui soli saluator, ignorantibus caeteris, pro-

ditorem declarauit per signum, dicens:

Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Scariothis. Et post buccellam intravit in eum satanas.

Catinus, in quo apostoli aliqueuaporae actum intingunt, coicatio est omnium passionum Christi, different & mystice a suis sequacibus facta. De qua dicit Apostolus: Communicantes Christi passionibus, gaudete. Et alibi: Si fuerimus socii passionum, erimus & consolatio. Sed mirum quod in eodem catino Iudas intingit, & buccella panis a saluatore intingitur, quae proditori ad eundem designandum porrigitur.

In quo gestu hypocritarum & haereticorum innotescit conuentus, quod pro Christi passionibus coicare uident, sed sterilitate patiuntur. Non enim animo coicant, quamuis corpore multa sustineant: nec conueniunt corde in substantia fidei & uerae dilectionis, quamuis conueniant in unitate paropsidis. Per intinctum panem siue buccellam a saluatore, Iudas quoque porrectam, pie intelligimus, quod ex eodem catino passionum atque graue exoritur saluatio praedestinatae, & ostenditur damnatio reproborum. Nam Iudas non intingebat amabili uoluntate, Christi quoque gratijs & passionibus non coicabat, aut partiebatur Christi uoluntate, ne damnaretur: atque ideo damnatus ostenditur per partem in signum porrectam, qui noluit libere participare cum toto. Totum bonum & omne omnium bonum, est CHRISTVS. De quo dictum fuit Moysi, deum uidere petenti: Ostendam tibi omne bonum. Qui licet Moysi ostensus in carne non fuerit, tamen sibi dicebatur per futuris, quia omnia in figura contingebant illis. Et parte intinctiois, Iudas in signum accepit suae reprobae uoluntatis, ut se sciat propterea ex tanta parte quisque damnari atque multari, pro qua & quanta obstinato animo & actione puerfa recessit a Christo, ut poenae quantitas, culpae respondeat quantitati. Et talionis poena diffinita in ueteri testamento, diuina iustitiae talionem pro ultima punitione signabat. Et cum sic porrigeret panem intinctum, dixit infelicissimo Iudae atque procat:

Quod facis, fac citius.

Ioh. 13.

Quod uerbum etiam latebat apostolos, credentes de preparatione paschatis dixisse Iesum, pro eo quod ipse Iudas portabat oblata collegio. Sed alia intentione loquebatur Iesus, ut postquam ipse perstabat in malitia irruocabiliter induratus, quam citius posset, expleret tam scelerratum conceptum pro tam alto mysterio.

Mat. 27

Nec mandatum aut licentiam sub his uerbis credendus est iudæ dedisse saluatore: excusatus enim fuisse à scelere, si mandatum à Chro suo licentiā accepisset: sed ipm præuidens irreuocabile factum, præstitit audaciā, qm ipse Chrs patientiā insuperabile iam parauerat, & festinabat ex animo ad redemptionem oim perditoz, etiā ipsius iudæ tradētis, nisi desperationē posuisset in obicem, q̄ (ut credimus) diuinū præuenit sanguinem nondū fufam. Et feruebat desideriu saluatoris, uelut amor impatiēs in humanā salutem. Impatiēs est ad amatū amor, cum p ipso redimendo festinat ad pœnam: per amplius amor Chri, qui se accelerabat ad mortē. Et uolebat amodo dñs Iesus etiā corpore ipm segregari de tam sancto collegio, q̄ animo iam segregatus erat. Expedit oimno uitare, quē cognoscimus obstinatū. Oportet etiā præsentē, qui subiectay ouium aliquā cognouerit incurabilis morbidam, à sanis ouibus ipsam eicere, ne aliquo interuentu aliā quā maculet, quanquā oues sanæ palliatam morbidam non agnoscant.

Pertinax & occulta est aliquoz malitia, qui nunquā publicant mala cōcepta, ne forte inueniāt auertentē, dissuadentē peruersa, aut recta suadentē. Nolunt pleriq̄ inuenire impedimēta nequitiz, atq; deuitar optimos suos, & cum nemine conferūt, quousq; perficiāt mala, quæ reprobamētē sanxerūt. Nullus timor tam insidet sceleratoz cordibus, quā malay uoluntati obicem inuenire: idcirco tenēt infausta silentia. Et mirū atq; crudele in cōsiderationibus est, q̄ nullum sociū habuit iudas, cui manifestaret cōceptū, exceptis principibus sacerdotū, cum quibus male posuerat partem suam.

Sed erit usquequaq; laudabile, q̄ alij apostoli tam fideles Chro sunt cogniti, q̄ cū eis aut cum aliquo ipsoz de male cōceptis cōlationē facere nullo modo præsumpsit. Proinde unusquisq; uerbo, uita, moribus, signis talem fidē atq; amorem ostendat ad Chrm, ut nemo in malo eum uelit habere collegā, aut secum tractare de malis. Talis sit hominū uita, ut in cōfortio atq; colloquio à criminosis hominibus deuitet. Boni em̄ & mali, similes sibi quærunt: dissimilē uiuētēs, in arduis atq; secretis & priuatis moribus omnino deuitāt. Nunquā * asinus eremitā quærat ad homicidiū habere sodalem. Neq; alie narape apperens, fidū mercatorē inquirat ad furti cōfortiū, neq; moribus honestis fulgentē quiscūq; cōfortem quæsiuit ad nefas.

Terret sæpe maloz corda solida uita, & imponit iniquis plerūq; silentium. Sed opti-

mū est bonis, ut tales sint, ne ad agenda mala quærant. Pessimū est malis, si bonoz cōfiliā non requirūt: quia si nō inuenit auertētes, trāsit in actionem deprauata uoluntas. Neq; bono cōfidit iniquus, neq; qui bonus est, sibi asciscit ad agenda peruersa.

Vide igitur bonoz & maloz constantiā, q̄ neq; ceteri apostoli à iuda scelerato maculam, aut uerba maculantia susceperūt, neq; iudas ab eis u. rigium bonitatis accepit. Accidit plerūq; ut uentus mutetur à uentis.

Sed bonoz constantia, maloz uero periticia uerius dicitur. Nec ignota scribendi prætermittendus est intellectus alter, quem cōtinent uerba festina. Conseruerunt nonnulli ultra quā dici queat, festinare ad mala peccanda: cum uero fuerit satiata uoluntas, & actio pessima cōsummata, poenitentia iusta deduci, deplorare mala cōmissa & fragilitatē labentem, sibimet in malis actibus maledicere, resculpere spm̄ & aspirare in lucem, tenebras mentis agnoscere quibus tebantur inclusi, fatigari suspirijs atq; singultibus, pectus tūdere, corrigere quod perperam cōmiserunt, & indulgentiā fufis lachrymis postulare. Quo sensu iudæ dixisse pie credimus saluatore: Postquam non reuocaris, non te poenitet qd̄ facis, fac citius, ut poeniteas celerius, ut mens nunc cæca, peracto malo cōspiciat, & cōmissum scelus quā fuerat graue, cognoscat. Melius em̄ esset, qd̄ cunq; conceptū malum p̄ficere statimq; rationabiliter poenitere, quā obstinata mente atq; impoenitenti corde p̄ferare in malo, sicq; transigere dies uitæ. Nullus tñ ex hoc male agendi præsumat audaciā, sub spe poenitentiz sic futuræ potius, antequā faciat, respiscat: qm̄ si ante male actum sic obstinat uoluntas, ut male agendi penitus sequat fasscultas, plerūq; fit ut post actum dei ultione iustissima, poenitendi non sequat habitas, aut p̄ subitam subtractionē à uita, seu per iustam indurationē in anima. Etiam forte saluator his uerbis, prout ex alijs, uoluit à suo malo auertere proditorē, cum dixit, fac citius ut iudas uelut in mente territus, expauesceret prodere omnia præscientem, & tam libere pati uolentem.

Sed post buccellam acceptā, introiuit in eum diabolus, non de nouo, sed ut omnino motibus oimibus corporis atq; cordis agita retur in malū, donec Chrs traderetur in manibus peccatorum, & ab eis in mortē, uelut unus de numero peccatorum.

Sæua & obstinata malitia non dormit nisi supplantet, & ex irrogatis bonis atq; impensis amplius scaturit, & inuisibilibus crescit aut

gumentis. In corrupto stomacho, corrumpitur etiā boni cibifici in anima obstinata oia uertitur in malū. Delectabilis lux, ad periculum est languentium oculoz: & sana doctrina, desperata menti. Nihil profuit iudæ ut reuocaretur à malo: & bona diuina, uenenum sunt animæ cōtumaci. Non potest fisti lubricus animus, & si ad horam sistit, reuertitur donec naturalē uiam inueniat, aut detur ex arte unde labatur: sic anima p̄tinax nullis argumētis urgetur. Ecce sceleratissimo ita iudæ doctrinā & buccella successit in peius, ut à diabolo per amplius teneret atq; animaret ad malum. Proinde si buccella indigne suscepta, diabolo ampliozem in iuda præstitit potestātē, quid ergo faciet corpus sacrum indignè susceptū? Quæ præsumptio, diuina cōtingere, ubi mētis purgatio non afuerit: De eo qd̄ ad potum in hac cena positū fuit, à saluatore sic legimus dicitur: * Mensura bibendi potu redundat, accepta in manibus saluatoris, apostolisq; porrecta est cū hac adiectione uerborum:

Accipite, & diuidite inter uos.

Potus ad intelligentiā & sapientiā p̄tinet, iuxta illud: Et aqua sapiētiæ salutaris potauit illum. Quæ intelligentia diuisa est in hominibus, quia alius magis, alius minus intelligit, aut sapiētia fulget. Diuisiones gratiaz & donoz & operationū & reuelationū sunt, idē uero dñs. Magis aut noluit ipse manu ppriā pinare apostolis, sed ut diuideret, ipse porrexit: quia uetera terminaturus aduenerat, & superuenientibus nouis, proiciēda sunt uetera. Nec se bibeat ultra protestatus est de hoc genimine uitis, nisi nouū in regno ecclesie quā fundabat. Ut nobis oimino in argumentū uitæ agendæ fiat, ut nunquā repetamus, sed resculpamus antiquā p̄mentē consuetudinem, nec ultra uelimus intētionē ac moribus iudaismum agere cum iudæis, actibus extrinsecis intendentes, & interiora dimittētes, quibus in amorē & intelligentiam inuisibilem anima raptum facit, sed in nouitate omnis Chriana sustinet intentio.

De Christi in ultima cena resurrectione, uerborū positione, ac lintei præcinctione.

Capitulum X.

Phase dñi celebrato, ad humilia processit imperiosa, sed humiliata maestas. Nam surgens à mensa, uestimenta deponit, præcingit se linteo, aquam mittit in peluum, & ad lauandū apostolicos pedes genicularum do inclinat, ut oimino excedat omnē intelligentiā, & in stupore mētēs inducat, & quicquid esse pōt cōsideratiōis, in admirationē

suspendat, q̄ deus æternus ex tēpore homo, rex regum & dominus dominantium, uniuersæ creaturæ dominus, an illos plebeios pedes ipsum pdituros, & post modicū negaturos, se ad lauandū uoluerit inclinare.

Surgit quidem à mensa ueteris paschatis. Nec sedendū amplius in mensa Mosaica, sed ad euangelicā residendū. Surgit à mensa naturæ, in q̄ comedimus dño bona uisibilia & inuisibilia, sed utinā cum agnicula innocētia.

Veritamen ad eandē mensam residere, eucharistiā sup̄ omne bificium peracturum ut ostendat, qm̄ cum gratiaz actione bona naturæ oportet oimino pcipere, ac etiā quicquid in nobis à nobis insurgit, in usum græ inuisibilis ordinare. Illa Chrii resurrectio à mensa ueteris paschatis, ad intelligentiā altitudinē animū subuehit, ut ad intelligentiā animus surgat. Surgit nempe intellectus à mensa scripturæ ueteris, cū p̄ter istam aliqd̄ altius atq; latens sub illo uelamine plus intelligit.

Tunc surgit, cum p̄ fidem se in altissimas intelligentias tollit. Væ iudæis, qui ad mensam ueterem adhuc sedent.

Tunc etiam à mensa ueteri surgitur, cum quod intelligimus fieri posse morale, & in mores actu transferimus.

Panis doloris atq; laboris, fuit omnis panis aut uita, merito primi delicti ab Adā usq; ad Chrm, tam in mensa naturæ, quā in mensa Mosaicæ legis. Sed p̄ prophetā dñs dicit: Surgite postquā federitis, qui māducatis panē doloris. Surgite in nouitate uitæ & intellectus. Surgite, intelligentes in ueteri lege multis ænigmatibus fuisse dñm Iesum Christum, corpusq; mysticū eius. Surgite ad actionem, qui comedistis intelligentiæ panem. Panis est doloris, panis intelligentiæ: nam mens laborat antequā intelligat. Omnis uero labor propemodū generat dolorē. Sed labor mentis, dum ipsa conatur aut quærat aliquid intelligere, tādū dolorē geminat atq; multiplicat, quousq; ad rei quæsitæ intellectum lucide ueniatur.

Postquā ergo māducauerimus hunc panem, qui cū doloribus pascit mentē, à mensa surgendū est in actionē, ut mente aut corpore aut utroq; qd̄ legimus, sit actiuū. Frustra est intelligentia sanctay scripturay, quæ fident & debite reduci debent & possunt, si non reducuntur ad actum mentis & corporis, aut alterius, reliquo præpedito. Ad altissimā cōsiderationē hæc Chrii resurrectio suos secessus inuitat, ut oim bonoz à deo dator, & oim mysterioz eius à creatione reus: usq; in præsens, diligenti cōsideratione præhabita, in gratiaz actionem surgamus.

Psal. 126

Vestimenta deponit ineffabilis humilitas
 tis mysteria, nō omnino ut nudus remaneat,
 sed quæ officij erant, siue palliū exterius.
 Interdū siquidē exteriorē ornatū signorū aut
 morū oportet deponere in ostensione uirtu-
 tis, nec statum expedit præferre, sed postferri
 uirtuti. Nullus saluus factus est ex statu q̄
 ad personā accessit, sed ex uirtute quā gessit
 in animo, quā in moribus diligēter comple-
 uit. Utilior, imo ipsa sola expediēs est, uirtus
 ad salutē propriā, quā palliū, imo nō palli-
 um: quā mitra, imo non mitra: quā oleū oleū
 sanctum, imo nō oleū sanctum: quā cōse-
 cratio, imo nō consecratio: quā sedes, imo
 nō sedes: quā pontificalia, imo nō pontifi-
 calia: quā sacerdotalia, imo nō sacerdotalia:
 quæ quidē sine propria uirtute non pro-
 sunt his, qui deserūt aut agunt, neq; his qui
 suscipiūt. Sufficiēs uero uirtus noscitur ad
 salutē, & sine omnibus. Non em̄ ex eo q̄ quis
 refulget in oculis aliorū, aut præest, aut di-
 gnitatis titulo insignit, sed ex merito & mi-
 sericordia Chrī, ex ppria uirtute salutē nanc-
 iscitur. Vt audacter affirmē, etiā celebratio-
 nē missarū & cōsecrationē corporis Chrī, si-
 ne propria uirtute ad salutē prodesse nō pos-
 se. Nemo quia præest, uirtutem & actum eli-
 minet: imo est amplius uirtutibus in animo
 & actibus insistendū, quo ad eum altior sta-
 tus accessit. Et expeditū expedit fieri, bona li-
 bere operari uolentem. Vnde saluator uesti-
 mēta deponit, ut nihil sit impediens ad uir-
 tutē. Sed ista & nunc resumpsit, ut etiā in sta-
 tum qui ad eum accessit, se tollat.

Præcingit se linteo dñs & saluator, ad niti-
 ditatē sui & in absterfione abluendorū, ut sic
 alios lauet aut tergat, ne seipm cōmaculet.
 Vigilēt qui præfunt, ut talis alios adiuuēt, ne
 seipos periculis peccatorum exponant, ne,
 dum alios abluūt aut tergūt, ipsi turpentur.
 Nemo em̄ tenetur alios spūalibus periculis
 adiuuare, nec alijs militare cum animæ de-
 trimento. Turpis est actio quæ turpat auto-
 rem. Et quāuis sit aliq̄ actio, quæ debito ar-
 tis & corporis turpat artificē, expectatio lu-
 cri tolerat turpitudinē, & gaudet animus in
 turpitudine corporis propter lucrū. Sed nul-
 lum lucrū, ubi est turpitudō peccatū. Proin-
 de cum detrimento animæ salutisq; periculo,
 aliorū utilitatibus nullus intēdat. Primo nē-
 pe cautelæ linteo præcingat se, antequā ablu-
 at & tergat aliū, qui aliorū quōlibet curam
 suscepit abluendi siue tergendī.

Licitum est omnibus, corpora p̄ salute po-
 nere animarū, ut ita incunctanter affirmem,
 etiā proximorū. Animas uero exponere ad
 peccatū, est iuste omnibus interdīctum. Nec

fallat legentes ista sentētia, quā protulit dñs
 & saluator: Maiorē hac dilectionē nemo ha-
 bet, quā ut animā suā ponat quis p̄ amicis
 suis: qm̄ anima ibi ad præparationē moriē-
 di, aut anima p̄ uita intelligitur, nō q̄ ad pec-
 candi periculū alicuius anima disponatur.

Linteo albo præcinxit se dñs, ut puritas sit
 in actionibus nris, & una & eadem mūditi-
 fit, quæ psonæ insit, & alijs prodest. Linte-
 o saluator præcinctus, ad præcinctiōnem
 uirtutis cōmemorat, quā prophetauerat p̄
 phetas; eximius, dicens: Dñs regnauit, deco-
 rem indutus ē: indutus est dñs fortitudinē,
 & præcinxit se. Alia trāslatio addit, uirtute.

Omni uirtute Chrīs præcinctus erat, quod
 est sine cunctatione credendū. Sed nos uir-
 tute præcingi debere præmōstrat, anteq̄ ad
 proximorū obsequia pcedamus: ne, dū serui-
 mus in necessarijs pximo, in magis debitis
 displicemus deo: & dum alienæ intēdimus
 pficiendæ uirtuti, propriā nos ipsi pdamus.
 & ne incidamus in illā maculā, quam in alijs
 affectamus abstergere. Sæpe nanq; incautus
 accidit, uelut minus peritis mēdicis, ut de sa-
 nie aut de sanguine quē abstergunt, ipsi fors
 descāt. Et in festiualibus indumētis suscipi-
 unt maculas, qui eas cautela linteæ præueni-
 re nescierunt. Nec legentē aut auditorē
 moueat, q̄ scilicet designatur in linteo puri-
 tas siue mūditiā, quæ turpitudinem in seipsa
 suscipiat. Nam si mūditiā ē aut puritas, quō
 turpatur: Si turpatur, quō mūditiā siue pu-
 ritas: Sed qd̄ exterius agitur, ad interiora re-
 ferendū est. Vna & eadem uirtus cautelā ha-
 bet ad possessorem, & utilitatem ad prox-
 mū. Virtus em̄ nec dici pōt, quæ incaute pec-
 dit. Primo uirtus tuetur agentē, quā in se
 rat aliq̄ utilitatē. Aut eo dem momēto unum
 & reliquum agitur.

De Christi in peluim aquæ missione, & ince-
 pta apostolicorum pedum lotionē, ac Petro uel-
 uaretur recusante. Caput XI.

Deinde misit aquam in peluim.
 Gratiam uidelicet posuit in mensura,
 ut unicuiq; tribuatur secundū mensurā do-
 nationis eius, & fidem & aliarum capacita-
 tem uirtutum, aut secundū utilitatem & au-
 gmentum corporis mystici saluatoris.

Peluis, uas est ab eo dictum, q̄ ibidem pe-
 des lauantur. In instrumentū aptum lauati-
 oni, saluator fundit aquā, ut ex omni tempore
 re sit aptitudo uirtutis. Grām ante hoīes ef-
 fundit dñs Iesus Chrīs, qua lauantur à macu-
 lis peccatorū, ut magnæ fordes & paruæ la-
 uari usq; ad nitiditatē possint, animarūq; mū-
 dari à fæcibus supinductis sup primā creati-
 onē ipsarū, & in regeneratiōe sancta facta p̄

aquam. Sapientia mundat & lauat ab igno-
 rantia intellectum. Et aqua sapiētiae, qua po-
 rantur electi, in peluim mittitur, ut discipu-
 los pedes lauentur, ut omnia fiant in sapien-
 tia salutarī, non in sapientia hominum eua-
 cuanda per illam.

Cœpit nēpe lauare pedes discipulorum.

Uideat pfundissimæ humilitatis insignia,
 q̄ diuina maiestas apostolorū pedibus incli-
 natur, & geniculat añ homines deus, añ pec-
 catores sanctitas, añ iniustos iustitia, coram
 mortalibus immortalis, añ creaturā creator,
 sol añ stellæ, lux añ tenebras, dies añ horas.
 Et lauat genuflexus oīm rex regū & dñs do-
 minantiū, ut nullius creaturæ tāta possit es-
 se humilitas, q̄ saluatoris nō sit ipsa profun-
 dior. Et omnibus spes ineffabilis, imo inæsti-
 mabilis prærogatorum donandæ indulgentiæ
 peccatorū, atq; futuræ gloriæ, cū ad hūanos
 pedes in seruire atq; laboriosum obsequiū,
 saluatorem omniū intelligimus inclinātū.

Ad sciendū etiā nos cōpellit, q̄nta sit in
 hærens macula, quamq; tenacil hoībus in-
 hæreat, ad quā diluendā, diuina manus ac-
 cessit: q̄nta etiā erat in ima depressio, ad quā
 se inclinabat altitudo diuina. Syndicario ue-
 ro nomie, nō solū p̄ seipis, sed p̄ toto hūano
 genere, hoc obsequiū apostoli suscepit.

Ad intima cordis ascēde tu qui audis, aut
 has actiones legendo & credēdo intelligis,
 & uide si potes, qui lotor, quis lotus, quanta
 differentia psonarū, q̄nta cōuenientia dilecti
 omī. Quod & Petrus stupefactus agnouit.
 ubi ordinē rei gestæ primo tetaximus:

Venit IESVS uelut minifter & famulus
 in obsequiū pparatus, primo ad Simonē Pe-
 trum tanquā ad uerticem apostolici chori, p̄
 quē & in quo alios uolebat instruere. Nam
 oēs renuissent ut Petrus, nisi fuissent in ipso
 p̄docti. Quem cum Petrus ante se genufle-
 xit humilif conspexisset, mente territus,
 quasi per excessum expauit, dicens:

*Domine, tu mihi la-
 uas pedes?*

Quis tu, q̄ ego? quis
 tu, quis mihi? Tu de-
 us, mihi homini? Tu
 creator, mihi creatu-
 ra? Tu iustus, mihi in-
 iusto? Tu dñs, mihi
 seruo tuo? Tu beatus,
 mihi miser? Tu ma-
 gister, mihi discipulo? Tu immortalis, mihi
 mortif subiecto? Tu dñs angelorū, pedes la-
 uabis plebeiorū? Quis tu, quid mihi? quid ti-
 bi & mihi? Agnouit Petrus altitudinem,



quā in Chrō fuerat añ confessus, dicens: Tu
 es Chrīs filius dei uiui. Nolebat ex hoc pati
 manū saluatoris, pedumq; suorū cōtactum,
 ignorās in hoc altitudinē diuini cōsiliij, sup
 mysteria diuinæ instructionis, nostrarūq; salu-
 tis. Nec uidebat int̄ tam differētes ueras con-
 ueniētiās aptas, ut deus, quāuis hō uerūs, ho-
 minē purē ablueret etiā cū annexo peccato.
 Sed cōuenientia non erat apta, debito aut iu-
 re iustitiæ, magis uero iure diuinę misericor-
 diæ p̄debat, quā ineffabilē adhuc Petrus p̄-
 secte nō nouerat, idcirco se denegabat ab illa
 la maiestate lauari. Cui Chrīs eregiōer̄ dicit:

*Quod ego facio, tu nescis modo,
 scies autem postea.*

Quid uero ista respōsio sonet, intētissime au-
 diamus. Incōprehensibilia sunt iudicia eius
 & inuestigabiles uia eius. Hoc Apostolus ad
 Romanos clamat, Et alibi: Quis nouit sensū
 dñi, aut quis cōsiliarius eius fuit? Quasi
 dicat: Nullus. Multa etiā sunt, quæ anteq̄ fi-
 ant, in cognitiōnē nō ueniūt: nec, dum frūt
 ueniunt aut, cū iam facta sunt: etsi non illico,
 saltē tempore cōgruo: et si ueniunt, raro per
 modū * quāuis facta noscantur, quæ præsen-
 tis speculatiōis nō sunt. Sed qd̄ Petrus respō-
 sum ē, præsciamus. [Quod ego facio, tu nescis
 modo? quare pedes lauo, tu nescis mo-
 do: q̄re sic me humilio, q̄re genuflecto añ ue-
 stros pedes, tu nescis modo. Quō tu nescis?
 Quia nō cōphēdit naturalis creatura suo
 sensu gesta creatoris. Actiones suæ infinitæ
 sunt rōnis. In seipso sunt, externæ non sunt.
 Nulla causa exterior mouet impmutabilē
 deum. Nescitur ab homine quid operat in
 cōphensibilis deus, qui operā dirones infi-
 nitas habet. Sed post ignoratiā sequitur suo
 tēpore certa sciētia. Vnde adiecit: [Scies autē
 postea.] Quid scies? Quicquid feci aut fa-
 ciam, * i hoc natura & ineffabili ordinatiōe
 subsistit. Quod aut ad effectū salutis aut eru-
 ditionis, aut imitatiōis p nobis gestū est, id
 in sequentibus saluator adiecit, dicens:

*Exemplum enim dedi uobis, ut quæcūq;
 dum ego feci uobis, ita & uos alijs faciatis.*

Magno documēto præstruimus, ne uel
 mus de scientiā & pudentiā præuenire sci-
 endo, sed subdi mandatis & directionibus
 eius, & rez scientiā expectare in præfinitio-
 nibus eius. Nostrum em̄ est semp obedire.
 Semp aut, scire, non spectat ad nos, neq; oīa
 nosse. Tempora scientiæ & rez, in sua po-
 testate atq; in sua prouidētia indubitata cōsi-
 stunt, in quibus secundū eius pudentiā the-
 sauri aperiunt sciētiae, & res gestæ in notitiā

ueniunt. Et in Actibus apostolorum legitur, quod discipulis interrogantibus de consummatione seculi, seu de restitutione in integrum Israelitici regni, respondit: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quae pater posuit in sua potestate, scilicet antequam fiant, post factiorem uero in notitiam ueniunt. Et in euangelio: De die autem illa nemo scit, neque angeli eius neque filius.

Adoremus diuina mysteria & altissimas actiones, & ne uelimus omnia temeritatis ausu comprehendere. Non enim ad peccatum ascribitur ignorantia, ut in lumine fidei roboremur: imo aliquid indulgentiae gerit ignorare, ut perfectius asistat credulitas. Nempe scientia de iure fidei subtrahit, ut si tota scientia proueniat, eius de quo uenit, tota fides deficiat. Mereri nunc per fidem magis, quam per scientiam expedit. Idcirco saluator ignorantiam ponit in Petro, ut in fide mereat. [Quod ego facio, tu nescis modo,] in posterum scientiam pollicens: [Scies autem postea.] Dixerat supra Simon Petrus: [Domine, tu mihi lauas pedes.] Reconuertit uerba saluator: [Tu nescis modo.] Tu creatura, tu homo, tu peccator, tu uiator, tu nebulis ignorantiae obuolutus, tu in proximo negaturus, nescis modo, quod ego creator deus & homo, iustus comprehensor, omnia confessus in cruce coram diuino atque paterno conspectu, suos in ueritate fideles facio. Tu nescis modo, quia tempus ignorantiae, tempus peccati, tempus negationis, tempus perditionis, tempus tenebrae, tempus imperfectionis, tempus belli & ineffabilis pugnae, tempus merendi per fidem. Omnia tempus habet, & scientia tempus habet. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub sole. Sub quo sole: Sub sole iustitiae, sub sole intelligibilis lucis, sub sole ineffabili ullis interpositionibus lunae. Sed si omnia tempus habent, quousque protenditur postea, pro eo quod dicitur, scies autem postea: Quousque in eodem loco spiritus sanctus adueniet, docturus apostolos omnem infallibiliter ueritatem: Bonum igitur est in omnibus prouidentiam expectare diuinam, & eius etiam fide perficere uoluntatem. Sed Petrus uoluntatem suam, Christi altitudinem in sua mente pertractans, credens se humilitate munitum, ex ipsa iterum denegatiua uerba deponit, dicens:

Non lauabis mihi pedes in aeternum.

Quo spiritu agitur Petrus, qui uerbis contentus cum domino, repugnatque actu humilitatis actionibus eius: Quia praesumptione cum

autore uitae concertat: Unde ista rebellio? Non ex malignitate, sed ex humilitate deneget se lauari. Sed est ne bona ista humilitas, quae diuinis audeat contraire sententijs: Bona uidebatur Simoni se talis humilianti, sed melior uirtus inferebatur a Christo aliter discernenti. Nam saluator intulit:

Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Ut discamus & regula infallibili teneamus, melius esse, alijs quam in seipso humilem fieri: & alijs, quam sibi, etiam in uirtutibus & uirtuosus actibus credere, penitus dico securius. Ecce humilitas sub diuersis respectibus certat. Adest Petro humilitas uilitatis, qua sibi propria cognitio uilescit. Adest humilitas indignitatis, qua sibi tactu saluatoris & tanto mysterio apparet indignus. Adest humilitas coparationis, qua Christo deo comparatus, se deiecit in nihilum, qua praechatus, dixit: Domine, tu mihi lauas pedes: Sed humilitas alio respectu cor tangit, & timoribus pulsatur, scilicet credulitatis & obedientiae, quae irrogatur a Christo, quia lauare uult, quia uerbis Petrum alloquitur ut assentiat lotioni. Vna eligitur, altera indicit. Vna est in seipso, alia sub alio. Vna de propria uoluntate, altera de alterius uoluntate procedit. Vna nihil certum habet in praemio siue promissione, altera sub interminatione separationis aeternae iubetur, cum additur: [Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Quid ergo faciat animus inter has angustias constitutus: In hoc faciat quod fecit & Petrus, qui uerbo & actu lauandum praebuit saluatori, dicens:

Domine, non tantum pedes, sed et manus & caput. Expedit omnino qui a Christo non uult fieri anathema, magis quam sibi superiora & meliora credere decernenti, neque in bonis suae aut propriae autoritatis fieri, & nihil firmare in ipsis quod propter meliora non fiat, maiori directione postposita. Multos enim decepit regulatio propriae uoluntatis, non solum in malis apertis, sed etiam in manifestissimis bonis. Duo enim uitia quasi similia sunt, quae saepe tetigimus, diuergentia omnem animam, cui adherent, a tramitibus ueritatis. Vnum est regulatio propriae uoluntatis, aliud est reputatio propriae meritis. Vnum per obedientiam solum, alterum uero per uirtutum proprietatem & per alterius uoluntatem factam saepe corrigitur.

Regulatio propriae uoluntatis, est a seipsa directio & actio mentis & corporis: cum quae sibi fecit normas & regulas speculandi & diligendi & intelligendi & operandi, nec non uult aut secutus est scripturae testimonia, ut

si prout suae concordauerint uoluntati. Nec patrum credit decretis, nisi dum uidet a proprijs praesumptionibus non esse diuersa. Non credit, a propria uoluntate regulatus, alioque dicitis, nisi ab eo fuerint ante praesumpta. Magis uult omnia in suae imaginationis concordantia deuenire, quam ipse uelit concordare cum caeteris. Et durum esse talibus, alijs credere, atque a prohibitis resistere. Nunquam uero hominum uitium aliter, quam per fidem alteri praestitam, & fidelem obedientiam, abrogatur. Credit enim se meliora in suis directionibus decreuisse. Hoc enim uitio multi laborant, quo quasi laborabat & Petrus. Sed superioris est obedientia correptus, totum se mutans, & offerens ad corripientis iudicium.

Reputatio autem propriae mentis, est credita uirtutis aut alicuius bonitatis possessio, non inharens, aut supra alium existimatio. Reputauit se quispiam foueam humilitatis habitare: ipsius certa considerara proprietates, uideri fecit omnino contrarium. Et sic est de caeteris uirtutibus diffinire, quae quauis inesse credantur, cum ipsae consideratur proprietates, retunditur qui praesumebat. Et propriae reputationem deiecit saepe ueritas patefacta uirtutum, quae praesumentem latebat. Comparatio cum in experientiam uenit, similiter ipsam deiecit. Multi super alio scientia, memoria, intelligentia, fortitudine, atque uirtute aliqua praesumpserunt: cum uero qualitas participata aequaliter, aut ab uno magis, ab altero minus, nota fit praesumentis, confunditur: quia inuenit aequalem aut forte superiorem in uirtute, in qua se alium reputabat excedere. Multi fortes athletae de proprijs uirtutibus super alios praesumpserunt, & talis reputatio inharebat, ut non crederent similem inuenire. Qui quum comparatione cum alijs proprias uires fuissent experti, erubescerent passim, quoniam similes aut ualentiores per experientiam inueniunt. Proinde corrigamus nos ex iudicio saniori, sicut semetipsam corripuit Simon Petrus.

Amplior recusationis Petri expensio ac confusio. Caput XII.

Nunc autem ad ordinem rei gestae reuertamur. Adiecit secundo contradicens Petrus: [Non lauabis mihi pedes in aeternum.] Non corrigitur propria regulatio atque reputatio in pluribus hominibus solis uerbis.

Firmat regulam propriam Petrus non pro die, non pro hebdomada, non pro mense, aut anno aut tempore magno, sed uelut excessum passus, addidit, [in aeternum.] Bene loquitur per excessum, cum temporalis, de fide aut non fieri desinxit aliquid in aeternum.

Firmatur aliquid in aeternum propriae uoluntatis decretum: quia quod firmatur, creditur esse bonum. Magna discipuli audacia qui cum magistro praesente, non discendo aut interrogando, sed sua praesumptione contenti. Siquidem plerumque accidit, ut quod existimamus potioris esse uirtutis, Christus aliter saepe decernit. Credebat enim Petrus hoc omnino debere praeferi, ut ipse homo humiliatus, Christum deum & hominem humilium se lauante protinus recusaret. Sed Christus melius pro Petro nouit, ut suis directionibus obediret. Sempiternae sane Christus ad meliora suos prouehit sectatores. Qui cum anathematis interminaretur iudicium, Petrus territus, mente totus expauit, omnia uoluntati offerens saluatoris. Exhorruit uerbum: [Si non lauero te, non habebis partem mecum.] Dicebat intra se Petrus: Omnia reliqui etiam me ipsum, ut partem habeam cum Iesu, imo totum Iesum in aeternum possideam. Totus ab omnibus electis habetur Christus in gratia, totus habebitur in gloria. Ipsius possessio non minuitur ex consorte, aut numerositate consortum, nec ipsorum paucitate aut nullitate auget. Hoc in sole materiali sensibili exemplo uidemus. Quid est ergo quod dicit saluator, [Non habebis partem mecum?] Non accipitur hic pars per comparisonem aut distinctionem ad totum, aut pro dimensione paritatis: sed eo sensu accipitur, quo quis cum aliquo participium habet conuersationis & morum & uitae. Sed id quod improprie de peccatoribus dicitur, Tu uero cum adulteris portionem tuam ponebas, etiam eo sensu dicitur, quo quis unum ex omnibus electis. Quo sensu loquebatur David: Dominus pars hereditatis meae. Et Ieremias: Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea exestabo eum. Sic etiam Petrus supra dixerat pro se, ac in nomine omnium apostolorum saluatoris: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quasi dicere uoluit: De uniuerso nihil uolumus nisi te, qui omnia condidisti, qui es omnia in omnibus, quo habito, nihil deest. Unde cum dicitur, [Non habebis partem mecum,] non erit tua beatitudo mecum. Meum enim partem habet minister, qui perficit meam uoluntatem, & sequitur me, non se in directionibus uitae agendam. Nam qui suam etiam in bonis, non meam, sequitur uoluntatem, fieri anathema meretur. Quanta igitur erit poena multandus, qui audaci malitia quae inter deum & homines separat, peccata committit, quoniam de separatione terretur, qui placere deo de uirtutibus creditur: Sibi sit beatus, qui sibi ex suis actibus placet: par

Psal. 49.

Psal. 15
Theo. 3

Mat. 19.

tem cum Christo nō habeat, qui Christo ex toto nō credit. Sed qui cum Christo partem nō habet, erit cum dæmonibus portio eius. Melius esset non p̄dixisse ad usum, quā partem non habere cum Christo, qui a deo uniuersorum cōstitutus est hæres, & per quem facta sunt secula. Nulla in inferno aut ubi libet grauior p̄na, quā cum Christo habere diuortium, quod pro fauori tormento Ch̄s inobediētibus interminatus est: & nihil adeo timendum, quā etiam modicū separari a Christo. Quam Paulus, ne fieret, præponderabat omnibus generibus tormētoꝝ, cum dicebat: Quis nos separabit a charitate Christi? & quæ sequuntur, ubi hoc loquitur ad Romanos. Proinde Petrus non tantum pedes, sed & manus & caput offert humilime lotioni. Cui Christus non tanta indigere declarat, dicens:

Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus.

Baptismum apostolorum hic commemorare uidetur. Nam quāuis aliqui baptizati fuissent baptismo Iohānis, suo baptismo apostolos omnes baptizauit Christus. Proinde dicit, qui lotus est. Sed si lotus est, quō indiget ut pedes lauet? Si uero indiget, quō lotus est? Ac per hoc aliquid aliud præter literam oportet inspicere, seruata literæ ueritate. Inuenit nempe hoc uerbo saluator, q̄ semel baptismo suo baptizatus est, iterum baptizandus non est, quāuis affectus impuri etiā in baptizato remaneant, qui designantur in pedibus a saluatore lauandis. Pedibus itur, curritur & sistitur, & super ipsos quiescit corporis tota moles. Sic affectibus suis unusquisq; mouetur ac festinat ad aliquid, sic in aliq̄ uelut in basibus, sic in affectibus agenda hominū uita fundatur. Quos lauare expedit diuini manibus: non enim nisi diuina manu potest hominū purgari affectus.

Afficiuntur enim sæpe homines passibiliter & uitiose, ut in pluribus usq; ad mortem p̄seueret maculata dilectio. Et si non in illis turpibus impudicis actibus, saltem in alijs ad usum uitæ spectantibus, ultra debitum ligatur affectus, qua ligatione, manet impurus. Sola ergo diuina ē manus quæ affectum eradat, lauat & purgat. Proinde purgato affectu, mūditiā tota resulget. Hoc per seipsum efficit Christus Iesus, quod per Iſaiam ante prædixerat: Lauamini, mundi estote, auferete malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Lauat ergo illa imperiosa maiestas in forma seruili apostolorū & plebecioꝝ pedes, ante illos p̄fundissime inclinata, Et

secundum mensuram gratiæ atq; donationis eius, unumquēq; perfudit. Quod autē pedes lauādi & loti, non absurde intelligantur hominum affectus atq; intellectus, aliarum scripturarum sententias uelut stellas super istam fulgentis, inspiciamus. Inquit Iob de pedibus suis: Quando lauabā pedes meos butyro? Pedes butyro lauantur, cum unctioe spiritus sancti unguuntur affectus, atq; docentur hominū intellectus, sicut Iohannes in canonica sua dicit: Unctio docebit uos de omnibus. Et sponsa dicit: Laui pedes meos, quō inquinabo illos: Laui a sordibus terrenorum affectus, & ab erroribus intellectum atque scientiis sterilibus: quō ergo, id est, non inquinabo amplius illos. Et de pedibus animalū quæ uidentur propheta Iezechiel, scriptura dicit: Pedes eorum pedes recti, recti pedes, recti affectus sunt atq; intellectus. Illi, ut præter diligenda & aliter quā diligenda non diligant. Illi, ut præter quā intelligenda & aliter quā intelligenda, penitus intelligere omnino non querant.

Multa sunt adhuc exempla scripturæ, sed quantum possumus, comice pergamus.

¶ De Iudæ in malum obstinatione, & Christi erga Iudam in pedibus lauandis pietate.

Caput XIII.

Sed sequens sententia, dubijs & moribus animam nostram fodit. Ait enim:

Et uos mundi estis, sed non omnes.

Quam euangelista suorum uerborum supplemento declarat, dicens:

Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit, non estis mundi omnes. Nullus mundatus erat a semetipso, a Christo mundatore mundati erant. Quare non omnes mundati erant: Acceptor personarum Ch̄s non erat. Quare illos, & non illum proditorem mūdauerat, qui mūdare magis indigebat, pro eo q̄ culpa turpior eum fœdauerat, quia iam aptitatus erat prodere dominum & magistrum? Sed q̄ Iudas mūdatus non extitit, obstinatio fuit Iudæ, non negligentia saluatoris. Nemini auferat saluatore quam dedit hominibus libertatē, nec quēpiam uiolētat ad bonum. Non potentia uiolenta, sed suasionē saluator utitur cum uocandis atq; uocatis. Sed altior est sententia, oēm terrenis humanum intellectum, quia nihil uult quod non possit, nihil potest quod nolit. Ac per hoc nihil causatus uel occasionalit̄ est a saluatore Iudæ prærogatum, ut ipse ab illo non mundaretur ceteris, nisi quia mūdationi diuinæ cum cæ-

teris nō consensit, imo absq; ceteris in animo dño rebellauit. Tenacissima erat macula quæ mūdatis reliquis remanebat. Aequaliter omnes mundator mundabat, sed contumacia mentis audacia persistebat Iudas in sua malitia induratus, ut inhærentem inuisibilem maculā summā munditiā non mūdaret. Nec diuinæ herbæ fullonice neq; acrimoniæ aliquæ ualuerūt, ut a male concepto desisteret. Quē nec præterijt lauando Iesus, sed ante illum uelut ante alios sua genua flexit, & lauit pedes hūiliter proditoris. Vide p̄ amplius ineffabilem humilitatem dñi saluatoris, qui sui proditoris non dedignatus est lauare pedes, qui eum profunda inclinatioe a scelere reuocabat, uelut suppliciter rogās ut desistat a malo, ut innocentē non lædat, non uolens uitare mortē quā uenerat omnino suscipere, sed ut discipulum quem uocauerat a discriminibus mundi, quem apostolum nominauit, quem uirtute miraculorū fecit insignem, cui apostolici collegij etiam pauperem cōmiserat annonam, quem thesaurarū fecerat oblatorū, de damnatione sempiterna præripere, ne de uitali morte sua uicacia moreretur, ne mors sustinenda pro omnium uita, sibi mortē generaret eternā. Eregione inspicere quanta est obstinatio, quā diuina inclinatio non eradicat, quanta duritia, quā diuina manus non emollit, quanta mentis sordes, quam lotio diuina nō abluat: quā tenaciter inhæret macula, quam diuina cum linteo abstergio non abstergit. In hominum considerationem omnino deueniat, ad quid potest humana iniquitas deuenire, ut nullis psuasioibus, signis, amoribus, terroribus, permissioibus, possit a concepto malo cōuertī? Miramur obstinationē Cain, miramur irreuerentiam Cham, miramur fraudulentiam & feritatem Ismael, miramur hispiditatem & proteruiam Esau, miramur indurationē cordis Aegyptij Pharaonis, miramur schismata Dathan & Abiron, miramur inuidiam fratris Ioseph, miramur contradictionem Chore, miramur filium Iezechiæ cōtumaciē, miramur idololatriā Aaron, & populi præludētis, miramur Saulis primi regis superbiam, miramur Absalonē persequentem patrē David, miramur multos præteritos utriusq; populi inclytos & plebeios, turpiter & obstinatissime delinquentes. Sed peccatum Iudæ, quod Christus tanta diligentia conatus fuit auertere, stuporibus & admirationibus omnes penitus accersit. Sunt nempe nonnulli, qui in cōceptis malis, Iudæ damnati sectantur irreuerſo pede uestigia, ut omnis ars sua uiter reducendi argu-

mentis nullis inualeat.

His sane timoribus configenda sunt hominum corda, crucifigendæ sunt mētes, his sunt aculeis compungēdi, ne cum Iuda descendāt in profundum malorum, & contemnant redire ad eū qui omnes errantes pie atq; miris modis reuocare non desinit. Nā sapientia dicit: Peccator cum uenerit in profundū malorū, contēnit, contēnit malorū, obstinatio est, induratio est, p̄teruia est, desperatio ē, cōtumacia est, rebellio mētis est. In qd̄ profundum cū quispiam uenerit, contēnit deū, contēnit seipm, contēnit uirtutem, contēnit gloriam, contēnit & p̄cennā, contēnit monitus salutare, contēnit oēm semitam & compendia redeundi, contēnit scripturam sacram, & quasi fabulas reputat poetarum. Quis nouit q̄ merito Iudas sic meruerit indurari? q̄ sub aliq̄ doctōrū præsumat, si cecidit Iudas de scholis dñi saluatoris? Quis de duce cōfidat, si cum uia recta Iudas errauit? Nulla ex parte Christi prærogata est occasio siue causa, nulla ex parte coapostolorum eius. In reuocationem eius omnia, decentia Christi misericordiam atq; iustitiam, facta sunt: & non est auersus animus eius, neque deleta malitia mentis eius. Hæc ideo diximus, ut agnoscamus, ad quā tum potest diuina bonitas inclinari, ut prouolueretur pedibus proditoris: & in quantum humana iniquitas indurari, ut omni modo præsentiam contemneret saluatoris.

¶ De absterſione pedum apostolorum, & quid ea Christus inuere uelit.

Caput XIII.

Nunc rei gestæ ordinem repetamus. Vnumquēq; lotum Christus linteo quo erat præinctus, absterſit, ut ex omni actione nitiditas perfecta cōſurgat. Absterſit nunc pedes, scilicet nostros affectus a maculis, qui absterſurus erat sanctorū oculos a doloribus atq; periculis. Hoc refert in Apocalypsi se uidisse Iohānes: Et absterget deus oēm lachrymā ab oculis eorū, & mors ultrā non erit neq; luctus, neq; clamor neq; dolor erit ultrā, quia prima abierūt. Loti erant pedes, sed linteo absterſiuntur, in designationē deſecratæ uitæ, ad deſiccandū humiditatem, qua nostri sæpe mollescunt affectus in prolapſioe malorum. Quam mollitiem exhortando præcauebat omnipotens, cum dicebat per Ieremiam prophetam his, qui de populo dei tenebātur in Babylone quasi captiui: Fugite popule meus de medio Babylōis, ut saluet unusquisq; animam suam ab ira furoris domini, ne forte mollescat cor ueſtrū, & timeatis. Tunc enim mollescit cor homi-

num atq; affectus, cum amore cōtrahimur, aut aliquo timore terremur ad malum ali- quod peragendū. Sed Christus abstergit hu- miditatem à pedibus, ne nostri mollescant affectus, ut sit uirilitas & fortitudo ad exe- quendum quæ ueritas & iustitia iubēt. Ecce abluti sunt & absterfi apostolici pedes, q̄s sic esse decebat, qui delaturi erant per uni- uersum orbem prædicando lauante, ut nō solum homo, sed deus & homo ab homini- bus crederet, & in ipso, sicut in deo uiuo & uero speraretur, & super omnia dignius ab omnibus amaretur. Multa oportebat fulge- re munditia, qui tam magna, tā ineffabilia debebant quasi animalibus hominibus in- tonare. Vere magnum erat mysterium præ- dicandum, quando prædicatores diuina ma- nus lauit atque deterfit. Vereo dicere, sed pia credulitas, & Christi humilitas atq; pro- funda dilectio me compellunt, ut pie credā, etiā super apostolicos pedes sua labia oscu- lando pressisse, quauis euangelica non lo- quatur historia. Sed nec mirum, humiliora cum legimus ipsum fecisse pro nobis. Et ne- scio unde, præterquam ab illa pia osculatio- ne sit sumptum, atq; mos inoleuerit usq; in hodiernum diem, ut maiores cum lauerint, premāt oscula in pedibus subiectorum.

Quid Christus uestimentorum post ablu- tos apostolorum pedes resumptio, ac ite- rata discubatione uoluerit. Caput XV.

Huius lotionis peracto mysterio, salua- tor uestimēta resumpsit atq; resedit, ut nobis deforma uitæ agendæ, ut postquam proximo laborauerimus, ad ornatū uirtutū propriū nos colligentes reuertamur, & resu- mamus illas actiones, quibus soli existētes, deo placemus, & reornemus nosmetipsos il- lis secretis moribus, quos interdū pro alioꝝ utilitate atq; obsequio intermissimus. Et re- sideas quietētes in altitudine nra men- tis, cum ipsa itinerātes, prout diuinus ducas- tus conduxerit siue permiserit in supernā pa- triā in consideratione ciuū supernorum. Et iterum descendētes ad abyssos penales, ubi tumultuat tetra familia in æternū male in- clusa pro meritis. Absoluendū est interdū à laboribus corpus, ut anima habeat copiam quietēdi ab actionibus eius. Nam corpo- re implicata anima, ex toto libertatē nō sen- tit: quia ex cōiunctione nature in illa trahit, ad quæ corpus intēdit. Et difficile fit, q̄ in- clusum, includētis actiōibus & motibus nō intendat. Per excessum esset supna gra infu- sa desup, ubi ex toto ab actiōibus eius natu- ra prohibet. Ex instituta natura, anima nra animat corpus, q̄d præter ipsam nullis agit

motibus. Quo quietēte, quietēcit hoim spūs, & pergit, & agit, & loquitur, & contēplatur inuisibiliter absq; corporis motibus, quod præter spm̄ non efficit corpus. Naturā habet spūs in corpore positus & extra, spūalibus theorijs intēdere, quibus liberius extra corpus,

Sed nō habet corpus aliquid posse facere uel sentire, nisi præfens fuerit spūs in aliqui- bus p uoluntatē, in aliquibus præter uolun- tatē per solā ipsius habitationē. Sed omnino corporis motibus intendētes, etiā uirtuosus, quietē illo in tempore p diderunt. Ad quam redeundū, & residendū sup mensam ab æter- no paratā ineffabiliū atq; innumerabiliū bo- noꝝ, exemplo dñi saluatoris, qui uestimēta resumpsit atq; resedit. Et eos q̄s status altitu- do decorat, post actiones humiles & uirtuo- sas, oportet resumere q̄ sunt status atq; sta- tui accedenti conueniunt, & residere sup tri- bunal iudicij & cathedrā doctrinæ, atq; sup sacramentoꝝ mensam. Nam p̄es ueteris te- stamenti hoc idem fecerunt, q̄d Chr̄s mora- liter innuit faciendū. Qm̄ si quis sensu typi- co eoz; historias indagauerit, & recitātes, nra fidei sensum atq; intellectum contule- rit, uel (ut cautius dicamus) ex illis scriptu- ris acceperit, q̄d dicimus, luce clarius patet. Ipsaꝝ uero historias supplementa, etiā ple- ne legentibus uere demōstrant. Fecerunt is- quidē hæc patriarchæ, primi duces populi, iudices atq; reges, qui suis tēporibus ex sta- tibus atq; uirtutibus dño placuere. Et cum resedisset atq; recubasset iterum, dixit:

Scitis quid fecerim uobis?

Quod dictum aut interrogatiue, aut cons- uultiuē seu præceptiuē profertur, q̄d idem so- nat. Interrogat, si sciunt & agnoscut profun- dum mysteriū, q̄d ipse ad eoz; pedes exercu- it, aut exercitat, ut agnoscant, ut sit sensus Scitis, hoc est, scire debetis quæ fecerim uo- bis. Si factum illius temporis queritur, ge- nuxit, lauit, absterfit, & ut pie credimus, oris oscula pressit. Vnde ad scientiā suoz; mi- rabiliū opoz; atq; factoz; nos saluator in- uitat. Quid ergo fecit nobis, pro eo q̄d dicit [Scitis quid fecerim uobis?] Non pigeat re- colere bñficia bonitatis diuinæ. Creauit de- nihilo, cū non essemus: nihil ei dedimus, & ipse præuenit nos amādo. Cui amor nō re- pendere inuitanti, certissima dānatio est. Cre- auit nō ad exēplar aliquoz; præcreatoroz; nō impsit in nobis alterius creaturæ uestigiū, sed ad imaginē & similitudinē suā, secundū animā, nō secundū corpus, produxit in esse. Corpus uero & aīam, secundū formā rōnis æternæ: atq; in utroq; posuit, quāuis diuer-

smode, sanctæ trinitatis uestigiū: in anima, in mēoria & intelligentia & uolūtate. Cor- pus & aīa, sicut oīa entitatē habentia, quia sunt, quia sic sunt, quia ppter aliquid sunt, q̄dāmodo trinitatē expriment. Et mēoria, intelligentiæ, uolūtati potētias actus tradidit, & debita in q̄bus terminarent, obiecta. Et animæ tradidit libertatē, angelos ad con- fortū, cætera uero ad subsidiū dedit. Circū- dedit nobis mandatoꝝ atq; iustoz; decreto- rum sepes, ne ab ipso efflueremur in uanū. Et cum effluximus, reuocauit nos: cum steti- mus, tenuit: cum tardauimus, expectauit: fa- ctus homo p nobis & nobis, & hūanā natu- rā deitate decorauit atq; honorauit, non an- gelos, sed semē Abrahæ, imo peccatoris Adæ sine peccato suscipiens: nō Abrahā ex anti- quā origine semen erat Adæ. Conuersatio- nē fecit in nos, uelut hō absq; peccato, & p- rogauit exemplū. Docuit nos uia ascensiois in cælum, & in montibus & planitie atq; lo- co cæpestris: in domibus, in synagogis & tē- plo eructauit uerba bona, & supnā ab æter- no præfinitā doctrinā. Sanauit languores, suscitauit mortuos, dimisit peccata peniten- tibus: & per potētia, quā exercuit in corpo- ribus, qualē aut quā potētia in animabus sanandis haberet, ostendit. Omnia fecit no- bis quæ fecit in seipso pro nobis.

Profunda dicti istius, Scitis quid fecerim uobis, perscrutatio. Caput XVI.

Altæ memoratiōis est uerbum, [Scitis quid fecerim uobis?] Humilis natus est, nec in ppria æde, cum q̄ est egressa pau- pertas, uilitas atq; despectus. Arcūissima lo- ca inhabitans, qui cæloꝝ amplitudinē fecit. Vagit creator angeloz; & beatoꝝ lætitia. Mutescit factor disertæ linguæ. Stringit sacris tora faciendi libertas. Dispergit san- guine iuxta legis ritū, qui sup legē, & dñs le- gis erat. Offeritur in templo cōditor tēpli. Fu- git in Aegyptū, securitas angeloz; & hoim. Pauet, qui dēmonū uenerat auferre panorē. Cedit regibus, rex regum & dñs dominan- tiū. Aeternus, à temporali faciē auertit p fue- gam. Viuit in peregre, q̄ supnā patriā fecit. Habitat in domibus peccatoꝝ, dominicator mundi. Aliena stipe p maternū lucrum, acu- colu: aut p paternū, securi, ascia, dolabro, ter- rebello quæsitum, siue stipe captata per que- situm, uita oim uiuit. In Iudæā rediens, uiue- bat p idem. Baptizatus p nobis & nobis est. Dira ieiunia passus, & tentationem male au- dacis spūs. Discurrens absq; subingalibus, absq; curribus & nitidis eqs; nec, nisi semel, in terris fuit delatus aliqñ. Tota uita eius, paupertatis, uilitatis, laboris, pœnalitatis ue-

rā gestabat effigiē, pprijs domicilijs & laris- bus carēs, & deuitās diuitū & potentū cōuē- tus. Nihil mūdāne dignitatis in uita sua cō- miscēs, ne uideretur hūana potētia seculū p- sens ad se uelle cōuētere. Nulli nociuus, oī- bus prout in ipso erat, placidus & amabilis erat: sed nec eū patiebatur hūana pteruia. Sel- las, cathedras, stratoria, tapetia, lectoz; mol- litiem & ornatū atq; uestimētoꝝ, nunq; legi- mus habuisse. Cæsariem gestabat incultā, fa- cie illotā, nec cultui corporis intēdit, aliqñ, zetas pictas aut schematibus fultas non ha- buit, nec archiua clausa, q̄s possessio denota- rat, ppriū, & charitati facit iniuriā, q̄ thesauri- zare oīno nō nouit, nec clauibus uti. Quic- qd esse potuit hūanæ atq; mūdāne cōplacē- tiæ, seu delectationis atq; honoris, à seipso Chr̄s abegit: q̄d uero potuisset esse uirtu- tis *pfectæ, suscepit, humiliatus usq; ad ple- *pfectā beioꝝ pedes. A q̄bus surgēs, dicit apostolus: [Scitis qd fecerim uobis?] Vtinā sonet hæc uox adhuc in auribus nris, ut sciamus qd fe- cerit nobis. Et itelligebatur in illa uoce, qd pfecturus p illis erat & oībus gētibus, & p posteris nobis, atq; p uenturis trāseuntibus nobis. Proinde nō silet illa uox, sed semp ab eo tēpore q̄ emissa fuit, clamauit, clamat, atq; clamabit: [Scitis qd fecerim uobis?] Et ad- dendo quid fecerit, postq̄ emisit, cōsecrabat corpus suū. Orauit in sudore sanguineo, ca-

Luc. 22.

ptus & ligatus est, tribunalibus traditus pœ- nis, & à pprijs exactus & crucifixus est, mor- tuus & sepultus est: resurrexit, & reuissus est: ascēdit in cælū, & spm̄ sanctū largitus est. Sci- mus ergo qd fecerit nobis, ac p hoc hæc scia, uelit nolit, tenet omnē hoīem inexcusabilē atq; totalitē debitorē. Hæc scia scripta in ta- bulis cordis, in lamina rōnis, in charta me- moriæ, à peccatis auertit & inncēdit uirtuti- bus. Hæc scia dignū cęlesti magisterio facit, hæc scientia de dyscolo facit discipulū, & de discipulo qñq; magistru. Hæc scientia sophi- smata quęq; nō timet, nō ueret corā regibus loqui, parūpedit terrenos principes, dæmo- nes terret, scholarizat cū angelis, & eruit ab iheris, collocat in supnis. Hæc scia q̄rit soler- tem, petit actiū, deuicit ignauū, gratū uult, condēnat ingrātū. Hæc scia tūc coalescit, cū opibus uacat: tūc pficiēs, cum totū esse nīm reddidit ei q̄ sciam à nobis expedit suoz; facto- rū, dicēs: Scitis qd fecerim uobis? Et adiecit t

Vos uocatis me, magister & domine, Ioh. 13.

& bene dicitis: sum etenim.

Magister erat supernæ doctrinæ atq; scibi- lium omnium, & dñs uniuersoꝝ. Tunc sta- tim humilitatē seruilem & humilē serui- tatem, quam coram ipsis ostenderat per sui

comparationem ad exemplū eorum factio-
nis intorsit, dicens:

*Si ergo ego laui pedes uestros dominus
& magister,] quem esse me uere cōfessi estis:
vos debetis alter alterius lauare pe-
des,] ut quod fecit deus, si potest, faciat ho-
mo: quod fecit dñs, faciat seruus: quod fecit
cæli & terræ imperator, faciat quicumq; ter-
ræ fenator: quod fecit excelsus, faciat humi-
lis: quod fecit magister, exequatur discipu-
lus: quod fecit CHRIS TVS, nullus dedi-
gnetur facere Christianus, ut usq; ad pedes,
inclinetur humilitas Christiana, & abluat,
si quis potest, actu & theoria fordes ab ho-
minibus turpantium peccatorum.*

¶ Quantum distet scire bonū, ab ipsum ope-
rari: & quanta sit laus humilitatis.

Caput XVII.

Rationem humilium actionum etiam
comparatione subnexit, dicens:

Ioh. 13.

*Amen amen dico uobis, quia non est ser-
uus maior domino suo, neq; apostolus ma-
ior eo qui misit eum. Si scitis hæc, beati
eritis si feceritis ea.*

sententia

Ut luce clarius pateat quod superius dixe-
rit, [scitis quid fecerim uobis,] ut scientia re-
ducatur omnino ad actum: quia non beatus
qui nouit, sed qui quod nouerit, fecerit. Nā
ipse dominus & saluator, cuius irrefragabi-
lis est scientia, nō dixit: Beati eritis, si scitis
sed, Beati eritis, si feceritis. Ad actionē mo-
net, & ad uitā agendam uerbis & factis inui-
tat dñs & magister. Actiua scientia, quā dici-
mus Christianā, fructificauit ex actu, aut ex
dilectione ipsius & agendorum per ipsam,
si probabiliter deficit agēdi potentia, quā
uis etiam sint animæ præter corpus multi-
plices actiones, sursum ferentes agentem,
quæ præter corpus pertinere possunt ad istā
sententiā saluatoris, quæ dicit: [Beati eritis,
si feceritis ea.] Sunt enim aliqua sciēda, quæ
in actionem nullo modo deueniunt, nec de
uenire iubentur, aut cadūt sub cōsilio facti-
onis. Aliqua uero sciēda, in actionem ueni-
unt ex præcepto, quæ in actum non deduce-
re, fabricant in gehennam pallentes atq; tes-
terimas sedes: sed ordinare in actū, lucidas
parant sedes. Aliqua uero ueniunt ex confi-
lio, quæ ad actionem insecere, * ad altiores
* ædes subuehūt actiui. Vnde dicitur [Bea-
ti eritis, si feceritis ea.] In actionem nostram
nullo pacto uenire debet scientia mysterio-
rum dei & altissimos operum eius, quæ ope-
ratus est ab initio usq; in præsens, & operabi-
tur usq; in futurum, quam habemus per fi-

*facit q;
*sedes

dem. Scientia uero mandatorū dei & confi-
liorum & morū piorum, debet omnino ue-
nire in actum utriusq; hominis, aut solū al-
terius, reliquum in opere succumbente. Hanc
scientiam expetiuit Salomon, ut in ea ipse fi-
eret laboriosus atq; actiuus. Inq; enim: *Mis-
ere illam (sapientiā) de cælis sanctis tuis, & a se
de magnitudinis tuæ, ut mecū sit & mecum
laboret, ut sciam quid acceptum sit corā te
omni tempore. Scit enim illa omnia & intel-
ligit, & deducet me ī operibus meis sobrie,
& custodiet me in sua potentia, & erunt ac-
cepta opera mea. Quæ uerba si quidē ad in-
tellectum ueritatis relata, scientia beatifica
petitur: quæ tunc beatificat, cum deuenit ad
actum. Nam thesaurus absconditus & scien-
tia abscondita, quæ utilitas in utriusq; Non
solum autem abscondita est scientia, si non
docēdo effunditur: sed abscondita est, si non
fit morale quod scitur. Verūtamen quanuis
de spiritus sancti licentia etiam seruata litere
ueritate, ad multa differēda in scripturis san-
ctis ex una scriptura possit intellectus libe-
re & utiliter peruagare, applicatam tamē lo-
cutionem in omnibus scripturis oportet
intendere. Nam sic saluator de scientia humi-
litis uisus est differere, quæ in animo & in
omnibus actionibus est suo exemplo seruan-
da. Præmiserat enim: [Exemplum enim de-
di uobis, ut quæ ad modū ego feci uobis, ita
& uos alij faciatis: quia nō est seruus maior
domino suo, neque apostolus maior eo qui
misit eum.] Nos serui, ipse dominus, nō ho-
mo purus, sed deus et homo uerus: nos mor-
tales, ipse immortalis: nos ex nihilo, ille ab
æterno: nos missi, ille uero mittens. Nullo
igitur timore cordis, nulla reputatione pro-
priae mētis, nullo pauore rumoris, nullo pa-
uore forinsecō retrahatur aliquid agere ser-
uus, ubi dominum præuium habet, neq; di-
scipulus dedignetur magistrum prosequi præ-
cedentem, neq; filius præcūtem patrem, ubi
ad bonum atq; uirtutem iter est atque gra-
datio. Neq; creatus ex nihilo, & ex sanguine
diuino redemptus, nullis interpositionibus
reuerfetur sequi hominem deum, pendente
iter ante nos, siue per planum, aut profun-
dum, aut altum, aut asperū ascensum ad uir-
tutē scēdam, & conquiendam immarecel-
sibilem gloriā, quam repromisit Christus dis-
ligentibus atq; sequētib; se. Superbire, dia-
bolicū uitiū est: non superbire, initiū est uirtu-
tis. Humiliari uero in deiectis actiōibus, pru-
dentia est atq; securissima uirtus: non humi-
liari ad quæ humiliatus est Christus, nega-
tio est eius. Abhorritio & uilipensio morum
Christi, negatio certissima Christi est.*

Satis abhorret, qui sequelā auertit. Conque-
rebatur Iob de sua uxore, dicens: *Halitū meū
abhorruit uxor mea. Halitus Christi, doctrina
eius est, q̄ nos ad humilitatē agibilibus morū
inuitat. Cuius halitū abhorret anima, uxor
p̄ fidē, sed despiciens Christi humilē infirmita-
tem & uoluntariā atq; infimā humilitatē.*

Vera humilitas ad quam nos saluator in-
uitat, exceptationis regulas omnino non
didicit, neq; in passionibus, ignominijs, ob-
sequijs, actiōibus, moribus publicis siue pri-
uatis, aliquid exceptuauit aut exclusit ali-
quando. Vorago insatiabilis est humilitas,
in se recipiens insatiabiliter aquarum riuu-
los turbidos siue claros. Aequanimiter splē-
dentia & uilia suscipit ad agēdum, cum in-
fallibilis præceptoris nouerit uoluntatem.
Oneriferum animal est humilitas, superim-
posita non discernens, utrum despicabilitas
per sibi securitatem accipiat, ut inter pericula
& quæq; despecta præeuntē ducem irretro-
uersibiliter subsequatur. Vidi canem super-
mergentes & inundantes aquas & torren-
tes sequentem dominum, & morti fere dare,
si non potuit sequi. Et per cœnū & sterquilī-
nia, per aspera & plana dominum sequeba-
tur canis fidelis. Canis fidelis, humilitas ue-
ra. Qui etiam cum maledictis atq; uerberi-
bus non repetit domum, appetens quodam
instinctu fidei naturalis magis uestigare pa-
tronum. Excellentia odoratus sæpe non ui-
sum sequitur, quousq; sequatur per propriū
uifum: & ad uocem non uisū domini, se ui-
lentat ad cursum, quousq; perueniat & insi-
liat in prædam. Verberatus, non inuinit
dem, nec cessat à gubernātis sequela. His ty-
pis uera humilitas fit ad Christum: quā si
scimus, beati erimus si fecerimus eam.

¶ De sacrosancti ac uenerabilis sacramenti
post cœnam institutione. Cap. XVIII

Ple credimus, q̄ post agnum typicum &
pedum lotionem, ad corporis sit myste-
rium aduentum, quanuis ab euāgelistis ali-
ter textatur ordo illorum, quā gestarū re-
rum. Sed nec absurde creditur, quod ad sus-
ceptionem tanti mysterij siue sacramenti, p̄-
cesserit apostolorum mūdario. Expedit em̄
omni munditia præornatum fieri, suscipere
talia sacramenta uolētē. Dicit enim Apo-
stolus, q̄ qui manducat & bibit indigne, iu-
dignitas, ubi mundatio non præcessit.

Mensa nanq; paschalis agni adhuc more
solito stabat, exceptis comestis. Et de pane
azymo & de uino remāserat ab esu agni pas-
chalis, ex quibus Christus sui corporis sa-

cramenta confecit, nec aliunde alius addu-
ctus est azymus panis, aut uinum delatum.
Catinus adhuc erat in mēsa, in quo forte in-
tinxit buccellam proditori porrectam in si-
gnum, cum cæteris corpus & sanguinē su-
um uerissimum daret, ut ista intinctio secun-
dum aliquos, facta sit eo tempore quo con-
secratū est corpus, non eo tempore q̄ come-
stus est agnus, ut Iudas à corporis sacri com-
munionē penitus non sit exclusus.

Nos autem ordinem rei gestæ aliter pro-
sequentes, pie dicimus saluatorem recubui-
se cum cæteris apostolis in comestione agni
paschalis, ubi p̄testatus est desiderij come-
stionis, tristitiam passionis, ubi de prodito-
re, non de p̄sona differuit, ubi requirenti Ios-
hanni soli per intinctum panem proditorē
ostēdit. Deinde lauit pedes omnium, etiam
proditoris. Deinde refedit ad mensam, & cor-
pus fecit & sanguinem, & tradidit omnibus
apostolis: necdum proditor Iudas abcesse-
rat, qui etiam cum cæteris corpus Christi &
sanguinem accepit. Nam buccellam accepit
in signum & ostensionem proditoris, tem-
pore siue hora qua comestus est agnus: cor-
pus Christi accepit ad confirmationem suæ
damnationis, quando cum cæteris sibi de-
dit Iesus, non q̄ sibi Christus ad damnatio-
nem dederit, sed ille ad damnationem acce-
pit. Nolebat enim Christus ipsum obstina-
tum excludere, ne sibi soli cognitum & Ios-
hanni, cum sua exclusionē notaret, quousq;
per manifestum facinus seipsum notauerit
ubi forma prærogatur omnibus, ne quispi-
am quēpiam sibi soli cognitum malum quo-
modolibet notet, aut à participio sacramen-
ti excludat, si alia iura participij certa subue-
niunt. Non tamen ad communionē admit-
tatur, cuius uita euidenter mala cognosci-
tur. Et peccatum sine delitura peccati assistit
in patulo, etiam si talis cum multis ad susci-
pienda sacramenta conueniat. Isto uero ce-
lebrato sacramenti mysterio, cum omnibus
surrexit à mensa, & uolentibus hymnum di-
cere, sceleratus Iudas abscessit. Qui tamē ste-
tit, quousq; cognouit exsolitus, ad hortum
cum discipulis suis uolentem accedere sal-
uatorem. Ad quem locum, non ad cœnacu-
lum, cum cohorte atq; ministris iniquitatis
ad dñm capiendum accessit, quasi certus de
loco conuentionis dñi saluatoris. ¶ Con-
trouersias quæ uidentur ex textu consurge-
re, aut textus, qui uidentur disrupti, solueri
quia moribus, quantum possumus, intendi-
mus, nō curamus. Quāuis ipsos perfecte cu-
dere non possumus, nisi de mysterio, & de li-
tera, & ordine rei gestæ aliquid præangamus.

Iohā. 13.

*an hoc Proinde ista pauca praeuimus * hoc myste- rium sacramenti, quoniam alibi de diuinis mysterijs dicendi ordo coaptat.

¶ Quod & quas gratias Iesus post cenam egerit, & quid inde nobis animadu- sum uoluerit. Caput XIX.

Iterum uero cum discipulis suis, à mensa surgens, hymnum laudis exoluit, cuius te- nor scripturae, quae ad linguam Latinam deue- nerit, comendatus non extitit. Sed ex hoc mos inoleuit in sancta ecclesia, ut post comestio- nem à bonis & ueris catholicis exoluantur gratiae debita actiones. Ac per hoc omni- bus expedit indubitata fide suscipere, quod multa Christus Iesus gessit cum apostolis atque discipulis suis, quae ipsi aut euangelistae non man- dauerunt memorari scripturae, sed in uita & moribus seruauerunt, à quibus usque in praesentia ad posteros deriuata fuerunt. Proinde omnes mores sanctos atque honestos, quos nunc tenet ecclesia & ecclesiastici uiri, de quibus nec euangelium, neque apostolicae actio- nes, neque sacrae epistolae textus eloquitur, à Christi moribus, ab apostolis & discipulis custoditis, & ab ipsorum moribus, quos post Christum eos seruare docuit spiritus sanctus, ad nos per obseruatores succedentes, uelut per alueos indeficientium aquae effluxisse, certa & pia fide credamus. Scimus ex fide scri- pturae, gratias egisse ante & post cibum ad deum patrem saluatorem Christum, & hymnum protulisse in laudem: sed uerborum tenorem scriptura sacra non recitat, monest tamen nobis, ut de omnibus & pro omnibus gra- tias agamus bonorum omnium largitori.

Sed nec ad plenum ullo in tempore potuit quis referre, nedum pro magnis, sed pro mi- nimis. Omne minimum, magnus est, si aestima- tur magnitudo donantis, & alta mente con- sideratur dignatio largienti. Minimum aequatur magnis muneribus, si donantur à proce- re multo magis, quae dantur ab omnium ar- chote regno. Nihil potest dici paruum aut modicum, quod datur à deo. Hinc est, quod omnia nos ad gratiae actionem inuitant. Corporalia & spiritualia recepimus, & usum ex eis captamus, & proprie diuina in humanitate atque sacramentis accepimus, & in promissio- ne quae non uidentur aeterna. Hymnus ex fo- * synnas lo uerbo schematizauit * synnas, hymnus ex corde satisfecit ex integro, & resonauit p- prietate sua in aures domini sabaoth, Hymnus ex corde, responsio est amoris: solus amor res- pondeat amor. Nulla responsio thesauro, aequat responsioni quam facit feruidus amor. A amoris intuitu, nobis collata sunt cuncta, nihil in donarijs procedendo praecessit à no-

bis. Impensa sunt nobis omnia, non repen- sa. Nos nempe nihil impedere possumus, sed rependere. Solus uero amor domini, the- saurum habet absconditum, de quo repen- dat primo donati, non tamen de condigno, sed de magis placito siue grato. Hymnus cor- dis qui uere noscitur amor, praenuntiat datur post data, statim dante laudibus effert. Nec non & ab extrâ exquiratur sanctum carmen cum hymnicis cordis plena concordia. Et ultimis psalmi Dauid ad laudem inuitant, & hymnus fornacis trium fociorum Danielis, praestudentes siue docentes de omnibus referre gratias & laudes altissimo creatori. Ac per hoc si omnium saluator & dominus hymnum cum apostolis dixit suo miro & nobis incognito modo, & nos gratias & hymnos sibi de omnibus referamus nostro possibili modo, non curiose quaerentes quid dixerit, sufficientem scientiam habentes quia dixit. Omnia enim uerba quae in scriptura sacra edi- dit spiritus sanctus, quo etiam inspirati, locuti sunt sancti dei homines, aut aeternitatem, aut praeccepta, siue consilia, siue gesta, siue futu- ra, siue mores aut orationes, aut gratiae actiones, aut petitiones, aut uirtutes comen- dant, aut uitia uituperant, aut terret, aut spem in superis ponunt, aut laudes diuinas exolu- unt. Demum ubi determinatum aut ab eccle- sia definitum dicendum aliquid non occur- rerit, seu ignorauerit hymnizare uolens, quic- quid de diuina scriptura & de sermionibus & uerbis dei saluatoris nostri, aut apostolicae siue canonicae scripturae, uel quicquid prius in mentem uenerit, depromatur: & pro hy- mno computabitur deo grato, dicenti profi- cuo. Intentiones enim & feruidum animi plus quam uerba pensat altissimus, etiam in- telligit quae non intelligimus.

¶ De exitu Iesu post cenam ex Ierusalem in montem Oliueti, de quo murandis aut non murandis locis. Caput XX.

Quo hymno dicto, & sermone instru- ctionum diuinarum praehabito, sur- rexerunt, dicente domino:

Surgite, eamus hinc, & exierunt in montem oliueti.

Excitat dominus imperio uerbi sui tepidas ho- minum mentes, & squalentes uirtute, miris & in- uisibilibus modis saepe confortat & reuocat uigorem, quem timor nondum à perfecta cha- ritate dimissus expulerat. Stabant enim aposto- li uelut attoniti ex uerbis domini, quod in proximo tradendus esset, corpore simul & mente pal- lentes. Proinde dominus uerbum excitatiuum emi-

14. **s**it, dicens: Surgite, eamus hinc: Quod & factum est. Non dixit dominus, surgamus & eamus: sed, Surgite, eamus. Non erat dominus constantis in animo, nec iacebat timore compressus. Nam nulla passio ueniebat ad eum, nisi permissa uenire ab ipso, scilicet qui à uirtute di- uina in omnibus agebatur. Erectus erat ani- mus eius, & suspensus strabat ad magnificum opus. Non succubebat animo passionibus, quauis corpore uoluerit plene subire. Surge- re non oportet, qui mente non cecidit. Qui uero animo iacet, animo surgat. Et qui cor- pore corruit, de remedio sibi prouideat. Qui non cecidit, praeratis audacius loqui potest, & sollicitare iacentes. Non ergo dominus ad sur- gendum, semetipsum inuitat: nullum profecto nouerat casum, sed ad eundem cum alijs se connumerat, paratus semper adiuuare in oem salutiferam actionem. Surrexerunt à lo- co caenaculi, ubi noua & uetera sunt peracta. Relinquenda in fine sunt omnia, & ad montem luminum indeficientium est pergen- dum. Profectus ad potiora uirtutum, in operi- bus Christi semper attenditur, ut post actiones misericordias & post oem iustitiam operum, al- ta secreta petamus, montem scilicet lucis inui- sibiliter interlucetis cordibus amantium ueritati. Sed nihil relinquendum, nisi com- paratione maiorum: nec mutanda sunt loca prohibito, etiam si displiceant, ut inepta nos- tris actibus uideant, nisi aptior locorum fue- rit antefacta prouiso. Signum est leuitatis, & inconstantis mentis iudicium, dum im- prouise loca mutantur. Nulla mutatio sit ad minus nec ad aequale: ad id uero quod plus est, ratio sana coeedit. Non sit processus ad aequales & maiores delicias, ad minores utique fiat. Nec amena per aequaliter amoenis aut magis dimittere, dixi uirtutem, imo fragilitate & uitium appellauit. Aspera uero pe- tere, priuata delicias, dixi profectum. Ciuita- tem pro ciuitate, domum pro domo, nisi pro- deuitanda notitia, sine necessitate urgente comutare, opus est hibernum: pro moribus uero Christianitatis, est uirtus.

15. **M**agnam deceptionem etiam in his, qui se à mundo abdicauerunt, in mutationibus locorum operati sunt daemones, & multae uir- tutes ab hominibus perierunt. Quorum alijs deceperunt, praestudentes solitudinis bo- num, quod non rationabiliter exequentes, reuo- cauerunt ad propria, & facta sunt in reuoca- tis nouissima peiora prioribus. Et occulto, sed iustissimo iudicio dei agitur, ut peior sit apostata & resiliens à uirtute, quam qui non admittit ad fortia, siue manus ad aratrum. Et Petrus in canonica sua dicit: Melius erat illi-

lis non cognoscere uiam iustitiae, quam post cognitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Nec non in pluribus actionibus haec sententia locum habet.

Alijs uagari fecerunt uanitate uideri atque uidendi, cum actibus qui uidebantur uirtute pollere, sed à ueritate pallebant omnino, & ruinam inuisibilem fecerunt atque iacturam. Nec potuit esse melior, quia in animi gloria di- & fame uirus, intrinsece cor eorum insecerat.

Aliquos saepe transferri fecerunt de locis diuinis cultibus aptis, praesupponentes im- portabilitatem confortij atque sodalis, aut praestudentes meliores & ducem prouiderent. Et ignorabant quod aut ab impatientia mentis, aut à uanitate spiritus agebantur, nec fructum uirtutis perciperunt in omni uita sua. Siccatur enim planta quae saepe transfertur, antequam radices emittat, etiam si loco in optimo sit plan- tata. Tutius esset nempe, modicum bonum in quopiam loco assidue operari, quam saepe trans- ferri melioris respectu. Multi hoc intuitu, per- diderunt bonum, nec melius inuenerunt.

Aliquos uelamine charitatis ad proximos retrouererunt, & cum pereuntibus perierunt.

Aliquos spe subuentionum uelut propositos ad futura, reduxerunt ad ciuitates uel prope. Supponunt enim illi, laruales infirmitates adesse, peregrinos oportere suscipere, nec esse omnino expediens multo fatigare cona- mine itineris siue questus, ob mentis disper- sionem uitandam: sed optimum esse, si cito quaesita subueniunt. Et facti sunt, ex multis subortis causis, de monachis seculares. Et qui erant domestici dei propter syluestritatem mundi, facti sunt syluestri dei ob dome- sticitate seculi. Cautela spectaculum pro cura rei familiaris, ad terram deposuit rationa- les aues. Et intellectualibus argumentis iam caelo uicinas, recurauerunt ad infima, uelut uultures & miluos ad cadauera bestiarum.

Acutissimis argumentis moliantur imma- nes aduersus incautos in transmutatione lo- corum. Et eo arctius tetant, quo diuina pla- cita magis impedire nouerunt, aut in maio- ra nefanda demergere potuerunt. Aduersus quae machinamenta cautela maxima opus est, ne sterilis aut nulla, siue conciliatiua peccati, sit transmutatio loci.

Exemplum Christi penitus captamus, qui de Sionitica arce, de Ierusalem septa muris magnificis, egressus est cum discipulis suis in mon- tem Oliueti, ubi non sentirentur impedimenta laedentia. Surgendum est absque odio ab his, quae minoritatis habet genimina: & ad illa procedere, quae fructum quietioris & hube- rioris gignunt, penitus non tardemus.

¶ Cur Iesus passioni iam iam proximus, montē Oliuē adierit: & quid per hoc mystice nobis innuerit. Caput XXI.

Mons oliuæ in quem Ch̄s secessit, s̄e p̄ fata mysteria, uirtutē in submergi bilem à curis mundi & à defluētibus rebus dicit. Sup̄fertur em̄ om̄ibus liquoribus oleum: & si liquor qui sp̄ia sup̄fundat, aut ip̄m superiaciat liquoribus, sua p̄prietate sem̄per enatat. Nec non & lætitiā mētis in sinu at, quā in his quæ agimus aut patimur, oportet habere atq; intermiscere agendis. Et de P̄sal. 44 Ch̄s prophetatus est sermo: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Alia s̄ra, exultatiōis habet. Proinde saluator proximus passioni, sed statim magis capiendus, ad montē uisitatus oliuæ, ut animo læto procedere se moneret ad p̄nas, quāuis alia causa quandā trīstitiā ad eum p̄miseret accedere. Inuenimus etiam mēbra capitis n̄i sequentia ip̄m, atq; in passionibus imitātia, lætant & magno trīpudio accessisse ad opprobria, carceres siue p̄enas, & pro gloria cōputasse torturam, & mentis iubilō mortis sententiam suscepisse. Qua prerogatione monemur, ut in oibus pro Ch̄o factis aut toleratis, internā lætitiā habeamus. Lætatur legitimus miles bellorum ic̄tus suscepisse pro rege, quāuis dolor corporis afficiat. Et actiōibus laboriosis exultat is, qui p̄ceribus seruire decreuit. Gaudium existimat inuenisse p̄nalīa, qui totū se altissimo mancipauit. Nouit em̄ aliquid apud eum deperire non posse, nec p̄dere aliquid putat, si pro Ch̄o membrū aut tota uita corporis adimat. Magnā porro fides ingerit de rōne lætitiā. Ex hoc Iacobus in cano. Iaco. I. nonica sua dicit: Om̄e gaudiū existimate fratres, cum in uarias tentatiōes incideritis. Et in apostolicis Actibus scribitur: Ibant apostoli gaudētes à cōspectu concilij, qm̄ digni habitū sunt p̄ nomine IESV cōtumeliā patī. Exemplo igitur Ch̄i, qui passurus in proximo, exultationis olei exiuit in montē, in agendis & tolerādis & in abnegationibus uoluntatū, mētis gaudio muniamur. Nempe in incassum itur, si in his quæ p̄ Ch̄o iubemur agere, cogimur atq; pati, oleum exultationis defuerit, aut montē nō uisitauerimus. oliuæ, ut lætitiā exuberans condimentū actiōibus atq; passionibus præstet. Et uelut oleum mitescere facit undas, sic ipse leuigat passiones, atq; uidetur amoenare torturas. Igitur laudabilis & imitabilis est saluatoris exitus in oliuæ montē, in q̄ sermone discipulis fecit, oēm continentē plenitudinē bonitatis, quem ordo dicendi alibi ferrū tenet.

¶ De Christi itione a creditione trans torrentē

Cedron, & torrentis cedronumq; mysterijs. Caput XXII.

Consummato uero sermone, quē in pede mōtis oliuē saluator discipulis fecerat, cū eis egreditur à monte, trāsgrediens quendā torrentem, à cedris iuxta plantatis sic nominatū. Et puenit ad locum, ubi hortus erat meditationi & ofonibus aptus, & p̄ tēpore lachrymis fundendis amicus, in quē s̄pe saluator cōuenerat cū discipulis suis. Multa peritia opus est, ex om̄ibus mores colligere, sed de cælo ministrat altissimus intelligendi hominibus facultatē. Ordo gestorum Christi ordinatissimus est, nec habet ex aliqua parte calumniā. Et iure diuinarum causarum sua gesta succedunt. Trāsgreditur torrentē post sermone almissū, cū, ut sermo ualidior ex opibus ostēdatur, Torrens nempe, subita & improuisa & irreparabilis inundatio est aquarū, non ex uena p̄petua, sed ex aquis pluuialibus ueniens, cito defluens, aqua modica siue nulla, relinquens alueum humectatum. Transit saluator torrentē, libertate corporis atq; mentis. Et retrahitur, more latronico captus, liber mente, sed corpore cōpeditus, sua tñ uoluntate, nō alterius potestate: ut prius transitus sit, libera dispositio animi ad futura tormenta: secundus, sit executio tormentorū, ubiq; mentis libertate seruata. Torrens subitā & defluentē cito tribulationem insinuat, de q̄ pro Ch̄o Dauid multo añ prædixerat: De torrente in uia bibet, propterea exalabit caput. Om̄ia breuitate malorū insinuant. Non em̄ durabilia sunt mundi mala in aliq; qm̄ homo diu durare nō potest, etiā in delicijs: * nedū hominē à uita p̄pellunt, & tolerari nō possunt. Respectu uero illorū æternorū, ad quæ fidelium suspirat affectus, mille anni nec una minutia sunt horæ mergentis. Vere mundi bona & mala defluunt, uelut in cōuallibus torrens. Transitur & non sistitur in torrente. Torrens s̄pe deorsum defluit, & homo pedibus transit, ut ille nō intumescat, ipse morā non faciat: ille deorsum repente defluat, ipse deorsum aut sinistrosum cito pertransit. Defluxit torrens tribulationum & passionum Christi, & ipse pertransiuit per eum ad gloriam. Quod ad Hebræos testatur Apostolus: Vidimus Iesum per passionem mortis, gloria & honore coronatum. Defluxit torrens tribulationum apostolorum & martyrum. Defluxit torrens p̄secutionū imperatorū, regum, & principū & tyrānorū, aduersantū omnīi regi Ch̄o. Et transferunt quāmplur

rim gloria & honore coronati. Defluxit torrens primitiuorum patrum, qui se ab omni mundo abdicauerunt, colementium nemora, crucifigentū uoluntarie in abstinentijs corpora, & ipsi ad culmen palmifera trāsierunt. Interfecit torrentē, qui transit: ut pars ab inferiori ad sua receptacula currat, pars uero desuper ueniens, festine trāseuntem non tangat. Festine quippe om̄is moro transit, cum uita breuitas omnino cito exire cōpelsit. Inquit em̄ Iob: Breues dies hominis sunt. Et alibi: Dies mei uelocius trāsierunt, quā à textente tela succiditur. Transitus semp̄ ad aliud est. Proinde si transitur, non sistitur: si sistitur, non transitur. Et in uia, nō in termino bibitur de torrente. Omnes em̄ in uia sumus, & certissime ad præfinitū terminū properamus, ubi æternæ aut potabimur de torrente diuinæ dulcedinis nō defluente, aut in ebriabimur in æternū aqua tartarea p̄manēte. Ecce q̄ saluator transit & retrahitur, ut passio corporis ueri & mystici in quadā significatiōe, quid actum aut agendum sit ex ipsa, subsistat. Hunc eundem torrentem Cedron fertur trāsisse Dauid, cum egredere de Ierusalem, fugiēs à facie Abisalom filij sui. Quæ propter allegoriā mores moribus coniunguntur, ut tribulatio capitis & membrorū, adumbrato mysterio præcederet in Dauid, qui patienter illam sustinuit p̄secutionē, ci tam sperans reuocationē. Qui omnia disponebat in manu altissimi, à quo nihil procedit inuisitū: nihilq; p̄mittitur in seruis eius, quod ad meritū tolerari non possit, & quod cito nō trāseat, ut eius electio salua fiat. Nā propter electos, deus s̄pe aut cito homines subtrahit, aut leue uideri facit, quod per crudelitatem aliorū inferitur, aut dies tribulationum abbreviat. Optimū est in moribus, tribulari ad horam, & p̄secutionē comicā pati. Exhaustur em̄ aq; uitæ, si hūiliter tolerat. In eodem uero torrente simulacrū turpissimū combustum est ab Afa rege Ierusalem, ut omnis turpitudine peccati & falsa similitudo atq; simulatio malæ uitæ, passioibus pro Ch̄o ab hominibus comburatur. Isaac cum foderet in torrente, inuenit aquam uiuā. Foderet in torrente, humilitatē profundā seruare in passionibus est. Vnde aqua uiua exoritur, quam Samaritanæ, id est, ecclesie dñs & saluator oīm offerebat. Aqua uiua, gr̄a indeficiens est, & superna beatitudo atq; celestis. Expedit omnino foderet in torrente, humilē scilicet fieri eum, qui pro Ch̄o dispositus: aut cogit aduersi aliquid tolerare. Remittit ad altissima, profunda hūilitas in aduersis: quia quo profundior radix, eo magis ar

bor surgit in altum. Et iuxta torrentē exploratores, quos in terrā promissionis miserat Moyses, absciderūt palmitem botri quia in tribulationibus inuenitur uinea uirtutū, unde Ch̄s uitis uera conquirat. At quia signāter legimus Iesum egressum trans torrentē cedrorū, hæc arbor magnum nobis in moribus & tribulationibus innuit sacm̄. Est em̄ alta & impubilis, cuius odore fugant etiā serpentes. Coaptantur ista p̄ mores & merita his, qui torretes tribulationum pro Ch̄o transire disponunt siue cogunt. Si uero linguam Hebraicam sequimur, intellectum alium capiemus. Nā lingua Hebraica Cedron, tenebræ aut umbra interpretatur, ut torrentem tenebrarū, peccatorū, & ignorantiarū transeamus: quæ cum transimus, et peruenimus ad Christum seu ecclesiam.

¶ De introitione Iesu in hortum, & mysticis hori significationibus. Caput XXIII.

Post quē transitū, saluator uenit in hortum. Vere peruenit in delicijs hortū, q̄ pro hominibus pati & mori, delicijs cōputabat. Venit in hortum, pro omnibus ortus. Venit in hortum, de cuius morte uita nobis penitus oritur. Venit in hortum, capiendus in hortu, qui in oriente uoluptatis plantauerat hortum, in quo libere posuerat Adam de terra iam ortū. In hortu à diabolo capitur Adā, & Ch̄s à Iudæis ligatur in hortu, ut sit similitudo satisfactionis ad culpam.

Hortus, ab oriendo est dictus. Et Ch̄s de nouo semp̄ nouiter credentibus oritur.

Hortus ad quem Iesus ingreditur, ecclesia est, qui cōclusus fertur. Scriptura dicit: Hortus conclusus, foror mea sponsa. De sua ecclesia, ista uerba ænigmatice loquitur spiritus sanctus, ad quā miro & ineffabili modo ingressus est Ch̄s. Ingrediamur & nos hortum cōclusum, sepibus angelorū, præceptorum & consilioꝝ dei. Ut concludamur, diuinis sepibus necessarium est, si salutem omnibus positā obtinere cōtendimus. Vagari siquidem, pro perniciofa licentia non præmiū, sed damnationē sortitur.

Sunt deliciæ paganorū & infidelium, sed non cōclusæ. Sunt deliciæ peccatorū, sed nō conclusæ. Sunt uero Christianorū, sed conclusæ. Hortus conclusus, est paradysus ecclesie: uagari non licet. Deliciæ Christianorū, debitos fines habent, certis limitibus cōcluduntur. Incursibus dæmonū patet, qui non stat in hortu concluso. Omnia in ecclesia in diuinis legibus concludunt. Quæ aut conclusa non sunt, de Ch̄i ecclesia omnino nō sunt. Hortus conclusus, omnis est uirtus. A uitijs quodāmodo concluditur uirtus, alios cōsi

nes omnino nō nouit. Qui moratur in illa, non ingreditur terminos uitioꝝ. Sed ad illam non celebratur ingressus, quā diu in terra uitiorum mora cōtrahitur. Si ab illa fiat egressus, ad regionē tenditur uitiorū. Nemo à uitio egreditur, nisi hortum ingrediat̄ur conclusum. Nemo ab horto concluso recedit, qui non intret confinia uitiorū. Concluditur etiam omnis uirtus regulis aut materijs ueritatis. Hortus conclusus, omnis canonica uita, quæ sanctorum patrū decretis cōclusa tanquā sepibus manet. Sed uæ has sepes dissipanti. Dicit enim scriptura: Qui dissipat sepe, mordebit eum coluber.

Ecces. 10

Et Christus orat̄ profunde ad patrem in horto concluso. Non enim expedit per deua quæq; uagari hominē orare uolentem. Intra deus homo in hortū conclusum, non tamen ipse conclusus: & egreditur non exclusus, ubiq; suo ineffabili modo manens. Nec legibus ipse subijcit, sed suis moribus & exēplis ad hortum deliciarum, s. delectabilium & sursum ferentium uirtutū, humanū genus inuitat, ut in horto cōcluso maneat, à q̄ per culpam propriam exclusit̄ Adam. Hortus deliciarum erat paradysus, in q̄ modicum stetit Adam.

Paradysus in nostra lingua hortū sonat. In q̄ multiplicandum erat genus humanū, & ab illo ad loca supercælestia inferendum, nisi miser peccasset Adam, & se atq; totā futuram sobolem ab illo exclusisset in penas. Conclusus erat hortus ille diuina & facili lege, ne uetium ederet̄ur & eo fuit culpa grauior, quo facilius diuinū præceptū poterat custodiri. Nunc ipse idem manet omnino cōclusus impossibilitate redeundi, his duntaxat exceptis, qui diuinitus sunt ingressi, quorum nisi duos ex fide non nouit ecclesia, Enoch uidelicet & Eliam, quāuis multos tenere atq; cōcludere potuerit ibi, & possit diuina potentia, siue in corpore aut extra corpus, usq; ad diem iudicij, aut ad aliud præfinitū tempus, siue innocentes, aut q̄s sibi placuerit ibidem quodāmodo p̄miare aut fouere gremio molliori. Quod credere, à fide nō est absolū, neq; meritorium siue demeritū.

Gen. 6.

Hortus conclusus, ordo uiuendi per originalem iustitiam, à q̄ licētarius nemini patet egressus: à quo si quis egreditur, in aliquā labitur culpam, sed nō impunitā. Nam famosum & præuium diluuium insinuat omnibus posteris, q̄ illi primi homines mundi originis, egressi fuerant ab horto iustitiæ originis, qui tam sæuiter iustissime sunt puniti. Omnis em̄ caro corruerat uiam suam. Hortus conclusus, ordo uiuendi per legem Mo-

saicam: ordo uiuēdi, hortus est, quem deus in primæuo conditionis humanæ originali iustitia circūclufit. Cui, sæpe ista manēt, sepe acerrimā mandatorū, sacrificiorū & ceremoniarū circūdedit. Conclusio uero illa, sub peccato erat. Inquit em̄ Apostolus: Conclusit scriptura omnia sub peccato, quia nemo iustificabatur per legem, quanuis infra ipsam staret̄ in clufus. Et ille hortus conclusus, alium hortū in fide habebat in clufum. Vnde Apostolus sequitur ad prædicta: Prius aut̄ quā ueniret fides, sub lege custodiebamur, cōclufi in ea fide, quæ reuelāda erat. Et hoc est quod Iezechiel præuidit, q̄ rota leui uelut in clufa erat in medio rotæ, scilicet fides in clufa in lege, tempore gratiæ reuelanda. Nouissime uero cū nobis deus pater loqueretur in filio, fecit nobis in ipso aliū hortum, miro & ineffabili modo cōclusum. Bonus iste hortus, in quo per carnem & sanguinem aut humanū semen nullus est ortus. Et in carne & per carnē ortus, nō saluabitur, nisi hic fuerit ortus. Et sic ortus, non uidebit summū bonū, nisi usq; in finem eum tenuerit, & ab ipso emiserit talis ortus. Ortus in horto, perferueret in horto, si cælestem appetit hortum. Hortus iste conclusus, fontē habet signatum. Ad quod in cāticis sequitur: Hortus conclusus, fons signatus. Lector ue-

Vide allegorica, uide qui legis moꝝ mysteria, Hortus ē cōclusus, fons est signatus, Sed quo? Signo crucis, ut nullus bibat, nisi crucis signū accipiat. Tau signari expedit, q̄s angelus exterminator seruabat illæfos, & crucis signo, qui de fonte gratiæ & diuinæ largitatis aquā bibere uolunt. Fons signatus est sacramentalibus signis. Sunt em̄ sacra, sacratissima rei signa. Signatus ē fons uelut liber Iohanni ostensus, signatus sigillis septē. Et fons ecclesiæ sic occultis signis manat atq; mysterijs. Et hñ fons in horto, in quem ingressus Iesus, fons. s. ecclesiæ diuinam redundans grām, signatus dicitur, ut à fontibus cæteris distingueret̄ nam aquā emanat & sanguinē. Et enim cum orasset Iesus in horto mēte profunda, factus est sudor eius tanquā guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Magnū signum est, à cæteris fecernēs signatum, q̄ fons sit iste sanguineus atq; coccine-

us. Et Ierichontina meretrix signū coccineum posuit ad fenestrā, ne cum cæteris male confusa periret. Signum à cæteris discernēs, sanguis est Christi. Hoc em̄ signo atq; sacrificio, ab omni alio populo feceruntur populus Christianus. Et in eodem populo præferuntur, qui sua corpora sanguine proprio signauerunt. Nullum euidentius Christianitatis signū, quā p̄ Christo sanguinem fundere. Hoc signo signata erat multitudo signatorum, quā Iohānes Euāgelista p̄ reuelationē aspexit. Habuit paradysus orientalis & delicias hortus, plantaria sua & arbores plurimas, inter quas oberrauit Adam. Habet iste hortus suas emissiones, habet malapunica, fructus pomorū, habet cyprū, habet nardū, habet crocū, habet fistulam, habet cinnamomū, habet uniuersa ligna Libani, habet myrrham, habet aloē, habet unguēta optima. Inter quæ recte uiuit iustus, & ad ordinē uitæ reuocatur erroneus. Hæc siquidem omnia mysterialia & allegorica sunt. Moralia sunt multitudo uirtutum signatarū in eis. Qui ergo legit, intelligat inuestigandi materiā legētib; dedimus. Deuinitanda prolixitas, ad alia festinare compellit.

Quid Christus patrem in horto orauerit, & quid ecclesia Christiū imitata, ibidē oret. Caput XXXIII.

Sed Christus orat̄ in horto, ut auferatur passio, uerunt̄ ad patris uoluntatem seipsum disponit. Hoc em̄ modo ecclesia seu fidelis anima orat̄ pro horto, ut sponsi & sponsæ similis sit oratio. Inquit em̄: Surge aquilo & ueni auster, & persia hortū meū, & fluent aromata illius. Ut aquilo surgat, petitur, uide licet & ut recedat. Et Christus recessum expostulat calicis. Et petitur auster, s. gratia calida spūs sancti: & Chrs ex gratia spiritus sancti, paternæ se subdidit uoluntati. Recessum ecclesia & ois fidelis anima desiderat frigiditatis: qm̄ ab aquilone pandit omne malum. Frigiditas enim animæ, innumera mala & bonorum negligētia operata est.

Aquilo frigidissimus est, ad cuius flatum horti non germinant neq; capi, nec arbores aut herbe aut uinæ gēmas, flores, siue fructus emittit, imo emissi deperunt. Et plerunq; ad flatū eius cōgelatur aqua. Sed omnino contrariū operatur auster. Hæc omnia, operante natura, didicimus, & ab autoritate scripturæ. Auster, flatus est spūs sancti. Qui si perflat hortū, ordinē siue statum uiuēdi, siue omne qd̄ nascitur diuina lege conclusum, forte insinuat. Aromata fluunt, oia uidelicet Christo placētia & redolētia, fluunt. Omne quod est diuina & canonica regu-

la conclusum, hortus est conclusus. Qui nisi perfletur gratia spūs sancti, aromata (scilicet uirtutes & earū acceptabiles actiones) penitus nō emittit. Aromata nempe, odoramenta delectabilia sunt. Nihil olfactui spiritali delectabilis in hac uita, q̄ uirtutum odor etenim supercælestibus subfantijs rationalibus placet. Vbiq; uirtus & actus eius, de sui rōne placent. Boni ac mali, uelint nolint, hñ iudicant de uirtute, actibusq; uirtutis. Satis ergo fluunt quæ in superna decurrunt. Perundiq; fluunt, quæ omnibus iure placent.

Alio uero sensu cum expetitur flatus aquilonis & austeri, uehementia tribulationis inquiritur & assistentia spūs sancti, quorū flatus sancta odoramenta decurrūt, & ad prouectū sanctū conueniunt. Tribulatio multa bona eduxit in lucē. Florere fecit psecutio sanctos uiros. Et spūs sancti flatus cōfirmavit corda bonorū, ut psecutio imminēs, tolerātia spūs sancti assistens, catholicā ecclesiam diuersis & innumeris sanctis fecerit germinare. Infirmas uero animas uarijs pullulare uirtutibus aquilo psecutiōis per gratiā austeri, martyres per sanguinē & mortē, auster gratiæ per abdicationē & iustæ uitæ cenfurā, innumera biles hoies in horto ecclesiæ dum flaret, fluere iā fecerunt. Aquilo psecutionis inuisibilis excitat̄ à satana, & insurgētis à carne corrupta, aut ab iniquis hominibus irrogat̄, in cognitiōe propriæ infirmitatis atq; miseræ animā peruenire suauit, & fecit impatiētiam insitam scire, cuius cōtrariū se credebat. Latet unusquisq; sibi, quousq; aquilonis flatus faciat experiri. Et si consurgat, q̄ non à psecutione uincatur, non suæ, sed supernæ cognoscat esse uirtutis. Necessarius est aquilonis flatus ei, qui appetit in sui cognitionem uenire. Imperfectiones in hominibus latēt: quas si quis posset aspicere, tolerabilis esset aspectus satanicus. Excitata psecutio, fecit patescere delitescēs: unusquisq; sibi apparet patiens, contumelia quiescente. Et castus sibi esse uidetur, qui impugnationē non patitur: & esse fidelis, qui non sensit inuisibilia dei bella, & inuisibiles pugnas quas immitit inuisibilis prædo. Auster aut̄ secus animā clarere uirtutibus fecit. Aquilo confringit & congelat aquas, & timor dei fluxibile mētem frenat. Auster uero, mali timoris cōgelationē resoluit, boni flatus australes, ad horti fecunditatē, uidelicet ad ecclesiæ aut animæ redimitionem, utiq; sæpe profunt.

In hunc hortum filij dei petebatur aduentus, & factus est: & ad singulos animarū hortos expetit, & imprætermisse fit. Inquit psecutio scriptura: Veniat dilectus in hortū suū, Cañ. 5.

uuu ij

& comedat fructū pomorū suorū. Verba eni
gmatica sunt. Et completam petitionē dile
ctus ostēdit, dicens: Veni in hortum meū foror
mea spōsa. Velut si diceret: Quod petisti, pfe
ci. Aut alio sensu, ut spōsa inuiter, ut in hor
tum ipsa ueniat spōsi dilecti, cum adiectione
illoꝝ quæ in aduētū in hortū noscuntur esse
peracta, scilicet, Messui myrrhā cum aroma
tibus meis, comedi fauū cū melle meo, bibi
uinū cū lacte meo. Ab hūana natura p idone
os uiros, p̄riarchas atq; prophetas, Chri pete
bas aduētus ad hortū, s. ad ipsam eandē hūa
nam naturā, quam in hortu, s. in orientali pa
radiso, primo plantauerat, seu ad Israeliticā
gentē, quā uelut hortū in se uerat & circūde
derat sepe legis, ut comederet fructus pom
orum suorū. Hi fructus per fructus, & p po
ma significantur & arbores, quæ homines
etiam ip̄a significant. Non enī simplex eius ex
pectabatur aduentus, sed ut comederet fru
ctum pomorū, id est, arborum suarum.

Comestio, approbatio est ciborū, aut quia
delectabilia sunt, aut quia utilia esse noscuntur,
etiam si amaritudinē ferūt. Comestio, incor
poratio est eorū denuo facta, quæ sumuntur
ab extrā. Comestio Chri mystica, est appro
batio electorum suorū & incorporatio ad se
ipsum. Comestio Chri, approbatio fructuū
arborū suarū, s. operū illorum, qui ab æter
no prædestinati, à diuina mēte sciunt, & in
corporatio ad seipm. Idcirco signāter dicitur,
ut comedat fructū pomorū suorum. * Singu
lis etiā anima hoc sedule, ut dilectus in hor
tū suū ueniat, & approbet si fecit iustos aut
dignos poenitentia fructus. Sed dilectus expe
ritus, aut uenisse se dicit, aut sponsam inui
tat ut ueniat: quod utrūq; illo comprehen
ditur uerbo, uidelicet ut aduētū dicat iam
factum, aut aduētū imperet peragendū, fa
ctum in spōso, pagendū in sponsa. Sed quo
quo modo se habeat ordo rei, cætera præter
mittēs, qd Chrs in hortu fecerit audiamus.

Myrrham messuit, quia contristatus est,
sudauit sudore sanguineo, calicē per uolun
tate suscepit à patre. Comedit fauū & mel, bi
bit uinū & lac, quia approbavit & approbat,
& incorporauit dulcedinē nostrarū uirtutū
atq; actionū dulcedine sua, & puritate uitæ
nostræ atq; mortū nostrorū puritate altissima
sua. Nam fauū nostrū cū melle suo, uinū no
strum cū lacte suo sua pietate assumpsit, cū
oīa bona nostra inseparabiliter sibi socia
uit, dans nris bonis pfectionē, suis nullam
diminutionem, ut apud omnipotentē deū sit
meritum capitis membrorum, & merita no
stra suis meritis unita conualeant, quæ sine
ipso omnino deficiebant.

Singulit

Ca. 5.

De mystificatione seu interpretatione Geth
semani. Caput. XXV.
Villa gethsemani huiusmodi mysterijs
correspondet, quæ uallis pinguedinis i
terpretatur. Pinguedo refertur ad flatum au
stri, s. ad gratiā spiritus sancti, cuius infusione
catholica ecclesia & oīs uere fidelis anima tri
uita uirtutis, & intus per charitatē, extra
per iugē operationē facit augmentū. Et Ia
cob & Esau p benedictiōe magna susceperūt
à patre Isaac, q in pinguedine terræ benedi
ctio esset eorum. Pinguedo terræ, operatio
exuberās est, quæ à gratiā flante pcedit. Ille
in pinguedine terræ habet bñdictionē, qui
opera bona in uirtutibus pfcit. Et Aser cū
bñdiceretur à p̄iarcha Iacob, declaratus est
q pinguis esset panis eius, & q delicias regis
bus daret. Habet ecclesia pingue panem, cor
pus scilicet Chri, & qui seipos uirtutibus re
gunt, reges sunt: & in isto pane deliciantur.
Omnis etiā fidelis & fidelis anima p rōnis re
gnū uocata regina, in isto pane fidei habet
delicias. Et oliua nolebat deserere pinguedi
nem suā, ut imperaret lignis. Quæcunq; ani
ma bonis affusæta opibus, & ardētibus de
siderijs aucta, non desiderat regnū aut curā
gerere sup alios, & uelut impedimenta decli
nat alijs in regimine cōmisceri, nisi talis ne
cessitas aderit, quæ sine peccato uitari nō pos
sit. Et quāuis quisq; melior sit, si cum alijs q
si singulatim est bonus, non tñ si alioꝝ curā
agit aut appetit importune, censendus est in
stus. Nullus deserat ofonis & deuotionis &
contēplatiōis pinguedinē, importune aut ce
lerit uocatus ad regimē. Quam enī Chrs, & de
uotione agitur: paternā, quam inuocat, con
tēplatur præsentiam in ualle pinguedinis.
Optimū enim est orare in hortu concluso, q
est in ualle spiritualis pinguedinis. Et meli
us ad se, quā ad alios sine certitudine alti
oris profectus, fieri. Sæpe multi propter alio
rum curā & regimē perdidērūt sanctam pin
guedinem, nec tñ alijs profecerūt. Nam non
petebant arbores, fructuosæ oliuæ imperiū,
sed saltus ligna sterilia. Fructuosi ad sterile
nulla conuertiō, & deuoti ad indeuotū, oran
tis & uagi, contēplatiui & dispersi. Holocau
stum pingue fieri petebatur in psalmo. Tūc
holocaustū pingue fit, cum omne qd offertur
Chro, charitate aut grā sp̄s sancti perfundi
tur: Et in alio psalmo petebat Dauid, ut ad
pe & pinguedine repletur anima sua, ut ex
ultando laudaret omnium conditorē, cum
dicebat: Sicut adipe & pinguedine repleas
anima mea, & labijs exultatiōis laudabit os
meū. Et Ezras post recitationē uerborū legis
& lectū populi audieris, ipm pinguiam comē

Mat. 26

Ludici 9

Mat. 6

Psal. 9

Psal. 42

Neh. 1

dere hortabat. Ecce saluator i hortu, ecce cō
stitutus ē in uilla pinguedinis ad nos, ad exē
plū uitæ agēdæ, fructū & exēplar opēꝝ eius.

De tribus à Iesu in hortu electis seu assum
ptis, & eorum mystificatione. Ca. XXVI

Um esset in hortu, tres elegit ex unde
cim, quos assumpsit ad altiora secreta.
Corā quibus est protestatus suam tristitiā,
quos ad secū uigilandum exhortatus est, Pe
trū, Iacobum & Iohannē. In qbus p̄termis
so qd mystice agitur, magna sunt nobis ostē
sa sacramēta p moribus. Nam trinitatē quæ
dam oportet habere hominē in magnis ago
nibus constitutū, sine qua frustra procedit
ad bellū, inuanū orat, in casum th̄orizat &
actuat. Primo necessaria est agendorū noti
tia, & p̄fundi uero lumine fidei, deinde de
bellatio seu uera supplāatio uitioꝝ, & assi
stēs gratia sp̄s sancti. Hæc trinitas in Petro,
Iacobo, atq; Iohāne ostendit, sine qua omnis
actio nostra deluditur. Quis enim iusta diui
na perficiet, nisi primo cognouerit? Quis p̄
cedit ad bellū, si nō cognouerit signū tubæ?
Si nesciuerit ducē, sub q militabit: Si uexilla
regia ignorauerit, ubi se colliget? Si pugna
re atq; repugnare nō nouerit, nōne deficiet?
Si nō agnouerit inimicū, quē percutiet? Aut à
q se cauebit, aut super quem uibrabit confu
gēs hastā? Si cōmilitones nesciuerit, q pugna
bit fiducia? Si doctus nō fuerit interdū insidi
as præuidere, nec nō cognouerit signū tubæ?
omnino succūbet. Expedit nēpe non igno
rare astutias satanæ. Semper nanq; colluctat
occulte, & sibi aptos homines uisibiliter ad
certamina mouet. Qui legē dei & Christi nō
agnouerit, quō legē eius implebit? Qui dei
uoluntatem, quam in nobis & à nobis fieri
CHRISTO docēte, petimus, ignorat, quo
modo faciet? Si foueas ignorauerit uitioꝝ,
incidit in eas. Si non nouerit rudimenta uir
tutū, nō decorabitur in eis. Ignarus nauigan
di, submerget nauē, aut non pueniet ad quie
tis portū: & qui nescit cauere periculum, inci
det in illud. Qui nescit abūdare cum habet,
suffocabitur in possessis: & nescius pati penu
riam, opprimetur ab illa. Ignorās uti cōces
sis, pmissis priuabitur: agnosceus uero, ere
gione in omnibus gradiet.

Luctare cum uitijs, uno illa magis expe
dit supplātare: peccatorū enim pondere pre
sus, iniquitatum sarcina prægrauatus, beatę
uitæ nunquā uidebit longæuit, nisi facta fue
rit supplāatio uitioꝝ. Supplanta in te pu
nitæ naturæ complacitū, & eius abnega uo
luntatē. Supplanta fragilitatē, quæ tecum in
oīni bono duellat. Supplāta pigritiam, quæ
tuū iam caput supgreditur. Esto uictor tui,

Christo desup præstante leuamen, & eris o
mniū magnificus triumphator. Velut pessis
mum inimicū statue teipm in cāpo spiritua
lis certaminis aduersus te ipsum, & supplan
tare festina, & omnis mundi amœnitas uer
tetur in fugā, & terga dabit prope re hostis
antiquus. Qui seipsum in occulto agone ap
prime deuicerit, nihil habet obstitens. Qui
secundum saluatoris sententiā odio habet
animā suam, nō dormiet, nisi luctādo sup
plāiet. Perfeuerās odiū animo & actū, quā
tum facultas cōcedit, impræter misse psequi
tur inimicum. Agit hoc odium malū. Odiū
uero euāgelicum, de suo aduersario magis
strenue triūphauit. Nullus alicui & seipso
ociuior inimicus. Nec enī ab alio q̄ à seipso,
* quifq; sp̄alia seu æterna nocumēta susce
pit. Mundus & diabolus nō possident alias ar
tes, in qbus se colligāt, aut alios campos cer
taminis habēt, nisi animas q̄s mūdus * dele
bit, & diabolus q̄rit ad p̄cnas: ac per hoc ne
cessariū factū est supplātatiuā habere ytuam.

Gratiā uero quæ scientiā iuuat & luctam,
oportet esse p̄sentē, sine q̄ uires hoim marces
cunt atq; uirtutes. Nam sicut sine uerbo fa
ctum est nihil in reꝝ creatione, sic sine ipso
grā factum est nihil in ordine uitæ agēdæ.
Sed quāuis diuersis uelis ipsa in mundi mari
uelificet, tñ cum illa quæ gratā animā deo fa
cit, uerus Chri agonizator incedat, & sibi to
to animo inhaereat: qm nihil noui prodesse
suscepta donap grā, nisi ex susceptis fiat re
sponso meritōꝝ. Non gratificat hoīem deo
id qd accepit, sed id qd debito feruitus &
possibili actione rependit. Bona sunt omnia
quæ p amorē à deo accepimus: sed nisi hō in
eis se iustis actionibus gratum faciat, ad ac
cipientiū p̄cnam & iudicium intorquetur.
Sed satis grata redditur anima creatori, si de
plenitudine amoris & magnitudine uolun
tatis rependit, quod nō ualet de plenitudine
operis. Inquit em̄ Apostolus: Gratia dei sum
id qd sum, & grā eius in me uacua non fuit.

* delatit

1. Co. 15.

Tunc enī suscepta grā non patitur uacuum,
cum ille qui accepit, ex omī se uirtutum usi
bus & exercitijs se coaptat. Gratia uero qua
innititur, qua proficimus, quā oculo fidei
aspicimus, quæ adiuuat, prouehit & dirigit,
à patre luminū est, & ab ipso descendit. Sem
per recte uolentibus adest, nemini deficit, ni
si ei qui primo sibi uoluntate defecit. Prom
ptitudo q̄ sp̄s sanctus uolentibus illā infun
dit, omnē excusationē causantium hominū
dirimit, & accusat oīs & ad iudicium cogit.
Ex defectu gratiæ infundentis, nullus habet
bit exceptionis aut excusatiōis suffugiū. Im
mutabilis est infinitæ largitatis autor, qui

Heb. 15. heri & hodie, ipse nunc & in secula seculorum, de factis non recipientibus aut tepidi, magis augetur ad crimem. Igitur trinitate sancta in nostris agnibus assumamus. Ordo uero rei gestae sic elucet: Sedet seorsum in horto saluator omnium Christi cum sanctis & electis testibus, & tristitia mentis aperit uocibus uerbis, dicens:

Mat. 26. *Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic, & uigilate mecum.*

Quid est quod corripit contritari Iesus & moerens esse? Non enim erat ex natura tristis Iesus, neque sibi a consideratione accidentibus inuicem poterat provenire tristitia. Sed accepit & ipse tristitiam, ad ueritatem insinuandam assumpti hominis, & compassionem ostendebat de perditis, qui uelut homo compatiebatur de sua passione damnandis. Interim hic philosophantur in docta doctrina, quod sapientes tristitia non premuntur. Etenim cum Iesus in quo sunt omnes thesauri sapientiae absconditi, usque ad mortem se tristari fatetur. Pia est tristitia Christi, & ab ipso sancte suscepta in horto pinguedinis, ut in ipso puniretur quod in horto primae uo male fuit letatus Adae. Et pro paterna iniuria similiter tristabatur, pro praeterita & imminente, quia erat eius filius iniustissime occidendus: & ut iniquitas, erat tractanda iustitia ut turpitudine, sanctitas: ut stultitia, sapientia ut dedecus, decus: ut perditio, salus: ut latro improbus, suorum dator largissimus.

Persectabat altissima mente omnium hominum, praeteritos, praesentium & futurorum, delicta & nefanda peccata, pro quibus diluendis oportebat sustinere dolores, in animo tristari, & in carne poenari. Et pro hominum ingratitude tristabatur, & acutius confodiebat ex ista tristitia, quam ex poena. Tristitia acrioris saepe fecit in anima ingratitude, quam dolor inflictus in corpore. Tristabatur & anxiebat spiritus eius, unus existens, pro omnibus dolens, & quanta breui temporis spatio ad emendam tot millium obligabatur annorum.

Scripta erant inuisibili stylo in anima illa omnium temporum momenta, ut imagines delinquentium, necnon & peccatorum uariae quantitates, similiter & qualitates, numeri & intentiones, tetraliter & lucide resfulgebant. Nam tetraliter, quia obscurae est lucide, quia sicut est, non tunc est. Tenebat ipse moeritudinem, non tunc tenebatur ab ipsa, pro eo quod excellentissimum opus inuisibilium animarum inclusae corporibus uastationem acceperat, non aliter reparandum, quam per mortem ipsius & sanguinem. Et erat excessus assumptae tristitiae atque moerentiae, quam coram se positus & electis testibus

uocem flebili ostendebat. Quae tristitia magnitudine astruebat amoris, ut tantum sciamus nos diligere, quod laetitia tristaretur pro nobis. Nemo tristatur nisi de damno dilecti, aut de re perditae quae inharebat amori. Et aequa laetitia appendant in aiabibus hominum circa eandem rem amor, cum adest, cum uero deperditur, dolor.

Terminus autem huic tristitiae appositus, animam in consideratione suspendit, cum dicitur, [usque ad mortem.] Sed ad saniores intelligentias animam conuertamus, mortem aeternam omnium, unius mortis uictoria superari credamus. Secundum Apostolum: Sicut unum, Rom. 5. us peccato mortui omnes tenebantur absorpti, sic unius iustitia multi reuocantur ad uitam.

Mors & mors, duro confixerunt duello. Mors Christi fiebat, ut destrueret omnem mortem. Mors omnium, scilicet ab Adam usque ad Christum, in omnibus generibus firmauerat sibi regnum. Proinde tristatur anima Christi usque ad mortem, uidelicet quousque mors Christi omnem mortem iustitiae pleno iure deuinceret. Nam in uictoria mortis Christi, mors omnium absorpta naufragata & a uictoria deuicta, uictoria praedicata. Unde secundum Apostolum: Absorpta est mors in uictoria. Et sequitur: Vbi est mors uictoria tua? Mors Christi omnium absorpta absorbitur. Per serpentem introducta est mors, & serpens deuorauit serpentem. Nam serpens Moysi cum esset Pharaoni in Aegypto ad prodigia faciendam exortus ex uirga, quam manu sua, deo iubente, gestabat, deuorauit serpentes magorum Pharaonis. Et Christus per similem serpentem dictus, mortem omnium sua morte deuorauit, ut mors omnium absorpta sit in uictoria. Noua & inaudita exercitatio ista erat, ut mors uinceretur a morte, necnon ex morte uita confurgeret. Ex hoc erat ista tristitia usque ad mortem. Et ut intellectus altior clarifescat, simpla erat mors Christi, quae duplicem nostram deuorauit.

Mortem incurerat humanum genus, a primo parente per omnes propagata propagine, in anima similiter & in corpore, rei experientia docete. Christus uero in corpore, non anima, unicum mortem accepit, quod debellauit & uincit. Hoc uero agere, magni exercitii erat. Et quod mentibus aliter intelligentibus plus accrescit, mors corporis unius hominis, mortem animae & corporum pariter interimebat. Quod tantum mors corporis aduersus mortem corporum decertasset, fecissetque uictoriam, magna utique fuisset potentiae: quod uero mors corporis mortem deuoret animarum, ipsarumque uita ex corporis morte confurgat, hoc omnium moralium scientiam praefendit: quod propensioris & diuini mysterij fide scibilis, fuisse opificium nouimus. Tristabatur ergo illa infinita & amabilis

his anima usque ad mortem, usque uidelicet nouis mortis occasus, antiqui mortis occasum excluderet, & occasus occasum ad uitam reuocaret. Quae festinat aliquid magni agere, tristat usque perficiat, & tristitia & sollicitudo in agendis anima se commiscet. Inaudita res, & insolita exercitatio, in qua contristatur dominus Iesus Christus, non ex eo quod deus erat, sed ex eo quod carne suscepit, sicut praedictum de ipso multum ante fuerat per prophetam: Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a uoce inimici & a tribulatione peccatoris.

Quam sit uaria hominum tristitia, & quae laudanda quae non: & qualis ea quam habuit Christus. Caput XXVIII.

Ed obmittentes quae dicenda parat suscepit materia, ex ipsa tristitia sumamus tropologicam & inuisibilem actionem. Non omnis tristitia laudabilis, neque omnis tristitia uirtuosa. Et multipliciter scriptura moerentiam comprehendit. Verumtamen quaedam tristitia noscitur, ad quam Christi exemplo animam debemus usque quaeque conuere. Tristatur non propter sua, sed propter aliena peccata. Tu uero propter tua lamentum & dolorem asume. Nam quod laetitia uana committitur, nunquam melius quam tristitia uera deletur. Et usque in anima proprijs uoluntatibus abnegatos nosmetipsos nouerimus, & mundo mortuos, ipsique nobis aspernerimus crucifixum, in consolabilem & irreuerentem tristitia anima ipsa possideat.

Renunt omnis anima consolari, memor facta tristitia Christi & poenarum operum eius. Tristari siquidem expedit eum qui deliquit, & moerentem esse qui commisit digna moeroribus. Semper enim in loco tartareo non ex alio luctus intransibilis erit, quam ex delictis atque peccatis. Temporalis & non facta tristitia, euasit aeternam. Et si Padus & Albula ex oculis hominum peccatorum lachrymabili processissent, quasi nulla recompensatio pro poenis remouendis aeternis. Facta est nobis in necessitate tristitia usque ad mortem, ut illam parati sumus prompte subire pro uita, si horum aliterum a quoquam in optione daretur, an sustinere mortem, an deserere in animo uel in actione uirtute. In his nempe quae habent asperum sensum, nihil morte tristius inuenitur. Proinde usque ad mortem tristitia fieri dicitur, cum quis pro diuinis agonibus illam subire reparatur. Christus in morte summum & ultimum sacrificium fecit pro nobis, & in figura & ueritate appellatum est sacrificium uespertinum. Et Ezras legitur moerens & tristis iterisse usque ad sacrificium uespertinum.

Tristabatur piissima tristitia Christus, uelut ardent diligens, cupiens liberare quem dili-

git, & digne placere dignis, offerre uolens semetipsum in sacrificium uespertinum, quo liberabatur humanum genus, quod ex creatione diligebat, & ex unione quam fecerat. Placitum uero paternum perficiebat ex animo, quia de ipso scriptum erat: Holocaustum pro peccato non postulat tunc dixi, ecce uenio. Non uitulorum aut hircorum, sed sacrificium Christi filij sui quarebat pater omnipotens. Ineffabilis tristitia nos diuerberet, donec fiat mors sacrificij uespertini: quod tunc plene peragitur, cum nil in anima & in sensibus remanet, quod non sit altissimo dicatum. Etenim in sacrificijs antiquorum, animalia macabantur: in sacrificijs Christianorum, occiduntur propriae uoluntates atque perperam actiones. Et uita naturae offerendum animal priuabatur & uita culpabilis, quae suadet corrupta natura, priuari expedit, semetipsum offerre uolentem in sacrificium ultimum siue uespertinum. Sed quousque animo fiat, tristitia libens ab animo non recedat. Si fieri omnino negabitur, tristitia aeterna cruciabit inuicem. Optimum est, tristitiam per tristitiam praenire per temporalem, aeternam. More hominum tristabatur & loquebatur Christus, usque ad mortem tristari se pandens, ad meditationem suae tristitiae, atque ad nostram tristitiam assumendam, sua expressio uerborum nos inuitans. Ac per hoc ostendit suo uerbo tristitiam, ut sciat. Ideo scire facit, ut intendat anima nostra in illas inuisibiles passiones, quae passionibus corporis uehementiores proculdubio extiterunt. Proinde uerbum flebile, amabilis uox: [Tristis est anima mea usque ad mortem.] Verbum capitis, ad seipsum membra transformatiue conuertens, ut sit communis inuisibilium passionum, etiam si sanguis non pro sanguine funderetur. Ab hac communione nullus fecernitur, nec excusationis suffugium inuenitur, quauis multi effugerunt, multiq; deuiterunt, & plurimi non inueniunt participationem irrogatarum & sensibilem passionum.

De sustinentia & uigilia apostolis a Christo, & nobis in apostolis indicata. Cap. XXXIX.

Ingre diamur, ut possimus, in illud secretum animae Christi, quae contristatur usque ad mortem. Unde tristatur: quae sine tristate: Vt que ad mortem. Quo modo ille inuisibilis & intellectualis sol, eclipsim tristitiae passus est: Unde lux quae omnem animam coherentem sibi, diuinis facit coruscare splendoribus, laetitij ineffabilibus replet, tristitij tenebras ad uocauit: Nam nihil dhabatur sibi inuicem, ut omni celeritate quaellet, a se poster repellere.

Aduocata erat ab ipso tristitia: iussa, non im-
portuna, uenit. Bonū est, ad illā per contem-
plationē fieri: sed melius, p̄ cōmunionē fieri
christiformem. Christiformis enim tristitia,
æternam post corporis mortē inuenit profe-
cto lætitiā. Idcirco ad sustinentiam & uig-
iliam, suos electos inuitat, dicens:

Sustinete hic, & uigilate mecum.

Non querebat illos tres in suo esse præsidio,
nec ad sui custodiā atq; tutelam eos uolebat
oēs esse intēros, q̄s paulo ante prædixerat in
eo scandalū oēs esse passuros: sed eos ad tole-
rantia & cōsiderationē eorū, quæ ab ipso age-
bantur, disponebat. Sustinet quis cū Ch̄so,
cum tædiū non patitur ex repentinis euenti-
bus, & ex subitis casibus anima melius robo-
ratur, neq; succumbit imminēte periculo.

Multi sunt q̄ hoies sustinēt, & multi sunt
sustinētes, sed nō cū Ch̄so. So dalē ad Ch̄m,
expedit fieri ytuose atq; meritorie sustinētē.

Sustinētia est quædā expectatio futurorū.

Sustineamus cum Ch̄so futura. Quāuis em̄
ex mundo abierit corpore, nobiscum tñ est
diuinitate, potestate, sacro, atq; dilectione.
Sustinet cum Ch̄so, qui nullo mœore in ex-
pectatione cōtrahitur: nec tēporis dilatio ani-
mā grauatur, nec animā afficit dilata pmissio,
nec in ofone anxiat, si non accipit illico qd
affectat: & semp eodē modo se habet in his,
quæ ad eum & circa eum diuina prouidētia
fiunt. Tentationibus nō opprimitur, q̄ cum
dño sustinet. Dicit em̄ scriptura: Fili, accedēs
ad seruitutē dei, sta in iustitia & timore, & p̄-
para aīam tuā ad tentationē, & deprime cor
tuum, & sustine. Qui agone diuinæ seruitu-
tis ingreditur, sustineat, si q̄ cōfluentia mala
& adiutorij dilatio & tēporis, non deterreat,
ne à iustitia decidat, ne à diuino amore disce-
pet. Verus sustinens, ad tentationem animā
parat, ne cum uenerit, inueniat imparatū, &
uelut improuidus subito elidatur. Et absq;
corde p̄ humilitatē depresso, uera sustinētia
non habetur. Sequitur etiā: Sustine sustenta-
tionē dei. Coniungere deo, & sustine. Chri-
stusq; dicit: [Sustinete mecum.] Qui cū Ch̄so
& prop̄ Ch̄m sustinere aliquid recusarūt,
pœnas nāciscuntur æternas, sacra dicēte scri-
ptura: Væ his q̄ pdiderunt sustinentiā. Quā
pdidit, qui ferre insurgentia & obiecta mala
recusat, qui conq̄ritur, q̄ de tēporis dilatio-
ne causatur. Qui seipm̄ sensualit̄ & cōpassiue se
diligit, oīno uerā sustinentiā abnegauit, nec
cū Ch̄so fortit̄ agonizante in sudoribus san-
guinis p̄ ytuē sustinet. Sensualis em̄ amor
atq; cōpassio, cum diuino agonista, diuine
agone agente p̄ nobis, nō pmissit fieri, quem

Ecc̄i. 2.

Ecc̄i. 2.

Ibidem

detinent in ueritate collegā, & uirtuti susti-
nentia libellū fecit dare repudiū. Sed ad susti-
nendū cū Ch̄so, & recogitandū cū qui p̄ no-
bis oēm uerborū & actuum & uerborū aduer-
sus semetipm̄ sustinuit cōtradictionē, sua ir-
reprehensibilis lex omni ratione cōstringit.
Ex hoc quippe loquebatur David: Propter
legem tuam sustinuit te domine.

Lex Ch̄ri honesta & irrephensibilis ē, san-
cta est, iusta ē, uerissima ē: æternas & incom-
phensibiles pmissiōes habet, prop̄ quā susti-
nendū est Ch̄s, sustinendū cū Ch̄so & p̄-
pter Christū. Ille uero sustinet propter legē,
qui propter euangeliū Christi nil ferre recu-
sat, fraudem nullā amat ex ipso posse contin-
gere. Ille sustinet prop̄ legem dei, qui prop̄
euangeliū euangelicis uirtutibus nō dese-
cit. Vnde p̄pheta fecutus adiunxit: Sustinuit
anima mea in uerbo eius. Quid est uerbum
eius: Verbum increatum. Omnia sustinenda
sunt propter uerbum increatum, et in uerbo
increato, quia omnia per uerbum facta sunt,
& sine ipso factum est nihil. Sed per uerbum
increatū omnia facta sunt propter uerbum, &
in uerbo increato iuste omnia tolerātur. Non
em̄ tolerata in uerbo, possunt aliquid boni
adimere tolerātū. Si per uerbum omnia facta
sunt, & sine ipso factum est nihil, qd depire
potest summo artificē qd depire potest oīa
facienti: quid depirere potest uerbo om̄ip-
tenti: quid depirere potest ei qui omnia fecit
ex nihilo, & sine quo nihil fieri potest ab ali-
quo: Et quod factū est, rediret ad nihilū, nisi
esset p̄ quod facta sunt oīa, uerbū. In altissi-
mis pambulabat cōsident̄ anima David, cū
dicebat: Sustinuit anima mea in uerbo eius.

Cuius eius: Om̄ipotentis dei. Quod est uer-
bum om̄ipotentis dei: Verbū incarnatū, q̄
ybum caro factū est, & habitauit in nobis,
Sustineamus oīa insurgētia & irrogata yba
& ybera, & si qd sustinentia iustæ specimen
secum portat, in ybo incarnato, ad qd om̄is
ratio nos cōpellit, q̄ prop̄ nos ybum caro
factum est. Fratres, nō in natura diuina, sed
p̄ grām in hūanitate ipsius, sumus. Dedit em̄
his q̄ credūt in noīe eius, potestātē filios dei
fieri. Si filij dei, ergo fratres incarnati uerbi.
Sustineat frater cum fratre, clamat em̄ omni-
bus nobis melior noster: [Sustinete hic, &
uigilate mecum.] Sustineamus in ybo eius.
Quod est uerbum eius: Verbum promissionis
est. Merito ergo sustinendū est, q̄ p̄cedit
de labijs eius, nō faciet irrita. Iurat em̄ per se-
metipm̄, q̄ ybum hoc faciet qd promittit.
Proinde sustineamus in uerbo dei, & cū uer-
bo dei, ad sustinentiā nos inuitat. Altas em̄
& ineffabiles pmissiōes ex eius ybo susce-

Psal. 116.

Psal. 116.

pinus, quæ non irrita fient, si cum ipso & in
ipso & propter ipsum uoluerimus sustinere.
Aduigiliam æque inanimat, ut ad internā
speculationē uigilia referatur, ut agoniā eius
atq; tristitiā, & oēm cōgressionē eius atq; p̄-
cessionē ad pugnā & debellationē tetralium
mēte sedula speculemur, & cōfigurati similitu-
dini tristitiæ, agoniæ atq; imaginī mortis eius.

¶ De uehementia orationis Christi in horto
ad patrem, & quo studio ea nobis
imitāda. Caput XXX.

His dicitis: progressus est pusillum Iesus,
quantū iactus est lapidis, separatus ab
eis: & procidit in faciem suam, & profunda
mente orauit, dicens:

*Pater mi, si possibile est, transeat à me
calix iste. Veruntamē non sicut ego uolo,
sed sicut tu.] Sic orans prima uice, nullum
respōsum in ofone uiscipiē, uenit ad disci-
pulos suos tres, s. Petrū, Iacobū & Iohannē,
& inuenit eos dormientes. Et uelut incre-
pās eos, q̄s ad sustinētiā & uigiliā in duxerat:
dicit Petro: Simon, dormis? Non potui
si una hora uigilare mecum.] quite paulo añ
asserabas, te mecum in mortē uenturum?*

Vigilate & orate, ut non intretis in ten-
tationē. Spiritus quidē promptus est, ca-
ro aut infirma.] Itē secundo reliquit eos,
& abiit, & orauit, eundē sermonē dicens. Et
reuersus ad discipulos tres, dormientes inue-
nit, quia eorū oculi uehementia grauabant.
Et nihil eis dicens, ad ofonē tertio ē reuersus.

Et factus in agonia, prolixius orabat,
eundē sermonē, quē primo & secundo dixe-
rat, repetens. Vbi tanta est suffusus ofonis ue-
hemētia, ut sudor efficeretur sanguineus, p̄-
fluens in terrā. Cui angelus apparuit, ut ho-
minē, eū in agone cōfortans. Sed quibus uer-
bis eum alloqueretur, aut in q̄ effigie appare-
ret, per euāgelistas minime claruit, cum hoc
om̄ino mentes in admiratiōe suspendat, q̄ si
bi de nouo angelus appareret aut quōlibet
loqr̄tur, qui oēs nouerat, secumq; habebat.
Sed hoc in idem redit, q̄ deuicta tentatione
desert, sibi angeli de nouo ministrabāt, qui
ab eo q̄ creauerat, imprætermisse sibi assiste-
bāt. Sed nouitas hæc nō ex forma dei, sed ex
forma geritur ferui, hominisq; suscepti. Præ-
ter illā ualidā & clamorā ofonē, quā Ch̄s
in cruce cōpleuit, nullā ipsius & alieuius alte-
rius efficaciorē & intensiorē ofonē legimus
q̄ hortale. Dimittit uerus orator discipulos
octo, dimittit & tres, & totū ad seipm̄ se colli-

git, ab oibus corpore segregatus, sub inde-
terminata mensura, uidelicet quantū iactus
est lapidis. Cautū fuit à spū sancto, ut sic euā-
gelista describeret. Nam p̄pius & longius la-
pis pōt projici, prout ualitudo minor & ma-
ior fuerit iacentis, q̄ntitasq; & grauitas lapi-
dis proiecti. Proinde melius sub indistincta
mētura describitur, q̄ si determinata mētura
iactus lapidisq; poneretur, ut nunq̄ tantū in
hac uita Ch̄s ab aliq̄ elongetur, q̄ cor lapi-
deū hoīs, etiā peccatoris, ad ipm̄ nō possit, si
uoluerit, plene cōuerti, fieriq; particeps illius
p̄fundissimæ ofonis, q̄ se paternæ subdidit
uoluntati, ut p̄ nobis calicē biberet passiois.

Segregatus orat in horto saluator. Et solū-
tum loci tenet, & corporis amicum habet mi-
noribus sitū: in q̄ monescit nobis, ut qui ad
patrē p̄funde disponit mentis alloquiū, etiā
in uirtute charissimos intermittat, & q̄ uel-
lent in eadē actione fore cōsimiles. Tempus
est psalmodiæ, t̄ps hymnizandi cū multis, &
t̄ps q̄ uerus orās, etiā uere orantē nō sentiat.
Tempus q̄ per seipm̄ uotū suum apud deum
unusquisq; deponat. Non semp in concentu
aut in synaxi est orandū, sed si uox iuuatur à
uoce, spūs etiā iuuatur à spū. Melodia spiri-
tuū, utilior est q̄ uocū: & ipsoy cōcordia gra-
tior, q̄ uerborū. Hæc siquidē agit uer melius in
absentia corporū præsentia. Ofonem forte fe-
cissent apostoli cum Ch̄so, si secū ad orandū
duxisset. Ofonem eis indixit, ut p̄ se orarent,
corpore discollegatus ab eis. Qui soliloquiū
um q̄rit ad deū, nil iuxta se habere uelit natu-
ra p̄pria morū habēs, imo p̄ posse deuitet, si
ueronale, siue irrationale consistat. Vitandū
etiā est dum oratur, qd mouetur ab aura.
Improuise habuerunt hm̄oi sape mentis spi-
cularrecurare. Si sanctus est collega quē ha-
bes, dimitte interdū prop̄ æternū, cui te mē-
te collegare disponis. Bonū semp est, ofonē
ofoni cōiungere non aut semp utile, corpus
corpori in ofone sociare. Vnusquisq; propri-
um habet affectum, cuius hūiliter petit esse
ctum: & appropriatum defectum, aduersus
quē interpellat: & uulnus, super q̄ petit cata-
plasma diuinū. Vbi fuerit in æq̄litas affectio-
num & locorū, erit aptissima solitudo. Vbi
unusquisq; propriā p̄ se causam habet, ad res-
gem p̄ seipm̄ loquetur, ut excuset obiectam,
aut excipiat cōpendiare, aut sua intercessio-
ne quēpiam tueatur. Diffundunt etiā pluri-
mi ofonē, ut uirtutis inuisibile fiat augmen-
tū, ut refrenetur satan & cōsimiles eius, ut pa-
retur aditus ad exercēda diuina. Ac per hoc
ubi maior erit affectus ad singula, maior erit
deuotio singulorū. Secreti eiulatus & sime-
plices, rigorem regis inuisibilis inflexerunt.

2. Co. 5. Si dicente Apostolo, ad rōnem reddendam unusquisq; p se cōstituentus est añ ineuitabile Chři tribunal, per se unusquisq; causam suam añ dijudicationis horam pficiat, remotis testibus, corā Chro. Plurificatur saepe cū socijs intellectus, & mēs distrahitur & recur uatur. Propter ofonē & intentionē eius fieri singularē, maximā dixi esse uirtutis. In psalmodijs & hymnis & ofonibus atq; horis, in synaxi, oīs singularitas condēnat. Boni sunt & sancti catholici ritus, q̄s statuerūt p̄ses antiqui. Bona est ofo quā ab oībus emittit cū concentu, bonū est cū multitudine pfalleret obedientia em̄ feruatur & charitas. Et quod uno dicente ab altero intermittit, media charitate suppletur. Dum em̄ alternatim hymnizatur & psallitur, una res dicitur & tacetur. Nec non & alternatio psalmodiā plerūq; nō pmisit in his quā dicitur, includere intellectum, aut illa morari p modicū ad aspectum eius: sed uelut aqua fluminis, quā alia supueniēte decurrit: sic qd̄ alternatim dicitur, desinit, nec haustum dulcedinis pręstat. Et dñ alter alternans expectatur ut dicat, cito labitur qd̄ delectat. Et alternantiū ex mora tēdiūm pręcauetur, ne delectabilit̄ furgatur qd̄

*furgat
*pmittit

*premitur. Et illa cōsideratione, si nimia plixitas aut breuitas fiat, cōsiderationē dictōz & inclusum sapore inhauste oīno exclusit. Non em̄ eodē momento multa & diuersa recipit intellectus, aut in diuersis delectatur affectus, successiones em̄ tempoz & actū, habent similit̄ & uices. Tamen obedientiā sanctā uirtute, ista nō ascribunt ad crimen, magis uero effectum deo grauitū habent. Igit post oēm synaxicā ofonē, oportet fieri ad se ipm̄, & qui ad specialē p obedientiā obligat, & qui p publicā Christianā uitā iustitiam & consuetudinē canonicā & antiquā patenter psallunt, aut in oratorijs & ecclesijs orant oculta necessitate, coguntur ab alijs abstrahi, & ad seipos fieri, ut in cubilibus mentiū atq; zetaz gemant, cōpungantur, & clausis labijs, cordibus alte clament.

¶ Orat inter arbores IESVS, quia int̄ arbores peccauit, non orauit, Adam. Inspiciat & sequatur orantem IESVM, qui per orationē ascendere in superna disposuit.

¶ De Christi in faciem super terram procidentia, & quid nobis per eam in orationibus pręmonstratur. Caput XXXI.

Mat. 26. **P**rogressus pusillum, procidit in faciem suam. Bene procidit in faciem suā, quia p suam notitiā, deo dedit altissimas preces. Procidit in faciem, genuflexit capite inclinato, & in terrā uultu defixo. Nam qualis

erat consistentia mentis, in eadē transformabat & corpus. Subiecta em̄ erat per oīa Chri aīa uolūtati paternā. Alius euāgelista dicit:

Procidit super terram.

Terrenos em̄, non cęlestes uenerat liberare, Procidit sup̄ terram, quia de terra terram humanitatis assumpsit, quā de terra ipse cęlestis uenerat erepturus. Homo de terra, deus de deo erat. Procidit sup̄ terram, ut maledictio terminaretur Adā, quā dictum est: Terra Gen. 3. rāes, & in terrā ibis. Ipse de terra natus Adā. Procidit sup̄ terram, sup̄ humanā terrā inclinatus: querebat illā imponere super cęlum, ad quod possidendum creata erat. Solentior uerbo alius euāgelista dixit:

Positis genibus.

Effectus & signa in oībus capiuntur ex hoc, q̄ qualis est in uirtutum actiōibus anima, in correspondentibus actibus statuit corpus. Anima p omnia humilis, in ofone, motu, gestu & in omnibus moribus, corpus deprimit & inclinatur. Et casta, conuertit & sensus, & oēs corporeos lubricosq; motus sua lege refrenat. Patientia querimoniā resonare nō sinat, & corpus exponit ad pēnas. A passionibus libera, fecit corpus iniuriāz flumina p̄transire. Charitate affecta, detexit thesauros, & corpus & res in usum tradidit proximoz, nec eoꝝ prosperis ex inuidiā maledixit, nec signo uel uerbo quæsiuit ab aliq̄ dignitatē: despectis contenta sodalibus, deuittauit peccata frequentare. Vtensilia p necessitate dūtaxat, non p pascēdis oculis requisit. Et oēm ornātū corporis sub anathemate iudicauit. Naturā cōtenta refugijs, corpus ordinauit in uictu: Christiformis facta, in cibo & potu & asperitatibus crucifixit.

¶ Infallibilis est regula, q̄ qualem consistentiā habet anima, in talē ab extra conuertit & corpus. Equidē & per simile, consistentiā exterior corporis, signū uerum aut fallax est consistentiā mētis. Vex̄ dixerim, pro his qui simulatiōibus carēt: fallax uero, pro his qui detinetur ab eis. Bene aut̄ procidit in faciem oīs orans, qui notitiā oīm quam habet rōnis & fidei, in humilē deprecationē cōuertit.

Agonizataz Christi sciētia & notitia qualibet, non elationē, sed humilitatē prętendat omnimodā & inclinatur ad obedientiā oīm pēnarum & mortis. Ex hoc forma uirtutū oīm Chrius, mente & corpore pelius, supplex suam petitionem orditur, monefaciens omnibus nobis, ut dum anxietur cor nostrum ex aliquo, formam inditam obseruemus. Inquit enim:

Mat. 26. **P**ater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu iuis. Motiuum proinde habet oīs ofo, & determinatū aliquid oīs orans intendit, a quo mouet qui orat. Pręuuis atq; pręfixus finis, motor est oīs agentis. Igitur Chrs ut homo, ab aliquo fine ad orandū mouetur: ut deus, a nullo qui supra sensualitatem assumptā humanitatis uerificans. Cui mouenti cōsensit & ratio, quāuis se non exaudiri pręnosceret. Expediebat omnino, ut sensualitati mouenti ad petendum, ratio consentiret. Aliter em̄ fundetur ofo, cuius effusio tota & totē, rōnis est, non sensualitatis, quanquā contradicandi potestatem semper ratio ipsa possideat. Ab instanti suā incarnationis, Chrs omnes futuraz pēnas aspiciēbat in anima: sed nunc super rationem incumbens, pro sensualitate orans, sensum passionis ab ipsa petit auerti. Cuius petitiōe peracta, per eandē rōnem id quod p sensualitate postulauerat paternę uoluntati, hoc suum est proprium, postulatū remittere melius decernenti.

Pater mi, ab æterno uidelicet deitate.

P̄ mi, & nullus alterius, p deitatis naturā.

Pater mi, per æternum amorem.

Pater mi, qui omnium p̄ beneficis es.

Pater mi, & oīm, sed mi plus quā oīm.

Allocutio pia, allocutio humilis, allocutio amabilis, inflexiuam possidens oīno uirtutem. Hanc allocutionē oībus orare uolentibus prędocuerat, dicens: Cum oratis, dicit: Pater nr̄. Sed ipse singulari filiatione atq; amore dixit: Pater Mi, & non, Noſter.

Pater in græco, genitorem sonat in latino. Qui generat, aliquid diffundit in geniro. Generauit omnia sua potentia deus, & aliquid diffundit in genitis, non de sua substantia, sed p similitudinē quandā. In filio suo æterno totum semetipm̄ infudit, quia totus in filio p̄, & totus in patre consistit filius. Ex his quā Chrs habebat a patre, ipsum alloquebatur. Ex his quā accepimus a genitore omnium deo, ipsum supplices & suppliciter exoremus, cephalicā ofoni ofonem nr̄am, nos qui sumus membra, iungentes. Sed inquit Christus: [Si possibile est.] Quid sibi uoluit appositā & dubitata conditio? An uertitur in dubium, si suam potentiā aliquid subterfugit: Certum est q̄ omnipotenti, omnia sunt possibilia, & nihil uult quod non possit, nihil potest quod nolit. Vnde possibile transefertur de potentia in uoluntatem, ut si uelit, possit: non possit, si nolit. Et inquitur, si decretum mutatur æternum, cum eum sic mo

ri fuerit ab æterno pręuifum. Et si firmū manet æternum consilium, si hoc opus est etiam qua rōne mutandū, cū saepe deus opera mutet, firmo manente cōsilio. Alius uero euāgelista euidentiori uerbo scripsit:

Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. Mar. 14.

ut ex isto tollat illa conditio, si possibile est, cum de potentia nulla sit ambiguitas, quin potest quā uult. Ideo alius euāgelista uigilantiori uerbo dixit:

Pater, si uis, transfer calicē istum a me. Lu. 22.

ut omnino potentia in uoluntatem trāseat, & uelle atq; posse, diuersitatem non habeat in diuinis: quia omnipotens deus, non potest quod non uult, nec uult quod nequit efficere. Potest quod uult, uult & quod potest. Ac p hoc saluator oīm Chrs tale pręnosces mysterium, ex eo quod orat, non dubitans potentiam, uoluntatē interpellat paternā, quod uerba secuta declarat: [Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu iuis.] Hęc em̄ omnis ofonis est cōclusio uerior, ut nihil uelimus, nihilq; petamus, nisi quod dare uelle credimus bonoz omnū largitorē. Im proba est petitiō quā datoris sup̄gredit uoluntatem. Digna exauditione cognoscitur, si submittitur uoluntati. Abba, non scripta charta coram deo est formanda petitiō. Dislaniabitur in exprobratione petentiū scheda exarata, si grata nō fuerit largitori, maxime si persistitur in petendo. Et quia nescimus quid uelit impendere diues in oībus diuina maiestas, omnis nr̄a petitiō in sua est uolūtate claudēda. Sic em̄ saluator ipse p̄docuit ut orando diceremus ad p̄sem: Fiat uoluntas tua. Hęc est em̄ oīs perfecti hoīs tota & indubitata perfectiō, uoluntatem habere in oībus deiformem, & factionibus p̄ficere si sciētia certa seu fide nouerimus. In plerisq; nāq; codicis euāgelici scriptis dixisse resperimus saluatorē nr̄m, & in nr̄is moribus ducem hanc, ptulisse sententiā: Quia descendi de cęlo, non ut faciā uoluntatē meā, sed uolūtate eius q̄ misit me. Apostolis uero hęc sitatibus de cibo eius, cū eū ad puteū reperissent, r̄ndit: Meus cibus est, ut faciā uolūtate eius q̄ misit me, & p̄ficiā opus eius. Et alibi: Non q̄ro uoluntatē meā, sed uoluntatē eius Iohā. 5. qui misit me. Qui uero facit uoluntatē dñi, oēm spūalem affinitatē seu propinquitatem habet ad Chrm̄, ipso dicente: Qui facit uolūtate patris mei q̄ in cęlis est, ipse meus fr̄ & soror est. Magis propinquitatem spūali ab Christo astringimur, si p̄ficimus uoluntatē paternā, quā ex eo q̄ assumpsit humanitatē nr̄am.

Mat. 6.

Iohā. 6.

Iohā. 4.

Iohā. 5.

Mat. 12.

Rom. 12. Ad hoc in suis scripturis exhortatur Aposto-
lus: Probetis quod sit uoluntas dei bona, & bene-
fica, & perfecta. Hoc idem ad Ephesios scri-
bit: Nolite fieri imprudentes, sed intelligen-
tes quae sit uoluntas dei. Nulla maior impru-
dentia, quam scientiae diuinae uoluntatis ha-
bere caritatem: & intelligentia uariata nulla ma-
ior, quam ipsius certa seu per fidem notitiam
nulla uero utilior, si deducatur ad actum.

Psal. 142. Quod praenotescens Dauid, petebat anxie ipsi-
us habere documenta, dicens: Doce me fa-
cere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu.
Non simplicem petebat habere ipsius scien-
tiam, sed actiua. Nam in expeditione uolun-
tatis ipsius, omnis actiuorum est merces, ac con-
templatiuorum excellens exoritur praemium.
Sed multi causantur in excusatione fallaci,
scuto uitreo se tegentes, ipsius negantes ha-
bere notitiam, ac si non culpate uiuunt, dum di-
uinam uoluntatem ignorant. Sed Apostolus
ad Thessalonicenses scuta uitrea fregit, & se
fallaciter excusantes, uno uerbo fecit appa-
rere culpabiles. Inquit enim: Haec est uoluntas
dei, sanctificatio uestra. Mandata uero sacra-
menta uirtutesque sanctificant, & per illa nos
facit & approbat sanctos omnipotens pater,
quae in sancta ecclesia tubis uiuis altisonanti-
bus per fidem ex scriptura diuina didicimus,
& discere potuit omnis adultus, iudaeus siue
paganus, ut nemini pateat excusationis suf-
fugium, diuinam uoluntatis notorio aduersa-
nti. Orat Christus multa passurus ex huma-
no sensu, ab his liberari desiderans, sed decre-
tum praepositum omnino paternum. Non rescin-
dantur a capite membra ratione uel moribus.
Ad quod se ratio Christi subdit, omnis subda-
tur oratio rationis, ut nil uelit orans remoue-
re in sensibus asperum, aut amicum inquirere,
nil dirigi suo iudicio, nil suae consentaneum
rationi, nisi quod diuina decreuit autoritas, &
quod ratio peteret Christiformis.

¶ De nostrae uoluntatis ad diuinam in oran-
do conformitate. Caput XXXII.

Conformitas uero nostrae uoluntatis ad
deum, hac tripartitiōe peragitur, ut ue-
limus quod uult, & quod non uult, omnino
nolumus: ad differentiam uero uoluntatis, in-
differentia semper sistat. Nec ex hoc quisque acci-
piat in diuina uoluntate aliquid indifferens
permanere, necque per uices rerum & tempore
ipsa mutetur: sed pro sua intelligentia sic acci-
pi, quoniam multa sunt quae utrum deus uelit an non,
certam scientiam non habemus. Omnia quippe
quae de conformitate nostrae uoluntatis
ad deum dici possunt, isto sermone claudun-
tur, quo Christus orauit ad patrem, ut non solum
in tolerantia passionum, sed in omnibus uolun-

tas in fallibilis sua fiat. Impossibile penitus
erit, sic in ueritate orantem, non exaudiri.
Nam propheta quousque lamentabat pro Ierusalem,
dicens: Opposui tibi nubem, ne transeat ofo.
Prohibens penitus est, quod transitum im-
pedit euntis. Nubes, radiatis solis ad nos
pe consueuit transitum impedire. Profundi
est intellectus, noscere illam nubem, quae ad
ofonem nostram se obicem facit: & qualiter se
obiciat, expedit scire intente orare uolentem.
Luce clarius mentibus hominum illucescat,
bona uel mala nostra cogitamina, uerba uel
opera, nihil habere obstitens, quin ante di-
uinum conspectum perueniant, etiam antequam
fiant: sed usque ad deum tunc transire dicuntur,
cum nihil secum portant unde improba-
tur: tunc uero quopiam obstitente non transi-
eunt, cum secum ferunt unde reproberentur.

Nubes autem, quam deus opponere dicitur
ne ofo transeat, orantium est sensualis aut re-
tenta uoluntas. Non enim propheta insolenti
aut improuiso sermone locutus est, cum nu-
bem obstaculum ofonis expressit. Nam sicut
ut nubes ex exhalatione terrae atque paludum
efficitur, & uisibus obstat, ne usque ad superio-
ra lumina usitato more perueniant, & lucifusa
pernae, ne partibus inferioribus solitis splen-
doribus fulgeat: sic sensualis aut retenta uo-
luntas surgit ex carne, nascitur ex terris, pro-
uenit ex placitis, exit ex asperis toleratis, aut
uti quae toleranda sunt: quoniam se ipsam esse
deum querit inflectere, non ipsa subferri. Quae nisi
sua ratione uictoriosa uincatur, & in diuinam
se transferat uoluntatem, ut ipsa, non nostra,
sit nubes ob ex officio, ut ad deum nostram ora-
tionem transire non sinat. Non transit ad de-
um ofo, quae non in spe utili aut in re repor-
tat optatum. Nubilosa uoluntas est, quae sus-
is directionibus insistit & gaudet, quae in di-
uinam uoluntatis se non transtulit claritatem.
Proinde omnis anima pro caelestibus certans,
cum ofonem effundit suam ex animo coram
deum, cum gratias actiones & laudes iure praee-
cedentes exoluerit: aut nihil distinctum pos-
tulerit, aut si postulauerit distinguendo, totum
in diuinam traiecit uoluntatem, quoniam ipse
melius nouit omne nobis expediens, quae feru-
idus feruide orans. Sanius cum infirmo agitur,
si non frigidam & appetitam aquam pro
aestu febrili, sed bibat calidam iudicio medici.
Aestimatur saepe infirmus utile quod est noxi-
um, Contra quae medicus altiori prouidentia
fanxit, ut quod est utile aut minus laedens con-
ferat, denegat quod delectat. Et infans tutius
us relinquit in plorantibus, quam sibi ad so-
latium concedatur gladius quae petebat acu-
tus: quo accepto, forte laederetur a seipso per-

manuductile incautelam, & daret merito
eiulatus & lachrymas. Non autem accepto illae-
sus infantiliter gemit, cui consolatio praeter
lesionem festina succedit. Non est nostrae scien-
tia, petere quae utilia sunt. Hoc etiam asserit
Apostolus ad Romanos: Quid oremus, ne
scimus. Solum nouit artifex quid ad comple-
mentum expedit operis. Ipse infallibilis sen-
tentia iudicat, unde pericere aut persistere opus
habet, ex quo melius omnis nostra ratio atque
oratio terminatur, si abnegata per omnia
in diuinam trahitur uoluntatem. Ab aeter-
no namque disposuit, nouit atque uoluit bona
data dare petentibus, & meliora penitus quam
petamus. Perfoluatur laudes, perfoluantur
gratiarum debita actiones. Sint in delectatione
ceptorum chartae in nostra memoria. Inspicia-
tur inuisibile chirographum obligationis nos-
trae ad deum per donis muneribusque susce-
ptis. Videamus stipulationem solennem in sen-
su cordis inuisae contractam inter nos & deum,
sub qua hypotheca quantumque census red-
dimus iustissimo exactori, cui omnia pleno
iure debentur. Haec si sedule in animo deuol-
uitur, iustae damnationis sententia omnes per-
mit, ut etiam amoris scintilla in ueritate non
repederimus ei, qui praueuenit amando, & de-
no esse in esse produxit. Quid enim ex nostra
uoluntate petemus? Qua insistemus audacia,
cum ex aduerso nobis in gratitudinis crimine
obstitat: Iuste condemnatus ex habitis, suam
non habeat uoluntatem, quia nec habet iusti-
tiam in petendis. Dicat igitur supplex orans:
Domine, uoluntas tua, non mea, fiat. Non enim
aliter sane intelligentibus haec petitio sonat,
quam ut misericordia dei concedat quid iusti-
tia denegat. Indubitanter a diuina iustitia
improbatur, qui propriam in orando praefe-
rit uoluntatem. Et si quid humano sensu aliquando
in oratione profertur, non persistatur ex aie
neque uerbo, sed Christi exemplo postquam ratio
interpellauit ad regem uel sensualitatis ami-
ca, sine interpellatione se subdat superno iu-
dicio, dicens: Verumtamen non mea uoluntas, sed
tua fiat. Postulat inuisibilis ordo iuris, ut ra-
tio aduocatus pro sensibus, in instanti fiat sub-
dit infallibiliter omnia disponenti, Chris-
tus tota uitae perfectio, & imperfectis ali-
quid imperfectionis in suis moribus praero-
gauit, a sua perfectione non cadens, unde non
diffideret, si per sensualitatem, non tamen ex uitio, in-
terdum aliquid postularer, dum emissa postu-
latione in uoluntate diuinae petitum retorquet.

¶ Cur toties replicauerit eandem orationem
Christus. Caput XXXIII.

Sed ubi eandem postulationis sententiam re-
spexit saluator omnium Christus, mirum

quiddam mentibus nostris accrescit, scilicet
cur tot uicibus iterauit sensualitatis exopta-
men. Sed si spiritus attendimus promptitudinem,
eo feruentior orat in illo spiritus, qui magis sensus
infirmabatur humanus: & ad subdendum se
deo ratio firmior, qui sensus ad respuendum
quod erat asperum parabatur. Et ille inuisibilis
& pro parte sensibilis agon, magis fie-
bat ad ostendendum uictoriam rationis, qui
ad insinuandam fragilitatem humanitatis,
ut semper unus & idem mente constant inueni-
retur saluator omnium in humana & insita ra-
tione, qui unus est cum patre & spiritu sancto
in unitate diuinae substantiae. Nec non & tri-
nitas significaba: ut in omnibus gestis eius,
ideo triplicauit illam ineffabilem & sacratissi-
mam orationem. Et patri fundebatur oratio,
quam filius ipse in aeternum humanitate fun-
debat, & spiritui remittebatur, cum dicebatur:
Non mea uoluntas, sed tua pater fiat. In lege
autem scriptum est, quod in ore duorum uel trium
testium stat omne uerbum uestrum, proinde Christus ex
tribus assumptis testibus & totidem actibus,
esse uerum asserit quod agebat. Prerogata est
forma orandi ex gestibus saluatoris. Et tu
cum oraueris, formam suscipe hominis pro-
pter delicta propria ad exitiale supplicium,
cui patibulum ex forefactis iustitia praeparauit,
& cum interna conscientia premit & mordet,
seipsum interne dijudicans, dicat: Merito haec
patior. Nec audeat aliquid iudicem irrogare ca-
lumniam, propriis criminibus accusantibus con-
globatim. Et maioribus urgetur doloribus
quia deliquit, quam quia in interitum uadit.
Eius uero similitudinem non assumas, qui
mala fecit digna poena, sed morte turpissi-
ma, & de iudice querulatur, uehementius
dolens quod patitur siue moritur, quam quod
commisit homini poena plectendum. Talem ty-
pum assumens, etiam ex animo fundat poenas,
nubem habet oppositam. Typo autem primo ue-
stitus, postulas magnam dei misericordiam
super magnam miseriam, assequitur saepe pe-
titionis effectum.

¶ De uigilia apostolis a Christo indicata, sed
nec per horam seruata. Cap. XXXIII.

Saluator prima uice oratione peracta, non
sacripies ut homo responsum, passibili hu-
manitati siue carni susceptae se donans, uni-
onem in diuisibile seruans, ut homo uerus pa-
uens & tadio se afficiens, reuersus est ad il-
los tres, quos in observatione reliquit, & secum
sustinere atque uigilare fuerat exhortatus.

Et uenit ad discipulos suos, & inuenit
eos dormientes. Vide agonistam caelestem in
terris agonizantem pro nobis, iam ab almis per-
missoribus & electis discipulis per somni alit-

tudinem derelictum. Vide congressores cū cōgrediente pro nobis, qui etiam in cōsideratione illorū, quæ pro eis & pro toto humano gēte fiunt, uigilare aut sustinere non possunt. Multi nēpe dño altissimi mo promiserūt, & cū ipso dispofuerunt tolerantia paffionū, sed tempore q̄ actus uirtutis exigitur, fallere cōperūt disposita & promissa in cubilibus & priuatis domibus. Multi probiter militāt sine bello: ubi autē aperta facie cōspicitur inimicus, aut multitudine bellātium fit cōgressus, squalidatur facies, & animus terrore cōcutitur, & æstimata probitas tranſiuit in ſomniū, sicut qui euigilat, non habet quod ſonniat. Sed si hoc referimus ad id qd̄ supra posuimus, hos tres discipulos tres significare uirtutes, abſonum uidetur, q̄ uirtutes in agonizante dormitēt, cū sine uirtutibus alius quis agonizare nō possit. Sed si cōsideramus acute quod agitur, intellectus in partem aliam reuertitur. Non dormitant in agonizante uirtutes, sed uelut dormiens, est omnis habita uirtus in gubulibet agonibus Christianis, respectu illius auxiliij qd̄ desuper mittit, unde fit uictoria si bellat. Ac per hoc apostolis soporatis, uero agonizanti cōfortans angelus desuper apparuit. Sed dicit dñs

Mar. 16
Mar. 14
Luc. 22,

Petro sic: *Simon, dormis, qui uigiliam corpore atq; animo promissisti: Simon interptat obediens. Male obedit, qui dormit tpe salutiferæ actionis. Nec ad uoluntatē præceptoris excubant in multis obediētia. Sed uæ illis. Et multi sacramēta obediētia iurauerūt, sed degenerati sunt, & abierūt absq; potentia & ualitudine añ faciem diaboli sublequentis. Proinde sequitur:*

Non potuisti una hora uigilare mecum?

In hoc siquidē sermone mēbra rephendit capitis pmpitudo, & paffionū & tolerantia breuitas declaratur. Quid sibi uult hoc, qd̄ saluator Petro cum ceteris obiecit in facie? Non potuisti una hora uigilare mecum: Si deus nō dedisset potētiam, negligentiam non increpasset. Multam potestātē accepimus, si credētes in Christo, dei filij facti sumus. Ex hoc Iohānes inquit: Dedit eis potestatem filios deiferi, his qui credant in nomine eius. Multa potest Christianus, multa pōt qui p̄ fidem dei est filius. Igitur q̄re cū Christo non uigilat Petrus: quare cū Christo non uigilat Christianus? Quare cū dei filio æterno & uero pro nobis in tēpore incarnato, non sustinet deifilius per fidē & gratiam adopratus? Huic interrogationi nulla uero respōsio dabitur, si suffugiū excusationis inquirat. Ad excusationē ergo nō intorqueatur respōsio,

Iohā. 1.

si dei sententiā mereri nolumus fauioyem, amplius excusando q̄ accusando delictum. Certum est, deū nobis omnē dedisse sufficientiam ad uirtutis actus q̄s exigit, aliter autē esset exactor. Si uigiliam & sustinentiam exigebat, profecto potētiam dederat hoc agendū: aliter nos per fallaciam caufaretur. Sed q̄ non uigilamus, diminutio est fidei & defectus amoris. Et charitas omnia sustinet, quia deficiente, defecere uirtuti exacti & debiti actus. Sed amplius hoc nostris malis accreſcit, cū q̄ de unius horæ spatio apostoli non uigilauerint, increpantur. Hora, breuis tēpōtis spatiū est: Vt hic breuiori cursu accipiat, quā una de uiginti quatuor, qbus dies naturalis peragitur, & in sua sphæra regyratus sol à motu cæli, ab oriētē in occidentē, ab occidentē in orientē, nō suo motu, sed p̄mi mobili uirtute reuertitur.

Omne tempus qd̄ ab initio creatiōis usq; ad finem mūdi decurret, nec horā respectu æternæ diei poterimus imitari. Indicibilis breuitas est hominū uita, imo qd̄ uiuimus, uelut atomus ē in sphæra. Quid caufabimur de tribulatiōibus, aut agustijs, aut fame, aut siti, aut nuditate, aut de uinculis, aut de carceribus atq; flagellis? Quid de cruciatibus: qd̄ de uniuersis quæ cōtra hominis sensum, habent asperū sensum, cū uita nostra sit modica hora qua cum CHRISTO capite fidelis mēbra nō uigilare & sustinere recusant horridas paffiones: Sed prætermittēs horā negligēter decurrere, sine bono priuabit sine fine. Solerter aduertat qui cū Christo in paffionibus petiit ascisci, aut fieri p̄ omnia christiformis: quoniam omnium hominum punctualis est uita, aut audacter dicā, q̄ uitam trāsgimus breue instās. Nam tēpore qd̄ in præteritum est elapsum, nō uiuimus. Cōsistat enim est iurisdicōibus mortis: tempore uero futuro non uiuimus, quia in eo qd̄ nondum est, hominis uita nō sūtit. Præsentitēpore uiuimus: qd̄ maiori uelocitate in futurum trāuolat de præterito, q̄ bene curuato & fortigitta emittatur ab arcu. Quid ergo est, q̄ tū breui hora cum Christo in suis placitis & nobis utilibus non possumus uigilare atq; sustinere ferenda, nisi q̄ defectus ē in nobis amoris atq; uirtutis, q̄ acceptam potētiam homofecit inutilem, nec iustum exactum reddidit desuper exigenti?

Ad pastores ecclesiæ atq; doctores terris ce dirigitur istud uerbū: idcirco dicitur Petro, iam totius ecclesiæ præordinato pastori: Non potuisti una hora uigilare mecum. In q̄ commissionē animarū & curā super suā animam acceperūt. In q̄ si uigilarent, corpus &

res pro animabus liberādis exponerēt, sicut Chrs ad mortem semetipsum exposuit. Nec thesauros conderēt, quia Chrsi charitas thesaurizare nō nouit. Contemnerētq; omnem ornātū seculi, si uigilarent cū Chro super salutem gñis humani. Mecū em̄ ideo dicit, quia sine ipso nihil possumus facere. Conſtāter & perseverāter possumus nobiscum & cū sodalibus huius seculi uigilare, nec nō iniquitatibus & solitudinis regē labentiū excubare p̄ foribus cū Chro, quia nolumus omnino, neq; minus: possemus utiq; si uellemus. More dāmonū sunt multi, qui non dormiūt, nisi sup plantērutinā & ceteri, nisi diuinis peractis placitis, nō dormiūt. Væ qui horam præfinitam non habet ad peragenda diuina. Inquit enim Apostolus: Hora est iam nos de somno surgere, non dormire.

De oratione ac tentatione, itē promptitudine spūs, & infirmitate carnis. Ca. XXXV.

Sed Christus exhortari non desinit, etiam dulciter in indulgēs, quod ex fragilitate homino deliquit.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationē. Ad uigiliā & sustinentiā ipse p̄monuit, orationē ubi nūc addidit: qm̄ p̄ ipsam, & ex ipsa, & in ipsa, & cū ipsa tota uirtus & actio nostra inualescit & crescit, & auertit tēntationis introitum, quanuis ipſus nō prohibeat actum. Dæmonū est officit, non semp̄ potestas, tentationē imittere: hūanitas est, tentamēta sentire: spūs autē nri siue uoluntatis est, tentationi cōsentire uel dissentire: angeli est, in tentatiōibus adiuuare: solius dei est, ex toto tentationē auertere. Ad tentationem uero intratur, cum consentit aut cū efficitur quod tentatiue suggerit. Quē iutroitu onipotens deus fortissimo uectē claudit, ne intret, qui sibi fidelitē orando deseruit. Proinde orandū est ab omnibus, ut nō intremus in tentationem. Et in sua & prima ofone, q̄ apostolos orare docuit, hoc p̄monuit: Et ne nos inducas i tentationē. Nam intrat inductus, & semper inducitur intrans.

Multa de tentatiōe hic & alibi diximus: idcirco ad præsens, currit ad alia uelocitē noster sermo, Sed hoc quod adiecit, multā distentionem requirit:

Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. De suo spū & carne sua dicebat saluator, Spūs quidē promptus est, caro autē infirma, an de spū & carne discipulorū: Secundum rei ueritatē, prolatur uerbū pōt ad utroq; referri. In Chro infirma caro, quia passibilem & mortale accepit, & ipse illā subiecit pauoribus p̄ uoluntatē, ut infirmaretur

more pœnæ, quā uirtute deitatis poterat borare. In discipulis autē caro erat infirma, ex primorū parentum propagata propagine, in cuius semine infecti erāt, in q̄ & ex q̄ nō infirmabatur penitus caro Chrsi. Erat etiam caro Chrsi & apostolorū, infirma ex defectu uirtutis: quia quāuis esset promptus eorū spūs, nō tū adhuc eos cōfirmauerat spū sanctus. Dispartite autē ista sentire, uerā intelligentiā nō repugnat. Ac si Chrs dicat: Spūs quidē, s. meus, p̄ptus est: caro autē, s. nra, infirma. Cōmuniore uero sensu, totum ad discipulos qd̄ dicit, intorqueat, ex his q̄ Chrs añ p̄dixerat: [Vigilate & orate, ut nō intretis in tentationem.] qm̄ spūs uester promptus est uigilare atq; sustinere mecū, & me cōſiteri & non negare, sicut paulo añ dixistis: sed caro uestra ē infirma, & intanti, q̄ promptitudinem spūs deprimat & retundit. Ecce duplex bellum, ecce inuitabile oīno duellum, ecce mirādus oīs no conflictus, q̄ ab infirmitate carnis, reprimitur nri animi p̄ptitudo. Quod alijs uerbis i postorū declarauit. Apostolus: Caro enim cōcupiscit aduersus spūm, spūs autem aduersus carnē. Hæc em̄ sibi in uicē aduersantur, ut nō quæcunq; uultis, illa faciatis. Pugna hæc sentitur, oculis nunquā patet. Sed quæ sit p̄ptitudo spūs, & carnis infirmitas, aduertamus. P̄ptus, usitatiore uocabulo idē est qd̄ paratus. Tunc ergo spiritus est p̄ptus, cum ad diuina bñplacita fuerit sine turbatione paratus. Hoc nāq; dicebat Dauid: Paratus sum & nō sum turbatus, ut custodiā mandata tua. P̄ptitudo spiritus per sanctā audaciā, nō procacē, procey aut quorumlibet hoim faciem nō ueretur: & loqui, ubi expe dit, non formidat: nihil opēdit pœnas, & mori p̄ Christo, ad palmiferū culmen ascribit: & de uilitate gloriā, delectationē de pœna, de abiectiōe gaudiū sumit: & iucundior, q̄ sensibus aliquid sentit aduersum, & cōtra carnem impassibili bello cōfligit. Infirmitas uero carnis, est p̄ntas in malū, regē sensualitū & labentium appetitus, tēdiū bonorū actū, agendorū incuria, declinatio utilium asp̄ritum, uigilias: & oronum odium siue fuga, dormitionis amica, inutiliā cōgregatrix, im portuna prouisio futuris, resurrectio tarda uel nulla, procrastinatrix bonorū actū ex uirtute, hiatus in clausibilis ad delectatiā sensum, impatiens Chrsiformium paffionū. Super hanc infirmitatē Dauid dei misericordiam implorabat, dicēs: Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum. Nec p̄ infirmitatē pœnali orabat Dauid, sed contra infirmitatē culpabilē, qua spūs p̄ptitudo reprimitur. Et alibi uoce flebili declarabat: Infirma ē in paupertate

Gal. 6.

Psal. 118.

*fugit

Psal. 26

Psal. 30

te uirtus mea. Omni remoto dubio notū fiat, qd omnis nra potentia infirmatur in paupertate gratiæ siue uirtutum. Et flebilis lere-
mias pro Ierusalem dicebat: Infirmata ē uirtus mea. Sed Ierusalē peccata & prophetarū & sacerdotum & regum, causam hmoi supponebat, ut peccatū cōtractum, subito p peccatū nitentiā non absterfum, infirmitatē ad in peiora cadendū inducat. Plaga celerit non curata, maiore infirmitatē debilitatis apposuit. Proinde in lamētationibus sequit: Dedit me dñs in manu, de q nō potero surgere. Nā sēpe diuino iudicio agitur, ut qui peccat, infirmetur: & fiat ad peccata cumulāda procliuior, ut amplius debilitet. Ex q fit, ut aut tradatur in reprobū sensum cordisq; duritiā, aut morte præuentus, in manu dæmonū includatur, de q surgere nō possit, etiā si uelit. Vtraq; quippe manus, sensus reprobi & duritiæ cordis atq; diaboli quē acceperint, ita se peliunt, & talē lapidē supponunt, ut surgere non possit, sic suo merito tumulatus, nisi suscitauerit, qui q̄triduanū de monumento uocauit. Ac p hoc orandū est, sicut traditū est ad Chfo, ne cadamus in tentationē: quia sic spiritus promptus est, caro periculosa infirmitate languescit. [His dictis, saluator agnoscit promptissimus, [secūdo abiit] ad orandum, [eundē sermonē dicens.] Inuariabilis est oſo Christi. Et forma nobis in orōne præstruitur, ne mens orantis labat in multa. Non fiat diuisa in multa mens illius, qui cupit obtinere quod postulat. Variatio petitionum, instabilis animæ nota est, & rigidū fecit exaudire uolentē. Et nullo responſo suscepto, referente scriptura, interpolauit orare per modicā, reuersus tñ ad piam & utilē actionē. Nam uenit confortaturus discipulos,

Thren. 1

Ibidem.

Mar. 14

Mat. 26

Mar. 14

Christi commilitones in his scire uoluerimus, multam imperfectionem ad Chm nostris mētibus ministrabit, cum nec ad exhortationem Chfi primam atq; secundā, poterunt uigilare. Sequitur profecto:
Erant enim oculi eorum grauari.
Ecce q̄ remergitur oculi altitudine somni, quia caro infirma inualuit sup altitudinem promptitudinis spūalis. Et mix est q̄ infirmū uirtuti pualuit. Coaptamus em̄ sepe nos magis infirmæ materiæ, q̄ uirtuti. Sed q̄ fit ista dormitio, q̄ fit ista grauitas, uideamus.
[Omnis dormitio cuiuscunq; corporis, magis q̄ uitæ, imaginē mortis habet. Et ut corpālibus tanq̄ ad signis ad signata spūalia trāseamus, execrabile ypum hęc dormitio secum portat. Dormiunt, qui uitā in proximo negaturi erant ut malum, sēpe futuroꝝ p̄sagium sit malorū: & peccatū, peccati alterius sit initium. Nam spūalis dormitio est, ob tenebratio sensuum, & oīs inclusio, suffocatio intellectus, p̄ditio mēoriæ, uolūtatis op̄ p̄ssio, dimersio cōtēplationis, * creditatiōis abolitio, & orationis carentia, in cōsideratio æterni atq; infallibilis iudicij, cōtra dæmōnes incautela, signum expositum ad ipsoꝝ sagittas, piculoꝝ improuicia, bonorū iucuria, uirtutum abiectio, * inuēscia quies, insensibilitas animæ, receptaculum phantasiarum.
Dormitiōis causam euāgelista cōscripsit, [erant em̄ oculi eorū grauari.] Oculi sunt lucidæ intelligentiæ, timor & amor, intellectus & affectus, qui aut pondere sensualitatis, aut onere iniquitatis grauari. Sensualitatis graua men Iob ad deū declamabat: Factus sum mihi metipſi grauis. Ille, imo q̄libet sibi met factus est grauis, q̄ non ab alio, sed à pondere sensualitatis ex propagatiōe corruptæ naturæ grauatur, & uelut somno insidioso restere uolēs, ab eius dulci uiolētia p̄grauatur, & recuruatur cū certat suis conatibus expers gisci. Dulcis & fortis atq; insidiosa est uiolētia somni, latetq; in nobis, nec insurgit ab extrā. Dulcissimū est sensualitatis pondus, corruptæq; naturæ, qd unusquisq; parit secum portat, sed non unū quenq; portant æqualiter grauat, nō leuigatiōe ponderis, sed gratiæ resistētis. Nec pondus euenit ex nobis, sed cōtrahitur ex antiq̄ iniquitatum onere, sicut declamat Dauid: Quā iniquitates meæ suppressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauate sunt sup me. Caput, mens hominis sēpe dicitur: quā tunc iniquitates supergrediuntur, qñ in hoīs anima uirtutibus pualent, & ex pristina cōsideratione recuruāt, q̄ multoties latent, & credunt q̄ sunt ut pluri

Et inuenit eos dormientes.
Oportet siquidē orōnem intermittere p utilitatibus pximorū, maxime ubi spūalia bella timētur, ne inuisibilis ab inuisibilibus inimicis detur inopināte cōflictus. Et discretio nis insignis est uirtus, actum uirtutis p actum uirtutis alio intermittere. Omniū uirtutum amor & habitus in animo semp sstāt, actus uero pro uarijs euentibus oportet esse diuerſos. Non em̄ intermittitur uirtus, si necessitate urgente intermittitur, & pro uirtute refumitur actus. Bonum est, esse bonū sed meliūs, in * bonitate tua operationē habere cōsortem. Intermittit orōnem Chfs, tēdio non afectus orādī, sed remedio alijs prouidendi. Veniens ad discipulos, inuenit eos iteq; dormientes. Si uirtutē in istis accipimus, eadem quæ suprà, est proferenda sententia. Si uero

num leuiores. Ex his nēpe grauari oculi nostræ mentis, & tempore magni & necessarii agonis q̄scimus soporati. Et Ionas fugiens à facie domini, dormiebat in inferioribus nauis sopore graui, nec tempestatē sentiebat, quam sui causa nauarū seu remiges sustinebāt. Grauis est nimis mens hominis, cū fugit à facie domini, hoc est, ab eius uoluntatis imperio. Grauat ualide, qui tempestatē non sentit minantem ex omni parte naufragium. Apostoloꝝ oculi somno grauantur, quo mentis oculoꝝ segnitatis intinabatur.

Et ignorabant quid responderent ei.
Respondisse om̄ino ignorat, qui deliquisse conuincitur: & suffunditur uerecundia, q̄ quod promissit non fecit. Alte promittēs & in promissione succumbēs, legitima & * exproſa non habet, maxime si facilis est promissio, aut si leue quod exquirat ab amico. Promiserant apostoli Christo societate, ipse uero facilem uigiliam exigebat, nec aliquid impossibile exigit ab aliquo.
[De tertia Christi oratione, & calicis tū amotione tum potatione. Caput XXXVII

ET hac uice saluator nihil apostolis dixit, sed recessit ipsius aspectus.

Et orauit tertio, eundem sermonē dicens.
Eundem sermonem dixit, qui eundem & immutatum animum possidebat, non perti nacia impetrandi, sed animi firmitate: non proremouenda passione, sed pro sua cōformi uoluntate cum patre pandenda. Calicis petebat amotio, & dicebat nolle bibere qd sstiebat: ut homo, dicebat nolle obedire: ut ratio superiori obediebat uirtuti, prompto animo exhauriebat. Calix mensura suæ passionis erat, quam bibiturus erat usque ad fundū, ut etiam in fundo claresceret exhaurito liquore. Bibit saluator passionis plenissimum atq; amarissimum calicem, nō pro se, sed pro omnibus q̄ mortui erant, per dei gratiam & occultas uirtutes facti participes mysterij passionis: p omnibus qui tunc in mundo erant, & pro omnibus qui nondum nati erant, & p omnibus quos sibi ab æterno gratificauit, bibit: æqualis à seipso, dispariter uero secundum merita subiectorum. Isto siquidem tertio, agoniam tenebat in mente. Quæ uirtute acris certabat, & longioris temporis spatio protelauit sermonem in animo tacite, aut expresse per uocem. Necessitas aut delectatio, timor siue amor facit hominem quandoq; orare prolixius. Et orat uehementius, cum percipit aliquid supra sensum, aut cum nititur deuitare quod cruciat, aut abire quod tentat ad casum. Vehementia pas-

sionis tanta ex animo fuit in Christo, ut sudor sanguineus manaret à corpe, rigaretq; terram, in q̄ flexis genibus orabat ad p̄sem.

[De supernaturali ac sanguinea Christi inauditatq; sudatione, & quid ea Christus nobis ostensum uoluerit. Cap. XXXVIII.

INueamur, si possumus, quid anima illa gestabat, quæ orando sanguinem emittebat ex corpore. Timor erat forte concumbens, sed neminē inuenimus ex timore sanguineos scaturisse sudores. An erat amor, q̄ salutem humani generis festinabat efficere? An erat festinatio, qua paternam uoluntatē quam omnibus præferebat, uolebat implere? An inuitabat ad exemplar orandi sudore sanguineo, quod nemo in posteris unquā fecerit? An aliquid futurum successu temporis significabat, & uelut caput in figura trāsmittebat in membra? Quid ergo dicemus? An transibimus silentio huiusmodi nouitatem? Libet potius pertransire quàm aliquid dicere. Per amplius uellet animus se trāsformare in tam altissimam actionem, & similem fieri & meditari propensius. Potestatiua fuit hæc actio, non naturæ, ut anima sic affecta, sudorem sanguineum per poros carnis emitteret. Quauis naturale sit, ut compago nostri corporis sanguinem habeat, naturale tamen non est q̄ sanguinem sic emittat. Multa facta nouimus potestatiue in corporibus hominum, uidelicet sensuum cohibitiones & intensiones & remissiones præter communem cursum humanæ naturæ: quas si uellem discernitare per singula, fabulator, non theologus, apparerem. Sed cum imperpetinentium desertione, quantū dominus nobis donare dignabitur, enodabimus hæc supernaturalem & mirificam actionem, non phisim nec archiatrica commēta sectantes: importuna enim hic sunt omnia hæc, magis q̄ in luctu cithara, ex omni chorda canora.

[Sudat saluator sudore sanguineo, uolūtate illum scaturiens, fundendum sanguinē ex uerberibus, clauis, lancea præfigurās, ut ostendat totum esse uoluntarium qd agebat, & nihil esse inuitum quod in anima & corpore tolerabat.

[Sudat Iesus sudore sanguineo, ut ostendat in corpore, q̄li agoniam tenebat in mente.

[Sudat Chrs sudore sanguineo, ut orationem efficacem supra naturam fieri om̄ino declaret, nec ueram fieri nisi per sanguinem Iesu. Oravit Adam, petens indulgentiā post peccatum, quāuis non ilico, sed in posterum orauerunt om̄es electi, qui adducti sunt ad discretionis annos; orauerunt sequētes, orabunt & sequutur: sed nullorum oratio, nisi

uirtute sanguinis Chři, uerum fortitur effectum. Proinde saluator in oratione sanguinem fundit.

¶ Sudat sudore sanguineo, ut supra naturā communē hominū, suum dicat esse amorem, quo aquam in oratiōe pro omnibus fundit & sanguinem. Et uoluntarie moritur, sic sanguinem profundendo. Vehementiam uero laboris & æstus inuisibilis agonis, sudor emissus declarat. Nam ex labore nimio similititer & ex æstu, cōsueuerunt corpora defudare. Cū mors uicina fuerit, morituros sudor inuadit. Sæpe autem dum natura cum pœna in aliqua infirmitate configit, si natura uincit, per sudorem sanitatem restituit.

¶ Sudat in laboribus Christus, quos à uenture sustinuit: sudat pro æstu ualidi bellii, sudat morte uicina, quia uentura in crastinum, nec non Christi sudore genus curatur humanum. Sanguineus est sudor, guttæ sanguinis sunt, & futuræ martyrum prænotat passiones. Decurrit in terram sudor sanguineus, & terra rigatur diuino cruore, ut terra nostri cordis tali pinguedine fecūderetur: & idcirco conformi mysterio in uilla Gethsemani, quæ uilla pinguedinis est, in terrā pinguedo salubris effunditur.

¶ Exhortatio pia animæ piæ ad Christum in agone positum, piè contemplandum.

Caput XX XIX.



¶ **C**onuertamus animam ad piā considerationem, & uelut præsentem in speculo euāgelij Christum in tuetur orantem positus genibus, nec exauditum à patre, sudante ex uehementia mentis & spiritus, & guttulis sanguineis circumfusum. Videamus uelut repudiatum in petitis, ac si male hoc à domino postulasset. Ineptæ petitiones negationem pariter portāt. Christus petiuerat, sed nec inepte, ut non executi oni sua petitio traderetur. Fontalis radius æternæ lucis & sapiētiae rota uena, nec in sua petitione quomodolibet oberrabat, sed nec exauditur Christus ad hoc, ne turbetur, si petitionem quam petit, nō obtinet Christianus.

¶ Geniculauit quindecim uicibus hoc in sero saluatori duodecim, ante duodecim in ablutione pedali: tribus uero, pietatem exorando paternam. Ibi charitas & humilitas, hic pavor & horror, hic uilitas & abiectio.

Nam ut uilis haberetur, cuius petitio non admittitur: & abiectio maxima est, dum abijcitur in pœnis, qui nullo peccato deliquit. Hic Christus corpore inclinato, mente in altiora se tollit. Paternum stabat ante cōspectum animæ sanctæ Christi, quando, Pater mi, ore clamabat. Ipsa uero omnia clamofius atque ualidius loquebatur. Videamus iuuenē hūc genuflexum, nunc deorsum uertentem faciem, nunc erigentem ad cælum, de profundis sui cordis clamantem, & inrecuruatam omnino perficientem orationem. Anima super cælos porro conscendens, quādo sanguis manabat ex corpore, rigans sub oculis terram arenam & in fœcudam fructibus sanctæ uitæ, sicut qui de cœlesti atque superna uirtute uenerat excolere, ut fecunda pasuum gratum plasmatorei & cœlestibus ciuibus redderet. Si gnum erat, sanguis decurrēs in terram, profusionis animæ Christi per dilectionem ad humanam naturam, ut uita effunderetur super mortem, absorberedo ipsam. In sanguine dicitur esse uita. Terra mortalis Adam, & ex ea uniuersalis contracta propago, super quā, tota uita Chři decurrit, ut hoc mortale compositum, absorberetur ab ipsa. Feruens ebullitio sæpe mittit ad extrā. Et quantumcumque anima Christi charitatis igne bulliendo ferueret in intimis, scaturitio sanguinis mostrabat. Durum bellum & inuisibile, in illa Christi anima gerebatur, quādo uelut ex percussionibus per poros corporis eius sanguis decurrebat in terram.

Mens mea semetipsam cogit ingredi, sed non potest, tamē scire peroptat, si an orabat prolixius, quia sanguis exibat, an sanguis defluebat ex corpore, qui prolixius & uehementius orabat. Erat ne sanguis defluens, orationis accensio, an oratio sanguinem sic causa bat. Aia Christi ante cōspectū cōstituta diuinum, sanguinem manabat ex corpore tan sanguis manans, animam remittebat ad deum. Non dico quod uolo, quia tantum non capiottamen dico quod sentio, quod anima Christi profundissime deum orans, corpore ut suo instrumento utebatur ad signa & ad figuras & ad ostensiones eorum, quæ in anima sua diuinitus & humanitas agebatur in redemptionem humani generis. In uirtute amoris & passionibus corporis perseuerantiam docens, ut usq; ad sanguinis effusionem, à uolūtate diuina nullatenus recedamus, ut non solum parati simus sanguinem fundere propter deuitanda peccata, sed etiam propter uirtutes agendas fundere sanguinem & suscipere mortem. Sanguis primi hominis

iusti, ad deum contra fratricidam clamabat de terris: & sanguis Christi orationis & crucis profusus ad terram, contra omnes ad deum clamat de terra. Igitur uæ ingratiss.

¶ De apparitione angeli Christum agonizantem confortantis, & cuiusmodi illa confortatio fuerit. Caput XL.

¶ **A**gonizanti taliter CHRISTO apparuit angelus de cælo, confortans eum ex parte atque missione paternā. Mirum est quod dicitur, cum CHRISTVS dominus angelorum, ipsos semper habet præfentes, cur sic dicitur, quasi de nouo eius apparitionem suscipet. Et paulo post ipsum dixisse legimus, quod poterat à patre orādo suscipere plus quā duodecim legiones angelorum. Sed omnis apparitio angelorum, de qua sacer textus eloquitur, siue in somnis atque uigilijs, per speciem corporalem facta creditur. Species uero corporea, corporis obijcitur sensibus. Proinde CHRISTO in forma hominum constituto, angelus in subiecta figura de cælo missus, sensibus eius apparuit, & uocem emisit corpoream per eandem subiectam figuram, confortans eum uelut hominem in agonibus fatigentem, ut huiusmodi apparitio et confortatio, tota referatur ad formam serui penitus, & non dei. Ex quo, arguente magno factum est nobis, quod neminem deus in tentationibus & tribulationibus de relinquit, ut non ministret de superis necessitatem omnino uirtutem, & confortet angelice, qui humane succumbit: concedat de cælis, quod non reperitur in terris: ut & uelut incorporeus et impassibilis, corporeus et passibilis sustineat passiones. Impassibilis factus est angelus, dum confirmationem accipit, ad quaslibet passiones. Passibilis est homo, & patitur sed confortatus à deo, passibilis, ac si non pateretur, omnino nō cedit.

Clamat hoc omnis congeries martyrum, qui tormenta pro CHRISTO in hoc seculo indicibilia tolerarūt, qui nec cesserunt ad horam, ac si non paterentur. Pati potuerunt, uinci non potuerunt, semper ferentibus fortiores, uelut impassibiles, pendentes nihilo mortem. Felicior est conditio angeli, qui habet à domino impassibilitatem: fortior tamen hominis, qui patitur & non cedit. Non posse pati, & pati & uincere, sicut excedens & excessum, diuersa qualitate feruntur, nam angelus non patitur corpore quo caret, nec pateretur etiam in assumpto: substantia etiam separata, quia sic est & confirmatus, pœnas sentire penitus nequit. Homo uero qui

de cælo acceperit confortationis annonam, et si corpore patitur, mente non sternitur: corpore pressus, animo perseuerat inuictus: sub actus carne, anima uero impassibilis est.

Quādam similitudinem esse, proportionēq; inuisibilem terrestrium agonistarum & ciuium supernorum, deus pure ostendit, cum CHRISTVM confortauit per angelum. Et in capite præferebat, quæ secutura præuidebat in membris. Et CHRISTVS caput ecclesiæ siue omnium nostrorum suorum fidelium, hanc apparitionem angeli & confortationem accepit in seipso pro membris, timorem omnibus auferens passionis & mortis, quoniam pro nobis certat, & omnes de cælo nos confortat altissimus. Unguentum capitis redundat in barbam, & omnis gratia CHRISTI, ad sua membra descendit. Proinde angelus confortans caput omnium CHRISTVM, semper sua membra certantia, necessitatis tempore confortaturus adueniet, ut & quod agonista CHRISTI tanquam homo non tolerat, ut angelus impassibiliter mente ferat, etiam si corpore decidat.

Quid uero angelus iste dixerit, per euangelicam scripturam nūquam claruit. Sed absque contradictione fidei & relinquitur nostræ menti, ut pie credamus, huiusmodi angelum confortationis, & non dei. Sed angelus missus, & suscipere hominem IESVM CHRISTVM, cum dæmonibus & diabolis hominibus certaturum. Et quia ut horam, non ut dei filius, hanc confortationem acceperat, uerba fortassis erant de amore paterno, de firma uictoria, de resurrectione festina, de gloria post sepulchrū, sicut de stelala post uerum, de conscensione superna, de subiectione cælestium, terrestrium & inferiorum, & his similia, quæ confortare possent strenue pugnaturum. Nec quæpiam per exorbitationem commoueat, quod anima plura sciebat quā angelus, & in conspectu altissimi se parat, unita per omnia deitati, & omnibus angelis penitus ipsa nobilior, si nō ex communi animarū natura, quā ipsam ex creatione habebat cum cæteris, attamen ex singulari gratia qua omnibus superferebatur, & ex unione deitatis. Vnde igitur ista confortatio facta per angelum domino angelorum? Cum puro uiatore talia peraguntur, & submittitur comprehensio, quam ab instanti suæ incarnationis acceperat, non quod ad horam comprehensionem perdidit CHRISTVS, sed tanquam uiatori sibi locutus est angelus.

De tristitia, titubatione, dormitione trina apostolorum, & Christi erga ipsos indulgentia: tñ quid ubiq; sufficiat, seu de cuiusvis rei sufficientia. Caput XLI.

FT retractis aut quomodolibet mirandis absteris sudoribus,

Mar. 26. *Venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes.* Lucas 22. *Lucas uero scribit, [præ tristitia.] Et merito, quia succumbebat defectibus, & deficiebant promissis. Nec assoliti talia tolerant, & fides Petro tremulo palpabatur, si quis hic in quem crediderat, quem tristitia uidebant affectum: * cui passioni forte ipsi animo communicabant: diligebat em eum, eos taliter diligentem. Diligentem se animorum, communis est passio uel hilaritas.*

*cuius

Mat. 26. *Et dicit illis: Dormite iam & requiescite.] Indulget saluator infirmæ materiæ. Cõcedit absq; uitio sensualitati, quod importunitate sua deposcit. Recordatur semper dominus quoniam pulvis sumus, & nouit qd corpus corruptibile aggrauat animam, & si gmetum nostrum inoblite cognoscit. Proinde parcat infirmitati, nõ societate malitiæ, ipsamq; tolerat quam assumpsit. Infirmam enim assumpsit carnem, relecto uitio. Infirmiuitatis testes sunt pœnalitates septem, quas uoluntate perpeffus est. Ecce qd discipuli tertio dormiunt, ubi maxime apparet eorum infirmitas. Et sæpe accidit, ut necessitatis tempore proferediq; testimonij pro uirtute, credita uirtus deficiat. Idcirco ad præsumptionis portum nullus suam nauiculam ancorizet, nec suis uelis penetret alta maris. Et de suis phãtasmatis dormiat nemo securus.*

Trina dormitio discipulorum, triplicè arguit defectum: & eodem numero imaginem mortis culpabilis repræsentat, scilicet contractæ fragilitatis, & ignorantie inhærentis, necnon & pristinæ consuetudinis: quã qui non uicerit, cum se credet expurgisci, remergetur. Antiq; consuetudo, aduersus quã continuum & impaciscibile bellum non geritur, nec resculpitur ex animo, & ferocissimos uiros atq; prudentes iugo suæ seruitutis oppressit. Deinde saluator post aliquantulam quietem continuo intulit, dicens:

Sufficit.

*Et debitum naturæ tenentes, aut nouum exoluentes euentum, respiremus. Modificatur * impauos nostra natura, nisi prædominetur inepa uoluptas, aut deprimat graue pondus. Sed quod nõ sufficit insatiabili sanguisugæ, necessitati sufficiens est. Nouit em deus quod ad tutelam perfunctoriam sufficit, & qd superadditur non ignorat, sed pon-

derat iusta lance. Sufficientia uerbum, omne superfluum abrogat & condemnat. Superfluum autem in omni re qua corporaliter uiuitur, esse cognoscitur si aufertur, quod remanet, sufficientiam præstat. Hæc siquidem regula in rebus spiritalibus atq; uirtutibus, fallit in corporalibus. Nunquam si una dormitionis hora sufficeret, & deinceps sufficerent, quicquam ad sufficientiam in corporibus & eius uisibus & actionibus additur, cõdemnatur. Vbi filerium sufficit, superflua est locutio. Vbi duo uerba sufficiunt, reliq; non expediunt. Quãuis enim saluator ab apostolis uigiliam exquisierit, naturæ sufficientiã aut debitum non negauit: & quod infirma caro poscebat, indulsit. Sed omnino expedit dare terminum huiusmodi actionibus, ne illa blandities & compassio, æmula sanctitatis atq; uirtutis latentes, in hominibus prodeat, & sub necessitatis uexillo turpiter nos inuoluant. Sed quoniam omnium non est æqua proportio, nec eisdem sufficientiæ æqua erit. Proinde difficile semetipsum ppter inhærentem compassionem homo cognoscet, nisi extra se discretum habeat prouisorum. Veritatem longa experientia custodita & dissoluta cõpassio ad animale corpus, in sufficientiã & superfluo discretum hoïem fecit.

De hora Christi & nostra, item de preciositate temporis ac irreuocabilitate. Caput XLII.

Subneçit causam saluator, dicens: *Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.*

Mat. 26.

Mar. 14.

Hora uenerat hominis serui, non domini dei. Non habet Christus horã ex forma dei, sed ex forma serui. Quæ horã passiois & ob tendendæ uirtutis, & æterni propositi declarandi. Beatus homo qui non præuenit horã in agendis, si non prætermisit cum uenit, qñ uenit hora eius, sit paratus absq; mora. Venit hora, s. traditionis Chri. Sequitur: [Ecce filius hois tradetur in manus peccatorum.]

Venit hora, & ipse uenit in horam. Prædixerat em matri: Nondũ uenit hora mea. Prædixerat cognatis, s. fratribus alijs, non discipulis: Tempus meum nondum paratũ est. Præfinitũ erat infallibilẽ q tempore tradetur, ligaret, pateret atq; crucifigeret. Tradi nõ potuit, nisi cũ uoluit ligari, nisi cũ permisit, neq; pati pœnas & mortẽ, nisi cũ consensit. Accessit ille ad passiones, & passioibus se se dñum dedit, propterea intulit: Surgite, eamus. Ecce q me tradet, ppe est. Voluntarie

accedamus, sumus enim illis uirtutibus fortiores. Quasi dicat: A me habet, unde me tradat ludas: & unde me liget, q cũ eo ueniunt. Vsq; in præsentia: hora nõ fuit. Non infans mori debebat, dum eum querebat Herodes, non puer, nõ iuuenis, quousq; spatio uiuedi, mundo per psonalem uitã innotesceret, ne qdam delusio crederetur. Non mori debebat in ætate tenera, ne interrogatus, in respondẽdo ætatem transcendere uideretur qm omni tempore ab instanti conceptionis tantundẽ sapientiam habuit. Aut subcicendo fatuitas seu phãtasia crederet. Si nihil fecerit aut dixerit insigne tempore uernãtis ætatis, & q mores corporis sumebat augmentũ, nulla causa offensiois & mortis ludæis præsto erat. An te perfectam ætate talia que postmodũ fecit, facere nõ debebat. Perfectio doctrine opes, & miraculose eius nondũ in uirtutibus, sed etiam uirtũ perfectæ requirebat ætatis. Cõdendũ erat prius euangeliũ æternũ, prædicã dum erat ante dei regnum, erant oñino facienda miracula, & uita Chri declaranda uirtutibus, sua erant exẽpla præroganda sequentibus, & in ipso & suo disciplinatu omnibus danda erat forma uiuendi. Qui plenitudinẽ tẽporis expectauit incarnationis atq; natiuitatis, horam similiter expectauit passionis & mortis. Proinde dicit apostolis: Venit hora, cõpleta sunt omnia: Hoc solũ restat ante resurrectionis gloriam, p humana natura cõplendũ, qd per ludibria & opprobria tradar in mortem. Quod sæpe apostolis hanc horã ipse prædixerat, de qua nunc expresse loquit, uenit hora. Est pperfectũ in ordine uitæ agẽdæ, horam debitam in omnibus expectare, nec illã effugere aut præterire negligentiã cũ aduenit. Qui neglectam aliquã præterit horam, illam non reuidebit penitus in æternũ. Prætereunt tẽpora nõ reditura, & horæ irretrouersibilib; transeunt. Qui ociosam illã trãstere permittit, nunq; eandem recuperabit aliqñ. Tenetur enim in sequentibus bona facere si qua potest, & illa irreuocate in præteritis decurrens, ad pñens siue futurum omĩno nõ redit. Talis em est cõditio temporis, ut in suo cursu semp tẽdat i nihilũ. Nihilũ em, neque actioes habet neq; fundamenta bonorũ. Proinde hora recuperanda nõ redit. Væ igit qui culpate illã, aut debito nõ soluto trãstere permittit. Et q in illa nõ fecit qd debuit, nihil fecit, etiam si bonũ est qd fecit. Sed si melius fecit, hoc siquidem facere debuit, & excusatus manet, si pro meliori bonũ aliquid iterum fecit. Sed multa discretioe opus est, actus respectum melioris uariare per horas, nec aliquis in hoc sibi facilliter credat. Qui uero fe-

rua obedientiæ ueraciter subiacent, in his incedent securius, cum ex actibus aliquid p horas uariare nõ possint, superioris iudicio mancipati. Capitis nostri Chri solertiã inspiciamus, qui horam exercendi mysterij uacuam pertransire nõ sinit. Dicit em: Venit hora. Quasi dicat apostolis: nõ illã præreamus.

Hic me paululũ hominum incuria & ociositas & insolentia declamare cõpellit. Heu q multi horam diuinis actionibus aptã prætereunt, & eos incautos apta hora pertransit, & in omni uita ipso nõ reuocauerit præteritum, nec illud bonũ quod se ad agendum præbebat in hora dimissum.

Affuit hora exercendæ hũilitatis, & absq; humilitate transire permiserunt.

Affuit hora q parabat fluuius lachrymarum peccata delentũ, q acceptabile sacrificium sunt, & absq; lachrymis, imo sterilit illa hora defluxit, nec reuenerunt similes actione.

Affuit tps q mens * cõtemplaris intuitu se in alta leuabat, & absq; inuisibili theoria tps illud pterijt. Et cum alio in tempore uoluerunt mentẽ in alta sustollere, inuite recurabantur. Præstat aliqñ hora orandi facilitatẽ. Et mora horã deduxit in horã, & illa in aliam, & sic per insolentiã aut incuriam tempora multa uacua defluerunt, qbus tristitia sterilitis sæpe successit. Ex his nepe sit ratio multa similia cognoscendi, sed utinã pcauendi. Frustra est tristitia tempore labentium perditõ. Resphendi solum possunt aut in tabula damnata depingi tempora uacua, quæ pteritũ in suo iure suscepit, corrigi autẽ nunq; nec in charta satisfactoris ascribi. Potius male actum per pœnitentiã sequentẽ diluitur, q recuperari possit bonum qd extitit ex incuria seu negligentia uel quolibet prætermissum. Non ergo ptereamus horam nram, quia nescimus horam diuinã. Hora nra est actionis, dijudicationis est hora diuina. Inquit enim ipse saluator: Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horã. Propterea supradictum est: Non potuistis una hora uigilare mecum, ut hora mea in hora uestra uos uigiles inueniret: Nunc uero dicit, Venit hora: non permit tatur uacua bonis operibus pertransire, ne hora mea uos morte interueniente dijudicet, non adueniam, sed ad pœnam. Laudabilis est prouidentia, & laudẽ habere in uita & pama magna sortitur, quæ nec momentũ temporis sterilitẽ transire permittit. Paratũ in hora, æterna hora suscipiet: & in hora dijudicationis, de monũ calũnias uilipedet. Sequitur

De Christi ad obuiandum hostibus suis promptitudine, & quid ea nobis inueniatum fuerit. Ca. XLIII.

Mat. 25.

Mat. 26.

Mat. 26.

Ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. [Demonstratiue loquitur, quia sibi oia nuda erant, & nihil occultum in intelligentia eius. Tradetur filius hominis, quia caro, non deitas, tradenda erat & uinculis alliganda. In manus peccatorum, ut reuelentur eorum pessima uoluntates, innocentem afficiendo crudeliter. Et bene traditus fuit in manus peccatorum, quia propter peccatores traditur, a peccatore traditur, in manus peccatorum incircumcisorum traditur, ab eis in manus peccatorum gentiliu traditur, quae traditio in protoplastis accepit initium. [Surgite, eamus.] Tepiditas excipit suam proptitudine metes, & cognita uoluntate paterna, intrepide se donat in peccatas. Argumento pro moribus est nobis, ut quod omnino nouimus deum uelle, leue & asperum, proptero animo capiamus. Non sunt timenda, in quae nos tradidit diuina potestas. Deus qui nouit in tribulationibus tradere, ualet eripere, nec diu detineri permittit qui tradidit. Altissima bonitas seu prouidentia dei, aut breuiat passiones & tempora, & modificat saeuas hominum uoluntates, aut praestat in animam & corpore ualitudinem tolerandi. Oino est necessaria nostri animi promptitudo, propter inuisibiles hostes, qui si aie faciem cognoscere possunt ex timore pallentem, fumunt audaciam, & ignoranter credentes omnino posse dare confidimus. Si uero in nobis cognoscunt audaciam, eorum deprimitur. Nam saepe in bellicis actibus audaciae hominum, qui ictus ferrei, plus fecere. Omnem quippe confundit daemonem, promptitudo bene agendi. Et animositas cauendi a malo, eorum machinamenta destruxit, & subuertit rotas curruum ipsorum, & subneruauit equos, & arma depunctauit audacia patiendi.

Auferit dubia opinantium, quoniam Christus non necessitate, sed uoluntate passus est, Surgite, eamus, dicens. Pro necessitate omnibus debet esse uoluntas diuina. Igitur illa necessitas omnino generet uolentem atque libentem. Surgamus omnes, uocante nos Christo, surgamus a torporis & negligentiae lectis, surgamus ab his in quibus nos male iacere cognouimus, surgamus ad Christiferas actiones.

De proditoris cum armata cohorte festino aduentu, & quare seu qualibus cum armis uenerit. Caput XLIII.

Mat. 26.
Mar. 14.

Christus uero qui omnia nouit, malorum & iniquorum festinantiam agnoscebat. Proinde intulit: Ecce qui me tradet, prope est. Insidiose ambulat dux nefandae cohortis, quod intantum prope est, * Ut & adhuc eo loquente, scilicet Christo cum apostolis, nam reuersus fuerat cum tribus ad alios octo.

uenit Iudas scarioth, unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & fistibus, missi a principibus sacerdotum.

Ecce dux in praecipuum, ecce obstinata malitia, ecce animus iniquus, & impatiens feritas, quae nisi perficiat concepta mala, non dormit. Receperat pecuniam, quia Christus Iudeis uendiderat, tanquam uenale mancipium, & uili expofuit precio charam hominum uitam. Cohortem acceperat, ut Christus turba circumdatus, de ipsorum manibus elabi omnino non posset. Et gladijs & fistibus & armis, ut remoueret percussioibus prohibentes. Cui facibus & lateris, quia in uero lumine Christi caecati penitus erant. Et nocte ueniunt, sicut aeterna nocte damnandi, detenti nocte peccati. Vide iniquitatis apparatus, quae nihil omittit expediens ad suam nefariam actionem. Agnosce diuersitatem malorum, quia Christus incipit tolerare atque sustinere in carne mortali. Considera promptitudinem amoris eius. Corde manet impavidus, pericula non timet, mortem non pauet, quantum caro assumpta subdita fuit terrori. Nihil perhorrescit, ut amor sequatur affectum, quod lum genus humanum a periculis aeternis suis tormentis transitorijs disposuerat liberare. Contemnit uehemens amor cuncta pericula, si puidet non fratratu spe uota posse fortiri. Agnouerat nempe Christus infallibiliter uictoria posse reportare de bello. Intueamur in his malis hominum mores, quos Christus hodie spiritaliter patitur, quos in praesens temporibus etiam passus est. Dux nefandae cohortis, proditor est. Omnis proditor in ecclesia constituitur pro recessum a Christo, a quo recedens, proditor factus est. Accepit cohortem, ut multitudine perficiat, quod unus nequiret. Vel multitudine autumate tueri. Multi enim hoc errore detinentur, ut excusentur, aut mitior sit poena ex multitudine hominum peccatorum. Seu malae intentionum, Christi proditor facit saepe cohortem. Cohors ipsa si eam sola intueamur, quae ducem nefarium sequitur, ostendit mentem multitudinem iniquorum, quae a duce diabolo pro nefaria quaeque ducit, quosque alij gladijs & maledicam, ad seminandam discordiam & iniuriam irrogandam. Vnde Psalmista clamat: Et lingua eorum iniquorum gladius acutus. Sed gladius malorum intrat in corda ipsorum. Atrocitas semper gladium portat, ut ne feriat incassum, & uult sibi certum fieri, si transfigit, & manu propria uellet laniare quem odit. Vicinaliter & non frustra percussit

gladiator, & de propinquo uulnus infligit. Fustes siue ligna portant, quae mentis infania detinentur. Et emissa stultorum arma fuerunt, aut quibus dei uerberauerunt seruos, & animalia cum hominibus agitantur instrumentis ad opera deferenda. Praeter id quod mysticum est, & quod dei poenam corporalem exaggerat, mortalia & corruptibilia portant impij contra lignum uitae. Est enim Christus lignum uitae plantatum in medio paradisi, scilicet militatis atque triumphantis ecclesiae. Ipse lignum plantatum fecus decursus aquarum, uidelicet labentium populorum, quod qui accipit, in peccata & in poenam non defluet. Ecce portant ligna contra factorem ipsorum impij peccatores, quae satis sunt ignibus apta, uelut in praefigium futurorum, quoniam ipsi ab ignibus in consumptum semper comburent aeternis. Renouat diabolus in mentibus & moribus hominum prima facinora, ut in quibus praiceps traheret praecedentes, trahere confidat & posterorum. Etiam primi parates in ligno uetito corruerunt. Sed uersa uice uelut stulti ferui & animalia bruta his fustibus sunt arcenti. Reuixit in eis Cainina iniquitas, qui fuisse fratricidium fecit. Armorum uero nomine, offensiuos atque defensionis officium noscitur, quod perferunt in bonis & malis, qui uerba lucis arma praesumpserunt. Qui uero ad nefanda perficienda, iniquitatis arma suscipiunt, aut cum expedit, prohibent quod prohibet, aut multa protectione atque uelamine se tumentur.

De lateris & facibus. Cap. XLV.

Contra lucem mundi, lateris portatur & facies. Non enim in illa luce uidebat, sed praemagnitudine sua eorum mentalis confundebatur aspectus, & reuerberabatur a radijs splendoris eius. Nam & facie Moysi clarescens factam ex colloquio dei sui, antiqui praesens in deserto non poterat sustinere. Plus hic quam Moyses, quem intueri non possunt, imo nolunt. Quasi sicut Moyses uelo, sic iste humanitate se uelauit. Sed quid sibi uolunt in nefarijs moribus facies huiusmodi & lateris: Omnium reproborum mens, hoc proprium habet, ut infallibiliter uelit malum agere quod concepit. Ideo quaerunt reprobi artificiosum tetrulimen, quo certe sciant mala quae faciant. Et scrutantur tenebroso lumine intellectus latebras, ne quod mali lateat, ac ab eorum actione damnata diffugiat. Et scrutant iniquitates obscurae luce ut faciant, sed deficiunt scrutantes scrutinium malum. Facies lumen patulum faciunt. Ut autem occultetur aut praeseruetur lumem, ponitur in lateris, ne uentorum uehementia extinguaat. Sunt namque nonnulli ab improbitate nimis detenti, qui patenter scelera faciunt, & nihil mali ab eis praeterire uidetur incognitum uel intactum,

& male faculenti semper mundo pessimis actibus inclarescunt. Vae facieris atque ad quaeque scelera peragenda, nam facies sceles succedet aeterna fax improbitate poenarum. Plerique autem sunt, qui occulte ferunt in animo malum concupiscentiae ignem, clare sciens mala quae operari disponunt: sed timentes extingui, quosque quod aeternum prohibens, auferatur, malam concupiscentiam non ostendunt: cum uero cognouerint prohibita, prohibens laterem a cordis aperit, & opere complent, quae animo tractauerunt. Sed ad Christi poenalia reuertamur.

De mittentibus & missis ad capiendum Iesum, quales aut qui fuerint. Cap. XLVI.

Missi erant ministri detestabiles ad principes sacerdotum & scribis & senioribus populi. Erat in autoritate iniquitas. Omnis namque iniquitas ab iniquitate maiore iussa suscipiens, ocyus atque securius sauit, & proficit scelera quae iubentur. Principes erant sacerdotum, non sacerdotum, qui mala iussa dederunt. Omne sacerdotium sanctum, sed non omnis sacerdos. Si sanctitatis fuissent principes, iussissent & ipsi ad obedientiam principi & regi gloriae atque uirtutis, non mississent satellites improbos ad ligandum.

Scribae uero in mala legatione conuenerunt, ipsam solam quae occidit, sequentes. Idcirco & ipsi ad occidendum iam se parauerant. Si uero iussissent introrsum ad intelligentiam scripturarum, inuenissent utique Messiam, quem decempropter expectant. Sed solum tenebant amaritudinis corticem, medulla dulcedinis derelicta. Elementarij tantum erant & sunt Iudeorum scribae quae uero elementa exarata contineant, non aduertunt.

Seniores etiam populi asciscabantur eisdem in nefaria iussione. Erant seniores aut aetate, aut uera discretionem iudicandi & discernendi, quid expediat fieri de his quos in lege non reprobatur aperta sententia, in populo clariorum: aut secundum Graecum eloquium sacerdotum, qui praeter caeteris in populo praeminabant. Sed omnes defectum patiebantur uirtutis, ut etiam ipsi cum caeteris delirarent, ut luce clarior pateat, ratione dignitatis, scientiae uel aetatis non deesse uirtutem, aut inhaerere uirtutem. * Aliud quidem est latens, ullis sensibus non subiectum, quod uirtutem abigit, assequiturque uirtutem. Sed eo perniciosior est iniquitas, quae ad eius effectum omnes conueniunt, maxime cum illorum qui habent ponderare recta iudicia, interuenit peruersus assensus, ad quos plebeiorum & totus aspectus & agentium dependet effectus. Haec omnia tunc in corde, nunc uero in moribus aggrauant Christi poenam.

De nequitia oculi erga Christum Iudæ, & Christi erga ipm̄ patientia. Cap. XLVII.

Mat. 26
Mar. 14.

TRaditor autē & aries mali cōuētus, signum dederat pacis his, qui de capiē do Christo crudelem legationē acceperūt, dicens: *Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. Et cum uenisset, confestim accedens ad Iesum, osculatus est eum, dicens: Aue rabbi.]*

Signum dat proditor, ut signant capias tur quem oderat. Et nūc actū prorumpit in scelus, quod tā hostiliū & obstinate ferebat in animo. Præmittit salutationē ei, quem in mortis damnationē inducit. Improbam iniquitatem salutat quē perdit. Vocat magistrū, cuius doctrinā contempnit procacit. Nec uerbis eius ab ista sēuitia fuit aliqñ auersus. Osculatur sanctum os, & uirtutē non sentit, & sibi diuinū osculum horridū est, nō suaue. Indignus erat illius insuauitas mentis, q̄ tantam Chrii suauitatē animo abhorrebat. Nec mutabatur animus, cū funestū ex anima in tus mortua eius corpus extrā Chrii tangeret sanctum corpus. Aduertant qui Christi corpus sacramentali tangunt, & qui sacramentis in corpore delibunt: qm̄ si fidei & amoris desit integritas, cum Iuda sortientur sumi lem portione. Non em̄ ex tactu sacroz corporeo quispiā sanctificatur, nisi mentis manus palpās accedat. Inquit ad eum saluator, qui pro salute hominis laborare nō desinit, adhuc Iudam ad penitētiam uocans, & ad detestationem suæ impijsimæ actionis:

Mat. 26

Amice, ad quid uenisti?

Ex pristina conuersatione saluator Iudā appellauit amicum, necnō ex eo q̄ ipse amari non desinit, si eum nemo fastidit, aut si reuertitur qui recessit.

Luc. 22.

Iudæ, osculo filium hominis tradis?

Corripit dulciter proditorē & introrsum remittit, ut scelus & modū q̄ perficit, ipse cōsideret. nā sæpe modus, ut facinus, est i causa.

Osculum, amoris est signū. Nam q̄ suauis at, uidetur amare quē palpat: erit aut proditor, si non amat, & falsum signū in designatione signati. Falsus testis non erit impunitus. Magnū amoris est testimoniu, cū adinuicem duoz ora p̄muntur. Falsitas aut omnis secludit a regno dei, & ad regna diaboli sem p̄spectat: cū priore autore falsitatis, posteria or autor in aternū, nisi resipiscat, arsurus.

Pro. 19.

Osculum, recōciliatoz est iudiciū, q̄ haec tenus adinuicem discordabāt: nunc uero cum illo discordia irrogatur, & sanguis fun

ditur uinculo pacis. Irrogatur mors osculo uitæ. Instrumentū uirtutis, impietatis arma imitatur. Sed eo sceleratior om̄is maloz autor, q̄ agendi modus nefandior: sed nullus, quā ille qui fit sub uelamento uirtutis, selestior. Suscipit osculum Chrii, & discipulū increpat, cuius actibus nō cōsentit, sed spon te uult pati qd̄ se passuz in carne ab aeterno præuidit. Attēdamus patientiæ documēta, cuius uelamina exuelatū in Chro, qui nec animo motus sustinet proditorē, ut quē habuit ante discipulū, nunc * pronecatium patiatur, & ei tanta humilitate se donat, ut oris osculū corporisq; amplexum sustineat. Ecce ueritas & falsitas, bonitas & iniquitas, humilitas & supbia, patientia & ira, charitas & inuidia, liberalitas & auaritia in actibus, nō in animis cōuenerunt. CHRISTVS omniū origo bonoz, in suis uirtutibus & moribus semp̄ idem. Damnatus hō sibi falso propinquat: agit ipse, patit̄ uir uofusus: attrita frons & infrunita temeritas ē, ut arra fidei & amoris innocētē detradat in mortē. Sed contēplemur attentius, quō uirtutes sibi obiecta hostilia patiuntur. Propriū em̄ noscitur esse uirtutum, conferre immotū animæ sensum. Ad hæc saluator seque suos inuitat, ut uirtutibus fulti, sint in oibus semp̄ idem. Nam uirtus q̄rit ex animo inuariabilē possessorē.

De in terga cadentibus Christum capturis, & multiplici malorum casu.

Caput XLVIII.

Cum uero Iudas cum signo Ictifero ori Christi osculum impressisset, secessit cū ceteris. Illis uero stantibus uelut attonitis, à quadam occulta uirtute diuina percussis, Christus procedens ad eos dixit:

Quē queritis? Responderunt ei: Iesum.

Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum.

Stabat autē & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum:

abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.]

Vtrū uero Iudas signū dederat ante hanc dñi uocē, ministrorūq; casum, disserere non est opus: ad utrunq; se offert indistincte sensus historicus. Proceffit ad eos Iesus cum pauore depositū, cū in ofone nō accepisset pro sensu quæsitum. Sed cōsummata charitas foras * emittit timorem. Hoc processu suo Christus usq; * uerificat, quia ad securios mente secura processit, & uoce impauida loquitur, [quem queritis,] ut se ultro inimicis offerat pro horrenda morte quæsitum. Magna charitas, quæ mortis excludit horrorem. Miranda securitas, quæ inimicis

spōte se donat. Ad hæc caput nostrum animauit & membra. Sciebat em̄ ipse impassibilitatem post passionem. i. uitam post mortē, gloriam post sepulchrum indubitanter futuram. Ac per hoc considerent om̄es qui uolunt fieri christiformes, & securitatem assumant: propellant charitate timorem, & non sit horrore assumpta uolūtaria uilitas huius seculi, de q̄ gloria cælestis exoritur. Nec ultro nea paup̄tas ingerat pro rerū defectu fastidium, cuius campi diuitias fructificāt in supernis. Castitas etiam uisulata tentatione nō uertatur in tædium, cuius arbor in gemmas, gemmæ in flores, flores in fructus erūpunt ciuium superiorum. Passio nulla detereat, ad quam impassibilitas uera & æterna succedit. Frustra p̄ena cōturbat, de qua delectatio nascitur. Nec tyrannorum gladios pauent, quibus cōsecrantur ad Christū.

Mortis terrore nō angitur, qui de morte uitam cognouit prodire supernam. Omne asperum non conturbet, si cruciat aut adimit tenerum sensum, cum ex causa iusta supposita, infinita sequatur amœnitas.

Præstitit nos in omnibus noster dominus Christus, cum se sponte ad pericula obtulit inquisitus. Hæc pro auditoribus dixerim Christianice, aut christiformibus Christianis. Pro pauidis uero & minus perfectis onis habentibus, consulo fugam, deuitare pericula, ne forte fracti penarum & mortis terrore, deficerēt. Et melior talibus fuga humilis, q̄ humano fastu persistere. Nec non & negatio humilis, q̄ supba confessio. Vbi uero nullum argumentum euasione affuerit, captus inter tormenta persistat inuictus, & uerus confessor inter obiecta dolosa. Intentatam mortem, omnino reputet uitam. Magna etiā nobis altissimæ spei argumenta donatur, cum Christus pro nobis moriturus, sponte se obtulit inimicis, nec præcognita de uitauit opprobria. Quid ergo facit amicus, ut cum ipso uiuant, eum in ueritate quærentibus, qui inimicis ad mortē se prodidit inquisitus: Quid eis, qui eum ad laudē & gloriam querunt suam, quando eis se ligādum protulit, qui ad contumelias & opprobria quæsierunt: Quid ueris amicis, qui proditori amico se ad osculum dedit: Quid in bonitate quærentibus, qui male quærentium noluit effugere manus: Dicit ergo Iesus: [Quē queritis:] Illis dicentibus, [Iesum Nazarenum,] adiecit: [Ego sum.] Qua responsione audita, ceciderūt retrorsum, plus em̄ fuit in uirtute, q̄ in sono uocis. Dedit uocē eius pacem uocem uirtutis, ut doceat ignaros, mortuos suscitet, infirmitates morbosq; depellat, fu

get demones, & inimicos male ufos detereat. Quid iudiciaria faciet pro discretione meritorum, quando sic terruit cohortē improbam, cum esset adhuc in numero mortuorum: Non potest humanitas sustinere diuina, nisi supra naturam potentiam ad creatore acceperit. Et terretur iniquus ad uocē iusti, horrore sibi ē, deijcit se retrorsum. Hæc est sæpe hominū nefanda perueritas, ut unde uocari debuerint, reuocentur: & auertantur, unde conuerti debuerunt. Ad hanc infirmitatem & suæ innocentiae uocem, debuerunt ad Christum sola pietate atq; uirtute cōuerti, ad quā retro miserabiliter corruerūt.

Quadrupliciter casum fieri sæpe cognouimus. Aut antrorsum, aut retrorsum, aut dextrorsum, aut sinistrorsum. Quorūlibet sit deorsum, sed eum duntaxat qui ad præsens se nobiscum obtinet, proficquamur.

Ceciderunt retrorsum, non uelut ad lapidem ad offensionem antepositum, impingentes, sed uelut reuerberati à luce maiori & à uehementiori potentia, cum lateris, facibus, gladijs & uarijs armis præfulti, quibus innitebantur, miserabiliter quo nō uiderāt, retrograde, non tñ auersa facie, corruerunt: nam facies eorum, quanuis cum quodā intolerabili modo, eregiōe stabat ad Christū, sed retro cadentes, supinatim ad cælum, ut saltem cognoscerent uirtutē defuper esse terrentem, & de cælo descendentem quæ uenerant ligaturi. Supinantur ad cælum, cuius autorem in terra despiciunt, pro eo q̄ nō cognoscent, quia mundus eum nō cognouit. Sed ut cognoscerent, diuina potētia supinaturs: nam legimus iniquitatis & falsitatis autores noluisse aspiciere cælum, ne dei recordarentur & mādatorum eius, aut donoz defuper descendentium, ut corde compuncti, à malis conceptibus resillirent. Sed isti ad uocem dñi corruentes in terrā, referuantur ad cælum, ut posternentem eos per uocem, cognoscant esse diuinum. Cadunt retrorsum, quo p̄sternantur, penitus nō uidentes: quia uel ignorant quod faciunt, aut quantum sit mali, nullo modo perpendunt, aut damnationem meritam non aspiciunt. Retroactus casus eos insinuat, q̄ ab eo quod acceperunt per fidei cognitionem ex mandato dñi, ad actionem iustoz operū * resipiscunt. De quibus Petrus in canonica sua dicit: Melius em̄ erat illis, non cognoscere uia iustitiæ, q̄ post cognitionē retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditū est sancto mandato. Quotquot em̄ à iustis inceptis deficiunt, nescij retrocadunt. Casus omnino noscitur esse, à bonis deficere uel auerti. Retroacto casu de sella Eli

* non
z. Pe. z.

1. Re. 4. multatus lætaliter fuit, quoniam suos filios non corripuit delinquentes, qui fractis ceruicibus expirauit, ut inflicta pœna præacti malum demonstraret. Retrocadendo expirare meruerat, qui postposuerat diuina mandata & iustitiæ ordinem amoribus filiorum, ut inde pœna proueniat, quo fuit contempta iustitia. Inimici etiam dñi semper, ut isti, conuertuntur retrorsum. De quibus Psalmi sta dicit: Et cõuertēti inimici mei retrorsum.

Psal. 55. Inimicus est dñi, omnis q̄ amicus nō est uerbis iustitiæ atq; uirtutis. Inimici domini sunt, omnes amici mundi, qui se ad uitā aliā am uirtutibus & moribus non reformant.

Iacob. 4. Inquit enim Iacobus: Qui uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus dei constituitur. Ingratitudo quos possidet, fecit abire delinquendo, male credendo atque peccando retrorsum. Isaias enim dicit: Filios enutriui & exaltaui. Et sequitur: Et ipsi alienati sunt retrorsum. A deo se alienant cadendo retrorsum, qui fide nutrant, nec illam moribus firmant, qui aliud q̄ deum, aut plus q̄ deum, aut æque cum deo, in amore animi colunt. Et q̄ domino dicunt, expecta. Expectat cum uocat, Isaias dicitur: Cadent retrorsum, & capientur, & laqueis infolubilibus ligabuntur. Sapientes mundi, qui nec ad sapientiā Christi feram transferunt, conuertuntur a deo retrorsum. Isaias enim inquit: Ego sum deus conuertens sapientes retrorsum, & sciētiam eorum stultam faciēs. Mundi sapientes conuertuntur a deo retrorsum, cum semper scientia humano habita fastu, in peccata læbuntur, nec in anteriora proficiunt, & in illa pœnalī cadūt, quæ uelut retroposita, per spicacibus oculis non uiderunt. Si uero isti qui male missi fuerant ut caperent saluatorem, ad eum mutato crudelitatis animo accessissent, stetitissent utique recti, nec cecidissent in retropositam terram. Habebant enim ante faciem ei stetitisse potuissent: quo debite non aspecto, retrofactus est casus. Prærogantur omnibus exempla cauendi, quoniā qui non accedit per uiam iustitiæ ad antepositam uitam, cadet omnino in retropositam mortem. Perdiderunt audaciam, sed nō se uitiam crudelis legationis autores, nec refumere potuissent, nisi uox quæ abstulit, reddidisset. Proinde iterum interrogauit eos, dicens: *Quem queritis?* omnino se offerēs ad iniustam capturam. Qui similiter responderūt, dicens: *Iesum Nazarenum.* eodem scilicet crudeli animo, quo ante querabant. Non erat mutata scēuitia, quāquam

repsa fuisse audacia: nec mala uolūtas, quæ uis reuulsa facultas: quia obstinatæ hominum mentes non auertuntur a malis, conuersæ ad ornatum uirtutis, quamuis interdum reprimantur eorum pessimæ facultates.

De uiolenta manuum impiam in Christum iniectione, ac dura ipsius, discipulis ommissis, ligatiōe. Ca. XLIX.

Respondit Iesus: *Dixi uobis quia Ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire.* Non enim decebat quēpiam apostolorum socium fieri passionis, ne sequeretur dānabilis error, ut alterius quam unius sanguis crederetur in precium. Vide tamen uirtutis magnæ constantiam, uide inter pressuras inuictam hominis animam, ut pia memoria, tribulationum oblita suorum, de proximis curam gerat, cum dicit: [Sinite hos abire.] Altissimæ uirtutis est signum, cum inter pressuras nō obruitur sensus interior, ut etiam exterius prodatur officia pietatis. Profecto septus chorea uirtutum, nihil in utrisq; actibus habet ademptū. Sed discipulis quodammodo dimissis intactis, dūtaxat excepto qui sindonem, qua solum tegebatur, reliquit, qui tactus, profugit nudus, in Christum tristes & frigiditas manus irrationabili audacia iniecerunt & ligauerunt eum, qui uenerat soluere compeditos. Fuerat enim ab æterno præuifum, ut ex iniustis uinculis, iusta uincula soluere tur: quam præuifionem, non discutendo, laudemus nostris nempe profectibus ipsa seruauit. Ligatur dominus & saluator omnium a manibus sceleratis, funibus peccatorum nostrorum, longe ante de ipso dicente Prophetarum: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Et Petrus in Canonica sua dixit: Dominus captus est in peccatis nostris. Ea quippe die quæ genus illuxit humanum, nec ceperunt miserri protoplasti funiculos, quibus in carne mundi conditor ligaretur, & ipsi genimina prohorum materia primitus produxerunt. Et ex eis damnata propago huiusmodi herbæ, quæ neri siue contorqueri possit ad uincula, uelut campus reprobis, continue germinauit, nec germinare desistit, ut inter peccata præcedentium atq; sequentium hominum, uelut in quodam funis medio, Christus dominus uincularetur. Nam pro præcedentibus atq; sequentibus culpis Christus uenit in laqueum, & captus est in pedica siue decipula peccatorum, quæ ab exordio humani generis erat posita super terram, suis tamen oculis non abscondita. Nouit enim ut aliquis

ab æterno, ab instanti conceptionis ut homo, uincula passiois & causam. Nec fuit nec scire irretitus. Longa sunt ista uincula quæ in primis parentibus inceperūt per millia uelabentium annorum, quibus semper additur a nascētibz cæteris, quāuis ipse sit absolutus a uinculis. Vincula Iosephi atq; Samsonis, uincula Ieremiæ atq; Iezechielis, etiam Christi uincula figurauerunt.

De uano ac temerario discipulorum se & magistrum gladio defendendi uerito ardore: item de gladij acceptione, loco & usu. Caput L.

Sed dum impia ministeria huiusmodi Sagerentur, uidentes hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: *Domine, si percutimus in gladio? Respondens autē Iesus, ait: Sinite usq; ad huc.* Quasi dicat: Intermitte uos prohibere lædentes quousq; patiar, quā ad alios & in tempus aliud seruat iudicium ultionis. Nunc ipse patiēdi, tñ sub occulta uindicta, quæ cæci sunt, manifeste uero ulciscendi tps aduenit. Sed nec expectato responso dñi saluatoris, Petrus exemit gladium, & percussit p̄tificis feruū, & abscidit auriculā eius dextrā. Erat autē nomen seruo Malchus. Tunc ait Iesus Petro: Mitte gladiū tuū in uaginā: aut, [cõuerte gladium tuū in locum suum. Oēs enim q̄ acceperint gladium, gladio peribunt. Calicē quē dedit mihi pater, nō uis ut bibā illum: An putas quā nō possum rogare patrem meū, & ipse exhibebit mihi mō plus q̄ duodecim legiōes angelorum? Quō ergo implebunt scripturę] pphetarum. [quæ sic oportet fieri:] Petat sciētia siue licētia discipuli, si dñm & seipos tuerent gladio, aut si ferro impetunt inimicos. Sed interrogatur in cassum, si ante responsum exitur in opus. Frustra Petrus interrogat, dū ante Christi responsum ipse percusserit. Subitæ hoim actiones, non expectant iudicia legitime decernentia. Nō dedisset profecto licentiā male agendi, aut taliter se tuendi, q̄ maleactum uerbis increpauit in Petro, & factō auriculā sanauit in seruo. Leuitate usus est Petrus, q̄ ante responsum dñi uulnerauit. Leuitas, uitium est non bene cōstitutę mentis, q̄ nunc in bona, nunc in mala quodam improuiso impetu sæpe rapatur, q̄ nec sui cōpos, nec iudiciū superioris expectat. Sed forte Petrus calcaribus timoris ad se, amoris ad dñm urgebatur: quibus impulsus, dignum reprehensione patrauit. Non enim saluator nisi male a digna resp̄hendit. Nec semp̄ timoris aculeus aut amor

ris uehemētia excusat a toto uel a t̄to. Proinde in oīre cautū oportet fieri p̄ Chro certātem, ne male his calcaribus urgeatur. Sed ex ipso forum interrogatione, ac ex dñi reprehēsiōe luce clarius patet, qd̄ in talibus articulis sit agēdū. Interrogāt discipuli si percutiūt gladio, ut nullus percūtiat in uindictam aut uim, remouēdo illam, nisi Christus cōcesserit, cuius nutus lex euāgelica patefacit. Qui se tueri uel alium nititur, inculpate oīno tueatur. Sed tuitio qdem pmittitur, non iubeat. Vindicare autem omnibus prohibetur, dicitur scriptura: Mihi uindictam, & ego retribuam. Nec quispiā a quoquā est spiritali gladio ferendus, nisi quantum iustitia indubitata pmiserit. [Oēs enim q̄ acceperint gladiū, gladio diuinæ iustitiæ perierunt. A q̄ Nemroth accepit gladium: A nullo sterē a seipso, & damnatus est. A quo Pharo: & damnatus. A q̄ Ninus, qui condidit Ninuē: a quo Nabuchodonosor: a quo reges Persarū atq; Romanorū ante Christi susceptā fidē: qui, etsi eis populi consenserunt, æterna damnatione a deo proscripti sunt, nam non est gladius iustitiæ, nisi a deo, qui eum nemini nisi cum lege sua irreprensibili & uera concessit. Non enim nisi secundum legem & per legē est gladius iustitiæ producendus: multo minus sica, uel ultor. Qui uero acceperint, æterno gladio subiacēbunt. Atrocior uero gladius nempe confodiet, qui male utitur gladio spiritali. Sed non solum cum gladio, feriendo iniuste, culpa cōmittitur, sed in accipiēdo. Quod uigilanti uerbo scriptura usa est, dicens, non Omnes qui ferient gladio, gladio peribunt: sed Omnes qui acceperint, ut omnino sit interdicta omnis usurpata potestas, & a Christo condemnetur omnis arrogata iustitia. Sanciunt immutabiliter diuina decreta, q̄ a superioribus inferiora depēdeāt. Nemo igit sibi a se accipiat uindictā aut iudiciariā potestātē, si ad maiorē spectat collatio. Conuertit gladiū in locum suum, a saluatore, Petro iubeat. Locus cuiuslibet rei est, quem sibi ordo infallibilis ordinauit: in quo immota permaneat, quousq; per eundem mutetur aliter decernerem. Nam multa sub inuariabili ordine uariātur, prout necessitas succedit aut ordo causarū. Stent oīa suis locis uisibili aut inuisibili mō, & si qua mouentur præter imperium omnia decernentis, ipso iubente ad loca pristina uisibilia siue inuisibilia reuertantur. Nempe omnia malefiūt, si certus prætermittitur ordo. Trifarius enim est, naturæ, legis & gratiæ.

Locus gladij est uagina, non hominis caro: locus gladij est non corpus hominis, sed omne per quod incidēdo educitur ad usum hominis cum iudicio rationis. Si autem hominis corpus pro tēpore locus efficitur gladij, aut erit in corpore aliquid exortum impertinens, refecandum atq; curandum peritia medicis: aut erit in corpore culpa commissa, in eodem multanda cōsilio iudicis iusti.

Quod ergo est medici, agriculor obmittat qd uero est iudicis, piscator non faciat. Proinde iuste dicitur Petro, & omnibus spectantibus ad similem actionem: Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes em̄ qui gladium acceperint, gladio peribunt. Nam eo malo quod fecerit, trāsuerberabitur ois homo, & ad culpā iusta multatio adnectet.

Mat. 26.

¶ De amputatione auriculę tantū dextrę, & eius mysteris. Caput LI.

Sed in eo quod dextra præciditur auriculę, magnum nobis præstruit sacramentum. Nec credimus hoc factum prouidentia Petri, ut solum ad illud membrum abcidēdum gladium fecerit. Non em̄ qui pcutit conturbatus, curat quemadmodum laniet, sed prout ferientis adest habilitas, & subest dispositio patientis. Veruntū diuina prouidentia, nequaquam casu, creditur factum, cum abscisio dextrę auriculę seruilis, abscisionem prænunciauerit rectę obedientię Iudaicę seruitutis. Ad auriculam referunt obedientiã, sicut Psalmus ait: In auditu auris obediuit mihi. Sed ad dexteram obedientiã pro cælestibus rectã, quam omnino pdidit seruilis conditio Iudæorum. Omnis qui pdit rectã obedientiam, quæ solū pro cælestibus à creatore posita noscitur, auriculam dexteram, utriusq; uidelicet actionis, pdidisse conuincitur, solum restituēdam per Christū. Ipsius tñ est omnia reintegrare depdita. Nam Christus iam circumdatus mala cohorte, pfectus in omnibus, inimicis restituebat bona pro malis, cum seruo auriculam abscissam reddidit. Seruus erat pontificis, non pontificij. Multi em̄ seruiunt in dignitatibus constitutis intuitu commodi, non officij; personam, non dignitatem colentes: qui merito prauę seruitutis, spiritualia bona pdunt, & sperāt frustra superna.

Psal. 17.

Quod uero Christus cum ligaretur, sana uit auriculam atq; pontificis seruo restituit, dum ad tolerandas penas & opprobria congeretur, uirtus processura ex Christo aut ex martyribus, extormentis ostendit. Et nihil adeo nostram intelligētiam aperit, Christū dei filium esse ostendit, fidem Christianam exemplo cōfirmat, nec aptitudines ad agen-

da disposuit, nec præter Christum deū comouere debuit hominum mētes ad credenda quæ incredibilia uidebātur, q̄ martyrum passiones, cruces & tormenta, sanguis effusus, & uaria crudelitas moriendi.

Si caput nostrum inspicimus, dum infirmatur, dum patitur, dum ligatur, dum moritur, restituit sanitatem, & intelligētiam reparat ad credenda & speranda superna. Vinculatur Christus, & aurem reparabat in seruo: ut reparatio humani generis male serui, ex Christi passionibus tota proueniat. Restituit auris dexteram: intelligētia uera, obedientia recta, ex Christi cruciatibus oritur. Nulla intelligētia uerior atq; sublimior, q̄ credere de filium incarnari: quod quoddam nihil fuit, dum ipse se in utero uirginali coligeret. Quid hac intelligētia sublimius atq; rectius, q̄ ipsum pro humano genere credere uelle pati: Præostēdit etiã hoc quantum dilexerit, quo auris obedientiæ in amore rependendo incalescat. Ipse patiēdo, patiētiam modum dedit & formam, & ad interrogata regulam respondendi constituit. Ipse in cruce moriens, latroni aurem cordis aperuit, quem ei confitentem sibi continuo alciuit, dicens: Hodie mecum eris in paradiso. Hęc omnia, quid ex Christi passionibus uenerit, præstruunt. Colligate, imo conuincite cum Christo & pro Christo capite, martyri uarię passiones, intrōmittunt in animã credendi securitatem, roborant fidem, Christū esse ueraciter dei filium, qui ad talia toleranda eos potuit animare, incunctanter mentibus offerunt. Terrena pro Christo despiciere, superna sperare, mundo mori, Christo uiuere, uelut carbones uiui extinctis coniuncti, mentes hominum accendunt. Aperitur profecto & perdita restituitur auris intelligētia, atq; ad obediendum fit ipsa procliuor, si sedule inspicunt martyri passiones.

¶ Quod calix passiois Christi a patre destinatus, a nemine debuerit impediri: & de uoluntatis humane ad diuinam conformitate. Caput LII.

Quod uero adiecit saluator, [Calicem quē dedit mihi pater, nō iuis ut bibā illū,] Ialā cōsiderādi materiã exordit. Dedit pater filio calicem amarissimę passiois, quē usq; ad fundū exhausto pro eo qd pater dedit, cuius uoluntati nihil statuit pferēdum. Orauerat iã in horto, ut tolleretur calix amarus, scilicet acerbitas passiois & mortis, & in exauditus abscessit decreto manēte paterno, ut ipse biberet calicē passionis. Inq; ergo Petro: Pater debet calicē mihi, non alij reddunt. Quis remouebit qd pater decreuit?

ternus: Quis bibet quē ego bibiturus sum? Quod mihi soli, nemini est cōcessum. Mihi, non alij, calix redēptionis offertur. Non uis tu homo, quod uult deus: Non uis tu creatura, qd uult creator: Nō tu seruus, quod uult dñs: Si non bibo, quis bibet? Si nō patior, qd alius pro humano genere patiet? Quare nō uis ut bibam illū? Si nō bibo, siti æterna oēs afficietur. Amara est potio, sed sitim tollit malis caloribus ætuatis. Membra coaptentur ad caput. Nō renuat calicem porrectum a patre, & omnem increpent bibere prohibentē. Qui ad diuinã imposta, impedimentum suadet & prestat, similis est diabolo, etiã si pretendat in uerbis aut in moribus pietatē: nec est tolerandus, uelut qd hominem auertit a uita. Nā qui obediētia diuinę cuiq; sese obicem facit, ipsum a uita diuertit. Est enim in diuinã obediētia, tota uita. Increpandus est, si subest: si æqualis, penitus non ferendus: si uero excedit, nulla ratione timendus qd spi am, quocunq; intuitu a diuinis iussionibus te auertens. Nam ubi diuina cognoscitur faciēda uoluntas, prohibeatur prohibens, & dulci animo quodlibet bibatur amarum. Omne penale crucians, æquanimitate animi toleretur. Legimus David regem egressum uelut expulsum de Ierusalem, fugientē a facie filij sui Absalōis, cui turpibus uerbis maledicebat & exprobrabat Semei de cognatiōe Saul. Quem cum audisset & uidisset Absalō filius Saruie, commilito probus David, ad amputandū maledicentis caput, animo & corpore se parabat, indignum omnino arbitrans atq; detestans, regem suum sic exprobrabiliter ab indigniori homine maledici. Ad quē rex super seipsum tribulā dum diuinam præuidens uolūtatem, dixit: Quid mihi & uobis filij Saruie? Dimitte eū ut maledicat. Dominus enim præcepit ei ut malediceret David. Et quis est ut audeat dicere, quare sic fecerit? Dimitte eum ut maledicat, iuxta præceptum dñi. Iuxta quorum uerborum sententiam saluator increpat Petrū, non faciens ut in uaginam gladium reuertat. Et allegabat rationem insolubilem non pteribilis iussionis, dicens: [Calicē quē dedit mihi pater, nō iuis ut bibam illum?] Omnem remouet cunctationem, suggillat rationes aduersas, oīum claudit ora loquentium. Protinus omnem cōdemnat amorem, nullum sustinet contradicentem, nullis sensualitatis acquiescit blandimentis, cū supra dorsum ponit onera iustus pater: & amicus secus consulens aut agens, habeatur titulo inimici. Et pluribus añ diebus Petrus a Christo est appellatus satan, qui ipsi Chri-

sto suadebat ut nullatenus pateret. Qui sibi & in alijs non uult quod deus uult, nec ipse a deo sua uota suscipiet. Subinfert Chrs, qm̄ conformitate paternę uoluntatis & suglibens patitur, cum dicit: [An putas, qd non possum rogare patrem meum, & ipse exhibebit mihi mō plus q̄ duodecim legiones angelorū?] Sed iam orauit in horto, & nec exauditus est: quō ergo nunc dicit, & exhibebit mihi &c? Tūc pro sensualitate interpellauit ad patrem, quam statim subdidit rationi, rationem uero paternę supposuit uoluntati: nunc uero dicit, si certandum esset, si renitendum, si hoc nō decreuisset paternã uoluntas, si protinus ipsa calicem non dedisset: nec ex hoc auxilio indigeo terrenorū hominum, qui habere possum exercitus angelorum, nec duodecim apostolorum quæro auxilium, qui habere possum duodecim legionum. Sed expedit his passionibus corporaliter subiacere, non reniti, aut armis sensibilibus se tueri. Qui uero uenerat sine armis seculum expugnare, orbem trāformare terrarum, cum dæmonibus habere congressum, & inuisibilem ei dare confictum, nec armis se tueri decebat: & qd erat in passioe uoluntarium longe ante præuifum, armis arceri penitus non debebat.

Mat. 26.

Prædocuit oēs sequaces Christus, ipsi perfecte sequentes, ut mundi auxilia non q̄ramus, nec uitare uelimus quæ ab improbis irrogantur, dum nobiscum prouidentia diuina utiliter agitur, dum tribulati ad meliora prouehimur, si adest in animo tolerantia fortitudo. Sed quis liceat, humanę pusillanimitatis & imperfectiois existit. Potest enim prouidentia utiliori humanū auxiliū quæri, prout Paulus in Actibus fecit, uenturus Romam, ad utilitatē ecclesię se præseruans. Nā inæstimabilibus precijs deus querit nostras emere passioes: & tolerata pro Christo, germinant ad superna.

Act. 26.

¶ Necessitatem (quæ hic ab Oportet Oportunitas dicitur) non imponi a scripturis aut prophetis, sed ab æterna dei ordinatiōe. Caput LIII.

Hoc autem qd secutus adiunxit, [Quō ergo implebuntur scripturę] prophetarum, [quia sic oportet fieri] non ad necessitatem intorquendū est, quasi Christus necessario pateretur, aut prophetiæ prophetiæ ad patiendum Christo ipsi legem necessitatis imponerent. Ac per hoc Christus non ideo sic passus est, quia sic pfigurati aut prophetarum est: sed sicut pati ab æterno disposuit, sic phetari aut tēpus decernit, ut potius passio causa fuerit pphetiæ, q̄ pphetica scri-

* scriptura

ptura causa fuerit passionis. Nam iuris diuini ordo poscebat, ut tanti regis mysteria in mundo futura, per prophetas idoneos multis ante actis temporibus inclarerent. Ideo igitur implenda dicebantur scripturae prophetarum, pro eo quod ea quae ab aeterno infal libiliter & necessario fuerant ordinata, quia sic deus uolebat, mundo uentura scripturae ipsae praedixerant. Quod futurum erat in Christo secundum rei ueritatem, per spiritum sanctum prophetis innotuit. Et ueritate rei praecessit ueritas prophetiae implenda per passionem domini Iesu Christi. Proinde si non patiar, frustrabitur ab aeterno in ueritate prouisum: nec non & scripturae quae ab aeterno prouisum, praedixerunt in tempore dilabente futurum, in plenitudine temporis subsequente similiter frustrabuntur. Magna est scripturarum prophetiarum autoritas: in eis profunda & uelut imperscrutabilis ueritas latet, & paucis nota, priusquam sequatur effectus. Et ad ueritatem capitis, totius corporis subsequitur ueritas. Nam omnia impleta sunt in capite, quae ipsum in carne, in terris gesturum longe ante prophetas cecernerunt, ut nullo pacto trahatur in dubium, quod etiam illa modica quae complenda restant, in corpore suo mystico complebuntur, tam in his qui praedestinati sunt ad hereditatem aeternam, quam etiam in his qui praescitum sunt ad interminabilem poenam, uocabulo fidei et participatione sacramentorum hic uiuente, de Christi corpore uideantur. Ad impletio scripturarum de Christo, profecto in Christo & in suo corpore arguit esse complendas: & complementum unius, arguit etiam alterius, ut ordinata successione infallibili temporum, scripturae implerentur in partibus, ut totius ecclesiae peracto mysterio, in corpore toto scripturae impletae noscantur. Quomodo implebitur scripturae prophetarum? Non aliter quam iuxta huiusmodi opprobrium. Quoniam sic oportet impleri, prout fuit a praouisum: sic uero prouisum, prout erat ordinatum futurum. Difficile usquequaque cognoscitur, in omnibus scripturis cudere uelle mores. Quodam intraneo intellectu colligitur, ne aliter uelimus fieri pro nobis aut in nobis, nec tentemus aliter agere, nisi prout diuina imperia tacita uel expressa, dicta uel scripta, edicto immutabili statuerunt. Haec siquidem uerba intellecta pro moribus, scripturis theologis nos coaptant. Et ut uerum fatear, et coaptant ne uelimus aliter uiuere, quam ipsae dicantur quoniam illa pro agenda uita dixerunt, sine quibus hominibus nulla salus. Oportet autem omnino fieri quae dirigunt in salu-

* quauis

litem. Nec oportet impleri scripturas pro moribus editas, ut ipsarum honor & ueritas amplius inclarerent: semper enim ante actionem & post actionem eorum quae consulantur siue iubent, eodem modo se habent dignitas & ueritas scripturarum. Sed pro nobis oportet fieri talis damnaremur non implendo mandata, ut uouentes, non reddendo consulta. Si Christus ab omni necessitate liber, oportune pro nobis uoluit, quod in ipso scripturae protinus implerentur, qui legem & scripturas sacras soluere non uenit, sed adimplere: quanto magis nos iustis moribus debemus illas implere, quos mortis interitus, peccatorum mucro dilaniat: Et astutus diabolus quaerit quem deuoret: qui & si omnem infidelitatem absorberit, nec eius localis sitis extinguitur. Sperat enim ad suum horrendum & profundissimum os, etiam trahere Christianos, iuxta subtilem intelligentiam illius scripturae, dicentis: Absorbebit fluuius, & non mirabitur. Habet enim fiduciam quod Iordanis influat in os eius. Omnis infidelitas, nomine fluiui: nomine Iordanis, intelliguntur baptismate tincti. Etenim in Iordane baptizatus est Christus, in quo inuicem caelestia sacramenta, quibus etiam clausum est imperium regnum, nisi scripturarum iustis impletionibus referretur. Premittit nos miseranda & alta oportunitas, ut sanctas scripturas quae moribus dirigunt in salutem, moribus impleamus. Clauis sanctorum delata sensibus solum, caelum supernum non aperit, nisi sacra scriptura pro suo gradu suscepta, repagulum positum moueat. Nam scripturae sacrae quae ordinant & enunciant oportunos hominum mores, moribus peraguntur atque complentur. Et quae mysteria, mysterijs & quae superna, supernis. Proinde quia implenda sunt scripturae in capite atque membris, prout enunciant, sic oportet fieri. Hanc eadem oportunitatem cum resurrexit a mortuis, inclusis discipulis patefecit, ut omnino necessitas cui caput Christus se subdidit, membra uera concludat, & ipsa oportunitas transeat in uirtutem.

¶ Quanta cum iniuria, & ubi, & a quibus dominus noster captus sit: & quos ad quod ira inuidiae non adigant: ite quas personas maxime deceat sanguis. Cap. LIII.

Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi & seniores: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. Quotidie apud

nos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Sed haec hora uera & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturae prophetarum. Captio Christi modus & tempus, ipsius iniuriam plus deprohunc, cum uelut latro & nocturno tempore capitur, qui nil ab homine per uolentiam exigit, nec praeter uirtutes aliquid quaerit. Et dies in die palam fiebat, ad quem capiendum nec nocturna hora fuerat oportuna. Sed quales in aeterno erant, tempus malefactionis ostendit: quoniam omnis qui male agit, odit lucem. Et furens animi furiam continere non ualent, nec aliorum cruciatus fatiantur, nisi oculorum praesentiam praesentent. Ecce principes & magistratus & seniores personaliter progrediuntur ad nefas, qui per male subiectos poterant cruda perficere. Nam saepe crudelitas uilescere fecit aeternis generos, & dominatione coegit pagere officia seruitutis. Ira & inuidia pleniorum principum in subiectos, magistratus in famulos, seniores in amentes, & iuuenes in fures conuerterunt. Complent aeternis hominum caecitate, ubi duae istae nebulae superueniunt, ut decerta in conditionibus & dignitatibus non seruentur, nec indecentia prohibitionibus fileant. Ecce quid agunt nocturno tempore principes & magistratus & seniores, quando aut corpus opportunam debet captare quietem, aut animi perspicaces ueritatis & fidei oculis intendere in superna, uel saltem ex officio meditari utilia, proximisque, aut gete inuisibili & corporea diuinas perscrutari pagellas. Student etiam membranulis odij, & inquieti animo, innocentes corpore ingentant. Quae iniquitates hominum etiam ad posterost transferunt, ut a quibus & quae pertulit Christus, patiat hodie uerus sibi subsequens Christianus: & in terra saepe residentes plerique in de ecclesia, in culmine dignitatis exorbitauerunt, ut sacris studijs intermissis, aspirerent atque intendant persecutionibus innocentium. Plerumque namque uidimus & audiuimus, quod sine dolore & gemitibus referendum non esset, ut ex inuidia siue ira fuerint sanguine fuso gauisus, cuius effusione praeuente, canone prohibente, dignitatem quae pollent, non fuissent adepti. Ac per hoc Dauid sanguinarius appellatus est, & ab aedificatione domus domini reprobatus, quem propria manu neminem legimus occidisse, nisi ursum & leonem, & Goliath Philistinum dei populo exprobrantem quem de dei licentia occidere, carebat omnino peccato. Incunctanter horredum est, quod supereminet in populis, torqueri uideant etiam iuste contortum. Multo magis absconat, quod in praesentiarum quaestio-

rii faciunt iustum. Proinde ipsis principibus & magistratibus templi & senioribus Christus uoluntarie captus exprobrat, quod ad eum uolenter & turpiter agitati, more satellitum uenerint, ipsi facti satellites iniquarum & turpium uoluptatum.

¶ De templo liberate, quod Iesus in eo captus non sit, itemque de hora ac potestate tenebrarum. Caput LV.

Sed non ceperunt in templo docentem quoti die, turbare uerentes tumultum. Cepissent forte, si prostantem, uelut die agentem, si quando reperissent. Altiori autem mysterio factum est, ne Christus docens caperet in templo, in quo nec & potuit lapidari. Nam templum manufactum, sanctorum uisibilem formam insinuat, in quibus Christus ineffabili modo existens, per aliquam manu ductionem non tangit neque patitur, neque in eis sensibilibus colligat. Etiam libertas doctrinae atque uerborum dei praefigitur, quod Christus in templo docens non capitur. Verbum enim dei non est alligatum, neque conclusum fuit aliqui funibus tyrannorum. Non capitur in templo conditor magni templi: nam ueri amator, templi sancta libertate potitur.

Sed hora & iniquorum potestas tenebrae sunt, ex quo saluator intulit: [Sed haec est hora uestra & potestas tenebrarum.] ut tenebrae factio mentis, tenebrae factio temporis innotescat. Nam tenebrarum hora est, in qua peccata patiantur, non potestas qua fiunt ut perperam agere, tenebrositas sit ex tempore: potestas, qua malum perficitur, sit, ex omni tenebris implicari. Magnae quippe tenebrae illorum oculis exponuntur, quae splendentia obiecta non uidentur: prout hora & potestas aduerant tenebrae, quae mundi lucem nolebant, aut iusto merito non poterant intueri. Accidit saepe pertinaciter ab aliqua iniquitate detentis, quod sitam ante oculos ueritatem non uideant. Et uelut corporalis oculus, in ualida & excellenti luce solis sine suo damno non figitur sic interior oculus, cum uitiatus uoluntarie fuerit, in luce ueritatis & iustitiae profecto caecatur.

¶ De iniquitate apprehendentium Christum, & eius uinculatione. Cap. LVI.

Chorus ergo & tribunus & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Tunc omnes discipuli, relicto eo, fugerunt. Adolecens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone sup nudo: & tenuerunt eum. At ille, reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Iniquis praepertoribus aut dominis obsequentes, iniqui censendi sunt, cum iussa iniqua perficiunt: & eo iniquiores, quo paratiores ad malum. Ecce isti ministri damnato praeecepto comprehendunt eum, quae carne caeteris similis,

deitate uero cætera comprehendit & ligat, qui uenerat omnes absolueret à uinculis peccatorum, & à cõpeditibus infernalis tyrãni extrahere compeditos. Quia paulo supra aliquid de ligatione protulimus, idcirco de ipsa hic comice differemus. Comprehenditur & ligatur homo seu forma seruilis, existit liber formam serui suscipiens. Dum comprehenditur & ligatur forma uisibilis, non paueat intellectus ualis imago. Sicut deus liber extra hominẽ & in homine, sic aia libertatẽ à corpore possidet, excepta ligatione naturæ, ppter quam corpus corruptibile aggrauat animã. Sed in affectionibus & uolitis nequit urgeri, nisi semetipsam suspenderit uoluntarijs laqueis. Libertatem suscepit anima, non corpus, & præter ipsum propriam uitam habet, & ab ipso excepta uiuit liberior. Cum ipso tñ aliquandiu uiuit & in ipso, nõ tñ per ipsum aut ex ipso. Quod si uinculetur, dilanietur, confodiatur, oēs pœnalitates instãtaneæ aut successiue sustineat, ab illis aia non attingitur. Non em̃ quod in corpore aut à corpore agitur, habet in re incorporea sensibilem affectionem, quã aia sæpe habeat ex successu affectionem, similiter & impalpabilem passionem. Ligatur hominis corpus, sed nõ ligatur affectus. Ligatur homo Christus, sed inuincibilis manet deus.

De fugiẽtib⁹ à Christo discipulis: itẽ quã turpis noxiãq; eorum, atq; adeo om̃ium nostrum à lesu fuga. Cap. LVII.

Sed tunc omnes discipuli, eo relicto, fugerunt. Tempore psecutionis à suis discipulis relinquitur Christus, quos prædocuerat, philocephat, cautos fecerat, qui oēs se sponderant secum in tribulationibus permanuros. Sed melius nouerat Christus quod latebat in eis, q̃ ipsi sciret quid esset in eis. Fit igitur quod Christus prædixit, non quod cœtus ille promissit. Relinquunt & fugiunt: relinquunt, quia fugiunt: fugiunt, quia relinquit. Hæc uersa uice se causant. Qui relinquit deum, perdit securitatẽ: ipsa depedita, cõturbã timor ingreditur: qui quos inuaserit, uertit in fugam, & frustrata sæpe spe in dubiam. Qui relinquit Christum, uitã relinquit: & quærens uiuere, fugit in mortem. Relinquens Christum, uiam rectã abhorruit, timoris agitatus à stimulo, fugiendo uias ingreditur tenebrosas. Proinde per sapientiam de iniquis dicitur: Relinquunt iter rectum, & ambulant uias tenebrosas. Relictor Christi, uitã negauit. Ipse siquidẽ secundum Apostolum est uita nostra, qua relicta, omnis amaritudo subsequitur. Hinc p prophetam dicitur: Vide quã malum & amarum est,

Sap. 9.

Pro. 2.

Col. 3.

Iere. 2.

rum est, reliquissẽ te dominum deum tuum. Isto malo nullũ peius. Et amaritudo nulla sæuior in sensibus adest, quã mortem incurrere, maxime si subsequatur æterna. Omne obliquitatem fugiendo auerit, qui Christum relinquit, quem credimus altissimam ueritatem. De his siquidẽ respiciendũ xerat: Ego sum uia, ueritas & uita. Relinquit sæpe amicum malefidus amicus: benefidus uero, etiam in morte non deserit. Deficit in charitate, qui deserit non deserendum. Charitatis uero defectus aduocatur timorẽ, quia ipse in charitate non est: cum uero affuerat, conuertit in fugam sub euadendi respectu. Sed sæpe incurritur, quod ipso agitante uitatur. Ac per hoc relinquitur Christum, est inuenire satanã fugere uero in quampiam partem, nisi per uirtutem ipse non aderit. Sub alis magni draconis protectio facta est, ubi percipitur quod timet. Tantius esset, ad modicum mortis tolerare dolores cum inuincibili uita, quã ad modicum uiuere præter ipsam. Male igitur apostoli meditati sunt fugam, relinquentes tamen uitam. Sed quo fugerunt: In incertum à timore raptati. Nõ enim ante præuiderant quo fugerent, quomoriã deliberauerant cum Christo. Et tanq̃ inexperti de concussionibus iniquorum, in seipsis male confidebant, ualere credentes ubi uirtus peritura parabatur. Velut uolantilia inter quæ iacitur lapis, improuise per incertas semitas aeris uolant, & in summitatibus & ramulis arborum se tollunt, quas ante nõ uiderunt: sic apostolicus chorus fugiendo, incertitudine refugij uagabatur. Merito certam hi non habent ciuitatem atq; fugij edẽ, qui non credunt hostili bello posse succumbere. Quotquot bellorum nouerunt euentum, ante congressum cõfligunt, aut consilij præmeditantur. Quod si alteri uenerit, per certum loci fugam tueri præuidet uitã. Ignari & inexperti bellicis actibus, si patiuntur consiliũ, aut moriuntur, aut uinculatur ab hostibus, aut per deuia & improuisa se conuertunt in fugam. Subito deliberare de remedio, ingruente durissimo bello, protinus est paucorum. Incertam ad tutelã capiunt uiam, quos timor repentinus inuasit, & qui cum duce belli non cõtuleret de remedio euadendi.

Inter maiora bellantium pericula computatur, cum ante omnem congressum dux exercitus hostium uenerit in capturam. Et ultra quã dici queat, durum est bellũ, cũ primo capitur princeps.

Nullũ sub cælo à cõditioẽ grauius expauescit aut multis gestũ e bellũ, q̃ ubi captus est

Christus filius dei, dñs mundi, princeps regum terræ, dux in moribus, ductor in cæli, inferni destructor, dissipator mortis. Nullus in hominibus ab eo q̃ esse coepit, sublimius triũphauit, ubi relictus ab omnibus, solus cum hoste carnis & spiritus confixit. Nullus triũphus nobilior, in quo bellat singulariter natus, & solus in mortuos liber.

Vide insignem insignis ducis exercitũ, cum duce capto totus arripuit fugam, ut si bi soli mortis æternæ ascriberetur uictoria. Sed duo ex paucis sequebantur ligatum ab hostibus ducem, quorum unus à longe, sed ter de prope denegauit. Alter adolescens armictus sine dono super nudo, per quam detentus, ipsam in manibus hostium dereliquit, nec ueritus nuditatem, quã primo male primis suorum in nostro periculo incurrere parentes: nec recordatus amoris, cuius dulcedinem paulo ante hauserat, inclinatus super dominicum pectus, & quam sentire debebat cum gustauit & corpus. Ecce omnes corpore fugiunt, quã oēs à fide pariter corruerunt.

De laudabili paupertate discipulorũ Christi, ex consideratione illius qui tñ sine dono super nudo uestitus fuit. Cap. LVIII.

Nec prætereundum est, quibus & quot uestibus apostoli refulgebant, quod peritiã uestimento: solum corio, quo natura carnẽ & ossa inuoluerat, tegebatur. In alimifico bello dum iniaretur, paruit quibus diuitijs apostoli fouebant, & quibus armis hostes impios propulfabant. Erat profecto tunc in honore paupertas, & mundi abdicatione de hostibus triumphatura protinus sperabatur. Quod & fecit in posterum. Sed ubi diuitiarum amor accessit, & sub pedibus uelut abiecta calcatur Christiana paupertas, uerfa uice, de nobis diabolus triũphauit. Otiã nam non tegeremur, quod uoluptas & ambitio procurauit, sed quod ipsa necessitas ordinauit. Et tũ princeps huius mudi nobiscũ iure decertans, in nobis non haberet quicquid de uinceret aut traheret ad horridas sedes, sed innocue de suis manibus elaberemur: quia nec habẽremus quo teneremur, nec quo traheremur ad penã. Patuit pauidi fugiendi libertas, cum uestimentum relinquit in manibus detentoris: & Ioseph, cũ partem pallij relinquit in manibus Aegyptiẽ meretricis: ille capturam euasit, & ille pudicitia custodiuit. Ad bonum & malum potest nuditas ista conuerti, secundum ueram intelligentiam agendorũ, similiter ad utrunq; potest ista fuga reduci. Nam bonum est q̃ manus effugiunt Iudæorum, ut sub eo typo fugiamus & demõnstrat malum est q̃ fugi-

Ioh. 18.

Ioh. 18.

Ioh. 18.

gitur, deserendo Christum. Desertus à Christo fugit, q̃ eum fugiendo deserit. Quod uero Christus non fugit, sed prompte se obrulit inimicis, aliam dicendi subordinat rationẽ. Ad hoc em̃ uenerat, quod & fecit, ut sua captura male cõuinculatos absolueret: & p nostris captus pccis, uitã morũ & æternæ beatitudinis ifferret. Dicit sane scriptura: Christus dñs captus e à satellitibus mortis, q̃ duxerunt eum ad Annam primum.

De prima Christi ad quem facta sit, ductio ne item de quibus q̃ captiose ibidẽ interrogatus, & q̃ uerẽ syncretẽq; Iesus riderit.

Capit. LIX.

Dux omnium & lux uera, quæ illumminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, qui uia inobliquabilis e, primo ducitur ad Annam: quem si oberrantes duces posteritate iusti ordinis sequerentur, ipse duxisset ad uitam æternam. Hic interrogauit Iesum de discipulis suis & doctrina eius.

Interrogat de discipulis, in quorum numero renuit calculari: & q̃s ideo credit hebetes, quia ipsum sequuntur. Qui aut nouit, & interrogando tentat: aut nescit, & an nobiles uel gregarij sint, interrogat, ut ex conditione discipulorum sentiat in magistrum. Nec non in autoritatem, qua cõgregauerat, intendebat: cũ suo iudicio, præter decretum pontificum & sacerdotũ, nemini liceret sub noua doctrina discipulos aggregare. Proinde interrogat Christum de doctrina. Ad pncipiosam inquisitionẽ Annas se cõtulit, cũ exgrit. Nã inuoluere uult doctorẽ, nõ sub ipso docile fieri: nec se aptabat ad illã, q̃ non de terrenis, sed de cælestibus erat, nec ex hominẽ, sed ex deo. Prædixerat enim ipse saluator: Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me. Sedebat Annas tribunatico more, tanquã supnẽ tribunitiã atq; deificã ipse doctrinam, formam iudicantis, non discens habet. Ipam uero inuestigare atq; scire uolentem, oportet per omnia humilem fieri, nec contradicere, si per rationes naturales atq; humanas intellectui non clarescit. Fide quippe, non ratione, percipitur. Id iam agebatur ab isto superbo, quærente si aduersus Mosaicam legem & traditiones templariarum & paternarum, doctrina Christi aliquid intulisset, cũ iã saluator arguerit eos, q̃ transgressi sint mandatũ dei ppter traditiones suas. Ecce Christi doctrina humilitatis decore pfulget, q̃ cum sit diuina, sub hominum iudicio uentilatur. Saluator autem ad inq̃sita respõdet: Ego palam locutus sum mundo. Ego

Thre. 4. Ioh. 18.

Ioh. 1.

Ioh. 18.

Ioh. 18.

Ioh. 18.

* censeat

Ioh. 7.

Mat. 15.

Ioh. 18.

semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi cōueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quid dixim ego.] Occulta doctrina suspicione profunditur, & uitium habet annexum, si publicum timet. Non autem omnis occulta in se sanctæ doctrinæ condemnatur, quæ secunda manet, si ducatur in publicum, quæ palam fieri non deuiat, ne deprehendatur in macula, cū sit immaculata. Necessitas & caufarum uarietas sæpe cogit, ut lucerna quandoque paucis luceat in occulto, quæ mallet in manifesto. Proximus spectat ad sanā doctrinā, ut nihil sub uelamine habeat, quod publicum horreat, quod deprehensum, pudore aut infamia ueretur. Sed quæ omnino uelaminibus gaudet, latibula & angulos semper quærit: quæ deprehensa, pudore suffunditur: arguta, non habet unde se iustis sententijs tueatur: est prolixus profcribenda, promulgata etiam ab his qui sanctitate pollere uidentur. Tutius enim audiretur iniqui, proptulæ inhæsitant uera docētes, quæ boni clandestine dubia proferētes. Omnem excludit errorem, etiam animas audientium absoluit à dubijs, palantina & examinata doctrina. Quocirca saluator ad inuincibilem responsionem & defensionem pro sua doctrina se contulit, cum respondit: [Ego palam locutus sum mundo.] Et tacens de discipulis, solū approbauit ex manifesto doctrinā, quoniam in immaculata resplendebat. Et quoniā per sapientes consueuit approbari aut reprobari doctrina, locum in quo sapientes Iudæorum conuenerant, subinducit, dicens: [Ego] autem semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi cōueniunt.] Conueniebant in templo & in synagoga sapientes & magistratus atque pontifices Iudæorum, inter quos Christus altius à Moyse cælestem legem edixerat, à quibus sæpe arguita, confutatis omnibus, triumphauit. Et uenerabantur illam silētio, à qua uelut à clarissimo solis radio cæcabatur. Nam cū multitudine sapientum, sanitas sit orbis terrarum, ad Iudæorum sapientiam, suam approbandam remittit Christus doctrinam, ut si sapientes sunt & audierunt, reprehendant, si reprehendendum quæpiam inuenerunt. Si sapientes non sunt, sileant, à propria ignorantia iam prostrati. Si sapientes sunt & amici, dicant quæ nouerunt, nō amicitia gratia, sed ueritatis gloria. Nam uere sapientes, secundum

ueritatem, nō secundum amicitiam omnino diffiniunt. Si sapientes sunt & inimici, ad ualidius testimonium interpellat, ut propter sapientiam submittant inimicitiam, & garrant, si possunt, in manifestam doctrinam. Si uero non possunt, aut taceant, aut si iustitiā sentiunt, iustis laudibus efferant. Nam ubi multi sunt sapientes, ibi cautio est doctrinæ. Veretur semper docēs, quos nouit assistere sapientes: & caute loquitur, ne deprehensus in aliquo confundatur & occultum deuitat, quod multis prodeesse gliscens & loquens, in ueritate fundatur. Ex hoc subiecit: [Et in occulto locutus sum nihil.] nam si in occulto locutus sum, tibi non potuit nisi quod palam locutus sum, omnino referri. Quod enim non est, non deuenit in aures, nisi harū syllabarū sonus, quod non est. Sed quoniā proprius amor sæpe hominē fallit, Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Non me interroges, quem pugnam hominem credis, & à proprio amore deludis, & oculo carnis intueris, nō discipulos meos, qui ob timorem in propria sunt dispersi: sed uestros sapientes, qui me in synagoga & in templo resonantem uocibus, eructuantem uerba deifera perceperunt, quod locutus sum ipsis. Irreprehensibilis est doctrina, quæ ad iudicium remittitur emulorum, & in obscurabili claritate resplendet, quæ ad examen ponitur reproborum. Et iustissima ex omni parte censetur, quæ nullorum expaulet trutinam uel fornaces. [Ecce] ipsi sciunt quid dixerim ego.] Sciunt quidem non imitationis amore, sed odio confundendi. Sciunt, quia me loquentē audierunt, non quod illam dilectionis amorem uigilauerint. Verlut ante iudicem stabat ipse saluator, & aduersus doctrinā testes æmulos allegabat. sciebat enim se dixisse infallibilē ueritatē. Inconfundibilis nempe ueritas est, & arguta per amplius fulget. Hoc fortitur triūphum, cū aduersarios habet Christum, quod tota ueritas: hoc intendebat pro ueritate doctrinæ, cum æmulos quærebant in testes, ut aut illam exponerent quā audierāt ueritatē: aut si aduersaretur, ipse sub iudice replicando firmaret. Ad posteros ergo huiuscemodi dirine exemplum, ut doctrina non sit priuata, sed communis: nō occulta, sed publica: nō opinata, sed ueritate firmata: quæ nullis obreccationibus tremulat, quæ nullos pauere detractores, quæ suos ubilibet conterat inimicos, quæ magis aduersitatibus quàm tranquillitatibus elucescat. Hoc solū antonomatice Christi doctrina possedit, quæ nec mixta si misset in tepra corā Anna, æmulos ad sui testimonium quæret,

Christo capite defendente, cum coram imperatoribus & regibus mundi non cesserit in membris Christiferis, in eis spiritus sancto loquente.

¶ De alapa nequiter Iesu ab assentatore potestatis in iustitia, & Iesu ad insulgentem responsione. Cap. LX.

Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Pessimus est minister, qui magis pro rege quàm pro ueritate decernat. Iniquus est seruus, qui ante dominum præceptum iniuriam irrogat. Caret iustitia ministrandi, etiam si iustus percutit, quæ omnino nouerit innocentem. A damnata gloria detinetur, qui male agendi causa, regis gratiam optat obtinere, opprimendo iustum. Illudatur à funesta iactantia, qui priuatiuam ante regem insinuat probitatem. Vt seruus, dominorum amore male faciētibus. Vt mala iusta complentibus, qui ad cumulum gloriæ dominorum, iniuriam non merentibus irrogant, supernam utique perdidērunt. Ecce igitur malus minister, qui assistebat pontifici, non ueritatis innocentiam, deserendo iustitiam, dicens: [Sic respondes pontifici?] Præsumptuosus minister, qui ad iniuriam sui domini uertit, ad quos suus dominus non aduertit, & sæpe dissimulando pertransit, ut per mansuetudinem sapiens habeat. Impius est, qui ad iniuriam sui superioris adducit, quod ad declarationem ueritatis infertur, aut ad excusandam innocentiam eructatur. Malus zelus serui ad dominum, inuultu sæpe sine causa iacturā. Alapa Christi faciem omnis qui ueritatem expugnat, & qui opprimit ueram iustitiā, quā accepit. Quid Christus nisi bonum respondebat pontifici, quod nequiter assistēs minister per alapam improbauit: Sed furiosus & infrunitus animus uolentia, non rationibus utitur, & factis, non uerbis iustis improbat, cum cōcernet. Ecce dominus Iesus diuine loquens, uelut locutus nequiter, improbat. Ad reprimendam nostram audaciam agitur, ut malueat toleremus, si ex humanis locutionibus improbamur. Sed uide mansuetudinem patientis, cognosce sapientiam respondētis. *Simile locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis?*] Iudicium uult subire cum seruo, qui omnium dominus est & iudex. Et secure aduersus

se testimonium quærit, cui puritas cōscientiæ semp adest. Nec timet uersutiam, qui possidet innocentiam. Totum se ponit in iudicio Christi, oia inimicorum examinationi remittit, corpus, mores & uerba, & si quæ humana sunt eius, in iustitia uult appendi, approbari aut improbari testimonijs fatagit, cū dicit ministri: [Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.] Dicit scriptura: Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Et ipse tota prudentia, & ad alios fons & origo prudentiæ, diuina moderatione labijs loquebatur, ut nisi per falsitatem impietatis, non paterentur sua uerba calumniam. Quisquis imitator est huius, moderetur uerba & sermones antequam proferat, & delimet antequam dicat, ut possit ad examinandum etiā cōmittere inimicis. [Si autem bene, quid me cædis?] Nemini bene agenti est iniuria inferenda, neque in persona multandus, quæ personalis non deliquit. Non retidantur uerba uerbis, neque uerberibus arguatur, quæ iustitia pollent, & omni carent dolo seu fraude loquendi. Quid me cædis? Impie percutis innocentē, & hominē recte loquentem. Quid me cædis? Iustitia non suadet, à propria malitia cōmoueris. Quid me cædis? Vñ tibi collata potestas: Nō enim preceptum ab eo cui subderis, suscepisti. Tua ergo crudelitas te impellit. Quid me cædis, remota causa delicti? Quid me cædis, uera iustitia prohibet?

¶ Mirabilis quædam ex Christi ad suum percussorem responsione, doctrina. Caput LXI.

Sed ipsum deum, iam iniuste uexatum ab impijs, inquiramus: Cur aliam non paras maxillam, prout in tuis sermonibus docuisti, ut tali opere ualidior sit sermo doctrinæ? An commotus es animo, quod tuus sermo querulus sonare uidetur: an ut affectus tædio, dices, quid me cædis? Maxima hic instruitur patientia & sapientia patientis. Virtus magna est, tranquillo animo pati, nec querulari per uerba. Sed altius penditur, si ratione iustæ responsionis à patiente ad bonum trahit male agens, cum charitas seruatur in animo, & suauiter uerbo proximus reuoluitur. Et perfectum est in uirtutibus, ei qui te percutit, inferre uerba saluta. Et cū odio te feriat, tu charitate cōstringas: ut quæ pateris percussorem, correctum possis habere consortem. In id tendebat saluator, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire, ut hunc male ministrantem, & in ministrum superbiæ uitæ conuerteret. Nec aduersus eum odio mouebatur, quem conabatur dulcis al locutione uerborum de medio iniquitatis.

eripere. Ad seipsum hunc ministrum remittebat Iesus, ut consideraret, quod iniuste in se ferebat iacturam, cum non inuenisset calumniae causam, & cum eo argutione iusta certabat, dicens: [Si autem bene locutus sum, quid me caedis?] Norma haec patendi diriuetur ad posteros, & capitis actio in membra descēdat, ut tanta uirtus constantiae atque patientiae, necnō & charitatis seruetur ad proximum, ut laedens & aporians, ad ueritatem atque uirtutem, uirtute patientis & uerbis iniuste uexati sancta possibilitate trahatur, ut ostēdat inique ledenti uerbis pacificis quod per iniustitiam ledit: qui si molli responsione suam iram extinguit, quoniam dicit scriptura: Respon-

Prou. 15.

sio mollis frangit uel extinguit iram, sermo durus excitat furorem: simul duo bona congermant, ut uirtus patientiae suo munere fulgeat, & conuersus proximus dignam poenitentiam agat. Et utriusque boni sortitur partem primum, quia sustinuit & conuertit. Et respiciens a malo, poenas malis dignas euasit.

De negationibus Petri. Cap. LXII.

Mat. 26.

Interferenda hic occurrit negatio Petri, *quā eum a longe sequebatur*, non tantum corpore, quantum mente, quā titubatio fidei plene compererat & amor ad Christum, a timore hominum patiebatur iniuste confictum, qui uerbis Christum tria negatione uilefecit. Vile uidetur, quod tanta procacitate negatur. Et sub anathemate posuit dei filium, qui omnes uenerat reconciliare cum patre. Perualide angebatur uirga timoris, qui se excommunicabat, si cognouisset & Christum: & iuramento falso firmabat, quod non cognouerit ueritatem. Dixerat enim interroganti Christo: *et ego dico tibi, quia tu es Christus filius dei uiuū: quam cognitionem ueritatis, non ab homine aut ab angelo, sed ab aeterno patre susceperat, qui quem ueritatem docendo non fallit. Ecce in quod maiore profundum potest homo descēdere, ut pro parte uitae labentis totam & aeternam denegat ipse uitam. An forte occasiones fuerūt praeter timoris angustiam & fidei detrimentum, quod ancilla ostiaria introduxit: Ancilla ostiaria, uirtutum est auaritia, ut per eam platus in ecclesia introductus, moribus negat Christum, & saepe uerbis in mendacium transferat ueritatem. An forte quia frigus erat, & ad ignem se posuerat ludgorum: Exterius frigus, interiorum frigiditatem insinuat, & spiritus sancti ignem, ignis ludæorum excusserat. Et gallo date uocem, & Christo inter uerba miserante, ab ipso respectus, Petrus foras egreditur, & fleuit amare. Dimit-*

Mat. 16.

tenda sunt loca quae noscuntur causa peccati, & dimittenda sunt confortia quae sollicitant. Egrediar foras, qui deliquit intus, Egredi enim foras, est a male collegiatis fecisse diuortia. Et melius est egredi, quam refidere in domibus iniquorum. Sane tutius est uagari corpore, quam habere commune domicilium cum malignis. Fletus uero amarus iure peragitur, quia nihil amarius quam negasse dominum Christum. Quae negatio an sit tota facta in domo Annae, an tota in domo Caiphae, an in una incepta & in alia consummata, non sit praesentis disertio. Nihil enim addit aut adimit fidei, nihil demit aut apponit uirtutis uel uitii, altere horum credere.

De Iesu ad Caipham ductione, & quomodo ibidem falsis testibus circumuentus sit. Caput LXIII.

Sed ad ea quae nunc aguntur in Christo, sermo reuertitur.

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.

Vterque pontifex, ille cesserat, iste regebat. A potifice illud dicitur Christus, ut a sacerdote Aaron, usque ad Samuelem, ad dei opprobrium, in sacerdotibus non recte fuerit ambulatum: & a Samuele usque ad Christum, etiam templi pontifices exorbitauerunt. Et nunc pontificum ueteris & noui testamenti Christus, prescriptus fuit in ultimatis opprobriis. Nunc uero inter pontifices sanctae matris ecclesiae, uno cedente per mortem, altero subrogato Christus illud dicitur, quum uilitate atque paupertate contemptis, quas Christus maxime tenuit, honoribus & diuitiis inhians. Ligatus mittitur deus, homo tenetur, non quia deus, sed quia homo ligatur. Amore ligatur, quod se trahi etiam permittebat. Non tenebatur finibus, qui miris modis elementa ligauit, & inuisibili uinculo ligata tenet tam diuersa quae nexuit. Haec ligatio peruersos insinuat mores, ex eo quod ligatae uidentur Christiferae uirtutes, ut nec expedit, sed quod uelut compediti homines ambulent uiam dei. Ligatio capitis nostri, membrorum suorum malum praesagium fuit: & quod agebatur corporaliter in capite, spiritualiter ad membra defluxit. Et quod ipse sine sui criminis patiebatur, praestendit criminum crinibus ligantes, quod debuerunt esse sequaces. Sicitur coram Caipha dominus Iesus Christus, cum quod, aduersus quem conuenerunt sacerdotes, scribae & seniores populi. Ecce sacerdotum scititas uertitur in turpitudinem, scribarum scientia in et rorem, & in furorem trajicitur matura sen-

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

Mat. 26.

ctus, cum omnes conueniunt contra ueritatem, & innocentiam conuenerunt molitur. Nihil ad reipublicae subuersionem magis noxium, nihil ad destruendum feliciter constituta ualidius, quam si unde sanctitas, unde clara scientia, unde matura consilia debent egredi, horum contraria praestantur. Turbantes esse debent innocentem sanctitatem & scientiam & senectutem, & sub alis illarum, miserorum debet esse refugium. His in ciuitate deficientibus, nescitur ad quos alios possit esse recursus. Conuenerunt autem aduersus Iesum damnata concordia, inter quos sanctior discordia extitisset. Et omne illorum consilium erat, quomodo Christum per apertam iustitiam occidissent, & non prout erant homicidae in occulto, in publico uocarentur, aduersus innocentiam testimonia conquirebant. Sed nunquam innocentia uerum testimonium habet aduersum: nam si haberet, innocentia uera non esset. Nemo enim innocens iudicatur, aduersus quem iuste testificatur de crimine. Sed ut nocentes appareant, innocentes tacent ueritatem, & submittent in iudicio falsitatem. Congregatus conuentus malignantium, odio est uisus ab in Christum ut eum morti traderet.

Falsi erant, quia contra ueritatem testificati aduenerant. Falsi erant, etiam si uerum dixissent, dum non amore ueritatis atque iustitiae, sed inuidia & odio traherentur. Falsi sunt omnes homines, si uerum dicunt, dum falsum dicere credunt, aut si odio aduersus

constitutum in iudicio agitantur. Quod uerum est, proferendum zelo ueritatis, non zelo inuidiae: proferatur respectu iustitiae, non odio in iudicio constituti. Quod falsum est, nulla debet ratione depromi: & quod uerum est, ut est, sine admixtione contrarij deprobat. Parua scintilla falsitatis, magna ueritatis sententiae notam dedit, uelut modicum fermenti totam massam corrumpens. Nam isti falsi testes etiam in parte ueritatem dicebant, Christum asserentes illa dixisse, sed omnino in proferendi rectitudine falsebantur. Christus enim dixerat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Testes falsi dicebant, Hic dixit: Possum destruere templum dei, & in triduo reaedificare illud. Sed uigilantiori uerbo alius euangelista differuit illos esse falsos atque mendaces, quoniam Christi sententiam atque dictum uerborum permutationibus & additionibus subuertebant. Ait enim illorum recitans falsitatem:

Ioh. 2.

Mar. 16.

Mar. 14.

Quoniam nos audiimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum reaedificabo.

Vide igitur quanta uerborum dissonantia, & sententiae quam magna diuersitas, quae uere inspicientibus luce clarius patet. Sed non erat conueniens testimonium illorum.

Iure conueniens non erat, quia falsum in uerbis & sententia promebatur. Et aduersus rectum dolus & fraus conuenerat. Multa hic occurrunt aduersus testes falsos differenda, sed intueri Christi consistentiam magis placet, cui ex aduerso & in facie falsitas obstitabat, & contradictionem patiebatur iniuste, qui nihil dixit iniustum. Vnde inquit Apostolus: Recogitate eum qui tale sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Quis patienter ferre non debeat, si sibi aliquid exprobratur in facie, cum omnis homo mendax & possit plene mentiri, cum Christus in suis exprobraretur sententijs, qui tota ueritas est, nequies ab illa omnino deficere: Sed magna est iniquitas hominum, cum tanto malo se colligat, ut aduersus quempiam testetur ad necem, cum irreuocabilis sit uita per hominem: & mala nota criminis apponatur, quae indelebilis est cum fuerit laesa sententia, postquam dicere innocentem ac purgare uelle, quem iudex falsis testimonio asserionibus damnauit ad mortem, difficile atque ridiculum est. Proinde duo saepe ma-

Heb. 12.

la ex falsa testificatione proueniunt, scilicet personalis aut realis puniatio, & infamia damnati criminis, quæ difficiliter aboletur.

¶ De silentio Christi ad falsa obiecta, & an reo ad falsa testimonia semper aut respondere aut filere conducatur. Caput LXIII.

Suadet patienter saluator & dominus, nec ad obiecta respondet, in finibus cum negantibus ueritatem, non esse in iudicio deferendum, nisi superioris iudicio arceantur. Semper enim responsio falsitatem per amplius exhauriret de illorum cordibus. Et adderentur peccata peccatis, & cumulus falsitatis excresceret. Sed nec semper exemplo Christi fallacibus improbis cedendum, ut falsitas non repressa, ueritatis uexilla reportare se gaudeat, & innocens nocens, & nocens innocens uideatur, sed est humili assertio, in obliqua ueritate, auxilio iudicis: testium in probationibus comprimenda. Veruntamen alia ratione Christus a silentio tenebatur, quia non agebatur sub iusto iudice causa eius. Iudex enim & aduersarius erat, pars erat atque tribunal. Christus autem erat omni humano auxilio destitutus, ut nullus pro ipso auderet proferre sermonem, nec uolebat pro rogare responsionibus ignominiam crucis, quam erat protinus suscepturus. Paruipendebat uelut magnanimus & altissimi cordis homo, uerba sibi exprobrari ad faciem, qui harmonicam mortem se passurum ante preiuderat: prænoscens, exprobrationem per exprobrationem exprobrari. Nam exprobratio uera, falsam exprobrationem exprobrat & factum uerum, exprobrat uerbum mendax. Et uerbum diuinum, exprobrat semper humanum. Nec perit ueritas, si tempus pretereat. Ex Christi persona loquebatur David, cum dicebat: Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia speraui in sermonibus tuis. Non respondebat tunc Christus exprobrantibus sibi uerbum quod dixerat, aut exprobrantibus uitam eius atque sermones, uerbum non respondebat. Sed quod in presentia non erat, promittebatur adesse futurum. Nam de ipso fuerat prophetatum, & respondebo exprobrantibus mihi uerbis, ut quod presentis fieri poterat, futurum penitus crederetur. Nam tunc non respondit, sed respondit in posterum, pro nouitate scilicet in morte ostensam, qua etiam a paganis creditus est filius dei, qui nequit omnino mentiri. Respondit enim per creaturas, quæ de ipso moriente restatæ sunt per insolitas & horribiles actiones. Respondit per resurrectionem a mortuis, & apparitiones, & ascensionem in cælum, quod filius dei esset, & falsum loqui nequibat.

Psal. 118.

Magnis se dederunt piculis testes falsi, aduersus eum testificantes, quæ potentes tuebat, & ipse ut hõ sperabat sermonibus eius. Proinde tunc uelut ad patrem loquebatur, nunc tacens respondere exprobrantibus mihi uerbum. Post test autem futura responsio, ad iudicium futurum iuste referri. Tunc enim omnibus sibi uerbum suum exprobrantibus respondebit, aut exprobrantibus exprobrando respondet & uerbum. Nihil sibi nouit innocentia deperire, siue taceat, siue loquatur. Causa innocentis, magis silentio quam clamoribus agitur. Et quæuis in humano iudicio supplicia sæpe leuat, in diuino ridebit. Et quæ habuit superiores, inferiores ipsa calcabit.

¶ De adiuratione Christi facta per Caiapham, & quid ea præ se ferat, Cap. LXV.

Sed quid faceret, auxilio iudicis: testium in probationibus comprimenda. Veruntamen alia ratione Christus a silentio tenebatur, quia non agebatur sub iusto iudice causa eius. Iudex enim & aduersarius erat, pars erat atque tribunal. Christus autem erat omni humano auxilio destitutus, ut nullus pro ipso auderet proferre sermonem, nec uolebat pro rogare responsionibus ignominiam crucis, quam erat protinus suscepturus. Paruipendebat uelut magnanimus & altissimi cordis homo, uerba sibi exprobrari ad faciem, qui harmonicam mortem se passurum ante preiuderat: prænoscens, exprobrationem per exprobrationem exprobrari. Nam exprobratio uera, falsam exprobrationem exprobrat & factum uerum, exprobrat uerbum mendax. Et uerbum diuinum, exprobrat semper humanum. Nec perit ueritas, si tempus pretereat. Ex Christi persona loquebatur David, cum dicebat: Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia speraui in sermonibus tuis. Non respondebat tunc Christus exprobrantibus sibi uerbum quod dixerat, aut exprobrantibus uitam eius atque sermones, uerbum non respondebat. Sed quod in presentia non erat, promittebatur adesse futurum. Nam de ipso fuerat prophetatum, & respondebo exprobrantibus mihi uerbis, ut quod presentis fieri poterat, futurum penitus crederetur. Nam tunc non respondit, sed respondit in posterum, pro nouitate scilicet in morte ostensam, qua etiam a paganis creditus est filius dei, qui nequit omnino mentiri. Respondit enim per creaturas, quæ de ipso moriente restatæ sunt per insolitas & horribiles actiones. Respondit per resurrectionem a mortuis, & apparitiones, & ascensionem in cælum, quod filius dei esset, & falsum loqui nequibat.

Sed quid faceret, auxilio iudicis: testium in probationibus comprimenda. Veruntamen alia ratione Christus a silentio tenebatur, quia non agebatur sub iusto iudice causa eius. Iudex enim & aduersarius erat, pars erat atque tribunal. Christus autem erat omni humano auxilio destitutus, ut nullus pro ipso auderet proferre sermonem, nec uolebat pro rogare responsionibus ignominiam crucis, quam erat protinus suscepturus. Paruipendebat uelut magnanimus & altissimi cordis homo, uerba sibi exprobrari ad faciem, qui harmonicam mortem se passurum ante preiuderat: prænoscens, exprobrationem per exprobrationem exprobrari. Nam exprobratio uera, falsam exprobrationem exprobrat & factum uerum, exprobrat uerbum mendax. Et uerbum diuinum, exprobrat semper humanum. Nec perit ueritas, si tempus pretereat. Ex Christi persona loquebatur David, cum dicebat: Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum, quia speraui in sermonibus tuis. Non respondebat tunc Christus exprobrantibus sibi uerbum quod dixerat, aut exprobrantibus uitam eius atque sermones, uerbum non respondebat. Sed quod in presentia non erat, promittebatur adesse futurum. Nam de ipso fuerat prophetatum, & respondebo exprobrantibus mihi uerbis, ut quod presentis fieri poterat, futurum penitus crederetur. Nam tunc non respondit, sed respondit in posterum, pro nouitate scilicet in morte ostensam, qua etiam a paganis creditus est filius dei, qui nequit omnino mentiri. Respondit enim per creaturas, quæ de ipso moriente restatæ sunt per insolitas & horribiles actiones. Respondit per resurrectionem a mortuis, & apparitiones, & ascensionem in cælum, quod filius dei esset, & falsum loqui nequibat.

Surgit ob inquietudinem mentis, & sententia efficiebatur se ipso superior. Querebat responsionem, non ad credulitatem aut excusationem, sed ut captis uerbis, magis ex ipsa subuerteret. Sed tacebat Iesus mysterio, non timore, tanquam cognoscens eum qui loquebatur in fraudem. Laudabilis hominis est prudentia, opportune tacere, ubi omnino locutio efficitur importuna. Et honestus est tacere quam loqui, ubi ex omni parte calumnia præparatur. Et ad odium scribitur quod profertur. Tunc iterum male agitatus in corde, uerbis exagitabat & Christum, dicens: *Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti.*

Adiurabat ignorans deum uiuum, per deum uiuum, non per alium quam per eundem ipsum, sed purum hominem æstimabat, quem per deum uiuum adiurabat.

Adiuratio semper per maiorem ad maiorem deprimatur, nunquam uero uerba uice peragitur.

Adiuratio est interrogatio de re dubia pro uiuum superius, ut aut eius amore aut timore pateat certitudo.

Adiuratio est inquisitio alicuius sciendæ ueritatis, sub respectu superioris potestatis. Dubitabat Caiphas ne filius dei esset, & per patrem filium inquirebat, ut saltem intuitu honoris paterni siue amoris, si filius dei esset, assereret. Sed quomodo libet Caiphas adiuratio capiatur, Christum arguit esse filium

dei, & deum filium habere omnino decernit. Cur Caiphas adiuratur, si est dei filius, nisi quia possibile credebatur, personam quandam deum posse habere patrem: & si non credebatur hæc personam esse Christum, ex adiuratione sua credebatur deum uerum omnino posse habere filium. Nec illa sententia eum absoluit, quæ dicit: Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes: quia ex hoc aduersus omnes eadem esset ex actio. Attamen sicut in collecto concilio, cum unius mortem pro omnibus necessariam diceret, non a semetipso dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit sic & nunc forte a semetipso non loquitur, sed cum sit pontifex, uerum fatur, quia deus habet filium, quem adiurando non intelligens, asserit esse Christum. An forte aliquid latentis uirtutis in Christo esse censebat, quem credebatur deum uiuum & uerum amare uel timere, per quem ad ueritatem incognitam differendam adiuratio cogebatur. Unde si non credebatur ipsum esse filium dei, amatores saltem credebatur esse uirtutum. Non enim ipsum per deum uiuum adiurasset, nisi ipsum amare aut timere credi diceret. Nemo enim quempiam per alium requirit, nisi credat eum eo amore confringi, aut sub eo timore detineri, aut respectu commodi ex eo expectare prouentum. Aut forte Caiphas aliquorum relatione perceperat Christum se dixisse filium dei, & hoc ab ipso in iudicio repeti satagebat, ut eius condennatio mortis, per legem esset aperta: & ipse condennans, aut tradens præsidium condennandum, a cunctis haberetur immunius. Iesus autem sic adiuratus, ne crederetur deum uiuum non diligere uel timere, prætermisso silentio, disponebat dare responsum, magnū argumentum & exemplum relinquens, ut per deum inquisiti, ueritate præuia, ne sileamus. Sed ante responsum paucis uerbis fraudulentiam Caiphas detexit Iesus, dicens: *Si uobis dixero, non credetis mihi. Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.*

Acti aperte dicat: Frustra, ueris responsionibus non crediturus, interrogat. Et fraudulenter inquit, incredulitati subiectus. Nam ubi aliquid de facto quod inquiritur, non elucet, si admodum est per fidem sermonibus ueritatis. Proinde ad subuersionem omnino interrogat, qui non credere ante disposuit. Et mos est præsidendum iniquorum, inquirere dulciter offerendo securitatem, ut audito quod querunt, irrogent mortem. Ac per hoc inde præsepte de medio, nihil rectum agitur inter homines. Iesus autem mentes omnium

clare prænosces, quæ querebatur abiecta crudelitate, ascribebat subuersioni. Ex hoc autem subiunxit: Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi. Quod nihil aliud sonat, facta coniunctione uerborum: Si dixero uobis uerum, non credetis mihi: si autem & interrogauero, uerum non respondebitis mihi, ut ex eadem damnata radice proueniat, uerum dicenti non credere, nec uerum in responsione reddere inquirere. Aut forte quod unum ex alio nascitur, quod qui uerum proferenti non credit, nec ipse interroganti proferat ueritatem. Proculdubio Caiphas uoluisse interrogare Iesum, ut interrogando instrueret, & lucraretur animam eius & circumstantium omnium, nisi quia præuidebat illos ad falsitatem & invidia prolapsuros. Protinus etiam postulat rectus ordo iustitiæ, ut reus in iudicio constitutus, aut poenam subeat, aut libertatem obtineat ueritatem fatus. Poenam, si digna poenis commisit: libertatem a iudicio & a poena, si liber a criminibus fuit. Sed pro rei linguam, rei ueritas claruit: ex quo illorum fraudem detegebat Iesus addendo per uerba, Neque dimittetis. Profecto cognoscebat Iesus crudelem tyrannidem & tyrannicam crudelitatem, cum per ueram responsionem & interrogationem eum non dimissuros penitus assererat. Quid ergo a perfidis Iudeis tantus uerborum circumitus querebatur, cum omnino ab eis innocentia esset uelut iniquitas condennanda? Cur iudices terreni multas & uarias responsiones a reis coram se ostense constitutus inquirunt, cum in quacunque partem responsio inflectatur, reus paratur ad romphæam, nec disponunt parcere per misericordiam, cui etiam per iustitiam morte aut poenam irrogare non possunt? Quid est enim tot uerbis reuersare innocentem in iudicio constitutum, nisi ut aut incautela lingue aut molestis agitatus, id proferat quod intentioni male iudicantis conueniat? Unde dicitur sententia, qua damnetur innocentia, & actio iudicantis uideatur confessione rei, & innocentia iniusta per ueritatem rei, nec non iniusta & crudelitas iudicis simul iustæ uideatur & poena innocentis: Quare autem hoc uerbum Christus adiecit, si neque dimittetis, mentem excitat & amorem fouet. Querebat ne Christus dimitti, ne pateretur, qui ad hoc uenerat in hanc horam, ut omnino moreretur? Si dimitti nolebat, cur se non dimitti causabat? Cur reflectebat in iudicem, cum non uideret, sed uoluntate propria teneretur? Cur ascribebat ad potestatem iudicis, quod in arbitrio erat sue potestatis? Sed illorum uoluntatem inemendabilem ostendebat, acsi infallibiliter dicat:

Si uerum dixerō, non emēdabitur hostiliter obstinata uoluntas, ut innocētiā parcat. Nō dimittetis, uolūtate uestra ex uera responsione placata, sed eo animabimini hostilius, q̄ uerum clariius illucēcet. Sed non dimittetis me à morte liberum, cui in animo libero uolui obnoxius subiacere. Et si nō à Iudeis, aliunde Christus captasset uehicula moriendit paterna obedientia & amor nostrā redēptiōnis eum impellebant ad mortem.

¶ De Christi ad patris dexteram sessione, ac iudici eius futuri loco & modo.
Caput LXVI.

DEfecta uerbis Christi dolosa interrogatione Caiphæ, coram omni cōcilio, clara uoce respondit:

Mat. 26. *Veruntamē dico uobis: A modo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cæli.*

Lucæ. 22. Dixerūt autē oēs: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis quia ego sum. [A libi premitit:] Tu dixisti. [Marcus uero expresse dicit:

Mat. 26. [Ego sum.] Hæc siquidem uerba sic ad præcedentia contextuntur, continuatiōe literæ atq; sententiæ: Si dixerō uobis, non creditis mihi, quā nūc iniuste iudicor occultus deus,

Marc. 14. manifestus homo. Afto ut reus iudici præstenti, homo dītaxat reputor, qui filius dei sum. In imis iudicor, qui semper in superioribus, imo supremis partibus adfto. Idcirco dico uobis, q̄ amodō uidebitis filiū hominis, quem purum hominem credentes usq; quaq; contemnitis, sedentem à dextris uirtutis dei, ut unum & æqualem credatis cū patre filium & hominem infallibiliter factum deum, ineffabiliter conceptum & natum, & hominem deitati unitum, diuinitate immortum, sed humanitate in superiora subuectū. Videbunt omnes boni & mali Christum dei filium, quem boni amauerunt, mali cōtempserunt: boni ad gloriam, mali ad terrorem & pœnam. Quod & Iohannes in Apocalypsi accepit: Et uidebit eū oīs oculus, & q̄ eū pupugerunt. Sedebit quiescens, qui nunc in laboribus agit. Sedebit iudicās, qui iudicandus astat. Sedebit ad dextrās, qui in sinistra iniuste multatus est. Sedebit ad dextrā uirtutis dei, qui ad sinistram diabolicæ potestatis morti ad iudicatus est. Sed quomodo uisuri erunt, qui tunc nulla ratione credebāt? Quomodo uisuri sunt infideles, qui mortui sunt fidei luce carentes? Videbunt ne per fidem futuri seculi, qui hac caruerunt? An fidem aliam aut hanc seculum futurum habebit, q̄ hoc? Renuens omnis non habuit. An erit successus alterius fidei ad hanc fidem? An

Apoc. 1.

à malis auferetur ænigmatis speculum, & uidebunt Christum sicuti est: Profecto nihil horum uel similitium erit in malis. Sed quod dā miro & nunc ineffabili mō certificabunt corda malorum, Christum esse quem deifilium negauerunt, & sentient supra se iudicē increduli atq; fideles iniqui, quæ aut fide nō receperūt, aut receptum damnatis moribus irritauerunt.

Dextra uirtutis dei, tota est filij: omnipotens & æqua potentia tota cū deo patre, ois potens & æqua iustitia, quā habere se ostensurum mundo prænunciat. Quā habere oēs infallibiliter scient, qui eum, semetipfos fallendo, hic contumaciter contempserunt.

Aduentus eius in nubibus, futurum esse commemorat, non ut in nubibus pluuialis bus aut obfcuris adueniat, sed uirtute gloriificati & deiferi corporis, in nubibus lucidis uelut in tribunalibus sedens, terræ ad iudicandum in aère more nubis efficietur ipse uicinus. Non enim calcabit amplius terram, neq; iudicaturus in mōtibus residet, neq; locabit tribunalia terris: sed iudicabit de aère reo cælo, uelut in nube sedens, omnes in terris positos, qui de cælo cælestis ad terras adueniens, à terrenis improbādum iudicium pertulit. Similem uero sententiam, discipulis interrogantibus, de consummatione seculi saluator ipse responderat, dicens: Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cæli, cū uirtute multa & maiestate. Nec me, credo, fallit pia credulitas, ut per cælinas uirtutes siue supernas uirtutes intelligatur, qui lenitate naturæ corporibus superferuntur terrenis, in quibus & cum quibus iudicaturus adueniet, qui iudicatus in terris, ab hominibus derelictus est. Cæli nubes exaltantur à terræ: exaltatus in omnibus & super omnia, terrenos terribiliter iudicabit. Ut erat moriturus, ita & iudicaturus. De morte nanq; prædixerat: Cū exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Quod euangelista ilico exposuit, dicens: Hoc autem dicebat, significās qua morte esset moriturus: quia per exaltatiōem à terra in ligno crucis, ut non in terra, sed in *laribus aëris moreretur. Proinde sicut ligno pendens in aère, inclinato capite, pro omnibus ut moreretur tradidit spiritum: sic in aère corpore à terra exaltatus, iudicabit mundum sibi subditū uersum. Nec nubes ad opem quærent ab ipso timo de iudicantis, sed ad quandam tolerabilem uisionem populi iudicandi. Nec enim nubes, quæ ipsum ascendente in cælo suscipit, sui corporis fuit oportuni uehiculū, sed q̄ dā moderamē gloriificari corporis, q̄ me

diante, apostolipossent Christi ascensum pensius intueri: sic nubes tēperamento temporis illo facient, ut iudicati, tolerabiliter uideant iudicantem. Pronūciabat etiam Iesus alios ex Iudeis fideles esse futuros, qui Christum uisuri essent ad patris dextrā residentem. De quorū numero fuit Stephanus, qui postq̄ dixit Christū se uidisse ad dextrā patris stantem, lapidem in seipso suscepit. Nec non Paulus similia uidit, cum in illo triduo fuit raptus in cælum. Quod de ipso in posterum scripsit, dicens: Sedet ad dextrā maiestatis in excelsis.

Aduentum eius exinde futurum in nubibus, à ueritate non absonat, quid in prædicationibus fiat: magis uero per nubes prædicatoris intelligere, consonat ueritati, iuxta illius scripturæ sententiam: Mandabo nubibus desuper, ne pluant super eam imbrem. Tūc uero deus nubes à pluuia prohibet, cū peccatis populi exigentibus, doctores à prædicationibus arceat. Merētur enim sæpe homines occultis peccatis suis, ut non audiant uerbum dei, aut quia post auditum crediturino essent.

¶ De furore & calūnia Caiphæ, Jesu blasphemiam falso impingētis, & ob id condēnantis.
Caput LXVII.

PER experientiam rei euentus patuit, q̄ Christus ad calūniam, non ad creditam interrogabatur, & in omni responsione calūnnia sibi fuisset obiecta. Nam tūc omnes furiose dixerunt

Tu ergo es filius dei?

Non uelut credentes, sed ironice atq; derisorie Christi sententiam repetentes, quibus saluator fida uoce respondit, dicens:

Vos dicitis quia ego sum.

Vos dicitis quo animo, qua fide, qua dilectione nostis, sed ego melius noui. Sed quacunque intentione dixeritis, uerum dicitis quia ego sum.

Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit.

Iniquis inimica est ueritas, & eorum animus uertit in furiam cum dicitur. Et patētia iusti uexat per aplius furiosum. Ecce princeps sacerdotum, audita ueritate, mētis sententiam passus, corporis uestimenta prescindit: quia ex malo mentis habitu, in turpem actum erumpitur. Et corde diuisus, diuisas à deo per agit actiōes. Scindit uestimēta pontifex & sacerdotum princeps, quia scindendum penitus erat pontificium, & sacerdotiū Iudeorum. Scissio uestium, diuisionem stultam in moribus arguit, & copulam denegar

charitatis. Quod apud Iudeos inoleuit, q̄n aliquid detestabile audiebant, uestimenta scindebant, ab eo tempore quo Iacob, audita filij sui Ioseph horrida morte, sua uestimēta profcidit. Et Dauid, audita suppiter facta morte primi uncti regis, simili. Et Paulus & Barnabas in Lycaonia uestimenta etiam profcidit. Qui pontifex collega factus diaboli, qui non dormit, nisi suppiter facta confessionem Christiferā, in falsam & blasphemiam suo sensu conuertens, & quasi dicta testium plus appendens, impetu malo actus, tonanti uoce astantes alloq̄tur, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur?

Piorum principum est, reorū non intendere, sed extenuare delicta, ne uideātur propter delicta uitam uelle perdere constrictorum. Et ne maledicendi præstēt audaciam, cum patet extrā uoluntas ad auferendā rei hominis uitam. Impiorū uero, & prius auditate in reum necandum ostēdere, ut testibus contradicendi præstetur audacia, & populus contra reum inclamet mortem, quā ante uelle p̄nouit & principē. Ecce Caiphæ omni fera crudelior, consiliator mortis, contra Christum uelut reum in iudicio cōstitutum, ueritatem in blasphemiam uertit. Et q̄d est æternum, de nouo non dicit esse compositū. Veritas erat q̄d Christus dicebat. Aeter num ei erat, nō ex tēpore, q̄ se deifiliū asserbat. Hanc cōfessionem uelut blasphemiam prolatam ex ore Christi, quam ipse accepit uelut ex ore rei, ad sui p̄ditōem intorfit: quā multo amplius, q̄ dicta testium, in causa ualere decernit. Proinde uelut in Christi morte festinus, adiecit: Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Nulla est indigentia testiū, ubi rei est aperta confessio. Valet rei confessio aduersus seipsum sine testibus. Testium uero assertio, sine rei confessione sepe defecit. Ecce nunc audistis blasphemiam. Ecce nunc audistis q̄ corruptibilis homo sibi arrogat deitatem, & immortalitatem mortalitatis, & temporalis æternitatem sibi appropriat. Ecce audistis quia unitatem multiplicat, cum unum deum uisuum & uerum, alium deum genuisse fatef, & habere filium qui non gignit. Semper enī hoc subterfugit, præterquam in paucis electis, Iudeorum mentibus, generationem in deo esse æternam, absq; q̄ deitas à trinitate recedat. Et quauis unius dei cultus apud eos fuisset usquequaque retentus, ad trinitatem credendam pluribus credēdi aditus nō

Gen. 37

2. R. c. 1.

A. G. 14

Mat. 26.

*nunc

parebat. Nec intelligebat, quod fieri posset generatio sine fordidibus. Deum aut hominem fieri nullis arbitrabantur indicijs, uerentes compositione in simplici comixtione posse fieri naturam, aut coquisitionem unius in altero nullo modo credentes. Et quis in his uera esset eorum & opinio atque credulitas, tam eorum cabantur in intellectibus suis. Quis est in diuinitate ineffabilis modo generatio sine fordidibus, unio sine compositione deitatis, assumptio humanitatis sine commixtione aut conuersione unius in alteram naturam, nec a simplicitate deitatis factus recessus, neque deus compositus est atque geminatus comixtus humanam naturam, neque in illam conuersus. Quod Iudei nullo introitu in hoc secretum intrantes, Christus se de filiis dicere, summam blasphemiam assererebant. Est autem blasphemia, impertinentis appetitio super dignitatem, arrogatio impropria, reputatio supra sensum, assertio supra condignum. Omnis autem excessus blasphemiam constituitur, cum quod est dei, attribuit homini aut cum quod est hominis, dicitur esse dei. Vtrique uero ad id quod Christus dixerat, ferebatur. Sed ne Caiphas totus nocens, solus in hoc iudicio deliquisse uideatur, sibi assistentes quid super blasphemiam & blasphemum decernant interrogant in criminibus poterat sic, ut poena blasphemum diuerberet, Iudex qui peruertere iudicium satagit, eos dumtaxat interrogat, quos sibi nouerit in malo concordēs, in derespōdere pro uoto. Iudex uero iustus exquirat oppositam partem. Non expedit in iudicio, super reū exgrere odiosos, nec eos interrogare in iudicio contra reum, quod eum imptermississe ueniant ad mortem, quam posse inferre, in sua uita solatium uertunt. Nam sepe uita iniquorum, de innocentum morte tripudiat. Sed eos quos ad iudicium proferendum, quos nouerit amore iustitiam, non amore priuato aut odio, testimonium dare.

Credit Caiphas multorum assertio se contegi, cum assistentes, quod eis uideatur, exgrit. Sed eo grauius est crimen, quo multos querit in socios. Responderunt omnes sibi male cōscij, & in dānando iusto cōcordes: [Reus est mortis.] Hoc est, ex hoc quod in praesentia dixit, morti nunc subiacerit statim morte plectendus, eius uita protinus proroganda non est. Nam mortis reum esse, uelut alios homines, Christum esse credebant, & ipsam non posse uitare merito damnate naturae. Sed nunc reum mortis aliter esse diffiniunt, ut si natura pamplius differret, iustitia punitiua non differat. *Sed non aderit iustitiam, sua enim nunc iniquitas pmit. Si mortiturus esset lecto decu-

Mat. 26.

*Si

bans, nunc patibulo suspēdatur. Si cū pace fueret, nunc poenis exactus intreat. Si quod non tempus, anni, menses, hebdomadae, sibi uirtutem ministrarent, ad hunc hodiernum diem, quod iste blasphemus saepe moriatur, arcentur. Inspicite iustitiam esse calcatam, uirtutem depressam, rationem obrutam, ut oēs magistratus & sapientes & senes in iusti mortem conueniant, & neminem inueniri quod pro innocente consurgat, qui beneficium exculatōnis aut tempus defensiois exposcat. Quid mirum unum hominem in magnis aut paruis criminibus posse delinquere uel errare, cum omne Iudaeorum consilium nouerimus ex inuidia diaboli deliquisse, ac etiam ex uno dānato pro mortem, sapiētes, homicidas pessimos factos? Quae autem Iesu confidentia erat, cum solus erat innocens inter tot improbos constitutus? Haec oīa poenalia erant, sed hoc magis erat doloris augmentum, quod ueritate distortationes arguunt, & sal. f. omne Iudaeorum consilium, conditum omnem aliam gregariam plebem, ex toto infatuatum erat. Iesus autem non clamabat aduersus impias uoces, nec reprobam subdolos linguas, animo constitis mortem expectabat in uoto, & promptitudo mentis astabat intrepida, & ipse paratus erat in cōturbate illam suscipere, diuine magnanimitas, cum cōtra eum mors in tot uocibus resonabat. Mirum sentire de dei filio, uidete tetras effectas imagines quae formauerat, non quilibet fuscatione, sed illa quae creatura contra suū pugnat auctorē. Mirum de Christo tacente, magis suam submittendo potētiam: in quorum moribus uariatis, iustos suos oīno non uariat, multo magis & Christus semper in moribus eius. Non enim uenerat Christus in manibus Iudaeorum, aut se capi permiserat, ut decertaret uerbis cum negantibus ueritatem, & cum obrutam habentibus rationem: neque sua inuisa potentia mutare decreuerat pertinacium mentes, ne in sua causa liberum uideretur auferre arbitrium, quod humanae naturae pro tanta dignitate concesserat. Patiētia in isto mysterio & uirtutibus opus erat, quas secum portabat saluati culi saluator, cum audita mortis acclamatione tacebat.

De contumelijs. Iesu in uerbis Caiphae interrogatis, cōspuēdo, uelādo, pcutiēdo. Ca. LXVIII. SED ante quod mortis Iudaeos adiudicatus, mortis sentiret aculeum, prius suis poenis fatiari quentes, expuunt in faciem eius, uelut in faciem abiectionis & uilissimi hominis, cui ex animo uerbis & actibus exprobrabant. Expuerat autem saluator & lutū fecerat, ut in luce reuocaret hominem cui natura negauerat: nunc uero procax impudentia Iudaeorum, la-

ciem spiritus polluit saluatoris. Actus enim abiectionis erat eorum quae dicebatur, cum expuebatur in faciem acti dictorum uilitas, spirituum uilitate damnare. Et Iob ad sui uilitatem lamentabiliter asseribebat, cum de abiectionis atque plebeius aduersum se insultantibus asseribat: Et faciem meam conspuere non uerentur. Acti amaro aīo dicat: Ita sum ab altitudine status mei ad ima deiectus, ut ad uilitatis exaggerationem, etiam indigni homines meam faciem exprobrando & uilefaciēdo conspuere non formident. Et quoniam consuevit in saluati hoīs sapientia praenotari, quae de capite ad corporis interiora descendit, et in faciem attēditur tota notitia hoīs, colligitur quod ex stultitia sapientia hoīm, Christi uera notitia reprobetur. [Et uelauerunt] faciem quae primo conspuerāt. Velatio faciei, facta noscitur in derisum. Sed illos reprobos insinuat, qui mallēt peccando non uideri, potius deum non habere notitiam.

Et colaphis eum ceciderunt.

Colaphus in id tendit, ut ex actu inferat poenam: magis uero adumbrato mysterio, ut fidei qua Christo iungimur, Iudaeorum pertinacia maledicat. Ac etiam crudelitas paganorum in suis tyrānis illam sit conata diuerberare atque succidere, cum ante suam conuersionem omnes in Christo credentes, quos potuit, supplicio dire mortis asseripsit. Nā colaphus est percussio supra collum. Collum autem ecclesiae fidem insinuat, sicut in cantibus legitur: Sicut turris David collum tuum. Et collo namque corpus capiti iungitur, & ecclesia per fidem Christo capiti copulata. Turris in alta sustollitur, fides uero ad altissima ordinatur. Et morum credentium maximam notam praenunciat colaphizatus Christus: quoniam credentes plurimi, et magnis & horrendis criminibus, fide qua Christo iungimur, & uaria morum ueritate diuerberat.

De prophetia in Christo irrita. Caput LXIX.

Lij autem palmas in faciem eius derunt dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

Expalmata Christi facies, id quod sepe diximus, praestendit. Sed ut omnis compleatur derisus in domibus Iudaeorum, prophetia quae ille populus inter caeteros iam effluerat, in Christo capite deridetur cum dicitur: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Nec posteria prioribus discrepabant, qui occiderant prophetas uerissima prophetas: & male tractauerant illum, qui ab utero prophet-

ra consecratus extiterat & quotquot a deo missi fuerunt, a malefidis Iudaeis, regibus, sacerdotibus, & plebeius supplantati sunt. Nunc ad eorum iniquitatis cumulum, in prophetarum & inspiratore ueritatum, ueritate prophetiae cōternunt, derident & confundunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Acti propheta caret anima saluatoris, siue tanta fit ignorantia iudicis, quod culpam nesciat delinquentis: & quod nesciens culpam, non inferat poenam: & perniciosam licentia peruagetur iniquitas, si iudex ignorat quem puniat. Similiter & si nescit patiens ferientem, quod iustam nequit re pendere uicem. Credunt nanque nonnulli uelut infrunitum concilium Iudaeorum, oculos domini fasciōlis ignorantiae obuelasse, ut nec ipse speculator desuper astet atque consideret facta malorum, & quod pro tempore impune pertransit, quod in dei cognitionem non uenerit. Et temporalis impunitas inde proueniat, quod uelut deus, uelata facie reprobos mala non uideat. Sed mentita est iniquitas eis, aliter dicente Psalmista contra illos, qui proprie aut anigmatische talia crediderunt, & dixerunt: Non uidebit dominus, neque intelliget deus Iacob. Quid enim est dicere, non uidebit dominus, nisi quia mala quae fecimus, aut ignorat, aut non considerat omnino: Et haec sententia se uersa uice respiciunt, cum dicitur, Dominus non uidebit: & Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit, ut in utroque ignorantia pretendatur, ut malefactorum impunitas subsequatur. Contra hos uero tam neget opinantes, ipse Psalmista subsequitur: Intelligite haec insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plautauit aurem, non audiet: Qui finxit oculum, non considerat: Qui corripit gentes, non arguet: aut qui docet hominem scientiam: Et indecise contra ignorantiam in Christo ponentes, adiunxit: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Si nouit cogitationes, nouit & actiones. Si cogitationes uarias hominum scit, & eum qui percussit agnouit. Aequali enim notitia, male cogitantem & praeue agentem de alto cognoscit. Praesciuit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Quid enim uanius in cogitationibus hominum, quam Christum credere aliquid ignorare? Quid in derisione ferocius, quam quod scienter faciunt, per prophetiam exquirere? Nam prophetia omnino ad non uisa praeterita siue futura refertur, non ad ea quae praesenter manibus peraguntur, oculis uidentur. Sed haec derisio prophetiae, ad ipsos Iudaeos ipsos retorta co-

quod

Psal. 95.

Ibidem.

gnoscit, ut facti omnipopulo in derisum, & prophetis ueracibus non credentes, à mendacibus decepti, ueritate priuati, miserum in mundo experiat̃ur exilium. Et quoniam Christum tãquam prophetarum omnium ueritatem uelauerũt, iusto dei merito super ipsorũ corda uelamen cœcitat̃is & ignorantiã manet expansum, & nisi ad Christum fide atq; dilectioẽ p̃transeant, in hac uita nulla ratione tollendum. Sed in fine seculorum * eleuabitur omnino uelamẽ, bonis merito iustæ credulitatis in gloria, incredulis uero, quum iusto dei iudicio affligentur in pœnat̃ quam quia uelamine apposito credere noluerunt, idcirco persentient quotquot Christi faciem uelauerunt, aut in similibus actionibus his asciserit sunt. Illorum crimina similiter & pœnam exaggerat, q̃ prophetia uerbis & uerberibus fit derisa, ut qui codices tenent & relegunt prophetarum, ueritatem insertam omnino legendo, intelligendo nõ uideant, nec bona perditã donaq; promissa inspicũt ut acquirant. Nec pœnas incredulis debitas legendo cognoscunt, nisi fe auertant à malis, quorum merito irrogãtur, sed gurgitem malorum implendum simili malo multorum credentium iniquitas crescit in amnem, ut existiment propemodũ Christum habere uelamina super faciem, q̃ aut propter suam eximiam dignitatẽ mala nostra non consideret, aut ab ignorantia detẽtus ignoret, aut neutro præuẽtus, sed si qua peragimus, uelut eum non lædendũ, nil æstimet. Sed non aduertunt quod scriptura de ipso inclamat: In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Et alibi: Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Inuolabiles sunt oculi dñi, si boni & mali aspectum eius non effugiũt. Protinus uelamen non patitur semper opaculus infopitus. Multũ delirat humana improbitas, si propter diuinam dignitatem non credit consideratio nem: aut cum ignorantiam apponit ei, qui ab æterno antequam fierent, cuncta cognouit. Necnon ad delirationem damnabilem pertinet, si non læsum à criminosis, per ultionem iustam ipsos lædere non credamus. Quoniam deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit, quia sine passione aut respectu sui, criminosis libere amore iustitiæ punit. Et maior dignitas esse cognoscitur punire peccata, q̃ inulta permanere. Nec ignorare peccata, credendũ est q̃ oia nouit. Voraginosum profecto uerbum est pro deo, & aduersus homines peccatores multa complectens, cum dicitur: Prophetiza nõ

Pro. 15.

Psal. 33.

Psal. 93.

bis Christe, quis est qui te percussit? Reboat in uaria uerbum istud. Si quis est qui deum offendit. Sed in multis offendimus omnes. Et omnis homo mendax. Et non est qui faciat bonum, nec est usq; ad unum. Et si offendentem nouit offensus, & si deus hominem nouit, creator creaturam: nam quis & te homo & deus, iniquus & iustus? Quis est quite percussit? Nemo manu palpabile tetigit deitatem. Sed angelus in cœlo illam suo modo percussit, cum potestate propria delectatus, id appetiuit quod esse nõ poterat. Magnus impetus factus est ad percutiendum, quãuis nõ sit inflicta iactura, cum quod dei proprium erat, in se transferre angelus nitent. Simili atq; dissimili modo protoplasti, nisi sunt in paradiso impetere deitatem, cũ sicut eloim esse diabolo suadente, in animo uoluerunt. Et hic omnis eius corporalis & spiritalis est iniuncta percussio, ut illa culpa delenda, dei filiũ expetere incarnari, unde ad manualia opprobria sic turpiter uẽtum est, quod peccatores in pœsterum & idololatrã, atq; diuersis criminibus maculosi, facie domini percusserũt uerbo derisionis tacite subadnexo: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Sed sicut nouit dominus q̃ sunt eius, sic reprobando cognoscit omnes aduersarios eius. Ad quid deuenit hominũ feritas & uersa iniquitas, ut sub huiuscemodi typo dicere uelit, cum peccat, si est scienã in excelsis? Cur querit de sua nequitia quispiam prophetiam, cum patrati sceleris certã habeat ipse scientiã? Sed omnis male agens, pœnam sentiendo sua crimina quæque cognoscet, qui perpetrando illa ignorauit, aut ignorare se finxit.

De Christi à Caipha ad Pilatum ductiõẽ, & Iudæorum in Christum odio ac furore. Caput LXX.

Porro Iudæi mortem Christi differre periculum autumantes, postquam in illo rum fuerat diffinitum concilio, illum morti obnoxium subiacere, nec habetẽs quomodo possent sententiã mortis tradere, potestate translata in Romanum imperium, aut falso religionem monstrãtes, ne propter inuidiam uiderentur sententiã inferre super Christum: *Mane factõ, initoq; consilio principes omnes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderet, uultum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi, ut exactõ ab eo, ipõs fucate credita in ocẽtia*

saue mortis experiẽtia puniretur. Transiuit in somnis nox in Chro aporiato perroties, & deriso atq; percusso multoties, & ira fecit aliquos Iudæorum, ad irrogãdas Christo iniurias uigilare. Nam sæpe contingit, ut alium lædens, in corpore proprio primo ipse lædatur, quis sine cunctatione semper damna in anima patiat̃ur. Et nec uertatur in dubium, q̃ nocere alium cupiens, primo sentit laborando & defudando iacturam, & uigilias sustinet suæ dispositioni aduersas, ut alteri noceat. Nempe multa incommoda circunueniunt lædere cupientem, anteq̃ ledat necnon & lædẽdo læditur, cũ laborat ille qui uerberat: aut debitum naturæ sibi subtrahit, dum uigilando mala cogitat inferre ille q̃ odit: & quies optata deperit, cum unus alium zelo nocẽdi impetit. Vnde torquẽs & tortus corpore sæpe pœna plectuntur, quibus magis in corpore ille qui patitur, in aia uero torquẽs magis ipse torquetur. Nam qui per importunitatem atq; iniustitiam alium lædit, sensibiles atq; insensibiles interiores incurrit in tebras, exterioribus & æternis, nisi resiliat, reseruãdus. Mane autem factõ in ordine solis terrã desup orientis, sed nox profundissimã erat in cordibus Iudæorum. Et quibus corpora uigilarent ad corpoream lucem, ad spiritalẽ uero aĩabus interlucẽtem letaliter dormiebant: damnato iterato consilio tradiderunt p̃fidi, autoritate Romana Hierosolymis p̃fidi. Nec saturati pœnis illatis, mortem eius anxie sitiebant. Aut in simul in consilio condicentes, quid tradẽdo p̃fidi accusando sibi obijceret, q̃ p̃des iuste moueretur mortis proferre sententiã. Et huiuscemodi deliberatione factã, omnis multitudo surrexit, & duxerunt eum ad p̃torium Pilati. Prætorium autẽ erat secundum traditionem antiquam, ciuium Romanorũ locus iudiciarię potestatis, ubi & eorũ fiebat exactio, seu locus in quo p̃tor cũ sapiẽtibus & populo conueniebant ad aliquid differendum. Sed p̃torium Pilati sic Hierosolymis dispositũ erat: ut ex ipsius fenestris allocutio possit esse ad extrã positum populum, si necessitas postulare. Similiter prout in alijs uicis fit congregatio, ut differendorum ordo poscebat. Sed principes sacerdotum & omne Iudæorũ concilium prætorium Pilati non intrauerũt, ne contaminaret pascha, quod tũc in tẽpore celebrabant. Vitabãt em̃ Iudæi ex antiqua traditione in tali solennitate ingredi gẽtilium aedes. Semper enim Iudæi uilibus cæremõnijs intendẽtes, in magnorũ malorũ uoraginem ceciderũt. Maximã illorũ cæcitas, & peruersa cõditio, Verebant cõtaminare pascha,

si p̃fidi intraret p̃torium: sed non uerebant ad mortem iniuste deducere dñm oim Christum, aduersus quẽ nullã causam mortis in uenerãt, nisi quã illi ex aĩo imponebãt. Cõtaminauerunt pascha, & omnẽ eorũ solennitatẽ scẽdauerunt, cum tam crudelẽ in Christum dei filium exarserũt. Iam scẽdauerãt animas odio, & inuidia & falsitatibus deturpauerant, ut nil prodesse posset munditia exterior, cum homo interior totus esset in culpa. Frustra nititur forinsecus se cõtpare moribus, horrẽde in intimis maculatus. Et abstinentia exterior tẽdit in nihilum, si animus interior impetu uadit in præceps. De Pilati ad Iudæos prima post Iesum sibi adductum in terrã interrogãõẽ, & Iudæorum, contumeliosa in Iesum ac falsa responsio. Caput LXXI.

Pilatus autem cum Iesum cognouisset in suum p̃torium intrõmissum, foris autẽ expectare Iudæos, uelut doctus in agẽda & discutienda causa eorũ, & iudicio differẽdi, hunc quoq; tolerans morem Iudæorũ, ip̃sis extrã positis est locutus, dicens:

Quam accusationẽ afferẽtis aduersus hominẽ hunc? Ad sapiẽtiam p̃fidi ispectat, & ad cuiuslibet iustitiam præfidiẽtis, reũ oblatum non iudicare pro uoto offerentiũ, nisi probabilis accusatio afferatur. Proinde forlenter hic Pilatus inquirit, & ordinarie procedit in causa, cũ ab offerẽtibus reũ, aduersus eũ accusationẽ exposcit. Tunc Iudæi sanctitatẽ & falsam iustitiã simulãtes, & q̃ non uelut inuidi eũ suæ iurisdictioni tradiderãt, responderunt: *Si nõ esset hic malefactor, non tibi tradidissẽmus eum.* Actũ dicerẽt: Non mouemur inuidia, odio nõ agitatur, nec sumus in suo factõ præcipites: antequã tibi tradidissẽmus, ipsum discussimus, uidiẽmus malefacta ei, maledictã cognouimus. Nil aliud, sed sua maleficia tibi eum p̃ te iudicãdum tradere nos cõpellunt. Igitur apte cognosce, q̃ si hic malefactor non esset, tibi à nobis traditus tunc nunquam foret. Exaggeratio & confutatio dicti nequiter à Iudæis Christi obiecti, q̃ esset malefactor. Caput LXXII.

Iohã. 18.

Iudæorum dãnata procacitas, quæ persequi non desinis innocẽtem, quæ suis non satiaris opprobrijs, quæ ueritate carens & iusta causa querelæ, ad commẽta falsaciæ te conuertis. In quo malefactor, aduersus quem pauio ante coram Caipha tuis falsis testibus defecisti? In quo malefactor, qui uestrum decalogũ immaculate seruauit? In q̃ malefactor, qui

uestra legē nō uenit soluere, sed adimplere? In quo malefactor, qui ad uos residētes in Mosaica sede, reuerentiam mandauit turbarum, ne per uestra malefacta debita obedientia rūperetur? In quo malefactor, uestroꝝ curator infirmorum, sanitarum donator, & uestros mortuos de imperio mortis eripiēs, ut uos uocaret ad fidem, & corda uestra pro aeterna resurrectione ad seipsum iuste cōuerteret? In quo malefactor, qui uobis prae-dicauit regnum caeloꝝ & repromisit aeternū?

In quo malefactor, quem nullum potuit maculare peccatū? Vbi sunt homicidia eius? ubi seditiones? ubi furta? ubi rapinae? ubi ex-torsiones uiolētē? ubi adulteria? ubi supra? ubi incestus? ubi delictum aliquod, ex quo constituitur homo reus?

In quo malefactor, qui omnibus uenerat relaxare debita? In q̄ malefactor, bonorū omnium conditor & creator?

In quo malefactor, q̄ ab eo quod est, deficere nequit, qui summum bonū est, & omne bonum ab ipso procedit? An ideo malefactorum iudicatis, qui purum hominem creditis, nec in illo creditis deitatem? Sed si deum esse non creditis sibiq; loquenti, saltem operibus credite, q̄ talia fecit, quae nemo ante eum facere potuit. Esti omnes patres tuos ab Adam in praesens, si omnes patriarchas atq; pphetas, quos credis iustitia praeditos, sanctitate pollentes, etiā ut homines, ad istū Christum ut hominem compares, ut lumen stellarum aurorale, uel luna cum sol apparuerit, sic illorum sanctitas respectu Christi hominis omnino pallefecit. Cur praesumpsisti Iudaeorum implacabilis feritas, cum Christo in iudicium ingredi? Cur non timuisti malefactorem dicere apud Pilatum praesidem, cuius uita omnino nesciuit criminis labem? Cur commutasti in mendacium ueritatem, ut peruerso corde, peruersitate loquendi, bene factorem, malefactorem in iudicio appellares? Nonne tu turba uulgaris exclamauit, uiso miraculo, bene omnia fecit? & tu nunc coram praeside apta falsitate, impetuosius uocibus malefecisse caufaris. Nonne turba dixerat alio uiso miraculo, quia propheta magnus surrexit in uobis, & q̄a deus uisitauit plebem suam? Nec nō & alio uiso miraculo, turba in monte satiata dixerūt, quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum: & tu nunc nefanda uoce in clamitas, ipsum dices malefactore in mundū: Nā ois malefactor in populo Iudeoꝝ, constituit aut cōteptu legis naturę, aut cōteptu legis Mosaicę. Profecto neutram iste homo contempsit, quem tu malefactorem consequeris. In alijs uero

nationibus malefactor habet, qui iussa principū, ciuilesq; leges duxerit in cōtemptum. Sed nec Christus spectabat ad alias nationes, qui natione carnali profecto Iudaeus erat, in qua lege malefactor omnino non erat. Sed superuacuum est, Christi ueram innocentiam excusare: potius hominum malitiam accusemus, qui ad tāta mala prolabi possunt, ut negent ueritatem, falsitatem omnino praemittant, & ad id deueniant quod retractare nō possint. Nam hominem extra iudicium malefactorem aut reum quomodo libet appellare, aduersio est infamia, & quandoque debilis, cum firma uita steterit innocētis: cum uero in iudicio ut malefactor quis constituitur, quādoq; lata sententia poena subsequitur, quae nullis remedijs abrogatur, unde uir infamia, torquet & poena. Quid igit fiet illi, qui ad iudicium protrahit, falsis accusationibus imperit, cuius immaculata est uita, & sententia sequitur unde uita priuatur? Sed secundum iustum legū iudicium, quod uniuersale aut indefinitum non recipit, nemo condemnari conuincit, nisi crimen particulare aut probabile obijciatur.

¶ De Pilati in agendo contra Iesum cum Iudaeis aliquanta prudentia, & Christo subuertentis uocabulum non competere, à Iudaeis ipsi mendaciter impactum. Cap. LXXIII.

Pilatus autem in hac causa Iudaeis iustior erat, & leges nouerat Romanorum, quae tunc per uniuersum orbem uelut iustiores, summa obseruantia seruabatur. Quae leges nō damnabant reum, nisi de particularibus & disertis criminibus iusta probatione cōuictum. Persistit inquires, quanuis literata ceat, quid diserte aduersus Christum obijciant Iudaei, & qui eum sibi tradiderāt. Sed ne in hac causa iustissima succumbere uiderentur, se ad falsa commenta conuertunt. Nam moris est peruersorum, falsitatem uerbis suis facere numerosam autoritate, qui se animo dissecuerunt. Reinquunt enim linguę dolosa, dicentes:

Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Caesari, & dicentem se Christum re-gem esse.

Ecce fingunt audaciam mēte deiecti. Imponunt falsa infallibili ueritati, per improbitatem insuntunt, iusta impostura carentes, & subuersi à diabolo, dicūt Christum dominū subuertentem. Nō est subuersio, ubi ad deū ordinatur conuersio. Venerat enim omnes ad deum cōuertere. Hoc siquidem uita, mo-

ribus, factis, dictis in ueritate atq; incessanter clamabat, ut ipsi conuerterentur ad dominū. Et per prophetas suos, uelut per consonas uoces sibi inuicem succedētes, ad cōuersionem ueram atq; ueritatis notitiā, multo & paulo ante Iudaeorum perfidum populū inuitauerat. In illis nāq; prophetis hoc potissime agebatur, ut populus & principes Iudaeorum conuerterentur ad dominum, sicut eorum scripta quae hic inducere longū esset, uere intelligentibus manifestant. Nūc uero dei filius humanatus in id tendens, appellatur ipse subuerfor. Humana quippe iniquitas saepe contrarium uirtutis illorū quos odit, obiecit in facie. Plerunq; autem & ueritatem in uitium, aut falsa opinione aut fallaci criminatione mutauit. Nō subuertebat gentem, quam conuertebat ad legem. Non subuertebat gētem uestram, cui nouam scilicet parabat ascensionis in caelum unde nec subuerti posset à regibus quos toties capti uauerāt, & de terra pmissa non usis meritis, sed usis culpis exigētibus subuertebant. Nis mis pateris bone Iesu, cui uirtus iuitiū ab improbis uertit. Et dura est cuiuspiā hominis passio, cum innocentia pro crimine computatur. Magis enim ex his q̄ ex corporeis flagris mens ipsa configitur. Et plus q̄ flagella corpus, animam ista diuerberat. Sed mitius sustinet, qui tribunal expectat diuinum ad quod magis q̄ uerbis, tacite appellatur, etiam si nolit ille qui patitur: nec tributa dari Caesari prohibuerat, sed reddēda caesarea Caesari, interrogantibus ipse praedixerat: Et ad uitandum scādalum cum esset liber, per Petrum staterem regi ante perfoluerat. Et cum esset rex regum & dominus dominantium, se regem esse nunq̄ asseruit: potius aut fugit, cum turbas praenosceret uenturas ad eum, ex miraculo magno motas, ut regē sibi cum p̄ficerent, q̄ secreta potestate de paucis panibus tātam hominū multitudinem satiauerit. Non librāt uerba homines animos si, nec aduertunt, utrum mendacium an p̄ferant ueritatem.

¶ Cur Pilatus Iudaeos occidere Iesum poplantes, ad Moysi legem remisit, & quam hypocrisis id ipsi recularint. Cap. LXXIII.

Sed Pilatus hāc animositate intelligēs, & ex ante relatis cognoscens inuidiam Iudaeorum, eis secūdam ipsorum legem re-tradidit iudicandum, dicens:

Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum.

Immunis uolebat esse Pilatus à iudicio huius hominis innocentis, cum eum remit-

tebat iudicandum legis iudicio Iudaeorum. Et nescio qua humilitate agebatur, ut legē & autoritatem in Christo uellet suspendere Romanorum, cum nollet inquirere aut dis-finare aliquid super Christum. Forte praesagium erat, q̄ propter Christum suspendēda aut remittēda Romanorum leges forent, quas tempore saeuae paganitatis ediderant, aut nō spectare ad seculares principes, de Christianis post Christum amplius iudicare. Seu praenosticon fuit, quod autoritas terreni regis atq; humanae legis, cessura erat autoritati diuinā atq; euāgelicā legis. Non enim hāc à Pilato pro Christo, quanuis ipso ignorante, nisi adumbrato mysterio agebatur, ut secundum legem Mosaicam, non secundum Romanam, de Christo in iudicio ageretur. Mosaicam legem Iudaei se tenere fatebantur, quam à deo datam esse in mōte Sinai, per totum orbem quadam fidei notitia & relatione ueridica ferebatur. In qua & sub qua mira dei prouidentia & dispensatione, ubique terrarum etiam post depositio-nem, permitti uiuerunt Iudaei, quae legem euāgelicam tenebat inclusam, & secreto Christum in suis gestabat uisceribus munda nasciturum, tunc uero iam natum. Cui legi Pilatus, etiam non intelligēs quid hoc secreti haberet, tanta reuerentia deferbat, ut diceret: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. O si Iudaei à Pilato praedocti, rediissent ad cor, & legem cū prophetis uigili mente legisent, & secundū illam iudicassent Christum profecto decreuissent penitus esse deum dei filium, hominem uerum, & ducerentur poenitētia, q̄ tradidissent ut hominem reum. Sed quem per Mosaicam legem morti adiudicare non poterant, ut ipsi bene praenouerant, se falso ad religionem conuertunt, dicentes:

Nobis non licet interficere quendam.

Ineuulsiuiter homicidium & Christi mortem gestabant in animo, qui de interfectione clamauerunt. Non enim dixerat Pilatus, Accipite & interficite: sed dixerat, Iudicite. Quoniam multi per legem iudicantur, atq; uarie plectuntur secundum exigentiam delictorum, qui tamen, non superflante digno crimine mortis, ipsius euadunt supplicium. Sed Iudaei perfidi solum de interfectione loquuntur. Quare autem dicebant, interficere sibi non licere? Aut enim honestate festi, aut ratione translati dominij: sed hoc ad eos Pilatus restituebat, cum dicebat, accipite. Veruntamen quadam alia sagacitate dolosa uexabantur, qua dicebant

penitus non licere, ut puta quod à turbis & cæteris presentibus & futuris haberentur immunes, si non ab ipsis, sed à gentibus, autoritate iustitiæ Romanorum, Christus publicæ mortis sententiâ puniretur. Aliâ uero se cretiorē causam euāgelista subnectit, dicens: *Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, si significans qua morte esset moriturus.*

Ioh. 18.

¶ Quid potissimum Pilatus ex omnibus Iesu per Iudæos obiectis, sibi prosequendum ac sua interesse putauit.

Cap. LXXV.

Pilatus his auditis, illorum importunitate ad Christi examinationem ordinario iure se contulit, & de tribus accusationibus factis unam tantum ueritus, super illam Christum duntaxat examinavit.

Ibidem. *Introuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum?*

Cauere sibi Pilatus, qui ex mandato Romani imperij procurabat Iudæam, ne rex aliquis per subdolan actionem insurgeret, quam ipse cauere non posset, & ne Romano imperio auferretur prouincia, similiter & iacturam propriam uerebatur. Ex hoc à Iesu, si rex est, exquirat, primis duabus accusationibus prætermittis. Præfixerat enim in sua mente Pilatus, se Christum regem propria lingua confessum, aut morti tradere, aut Romam mittere puniendum. Spectabat sane ad eum ex commissione Tiberij Cæsaris Romanij senatus, ne Iudæa quam Roma in ditionem acceperat, ab aliquo inuaderetur: in qua si permisisset aliquid incaute moliri, capitali sententiâ subiacebat. Proinde non ex toto uilipendit uerbum, cum tantum interrogat, si rex erat Christus hominum Iudæorum.

¶ De cauta prudentiâ Iesu interrogati ad interrogantem reponitione.

Caput LXXVI.

Iesus autem caute respondit interrogatus, interrogans: *Ametipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?*

Ibidem

Nec Christus qui omnia nouit, uelut ignorans interrogat, sed uolens iusta ratione Pilatum in sua examinatione reprimere, ac si reuadendo dicat: Si à temetipso cogitasti me fore regem, cōmunis iudex transiuit in partem: quo facto, semper est suspecta uentilatio rei. Si à temetipso hæc causa sumpsit initium, iniustum est ut cogitatio præsidium per examinationem exquiratur. Non est ius

stitiæ præsidis, ut secundum suas suspiciones absque rumore uel fama seu ex accusatione præuia quid in iudicio querat. Si autem alij dixerunt tibi de me, non me interroges, ipsi testificentur qui me accusauerunt. Accusanti, non reo, incumbit probatio: tantum defensio competit reo. Iuste atque modeste uidebatur procedere Pilatus, iustius autem agebat & Christus. Si uero tentabimus ingredi interrogationis secretum, alio splendore subgebit ipsa sententiâ. Ordo rationis exposcit, & iustitia uera requirit, ut omnis interrogatus, causam & rationem interrogationis agnoscat: aliter per incaptionem & incompecte loqueretur. Prima enim uirtus responsionis est, interrogationis causam sciuisse. Nec non honor & uirtus est interrogati, si interrogatorem de his quæ non nouit, interroget. Fecit hoc Christus, quanuis omnia nosset, in mysterium & exemplum, ut si quæ ratio interrogaretur, reinterrogaret ipse Pilatus, ut si dicere uelut: Si à temetipso hoc dicis, edicito, & respondebo tibi: si autem alij dixerunt tibi de me, congregiantur mecum, & respondebo eis. Nec non aliter respondendum erat, si à temetipso aliter, si ab alijs imbutus exquireret Christum regem esse Pilatus. Nam si, à temetipso, dixisset Pilatus: Christus, quare ista cogitatio subintrasset, suis interrogatōibus extorsisset: quæ cognita, ipsum aut conuertisset ad seipsum, tanquam hominem abta & uera cogitantem: aut eum confudisset uerbis, in sua perfidia remanentem. Si autem alij dixissent ex ore Pilati, quæbatur audire cū quibus habeat, & quo iure in hac causa congressum. Nouerat enim omnia, sed interrogat ut homo ante hominem constitutus.

¶ De Pilati interrogantis & interrogati erga Christum modestia.

Caput LXXVII.

Modestia Pilatus usus est & sua uirtus, ut prius responderet interrogatus, quæ responsum acciperet primo interrogans. Mansuetudo uiri præsidis, qui non ex animo, sed ex iustitia procedit in reum, uerba dicit & audit, interrogat & respondet, & per accusationibus excusationum præstat audaciâ. *Et Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum?*

gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti?

Ex quadam benignitate loquebatur Pilatus, cum interrogatus uerum respondebat, & humanitate miti agebat in Christum quæ si usque in finem causæ ipse seruasset, mortis non dictauisset ullo modo sententiâ. Et humane sub diabolo seruitutis fuisset dilata reddere

ptio, quousque Christus aliter accepisset compendia moriendi. Sed eius perueritas, quia non mansit ut cœperit, nostrum accelerauit remedium. Respondit ergo Pilatus ad interrogata Iesu: Nunquid Iudæus sum ego? Ut omnino excusare se uelit, quod à temetipso Christum esse regem non dixerat, neque cum eo fuerat obuersatus, ut mores & uitæ eius agnosceret, aut quod ab illo audierit se factum regem. Propterea secutus adiunxit: Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Ad ipsos retorquet Iudæos obiectum crimine Iesu, quasi Christo interroganti responderet. A temetipso regem esse non dico, quia Iudæus non sum. Gens tua de qua natus es, & tui principes sub quibus populus dirigitur Iudæorum, aut gens tua & principes tui, si te illorum asseris regem, seu ipsi te regem asserunt delusue, aut te tolerare nolentes, tradiderunt te mihi sub ista delatione, quod improbitate regem te fore prædixeris, quod si non es, quid fecisti? Disceptat cum Christo exquisitiuū more Pilatus, interrogans si quid fecit, quod in tantum odium uenerit Iudæorum, ut eum sibi tradiderint iudicandum, quasi dicat: Si te non asseruisti regem, quod ipsi tibi obijciunt, aut si non es, quod mores tui inuolunt: abiectionis enim à mundo moribus utebatur Iesus. Quid fecisti? Quod est crimen in lege tua? Quid aliud commulisti aduersus gentem tuam, aduersus pontifices & sacerdotes, qui te in hanc miseriam induxerunt? Non te quærebam in iudicio sicut, neque mihi es à mea gente delatus, de te ultra omnes uiuentes mira multorum relatione percepi, te utique uiuere permittebâ, dignitas Romanarum legum liberum te sinebat, tribunal nostrum nihil aduersum te habet, de nihilo & à nullo præterquam à tuis pontificibus præcausaris. Quid ergo fecisti? Latet ne aliquid præter obiecta, quæ uerum non iudico, quæ probatione deficiunt, uel aduersus te tumultu et gens Iudæorum? Quid fecisti, ut aut te iuste condemnem, uel dimittam in mundum? Affectabat enim Pilatus Christum dimittere, atque sedare Iudæos, idcirco à Christo exquirebat quid egerat.

Christi uera de suo regno ad Pilatum responsio.

Caput LXXVIII.

Pilato suscepto responso, quod non à seipso, sed à Iudæis suafus, Christum, si rex erat, exegerat, respondit Iesus: *Regnum meum non est de hoc mundo: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc.*

Veritas fuerat Herodes tempore Christi nascentis, magorum audito præconio, ubi est qui natus est rex Iudæorum, aliquem regem natum, qui suum regnum uellet omnino præripere. Et cū nouæ stellæ audiuit auribus nouitatem, quasi maius imperium super eum uenturum expauit. Nunc tempore Christi mortis imminenti familia Pilatus extimuit. Sed nec respondit aut apologizauit, nisi fugiendo Heroditerat enim infans, cui nondum tempus mortis obuenerat, nec ipse debebat in iudicio non requisitus assistere, maxime cum non ad rei ueritatem ostendendam, sed ad mortem subeundam ab illo impio quæreretur. Nunc homo factus, Pilato pro seipso & pro iam mortuo Herode respondet, quod de regno terreno non timeant regem se esse, regnumque non temporale, sed æternum se habere contestans. Regnum habere Christus se asserit, sed non de hoc mundo: quia non ab homine, sed à deo non de hoc mundo, quia non terrenum, sed cælestem: non de hoc mundo, quia non corruptibile aut mortale, non transitorium, sed incorruptibile, semper eodem modo se habes & sine fine mansurum. Et in Daniele prædictum iam fuerat: Potestas eius potestas æternæ, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Unde regnum o Christe Iesu, si non de hoc mundo: Est ne alius mundus, cui regendo præferaris? Est ne tibi aliud regnum quod dimiseris, ut in hanc miseriam deuenires? Proinde regnum est sensibilis atque uisibilis mundi, cui præfexit hominem protoplastum, ut irrationabilibus dominaretur, qui sine contradictione fuisset omnibus dominatus, si in eo quod acceperit, ipse steteret. Et ad id deuenisset successor transductus, si non ex infecta radice ipse fuisset exortus. Sed sicut multatus est primus, eque multatus est posterior. Quod quanuis remanserit præ eminentia naturæ, uirtus deperit obedientiæ, & obedientia plurimum irrationabilium in imicitia uera est. Et elementa sumpsit aculeum læsionis. Horum siquidem omnium, scilicet domini & subiectorum, erat ipse dominus & rex uerus. Sed ab altiori regno erat rex ipse celsendus. Nā est aliud regnum inuisibile corporalibus oculis, & imperceptibile corporeo sensu, iuxta quod dominus sabaoth ipse uocatur, id est, rex & dominus exercituum inuisibilium angelorum, qui nunquam in hac miseria peregrinati sunt.

Est ergo regnum Christo dei filio, sed non de hoc profunctorio mundo. Abnegat regnum mundi huius, scilicet corruptibilis & corrupti: quia omne quod est in hoc mundo, est

I. Joh. 2.

concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia uite nec super ista regnare, sed destruere competit filio dei. Regnum istud, regnū est mortis, sicut dicit Apostolus: Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, qui est forma futuri seculi, etiam in eos qui non peccaverunt: quam si illam corporis & animæ diuisionem intelligimus, regnavit & regnat, regnabitque in hominibus quo usque seculum istud prefinito sine claudatur. Christus autem non regnum mortis, sed ueræ uitæ constituit, quod in se habet, & cui uult ipse concedit. Vnde regnum eius non est de hoc mundo inuitabilis mortis. Regnū mundi, regnum est peccati, sub cuius tyrannide omnes nascuntur qui generantur ex femine, dumtaxat exceptis sanctificatis in uentre, ad uersus quod Apostolus clamat: Nō regnet peccatum in uestro mortali corpore, quod de originali abolendo per baptismum elocuitur, aut de actuali, quod libera uoluntate peragis, quod de raro aut fere a paucis uisitur. Venerat enim ipse peccata cuncta destruire, non super ipsa regnare. Fundat mundus super nihilo, ratione materialis originis, & de nouo per creationem sumpsit initium. Sed Christus deifilius, habet sine principio regnum. Sed mirum & mentibus nostris ingerit quæstionem, quod Pilatus Christum humane interrogat, Christus uero diuine respondet. Non enim Pilati capacitas rationis in altissimo ferebatur, sed iuxta sensum hominis humanumque more, si rex esset, à Christo domino ingrebat. Ipse uero Christus responsum dabat diuinum. Videbatur forte Christus sub uelamine respondere, quod à substrato interrogationis Pilati sua responsio discrepabat, cum omnis uera responsio ad substratum interrogationis intendat, ut quæstioni satisfaciatur & quærenti. Nisi forte quia de regno gloriæ loquebatur, quod in mundo isto reperiri nequit, ad quod regnum ipsum etiā præsidem responsione altissima inquirebat, ut despiciens procuracionem, quam à Cæsare Romano acceperat, procurator æterni regni pro seipso efficeretur. Necnon decebat diuinum respondere diuine, quamuis humanus interrogaret humane. Nō expediret submittere propter temporale habens æternitatem, neque semper stulto respondendū secundum suam stultitiam censetur. Non respondet Christus diuine neque humane breui uerbo multæ comprehensiois, cum Pilatus interrogat, quid fecisti: quoniam diuine infinita hominum comprehensione patrauit, humane uero multa fecit infinitæ uirtutis, quæ non erant huiusmodi differtiois ha-

Ro. 6.

Rom. 5.

Pro. 16.

bitæ cum Pilato. Sed breuiloque respondit de regno, quod suum non erat penitus de mundo hoc: quoniam si regnum suū esset de hoc mundo, commilitones ut pro regibus assolent, decertarent, calamitatem huius traditionis atque iudicij ne ipse subiret, & ne Iudæis tradentibus traderetur. Non infert Christus pondus criminis in Pilatum, & parupendere uidetur, quod sibi sit traditus iudicandus, sed in Iudæos, qui eum Pilato tradiderant iudicandum. Proinde nam dicit: Decertare ne traderet Iudæis, ut iuxta eorum petitionem iudiceret, & penam subeam iudicatus, ut pareret, quod si pereat innocens, magis fallacia accusantium, quæ iudicis esse crimen. Et habere poterat de alio regno legiones innumeras inuisibilem pugnatorum, quas etiā deneget uisit uelle in sua principio captiois. Proinde affirmandum subnequit: [Nunc autem regnum meum non est hinc.] Vere illo nunc, regnum suum in mundo non erat, quod in mundo aduenerat iniuste iudicandus. Nunc quæ uoluntarie iudicor, regnum meum non est hinc. Non habet ibi regnum, ubi quis mortis imperium subit. Sed nunc ad tunc usque quæ perueniet, aut ad nunc tale tunc subsequetur, in quo iudicandus in iuste, iuste oia iudicabit. Et cognoscent eum omnes diuinum uniuersi, cui à deo in celo & in terra omnis est collata potestas, & omne genua flectetur caelestium atque terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur, quia ipse est rex regum & deus dominantium, sedens æterne ad dexteram dei patris in maiestatis gloria in excelsis. Ac per hoc, illo nunc, regnum suum hinc esse negabat. Obiecit saluator humanitatis formam demonibus, ut specie deluderentur ne filius esset dei. Hanc eandem obiecit hominibus, ne crederetur filius dei, nisi eo merito quo diuina prouidentia occulte ut crederent, multis hominibus interlucit. Quam tamen formam Pilatus aspiciens, secundum illam Christum suis interrogacionibus agitabat. Erat namque magnum diuini sacramenti mysterium, ut sub eadem forma diabolus & homo collega eius, in Christo dei filio fallerentur. Nec tamen in eo quod falluntur, ut falli iusto dei iudicio merebantur, Christi ueritas à tramitibus suis exorbitabat. Fefellit rat diabolus humanam naturam, & in ipsa ipse cum suis cõplicitibus fallerat. Nec erat iniuria uel deceptio, si cum eadem, quam deciperat, forma haberet ipse congressum. Proinde stupendum erat adire, [Nunc autem regnum meum non est hinc.] Ergo regnum se habere dicebat secundum aliam formam, præterquam mundo monstrauerat.

Mat. 17.

Apoc. 21.

Mat.

Phil.

Apoc.

Ad altiora responsio ista se tollit. Nunc regnū meum non est hinc, ut si nō est nunc, omnino fiet in posterum: nam nondum ecclesia collecta de Iudæis & gentibus erat, nō dum mortuus erat, in cuius morte uirtutū etiā uita noscebatur. Nōdū fluxerat sanguis ex latere, nec aqua in iudicium similiter & effusa baptismi effluxerat. Nondum etiā sub celo & in hoc mundo nouitas resurrectionis & Christi regni claruerat. Nōdū missus erat spiritus sanctus, in cuius uirtute dispersi apostoli per mundum atque discipuli in omni populo & lingua & natione Christum sic iudicatum, dei filium prædicarent, ut resurgeret ipse per fidem in cordibus hominū, eo sensu quo ipse prædixerat, Regnū dei intra uos est: ut etiam in ipsius uirtute constitueretur ecclesia in orbe terrarū, quæ dicitur proprie regnū Christi. Sed nec per hoc intelligendū est, quod ecclesia quæ de regnū Christi, sit de mundo uelut de ipso exorta uel facta: quia hec Ierusalem noua, nō de mundo, sed de celo descendit, sicut Iohānes in Apocalypsi uisisse se asserit: Vidi ciuitatē nouā Ierusalem, descendentē de celo &c. Sed est in mundo, nō de mundo. Nec etiā animus autemet Christum ecclesiā suā tanquam regnū æternum atque decoris & gloriæ constituisse aut possuisse in mundo, cum ipse per fidem catholicam, & uicarios autoritate sua fungentes, regnat in orbe terrarū, aut cum sibi subdita fuerit in suis uicariis gloria Cæsariū, sed tamen hinc tali ordine credamus regnū esse uirtutū, in eternū gloriæ regnū, consummato mundi mysterio, transferendū. Et summa ueritas hoc cõpellit asserere, quod in mundo dominandi libidine regnare uolentes, non habent partem cum Christo, cuius regnū nō erat de mundo.

De statione Iesu ante præsidem, qui scilicet gestus eius fuerint. Cap. LXXXIX.

Accedat ad hanc disceptationem omnes, quod Christi nomine cupiūt se censeri. Stetit Iesus ante præsidem. Quō stetit: Vt reus ante iudicē exactus, redditurus debitam rationem. Quo aīo: Im mobili, forti, cōstantissimo, imperturbato, ad excipiendam sententiā, non ad liberationē parato, gliscenti cōdēnari potius quā absolui, quod oīa retro ante dātaxat salutē nostrā profuerat. Quo uultu: Honestate fulgente, clare lætitia, carente prociacia, in quā nō appareret pudor aut uerecūdia malefacti, nec illud timor pœnæ pmodicum squalidauerat. Caput non inclinauerat aut erexerat, sed cōsistentiam cōseruabat, à natura & ex solidis & ex solitis moribus inhaerentem. Non tremula uerba, quæ pauca prodebat, non cespibat lingua, nec murmur in gutture resona-

bat. Et cum sciret mortem esse uicinam, ex omni se astabat intrepidus, primo, quem assumpserat hora captionis, abiecto pauore. Non uariabat corporis gestus, nec permutabat nutus, quæ iuxta edictum præsidis permiteret se ducētī, ne tali uarietate à pside uelut ab astuto crimen obiectum uerum esse crederetur, aut in esse timorem in aīa ante mortem. Solent enim iudices & præsidēs quæ multa considerant, per gestus uel nutus corporis pro uel contrā sentire de reo. Non circumferrebat oculos Iesus, ad seipm totus collectus existens, & tamen præsi pro suscipiendis pœnis uolebat esse obnoxius. Sic profecto erat in exactioibus, prout in propriis actionibus Christus. Quomodo stetit: Interpellātibz & fidei uersoribus carens, nec aderant parentes cum redemptione, quorum alter mortuus erat, altera in prætorium nondum aduenerat, cui nec redemptionem suspectabat. Pro Christo nāque fuerat prophetatum: Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, deus autem assumpsit me. Stetit solus absque amicis & notis, quia singulariter solus quæ mundus nō cognouit. Scriptura enim dicit, ac si filius hic Christus clamaret ad patrem: Longe fecisti notos meos à me. Et ibidem: Elōgasti à me amicū & proximum, & notos meos à miseria. Excipite formam constantiæ miriformem, & ad prærogatam imitationis & dilectionis imaginem reformamini. Nec pudeat si ad iudicium trahitur homo, cum tractus sit à quo est cōditus homo. Nec in animo moueat, si cum culpa uel absque homo sistitur ante hominem, cum Christus absque crimine ante præsidem steterit peccatorem. Intendite libentes, & audite Christū regnum mundi per omnia denegantem. In quo mentibus hominis interlucet, quales appetat sectatores.

Psal. 26.

Psal. 37.

¶ Sagax Pilati de regno Iesu perquisito ac miratio, sinceratque Christi responsio, ite de ueritate. Caput LXXX.

Pilatus, his auditis, adiecit: Ergo rex es tu? Christus rōdit: Tu dicis quia rex sum ego. Syllogizauit Pilatus ex uerbis altissimis saluatoris, & Christum regē esse, admirādo, aut affirmādo seu iterrogādo cōclufit. Quæ uerba quoquo modo proferātur, sententiam simplicem sonant: nec credamus Pilatum uerba parupēdisse Iesu, regnū, sed nō de hoc mundo, se habere dicentis, imo magnipendit & admiratus est. Et uelut numen audiuit hoc uerbum, quod claret ex sequentibus, cum stetit Christū uoluerit tradere libertati. Christus

autem confirmavit Pilati dictum, qui conclu-
ferat. Ergo rex es tu. Magis autem confirma-
uit & suum, quia dixerat, de hoc mundo non
esse regnum suum. Propterea dixit, Tu dicis,
quod rex sum ego. Vigilanti studio per Quia, non
per Quod, scriptum est dictum Christi, cum replicat ad Pi-
latum: Tu dicis, quod rex sum ego. Tu dicis, aut
admiras aut credes, quia rex sum ego, etiam
si subinterrogas, quia rex sum ego.

Ioh. 18.

Et ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in
mundum, ut testimonium perhibeam ueri-
tati. Ut interrogacionis & responsionis or-
do textatur, prout uerba uice inter Pilatum
& Christum aguntur, per quandam non scri-
ptam aut tacitam interrogacionem Pilati, li-
tera est supplenda, ut hoc quod Christus ad-
iecit, si Ego in hoc natus sum, debita serie co-
spicatur. Audiens nempe Pilatus quod Christus
se regem sermone in trepido assererat, & quod re-
gnum suum de hoc mundo non erat, tacite in
animo aut uerbis exquisiuit a Christo: Si
regnum tuum non est de hoc mundo, cur in
hunc mundum uenisti: cur in hac miseriam
delapsus es: cur hanc calamitatem incurres-
se uoluisti, ut ab huius mundi principibus tam
turpiter tractareris, ut patiaris etiam obices
falsitatis: Idololatra erat Pilatus, & forte ip-
sum credidit quandam cælicolam creatu-
ram, aut unum de numero deorum effigia-
tum in homine, sicut ipse Romanorum erro-
re delusus, deos colendo credebat. Aut quen-
dam insignem uirum ex antiquis inter nu-
minaraptum, prout Romulum credidit ha-
cenus populus Romanus, nunc uero nescio
qua de causa in istis inferioribus deuolutum.
Hæsitabat in homine isto Pilatus, & quare
in hunc mundum uenerat, exigebat admi-
rans, si numen a se creditum erat, cur in hu-
mana effigie apparebat: si homo sublatus ad
superos, cur ad ima regressus: si potes, cur se
ligari aut capi permiserat: si sapiens, cur hanc
calamitatem sibi futuram non ante præuide-
rat: si rex, cur mundo ineptus apparebat: si
nullius uirtutis, cur tantum præsumperat:
si homo ceteris similis, unde in alio mundo
regnum habebat: si deus summus aut unus
de dijs, cur aut quod uerus homo factus erat:
si separata substantia, cur unionem cum car-
ne susceperat: si ex spiritibus superioribus
aut terrestrialibus, cur a superioribus emissus: si
ab inferioribus, cur ab eis secerni permisus.
Erat enim omnium quædam indocta cog-
nitio apud urbem Romam, quia Pilatus exie-
rat, & deus summus & dijs & substantiæ lu-
cidæ atque tercles credebantur, dogmatis da-
batur. Pilatus etiam gentilium falsitate de-

ceptus, magnorum credulitate ferebatur in
Christum, quia dicere cogebatur: Si non est
de mundo regnum tuum, neque tu esse con-
uinceris. Cur igitur te in hoc opprobrii in-
duxisti: cur es in mundo: quod ergo facis in mu-
do: Cui Christus tacite aut expressè hæsitati-
oni eregione respondet, dicens: Ego in hoc
natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testi-
monium perhibeam ueritati.

Omnis q̄ est ex ueritate, audit uocem meam.

Videtur Christus Pilati quæstioni aut hæ-
sitationi tacite uel expressè dedisse respon-
sum, & causam sui assignasse aduentus, cum
dicit: Ego in hoc natus sum. Ad hoc Chris-
tus quanuis non natus, natus fuerat tempo-
raliter carne suscepta, & in mundum uenerat,
ut testimonium redderet ueritati. Sed quo tes-
timonio est digna ueritas, cum ipsa omni rei
entitatem habenti testimonium ferat: Nam
omnis res existens, sola ueritate consistit, &
ab ipsa esse suscipit. Quod testimonium da-
bitur ueritati, cum ipsa reddat etiam testimo-
nium falsitati: Nam aliter, quam per ueritatis tes-
timonium, falsitas non cognoscitur. Quod
testimonium accipiet ueritas, quæ se ipsa con-
sistit, quæ nemini cedit, quæ opprimi nequit,
quæ per aduersa clarescit: Quod testimo-
nium dabitur ueritati, quæ ipsa deo uiuenti tes-
timonium reddidit: Et si dici posset, deum
deficere, ipsa non deficit. Testificatur ipsa de
deo, quia æternus est, qui si deficeret, etiam
ipsa testificaretur, uerum esse non esse quod
deficit. Testificatur ipsa de priuatione rerum,
quia uerum est, non esse quod esse non omni-
no suscepit. Et si aliqua entia defecerunt, aut
quomodo libet commutata feruntur, ueritas
testimonium perhibet, uerum esse non
esse quod deficit, & aliter quam fuerit, esse quod
commutationem accepit. Ipsa omnibus in-
uisibilibus & uisibilibus testimonium donat,
entibus & non entibus, bonis & malis, beatis
& miseris, permanentibus & deficientibus,
permutatis & impermutatis suo testimonio
subuenit. Adiuuabit ergo paruis luminibus
clarissimum lumen solis: An ueritas aliam
ueritatem suo testimonio fulciat: Est ue-
ritas Christus, ipso dicente: Ego sum uita, ue-
ritas & uita. Quæ igitur ueritas est, cui Chris-
tus ueritas testimonium dabit: Totus mundus
testificatur ueritati, clamant omnia ueritatem,
boni & mali diligunt ueritatem. Cum
se rerum ostendit proprietates, reddit testimo-
nium ueritati. Magis uero ipsa omnibus tes-
timonium præstat. An Christus quia ut ho-
mo natus, & in mundo corporeo sensu cum
hominibus conuersatus, incomprehensibili

deum testimonium dabit: An quia non multo
ante prædixerat Iudæis: Si mæseritis in sermone
meo, uere discipuli mei eritis: & cognoscetis
ueritatem, & ueritas liberabit uos, ipsi ueritatis
liberatrici testimonium perhibuerat, aut
daturus aduenerat: Sed ne legitimum animos
suspendamus, eo sensu & modo loquendi sciamus
hoc dictum sicut ante prædixerat: Mundus
me odit, quia ego testimonium perhibeo de illo,
quod opera eius mala sunt. Nam non expediebat
Christum dare testimonium ueritati quod eum
aut bona esset, sed contra illos testimonium
ferre, quod illa uelut inscius aut uelut conscius
aberrabant. Quia confusio falsitatis, ueritatis
est testimonium. Et falsarios quoque modo
conuincere, noscitur dare testimonium ueritati.
Nempe omnipotens deus ad usum mundum
creauerat, inuisibilia uero creauerat ad
amorem. Homo autem in seipso puerus, amo-
rem peruerit & usum, ut ita fateatur, ut eda
diligere, & diligendos uteretur, contra quod
Apostolus ad Corinthios loquitur: Non con-
templantibus nobis quod uidentur, sed quod non uidentur.
Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ
autem non uidentur, æterna sunt. Falsitas enim
est, res commutare naturam, & edicta puer-
sare maiorum. Huic falsitati Christus uita &
moribus & doctrina se obicem faciebat: ne
amor & usus se ad inuicem permutarent, ut usus
iustus esset in sensibilibus rebus, & amor ad
inuisibilia firmaretur. Tam fere totus erra-
uerat populus Iudæorum, nec Christum intelli-
gebant in eorum lege permissum. Christus ad hoc
natus erat, ut in clusa ueritas sui aduentus in
mundum ueniendo claresceret, & si transiret
ad ipsum, uelamen auferretur a cordibus Iu-
dæorum. Quod & factum est in his quæ transi-
erunt. Populi gentium in idolorum cultura men-
talibus oculis cæcabantur. Sed Christus ad hoc
natus est, ut in eius uirtute idola & tæpla con-
structa corruerent, & unius dei nota fieret ue-
ritas, quæ idololatriæ falsitas improbat. Et
despicendo damnauit, quod mundus ama-
bat: patiendo approbavit, quod mundus horre-
bat: & illam ueritatem docuit, per quam ascen-
deretur in cælum: & ad beatitudinem perueniret,
quam homines ab ipsa deuiando ingrunt. Omnes
per modum diligunt beatam uitam, sed ab il-
la fugientes, quærun eam: quæ ueritatem igno-
rant aut contemnunt, quæ in oblique dirigit &
nouit eam. Nec hoc testimonium ad illam ue-
ritatem refertur, quæ sunt omnia quæ sunt & consistunt:
sed ad illam ueritatem, quæ uita pagenda deduci-
tur, ut ad æternam beatam nobis quæ promissam
post istam ueniat. Huic Christus testimonium per-
hibuit in seipsa, uita & moribus illam seruans,
& docens uerbo in montibus, in campestribus

bus, in synagogis & domibus & templo, ei-
dem testificans in miraculis & prodigijs multa-
tis, in passionibus & morte, sepultura & res-
urrectione, ascensione almifica, & in missio-
ne paraclæti. Et subsecuta Christi membra
in orbe terrarum, testificata sunt ubique per pas-
siones & sanguinem & mortem, in coruscas-
tionibus miraculorum, in euerfione tæplo-
rum, quæ idolis fuerant dedicata, in destructio-
ne statuarum, in quibus demones introgressi, de-
cipiebant illos qui idolis immolabant, atque
confidebant in eis quæ res humanæ ipsorum per-
uidentibus agerentur. Nec hæc quæ accepterant
ueritatem, cui per omnia testimonium dabat,
deserebant tyrannorum terrore, nec acerbi-
tate poenarum a testificando cessabant. Unde
a dei filio descensum est. In quo uentum est:
ubi peregrinatum est: quid actum est: Ante
quos examinatum est, ut Christus redderet
testimonium ueritati.

Inspicite o mortales incarnati uerbi patet-
Iscariotam historiam, gesta eius & dicta eius
ad alios, aliorum ad eum: ut intimo mentis
intuitu uoueritis, qualiter per Christum tes-
timonium, & quali fit redditum ueritati, a
maturos cuius ad se pertinere omnino con-
testans, dicens: [Et omnis qui est ex ueritate,
audit uocem meam.] Durum aut dubium
est uerbum, nisi expositionibus digeratur, cum
dicit: Et omnis qui est ex ueritate, audit uocem
meam. Nam omne quod est, in quantum
est, a ueritate habet ut sit, siue sensibile siue
insensibile, siue uisibile aut inuisibile, siue rati-
onale aut irrationale illud sit. Et si ad homi-
nes duntaxat uerba restringimus, omnis homo
ex ueritate est quod est, nec omnis Chris-
ti uocem obediendo audit. Nam audire Chris-
tum, audientium obedientiam sonat, & si ad
dem credentium. Sed alius est quo prior sen-
tentia claret. Dixerat primo se perhibere tes-
timonium ueritati, dicit & postea: Et omnis
qui est ex ueritate, audit uocem meam. Per-
hibebat ipse testimonium ueritati, uidelicet
illi quæ agendam uitam ad beatam conqui-
redam informat, & de seipso quæ ueritas erat,
ex qua ueritate quæ est ex fide, qui est ex amo-
re commotus, nouerit in moribus natus. Ex
qua quæ cognitor factus est deceptionis inclu-
sæ in apparentia mundi, amaritudinis absco-
sæ in dulcedine labentis uitæ, dulcedinis ob-
uelatæ in amaritudinibus seculi, audit uocem
meam, id est, mihi credit, obedit & sequitur.
Quam uocem: Quia scilicet aberrantem res-
uocat, quæ poenitentibus parcit, quæ iustis quæsto-
ribus æterna regna promittit, quæ uocat ele-
ctos, quæ dænat & reprobos. De qua per Psal-
mistam dicitur: Vox domini super aquas, id est, Psal. 18.
a a a a iij

Apoc. 17 super conuertendos. Nam aquæ multæ, populi multi, quos Chrs uocat, ne mare dñas tidis excipiat. Et alio loco Psalmista ad obediendam huius uocis omnes inuitat, dicens: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hodie, tēpus ē mundū diā tēporis Christi usq; ad finem seculi. Vox eius semper clamat, silet nunquā. Vox Christi, euangelium eius est, nunquam à clamore quietis, quod diuersis tonis atq; instrumētis ad rectam uiam & uitam æternam omnes inuitat. Et regnum eius est super suscipientes euangelium eius. In quo uerbo de regno eius Pilato clarum dedit responsum, quod Pilatus huiusmodi locutionis ignarus, penitus in animo non aduertit. Nā uere regnum Christi non est de hoc mundo, sed super suscipientes & audientes euangelium eius, quod homines per crucis mysterium & agendam uitam sub directione cælesti uirtutum auellit à mundo, ut finita mortali uita, inferat summō celo.

Non displicuit Pilato ueritatis uerbum, quod & improbus amat. Hoc enim habet ueritas dignitatis inter cæteras uirtutes præcipuum, ut eam suus æmulus eligat, atq; laudibus efferat. Omnis quippe qui male agit, amicus est ueritati. Et si fallere uult, non falli mauult. Et iniquus dominus, ueritatem in seruo requirit. Fallax homo filium, uxorem, familiam uniuersam quærit habere ueracem. Clamant omnia expressis & tacitis uocibus ueritatem, quam Pilatus altipendit in altitudine cordis sui, & ad ipsam amore cōuersus, ille cūsque dulcedine uocis eius, quid ipsa sit, Christum interrogat, dicens:

Quid est ueritas?

Ioh. 18.

Neq; unquam Pilatus talem audierat oratorem aut disertorem omnium dicendorum. Et forte permodicum tangebatur cor eius à liberata probatione uerborum eius: quocirca interrogat, quid est ueritas? Cuius dissertationem si audivisset ab eo, qui coram eo uelut homo reus in iudicio constitutus astabat, forsità eum superna claritas insulisset, forteq; rebellasset Tiberio Cæsari per uniuersum orbem diuine regenti: cuius si credidisset, liberasset omnino dominum Christum: descendissetq; de sede, factus de iudice iudicatus, de præside reus, de superstante Christum, imitator Christi, de domino seruus, de tyranno collega, & procliuius animo & corpore Christi pedes fuisset amplexus. Non ipsum uinculatum misisset Herodi, nō affecisset uerberibus, nō ad iudicasset fieri perditionem improbam Iudæorum, non dictas

set iniustam, tam sæuam in Christo mortis sententiam suspēdit: iudicari potius finisli sententia elegisset, q̄ iudicare dominum Christum. Sed q̄bus occultis demeritis aut manifestis, nobis tamē ignotis, aut qua dei prouidentia non meruerit de ueritate certū à Christo expectare respōsum, quodammodo ignoramus, quāuis ex gestis aut pie præsumptis, subortas causas merito perpendamus. Nam dum Pilatus Christū ante se statem interrogationibus uentilasset, extra prætorium Pilati improber astans populus Iudæorum, Pilatum clamosis uocibus incitabat, maxime pōtificates facerdotum, sacerdotum, scribæ, pharisæi cum senioribus populi, qui suspectum Pilati & Christi colloquium autumabāt, ne Christus Pilatum deciperet sagacitate uerborum, ne confusione à Christo Iudæo, pateretur homo gētilis uelut indoctus peritia Moisaicæ legis, sicut ipsi Iudæi Pilato astutores in lege, confusione à Christo disputando sunt perpeffi. Ad Pilati autē animum liberandi uia subito præoccurit, & uelut nutabundus in animo, iam mēte suspensus, ad dilationem impatiens, nō expectato responso, egredit ad Iudæos, non odio ueritatis quam scire quærebat aufugiēs, sed meditato compēdium, ut absolueretur innocens, iniuste sibi traditus iudicandus. Vñ sequitur: [Et cū hoc dixisset,] scilicet interrogādo, Quid est ueritas, [iterum exiit ad Iudæos.] Nam ideo iterum euangelista contexit, q̄ paulo ante in prima delatione Christi exierat, attorquens quam Christo uellet obijcere imposturam.

De innocentia Iesu, testata etiam per iudicem ipsum. Cap. LXXXI.

Nunc iterum egreditur, afferens se nullā in eo inuenisse iudicationis causam. Et ait ad principes sacerdotum & turbas: *Ego nullā causam inuenio in hoc homine.*

Alloquitur Pilatus adhuc sanæ mentis existēs, principes sacerdotum & turbas, ut oēs liberationi Christi consentiant, qui traditōni eius pariter consenserunt. Publice Pilatus Christum excusat, quem publice Iudæorum synagoga condemnat. Quam signanter Pilatus contra Iudæos pro Christo testatur, dicens: Ego nullam causam inuenio in hoc hoīe. Ego gētilis sum, natiōe Lugdunensis, ciuisq; Romanus, non inuenio causam pœnæ uel mortis istius, quem meas tradidistis in manus. Si ego non inuenio, uos q; Iudæi, uos q; cōpatriotæ, qd inuenistis: Ego iudex sum, uos criminatores atq; accusatores estis. Nō ad accusatorē, sed ad iudicē spectat examinare causas pœnæ. Nō est q; Chris-

si causam extenuet, est q; omnino intēdat, nō tamen unus, sed tota uniuersitas pōtificum & sacerdotum, scribarum & seniorum, nobilitium & gregariorū, omniumq; turbarū Hierosolymis habitantium, unum corpus falsi accusatoris effecit. Iura nulla concedunt, etiam personā testis assumere, delatorē. Quid in isto inuenieritis, reflectatur in uobis: ego autem nullā in eo causam q̄ plectatur, inuenio. Nec credendum est delatori, q̄ ad obiectum crimen probādo defecit, neq; standū, si ad causam probādam se porrexit in testē. Secundum legem Moysi, testis primum lapidem debebat mittere in plectendum uere uel false conuictum, secundum quam nec Iudæi præualebant in Christum. Sed iudicans erat Christus legibus Romanorū, quæ nunquam decreuerunt aut permiserit delatorem ex eadem causa posse transire in testē. Proinde Pilatus tui causam constituti rei, quam pro innocentia magnam, pro iniquitate nullam esse cognouit, dicens: Ego nullam causam inuenio in hoc homine, quā in persona seu alia realitate lædatur. Nō inquit rebat Pilatus in Christo causam bonitatis, sed iniquitatis. Primam nō inuenisset, quia protinus infinitate secundam non inueniet, quia penitus nulla. Magnum testimonium ad memoriam posterorum, q̄ homo gētilis, tutor rei publicæ, procurator Iudææ, legatus Cæsaris totiusq; senatus, cultor idolorum, ignarus diuinæ legis, nihil in prophetis aut prophetiis agnosces, et dat Christo testimonium, q̄ in eo nullā inuenit criminis notā, nullamq; condemnationis causam. Et bene dicit, si hoc homine, ut singularitate loquendi ab omnibus discernatur, in quo nulla iniquitatis aut pœnæ irrogandæ causa, quia ipse solus inter homines qui peccare nō potuit. Ad confusionem hominum inflectitur superiorum, etiam aliqua sanctitate pollentium, q̄ Chrs sub examine idololatræ gentilisq; iudicis, transigere uoluerit uitam suam. In huius humilitatis profundum nodum descendit, quicūq; sibi aliquid esse uidetur, aut quiseipsum in agenda dixit, iudicem suorum actuum, alium non inquirens aut præcauens inspectorem, nō pro uitanda laude, sed pro examinatione cauenda. Qui detinet à gloria propriæ complacentiæ, deuitauit tā malorum q̄ bonorum subire iudicium. Sed in Christo nulla inuenta est causa iniquitatis, quia esse non potuit: nec ulla Christi uoluntas potuit ad malum aliquod inuisibile inclinari, aut ad aliquod quod fieret per corporis instrumēta, in quod malæ uoluntatis imperio traherentur & membra, in quibus

omnis erat ad rationem perfecta obedientia & rebellio nulla. Et nihilo minus examinatus, interrogatus, innocēs pñciatus est.

De inualescentia Iudæorum contra Iesum, & populi per Iesum cōmōtione ac doctrina. Caput LXXXII.

Sed ubi alicuius ex inuidiā & odio est facta delatio, quem uere culpa nulla contaminat, cum deficient, ad clamores & ad cōdenda de nouo mendacia se conferunt delatores. Vnde sequitur:

Et illi magis inualescebant, dicentes: Luc. 25. Commouit uniuersum populum, docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usque huc.

Synagoga Iudæorum mente cōfusa, uoces emittebat gregatim cōtra Chrm alte cōfusas, non tamen quin in eis aduersus eum alia delatio resonaret. Verū quippe dicebāt, sed sub intentione fallendū bonum subinfe rebant, sed uoluntate nocendi: & quod erat fas, uertebant in nefas: quod erat miræ uirtutis, pro damnanā iniquitate coram iudice inferebant, afferentes quia commouit populum. Commouit sane populum in mēte ppter altitudinem uerbi sui, ac per doctrinam mellisuiam, quam etiam operibus ualidabat. Commouit populum in uirtute miraculorum atq; signorum, quibus similia nec talia nullus hominum fecerat ante eum. Cōmouit animos hominum ad spem supernæ uitæ, initiā uiam nouam, atq; noua cōmōpendia exordiens ascendendi. Commouit ad imitationem, quæ obliquari nescit. Commouit ad uitæ nouitatem. Vere commouit hominum mentes, cum illas in tātali admiratione suspendit, & animauit quāmplurimos etiam corpore ad sequelam. Commouit homines, qui omnium motor est. Commouit non potentia sua, cui resisti non potest, sed in similitudine hominum factus mira suasionē, cui, stante in homine arbitrio libero, unusquisq; potest boni & doli capax, assentire uel dissentire. Non enim in cōmōtione populi ad optima quæq; uirtutis, uolentia, sed suadibilitate usus est. Non deus commouit exire filios Israel de Aegypto uico actiua, sed promissiōe melioris, cum euasione peioris. Nō q̄ capacibus ratiōe instet bona, sed q̄ mala irrogat, p̄ uolentiā fatagit. Cōmouit igit populi nō uerbis, sed ybis: nō cōdibus, sed sermonibus ueris. Postea sequitur: [Docēs per uniuersam Iudæā.] Ecce actus iustus & scētus & irreprensibilis gestus, docere nesciētē, docere utilia sedulū auditō-

rem uirtus est docere, quam ipsi uertebant in crimen. Commouit & docuit. Commouit populum, nō ad seditionē, sed ad hominum morum ipsorum imperturbabilem pacem. Docuit, non errorem, sed infallibilem ueritatem. Et hæc oīa irretunsa prauitas Iudæorum, uertit in amaritudinem sceleris, & cōtra Christum in delatione falsa producit. Sed ista delatio testimoniū est laboris, quē Christus pro Iudæis sustinuit, pedester incedens, ore non tacens, cum docuit p̄ uniuersam Iudæā, incipiēs à Galilæa usq; Ierusalē.

Lucę. 25.

Cępit à Galilæa usq; Ierusalem. Ascendēdo docet: nam doctrina Christi facit hominem in sup̄na ascendere. Cępit à Galilæa, uelut à minus doctis hominibus, ut pedestem perueniret ad doctos Hierosolymis constitutos. Nō autem cępit à Ierusalem, ne uideretur illos sacerdotum & scribarum fauore alij predicare. Neq; doctrina Christi tradēda erat fauore, aut astutia mūdanoꝝ, sed etiam his aduersantibus erat populo promulganda, ut magis eorū aduersitate atq; impugnatione q̄ eorū propiciatione claresceret. Nihil porro in hūanis quærebatur habere p̄sidiū. Cępit à Galilæa, ueniens Ierusalē. Vna, rota interpretatur altera, pax. In rota rotatur existens, & procul pellitur quies rota rotante. Nec capitur corporis requies seu impurbabilis somnus, si existit in quo uersum rota uoluta. Sed mundus est rota uolubilis, in quo uelut in rota uiolenter intorta, non designatur ex oculo punctus, nec in parte aliqua intuentis desigatur uisus, nec quies adducitur à dilectoribus eius. Ierusalē pax est, quæ terrenam insinuat & sup̄nam. Proinde Christi doctrina cępit in Galilæa, & peruenit in Ierusalē, ut sciamus absq; dubio, Christi doctrinam temporaliter latam, tēdere in æternam: nunciatam in mundo, ascendere in sup̄nam: promulgatam, & non retenta uolubilitate, ad incommutabile bonum perducere imitantes. O q̄ alte loquebantur Iudæi, eorum tamen quæ dicebant ignari, & super omnium bonorū retributiōe dignissima, ut uelut seditiones populi puniretur, iudicem inflectere nitebantur. Quid in homine isto ex his uerbis calumniāmini, o Iudæi, si uobis ratio aliqua dominatur, si non à uobis omnis recessit humanitas: edicite: Quæritis ne solū subuerrere Christum, & approbare docendū opus, similiter & doctrinam? An nitimini damnare tantummodo opus docendū, cū p̄seruatione Christi atq; doctrinæ? An q̄ modolibet molimini Christum punitione damnare: Si Christū quæritis mortis dānatione proscribi, saluate aut efferte laudibus

opus uirtutis. Nā docere seu doctuisse opus est iustitiæ. Meditatio est mentis, labor est corporis. Et saltem docēdo sex uocis instrumenta laborant. Huiuscemodi labor p̄miū sit, sed calumniam non meretur. Si uero impingitis in doctrinam, unde nostis malā: Nonne paulo ante in nocturnis tenebris, q̄ uis facibus & laternis per modicum pelleretur, uester animus de hominis huius doctrina interrogādo defecit, cum ipsam audiuisset fore publicam, non priuatam palam, nō occulte prolata: Si audiuisistis, quid calūniæ imponitis? Si non audiuisistis, cur cōtra ipsam uelut nescij ad iudicium conuenitis? Si docendi opus est iustum, & doctrina ueritatis fulget, quid uoces uestre tumultuat cōtra Christum? Nōne uoces uestre aduersus tra Christum catapulta, confodientes corda pariter & uerba, quoniam Christus docendo cęlestia laborauit in uobis? Nonne intelligitis q̄ uestrum commentum quod aduersus Christum profertis, contra uos in uero iudicio retorquetur? O q̄ ab interno & æterno bono deficiunt, qui commutant in mendacium ueritatem, & beneficium in maleficia transferre propria pueritate conantur. Et in hoc Iudæi inualefcere dicebantur euitiōe mala & conatu mortifero, ut Christum in iudicio superarent. Et inualefcēbat per amplius super Pilati uocem, qui Christi coram Iudæis innocentia allegabat, ut uox unius, tumultuantis populi superara clamoribus atq; mota, succuberet: nec pateret innocentia locus, quo liberet reportans, à iudicio egredetur.

De Christi ad Herodē à Pilato missione, & signorum exhibitione.
Caput LXXXIII.

SED Pilatus audita noua obiectione criminis, & Galilæam suis auribus insonuisse, percontatur si Galilæus erat Iesus suis tribunalibus constitutus. Et rei ueritate cōperta, conabatur illum à suo iudicio fieri alienum, & ad alium iudicem tētauit illum inferre, pro eo q̄ Galilæa suo dominio nō substabat. Quauis secundum Romanorum leges, si capitur reus, ibi subeat pœnam doloris, ubi fuit patratio criminis: & sub illo multetur iudice sub quo rem publicam conturbauit, aut quippiam dignum pœna commisit. Sed Pilatus ad Herodem reuerentiam simulauit, ut à iudicio Christi manus suas seruaret innoxias: & Herodem propter non positas causas, ab ipso discordem, placaret in homine Galilæo, quem suæ p̄sidentia ratione, suæ tetrarchiæ subiaccere censebat, sibi

tradidit iudicādū, p̄pterea euāgelista dicit: Et ut cognouit Pilatus quod sub Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui ipse Hierosolymis erat illis diebus. Non erat Christus sub potestate cuiuspiam hominis constitutus, nec in illo erant ratione originis sue moris, quibus deberet sub hominū potestate confringi, nisi prout sua uoluntate uolebat ab hominū potestate arceri. Vnde ergo ad iurisdictionem Herodis Christum pertinere Pilatus agnouit, nisi q̄ ignorabat Christū esse deū exēptuante natum: Et iudicabat hominem purē ex patria Galilæum, & deferebat in homine tanto, imo deo uero, regi terreno, quīs esset altissima actionis ignarus. Nam omnis uera reuerentia & amicitia p̄fecta, in Christo & propter Christum constituitur & tenetur. Et futurorū erat p̄sagiū, q̄ terreni reges in concordiam uenerant propter Christum. Sed q̄ passionis crudelitas, quæ immunitas criminantium, quæ inconsideratio p̄sidentium, q̄ huius non rei, sed tanq̄ rei constituti patientia, q̄ sic mittitur & remittitur, sic inter duos iudices uelatur, & inter p̄sidentem & regem eius causa discutitur: Nō reluctat, multa uoluntarie patiens, ab iniquo uel æquo cōmitti, & firma ueritas examinari à pluribus gaudet. Et nullum iudicē innocentia timet, & irretito corpore sua libertate potit. Et corporis comedes, non p̄iudicant uitæ immaculata. Christus remissus est ad Herodē, tanq̄ Galilæus reus ad dñm Galilææ, ut ipse in eū decernat, quod uera iustitia dicit. Et diuina prouidentia factum est, quæ illa, quæ uult, loco & tempore facit cōuenire in unū, ut Herodes illis diebus interesset Hierosolymis ad completum passionis Christi, ad testimonium ueritatis, ad confusionem Iudæorū, q̄ etiam Herodes non inuenit quod puniret in Christo. Quod subsequēs scriptura declarat:

Herodes autem, uiso Iesu, gauisus est ualde. Erat enim cupiens uidere eum ex multo tempore, eo quod audiuisset multa de eo, & sperabat aliquod signum uideri ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil respondit. Viso Iesu, Herodes exultat p̄ gaudio. Merito enim causæ gaudium est uidere: sed nec illo gaudio gestit, q̄ dilectores eius, sed gaudio curiositatis, q̄ gaudet q̄ ciuitatibus delectatur. Verū de Christo gaudium nunq̄ ferunt iniqui, nisi abiecto quo iniqui erāt Christe

stiferæ uirtuti. Oportet abscondi legitime gaudere uolentem. Ut dormiens ridet & gaudet, q̄ curiose lætatur. Desiderauerat nanq; Christum uidere rex Herodes ex multo tempore, p̄pterea q̄ audierat, sperans signa ex eo uidere magis, q̄ rationē ueritatis & uirtutis agnosceret: nā ueritas & ratio, p̄digia & signa p̄cellunt. Signatū ante se habebat Herodes, ad quod multa signa in ueteri testamēto fuerūt ante monstrata: in q̄d si luce fidei asperxisset, uero gaudio fuisset oīno p̄fusus: nec signū à Christo uidere tentasset, dūtaxat signato contentus. Signa nāq; aliud oculis, aliud menti non stræ insinuāt. Sed quæ signa p̄signauerunt, erat añ corporis oculos, sed ipse mēte nō nouerat, eclipsim patiebat interioris lucis. Ad signatum nēpe oīa signa referunt, q̄ intellecto, frustra signa q̄runt. Inuanum sunt umbra, cognita ueritate. Nō sunt necessaria uestigia q̄rentibus quępiam, si uestigians oculis imp̄termissis tenet. Oīa signa deficiunt signare Iesum. Et ad maiorē n̄i gratiam, ipse se nobis obtulit p̄ter signa, quīs eum multa p̄cesserint. Et interrogabat Iesum Herodes multis sermonibus. Interrogat multi ut discant, q̄ plurimi interrogant ut explorent. Interrogant multi quia sciolī, ut ipsi scij fiant. Sed pleriq; interrogando tentant. Quo aut studio interrogatio fiat, responsum exigit. Et qui multis sermonibus aliquem interrogando exagitat, non susceptū à p̄m̄gua responsum, aut sapiens uult multipliciter interrogando uidere, aut multifarie confundere mentem interrogati p̄tendat. Quod uero multis sermonibus Christum interrogat Herodes, aut unius rei responsonem multis interrogacionibus in platis sermonibus scire siue audire diuersa satagebat. Cuius curiositatem & mentis uanitatem saluator aduertens, neq; signum coram eo fecit, neque ad sua interrogata respōdit. Non enim fastidiosus animis pandenda sunt alta mysteria, neq; faciēda sunt corā sectantibus uanitatē. Neq; saluator uenerat p̄ ostentationem facere, aut mōre p̄stigiatoris reserare diuina. Nā uere sapiēs, nihil p̄ importunitatē facit, neq; inutiliter agit & loquitur: tempus obseruat & locū, & cui & a quo & quid & qua intentione aliquid facere uel dicere inquiratur, primo considerat, ne actio sua siue locutio emissā frustreretur. Quanto magis saluator omnium Christus, qui hominum intentiones nouit & corda, & quantum utilitatis potuerint inferre signa uel uerba, semp añ cognouit: Præciebat enim se inutilit̄ ab Herode inquiri, cui si rēdisset ad uotum, nec ipsum

uenturum ad uiam ueritatis preuiderat, nec causam progandæ passionis signo facto aut emissio respõso uolebat inferre neq; coram gẽtilibus aliam subnectere causam mortis, pro eo q; per incantationem & magiam multaposse fieri gentiles omniño credebant, uelut merito idololatriæ in talibus à dæmonibus scpe delusi. Et sibi deputatum fuisse ad crimẽ, quod potestate diuina fecisset. Et ubi innocens, uelut nocens & criminibus seruientis, fuisse morte damnatus. Magis autem ad suam innocentiam comprobãdam, & ludæorum condemnandam proteruiam, excusata sua gentilitas, q; in Christo nulla reperitur iniquitas. Sed Christo coram Herode renente silentium, in clamat infatigabilis crudelitas ludæorum. Vnde sequitur:

Luce. 23. *Stabant autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum.*

Patet q; à domo Pilati usq; ad domũ Herodis, principes sacerdotum & scribæ Christum nocendi animo fuerunt persecuti, ut si elapsus aut emissus erat de manu Pilati, ab Herodis iudicio tergierari nõ posset, ad scq; mortis suscepta sententiã. Proinde principes & scribæ accusari aduenerant. Vnde stabant procaci uultu, animo efferato, constanter accusantes eum. Vtinam alio uerbo usus euangelista foret, aut ille qui euãgelium de græco transtulit in latinum, & dixisset pertinaciter, non constanter. Nam cõstantia nõmen est uirtutis, & uirtus q; nõ competit hominibus odiosis aut ad mala conantibus: pertinacia uero proprium est malorum, quæ nõmen est uitij, & ipsa uitium, donec malũ pfiat, non quiescit. Sed stabant cõstanter, q; contra stabant ad Christum, quærentes falsis criminationibus ab eorum cõspectibus per mortis sententiã abolere. Et accusabãt eum. Sed formam delationum hic euangelista non replicat. Sed illas credimus quæ fuerunt ante Pilatum, & tanto plures atq; iniuriõres annexas, quãto eos, ne Herodes eũ absolueret, amplior timor angebat. Nam à Pilato dimissus erat. Si eum libere dimississet Herodes, suffugeret à ludæis. Hierosolymis esse tribunal, ante quod potuissent Christũ ulterius conuenire. Quam obrem exagitati à rabie occidendi, manibus proprijs interficẽt grandine lapidũ, aut uelut appellantes ab his iudicibus, morte plecendũ & cõpeditum sub fida custodia & cum delatione caufarum, Romam destinassent ad Cæsare. Hæc enim erat ludæorum damnata cõstantia, ut Christus morti protinus traderetur, & uelut filij mortis, uitam non sinebant uis-

uere super terram. Sed etiam coram Herode delatio iniqua defecit, quæ & Herodem ad sententiam proferendam inflexit.

De illusione Christi facta ab Herode & exercitu eius: icẽ de Pilati & Herodis amicitia. Cap. LXXXVIII.

Sed spreuit illum Herodes cum exercitu suo. Non tamen permotus accusationibus ludæorum, sed quia signum non fecerat, neque protulerat ad interrogata responsum. Vilipendit enim Herodes, quia signum nõ uiderat, neq; uerbum ab ore susceperat, quem æstimauit fatuum, aut mortis terrore pauentem, seu hominem præsumptuosum in suis moribus atq; uita, qui nunc uelut imperitus defecisset in causa. Iure sibi uidebatur Herodes uilipendere huiusmodi reum, quem cõprehendere signo non poterat neq; uerbo. Reputauit eum nullius esse uirtutis, qui coram eo in signis defecit & uerbis. Sed profundum contemplationis mentibus hominum præstat, q; diuina sapientia stultitiã, & potentia infirmitatem in terreno iudicio uoluit reputari, ut ipse Christus fieret opprobrium hominum, abiectio populorũ, & derisio regum.

Et illuse indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erãt adinuicẽ. Illud regis dignitas Christo regi, sed eo fit indigna hominũ dignitas, q; superiori dignitati psumit illudere. Et indignitas digna cõfetur, q; uilipendit naturæ cõsortem, quanq; opinione hoim & successu rege cõstitat inferior. Non est uero regũ, illudere in iudicio constituto: sed dãnare conuictũ reũ, aut absolueri innocẽtem. Sed ad exaggerationẽ passionũ Christi & cõtumeliarum, etiã reges terræ infatuati sunt. Hęc siquẽ illusio pter Chri penã, pflagium est malorũ, q; reges terræ, principesq; populi, & alta seculi sapientes, illuserunt atque illudunt sapientiã Christianæ, necnon & stultitiã reputant simplicitatẽ altissimę fidei nre. Et æstimãt ne Herodẽ q; uoluntarie mundo fieri uult abiectus, coronæ regũ terræ in claritatẽ coronæ abiectę, p Chro uite, quam habet in eterno deposito nempe non nouit. In regẽ inquit, etiã assitẽtes sæpe cõsentiuũt. Et q; rex, talia & latera eius. Hinc est q; Herodes Chro illust cũ exercitu suo. Ad cum uilũ opprobriõs accedit, q; cũ Herode illust eius exercitus. Et ad damnatã imitationẽ ascribit, q; subditi regi ad molesta cõsentiuũt. Illusus* i ueste alba idutus, remittit ad Pilatũ, alba q; uestis, ifinuat in ocẽtiã patiens.

Et adumbrato mysterio fideles posteros p fidem connexos, charitate contextos, abluzendo in sanguine dominicæ passionis, & agni immaculati innocenter occisi. Quod Ioannes apostolus in sua reuelatione suscipit, cum interrogati fieri saluandorũ spiritu intueretur. Et respondit unus de senioribus, dicens mihi: Hi q; amicti sunt stolis albis, q; sunt & unde uenerũt: Et dixi illi: Dñe, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt q; uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Nam omnis albefactio & candidatio saluandorũ, facta est in sanguine agni immaculati. Sed aliud typizauit in eo, qui ad derisionem illã inuenit. Albedo est color oculis minus aptus, & alba uestis alios denegat ad esse colores, & diuersitate colorum multicolor uestis efficitur, delectabiliter & pulchre intuentiũ oculis se obiectans: quæ in altiore intellectione sublata, uarietatem præsignat ipsa uirtutum, qua perornatã ecclesiam Dauid deo æterno & æterne asstitisse puidit, dicẽs: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Porro hic non dicit, in alba ueste, sed in aurata, desup scilicet charitate contexta & uirtutum uarietate perfectã. Nec semper credendum est, albedinem in sacra scriptura in bonam relabi partẽ. Nã cum Paulus apostolus iniuste percuti iubeatur, sic dixisse refert: Percutiet te deus, paries dealbate. Dealbatus paries est, quẽ nulla figura perornat uarietate colorũ, ad cuius aspectum amenitate trahantur oculi intuentium. Proinde principem illum dealbatũ parietem appellauit, q; cõtra legẽ iusserat illum cædi, quasi non esset in eo uirtus aliqua seu cognitio legis uere depicta, neq; morũ uarie colorata figura. Quam ob uestem qualis erat, talis designat Herodes, eiusq; sequaces. Et uirtutum uarietate carentes, alba uestis illa figurat, à quibus Chro illuditur ad præiudicium illudentiũ. Magna illusio semper noscitur facta Christo, cũ eius uirtutes tur ea quæ docuit, & quæ pro nobis tanta dilectione sustinuit atq; fecit. Remittitur ad Pilatum, uelut ad iudicem propriæ regiõis, in qua sibi uolebat deserti iniquus Herodes. Credebat sane Pilatus se seruare immunem auferendo sententiam super Christum, in q; nullam causam malæ actionis inuenerat. Et contristatus est, cum sibi Christũ remissum ab Herode conspexit. Sed nimis animũ legentium pulsat, cũ Chrs tã uilif inter mudi principes agitatur, & uelut subiugale animal aut mutuũ uisuale mittitur, remittitur & ex-

aminatur & accusatur, & nihil mali fecisse conuincitur, nemo tamẽ audaciam liberandi præsumit, à delatoribus non cessatur, nullus pro Christo interpellationis assumit officium. Quod Christus agitur inter præfides atq; reges, nulla causa damnationis inuenta, innocẽtiã omnimodam arguit saluatoris, quæ in posterum ad Tiberium Cæsarem per apices Coretenus est delata, ut etiam ipse Tiberius Romano senatui moneeret Christum inter deos esse colendum: nec non & perfidiam arguit male sceptratenentium, qui se adinuicem ad agenda mala concordant. Nec iudicari possunt uera mundi dominia, inter quæ perit uita immaculata: Caret ueritate qui lædit, aut si potest, non liberat innocentem. Patitur sane Christus inter mundi principes pnaliter, & cum opprobrijs manducatur. Et constans alta uirtute, ad improbandum obiecta non loquitur. Astat diuine ac humane ad salutem omnium peragendam expositus. Alterutra remissio facta de Christo, procedit ex ignorantia remittentium: quia neq; ipse à principibus cognitus, & mundus eum non cognouit, neq; aliquid eorum quæ sunt eius. Supra mundum & altitudinem & sapientiam mundi fieri oportebat, in agnitionem eius intrare uolentem. In perplexitate nõ exigua erant Herodes & Pilatus, quia nihil certum poterant diffinire de Christo, ut non credamus humane potentie datam scientiam diuinorum, nisi ad obsequium fidei, non scientiæ, intellectus scire Christum quærentium captiuetur. Et in deiecta potentia & submissa prudẽtia, tante lingua, opprobrijs adiectis, altitudo Christi ostenditur inter reges. Et eo altior sane sapiẽtibus reputatus est, quo magis incognitus extitit, illa uidelicet cognitione, q; factus humanus innititur: quia solũ cognitio fidei, dum peregrinationem hanc peragimus, inclarescit. Sed Christi passio in gestita mente magis, quàm calamo, tractanda est. Et patientia eius contemplationibus tradenda est, non literalibus elementis. Amicitia uero celebrata in hõiem regẽ & Pilatũ p fidẽ ppter Chrm, futuros q; plurimos reges p ostendebat cõuenire debere in unũ. Nulla tñ amicitia est uera, nisi cuius Chrs ẽ causa. Nõ aut refert qm mali adinuicem amici facti sunt, qm laudandus est Chrs, ob cuius causam penitus facti sunt. Sed itellecã sensu satanico, sterilitatẽ pferet amicitia: mudi, ex-

quibus nullus uerus est fructus, inter quos inierimur, aut non exoritur uirtus. Nam si Herodes atq; Pilatus amicitia uera colligati fuissent, tradidissent innocentiam libertati, & unus alteri omnino fuisset p̄sidio, ne inter eorum iustus collaberetur manus. Sed amicitia quæ inter homines uertitur, q̄ nec uirtutibus amicitur, infruita dilectio seu cōuentio est dicēda. Quæ autem fieri mala defancit & facit, est peruersitas morum & confusio æquitatis. Disceptatione potius opus esset inter eos qui amabiliter ad mala conueniunt: quia si non aliter, saltem esset minor numerus iniquorum.

¶ Quomodo Iesum Pilatus populo produxerit, sibi iam ab Herodē remissum, innocentiam eius ut antea adhuc ostendens.
Caput LXXXV.

LUC. 23. **P**ilatus autem conuocat is principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, exiit ad eos foras, & dixit eis: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum. Ecce adduco eum foras coram uobis interrogans, ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio ex his in quibus eū accusatis: sed neque Herodes. Nam remisit uos ad illum, & ecce nihil dignū morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.]

Ioh. 19.

Nec ita in adnexa credendus est Christus missus à Pilato Herodi, neq; ab Herode Pilato remissus, quin aut per proprios apices, aut per secretarios relatores alteruter delatoribus usus sit, huius exposita causa tāquā rei. Quamobrem Herodes suspendit iudicium, nec acquieuit accusationibus Iudæorū. Nunc ea de re auditis uerborum baiulis, uel Herodis apicibus lectis, in nullo cunctatus, concionem omnium Pilatus aduocat Iudæorum, & ad eos foras egreditur. Erat enim in conclauī cum Christō, quoniam suam innocentiam tuebatur, & pie atq; iuste ferebatur in ipsum. Fortis autem Iudæi stabant, quia legis interiora & secreta nō nouerant, & extrā positi erant à lumine ueritatis, & ab omni collustratione seu actiōe uirtutis. Ad quos Pilatus foras egreditur, non uelut adhuc eorum malis asciscitus, sed enticians mala in quibus populus ille à bonis stabat exclusus, & aperte sub diuino uolebat eos reprimere, q̄ frustra loquebantur in Christum, quem innocentem repererat in conclauī. Egrediebatur Pilatus uelut iudex ad Iudæos foras, sed ignorans, in affirmationem Christi sententiæ quam ante prædixerat, quoniam Iudæi qui uocati fuerant, esse q̄ debebāt filij regni, eijcerentur foras, ut in exteriores tenebras

mitterentur. Qui egressus sic Pilatus, alloquitur maiores & plebem: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum. Quam solerter Pilatus uerba liberationis erudit, qui Christū auertentem non dicit, sed quasi. Non enim Pilatus hanc terminationem ueram censebat, q̄ Christus populum à bono aliquo, aut à rectitudine auertisset. Proinde sic loquitur, quasi auertentem, non auertentem. Ecce adduco uobis eum foras. Demōstratiue loquitur Pilatus, & esse cū perfecit. Nam in hac concertatione uerborū, primo Christum in ueste alba illudum ab Herodē, remissum Pilatus Iudæis ostēdit, Christum coram ipsis interrogans, ad maiorem excusationem criminis obiecti à Iudæis perdidit super illum, ut ipsi aperte cognoscerent, q̄ causam p̄næ leuis aut mortis in illo non inuenerat, super illis de quibus erat porrecta delatio. Ad iudicem non spectat, suggestionem partis, præterq̄ in delatis probatiōe ueritatatis, promulgare sententiam super reum. Quo sensu suā assertionē firmabat Pilatus: *Ego non inuenio causam in hoc homine,* Luc. 23. *ex his in quibus eum accusatis.*

Ex alijs incognitis uel non factis, mihi eū iudicare non licet, & ad ualidationem assertionis suæ inducitur Herodem, dicens: Sed neq; Herodes. Ex quo Christi puritas amplius elucebat. Quoniam duo disertissimi principes causam mortis in Christo uel modicæ p̄næ pro commisso crimine, indagatiōe scilicet, protinus inuenire nō poterat. Dicit enim se nullam inuenire causam, ut omnino nota criminis auferatur. Et nihil includit, qui uniuersalem negationem inducit. Nec ante hos principes suis falsis delationibus potuerūt iuridica forma p̄ualere Iudæi: præualuerunt autem, cum iudiciaria potestas, iuris figura relicta, se flexit in partē. Sed cum Pilatus in suæ assertionis robur atq; firmamentum assumit Herodem, ad ostēdendam innocentiam Iesu, sic uerba connectit: Sed neq; Herodes, nam remisit illū ad nos, & ecce nihil dignū morte actū ē ei. Ut sic cōtexatur ordo uerborum: Ego coram uobis interrogo, ne uobis suspicio surrepat, q̄ alia causa q̄ à iure commotus, ipsum uelim tradere libertati: nec uos imaginatio falsa deludat, q̄ in cōclauī secū pacto cōuenim: uos in probatiōe deficitis, iudicari ergo siue sua confessione nō potest. Proinde corā uobis interrogo, si in quo deliquit. Nam adhuc in eo non inuenio causam mortis. Et ne uobis absonum uideatur, q̄ causam damnationis nō inuenio, & ne quia solus exquisierim cau-

sam, credatis me forte deceptum, corruptū amore uel precio, in inquirendo experiētia debita tacuisse, remisit ad Herodē. Qui eum iuxta prudentiam regalem examinās, quia rex est, altiori fungitur titulo, tetrarcha est Galilææ. Galilæus est homo iste, suorum ad eum magis q̄ ad me, clarescit notitia subiectionis. Homo iste quē morti ad iudicari deposcitis, amplius in Galilæa q̄ Hierosolymis cōuersatus est, cuius facta prius i Herodis q̄ in meam debere obuenire notitiam. Sed neq; ipse in hoc homine ex his in quibus eū accusatis, causam dānatiōis inuenit, cuius rei causam remisit illū ad nos, ut eum absolua, in cuius iudicio à uobis primō traditus est. Ecce nihil dignū morte actum est illi. Demonstratiue loquitur Pilatus, innocentiam Christi aperiens, & q̄ nihil dignū morte actum, si inuenit eū in illo, etiā per Herodē, apud quem in hunc hominem maledicta clamoribus intulit. Qui quauis illuserit, nō dānauit, neq; dicitur in illo ullius p̄næ sententiā. Emen datum ergo illum dimittam.

¶ De Pilati exorbitatione Iesum emendare uolentis. Caput LXXXVI.

Hic uobis suis incipit exorbitare Pilatus, cū emendare se uelle dixerit innocentē. Ad quem declamare per modicum fati habet: Si est innocens, quō emendabis? Si emendabis, quō innocentem toties proclamasti? Si emendabis innocentē, deuias à iustitia. Si innocentem arctaueris, à ueritate protinus obreratis, cū nullā in eo causam te inuenisse sæpe prædixeris. Spōdebat Iudæis sane in hoc uerbo Pilatus, ut si eū ad mortis sententiā nō compescerent, q̄ eū argueret uerbis, increpationibus reprimeret, uerbis cæderet, manciparet exilio, ppulsaret eū de sinibus Iudæorum. Sed nec excusaret quin subiaceret criminibus, si per exigue uexasset innocētū. Non em̄ cōcedit uerā iustitia, ut in omnibus innocens, etiā indulta morte, p̄na modica torquet. Nec à delicto immunis est iudex, p̄nas maiores submittes, si per omnia innocētē p̄nens mitioribus torquet.

¶ De indigno furore, Iesum non ad mortem tantum, sed ad crucem etiam positulum. Caput LXXXVII.

Sed cum Pilatus tñ polliceretur emendatum Iesum, morte nō irrogata, exarserit uelut ignis Iudæorū synagoga maledica. Et tunc uniuersa turba mente cōfusa & infrunita uoce exclamauit:

Crucifige eum.

Hic prima synagoga cæca & omnis turba hominū Iudæorū, Christū petiuerāt morte p̄-

niriper crucē. Ante hanc horrendā & tetrā uocem, quauis expeterēt Christi mortem, nō tamen genus mortis edixerāt. Nunc uero morituro genus mortis inclamāt, ut nec contēti p̄nens, nisi turpissimā moriendi formā inducāt. Tunc enim crucifigi patibulis, erat inhonestissimum genus mortis. Quod ideo faciebāt, ut in Christum caderet maledictio dei & legis Mosaicæ: Maledictus enim erat à Deo. 21. deo in lege Mosaica, omnis qui pen debet in ligno. Quæ maledictio iniuste damnatū etiam nō tangebatur tunc tēporis secundū iudicium ueritatis, quauis tangeret secundū cæremontias legis, quæ plurimas immunditias inferebat: multo minus & Christum obfuscaffet maledictio ligni, carentem culpa supplicij. Sed in hac exclamatione maledicta turba minauit & uocē. Nā [pontifices & ministri] *clamabant, dicētes: Crucifige crucifige eum.* Dicit eis Pilatus, iuerbū quod ante prædixerat: [Accipite eū uos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo causam.]

Non liberat Christū Pilatus, sed in manibus tradere nititur æmulorū. Nec sic tradendo liber fuisset à crimine, sed cognitū innocentē potuisset tradere libertati, quauis fuisset minus aperte culpabilis, si iudicandum reddidisset tradētibz, q̄ si lege Romana seu autoritate secundū Iudæorū suggestionē, super eum sententiā tulisset de morte. Non satis ē, libere fieri à crimine si nō lædat, si non, cū po test, innocentiam tueatur. Suprà quippe Pilatus dixerat in prima delatiōe seu in ceptione causæ: Accipite eū uos, & secundū legē uestrā iudicate eum. Nunc autem, quoniam genus mortis insinuat, etiam de gñe moriendi remittit in eos: Accipite eum uos, & crucifigite. Atq; Iudæorū superbiā retūdebat, q̄ in tantū excefferat, ut iudici & præfidi dicitaret contra Christū detestabile modū p̄næ. Factū est in eis superbia suadēte, cōtra cōsuetudinē præsidum atq; delatorū. Nam delatorū tantum ē, ueritate testium probare genus aut notam obiecti criminis: præsidum uero, autoritate legis uel propria, iuste asserere genus mortis, aut iuxta exigentiā culpæ inferre p̄nā aliā debitā uultū. Nec p̄sidū est, causam probare obiectam: neq; delatorū, ullius p̄næ uel mortis super reū proferre sententiā. Proinde forte Pilatus Christū æque ironice retradebat. Tutius autē credimus, Pilatū, auferendo sententiam super Christū, se uelle seruare immunem. Quamobrē dixit: Accipite eum uos, & crucifigite: ego uero nō inuenio in eo causam, ut aperte dicere uelit, Vos accipite & crucifigite, qm̄ ego qui non inuen-

Luc. 23.
Ioh. 19.

Ioh. 18.

Ioh. 19.

nio causam mortis, nec inuenio imponēda crucis. Porro Iudæorū prauitas nisi Ch̄m elimitet, non quiescens, imposturā in puro tātum homine ab hominibus non ferendam, inferunt super Christum, dicentes:

Ioh. 19. *Nos legem habemus, & secundum legē debet mori, quia filium dei se fecit.*

Nituntur Iudæi armati zelo furoris, zelū legis inflectere sup̄ Ch̄m, ut ignominiosam mortē incurrat, qui paulo aſſ, cum Pilatus dixisset eis: Accipite eū uos, & secundū legē uestram iudicate eū: ruderant, Nobis non licet interficere quenq̄. Nunc excitati per amplius odio sup̄ Ch̄m, Pilato dicunt: Nos legē habemus, & secundū legem debet mori. Ut sic r̄sioni Pilati obijciant: Si tu cū sis p̄sēs nobis à Romano imperio cōstitutus, non inuenis in eo causam secundū Romanas leges unde moriat: nos legē habemus, secundū quā maximā subest causa unde sit morte turpissimā moriturus, quia filium dei se fecit. Si uerba referant ad intentionē, aut intentio retorquetur in uerba, mentiunt̄ Iudæi, & eorū eis mentitur iniquitas. Non em̄ Ch̄s filium dei se fecit ex tēpore, q̄ ab æterno non factus, sed genitus est ex patre, sed t̄m hominē autumabant, deitatis uniōe negata. Nec Ch̄s aliq̄n ut hō, se aſseruit dei filium, sed quia hō propter nos factus erat filius dei, nō in aliq̄ deitate mutata, sed in melius pro nobis hūanita te assumpta.

De Pilati formidine, audito q̄ Iesus esset filius dei: item de interrogatione, Vnde es tu. Caput LXXXVIII.

Ioh. 19. **C**Vm ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit. Sermo supra sensum & intellectum humanū erat, siue ueritate, siue mendacio fulciret. Tremēdus sermo erat, ad timorē adijciens auditores, q̄ unus hō se faceret aut esset filius dei. Aut etiā si recta fuisset pronuntiatio sermonis, q̄ humanitatem assumpsisset filius dei. Sed nunq̄ Iudæi, nisi aliq̄ ipsoꝝ per fidē ingredi potuerūt mysteriū trinitatis, neq̄ paternitātē aut filiationē æternā agnoscere, neq̄ submittere altitudinē intellectus, ut deū hoīem factum, nisi oculo fidei aliq̄n uiderent. Pilatus uero assolitus cultui deorū, in deum ueꝝ & magnū ut oēs intendēs, horrende ptimuit, cū dei filiatio intonuiisset, ut deū hoīem sup̄ terrā, & magis de rei ueritate ignarus, iustiusq̄ de modo ptimuit, q̄ si agnouisset p̄ fidē mysterij ueritatē. Et forte paruarie mētē actus, cælicā uirtutē de cælo delapsam, ut aliq̄d in eo q̄d suū subterfugeret intellectū, suspicatus expauit,

Et ingressus est pratorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Prætorii ingressus dicitur Pilatus, uelut diligens iudex, causas reorū ordinario & quieto more percontans. Et delatoribus minus credens, interrogabat Ch̄m, qui sibi iſtabat ut reus, dicens: Vnde es tu? Iudæorū sermone cōmotus, quia se fecerat filiū dei, sic Ch̄m iterrogat, qm̄ deus uel dñi sunt de superis, non de terra. Et ipsi Romani deos tanq̄ supnas uirtutes colebāt, ima & hūana regentes. Proinde q̄rit unde sit Ch̄s. Et forte tradiderat obliuioni, q̄ Ch̄s interrogatus sup̄ r̄derat, q̄ regnū suū nō erat de hoc mundo. Ex q̄ trahebatur, q̄ etiā ipse de hoc mūdo nō erat. Sed mirandū q̄ secundū obiectionē factam Ch̄so, eū non interrogauit Pilatus, ut diceret si dei aut cuius filius erat, sed generationē reflexit ad patriā, ut q̄reret unde esset. Quā patriā ante cognouerat, quia Galilæus erat. Quā obrem eū miserat ad Herodē, & terrā sciuerat pro eo q̄ supscripserat in titulo, Nazarenus. Cōsuetudo tā laudabilisq̄ mos iudiciū est, sape atq̄ diuersimode interrogare reū, ut in clarā obiecti criminis notitiā ueniant. Nec nō alit̄ Pilatus in causa fuisse exorsus, si Ch̄si originē p̄fecte nouisset. Arguebat t̄m prudens in aīo, & p̄clamatū sermonē tacite reuoluebat: qm̄ dñi de superis sunt, nō de terra. Proinde q̄rebat unde Ch̄s est. Si refereretur interrogatio ad materiā carnis, ut unde caro eius esset more cæterorū nascentiū, nō erat ex femine, sed ex sp̄s sancti uirtute. Quod trāscendebat hominū intellectus, q̄ posset esse caro cuiuspiā hoīs, præterq̄ ex traduce. Si ad subiectam animæ materiā, non erat r̄sio eis, q̄ creator animæ materiā, non erat r̄sio eis, q̄ creator ex nihilo nunq̄ credere potuerunt. Si ad originē, patria & ciuitas notæ fere oibus erant. Nescio ad qd̄ ista interrogatio referebat, Vnde es tu? quā iusta taciturnitas seq̄batur. An forte ad partes infimas & supnas intēdebat interrogando Pilatus, ut q̄reret si de infimis aut de supernis esset, ut de altera partiū dare r̄sio, addidisset cōtinuo interrogando Pilatus: Si de infimis aut de terra es, cur de filiū diceris te fecisse? Si de supnis, estne ueꝝ ut sis filius dei? Et cuius? summi Iouis siue Saturni atq̄ similitū deorū, q̄s colebat indocta & cæca superstio Romanorū. Sed cum sic t̄m interrogaretur, unde es tu, Iesus r̄sūm non dedit ei. Ac per hoc ideo nō dedit r̄sūm, qm̄ quāuis curiosa esset interrogatio, altissima penitus erat, excedēs p̄ferētis mētē. Sed nec danda r̄sio ei, q̄ supra intellectū suiꝝpius interrogat. Nec humano more loquēdi potuisset

Ch̄s satisfecisse Pilato, nisi primo mentem eius conuertisset ad fidē: quam conuersionē tumens humana potentia, & Romanorū sciētia imperita, penitus nō merebat. Cassa quippe responsio dicitur, per quā non satisfit quæstioni siue quærētī. Stulta quodāmodo & impertinēs erat interrogatio Pilati, ad quam digna nō erat respōsio Ch̄si dei. Scriptura em̄ sancta dicit: Ne r̄sdes stulto secundū stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur. Merito tacet Christus, quia interrogauit & stultus. Non dat respōsum Iesum, quod non intellexisset Pilatus. Et tēpus obseruat in suis moribus cum temporalibus hominibus Christus. Nam scriptura diuina dicit: Tempus tacendi & tempus loquendi.

De fastu Pilati, potestatem sibi super Christum arrogātis, per Christi respōsum reſuso: & unde Pilato super Iesum potestas, Caput LXXXIX.

Ioh. 19. **T**Vnc Pilatus se contēni à Christo cōsideras, hūano fastu altitonauit iꝝbis, dicens: Tu mihi nō loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

Tu qui ut reus aſſiſtis, mihi nō loq̄ris p̄sidenti: Tu, de cuius culpa exquiritur, mihi nō loqueris autoritate iudiciaria inquirētī? Oſi cognouisset per fidē Pilatus, quam uerbo pronunciat illam secundam in trinitate personam non tanto timore loqueretur, sed ei humiliter subderetur. Sed elatus autoritate regiminis, obijcit Ch̄so uelut indignans, tu mihi nō loqueris? Et se credens agi per altitudinem atq̄ plenitudinem potestatis, dicit: Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te & dimittere te? Ac si patenē dicat: Quare non loqueris mihi, tibi aliter p̄sidenti: sed tacendo cōtemnis, qui super te mortis & uitæ habeo potestatem liberādi atq̄ plectēdi? Propiciū me tuis iꝝbis deber efficere, ut cruceremota libertati te tradā, qui potestatem possideo utriusq̄. Hinc Ch̄s abegit silentiū, quoniā tempus loquēdi aduenerat, & respōdit humiliter imperito, tradēdo doctrinam, ut eum reuocaret a fastu & ab errore, quo te nebat ipse delusus, qui se fore credebat propriæ potestatis. Vnde [respondit] IESVS: Non haberes potestātē aduersus me uel lā, nisi tibi datum eēt de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Non est, ut multi credūt, ista collata potestas ad Cæsare referenda, q̄ Pilatus sup̄ Christum iudicandum autoritatē à Cæsare

De Christi unctione, etiam Pilato aliquous que proficiēt: & quo ea timore impedita. Caput XC.

re accepisset. Nec em̄ Cæsar illā alicui potuisset iuste cōferre, qm̄ non subdebat iurisdictioni alicuius regiminis, criminis nota cærens. Et liber erat à subiectionibus hominū, qui supra homines natus erat, & ipsos uenerat ppria passione saluare. Sed deus pater deus super permissiue Pilato p̄sidi super Christum tradidit potestatem, ut pro omnibus morti traderet. Et non desuper, sed de subter erat autoritas Cæsaris, sed desuper duntaxat est omnīū creatoris, qui Pilatum Christū ad mortē iudicare pmisit. Propterea qui odio commotus, & succensus igne malitiæ, tradidit me tibi, maius peccatū habet q̄ tu qui, ad omnium utilitatē, deo permittente, me iudicās. Plus peccat delator iniquus, q̄ iudex iniustus, si iure legum, aſſertione falsorum testium cogitur iudicare reum. Si iudex quam impius, aliquem nō quæsiuisset ad peccatam, criminiosior est delator qui tradidit ad iudicia innocentē, q̄ ille qui iudicat. Non em̄ innocens in iudicio sisteretur, nisi fuisset delator iniquus, cū iudex malus contentus tantum suis fastibus staret. Iudex em̄ populū animositate compulsus, omnino delinquit iudicans innocentem. Sed mitior est culpa cōparatione tradentis. Et quanquā hinc & inde rationes effulgeant, sed patrona sentētia saluatoris nutantes quietat animos, & hoc credere nos compellit cū ait: Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Væ igit conditioni miseræ Iudæorū, q̄s peccatū ad mortē Ch̄m iudicātis, excessit. Nam ipsi Iesum Pontio Pilato tradiderūt, non ipse q̄ fuit. Ipsi uocibus inclamabāt ut traderetur supplicio sæuæ crucis, quē ipse absolueret studio nitebatur. Nec nō & refertur huius peccati comparatiuus excessus, ad quoscuq̄ qui egerint similes actiones.

De Christi unctione, etiam Pilato aliquous que proficiēt: & quo ea timore impedita. Caput XC.

ET exinde querebat Pilatus dimitte Ioh. 19. re eū? In religionē se cōuertit Pilatus, & Ch̄si iꝝba retorsit in ueꝝ. Proinde q̄rebat dimittere Iesū: semp̄ em̄ ad Ch̄si iꝝba, Pilati ferocitas ungebat. Vnctus erat Ch̄s, à q̄ liniebat Pilatus, & dulci Ch̄si r̄sio penetrauit animū eius, & sibi ppiciabat, nisi Iudæorū p̄cax audacia p̄stitisset. Nam cognito à Iudæis, q̄ Pilatus Christum uelut innocentem uolebat tradere libertati, [clamabant dicētes: Ibidem. Si hunc dimittis, nō es amicus Cæsaris. Ois em̄ qui se regē facit, cōtradicit Cæsari.] Ad oīa mala cōmenta Iudæi se cōferūt, & adinuētiōes falsas inueniūt, ut Ch̄m deleat bbbb ij

super terram. Incutere conatur Pilato ex superiore timore, si Christum absoluat a crimine uel a pena. Et eius praesidentia derogat, quod non reueratur superioris sui Caesaris maiestate, neque iura suscepti honoris atque amicitiae plene custodiat, si Christum inultum morte dimittat, quasi Christus se regem faceret contra Caesaris uoluntatem. Sed erat usquequaque certissimum, Iudaeos esse Caesaris non amicos, cui non amore, sed uiolentia subdebatur. Et nunc ad opprobrium Christi fingunt se agere causam eius. Sed mos est solitus pessimorum, ut interdum submittant minus odium, pro maiori: & cum minori aemulo paciscuntur, ut eius auxilio, ex obo magis possint inferre iacturam. Sic enim Iudaeorum a diabolo exagitata malitia tunc agebat, ut uideretur Caesaris amicus & agere causam eius, qui eorum erat moribus & animis inimicus, ut eius fauore Christum occideret, cui ex animo inimicabantur pampius. Sed falsam delationem replicant, cum dicunt: Omnis qui se regem facit. Nec enim Christus se regem fecerat, sed turbas eum facere uolentes effugerat. Nec opus erat de nouo se regem facere, quare regum & dominus dominantium extiterat ab aeterno, eritque pro oia secula seculorum. Nec contradixerat unquam Caesari, cui suaserat exhibere tributa. Sed pestifer mos esse noscitur reprobos: cum a ueritate deficiunt, ne in causa succubant, falsitates imponunt.

De taciturnitate Iesu coram Pilato.
Capitulum XCI.

Mat. 27 Marc. 15 **E**T cum jam procaciter [accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus] populi, [nihil rēdit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et] ideo [non rēdit ei Iesus ad uerbum, ita ut miraretur praesens uehementer.] Non rēdit Christus accusatoribus falsis argumentarentur enim ex ratione uitium falsitatis, cum ad ueram rationem in malo pertinax falsam reprobationem obijciat, & uerbis a concordantibus uerba trahuntur, & rationibus rationes accrescunt. Et mos est sapientis, non pugnare uerbis cum negantibus ueritate, aut non assentientibus ueritati. Astabant principes sacerdotum, seniores populi pertinaciter animo contra Christum, nec se ab assumpta iniquitate flecebant. Et contendendo cum pertinacibus se uiuunt magis, & multa falsa uerbis certando inueniunt, ne tacendo confusi uideantur. Dominus autem Iesus nemini praestitit materiam delinquendi. Praestitisset, si rēdendo certasset, maxime cum sciret more humano non posse uerborum atque rationum colluctationibus prevalere, potentia uti non lebat. Iustitia sua & innocentia & ueritas rationis, non rēdebant sibi, prevalente malitia ob-

iectantiam. Iudex autem sub huiusmodi causa agebatur, quantum conaretur assentientibus Iudaeis eripere eum, tamen de facto declinabat in partem. Et timens dupliciter, uolebat male placeret male autem placet submittebatur, quare clamabat pro Christo, ueritas rationis. Nec Christus rependendo atque recipiendo rēsa, uolebat prorogare supplicium pro salute omnium nostrum. Nimia enim charitas qua nos deus ab aeterno dilexit, pro opportunitate nostra loqui & tacere docebat. Et amor deuitat ad cepta noxiae quasque moras. Pilatus quoque Christi causam fouere uidebatur, incitabat Christum ad obiectionem dare rēsa, dicens: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Utrum autem audis, aut obaudis, si audis, quare si innocens es, non haec obiectione fellis: Quare tua innocentia rationibus non tuetur, sicut isti accusationibus uarijs impugnant: Non audis, quoniam tua causa uentilatur, uita discutitur: Contemnis famam, neque infamiam curas? Aut forte non expauescis mortem, quam omnis sensus mortalium refugit? Non audis quanta, uidelicet quae magna, crimina tibi obijciunt? Nec ueretur in facie tibi obistere. Hic testimonia pro sceleribus & peccatis atque criminibus accipiuntur, non pro uerbis & probationibus testium productorum. Nec non & Pilatus querebat uerbum Christi exprobrans delatores, prout ipsi & obiectione reuerentia exprobrabant. Et quia ipsum nunquam copiose loqui audierat, id agebat, ut accessus solito zelo cum suis aemulis in iudicio loqueretur, tamen delecta tuis dulcedine uerbi eius, tum eius apologiam in examine, ubi utrinque uerba proueniunt, quare rēns: quoniam tuebatur innocentiam sanctam eius. Sed non respondit ad ullum uerbum, tam testificatum quod Pilati, ut etiam miraretur praesens. Sed non solum hunc, sed omnes in admirationem trahit silere uerbum, & non respondere uerbum. Mirabile silentium, ubi silens habet tanta proferre. Sed tacet iudicandus, qui cum iudicaturus est sine seculorum aduentu, sua uoce unica terribili laudabilique omnes mortuos repente suscitabit. Miratur praesens, quia tacet Christus, & quod nec apologizans reprobat delatores. Miratur, quia uidetur Christus semetipsum negligere, in quo mens eius in alta se tollebat, ac si de mundo non esset, qui hominum iudicia contemnebat. Et totum credendum est diuinum, quod ad uerbum humanum non respondebat diuinum. Incarnatus quippe uerbum aliam assumpsit naturam, a sua delapsus non erat. Et homo ille diuine in omnibus agebatur, quae non decebat contentione deservire. Nam & sicut indigebat testimonio pro seipso, omnibus opus erat ad delendum infamiam. Et quam deus non mutaretur in hominem, nec in deo

effe homo mutatus, sed utroque in primam ueritate natura, potior tamen pro excessum erat forma dei, quam forma hominis serui. Et quare potior erat, gubernabat & dirigebat in omnibus, quibus in sensibus non organizaret assumptum. Ac per hoc uerbum in carnatum nihil pendebat uerbum delatiue prolatum, ne uideretur aut crederetur esse diuinum, si rēdendo magni pendisset humanum. Non caret aliquid dignitate, ad quod dignitas rēdit & celsitudo regalis. Sed indignum erat ut Christus pertinacibus respondendo, eorum uerbis tribueret dignitatem, aut aestimaret pro grandi, quod sibi pro nihilo erat. Nouerat etiam Iudaeorum pertinaciam, & Pilati animum ad Iudaeorum placita facilius inclinabilem infallibiliter praesentebat. Proinde ueritas merito responsa non dabat Iudaeis, uelut hostiliter obstinatis: & Pilato, ex Iudaeorum placito iudicium peruersuro. Et admiratio ex stupore in animo Pilati nascebatur, & uagabatur anceps animus eius, nesciens quae & qualis esset quae testimonia falsa, delatores & delationes, famam pariter & infamiam, ignobilitatem & gloriam, dedecus & honorem, uita tam humanam & mortem, aequae animo, aequa facie, aequae moribus contemnebat: & hoc arguebat pro maxime deitate, ut miraretur praesens.

De Barraba dimittendo, Iesu ad crucem profulato. Capitulum XCII.

Pilatus autem omnino nitens Iesum tradere libertati, eis consuetudinem religiosam & piam apposuit, dicens:

Est autem consuetudo uobis, ut unum diuinitatem mittam uobis in pascha: quem uultis?

Habebat Pilatus namque quandam uirum, nomine Barrabam, insignem, scilicet in malo, uinctum in carcere propter seditionis crimen & homicidium, qui scelerator omnibus uinctis erat, quem Pilatus cum Christo in optionem dedit, ut boni & mali comparatione facta, quae uis in bonum & malum comparatio uera non cadat, bono libertas, malo supplicium adderetur. Et cum Pilatus spatium eligendi concederet, principes sacerdotum & seniores populi praesens seruent populi, & concitauerunt turbam, ut peterent Barrabam. Et exquirete Pilato quem uellent de duobus dimitti, petierunt Barrabam liberum fieri, Christum uero saeva morte damnari, dicentes:

Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, uolens dimittere Iesum, dicens: [Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? At illi succubabant, dicentes: Crucifige crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit

iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur. Et inualecebant uoces eorum. Tunc Pilatus sciens quod propter inuidiam tradidissent eum, & uident quod nihil proficere poterat, sed magis tumultus fieret in populo, & uolens satis facere populo, dimisit illis Barrabam. Et accepta aqua lauit manus suas coram populo, dicens: Innocens ego sum, a sanguine iusti huius, Mat. 27

uos uideritis. Rēdēs autem uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. [Supra contextus ordo historiae, quantum non omnibus contextibus aequae sonet, non tamen moueat auditores, dum si non seruatur ordo literae, sed seruatur ordo sententiae, & unusquisque suo modo subordinet, si a rei ueritate non excidat. Sed omnia ista constat in unum, penam Christi exaggerant & accrescunt malitiam Iudaeorum, quod neque Pilati religio, neque Iudaeorum religiosa consuetudo Christum exceperint a tormentis, & ab ignominiosissima morte saeuissima crucis. Consuetudo bona cum in compatitione, uenit in iustitiam operationem quae ad iniquos optio est porrecta, qui potius hominem homines tradentem exitio, reuocauerunt ad uitam: digna morte plectendum, quam Christum agentem causam pro omnium iusta mortalium. Quem potius crebris & malesonis uocibus necauerunt. En Pilati religio satis placet, quantum firma non steterit, qui tot modis & toties libertati tradere nitentur, quae saepe praedicauit omnibus innocentem, in quo notam querelam non in uenerat neque poenae, in quo toties examinata igne iudicij nulla iniquitas est reperta. Crebra examinatio iusti, facit ipsum saepe claresceret qui eo amplius nitet, quo amplius ipse discutitur. Geminatae crudeliter uoces de cruce Iesu, delectatum odium in longa poena pronunciant, & affectum animum in opprobrio condemnati. Concitatio, imo contuminatione turbam in homicida petendo, tradendoque Christo, deiectionem in profundo malorum animum sonat, qui peruersus, alios peruertere omnino actione conatur. Ideo namque principes & seniores populi Barrabam petere sua debant, Christumque tradere, ut se multitudinem tuerentur. Sed eo periculosior est iniquitas quaelibet, quae gaudet multitudinem iniquorum: & se credit immunem, quo plures socios habet in crimine. Sed nullam causam in eo se Pilatus inuenisse crebro praedixerat, sed causam traditionis sciebat esse inuidiam: quae nunquam quiescit, quousque sit delata felicitas, nam ipsa neminem unquam alium habuit hostem, praeter felicitatem. Nullus ea est seuerior inimicus, qui num

quam sistitur, nisi prospitas retidatur. Tunc solum quiescit inuidia, cū in alijs aderit ple-
na miseria. Propter quod Pilatus uidens q̄
nihil proficere poterat, sed tumultus ampli-
or excitabatur in populo, ira & inuidia cōci-
tantibus mentes, & uocū erat confusa & hor-
renda clamatio, & duntaxat Christi mors in
linguis & uocibus omnium resonabat, acce-
pta aqua, lauit manus, innuens q̄ eum iudi-
cabat inuitus: & Christū appellauit publica
uoce iustum, quem Iudæi ut reum ad pernici-
em sectabantur. Referbat autem culpam &
penam ad Iudæos, dicens: [Vos uideritis.]
Quandā aliam ineffabilem iustitiam intellexit
esse Pilatus cum dixit, Vos uideritis. Sen-
sus est uerborū: Vos me ad iudicandum ho-
minem innocente impertune compellitis,
sed cū penā sustinebitis huius sceleris, agno-
setis. Hic memor erat Pilatus uerborum Ie-
su, qui sibi dixerat: Propterea qui me tradidit
tibi, maius peccatum habet.

Iohā. 19.

Consuetudo erat p̄sulum, manus ablueri
in huiusmodi iudicijs, ut haberēt immu-
nes, ut lotio manualis innocentia totius cau-
sæ ostenderet. Sed nec abluere aqua, quem
culpa sua dānabat. Sed deceptus in hoc Pi-
latus, q̄ sibi ascripsit innocentiam, dicens: In-
nocens ego sum, iudicans innocentem. Sed
eo ipso nocens efficitur, quo suo iudicio tra-
ditur exitio non delinquens. Nempe p̄tinax
rabies Iudæorū, Pilatum suo more uel posse
absoluens, in fe atq; in futurā prolem senten-
tiam perperam & tantæ crudelitatis excepit,
ut sanguis Chri flagellis aut morte aut eius
uita delenda fidei exquireretur iudicio, esset
super eos & super filios suos. Maxima est ho-
stilitas Iudæorū, qui in eandem damnationē
in qua erant patres, filios induxere, ut nō re-
rum, sed quo d plus excedit, fieret obligatio
personalis, non solum existentii, sed etiā fu-
turoꝝ. Sed nescio quo demerito tam occulto,
sit ista obligatio subssecuta, seu quæ fuerit
ista tam secreta iustitia, ut tantum scelus sub-
eundæ uindictæ patres, deo iuste permittente,
potuerint nondum natos filios obligare,
ut nōdum ad nascituros proximi temporis,
sed usq; in præsentiaꝝ proflexerit ista dāna-
tio, ut illi meruerint indurari. Nec non post
quadraginta annos ætas illa manū militan-
tem miserit Romanorū, & qui dēinceps me-
ruerint non uocari. Ac per hoc prout excepe-
runt sententiā, ita in uita ipsorum nouimus
obuenisse, etiā cum poena q̄ referuat æterna.

De flagellatione Christi, homicida dimisso:
item spinea coronatione, & cæteris ludibrijs.
Caput XCIII.

Tunc Pilatus dimisso Barraba, & lotis

manibus, implacabilem seuitiā Iudæorum
intelligens, adinuenit modum aliū liberan-
di, ut scilicet flagellari faceret & illudi, q̄ sal-
tem Iudæi eius uerberibus & opprobrijs sa-
tiati, annuāt liberari Iesum. Proinde flagella-
uit eum, ut ex alijs relationibus sumitur,
& prout moris erat p̄sulum Romanorū, liga-
tum ad quandā aulæ columnā. Antequā li-
garent ad columnā, exuentes eum uestimen-
tis suis. quo flagellato, & à columna soluto,
*Milites pleccentes coronā de spinis, im-
posuerunt capiti eius, & ueste purpurea
siue coccinea circumdederunt eum, & uenie-
bant ad eum, & ceperunt salutare eum, dice-
tes: Aue rex Iudæorū. Et percutiebant arum
dine caput eius, & dabant ei alapas, expuen-
tes scilicet in facie eius, & ponentes genua,
adorabant eum.] Et sic flagellatus & asper-
natus, Iudæis ostendebatur, ut saltem com-
passione commoti, uelint tradere libertati.*

*Exijt ergo Iesus foras, portans spineam
coronam & purpureum uestimentum. Et
diciteis] Pilatus: [Ecce homo. Cum ergo iij
dissent eum pontifices & ministri, clamabat
dicentes: Crucifige crucifige eum.]*

Expoliatio, colina, flagella, spinæ, pur-
pura siue coccinea uestis, salutatio, percussio
arundinea capitis, alapatio & spuitio in faci-
em, genuum positio, poenam accumulans.
Sed nescio seuitiam ministroꝝ siue satelli-
tum, cum non fuerint Iudæi, sed Romani, q̄
pie credendi sunt consentisse cum p̄sule in li-
beratiōe Iesu, ac etiam cognouisse p̄sulis uo-
luntatem, q̄ Chri male tractabat in uita, nec
non & uoces ipsius audierant, quibus toties
proclamabat innocentem. Et nūc siquidem
sciebant, q̄ ideo iussi fuerant flagelli, ut Iu-
dæorū ferocitas sedaretur. Possibile tñ erat,
ipso ministroꝝ satanico spū instigari: malas
tamen hominum consistentias ex suis gestis
atq; instrumentis incunctanter accepimus.

Expoliatio inuit immitatam, ut subiace-
at uerecundia, quod autem sunt peccati,
subiacebat decori. sed uestimenta siquidem
sunt tegumenta corporis, ob uelamentū pu-
doris, & tutamentū à frigoribus aëris. Quæ
uero suis expoliatus uestibus proprijs, typico
& adumbrato mysterio in id incurrit, ut ali-
orum iniustitia præualente, rōnibus & tuiti-
onibus proprijs denudetur: sic uel esse possit
in causa, unde per iustitiam excusetur, aut ali-
quid unde à malis immitibus mutuatur. Sed
prout suis uestibus expoliatus patet pudori,
sic rōnibus suis priuatus, iuste uidetur addi-
ci morti, ut nulla impoſiti criminis sit excusa

tio, subeundæ poenæ nulla protectio.

De columna Christi, purpura, arundine, salu-
tatione. Caput XCIII.

Columnas eductionis & directionis no-
uimus ignis & nubis, q̄bus eductus & p-
rectus est populus ex Aegypto, quas diuina
bonitas finxit, quibus nihil erat ligabile nā
præterquam uisus, sensibus alijs subiectæ nō
erant: ut in una charitas, & alia uelata ueritas
signaretur: una in die, in nocte altera præbe-
bat ducatum. Et sæpe diana defuper à sole &
ad tutelam inimicorū, ne cōspicerent, fiebat
à tergo. Et ubi quiescebat, fiebat castrametata
tus populorū. Hæc autē ideo dixerim, ut scia-
mus quæ ingratitudo illis colūinis mirabili-
bus sit repensā. Nam colūinis beneficij, repen-
sa est colūina tormenti. Sed non sine occulto
mysterio Christi ligatio extitit ad columnā,
cuius profecto hæc talis est natura, q̄ recte
existens erecta, quodlibet defuper p̄odus ac-
cipiēs, firmatur per amplius si ceperit in par-
tem flecti, p̄fici ex paruo ruinam.

Columna Christus erat: eius ueri sunt q̄
sequaces, qui tribulationum ponderibus so-
lidantur perfectius. Sed cum ex toto ad pas-
sionē referretur, inuitabile supplicij dicit nā
quiligatur, inuitabiliter tolerat poenas infli-
ctas. Sua em uolūtate Christus ligatur, ut eti-
am pro nobis inuitabiliter pateretur.

Flagella sunt tormenti, non eruditionis in
Christo. Sed siue eruditionis, siue ultionis at-
q; supplicij, agitur in capite quod mēbra pa-
ti debent. Et pro toto corpore caput in cle-
tum poenas luit. Inter spinas hærentem cor-
nibus arietem uidit Abraam, in qua uisione
Christum ænigmatice spinis coronatū aspe-
xit. Sed exorta fuerunt in maledictionibus
primi parentis, cui dictum est, q̄ terra spinas
& tribulos germinaret sibi, quibus in præsi-
nito tempore pungēdus erat filius dei. Et mun-
di diuitias ipse saluator spinas, exponens pa-
rabolas, appellauit. Ac per hoc quoniam prin-
cipes Iudæorū desiderio plus habendi, aut se-
cularia non amittendi, Christum usq; ad co-
ronam spineam perduxerunt, ut undiq; pun-
ctura confisteret in capite glorioso, & pro di-
gnitate regali, quam ex alto contulerat popu-
lo Iudæorū, coronam spineam accepit in me-
ritum. Purpura illa non ad honorem, sed ad
derisionem prinets sed coccinea erat, pro desi-
gnatione illorum p̄sentium & futurorum, q̄
nunquā sanguine satiantur, & conantur edi-
ficare in sanguinibus ciuitatem.

Altiori autem intellectu illa chilamys coc-
cinea & purpurea, qua circumdatus in deri-
sum à ministris poenarum fuit, martyri pas-
siones prælagio præmōstrabat, quibus uel-

ut contexta chlamyde, quæ tantum fertur re-
gibus apta, circumdandus erat, uertenda ta-
men in gloriam, quoniam purpurea erat.

Aue dicebant ei, cui ex omni se competit
Aue, alijsq; conferre. Nam sibi salus, & præ-
terq̄ ab ipso, nemini salus est. Mira uero erat
despōsatio tanq̄ hoī peunti, q̄ se saluare nō
posset, despectiue optabatur salus. Et p̄fere-
bas ore maledico, q̄d prophetici erat. Et lo-
q̄bant nescij uerbū magni mysterij, q̄d à po-
stiteratione literarū, nocte primæ parentis hoc
uerbum sumpsit inuitū, & ab angelo fuit im-
positum, ut sub hac forma uerborū almā uir-
ginem saluaret, in initium salutis mūdo res-
tituendæ, uelut in manu fœminæ, quoniam
in manu fœminæ fuit p̄rogata dānatio.

Arundine facta percussio, uacuitatem p̄-
sanxit hominū iniquorū, qui calamitatē ani-
mi patiūtur, dum in alium hostiliter insiliūt
& uelut arūdo uento agitata, in illā partē fe-
runtur q̄ popularis aura siue dæmon inflans
impulerit. Et qui uulgarem fauorem captare
contendunt, aut aliquo à dei ueritate flectun-
tur, aut deuiāt à iustitia, arūdine caput Chri-
sti percutiunt. Quod à contrario sensu de Ba-
ptista saluator loquēs differuit, dicens turbis:
Quid existis in desertū uidere? arundinē uē-
ro agitata: Arūdo uento agitata, inconstā-
tiam hoīm p̄adit, ac etiam p̄ ipsam ad omnia
mala & impertinētia nostri cordis facilis in-
clinatio designatur. Sed arundinē Chri gest-
abat in dextera, & auellebatur interdū, ut
caput ex illa feriretur, ut ab improbis Iudæis
atq; paganis, erroneisq; philosophis atq; in
fide deficientibus Christianis. Omnia gesta
Christi, q̄ incarnatus est, q̄ natus ē, q̄ sit cō-
uersatus, q̄ fortiter passus sit, q̄ fortiter & ui-
ctoriose mortuus est, q̄ portas effregit aue-
ni, q̄ se sua potentia suscitauit, q̄ duxerit ab
inferis animas, quod ascēderit super omnes
cælos & super altitudinem omnium angelo-
rum, q̄ miserit spiritum, q̄ mundū in forma
hominis iudicaturus sit, hæc omnia tollunt
à fortitudine dextere ipsius, cū calamum
tus uacuum in dextera eius ponunt, & q̄ nō
sint tantis mysterijs plena, sed uacua: nec cre-
dunt, q̄ deitas res huiuscemodi fuerit ope-
rata. Posuerūt ergo arundinē in dextera Chri-
sti, ut fortitudinem infirmitatem, plenitudi-
nem uacuitatem in Christo crederet atq; dis-
ceret perfidus populus oīm infidelium & male
sapientium & hæreticorū. Et ex eadem arundi-
ne, ex eadem uacuitate, male credendo, ca-
put Christi percusserunt, hoc est, prout in eis
fuit, impercussibilem deitatem.

Alapatio ad id refertur, similiter expui-
tio faciei, quod supra in alia percussione ma-

xillæ prætulimus. Quod ad exaggeratione tanti opprobrii atq; uilitatis impuisti geniculant ante Christum, præter id q; more puerili Christum subsannant & deludunt, illuduntq; immatice, ut nihil desit aspernatiois atq; dedecoris, in magnam cōsiderationem mysterij fidelem animū uehit, qm̄ hæc sunt magna p̄sagia, q; Christi opprobria, deiectiones & aporiationes essent adoranda in postero, & assumēda sudoribus & agonibus ab his, qui cæleste regnū captare certarent, atq; mundi huius habere uictoriam. Et in nomine Iesu flectendum erat adoratiōe morali & mystica omne genu. Et uelut omnis figura transibat, & transitura speratur in euidentiā & claritatem, sic & hæc illusio in ueritatem, ut magis sint in honore Christi abiectiones, aporiationes atq; opprobria pro salute credētium, quam ipsa creatio cæterorum. Non enim in eo q; creati sumus, adipiscimur beatam & interminabilem uitam, sed p̄ Christi opprobria, quæ sensus humanus refugit, & in docta ratio præterq; fides Christifera non cognoscit. His peractis, decreuit Pilatus aut de cōsensu Iudæorū Christum tradere liberati, aut sup̄ eum mortis proferre sententiā. Adduxit ergo foras Iesum sic illusum, circumdatū coccinea chlamyde, corona spinea coronatum, sceptrum arundineum dextera gestantem, ut saltem hæc uisio hominis sic abiectionis, corda compungeret Iudæorum, ut nec eis amplius curæ foret de morte, quem tanta uilitas comprimebat.

Iohā. 19. *Et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gaba*
Mat. 27. *tha. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum uxor eius, dicens: Nihil tibi est iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter eum.*

In hac muliere innocentia Chri & malitia diaboli cōueniunt, & diabolus ex malitia fugit pro innocentia. Veruntū q̄cūq; ordiente, innocentia Christi claruit, sed nec diabolica malitia ionaluit. Volebat hostis antiquus redemptionē humani generis impedire, quæ patres in limbo iam exultare cognouerant, quæ uxori Pilati terribiliter apparuit, terrendo quæ qui apud suum uiuē astat ut reus, innocens erat & iustus, cuius dānatio ad mortē esse nō poterat sine horrēda uisioe Pilati. Proinde tibi cōsule atq; uiro, ut iudiciū oīno suspēdat, ne ille tecū inopinata damna patiatur. Addit diabolus primo mulierē, quā ut plurimū nō uis esse procliuē, & ad patrēda mala, impedire

daq; bona idoneum instrumentū, cum quo morti perpetuæ genus humanū affixerat. Scī Genēbat etiam & Pilatū ad illā plus debito amore ligari. Amor autē confestim exaudit quod amatus exposularet: et em̄ primum uirum perfceminam in amore ligatum diabolo circumuenit. Expauefacta nouitate mulier, uidentis similiter & audiēdi suggestioni more foemineo credēs, accersitum quēdam referendariū, præstruētū uisionibus, dirigit ad Pilatū, aut librū misit uerba huiuscemodi continētē: Nihil tibi & iusto illi. Mira res, quod omnes præterquam Iudæos, innocentiam Chri clamāt. Clamat præses, Herodes actibus pandit, dæmon per uisum insinuat, mulier confitetur, nunciū referendariū refert. Nihil tibi & iusto illi, ut nō solū innocentia, sed iustitia Christi, præconiū auditus in iudicio habeat. Plus enim est iustum fieri, q̄ innocentē. Innocentia siquidem tutatio est à malo: iustitia nēpe p̄tutes & eaz̄ actus plures accumulato. Quid em̄ sonat talis assertio, nihil tibi & iusto illi? Verba sunt magnipendēda p̄ singula, & sententia elicienda de uerbis. Nam ad foras causarum nullus nisi causatus iuste producitur. Nec debet cōueniri in iudicio crimine carēs, & nulli obnoxius creditori, nec aliqua conuentio est inter præsidem, aut aliquam iudiciariā potestatem, tutoremq; reipub̄. ultorem malefactorum, & eum qui de nullo conuincitur reus. Quo sensu uxor uirū alloquitur: Nihil tibi q̄ ad malefactorū uindictā postius diceris, & iusto illi qui non forefecit. Nihil ē unde in tuo iudicio iustus ille debeat presentari, aut tuam subire sententiam ex obiectis. Nihil tibi est causæ, ut illi iusto aliquid inferas p̄cænæ. Nihil, oēm iurisdictionē in Chro à Pilato euacuat. Ac si apte dicat: Resigna iudiciū, suspende omnino sententiā, non efficiaris in uiro iusto sententiam criminofus: non em̄ si maculose iudicaueris, impune trāsibis. De mala p̄cænā expectat minor te confundere, quem ignoras. [Multa enim passa sum hodie per uisum propter eū.] Passa sum multa uidentem, non sentiēdo in præsentem, sed in comminationibus de futuro per uisum, quia sic ostensum fuerat ei. Apparuerat sibi bonorum omnium impeditor, forte in aliqua subiecta materia, dissuadēs Christi mortē sub futuraz̄ interminatione p̄cænæ, & illā agebat, ut dissuaderet & uiro. Aut ei suo inexplacabili modo ostēdebat Christum innocentē & iustum, quē non debere punire Pilatū, ne fieret in postere calamitas iudicis, dānatio innocentis. Sed quomodo p̄ uisum territa passaq; fuerit, non expedit uelut de incertis conertādo differere passam, certū ē ex euāgelio,

fuisse illam uxorem præsidis propter Chri. Proinde territa conabatur à sententia proferenda reuocare Pilatum, non uelut Chri diligēs, sed sibi tremefacta p̄metuens. Ex quo duo maxima, sed cōtraria innotescunt, quod innocentia Christi, licet non indigent, enituit: & quod insatiabilis p̄cædo, prædam p̄dere prænoscens habitā atq; speratam, Christi mortem impedire tentauit.

Exaggeratio uerborum istorum, Ecce rex uester: & Tolle tolle, crucifige eum. Caput XCVI.

Rat autem parasceue paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi autē clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regē uestrum crucifigam: Rñderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Milites uero exueerunt eum chlamydem coccineā, & induerunt eum uestimētis suis. Egressus est foras Pilatus, & cultu corpis & exteriori apparatu, quod Romani p̄sides in reos consueuerāt proferre sententiā, & iussit poni tribunal in quo sedit, in loco quod dicitur Lithostrotos. Nomen loci aperte cōuenit actū rei: sublimitas em̄ interpretatur. Ultra intellectum hoīm ascendit in sublime Pilatus, cum p̄sumpsit morti adiuuare Iesum. Et factum est sublime mysterium, ut pro inquis oibus iudicaretur unus, & iudicaretur ignotus & iustus iniuste, in fine seculoz̄ oibus notus iudicaretur iuste. Oriebatur sublimitas ineffabilis ex passio iudicio saluatoris, ut infirmitas hoīm sublimitate p̄tingeret angeloz̄. Locari nāq; in huiuscemodi loco Pilatus facit tribunal, sup̄ quod sedit iudex absoluturus aut dānaturus innoxium. Sed primo congressu iudicij demonstrās iterum Christum, sic Iudæis enunciat: [Ecce rex uester.] Adhuc gestat Pilatus animū, & libētī animo cōpatitur sup̄ Christum, quem anteq̄ sententiā proferat, itez̄ tentat eripere de manibus Iudæoz̄, cum dicit: Ecce rex uester, suis uerbis uolens Christi p̄tendere uilitatem, ut tumore auferat de cordibus Iudæorum, & ipsorū mitigetur impietas, ut non sit in illorū cura, utrum uiuat aut moriatur tam abiectione cōditio. Ecce rex uester, quē sub hac delatione mihi præfidi tradidistis uinctum. Quid adhuc in eum uester desēuit animus? Inspicite, flagellatus est, alapatus est, conspuus est, percussus est, in derisione aut in ludibrio coram uobis astat indutus. Est ne ista regalis atq; impialis purpura quē timetis? Arundinē manu gestat. Est ne regale sceptrū quod uestri reges hactenus uos rexerunt, & quod Cæsares Augustus tremere facit populos nationum?

Vacua est, calamus est, infelicitatem magis quā prosperitatem humanā insinuat. Quid igitur uobis adhuc impia sollicitudo p̄ssit, ut uelitis tradere morti, qui nulli nocuit: In se inualidus est, infirmus & impotēs est, prout uolui castigari, nihil ualuit inferre tutaminis. Est ne corona spinea regum diadema? Ecce rex uester quē oditis, quē timetis, odio & timore agitati, mortē inculpabilem uestris clamoribus irrogatis. Quid uobis intulit mali? quid uero potest inferre piculū? Seipsum iuuare nequit, interrogatus tacuit, exprobratus in uerbis suis, quibus exprobratiōis non respōdit. Ecce rex uester, quē frustra timetis, cui hanc calumniā quod regem se dixerit, irrogatis, ligatus est, cōpeditus est, traditus despectui, astat mihi & uobis capite inclinato. Si regem se dixit, ecce inclinatus. Si rex esse uoluit, ecce in iudicio applicatus est. Si rex esse uoluit, ecce qualis rex est. Nā talis est, qualē in ludibrio pueri cōstitunt. Et tāto iste in hac parte deterior, quāto p̄cenas & opprobria patitur. Ille salte typico regno atq; cōiuijs exultat ad tempus, quāuis deponatur. Ecce rex uester, quod decernitis: estis ne satiati opprobrijs eius? cōtentamini ne adhuc p̄cenis eius? uultis ne à malo proposito resiliere, ne subsequatur iniustissimū exitium eius? Illi autē clamabant: [Tolle tolle, crucifige eum.] Ecce crudelitas impatiens & cruenta impatiencia, quod non patitur Pilatū cōplere aut prolongare sermonē. Hoc em̄ impatiencia proprie proprium habet annexum, ut cum audit loquentē implicatā, interrumpat, nec inceptū sinat cōplere sermonē, sed illico impedit, aut ex aduerso confurget, & quod odiosus furor p̄cogitauit, in animo erucluat: & quod in re nō pot, fatagit clamoribus complere. Hoc siquidem ostēdit irre mota p̄fidia Iudæoz̄, qui unanimiter oēs clamare cœperunt: Tolle tolle, crucifige eum. Prorogasset forte sermonē in hac causa Pilatus, nisi funestis & importunis clamoribus p̄uentus tā cito fuisset. Et em̄ obstinata pueritas iniquorum, nollet audire ueritatem rectorūq; sermonem, ne forte in bono mollescat, & in pietate ipsa conuertatur impietas. Vnde isti horrendis clamoribus, in quibus supplicium resonabat, Pilati sermonē omnino præpediūt: & malo præfatio futurorum, geminant fæuas uoces: & quales tunc erant similiter & futuri, tales geminatio prætendebat. Nam Christus tollendus erat ab eorum fide atq; dilectione, sic & tunc penitus ablatu erat. Et quod tūc Iudæis affuit in præsentem, sic & prouenit in posterum. Nec tamen ab illo præfatio secluduntur homines, cuiuscunq; religionis, pertinaciter peccatores.

Iohā. 19.

Hæc geminatio iniquaq; uocū, ablationem Chri enunciat à iustis moribus & à fide: nec nō tolle tolle, crudelē festinantia & festinam impotētia arguit Iudæoz, qbus horrore erat aspicere Iesum Christū, sed tolli petebant ab aspectu corporeo, put ab animo priscis de meritis ablati erat. Sed uæ à qbus Chrs tollit, nunq em æquale in recōpensatione recipiunt. Non aut inuie à quopiā Chrs tollit, nisi primū ille incautus possessor admittat, siue suo damno alijs delectatus, ipm ante à corde reiiciat. Insestabat Pilatus uetatiuis clamori bus Chrm tollere ab aspectu corporeo, & in ferre patibulo. Erat em ab ipsoz animo iam exclusus. Ira & inuidia, furor & odium intus spm & rōnē, & extrā sensus corporeos sæpe à cōdita natura puerant, ut recta in sensibus etiā non sit ipsa natura, ubi regnant furor & odiū, ira siue inuidia. Mirū quippe q Chrm Iudæis erat pœna uidere, proinde uociferāt, tolle tolle. Mos em typicus iniquoz est, de negare moribus quem ab animo abegerūt: & morti per crucem ad iudicari petebant, de cuius uita cruciabantur in mente.

¶ De malitia & cæcitate Iudæoz, Cæsare tūmodo sibi regē esse proclamantiū
Caput XC VII.

Iohā. 19.

Dicit eis Pilatus: Regē uestrū crucifigā? Nuntatio qdā exorit, an Pilatus supra ostenderit derisive Chrm, dicēs: Ecce rex uer. Nunc ipsis eū postulatibus crucifigi, dicit: Regē uestrū crucifigā? qsi crediderit esse regē. Sed festinata in clamatio Iudæoz, sine derisive ostensum, aut uere regē creditū, ipm denegat, oēm q; cōiuentē pter Romanū Cæsare, quē inuie ferebāt: sed cōparatiōe Chri, tolerabilior Cæsar erat. [Rūderūt nāq; pontifices: Nō habemus regē nisi Cæsare.] Oēm regē sup eos regnare repugnāt in uerbis, Cæsare solo cōtenti, ut Pilatū inflectāt ad nescanda iudicia proferēda. Et ut ad Cæsare possit esse appellādo recursum, nisi Chrm mortis la ta sentētia feriat. Et tantū clamorē in hoc ptulere Iudæi, q alium regē nisi Cæsare nō habebāt. Nam absq; q Chri mortē in clamore huūscemodi penderūt, in futuro tpe si exigeret oportunitas, paruere suffugium. Cognoscebant nēpe Iudæoz pontifices q inno cens erat, & q prop̄ inuidiā ipm tradiderāt iudicandū in manibus p̄sidis, missi Hierosolymā à Cæsare Romano, q p̄les sæpe libera re fuerat emisus, asserens uoce publica innocentia eius. Timebant sibi, & caute loq̄bant pontifices Iudæoz, ne in postez de hac iniq; sententia fieret inq̄sitio à succedēte p̄side, aut ab alio sup hoc à Cæsare delegato. Ad executionē ipsoz & ad uelamentū malitiæ, usq;

Ibidem

quaq; sufficiens uidebatur, q solū honorē Augusti Cæsaris tenuissent, dānationē dūtaxat petēs, q Cæsaris derogasset honori, aut qui cōregnare sanxisset siue usurpare dñm sup Cæsare, aut pter Cæsaris uoluntatē. Sed male optionē istam in Cæsare deflexerunt, repudiantes oīm conditorē & principē regū terræ, nam sub Romanis Cæsaris Ierusalē est subuersa, q sub oīm rege sacerdotalis atq; ciuitas regalis est aucta: & cæsi sunt à Cæsare, qui desistantes Chrm, Cæsarem elegerunt. Et fere in oibus actionibus prauitas Iudæoz rum sua mala uentura prænunciat.

¶ De flexione Pilati ad condemnandū Iesum, damnatione Iesu, expostulatione cum Pilato super condemnato Iesu. Cap. XC VIII.

Tunc omni spe liberationis adempta, nec libēti uoto ualēs Pilatus Christū eripere de manibus Iudæoz, male molle factus, à ueritate auditū auertēs, à iustitia sancta declinās, usq; ad hanc horā habita pietate relicta, in impietate uersus, distauit per crucē mortis sententiā super Christū & super Ierosolones, q merito iniquitatis ipsoz, gestoz Christi scilicet hæ non curarūt: idcirco sub certa forma nō tradimus. Sed nec istam incuriam inaduerentiā imputemus euangelistaz scribentiū, sed diuinæ prouidentia gubernatrici omnū, que nihil pmisit in euāgelio scribere impertinēs, nihilq; dimisit expediens. Verūtū illā formā uerboz sententiæ huūscemodi fuisse credimus, qua præfides & reges, iudices atq; rectores solēt reos cōuictos siue cōfessos, & sub ortis discussisq; causis in suis sedentes tribunibus iudicare. sed facto credito, in disculso modo relicto, exclamare p̄ amplius libet. Sed immanitas gestæ rei & enormitas facti, impossibilitas fandi penitus prohibet. Vnde faciemes exordii, q homo deū, iniustus iustū, peccator sanctū, & iudicādu iudicatur; omnino iudicet uelut reum? Vnde captabimus exclamatiōis materiā? nam ubi omnis uirtus & ueritas est confusa, ibi nulla iniquitas defuit. Quoniā æqualibus militibus numero, uirtus & uirtū sæpe cōcertant. Quo iure in hanc miseriam uallem Christus descendit, astans super omnē dignitatē & multitudinē angeloz, ut iudicaretur ab homine inter homines more reoz? Sed hanc deplorationem alius locus habet.

¶ Tunc ergo [adiudicauit Pilatus fieri petitionem ipsoz, & tradidit eis illū ut crucifigeretur.] Quid est o Pilate quod te fascinoauit? Quis tui animi pietatem infecit? Quis à ueritate te abstulit, quis te aduersus innocentiam tanquam aduersus æmulatū

excitauit? Quis te prouocauit in partem contraria? Quis te inimicum fecit Iesu, pro quo liberando usque in præsens toties laborasti? Vnde facta est ista mutatio, ut Chrm à mudo crucis morte p̄scriberes? An te male fecit se cognoscis, q pro Chro liberādo certaueris? An est aduersus Chrm noua introducta delatio, q pbata examinatioē solēni, cogaris mortis p̄ferre sententiā? An te minz terruerunt populi Iudæoz? An Cæsare expauescis, si innocentia nō confundis? An corrupta est p̄cio, fracta odio, amore subuersa, p̄ceperuer sa, uulgata iustitia p̄sidum Romanoz? Cur nunc perueris iudiciū, qd usq; ad hāc horā illesum, prope tuū modū in Christo seruasti? Porro culmini Romano iniuriā facis, & nō rāponis in Cæsare, maculā in gloria tuar cōfundis p̄sidentia fidē, subuertis ordinē iurist: qquid ē honoris atq; pudoris, euacuas: male agendū, tui similibus exēpla disponis: dilinās leges, oibus sciētibus te reddis infamē: & eo deterior de te uolabit infamia, q istius innocentia pluries proclamasti: & te in eo causam nullā mortis & p̄næ inuenisse, coram principibus sacerdotū & plebe, fuisti cōstātī audacia p̄status. Cur nūc factō dānas, quē ante uerbo tuebaris? An es ruoz oblitus uerboz, ut te tā leui & subita mutatioē confundas? An iuramentū p̄stitum de iustitia Cæsari & senatui Romano, immemoria tradidisti? An tuoz deoz iram incurere nō exhorres, quā incurere ob iniustitiā sæpe metuere Romani, q̄s & punitos legimus, cum à iustitia defecerunt, auctoz; cū seruauerunt immaculatā: lute cōtra te armarent oīa elementa, qm̄oz, prout in te agitur, cōfundis autorē. Merito tibi uirtutes oēs & singulæ aduersantur, uirtia oīa cōplectuntur, ordo naturæ, morum atq; iustitiæ te repellit, eo q innocentia propter inimicitias laniasti. Ad qd leges? ad qd iura? ad qd præfidentia p̄sidum? ad qd Cæsarium celsitudō? ad qd tribunalatus regum terræ, si apud tutores hoīm plebeioz & reip̄ defensores, innocentia & puritas & uita immaculata nō possunt tute consistere: quia etiam & ipsi confundunt, q si nō aliter, saltē ensibus debuerunt tueri. Ad iudicauit ergo fieri petitionē ipsoz. Ecce peruerum iudiciū, q iudicatur innocēs mori non secundū rei ueritatē, sed inimicōz petitionē. Nulla detestabilior atq; inanior pueritas iudicis, q nō ob causam, sed ad uorum æmuloz condēnare reū. nam illis audacia, & nefanda exultatio, & ad peiora prolapsionis materia. Hinc prout pendet in iudice, desp̄tatiōis occasio p̄paratur: & iustis euadendi fiducia tollit, cū in similē causam aduenerint. Væ regi, uæ p̄sidi, uæ iudici

decernēti, quoz cor patet petitionibus iniq; rum. Væ auribus, ad q̄s ingreditur æmula & iniq; p̄ctitio. Quæ aut erat p̄ctitio Iudæoz? ut Chrs morte tunc turpissima puniret. Ideo male actus Pilatus, tradidit eis illū ut crucifigeretur. Tradidit scilicet Iudæis illum ad uoluntatem, militibus uero & ministris ad executionem sententiæ.

¶ De educatione Iesu ad crucifigendum, uestitiū eius exuitione, ac crucis baiulatione.
Caput XC IX.

Milites autē] & ministri comprehendēs Marc. 15
eum audita sentētia, exuerūt eū chlamydem coccineā atq; purpureā, quā in derisione circūderūt, & induerunt eū uestimētis suis, [& ducunt illum ut crucifigerēt eū.]
¶ Sed aduertendū in hac parte legentibus, q ab eo loco q Christus ab Herode redditus est Pilato, usq; ad expeditionē latæ sententiæ, multa est uerboz uarietas & anticipatiua locutio, & eiusdē repetitio sæpe facta, Quā ob rem solitū narrādi ordinē non usq; quaq; seruari, cōnectens uerā rei gestæ sententiā, p̄p̄ositiones atq; anticipaciones uerboz, prout euāgelistæ tradunt, unus addens quod aliter dimisit, prop̄ oīm inaptationē dimittēs, p̄spiciatoribus ingenijs ordinari.

¶ Expoliatur derisua ueste Chrs crucifigendus, ut iam nō derisive, uelut in ludibrio simulantū atq; fingentium agitur, sed in ueritate crucis p̄nā & mortē excipiat. Suis uero uestibus reinduitur, & cū his minatur ad mortē, ut etiā qquid esse pōt Chri, cum ipso à mūdo proscripto proscribatur, & cum ipso dānato dānetur, nec siquidē reliquæ Christi ut in eis erat, remaneret hoibus sup terrā.

Et magna sunt quidē obuoluta mysteria in expoliationibus Chri, similiter & cum uestimenta resumpsit, quæ hic disuelare prolixitas menon sinit.
¶ Parata erat em interim p̄nalis machina ligni, & oīa instrumēta p̄næ, q subministrantibus Iudæis milites acceperūt, & onerauerūt sanctum dorsum ualido ligno crucis. Et deferebat onus graue tanquam sub iugale animal, sed neq; ad transitū utilitatis, sicut subiugalibus sæpe contingit, quæ de p̄p̄rijs oneribus sæpe comedūt, imo ut appensus in pondere suo pereat. Vnde baiulabat Iohā. 19. sibi crucem uelut Isaac ligna, & quibus com burendus erat, nisi desup dñs aliter decreuisset. Veruntamen isti non pepercit pater, qui sub pondere pressus, in ipso confixus mortuus est. Sed mira Iesu humilitas, q sic oneratus in iudice, ad suā ignominia super se portare iuberetur. Quem corpore absentem, spiritu præsentem, sic allocutus sum:

Gen. 22.

Dñe, quo uadis crucis pondere pressus, ari di ligni pondere prægrauatus: Ad quid portas: Quæ uis plantabis illud: Locus quo ducere, saxosus est. Quis plantabis: Quis irrigabit: Aridum est, radices nō habet, ex quibus à terra sumptus humor sumat in ramos. Terra sitiens est damnatorum & interfectorum locus, nunquā uirgulta fuerunt in ea, ligna consueuerunt esse cōmixta in iustitiā damnatorum. Adulterina plantationes sunt, nō dantradi ces altas, non collocāt stabile fundamentū, non extendunt ramos ad fructum, sed ad tormentū: non habent folia pulchritudinis, sed deiectionis atq; dedecoris: non habent fructus ad esum utiles, sed ad uescendū prædoloribus dissuaues: non maturefcunt ad usum, sed ut uitā extinguant, penitus indurescunt. Quare igitur defers dñe hanc lignorum sarcinam: Nonne nosti qd affigeris in eis, ut affligaris in omnibus mēbris corporis: En cruciaberis in eis, & hies omni populo in derisum, demū expirabis in eis.

Sed porto lignum propter uetitū lignum, pœnale lignū propter uetitū pomum. Porto lignum, ut uincam in ligno inuisibilem hostem, qui uicit in ligno.

Porto lignum, ut præter hūanas artes ex ipso faciam gradus ascensionis in cælum.

Porto lignum, suspendendus in illo, ut omnia traham penitus ad meipsum.

Porto lignum mortis & uitæ.

Porto lignum experientie prædamnatae.

Portabat saluator aridā ligni machinā, in q̄ moriēdo triumphaturus erat, debacchaturus inuisibiles potestates. Hæc siquidē machina, plus in uirtute q̄ in figura peractura erat & inuisibilem inuisibilitium bonorum habebat effigiem, & ostensura erat uitā toti mūdo per unius hominis mortē. Baiulabat sibi crucem Iesus ad suam pœnā atq; tormentū.

Et egressus à facie Pilati, qui eum ad hanc mediā mortē damnauerat, per medium Ierusalem agens iter, in q̄ paucis ante diebus, supsedens subiugali, tanto fuerat à turba honore susceptus, & acclamatus à populis & à pueris Hebræorum, quasi saluator esset. Nunc uelut subiugale subiectum oneribus, cum opprobriis extraducitur, sociatus duorum numero dānatorum, acsi lateronum collega fuisse. Et exultabant impij qd de iudicio uictoriam reportassent, gaudentes funesta lætitiā, eo qd iniquitatis super innocētē in foro atq; prætorio terreni præsidis præualuerat. Sed uæ omni exultationi quæ ab iniqua radice procedit. Iesus uero ducebatur extra ciuitatē uelut proscriptus à mundo, quē nec ipse mundus sibi mansuetus agnouit. Fletus erat iustus, qd sic inua-

luerat sæua hominū prauitas, & qd altissima innocentia reportabat à iudicio sententiæ falsitatem. Flebant etiam qd nondū ab humanitate recesserant, saltē tenentes cum Christo ipsius naturæ in compassione consortiū, solum in illa die lætantibus, quos prauitas atq; crudelitas iniquitas cōprimebat. Milites & ministri huius damnatæ sententiæ, suggerētib; pontificibus sacerdotū, ne oriret in ciuitate seditio neq; tumultus in populo, & Christus eorum elaberetur de manibus, propter mutabilem animū turbæ, cedebāt ipsi gressibus festinare. Et mors est iudicū sic subere, satellitum uero sic agere, uidelicet festinare reum, ne aliq̄ superueniente casu sententiā latā effugiat. Et cum exisset ciuitatē festinatus ipse festinus, quē amor, non uolentia ducebat ad mortē, ut hō gradiens nihil simulatū agens, ex uerberibus debilis, & ex premente sarcina gemens, forte non iuxta uoluntatem impellentium properabat accessus.

Quamobrem ciuitatis portam exeutes, angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum uenientē de uilla, patrē Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

Non pie siue humane, sed impie ac crudeliter factum est ad mortis accelerationē, & ad declinamenta contrarij. Idcirco Christum exonerant, ut incedat uelocius. Simonē angariant, ut post eum uadat ocyus, tanquā robustus & fortis nouiter oneratus.

De angariatione Simonis Cyrenæi ad portandam Iesu crucem, & quid ea seu obuiatio Christi & Simonis præsignet. Cap. C.

Multum refert in hoc tractu hypantem se huiusmodi * hyponasticari, cū uigilanti uerbo ab euāgelistis nascat incertū, Et Christus crucem baiulans egreditur Ierusalem, ad quā Simon ueniebat de uilla, qui nō præmeditatus, Christum sic oneratum obuium habuit. Christus uero cuncta p̄nosces, illi p̄scius obuiauit, quē nō rogauit crucē accipere, sed ab aliis illam tollere iustus, imo angariatus est, nec permissus Ierusalem ingredi, de qua Christus exibat. Profunde penetrare oportet quod in his actionibus obuelatur, & quod in tāta comitatu Christi hominum atq; mulierū diuersimode comitatum, solus nomine proprio Simon hic descriptus p̄ filios no-



minatur, & crucem portans, Christum sequitur præeuntem: qua deposita, Christus in illa crucifigitur, & ipse ab angaria liberat: & inuoluntur gesta, non patitur, sed in animo forte compatitur. ¶ Simon iste, typus est gentilium. Obediens siue obedientia, Simon interpretatur. Credit ad prædicationem Christi, populus nationum: & qui prædicationē apostolorum illoꝝ per amplius est dilata credulitas primitiue credentium, in Christo uiuent ac moriente cœperunt, cum adorauerunt magi, cum credidit centurio, cuius à Christo fides laudibus exaltata est, antequā eius pueri restitueret sanitati: cum crediderunt gentiles quidā in templo consilio Philippi, quæ rentes uidere Iesum: cum alius centurio cū crucifixoribus cruci assistens, uiso terræ motu & signis, exclamauit dicēs: Vere, filius dei erat iste. Post missionem uero spūs sancti, plena, quamquam non tota, gentium est secuta posteritas. Populus nempe i ueritate credēs, obediēs appellatur. De quo per Psalmistam multo ante prophetatum extiterat: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. ¶ Cyrenæus erat iste genere, qui interpretatur hæreditas, à qua Iudæi suorum merito peccatorum exclusi, gentibus per fidem & merita data est. De quibus hæreditas in hæreditate gentilibus Romanis scribit apostolus, dicens: Ipse spūs sanctus, datus atq; receptus, testimonium reddit spiritui nro, quō filij dei sumus: si filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autē Christi. Ipse siquidē saluator prædixerat de Iudæis reprobandis, & gentilibus admittendis: Auferet à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. In ueteri autē testamento cum diuina esset terra promissiois, per sortē mandauit illam dñs diuidi, dicens: Ut fors ceciderit, ita diuidetur hæreditas. Supergradientibus intelligentiā literalem, fors ista est diuina gratia, superueniens misericordia mittentis, & præparationem per obedientiā recipientis: quam quisq; super se recipiēs, habebit hæreditatem nō perfunctoriam, sed æternā, non terrenam, sed omnino cælestem, de qua Petrus in canonica sua dicit: Benedictus deus & pater dñi nri Iesu Christi, qui secundum magnā misericordiā suam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatā & immarcescibilem, conseruatam in cælis. ¶ Veniebat de uilla Simon ad sacerdotalem & regiam ciuitatē, in illa sua negocia peracturus. Multo tempore iam audierunt populi nationum synagogicam dignitatem, unius dei cultum tantūmo

do tenentem, & longo ante tempore facta in illa prodigia. Quobrem pleriq; sunt facti profelyti. Sed tūc populus gentium Christum obuiam habuit, cum Christus synagogā demerito suo dimisit. Nam & apostoli hanc sententiā clarescere tantum fecerūt, cum Iudæis eos blasphemantibus atq; persequētib; intulerunt: Vobis oportebat primū loqui uerbum dei: sed quō repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic em̄ præcepit nobis dñs: Posui te in lumen gentibus, ut sis in salutē usq; ad extremum terræ. Audientes autē gentes, gauisæ sunt, & glorificabāt uerbum dñi, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam. Ac per hoc saluator omnium non permisit profelytari populos gentium, ne fierent gehēnæ filij duplo quā Iudæi, animo & opere contumaces, sed eis obuiauit p̄ mysterium suæ crucis impositæ dorso eius. Veniebat de uilla Cyrenæus homo iste.

A uilitate uilla pprie appellatur. Vilia em̄ ibi peraguntur officia, nec urbanitatibus floret. Porro in uilibus operibus idolorum cultura gentes occupabantur. Sed ueniens ad ciuitatē, ubi uigebat urbanitas, etiam melius & urbanius impræmeditatus inuenit. Vbianus or Christus omnibus cæremonijs & moribus Iudæorum. Et melior Christus Moysē atque prophetas, & euangelium eius omni scripturæ præeminet, & Mosaicam legem supergre ditur & prophetas. Prout autē Simon inopinante Christum obuiam habuit, sic & gentilis populus eo tempore credidit, quo se credere non præciuit. Diuina siquidem dispositio, non hominū, omnia fidei & supernæ uocati onis mysteria peraguntur. ¶ Pater autē hic erat Alexandri & Rufi. Mirum admodum, qd in solito more pater à filijs, nō à suo patre, ut innotescat, describitur. Sed quō Alexander & Rufus in concionem uenerant discipulorum Christi, apostolorumq; facti discipuli atq; collegæ, noti erant etiam in ecclesia tunc ex fama uirtutum. Idcirco Marcus multo post passionem Christi euangelium scribens, hūc Simonem à filijs prænotauit. Viuebant em̄ illo tempore quo Marcus euāgelium Romæ scribendo dictabat, documento apostoli Petri. Magis autem horum nomina filioꝝ, ad mysterium gentilis populi ad Christum conuersi, deseruiunt. ¶ Alexander, alleuans tenebras, aut auferens angustias tenebrarum, interpretatur. In tenebris erat gentium populus, & undique angustabatur ab eis, ueritatē & legem sanctam non nouerat, nec uiam p̄ uentionis in cælum. Sed tunc tenebras alleuauit & abstulit, cum in Christum prædicant

Actu. 13.

Ita. 49.

Isaia. 9

tibus apostolis credidit, de quo loqe an p lsa
iam uaticinatum est: Gentiū populis qui ha
bitabat in tenebris, uidit lucē magnā: seden
tibus in regione umbræ mortis, lux orta ē eis.
¶ Rufus uero, sanatio aut refectio nostra di
citur. Infirmabatur, ino iacebat infirmus po
pulus gentiū, & honorum inedia expugna
batur: sed Christum obuiā habens, sanatus
atq; refectus est. Et in typo gentilis populi, di
ctum est: Christo cuidam quem infirmū sa
nauerat: Ecce iam sanus factus es, iā noli pecc
care. De refectioe uero, isto p̄sagio dixit
rat Dauid: Super aquā refectiois educauit
me, qui nō solum pro seipso, sed pro gētili po
pulo etiā in ænigmatē loquebatur, qui ad si
dē & ad dei misericordiā uerturus erat. Hæc
nempe obuiatio, quæ corporibus eregione
gradientibus facta est, diuinarum uirtutū &
inuisibilem bonorum mysteriū arguunt: si
de cæterisq; uirtutibus obuiatur Christo.

Iohā. 5.

Psal. 22.

Quod uero ciuitatem ingredi nō p̄mittitur,
opus est diuinum, quauis occultum, ne in
id quispiam ingrediatur, à q̄ Christus repro
batus egrediatur. Quod autē ad angariā crucis
cogitur, operatio est dæmonū in altū rela
ta mysteriū. Nam eo ipso q̄ gentiū populus
Christo per fidem obuiando credidit, aduer
sus credētes turba dæmonū infurrexit, & in
citauit tyrannos, mūdi principes efferato ze
lo incendit. Qui ad cruciatum innumeros dei
martyres angariauerūt, q̄ portauerunt post
Iesum dei filium crucē eius. Nec omnis anga
ria p̄ uolentiā & coercitiōe aliōz addicist
plerunq; accipitur uoluntate. Nam uolētia
quā regnum cæloz patitur, non semp ab ex
tra existētibus inferit: sed ultro in militia cæ
lesti agonistæ periti sibi ipsi uolentiam infe
runt, & angariant seipsos ad tollendā crucē
suam, sequētes Iesum iuxta mandatū suum,
quod inexceptuare posuerat. Si quis uult ue
nire post me, abneget semetipm, & tollat cru
cem suam, & sequatur me.

Mat. 16.

¶ Sed in hoc q̄ iste crucē Iesu post eum ba
iulat, merita distinguūt à grā, & actiones
nostræ ab effectibus saluatoris. Portat eccle
sia collecta de gētibz, crucem Iesu post eū:
quia omnis passio quā propter Christum ec
clesia tolerat, Chri est. Nam omne quod quis
propter alium inuitē aut uoluntarie patitur,
eius esse dicuntur pro q̄ toleratur. Nec meritū
habet in eo q̄ ecclesia multa in martyribz
perpeffa est: tyrannis, aut quod sibi uolun
tarie in confessionibus intulit: sed pro eo qd
p̄ Chfo sustinuit, & sibi pro Chfo ad captan
dum regnū cæloz uolētiā fecit. Ac p̄ hoc
omne bonum, quod pro Chfo aut patiedo,
aut aliq̄ agitur, Chri est, & agētis à grā Chri

quia sibi tribuitur, & ut agatur, ipse grā tri
buit. Et p̄cium iustum in retributione p̄mio
rum per misericordiā suam nris actionibus
æqua lance iustitiæ posuit. Nec alicuius æst
imationis esset, nisi suis actionibus sociaret,
ut cōcicatio actioem Christi cum nris, salu
tarem effectum tribuat operibus nris. Agen
tis autē est, quia libera uoluntate id quod pla
citur dei nouit, exequitur. Libera enim uo
luntas agēdi, nra facit esse quæ facimus. Sed
post eum baiulator crucis incedit: quia Chri
stianoz agonistica uita eū sequit, nō p̄cedit.
¶ Paratur nobis alia differendi materia, cū
gesta huiuscemodi ante conspiciamus. Trini
tatē, patrem, filium, & sp̄itū sanctum, æternā
esse fide sancta suscepimus: quæ tunc innot
uit iuxta capacitātē acute noscentiū, cum crea
turā rōnalē de nihilo in esse produxit. Et ini
tium est tps̄ post omnia, quæ sunt post ter
tus subsequuta. Aeternus est cum patre & sp̄i
tū sancto filius, nec prius habet neq; post ter
tus, sed creatura his uicissitudinibus uariat.
Vnde post creationē statim est secuta quædā
damnata posteritas, ut angelus irremediabi
liter in cælo, & hō remediabiliter in paradiso
diuina mādāta contēneret. Præit ergo Iesus
æternitate, quia deus post quem genus hu
manū à creatione, adiecto modico interual
lo cūm cruce peccatorū in primis protoplas
tis accessit: nam si peccati nō fuisset actio
subsecuta, etiam si natus, non tñ Chri fuisset
occisus. Peccatū ergo, radix amarissima cru
cis fuit. Portat ergo genus humanū post Ie
sum crucem, quia peccata cōmissit unde crux
cifixus est. Ad quam ferendā demētes anga
riauerunt, persuadentes contēnere diuinæ
placitum uoluntatis, in qua crucifixus est de
us, & absolutus est homo.

Sed q̄ Simon nō crucifigitur, ad impossibi
litate & insufficientiam redemptionis p̄pu
rum hominē, pertinet: non em̄ purus homo
potuisset, aut genus humanum, semetipsum
crucem sustinendo redimere, nisi deus esset
qui pateret in homine, cū hoc quod in Chri
sto deo agitur, genus humanū in p̄ijs fidelis
bus, uelut Simon corporeis oculis intueat
que compatitur. Ecce * hypantēse Simeonis
in templo. Ecce hypantēse Simonis in morte
tis articulo. Myrica sunt quæ diximus præ
ter intentionem suscepti operis. Sed si hebes
legentiū intellectus non fuerit, in mores ho
minū facile retorquetur: quoz perspicuitati
quod est possibile relinquētes, ad rei gestę or
dinem reuertamur.

¶ De uarietate sequentium Iesum ad
mortem, in montem caluariæ
euntem. Caput CI.

Præuentem Christum, imo ut credo à fa
cellitibus ligatum, ante deductum, exo
neratum à cruce ambulandi uelocitate, sed
crucifigendū in illa mortis acerbitate, Simo
nemq; post eū iuxta uel deprope crucē baiu
lantē, duosq; latrones quos affixus erat, tur
ba plurima sequebatur unius causa, non rōne
ceteroz. Vnde uigilanter euangelista dicit:

¶ Sequebatur autem eū turba multa popu
li & mulierum, quæ plangebant & lamen
tabantur eum.

Conuersus autē ad illas Iesus,
dixit: Filiz Ierusalem, nolite flere super me, sed
super uos ipsas flete & super filios uestros, qm̄
uenient dies in quibus dicent: Beatæ steriles
& uētres qui nō genuerunt, & hubera q̄ non
lactauerūt. Tunc incipiēt dicere montibus,
cadite super nos: & collibus, opite nos. Quia si
in iuridi ligno hæc faciūt, in arido quid fiet?

¶ Sequelas multoties Christus habuit ho
minum atq; mulierum, sed uaria causa uarioq;
affectus: sed nunc altior causa tot fecit ad esse
sequaces. Sed duntaxat deterior pharisæos
atq; pontifices sacerdotum, qui tantum, sinē
optati exitu in infallibiliter aspicerent, seque
bantur. Aliqui uero tot signoz ultra omnē
humanam potentiā factorum conscij existi
tes, si quid in mortis articulo faceret pro se
ipso, uisere quærebant, q̄ tot signa in alijs fe
cerat, qui etiā tres mortuos reuocauit ab
inferis, mira consideratione tenebatur, si uo
lebat ipse ad tartarea loca descendere, à qui
bus alios reuocauerat. Aut si aliqua insolita
potentia de illorum manibus laberetur, aut
si aliter per signa innotesceret, aut quali patiē
tia, quali uultu, qua cōsistentia si moreretur,
in ipso actu moriēdi p̄sisteret. Si hūc deus re
greret desup, si sibi aliquid noui aduenisset,
q̄ tot noua fecit in seculo, q̄ nouam uitā mū
do sic labefacto monstrauit. Si quispiam pro
ipso confurgeret, si noua seditio aut tumul
tus pro ipsius libertate oriretur. Porro curio
sitas multos adduxerat in sequelam. Quos
dam uero pietas humana mouebat ad huius
cemodi spectaculū conuenire, maxime mul
eres: quarum quodā instinctu naturę magis
pius est sensus & prior in lachrymas, cum
aliquoz uiderint aut audierint passiones, &
seuas conspiciunt nouitates. Et sepe intantū
earum sensus humana pietate atq; cōpassiōe
mollescit, ut sepe quos nō cognouerint neq;
uiderint, positos in afflictione deplorent. Et
nescio unde plerūq; fletus eius efficitur dul
cis, & lachrymas querūt materiam effundē
di, necnō uirgo mater incognita, sed Maria
cognita mater, multos ad hanc sequelā mo
ribus, non uerbis adduxerat, ut uiderēt mo

res eius in morte filij eius.
Erat porro mirandū, uirginem insolitū pu
blico, nisi dum erat cum filio, deuitantē aspe
ctus hominū, consortia mulierum, silentio fre
natam, uirtutibus fretam, uiduatam uiroz, de
relictam uirili consortio, cū sibi uterinis so
roribus & alijs mulieribus crucifigendū filiū
um sequi, cū mos mulierum nō sit, uelle uidere
filios trucidari, & executionē illius sentētiæ,
quæ filium crudeli pcena siue morte diuer
berat. Stupebant autem omnes qui nouerat
huius hoīs sic addicti matrem, q̄ etiā in rātā
p̄suræ angustia silentiū seruabat, christifor
mis facta: q̄ cum malediceret, non maledice
bat, & cum pateretur, nō cōminabatur: nec alio
quid impatiētiæ siue tædij resonabat. Quæ
om̄ia mater tenebat districta censura.

1. Pe. 2.

Fallūtur tñ, qui pietatis causa & eliciēdi ab
oculis audientū lachrymas, aliter cōcionan
do declamāt. Doluit pia mat, sed nihil gessit
impertinens. Multaq; mulieres pietate atq;
cōpassione ferebatur in illā, q̄ filio unico pri
uabatur, & qd̄ horrendius, q̄ uelut reus tur
pissima morte damnā dus: sequebanturq; Ie
sum pietate matris, atq; uiderunt filium cru
cifigi, & animā exhalare. Impscrutabilis obij
citur causa cōmouēs, q̄ multitudo populi &
mulierum Christum ad uidendum eius specta
culum sequebatur: & eo uaria, quo morti ad
dicebatur, qui pluries corda multoz p̄dicā
do atq; mira faciendo cōmouerat. Et sicut in
delatione dixerūt Iudæi, q̄ populū cōmouit
docens, sic cōmouit & moriēs, idem in omni
bus Christus docēs & moriēs. Necnō & secre
to tractu Christus post se multitudinē popu
li sexus utriusq; trahebat, ut uiderēt signa ma
gnalia, ut boni confortarentur, & mali con
funderentur, ut agnosceret charitas qua dile
cti fuimus, precium quo redempti fuimus, ut
approbaretur innocētia, cognosceret iniu
sta sententia, ut audiretur septiformis doctri
na crucis, comprehendere in Christo patiēs
constātia mentis, & deitatis professio. audire
tur, ut uideretur quō & cui compatiūtur in
sensibilia elemēta, in quē tantū rationalis cre
atura defæuit. Sed mulieres plangebāt & la
mentabātur. Plangebant cōpassiōe filij si
ue matris. Et lamentabantur, qm̄ in illo die in
Ierusalē contra Christū iniusta fuit lata sentē
tia. Plangebant sup Chriam piæ mulieres, * q̄
festine ducebatur ad mortem, uitæ donator
& sanitatis restitutor, cui nulla dñabatur ini
qtas, unde talis moreretur. Memores erant
bonoz quæ ipse sepe pluribus fecerat, & nul
lius eius cōsciz mali. Dulcedo sermonis eius
non erat abolita, & pietas uultus eius in me
moria sequētium adhuc erat, impietate p̄ua
cccc ij

* quia

Iuisse in iudicio ferebat: unde hic derelictus ab omnibus, sic tradebatur in mortē. Et ut cōsiderationi hoīm plus accrescat, nemo pro ipso fertur emisisse sermonē. Sed p̄valente iniustitia, uirtus in pessundationē deuenit.

¶ De fletu mulierum super Iesum ad mortem euntē, p̄ Iesum quōd & cur prohibito: & quid ipsīs potissimē flendum. Caput CII.

Talibus mulieres actā prospicijs, plāge bāt humanitas super Ch̄m, & sc̄uam hominis lamentabantur adesse fortunam. Ad quas saluator conuersa mente solers, in animo clarus, agonista itrepidus, utilia semper docens, cautelam adhibens pro futuris, quorum erat omnino p̄cognitor, dixit:

Lucæ. 23 *Filiae Ierusalē, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestrōs.* ¶ Filias Ierusalē appellat, tanq̄ in illa genitas atq; natas. Nā ex antiquo more loquendi, genitorum suorū atq; natoꝝ mater omnis ciuitas dicitur. Prohibentur flere super Christum, quia nec opus habet compassione humana, nec reuocatio sententiæ siue mortis ex lachrymis omnino proueniet. Sed plangendum super eum qui uoluntarie patitur, & quod possit elabi de manibus ministrorum: nā neque Pilati ad Iudæis maleuasi sententiā Ch̄m cogebat in mortem. Dicebat Ch̄m mori illa sententiā, nō cogebat: nec copia militū & ministrorum inferre Ch̄so uolentiam potuisset, quos ipse poterat uno uerbo contereere uel terrere. Nulla restis sufficisset ad uinculū, si uoluisset effugere. Voluntarius siquidē accedebat ad mortem: quanuis ui trahi ab aspicientibus crederetur. Quocirca mulieribus dicit. [Nolite flere super me, sed sup̄ uos ipsas flete.] Nolite flere super me, qui sp̄te subeo mortē, qui loci & uitæ imperiū habeo, cui nihil deperit moriēdo, cuius suscitatio facilis, quem pater æternus nō derelinquet, neq; p̄mittet ingredi corruptionē, quem post tridū, tremefacta terra, citissime suscitabit.

Sed super uos ipsas flete. ¶ Hoc nō solū ad illas mulieres sequentes refertur, sed ad totā Hierosolymam ciuitatē, in qua Ch̄s mortis prosc̄ptionē tam iniuste acceperat, in qua nemo fuit qui pro Ch̄so se opponeret atque clamaret contra perfidiam sacerdotum, aut allegaret ipsius innocentia, nisi gentilis iudex, quē etiā male iudicādo defecit. Sed uerba dicebātur ad illas quę seq̄bantur plangētes, ut earum numero tota ciuitas futuro periculo includatur. Mos em̄ est sacrę scripturę, numero paucorū siue unius, multitudinem sepe concludere: nec non & plerunq; uni misso nuncio aut aliquid afferenti, tanquā multitu-

diniridere. Nec em̄ intelligamus i illa Ch̄s fti allocutione, illas aut dūtaxat mulieres intelligi, sed etiam magis uiros, quorū funestis clamoribus mors Christo irrogata cognoscitur, & quorū neglectu nō fuit iniustitia propulsata. Super uos flete Hierosolymita. Super se fleat ciuitas Hierosolyma quia prout à uobis crudelis iniustitia est egressa, sic in uos, nisi p̄nitentiam dignam egeritis, seua p̄na defœuit. Nam idcirco ad fletum p̄nitentię illas inuitat, ut futuram p̄caueat ultionē. Nec em̄ tali odio Christus agebatur in eos, ut uellet ferire: magis autem id agebat, ut tā crimen horrendum p̄nititudine cum lachrymis lauaretur, ne ueniret quōs haberet ulcisci. Exiliori enim sensu in his uerbis agitur, ut magis sit flendum super p̄sidentem iniustitiam, quā super iustū occisum. Et amplius est uallanda doloribus iniquitas p̄ualens, quā innocentia iniuste succumbens. Nam bonitatis possessor tantum corpore premi potest, iniquitatis actor in utroq; confunditur. Nihil adimitur iusto, qui etiam per mortē euadit & carcerem, & libertatem citiuolam anima ipsa fortitur. Iniquus uero super se iniquitatis miseria, & si nō corrigitur, cōtinuā mœsta deplorat. Fleant super se miseri peccatores, & eo amarius, quo se credunt esse felices. Non plangant super iustos, qui eo beati ores fiunt, quo amplius in hac uita torquentur. Denegat his uerbis dominus noster Iesus Christus, sup̄ uirtutis alumnos esse plangendum, si quomodolibet huius mundi aduersis agantur, uel ut sup̄ eos quod arduis agonibus palmiferum culmen attingunt: sed sup̄ his, qui proprijs criminibus ad inferos nempe descendunt. Super omnia uero plangendū esset inexhaustibilibus fontibus lachrymarum de ipsa hominū prauitate, qua, imo quia, creator omnium offenditur. Vtique malum est, quod iustus iniuste patitur: utique malum est, quod iniquus p̄ualet aduersus eum: super omnia peius est, quod regi omnium displicetur. Sed neq; ita ex ista saluatoris sententiā censendū est, quod omnino fletus compassionis arceatur, cum & Iob dixerit: Flebam quondam super eo quod afflicus erat, & compatiēbatur anima mea pauperi. Sed comparatione unius ad alterum horum, dominus loquitur, ut magis flendum sit super iniustitiam, quā super qualemcunq; temporalem miseriam: quia illa deo æmula, plerunq; p̄sentem & æternam p̄nam nanciscitur: ista uero uirtute deo grata, ex ista excerpta, immarcescibilem gloriam plene fortitur. Sed hanc deplorationem iniquitatis & iniustitię hominum, quæ deo contumeliā generat, & agentū certum

supplicium, Ieremias uaticinatus asseruit, & p̄tens, amaro aīo dixit: Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populū mei: Quis dabit me in solitudine diuerforū uiatorū? Derelinquā populum meū, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, & cœtus p̄uaricatorū extendunt linguā suam quasi arcus mendacię, & nō uiratis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum regressi sunt, & me non cognouerūt, dicit dñs.

Consonat ista uerba sententię saluatoris, quæ mulieres ad super se ipsas & sup̄ earum filios remittit ut plorēt: quia p̄p̄ inhærentem malitiā, nō p̄p̄ corporalem miseriam, est plangendū. Adnectit em̄ fletus & ploratio nis causam, quia oēs adulteri sunt & cœtus p̄uaricatorum. Adulteri profecto erāt Iudei, pro eo quod de thoro recesserant, rigorem ueræ fidei nō seruantes. Et quædā cōgregatio facta erāt p̄uaricationis mandatorū dei. Et extenderunt linguā suā quasi arcum mendacię cōtra Christum, falsitates quibus ipse nō dixerat, imponentes. Et suffocauerūt in iudicio ueritatē, ut una submissa, reliq; uero tacita, Christus morte crudelissima dānaretur. Qui confortati in terra cōtra Christum uocibus inualescētes, & de malo cordis ad malum operis sunt egressi, ut Christus à mūdo huiuscemodi procriberetur, & nō cognouere, imo cognoscere noluerūt Christū, qui uerus dei est filius, sicut dixit ab æterno, & per scripturam omnipotens pater eius. Luce clarior patet, quod hic potius iniquitas quā miseria deploratur. Hęc profecto sententię feruauerunt ad quosq; alios peccatores, deū quomodolibet offendētes, qui super semetipsos in insolabilem dolorē deberent inducere, atq; maxillas & ora lachrymarum riuis irrigare, ut nulla eis esset cōsolatio super terrā, donec indulgentiæ atq; remissionis peccatorum astipulatio haberetur. Et quanuis multæ mulieres essent quæ ipsum à Galilæa secutæ fuerant, solum ad Hierosolymitas uidet direxisse sermonē, quærum maior numerus, in quo claudēbat ipse minorē. Quod autē adiecit, sup̄ filios uestros, ad p̄nam futuroꝝ ferebatur, ad cōfirmationē illius impietatis, quam sibi exquisierat cōtra Pilato populū Iudęorū, dicens: Sanguis eius sup̄ nos & super filios nostros. Et rata facta est illa sententiā, & iustus demeritis diuina iustitia decernēte. Nunc autē saluator illam confirmare uidetur, quæ mulieribus plangētib; dicit: Sed super uos ipsas flete & super filios uestros. ¶ Si literā tantū consideramus, forte hoc deo dicebat, quia Ierusalē tradenda erat exitio à principibus Romanorū. Sed

neq; ipse Christus cum sup̄ Ierusalē fleuit, crendus est fleuisse oculis sup̄ ædificia subuertenda: non em̄ erat de filiis, resolutionē compositorū lapidē deplorare, nec ad hoc uenerat: sed pericula & ingratiudinē animorū, p̄ quibus etiam p̄nam uenerat tolerare. Ad quam deplorationē remittit mulieres Hierosolymitanas, quas uelut sibi compatientes alloquitur. Et forte uxores erant quę plurimæ illos uiros, qui de Christi morte dolebant: sed nō p̄ualētes maiori nequitia, tacuerunt. Alio autē sensu, Ierusalē filiæ, animæ pacis, quæ sup̄ nullo affici lamētis, doloribus debent, p̄terq; sup̄ hoc quod dei displicentiā generat. Nihil em̄ mœstitia dignū, nisi peccatū. Rationem autem retorquendo lamentationis & fletus in se, ipse saluator annectit:

Quonia eccē ueniet dies in quibus dicit: *Beatae steriles & uentres qui non genuerunt, & hubera quæ nō lactauerūt.* ¶ Mos est hominum ultime afflictorū, quod tantū istā, non aliam uitā cōsiderant, huiuscemodi uerba p̄ferre. Vtinā nati penitus nō essemus. Et quia undiq; agitur angustijs, nec ad est copia euadendi, beatificant qui mundi huius miserias non uiderūt: & illos extollunt laudibus, quibus generandi non affuit uirtus nec officium nutriendi. Ad gurgitem miserię spectat, lucem mundi huius noluisse uidisse, atq; beatificare steriles & non alentes parit & non natos.

Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. ¶ Hęc oīa quęcunq; modo ab euangelistis proferantur, optatiua sunt: & ad id referuntur, quod in tribulatione maxima positi, aut uidentes ineuitabiliter imminere, uellēt inuenire latibula, & optant uoragines montiū colliumq; cauernas. Hęc oīa conantur pleriq; referre ad tps, quod Ierusalē à Romanis fuit euerfa. Quod in tantum reor, in quantum seua & horrenda punitiō, immanitatē cōmissi sceleris pandat, arguat. Alii uero ad altiora me altior sensus uehit, ut potius pro die iudicij quod detrudētur in infernum ineuitabiliter peccatores, p̄dixerit ista saluator, quod de Iuda in æternum damnato hesterne p̄dixerat: Melius sibi fuerat si natus non fuisset hō ille. Quod uerū est p̄ istam assertio nem de cœtu oīm damnatorū: & quod dictum de Iuda, & quod saluator mulieribus ē locutus, cognoscimus in unā conuenire sententiā: ut non nasci, sit melius quam dānari: & beatam esse sterilitatem & inualitionē, & uelle opprimi montibus & collibus operiri, quam detrudi æternalit̄ in infernum.

Postunt etiam per has mulieres Christum sequentes, quas pie saluator alloquitur, ab illo tempore usque in finem seculi futuri praedicatorum intelligi, quibus typice suadet, ut ipsi seipsum deplorent, flendo mittentes semina regni dei, & alios fletum doceat & lamentum, super per patris scelerebus magis, quam super domini passionem. Quae deplorasse sceleribus non correctis, & non emissis lachrymis & singultibus super eis, fletus est infantium & muliercularum plangentium ad fabulas poetarum, aut cum recitari audiunt epithymia uarie seu strenue mortuorum. Magis uero dixerim lamenta somnium, qui cum uigilauerint, in risum per somnum uisa conuertunt. Et mihi me uidisse saepe recolui, audita Christi passionibus, multos etiam reprobos prorupisse in lachrymas, quas ut elicerem ab oculis audientium concionando ad populum, stulte nescio

aperire, per pia uerba sepe tentauit. Quod & feci, sicut fere solitum est omnibus qui declamant, maxime ab illo tempore siue die, quo ecclesia Christum per sua officia recolit crucifixum. Cumque ad propria remeasse illos aspiceret, Christi passionibus & lachrymis & uirtutibus ualedixisse cognoui, & de pristina conuersatione nihil mali fuisse ademptum, nec fleuisse facinorosa, propter quae passio fuit collata quam fleuerant. Quibus & similibus caeteris gratius esset atque salubrius, quam passionem, passionis elementa fleuisse. Ipsa siquidem peccata quae praecesserant, & quae futura Christi pati sua uoluntate fecerunt, super quibus doloribus & mororibus affici necessarium est, etiam si super passionem, non tamen impie, sed pie hominum anima letaretur. Quem fletum per praedictores suaderi debere in typo mulierum, spiritus sanctus per Ieremiam prophetam asseruit: Audite ergo mulieres uerbum domini, & assumant aures uestrae sermonem oris mei, & docete filias uestras lamentationem, & unaquaeque proximam suam planctum, quia ascendit mors per fenestras uestras, ingressa est domus uestra. Mors peccatum intelligitur, quod per fenestras uarias appetitionum, quas aperit peruersa uoluntas, & per quinque incautos corporis sensus ingreditur. Cuius rei causa fletum iubet fieri & lamentum.

De uiridi & arido ligno, quid per hoc Iesus innuerit. Caput CIII.

Quadam etiam comparatione sui, peiora mala uentura praenunciat, cum dicit: *Quia si in uiridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet?* Per similitudinem, non per proprietatem, saluator tunc loquebatur, proprietatem uolens mentis hominum introferre.

Viride lignum, ad tempus suae conuersationis inter homines retulit: aridum uero, ad subsequens. Nec non & uiride lignum retulit ad seipsum, aridum uero retulit ad omnium hominum ceterum, peccatorum suae iustorum. Sensus quidem huius eloquii sic elucet: Si ex tempore quo mundo traditus sum uisibiliter conuersari, tot sunt exorta pericula, ut iniquitas regnum habeat, innocentia prostrata succubabat, quid ergo erit in posterum, cum strages odio mei nominis crebrescet, cum aduersus EVANGELIUM meum totus armabit orbis? Si in uiridi ligno Christo Iesu dei filio hoc faciunt, quid fiet in hominibus, qui aridi & radice boni operis, etiam bona uoluntatis, sunt? Si a mundo per iniustitiam praedicitur uiride lignum, quia iustitia remanebit & aridum: Si punit ut malefactor, mediator dei & hominum homo Christus Iesus, dei filius, homo uerus, quomodo mundi mala & calamitates euadet iustus & iniquus?

Viride lignum Christus, etiam sola uirtute radice: suppositat enim uerbum aeternum.

Viride lignum, Christus ex seipso conceptus est.

Viride, quia deficere nescit, quae etiam suapte morte multatus, potenter ipse surrexit.

Viride lignum Christus, sub cuius umbra quiete scit malis ardoribus aestuatus.

Viride lignum Christus, cuius folia uerba in seculum seculi non marcescunt.

Viride lignum Christus, quod plantatum est secus decursus aquarum, folium cuius non defluit, & omnia quaeque facit, semper prosperatur.

Aquarum profecto decursus, est profuentia populorum. Unde in Apocalypsi dicitur: Aquarum multarum, populi multi, iuxta quos Christus stans per carnis assumptionem plantatus, quia incarnatus est, ut labentes per mortem quae intercapedinem nescit, & per peccata quae fragilitas aut malitia humana impraetermisse committit, habeant quod capiant ne labantur.

Videant lignum, Christum scilicet, quod tenent ne fluant in mare damnationis aeternae. Folium quidem eius permixtum uiride dicitur, si nunquam defluet. Folium quia, est euangelium eius.

Nunquam defluet, quia in aeternum est: nunquam defluet, quia immarcescibile penitus est. Et omnia prosperabuntur quae facit, quia omnipotens est, & uoluntati eius nemo resistere potest. Selignum uiride paulo ante praedixerat, cum discipulis suis in monte Oliuetti pie fermocinaretur: Ego sum uitis uera, uos palmites. Sed uis

ride hoc lignum, palmites quos emiserat, si apostolos, praedicit: quia omnibus discipulis ualido moriendi timore perterritis ac fugatis, inter hostium manus saenas, male tractando, solus ipse remansit. Quid ergo fiet in arido, si ab

est sunt palmites a uiridi ligno: iam enim aridas in his qui boni credebantur, aderat, secundum sententiam saluatoris: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & aresecet. Non igitur apostoli manebant in Christo, qui iam morte, abolita fide, negauerant Christum. Petrus autem trino negationis uerbo inficiatus erat. Sed non uenit in apostolos aequa sententia, ut in ignem aeternum more ligni aridi mitterentur. Subuenit eis occultis modis & meritis gratia saluatoris. Sed in arido quid fiet? Quod ad praefatam sententiam sequitur: Coligent eum, & in ignem mittent, & ardet: ut expena culpam non notet, & ex utriusque mala futura pronunciet.

Viride lignum Christus, cessat nemini praetimore aut praeter aliquid interminato periculo.

In arido quid fiet, cum secundum propheticum saluatoris, in fine seculorum arefcent homines per timorem & expectationem, quae superueniet uniuersis orbibus: Omnis uero ariditas, quam sic saluator praenunciat, aut ex insufficientia hominum est, quia secundum apostolum, non fumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, multo minus & agere: sed omnia sufficientia nostra ex deo est, & de iure subiectae materiae in nihil tendimus, quae ex nihilo creatum sumus, ex creatoris aut intuitu sumus quod sumus, & agimus bona quae facimus. Aut est ariditas ex hominum pertinaci malitia, qui seipsum per caciacione, humore gratiae arefaciunt. Aut ex malorum fragoribus & terroribus tyrannorum, quos homines expauescunt. Aridi profecto sunt homines, qui a seipsis non habent unde aliquid boni faciant: & habent, unde mala committant atque deficiant. Quoniam autem uiride & aridum uera contrarietate, ut caetera contraria distinguuntur, si Christus uiride lignum est, Antichristus aridus erit. Proinde ut intentio Christi est, subnectant & uerba. Si in uiridi ligno Christo hoc faciunt, in arido Antichristo quid fiet? Sed nec referatur quod dicitur ad Christum corporis proprii passionem, ut ex eis uelit tanquam maioribus compati passionibus aridi ligni. Non enim magnipendit saluator, nisi ex causa iusti siue iniqui, corporis passionem. Nec ex hoc quaerit corda hominum aduertere in dolorem, quod Antichristus aut quilibet iniquus uel iustus, sit qui Christus maiora passurus, sed comminationes ecclesiae in uarietatem persecutionum sub diuersis temporibus & regibus futuris praenunciat saeuiores. Argumentum magni est futurae cladis, quod tam de omnibus discipulis atque apostolis, quae etiam de mulieribus nullus si brem aut fidei ueritate cohaerens, excepta uirgine matre, ac etiam latrone, quae secum in crucis pendens credidit. Magna partem strages, ubi dux solus relinquitur, & ipse tandem ad

dicitur morti. Crudeliorum & inuisibilium futurorum malorum facta proportione credentium, id quod tunc in Christo & sub Christo agebatur, praesagium erat. Verba siquidem scripturae diuinae, magis sunt in sententiam consona gestae rei, & in intentionem dicentis ab expositioribus aut intelligentibus transferenda, quam disutienda per singula, pro eo quod sacra scriptura omne genus loquendi complectitur, ut aut explicite, aut aenigmatice percipiat quod dicit.

De cum Iesu ad mortem ductis, item myrrhatum uino, sellitioque, Iesu ante crucifixionem propinato. Cap. CIII.

Ad iniuriarum autem redundantiam persicienda, cum duceretur ad occidendum, societate habebat latronum. Unde referuntur: *Ducebantur autem et alij duo nequam cum eo, ut interficerentur.* Lucae 23.

O seueritas & opprobriosa conditio, ut socios nequam habeat, qui nunquam uoluit quod non posset, efficere: nunquam fecit, nisi probatum in fornace iustitiae.

Et uenerunt in eum locum qui dicitur caluariarum locus, bebraice autem golgotha. Mar. 27. Mar. 15. Ioh. 19.

Et deposita cruce de dorso Simonis, ut affigeret in illa Iesus, & passiois ad irroganda asperam mortem, instrumentis undique factis, antequam satellites manus ad crucifigendum apponerent, dederunt ei uinum myrrhatum bibere, felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere.

Mar. 27. Mar. 15.

Vinum myrrhatum cum felle permittit antequam diatur, ut singuli sensus singulas habeant passiones. Et lingua quae docuerat dulcia uerba uitae, recompensationem habeat in uino myrrhato, alii cuius aialis amarissimo felle mixto. Implacabili odio Iudaei oderat linguam illam, quam talibus ordiauerat amaricari saporibus. Memores enim erant, quoniam damnatos illos mores arguerat. Citius etiam autumantes eum mori, huiusce modi liquoribus peruenit, ex felle adhibito praestendentes, quoniam interius repleti odio amaro erant. Amaritudinem continet illa uesicula, & ex ulla parte atque in animali aliquid non dulcescit.

Sed, si non me fallit opinio, credo quod centauram herbam, quae fel terrae propter inferam amaritudinem a plerisque uocatur, uino amaro ad amaritudinem augendam peruerso studio miscuere, quae sordidius inuenta fuerit, quae uel cuiuslibet aialis quolibet trucidati. Non autem refert credere, quid horum fuerit, dum multiplicatis habitibus asperum sensum Christi passio perauget, & innotescit pampilius infamabilis perfidia Iudaeorum. Longe ante Dauid in Christi persona praedixerat: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Psal. 68.

Vinū myrrhatum dicitur, aut quia myrrham habebat immixtam, aut quia uelut myrrha sapiebat amarum. Admixtio fellis, admixtio amplioris amaritudinis erat. Aut totum hoc quod de amaritudine p myrrham, fel & acetum dicitur, sit expressio amaritudinis ex rebus illam habentibus ex natura: sive ut sanius omnino credamus ista omnia in suis proprietatibus affuisse in designationem eius, q̄ electa uinea, s. synagoga Iudæorum, in omne genus amaritudinis inuisibilis sit conuersa, & propinauerit Christo corporis mortem, oēm q̄ legis & originalis iustitiæ præuersionem. Et nihil deo amarius per displicentiā offerretur, nihil q̄ hominibus ad periculū amariū referatur, quam dei derelictio, ipsi usq̄ prolixo offensio. Christus autē cum gustasset, noluit bibere. Gustauit Christus oēs passiones, sed non absorbit, quin reliquerit sc̄q̄cibus posteris: nec aboleuit mortem, quæ originaliter prouenit ex parentibus primis. Quāq̄ enim sua passione nostra peccata deleteret, reconciliaret & patri, non tñ mortem abstulit, nec passiones ut non essent, absorbit. Relinquendæ profecto erant, diuino & infallibili decernente decreto, mors hominibus & passibiles passiones, cū quibus humana natura certaret ad p̄m̄ium, euaderetq̄ supplicium: & angeretur timore, quæ amore primo non feterat. Et si impassibilis ex Christi passioibus atq̄ morte humana natura facta fuisset, q̄ nullo modo pateretur aut moreretur, superbisset p̄m̄plius: quæ passibilis manens, tantum superbiuit, ut diuina mandata superbiendo cōtemneret, & nihil openderetur fides qua superna mereretur, si ex morte Christi hominibus in hac impassibilitas aduenisset. Nam ut non morerentur homines, euāgelio colla subdidissent magis, quam ob fidem beatitudinum bonorū honorabilium supernorū. ¶ Gustauit Christus & noluit bibere, ne & eouerso sensu Christum à passionibus intelligamus absorptum. * Nec etiam bibendo uideretur approbare maleacta lædentium & sc̄uentiū Iudæorū. Nec etiam, si ad p̄nitentiā ipsi ceteriq̄ iniq̄ uenire disponit, irrogata opprobria & peracta hoīm scelerata traicit in odium. Proinde Ch̄s gustat, nō bibit, huiusmodi amaritudines. Tu igitur si quippiā molestum pateris, uelut saporem dūtaxat appositum gustu sic cognosce, non aut in uentrē mentis p̄ memoriā odien do trañcias. ¶ Inspice q̄lia pocula apponuntur hoī fatigato, hoī ab hoīb̄us pro ipsoꝝ salute clamanti. Ecce q̄lis est refectio hoīs in carne fere iā lapsi. Vide cōpassiones ostensas hoī, de hoc mundo in proximo migraturo.

*Ne

¶ De crucifixione Iesu, quibus modis peracta fuisse credatur: & mirum quiddam de ea.

Caput CV.

Cum autē bibere nolisset, post gustū decernente centurione, sacerdotum principibus infestantibus, processum est ad imp̄missā actionē, uidelicet ad crucifigēdum oīm redemptorē. Et inter cetera euangelica scripta, quæ admiratiōe meū animū pulsant, hoc potissimū est, q̄ tantum & tāti hominis crucifixionis mysterium, duntaxat omni serie p̄termissa, edicitur factum. Sed non absq̄ occulto mysterio, ita modus ab oīb̄us euāgelistis exitit intermissus. De quo tutius, q̄ ipsi, nemini crederemus. An forte uulgata notitia, q̄ sic damnati traduntur exitio, temperauit manū, ne insererent in scripturis crucifixionis modum: Seu sp̄ss̄ sanctus sic uoluit, ut consideratio non exp̄ssa per additamentū, pia meditatiōe ad meritū fidelīū remaneret. Inquiunt em̄ cōiter oēs euāgelistæ:

Postquam autem crucifixerunt eum, duntaxat Mat. 27.
serunt uestimēta eius. ¶ Ecce q̄ crucifixionē posita & præhabita, in aliud opprobrium deuenitur, modusq̄ addit. Alius autē dixit:

Et crucifigentes eum, diuiserunt uestimēta eius. ¶ *Latrones, unum à dextris, & alium à sinistris.* ¶ Luc. 23. Alius idem dicit, ubi crucifixerunt eum:

Et cum eo alios duos hinc & hinc, mediū autem Iesum. ¶ Ecce oēs p̄tereunt ordinem, asserunt affixionem: aut, ne uideatur uerbis narrando succumbere: aut, quia ubiq̄ terrarum atq̄ regnorū notum est, q̄liter executio ni traditur iustitiā p̄sidium, & q̄liter latrones & homicidæ ceteriq̄; nequam decreto legū & regum, aut inferēdo mortē, aut mutilatione membrorū, aut erubescentijs puniuntur, ut non credamus aliter cruci affixum, q̄ conuictū fuerit affigere corpora damnatorū. Et aliqd̄ quod exp̄ssum non fuerit, ueridica pleniq̄ relatione innotuit, & ecclesia catholica pia credulitate suppleuit. Sed quid aliud p̄sumendū de Christi crucifixione, nisi q̄ crucem aptauerūt, q̄ aptius & crudelius possent Iesum in illa cōfigere: Et eum expoliauerūt omnibus uestimētis suis, ut nuditas esset ad opprobrium, & faciliorem redderet ad tormentū. Sed *quid uiderit *tunc *erat, *quid nunc n̄is considerationibus p̄bet, quod ad p̄nā subēdam expoliatur Iesus dei filius, oīa suis & conformibus decoribus uestit̄is: Sed ut nobis totus ostendatur nihil operis, nisi quod creatura suo captu non recipit, ut sicut nudus corpore monstratur dum pati-

tur, sic & ip̄m uerū deum, omni amoto uelamine, intuitiue in æterna gloria uideamus. Præfert nudum in passione corpus, ut ad nudum uerbum in deitate uisuri ueniamus. Idcirco in passione fit p̄rogatio nudi corporis, qm̄ ad claram & nudam dei uisionē alit non puenitur, nisi eius merito passionis. Nudatusq̄ furibundus capitur & applicatur cruci, quāuis in nullo renitens, ad omnia se tractabilem p̄beat. Distenditur in crucem corpore Iesus, magis in animo ad homines charitate distensus, ut etiam sui crucifigores nō excluderētur à charitate fontali. Etenim orauit pro eis. Distētoq̄ p̄ræsto sunt clauī, & mallei desuper ferientes in manu ualida affigentium. Qui ut atrocius & expeditius hanc impietatem p̄ficere, ut in alicuius piam meditationem uenit, trifarie sunt diuisi: unum dextram manū, alter sinistrā, tertius pedes suppositos p̄ualide distendentes, sc̄cibus crebris & ualidis resonantibus sup̄ clauorū capita configebat: prius unam, deinde aliam, demū pedes credamus esse confixos. Penitus hoc tenendum est, satellites illos gerendæ rei oīm aptitudinem inuenisse. Accedat igitur secure pia credulitas, & pietas credens: & quod aptius uiderit, teneat, dūmodo à religione uera nō discrepet. ¶ Premebatur & configebatur immiser cordis illa caro, & illud corpus erat in illa hora in saeva passione ab oīb̄us derelictum. Et etiam ipse Ch̄s semetip̄m reliquit in p̄nā, ut nec leuigarētur uirtute deitatis, sed magnanime ferretur. Sonitus generatus ex collisione clauī, carnem d̄ficam penetrātis, & mallei desuper ferētis, fortiter resonabat in auribus astantium, magis autē in cordibus diligentium doloribus reboabat. Accitabat malleus clauos ad configendum d̄ficū corpus, corda uero diligentium, maxime theotorū conis, ualidius feriebat. Sentiebat Ch̄s dolores in carne, sed nec animo mouebatur. Dilecti sui potissime unica inexplicabilibus p̄nā in anima fodiebatur, & singultibus & lachrymis, eiulatibus irremediabilibus Ch̄s patienti sic cruciformis astabat. Quis & quārus aut qualis planctus esset aut decuisset, q̄ scripto edicere, p̄terire silentio utilius ratus sum: ne minus q̄ fuerit scribēs, p̄ijs mentibus q̄bus pro Ch̄o fletus est dulcis, flendi & meditando ampliora p̄cidā materiā, aut excedēs quod fuit, non uera describam.

¶ De primo Iesu in cruce uerbo, secundum Lucam solum. Caput CVI.

Iesus autē nec charitatis oblitus, nec ad rependendū (q̄d malo grām tardus, nec absorptus doloribus, etiā dū crucifigē, pro suis crucifigoribus interpellabat ad p̄rem, dicēs:

Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. ¶ Sciunt quia crucifigunt, ignorāt quem crucifigunt. Romani em̄ erant, aut de gentibus incircūcis, ministri & milites Pilati, qui hoc mysterium exercebant: & nutriti sub cultura perfidiæ, quæ dicebatur seruitus idolorum: nec assueti erāt uaticinijs prophetarum, ut coniecturare possent aliq̄ dei filium in carne deuisse uenire, unde oīfino nesciebant quem crucifigebant. Quobrem misericorditer subuenit eis gr̄a saluatoris, & oīmnis culpa est mitior, faciliusq̄ meretur ueniam, quæ ab ignorantia, quā quæ à malitia sumit exordium. Nesciebant em̄ quid facerent, quia p̄s̄dis mandato parentes, iustitiæ opera exequi arbitrabant. Nesciebant quid facerent, cum fidem credulam adhiberent diffamationibus Iudæorum, & eis placere gestientes, animosius p̄nā Ch̄m afficiunt. Magna ignorantia tenebantur, quia credebāt debitum q̄d erat iniustum, & innocentem ut sceleratum hominē patibulo affigebant. Proinde Ch̄s cōstitutus in p̄nā, agitarus à malis, repletus doloribus, sed charitate uigens, pro eis interpellabat ad patrē: Pater, ignosce illis, nesciunt em̄ quid faciūt. Quia si Iudæi odio & malitia, isti uero me oficio & obedientia crucifigunt. Iudæi quippe proprijs manibus non fuerūt huius atrocitatis ministri. Potest autē ex Christi magna beniguitate cōphendi, q̄ etiam Iudæi ad hanc intercessionem pro consequēda indulgentia p̄tinerent, illi dūtaxat, qui Christum nullo modo cognouerunt. Si uero scientes in istam oronem uenissent, frustra remissionis seu dimissionis causam inuexisset saluator, quia nesciunt quid faciūt. Est siquidem Quia, semper redditio causæ. Quō ergo scieres quæ fiebant & faciebant aut cōfentiebāt in nece filij dei, ad istam oronem potuissent pertinere, cum tñ de ignorantia sit redditio causæ: Quō etiam ignorantes potuissent excludi gentiles siue Iudæi, cum pro peccatoribus oraret, & uelit oēs homines saluos fieri:

¶ De latronibus cum Iesu crucifixis in opprobrium eius: & hi duo latrones mystice qui,

Caput CVII.

Crucifixo Christo, & crudeliter in cruce pendente, sibi in p̄nā simili, sed causa dispari, homines asciscuntur.

Et crucifixerunt cum eo alios duos latrones, unum à dextris, alium à sinistris, ut Ch̄s p̄uersa intētiōe agentū, esset in medio dānatorū. Magis autē credat factū diuino mysterio. Sed horrēdū piaculū, q̄ cū latrōibus,

tam acriter plectitur, q̄ nunq̄ ipsoꝝ lauerna portauerat. Veruntñ ad aceruū poenarū Chři augendū, etiā iniustit̄ leges in oībus fuerunt. Lex em̄ iustit̄ie dicit, ut q̄ similit̄ cum alijs uis tā suscipiunt, similit̄ sentiant in legibus discipulnā. Ac p̄ hoc Chři in poenis nec cum scele ratis debuit deputari, ne innocēs in poena factus similit̄ impijs, in culpa credat̄ oīno fuisse cōsimilis: nec nocētēs dānari debuerāt cū innocēte seu iusto, ne consortio eius pro eis innocētia crederet. Sēpe namq̄ agit, q̄ iustus sociatus iniquis, eoꝝ mala obtexit in parte. Recōuertitur autē & sēpius, q̄ iniquoꝝ societas iustis infamiā dedit. Fuit autē p̄dicta Iesu infauista societas, & cū sceleratis deputatus ē, ut nihil Chři credat̄ ex ipso aliqd̄ prouenisse fortuitū. Crucifixio latronū Chři socialis, p̄ ter ordinē rei gestæ ad secretiora ostiū pandit. Latro inceptor est uiaꝝ, aliena p̄ notā uio lentiā rapit, & sēpe hominem interficit, quia inuenit renitentē, siue quia ueretur quē expo liat accusantē. Angelus cadens, unus est latro: sed poenā portans æternā, ueniā nō mere tur. Impropauit ere dāf̄ occultis modis filio dei, nec se peccasse cognouit, ut ad poenitentiam uolueretur. Genus humanū dextralis est latro, cui miris & occultis modis Chři misericordiā fecit. ¶ Magis autē in istis latronibus duo genera distinguuntur hoīm peccatoꝝ. Illi qui p̄ dei occultā misericordiā reuertuntur ad ueniam, habita cognitione delicti: ac etiā illi, q̄ per irreflexibile iustitiā dei, demeritis proprijs exigētibus, non cōsequētes ueniā, remanēt sua obstinatione damnati. Sed utriq̄ latrones, quia se latrociniātur inuite a deo: & sibi propemodū uolentiā faciunt, cū ea q̄bus a deo se auferunt, ipso nolēte cōmittunt. Sed iudex æqualis & medius Chři iustitia immaculata decernet, quā indulgentiam poenitētibus conferat, & in qua poena reprobos etiam tacendo relinquat.

¶ De causa seu titulo Iesu super crucem appo sito, & eius mystica significatione. Caput CVIII.

At ubi crucifixerūt innocentē & duos nequā, Iesum dei filium, non intelligētes altitudinē rei gestæ, de mandato Pilati p̄ triumphalē titulū à reliquis distinxerūt. Iusserat em̄ Pilatus ut sibi apponeretur causa q̄ crucifixus erat, quā iussit succincte scribi elementis Hebræis, Græcis atq̄ Latinis. Causa uero huiuscemodi erat: **IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.** Quæ in q̄dam assula scripta erat, & apposita hūano ingenio siue studio sup̄ caput eius amote pauisuper, non q̄ caput ipsa contingeret. Qui titulus ideo causā dicitur, quia ob hoc crucifixus

Ioh. 19.

xus est, quia sic eum Iudæi accusauerāt tanq̄ se facientē regē ipsoꝝ. Quæ causa cum plecta foret à multis, tam hora positiois q̄ in modicis succedētibus horis, pontifices & pharisei gratulabantur, nec moleste ferebāt de appo sita causa, sed de succincta scriptura, quā non humano studio, sed diuino mysterio sic iussit scribi Pilatus, timētes futurū opprobrium, ne mundo inclaresceret q̄ regē propriū crucifixissent, satagebant addi, ut notior per additionē fieret causa dānati, non q̄ deleretur quæ erat apposita. Nam sequitur

Scriptit autē & titulum Pilatus, & posuit eum super crucem. Erat autem scriptum:

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Hunc ergo titulū multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatē erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Erat autē scriptum hebraice, græce & latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæoꝝ: Noli scribere, Rex Iudæoꝝ, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. ¶ Non scripsit propria manu Pilatus titulum, nec appo sit: sed usus est loq̄ndi, ut q̄d subditi siue ministri p̄cepto maioris faciunt, ipse qui p̄cipit, facere uideatur. Alius appellauit t̄modo titulum, uigilantiori uerbo Marcus dixit, titulus causæ. Titulus à titane nomen accepit, ut lucescere q̄d agebatur aut dicebatur, faceret: causauero erat, ob quam Chři crucifixus erat. Causauero suberat, sed iniusta & oīno ex delatioe falsa, nō tñ titulus & causa Iudæos absterfit à crimine, aut ab huiuscemodi morte ipsos reddidit immunes. Sed nec erat causa quam Pilatus inscripserat, sed erat dei æterna uoluntas, ut redimeretur hō, qui ad t̄palia conuersus, ab æternis errauerat. Exaratus titulus erat: [Iesus Nazarenus rex Iudæorum.] Iesus em̄ sic p̄nunciatus fuit ab ange lo, Et uocabis nomen eius Iesum. Et ex effectu compete bat eidem. nomen quippe dicitur salutare, ipse dūtaxat est q̄ saluandos saluat. [Nazarenus.] ex terra q̄ nutritus est: & interpretatio uocabuli asserit in parte, q̄d est. Nam ab omni labe mundus, mundasq̄ purgādos, sanctus sanctorum, oēm sanctificandum sua uirtute sanctificans, unctus unctio ne sp̄s sancti æterna. Et pius factus est omnibus, pie consecratus ex toto diuinis, imo ipse diuinus & deus ex patre, homo ex m̄re, de ita ti ex omnibus consecratus: ut nihil ad se, sed ad patrem omnia retulit, & pro humano genere se consecrauit in ara, in q̄ per asperū sensum, corporis perdidit sensum.

Virgultarius est, uirgam cædentē populos semp̄ habēs. Et uirga directionis est uirga regni eius, scindēs mare seculi labentis hoibus

Ioh. 19.

iustis, & castigans Pharaonicos dignissimis & horribilibus plagis. Floridus est uernatilis simus flos, ascendens de radice Iesse in odorem cunctoꝝ uiuentiū, qui uia quam florens in mundo monstrauit, sequi atq̄ diligere nō abhorrent. Hæc siquidē exequat interpretatio Nazarenus. [Rex Iudæoꝝ.] Hoc ipse nō dixerat, sed in delatione falso sibi fuit obiectum. Veruntñ rex uerissimus erat oīm regum, dñs dñantium, qui nemini præripuit iura regnādi, sed ab æterno i forma dei erat dñs uniuersi, nihilq̄ sibi adeptū cum in forma factus esset uerū, sed amplius actū est, ut habebat forma dñabilis, nūc etiam habeat rexa forma seruilis, ut nec sit alius & aliud rex regum & dñs dñantium, q̄ ab æterno unigenitus dei filius, in t̄pe hō factus. Tanquā in hūanis prudens Pilatus, & præcauēs in futuris, linguæ triplicis elemento titulū fecit inscribi. Quod magis diuina inspiratio ne factum, uelut Cai phæ prophetiam. Nā lingua Hebræa, lingua originalis erat: & eo digna, q̄ prima: & in illa locutus est Chři, & mundū docuit quæ nesciebat. Quæ in diuisione gentiū p̄ loquelā sola in populo ad dei cultū pertinente remāsit. Græca uero, propter sciām & sapiām Græcorum sua dignitate pollebat. Nam Græci sapientia gr̄unt. Latina lingua sup̄ oēs alias Romanorū imperio & disertione ferebatur. Vn detet, Iesus Nazarenus, scriptū: & in illa elementis Hebraicis, quia ipse de genere illo erat. Secundo Græcis elementis, propter eos Græcos q̄ aderant ut referrent. Tertio elementis Latinis, ut excusaretur apud Cæsarem siue fenatū, si mors Chři sibi obijceretur ad crimē. Igitur Pilatus sup̄ caput Chři præmittebat excusationem. In his tribus linguis Apostolus suas tñ scripsit epistolas, unam ad Hebræos, aliā ad Romanos, duodecim ad Græcos. Et magis p̄fagio factum est, q̄ in his tribus linguis Iesus appellatus est rex, qm̄ oīm nationū profecto est. Hunc titulū cum legis sent Iudæi tam hora q̄ suppositus erat q̄ deinceps, qm̄ prope ciuitatē erat crucifixionis locus, ad quē facilis erat egressus & regressus in ciuitatem. Et multo exierunt causa uisendi pendentia corpora, qui ducta non sociauerant. Et murmuratione in populo iam deuoluta, principes populoꝝ adiere Pilatū, rogatiōibus depcantes, & argutis sermōibus suadedētes, ut aut deleret titulū, aut supadderet, quia ipse dixit, Rex sum Iudæoꝝ. Sed magna fuit Pilati, nō ex se, sed ex dei uirtute cōstantia, ut nec deleret q̄d scripserat, nec adderet q̄d Iudæoꝝ prauitas submissa falsitate petebat. Iniusta & in falsitate fundata petitio, secū negationē portat, quanq̄ sēpe q̄d petit obtineat.

Et admiratione magna suspendimur, q̄ tandem Pilatus nō denegauit Iudæis fieri Chřti mortem, & tñ nunc tituli denegat abolitionem siue additionem, dicens:

Quod scripsit, scripsit.

Ioh. 19.

Plus enim erat, Chřtū adiudicasse mortem, quā tituli addere aut abolere scripturam. Sed nec Afcalonita potuit delere hunc titulū & titulatam, cum audiret à magis, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et frustrato labore sudauit necans pueros, Chřtū posse necare se credens. Nec Pilatus Chřtū delere potuit, quīs sententiā mortis expauescens aut male persuasus emisit, qm̄ die tertia resurrexit à mortuis. Sed nec presumpsit amplius sup̄ impositū titulum, siue in parte cognoscens quod erat, aut nescius contestans præsentia, prophetizāsq̄ futura. Ecce Iesum statim mundo editū sequit̄ titulus, nomē rem, fama; uirtutes. Vbi est qui natus est rex Iudæoꝝ? Ecce miracula facientem, regē uult eum turba præferre. Super subiugalia sedēs cum Hierosolymā ingreditur, rex Israel à populo p̄clamat. Ecce moriēs rex Iudæoꝝ impenitenter inscribitur, ut etiam ex eo q̄ hō unitus deo, nascēs, uiuens & moriens credatur rex omnium seculorū, & nihil sibi ex his quæ passus est, fuisse de regia maiestatis sublatum. Et addenda erat in postere scriptura tituli triumphalis, non eo sensu quo petebant pōtiffices Iudæoꝝ, ut Chřto in delatioe obiecta falsitas, nunc literis linguæ triplicis scriberetur, sed ueritate rei, ut qui tunc scribatur, rex Iudæoꝝ, nunc sit penitus oīm nationū. Quod Iohannes in suo femore scriptū, alta contemplatione conspexit: Et habet in uestimēto & in femore suo scriptum, Rex regum & dñs dñantium. Non eo iure quo magi clamauerunt, Vbi est qui natus est rex Iudæoꝝ? quo Pilatus inscripserat, nec rogatus amouit, ac si penitus eēt eo iure rex est & dñs uniuersi, cum diuina, non humana, sint iura dñationis dñi saluatoris. Ac per hoc nescius siue gnarus Pilatus, quod scripserat, omnino firmavit, sp̄s sancto desuper hoīm acta liberte, qui tam p̄ignorantes q̄ scientes, sua mysteria inter homines & in hoibus operatur. Et acta minora minus credenda fieri, argunt sēpe maiora. Nā si Pilati decretū non potuerunt mutare Iudæi, quō mutabūt q̄ Iesus nō sit filius dei? Si hoīm opera in cōcussa firman tur, quæ deus æternus statuit, quō mutabuntur? Conati sunt Iudæi, ne Chřtus esset filius dei: conati sunt & titulum, quo rex ipsoꝝ dicebatur, auferre. Sed neutrum potuerunt, quia utrunq̄ fuit æterna ratione firmatum.

Matt. 2.

Iohan. 6 Iohā. 12.

Apo. 19.

Magna hominum pueritas in hoc colligitur, ut nocentes ex omni parte, iudicari atque uideri uelint penitus innocentes. Criminosus enim est, uelle iniquitatem regulis & floribus ornare iustitiam, quam delinquere impetu uoluerat. Et insatiabilis reprobæ mentis apte colligitur, quæ non pessimum imponit illis etiam quos peremit. Moriebatur in cruce Christus uoluntati traditus Iudæorum, nec ipsi satiabantur, quin diffamare uellent per titulum. ¶ Hi uero colliguntur ex his, qui titulum hunc impugnabāt & causam, quod Christus dei filio æternam non tribuunt potestatem & generationem a patre, aut qui filium dei credunt tempore minoratū, aut in hūana conuersum. Nec non & illi, qui assumptum hominem non credunt æterna & diuina maiestate seu potestate potiri, nec dei filium credunt factum hominem seu hominem deum, omnium regum regem: designantur & illi, qui omnia non placita, dicunt iniusta, etiam si iustitia irreprehensibilis ex toto resplendat. ¶ Huius uero pagani seu gentilis hominis firmitas, sub quoque Christi arguit firmitatem, ut nullis in recessionibus aut querelis pmutetur, quod noscitur uera ratione sancitū. Plus enim est ueritas appendenda, quam omnis querulatio aut applausio plebeiorum, seu terror aut promissio regum, & quorumcumque principum terrenorum. Et enim ueritas ab his, sed hi ad ueritatem non liberant. Replicatio quidem similis uerbi, quam edidit ridendo Pilatus, considerationibus animi tangit. Nam quid sonare uideat, quod scripti, scripti: Verba decisa sunt, sed supplenda pro intentione dicentis: Quod scripti, sic scripti, ut secundum præsentiam nostram mutare non liceat. Decet enim præsidem ita præuidere quod dicat, ne cogatur ex imperitia retractare quod dixerit. More præsentis actus, quia sic erat, loquebatur Pilatus: & tanquam homo prædoctus & prouidus in agendis, ut quia præses, mutare non debebat, ne plebs de ipso propter inconstantiam ridiculum faceret. Et præintendebat prouidentiam seruando constantiam, non permutare titulum, tanquam male prouisum, sed uelut in aula prudentiæ præordinatū. Vnde quod scripti in tabula, prius scripti in prudentia. Quod scripti literis, prius scripti in iudicio rationis. Hæc replicatio affirmationem & impenitentiam penitus habet, ut quod scripti, non poenitet me quia scripti. Nec secundum istam euidentiorem uerborum consonantiam atque sententiam factus est ut diceret: Quod scripti, confirmo, ratifico, approbo, aut remouere nolo, sed ait: Quod scripti, scripti. Mos antiquus est, qui fere apud omnes inoleuit ex usu, ut cum ali-

quid queritur aliter dici aut fieri, aut ex toto dirimi quod dictum fuerit siue prædictum, quod ab iratis animis, & ab his qui secundum iustitiam regulas omnia dixisse se credunt, ita ridetur: Quod dixi, dixi feci, quod feci: ut ex abundantia irati animi, aut rationem se habere credentis, ita uerba congeminet. Quod autem horum fuerit in Pilato, non est nostrum disserere: sed tamen eius laudare constantiam, ut quod scripsi, quia uerum est, ideo scripsi. Processit forte geminatus uerbum ex animo indignatione aduersus subdolum improbitatem, ut quod scripsi, scripsi. Quid ad uos pertinet ultra querere: Compleui uestra uota, pendet in cruce uester exofus. Si male peregi, ego iudicabor à Cæsare. Si malum est quod scripsi, quia scripsi, ego subiacebo, non uos, obnoxius ultioni. Quid ad uos, quid præses Hierosolymitanus à Cæsare missus, in hac parte decernat: Vestrum est audire atque uidere, meum uero est decernere causas & titulos damnatorum. Hoc uero qui legit, intelligat, quod siue ista totum præferat siue indigeat supplemento, quod sensus magis consentaneus ueritati & diuinæ uoluntati eliciatur, quamquam in sacra scriptura per hominem dicta uel facta referantur. Nam in his quæ dicta & facta in scripturis sacris ab hominibus referuntur, in plerisque maxime reprobatis, alia sæpe fuit intentio agentis siue dicentis, alia prouidentia dei desuper iuste omnia decernentis. Declaramus autem quod pro ueritate historiarum tendebat in eum omnes crudeli ministerio, & uacabat derisionibus impie pro pietate pendentis.

¶ De tenebris in Iesu crucifixione, & uestimentorum Iesu diuisione.

Capitulum CIX.

A Sexta uero hora factæ sunt tenebræ usque in horam nonam, Iuxta timentes omnes fere absterrentur, nec lux præstabat conferens ad lecturam. A nona uero cum fugatis tenebris lux adesset, hæc concertatio facta est. Decoratis autem patibulis corporibus damnatorum, & causa posita super Christum, milites Pilati ad uestimenta dolentis & pauperis diuidenda se conuertunt. Et primo pallium suum scindunt in quatuor partes, & accipientes tunicam qua sub pallio utebatur, quam omnino inconfutilem & integram in nullo diuisam, & omni diuisioni cognoscetes ineptam, uelut rem pulchram in toto, & competentibus uisibus aptam, turpem uero in partibus scissis, aptis uisibus non tendendam, illam penitus diuidere sunt ueriti, eam taliter disponentes, ut cuius esset cui fors desuper ab eis missa concederetur. Quod euangelista sic refert:

Milites ergo cum crucifixissent eum, ac ceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. ut scriptura impleatur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.]

¶ Crucifixis tribus, milites accipiunt uestimenta. Sed de uestimentis Christi, non de uestimentis latronum, euangelista commemorat cum dicit: Acceperunt uestimenta eius, scilicet Christi, cuius erat propositum recitare mysterium. Et fecerunt quatuor partes, non quod Christus tot tunicas ipse habuit, sicut litera rationare uidetur, quod unusquisque haberet partem & unicam tunicam. Nam sequeretur quod sex uestimenta habuisset, ut saltem unum fuisset diuisum in quatuor partes, & tunica una per quolibet, & tunica inconsutilis, de qua euangelista expresse loquitur, quod nefas est referre, nedum pro ueritate firmare. Sed sic habet pius & catholicus intellectus: Acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, de pallio, scilicet quod desuper pharisaico more ferebat. Et unicuique militi, mutuo more diuidendi se inuicem, ipsi dederunt partem, scilicet quod diuisi omnis iure competentem, & tunicam inconsutilem, illi duntaxat cui prouenit ex sorte. Propterea euangelista de illa seriosius ait: Erat autem tunica inconsutilis, scilicet illa quod unum militum ex sorte puenit. Inconfutibile, quæ non ex panno inciso aut diuiso in partibus conueniendis integranibus tunicam facta est, sed indiuisa artificiali ope in sua integritate surrexit, quæ forte pia mater eius spiritu sancto prædocta, in mysterium fecerat futurorum. Non enim uacabat magno mysterio, cui non legimus in diuinis uoluminibus simile uestimentum, quod diuisa, omni commoditate carebat, integra uero manens, ad quod erat facta seruabat, scilicet licet utile tunicale. Quod autem dicit, desuper contexta per totum, aliquid erat supposita in decorem uestis, atque ut esset in se ipsa tenacior, super quam prudenti consilio atque concordia milites assistunt ad mysterium eis incognitum præsignatum, dicentes: Si diuiditur, nulla utilitas in communi, appropriate uero nulla: nam modica manebit in partibus, uno si lo continuato & reticulato tota pertrahitur. Resoluta in partes, & partes in particulis resoluatur. More aliarum uestium uidemus non esse constructam. Et subtilis & circūquaque inspecta, non inuenientes unam diuisionem cultellus apponeretur, dixerunt: Non scindamus eam, neque

uolenta manu aliquis nostram illam sibi uendicare presumat. Nec contendamus in ueste, quod sumus in istius morte concordēs, sed sortiamur de illa cuius sit: diuidi non potest, communis esse potest, laboribus nostris & militiæ nostræ ista debetur, non domino uendicamus illam, sed commune dominum redigatur ad proprium: & quod est omnium, sit unius, tamen in manu arbitri non tradamus, neque super negocia nostra constituauius quempiam iudicem, sed dominus uestis huius constituat per sortem. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Nam sententia Salomonis est: Cōtradiotionem cōprimit fors, & in potestatem quoque diiudicat. Quod & factum est, ut scriptura impleretur. Nec credamus scripturam Dauidicam huius partitionis atque sectionis causam fuisse, ut ideo uestimenta Christi diuidantur atque distribuuntur per sortem, quia sic scriptura prædixit: sed quia sic futurum erat, Dauid propheta rum eximius prophetauit. Horum uestimento rum dispartitio, magnum flumen eruditionum effundit. Modica uestimenta Christi, nobis paupertatem insinuant, & corporis inculti ostendit in dicitum, ut etiam diuiso pallio, tunica distributa per sortem, ut nec aurea seu argentea zona, neque crumena plene prædentes, nec calceamenta in ista diuisione fuerunt, ut sciatur dei filius non quasi uisalia super terram, exceptis quibus se factum hominem ostendere oportebat: nec condidisse more hominum re tametum temporalium re, sed ueritatem, super quibus non filios aut fratres carnis, siue quosque propinquos, sed tamen suos sub se quibus mundo mortuos, reliquit hæredes. Nec sibi curæ fuit diffinire de materialibus rebus, ut sciat qualiter ex hoc mundo transire debeat legitimus Christianus. Nihil omnino Christum sibi appropriasse cognouimus super terram. De celo enim uenerat, & deus uerus erat, & ad celestia & ad seipsum hominem assumpsit quem gestabat. Fuisset quippe ad dedecus deitatis atque assumpti hominis, si Christus temporalia quæque captasset. O eius, redijt ad alpha eius, ut qualiter pauper natus, sic & mortuus est. Nudus rebus & uoluntate habedi ingressus est, sic progressus, & sic egressus est. Vestes filij dei, assumpta humanitas est. Quatuor partes factæ, sunt quatuor militibus distributæ, etiam in quatuor mundi partibus, humanitas Christi per fidem distributa est & non omnibus ipsa, sed duntaxat quod militauerunt in militia noui regis. Tegebant Christum uestimenta, sed expoliatus est, ut eius omnino bis sint patefacta mysteria, & amor quod nos ab æterno dilexerat. Diuisa sunt, ut nunquam in uelamētū ultra cōueniant. Nam neque ulterius cooperiendus est Christus, sed amplius in

Pro. 18.

Psal. 21.

gloria reuelandus. Nouimus ex fide oia opa & mysteria eius, mores atq; doctrinā. Et totus patefactus, in aere expirauit. Vestimēta Chři, scripturæ sunt ueteris testamēti & noui; q̄ bis q̄drifarie diuiduntur, in legē, historiam, doctrinā simpliciter docētē, & prophetiam. Ad legē, Moysi tēps: ad historiā, Iosue, iudicum & regū: ad doctrinā, codices Salomonistad pphetiam, oēs prophete. In nouo autē testamento & huiuscemodi diuisio reperitur: Ad legē, euāgelium: ad historiā, Actus apostolorū: ad doctrinā, epistolæ Pauli atq; canonicæ: ad pphetiā, Apocalypsis Iohānis.

Hæc partiu unusquisq; pro suo captu partem accepit, ut etiam magis in una q̄ in alia quisq; reperiat edoctus. Et etiam pro tempore ista nouimus esse diuisa, secundum quod hoies suis temporibus dño cæli strenue aut tepide militarunt. Alii autē scripturę utriusq; testamēti diuiduntur, quātum ad sensus quibus ipse differtat tractatur in sensum historicum, allegoricū, anagogicum, & moralē. Et uelut uestimēta corpus, sic ista obtegunt Chřm. A gbus cum exiuit, typice disuelat. Itē nō obteguntur cū scinduntur, ut unusq; p sua capacitate intelligat, diuiduntur, & iuxta illam Chři dei filius intelligatur.

Quā autē in omni ope figuratus est Chřs, & obuoluitus mysterijs, tēpus mūdi originalis partem uestimētoꝝ habuit. Tēpus indistincti mundi, suā sibi retinuit. Tēpus distincti onis, tā circuncisionis q̄ legis, suā fortiter apprehendit. Tēpus græ, suā plenā accipiendo possedit. In omnibus his militia q̄dam pascitur, ut suo mō certauerint atq; decertēt, q̄ deo æterno, uiuo & uero in suis moribus militauerunt, & usq; in finem seculi militaturi sunt. Nam Iob dicēte, Militia est uita hominis sup terrā. Magis autē dixerim q̄ deo seruies semp fortitē militat sup terrā. Nā si milites questimēta Chři reduxerūt in spolia, nō dū crediderūt, deserēt tñ i his significatiōibus ordini militię, etiā si iūctas repugnet psonę nā aliud ē psona hois, aliud ē stat⁹ uel ordo q̄ ad psonā accedit. Ac bonus ordo bonū significatiū insinuat, etiā si psona ordinē habēs, criminosa pmaneat nō em̄ ex iniquitate psonæ curat ordo mysterij, quanq̄ magis ordo resulgeat bonitate psonæ: nec quicquam pio & sano sensu existimare repugnat, qm̄ mūdi partes oriēs & occidēs, auster & aglo, à quibus regni filij sunt uēturi, ad q̄s bona Chřsti græ, similē & gloriæ puenerūt. Vestimenta em̄ Chři, bona sunt utriusq; uitæ. Tunica uero incōsutilis, q̄ diuidi nō potuit, nřē fidei arguit unitatē. Vnitas autē omnino indiuisibilis est, nec non & significat charitatē, q̄ diuisi

Iob. 7.

onē oīno nō recipit. Vnitas sigdem nřē fidei scindi neq; potest. Potest nēpe homo à fide rescindi, sed fides non potest uel modo rescindi. Nō est fides & fides, nec quīs ex ipsa multa credamus, ipsa diuidit. Vnica est in unico deo, & in unica ecclesia orthodoxa. Vna etiā p̄tinus charitas est, q̄ quis multi ab ipsa p̄grediat̄ tur effectus. Nam si à fide & à charitate una effectus multi p̄cedunt, neutra tñ diuiditur, uelut solis radij, q̄ numerositate ab ipso resulget, seruāt tñ in origine unitatē: non em̄ sol diuiditur, etiā si radij. Vnū est corpus luminis, etiā si multiplicentur radij lucis. Hæc tunica, fides uelidicet est Chři, sed multis nō omnibus puenit in sorte. Apostolus nāq; dicit: Non omnium est fides. Similiter & charitas, q̄ Chři est, potestate donandi multis, non omnibus puenit in sorte. Vtraq; tñ desuper est contexta p̄ totum. Hanc cōtexturā merito appellauerim martyrum & ecclesię passiones, & cuncta opa quæ fidei & charitatis constituunt pulchritudinē, astruūt firmitatem. Augēt p̄fecto disertiois difficultatē, q̄ nō probitate militis, non iudicio arbitris, non autoritate desup decernentis, nō alio fœdere, sed solum sorte puenit in sortem, ignoratē autē contigitionem fortis, ut trū deberet accipere q̄ accepit. Titubantē oēs sorte mittētes, si de q̄ agitur, cui pueniat. Et unusq; appetit q̄ sibi, nō focijs, fors tēperata cōcedat: & amor tunc dirigitur ad se ipsum, nec refertur ad proximū. Et uno accipiente, frustratur cōditio ceteroꝝ: q̄d de fide, charitate, illasq; nolētibus tam nefas est dicere, q̄ etiā firmi cogitare. Sed hæc oia dubia remouētur, si Apostoli sententiā huic actiōi penitus cōiungamus. Porro inq;: Oēs quidem currūt, sed unus accipit brauiū. Oēs currūt, unus accipit: frustrati sunt ceteri, q̄rum unusq; ea intētionē quærebat, ut posset accipere. Multi sup uno q̄sito fortes mittūt, uni fors signata puenit. Accipit ille gau dēs, reliq; à desiderio defraudātur. Absenti esset à fide catholica, q̄ gratiā siue gloriā sic unus accipiat, & omnis alia concio sit inanis. Sed unitas accipietis, non psonę, sed electoꝝ: omniū p̄struit unitatem: similis & unus qui accipit ex sorte. Aliter incassum ad gratiā & gloriā niteremur, si unus acciperet in priuatiōne cunctorum. Proinde omnium electorum unitas, signatur in eo qui accepit ex cursu uelociori, & in eo milite qui tunicam habuit ex forte tangente. Nec more humano fors in his est diuina dispositio, qua occultis modis nouit his quos suos eē p̄sciuit, con ferre gratiarum & p̄mia meritorū. Quod

uero currētes aut fortē mittētes titubāt, affectant, & cui uotum succedat ignorant, ad id refertur quod in Apocalypsi dicitur: Vincēti dabo manna absconditum, & dabo illi caliculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit, & nemo scit utrū sit dignus odio uel amore. Vñ quis dubitemus, speremus uitam æternam, ignoramus tamen utrum debeamus accipere, cū solū quis accipit, certus erit.

De blasphemijs, Iesu in cruce irrogatis à ludæis, à p̄tereuntibus, à militibus, à latronibus.

Cap. CX.

Indebatur ab omnibus Christo in cruce pendenti, & uere omnis uilitas sibi obiciebatur in facie, nā p̄tereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum dei, & in triiduo reedificas, salua te metipsum, si filius dei es, descende de cruce. Nec mirum si p̄tereuntes blasphemabant, q̄ non subsistit ut agnoscat inuisibilem ueritatem. Legūt plures discursu cordis, oculoꝝ & linguę, sed nō signat animum, ut quod latet in scripturis, intelligant. P̄tereuntes, occulta bona p̄tereunt, non assunt orationibus & uirtutibus coram deo, ut eis fontē ueritatis & intellectum mentis aperiat. P̄tereuntes em̄ sunt: P̄tereunt Iudæi, nec in scripturis subsistunt, ut Christum possent inuenire, re miserat em̄ Christus Iudæos ad scripturas, ut in ipsis subsistendo, non p̄tereundo, scrutaretur, qm̄ ipsæ testimonia p̄hibebant de Christo. Sed p̄tereabant. Nunc uero p̄tereunt illum quem crucifixerūt, ut nec communis care uelint passionibus eius, aut participes fieri redēptiois eius: sed mouēt capita uelut paralytici atq; phrenetici, quibus dissolutio est in membris, & obnubilatum est iudiciū rationis. Motus capitis, leuitatē animi signat in corpore: in infirmis uero, noxiam passionem. Mouerunt atq; mouebant caput ante p̄cium p̄dens, oēs q̄ in fide nutāt, & seipos in sensibus amant. Abhorret horridas & salutaras passiones, & amore p̄tereunt Christum, p̄euntes ad p̄tereuntia p̄ter Christum. Sed qui p̄tereunt crucem & mortem eius, nō p̄tereunt iudiciū. Et arguēdo improperebāt: Vah qui destruis tēplum dei, & in triiduo reedificas. Si hoc poteras, q̄re te ipsum nō saluas: Filij hominum te posuerūt in cruce: si tu filius dei es, ostēde te sup homines: descēde de cruce. Non em̄ dicebant credentes, sed blasphemantes, & corde & similibi sermonibus deridētes. Nō curabat Christus impropria, nec mouebat animus eius, ut p̄ostetationem quippiā faceret, ut nec tā

ualidus, occultam potētiā uellet demonstrare derisus. Nec hominū uolētia crucifixus erat, qm̄ sua p̄iuit omnino uoluntas: uñ nec se suggestiones deridentium hominum desigebant. Non credunt sensualitatis proprię amatores, q̄ sponte q̄s uelit sensu torqueri, sed quisque pro posse sensui aduersa deuinet. Quo decepti, Christum purum hominē estīmanites, etiam tormenta, si posset, declinare uolētē. Quamobrē qui p̄suadet crucis descensum propter aspectu sensum, similes sunt diabolo, qui similia diabolo dicit: hoc em̄ diabolus Christo dixerat in deserto: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Et de pinaculo templi, Mitte te deorsum. Vbiq; tenratio, sed improprium nō in prima, sed hic tēratio, cui omnis associata est derisio.

Mat. 4.

Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dixerunt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est, descēdat nunc de cruce, & credimus ei. Illi à diabolo, illudere hominibus fatagūt. Qui iustis illudit, mēte deceptus est, & lethargiam patitur. Agitur à diabolo aut à demētia, qui cōstituit in pœna illudit, Nedum iusto & iniuste patiētī, sed etiam si deliquit, satis est ad omne tormētum, q̄ iuste uel iniuste homo uita priuetur. Principes sacerdotum magnæ se uilitati cōmiserant, q̄ illudebāt homini proxime morituro. Absonat à dignitate fulgentibus, illudere pœna damnatis. Et maior fœuitia ulciscētis inimici eē conuincitur, cum impropereat uel illudit proscripto p̄ iudicē, q̄ sequam inferre suo æmulo ultionem. Et dicebant: [Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluū

Mat. 27. Mar. 15. Luca. 23

Mat. 27. Mar. 15.

facere.] Poterat seipsum saluum facere q̄ alios fecerat: sed propterea patiebatur hęc corporis calamitatē, ut nos sua proscriptioe saluaret. Sed non credebant saluādi, adesse uirtutem ei, qui semetipsum in pœna dereliquerat. Descēsum petebant crucis, in argumētū potētiæ siue uirtutis: & falso sp̄debant credulitatem, si de cruce prostruisset: nam altioris fuit uirtutis atq; potentia, q̄ mortuus & sepultus resurrexit à mortuis, & nō crediderunt ei. Q̄ regem Israel nominauerunt, ad exaggerationem est iniuriæ, pro eo q̄ turba sibi Ierusalē ingrediētī rex Ierusalē acclamauerat. Sed hæc illusio iustam meruit suo tempore ultionem, more puerorū, qui Eliseo p̄phetæ contumaci animo & aspero illuserunt nā illico duo uersi de saltu propinquo egressi, iacerauerūt quadraginta duos ex eis. Quid uero Hierosolymæ ciuitati ad ultioem pro uenerit à Romanis principib⁹, adhuc histor

4. Re. 2.

ria explicat, & lingua hominum narrat. Ad debant autem:

Confidit in deo, liberet nunc eum si uult.

psal. 36. Erat fides Iudæorum, q̄ deus nō dereliquit sanctos suos. Quāobrem ipsi dicebant: Si sanctus est, ergo confidit in dño: non em̄ est sanctus absq̄ cōfīdētia eius. Deus uero p̄picus est oñibus q̄ inuocāt illum in ueritate.

psal. 144 Proinde: Aut iste sanctus non est, & non confidit in dñor: aut forte cōfīdit, sed q̄a sanctus nō est, nō liberat eū deus. A deitate ad regē Israhel, à dignitate regia in communē & uulgarē hominem descēderūt, ut experimēto derelinquēdæ crucis, si q̄d & quātū apud deum ualeret, cognoscerēt. Prædictū añ fuerat, si filius dei, si rex Israhel ē, descēdat de cruce: nunc uero, si in dño cōfīdit, ex uirtute cōfīdit, liberet eū nunc deus. Si em̄ eius est sanctus, & si sup̄ eū uolūtas inclinatur ipsius, ut cōphendere possent, q̄ magna in cōspectu dei suæ uirtutis esset autoritas. Non rñdet ex facto aduersus & curiosos hominū uotis, q̄ diuina sedatur & fatigat adimplere mandata. Et p̄p̄modū irremediabiliter deprauati, detestati conabantur inferre derisionē aut nō credo diuinæ gn̄ationis mysteriū, cū dicebāt:

Mat. 27
Marc. 15
Luce. 23 *Dixit enim quia filius dei sum.*

Si dixit, uerū dixit, q̄d oīno subterfugit Iudæorū mētēs, æternā gn̄ationē i deo. Nec potuerunt cōphendere in deitate distinctionē aliq̄ p̄sonarū: & timētes pluralitatē deorū, p̄pter unitatē quā uerissime asserūt, creatoris trinitatē in diuinis omnimode negauerūt, illis duntaxat exceptis, q̄ hoc credere occultis meritis à dño susceperunt. Nam si æternā generationē in diuinis altitudine fidei conspexissent, facile fuisset aduertere, q̄ filiū hominē induisset, & descēdisset in inferiores partes terræ. Sed ad primū clausus oculus fidei, in secundū penitus nō aspexit. Ac p̄ hoc q̄d dicitur: dixit em̄ q̄a filius dei sum, neq̄ principis sacerdotū atq̄ Iudæi cæteri credebant hoc fieri aliq̄ possibile. Sed neq̄ hūc ex hoc credebāt filiū dei, ut eorū iudicio, merito hec & peiora pateret, uelut q̄ diuina p̄sumpsit, & impossibilia fieri possibilia suo uerbo monstrauit, si dixit: filius dei sum.

Luce. 23 *Illudebant autem ei & milites, accedentes & acetum offerentes ei, & dicētes: Si tu es rex Iudæorū, saluū te fac.]* Hæc illusso militū nō ex odio, sed ex usu malorū satellitū p̄cedebat, quorū cōsuetudo ē insultare dānatis. Verius aut arbitramur illā processisse de cōplacencia Iudæorū, ut qm̄ illi deridebant, isti eis malo placito uolebāt esse cōsimiles. Multrā ministrant mūdo p̄nicie, & iniquitatē pluri

mā germinauit, in malis uelle placere malis, siue late aut tenuit h̄re participiū cū inigs.

Idipsum autem & latrones qui crucifixi **Marc.** erant cū eo, improp̄erabāt ei.] De duobus dicitur q̄dam more loquēdi, q̄d solum unus effecit. q̄d alius euangelista clare differuit, dicēs: [Vnus autē de his q̄ p̄debeant] cum eo [Ia. **Luce. 23**] duobus, blasphemauit eum, dicens: Si tu es Ch̄s, saluū fac teipsum & nos.] Vide blasphemie quasi à multis neglētā specie, pone re sub dubio quod est certū. Blasphemia est dicere cuiquā, si tu es, q̄d ille in ueritate est. In regē certum populi esset dānata blasphemia, dicere, si tu es rex. Et sapientē expertum uocare cūctantē, bono gratiosū est actus. Omne dubiū de q̄litate dea certissime inhærente, blasphemā irogat in habēte. Forte obijceretur: Aderat ignorātia, deficiebat sana credulitas. Sed hæc p̄p̄modū blasphemā faciunt, cum ignoratur q̄d uenire in ueritate debuit: aut cū non credit, q̄d credendū ueritas ipsa definiuit. Velle inclinare ad indecentia quēpiā, iustū ad iniquitatem, constantē in bonis opibus uirū, ad fragilitatē uelle defletere, aut positū in alta sede uirtutū ad ima seu aduersa uelle detrahēre, blasphemie crimē apposuit. Sed qui constans in animi uirtute consistit, nihil op̄edit uerba blasphemantiū: & sibi cognitus, alijs incognitū fieri parū pendit. Huiusmodi blasphemia iaculabat in Ch̄m, cum dubitāter & exprobratiue diceretur: Si tu es Christus, salua teipsum & nos. Quid si conditionalis & dubitatiua est ista locutio? Sed om̄i remoto dubio Ch̄s erat, & in seipso saluus erat, cui nō dominabatur p̄na uel dolor, quos ipse propria uoluntate susceperat. Sed latrones nec mente, nec corpore salui erant. Mente non, erant em̄ in umbra incredulitatis inclusi. Et ab ipso saluatore didicimus: Qui crediderit, saluus erit: **Marc.** qui uero nō crediderit, cōdemnabitur. Nec corpore salui erant: q̄ p̄pter demerita, reipublicæ decernente iustitia, configebantur in p̄nis. Et salutē corporis ille miser gliscēbat nesciens quāta posset æterna salute donari, & ex corporis p̄na mereri, innocenti & dei filio in patibulo sociatus, si à lumine fidei nō fuisset auersus, & cui collega in culpa, in p̄na compar, in fidei uirtute mansisset cōsimilis. Quod alī latro dextralis cognouit, & tu tor in p̄nis factus est Christi, malæ conscientie reatu componentus, se iuste mereri clamabat, & nouiter renatus in fide, cōtra colatē lateralem socium audaci uerbo insultuit, pie Christi domini partē ratus, ad quod sequitur:

Respondens autem alter, increpabatū **Luce.**

lū dicēs: Neq̄ tu times deū, q̄ in eadē dāna ratione es. Et nos quidē iusternā digna factis recipimus: hic uero nihil malī gessit.] Velut in duos populos cōstitutus, audit Christus elatū, & semetip̄m eē culpabilē ignorantē, & nolentē ex iustitia pati quæ meruit, & cupiēte libratē prosperā in terris, & oīno infidum de diuinis, Ch̄m q̄ blasphemis laceferentē: alter uero humiliatū, & sibi cōscium malæ uitæ, p̄ q̄ iuste se plecti publice fatabatur, & increpabat in culpa & p̄na cōsimilē, sed iā factū dissimilē in uirtute. Hic etiā alter nihil iā exigebat ampli sup̄ terrā, sed regna sup̄na mēte atq̄ uoce captabat. Hi profecto sunt Iudæorū populus atq̄ nationū. Nam Iudæorū populus, latronis auersit cōuersūq̄, gētū populus typū tenet. Nā adhuc Iudæorum populus Ch̄m laceffit in uitijs, & blasphemias irogat, & sentētia l̄y bis latronis uitij exprobrātis. Sed conuersus populus nationū, p̄pter idololatriā iuste se dānari cognouit, & infusa luce aspexit in Ch̄m, credēs super oēs homines innocentē, deū uerū deo uero, hominē factū, inter hoīes cōuersantē. **De mira latronis dextri fide ac confessione.**

Cap. CXI.

Sed libet huius latronis p̄ singula sua dicta discutere, atq̄ quātum fas est, meritū differere, q̄ p̄uentus, iam in ultimis constitutus, increpabat sane cōscīū in culpa, similis & in p̄na: q̄ iā fide factus superior, & seipso inuisibiliter maior, & ligno corpore p̄dēs, in ligno fidei mēte p̄debat, & corporalium p̄narū oblitus, diuino feruēfactus amore, corā iudice inter mediū dep̄dēte, sodalē arguere, ac etiam instruere nō ueretur, dicens: Neq̄ tu times deum q̄ in eadē damnatiōe es: Non times deū, quē unitū carni, deū esse nō credis: Non times deū, quē h̄stas id esse q̄d est: Non times deū, q̄ oppugnas hominē innocentē, q̄ blasphemias irogas: Non times deū, iam morti uicinus, cui om̄is spes est adempta uiuendi, q̄ uerbis blasphemis malap̄ficis, quū ligno affixus, opere iam nō possis. Nō times deū, q̄ in eadē damnatiōe mecū q̄ timeo, es: aut in eadē dānatione p̄narū corporalium cū deo es, q̄ corpore assumpto inter nos p̄dēs, propria patij uolūtate: Nos quidē iuste, s̄ patimur: q̄ unde corruimus à iustitia, inde p̄soluimus p̄nas. Ad considerationem malæ uitæ remittebat iste cōsfortiū, ut reuocaret ad memoriā mala q̄ fecerat, ut dignā malæ factis assereret p̄nā, quā ligno affixi ferebāt. Immemor nanq̄ pacto rum scelex, om̄nē p̄nā asserit indecentē, & iniuste inferri dicit om̄e tormentū. Proinde latro iste subiecit: Nā digna factis recipim⁹.

Digna sunt tormēta hominū malefactis, & irrephēsbilib⁹ male uiuētī decēs est extrema calamitas. Dicam seuerius, imo uerius: Magis dignū profecto dinoscit diuine detineri, aut cito finiri reū supplicio, q̄ uiuere i p̄ccato: & p̄na multari, q̄ in culpa lætari. Nepe i uniuersū pulchritudine plus clarescit. Dicit irrefragabilis uera iustitia, ut p̄nā culpa inueniat. Sed quia nō culpa positione carentē, ut om̄ino torqueat delinquentē, nouerat latro iste ordinē diuinæ iustitiæ, q̄ malum aliquod inultū esse nō patitur, ad quā afflictebatur amore, q̄uis corpore torqueret. Et licet abhorreret sensus exterior, interior uero iustitiam q̄ cōsciebatur, amabat. Et q̄si oblitus p̄narū, ybis punientē iustitiam extollebat. Propriū em̄ est uera ratioē utentiū, p̄mplus uero hominū electorū, diligere atq̄ laudare iustitiā, etiā si ex illius decreto asprime torqueant. Nā ipse naturalis ordo iustitiæ, inter lucēs rationibus hominū, dicitur criminali sine p̄na non esse: q̄ inuisibilis semp̄ est prætor, quis interdū uisibiliter differat. In magnis cognitionibus hic totus homo ferebatur, q̄ se iuste dignēq̄ pati p̄stebatur. Magna pars est ueniæ apud deū, hoc agnoscere similis & fateri. Atrollebatur sublimis homo iste, cū Ch̄m agnouit innocentē, quē iudex ad mortē publice cōdēnerat. Quā difficilimū ē credere aut dicere sine culpa, quē iudex ordinarius ad aliquā p̄nā dānat ut reū, seu cū assertiōe testiū aut acclamationibus populorū: nā si nō testibus, atq̄ clamoribus totius populi dānatus est Ch̄s. Et quē totus populus postulauerat ualidis uocibus crucifigi, latro iste dicit: Hic uero nihil mali fecit. Vnde hic latro agnouit, q̄ nihil mali fecit, cū q̄ nō fuerat cōuersatus, quē ante forte nō nouerat, q̄ nec ad doctrinā aut ad sequēlam Ch̄i accesserat, sed studuerat opationibus latronū, uñ iuste patiebatur exitiū: Quia sibi hæc irrepsit notitia, q̄ Ch̄s nihil mali fecerat: Quid? Quia certe nec scire poterat, q̄ nīā deus erat. Vñ cōspexit q̄ Ch̄s nihil mali fecit: Inq̄ pie, si forte dignē Ch̄s dñs illuxit ei. Nō em̄ aliud accepit, q̄ ab eo quē asserbat moriens innocentem, & perfusus fidei pietate, dicebat ad Iesum:

Domine, memento mei dum ueneris in regnum tuum.] Vide q̄ alte ingreditur latro pendēs, ut aliud credat in regnū, p̄ter q̄ mortale caducū, & uelit illius esse regnicola, qui ab isto terra mortis secabat. Et mysteriū, p̄stebatur in Ch̄so æternū atq̄ diuinū, quanq̄ ipse ex carne tēporaliter crederet moriturū. Et hoc siquidē totū profitebatur ex petitiōe, **Luce. 23**
d d d d in

quã faciebat ad regnũ, ad qđ p pontẽ mortis Chřm trãfire uidebat. Totus hic cõuertitur ad Chřm, & ei pro alia uita se donat. Huius mira nimis fides, qđ solum Chřm derisum & derelictũ ab hominibus, uicinũ morti, & ipse morti uicinus, deũ ueř & hominẽ cõstitetur, à nemine doctus, à nullo pmonitus. Et ubi fugiẽdo negãt qđ eius doctrinã audierãt, miracula uiderũt, & in cibũ paulo ante sumpsert corpus eius de manib' sanctissimis eius, iste solus cũ tacete uirgine cõfiterur, ut in his mceroribus tã horredis, socius fuit uirginis in fide atq; dolore, Chřo in pœna cõsimilis, à collatrone uirtute dissimilis, Chři cõfessor atq; suã innocẽtiã factus tutor. Sed hi latrones suis disparibus meritis admiratiõe mentes hoim pulsant, si qđ merito unus cõuersus, aut qđ demerito alter auersus, unus i facto approbatus & uoce à Chřo, al' uero, Chřo tacete, reprobatus extiterit. Nã Chřs æq̃lĩt respiciebat cõpœnales suos, medius inter eos pdebat affixus patibulo, nec præaccipiebat psonã alteri. Quid ẽ qđ unus irrogauit Chřo v'bis blasphemã, alter suscepit pro illo moriẽdo tutelã: Vnus cognouit iustitiã, ipsoq; puniẽte negitiã laudauit, alter impune uiuere p̃t̃itauit: Erat ne forte ad istos in Chřo alia qua ineq̃litas: Hoc credere dico nefas. Quid ergo: Dicã audacter qđ sentio, qđ nec cõuerso succedit meritũ suũ, sed auersum demeritũ suũ iuste deiecit. Nullus cõuertit nisi ex grã, nullus dãnãt nisi ex demeritis diuina dictãte iustitia. Quod ergo demeritũ illius qđ non credidit: qđ uero demeritũ atq; uñ illi qđ credidit: Meritũ cõuersi nõ legimus, qđ in occulto habuerit ipse, nescimus: demeritũ utriusq; cõspicimus, qđ latrones erãt, hoies utiq; malã uitã. An uerificat illa sentẽtia, Quẽ deus uult indurãt, & cui uult miseret: Sed i tor tuosiorẽ incidim' qđstionẽ, cũ deus acceptor psonã nõ sit: cũ eẽnt ambo hoies peccatores, Chřm æque corporeo uisu aspiciẽtes, iuxta eũ æque p̃dẽtes, quosq; unus in cõuersatiõe Chři alter nõ puenerat, qđ neuter uir ues habuerat, uñ unus illos meruit cõuertit, alter uero meruit idurari. Quo merito unus misericordiã accepit, alter in iusta dãnatiõe remãsit: Sed aliã hæc aut similis qđstio nõ dosã nõ soluit, nisi dei misericordiã & iustitiã aspiciamus, & liberas hoim uolũtates. Nam deus ex misericordia donat p̃t̃ã cõuersis, & ex iustitia tribuit p̃mia siue supplicia merito rũ. Nõ ergo iustos ẽ cõuerso ascẽ lebrata ex Chři p̃sentia corporali, quã habebãt æq̃lĩter, nõ ex uisu qđ ipm̃ intuebãtur, nõ ex v'bis eius p̃m̃p̃ius directis in alterũ, sed ex libera uoluntate, qua ille credere uoluit,

Rom. 9.
Actu. 10.

ille uero incredulus mansit, quẽ sicut illum dei misericordia expectabat, sed non credentem reliquit diuina iustitia reprobatum.

¶ De secundo Iesu in cruce uerbo, quod latroni dextro factum est, iuxta Lucam solum, & quid hic paradus. Cap. CXII.

AD conuersum aut latronem Christus alta promissione respondit: Amen amẽ dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Amen, uerbum est ueritatis. Vnde infallibili pollicitatione latroni p̃ndenti atq; cõuerso, paradusum Christus moriens repromissit. Proinde cognosce qđ con ferre possit resurgens & regnãns, qui moriens talia donat. Quanta est largitura libertas, si tanta confert extrema captiuitas. Non autẽ in hac promissioẽ paradusum, scilicet locum ad orientem, à quo exulauit Adam, intelligamus repromissum, qđ nãm illo hodie latro post Christum descẽdit. Ad limbum p̃cessit Christus, hora nã moriendo, latronẽ. Secutus est latro quasi uespere, crurifragio ce lebrato. Cum ergo utriusq; anima, quantum non eadem hora, Christi scilicet & latronis, ad limbum descẽderet, à quo Christi anima non egressa, quousq; plene à mortuis resurrexerit, protinus credendum est, qđ in illo paradiso terrestri die illo neutrius anima fuit, nec Christus in anima solum & deitate descens ad limbũ, latronis animã transtulit in paradusum, sed ad eum in limbo fecit illum descendere, ut cũ animabus cãteris extrahẽdis fieret in seq̃ula. Pie autem & non incongrue credi poterat, qđ cum illã animã multitudine de limbo, Christus uolẽs resurgere à mortuis, eduxisset, qđ in terrestrem paradusum induxerit, ut Adam cũ misera sobole sua reuocaretur in signum æterni fœderis atq; pacis, à quo per inobedientiam exulauerat. Et tãdiu anima Adã ibidem cũ cãteris seruaretur, quousq; Christus corporaliter cãlorum alta conscẽderet, post se illam turmã lætãtium animarum subuecturus. Etenim illo de loco assumẽdum erat ad sup̃erna cãlestia humanum genus successione felici, nisi Adam sup̃bia propria exulasset, & perpetua propagine culpa illa deriuaretur ad posteros. Nec absõnat à pia credulitate, culpa deleta per Christum, qđ inde animã assumantur in cãelum, unde assumẽdã fuerant ante peccatum. Non solum illã quã illo in tẽpore ascenderunt Christo ascẽdente, sed quã quotidie per misericordiam assumuntur, uitã pacto sine, ab ipso regnante. Congruum porro est, ut animã uideant locum, à quo in Adam humana natura per

tã longa & aspera exilia exulauit, ut pariter misericordia & iustitia dei perãplius cognoscantur. Sed quoquo modo se habet ordo rei, aut hoc quod dicitur Hodie, ad tempus refertur quo Christus ista compleuit: & animam eius, paradusum omnium delectabilium oportet intelligi, ut plene soluat quod dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. Quoniam autem Lucas qui solum hoc recitauit, in Græco euangelium scripsit, expedit ab illa lingua huius uocabuli sumere interpretationem. Paradusum siquidem Hebræi, hortum uero Græci dicunt. Paradusum etiam ad Eden situs refertur, quod delicia interpretatur, ut non incongrue dicitur latroni: Hodie mecum eris in horto deliciae, scilicet qđ in omnibus deliciae eris mecum existens, aut in terrestrem paradusum te deferã hodie carpens iter. Nec non & limbum ad quem Christi & latronis animã descenderrunt, deliciarum hortum possuum appellare: non enim pœna sensus tenebantur inclusi, quantum uis à uera patria essent exclusi. Seruabatur in eis diuina iustitia, ut qui actu nõ deliquerat, nec sensibilẽ puniretur. Nec credamus illorum patrum exemptas animas à corpore, delectatiõibus fuisse priuatas, quas in carne uiuendo sæpe susceperãt. Nec mortis necessitate factum est, ut moriendo & ad limbum descendendo essent culpabiliores, ut his priuarentur internis gaudijs, quibus in carne gaudebant. Quomodo Noe potuit alloquia diuina suscipere, quin mente iubilaret: Quomodo Abraham in diuinis affationibus non exultauit in anima: Quanta lætitia ipsum credimus circumfusum, cum angelos suscepit hospitio, cum deus illum ipsum probauit in filio, cum uidit arietem inter uires, in quo cognouit ad suam redemptionem Christi futuram omnimodam passio nem: Quanto Iacob exultauit tripudio, cum uidens dominum, dixit: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, cum luctans orationibus cum angelo, non dimisit eum quousq; accepisset benedictionem, cum inuisibilem climationem apexit à terra usq; ad cãelos, & angelos sursum atq; deorsum climare per illam: Delectationibus inenarrabilibus repletus est Moyses, cũ sibi deus amabiliter loquebatur. Nec oēs prophete illa magna mysteria uiderunt atq; cognouerunt sine internis deliciae, quas humana lingua explicare non possent. Quomodo Iohannes delectationibus diuinis priuatus fuisset in limbo, qui nondum natus, exulauit in utero: Ac per hoc neq; uenire debet in dubium, qđ in illo sinu afferrentur in

ternã deliciae, quibus in seculo positi fruebantur, cum nec peccare aut demereri post mortem potuissent unde tollerentur. Nec postqđ illos diuinos affatus susceperant, taliter ante mortem uixerunt, ut post mortem merito priuarentur. De illis duntaxat dicimus, qđ ad patrum sinum in anima descendere. Deinde locum hunc, merito quẽdam dicimus paradusum & hortum deliciarum, ut petitiõni compendens sit taliter facta responsio, qđ in sinu patrum cum anima Christi se rediens, uelut in quodam cum Christo fuerit paradiso. Sed ut ne fallamur uaria uarie opinantes, paradisi nomine oportet intelligi omnem inuisibilem cõsolationem, scilicet illã quã animã à corporibus absolutã, aut interclusã corporibus, submissis corporeis sensibus, seu extra corpus exeuntes, ante illã plenitudinem beatitudinis ineffabilem, sup̃ernã patriã possent usquam digne suscipere. Quoniam igitur necessario fit transitus à corporalibus ad spiritualia, ut ueritas diuinarum scripturarum eluceat, literali scripturarum sensu, paradisi nuncupatiõe illum locum, quem deus à principio plantauerat in oriente ad Eden, intelligimus: translatiõe uero facta intelligẽter à sensu ad intellectũ, inuisibilem delectatiõe merito dicimus: nam sicut in illo quicquid esse potuit corporalis amoenitatis atq; suauitatis, præter glorificationem corporis fuit, sic per typicũ sensum quicquid esse potest sub cãelo deliciarũ, ex illo sentimus, aut ex parte sic esse cognoscimus. Nulla uero cõsolatiõnũ inuisibilium cõternatio uerior, qđ esse cum Christo. Et Paulus cupiebat dissolui & eẽ cum Christo. Eximebant porro à corporibus illã animã, scilicet anima Christi unita deitati, & anima latronis eidem adhãrens per fidem & charitatem. Et qui adhãret deo, unus spiritus est cum eo. Et mutuo se uisuras omnimodo parabant, ut Christi dictum merito uerũ esset, Hodie mecum eris in paradiso. Atqui pro eo quod paradusum ille terrestris locus dictus est deliciarum, locutione conuersa quilibet delicias scriptura paradusum appellat, iuxta illud qđ de rege Tyri p Iezechiel dicitur: Tu signaculum similitudinis eius, plenus sapiẽtia, perfectus decore, in deliciae paradisi fuisti. Nunquam uero rex Tyri sup quem lamentum mandato domini factum est, fuerat in paradiso terrestri: sed alias habuerat ipse delicias appellatas nomine paradisi, aut illis cõsimiles, ut ipse rex fuerit uelut in deliciae paradisi, & quodammodo propheta enumerat illas delicias, sicut legenti subsequens litera manifestat.

Gen. 2.

Philp. 1.

1. Cor. 6.

Iezc. 18.

Igitur si dicuntur aliæ deliciae, paradifus, etiam saepe uisitato uocabulo moreq; loquēdi; quanto magis cū Christi anima inueniri atq; intueri, ē deliciae paradifus huberior.

De statuē Mariæ matris Christi, iuxta pēndentem in cruce filium suum Iesum, & deligno in q̄ Iesus pendit, itē de forma crucis.

Caput CXIII.

Iohā. 19. **ST**abant iuxta crucē Iesu mater eius, & foror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Subiicit iste matrē, Mariam s. Salomae, ne uideretur amore humano uel laudis affici ad parētes, quam adesse non dubitamus, & multas alias mulieres Christi discipulas, quas euangelistae interferere non curarunt. Sed ecce amice crucis, pro eo q̄ amicæ Iesu, sed nec amicæ crucis, quia in illa torquebat, & moriebatur Iesus, sed uelut participes aut communis care uolentes passionibus eius. Stabant ppe arborem propter pomum, & iuxta patibulum propter iustum. Sed mater eius mēte plus q̄ oculis ferebatur in illam. Et quanquā presfa doloribus, perspicaci cordis aspectu contemplabatur illam, atq; præsentiā & futura mysteria sancta eius, cum illum inandus eēt mūdus in splendoribus eius. Sed nos posteri cum illis prioribus contemplatio amore; quid donat intelligere sectatoribus posteris, ut sit communicata cognitio cum sequentibus primis: Si crucis illius intuemur materiam, lignum aridum est, ut omnes res surgant per lignum, sicut omēs in ligno corruerunt. Et facilliter erant donāda peccata, nec durabiles in hac uita hominum passiones, ueluti cum ab igne cito consumitur lignum. Huiusmodi lignum geminam scismus habuisse radicem: unam occasiōis, quæ fuit primorum parentū propria & detestanda uolūntas, qua non domino iuste præcipiēti, sed male suggerentē reptili consensere rūt aliam naturæ, qua in creatis arboribus sicut in hominibus est seruata propago. Perpetuata est propago humani generis uirtute traducis, & cum illa originale delictum. Perpetuata est propago lignorum, ut in ligno appenderetur remedium. Sed quid homo ad lignum? Quæ communicatio unius ad alterum? Vtiq; magna nimis. Nam insensibile porro est lignum, & omnis homo dum peccat, insensibilis est ad deū: quoniam si supra seipsum in ueritate sentiret, penitus non peccaret. In ligno insensibili Christus patitur pro insensibili delinquente. Non sentit lignum, diuinum pondus quod habet: nec homo dum peccat, sentit munera creatoris. Caret uita sensibili atque rationali omne li-

gnum, nec non & uegetabili, si præcidatur à radice sic & homo ab omni uera uita mortitur male peccans: ac per hoc respondet in ratione instrumentum passionis, homini peccatori. Si figuram aspiciamus arte hominū introductam, triangulata est in tribus brachijs sane porrecta. Quoniam trimode peragitur omne malum, ab eo uidelicet quod oportune uel importune in mentem hominum uenit. Oportune siquidem dixerim, cū cogitatione uoluntaria præanticipatur malum. Importune uero, cum anima saepe relictat, quæquam in fine succumbat. Ab eo etiam q̄ affectio iā seipsum delectabiliter scalpens in his quæ cogitando suscepit, à tertio cum cæcitate lumine ratiōis, obruta tenebris, pstat assensum, q̄ iuxta id quod male agere cupit, etiam si non sequatur effectus, dignus est pœna plecti. Similiter fragilitas & ignorantia & malitia predominant, triangulum facit. Et in his potest esse remissio per triangulum crucis, si ultra non pcedat peccatorum hominum prauitas. Sic em̄ p Amos legimus dictum, q̄ sup tria scelera daturus esset dominus omnibus ueniam, super quartum uero quæmpiam non conuerteret: nempe quartum, si impœnitētia sequeretur. Trinitas increata in illa cruce, sua uirtute & in unione trinæ personæ astabat: & creata trinitas hominū in illa redimebatur, & demnabatur triangulum peccatorum.

Quod uero in posterum inoleuit quasi q̄ drangula forma crucis, de tituli appositione prouenit, & de mysterij ratione: nam suppositus titulus quartum brachium fecit, qui supra caput positus protendebatur in altum. Et diuine factum est, ut brachium in sublimē porrectum, esset titulus ueritatis: quia in altissimis speculationibus, non in imis, & in patria, non in uia, uere cognoscit deus. Erat uelut index brachium cum titulo quod ferebatur in altum, ac si uellet indicere: de supernis est qui patitur, de supernis est dominus & rex omnium regum, & in superis est, non in infimis cognoscendus. Ratio etiam mysterij astruebat, ut ad præfatio triangulo in q̄ drangulum ueniretur propter hominū mores, qui quatuor uirtutibus disponuntur. Et q̄ dra figura oibus est solidior, ut perfecta & solida hominū uita constitueretur ex cruce. Et protēssiones interioris hominis in illa pfixæ sunt, quoniam oportet animam descendere ad loca tetralia in directione timoris, & pauida fieri, ne ad illa descendat meritis dignis pœnis: & pauido atq; ieuulsibili cōtēplari mētis intuitu p eternū, irremediabile dānatorū pœnā. Et ab hoc abyssali & interminā-

bili malo, ad contrariū superius fiat ascēsus, in uitam & gloriam infinibilem beatorum. Protenso crucis ad ima, protensionem animæ facit per aspectum mentis ad loca tartarea. Protenso superior, contemplationē puehit in supra. Ibi iustitia, hic misericordia plene fulget. Binæ protensiones in latera q̄ alæ gallinæ, omnes pullos filiorum hominū, ne à uolitante diabolo rapiamur, prouocāt ad tutelam. Et sub umbra istarum alarum oportet confugere, donec à nobis transeat omnis iniquitas, ut sub dextera perfecti, sub sinistra imperfecti diuino auxilio protegamur. Cum illis astantibus iterum contempler mur in tam horrida cathedra uoluntarie q̄ escētem, deum uerum & hominem uerum. In illa nanciscēte nobis atq; pro nobis delectationem ex pœna, gloriā ex ignominia, honorem ex opprobrio, uictoriam ex succptis uulneribus, ex calamitate plenitudinē, libertatem ex uinculis, ex temporali morte uitam sempiternam. Quæ nō clauis, sed unius eius in homines diffusus amor, sic tenebat affixum. Et nimirum q̄ carne moriens, spiritu uiuentis dæmones debellauit: & iure, non potētia, cum inuisibilibus hostibus decertauit. Et peccato ueterato, natura renouatur in ligno. Et unus pro toto orbe conseruat, nec nō & in carne deuictio pax oritur terrestrium, oritur atq; celestium. Multa interq; conuentionis materia ministrabitur, si stabimus iuxta crucem amore cordis, & cū proponitur aut expedit corpore circumferētes, ut uelut in ipsa in homine utroq; redempti, sic in utroque homine baiulemus. Erat mater iuxta crucem contemplatiuis doloribus & amore, tacensq; tacebat, nō hæsitans in his quæ per filium agebātur. Erat sui filij per omnia & super omnes confocia passio, ut pro corpore toto etiam ipsa in anima & corpore torqueretur. Et in directione spiritus sancti & angelorum custodia flebat, eiulabat, dabatq; singultus amaros, & pœnam huius affixi deplorabat & causam. Et uidebat q̄ non ex transfuso semine quod non erat, non ex deo, quia impassibilis erat, sed ex carne duntaxat quam ex ipsa susceperat, patiebatur natus, & cruci per hominum iniustitiam applicatus: & tanto dolebat profundius, quanto perspicacius nouerat cruciatū, & q̄ nostrum extat causa peccatum. Et ipsa ipius nati sui dupliciter se nouerat causam pœnæ. Vna siquidem communis cum omni humano genere, porro expediebat sibi cum toto humano genere redemptio per crucē. Non enim ab humano genere uirgo mater absoluebatur, ut non indigeret beneficio fi-

lij, quod procurabatur per crucē, iuxta quā stabat sicut prope redemptorē. Et flebat humberrime, q̄ sicut cæteri oportebat illam redimi per crucem & sanguinē nati sui. Alia siq; dē propria & singularis erat, pro eo q̄ in tāta tormenta carnem præstiterat ipsa passibile, quanuis totius peccati expertem. Erat iuxta crucē opprobrijs atq; pœnarū, quia Eua stetit iuxta suauē lignum. Vidit illa prima omniū mulier, q̄ bonum esset: uidit uirgo uirginum, q̄ crux utiq; melior futura futuris creditibus esset: quia illud damnatiōem, ista germen edidit in salutem. Et illud lignū bonum ex natura, lignū uero crucis potius ex gratia: supergreditur omniō gratia Christiana naturam. Vidit illa q̄ esset bonū corpori ad uescendum, sed nō illico aspexit q̄ esset corpori & anime in posterum ad tormentū. Vidit uirgo regia, cognouit mater ecclesia, q̄ lignum crucis salutem anime, pœnam uero corpori pro tempore irrogaret, tan dē uero gloriam. Stetit illa iuxta lignū quod pulchrum oculis uidebatur: stat alma, stat concio Christiana iuxta crucem deformem oculis, turpemq; considerationi carnalium. Uidebatur illud lignū aspectu delectabile, sed tactu lætiferum erat. Apparet crux asperima omni aspectu, sed cum tactu mortem irrogat, effectū gloriæ uitæ donat. Assistebat uirgo cruci, & suo configebatur cum nato. Steterat cruda Eua iuxta uetitum lignum, & delectabatur uetita gustando cum uiro. Stetit illa prope arborem interdictam, non ex aliqua mala indita qualitate, sed obediētiam aut ueram inobediētiam designantē, ut cognosceretur in arbore fructifera dominus, qui ad æternam fructiōem electis inau dita & inuisa seu icognita parauerat. Stabat uirgo mater, stat ecclesia sancta prope arbore benedictam, per quā benedicatur pius amator eius, & sustinens illam in corpore cum offertur, per quam impletur uera iustitia, per quam perfecta obediētia exhibetur, per quā reprobat qui eius est inimicus, sicut ait Apostolus: Nunc autem flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus. Posuerat deus iustum edictū in ligno, nec uelut de re mala parentes primos ab esu eius uoluit abstinerē, sed dñs in illa cognosci, & meritiū obediētiae in re modica fieri, ut æterna præmia sequerentur. Quæ contempta, tanto fuit maioris demeriti, quanto potuit facilius custodiri. Ad quod lignū appropinquauerunt & male suasi gustauerūt, credētes ut dii fieri sapiētes, sciētes bonū & malū, de cuius fructu hausto p modicū, apti sunt oculi de gustatiū, nō q̄ prius aptos oculos nō habebat.

Gen. 3.

Philp. 3.

rēt, sed qā cognouerūt bonorū honorabiliū nuditatem, quīs ante in corpore inerubescibiliter nudī essent. & secuta est dānata posteritas, pro eo qd fuit inobediens nostra prioritas. Multis millibus elapsis annis, plantatū est pōrdinatione diuina horridum lignum ad cruciatum Chri, capitis nostri & mystici corporis eius, ex quo omīs pōnalitas Christiana sumpsit exordium, atq; cōsecratur in illo. Et tīpe factus est fructus eius, qd fructum arboris scientiā boni & mali primis parētibus interdixit. Et eregiōe nouū positū ē editū, ut de fructu eius, oēs sanā mētis existētes, oīno cōtingāt. Sed necdum fructū eius, sed pōenam eius excipiant, ut p̄tendit sententia saluatoris: Si quis uult post me uenire, abneget semetip̄m, & tollat crucē suā, & sequatur me. Bona fuit arbor illa, & in malū & in scādalū facta est. Mala est de suo gēne omīs pōena, & in bonū & defensionē pro pietate patientibus p̄sa est. Stabat em̄ iuxta crucē uirgo. Stetit & stat orthodoxa ecclesia iuxta pōenā assumptā uoluntarie uel illatā, quanq̄ de se malam, si uero pro iustitia toleratam, bonū glorię pariturā. Et in hac pegrinatōe, ecclesiā s. palmarie in uirtutibus ip̄ledet. Cum uero puenerit, summe fulget, qd ex horredis & malis cruciatibus ā tyrānis tot martyres habuit atq; p̄misit, & in uoluntarie assumptis confessorū atq; sanctorū turmā innumerabilem fecit. Ex arbore illa, bonorū nuditas est secuta: ex ista, glorię decora uestitio. Ex illa pudor seu erubescētia, ex ista honor & gloria. Ex illa, in mēbris prouenit detestanda libidō: ex rāctū uero huius, plenitudo capitur castitatis. Ex illa oculi ad confusione se mutuo intuentiū sunt apti, ex ista oculoꝝ ad aspectum glorię palpebrulā subleuant. Ex illius gustu credētes fieri ut dii, infra homines sunt redacti, qd Dauidica cōfirmat autoritas: Homo cū in honore eēt, nō ir̄lellexit; cōparatus est iumētis in sp̄itibus, & similis factus est illis: ex istius p̄ iustitiā gustu, p̄ adoptionē & gratiā fuit hoies filij dei, atq; trāsit in cōfortium angelorū. Ex illa credētes fieri sapientes, stulti facti sunt: ex stultitia uero crucis, oēs aeterna sapiētia inclarescūt. Per illam, mortē incurritur: p̄ istam, in peccatis mortuus reuiuiscit. Ac p̄ hoc standum merito iuxta crucē. Sed exagitat animus plura cōquirere atq; differere circa crucis mysteriū. Attendamus qd post plantationem illius ligni, qd dictū sit primis parētibus creatis, qd uero post institutā crucē dicatur nascētibus atq; intelligētibus ceteris. Dictum est de arbore bona, si de illa comederis, rei constitua emini: de cruce uero dicit, Nisi crucē & pō-

Mat. 16.

Psal. 48.

nam qd mala est, dilexeritis. Puaricatores efficiemini. Non qd de illa trācē de re mala datū sit interdicitū, neq; de cruce tanq̄ de re bona positū sit p̄ceptum, sed de illa re bona, secutum est malū, p̄uersa intētiōe utētis. Sic reuoluerēte uera iustitia redēptoris, de pōena mala exortū est bonū, iusta intētiōe patientis. Dictū est illis, si hanc arbore gustaueritis, morte multabimini: dicit de ista, si crucē & pōenā propositā pro iustitia negaueritis, in aeternū dānabimini. Ex illius tactu, existius uero in tactu mors horreda subsequitur. Qui ex illa gustauerunt, mortui sunt, & totā posterā sobolē mortis articulo ascripterunt. Qui uero istam suscipiūt, post pōenam & mortē ad gloriā reuiuiscunt. Mortui sunt illi, quia qd erat saue corpori, gustauerūt resurgunt gloriose, qd asperitatis corporis crucifigunt. Exules illi facti sunt ā paradiso p̄ lignum, p̄ crucē oēs exules reuocantur in regnum. Facta est arbor illa scala descensionis in barathrū, crux facta est scala ascensionis in caelum. Sed nec cruce intelligamus duntaxat illā liguorū machinā, sed omnem pōenam proprietate ac iustitia toleratā. Similiter & cōstantē iuxta crucem matrem, ecclesiā catholicā & animā quāpiam fidelissimam agnoscamus. Idcirco Maria Cleophae & Magdalena & discipulus, matri uirgini ascriptur.

De tertio Iesu in cruce uerbo, quod ad matrem suam & ad dilectum discipulum fecit, iuxta Iohannem solum. Cap. CXIII. **A**spexit autē pendēs librorū amoris atque dolorū, & meritoꝝ omniū ponderator assistentem uirginē, quā nunq̄ appellauit ex uocibus matrem, & discipulū plus dilectum q̄ diligentē, & ipsos solummodo affatus est. Vnde sequitur:

Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat. [Oēs autē testes uidebat Iesus, nec aliquis ab eo erat in uisus: sed hos tm̄ dicitur aspexisse, propter sermone qd ad eos factus est. [Dicit] Iesus matri suae: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.] Pulsantur admiratiōe omniū legentiū siue audientiū mentes, si quo motu, quo sensu, qua ratione, qua possibilitate, qua uero autoritate ista dicuntur, qd discipulus transeat in filiū uirginis, & uirgo habeat p̄ hōminē filiū, qd nō genuit nisi hominē deū, & sint duae matres unius hominis, qd uirgine natura hūana nō habuit, & sit filius ex uirgine, qui de corruptis parētibus natus erat ex femine. Et quid est quod tantum hos duos affatus est? Impossibilia quidem sunt haec, sed nihil impossibile deo.

Verum est qd Chrs sic dixerit: quod uerū est, dilectus Christi discipulus scripsit, & scimus quia uerū est testimoniū eius. Pietate similis & oratione opus est ad ingrediendum tale secretum altumq; mysterium. Mulier & non mulier, pro eo quod non mulier, sed sup̄ angelos & hoies & mulieres sup̄excedens, mulier accepit ā filio, quem cū aeterno patre unicum possidebat, p̄ter uentrem, quem ante in carne habebat ipsa nepotem. Sed in quo filiationis genere Iohannes uirginis factus est filius, aut eius mater facta est uirgo? Nō hic natura fauet, nō cōceptio, nō partus obsequatur, nō ingressus in uterū, uel denuo renasceretur, nō adoptio pro hāreditate in temporalibus post sequēda, nec mutatione aut explorata doctrina, nec ista differenda fuerant uerba Christi. Nec facta est locutio ut sit q̄si, sed remota omni fucatione uerborū, sic ā Christo legimus dictum: [Mulier, ecce filius tuus,] ut omī exclusa sup̄fluitate uerborum, secretum mysterij penetremus. Ecclesiā orthodoxam cruci assistentem, omīno reuelato mysterio, intelligemus in Maria. Omnē singularem animam nouimus in Iohanne. Filius in greco, nomē est amoris. Oīs igitur Christifere crucis amator, in amore transtulit ecclesiā, ut merito filius. i. amor ecclesiā nuncupetur: & ipsa Christi adorās & uenerans passionēs, matrem se constituat simili & ueneratī: & crucis amator matrem ecclesiā habeat, qd ipsum in Christo genuit, magis q̄ illa quā illum ex peccato dānatū mundo suscepto semine generauit. Mutatur hic maternitas & filiatio ex uerbis Chri sub arbore sanctae crucis, quā natura transtulit in gratiam, & grā nobilitat profecto naturam, nō qd una commutetur in alteram. Mala mater Eua corruptae naturae, bona ecclesia almificae mater grāe. Datur mater grāe pro matre naturae. Manet mater naturae, manet mat̄ ex grāe. Erat em̄ Iohāni mater Maria Salomae in ordine succedentis naturae, est mat̄ sibi uirgo in ordine uerāe gratiae. Est mater Eua cūctōrū p̄ traducē naturae, est ecclesia mater oīm fidelium p̄ infusionem inuisibilis grāe. Non desinit esse Iohannes filius corruptae matris, quia imperio Chri factus est filius uirginis: nec pōt nō esse filius uirginis, quia fuit ante filius corruptae matris: quā prius est qd carnale, deinde quod spirituale est, aut esse potest. Protinus non desperemus, quia unus idē homo est per naturam, Christianus p̄ gratiam, & per unam hois filius, per alterā dei filius appellatus. Voluit etiā Chrs in cruce pendēs, anteq̄ moriens, p̄ oīa suam postendere charitatem, & quātū dignitatis hūanā naturae cō-

tulerat, ut firma spes eēt remeationis ad patrem. Vñ si dedit potestatem filios dei fieri his qd credūt in nomine eius, qd nō p̄ naturā, sed p̄ genitus est p̄ gratiā, cur nō dedisset nobis qd effemus filij matris eius, qd fit p̄ gratiā, nō p̄ naturā? Plus em̄ est qd sumus fratres eius ex patre, qd qd sumus ex matre. Plus ex aeterno deo, qd ex tēporali parente. Non dedignatur Chrs humanum genus propter naturā conditam, qd bona fuit, nō p̄pter corruptā qd in uitio turpuit, nō ex criminibus qbus inuoluitur: quā si uelimus, ipse uelit nos ex utroq; parente, tā ex aeterno, qd ea qd fuit ex tempore, suos p̄ gratiā esse germanos, ut unā cū ipso aeterna sit nobis hāreditas. Mira naturae mutatio, nō tm̄ transmutatio. Mira inductio filiorū, sed in mirabilibus hoc mirabilis inclarescit, qd grā non extinguit naturā, & natura nō confundit in istā gratiā. Vtriusq; iura seruatur in homine, naturae s. in q̄ natus est, & grāe in q̄ renatus est. Et ex hominibus corruptibilis natis, filios fieri posse incorruptiōis, nullatenus dubitemus: & de in libidine cōceptis, in filiationē posse ingredi honestatis. Ac p̄ hoc immutabilē edicto inuuit, qd plus quā trāslatio facta est de natura in gratiā: & addita est grāe maternitas ad filiū naturālē, qd sub fomētis & erudimentis uiuat secundae matris, prima nō abolita, sed submissa: quia nemo cū uenit ī gratiā, desinit esse hō, sed retinens qd p̄ naturā accepit, q̄litate mentis & morib; corporis sup̄ hominē p̄ gratiā uiuit: nā plus qd hō qd est p̄ gratiā, qm̄ hō fuerat p̄ naturā. Diuino igitur iure plus debemus grāe q̄ naturae, & plus illā uenerari atq; diligere in nobis, qd id qd natura fecit in nobis. Nam illū uerū finem boni quē omīs aīa rationis capax, qdā instinctu naturali plus gliscit, quīs qdam errore obice ab illo illū fugiant appetentes, nō prima natura mat̄, sed grā mat̄ secunda consequitur. Et hoc est qd ex natura mater, cum dexteram regni atq; sinistrā pertisset pro filijs, non accepit: quia nō naturae, sed gratiae superna debetur hāreditas. Quā Iohā. 19. obrem [ex illa hora accepit eam discipulus in suam.] Ex illa hora, scilicet qua Christus pro matre reddidit matrem, aut matri naturae addidit matrem gratiae. Discipulus matrem uirginem in suam animo reuerenti, capite inclinato suscepit. Nec quisquam humanae pietatis amore pro compassione uirginis existimet, qd pro filio dei acciperet filium Zebedaei: & quod pro moriente Christo, pro successore tenendus esset Iohannes: quoniam Christus nec se uirginis filium denegauit, & indubitatam resurrectionis proximae fidem alma uirgo tenebat.

Mat. 20.

Iohā. 19.

Proinde talis filij nō erat oportuna successione ita uirgo doloribus auferebat, ut talia q̄ agebātur mysteria, ignoraret. Christus uero nō p̄ eo q̄ moriebatur, hoc agebat fen sualiter uel humane, sed in eo q̄ deus uerus in aeternum uiuens, diuine pro magno mysterio decernebat, ut naturæ uirtus & gr̄a, deum æterna felicitas adderet. Hæc sub cruce perpendēt in cruce decreta sunt atq; firmitata, ut crucis mysteriū fulgeat. Nec tñ in tueamur ligni figurā, sed q̄ in ineffabile atq; inuisibile sacramētum a seculis absconditū, nunc in tali tēpore reuelatū. Celebrata sunt hæc in uirgine matre, uirgine filio: in una femina, unoq; uiro. Quæ ambo sunt uirgines, non excluditur quin in hanc filiationē possint uenire corrupti, qm̄ uirgo est ecclesia in electis. Quæ uero duo, unus masculini sexus, altera foemini, distinctū in his sexibus humanū genus pro his qui saluandi sunt astruunt, ut nec nefas sit credere, q̄ æqualitate saluetur. Proin̄ amanda est crux, amandæ sunt Christi passiones. Cum Chfo cruci simus affixi, ut diuina in nobis & honorāda mysteria celebrentur, & in nobis gr̄am plus q̄ natura oīno ueneremur, & uiuamus nō ut naturaliter, sed uelut a gr̄a gn̄ati, ut plus in mēte p̄ualeat, q̄d p̄stitit gr̄a, q̄ natura, & in moribus magis fulgeat uita gr̄a q̄ natura.

De tenebris horrendis in cruce uisione Iesu factis, quid sibi uoluerint. Cap. CXV.

Mat. 27
Mar. 15
Luc. 23

A Sexta autē hora tenebræ factæ sunt sup̄ uniuersam terrā, usq; ad horam nonam.] Ecce q̄ aer obducitur tenebris, obfcuritate uestit, in testimonium sceleris q̄ innocens morit. Eclipsatur contra naturam sol, q̄ contra iustitiam patitur uerus sol, & auctori uitæ morienti nobilis lux cōdolumit. Et q̄dam iure uindictæ, datæ sunt tenebræ mundo ignorant: qm̄ mundus dei filiū non cognouit. Et horridas tenebras Iudæi patiuntur, q̄ obtenebrati mente, dei filiū damnauerunt. Olim Aegyptijs obtenebratis, filijs Israel lux fulgebat: nunc uero ysa uice peragitur, ut ip̄s obfcuratis in fide, lux fidei Christi gentes infulserit. Hæc tenebræ p̄ter id quod uisibiliter in exterioribus gestum est, in altiora mentes hominū tollunt. Nam mirō modo uoluit tunc deus circūcidere oculos hominum cū tenebris densis, ne uisus in obiecta forinseca uagaret, sed ut ingrederetur ad cor, ad considerationē eorū q̄ agebantur dei filio, & in ipso agebantur. Et diē uertuntur in noctem, ut intensior fieret cōtemplatio arcanorū. Impedit sæpe interior oculus a perspicuitatibus suis, cum exterior uagatur in luce corporea. Et cum remittitur exte-

rius uisus, intenditur interior oculus. Nouerunt hæc alta & subtilia meditantēs, q̄ ut rei ueritatem, q̄ tñ animo interlucet, acutius uideant, palpebrant super oculos corporis, ne aliqua exteriora conspiciant. Et natura uidentes, in dustria ceci fiunt. Diffiniertit nēpe sancti & natura periti, noctem, q̄ diem, esse speculationibus aptiorem. Et quendam sanctorū legi de ortu solis aliquando fuisse cōquestum, pro eo q̄ contemplationem solis inuisibilis & intelligibilis impediret.

Induxit igitur dñs tenebras sup̄ orbem, ut nec aliquid intueretur oculi, ne moueretur & pedes, ut in quiete corporis & priuatiōe forinseci luminis, sed uelut meditantur hi qui prope, similiter & qui longe, dei filij passionem, similiter & omnem mysterij actionem. Sed multi propinqui atq; remoti, qui tunc nec contuiti sunt, aut contēplantes potuerunt in notitiam deuenire, deuenertit in posterum. Et ex illis tenebris annotato tempore quo factæ sunt, magna lux fidei in cordibus hoīm interluxit: q̄a sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Huius ueritas patuit, cum curiositas Atheniensium tenebræ horas fecerit annotari, ex eo q̄ stupor obrepserat, solem contra naturæ ordinem eclipsari, ut nō pars solis ex interpositione lunæ, q̄ tota tota etiam obex facta eclipsare non posset, sed totus diuina potentia sit conuersus in tenebras. Qui tunc ultra capere non ualentes, p̄ ignoto deo fieri decreuerunt, sic q̄d futuræ memoriæ characteribus mandauerunt. Ad quam ciuitatem p̄dicator gentium ueniēs, cum Areopagitis facto congressu, Dionysij conuertit ad fidē, causam palmarē differēs, cur p̄ omnem terrarū orbem illo die tenebræ sunt diffusæ: nec non quē illi deum ignotum dicebant, notū eis discreuit, ut semp̄ illarū tenebrarū memoria cum aduenerit, ad cōsiderationē internā mentes hoīm referat, ut cōtemplētur mysteria dñicæ passionis, cū in tenebris p̄spiciantur uideantur lumina & opera ueritatis, q̄ i splēdore lucis cuiuslibet corporalis. Multam nouimus in corporeis utilitatem, in spiritualibus autē nullam. In illis multi euigilauerunt ad Christum, & multa in uirtutibus & diuinis theorijs, & pro moribus agendæ deuitandæq; uitæ cōprehēderunt: in istis multi reprobi facti sunt. Lux uera sectatoribus ueritatis i tenebris lucet, sed illæ tenebræ corporales atq; in q̄bus uitacat naliū agitur, eam cōprehendere non poterunt. In creationis exordio diuisit deus lucem a tenebris: lucem siquidē appellauit diem, tenebras uero noctē. Porro nox, nomē est gentiliū poetarū, ut deriuatiōe aut signi-

ficatione pueniat a nocēdo. Quod uero nocet, est malum: nihil em̄ nisi malum nocet. Sed absit a cultoribus ueritatis, q̄ deus aliqd mali creauerit aut ordinauerit in pulchritudine uniuersi. Quamquam em̄ tenebræ præcedant lucem, nox diem, non tñ ex hoc malum sunt iudicandæ: alioquin iudicaret ipse creator, & uniuersi ordo causaretur qui tali alternatione peragitur, ut nunc dies fugatis tenebris, nunc nox abscondis radijs lucis adueniat. Et deus uidit cuncta q̄ fecerat, & erat ualde bona. Expedit quandoq; noctem adesse siue tenebras, & aboleri diem & lucē aliquid quando super terram, & sic cōtinue alternari. Habet suas utilitates corporea lux, ut cognitionem in actionibus & rerum uisibiliū præstet. Et discreta, ut sunt, omnia facit ipsa uideri. Tenebræ autem similiter suis cōmodis decorantur: nam in rebus imaginalibus, intelligibilibus, inuisibilibus, ad quas motu corporis aut actione corporea non est opus, ad indagatiōem ipsarum aptitudinem operantur: & a laboribus diurnis seu ab his quæ aguntur in luce, quiescere corpora hominum faciunt. Et dulcis somnus ad cōmodum corporis capitur, cum hemisphæriū superius tenebris obuelatur. Quamobrē præter id q̄ omnia condoluerunt auctori uitæ in carne morienti, & testificata sunt non hominem purum, sed etiā deū uerū, magna utilitate illo in tempore induxit dñs tenebras super terram, ut obtenebrato corpore plus mente uideatur. Quæ ex sexta diei hora excludit, usq; ad horam nonā inclusiue mansisse feruntur, s. trium horarū spatio solem tulisse in decetem eclipsim ex ordine cursus solis & lunæ: decentem uero, quia sic creator omnium uoluit. Trium autē horarū spatium, trinitatem incretam innuit, q̄ totaliter rota erat in homine qui patiebatur, quamuis solius filij carnis esset assumptio, a Iudæis uel lux a tenebris ignorata. Et in his tribus horis tres sunt propulsatæ uirtutes, sed potius in hominibus eclipsatæ, in quibus ad deum anima peccatis mortua reuiuiscit, ut est fides, spes & charitas fructuosa. Et tres in anima hominum sunt hebetatæ potentie, ut propter hominū scelus huicfemodi cōmitteretur scelus, ut in carne moreret altissimi filius. Quæ autē de tenebris dicit, q̄ factæ sunt, scilicet a duobus euāgelistis, ab alio q̄ tenebræ factæ & sol obfcuratus, sed unū prouenit ex altero, ut ex obfcuritate solis q̄ cœpit hora sexta, tenebræ sequerentur usq; in horam nonam, in qua Christus uoluit expirare antequam tenebræ pellerentur, post expirationem ilico signa cætera sunt secuta.

De quarto Iesu in cruce uerbo, secundum Matthæum & Marcum solos. item de Christi derelictione. Cap. CXVI.

Mat. 27
Mar. 15

Circa ergo horam nonam inceptā, nō cūm q̄ completam, [exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli Eli, lamazabathani. hoc est: Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti?] Exclamat Iesus ad patrem, non in forma dei, sed in forma seruili, ut homo in doloribus positus mortiq; uicinus. Et pro se dolens loquitur, quasi causam exigēs, cur innocēs sit derelictus in pœnis. Eli & lamazabathani, lingue Hebraicæ sunt uocabula: quæ obmittētēs, interpretationem quam euangelista utaq; addidit, profectamur. Homo Christus est qui loquitur: Deus meus, creatione deus, meus unione, ut quid dereliquisti me? An forte sibi met compatit, & flebili uoce se derelictū exclamat: An causam inquirat, cum ipse causam qua derelinqueretur, nō dederit? An admiratiue loquitur, ut, quid est id propter quod tam uile dereliquisti me? Magis autem dixerim, ut uellet notum fieri quare fuerit derelictus, quia non suo, sed humani generis merito fuerit derelictus. Voce magna exclamat, qui magna tormēta patitur. Voce magna, quia iniustitia quā patitur, magna. Voce magna corporis, sed plus in uirtute. Voce magna, cui pœnæ non præualebant, nisi quantum ipse uolebat. Non enim adhuc erat uirtute corporali effectus. Voce magna, ut eum audiant atq; sciant in cruce pendentem, & de proximo morientem, quem suauiter ubiq; docentē pertinaci animo contempserunt. Vult audiri per altitudinem uocis ab his, qui obstecti tenebris, fere aut non forte uidebant.

Sed hoc quod uoce magna intonat, attendamus. Congeminat, Deus meus, deus meus, uelut corporis & animæ creator, cui utriusq; debuit esse cura, cui in anima & corpore obediuit. Car dereliquisti me? Signanter de se loquitur, cum deus neminem in se sperantem dereliquerit. Hinc est quod de ipso propheticè prædixerat ante Dauid, primo se derelictum, deinde alios non derelictos exclamitās. Inquit em̄ in psalmo cuius titulus est, pro susceptione matutina quæ Christum insinuat: Deus deus meus, respice in me, q̄ me dereliquisti: longe a salute mea uerba delectorum meorum. Statuamus in altitudine mētis nostræ Ch̄m, quid habet ex eo q̄d deus, quid ex eo quod homo uerus est, quid ex eo quod corpus mysticum, scilicet ecclesiam coaptatam habet: & scintillabit non per modicum, non ad plenum quid in istis sermonibus latet. Ex eo quod deus est, oīa

Psal. 21.

summe tenet, æquus est pro omnia pro, nihil pati aduersi potest. Passiones illæ diuinæ naturam in Christo non attingebant, neque derelinquunt, aut sibi auxilio opus est. Prædixerat quod est, cum Iudæis disceptando loqueretur: Et quod misit me, mecum est, & non reliquit me solū, quia ego quod placita sunt illi, facio semper. Similiter & discipulis, proxime aliquā caperet, dixit: Ecce ueniet hora, & iam uenit, ut dispensamini unusquisque in propria, & me solū relinquitis: sed non sum solus, quia pater mecum est. Ex eo uero quod homo est & mysticum corpus habet, in clamoratur. Petit Christus ut homo, deus in se respicere, ut innocentiam eius, aspiciat & æquatem, & quod omnes, cur patitur, intelligat ueritatē. Non petitur a Christo diuinum in eum respectus, ut liberetur a poenis, sed ut iustitia poenæ ipsius capitis, in iustitia mystici corporis conuertatur. Quod & factum est. Nam iniustitia Christi non dignus potest pati, facta est iniustitia mystici corporis indigni saluari quod saluat. Clamat igitur saluator omnium Christus, intensum affectum mentis gemina uoce manifestans: Deus meus, deus meus, respice in me, pro corpore meo futuro, ut iniustitia quod in me agitur, ad iustitiam pro salute meorum fidelium, scilicet mei corporis, deriuetur. Quod autem adiecit, quare me dereliquisti, sicut ex propria uoce in cruce clamauit, non ex ignorantia processit. Nouerat enim sanæ quare derelinqueretur in poenis, sed ut in note secretis cæteris, pro quibus, talibus supplicij torquebatur, ut etiam moreretur. Nam ideo Christus est derelictus in poenis, ne nos derelinqueremur in peccatis, ut ipsius derelictio sit nostra liberatio peccatorum. Ideo derelictus in poenis suis, ne nos derelinqueremur, cum pateremur, in nostris. Ideo derelictus in poenis temporaliter, ne nos æterne in inferno damnaremur. Temporalis enim illa Christi derelictio, suos fideles exemit ab æternitate poenarum. Derelictus est corporaliter pro modicum ad tempus: ista tamen ex fide resurrectura speramus. Derelictus est in poenis, ut ex ipsis delectatio nostra nascatur. Derelictus in morte, ut ex illa nobis æterna uita proueniat. Derelictus ipse in nocens, causam agens in cruce salutis nostræ, ne nos peccatores & miseretur turbaremur aut miraremur, si aliqui pro spe supernorum in agonibus martyres audierimus derelictos, aut si quippiam prosecutionibus exactus pro Christo, proposita spe, relinquitur ad tempus: quoniam hoc habet ordo diuine iustitiæ in ueris fidelibus, ut derelicto corpore, robore spiritus interioris & gratia data in passionibus inlarescat, uirtus in suis actibus fulgeat: cum non cesserit minus ac tormentis, cum non absterretur a morte uelut pro quandam agonis iustitiæ, dei etiam misericordia hoc agere, uitam consequatur æternam. Ac per hoc nullus

querelæ sumat audaciam, si sibi ob quippiam derelinquere uidetur, cum noscamus in poenis, quod quod moreretur, Christum dei filium derelictum. Quis non toleret patienter iniurias & quaslibet persecutiones, cum Christum audimus in cruce derelictum: Quis non pro seipso libenti animo patitur, cum ipse pro nobis derelictus sit patitur? Quis contulabitur pro modicum aut per amplius nocens, si poenis exagitur, cum Christus dei filius omnino innocens, derelictus in poenis talia patitur: Quis tenellæ conditionis & carnis immurmuret cum affligitur, cum Christus de spiritu sancto conceptus, derelictus in cruce cognoscitur? Quis mēte non gescat, ne ex clamit ore forissecus, cum audit exclamari quod derelictus est Christus: Quietē menti, silentium ori apposuit omnibus quodlibet patientibus, cum exclamauit deus meus, deus meus, ut quod dereliquisti me? Quod uero pro suo corpore mystico aut pro humano genere loquatur, scriptura in psalmo subsequens manifestat, Longe a salute mea uerba delictorum meorum. Non habebat Christus derelictum neque peccatum, sed delicta humani generis sua fecit, pro quibus ita passus est, uelut si fuisset obnoxius. Vni ista ueritas ex his uerbis elicitur: Verba mea causa delictorum meorum longe sunt a corpore meo, ut delicta hominum quod mea feci, pro quibus uelut pro meis patior in hac hora, sic derelictum corpus longe faciunt a salute, ut omnino aculeo mortis diuerberet. Alter enim non minus utilis sensus in his uerbis includitur, quare me dereliquisti: quia uerba delictorum meorum, uerba scilicet delictorum hominum meorum, de quorum numero pro carne assumptione factus sum, longe sunt a corpore. Non enim habent unum saluantur, carerent unum salutem appropinquent, non exaudiuntur cum in clamant, aut quod clamant, ignorant, quia derelicti pro peccato parerentur. Multa etiam ex proprijs adiecerunt, non formant unum salutem: ideo pro derelictis meis, ne in sempiternum derelinquatur, in hac hora in sanis poenis tu pater dereliquisti me. Igitur derelictus est pro derelictis, quorum uerba longe erant a salute sua. Verum si huc intelligatur hæc scriptura pro derelictis & peccatis, siue pro hominibus derelictis, in hac sententiam cadit, ut uerba delictorum Christi, non quod ipse commiserit, sed quod ad purgandum assumpserit, longe sint a Christi salute. Præter hæc aliter tractantes dicimus, in intentione prius titulum includentes, pro assumptione matutina, seu pro cerua matutina. Orabat multa patiens pro assumptione matutina, ut scilicet deus pater eum respiceret ad resuscitandum iam mortuum in hora matutinali, quæ in meridie, ut omnino moreretur, reliquerat. Pro cerua uero quæ cito transfuit, idem Christus qui cito sur-

rexit, aut quia ipsa renouatur comestione serpetum: sic Christus renouatus est, cum demones moriendo deuicit, momorditque infernum, ut statim resurgeret a mortuis, immortalitatis stola renouatus. Quod autem in psalmo sequitur, quietat fidelium mentes: Deus meus clamabo per diem, & non exaudietur: & nocte, & non ad insipientiam mihi. Clamauit oras carnis petitiones pro diem ueritatis, & nocte alienigenæ infidelitatis, scilicet hominum persecutorum: nec exauditus est, quod sibi ad insipientiam factum non est: sciebat enim quare sic derelinquebat a patre. Nihil a deo aut ab hominibus Christo ignorate fuit in ipso pactum. Nec etiam causam rationem eorum agebatur, ignorabat. Quod uero modica interpositio uerborum facta subintulit, In te sperauerunt, & non sunt confusi. Patres antiquos David commemorat in persona Christi pro quibus, quos deus pro de pssuris nimis liberauit. Nam liberauit Noe de altitudine inundantium aquarum, Abrahā ab omni malo utique quaque protexit. Non dereliquit Isaac, adiuuat in uarijs agonibus ipse Iacob, seruauit in Aegypto Ioseph, tutor eius fuit in carcere. Moyses & Aarō a duritia eripuit durissimi Pharaonis, & longum exenarare oēs pro singula. Hoc idem filius Sirach ad arguendum eruditionis commemorat: Respicite filij nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in domino & confusus est. Quis permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit illum, & despexit eum? Hæc quidem omnia Christo conueniunt, & nihilo minus derelictus. Proinde de seipso quod gemens exclamauit, eo quod est a deo præ cæteris patribus derelictus. Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Non uestitur corpus uermium a natura, ut aues plures, animalia pilis, pisces squamis, & corticibus arbores, non ab arte, ut homines panis. Sed quid? Ex omni parte derelictus est uermis. Luuant se mutuo ipsa uolatilia pennata, & pulli a genitoribus alunt temporibus diffinitis, & plerumque a contrarijs gregatim se tuent, & alternatim se iuuat ad eficas. Hoc idem animalia & marina & natantia faciunt. Vermis autem plus est in suo genere derelictus. Et nec esse potest similitudo inferior, quod comparari uermi. Proinde dicit: Ego autem sum uermis, uidelicet uelut uermis, non uelut homo reputatus, aut in pressuris aditus. Homo enim erat, & non hominem se propter nimiam abiectioem dicebat. Quam obrem adiecit, opprobrium hominum & abiectio plebis. Sed hæc derelictio, hæc infirmitas, hæc abiectio non ad insipientiam fiat nobis, ut alte pensemus quis est iste quod derelictus est, ob quā causam sic ab-

iectus est, quod nobis ista derelictio profuerit, quod a nobis exigat in poenis derelictus a patre. In his multa uigilia opus est, multa consideratione agendum, ne minus debito in ueniamur in reprehensionibus huiusmodi efficaces. Sed quod deinde per Isaiam prophetam ad Ierusalem, hoc dicitur Christo pro ecclesia sua, hoc est, ecclesie merito Christi sui sic a patre prosecutionibus derelictus: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parum a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hæc Christo derelicto conueniunt. Hæc ecclesie collectæ de gentibus, hæc synagoga conuersæ in fine seculorum, hæc quibuscumque conuersis peccatoribus, hæc omnibus pro Christo in hoc tempore umbroso patientibus mala duntaxat, non alio merito nisi quia derelictus est Christus, ut cum ad punctum sit a creatore sua dispensatione derelictus, & in magnis miserationibus ad ipsum congregatio fiat, cum faciem abscondere uideret, pati mala permittens: cum indignari uideretur, misericorditer sauiens: pactis agonibus, semper piterne dans supernam gloriam, miseretur. Id autem quod dictum est, [Eliam uocat istem] & [Videamus an ueniat Elias liberans eum]. Ideo ignorantia cruci assistentium & non intelligentium linguam Christi, prouenit, qui nomine Eli, deum patrem inuocabat. Et scire fit, ut defectu male intelligentium, unum interpretem pro altero. proinde plerumque defectu intelligentium error pessimus sequitur, & obuenit morum detestanda peruersitas.

De quinto Iesu in cruce uerbo, iuxta solum Iohannem: & quæ fuerit Christi sitis, Caput CXVII.

Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitis.] Fere iam in Christo omnia completa erant tormenta & mysteria passionis: hoc restabat, prædicte scriptura, quod ante mortem proxime uenturam sitiens potaretur aceto. Nec scriptura, ut scire diximus, causa erat ut taliter potaretur aceto: sed ut scriptura ideo consummaretur, quia filius pro prophetam hoc predicere fecerat, quod ipse sic ut ab æterno prouisum erat, in suscepta carne pro nobis fuerat impleturus. Inquit porro scriptura, quod passionis tempore in Christo sitiens consummatus mandata erat: Et dederunt in escam meam fel, & pial. 68.

Non est fas credere, corporis quod fuisse fomenta, quod ipsum tam prompte tradebat in mortem. Sed nec a ueritate absonat si fitiuit, cum multis agnatis molestissimis, etiam fitis passibilitate assumptis in carne cum ceteris, ad cumulatum passionis, & in testimonio assumptae carnis. Sed hoc a ueritate omnino discrepare uidetur, quod ad refocillandam fitim ipse, sitio, dixerit: sed forte uox illa enunciauit, quod patiebatur, non quod uitremedii. Admiratio magis attollitur & introuehimur in maiora secreta, quod uerbum corpori competens, aia comodauit: & expressit per corporis uocem, uehementem aia suae naturae salutis affectum. Sitiiebat enim salutem omnium animarum. Ab aeterno enim deus accidit, quod deo erat, ei sitis affuit aiarum: non enim accidit accidentia creatori: sed quod erat aeternum atque secrete, humanatus filius modo fitiuit in carne tempore passionis, uidelicet quod celebrata sunt mysteria naturae salutis. Nec decebat tale desiderium alio in tempore aperiri, nisi eo tempore quod redemptiois naturae precium per mortem & sanguinem soluebatur, quod animum figuris & aenigmatibus sepe in testamento ueteri sit ostensum, prophetisque reuelatum. Mirum ergo quod fons sitit, omnium aquarum redemptio sitit, quod omnium sitim uenerat tollere: patitur, quod ab alijs uolebat auferre. Inuita uerat ipse mulierem de Samaria, ut ab ipso ex peteret aquam scyphum, ne sitiret in aeternum: & nunc patitur sitim, non nisi quia caput naturae pro nobis ad patrem, sitio, alte clamat. Pro nobis omnibus loquitur, se sitire cōtestans, uelut caput pro membris. Et desiderium quod humanum genus habet aut habere debet salutis propriae, ipse Christus expressit in cruce. Et sitim exprimens, sitim a nobis exposcit, ut si nos sitit, & nos sitiamus ad eum. Hoc enim Psalmista praedocuit: Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quod ueniam & apparebo ante faciem domini: Nec non Christi sitis aspicebat in mortem, ut etiam mori pro humano genere uehementissime affectaret. Et illi us ineffabilis desiderij uox illa, sitio, erat indicium, quod uoluntate paternam cito perficere nitentebatur, quod in id ex sua passione tenebat, ut cōfunderetur inuisibilis Pharaonis imperium, ut expoliaretur per se, quod non sua probitate, sed astutia & humana fragilitate tenebat. Non enim hominem seu humanum genus congressu bellicose probitate deuicit, non iusta lege certandi. Porro improbus praedo expoliatus erat, quod desiderabat expoliatus. Ac etiam in reformationem deformatae imaginis illud desiderium ferre batur, ut reformarentur, ad quod formatae tempore creatiois extiterat. Proprium est bene instituentis magistrum, & bona instaurantis, non quod scire, nisi restitueret si deperit aliquid ex euen-

tu. Et sollicito nuncio est gliscimē, quod in mente perficiant. Acceperat in mandatis a patre filius aeternus in tempore nuncius, ut reuocaret errata, restauraret deperita, & altera mansiones repleret in superis, ex imis atque deorsum, & conueniret in unum beatificum sine multitudine ciuium supernorum, & laboriose pegrinantiū hominum. Haec signum Christi iam moriens scribebat.

De aceto, spongia, hyssopo, arundine, quibus potatus est Iesus in cruce: item de duplicis potatione. Caput CXVIII.

Vas ergo positum erat aceto plenum, ^{Mat. 27} ^{Luc. 23} ^{Ioh. 19} Illi autem spongia plenum aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Vas paratum erat plenum aceto, & forte proprie acetabulum erat ad passionis augmentum, ex certa malitia magis quam casu fortuito. Illi uero spongia impleuerunt aceto. Haec enim ipsi detulerat seriose potatione, quae sitim paratam habebat, ut nec ad ciuitatem recurrere foret opus: quae suae proprietate ostendit, quod in eius passione conueniret. Cauernosa enim est, & ex omni se cum immittit, imbibit illa liquores, ut intus & extra appositis maderat ipsa liquoribus. Sic enim erat iudaeorum dānata conditio, ut intus & extra contra Christum amaritudinis pleni essent, & cauernosi ad suscipiendum inuisibile regulum, & aduersus Christum malignitatis omne commentum. Verba uero apposita, scilicet hyssopus, amarior potum effecit. Quāuis enim medicinalis sit, amaritudinem habet in gustu, maxime aceto permixta. Et aفسoriū aquae fieri solebat ex hyssopo, ut ex spongia ori apponeret potus, & ex hyssopo aspergeret per derisionem aceto etiam Christi uultus, quasi hominis ex labore sudantis. Quod autem Mattheus euangelista expressit, Et continuo currēs unus ex eis, accepta spongia impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Similiter & Marcus in hora cum Iohanne, & actione concordat, dicēs: Currēs autem unus, & implet spongia aceto, circumponēsque calamo, potum dabat ei. Iueritate huius feruē potationis insinuat. Attollebatur Christus a terra per crucem, ut etiam oportuna esset arido seu calamus, ad offerendum potum ori eius. Cum arundine percussus est Christus caput, & cum arundine offerit sibi potus amarus, ut in omnibus ostendatur iudaeorum & torquentium Christum omnium, bonorum omnium tota uacuitas, & eorum ariditas a uirtute, nec non ex ultione cito futura. Nam ab ariditate nomen sumpsit arido, ut instrumentum hoc passionis, mala significatio atque praestigio, male agētibus omnino conueniat. Calamus calamitatem insinuat, quod nulla maior quam non impleri de Christo, aut de ipso per delictum uacuum fieri. Vacua enim in interioribus est arido, & per se cito arefcit. Sed in tēta cōreplatio legē-

tibus in dubium uertitur, an semel tantum seu bis Christus fuerit amare potatus: nam ex Mattheo & Marco bis Christum potatum legimus: semel, antequam confingeretur in cruce, non petentem: & iterum circa horam nonam, cum secundum Iohannem clamaret se sitiitem. In prima cum gustasset, noluit bibere in secunda uero dicitur: Cum accepisset Iesus acetum, &c. In prima uinum myrrhatum cum felle, in secunda uero tantum acetum exprimitur. Proinde Mattheus de prima potatione dicit: [Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariae locus, & dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere.] Et statim sequitur: Postquam autem crucifixerunt eum &c. De secunda uero post quatuor uoces a Christo emissas, cum in quinta uoce secundum Iohannem dixisset, sitio idem Mattheus intulit, *Et continuo currēs unus ex eis, accepta spongia impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.* Similiter & Marcus, ut dictum est. Cur ergo isti duo euangelistae bis potum commemorant, nisi quia bis asserunt Christum potatum: Nec obstat anticipatiua locutio, sicut euangelistae saepe faciunt, ut prius aliquid enuncient, post modicum serius cum interpositione etiam gesta declarent. Non enim expediebat ut de una modica & breui actione fuisset locutio bipartita, nisi bis fuisset actio ipsa repetita, maxime de mysterio passionis, ubi uelociter omnium euangelistarum sermo percurrit, ut nullius actionis repetat semel dictum, nisi actio ab autoribus repetatur. Nam si tantum circa horam nonam potatum aceto credimus, quae fuit ista necessitas, ut illico cum Christus peruenerit in locum crucifixionis, ante omnia potatum felle myrrhatumque uino euangelista commemoraret: quod & Marcus idem dicit:

Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, caluariae locus, & dabant ei uinum myrrhatum bibere, & non accepit. Et statim sequitur: Et crucifigentes eum, &c. Et crucifixione, uentilatorum diuisione, derisionibus & delusionibus principum & sacerdotum, militum atque latronum, tenebris interpositis, iterum circa horam nonam clamantem atque sitiitem, alius euangelista non asserat aceto potatum esse. Sed non immerito de hoc creditur, sicut de gestis & dictis alijs saluatoris: aut quod unus obmisit, alter dixit: & unus dixit, quod alter obmisit. Et ex hoc, textus euangelij ueritate inspecta, colligitur, quod de prima potatione, ubi uinum myrrhatum commemora-

tur & felle, Mattheus & Marcus dixerunt: de secunda, in qua tantum acetum offertur, etiam Mattheus & Marcus, Lucas & Iohannes explicite differuerunt. Et sic illa scriptura consummata credatur: *Dederunt in escam meam felle.* In prima uidelicet, quando ipsi non expetiti, nec Christus se adhuc sitire clamauerat. Et in siti mea, scilicet cum sitio dixit, potauerunt me aceto. Acetum fuit natura uinum, sed alteratione arefcit: & amarum efficitur gustui, cui dulcia saepe placet. Sic enim homines natura boni sunt, sed fiunt ex horrendis affectibus & corruptis moribus peccatores: & arefcunt, ut etiam diuino palato sint amari. Veruntamen si bis hoc factum, & semel dictum, aut bis dictum & semel factum legamus atque credamus, a me hoc in loco bis disertum est, ad ostendendam acerbiteratē dominicae passionis, & crudelitatem humane iniquitatis. Quid autem de hac tenendum, me atque ceteros tenori sanctae matris ecclesiae recommitto, quaestiones & pugnas & dubia in meis operibus omnino deuitans.

De sexto Iesu in cruce uerbo, iuxta solum Iohannem: item de consummatione. Caput CXIX.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, ^{Ioh. 19.} ^{Luc. 23.} dixit: Consummatum est. Praedixerat apostolis ante saluator: Et consummata sunt omnia quae scripta sunt de filio hominis. Consummata sunt omnia quae praedixerunt eum, quae nunciauerunt Christum uenturum, nasciturum pro nobis, conuersaturum nobiscum & peracturum, dicturum, passurumque: tanta etiam pro nobis, & mors statim subsequitur, in qua causae redemptionis nostrae mysterium consummatur. Consummata est uita Christi, secundum placitum sui patris. Impletum est paternum imperium, perfectum est filiale obsequium. Ad impletum est desiderium patrum, destructum est daemonum dominium uiolentum. Consummauit, ut primus recitat prophetarum, creator omnium deus omnia opera sua die sexto, & die septimo requieuit. Sic Christus in cruce sexto die omnia opera creationis perfecit, & requieuit sabbato in sepulchro. Perfectus Noe arcam in centum annis, quam uno consummauit in cubito, ut in eo genus humanum saluaretur, ibi duraxat octo annis reseruatis. Consummauit Christus in cruce salutem totius humani generis, si merito iusto fuisset accepta in praecedentibus cunctis, similiter & suscepta in sequentibus singulis. Quam salutem in cruce uelut Noe in arca, & crucem & passionem asperam in unitate fidei consummauit. Et consum-

Psal. 7.

matio cōsummationi apposita est in cruce. Prædixerat autem Dauid: Consummetur nequitia peccatorum. Nunc uero consummata est, quoniã nulla maior nequitia q̄ dei filium interficere, & zelum legis inflectere super quempiam innocẽtem. Sed quod crediderunt, penitus nequiuerunt: nam si mortuus semel ex carne, uiuit in æternum ex uirtute dei. Sed nihilo minus consummata est nequitia peccatorum. Non enim humana seu malorum nequitia posset in peiora proahiberi, nec non in omni peccandi genere hominum malitia fore fecit, & nihil est mali q̄d præterierit delinquendo, ut præter omnia illa sensibilia & spiritalia mala quæ in miris modis aguntur, etiam usq; ad negationem dei, colendo idola & simulacra, cælesti militiæ atq; fidereæ cultum, deo debitum, exhiberit: prout dei bonitate perfecta, ubi nequitia consummatio facta est, ibi facta fuerit & iustitiæ, ut Christo patiente atq; moriẽte sit consummata nequitia, non per terminum peccatorum, sed per excessum malorũ operum. Ita per Christum est consummata iustitia in opere redemptionis humanæ, per passionem mortis atq; pœnarum. Nam sicut peccatũ cũ consummatum fuerit, generat mortem: sic mors Christi cum consummata fuit, destruxit ipsa peccata, æternam generans uitam. Vnde Christus cum scripturis consona uoce clamat: Consummatum est, ut eodem tempore atq; mysterio sit nequitia per excessum, & iustitia per dei filium consummata. Quod ipse Dauid spiritu prophætico longe ante se uidisse protestatur, dicens: Omnis cōsummationis uidi finem. Multas nouimus consummationes, sed tantum illas quas orthodoxa intendit ecclesia, intēdamus. Considerat alma mater ecclesia consummationem nequitie quam abhorret, à qua omnibus filiis suis dat cautelam, & interminatur iugiter ne committant. Considerat consumptionem iustitiæ, per quam saluari se gaudent, & omnibus suadet ut diligant. Considerat pœnarum æternarum cōminationē quã metuit, quam filiis suis sub terrore, ut deuitent mala, proponit. Considerat consumptionem æternæ beatitudinis, cui peregrinando suspirat, quam suis alumnis ut bona perficiant, sub fideli pollicitatione ostendit. Et consumptionem huius seculi considerando expectat, usq; ad quam militando inuisibilibus & uisibilibus bellis, & uelut in marinis fluctibus agens, dei filium ducem & defensorem, gubernatorem & bonorum omnium largitorem se habere gratulatur. Horũ omnium consummationum finis est Christus,

Iac. 1.

Psal. 118.

stus, consummationem quamlibet diuersimode à se agēs. In ipso cōsummata est nequitia per excessum, cum occiditur. Ipse semetipsum fecit nostram iustitiam, cum iniuste damnatur. Ipse pœnarum æternum habet iudicium, quoniam pater omne iudicium dedit filio. Ipse quæsiuit pro omnibus gloriam sempiternam, ut nullus damnatur, nisi quẽ ipse despexerit: nullusq; saluetur, nisi quem ipse respexerit. Ipse consummationem faciet seculi, qui fuit iudicatus in seculo. Hæc siquidem sunt merita passiois eius, in qua existēs in cruce corpore, uelut in alto loco superlato hominibus exclamat, dicens: Consummatum est. Apostolus etiam ad Hebræos pro parte in hanc coincidentiam uenit, cum ad Hebræos ait: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorũ, per passionem consummare. Ut autem hæc consummatio, de qua Christus in cruce loquitur, mentibus fidelibus in clarescat, altius intendamus, ad prophetas ueteres recurramus. Ad quos, cũ scriberet Hebræis, recurrit Apostolus, quanquam per modicum aliter in propheta, & in Apostolo aliter litera sonare uideatur, sed sensus potius q̄ litera capiendus est. Inquit enim Apostolus, dictum recitas Jeremiæ: Ecce dies uenient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda, testamentum nouum. Nouũ testamentum distinctũ est à ueteri in multa distinctione atq; differentia, datione, loco, tempore, causa, sacrificijs, cæremonijs, sacramentis, obseruationibus, traditionibus, promissionibus, ordine, opere, dignitate, intelligentia, uirtute, mysterio, executione atque fine. Quod inceptum Christi uera incarnatione, peractum Christi natiuitate, uita, doctrina, promissione, testimonijs & miraculis, sacramentis & passione pœnarum & mortis consummatum. Nam ipse ibidem idem Apostolus ait: Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum ualet, dum uiuit qui testatur. Quã obrem Christus altitonat moriens, q̄ testamentum nouum consummatum seu confirmatum est sua morte intercedente. Nam in ueteri lege dispositio & confirmatio testamenti erat in sanguine, & indulgentia & remissio peccatorum, ut Leuitici scriptura manifestat, & Apostolus asserit ad Hebræos. Sic & noui testamenti confirmatio seu consummatio à Christo facta est in sanguine sancto suo, melius clamante pro nobis, q̄ sanguis Abel, aut uitulorum aut hircorum, & quorũ

rumcunq; animalium ueteris testamenti. Proinde quoniam non in pluribus oblationibus placitum erat deo, nec expediebatur à ueritate peccata, ut purgatio digna esset ad regnum, una oblatione sufficiens, ipse Christus omnia consummauit, ut idem Apostolus loquitur: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Cōsuetudo regum & procerũ mundi est, impressione signi siue sigilli in sine appositi, facere si de scriptis, in quibus suis executoribus atq; commilitonibus dona seu præmia largiuntur: & ex appositione illa, consummata feruntur merita seu grata largitio. Ita & Christus testamentum nouũ agendæ uitæ supernæq; hereditatis, crucis passione signauit, & consummauit in illo contenta appositione signi asperimæ crucis, in qua uoluntarie ab apparitoribus mortis se permisit affigi.

De septimo Christi in cruce uerbo, iuxta Lucam solum: de commendatione spiritus, inclinatione capitis, & expiratione.
Caput CXX.

ET iterũ clamans uoce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, inclinato capite, tradidit spiritum.

Vox est morientis hominis & transmittantis de mundo, qui derelictum in corpore ad horã se à deo cognoscēs, (dixerat enim, Ut quid dereliquisti me?) ad suam animam se conuertit, pie orans ne derelinquatur in anima, in corpore derelictus, exemplum remittens ad posteros, ut pro interiori homine deprecatio fiat, si exterior omnino pati cogatur. Quod de iure iustitiæ necessarium est corrigi, frustra fit: intercessio ad seruamẽ: & incorruptelam expetere, protinus iustitię derogaret. Ioh̄ sententiam oportet præhabere memoriæ qua dicebat: Scio q̄ morti tradas me, ubi domus constituta est omni uiuenti. Ac per hoc si omnibus statutum est semel mori, qd̄ refert quo iure, quo actu mors ipsa proueniat, cum quomodo liber homo moriatur: Debitum mortis, quo cuncti tenentur astricti, exoluitur. Et pro re ineuitabile permutare, si quas preces, est uelle immutabile permutare. Vidēs igitur Christus q̄ paterno decreto atque suapte ipsum decebat debitum mortis exoluere, sciens q̄ cum orauerit ut obtineret carnis petitiones, & ut calix amarissimus transferretur, & se paulo ante clamauerat derelictum, se ad congruum & possibile cum rogaminibus transfert,

scilicet ut spiritus referretur à pœna, postq̄ corpus diuino decreto in illa relinqueretur.

Igitur more Christi non expectato paterno uel proprio, sed uoluntate morientis pro nobis ipsi interpellemus ad omnium deum patrem, non ut nos eximat ab ineuitabilibus malis, non à decreto necessariis mortis, sed ut præferuet à delictis atq; peccatis, & ab æternis pœnis. Facilius enim est, immum fieri à peccatis, & æterne in inferis non detrudi, q̄ à temporali & instantanea morte seruari. Sæpe nanq; illa deuitant iusti atque perfecti. Mori autem ineuitabiliter omnibus est statutum, ut etiã uitæ autor mortisq; destructor, ab illa non esset exemptus, humana carne uestitus: & senescendo illam gustasset, si per crucem non fuisset extinctus. Relinquatur ergo exterior cura corporis, nec præsumptio tendat in libertatem ab his, quæ uerilia pro fine perfecto cognoscimus, siue ab his de quibus immutabilem dei omnipotentis iustitiã autumamus. Præfixus est à Christo omnibus positus in agone modus orandi, ut non petamus quod non esset daturus: aut uelimus auerti à nobis, quanq̄ sit asper, quod ad gloriam præparat nec effugere, qd̄ uniuersali lege iustitiæ omnem hominẽ uolat. Esse uiderentur omnino extra legem naturæ, qui ab eius uniuersali gaudio uel tormento inueniretur exortes. Interuehamur à nobis in nobis, & abiecta corruptibili carne pœnisq; despectis, nostra intima altissimo commedemus. Et facti per omnia christiformes, mundo mortui propria uoluntate, mundo quotidie aut in puncto morientes necessitate naturæ punite, animam attollamus ad deum, offerentes illam sibi cum precibus, ut præferuet à malis. Ignoramus animarum nostrarum uehicularum, & quas ingredientur uias, omnino nescimus: nec apeximus aliquando receptacula, in quibus recipiuntur, terminata uita proclui, hoc solum penitus restat, ut ipsas uiuẽtes & in extremis positi, factori earum in similitudine sua, humilissimè supplicatione tradamus. Nam corpus non habet uiuere præter ipsam, quod cum ipsa sensibilem uitam accepit: habet autem anima uiuere præter corpus, quanuis in illo cum infunderetur, proprium esse susciperet. Quid ergo curæ nobis, quomodo iaceat, aut ubi relinquatur corpus exanime, omni desperdito sensu? Ad quid sollicitudo superflua, quid toleret ut moriatur, cum omnino ineuitabiliter mori cogatur? Sed ad spiritum præintendere necessarium sit, qui sempiterna uita perfruitur, & nulla extinctione finitur.

Atque non credamus Christum pauefactum ex pœna pro culpa, patri suo animam cõmen- dare: nã immunis à culpa, nõ absterrebat a pœnas sed per omnia se prostratus est ho- minem recognoscere deum patrem, etiam in extremis siue ultimis cõstitutum, ut in mor- tali corpore non amplius loqueretur: quia in- clinato capite, patri tradidit spiritum quem commendauerat. Et omnibus fieret luce cla- rius, quod uerus homo esset qui sic fuit occisus. Similiter moriendi exemplum ceteris dereliquit. Nam in illo congressu ubi dolor tam acerrime cum natura diuellit, quod mors sensum penitit adimit, nil aliud potioris aut talis ha- bemus refugium, nisi ut animam tanta dignitate creatam, tam alte pieque redemptam, in hæ- sitanter domino commendemus, qui solus potens est hoc depositum incolume confer- uare. In altiora uehitur animus, cum legimus Christum patri spiritum seu animam cõ- mendasse: quia nulla dominabatur aduersi- tas, quem nulla grauat iniquitas. Et quod age- bat aut dicebat ad seipsum & pro seipso, nõ erat necessitas, sed uoluntas. Ac per hoc ma- gnum latet in hac commendatione secretum. Erant nempe in anima Christi unita per oia deitati, scripta: tota notitia omnes animæ de suo sanguine redimendæ: quas, ut animam suam, ad gloriam diligebat, per quibus in la- chrymis & clamore ualido exauditus est pro sua reuerentia. Quas, suam animam patri cõ- mendans, in ipsa omnes patri altissimo com- mendauit. Et omnes saluandas animas, uelut suam unam animam fecit, de qua patri dixit, [commendo spiritum meum.] Facit enim ue- rissima charitas, quod alterius est, esse suum. Proinde supereminens charitas Christi, om- nem saluandam animam, suam animam faciebat. Sed nec obstat, quod animam protulit nomine spiritus, quoniam utroque nomine anima in scriptura fortis. Nec credamus spi- ritum sanctum in hoc nomine spiritum, sed spiritum qui est anima, domino commenda- sse. Reor autem pia fide caput hic orasse, per corpore: caput uero & corpus personam faciunt unam, cuius est anima una.

Sensu igitur huiusmodi Christus orat, uelut corporis ecclesiæ cum ipso capite Chri- sto est anima una seu spiritus unus, ut amor- ris eius uehementia, unione charitatis & fi- dei, sacramento mysterij, dicat Christus pa- tri de spiritibus omnibus sibi adhærentibus in ueritate, quasi de spiritu uno, commendo spiritum meum: quoniam dicente Aposto- lo, Qui adhæret deo, unus spiritus est cum eo. Velut schedula quædam rationalis & uiua, omnes prædestinatos scriptos habens, ani-

Heb. 5.

1. Co. 6.

ma Christi fuit cõmendata patri, ut nõ pro continente fuerit emissa oratio, quia iam sal- uus erat: comprehensor autem fuerat à con- ceptionis instanti: sed pro contentis emitte- batur, ut passionis sue & mortis meritum, hoc haberet, ut quos anima Christi præteritis, præsentibus in tunc atque futuris dilexerat, sal- uarentur. Nemo autem suspitione aliqua mo- ueatur, si prædestinatio ab æterno immuta- bilis est, ad quid Christus sustinet passionem, ad quid pro his prædestinatis orationem dun- taxat effundit, cum reprobatum neque passionis neque orationis possint pro æterna uita esse par- ticipes: quoniam prædestinatio sic extitit ab æterno prouisa, ut Christi dei filij humanæ ratione, uita, passione, oratione, morte, nõ aliter, completeretur. Hac uoce alte lateque diffusa, emisit spiritum, seu expirauit, ut inclinato ca- pite tradidit spiritum. Quoquo modo dicitur, potestatem insinuat morientis: quoniam non necessitate aut uolentia mortuus est, sed uoluntate propria & potestate animam emi- sit à corpore, ipsamque licentiauit ad tempus, & corpus remansit exanime, existente tamẽ deitate per ueritatem unionis in utroque di- stincto, ut nequaquam credatur deitas cum anima deseruisse corpus, aut quod solum est in corpore anima derelicta: sed cum anima fue- rit in limbo, cum corpore in patibulo atque se- pulchro: solum animam à corpore, à neutro autem fuit in illa more celebrata diuisione deitatis: si- quidem infinitas hoc agebat, ut duobus di- stinctis, unitis siue diuissis, inseparabiliter u- niretur. Sed moriens clamaret perualide, po- tentiam suæ uirtutis ostendens. Et quanto dolore quantoque amore de nequam seculo recedebat, quæ mundus nullo pacto cogno- uit, ostendit. Clamor ille, doloris magni fuit indicium. Etenim siue cõfixus fuit in corpore, in mente autem confodiebatur scilicet ab ingratis. Et anima illa pro omnibus dignis primis, & omnibus dignis cæteris, doloribus agebatur, duntaxat pro omnibus satisfactu- ra patri, ex doloris uehementia qua æqua- bat, imo excedebat digna & excessiua com- pensatione forefacta cum deorum. Impellit sæpe homines altissime clamare dolores. Amor id ipsum agit, ut prorumpat in uocem, & eo clamitosam, quo interius angit. Ineffa- bili amore perfundebat animam Christi, qua iussu paterna compleuerat, usque ad mortem factus obediens: quia liberabat una morte sua innumeras animas mortuas in peccatis de illa potestate tartarea, sub qua teneban- tur iuitæ: cæterisque claudere aditus ne ite- rintroiret, si ex fide ueniret in meritum passio- nis. Quanto perfundebat amore, quantoque gau-

dio in pœnis etiam moriens exultabat ani- ma saluatoris, quod tot sibi per mortem ascie- rat animas, quas deus creauerat in similitu- dine sua, in plenitudine temporis factus in similitudine nostra, quas etiam diligebat sicut seipsum maiore uirtute præcepti, quo dictum est, proximum uelut seipsum à proximo de- bere diligere. Nempe Christus animabus omni- bus proximus factus est, curans uulnera no- stra, & infundens desuper misericordie ole- um & iustitiae uinum, ac etiam suo sanguine sancto sanans, & omnem fidelem animam sibi proximam fecit, non nostro merito, sed suo dono. Proinde amans exultat, & exultans ardentem amat, quod tot proximis moriendo sub- uenit. Et mirum auditu, ineffabile dictum, in- comprehensibile cogitatum, quod unus homo eo- dem tempore simul & semel sit beatus & mi- ser, tristis & gaudens, amans & dolens, ut ex eo quod dolebat amabat, ex eo amabat unde dolebat. Dolens mori amabat, amans mo- riebatur, moriens exultabat. Inclinabat ca- put, magnum mysterium innuens in rebus præteritis & futuris. Erecta ceruice commi- sum est, unde multatus est. Et subleuata su- perbe mente agit, unde contemptus est.

Proinde moritur uice uersa in clinato ca- pite. Qui caput in clinat, subiecta oculis res- picit. Et Christus uultum declinauit ad ter- ram, ex qua secundum carnem sumptus erat. Erat in illa condendus, quando non resolu- endus in puluerem. Sed non credamus ter- ram ipsam, quæ pedibus subiecta calcatur, Christum dominum aspexisse: sed defixit uul- tum ad ima, sicut ualefaciens mudo seu tur- piter licentiatum ab impijs, & aptitudinem faci- ens hominis sic morientis. Et caput incli- nauit in morte, in expiationem erectiois ad- uetita. Et suasit obedientiam, reuerentiam do- cuit, humilitatem in operibus usquequaque monstrauit, cum omni peracto mysterio, in clinato capite expirauit. Sed quo modo ex- pirauerit, non aliter credimus, nisi ut uoluit & potuit. Et potuit quod uoluit, & uoluit fa- ne quod potuit, quod uera perferuatiõe per- fecit. Cui autem tradidit spiritum, capite in- clinato: æterno patri, cui commẽdauerat, ut non solum in corpore, sed à corpore separa- tus, eius spiritus esset obediens. Etenim de- creto paterno descendit ad limbum, & reuer- sus ad tumulum, reanimauit exanimatum. Ecce nouum factum est bellum in orbe ter- rarum, insolitusque triumphus, inusitata ui- ctoria, in multorum prælagium similitum su- turorum, magis autem in nostræ redemptio- nis effectum. Factus est inter caelestem du- cem, dei scilicet filium humanatum, & illu-

primo inobedientem cœtum inuisibilis sæ- uisque congressus, ubi omnino dispariter atque difformiter certatum est. Et ictus bellorum incomparabili dissimilitudine sunt infixi, cum prælium committeretur in celo superno inter creatorem & intelligentias separatas a se cre- atas. Quarum altera pars in deum, altera dun- taxat in seipsum aspexit, in seipsum & se ipsa & per seipsum suo arbitratu, diuino remoto, ui- uere gliscens, rebellauit a cœto in seipsum ma- le intrusa: & a delicijs æternis merito suæ ini- quitatis exclusa, iuste cõflicta, miserabile ter- reuocabiliter tulit exilium, altera parte cum uictore deo beate imprædabiliter remanen- te. Ibi nihil corporalis & sensu forinsecus ges- tum est: in corporeus enim deus, de incorpo- reis substantijs quas creauerat, in corpore tri- umphauit. Sed superbia odientium deum sem- per ascendens, terros exagitaui conflicti, ut quia deum existentem æterne non uice- rant, cum homine iam creato, in illa superio- ra unde ruerant tendente, ne contingeret omnino, inirent congressum. Inuidia uero ubique comes superbiæ, igne impellente de sub cœlo in paradisi loco, subdolum atque breue commissum est bellum, ubi exhibitum est deceptio in figura, cum non illa inuisibilis quæ decepit, sed serpentina in qua dece- pit, ostensa est. Et quando nihil per uolentiam ageretur, tamen per deceptionem & fucatio- nem uerborum, confictus à deo iuste homi- ni, dedit iniuste in paradiso conflictum, in illi- gens omnis generis mortem, ubi pure spiri- tualis, in assumpta forma corporea cum mi- xta creatura certauit. Ex quo per uerba ma- le suadentis, per tactum male suasi iam inob- edientis, in anima & corpore iusta est secu- ta damnatio. In plenitudine uero temporis, creator certantium, certaminumque iudex, car- ne uestitus, cum spiritu creator rationabili, à carnis uelamine non oppresso, uenit habe- re congressum. Et mirum in modum mori- ens triumphauit: percussus corpore, uulnera- uit in spiritu: plagatus ab hominibus, pla- gauit demones: dolens uincebat, patiens su- perabat, derelictus debellabat, inuisibile bel- lum erat ex parte certantium, sensibilia & ui- sibilia erant uulnera ex parte ministrorum, & defici corpore talia patientis. Proinde corpus exanime reliquit in cruce, uelut scu- tum in alto positum, ut uiderentur stigmat- ta in utrisque bellorum. Inclinato uero capite, liberum & uictoriosum cum ouatu æterno patri tradidit spiritum, nõ ut in illo instanti assumeret in supna, sed ut ad eius placitum ad illa inferiora descenderet, ubi pia illa & antiq- uissima familia tenebat inclusa, ut tolleretur illam pro-

spolijs & manubijs p uictoria, quā fecit par
ticulū mortis. Ac per hoc quid hoc bello mi
rabilius, in quo triumphauit mortuus, spo
lia reportat occisus, configitur uiuus, fugit
q mortis exhibuit ictus: Quis unq̄ ad primū
existimare possit, ut dux q̄a mortu⁹ daret ui
ctoriam, etiam exercitui non certanti? Aut
q̄p à carne pertusa & occisa, spiritus illi dāna
pateretur uirtute corporis uulnerati? Quis
unquam audiuit, q̄p spiritus non à sibi unita
carne atq; mortua uinceretur? Non enī po
tētia deitatis in hoc certatum est: nam sic sic,
superflua fuisset carnis assumptio. Non atti
gerunt in illo bello deitatem inflictā passio
nes, q̄uis anima uoluerit pro nobis portare
dolores. Non enī potuerunt illi hostes inui
di, Christi animā inferre tristitiam, quis ab
eis male suggestis ministris, permissum fue
rit, in corpore facere posse iacturam. Nec re
demptum est genus humanū ex morte ani
mæ Christi, quæ nō fuit: nec ex passione dei
tatis, quæ esse non potuit: sed ex morte cor
poris, quod suggerēte diabolo manus sc̄ua
confixit. Sanguis seruatus, non fusus, cōsue
uit hominibus dare uictoriam: hic uersa ui
ce peragitur, ut sanguis effusus innocuus in
duce, uictoriam pigris infamia commilitoni
bus præstet. Quid enī q̄ infirmitas dei uirtu
tem atq; firmitatem diaboli usq; quaq; sub
uertit? Sed ausus fuit Apostolus dicere: Qd̄
infirmitas est dei, fortius est hominibus. Au
dacter protin⁹ addā: Quod infirmū est dei,
fortius est dæmonibus. Libet igitur exclā
mare: O animata infirmitas, quæ moriēdo
supra naturę potentia reanimauit mortuos.
O beata imbecillitas, quæ præter usum bea
tificauit & miseris, O carentia humanæ po
tentia, quæ omnibus supernaturalis potentie
atq; uirtutis copiam fecit. O debilitas dereli
cta, quæ per dispendiū mortis omnibus æter
næ uitæ directicium dereliquit. O effectio
egens, quæ cunctis abstulit egestatem. O fa
tiscens formationum, q̄p fatiscētib⁹ attulit
firmitatem. O gangræna gemēs, quæ gemis
tum mortis uenit auferre. O hebetudo hæ
rēs, quæ super nam hæreditatem uoluit om̄i
bus hebescendo conferre. O iactura grauis,
quæ sic subuenit omnibus iacturatis. O labe
scens lux expallorē, sedentibus in tenebris
interluens. O mors mortem uincens, facta
omnibus uita uiuens. O natura naturās, oīa
iure perfecto semel introfacta p redemptoꝝ
uita perpetua. O obefans obes obici nobis
morta ne maneret æterna. O palmaris pallor,
per quem palmas pallens æterno uigore ui
get. O qualitas inuisa, o quantitas infinita, p
quā qualificatur inæqualis, & paruus sume

ma quantitate resulget. Oratio sic rauens,
quæ peccato raucis tribuit iura loquendi. O
sapientia stulta, quæ per stultitiam crucis, cre
dentes uoluit saluos fieri. O tabescēs tabes,
p quam color gratiæ redditur pro natura. O
tapinosis ostensa p mortem, p quam exalta
oppressus, & actio superba confunditur. O
thaumatus moriēs, p quem mira facta sunt
omnium excedentia sensum. O theos occu
bendo theosians homines. O titan æterne,
patiēs eclipsim ad horam, à te creatā titanē
in tui quadam similitudine formans, ut cre
dentibus pie, titanizares æterne. O uappa
uapidus sic reputatus ad horam, ut reuine
nires depdita, malosq; à malitia pria libe
reres. O uesanus ad horam, uespera uespera
scens in hora, morte sanā quod infirmitas
antiqua premebat, & fecisti tuis occasu sang
moris uesperē cum mane diē æternū unū.
O uox alta moriens, quæ omnem sponte re
uocauit errantem, instruxit ignarum, & pro
gauit omnibus uiam morum. O xenodochi
us homo, qui peregrinos homines p morte
nō disponebas in supernam colligere ciui
tatem. O hygia, quæ ut omnibus dares quod
es, in ligno infirmare uoluisti. O zelus tā ze
lans honorem paternum, zelans iustitiā ue
ram, zelans qui propter complendam redē
ptis domum dei æternam, à morte te come
di pmissisti. O sc̄oa, quæ in altitudine mult
plicis uocis, desuisti in mortem capite incli
nato. In cuius lamentatione uel signo uelū
sciffum est in duas partes à summo usq; de
orsum, & terra mota est, & petra sciffa sunt,
& monumenta aperta sunt.

¶ De signis mirabilibus, quæ statim post ex
pirationem Christi facta sunt. Ca. CXXXI.

In sole obscurato manente, statim Chri
sto mortuo, signa plurima sunt secuta, ut
cogerentur homines pfidi credere signorū
attestatione pro Christo, qui ex sua prædica
tione credere noluerūt. Nam primum post
Chri mortem euangelistæ signum asserunt,
templaris ueli per medium sciffionem. Duo
nanq; uela in templo Salomonis ex historijs
legimus unum infra ambitum tēpli, quod
protēdebat ab uno pariete usq; ad alium,
qd̄ uelabat sancta sanctorum: & aliud quod
in facie tēpli erat, quod eius uelabat ianuas.
Quod alterum istorum, aut utrunq; scriptu
ra dicente credimus esse sciffum, ad repēden
dam uicem, q̄p Christi faciē tēpli pōtiffices
uelauerunt, ut reuelatis mysterijs umbrisq;
fugatis prioris testamenti, aperta luce fidei
credat in Ch̄m. Eternū oīm patrū ænigma
ta & oracula pphetarū reuelantur, cū morte
Ch̄scōsummatu ē. Ex hoc ptinus reuelat̄

Luc. 24 sunt scripturæ, qm̄ oportuit pati Ch̄m, nō p
seipso, sed p nobis, & ita intrare ī gloriā suā.
Hinc & Apostolus in postēz dixit: Cū trāsī
eris ad Christū, auferet uelamē. Sed sciffum
uelum in duas partes, apturam mediā fecit.
Vbi pars, ibi etiā est uelum: & ubi altera, ibi
uelum: pars & pars, uelum & uelū. Sciffura
siquidem mediā est, si in duas partes sciffum
est. Pars una iudæorum est, qm̄ adhuc est ue
lumen in cordibus iporum iudæoz, & sup
faciem Moysi, illoz scilicet qui non transie
runt ad Ch̄m. Altera infidelium, qui nō ue
lumen Moisaicę legis, sed idololatriæ & infi
delitatis super se habent, & obscuratum ma
ne in inspiens cor eorum. Sciffura duntaxat
Christianoz est, non mihi pars & pars, sed
sciffura necessaria est, per quam oculo fidei
ingueamur de Christo reuelata mysteria. Et
nec sciffum dicitur ab imo usq; sursum, sed à
summo usq; deorsum, ut diuina uirtute desu
per dominante, non humana de imis agen
te, templi obuelatio. i. secretorum mysterio
rum reuelatio ageretur. Ac per hoc non cre
damus in sciffi ueli partē & partem, sed p sciffi
suram ingrediamur interiora uelaminis: &
luce clarius patebit, q̄p quicquid actū noscī
ab Adam usq; ad Christum in persecutioni
bus & peregrinationibus & laboribus iusto
rum, hanc mortem unici filij dei pro nobis
mortui ostēdebat. Et ostēssiones factæ Mo
ysi ceterisq; pphetis, in hac morte, sciffio ue
lo, reuelantur. Remoto igitur uelo, ingredi
amur dei templum: & uidebimus sapiētiam
Salomonis in ædificatione templi militātis
ecclesiæ, in ædificatione cælestis patriæ, ubi
non auditur malleus tribulationis percuti
ens, non securis mortis ulterius incidēs, nō
aliquid ferramentū quod possit inferre tor
mentum. Videamus intus & extrā templū,
postq̄ remotum est uelū: & intelligamus cō
uenientiam cherubicam, scilicet duorū res
tamentorum per alas contemplationis mu
tuo se tangentium: & per alas protectionis,
parietes templi eos, qui saluati atq; saluandi
sunt, & ædificandi tanq̄ lapides uiui ad com
pactionem parietum duorum, s. eorum qui
ex circuncisione uenerunt, & illorum qui ex
præputio crediderunt in Christum. Prolixī
tas nimia nos teneret, si omnia mysteria tem
pli uellem, scisso uelo, differere. Sed ingre
diatur in templum disuelatū per Christi mor
tem, si quis sanctum oculum nouit.

Terræ autem motus nō immerito factus
est, cum terræ factor in carne moreretur, &
examinaretur terra nobilior. Corpus salua
toris ex terra originaliter per antiquam da
mnatam traducem, sed in sua parente proxi

ma, quæ ipsum mundo edidit, refanata. Tre
muit terra in datione legis, ad terrorem eo
rum qui præuaricati erant. Tremuit mori
ente Christo, ut sentiretur in uniuerso terra
rum orbe iniustitia mortis eius. Et eo corda
hominum tremere debuissent, quo pro uita
hominū autor uitæ morte crudelissima ple
cēbatur. Tremuit terra, ferre non ualēs qd̄
plebs iudaica sustinebat. Tremuit uelut p̄
uens ad insolitas actiones, in hoc transfor
mans suo tremore omnium fidelium men
tes, ut credant & contremiscant: qm̄ pro in
iustus iustus, pro impijs pius, pro peccator
bus sanctus, pro hominibus in carne passus
est deus. Petrarę siue saxorum sciffio, ac
clamatio est rerum insensibilium, q̄p autor ui
tæ iniuste damnatur. Acclamauerunt iudæi
altisonantibus uocibus Christi mortē: nūc
uero petrę per sciffuras, quasi per apta labia,
contra illos inclamant. Et ubi homines in
hac iniustitia pro ueritate tacent, saxa sciffa
loquuntur: & suo modo prouocāt dura cor
da hominum, ut scindantur, & recogitēt eū
qui talem pro omnibus sustinuit passiōem.

Monumenta siquidē multoz sunt apta
longe à remotis & de proximo defunctorū,
& apparebāt illa iam resoluta cadauera, con
sumpta in pulpis, discōpaginata in ossibus,
& forte plura scatentia uermibus, & patebāt
omnium oculis intuentium, omni remoto
desupposito lapide sepulturis, illis dūtaxat
exceptis, quoz cadauera erant integra, atq;
anima cum dño surrectura. Sicq; steterūt ab
illa mortis hora, qua tremefaciēs terræ mo
tus in tonuit, usq; in horam qua dñs ab infer
ris rediens, reassumpto corpore in corpore
resurrexit. Quæ quidē cum dño surrexerūt:
& quæ euangelista hic recitat, tunc fecerūt.
Non autem credendum est, tunc Ch̄o mor
tuo ilico surrexisse, & post resurrectionē in
trasse Ierusalē, ut apparerent multis: sed con
tinuo Ch̄o mortuo, motu terrę motus scis
sa sunt saxa, & aperta sunt monumēta Ch̄o
resurgente. Sic illa sunt suscitata, & post re
surrectionem iam usq; quo uulgatam, ciuita
tem intrauerunt, & multis apparuerunt.

¶ De cēuione in Iesu morte turbato, & ipsi
Iesu testimonium innocentie ferente.
Caput CXXXII.

Centurio autem, q̄ qui cum eo erat
Custodientes Iesum, uiso terrę motu &
his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes:
Vere filius dei erat iste. Alius autem alius
de centurione exprimit admirari, dicens:
[Videns autem centurio qui ex aduerso sta
bat, q̄ sic clamans expirasset, ait: Vere hic ho
mo filius dei erat.] Alius etiam sic asserit

1. Co. 1.

*obex

Mar. 27.

Ibidem

Mar. 27.

Mar. 15.

Luc. 23. *Vides autē cetero quod factum fuerat,*

glorificauit deum, dicens: Vere hic homo iustus erat.] Centurio, qui centum praeerat militibus: hic pauefactus intrinsecus, & iam ordinatus ad fidem, ex his quae agebant exterius, in religionem conuersus, ait: Vere hic homo filius dei erat. Arbat ex multis centurio, ut diceret dei filium, quae ut hominem custodiebat affixum. Nam solem contra naturam uiderat obscuratum, nulla solita ex lunae interpositioe in dicaretur eclipsis, quae sol in nro hemispherio in maiori altitudine super sphaerae degebat. Luna uero iam diem quartumdecimum suae reuolutionis totum egerat, & eregione sphaerae erat opposita soli, ut magis terra interponeretur inter solem & lunam, quam luna inter solem & terram. Audiuit ipsum Christum uocibus altissimis exclamasse, cum spiritu tradidit patri, quod nunquam natura contulit homini continuo morienti. Sensit praeterea misse terram insolito motu, quasi non esset hominibus potentia in rectitudine subsistendi, ut etiam ipsorum & equorum quibus insidebant, uiderentur in dissolutionem redire compages. Sed amplius concussa terra fuisse, amplius eum

terreni-
uae mortis, & constantia & firmitas memoriae in his quae loquebatur, cum indulgentiam exposuit lauit pro his qui eum torquebant, & latroni paradisum permisit, & matrem non morte perterritus discipulo commendauit. Sensit terram non solum tremere, sed dehiscere in faxis, & antiqua & noua patefieri monumenta. His & alijs mirae actus, & ualide tremefacti, dixit: Vere filius dei erat iste. Aliquid fidei expressit, sed in maiori parte deficit, cum sub prelo tempore dixit, erat, quasi credidisset solutam esse per mortem, de filiationem. Perfectum expressisset in fide, si dixisset: Vere filius dei est iste. Non enim diuina filiatione soluebat per illam assumpti corporis mortem. Glorificauit etiam deum, qui sic suum filium in morte tradiderat. Glorificauit deum, credens deum, penitentiam ductus quod peccati male paruerat. Et dixit ore publico iustum, quae tanquam iniustum, mortis quae reum, iudiciorum saeva turba damnauerat. Sic uero prolata, conuenientia sunt uerba: Vere hic homo iustus, filius dei erat. Similiter & complures centurionis tremefacti & admirantes, dixerunt & meruerunt indulgentiam, ueniens in notitiam fidei, merito illius orationis Christi, qui in principio crucifixionis dixit ad patrem:

Luc. 23. Pater, ignosce illis: non enim sciuit quid faciunt. Ecce magnum mysterium, quod in natiuitate Christi & in morte iudaeos gentiles credentes

Matt. 2. do praecedunt. Nam in natiuitate paruenerunt ma-

gi, qui eum adorare ab oriente uenerunt: in morte Romani, qui ab occidente primitus crediderunt. Erat enim centurio cum centuria de militia Romanorum. Vterque tamen per signa moti sunt illi per lucem fulgentem, isti per uocem alte in morte clamantem. Illi per radiatam stellam, isti per tremulam terram. Illi per nouum fidus nouum illum minatum, isti per antiquum solem mirabiliter obscuratum. Talibus nascendo, talibusque moriendo signis, decebat dei filium declarari, & infideles ad fidem ueritatis adduci. Illi adorauerunt matrem tenentes pueros, isti cum patre confessi sunt dei filium. Illi de proximo nati, isti iam illico mortui: ut orientales & occidentales & intermedii conueniant credendo in natiuitate mortisque Christi, ut credentes salui fiant misericordia summi dei.

De iudaeis ipsis, tamen incredulis, in Christi morte tremefactis: & quis non oritur, cognatorum, mulierum alioqui piarum, erga Iesum mortuum affectus. Cap. CXXIII.

Sed iudaei non dederunt confessionis uocem, quis mente tremere, imo reliquerunt in cruce crucifixum, quae damnauerunt tanquam reum. Et pertinaces nolabant ore confiteri, unde animo pugebant. Unde sequitur: *Et omnis turba iudaeorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quae fiebant, percussantes pectora sua, reuertebantur.*

A seculo & usque in seculum non fuit tale spectaculum, quod tantus talis moreret. Spectaculum magnum, in quod desuper patet, deterris mater, angeli, daemones, homines mortui & uiui, patriarchae atque prophetae, amici & amuluarum intentione spectabant. Et percussiebant iudaei sua pectora tremefacti, maiora uerentes periculo, non Christo fide uniti, ut postulantes indulgentiam deuitarent. Percussio illa pectorum, non erat emendatio, sed solatio scelestum, ubi per fidem non conuertebatur ad Christum. Et reuertebantur ad domos, non autem ad seipsos. Reuertebatur ad domicilium proprium, sed non reuertebantur ad deum. Percussus admiratione, percussus stupore, admoniti signis, excitati prodigijs, nec prouocabatur ut conuertentur ad deum. Nam si conuersi, non reliquissent tale corpus crucifixum, & facti fuissent animo conformes, cuius animo extiterunt exortes. Deuota uero familia Christi, quamque fragilis sexu, amore crucifixo afflictebat, excepta uirgine, fide carens: & in animo timore percussa, diuidebatur in situ, ut aliqua pars de prope, quae adhaerebat ardentius, aliqua de longe prospectans astaret. Unde sequitur: *Stabant autem noti eius a longe,*

Mat. 27. *Erant ibi mulieres multae, quae secutae erant Iesum a Galilaea, ministrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalene,*

et Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, Salome & mater filiorum Zebedaei, & aliae multae quae simul cum eo ascenderunt Hierosolymam.]

Mulieres erant sequentes magistrum, cui tanquam pauperi, uitae necessaria quibus egere uoluit, ministrabant de proprijs facultatibus, sperantes bonorum Christi & collegij eius esse participes, & liberari a malis. Audierant enim magnam, elemosynam, fore uirtutem: & ipsam debere pauperibus, non diuitibus, eis ratio iustitiae, suadebat. Et etiam senserant doctrinam captatam per aures, & omni experimento probabili summam in Christo nouerant pauper tatem: cui nulla possessio, non aliqua domus, non census ex lucro, non firmata uita ex studio nobilitum seu diuitum amicum. Et ipse pauper magis sumebat a pauperibus opem, quamuis si diuitem aut nobilem aliquem adisset, non stipem aut opem, sed fidem auctionabat. Necnon & haec mulieres archimaterem uirginem uerebantur, quam uidebant super omnes feminas uirtutum omnium claritate pollentem. Merito haec uirgo mater, quia mulier, sequendi filium alij mulieribus praestabat audaciam. Sorores uero uirginis ipsam sequebantur post filium, congratulantes ei, quia tanta prole uidebant ipsam ditatam: nunc uero condolentes eidem, quia unico filio priuabatur. Et etiam filios sequebantur cum Christo, quos omnes uidebant omnia reliquisse, atque Christum carne propinquum, uita & moribus subsequentes: quorum amor etiam allucebat & matres, quousque per spiritum sanctum in spiritualem affectum purgatus, transiit omnibus humanus amor. Mixta erat causa sequentium in sororibus uirginis, quousque desuper spiritus sanctus eorum animabus illuxit, & retraxit humana omnia siquidem ad diuina. Discipulata Maria Magdalene, quae Christum ardentius amabat post matrem, non deerat passioni, quae tanta a Christo affectiones in mente susceperat. Sequebatur ipsa magistrum, dominum atque dilectum & suam matrem, quam, post filium, in dominam & magistrum animo & rei ueritate susceperat. Vide proceres & magnates: dominum mundi tam turpiter mortuum lamem

tantes. Vide principes conuenientes ad funus. Vide assistentes reges tanto domino exspiranti. Stant a longe noti, & mulieres dominum mortuum funeraliter plorant. Dominus tamen quod saui homines non agunt, insensibilia cuncta perficiunt.

De crurifragio latronum de Christo ad sepe liendum petio & concessio: item latere Iesu lancea transosso. Cap. CXXIII.

Christo mortuo superuiebat latrones, Caut non talibus exacti poenis, ut citius cum Christo morerentur: aut quia sic saeuiter, ut Christus, affixi non fuerant. Magis autem existimandum, quoniam Christus uoluntarie, non poena moriens, non paruo mysterio eos moriens uoluit praeuenire.

Iudaei ergo, quoniam parasceue erat, ut non Ioh. 19.

remanerent in cruce corpora sabbato,

(erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Pessima superstitio Iudaeorum, qui opinabantur contaminari diem sabbatum, si starent in patibulis corpora damnatorum: sed contaminationem mentis ipsorum non uidebant, qui Christum iniuste damnauerant. Sed hoc ipsi allegebant praesidium, scilicet reuerentiam sabbati: corde uero magna malitia tenebatur, ne propter signa facta Christo moriente, in sabbati quiete tumultus in populo nasceretur, & ex uiso in cruce corpore, turba facile mobilis moueretur: & praecauebant ad illud corpus reuerentiam fieri propter signa terrentia. Proinde decernebant, sibi cautissime consulentes, ut crucifixorum corpora tollerentur. Mos enim est reipublicae prouisorum, eum uiuum uel mortuum auferri de medio, pro quo timetur futura commotio. Iam enim uidebant in religionem conuersos Christi crucifixos res, & intuebantur uultus hominum & mulierum, signorum nouitate mutatos, & in uulgo uerba tremantia resonabant, uelut maiorum malorum praesagia futurorum: ex quo male pauefacti Iudaei, magis quam reuerentia sabbati, uolebant quod frangerentur crura latronum, ut tali mortui acerbitate poenarum, simul cum Christo iam mortuo tollerentur, uidelicet ab aspectibus hominum, ne alij corpori reuerentia fieret pietate turbati. Et uerebantur, ne ipso pendente, ampliora signa profluerent. Quod Pilatus fieri, placita Iudaeis assertione concessit. Interim uero, antequam Pilati assertio & Iudaeorum petitio executio: ni crudeli militum ministerio mandarentur:

Ioseph ab Arimathea accessit personaliter ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Mat. 27.

Mar. 15. Miratus autem Pilatus quod iam mortuus esset, nec petenti & referenti commodas dignam

Luca. 23. fide, uerum esse didicit ab accersito centurione. Et exinde Ioseph Pilatus concessit corpus Iesu, ut ipse illum tolleret, & qua uellet honorificentia sepeliret.

Venerunt ergo milites,

A Iudæis petiti, a præfide uero missi

Et primi quidem fregerunt crura,

Scilicet ad quem primo uenerunt, similiter

Et alterius qui cum eo crucifixus erat.

Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.

Crurifragio facto, ilico mortui sunt latrones, & iuxta Iudæorum petitionem de patibulis ablata sunt corpora & incuriose humata. Secundum abiectionem pro criminibus morientium, fuisse absque dubio ablati Christi corpus & uilius abiectionem, nisi Ioseph sua petitione præuenisset, quam fide allegans & testimonio firmans, Christi corpus a militibus remansit intactum, ad sepeliendum suæ diligentia referuatum: quamquam illud corpus diuina prouidentia in omnibus seruarietur, & forte non permisisset diuina prouidentia, quod humana præsumpsisset audacia. Quædo uero facta fuerit à Ioseph petitio corporis ad Pilatum, aliquale dubium generatur. Sed reor illam factam antequam crura frangerentur. nam cum tollenda essent corpora, ablatum fuisset Christi corpus iuxta ipsorum edictum, nisi Ioseph à Pilato de corpore illo disponendo accepisset licentiam. Quod uero euangelista dicit, quod sero factum est, de sepultura, non de petitione tenendum, nisi de corpore Christi à Pilato speciale fuisset mandatum: quod nec credendum, cum crura frangerentur latronum, fregerunt & Christi, nisi iam mortuum reperissent.

Possumus & aliter nram & legentium animi quietare, quod quanuis de crurifragio euangelista loquendo præueniat, & sero factum Ioseph intererat petitionem, ut non eadem hora qua crura sunt fracta, sit etiã depositio celebrata, sed prorogata sero, quo magis decens erat damnatorum corpora sepelire, & tunc accessisse Ioseph ad Pilatum, ut obtenta licentia sepeliret corpus Iesu. Sed quoquo modo huiusmodi res se habeat, sententia non ob-

uiat prætorum, quorum est ordo texendus, declarandaque causa.

Non solum ex alio, sed ex lege Mosaisca non debent ultra diem in patibulis suspensa corpora remanere, nam in Deuteronomio scriptum est, quando peccauerit homo, quod sit morte plectendus, & ad iudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed eadem die sepelietur quia maledictus à deo omnis qui pendet in ligno. Non tamen ista lex præiudicabat in factum, ad Romanos plectendi potestate trãstata: idcirco Iudæi uenturi sabbati reuerentiam submittabant. Christo crura fracta non sunt, diuina prouidentia factum est, cuius rei figura in agno præcessit, de quo sic dictum est: Os non comminuetis ex eo, non quod figura illa sic fieri coegerit, sed quia sic futurum erat, in figura præcessit.

Ad magnum etiam corporis mysticis saluatoris præfagium, cuius ossa, id est, uiri præfati nullis tribulationibus atque diuersitatibus in animo aut moribus fracti sunt, sed semper ad omnia parati, usque ad mortem inuincibiles & insuperabiles permanserunt. nam quamquam corpore uicti, tamen in anima & moribus nunquam fracti.

De lateris Iesu apertione, sanguinisque & aquæ ex eodem fluxione.

Caput CXXV.

Apertio autem lateris facta lancea militis, rememorat præteritum: quod dum factum fuit & fluxit, hoc insinuauit futurum, & futurum deuenit in præsens, & factum est præteritum, & uelut in fieri, expectatur indubitatum futurum. De latere siquidem Adæ formatum est Eua, & hoc in apertione lateris Christi rememorat præteritum, præfigurans hoc quod erat futurum: & futurum ante, tunc asseruit præsens factum: quoniam ex sanguine atque aqua redempta est, formata est, & lauata ecclesiæ: quia sanguis exiit & aqua, sanguis in redemptionem, sed in ablutionem aqua defluxit. Unde format ecclesiæ ex latere Christi, ut æternæ unicam atque dilectam à Christo se dicat, & formatam in moribus, nec ab alio, quam ab æterno dei filio, redemptionem se suo sanguine recognoscat. Et quæ præteritum præcedit, appendat in trutina suæ meritatis, & sedule aduertens quanta dilectione stabat incognoscibiliter in conceptu altissimi redemptoris, qui sanguinem uoluit illam redimere ab eo, quo ligata uinculo & captiua humana natura tenebatur. Et quantum displicuit culpa, quæ sanguis diuinus ex homine deo uiuo & mortuo ita defluxit. Non enim parua quantitate consistimus, si pro nobis diu-

mus sanguis effunditur. Aqua uero non cum sanguine mixta, indistincta profluxit. Neque siquidem potuisset ab aspicientibus comprehendere, si mixta cum sanguine defluxisset. Sed ilico aperto latere, exiit sanguis in mensura determinata, soli deo cognita, sed non nobis. An forte totus sanguis effluxit ex illo diuino corpore, in signum totius amoris effusus, post quem humor aqueus est egressus: Sed si quo modo fuerit, aqua cum sanguine non defluxit mixta, nec dispartita uena, ut diuisa uena sanguinis ab aquæ uena, eadē hora simul ex eodē foramine defluxisset. Sed prius sanguis, deinde atque distincte stillauit. Quod alto miraculo mysterio factum est, ut prius ingrederetur ex eodem corpore redimens precium, deinde aqua, in qua redempta signatur multitudo populorum. Sunt enim aquæ multæ populi multi. Sed una est aqua quæ defluxit ex latere, non multæ aquæ: quia tantum unus est populus sanguine Christi redemptus, ille duntaxat qui credidit, qui ex fide de latere Christi processit, qui solum dicitur populus Christianus. Non alij multi populi, à quibus Christi fides, etiã prædicata, recepta non fuit, quibus inanis diuinus factus est sanguis.

Quod & ecclesiæ orthodoxa digna obseruatione seruauit, ut sacramento consistendo corporis & sanguinis, aquam misceat, fidelè populum in aqua signatum, sanguine sancto redemptum, unum cum Christo fieri alta fide denunciens. Et si omnes mundi populi deuenirent in christiferam fidem: quia omnibus semper præsto est possibilitas ueniendi, si uolendi atque credendi ueritas non deesset, solum unus populus diceret, quia unitas populi ex eo tantum, quod unico sacrificio & cultu diuino distinguitur. Et qui ad fidem Christianam pertinent, unus populus fidelis sunt, ut non sint aquæ, sed aqua quæ manauit ex latere aquæ, priusquam aqua uero, postquam. Et hoc Apostolus ait: Unus panis & unum corpus sumus, omnes qui de uno pane & uno calice participamus. Et alibi: Et enim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi. Et ad Ephesios: Ipse, scilicet Christus, est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Et ibidem: Unum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ: unus deus, una fides, unum baptisma, unus deus pater omnium, qui super omnes & per omnia est in omnibus nobis. Ex quibus omnibus unum tantum dicitur populus, iure populorum distinctus, qui signatus est in aqua quæ profluxit ex latere, non in aquis quæ multæ feruntur numerositate populorum. Decebat protinus ad futurum

mysterium, ex aperto latere sanguinis & aquæ fluere post ueram Christi mortem in corpore: quæ ratione mortis eius, in martyribus suis ecclesiæ creuit in sanguine: in aqua uero post mortem eius, plena est secuta mundatio. Nec non in ecclesiæ palmaris uictoria in sanguine facta est & in morte, cum usque ad illam inclusam pro Christo uoluntarie mortuo, in sanguinis effusione nouimus esse certatum.

Apertum dicitur latus, non uulneratum: quoniam uulneratum, præterquam in uiuo corpore, fieri nequit. Non enim uulneratio, prout res experientia sonat, & mos uisus alloquitur, super insensibilia cadit: percussione, scissio nem sepe apertionem, & his similia, ipsa sunt apta recipere. Magis autem nouimus moderamen spiritus sancti in prolacione huius euangelistæ, ut sic proferret, Unus militum lancea latus eius aperuit, ut aperto latere, cognoscamus dilectionem cordis usque ad mortem, & ad illum ineffabilem amorem eius ingrediamur, quæ ille processit ad nos. Et accedamus ad cor eius, cor altum, cor secretum, cor omnia cogitans, cor omnia sciens, cor diligens, & per apertam portam fiamus saltem in amoris uehementia cordiformes, & mente intremus ad secretum ab æterno absconditum, nunc in morte quasi aperto latere reuelatum: & apertio lateris, apertionem præostendat templi æterni, ubi omnium existetium erit plena felicitas. Proinde sibi ad negligentiam imputet, quod non ingreditur, si apertum nouit introitum.

Quod & per quos Iesus de cruce depositus, & unctus, & ante sepulturam tractatus.

Caput CXXVI.

Cum autem sero factum esset, Ioseph Pilati obtemperata licentia de sepultura domini disponere satagebat. Hic non consenserat uerbo nec animo consilio Iudæorum, quamquam non restitisset in facie mente territus, & uelut torrentem magnam irremediabilim impetu defluentem, cognoscens animam Iudæorum, cui decreuit cedere magis, quam uerbis steriliter repugnare. Non enim adhuc feruor amoris & fidei Christi Iesu, eius interna perfuderat. Timebat enim extra synagogam fieri, magis uero mortem. Sed euge sibi, si propter ipsum Christum, ipsum crudeli morte præfisset, ut innocentia tacens, & Iohannes Baptista proloquens. Sed hunc in aliquo iuste reprehendere non possumus, quem tanta serie Lucas euangelista commemorat, dicens:

Et ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio, uir bonus & iustus, hic uon consenserat consilio & actibus eorum, ab Athiathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse

ffff ij

regnum dei.] Officium suum recte conueniebat mysterio, super homines decem curam habens in seruitio reipublicæ, ut quasi decem præcepta seruans, iustus & bonus esset, fide conuersus ad Christum, expectaret regnum dei, quod uere credentibus Christus ipse promiserat. Huic associatus est Nicodemus, qui etiam occultus erat discipulus Iesu, qui in principio prædicationis Christi ad ipsum noctu uenerat. Mirum de istorum discipulatu occulto, cum confessionem coram hominibus Christus exegerit. Vnde si ueri discipuli, quomodo occulti? Si occulti, quomodo uerit? Cur hanc infirmitatem secretiorem fecit in his, cum alios ante se binos & binos præmiserit? Cur suos discipulos in occultos & manifestos dimiserit? An si eis saluator occulte loquebatur, non reſerabat mysteria ueritatis? An dixit aliud in occulto, quod in manifesto ipse non dixerit, cum suam doctrinam mandauerit super tecta & per orbem uniuersum publice prædicari? An erit aliqua similitudo in moribus Christi, quod error est credere? An erant isti perfectiores alijs, cum quibus Christus more dominorum haberet aliqua secreta tractare? Sed fateor Christum non indigere cõsilijs, nihil secretum habuisse cõ hominibus esse tractandum, præter secretum ab æterno absconditum, mysterium fidelium fidelibus oculis suo tempore reuelandum. Proinde quod reuelandum diuino & æterno consilio fuerat, humano non indigebat, nec pro aliquo euentu rei occultatio huiusmodi opus erat. Veruntamen reor in his diuinam prouidentiam ad futura, & patientiam super his qui adhuc christifero amore non feruent. Futurum enim erat, ut aliqui tempore sæuæ persecutionis ad horam se occultarent esse fideles, in subsidium plurimorum oportunitate præstante, in sanguine atque morte patri, publice testificari pro Christo. Quod qui percurrit gesta martyrum, hoc quod dicimus non ignorat. Et charitas uera sufficit ad salutem, etiam si non sit ita seruens atque perfecta, quæ excludat penitus omnem timorem. Timor namque persecutionis & mortis, etiam sanctos uiros plerumque deterruit. Sed nec per hoc reprobari meruerunt, si dolore metu sæpe absterrebantur, & si non quæſiti deuitabant agones, fugiebant facies tyrannorum & principum, & persecutorum gladium abhorrebant, & si specus & antra petebant, & si occultas habitabant sæpe cauernas, dum à persecutoribus inuenti aut traditi & penis exacti, tenuissent in animo fidem, & confiterentur uerbis intrepidus christiferam ueritatem. Multos enim legimus se occultasse ad tempus, aliorum utilita-

tibus se seruantes: oportunitate uero superstitite, tormeta subisse pro Christo: & multos coram de pauido fugientes, inuentos tñ, lærissime pro Christo mortis excepisse sententiam. Hæc quidem in his duobus occultis discipulis autumamus, qui ad Christi sepulturam ueniētes,



Ioseph Merca tus est sindo nē ad inuoluendū Christi cor pus, & libras fere cētū myrrhæ & aloes ad unguendū detulit Nicodemus.

Cum uero debitis instrumentis ad designandum corpus uenissent ad crucē, ipsum defixerunt, & deposuerunt illa reuerentia quæ ualebat. Quæ hic obseruatio clauorum intratum & exeuntium per dñicam carnē? Quis quis uel placētus, uidere seculorum omnium regum regem, uelut fore factorem de cruce deponi, reuolui manibus modicæ familiæ assistentis, tractari manibus matris, corde cum ipso crucifixæ atque defixæ, nunc arctæ dolore intrinsecō mētis, cum propius ipsa uulnera prospiceret? Cui erat etiam & tangendi atque osculandi libertas, cui (pie credo) aderat & uolūtas. Quæ plangendi causa, quæ hic iure copia lachrymarum, quæ unica unicus mater in hac calamitate deuenerat, ut cogere tur illū tā turpiter mortuum tāgere, sic aspicere sine crimine uulneratum, plagatum undiq, liuidū utiq, atque periosum ualide? Cui dum crucifigeretur, assistit, & percepit auribus blasphemias emulorum. Dum alte clamaret, audiuit: dum stituit, non ualuit ut mater patenti filio porrigere dulcē potum. Dum etiā moreretur, caput inclinatum aspexit: & corde doloris transfuerberato aculeo, fere pensit, quæ in aliquo iuuare nequit. Nunc uero doloris augmentum semetipsum in suo materno & uirginali gremio reclinatam, & officiose pro funere cogitur inuoluerē mortuū, ex aliena ope sibi ipsi lintheis, quæ natū infantē inuoluit uilibus panis.

Et ad amaritudinis cumulum contra morem matris, ipsum cogitur ponere in alieno sepulchro, quem puerum uagientem in paupere sepulchro reclinauit. Et ubiq, disertæ loquelæ silentium. Ibi uagians infans, sandi impotens: hic morte factus exanimis, omnino non loquens.

Ad angustiarum fasciculum, ipsa contra omnem usum arctatur etiam proprijs manibus deferre atque tradere sepulturæ, non tamē aliud, sed amor quo filio ligabat, arctabat. Quis hic plangens? Quæ causa plangendi? Quæ abiectio regis mundi? Quæ derelictio amicorum? Quis modicus comitatus? Libet potius ad considerationē deuotis relinquere, quam exinanire inextricabile uerbis.

De sepultura Christi ac sepulchro item mulierum aliquot piarum erga ipsum deuotio. Caput CXXXVII.

Vndum & cum linteis de sindone munda circumligatū Iesu corpus, per manus horum traditur sepulturæ, in sepulchro scilicet Ioseph quod per se fecerat excidi in petra, ut petra in petra sepeliretur, adumbrato mysterio, sed conuenientia magna.

In quod nondum quisquam positus fuerat, ne resurgens alter ab ipso crederetur, ut possit inferri calumnia ex perfidia Iudæorum. Horus enim, sed non ille in quo orauerat fueratque captus: & in horto monumentum nouum, pro homine nouo, ut sepultura incarnationi conueniat. Nam dum incarnaretur, positus est in utero uirginali, ubi nondum quisquam positus fuerat, neque ponendus erat. Sic & in sepulchro nouo positus fuit, ante quem & post quem nullus diuino mysterio positus extitit. Sepultus igitur est dñs Iesus, petra in petra, non uis in nouo, uniuersorum dominus in alieno sepulchro, sicut mos erat Iudæis, suos mortuos sepelire. Petra erat Christus, super quam fundatur nostræ fidei stabile fundamentum. Et sepeliebatur in petra, sicut in cordibus hominum, ut petra duris: per fidem sepeliendus hoc fidei pacto, ut homines malitia insensibiles uelut petra, recipientes uiam petram, ad uitam reuiuiscerent, & fieret petrarum in instrumenta fidei & uirtutum quadratarum ædificatio super Christum, qui se fidei ecclesiæ suæ subiecit solidum fundamentum, sicut Petro pollicitus est uerissimus sermo eius: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et inter insensibilia tale celebratur mysterium, ut merito unius uoluntate propria insensibilis facti, alteri uero insensibile redderetur. Erat nempe insensibile corpus Christi exanimatum, & uelut alia corpora exanimata, sensitua uirtute carebat. Veruntamen ad hoc ut sæpe factū

est, uoluntate se conduxerat. Nec ipsum unita deitas animabat. Indecens est deitati, de se ipsa corpora organizare aut sentire per corpus. Sepultura lapidea, ex natura deficiebat sentiendi uirtute. Mittitur igitur insensibile Christi corpus in tumulum insensibilem, & mutuo se non sentiunt: sed ad positum corpus anima redit, & agnoscit & sentit uere sepulchrum, quod nec ipsum in sui natura mutatur, ante similiter & post eodem modo se habens. Impossibile, nisi soli deo, rerum mutare naturam. Sed quod celebratum non fuit in illa theca petrina, porro ad futuros fideles cum Christus mundo innotuit, seruabatur. Sumus enim omnes filij iræ, atque omnes (dum taxat i utero sanctificationis exceptis) nascimur natura peccatores, & insensibiles sumus ad diuina charismata. non enim corrupta natura per naturam gratiam sentit, neque sentire gloriam sperat. Quamobrem Christus ad tempus factus est in corpore insensibilis, cõiunctus insensibili sepulturæ significatione typica, ut insensibili homini per peccatricem naturam insensibilitas uerorum bonorum, temporalium & æternorum, illius insensibilitatis merito redderetur per gratiam. Et ecce petrina theca. Ecce petra excisa, de qua petra dei plenitudo & aquarum copia magna defluxit. Ecce petra Remmon, ad quam ut euaderet, se Benjamin filij contulerunt. Ecce petra, quæ Iob riuos olei refundebat. Ecce petra sancta, refugium peccatoribus crinacis. Ecce petra in qua dum anxietur cor hominum, si ad illam per fidem refugit, exaltatur. Ecce petra, ad quam malæ nostræ peccatorum soboles alliduntur. Sepultus est nouus homo in monumento nouo, ut exuamus ueterem hominem, & induamus hunc nouum qui secundum deum creatus est. Incedamus uiam nouam quam ipse initiauit, in nouitate uitæ ambulantes, quousque nouitatem cælestem beati capiamus. Sepultus est in alieno sepulchro, quia proprio carere uoluit, & carebat. Nec sibi in humanis aliquid proprium fecit, qui semetipsum uenerat hominibus donaturus. Nec sibi prouidit aliquid pro futuro, ut etiam cura sui corporis derelicta, de sepultura decederet non prouisus. Impertinens enim erat, ut proprietatem quereret in terrenis, quæ uenerat de supernis: & pro nobis factus egenus, ab ineunte infantia pauperem & liberam uitam a mundanis rebus tenuit, quam etiam moriendo & in sepultura monstrauit, ut nec suis linteaminibus inuolueretur, nec ungeretur unguento de proprijs confecto thesauris. Nec curam uiuēs habuit, quo mortuus humaretur, nec cuiquam mortalium dixit pendens, uiuens & moriens uitæ inopiā, & in omnibus paupertatem ex-

tremam. ¶ Ad uolutus lapis ad ostium monumenti,] præsignat adhuc perfidiam Iudæorum, & duritiam eorum qui non crediderunt, quæ nec à malis operibus cessauerunt, & in cordis duritia perstituerunt. Hic lapis appositus est per homines, remotus per angelos. Unusquisque sibi profecto perfidiam & duritiam facit, sed nec amouetur nisi superna uirtute. Orans & mortuus Christus, constitit in horto, ut ex oratione sua & morte, nobis inuisibilis horum uirtutum plantaria oriantur, & ingredi mereamur hortum supernarum deliciarum meliorem, quam qui constitutus à deo primis parentibus fuit in Eden.

Mulieres uero Christi deuotæ in uita sequentes, considerare sepulchrum assistebant eregione ad ipsum sedentes: præfigebant enim in animo, si permitterentur, pernoctare cum mortuo: quod & forte fecissent, nisi militum custodia fuisset appositâ. honestatis cura has excubias temperauit. Aut si remotæ, ut euenit, inde quacumque causa fuissent, disponebant diligenti consideratione præhabita, sepulchrum iterum uisitare.

Gen. 2. Luc. 23. *Et reuertentes, parauerunt aromata & unguenta: & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.*

Parauerunt, ut amoris feruor docebat. Ex his rebus affectum animi ostendebat, & magna mysteria ex ipsis deriuabant ad posteros. Sed sabbato siluerunt secundum mandatum legis, ut etiam in bonis operibus non procedatur ad libitum siue uotum, legis regula prætermittitur, sed omnia ordinate secundum dei legem fiant ex nobis.

¶ De custodia sepulchri Iesu, & monumenti eius signatione: item calumnijs Iudæorum in Iesum iam tum sepulchrum.
Caput CXXVII.

Mat. 27. *SEPulso domino, sequitur ad connexionem gestorum, quod Iudæorum tanta sollicitudo, sed cessanter prouida, semper addidit quod efficere nequiuit. Comouit igitur principes sacerdotum accedere ad Pilatum. Unde altera die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium, ne forte ueniant discipuli eius nocte, &*

furentur eum, & dicant plebi, quia surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior peiore. At illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

¶ Si horam & tempus huius conuentionis inspicimus & accessionis ad Pilatum, prout ecclesia commemorat, repugnat ceremoniæ Iudæorum, uidelicet quod in tertia magno die sabbati post parasceuen ad Pilatum accessissent, & cum militibus gentilibus tractauissent de custodia sepulchri. Nec eorum infesta sollicitudo in custoditum corpus dimississet per noctem. Sed hoc quod dicit, altera die, de die mortis intelligitur, in illa scilicet hora qua sciuerunt esse sepultum. Quæ de iure alterius futuræ diei ex festi reuerentia & computatione antiqua iam erat. Sed si alteram diem in re, ut sonat in uoce, uolumus intelligere, mirandum, cur tantum diem sabbati nominaliter non expressit. Et forte fecerunt per nuncios, quod ipsi personaliter contradicentibus ceremonijs, face re nequiuerunt. Sed ordinem rei gestæ non amplius profegentes, cuius ignorantia periculum nostræ fidei non imponat, quod factum est, duntaxat succincta disertioe tractemus.

¶ Magna iniquitas hominum, magna uilitas Iudæorum, quæ etiam mortuum criminare non cessant, seductorem Christum coram præside appellantes. Satis enim egerat, quod ab ipso falsis accusationibus, impetuosis clamoribus, mortis sententia fecerant condemnari. Sed qui odit ex animo, etiam inimicum quem interfecit aut læsit, semper opprobriose comemorat, ut quia iniustum profectus est, ipse iustus appareat. Et hæc est irremediabiliter odiosa conditio, cum inimicum persequitur uel defunctum, & colorat odium cordis sui ex iniusta macula, quæ imposuit innocenti. Sed semper malorum conscientia, quia nequiter egit, trepidat: & ne pateat malum quod iniuste commisit, inimicum etiam mortuum quotidie nouis accusationibus premit. Et falsi criminatores delationes falsas quibus præualuerunt in hostem, quem ad iudicium conuenerunt, semper repetunt, ne silendo confusi uiderentur. Appellauerunt hunc uiuum & mortuum, seductorem. Sed nec eos seduxit, quod ipsorum bono ab ipso seducti fuissent: nam in æternam sortem eorum fuisset acta seductio. Sed manerunt mundo tenaces, ut nec auellerentur ex uerbis. Veruntamen autum, quod sic locuti fuerint magno præfatio futurorum. Nam ui-

uens seduxit ad doctrinæ ueritatem, sed utique paucos: post mortem uero innumerabilem hominum plebem, ut etiam mundi huius imperatores & reges, in illam seductionem uenisse, crediderint se fore beatos.

O beata seductio, in qua qui seducitur, gaudens se fuisse seductum, dolet tadium ab huiusmodi seductione dilatatum.

O uera seductio, quæ oēs conuicit errores, & ilico mente cognouit infallibilem ueritatem.

O secura seductio, quæ seductum abduxit à satana, & regi omnium asciscuit, quæ clausit barathrum, patefecit & cælum.

O utinam omnes ab hoc seductore infeducibiliter seducerentur. Allegant Iudæi seductoris uerba, quod tertia die resurrexisset prædixerat. Sed si seductoris fuerunt, cur opere completa noscuntur: Surrexit enim iuxta uerbum suum. Pro omnibus eorum nequitijs recurrit ad præsidem, ut facilius sit iniquitas ubi adest autoritas. Et uocant dominum, cui uoluntate non subduntur.

Proprium est peruersorum, etiam laudare quem odiunt, ut perficiant ipsi quod nequiter cupiunt. Inquiunt etiam: Iube ergo custodiri sepulchrum. Quid facient, resurgentem, cum timent in sepulchro latetem? Sed uana sollicitudo castigat custodia, ut custodiatur à furto discipulorum resurrectio mortuorum. Sed hoc commentum in eorum relatum est tristitiam, quoniam custodes ipsi resurrectionis lætitiâ nunciauerunt. Veruntamen de Pilati licentia signatum est monumentum, ut fertur, sigillo ipsius & principis sacerdotum, adhibita diligenti custodia militum, ne interclusum corpus discipuli furaretur. Sed hæc omnia erant futuræ resurrectionis testimonium maximum præbitura.

¶ De mulieribus aromata parantibus unguento Iesu: item gaudio patrum in limbo.
Caput CXXIX.

Interim parant aromata mulieres, ut uenientes hora possibili ungant Iesum. Non enim esse potest in absentia dilecti ociofus legitimus amor, & post mortem exhibet dilectis obsequia seruitutis. Et amoris uehementia quæ separari non uult æstimat difficile mor-

tuum, quem ex omni se dilexerat uiuum. Et ueneratur sæpe reliquias eius, qui discessit amatus. Et iam mortuus uiuit dilectus in anima diligentis: & amans ardentem, quærit omne quod dilecti potest renouare memoriam. Sed quis qualiscumque dies, quale uel tempus, quid agebatur, cum Christus corpore in sepulchro iacebat absconditus, & anima in limbo stabat cum patribus? Gaudium omnibus angelis erat in cælo, quoniam Christus pro omnibus peccatoribus penitentiam dignâ fecerat, fructumque penitentiae dignum. Gemebat in inferno illa turba larualis, quoniam uidebat ex latere diu detentam prædam, quæ uolebant antiquitate temporis esse proscriptam, in prædam uictoris cælici retorqueri. Et dolebant quod casu labore peregerant, ut tamen uelociter morti traderetur: quia per eum expoliati sunt, quem cruci nudum affigi suaserunt. Et augebatur, deperdita præda, tristitia. Exultabat antiqua turba illa parentum, per quos Christus traduce carnis descenderat, qui uidebant impleta promissa & præfagia futurorum, & oracula prophetarum. Et intuebantur gaudio inenarrabili illam sacrosanctam animam deitati unitam, pro illo tunc similem eis, ab ergastulo carnis exemptam, in medio ipsorum alludentem eis, pandentem ex intuitu, quod eos descenderat liberare & extrahere de illo lacu miseræ, atque de custodia tartarorum. Aspiciebant illam ineffabilem lucem, quæ orta erat eis sedentibus in regione umbræ mortis, quæ denuo & longe aliter, præter illam intelligentiam & fidei claritatem quam à deo uiuentes acceperat, interluxit, securitate omnino concepta, quæ eunt unam cum ipso de illo receptaculo progressuri.

LIBRI TERTIIDECIMI DE
PASSIONE DOMINI
SALVATORIS,
FINIS.

DE RESURRECTIONE DOMINI SALVATORIS,
SIMONIS DE CASSIA,
 GESTORVM DOMINI
 SALVATORIS
 LIBER XIII.
 Tractans speciatim
 DE RESURRECTIONE
 domini saluatoris.

¶ De piorum ex limbo per Iesum educatione,
 impijs in inferno relictis.
 Caput .I.



Reracta in limbo debita mora, & mortis ueritas p separationem animæ a corpore p spatium tot horarum iure patebat: aderatq; tēpus, ut exple tis laboribus, mortis p acto mysterio, post li gni pœnalem uictoriam, q̄ uictus carne, uirtute factus est uictor, ut nouitas cœlestis per resurrectionem in Christo capite inchoaretur. Proinde Christi anima sacrosancta, destructa lega tartarea, inferni uectibus resolutis, relictis cum dæmonibus peccatoribus dignis, detentam diu potestatem sub tenebroso imperio, merito protoplastinæ præuaricationis, lucida potestate, iure soluti sanguinis precij triumphans eduxit: & corpus repetit uoluntarie, quod sponte reliquerat, non uehementia passionis, quanquam in corporali bus pœnis ad tempus ipsa secesserat, & reanimat inanimatum, recalcit frigida caro, uenarum humor ebullit, uitalis spūs in omni sua parte inferitur, & anima tota in toto, & tota in oēm corporis partem reuertitur, ea celeritate qua in conceptione deitas, anima, caro in simul per unionem ad cōstitutionē huius hominis conuenerunt, præda inuisibiliū animæ in loco, aut uage, ut anima Christi de creuerat, constituta. Et eadem celeritate p̄liiit de clauso atq; signato sepulchro in magnifico terræ motu, ad terrorem oīm, & memoriam cæterorū, atq; ad excitationem custodum, ut ipsi omnino fierent resurrectiōis testes, q̄ ne tolleretur, fuerant facti custodes.

¶ De angelo lapidē reuolente, & custodes terrente: item terrore angelico, subitō fulgure, ni uali candore. Caput II.

Mat. 28. **S**ed recitem: [Angelus domini descendit de cælo, cuius aspectus erat sicut fulgur, & uestimēta sicut nix. Præ cuius etiam timore sicut & terræ motus, exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui.] Quod præ timore resurgētis aut angeli apparētis siue terræ motus concutiētis exterriti sunt custo-

des, factiq; uelut mortui, timorem infidelitū arguit præ subitatione potētis uirtutis, cum sentiunt insolita fieri super id quod à natura & rōne potest apprehēdit & deficit quod tantum humanum est, cum in actum diuina p̄ ueniunt. Et si fiat adhæsiō fidei & amoris, in securitatem ueritatis timor. Nullo em̄ uult deus à timore terrentē diuine detineri, nisi quos inuenit esse rebelles: nec transeunt motu cordis in id, ad quod pie à superna uirtute uocantur. Etenim sæpe deus terroribus uocat, & hmōi actiones ac adhæsiōnes à nobis requirit, ut in finem pōsitum ab æterno credatur sic esse quod agitur. Nihil ad calumniā deus agit, nec expulsiōnē nostram ab eo facit, cum operatur quæ sensus noster horre scit, magis autem accedēdi ad eum in his inuitatorum prærogat. Cum uero sic inuitati non transeunt, timor super hos per amplius inualefcit, & uelut mortui pauē facti redduntur. Sed solers est uerbum, & solertes inquirunt ad eius intellectum, cum non mortui, sed uelut mortui custodes, exterriti referuntur. Nam qui uelut mortuus dicitur, non dū mortuus est: sed similitudinem mortis habet, & mortuorum uidetur gestare figuram, nō tamen mucrone mortis excisus: & cōsuetudo loquēdi plus quàm ueritas hoc induxit. Sed in eo modo quo dicitur, nostra instruetia capiamus. ¶ Omnis infidelis atq; sæuus peccator, in aīa mortuus est, nisi respiscat, æternam mortem protinus recepturus. Non tamen mortuus dicitur, ex more quo quis usum perdidit sensuum, quāuis in pectore spiritus palpitet, hūc uelut mortuū appellamus. Dormientem etiam dicimus imaginē mortis habere, cum uiuat, & calor uitalis in toto corpore ferueat. Sed quoniam tunc rōnis sopitus est usus, & sensuum sistit actio cæterorum, uelut mortuum appellamus. Cum uero talis hebetudo cessauerit, nullam mortis similitudinem inesse sancimus. Sic infidelis peccator usq; ad exitum charitatis est uelut mortuus, nō tamen irreuocata sentētia æterna morte damnatus. Quod si perseuerat ille inuisibilis languor, non in similitudine, sed in ueritate mortuus erit. Si autem abcesserit argumentum spūalis curationis, non ulterius gestabit mortis imaginem.

Et accedens reuoluit lapidem, & sedit super eum. Descendit ad resurrectionis locum, sicut ad incarnationis habitaculum à deo missus ipse descenderat. Descendit utiq; terribilem habens aspectum, uelut imperiosum fulgur, ad insinuandam subitam illuminationem credentium, & illam inuisibilē la-

cem, quæ in splendoribus suis uarias interca pedines habet. Venit ad sepulchrum pridie mortis, nūc resurrectiōis, immortalis illa creata natura, empyrei cæli ciuis, hic nunquam pegrina, pro meritis denūciare resurrectionē uoluntarie morientis, & prope resurgētis, in æternum nō moriturus, ut eius quod possidēt atq; denunciant, nos ostenderet esse confortes, si uolumus esse credētes. Terret sæpe fulgur præ subita actione ipsius etiam coruscantis. Eodemq; typo angelus terruit, ut nouiter credentes quodā ostentu terribili admiserentur, atque reuerberentur interius præ amplitudine tantæ lucis.

Necnon & uelut fulgur repente fides resurrectionis irradiat. Qui aspectus clarus est credentibus atque fauuis, in quem mētis actionem non desigunt infideles, sed terrentur apparitionis subita nouitate: & terrebuntur inuēitabiliter acrius, cum in sine se nouerint esse delusos & exclusos à ueris gaudijs, resurrectionem altissimam nō credentes. Et animas lezechiel uidit incedere in similitudinem fulguris coruscantis. Sunt animalia terrena, scilicet homo, leo, uitalus, aquila. Sūt & sub cœlestia, quæ & deferendo regni euāgelium, coruscādo & mundum subito illuminādo, discurrunt in similitudinem fulguris coruscantis. Sed nec ipsorum merito tantus splendor, sed uirtute delatus. Nūc iterū ex cælo uenit cœleste animal, fulguream habens faciē, ut terreni & cœlestes in una resurrectione conueniant, ex qua nascitur resurrectio beatorū, & ostendatur in terra natis, esse posse participium cum cœlestibus. Et quod lezechiel uidit in quatuor, nunc in unitatem unius fidei, unius euāgelij, unius beatitudinis conuenisse credatur. Et Christi aduentū extremū fulguris aspectus denunciatur, qui erit (ipso dicentē) subitus uelut fulgur.

Niuialis albedo uestium, gloriā candidā resurrectionis ostēdit. Nihil niue cæcididus, nihil illa clarius, Reuoluit angelus lapidem, ut fidem faciat custodibus, q̄ Christum ueraciter resurrexit, nec corpus eius discipuli eius sunt furati, qui stantibus custodibus non uenissent: pauidi enim homines adhuc erāt. Sed descendit cælica uirtus ab humana absoluta timore, nec sepulchri uerita custodes, q̄ nec furatura corpus aduenerat, sed ut refuscitati hominis, remouendo lapidem, ostenderet ueritatem. Cælica uirtus custodit ipsa sepulchrum, donec inimicis custodibus fidē faciat. Similit & deuotis mulieribus, quæ sepulchrum ad ungendum importune corpus uenerant uisitare. Nam suppositus lapis, du-

ritiam incredulitatis ostendit, quæ nisi ab inuisibili & superna uirtute non remouetur, ut resurrectiōis nouitas inlarescat. Sedet in dextera, ut in resurrectiōe Christi mēbra cū capite dextera paterna eius merito amplexet: & absolua mur à læua, super quam dormiuit usque in hanc horam cum perpetuata dānata propagine miser Adam.

¶ De apparitione duorum angelorum, unius ad caput, alterius ad pedes sepulchri: & quod matri suæ Iesus prius apparuisse catholicē credatur.
 Caput III.

Asperit autē alē & alē euāgelista, duas cælicas affuisse uirtutes, una caput, altera pedes sepulchri custodiens, ut ore duarum seu duplici testimonio fulti, Christum resurrexisse credamus, ut unus etiam angelorum caput custodiens, naturam diuinitatis: alter pedes obseruans, ueritatem assumptæ atque fuscitate carnis insinuet. Qui uenientibus summo diluculo mulieribus, responderūt Christum resurrexisse, nouitate cælesti uiuere afferentes. Et confortant ipsas expauescentes, p̄ timore uultum defigentes in terrā, uelut insolitas uidere angelicam creaturam, quā nō expauescet resuscitati mater, si non fatigata doloribus, debilitata membris, cum alijs ad sepulchrum ipsa uenisset. An forte ideo festit non ueniens, quia iā filius resurgens mortuus, ipsam præhonorauerat uelut præ cæteris in sui morte dolore perfusam, & diligentem ardentius, & expectantem anxius resurgentem? Et præhonoranda erat in resurrectiōne uirginitas, q̄ in incarnatione ipm̄ ad hoc susceperat, ut pro nobis moreretur atque resurgeret. Et dignum erat, ut quæ natum prius ipsa prior adorauit, atque sola suscepit de terris, q̄ prius aspiceret regressum ab inferis: ipsa siquidem angelorum & hominum iam facta regina, & super omnes uirtute præfulgens, meruit in nouitate cælesti altius honorari. Id dixerim, ante omnes aspiciere filium resurgentem, non quia mater, sed quia charitate pollentior. Et quia omnia ordinate disponit, iure seruandū ordinis, hanc singularē in uirtutibus scēminam resurgens à mortuis, primitus suam exhibendo corporalē præsentiam honorauit, terminum dādo singulibus, cuius cor doloris machæra p̄foderat.

¶ De apparitione & colloctione angelorum tribus mulieribus facta.
 Caput IIII.

Sed tres mulieres ueniētes, unguēta deferētes aromatū, plurijs deuotiōe q̄pōdere, sūmo

diluculo, mēores magni appositi lapidis, nō immerito hæsitant adinuicē conferentes:

Mar. 16.

Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hora qua motæ ad ueniendum, tenebrosa erat. nam dum adhuc tenebræ essent, ueniunt: sed orto iam sole, ad monumentum perueniunt. Nam incipe, omnes animæ tenebras non repellit: profecisse, spectat ad lucem. Confabulatio prædedit amorem, cum uidere quærunt sepulchrum: præostendit infirmitatem, cum de lapide remouendo

*querunt

*querunt. Sed inruit inagnitam singularitatem, cum resonat inter uerba: [Quis reuoluet nobis?] ac si solæ quærerent, & si eis duntaxat, nō alijs, esset Christi resurrectio à mortuis oportuna. Sed peruenientes, introeunt: tesq; in monumentum, [uidet reuolutum lapidem:] quia ubi humana uirtus diffidit, uirtus superna perficit: de cælo præstat auxilium his, qui pie de hūanis atq; terrenis diffidunt. [Et obstupuerūt,] nō tamen ob remotionem lapidis, quantum pro uacuitate sepulchri. Semper obstupuit humana cōditio, cū aliqua conspexit fieri supra sensum. Et uelut nescientes quid de corpore factum esset, stupor opprefferat, quibus superni ciues blanda uoce loquuntur, uelut adhuc peregrinis in terris, quas expectant habere conciuēs in superis. Consternatæ protinus erant, & uultum præ tristitia in terram defixerant. Quam uultum pro clauitatem moles infidelitatis imprefert. Fides resurrectionis, primum hominum mētes erigit ad superna. Solum adhuc terrena sapiebant, quæ uultum in ima deiecerant: uultus quippe hominū, cognitionē importat. Sed melius Iob longe ante prænouerat cum dicebat: Lux uultus mei non cædebat in terram. Primam siquidem angeli uocē securitatis emittunt, dicentes:

Luc. 24.

Nolite timere. Proprium est angelorum confortare nuntantes, & præstare securitates, cum diuina prouidentia in terris sæpe facit eos aduenire legatos. Sed omnino est dæmonum aduersa cōditio, etiam quum se, permittente deo, in lucis angelos transfigurāt, ut non securitatem, sed inferāt sæpe pauorem: & in dubijs implent, non absoluant. Ac per hoc multi crediderunt arcana suscepisse de superis, qui per eos quise transfigurant in angelos lucis, illusio: nes ab inferis susceperunt. Primum est ciuiū supernorū, remouere timores, & abigere tenebras ignorantie. Proinde resurrexisse denunciant Iesum, quem uelut mortuum, cæcantes lumine fidei, requirebant. Et dicunt:

Mat. 28.

Non est hic. Proprium est angelorum confortare nuntantes, & præstare securitates, cum diuina prouidentia in terris sæpe facit eos aduenire legatos. Sed omnino est dæmonum aduersa cōditio, etiam quum se, permittente deo, in lucis angelos transfigurāt, ut non securitatem, sed inferāt sæpe pauorem: & in dubijs implent, non absoluant. Ac per hoc multi crediderunt arcana suscepisse de superis, qui per eos quise transfigurant in angelos lucis, illusio: nes ab inferis susceperunt. Primum est ciuiū supernorū, remouere timores, & abigere tenebras ignorantie. Proinde resurrexisse denunciant Iesum, quem uelut mortuum, cæcantes lumine fidei, requirebant. Et dicunt:

Luc. 24.

Quia impossibile fuit à sepulchri angustijs, detineri, nec petrina theca retinere potuisset corpus deitati unitum, quod etiam anima si militer unita ab inferis rediens animauerat. Non est hic, non corporis substantia, sed cōtate mutata. Et ipsum notum fieri in Galilæa denunciant, sicut ante mortē sæpe fuerat pollicitus. Perficiunt legati sepulchri oēm legationem in intelligibili sensu eis à resurgente impositā, & in memoriā reuocant uerba dñi saluatoris, quæ fideliter mente retenta, tenebrositatem incredulitatis auertunt: cum uero labitur, infidelē relictu efficiunt: [Recordamini] porro inquit [quod locutus es uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens:

Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordate sunt uerborum eius.

Et de nutatibus discipulis, ne amplius hæsitando cōtristentur, & de Petro uertice apostolici chori, ne trine negationis sit memor, præcipuam curam gerunt, cum ipsum singulariter nominant, dicentes:

Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam. Ibi cum uidebitis, sicut dixit uobis.

Ecce legati cælestes resurrectionis per oia uirtutem ostendendo locum, memorando quod per Iesum fuerat ante prædictum, & non uent ut pergāt ad apostolicum chorum, cuius clamor concentu ipsa resurrectio punit uersum orbem reboatura erat.

At illæ cito exierunt de monumento cum timore & gaudio magno nunciare discipulis suis. Et nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus.

Erant enim discipuli cum apostolis, quæ uis apostoli prærogatiua per Christum concessa fulgerent. Et sæpe apostolos discipulorū legimus nomine appellatos, discipulos uero apostolico nomine nunquam functos. Sed par cura erat angelis de apostolis atq; discipulis, quos omnes sub discipulorum nomine nuncupauit, quod & mulieres prout acciperunt ab angelis, edixerūt. Quod autem in Marco legitur,

Inuaserat eas pavor & tremor, & nemini quicquam dixerunt, timebant enim: intelligendum protinus, quod nemini quicquam

quam dixerunt, præterq; apostolis & discipulis, de quibus tantum acceptant ab angelis in præcepto. Nondum erant alijs, quam dilectoribus, tam alta pandenda mysteria. Est nempe cælestis prouidentia atq; peritiæ Christianæ, noua rudibus non reuelare mysteria, & carnalia sapientibus, spiritualia occultare, quousq; formā discipulorū accipiant in scholis gratiæ, prætermissa prudentia carnis, iugiter excubantes. Erant aut hæc mulieres, Maria Magdalene, & Salomæ, & Cleophæ, & Iohanna, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ uisa in sepulchro, auditaq; ab angelis, apostolis nunciauerunt, quæ uisa sunt apud illos quæ fidelitamentum, s. uerba ista, & non credabant illis. Tenti apostoli adhuc infra carcerem puræ humanitatis & sensualitatis inclusi, & Christi uerborū immemores, aut circa illo penitus infideles, uesana credunt quæ supra naturam facta referuntur: & angelorum insolitam uisionem atq; loquelā, autumant esse stultitiam. Nec duntaxat ipsoz fuit taliter hæsitare, sicut ante ambulatē supra mare crediderunt esse phantasma: uerū est etiam omnium, qui non sunt alta fide protecti, in similibus uacillare: potiusq; delirare dicentes credere, q̄ qd uerū dicunt, sana mēte referre.

De Magdalene erga Iesum affectu, eiusq; cū Petro & Iohanne colloquio, ac horū ad Christi sepulchrum cursu. Caput V.

Magdalena uero quæ amabat ardentius, ardentioribus amatoribus ex discipulis est locuta, Petro uidelicet & Iohanni, uelut mente capta doloribus & desiderijs uidendi, dicens:

Tulerunt dominum meū de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.

Anxietate atq; rapacitate loquēdi, eius qd dicit, actores nō exprimit, quos Iudæos, magis uero ipsos angelos referentes, atq; sepulchrum obseruantes, in sua mente intelligamus esse sublatos. Quæ Petrus & Iohannes mente stupida & cum semigaudio audiētes, ad sepulchrum unanimes cucurrerunt, quantum in currendo corporum non fuit æquafacilitas, cum ad sepulchrum citius iunior corpore discipulus aduenisset, sed in monumento prior non introiuit, sed qui posterior nō tam concito gradu uenit. Vbi prætermisso allegorico sensu, magnam in moribus nouimus rationem. Sæpe nouitia uirtus cum professa contendit: & quanquam uideatur nouitate feruentior, professa uero experientia solet esse perfectior. Probata ex pristinis moribus uirtus, ex consuetudine uilescendit, citius ad humilia inclinatur, & mori noscit esse

paratior, quod Petrus antiquior, in monumentū humilitatis & mortis securius ingrediens, figurauit. Feruet sæpe mustum, cum ex torcularibus exhauritur: sed in quæ qualitatem desinat, ignoratur: quod autem diu quieuit in uegete, ostendit in quam firma uerit qualitatem. Fumat nouiter accessus ignis, & flammam exhalant palæ, similiter & maleolis sed statim apparet, quæ materia fouet ignem. Multi nouiter militantes, magno uoluntatis impetu cucurrerunt in bellum, quasi ludos putantes ictus telorum: cum autem senserūt impetum equorum & equitantium duos lacertos & acumina metalli splendentes, horride timuerunt: & aut terga uertētes, aut occumbentes gladijs certatorum, aduersarijs dederunt uictoriam. Iure aut militari sæpe pbati, aut deuitat sapiēter impetitæ mulorū aut reportat certādi pbitate uictoriam.

Est & in uno agonizato pro Christo perire uirtutem nouitiam atq; probatam, est & in diuersis certatoribus cōsiderare similia. Nulla maior ī moribus uirtus, quam ingredi monumentū abiectionis, despectiōis atq; decoris, hūilitatis & mortis, qd nouit agere uirtus, non inharrens nouiter, sed probata, licet spiritus sancti grā subito possit inferre uirtutem, etiam his qui nouiter aut improuise in fidei bella deueniunt, aut subitos agones suscipiunt pro salute, quod in pluribus martyribus nempe legimus factum. Veruntamē qui audaciæ sanctæ atq; potioris uirtutis existit, plerunq; animauit infirmū, & crexit animam titubantem, & habuit in uirtute cōfortem, quem ante pauentē aspexerat. Proinde apud agonizatores debet esse præcipuū, non pauidos, sed audaces uelle habere collegas. Nam Petrus introiuit in monumentum prior q̄ Iohannes, cuius animatus exemplo, ingressus est & ipse posterior. Bonū Petro, quia prior introiuit bonum Iohanni, q̄ socium impauidum habuit. Bonum est certatori pro Christo, talem habere socium, à quo sollicitudinis, non pigritiæ, sumat exempla.

Intrantes hi duo monumentū, uacuum in Ibidem. uenerunt. Profecto surrexerat mirifice, qui humane fuerat tumulatus. Sed tantum linteamina cum seorsum ab eis posito inuolutō sudario inuenerūt. Explicata linteamina, liberam resurrectionem, & explicationē à uinculis mortis insinuant: inuolutum uero sudarium, huius resurrectionis ineffabile, atq; ab humano sensu incomprehensibile significat sacramentum. Et cum nil aliud inuenissent, crediderunt uidentes. [Nondum enim sciebant scripturas] scilicet testificantes, *Quia oportet eū à mortuis resurgere.*

Scriptura uero, Christi resurrectionem in multis denunciabat. Ipsi quippe scientia & firma credulitas, fidem astruit omnium à Christo gestorum: sed cum ipsius memoria non tenetur, sibi non adhibetur credulitas. Ex quo in hunc defectum uergerit, ut quod est futurum quousque factum fuerit, non credatur, aut saepe non posse fieri plus credatur. Sed cum hi duo apostoli hæc uidissent, nec uisionem angelorum uiderint, & locutionem aut mulieres, ad semetipsos continuo sunt reuersi, hoc est, secum interna meditatione uacantes, uel ad domum unde cursum inceperant. Sæpe quippe recompugitur mens humana, cum quaerita non inuenit, aut inuenta comprehendere nequit.

¶ De apparitione Iesu facta priuatim ipsi Magdalene in specie uoluntari.
Caput VI.

Ad contendum autem ordinem rei gestæ, quoniam hi duo ad sepulchrum currere inceperunt, mulieres cum eis ite sunt reuersæ, credentes potius cum apostolis aliquid certius inuenire, uisendi nimio amore flagrantes. Et cum nihil præter id quod uiderent reuidentes, his duobus recedentibus, & ipsæ pariter recesserunt, lento pede præmentibus gradientes, præterquam Maria Magdalena, quæ amoris catena ligabatur, ne abscederet à sepulchro. Et

Iohã. 10 *stabat ad monumentum foris, plorans.*

Stabat foras uelut à fide resurrectionis excluda, quousque in illam reintrasset bonitas saluatoris. Stabat foris à diuinis excluda. Nil tam foris insecum quam à fide secludi. Stabat foris à monumento nouitatis caelestis. Stabat foris à monumento, ubi Christi est resurrectio celebrata, in quod incunctanter uiderat exanime corpus includi. Et certa de morte, de resurrectione nutabat. Mirum profecto, certa de morte, dubitabat de uita, cum unus & idem sit qui moritur & resurgit, ut sicut non potuit sibi mors nisi suapte dominari, sic nec potuit ab inferis anima corpus reanimatum à tumulo detineri. Si humilia & infirma Christi credimus, credamus & fortia: si diuina credimus, credamus similiter & humana. Formam dei & formam serui, & ex utraque Christi gesta, pari fide in ipso credamus. Stabat Maria imobilis amore, nutabunda fide. Foris stabat, & si ex parte aliqua eum nosceret aduentantem, memor dilectionis offensæ sibi per Christum, quod sibi non deficeret in hac hora quæ uera erat resurrectio celebrata. Penitus dubitabat de resurrectione, ualidius de amore secura. Concertabant in anima mulieris huius, Amor & Fides. Amor protinus erat in pon-

dere, succumbebat penitus fides. Amor eius de amore Christi non hæsitabat, sed resurrectionis manebat tremula fides: idcirco amare plorabat amoris stimulo agitata: & ipsum accensa uisendi resurgentem ab inferis, prorumpibat in lachrymas. Quæ uerba inter lachrymas resonabant: Quæ cogitationum certamina uolebant in corde? Quis nouit edicere? quis modos explicare potuit impatientis amoris? Quis illum ardentem litem, cum dilectus cum dilecta in corde cõcertat, cum quaerit, cum quaeritur, cum dolet absentiam, cum præsentiam exigit, cum causatur tarda molimina, cum si expectaretur, non ipse tardaret, cum appendat in trutina omne quod dedit, cum nihil se dicat sibi retinuisse, sed omnia & seipsam in potestate tradidisse dilecti, quis unquam potuit talia palam faceret. Solum hæc uerus nouit amator, & qui omnia dilectionis iura cõspexit. Proinde ista discutienda ueris amatoribus relinquamus. Plorans Ierusalem, plorauit in nocte suæ tribulationis: plorat Magdalena in die resurrectionis, ut maior sit causa ploratus, in die festi de bitam non suscepisse lætitiæ, quam tempore tribulationis suscepisse iacturam. Plorans foris plorauit, & lachrymæ illius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Rigabat ora Magdalena lachrymis, similiter & maxillas, nec cõsolationem ab angelis, neque a complicibus apostolis, nec à matre dilecti penitus capiebat. Et hi omnes sibi utique chari erant. Habet hoc proprium ex toto inhærens amor, ut ab alio præterquam ab eo cui inhæsit, solamen oïno non capiat, nisi si solueret uinculum quod ligat, & dehærens nouit inhæreret, ut ex nouitate dilecti forsitan exultaret. Sed ania quæ Christo inhæsit ex amore ueraciter, præter eum & sine ipso non ad lætitiã, sed cuncta uertuntur pariter in tormentum. Et

dum fletet, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Inclinat amor saepe altitudinem cordis humani, etiam ad ima sectanda, & supbum humilem facit: nec est tam uilis aut abiectus mos, quæ inhærens dignatur amor. Conuertit amor corpus & membra in artem & aptitudinem inquirendi, eum scilicet, quem sibi sua catena constrinxit. Inclinat se amor & prospicit, sperans semper uide re quod gliscit: nec uno respectu contentus, uisendi actus ingeminat. Aspexerat autem Magdalena sepulchrum, & iterum intuetur more drachmæ pendens, qui saepe repetit in quæstionibus locum, in quod perdidit se credit. Amoris impatientia nouos gestus multiplicat, & nihil dicit abiectum quod sibi æquauit in uoto.

Sed nec omnino fraudata quaeritis, duos aspexit angelos ad solamen, magis uero ad testimonium inquisiti. Supra nẽpe præsumimus, quod dualitas ista significet. Sed interrogat oportune importunã, sedulã & sollicitã, rigatẽ maxillas suas lachrymis Magdalenam. Et dicunt ei illi: *Mulier, quid ploras?*

Quid est quod interrogat, penitus ipsi quod nouerant. Nec eos iatebat dulcis causa ploratus. Sed interrogant, ut ignem accendant ardentius quo ardebat. Respondit [eis] uelut familiaribus suæ mentis, ac scientibus uota planctus:

Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.

Nescit in quos referat ablationis crimen, sed ex certo dolore determinatõs, quæstio dubia uerba profert. Similiaque uerba cum nunciaret apostolis, dixit. Eodẽ modo, eodẽque affectu semper loquitur de re, cui factus est unus amor. Qui cum factus est rei subiectus, illam supra seipsam uocat * dominum suum & amore. Illa Christum dominum constituit erat: quo sensu loquitur, quia tulerunt dominum meum. Lachrymosis uocibus dabat interroganti respõsa, & refrangens singulibus uocem rei, quamquam non essent. Non determinabat actores, neque angelis, neque iudeis, neque custodibus, neque discipulis, neque aliquibus nominatis faciebat ipsa furti huiuscemodii imposturam. Sufficiebat enim sibi manifestasse dolorem, innotuisse quaeritum uotum, indicasse querentibus causam, exposuisse ploratus, absque quod in multa uerba modum quæ ignorabat, asserendo defueret. Restringit dolor uerba, & cum loquitur, saepe cõfusam emittit uocẽ. Sed acriori acerbatur dolore, quod quasi ablatiõis certa, positionis in alia parte domini sui nescia uidebatur. Vnde dicebat: Et nesci ubi posuerunt eum. Adhuc in sensu humano, non in altitudine fidei mulier ista persistit. Et uere nescia, ueram nescientiam suo uerbo pronunciat. Verius nil nescitur, quod non cognoscitur, factum. Et quod non est nescia, certa nescitur, loquitur ipsa nescia ueritatem. Quoniam nec ubi positus est, quod sua potestate resurgens à mortuis, ubi uult esse potest, sua uirtute uadens, non aliena potestate delatus. Porro impatientia mentis, impatientiam corpori facit: nec finit amor impatientis corpus quiescere, si per eum aliquid in corpore quaeritur. Quærebat Magdalena corpus domini saluatoris, non contenta quaeritõibus mentis, corporeis quaeritõibus satagebat. Affectio enim sua, in animo & in sensibus uti ipso uolentibus, erat. Idcirco agita-

bat & corpus circumquaque se uertens, si posset uidere quaeritum. Vnde [cum hæc dixisset, cõuersa est retrorsum.] Qua ualiditate amoris defuncti corporis agebatur hæc mulier, quod oculos, ut uideat, à ciuibus patriæ caelestis auertit: Quid in corpore delectabilius ad uideandum, quam angelicos & beatos spiritus, cum formam obijcibilem sensibus sumunt? Nam ad hanc uisionem quasi in extasi factus est Abraam, & ueneratus naturam, cum tres uideret, unum adorauit pronus ad terram. Delectatus tali uisione Iacob, apparentem sibi angelum cum eo orationibus, ne discederet, luctabatur. Multos legimus in ueteri testamento huiuscemodii uisione lætatos, nec aliud tunc quaerentes, dum uisio illa persisteret. Hæc mulier ab angelis auertit uultum, ut possit casu credens uidere quem quaerit, cõuertit ipsa retrorsum. Dulcissimum est cõfabulari cum angelis, altitudinem atque suauitatem humanæ linguæ omnino præcellit. Et ipsi hanc mulierem ad loquendum inuoluntant, blandis & cõpassiuis sermonibus blandiuntur, & exquirunt causam, uolentes referre solamen. Ipsi cum ea loqui delectare uidentur: sed aliud sibi præ amore iucundius, eis uertit scapulas, uultumque uertit in quietam retrorsum, & à uerbis eorum auertit infanies, & amore amens auditum. Sequitur amoris ipsa naturam, qui se non in naturam rerum, sed in placitum trañcit. Quauis Christus omnino angelo sit ipse nobilior, cuius nobilitatis quæ deus, oblita Maria, uiuentem ut deum & hominem uere resuscitatum, non ut erat, sed hominem mortuum, inter mortuos requirebat. Quo sic mortuo, aptiores atque ualidiores erant angeli ad solamen, & ad eius usum dilectionis, quæ sensu auditus atque uisus percipi potest. Et gratior menti rationabiliter esse debet uiuorum, maxime angelorum, quam mortui, affabilitas. Sed quod gratius est in natura, saepe minus capitur ab amore, qui fertur in placito non naturæ, sed saepius accidẽtis, apud quem saepius agitur iudicio utilitatis & delectationis plus, quam iudicio rationis. Sed ne diuiscule talibus delectatiõibus morer, utilior intellectus offertur.

Statuit ab æterno diuina iustitia, ut anima quæ nullis creaturis citra deum confenserit delectari, quod ipse se ad fructum impendat. Ac per hoc Magdalena auertens uultum ab angelis, cõuersa retrorsum, uidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Igitur tamen in proximo bonitate quaerit. porro uersabatur adhuc in tenebris ignorantia. Sed mira & laudanda diuinæ recompensatio bonitatis, ut quia quaerebat sedula, quia nul-

lis se consolabatur ostensis, uisis non lætatur, parumpendebat audita, Christus ad uocatum se obrulit inquisitus, ut lætaretur, quæ in pluribus lætandi copiam refugiebat. Et in plus Christus huic mulieri retributa lætitiæ fecit auxesim, ut quæsitus ut homo, consolaretur ut deus. Et tamen quæsitus, auferendæ tristitiæ facit exordium, dicens:

Mulier, quid ploras?

Querit ut homo, qui omnia sciebat ut deus. Nouerat cū plorabat, sed interrogatio ampliores prouocabat ad lachrymas. Tu quidē Christe hanc mulierem secreto tractu mentis magnetino more traxeras ad amorem, tu inuisa catena suauis dilectiōis ligaueras, tu ibueras amore cor eius. Tu signis, tu uer-

Lucæ. 7. bis commouens, tu peccatorum remissione purgaueras. Tu ipsam tibi tactus permissio ne ligasti, tu amoris tui ascia omnis rei concupiscibilis delectatiōem ab eius animo abiectisti. Tute sibi solum dedisti ad gaudium federe sempiterno, tu suscepisti lachrymas eius, nec abhorruisti oscula labiorum eius, tu illam dimisisti, ut à te per omnia iret in pace. Tu interpellatus iudex, eius aduocatus esse potius uoluisti, ne impediretur contemplatio dulcis eius, cum illam federe cognoscere ad tuos diuinos pedes, pro te fatigante forore. Tu lachrymas, ipsa uidete, fudisti ad germanicum funus: tu eam signis atq; signatis tibi sancto amore per omnia colligasti. Nūc priuatam solitis tu inquisis, Mulier, quid ploras? Nō ex toto insensibilis aut imemor facta est mulier, ut quid amiserit, nō cognoscat: & nisi reinueniat, quanto sit dolore donanda. Tu in ista plātaisti fidem, qua affecta in parte, te querit: tu spem eius ad superna uehisti, tu radicaisti protinus in eius animo charitatem. Tu rigas illam, ut clementi fuscipiat in inuisibilibus aquis. Charitas à te in ipsa diffusa, in te ab ipsa refusa, hic ad monumentum tuum ligatam tenet, illā plorare facit. Quid ergo est, q̄ interrogas, quid ploras? Tu causa quæstus, tu causa ploratus. Tu inquietas illam, tu ab angelis illam auertis, tu uiuere in pace non finis. Tu illam delecta rixibus à te creatis non permittis. Tu ad amoris tui impatiētiam adduxisti, ut nec consoletur in his quæ uidet, nisi te quem non cognoscit, cognoscendo uideat, uidendo cognoscat. Quid ergo bone Iesu interrogas diligenter atq; dilectam, quid ploras? Sed ad hoc interrogas, ut erudias, ut finē imponas lachrymis eius, quam ad te conuertisti p̄ penitentia lachrymas & oscula pia eius, ut res-

Lucæ. 7. stitues in illa deperditam fidē, in qua ipsam

saluam esse sanxisti. Et plus addit ad amoris & pij doloris argumentum:

Quem queris?

Ipse quæsitus erat qui quærit, qui quæritur, & ipse se uolebat offerre per ueræ fidei notitiam inquirenti.

At illa existimans quia hortulanus eēt, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi, ubi posuisti eum, & ego eū tollā.

Existimatio huiuscemodi forte ab ostensa effigie causabatur. Illam siquidē credimus ostendisse Iesum, aut quia in hortu erat monumentum, aut q̄ Magdalena plorabat, ut alterius non crederetur aduētus, nisi eius ad quem articulariter spectaret: pia tñ existimatio fuit, nec ab eo absōna, q̄ in ipsa uita eradicanō, uirtutes inferēdo peregerat, & repullulantem infidelitatem nūc uenerat ablaturus. Tenebantur tñ oculi forte commentato diaboli, aut pia dispēsiōe Iesu, ne subito iniecti agnoscerent, quem anima eius amore magis q̄ uera fide quærebat, p̄ eo q̄ uiuentem inter mortuos requirebat. Et non præstans testificatiōibus angeli fidem, merebat non aspiciere ueritatem. Vñ in obiectam oculis formam, anima decepta, non uera existimatio se tradidit: sed meretur error facilliter ueniam, qui à sensibus exterioribus, non interioribus, incipit. Et sensualis, q̄ intellectualis, est ad curam facillior culpæq; minoris: qui uero ex intellectu seu in spiritu exortur, difficilior & temporaneā curam habet, culpæq; maioris. Humiliter tñ, sed inconsiderate, ista mulier hūc quem existimat hortulanum, alloquitur: subiicit se in uerbis credito ut hortulano, ex amore quæsitus dicens: domine, si tu sustulisti eum. Dominum uocat, plebeium abiectiq; ministerij uirum: ad hanc humiliatorem quæsitus dilectione cogente, inconsideratam locutionem emittit. Si tu sustulisti eum. Quæ causa esse potuisset, ut quod quærebat corpus, q̄ tulisset hortulanus? Non suberat causa, sed amore insanien- ens loquebat improvide Magdalena. Quod si causa subesset, etiam ista suis stimulis agitata, minus sapiens loquebatur, cū petit edicere. Non huic quærenti referāndum erat, si ablationis causa subesset. Et mirū q̄ hunc quæ hortulanum credit, alloquitur uelut certissimum sui desiderij cognitorē. Habet in moribus suis amor impatiens, ut sæpe credat omnem hominem astantem sua uota cognoscere: & in doloribus uersatus, ab omnibus cum causa se cognitum credit. Idcirco uelut scientibus factum & causam, omnibus loq̄-

tur, prout nūc fecisse nouimus Magdalenā: Cui corpore absentes, spiritu præsentis, uerborum bellum indicimus:

Si hortulanus tuus est notus, si tua uota nouit, cur eum assertione determinata non alloqueris? Si autem ignotus, cur ei non edixeris quem inquisis, sed inquis, si tu sustulisti eum? Quem eum? Si hortulanus ignotus tibi est, tua uota nō nouit, nescit quisnam sit quem tam diligenter inquisis. Quem eū interrogas, acsi præsentē ipso illum in monumento clausisses? Quæ eum? Quid iste si hortulanus est, de quo quæris agnouit? Sed optime nescia loqueris, quia non patrem, nō fratrem, non filium, nō amicum terrenum inquis, sed eum qui est, & qui uenturus est, & dū sic profertur, sine agnominatione fuisse sciat. Sed credis ne tu mulier omnibus, sicut tibi tuum familiarem esse amorem? Credis quod omnibus sicut tibi, tuum esse dolorem, ut dicas: si tu sustulisti eum, dicit mihi, ubi posuisti eum? Quis intelligit eum, quæ, frangendo singultibus uocem impetu deplorādi, orarigando lachrymis, expresse non nominas? Sed frustratus ista mulier uerbis & locutionibus uagabatur, quanquam duntaxat corpus terrenum inquireret, cum impositens uiribus, tollēdi sangebatur audaciam: quæ nec illa mulier corpus illud ut quærebat, exanimatum, graue, per molē portare sola potuisset, cuius ipsa fuit de portatoribus ad sepulchrū. Nec corpus Christi modica seu imperfecta, sed communi & completa & decen- te quantitate cōstabat. Sed amor impossibilis ad possibile sua opinione reducit: & quod nequit efficere, posse credit. Cæca & impro- uida protinus amoris audacia, q̄ possit, effice- re plus promittit. Quo autem ista mulier detulisset, si abstulisset & corpus, penit' igno- ramus. Magis autem ipsam locum quo de- latura esset, præuidisse non credimus: zelus omnino sine sciētia in eius anima bulliebat. Sed qui hortulanus existimabatur, erat qui quærebat. Sed nec fixum ad hortulanum creditum, Maria tenebat aspectum: & incertis & undiq; uisibus uagabatur, mcerens & euolans, quia nec protēdebat refuscitatum, nec reperiēbat defunctum. Incerta mente & uarijs corporis motibus effluebat, excepto q̄ à sepulchro recedētibz omnibus, ipsa sola non recedebat. Iesus autem qui eam consolatur aduenerat, similis restitutus ad fidem, ipsam nominatiuo uerbo alloquitur, dicens: [Maria.] Hæc siquidem uox expri- mens nomen eius, penetrat animam eius, plus in uirtute ad ipsam existens, q̄ in sono editæ uocis. Sola solita, solum solite audie-

uit loquentem: ac per hoc cognoscens solitā uocem, recepit & fidem. Vnde [conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicit magister.]

Quo conuersa? Ad loquentem. Quia cū primo conuersa retrorsum uidens hortulanum, sua interrogatione completa, recouertit oculos ad sepulchrum, aut undiq; gyrabat aspectum, sperans ex aliqua parte sibi parere quæsitum. Nunc siquidem audita uoce quæsitus, ad eum se iterum reconuertit motu corporis, per amplius autem motu mentis in fide ueritatis. Et uocat magistram, qui discipulæ nomen expresserat. Non inuenimus Iesum aliquam mulierem, sed neq; matrem, nisi hanc & sororem eius, proprijs nominibus appellasse. Quæ, ut ex adiectiōe uerborum Iesu comprehendere possumus, nō contenta uerbis, sed aptitudinem corporis, ut solita erat, ad pedes ostendit, ut tangeret. Cui Iesus ait: [Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum.] Volebat enim tangere Maria Magdalena, solitis appetens gaudere contactibus, adhuc resurrexerat ut erat, non tanti pendens æterne surgentem, corpore glorificatum, uolens ut tracta est, mortalem & passionibus subditā. Et quanquam ad uocē eius fide conuertetur in eum, non ilico ipsum per resurrectionem altioris consistentiæ cogitabat. Proinde Iesus causam intactus adiecit: [Nondum enim ascendi ad patrem meum.] Verba sunt ista implicantiā rudem intellectum, sed explicantiā fidelibus ueritatem. Tangi uolebat ad sensuum consolationem, quanquam se tangi permiserit ad resurrectionis ostendendam omnimodam ueritatem, ne corpus impalpabile, non quod in sepulchro iacebat, crederetur quia nondum ad patrem ascendit. Ex quo erat omnibus prædestinatis utriusq; hominis donanda pacatio, nec quærenda seu donanda erat amplius per eū huiuscemodi consolatio super terrā, ut de ipsius mutis corporis gestibus à quoquam possit eē gauisum, sed in supnis apud patrem suum, si quasunt aut esse possunt in utroq; homine solamina, referuantur tibi hominum tactus tanquam in spiritali corpore, optime poia fulcietur merito resurgentis, qui pendens in cruce, in tactu habuit asperum sensum, ut sequeretur poena plenissima morientis. Non quæras in me mulier solita tui animi aut corporis fulcimenta: in meliora tibi & cæteris sunt commutanda fidelibus, ut non in terra quærantur ulterius, sed cum ad patrem meus fuerit celebratus ascensus, nō dei filij, qui ex deitate non moritur nec resurgit, nec ad patrem uelut ab eo descensus, nunc creascēde-

Lucæ. 10

re uelisset Christi hominis, q mortuus fuit in carne, nunc ab inferis & à tumultu exaltatus, & in eadem carne ad æternum patrè in modico ascensus. Sed nondum ascendi trabea carnis indutus, quam accepi ex uirginasili utero, cum qua conuersatus in mundo, cū qua affixus in ligno, cum qua iacui in sepulchro, cum qua glorificata resurgens, aspectibus tuis appareo, cum qua sunt tibi & electis meis præmia beatitudinis alta donanda. Sed cum ascendero ad patrem, ubi erit glorificationum corporum uerus tactus, sed hic p beatitudine nullo pacto me tãgas. Nō sunt sub cælo adhuc præstande beatitudines, sed donandæ uirtutes. Nemo hic beatificandus, nisi ad patrem cum assumpta carne qui descendi ut assumerem, prior ipse reuertar. Expediebat omnino ad patrem regredi cum carne, à quo per deitatem nunquam discesserat, & parare locum sicut ipse prædixerat. Et māsionum diuersitate tributa, tactus beatificæ gloriæ uerus erit. Alia ratione Maria tangere fatagebat, & alia ratione Christus illa abigebat à tactu. Illa motu sensus adhuc in sensibus degens, portans mortale, non spirituale corpus. Sed ad designandam beatitudinem nō eē in infimis, sed in superis apud patrē, illam à tactu prohibebat Iesus, ut in hac sola muliere quæ peccatrix extiterat, instrueretur ecclesia militans colligenda de gētibus & peccatoribus iustificandis per gratiam, ne in hac uita in Christo præmia beatitudinis quærat, neq; cōsolari, sed tribulari, affigi, crucifigi & priuari amicitatibus sensualibus, decorari uirtutibus appetat super terram, beatificari uero cum Christo in cælestibus apud patrē. Non est in carne mortali competens beatitudinis tactus, & ordinata possessio. Proinde à tactu glorificati corporis prohibet mortalis adhuc & subiecta miserij Magdalena, in documentum & præsagium cæterorum, ut non in uia etiam in Christo beatitudinis præmia, sed ex ipso & in ipso & cum ipso & per ipsum & propter ipsum uirtutes & uirtutum exercitia inquiramus. In patria uero superna præmia infinitæ gloriæ cū erimus apud patrem, ad quem, ut māsiones debitas præparet, & competentia loca credentibus, proptinus & post paulullum ascensus erat & Christus. Qui Magdalenam pro tunc & pro illa intentione à tactu remota, illam transmittit ad fratres suos apostolos, quos ex charitate fratres post resurrectionem appellat, ostendens q; propter resurrectionis claritatem, ad eos & ad fideles cæteros non pdidit pietatē.

Vade autem ad fratres meos, & dic eis:

Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum.

Ascendo ad patrem, meum per naturam uestrum, per adoptionem & gratiam. Patrè meum, cum quo mihi est in deitate uera cōsuetudo; patrem uestrum, sub quo uobiscum est mihi uera fraternitas. Patrem meum & uestrum. Homo sum, & uos homines estis. In hoc unum atq; communem possidemus patrem: patrem uidelicet creatione, amore, beneficio, dono. Sed quoniam deus sum, meus æternus quoniam homines prius estis, uester ex tempore. Deum meum & deum uestrum, ut una sit capitis & corporis in deo & p deitæternam beatitudo. Deum meū, cum q; mihi par est una deitas: deum uestrū, sub quo uobiscum est mihi eadem, non diuersa, humanitas. Magnam invidit Christus nobis ad ipsum fidutiæ ueritatem, magnam protinus æternorum communionem, imo ineffabile atq; interminabilem unitatem, cum patrem deum unā cum ipso dixit esse communem. Necdum in his uerbis omnem fidem & spem resurrectionis perfecit, ut sicut deus suus eū custodiuit in pœnis, animam euulsi ab inferis, à tumultu corpus, ita & nos resuscitabit, quia etiam noster est deus. Prærogauit uere credentibus sperandæ gloriæ infallibile ueritatem, & pacem habere cōstituit in aduersis, ut sicut eum suus pater in omnibus glori ficauit, ita uos quibus deus pater & deus esse ab æterno præuidit.

Ecce cōstituitur Magdalena inter homines prima nūcia sanctæ resurrectionis, & ipsa prior inter mortales atq; corruptibiles efficitur præconissa, ut nunciet his qui hanc resurrectionem per uniuersum orbem proclamaturi erāt. Et Christus ore suo ipsam primam suæ resurrectionis euangelistam facit, de qua Luc. 8. septem dæmonia inuisibiliter & potenter ex Mar. 6. pulerat, ut pro peccatoribus mors eius credatur & celebrata resurrectio, ut nec infidelibus ad fidem conuersis, nec peccatoribus ad gratiā firme reuersis credatur adimi gratia vbi. Nec à diuinis mysterijs putet excludi etiā se xus foemineus, & infirmior natura non dēprimi eum, cui aridet uirtus & gratia fulcit. Cōsolatur deus pater & resurrectio filij mulierem, quæ hactenus fuit in ciuitate peccatrix, & nunc quanquā illis nō infecta contagijs, erat enim nihil minus infidelis. Et in illa dat resurrectionis præconium, ut confortet tūc infidelem apostolicum chorum, ut pro peccatoribus credamus Christi Iesu tam alta mysteria celebrata, iuxta quod Petrus in epistola sua inquit: Benedicēt deus

& pater domini nostri Iesu Christi, qui secū dum magnam misericordiam suam regere ruit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē in corruptibilem & incontaminatā & immarcescibilem conferuatam in cælis, uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem, in salutē paratam reuelari in tempore nouissimo. Hæc siquidem firmat cum se resuscitatum ostendit, & ad patrem & communem nobiscū deum in breui accessurum se asserit.

De apparitione Iesu, facta Magdalene simul & alijs mulieribus. Cap. VII.

Hæc dicens Iesus, ab oculis Magdalene disparuit. Illa in base reposita fidei, à qua dimota extiterat, egreditur hortum illic, reliquit ipsa sepulchrum, nec ultra se inclinauit ut aspiceret, nec amplius si adhuc essent uel recessissent, requisit. angelicos testes, de resurrectione credula, de quaesito iucūda, et ut iussa domini & magistri pficeret, animo & corpore festinavit. Et cum reuerte ret, suas confocias in itinere infra sepulchrum & Ierusalem. consternatas, animo lento gradientes, uestigio adinuenit. Quas etiam sociali discretione retento pede, atq; interposita sessione dum ista cum Maria fiebat, nescientes credimus expectasse. Sic in simul uersus Ierusalem uenientibus, illi iucundanti, illis tristibus præ dolore:

Ecce Iesus occurrit illis, dicens: Aue. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Occurrit Iesus eum sedulo amore quærentibus: & sollicitam curam gerit, ne animæ dilatione frangantur, festino remedio fragilibus opus esse cognoscit, ne spes dilata in desperationem tota mutetur, & ne pius animus habitum impietatis assumat. Cura est Christo de infidelibus, ut adducat ad fidem, licet omnes non ueniant: cadentibus, ab habita uirtute ut resurgant, quanuis non omnes pariter releuantur: de his quæ aguntur uirtutibus, ne labantur, quanquam inueniatur nō omnes in his æque stabiles, & in operibus efficaces: de his qui à uirtutibus non deficiunt, ut in ampliora proficiant, sed tamen omnes eodem spiritu non feruent. Et ut proficientes perueniant, suis miris modis in secreto & inuisibili sensu occurrit, & sua pietate suffulcit, in occurfu huiusmodi dicit: Aue. Plenitudinem pacis & abdicationem perturbationis in finitās, & plus menti q; sensibus corporis ipse saluator occurrit, ut corpore oculis, vbo mēti, uoce in auribus trāsusa loqueretur, ut corporea & mutua uisio

ne anima inuisibiliter inuisibili fide de resurrectione firmaretur. Occurrit saluator uiam huius mundi pauide gradientibus, quia ipse uia in qua melior est ducatur: ut relicta seculi uia, illam quæ in patriam prouehit, gradiamur. Et pacem loquitur, cum obuiatoris more salutat, Aue. Quod Hebraica lingua uerbum est pacis. [At illæ tenuerunt pedes eius.] Quomodo tenuerunt? Geniculando ante eum, ob reuerentiam & amorem. Et se tangit nunc Iesus permittit, ad ostensionem & certitudinem resuscitati corporis, qd Maria denegauerat in orto, in abdicationem sensualis delectationis. Gesta enim Christi nunc denegata, nunc concessa, nunc prohibita, nunc permessa, magnam nobis astruit mysterij ratio nabilem uarietatem, ut unum & idem quod uno tempore denegatur, alio conceditur atq; permittitur, defectum in quo fito, indignitatem in quærente, ineptitudinē in modo, importunitatem in tempore, indecentiam in re dum negatur, importare credamus: cum uero conceditur, his caruisse atq; ornari contrarijs firmiter autumemus, nec pro tanto diuinum mutatur consilium, si opera uarietur. Nouit enim diuina prouidentia sine dolo nostris utilitatibus consulens, qualiter & quando & quid nobiscum diuersimode sit agendum. Et nunc procliuæ mulieres tangunt & osculantur dominicos pedes, & ad solita reuertitur Magdalena. Et recognoscunt resuscitatum, quem uiderat crucifixum, & in theca petrina reclusum. Et resuscitatus in corpore, in illarū animabus fidem resuscitat, ut procliuæ corpore, in anima profundius inclinentur. Cum enim adorant in ualida fide mentis, protestantur illam gestibus corporis, magno sacramento ad posteros transductū est, ut in Christo resurrectionis gloriam ueneremur, eius merito nostram beate fieri, si fideliter uixerimus, expectantes.

Tunc ait illis Iesus: Nolite timere.

Ab angelis & Christo, à mentibus harum timor excluditur, ille uidelicet, qui titubare in fide aut illam tremulam facit. Nullus noxior timor, q; hæsitare de Christo, atq; de gestis eius in nostram salutem dubio cōmimo ueri. Radix bonorum fides, sine qua impossibile sit deo posse placere. Cæteræ uirtutes ex ipsa, uelut rami à radice, consurgunt. Huius radice commotio, periculosior est q; ramorum. Proinde timorem qui eam cōcutit, saluator resuscitatus excludit, dicens: Nolite timere. Quod etiam sui legati ad sepulchrum angelici testes eidem mulieribus, cum uisio

tarent sepulchrum, similiter prædixerunt. Sed resuscitatus Christus, suorum comilitonum non obliuiscitur, quauis secum in tam alta pugna non utiq; de certarent, eum solum præ timore in bello fauissimum relinquentes: sed curam continuam gerit, quibus iubet multis talia nunciare.

Mat. 28. *Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam: Ibi me uidebunt.*

Hoc idem angeli paulo ante prædixerat. Magna huius almi regis benignitas, qui relictus in bello, suos pauidos & formidolos fugitiuosq; socios, fratres nominat cum euasit, & nouitatem caelestem eis in suo corpore ostendere repromittit. Ducis excelsi suauitas, qui eum negantes ingruente bello, tempore tenebrarum, fratrum se dicit ad eos tenuisse amorem. Insoluta clementia principis, qui post pressuram caumq; bellorum, post uictoriam de ligno, de tumulo, de legetartarea reportatam, sub æterno patre continuo fratres appellat. Primogenitus enim factus est in multis fratribus, & susceptam ex tempore carnis traduce in parentem, in suorum fidelium numero uoluit esse matrem, cum nominat eos fratres. Exclutit pfecto tyrannidem, regnandi superstitiosum fastigium, dominandi fastum depressit. Et cum illos quos in æternum secum præuiderat regnatos, in fraterna æqualitate distinguit in superno regno atq; caelestibus moribus, abstitit sub & supra omnem alium, non tamen suum, euacuans principatum, sub quo uelut cum primogenito, æquo fraterno iure uiuere post se post natos, non in natura qua deus, non in carne in qua singulariter natus, sed in gratia & gloria per uiuentem spiritum, quem in filios adoptionis effudit. Nempe ab earum oculis disparente Iesu, quod eis prædixerat, festinant mulieres perficere, scilicet nunciare apostolis uisionem quam habuerant domini resurgentis, & lætitiã eis in Galilæa futurã apparitionis. Et uenientes inuenerunt unde eum congregatos. Quos prima uelut audacior atq; feruentior alloquitur Magdalena, merito sibi deferentibus cæteris, unde ei maxime ab euangelistis contribuitur, quod resurrectionis nunciauerit ueritatem, quamquam & aliæ mulieres in uia eum uiderint occurrentem, audierint & loquentem, & tenuerint eius pedes, & perfecta inclinatione corporis, in fide ueritatis adorauerint super terram. Sed nescio qua pia permissione Mariæ duntaxat permittitur sit autoritas nunciandi, & uisa & imposita differendi, quæ speciali alloquio sua uera esse quæ uiderat duobus apostolis,

Rom. 8. Colo. 1.

qui cum ea fuerant ad sepulchrum, cum ipsa prima eis ediceret uisionem uidisse ciuili suorum. Lugebant tamen singulariter & amaro animo Petrus & Iohannes, quia iuerant ad sepulchrum, nec Iesum aut angelos, sed tantum monumentum uacuum cum lintheaminibus uidere meruerunt. Et illi audientes quia uiueret & uisus esset ab ea, non crediderunt, quia & ipsi accesserant & nihil uiderant. Regebantur more illorum, qui cum anxietate allogliscent, qui, quauis quod dicitur uerum sit, quousq; uideant, fidem stare recusant. Sed mirum quod ista mulier ad istos maxime se trahebata illi non nouimus causam, nisi quia ipsa nouerat eos magis amore feruētes aut affectos acriori dolore, quod his quibus hæ mulieres gaudebant, ipsi quasi nescij priuabant. Et mos est, cum plures amatores in uno dilecto præ cæteris amando conueniunt, quod ad se inuicem plus requirunt. Et si ueri simile animal se ad suum simile iugit, amoris natura in amore magis similes plus atrahit. Quibus auditis, ab aliquibus statuerant, ab aliquibus discurrunt in incertum, sed certis itineribus ad querendum.

De custodibus sepulchri in Christi resurrectione perterritis, & in ciuitatem fugientibus, & ueritatem pecunia in mendacium uertentibus. Caput VIII.

IN T E R E A dum ista quæ supradicta sunt agebantur, scilicet à prima locutione facta mulieribus angelorum, usque dum est Christi apparitio tertia subsecuta, falsum exortum est de ueritate commentum, sed semper ueritas ex sibi oppositis plus resurgit. Nam ecce quidam de custodibus, qui de ordinati one pontificum & sacerdotum & decreto Pilati, ut custodirent à furto corpus, positi fuerant ad sepulchrum, in ciuitatem nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant, & illi congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: *Dicite, quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos nos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos usq; in hodiernum diem.*

Custodes erant sepulchri, non corporis, quanquam pro custodiendo corpore positi

essent. Sepulchrum mansit omnino inablatum, corpus siquidem non potuit custodiri, quin ex indita uirtute, custodum abiecta pensatione, resurgeret. Neque custodes humana industria præiudicare diuinæ potestati poterunt. Et quauis positi essent de prouidētia Iudæorum pontificum, ne discipulos furto parceretur ipsi calumniã, prouisione postera excellentius præuidit altissimus, ut ipsi essent primo Iudæis testes uerissimæ resurrectionis, quod fuerant adhibiti ad excubandum contra opionatum furtum corporis. Sed semper sibi ipsi mētitur iniquitas, & commentu maligni, suum retorquetur in caput & sæpe iniquis in contrariam reflectitur partem, quod ad uota componunt. Plerumq; in astutia sua mūdificantes dñs comprehendit, ut unde credit elabi, inde capiatur & unde delatari, unde tristitur. O quanta Iudæorum pontificum debuit esse confusio, quantusq; dolor, ut illos audiret resurrectionis illius testes, quos contra furtum statuerant esse custodes: & sciret illum uerere: quæ tanto studio morti tradiderant. Exitiale malum illos uexabat animos, cum timerent illum in uita noua superiorē: & frustratam esse omnem industriã, quã in suam necem ediderant. Et nulla pestis animos hominum tam saue depascit, quam, cum sciunt prosperari per omnia inimicum, quæ nullo pacto uolunt amicum, maxime cum redditur ex persecutione sublimior. Maluissent Iudæi non intulisse necem, quam ipsum ex morte resurgere. Propterea enim ferris æmulus læditur, si aduersarius ex illatis malis amplius inclarescit. Pontifices & cæteri hæc audientes, ad Christum, penitentia agentes, tota intentione debentes conuertere, potius ad falsa commenta more solito sunt conuersi. Nam proprium est deprauatorum hominum, ut ex bonis ad mala, ex melioribus ad peiora, ex optimis ad pessima conuertantur: & relicta ueritate, se pallio falsitatis obnuant. Unde audientes hæc, congregati sunt, non in charitate, sed in iniquitate ite contra Christum, falsitatis pugnarum tentantes: & sumpto damnato consilio, testes pecunia corruperunt, in mendacijs instruentes, quod sopore depressis, corpus à discipulis est sublatur. Et securitatem promittunt à præside, ipsi penitus pauifacit & territi animo, falsam fingebat audaciam, sed merito deluduntur, cum mendacium aliquod uerissimum nesciant colorare: retinam omne mendacium quod creditur, coloratur similitudine ueri. Proh, si dormiebant, quod uiderunt quod testificati sunt: Quæ leges dormientes admittunt in testes: Quis testificabitur quod non uidet: Et si forte crede

retur quod somnians uidisset, in somnians continuo est delusio. Et si dormiendo in somnis uiderunt, cur ergo ad rem tam eis contrariam, excitati non sunt: Solent profus in somnis aduersa uidētes, subito excitari. Et si excitati, cur fures non fuerunt illico persecuti? Si uigiles pernoctabant, cur inermibus non resisterunt armati? Nempe per omnia sunt aperta mendacia, nil simile ueri habētia, ut in eos in uita præsentia ad confusionem, in alia uero ad condemnationem omnia reducantur. Sed attrita frons perfidorum non confunditur, nisi cum nolens sibi aduersantia patitur. Geminata malitia nascitur renouate, cum nolunt audire nouitatem caelestem inuitatã in Christo. Et cum ex pecunia conantur infringere ueritatem, argumentu exaltat omnino colligitur, cum caelestis & æternæ uitæ inuitu uelut non existēs obruitur. Infatibilis uorago malitiæ, cui male agendi argumenta non desunt. Et posterosior in animo quod in trutina fuit ipsa pecunia, quæ testium animos ad falsa flectenda commouit. Pessima cupiditate illorum animus angebatur, ut accepta pecunia, resurrectioni Christi ipsis audientibus approbatæ per angelos, male suaui turpius inclinanti, conarentur inferre calumniam, & conuertere in mendacium ueritatem. Iuxta quod male præmoniti, per uniuersam ciuitatem tale commentum publice diuulgauerunt, & prædicatum est tam crudele mendacium, & ueritas turpiter corrumpitur in plateis, de quibus uisus & dolus in malis conatibus non deficit. Et diuulgatum est apud Iudæos tenaciter, ut usq; in hodiernum diem corpus credant fuisse sublaturum, aut ex peioribus præsumat in Christum. Quid igitur nequius eo quod nunquam quiescit à malis, ut cum una uia male agendi præcludit, uelut aquarum impetus, etiã in partem aliam deriuetur? Hoc siquidem deprauatorum est proprium. Quid criminiosius, quod diffusa pecunia temporalis, fecerit diffundimendacia super orbem: & ipsa corruptibilis, corruerit hominum rationem: & mortalitatis existens, ad uisum data mortalibus, uitam denegari fecerit immortalē, uidelicet quod Christus omnium uita & beatitudo bonorum, non inirexit à mortuis: Sed uelut res inanimata & insensibilis fuit furto portabilis, danoso futurorum in præfugio factum est, cum rememoratione priscorum, quod incumbente auaritia, confundatur uita mortalitatis: ipsa regnante, tyrannizet & omnino peccatū ipsa superstitite, obruatur & uirtus: & serpente ut putrida tabe, mendacium pro ueritate clarescat.

¶ Quōd Iesus Petro & duobus Emaitis apparuerit ipso Paschæ die. & de peregrinatione ac solitudine Iesu.

Caput IX.

Veruntamē sicut non deerat impijs sollicitudo peruerfa, quomodo confundere possent nouitatem cælestem: sic & pijs non deerat sollicitudo quærendi, si reperire possent ullatenus resurgētem, ut Petro à cæteris segregato, in nescio quo loco quem scriptura silet, dominus apparuerit, & confortauerit in fide cor eius, & finem dederit infidelitati & lachrymis eius. Qui regressus ad cæteros cum gaudio, apparuisse dominū nunciavit. Quod ubi auditū est, aliquibus diffidia facta est, aliquibus spes, aliquibus cōturbatio quasi singularitatem apparēdi causantibus, aliquibus proficiscendi peregre, si obuium habere potuissent. Quia quo magis resurrexisset ferebatur, uisendi crescebat auditas. Proinde ecce [duo ex] discipulis, corpore difficili à cæteris, relinquentes Ierusalem resurrectionis die, in Emaus cū tristitia cordis, incessu corporis ferebantur, conferentes adinuicem lamētatiuis sermonibus, quæ in Christo tyrannice gesta cognouerāt quibus se saluator more peregrini uiatoris adiunxit, dans se tristibus socium pia curiositate, prolatis uerbis aures accommodās, quasi nescius relatorum, & tenens effigiem alienam à cognitione loquentium, eo merito quo ipsi de ipso hæsitabant, ipsos de sermonibus, ut remoueret errorem, percontatus est, dicens:

Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?

¶ Expertus in semetipso erat, de quibus interrogat: & non solum alte nouerat, sed didicerat experimentalis scientia de quibus inquit. Sed uelut magister, interrogat quæ ipse cognouit, ut discipulos nō tam in scito, sed instruat in ratione sciendi. Magna dignatio saluatoris, qui de se loquentibus asstitit, ut in ampliora posse recipere, si actus fecerimus meliores, argumentum indubitate confurgat. Nam si loquentibus præstitit præsentiam corporis, actiuus amatoribus præstabit protinus præsentiam deitatis. Et in effigie peregrina se porrigit peregrinis, ut non perfecta eius in hac uita possit esse cognitio: inuicem siquidem, ut & uita nostra sit quædam peregrinatio super terram, ubi tantum sit necessaria ulucapio, non delectatio, & connexus amor in perfunctorijs grānis orbis. Ecce uadens in peregre, usque duntaxat appo-

sita capit in stabulo, in curie cætera præmittens: nec cum solitudine morosa, sed itinera naria plus molestat, Magnum sacramentum in moribus sumpsimus, cum post resurrectionem Christus uelut peregrinus apparuit, ut ostensa nouitate cælesti, peregrinatio pro ipsa uita hominum reputetur. Et tota uerorum fidelium destinatio in hoc fiat, ut quod semel ostensum noscitur, intentione atque in moribus id agatur: Sed uera siquidem illa est, quæ in adiuuenta semper, nunquam in relicta retro uertitur aspectum, & nihil de uita præsentis sibi proprium fecit, excepto quo regulata natura fulcitur. Hoc enim solum omnibus est in iure: quod uero excelsit in uoluntate, non necessitate, nec iure naturali peragitur. Et illo non uoluptuose uel maculose, sed more mendicario, sic uadens in peregre, usus est nec uexillum cuiuspiam gloriæ fixit in terra, in qua peregre mouebatur: sed illa quæ possunt notum facere, plus obtexit. De se diffidens, nec habens brachium in corruptis, discissus à cæteris, ex omni se totus in uitam incommutabilem introiit: ut se progrederetur pallio uetustatis exutus, quo mundi ciuis indutus agnoscitur, illa uelut litatis & nouitatis ueste se obnues, qua præditi non huius seculi ciues, sed esse cælestes, despectis à mundo fulgoribus inclarescit. Præter asstitutionem in effigie peregrina, in interrogatio de collatis sermonibus, animos ad aliud trahit. Sed qui sunt sermones in uia cum tristitia sic prolatis: nō ut ignarus interrogat, sed ut potius reprehendendo instruat. Nam quanquam in uia sumus, dubij de Christo non debent esse sermones: quoniam hæsitare de Christo, non dubia, sed certissima constat esse damnatio. Et quanuis uera ratio, usus, mos solitus, Christi mysterijs cōsentiant, fides uera supergreditur omnium istorum iudicium, cui firmiter aut tremule adhæsimus. Proinde si firmiter, cur dubij aut queruli, aut pleni amaritudine sunt sermones? Cur cor in penetrabilibus fluctuat? Cur animus anxie querulatur? Si autem tremule fidei argumēta suscepimus, cur Christo facimus imposturā, quasi agēti infirmiter, nec ualentem perficere quod spondit? Iuste illi arguendi erāt, & ut increparet, addendo doctrinam dñs inquisiuit. Per amplius siquidem arguendi sunt, qui post tāta fidei monumenta, corde in fide nutantes, in uerba dubia sepe prumpunt: & plus exaggerat ipsa conditio, quod dubius socius, dubium quærit, cū murra sit locutio in duos, ut nec altè altere reprimat aut solider, si uacillet: sed inuicē ambu-

lant, inuicem dissentiendo à fide loquuntur, inuicem tristantur. Nam tristitia dubietatis est germen, & ab illa uelut à propria radice cōsurgit. Sed illi adhuc nube infidelitatis & dubietatis obrecti, quorum oculi etiam machinamento malo, sed dispensatione diuina tenebantur arguti, arguunt quem reputant peregrinum, dicentes:

Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in Ierusalem

[his diebus:] Increpant interrogati tertium socium, quem non ex proposito, sed ex euentu susceperunt, eius protinus cognitione carentes. Nempe atque omnifarie uerum est, quod qui Christum non quærit ex uoto seu determinato proposito, semper fit in anima, moribus & animis & cogitationibus ipsi alienus. Et in his plus quam corpore peregrinus apparet. Effigies siquidem cognita est, sed effigiatius ignotus, aut modus quo alia effigie protinus effigiatius est. Nemo ignorat peregrini effigiem, sed uera facies ignota consistit: si cognita, ilico cessabit conditio peregrina, & erit quasi colonia aut ciuiliis cognitio, sic in Christo omnium factorum uere cognoscimus uera, similiter improcata per nomina, ipsum uero & actorum modum penitus ignoramus. Quia uero uidebatur eis quod nullius effugeret scientiam, quod gestum erat in Christo, ideo inquisiti de singularitate ignorantie, quam ipsum tantum habere mirantur, ut solus non referatur ad id, quod in ciuitate solus aduenerit, solusque in his diebus affuerit, sed ad id quod rem tam omnibus notam, ipse solus ignorauerit, aut post omnia facta nūc de remotis partibus in Ierusalem solus appulerit. Sed bene in hoc arguit, quod res tā nota, nullius debebat uitare notitiam, alterius autem ab ipsorum intelligentia, quasi arguendo dicunt: Tu solus es peregrinus in Ierusalem: Veritatem altissimam ignorando dicunt: quoniam ipse solus in patre uerbum, Solus duarum filius naturarum, Solus eodē tempore in celo & in terra, Solus eodem instanti beatus & miser, Eodem momento in supremo throno & crudeli patibulo, Solus simul uiator & comprehensor, Solus deus & homo simul, Solus singulare gradiēs uias, A celo cursor ad uterum, Ab alio uirginali ad speculabile seculum, Sponte subiens crucis opprobrium, Insensibili corpore introuetus in tumultum, Exuta carne in anima perrens limbū, Inde ad corpus, Inde ad sensum: In uise incognite, nota cum uisa obstātia penetrans, demum scandens in cælum: Solus

in distinctis duobus, locisque diuersis existēs unus: Solus in monte altæ contemplatiōis, Solus æquorinas pera grans semitas, solus transfiguratus potenter, Solus ab inferis reuocans iam astantes, Solus donans libertatem necis & omnis penalitatis naturam pæpedientis, Solus amator hominum, Solus simul diuersorum hospitiū hospes, Solus immortalis natura, mortalis carne assumpta: Solus immortalis potentia, dūtaxat uoluntate mortalis: Solus in bello, Solus in uictoria, Solus in triumpho, Solus in morte mortem uincens, Solus in spolio, Solus in trinitate filius: Solus in humanitate perficiens, quæ non capit sensus humanus: Solus in omnibus mirificus, ut uere de ipso prophetatum extiterit, Singulariter sum ego donec transeam.

¶ Multa de his similia comprehendit huiusmodi solitudinis uerbum, quod discipuli Christo uelut peregrino incognito protulerunt, ut etiam ipsi diffidentes, quem peregrinum existimabant, dixerint ignorantes.

¶ De spe seu desperatione illorum duorum in Emaus euntium, erga Iesum crucifixum, ac tarditate seu stultitia eorundem per Christum redarguta.
Caput X.

Interrogat iterum CHRISTVS, dicens: [Quæ?] Porro in seipso expertus erat, quæ scire tentabat, sed quærit confessio nem uerbo, ut docendo abscindat errorem, damnet dubiam fidem. At illi subinferetes, dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt, dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres

dixerunt: ipsum uero non inuenerunt.

Quamquam gestorum referant ueritate, in magna parte diffidunt, & minus debito credunt, eum propheta duntaxat appellant, quamuis addiderint potentiam operis & sermonis coram deo, cum ipse penitus deus esset, carne assumpta in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Aut forte isti nunquam crediderunt uerum esse humanatum deum, aut de resurrectione diffisi, si crediderat, abiecerunt. Idcirco de ipso, ut de communi propheta, inuicem colloquuntur. Potentiam tamen operis in miraculis, sermone uero in doctrinae altitudine posuerunt. Coram deo, uelut eius amicus, ab ipso accipiens gratiam: & omni populo, propter famam atque sequelam. Et traditionem subiiciunt, crucem & mortem peractam damnata potentia sacerdotum. Adhuc spem quam in Christo posuerunt, ut ipse redimeret, pro ut saepe ante praedixerat, Israeliticam gentem: sed minus ipsum ad seipsum secreuerant, quoniam redempturus omnes uenerat nationes, & appropriabant illi populo, quod erat omnium populorum. Quod Simeon in templo, ipsum tenens in ulnis, prophetauerat, dicens se uidisse salutare quod deus parauerat ante faciem omnium populorum. Fit tamen uehementior eorum dubitatio, & anxior cum peregrino querela, cum tertia die ipsum resurrexisse non uiderint, huiusmodi ante mortem promissa facta per Christum, ad animam reuocantes. Et mos pusillanimum est, ut quae non uiderint, facta non credant: & quae non intelligunt, fieri posse non credant: & quae ipsi nequeunt, in esse prouenisse se causentur. Fit in nonnullis extra plurimis rebus, uelut in carentibus luce corporea, ut quod non uident, esse non putent. Quo sensu hirecitat dubia ista de Christo. Accessum mulierum referunt ad monumentum, dicentes, ex nostris: ut plena notetur communitas & aequa participatio utriusque sexus sub redemptore omnium Christo, in quo non est masculus neque femina. Et de duobus Petro & Iohanne dicunt, ex nostris, ut etiam charitate atque communitate Christi credatur congregatum fuisse collegium, ut non solum res, sed personas constet fuisse communes. Terror quem asserunt, prouenerat tantum ex nouitate relate rei & corporis non inuenti, aut adhuc resurgentis hominis ignorati. Semper enim homines subito nouitate terrentur, quousque quod dicitur inolescat, maxime si supra sensum est nouitas. Et ignorantia turbationem, timorem & admirationem

Luc. 2.

* ex tam

inducere consuevit. Patet etiam, istos non recessisse in peregre profecturos, quousque Petri & Iohannis de non inuento corpore innotuisset relatio, & post apparitionem Petri diuertentis in locum secretum, ubi sibi Christus apparuit. Narratione per uerba completa gestorum, Christus etiam adhuc ab eis non agnitus, illorum arguit stultitiam & animi tarditatem, dicens:

O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Stultitia, inertia cordis: magis uero dicitur animi hebetudo, ne intelligat cum aderit quod est intelligendum, nec aliunde animus perditur, qua remota, intellectus fulget luminibus ueritatis. Hanc mentibus illorum Christus inesse cognoscebat, quam merito reprehendit. Nunquam enim reprehendisset, nisi sciuisset eos ab ea detinerique tunc maxime fit in uitio, cum animus potest fieri studiosus. Protinus oppositum stultitiae, studiositas uera est. Ac per hoc innuitur Christum suos sequaces uelle uacare prophetis, & diuinis theorijs intendere. Et sapientia dicitur: Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens, & in prophetis uacabit. Proinde ab hebetudine stultitiae detineri, inter uitabilia computatur. Nam scriptura dicit: Cum stulto ne multum loquaris. Iure in locutione uitatur, in corde factus hebetior. Arguit etiam illorum cordium tarditatem, in prophetis credendo ueracibus. Iure culpatur tarditas in credendo, si qui loquuntur, noscuntur esse ueraces: & si quae ratione non capiuntur, traiciuntur in fidem. Credere, quod intelligere, usquequaque noscitur esse facilius. Non enim adhibetur tempus ad studium, nec interpres requiritur in docendis, & sulcatis literarum characteres ante oculos non expedit exhiberi. Cito enim credulitate capitur, quod non intelligendum & ratione discutendum, sed duntaxat credendum asseritur. Inde quippe fit, quod eo iure reprehenditur tarditas, quo culpatur & maxime reprehensionibus subiacer, cum ex ipsa nulla bona, sed plurima damna proueniant. De illa profecto dixerim, qua, duce fide uel studio, ueritas in intellectu traicienda tardat, aut non apprehenditur uirtus expeditis. In aliquibus etiam tarditas commendatur, secundum apostoli Iacobii sententiam: Sit ois homo tardus ad lo-

Luc. 24

Eccl. 1

Eccl. 1

Luc. 14

quendum, & tardus ad iram. Sed hic a Christo illa reprehenditur tarditas quae sub umbrae fidei non quiescit, nec festinat se in scripturarum & prophetarum fidem traicere, sine qua nulla uere percipitur ueritas, nec eis fide non adhibita potest fieri pietas. Porro ex hoc colligitur, prophetas domini fuisse ueraces, ueraciter protulisse de Christo oracula, & si qua Christus in hoc mundo uisibiliter gestit in carne ab eis ante praedicta, cum Christus resurgens a mortuis, eam increpauerit discipulos tarde credentes. Abijcienda est tarditas, quae uitium non festinat expellere, nec nititur adhibere uirtutem. Vituperanda tarditas ad expediens, ubi mors nec sua minima tardat, & natura tempore & uita proprie procedit in finem: & nihil sitit in rebus, quod suis legibus a deo positus uelocitate non pergat. Sola tarditas hominum est in culpa, cum mente auriga uirtute ac moderatis moribus non proficiunt.

De cuiusmodi necessitate oportuerit Christum pati, & quibus scripturis Iesus usus uideatur apud Emaitas, ostendendo se oportuisse sic pati & mori. Caput XI.

Sed quod Christus adiecit de oportunitate patienti, posset animos dubijs quae sitis omnibus conturbare, si sibi aliqua fuit dominata necessitas, & quod aliter non potuisset intrare in gloriam, nisi ante talia pateret. Proinde omne dubium auferatur de cordibus hominum, Christum non ita passum fuisse, quin aliter potuisset redimere redimendum aut in suam gloriam conuolare: sed quod fuit decentius redemptori, aptius sane redemptis, hoc oportunius fuisse credamus, ut oportunitas non sit necessitas quin aliter, sed decentiam prouisam potius taliter asseramus incognitam nobis, nisi ex fide, quousque gloriam pro nobis emptam sanguine capiamus. Ut autem Christus assereret prophetas fuisse ueraces, & facta clarior esset argutio, coepit eis scripturas interpretari.

Incipiens a Moysse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant.

Tradunt Hebraei, primum omnium prophetarum fuisse Moysen, & ante illum nullum praecessisse prophetam, prophetauit enim de praeteritis & futuris. Sed nec intelligendum, cum Christus clare de scripturis praeteritorum gesta & oracula claudentibus loqueretur, quod tantum a tempore quo Moyses mundo claruit ordiretur, sed ab eo tempore orsus est, quod gesta hominum Christum in suis passionibus figurantia inceperunt, ut quamquam ill-

las scripturarum interpretationes quas peragendo Christus differuit, euangelista non scripsit, ita tamen dixisse meis offertur obturbus, unde formam illius sanctae argutio in interpretationis fumentes dicimus:

O stulti & tardi corde, nonne cum deus Adae dormientis formaret Euam ex latere, hanc praesignauit in Christo quam recolitis passionem, cum somno mortis dormiret in cruce, quod in illo sanguine defluente de Christi latere, mater omnium fidelium formabatur ecclesia, uelut in illo & ex illo a deo mater omnium uiuentium formata est Euam, ut sequeretur gloria redempti corporis, uirtute atque merito capitis morientis?

Nonne cum Abel iustus in agro a fratre, cum fuste ligni fuit interfectus inuidia, si gurauit Christum, quem tristes uertitis in uerba, qui ab inuidia Iudaeorum, quorum frater per carnem effectus erat, interfectus est ligno crucis in agro mundi, ubi salutem omnium peracturus aduenerat?

Nonne Noe ab undis ualidis agitatus in ligno, Christi passionem per quamdam umbram asseruit?

Nonne nudatio Noe facta in tabernaculo suo praecalitione uini accepti ex uinea quam plantauerat, illam crucis Christi nuditatem ostendit, quae facta est protinus ex amore, quae gerebat ad quam creauerat creaturam?

Peregrinatio Abrae, Christi peregrinationem monstrauit, spectat ad passionem, mundo fieri peregrinum.

Nonne immolatio quam Abraam libere faciebat de filio, traditionem aeterni filij ab aeterno patre in mortem expressit?

Nonne aries inter uepres cornibus haerens, Christum inter spinas crucis pendentem praemonuit?

Nonne idem aries immolatus, & Isaac liberatus, pandunt in cruce passam carnem, & liberam ab omnibus passionibus deitatem?

Nonne persequens Esau Iacob, unde passus factus est gloriosior, Christi passionem Iudeis astruxit, unde gloriosior uisus est per gloriam resurrectionis?

Nonne ueditus Ioseph inuidia germanorum, Christi uenditionem adumbrata figuram praedocuit?

Nonne idem Ioseph cum appeteret ad nefas, res ligat pallium in manu Aegyptiae meretricis, relicta Christi carne in cruce atque sepulchro praesignauit, cum consentire noller dannaetate concupiscentiae iam adulterae synagoga: id est, propositus in carcere, innocentia succumbente, pro tempore iniustitia pualente, demum eductus, factus est dominus in

Gene. 2.

Gene. 4.

Gene. 9.

Gene. 12.

Gene. 22.

Gene. 33.

Gene. 38.

Gene. 39.

tota terra Aegypti, & Aegyptiaca lingua, mū di saluator appellatus est, ea quæ facta sunt in Chſo per mortē & resurrectionem, in umbra prænotauit.

Nōnne plurima Moyſi gesta in propria pſona, Chriſti passionem & gloriam resurrectionis insinuant?

Exo. 12. Nōnne agnus occisus ad expeditionem filiorū Israel de Aegypto, sicq; afflus, sicq; comestus, sicq; eius sanguis per postes & liminaria positus, mortem Chriſti, cuius sanguine liberamur, per figuram inclamat?

Nōnne sanguis oīm animalū oblatō, in q̄ fiebat expiatio populū, & cuiuslibet delinquentis, Chriſti sanguinem q̄ redempti sumus, mundati atque purgati, per quandā futuroꝝ imaginem longe ante monstrauit?

Num. 21. Nōnne suspensus serpens æneus in eremo, ad cuius aspectum morſi à serpentibus leuabantur, sonorus mūdo nunciauit Chriſm in eremo mundi pendentem, ad cuius fidelem aspectum, morbidi facti à peccatis & demōnibus liberantur?

Nu. 20. Nōnne mors Aaron summi sacerdotis in monte Hor, Chriſti mortem sacerdotis æterni in caluario monte futurā, in umbra p̄cessit?

Iosue. 6. Nōnne Raab meretrix p̄ coccum in signo positum, semetipsam suosq; liberans, adumbrato mysterio ecclesiam collectam de gentibus, cū idolis meretricantē liberatā in Chriſti sanguine, quē in signo sibi posuit, p̄uabat?

Iudic. 16. Nōnne Samſonis passio à Dalila, & mors, quam spū inspirante sponte sibi obtulit, plures moriens q̄ uiuens de inimicis interimēs, passionem Chriſti à synagoga, & mortē quam suapte suscepit, qua factus uictor inferni, destructor mortis antiquæ, secreto mysterio in se portauit?

Nōnne persecutio, quā passus Dauid à Saule atq; ab Abſalom ſape fuit, qua factus excellentior, passionem Chriſti, quam sic pati uoluit, suis processibus indicauit?

Nōnne persecutio, quā passi sunt Elias, Elias, cæteriꝝ prophetæ?

Nōnne interfectio Zachariæ inter templū & altare, sectio Iſaiæ, passionē & mortem dñi multo ante tempore nunciauerunt?

Sed præter ea quæ umbraticis figuris gesta narrantur, quæ in propheticis sermonibus proclamata, si non omnia, saltem nonnulla protinus adordiamur.

Deu. 28. Nōnne Moyſes propheticæ de Chriſti morte locutus est Israeli, dicens: Et erit uita tua q̄si pendēs ante oculos tuos: Timebis nocte & die, nō credēs uitæ tuæ: Vita factus erat Chriſtō populo Israeli ac omni nationi q̄ sub cælo est, si uoluissent in illam p̄ fidem & amorē inten-

dere, ipſo dicente: Ego sum uia, ueritas & uita.

Nōnne ista uita pependit in cruce, ad tempus moriens añ oculos Iudæorum, sed timētes noctem aduersitatis incurrere, & diē prosperitatis perdere quam habebant, huic uitæ nullatenus crediderunt?

Nōnne nūc impleta est prophetia Dauid, quā in secundo psalmo posuit: Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in unum aduersus dñm & aduersus Chriſm eius, ita ut eum morti traderēt per crucem, quod genus moriendi tunc erat horrendius?

Nōnne impleta ē eiusdē prophetia, quā de morte similit̄ & sepultura paulo post in psalmo tertio ipſe subiecit: Ego dormiui & somnū cepi, & resurrexi, quā dñs suscepit me?

Nōnne quia non poterat ab inferis detineri, neq; carne in sepulchro corrumpi, sed resurgere per uiam uitæ, psalmus quintus decimus enarrat: Quoniam nō derelinques animam meā in inferno, neq; dabis sanctum tuum uidere corruptionem?

Nōnne derelictionem, fissionem pedū & manuum, uestimentoꝝ diuisionem atq; sortem ipsius psalmus uicessimus inclamat: Deus deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? ut una claritate cum euangelio in gestis & dictis ad crucem referat?

Nōnne resurrectionem ab inferis, & tristitiam uespertinam pro morte, matutinam lætitiā pro resurrectione, psalmus uicessimus nonus enunciat: Dñe, eduxisti ab inferno animā meam, saluasti me à descendentibus in lacum: Et post: Ad uesperum de morabitur fletus, Chriſto ſ. moriente, & ad matutinum lætitia, ipſo resurgente?

Longum esset ad multa condēda uolumina, omnes psalmos euoluere, in quibus Dauid uarie, ueraciter & mystice Chriſti persecutionem, passionē & mortē & resurrectionem uaticinatus est.

Nōnne Salomon uarijs ænigmaticis uerbis, dū in pſona spōſe loq̄retur de dilecto, atq; ad ipſm ſ. de promeret, mysteriū crucis, passiois & mortis, & gloria resurrectionis aperuit: Nā pro tota passioe quam in corde uolebat infigere, ait: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter hubera mea cōmorabit. Ex multis connexis lignis fasciculū facimus, ex multis toleratis i ligno crucis, factus ē in corde meorabilis fasciculus amarissime passiois. Et p̄ dulcedie p̄ nobis effuſi sanguis dictū ē: Botrus cyprī dilectus meus mihi i uineis enagaddi. Pro singularitate autē uitæ Chriſti, & pro umbra crucis sub q̄ possit regere malis calicibus aſtuatus, & p̄ dulcedine q̄ de amaritudine illius patibuli carpitur, etiā scriptū ē.

Sicut malus inter ligna syluarū, sic dilectus meus inter filios hominum. Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Nōnne cum inuitatur sponsa in foraminibus petrar, in cauerna maceræ, significabatur ecclesia inuitanda, ut conuerteretur p̄ fidem & dilectionem in uulneribus passi Chriſti: Quomodo ergo inuitaret, nisi Chriſtus passus i ueritate crederet: Surge amica mea, speciosa mea, & uenit: columba mea, in foraminibus petrar, in cauerna maceræ. Petra p̄tinus Chriſtus est, foramina siquidem sunt uulnera manuum & pedū. Faciera corpus est Chriſti, quod solubile ab anima factum est, Cauerna eius, apertio est lateris, quam unus militum lancea fecit, ex qua nobis sanguis & aqua profluxit.

Nonne cum eadem sponsa dilectum nominat rubicundum, Chriſtū denunciat sanguine cruentatum?

Nōnne cum se dicebat ascensuram ad palam, eiusq; apprehensuram fructus, ecclesiam omnino descripsit, quæ ascendit ad palmiferam uictoriā crucis, cuius edit fructus omnibus dulciores: Sed unde uictoria, nisi de cruce & de morte? Vnde fructus, nisi de resurrectione? Quid clarius, q̄ quod de cruce ultra scriptum est: Sub arbore malo suscitauit, ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Sub arbore malo suscitata ē ecclesia, postq̄ in cruce Chriſtus fuit morte perēptus, in qua ſauiter & sic passus est, sub qua corrupta & uiolata est synagoga, q̄ maſt est ex antiquo ecclesie nouiter militantis.

O stulti & tardi corde, nonne sine fucatione uerborum in libro sapientie scriptū est, quod in Chriſto plenissime gestum est: Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Improperat nobis peccata legis, & infamat in nobis peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam dei habere, & filium dei se nominat. Factus est autem nobis in tractationem cogitationum nostrarum, Grauis est etiam nobis ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs uita illius, & immutata sunt uix illius. Tanquam nugaces æſtimati sumus ab illo, abstinet se à uis nostris, tanquā ab immuneditijs. Præfert nouissima iustorum, & gloria tur patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est uerus dei filius, suscipiet illum, & liberabit de manu contrariorū. Contumelia & tormento interrogemus illum, & sciamus reuerentiam ipsius, probe-

mus patientiam eius, morte turpissima condemnemus illum.

Nonne quippe Iſaias aptissimis oculis Iſa. 53. Chriſti passionem & mortem, sepulturam & resurrectionem spiritus sancto afflatus asseruit, ut uelut si euangelium legerimus, cum illius scripturam legimus, clare cōspicimus: Nam pro cruce dictum est: Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: claudet, & non erit qui aperiat. Clauis super humerum, crux est apposta dorſo eius, cui uersa facie ad homines crudeliter fuit affixus. Et statim sequitur utilitas passionis, apertio cæli electis nūquam claudenda, reprobis uero nunquam aperienda: & referatio inferni ad educationē sanctorum, à nemine tunc firmanda, & ipsius clauis damnatis in æternum non remouēda.

Nonne pro libera expositione totius corporis ad uulnera, & facie ad alapationes, depilationes & increpationes & sputa, de ipſo scriptum est: Corpus meum dedi percutionibus, & genas meas dedi uellētibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me? Iſa. 50

Nōnne immediate pro uictoria mortis & gloria resurrectionis adiunctum est, Dominus deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: Ideo posui faciem meam durissimam, & scio quoniam non confundar?

Nōnne pro uilitate, abiectione, despectio ne ipsius dictum est: Vidimus eū, & nō erat aspectus eius: Et desiderabimus eum despectum & nouissimum uirorum, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum? Iſa. 55

Nōnne pro subleuatione nostrorum facierum dictum est: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit?

Nōnne pro apertis percussioibus eius dictum est: Et nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à deo & humiliatum?

Nōnne quia iniquitates & scelera nostra, non sua, hæc fecerunt, additum est: Ipse autē uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: Et fructus sanitatis nobis ex eius infirmitate proueniens, statim adiunctus est: Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus.

Nōnne quia humana natura, unde pro iniquitatibus satis faceret, nō habebat, & Chriſto imposta fuit salua facinoris, scriptū est: Et dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum?

Nonne pro eius uoluntate spontanea patēdi dictum est: Oblatus ē, quia ipse uoluit, ut

nō credatur inuite seu uioletatus ab impijs, hāc ſauam ſuſtinuiſſe ab æmulis paſſiōem.

Nōne ad exprimendum magnitudinem humilitatis & manſuetudinis eius, ouis & agni ſimilitudo appoſita ē? Sic ut ouis ad occiſiōem ductus eſt, & quaſi agnus corā tondeūte ſe obmutefcet, & nō aperiet os ſuum?

Ibidem

Nōne ibidem proinde & paternū decretum in morte eius ſcriptum eſt? Propter ſcelus populi mei percuffi eum, ut agnoſcat humana natura tam magnum amorem circa ſe i æterno patre ab æterno fuiſſe, ut rediret ab æterna morte ſeruum, temporali percuteret ſine peccato filium?

Ibidem

Nōne ſtulti & tardi corde, recolitis ibidē ſcriptā liberationem Iſrael, quā nondū factā deploratis, & non ſolum Iudæorum, ſed cæterarum penitus nationum, ut pro ſepultura ipſius & morte, horum ſit liberatio ſubſecuta? Et dabit impius deo patri in libertatem pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: ut impij ſint populi nationum, quia cultu ueræ pietatis carebant; diues fuit populus Iudæorū, q legalibus ſacrificijs & cultibus diuinis & cæremonijs plurimis ſe diuitē aſſerebat.

Ibidem

Itemq; ut pro ſupplicijs toleratis, ut plurimum credatur redemptio, & libertas etiam transgreſſorum, perfricte adiectum eſt: Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortē animam ſuam, & cum ſcleratis deputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & p transgreſſoribus rogauit ut non perirent.

Ibidem

Nōne pro omni bello peracto, & pro ipſius ſolius ſola uictoria, pro oī effuſione ſanguinis & pro admiratione angelorum, omniūq; alma fide uidentium, ſcriptū eſt: Quis eſt iſte qui uenit de EDOM, tinctis uestibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſue. Ego q loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandū. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & ueſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus nō eſt uir mecū. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper ueſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinauī. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ uenit.

Iere. II.

Nōne Ieremias more manſueti agni Chriſtum uictimatū expreſſit? Ego quaſi agnū manſuetus qui portatur ad uictimam. Vici ma fuit Chriſtus, cuius interpellatione uel ope uictoria bellatoribus datur. Nōne ſine umbra loquēdi, idem Ieremias lignum crucis in corpus Chriſti mittendum, aperte pro

phetauit: Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuētium, & nomen eius non memoretur amplius? Et libera reſurrectione dictum eſt: Tu autē domine ſabaoth, qui iudicas iuſte, & probas renes & corda, uideam ntionem tuam ex eis, tibi enim reuelauī cauſam meam.

Nōne in perſona Chriſti etiam loquitur, acſi cæleſtia reliquiſſet, & ſe ſponte tradiderit in manibus emulorum? Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum meorum? Et pro ſauitia ſynagogæ, que morti poſtulauit ipſum magnis uocibus iudicari, ſine interpolatione ſubſequitur: Facta ē mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua, & dedit contra me uocem.

Nonne prophetando, ſaluatorem cecinit aſſuturum ſaluatorem Iſrael, de quo diffidit iam feciſſe, huncq; uagū inceſſiſſe p mundum, quouſq; ſubiret patibulū ſaluator noſter in tempore tribulatiōis? Vnde ſaluator, niſi ſuſcepta morte reſurgeret? & peregrinationem eius ſine proprijs lariſus immediatē ſubiecit: Quare quaſi colon⁹ futurus es in terra, & quaſi uiator declinās ad manendū? Quare futurus es uelut uir uagus & fortis, q nō poteſt ſaluare? Et quaſi ut diffidens ſcriptura loqueretur, tamen ſtatim de uera libertate ſecuritatē poteſtatis adiecit: Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos.

Nonne idem Ieremias perſonaliter figurā tenuit, acſi Chriſtus pro preſſuris tolerandis loqueretur ad patrem, à quo ſua libertatiō accepit oraculum: Tu ſcis domine, recordare mei, & uiſita me, & tuere me, noli in patientia tua ſuſcipere me: Scito quoniam ſuſtinui pro te opprobriū. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos: Et proſpe reſurrectionis, paſſionis uerbum in gaudium uertebatur: Et factum eſt mihi uerbum tuum i gaudium & in letitiam cordis mei, quoniam inuocatum eſt nomē tuum ſuper me domine deus exercituum.

Et q; penitus in protectionem populi dandus eſſet deſuper, libertatiōe promiſſa paterna, poſt ſequitur: Et dabo te populo huic in murum ærum & fortem, & eruam te, dicit dominus, & liberabo te de manu peſſimorum, & redimā te de manu fortiū, ubi aperte colligitur liberatio capitis & membrorum.

O ſtulti & tardi corde, nonne deus oſtendit Ieremiæ in opere figurari, qualiter Chriſtus cum corpore ſuo reſurrectiōi ex morte donāndus erat, cum ipſum in domum figuli iuſſit deſcendere ad ocularem uifionē operis

eius, ut tibi cognosceret mortē & reſurrectionem capitis & membrorum: Verbum qd factū ē ad Ieremiā à dño, dicens: Surge, deſcende in domū ſiguli, & ecce ipſe opus ſup rotā faciebat, & diſſipatū eſt uas, qd ipſe faciebat manibus ſuis, cōuerſusq; fecit illud uas altez, ſicut placuerat oculis eius ut faceret. Hæc ſiquidē ſi militudo indagacioribus animis mortē & reſurrectionē pronā pādit. ¶ Nōne Iudæorū cogitatiōes atq; cōſilia de Chriſti morte cōplenda, & Chriſti piā qrelam in ſua perſona, ut factū in Chriſto cognouimus, idē Ieremias aperuit: Et dixerunt: Venite, cogitemus contra Ieremiā cogitatiōes. Nō em̄ peribit lex à ſacerdote, neq; conſilium à ſapiente, neq; ſermo à propheta. Venite, pcutiamus eū in lingua, & non attēdamus ad uniuerſos ſermones eius. Vbi ſtatim pia eius & iuſta querela ſubſequitur, & uelut homo exquirat conſilium: Attende dñe ad me, & audi uoces aduerſariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animę meæ? Recordare q; ſteterim in cōſpectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignatiōem tuam ab eis: Et quod paſſus eſt ab Phariſæis principe ſacerdotū in domo domini, perſecutionem quam Chriſtus habuit à principe ſacerdotum, propter uerbum ueritatis, luce clari⁹ monſtrat. Et lamentatiō quam Ieremias protulit de ſeipſo, ad umbra to myſterio de Chriſto præſerebat. Acſi Chriſtus de ſe loqueretur ad patrē: Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inualuiſti, factus ſum in deriſum tota die. Omnes ſubſannāt me, quia iam olim uociferans iniquitatem & uarietatem clamito. Et factus eſt mihi ſermo domini in opprobriū & in deriſum tota die. Statimq; pro libertatiōe per reſurrectionis gloriam aperte ſubiecit: Cantate domino, laudate dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Quoniam autē prophetauit aduerſus ciuitatem in nomine domini, omnia mala quæ uentura erant ſuper eam propter peccata maiorum, & multitudinem iniquitatum, per principes & populum ad iudicatus eſt morti, quanq; mors non ilico ſequere tur. Sic nempe in Chriſto nouimus actum, cum iuſta & uera & futura de Ierusalem & ſynagoga decerneret.

Nōne Ieremias in medio ciuitatis lamentabiliter deplorans excidium ciuitatis, de ſe ipſo lamentationem compilans, paſſionem, mortem, ſepulturam, deſcēſum ad inferna, clamorem Chriſti pro ſua & omnium liberatione, uerbis uarijs & enigmaticis atq; myſticis, lamentabili deploratione moſtrauit:

Ego uir uidēs paupertatem meam in uirga indignatiōis eius, me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem, tantum in me uertit, & circumuertit manū ſuam tota die. Veſtuſtam fecit pellem meam & carnem meam, cōtriuuit oſſa mea. Aedificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & dolore. In tenebris collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos. Tēdit arcum ſuum, poſuit me quaſi ſignū ad ſagittam. ¶ Hoc etiā Simeon iuſtus prophetauerat, cum ipſum adhuc paruulum teneret in manibus: Ecce poſitus eſt hic in rui Lucæ. 2. nam & in ſignum cui contradicetur. Subdit etiam: Factus ſum in deriſum omni populo Thre. 3. meo, canticum eorum tota die. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abyſſanthio. Dabit pcutienti ſe maxillā, ſaturabit opprobrijs. Venatione ceperunt me, quaſi auem inimici mei gratis, lapſa eſt in lacu uita mea. Poſuerunt lapidē ſup me, inundaerunt aq; ſup caput meū. Dixi, perij. Et immediate pro reſurrectione adiunctum eſt, q; ad petitionē & reuocatiōem eius q; ad inferna deſcēderat, fuerit celebrata: Inuocaui nomen tuum dñe de lacu nouiſſimo, uocem meam audiſti. Ne auertas aurē tuā à ſingultu meo & clamoribus. Appropinq; ſti in die, qñ inuocaui te, & dixiſti, ne timeas. Iudicasti cauſam aīæ meæ, redemptor uitæ meæ. Q; igitur lucide uerba iſta de his quæ Chriſtus paſſus eſt, ſonuerunt: Et quā clare, q; ope inuocata paterna, deſtructa lege tartarea, lapide ſuperato ſepulchri, mortis deuictio imperio, reſurrexit:

O ſtulti & tardi corde, qd pro paſſione atq; reſurrectione dici clari⁹ potuit, qd Ieremias prope finē ſuæ lamentationis expreſſit: Spūs Thre. 4. oris eius Chriſtus dñs, captus i peccatis nris, cui diximus: In umbra tua uiuemus in gētibus. Quid nudatius iſtis uerbis dici potuit, qd diligenter diſcuſſa, paſſionē & mortē, ſepulturā, deſcēſum ad inferos, reſurrectionē ab eis, libertatē i gētib⁹ myſticis & uarijs uocib⁹ cantat:

Nōne pphetauit Iezechiel, q; p ſeipm dñs Ieze. 24. liberaturus oues, q; mali paſtores male trauerunt, om̄ino uenturus erat, qui fecit ut uerus paſtor, animā pro ouibus ponens?

Nōne miſſio Danielis in lacum leonū propter legē dei, quā intemperate ſeruauit, eius fu Dan. 14. it pñuncia paſſionis & mortis? Nōne ipſius liberatio, reſurrectionis indicium fuit?

Nōne quia quidem Daniel Bel deſtruxerat, draconem interfecerat, ad clamorem populi uice alia in leonum lacum exitit intro miſſus: & cum manſiſſet intactus dierum hebdomadaliberatusq; proclamatum eſt, magnum eſſe deum Danielis, qui ſic illum ſerua uit illuſum, Chriſm contingentiā clarefecit:

O stulti & tardi corde ad credendum que prophetæ prædixerunt, nõne liberationem quam adhuc factam non creditis, & resurrectionis uitã in tertio die, unde omnibus uere fidelibus resurrectio uera tribuitur, Osee. p. pheta lætãter futuram afferuit: Venite & reuertamur ad dominũ, quia ipse cepit, & saluabit nos: percutiet, & curabit nos: uiuificabit nos post duos dies, In die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius.

Nonne de destructione mortalis imperij, & de his quos eduxit ab inferis, non adumbrato, sed apto ybo clamauit: Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne? Quia mortem morte superauit, nec omnes detrusos extraxit ab inferis, sed q̄s ab æterno deus pater præordinauit: & qui momordit, nõ totum, sed partem abscidit.

Nonne saluationem quam omnes appetunt, Ioel per Christum ante dixit, in monte Sion & Ierusalem esse futuram: In monte Sion & Ierusalem erit saluatio, sicut dixit dominus, & in residuis quos dominus uocauerit. Vnde igitur saluatio, nisi per mortem Christi, qua liberaremur ab omni morte, quæ omnem saluationem ademerat?

Nonne comminatio facta per Amos populo Israel, obumbratice suppositã causam habuit, quam uere habitura erat, q̄ Christũ argento uendidit: Sup tribus sceleribus Israel, & super quartum nõ conuertam eum, eo q̄ uendiderit argento iustum, & pauperem, pro calceamentis: Illa enim cõminatio, uenditionem & mortem iusti & pauperis habebat in causa.

Nonne idem Amos odium Iudæorum & abominationem in Christum, quia eorum arguebat delicta, & loquebatur perfecta, unde Christus extitit interceptus, edocuit: Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte, abominati sunt?

Personatio Abdie cõtra Edom, qui sanguineus dicitur propter infectionem & iniquitatẽ in fratrem, mortem Christi umbratice præostendebat.

Nonne Ionas aptissime in fugitio nauis fragio & in absorbtioe atq; triduana detentione in utero & uomitu ipsius à pisce, Christi passionem & mortem & triduanã sepulturam, & resurrectionem gloriosam longe ante in seipso præsignauit?

Nonne quia sic oportuit pati Christum, percussionem maxillæ ipsius Micheas ad confusionem filie latronis impropert?

Nonne Nahum patientiã in passione, fortitudinem in resurrectione Christi, dũ iussu domini ciuitatẽ increpat, apte cõmemorat?

Nonne Habacuc super custodiam speculationis suæ Christum contẽplabatur in cruce, in cuius cornibus uirtutem eẽ produxit?

Nonne Sophonias per præparationẽ hostiæ, qua sanctificãdi erant electi atq; uocati, hostiam salutarem corporis Christi oblatã in cruce pro his, quos ab æterno pater prædestinauit, exposuit?

Nonne ipse idem cum sæuitiam ciuitatis Ierusalem, principum & sacerdotum atque plebeiorum exprimeret, Christi reprobationem & mortem incluit: Vã prouocatrix, & redempta ciuitas columba, non audiuit uocem, & nõ suscepit disciplinam. In domino non est confisa, ad deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius q̄si leones rugientes. Iudices eius quasi lupi uespere, non relinquebant in mane. Prophetæ eius uesani, uiri infideles. Sacerdotes ei poluerunt iniuste, egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatẽ. Hæc siquidem uerba peripicacibus malitiam & proprietatem illorum qui contra Christum conueniunt, sine nube declarat, & uenisse ab his infallibilem Christi passionem & mortem: liberationem uero gentium & omnium credentium post resurrectionem, si quis legerit subsequẽter, inueniet.

Nonne Haggeus propheta de templirenovatione in melius, & de commotioe celi & terræ, atq; de aduẽtu desiderati à cunctis gentibus, per figurã & quoddam ænigma, Christi natiuitatem, passionem & mortem, similiter & resurrectionem prætexuit?

O stulti & tardi corde ad credẽdum apertissima dicta prophetarũ, nõne omnia quæ uidebat Zacharias de Iesu sacerdote magno, certo mysterio per omnia Christo cõueniunt, quere Iesus oim saluator, sacerdos magnus factus in æternũ, semetipm obtulit deo patri?

Nonne humilitatem quam in delatura sui corporis à subigalibus ostendit, prout acta est, ante prædixit: Exulta satis filia Sion, inuicibila filia Ierusalem. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator. Ipse pauper & mitis, & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ. Etiam argẽteorum triginta Christi uenditionem non tacuit: Et appenderunt mercedem meam triginta argẽteis, magnũ planctum mortis eius aperuit.

Nonne idem Zacharias plagas manuum, percussionem ipsius uelut pastoris, dispersionem gregis, apertis uocibus cecinit? Quid sunt plagæ iste in medio manuum tuarum? Et dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebat me. Framea suscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem

mihî, dicit dominus exercituũ. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis.

Nonne Malachias per toleratum domini laborem, notam fecit prophetice toleratã domini passionem? Quis uehementior labor q̄ in passionibus mori?

Nonne sub nomine angeli Christum uenturum ad templum, & purgationem completurum filiorũ Leui, uerbis multis & mysticis prætexuit: Sed unde purgatio filiorum hominum, nisi per mortem illius, qui hominum non potuit habere peccatum?

Ecce q̄ magnam nubem testimonioꝝ habemus appositam super mysterio passiois & mortis, & super gloriam sancte resurrectionis in nostræ beneficium libertatis: quæ testimonia, si ab eorum umbra differendo singula, uenissimus in luoem atq; cooptationẽ gestorũ domini saluatoris, absq; dubio non comica, sed ampla fuissent congesta uolumina. Nec scriptura sacra euacuanda credatur differtione uerborum: altiora enim cõtinet q̄ speculẽ intellectus humanus, quæ ab ipso non conspecta creduntur.

Nec in hac parte solumus, sic & eo ordine quo Christus duobus discipulis differuit, differuisse sed testimonia posuimus, nõ per singula monetauimus differendo, ne improprietatem aliquam nequeremus, nos asfirmantes eum tenuisse ordinem quem saluator interpretãdo tenuit, maxime cũ euangelica pagina illum silẽdo prætereat, sed tenuisse ordinem scripturarum, & prout ecclesia subordinat numerum prophetarum. Nõ etiã omnia testimonia posuisse gratulamur, quoniã multa sub uelamine manent, & cõprehendere illa nequimus: tamẽ ex his paucis, materia paratur ad plura diligẽter quærenda per codices scripturarum sanctarum. Et in his duntaxat potest clarescere per fidẽ, pie quærentium intellectus. Quid igitur reprehendi de tarditate credendi non timeat? Quid cunctetur in passionis & mortis & resurrectionis Christi credulitatem uenire, cũ tam numerosum & piũ concentum in his gestis aspexerit scripturarum, quem concentum nemo dormire fecit? Adhuc enim scripturarum uoces, gesta & gerenda concorditer enarrando clamant.

De fictioe Iesu erga Emaitas, & eorũ erga ipsum coactione, cuiusmodi fuerint: item de mane & uespere pulcherrima speculatio.

Caput XII.

Sed cum Christus scripturas quæ de ipso serãt, interpretando loqueretur, non retardabat incessum, ut loquẽdo incederet, & incedendo doceret. Etẽm *causa nostra *uia

quandiu durabit, ecclesiastica scriptura mēsuratur, & ecclesia intelligendo pergit, ut nõ pro māsione, sed pro eruditione uia, ut deueniamus in patriam, factã penitus scripturam credamus. Et ille differẽs, illi audiẽtes,

appropinquauerunt castello quo ibant, discipuli scilicet intẽtione, Christus uero ut innotesceret, se socium itineris fecit. Nihil si bi *de castello penitus erat. Quamobrẽ finxit se longius ire, & iuisset omnino longius ab eis per fidẽ, & corpore declinasset in quã uoluisset uiam, nisi ab eorum fuisset pia charitate detẽtus. Nec huiuscemodi fictio notã habet peccati atq; delicti, nec reprehensionibus quoruncunq; hominũ subiacet, si Christus qui omnia nouit antequam fieri, his discipulis se tali pacto tacito sociauit, ut si exardescerẽt amore in eum, auditis tam altis declarationibus scripturarum, si essent hospititalitatis feruidi amatores, si hominem notitiã peregrinum, ex charitate ut notum fratrem susciperẽt, cum eis in hospitium diuertisset, aliã graderetur. Nec perperã fingit, quã uult hominem in uirtute scientia experiri, si experiendi aptitudinem captat, dum non quærit aut tentat decipere, sed incognitorum dare scientiam. Fingit sæpe pater familiã, ut subiectorum percipiat bonitatem. Fingit discipulo sæpe magister, ut noscat quid sentiat, & ut erudiat amplius. Fingit sæpe mater paruum ad terram deicere filium, quem portat in ulnis, ut ipse tenacius hæreat. Nõ sunt maculosa figmẽta, morum honestate seruata, & dum postmodum irrogant additamẽta scientiæ siue uirtutum, seu quæcunq; incrementa bonorum. Proinde Christus non fingebat in fraudem, cum processisset ulterius, prout gestu corporis ostendebat, nisi illum illi piarogatione cõgissent. Vnde [cõgesserunt eum, dicẽtes: Mane nobiscũ] domine, [qm̄ ad uesperas cit, & inclinata est iã dies.]

Sed quomodo cogitur Christus, qui nullis potestatibus subiacet? Penitus pijs precibus & orationibus humilibus detinebant. Hoc quippe modo Iacob angelum detinebat, cum angelus diceret: Dimitte me, aurora est. Cui Iacob e contrario respõdebat: Nõ dimittam te, nisi benedixeris mihi. Non manu aut alia corporali potentia Iacob detinebat angelum, nisi funibus orationum atque precaminũ. Similibus resticulis Moyses dominum ligauerat, cum ipse dominus Moysi loquebatur, dicens: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, faciamq; te in gentẽ magnã. Peccauerat domino populus in uitulo aureo, cui dominus iuste uolebat irasci: h h h h

Luc. 24

*8

Gen. 32.

Exod. 32

fed ut in Exodo scriptura commemorat, Moy ses dñm ꝑcibus & pijs rogaminibus & humi libus assertionibus detinebat. Non ergo uolentia, sed charitate atq; pia oratione Chrs cogitur & tenetur. Orabant istū uelut sociū unū pegrinū, cuius allecti eloquēdi dulcedine, se cū manere glificēbāt, & porabāt ad manendū, subinferentes tēporis legitimas rationes. q̄a hora est uespa, & dies inclinatur ad noctē, q̄ cōmoditatem semp abstulit plus p̄gendū. Sed hæc yba p̄ferebant ad p̄fectū hominis pegrini, quē si cognouissent, uersa intentione dixissent. Sed nos q̄ fide nouimus, quē illi fracto pane cognouerūt, orationem nostrā, istis submissis causis, recta intentione faciamus. Dulcis est uiolentia quā infert syn cerus amor, & humilis supplicatio sepe fecit assentire rogatū. Et ultra p̄gentes, ꝑcātua haerema fecit redire retrorsum. Et grata ē coactio, quā pure uirtus apposuit. Agit nobiscū saluator oīm Chrs, ut his artibus atq; uiolentijs cogi uelit. Sed q̄ nouit ꝑces effundere, causam submittere non ignoret. Fitq; nobis necessaria mansio Chrsi, qm̄ dies nra tendit ad uesperē, & mane & uespe factus est dies unus; & tota hoīm uita, mane fit & uespe. Mane sigdem*, in luce uirtutū, oriēte fidei, sole iustitiæ consurgēter uespe, cū tentionū tenebris propinquamus. Nec credimus fuisse aliquā uitā iustorū, q̄ tentionū & pugnas, saltē inuisibilibū, uesperā nō haberet. Proinde cū ad uesperā scit, his argumētis cogendus est dñs, ut nobiscū maneat, ne cadamus. Sæpe nanq; mane, sicut uiridis herba, transimus, cū aliq; boni debilit facimus. Et mane sepe floremus in apparentibus bonis, & transimus motibus nris; sed uespe decidimus in peccata, induramur consuetudine, arefcimus penitus ad uirtute. Idcirco poret q̄ nouit, ut nobiscū Chrs maneat, qm̄ ad uesperā scit. Et nos male apti huiuscemodi uesperam sustinere, nisi nos rogati atq; coacti mansio tueatur. ¶ Mane, tēpus est iuuetutis: uespe, senectutis. ¶ Mane, tps est gratiæ: uespe, est pugna. ¶ Mane, cōuersio is: uespe, probationis. ¶ Mane, ascensionis: uespe, tps descensionis. ¶ Mane, clara cognitio: uespe, umbratica. ¶ Mane, cognitio ꝑ fidē: uespe, cognitio ꝑ naturam. ¶ Mane, cognitio in deo: uespe, in seipso. Quam ob causam cū sic ad uesperā scit dies uitæ p̄sentis, ē maxime Chrsi mansio nobiscū fieri oportuna. Egre diūtur sæpe lupi ad uesperā, ut inuadāt greges ouīū redeuntē ad caulas, & q̄runt si aliquam inuenierint separatā a grege, subterfugētē pastoris oculos cantūq; latratus: quā cum inuenierint, in corpus uorādo traiciunt. Et hi uelō

Gen. I.

¶

ces sunt, ut etiā sub figura Chaldecorū, dāmo Habb. nes lupis uesp̄tinis uelociores eē dicātur. Et eos q̄ iugū sc̄m iuste impositū rūpūt, & uincula iustitiæ, ut in nefanda labant, lupus ad uesperā sæpe uastat: ac ꝑ hoc cū talis uespere fit, fatagamus lucē Chrsi manere nobiscū, q̄a sine ipso nihil facere nouimus nec ualemus. Ecce tenet dñs ꝑcibus pijs, ut bñdicat ad gratiā, ut luctator obtinuit. Tenetur, ne irascatur Gen. ad poenā, ut dux populi fecit. Tenet, ne irascatur illudamur aut dāna patiamur ad uesperā, ut hi discipuli fategerunt. Cōgeminant in ore causam hi pulcherrima oratiōe, quanq̄ ignorerēt eū quē oppido deſcunt, & inclinaram diē esse subinſerunt. Et uere totius mūdi diē nouimus inclinā, & ad occasum omnia uertunt, & unius cuiusq; hominis dies ascēsum habet atq; decliū. Sed de inclinatione, q̄ de ascensione, unūq; redditor certior: qm̄ eo ipso q̄ nascimur, uertimur ad occasum. Atq; more diei q̄ sole oriente in nro hemisphærio agit, inuisibilis seu intellectualis cōstituitur est dies. Nā ab oriente sole, surgente umbra obiecti & recti corporis, ꝑtenditur in occasum. Sed q̄ amplius sol ascēdit, ipsa umbra breuiatur: & si sol tā ascēderit, ut feratur ad radijs diametralis sup corpus, omnino umbra deperit, ne extra corpus in partē ꝑtēdat, sed tū sit reflexa sup subiectam ipsi corpori terram. Cū uero sol a medio hemisphærii ꝑgrediētis, inclinauerit in occasum, dies hemisphærii incipit inclinari, & umbra corporis in orientē ꝑtēdi. Quo sol magis accesserit ad occasum, eo magis i orientē umbra ꝑtēdit, donec sub uandis hesperijs sol occiderit: tūc non umbra corporis, sed plena nox ubiq; in superiori nostro hemisphærio erit.

Sunt igitur umbrae mane, sunt & umbrae uespere. Umbra matutina in ipso solis ortu sunt penitus longiores, in ascensu breuiatur, donec ultra corporis terminū non ꝑtēdat. Umbra uesp̄tina in ipso descensu solis sunt breuiores, sed quo magis descenderit, longiores fiunt, donec nox undiq; subsequat. Ad noctē descendū ex inclinatione diei ꝑ inclinatio nem solis, ipse sol prius ad uallibus & locis concauis abest, deinde ad collibus plūm suum descendendo recedit: cū autē ad cacuminibus montiū solis descēdentis radij absconduntur, noctē plenā dicimus imminere.

Sicq; statū militan̄s ecclesie usq; in p̄sentiaꝝ possumus deplorare, & statū q̄ pluri um animarū, q̄ diē fidei aspexerūt. Oritur q̄ ꝑ sol iustitię, sine q̄ salui esse non possumus, ab oriente fidei: sed in ortu ipso longa uidet umbra malefactorū, q̄ in occidentē ꝑtēditur, qm̄ ad æternā mortē & sempiternū occa

sum malefactorū deducit. Sed quanto amplius sol iustitiæ ascenderit ꝑ amorem animi & actionē corporis in hemisphærio nra uitæ, ipsa malorū umbra breuiatur, ut etiā cū defu per nos ipse sol fulserit, nulla umbra in partem aliquā ꝑtēsa uideatur, excepto q̄ ad huc uiuimus uita corporis sup terrā. Cū uero sol iustitiæ non suo cursu, sed nro demerito uergerit in occasum, noxter uirtutū dies inclinatur, recōstituitur umbra in orientem uersum. & eo longiores, q̄ sol descēderit amplius. Eo peiores uesp̄tinæ q̄ matutina, quia contra cognitā agit ueritatē. Illæ decreſcunt solis ascensu, istæ uero solis descensu incrementa suscipiunt. Quid enim nefandius, cum in mente hominis sol occidit iustitiæ, atque inclinatur in anima ueritas rationis, seu tendit in occasum ratio ueritatis? Periculosa est inclinatio diei, pessimæ sunt umbrae uesp̄tinae huiuscemodi. Proinde Ieremias dicebat: Vae nobis, q̄a declinauit dies, longiores factæ sunt umbrae uesp̄tinae. Propter rea pijs ꝑcibus, fufis lachrymis dñm exoramus, his armis sibi uiolentiā faciamus, & ꝑ fundamenta oratione cogamus manere nobiscū, dicētes: Mane nobiscum dñe, quoniam ad uesperā scit, & inclinata est iam dies.

¶ De Christo ꝑ quid ab Emaitis agnito, & de hospitalitate ac fractione panis. Ca. XIII.

¶ T intrauit cum illis in castellum, atq; nescio in cuius paratum hospitium. Intrauit inuitatus, rogatus, & ad pia eorū charitate coactus: & ꝑficitur, ꝑpter qd se sociū dederat. Ante completur, qd longe ꝑtē lohānes in Apocalypsi descripsit: Ecce sto ad ostium & pulsor: Si q̄s audierit uocē meā, & aperuerit mihi ianuā, introibo ad illū, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Stetit Iesus ad ostium cordis ipsoꝝ, & ꝑ altissimos uerborum ictus, scripturas interpretādo, pulsauit. Audierunt illi ardētī animo uocē eius, nō q̄ si eius uocē, sed q̄ si uocē eius qui de ipso ꝑtē mebat. Et aperuerunt ianuā cordis tā serene doctrinæ, non ꝑpter eum quē adhuc pegrinū habebant, sed ꝑpter eū quē ipsi q̄rebant, & ꝑ qd & de quo uideatur pegrinus uerba conferre. At ille cenam mētis in fide plus q̄ corporis comestione requirens, cum illis recubuit cenaturus. Illiq; scitū, sed nō tanto mysterio ut euenit, detinebant adhuc machinamento, ne uere cognoscerēt quem secum diuerterent peregrinum, fidem tamē uerbis altisonantibus dabāt. Et ut fides plenā firmaret de Christo, hæsitatio hæsitabat. Et factum est cum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū, & cognouerunt illum. Et ipse euauit ab oculis eorum.] Non solū hospitio, sed etiā reficiendus cibo, susceptus est peregrinus. Larga em̄ in omnibus charitas, plus porrigit q̄ ꝑmittit, nec contēta uni necessitati appouisse remediū, si alia ꝑmit, q̄ usq; suū exoneratur celarium semp apponit. Nec plena hospitalitas suscepisse hospitio, si adierit hospiti famēs. Corpus sub tecto suscipit, & cibū & potum apponit esurienti, qui uerus est hospes. Sed ipis recumbētibus, festinat Iesus maiora q̄ acceperit reconferre, ac suæ hospitalitatis & allogiē antidotū dare. Proinde accepit panem, morē solitū seruans, & benedixit, & fregit ex more, & porrigebat illis, non ut inuitatus hospes, sed ut uerus dñs mensæ. Tūc aperti sunt oculi eorum mētis in fide, corporis in uisione: & cognouerunt illū in fractione panis, quē mundosa est cognouit in processu suæ humilitatis. Ecce quantum ualuit geta & irrecontradicta diuinorum auditio, quantum discipuloꝝ ꝑseucha, quantum hōspitiū & mensæ largā ꝑstatio, ut his diuina cognitio adderetur. Quō inq; cognouerūt: ablatō s. à corde uelamine infidelitatis, & ab oculis remoto machinamento diaboli, q̄ tenebantur ne ipm̄ in ꝑsona cognoscerēt. Et statim defuit effigies peregrina, & Chrsi in ꝑsona propria cum qua obseruati fuerant, cognouerunt. Et remouetur ambiguitas siue opinio, ut plurimi referunt, q̄ unus istorū discipuloꝝ fuerit Lucas, cuius nomen subtrahitur more scriptorū, q̄ propria noīa tacent. Nam si Lucas fuit, ergo ad Chrsi euangelium didicit & Chrsi ante cognouit, q̄ remoto machinamento, iteꝝ cognouit. Et hic ex eius discipulis memoratur. Si uero Lucam omnino discipulū Pauli asseueremus, & ab eo euangelium didicisse, hic omnino quendam alium, & nō Lucam sociū Cleophæ, sit necessario ut credamus, qd utique uerius autamamus. Signum forte apparuit in fractione appositi & bñdicti panis, & benigna saluatoris largitio in his duobus discipulis hanc uirtutem operata est: qm̄ cū pane Chrsi porrexerit & gratiā, ut illico agnoscerēt quem ante non nouerāt. Nec unq; sine gratia in ueritate sumitur uerus panis, qui uiuus ad uitā de cælo descendit. Magna largitas saluatoris, meliora exhibet q̄ rogetur. Petebant isti secum peregrini huius in hospitio habere ꝑsentiam: quā modicum extiterat cōcessisse, nisi suū ꝑsentis ꝑstisset plene notitiā. Quā firmiter ꝑstata, statim ab oculis eorum euauit. Nō sunt supflua opa saluatoris, nihilq; refecabile habet. omnia siqdem facta sunt ad mensurā & regulā: nā si plus expēdiisset ad

Gen. I.

¶

Iohan. 6

hhhh ij

reparationem deperditæ atq; nutantis fidei, de præsentia sua temporis spatio plus dedisset. Sed eos ante tam ualide instruxerat irrefragabilibus testimonijs scripturarum, q; p modicum ostensa præsentia, ad plenû in fide illorum animos solidauit. Hoc duntaxat prædictus aduenerat, non amplius corporaliter post resurrectionem cum mortalibus consolari. Sed quo euanuit? Illo quo uolebat, s. quo ferebatur dote agilitatis, que doni dei est gloriificati corporis, ut subito possit quo uelit & se offerre, aut auferre hominû obtutibus quâdo uelit. Vnde subito stupor sanctus obrepfit, & mutato dolore, [dixerunt adinuicem: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret scripturas?*

Psal. 118.

Ardebat in uia cor istorum, quia cum diuino igne incedebant, à quo innocue in animo incendebatur, & urebantur dulcissimè ppter ignita eloquia scripturæ, maxime cû ab eo uelaminibus exuelabantur. Et ignitum est uehementer eloquium dei, quod ardenter diligit feruus dei. Ignitum eloquium audiens sedule animam ardentem atq; feruentem protinus facit. Statim fuit appositus cœnæ finis, satiatus omni comestioni corporali terminum fecit. Obliti sunt corporalium, spiritalibus iam refecti: repudauerunt corporis mensam, pigritiam abiecerunt.

Et surgentes, eadem hora regressi sunt Ierusalem. Iona scilicet nunciare quæ uidebant, ut consolatio quæ illis per huiuscemodi uisionem erat propria, fieret cum cæteris ipsorum relatione communis. Virtus est pietatis, gaudia fidei cõferre cum socijs: & spiritaliter letari cum his, qui sensualis lætitiæ applaudimenta non capiunt. Sed non omnis spiritalis consolatio est pandenda, & ex inimicis publicum petere, noscitur esse stultorum, imo claudeda sunt talia infra claustra inuisibilia nostræ mentis, ne facta delatione plusq; sit æstimetur in nobis, aut si q; auram inaniter capet. Custodia est datorû, oris firmare clausurâ. Imprædabile protinus sunt ignoratæ diuinitæ, at tamen pandeda cognouimus, quæ in hæsitantibus roborât fidem, & quæ ad aliorum directionem nouerimus pertinere, ubi boni perditio aut noxiarum gratiam non proueniat dilatori.

Sed isti de cõmuni domino & magistro ueniunt relationem facere ad conseruos, & ad condiscipulos referre gesta magistri, ut communis lætitia omnium lætantium sit in domo, & ex referentibus pluribus fidei testi-

monium inualescat. Quam pulchre textus eloquitur, q; regressi sunt Ierusalem, de qua fuerant egressi: Sed cum tristitia & diffidentia sunt egressi, cum lætitia & plenitudine fidei sunt regressi: à pace protinus egressi, diffidentes de Christo, ad pacem regrediuntur, de ipso per fidem gaudentes.

Et inuenerunt congregatos undecim, eos qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni.

Per ueritatem aserebant, propter ea quæ audierant ab ipso de interpretatiõibus scripturarum, & de incalescentia cordium, quia solius sui est corda calefacere pro supernis. Maxime autem in ueritate firmabant ppter ea quæ uiderant. Proinde ipsi narrabât quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Mira res, sed prætereunda silentio, q; panis hospitibus appositus, à Christo fractus, sui ipsius cognitionem dedit. Si quis hoc rimabitur, magna reperiet abscondita sacramenta. Vnum tamen silentio non concedam, q; frangendo panes, satiavit turbas. Frangendo panem, sicut uel substituit in corpus, quo duodenam turbam ut alimento cælesti refecit. Frangendo panem, resurrectionis suæ cognitionem aperuit. Omne uerbum dei, spiritalis est panis. Fractio panis in montibus, ad uitam agendam, declaratio est scripturæ. Hinc Psalmsista dixit: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et de hoc à sensu contrario per carentiam Ieremias dolens, inclamat: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret. Paruuli enim sunt, qui per fractionem aut expositionem scripturæ uocantur ad fidem, quibus sermo declaratus uelut panis fractus, tribuit intellectum. Paruuli sunt & multi, qui frangentem doctorem reperire non possunt, non tamen semper defectu quærentium, sed malignantium sepe doctorum. Panis fractus in cena, confortat bellum, abstergit à criminibus, & donat incrementa uirtutum: & traiectus in nobis, trahit nos in deum. Panis fractus in hospitio, resurrectionis nouitatem discipulis palam fecit, ut ex ipso uitam significandam omnino sentiamus, ubi panis Christus fractus, sed non fractus omnibus in hac sibi uita conformibus, tribuetur secundum pondera meritorum. Fractus panis, non desinit esse panis, eadem enim ueritas substantiæ q; in toto erat, seruatur in partibus, etiam si non seruatur æqualitas quantitatum. Sermo diuinus etiâ fractus, declaratus aut expositus,

idem apud omnes, quanq; non æqualiter apprehensus. Et cû transsubstantiatus frangit, simpla manet substantia, nec minuitur aut augetur, si non æq; quantitas partium resultat in oculis, fractis partibus accidit. Fractus panis in patria simplus, in se præstat p tanto fractus, ut soli radijs multiplicat, & simplus & diuisus existit, sed sæpe apparet diuersitas luminis ex diuersitate suspicientiû corporû obiectoꝝ, sicut p simile testat Apostolus, stellam à stella in claritate differre.

De quo modo apparuit Iesus discipulis suis in clauis ianuis clausis, etiam comedens coram eis: item de pitce asfo ac fauo mellis.

Caput XIII.

Vn hæc autem loquuntur, & cum dixerat sero die illa una sabbatorum, & fores eent clausæ, ubi erant discipuli congregati ppter metû Iudæoꝝ, uenit Iesus & stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis: Ego sum, nolite timere. Cõturbati uero & cõterriti, existimabât se spûm uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitatiões ascendunt in corda uestra: Videte manus meas & pedes meos, quæ ego ipse sum. Palpate & uidete, quæ spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cû hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Gaudis sunt ergo discipuli uiso dño. Repullulata si dñs ex ybis reuelabat, similis & ex gestis. Et ex omnibus firmare decebat fidem tantæ nouitatis, q; q; integras & ex omni se, & non alius resurgat à mortuis, q; p argumeta debita dñi firmant in capite, sic in mēbris euenire remoueat ambiguum. Hinc fit dñi isti gesta & audita & uisa referunt, & iam dies in suo cursu pcesserat, Chrs istorū dicitis, opibus fidem facit. Nec quit nouus hō resurgens à resurrectionis hora, sed infatigabilis apparitiõibus studuit, uarijs locis atq; sui corporis formis se pie q̄rētibus ad fidem roborandâ obijciēs, ut etiâ in cõplemto diei, fidem argumētis aptioribus solidaret. Semper enim ad eēt tēporibus in qbus casus est noxiarum. Nocturnū ptinus tps magis, q̄ diurnū cõsueuit esse timor: & facilior pbatu piculoꝝ eēt cõgressus, & inualescentia sæpe maior. Et sero tū erat, & timor Iudæoꝝ fecerat claudi fores, ubi charitate & cõcordia sancta cõuenerant, cõferētes in simul de tãta nouitate magistris, foribus sic manētibus, ex dote subtilitatis sui corporis, ac nō remotis postibus, ad eos subito fecit ingressum, & stetit in medio eorū, ad æq; participationem & uisionem cõmunem discipulis se cõdonās, & eos salutat salutatiõne, q̄ eos alios docuerat salutare. Et tū enim dixerat discipulis suis: In q̄mcūq; domū intraueritis, primū dicite, pax huic domui,

Nō erat immemor effusi pcepti, nec resurrectione sua euāgelica erat mutada doctrina. Sed qd docuit, fecit idem q fuerat, resurgēs à mortuis, nō tñ iteꝝ passibilis aut moriturus: sed altiori sensu resurgens denūciat pacem, q̄ añ mortē docuerat nūciare. Nullū durius & graui⁹ bellū, q̄ de diuinis habere certamē. Et hæsitare de Chro in dicitis & opibus, exitialis est pugna. Tremula Chrsi fides, æternæ mortis exhibet ictus: pax multa docens, decens. Anceps est omne qd agit, nisi fides in cõcussa ferat in Chrm. Cū igitur nō ancipiti fide trāsitur in illū, pax plena atq; pfecta causetur in nobis. Proinde Chrs dicit: Pax uobis. Ex hinc noster gescat animus, fidei nō amplius reluctetur, sibi se subdat, deponat argumeta debellandi, naturalibus ratiõibus non intēdat, scuta cõsuetudinis nō apponat. Totū est diuinū qd agit. Protinus ego ipse sum, quobiscū cõuersatus, quos de maligno uocauit, quæ audistis p̄dicantē, quæ uidistis supra naturā, usum & artē, miracula facientē: q; in medio uestri fui sicut q; ministrat, q; paui alimēto cælesti, q; usq; ad pedes uestros humiliter inclinauit, quæ captū uidistis, quæ malefidi dereliquistis in manibus peccatoꝝ. Igitur nolite timere, idē sum q; fui, p carnalitate omni deposita, maiestatis gloria tota suscepta. Nolite timere, in corde uestro de mea resurrectione nutates. Nolite timere ampli⁹ de Iudæis, nō ē abbreviata manus mea, q; uos liberare nō possit, q; potēter ipsis inuitis surrexi ab inferis. Nō me tenuit dæmonū turba larualis, non magni monumētī custodes, nō thesauri capetrina, non lapis ad monumētī ostiū aduolut⁹. Ecce ianuis clausis ad uos ingressus, sicut clausa uirginitate de utero matris egressus. Nolite timere si uobis sensum mors adimat, q̄ qd reddere possit q; hodie surrexit ab inferis. Ut qd clausi ppter metû Iudæoꝝ: Si uita meā, me uolente mortem irrogādo, tulerūt, ipsam potēter resurgēdo recepi. Non sit uobis amplius timor mortis, qd em factum est in capite uestro, pculdubio fiet in corpore meo. Caput uestrū deus paf me cõstituit, corpus meū uos estis. Sed illa clausura quæq; eēt ob metū, nō tñ fuit priuata mysterio. Et tū enim pillam dos subtilitatis innotuit, & q; magnum sit donū gloriificati corporis. Cõturbati sunt uero & cõterriti, q; q; tñ corpus posse p aliquas rimulas ingredi nō credebāt, ianuis manentibus clausis, nō attēdētes corpus nostrū quāta possit felicitate donari. Sed existimabant spiritū esse quod eorū oculis apparebāt, in his q; supra naturā potēti diuina uirtute fuit, eorū animi nō ferētes. Sed eos argumēto sensibili dñs recompingit, parguēs q̄re

in animo uarietur. [Et dixit eis: Quid turba ti estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra.] Non est iusta de his q̄ dicuntur turbatio, ubi ueritas sensibus patet. Non est sanæ directionis, ut cogitationes q̄ tm̄ terrena sapiunt, ad altitudinem cordis humani ascēdant. Quid de Christi corpore tanq̄ de terre no corpore cogitatis? An ignoratis deitai unitum? Quid? An deitatis potentiā nō creditis, q̄ qui creauit ex nihilo, possit educere de sepulchro? Aliquid tm̄ differenter quæ rere commonefimus, cum cogitationes dixit ascendere. Ascēdunt quippe cogitationes, cum quicquid est min⁹ homine, uersatur in corde. Descēdunt cogitationes in corda, cū quicquid est maius homine, aut cæleste seu forma uirtutis, mēs humana secreto intuitu cōtuetur. Oriuntur ex æquo, cum nobis cōformia & æqualia immaculose cogitamus. Ex imo quidē ima de Christo cogitantibus, ascendebant cogitationū uarietates ad corda. Sed experimento corporei sensus, has cogitationes saluator exclusit. [Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me uidetis habere.] Ad astruendam fidem, uisum inuitat & tactum, ut uisus intueatur corpus ostensum, & tactus, ut diaphanitas excludatur. Nam obiectum uisus ratio diffinit esse corpus superadictio colore, aut ipse color existēs in corpore obiectū uero tactus, ipsa soliditas corporis aut corpus soliditatis. Ac p̄ hoc qm̄ uisus possit corpus diaphanum aspiciere sub colore, aut colorem in corpore transpārere, ad ueritatem solidi corporis inuitatus est tactus, ut simul iuncti, corporis ueritatem aduertant. Sed cū dicit, [uidete manus & pedes, arguit pro cōfessione clauorū, ut innotesceret ueritas passionis, & q̄ ipse qui passus, omnino regressus fuit ab inferis: cum uero subintulit, [Palpate & uidete,] simul tactum ad resurrectionis ueritatem prouocauit & uisum: quia si sæpe tactū possit decipere uisus, nunquā tm̄ uisum nequiret decipere tactus. Vel ut euidentius loquamur: In uisu sepe hō decipi possit, credēs solidum quod esset diaphanū, dum obiectū intangibilis p̄spectaret: tactus uero in corpore falli nequit, palpando em̄ nouit corporis ueritatem. Et caro & ossa soliditatem habent. Quamobr̄ Christus dicit: Nolite credere, cū me uidetis, spiritū uidere: quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uidetis habere. Et ostendit eis manus & pedes & latus, ut aspicerēt uulnera, quia sanata: & apte in manibus & pedibus & latere cognoscerēt signa clauorū, & iam pactam bellicā pugnam.

Vtrū autē apostoli uisioni cōiunxerūt tactū, scriptura nō explicat, quanquā iuste asserat pia crudelitas, cum amore uehementi fereretur in Ch̄m, qui eos ipse ad robur fidei inuitabat ad tactū. [Gausi sunt ergo discipuli uiso dño.] Vñ tristabant, in de lætatur. Vnde fleuerant, in de gaudēt. Qui nō habitus, causam mœroris: reinuētus, lætitiā præstat. Resurgēs gaudere facit, qui moriens inuitabat ad lachrymas.

Adhuc autem illis non credentibus ^{Luc. 24} *mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partē piscis assī, & fauū mellis.]*

Non credebāt adhuc uisioni, non præstābāt fidem & tactū, qm̄ supra sensum hominis erat id quod agebat: & cor humano pauore solutū, tardius diuinis assurgit: & inolit actionibus supra naturā, sensuū confuetudo resistit: & ingressus solidi corporis in locum undique clausum, per amplius tenebat in dubium. Ab origine porro mudi usq̄ in præsentia, similiter actum nō euenerat. Et plebeiorum intellectus nō dū inspexerat, quid in corporibus gloria resurrectionis p̄stare potuisset. Et adhuc ex gestis pœnalibus & plenis mœroribus eorū animi tenebatur attoniti. Et pigritanter cōsurgunt animi ualido terrore compressi, uelut si quēpiā subito excitaueris profunde dormientem, tanq̄ attonitus audiet, si statim & interpositē eum fueris allocutus. Non tm̄ credendū, q̄ oēs ab ista incredulitate tenerent. Protinus nō tenebat Petrus, cui alibi iā dñs apparuerat, neq̄ discipuli, qui em̄ in panis fractione cognouerant, sed cæteri qui eum nondum in aliqua effigie conspexerant. Et si his de resurrectione nō erat ambigū, erat forte dubiū de ingressu, quod solidū corpus parietes solidos penetrasset. Nihilo minus quanuis tremula eorū esset fides, p̄ gaudio mirabant. Et mirū in modū, q̄ de una re gaudiū esset & dubiū. Sed hæsitabant, ne quod agebatur, protinus uerū esset. Gaudebant autē uehementer, si omnino sic esset: mirabantur uero modū, quē non intelligebant, & q̄ supra naturam gesta ferebantur, sed nec frustra tarda credulitas, etenim ut firmaret, argumēta maiora susceperat. Nam Christus ad manducandum aliqd̄ exposcit, nō famens uel indigens, absorpta erat em̄ ista pœnalitas: sed ut discipulos ab omni dubio in resurrectionis fide solidaret, cū ueritas carnis atq̄ proprietates manducando monstraretur. Habebant apostoli partē piscis assī, & fauū mellis. Vel ut securius eloq̄mur, qm̄ de talibus apostolis cura nō erat,

ab hospite cuius erat cenaculū grande stratum, fidenter & amicabilem poposcerūt. Ab hora em̄ cenæ hospitandi & petēdi apostolis concessa erat audacia, & hæc dño paraauerūt, sed etiā eandē mēsam, i q̄ cū eis pascha manducauerat. Et eregione coronati apostolis stantibus, saluator Iesus sine simulatione comedit, & traiecit cibum corpus potens dissoluit atq̄ consumpsit, nō digesti uo more, ut nature requisitū adderetur, sicut añ resurrectione, ut homo mortalis iam fecerat, sed uelut qd̄ modicum consumptū & uanefactum magni potestate caloris. Corpus em̄ resurgens feliciter, uelut spiritus, esu non indigebit: comedere aut poterit potestatiua uirtute, infatigato stomacho ad digerendū, nec ad egerendum ulla necessitas subadretur. Excludebatur p̄fecto in illa comestione deceptio, quā phytonissa i Samuele Sauli fecerat primo regi populi Israelis: qm̄ si forma illa, quā phytōssa, nescio qua fictio Sauli fecerat ondi, ad cōedēdū fuisset exacta, nullo mō potuisset, neq̄ q̄d̄cunq̄ machinamētū simile, diabolico ministerio adinuētū. Et ne ipij aut malefidi hāc in posterū calūniā potuissent inferre, s̄ incantationibus phytonicorū aut ministerio dæmonū simile corpus apostolis fuisset ostensum, saluator omnium deus, tutorq̄ uirtutū, prouidus in futura, aliquid esibile comedere postulauit, ueraciterq̄ comedit. Sed nec p̄tereundū, q̄ tam discretus est cibus, ut non panis, nō caro, nō aliquid aliud comestibile, nisi tm̄ piscis assus & fauus fuisset appositus. Veruntū ne inepta opinione falleremur, si Christū talia postulasse ad designandum sacramentum magni mysterij arbitremur. Anteq̄ patere seu moreretur, atq̄ resurgeret, cum lactucis agrestibus comestus est assatus agnus: post resurrectionē uero, cū melle piscis est assus oblatus.

Agnus cum lactucis amaris, refertur ad patres ueteris testamenti, qui uiuentes in amaritudine uitæ, multasq̄ tribulationes passis, ad loca quasi tartarea descendebant, ut ipso rum passio in asso agno signata, etiam moriendo lactucis agrestibus adderetur, dū nō dum possent in superna conscendere.

Piscis assus post resurrectionē comestus, noui testamēti fideliter fideles insinuat: qm̄ si passio magna in asatione præstruitur, nō limbus inferior, sed gloria supna & ineffabilis dulcedo subsequit. Hinc ē q̄ fauus mellis asso pisci sociatur. Sed agnus in terra, piscis in secretiori elemento nascitur & nutrit: ut ex terra solida, & firma sit passio: fluxibilis uero & cito cedens, signet in alio elemento. Agnus ante resurrectionem comestus, p̄

certitudinem uelut res subiecta oculis, capitur. Piscis uero post resurrectionem esus, in fide irretitur, dum non conspicientibus oculis, hamus sub unda ante rete laxatur, ut passio sit in certitudine resurrectionis & gloriæ, meritum sit in fide. Fauus siquidē mellis integer, non excussus, fomentum ignis & dulcedinem portat: & quod luminis est fomentum apum operatiōe, dulcedinem habet inclusam. Nam celebrata gloria resurrectionis in capite, illuminantur mentes in fide. Vnde dulcedo percipitur, cum pius hominum intellectus fidei lumine illustratur.

Et cum manducaisset coram eis, sumēs reliquias, dedit eis.] Cū māducaisset corā eis nō māducantibus, ut attētius māducantem resurgentem à mortuis, conspicerent. Et em̄ attentiores erant cōspicere gesta Christi, nō intenti ad esum, nec uisus in plura diuoluebatur. Cum uero ueracit̄ comedisset, eis porrexit reliquias, ut ex eis edentes, ipm̄ comedisse fierent certiores. Ex comestioe sigdem asorum agni & piscis, priscoꝝ atq̄ nouorū signatur unum esse meritum passionis: qm̄ omnia prisca siue futura traiciuntur in Christum, & calicē ipse bibit omniū fidelium passionum. Et solus ipse pro omnibus pœnas tulit, dans in seipso p̄m̄ium omnibus passionibus toleratis & tolerandis. Quod autē apostoli comedūt simul cum Christo agnū post resurrectionem, reliquias sumūt cum Christo, & sub Christo, & in Christo, p̄teriorū sanctorum atq̄ nouorū & ipsorum passionū seu meritōꝝ indicitur una cōmunitas. Mos in Christo p̄struitur sic agente, ut si gloria resurrectionis accepta, certificauit infirmos animos per ea quæ sunt uere communia indigentia, quorū minime tentus erat, ita nemo sua sanctitate in alta subactus, condescensum denegat ad eos quos nouerit fluctuare. Nec quia surrexit a uitij, adhuc eorū funiculis irretitos animo claro despiciat: aut enim fuit, aut erit, aut esse potuit de numero uinculorum. Nec non & quod in uno fauente supna gratia celebratum est, poterit & in altero similiter celebrari. Quod uero ipse prius comedēs, apostolis dedit reliquias, ad similia quæ passus est ipse, inuitat, ut si fecit nobis expectamus. Vñ est opus passionis in Ch̄o: reliquias sunt, fidelium cætera passionēs.

Et dixit eis: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cū adhuc essem uobiscū: qm̄ necesse est impleri omnia q̄ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.]

Ista siquidē supra exposita sunt, & necessari

tatē nō Christo, sed nobis inesse differtū est.

De aperto per Iesum intellectu discipulorum, ut intelligerent scripturas: item quae necessitate oportuerit Christum pati: & de predicanda in nomine eius poenitentia & remissione peccatorum. Caput XV.

Luc. 24

Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.

Supra scripturas exponendo de seipso, in itinere ipse interpretatus est. nūc ad intelligendum abseq; uocali expositione aperit intellectum. Tūc protinus aptus est interior hoīs sensus, cū serene cognoscit q̄ supra cōmunē hoīm sensum sibi aut alteri demonstrant. Precellit omnino donū intelligentiæ, doctrinæ collatæ p̄ uerbum. Porro etiam doctore nō indiget, q̄ ut intelligeret, dona suscepit. Egdem & in his q̄ traditū in uoce, spiritus sanctus intelligēdi gratiam præstat, aliter em̄ in uanū sonaret uox ipsa docētis. Sanctas quippe scripturas uelatas magnis mysterijs per se nō cōspiceret, nisi singulariter adesset intelligentiæ donū. Et in ueteri testamento legimus, q̄ pluribus ut intelligerent sensum aperuit. Ioseph cū esset in carcere, ut somnia fōmiantium intelligeret, dona suscepit: & eductus de carcere, interpretatus est magni mysterij somnia Pharaonis. Danieli etiā dedit intelligentiā, ut somnia & uisiones apte cognosceret. Solus deus potest sensum hominū aperire, ut alta intelligendo conspiciant. Non aut̄ omnibus deus intellectū aperit, sed his qui aulsi sunt à sterilibus scientijs & delectationibus prauis. Sic em̄ dñs p̄ Isaiam dicit: Quem docebit scientiam, & quē intelligere faciet auditū: Ablactatos à lacte, aulsi ab huberibus. Sæpe autē quæ daturus & quibus est, pro tēpore atq; loco referuat, prout dum erant Israelis filij in Aegypto, ut intelligerent, sensum eis nō aperuit, quousq; illos diuinos & improbis suo ducatu i manu Moysi p̄ deserta tranſduxit, iuxta quod in Deuteronomio legitur: Et non dedit uobis deus cor intelligens, & oculos uidentes, & aures quæ possent audire, usq; in præsentem diē. Malorum q̄ppe societas sæpe fecit dona differri diuina, & loca deliciarum incolas suos diuinis muneribus priuauerūt. Dissociari à malis, & aggregari hominū uita, procurauit intelligentiam arcanorū. Et iuste præcāti dedit dñs cor intelligēs Salomoni. At ubi saluator sensum eorū ad clare intelligendū, aperuit, oportunitatem suorū mysteriorū in carne gestorū secutus adiunxit:

Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis

tuis tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Sæpe dixisse me memini, nullam necessitatem aut oportunitatē Christo dominari: alioquin nō ex misericordia, sed ex iustitia & necessario, ex Christo salus hominum aduenisset. Nihil em̄ ad p̄miū cogit, nisi iustitia. Nihil oportunitatē ad actū, nisi necessitas. Nec scriptura præcāta de Christo, ipsum tam in actū pro nobis fecisse cogit: cui natura superferebatur ipse, non ipsa ulla lege sibi dñs ipse scriptus, scriptura nō dñs Christi. Idcirco scriptum erat, quod esse scriptum ipse fatetur, qm̄ sic erat ipse futurus, & quæ fecit, plene facturus. Præcāta erat scriptura sacra talium futurorū, nō tñ futura p̄nunciacione illa uenisse necessitate constabat, ut Christus ista non egerit & passus fuerit, quia scriptum: sed quæ talia facturus erat, ideo longe uel de prope ante prophetatum. Nō em̄ gratis redempti essemus, nec à libera uoluntate, sed à necessitate patiētis. Attamē quod scribitur factum oportunitate, nō ad redemptorem, sed ad redemptos potius referatur. Quamq; tñ scriptum sic sit, aliter q̄ sic, ipsum fecisse potuisse credam. Proinde pati & resurgere à mortuis tertia die, solum uoluntas fuit agētis. Oportunitas uero exiit liberandi dāna patiētis. Prædicatio poenitentia in nomine suo & remissionis peccatorū in omnes gentes, oportuitas est iustitiæ hoīm. Et misericordia creatoris, nō aut̄ hominum neq; redemptoris: qm̄ nullus illa necessaria oportunitate poenitentiam agit, aut Christus peccata remittit, ut aliter fieri, nequeat, sed iustitia necessario poenitentia exigit, & remissionem iustus libera uoluntate peccata remittit, ut si futura sit salus, oportet per poenitentiam dei iustitiam præuenire: peccatorū uero remissio, ex dei promissione subsequitur.

Apertius uero interpretatum oportunitatis uerbū, cōgruitatem sonat, ut ex parte redemptoris atq; redēpti, credamus pacta congruere: qm̄ sic oportet fieri, cōgruitate utriusq; nō necessitate moriētis atq; resurgētis. Poenitentia diffundēda in oēs gentes, uerbo clamacionis omnes deliquisse demonstrat, ut si ad omnes poenitentia sit dicenda, in omnibus fuisse culpam urgebat iniquitas: nec nō & omnes posse per poenitentiam saluos fieri, nō esset ambiguum, cum statim adnectatur remissio peccatorum: quæ nec plus debetur ludæo, q̄ eis qui gentilitatis nomine distinguuntur, aut à quibus Iudaicus populus cū cūcisiōe atq; lege seceratur. Omnes em̄ p̄ce-

cauerunt, & egerunt remissione peccatorū, si ad Christum p̄ poenitentiam cōuertantur. Quæ uelut conficiæ magnorū: & innumerabilium scelerum, ne desperet, eis Christus peccatorū indulgentiam repprodit. In nomine porro ipsius hæc fieri Christus ipse decernit, qm̄ ex nomine Iesu salus indicit, angelo discretus: magis uero potestatiue salus efficitur, qm̄ sibi à patre omnis collata potestas.

De pace discipulis à Christo impartita, potestate eundem ad prædicandum, collatione spiritu sancti ad remittendum peccata.

Caput xvi.

A Ierusalem fit huiuscemodi prædicacionis exordium, ut mysterio finis, præmordia prædicacionis conueniant.

Ierusalem terrestris, uisio pacis dicitur, illam utiq; figurans, ubi interminate pax uerata tenetur. Nec non uerbum ad æternā comonefaciens pacem, in pace utiq; suscipiendum est. Carens pace, docens ex ira, cani similis est inquietus uero auditor, quod dicitur reputari oportuit: & ifaniti, ubi doctrina edicifanior. Ad firmiorē uero notitiā pactorū dicit eis iterum Iesus: Pax uobis.

Pacem sæpe replicat, qm̄ nihil in cordibus hoīm suauius, nihil i moribus aptius, in uirtute nihil altius, in beatitudine totū erit q̄d possidebimus. Qm̄ supra dixerat, prædicari oportere poenitentia & remissionem peccatorū in omnes gētes, ilico ipsa die resurrectionis suos apostolos applicat destinati, sicut exiit destinatus à patre, dicens:

Sicut misit me pater, & ego mitto uos.

Ac si aperte dicat: Sicut me pater misit mundū actione redimere, atq; docere ad superos uiam, uita nouā cudere legem, mores hoīm renouare, uocare peccatore ad poenitentiam, p̄stare omnibus gentibus remissionem omnium peccatorum: sic mitto uos hæc palam facere uniuersis, ut omnis etas & sexus, omnis natio cateriq; populus insignis atq; plebeiq; ad supernam uitam, idolatriæ sup̄stitione, secularitate relicta, fide, spe, charitate, talibus stipulationibus moueantur. Sed nec auctoritatem hanc noluit innotescere, ueritatem & potestatem indulgendi dedit hominibus, q̄ defossos in sceleribus ad optima reuocabat, ne quis causaretur nolle cōuerti, si p̄sonalif Christum non posset adire. Proinde uicem suam Christus apostolis cōmisit, magis aut̄ præcauens, ne aliter q̄ à criminibus relaxaretur, aut quis sibi crederet p̄cā remitti, q̄ spiritu sanctus interne decernat. In uirtute spiritus sancti auctoritatem inuisibilem præstat.

Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit

eis: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinueritis, retenta sunt.

Inspirauit in primo homine spiraculum uitæ, insufflat nunc sp̄m̄ optime uitæ: nec nō ipse resurgens à mortuis, spiritus resurrectionis insufflat. Mos est benefici, ea q̄ nuper accepit, communicare cum charis. Et quanuis spiritum tunc resurrectionis nō dederit, spiritū primæ resurrectionis indulsit, ut homo posset resurgere à peccatis. Hac ipse resurrexit: mori em̄ in peccatis ipse nō poterat, in quibus & omnes morimur: à quibus ut resurgamus, insufflauit & sp̄m̄, in cuius uirtute fieret remissio peccatorū. Quorū p̄cā remisistis, remittuntur eis, ut nisi resurrectione ista p̄cedat, secunda pueniat in tormentum.

Ordinate autem factū est, ut ad remissionem & retentionem peccatorū, p̄cedat largitio spiritus sancti, ut nunq; aliis credatur peccata remitti aut detineri ab homine uncto, nisi put utriq; aut alterū sp̄s sanctus effecerit. Qm̄ nō ē unctō hō, q̄ remittit uel detinet uincula peccatorū, sed q̄ de supernis solus nouit incognita phoies hoīm corda, & quāta cōtritiōe & attritiōe corda terat, in decepte cognoscit. Falsum sæpe q̄ plurimi, sibi remitti p̄cā gaudētes, cū uerbum absolutiōis, & manuū impositiōis accepterunt ab his q̄ sacerdotio potunt, quibus sp̄s sanctus desup nō indulsit: qm̄ uidit absconditū in corde criminosis defectū, quē q̄ præerat in terra, penitus non aspexit, aut forte de spiritu sancti licentia debito plus præsumpsit. Trutinare iustis ponderibus hominum scelera, atq; conscientias iporum morale contritas, non hominibus datum, sed sibi referuauit altissimus. In fide agimus, in ista ecclesia militantes: sed in certitudine nos agit omnipotens. Igitur cōsulte atq; mandato factum est nobis, ut si spiritus sancti uirtute præcedente sit remissio peccatorum, qui auctoritate fungit se gaudet, secus quā spiritalium sanctum pie crediderit uelle, peccata & crimina non remittat siue retineat, nec credit posse plus in uoce proficere, quā sine uoce spiritus ipse perficiat. Et propter pietatem in reum, quem uidet suis pedibus pro uolutum, impietatem non exerceat in deum, quem desuper habet iustissimum: quod fieret si faceret quod facere iustissimus nollet. Nouerit primo se, antequam super reum decernat, si auctoritate debita fungitur, si ple ne deprehenderit crimina criminosis, & si magna recognitionis in reo ad facultatem aspiat: & tunc sententiam proferat siue suspen dat. Reus aut̄ cum certus esse nō possit, qd in

eum sacerdos efficiat, & quanta sup eum descendit benignitas spūs sancti, stabit in fide suspēsus, semetipm certa rōne dephendens, si quanto dolore perfunditur male gestor, si adhuc in anima precludit tenebrosa imago, si quid pati uelit, & illa non commisit, si quā disponit aduersus futura cautelam, si quibus operibus aut quā parator, sanxit emēdam, & si quod est omnis facultatis in se agere pntendit: & iuxta hęc aut secus, spūs sancti gratiā aduersus se credat propiciā atq; remotā.

¶ De incredulitate & credulitate Thomæ, & quō Iesus ipsi apparuerit. Ca. XVII.

HAcc dūtaxat cōgregatis discipulis, abfq; Thomæ, dicta cōspicimus. Ideo seqt̄ Ioh. 20. *Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus.* Istud dispensatiue factū agnosimus, ut unius absentia, certior in posterū redderetur p̄sentia saluatoris, & ad sanctæ cicatricum inuitaretur palpatum, qui p̄sens in die resurrectionis non fuerat: & sua hæsitaratio post resurrectionis certum p̄conium, nostrum hæsitare propellit, nec ob impietatis p̄tinaciā se dixit, nisi uiderit, creditur, sed ob regimē spūs sancti ordinātis cōmoda posteror, & ob uehementiā amoris quā gerebat sciēdi resurrectionis huiuscemodi ueritatē.

¶ Sæpe uehemens amor ad aliquid nondū adeptum deludi timens, credulitatem adhibere retardat, siue experimēta, siue signa subueniat. Sed pie recompensandus est iste, nec immerito caruit primordio resurrectionis, qm̄ non erat ipse cum cæteris qm̄ Iesus apparuit. Semp multationē patitur, à cōitate fecerit: & cōitati debita p̄mia, singulariter gradens nō accipit. Qui cū reuerteretur ad cœnobiū sanctum, à confratribus audiuit:

Vidimus dominum.

Bona denunciant contigisse fratribus cōgregatis, quia fere inexplicabile dicitur, q̄ bonum & q̄ iucundum sit fr̄s habitare in unū. Q̄ bonū, ut dicunt, uidimus dñm. Et quā quā singulatim adesse possit hominibus bonitas, p̄feratur tñ quæ cum multis habetur: & ad confirmationē eorū quæ singulatim uidentur, in cautione referuntur: & in ipsa celebratur experientia resurrectionis nouitatis, & in ipsa fiunt palpationes & gaudia, & ostensiones bellos, & potestatiua comestio, & datio spūs in remissione fidam peccatorū atq; culpā. Sed Thomas hęc audiens, pie dolet, irasciturq; sibi, q̄ in tali uisione nō fuerat ipse cū cæteris, creditur se denegat resurgentē, nisi aspiciat uisū, palpet & tactu. Inquit enim:

Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locū clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

¶ Suprà diximus unde Thomas uolebat tarda credulitate detineri, quē aut credimus prophetam, aut omnino dotem resurrectionis ignorātem. Si propheta, p̄nouerat forte Christum reseruatum in corpore cicatrici: sed magis totalis resurrectionis ignarum, quæ oēm defectum innatum atq; illatum in corpore beate resurgētis excludit, quāquā miraculose ac mystice abfq; derogatiōe beatæ resurrectionis, credamus ipsas Christum in suo corpore reseruasse. Mira p̄sumptio huius hominis, qui nisi ex pacto credere nō disponit. Seruus dño, discipulus magistro, creatura creatori, homo deo conditionē indit. Nec Christo per fidem coaptare se fatigat, nisi prius experientiam p̄eroget. In fide agimus, in fide nostra sunt p̄mia, in fide p̄ p̄mijñs initia meritorum. Ratio & fides ad merita non conueniunt. Fides & experientia incrementa excludunt sublimium p̄miorum. & nihilo minus nisi aliquid experientie ad fidem p̄uuium non obuēniat, fidem dicitis omnino adhibere recusat. Sed hoc factū nouimus, ut id quod est uere p̄uuium fidei, à fundamēto fidei doceremur. Proiñ sequit̄:

Et post dies octo iterum erant discipuli congregati, & Thomas cum eis. Venit Iesus clausis ianuis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis.

¶ Sæpe tractata, iterare nō expedit. sed numerus dierū uenit in causa, qui ob hoc octauus describitur, in q̄ Christus hæsitantī Thomæ subuenit, quia octaua est regnātium, ubi fides omnino ex perpetua uisione cessabit.



Deinde dicit Thomas: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & offer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

Vide profundū clemētis saluatoris, ut qd̄ discipulus & seruus sibi p̄ cōditiōe p̄fixerat, exequitur magister & dñs: q̄ si legi quā hō esset, uoluerit subiacere: sed sigdē uolūtate,

quia sic eum curaturus, in illo posteris prouidetur an p̄uiderat, sicq; impleturus adueniat. Id Thomæ ostendit, quod suprà discipulis: quāq; ad singulare Thomæ decretū, singularit̄ ipse prouiderat, cum ad manus palpas digitum, ad latus manum eius exposcit. Quod utrum Thomas tetigerit, scriptura nō explicat. Magis pie tñ credimus inspexisse, atq; ad omnipotentē uerbi dñi saluatoris potentē discipulum in fide subito suscitātū. Neq; fas est credere, foramina in illo corpore remansisse, sed diuina prouidentia talit̄ cicatrices q̄ discipulis potuissent oīdi, & ad confusionē impiorū atq; malorū, cū omni corporis gloria, usq; in futurū iudicium reseruati. Et plus in hac p̄mihi subuenit ecclesiæ pia credulitas, q̄ quarūcunq; scripturarū autoritas. Reuocauit Ch̄s hoc argumento ab infidelitate discipulū, & cōmonefecit differentiatione uerborū, dicens: [Noli esse incredulus, sed fidelis.] Non imerito, sed necessario, esse incredulum, dñs dissuadet. Habet em̄ incredulitas adnexa supra modū horrēda picula, ut qui est incredulus, sit etiā & rebellis. Vnde Moyses ad aquas cōtradictionis populū appellauit incredulū & rebellē, dicens: Audite rebelles & increduli. Sed quāuis in serie uerborū p̄mittatur, rebelles: in re ueritate rebellio ab incredulitate causat, ut prius in fide minore aut in toto deficiat, q̄ rebellat. Rebella re aut̄ deo, est aduersus seipm̄ diuinū excitare furorē, & iustā p̄niciē p̄mereri. Rebella re prius q̄ nō sane credit, q̄ directiōibus iustis uerbo cōtradicit & factō. Et festinatione morte multatus est Aaron, & terræ promissionis sibi ē denegatus introitus, eo q̄ ori dñi probatur incredulus. Vñ dñs ad Moysen de Aaron dicit: Pergat Aaron ad populos suos, nō em̄ intrabit terrā, quā dedi filiis Israel, eo q̄ incredulus fuit ori meo ad aq̄s cōtradictionis. Et Moyses populo incredulitatē improperat, q̄ nō crediderunt exploratoribus, qui fructus attulerāt de terra promissionis, & qd̄ mō paueractio deserat. Propriū est incredulitatis, ad agenda tepiditatē inducere, nec nō paueracere in exptos. Rectis actiōibus caret incredulus, & nescit q̄ tramite agenda suscipiat: & hæsitas tremebunde, infidelit̄ operibus se p̄stabit. Sic em̄ scriptū est: Qui incredulus est, infidelit̄ aget. Et Habacuk: Qui incredulus ē, nō erit recta in eo aia eius, ut nec recta sit in intellectu ueritatis aia, nec affectum iustæ dilectiōis habeat, quē incredulitas despicienda comp̄ssit. Et incredulus nō in cælo pars, sed in stagno igne ardēte & sulfure, qd̄ est secūda mors. Ac p̄ hoc irrefragabili argumento p̄cipitur, q̄ incredulitate depulsa, de-

ceat esse fideles, qm̄ oculi dñi pietate ad fides les terræ ferunt. Et hic & ubiq; multū laudabit uir fidelis. Firmatus dissuasiōe atq; p̄ua fide discipulus, & abfq; q̄ aliqd̄ eū scriptura fecisse cōmēoret, Ch̄s infidisse testatur.

Dominus meus & deus meus.

Hęc cōfessio in eā q̄ facta est ueritatē, oēm incredulitatis exclusit errorē, cū ipm̄ Ch̄m in carne resurrexisse conspiceret, alta fide innixus, etiā eū deū suū & dñm fateret, seipm̄ mēte arguens, q̄ de re tā uera diu hæsitaauerit. Sed p̄ticoq; dubiū, cū huiuscemodi argumēta sumptissent, posterorū corda in fide solidauit. Iesus aut̄ solidato hæsitati discipulo, de fide magna differuit, dicens Thomæ audistitib' ceteris:

Quia uidisti me Thomas, credidisti. Beati q̄ non uiderunt, & crediderunt. Thomas uidit & credidit, p̄pter qd̄ & locutus est. Nisi uidisset, nō credidisset: si non credidisset, nec locutus fuisset, Dñs meus & deus meus: nec ipm̄ in parte orbis sibi cōtingente, usq; ad effusionē sanguinis & mortē corporis p̄dicasset. Sed qd̄ uidit: Carnē duntaxat. Quid confessus est: Sup̄ omnia excedens, qd̄ oculus ipse cōspexit. Nā deitatē ex carnis uisione uidetur fuisse cōfessus. Sed nec inspecta etiā incorruptis caro, ad deitatē p̄stitit assensum, quāuis dicat Apostolus: Inuisibilia em̄ dei à creatura mundi p̄ ea q̄ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Diuersi em̄ sunt hęc scripturarū sensus.

Aliud p̄tinus in mēte Thomas aspexit, operatē sibi grā dñi saluatoris, unde credulitas i seipso reuiuiscere cepit: & alte motus, eructa uit altissimū uerbū. Sed q̄ in illa carne resurrectionē p̄fectā illustrata mēte cognouit, nō hūanitatis aut carnis uirtuti, sed deo uiuo & uero tribuit. Idcirco in extasi q̄si factus, i hęc yba prupit: [Dñs meus & deus meus.] Veruntū subrogatis argumētis, uenit in fidē. Idcirco dñs beatificat oēs credētes primitiuos, q̄ argumenta nō habuerunt. Nec nō & posteror, q̄ carebunt qm̄ remotis rōnibus & argumētis, fortitudo fidei p̄mplius in clarescit. Porro beatitudo ista patres primitiuos & ad Ch̄m posteror uere credentes inclusit, quāuis sub p̄terito tempore sit facta prolatio.

¶ De multis signis & apparitionibus Iesu non scriptis. Caput decimū octauū.

Multa signa facta in conspectu discipulorum ad resurrectionis argumentū, Iohannes euangelista commemorat, quæ in suo libro scripta denegat esse, sed euangelistæ alij iam descriperant, et si non omnia, inponitur asserenti silentium similiter & differendi, ne qui p̄sumant in euangelio pone-

re, quod notarij euāgelici nō scripserunt. Et quāquā multa alia, tñ non scripta: & si non scripta, explanatio inhihetur, cum pia fides absq; periculo possit illa multa sub nube cōplecti. Sed hæc & oīa q̄ de Ch̄so sunt scripta, in hoc sine cōueniūt, & totius scripturæ hic ē terminus ultimus cōstitutus, ut credamus q̄a Iesus in carnatus, natus, conuersatus, passus, mortuus & sepultus, regressus ab inferis, cæliq; cōscendēs, est uere filius dei. Et credētes, nō simus imeriti: nec fides sui ipsius ip̄a finis, sed uitā habeamus æternā in noīe eius, s. crediti Iesu, ab æterno filij dei, ab æterno pro nobis in tempore filij hominis facti, saluētmq; sic pœnaliter & strenue operati, ut salus omnibus uere credētibus in nomine eius, tota & perfecta in æternum proueniat.

De manifestatione Iesu ad mare Tiberiadis, & p̄ occasionē de mystica Benjamin, Manasse ac Effraim interpretatione. Ca. XIX.

Argumentis multis erat declaranda hæc nouitas, quōd corpus a sepulchro, & quōd anima recessit ab inferis: nec decebat semper delitescere, qui sui notitiā uenerat conferre mortalibus. Proinde *manifestauit se Iesus iterum ad mare Tiberiadis.* Tempus, actus, locus, testes & modus, hoc mysterium magnum in fide atque in moribus clamāt, cum æternus uoluit humanatus in tpe fieri, oīa q̄ deinde gessit, fecit in tpe, nec nō & mōmēta tps nris utilitati bus pagit. Et tps addit ad tps, ut sit oīno posterius, qd sequitur ad prius: & amœnioribus bñficijs uernat tps qd sequitur, q̄ qd dicimus p̄terisse. Vnde cū Iesus iam se pluries resuscitātiq; apostolis oñdisset, locū duntaxat, nō p̄sonā diuariās, ut locus ad mare Tiberiadis penitus diceretur, manifestauit se, nō aliū: nam idē in omnibus Ch̄s. Sed an ad oculū, an ad intellectū, an ad utrūq; manifestationem factam cognouimus. Ad oculū porro facta ē, cum uere uerū suū corpus oculis discipulorū obiecit, non aliq̄ obelatuū aut effigiatū, q̄ qd de sepulchri theca retraxerat: intellectui uero, p̄ fidē innotuit. Non em̄ Iohānes dixisset, Dñs est: nec Petrus solidus corpe, se donasset fluído elemēto, submergi nō p̄uidus, nisi ano p̄ fidē eē dñm cognouissent. Sed qbus & q̄lit se dñs manifestat p̄ fidē, scripturas ueteris testamenti & noui, ad utilitatē nram p̄riter cōuertamus, ut tpali manifestationē phabita, cōsequimur æternā. In Psalmo siquidē legimus: Qui sedes sup̄ Cherubim, manifestare corā Effraim, Benjamin & Manasse. In his tribus hoībus, ab origine nominum & ex gestis, bonorū uniuersitas designatur, qbus in

Psal. 79.

hac uita manifestatiō diuina cōfertur. Nō dixim illā oīno q̄ reseruat in patria, nec illam q̄ per cōtemplatiōis studiū q̄dā ineffabili gustata dulcedie, superogatiōis dono multis cōceditur: sed illā q̄ fidei & aliāq; uirtutis ope inferitur, ut hæc sit dei oīm̄q; regū manifestatiō, ipsius & ipsarū iuxta capacitātē p̄fecta & inhæsitata cognitio. Hōrū uero triū, post natum legimus Benjamin, in cuius partu sua mater extrema uitæ suscepit. Quobrem cum aliq̄ a moriente m̄re, a p̄se uero Benjamin, s. filij dextræ, nomē accepit. Porro filij dextræ hi sunt, q̄ oīa q̄ faciunt aut q̄runt, ad amorē sup̄nos referunt, ut nihil uelint agere, habere uel q̄rere, q̄ non patriæ sup̄næ cōueniant. Sup̄na patria, in designatione sua dextrā tenet: sinistra uero, patriā terrenā & infimā p̄fert: qd in situatiōe iudicij extremi satis aperte cognoscitur, cū electi ad dextrā, reprobi ad sinistrā ordinant. Et de regina, s. ecclesia orthodoxa, dicit: Assitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato. Igitur q̄ filij sunt supernæ patriæ, terrena despiciunt: & ne quōlibet tpaliter implicent, tota uirtute cōtendūt, & solū ad ea q̄ uirtutis sunt, fatagūt. At qui & ipse Benjamin alia interpretatiōe uirtutis filius appellatur. Naturali nempe more fertur filius in parentē. Etenim oīs hō sic creatus ē, cū diuinā in se suscepit imaginē, ut in uirtutem uelut in matrē inuulsiuili amore feratur. Si quidē filij puuli existētes, materno lacte aluntur, donec solidiori cibo fuerint aptiores: & excubāt ad maternas mamillas solcite, ploratus atq; singultus, cū suxerint, terminātes: & abstergit m̄ in filijs foridunculas incaute contractas, & decantat fesceninos sepe sapientus, ut gescant: & p̄anis frēq̄nter inuoluit & fascia, ne tenella mēbra lædantur. Irrephensibilis m̄ est uirtus, & tales filios parit. Hoc em̄ est primū esse uirtutis, ut sine iusta reprehensione constituat. Et nutrit lacte puulos, eos uidelicet q̄ nondū p̄fecte spūalia sapiūt, sed gliscunt. Quod & apostolus Paulus in uirtute cōstitutus nutritor, sic suos in Ch̄so filios nutrebat, dicens: Et ego fr̄es nō potui uobis loq̄ q̄si spūalibus, sed q̄si carnalibus: tanq̄ puulis in Ch̄so, lac uobis potū dedi, nō efcā: nondū em̄ poteratis intelligere, sed nec nunc quidē potestis. Est em̄ lac uirtutis, prima eruditio fit dei, ut in Ch̄so p̄fecte credatur. Et hi paruuli sunt in Ch̄so, q̄ credunt in ipso, nondum ex animo tpalia cōtēnent, nec ex eis subortas contentiones effugiunt, ignoꝝantes quid sit ueræ abdicatiōis mysterium, & quæ sit ad Christum plena conformitas, & post hæc uitam quid pariat. Spūales uero filij, qbus solidiorem efcam uirtus cōtribuit, sunt qui non

pro uisibilibus bonis usq; quaq; contēdunt. Habet ipsa uirtus climaticos filios, nec eos q̄ in infimo gradu gradiūt, despicit, si ad altiores uelle ascēdere ipsa cognoscit. Sed paruuli ad mamillas uirtutis excubāt, ut pro capitate alātur. Et m̄diū miserias termināt, cum in uirtute lætitiā consolationis accipiunt. Quod sibi prouenisse Dauid Psalms ita fatetur: Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo, cōsolationes tuæ lætifi cauerunt animam meam. Nō em̄ tam uaria est multitudo dolorū, q̄ illam consolationē uirtutis quātitas nō excedat. Absterguntur filij a sordibus a uirtute, primum nāq; officium est uirtutis, a continctis tergere maculis. Cantat corā paruulis fesceninos alma mater, procurans ipsis optatam requiem, cū pro amore sup̄næ patriæ suadet oīa tolerare, atq; quietos in ipsa & per ipsam in seipsis & ad alios fieri, ut nil p̄uerum procedat ab eis. Hoc per Isaiam summa uirtus enunciat: Quiescite agere per uerū. Rememorat interdum fescenando hæc pia mater eos quos ab exordio aluit, & quāta passi fuerunt, sepe decantat: & quam palmam fuerint assecuti, deducit in carmen, ut si quippiam aduersi p̄ueniat, patientiam habeāt ex exemplis, & p̄ amplius habeant ex promissis. Et eos in uoluit panis, sicut uitæ autor mundo moriturus, nascēs inuoluit ē i natiuitatis exordijs. Panni protinus sunt ipse humanæ utilitates atq; miserij, quibus etiam in uirtute inuoluitur, quas semper uirtus ante oculos nostrę mētis per considerationem statuit, & ne superbiendo labamur, fascia p̄feruarantiæ circa suos filios illos stringit. Sed silentio nō p̄tereat, q̄ nascente Benjamin, mater in partu morit, & ipse dextræ siue uirtutis filius nuncupatur. Astāt duæ matres, carnis uidelicet & spiritus. Mater carnis, caro est: mater uero spiritus, est uirtus: una per naturā, altera p̄ gratiam constituitur: una suscepto humano semine, altera fit semine uerbiq; unam peccatores mūdo nascimur, per alteram iustificamur. Sed cum in uirtutis filiatōem transimus p̄ gratiam, id fit ut moriatur in nobis quod premebat p̄ corruptam naturam. Ac per hoc quotquot in Benjamin designātur, merito in presenti per altitudinem cognitiōis, in futuro per actum fructiōis, diuinā manifestationem suscipiunt.

Manassen uero natum legimus in Aegypto a sancto Ioseph post suarum tribulationum laudabile cōplēctum, ut in ortu eius ipse pater ex re nomen dederit, appellans eū Manasse, dicens: Obliuisci me fecit de oīm laborum meorū, & domus patris mei. Proin

de Manasse obliuiscus interpretatur. Non omnis obliuio bona, sed illa quam scriptura sacra commendat. Dicebat se oblitū Ioseph suorum laborū, domusq; paternæ. Quod si hæc obliuio bona nō esset, tātus Patriarcha nūq̄ ista dixisset, glorianter obliuionis filio nomen dando. Non autem mentis obliuionē credamus, quæ memoriæ defectum importat. Nam si oblitus erat laborū domusq; paternæ, quomodo nominabat, cum nihil de terminata sententia de præteritis loqui possit lingua, nisi quod ei dicat fixa memoria. Si uero præterita referebat, quomodo oblitus erat? Si obliuionem fieri dicimus malorum adeptione bonorum, & bonorum adeptiōe meliorum, uelut si quispiam infirmus sanitatem assequitur, infirmitatis dicitur oblitus, non q̄ interdum nō habeat in memoria, sed quia sanus non patitur in persona, & nihil opendit, ridensq; illam commemorat, uera corporis sanitate perfungens. Et uelut miles in regem electus, non obliuiscitur militaris hæc, sed uelut oblitus, illum paruulū pendit in potestate regia constitutus: sic qui diuinam manifestationem assequi concupiscit, obliuisci oportet omnium terrenorum, in quibus labor est & afflictio spiritus, & bonorum temporalium, adeptiōe uirtutum, & spe firmissima sup̄norum. Sic spiritus sanctus per os Dauid futuram inuitabat ecclesiam: Audi filia & uide, & inclina aurem tuā, & obliuiscere populū tuū & domū patris tui. Est & obliuio quæ sensum remissiōis peccatorum consequitur, scilicet iniuriarum illatarum a proximo obliuisci posse. Palmiferarum culmen ista nanciscitur: & quāto in hominibus rarior, tanto perfectior: etsi nō abradere penitus a memoria, sed tamen amari tudinis non persistat in anima. Velut enim oblitus habetur, qui sic se habet ad lædentē proximum, sicut ad non lædentem, sed gratior, si sicut ad diligentem.

Etiam ipsum Effraim in Aegypto natum scriptura commemorat, cum statim nato ex re pater uocabulum dedit, dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis meę. Satis creuerat in Aegypto Ioseph, quam terram suæ paupertatis appellabat, pro eo q̄ uenditus a fratribus, ab Aegyptijs emptus, illam intrauerat. Sine crimine in carcere positus, non de proprijs sumptibus stipēdia uitæ captabat, sed intantum diuina prouidentia creuit, ut Aegypti saluator & dominus diceretur. Proinde secundo suo filio Effraim nomen imposuit, qui lingua nostra interpretat accrescens. Sed quæ sit uera crescentia, Christi ueram manifestationē merito suæ actiōis

Psal. 44

Gen. 41

expectans, sacra uolumina pscrutemur. Cre-
scit in aia fides trinitatis in pflagium liberati-
onis aeternae: prout in somno uidit existens
Gen. 40 in carcere pincerna Pharaonis: Videbā, inq̄t,
coram me uitē, in q̄ erāt tres propagines, cre-
scere paulatim in gēmas, & post flores uuas
maturefcere, calicemq; Pharaonis in manu
mea. Tuli ergo uuas, & exp̄ssi in calicem quē
tenebā, & tradidi poculū Pharaōi. Vitis hęc,
est diuina & una substantia, in q̄ tres ppagi-
nes sunt, s. tres p̄sone eiusdē substantiæ eius-
demq; naturæ, q̄ in semetipsa in cōmutabilis
manēs, paulatim corā uere fidelibus crescit
in gēmas, i. in sancta desideria, & in flores, i.
in opa manifesta: & uas maturefcūt, cū fru-
ctus n̄si opis ad profectum pueniunt: expr̄-
muntur, cū segregatur uinū ab acinis, uideli-
cet cū iustitia fecerit uir a peccatis. In calicē
funditur, cū fit iustitia in certa mēsurā. Et of-
feritur Pharaoni, cū seruus suo dño in placiti-
onis actionibus seruit. Nec nō & in Ch̄so, qui
Ioh. 15. est uitis uera, ip̄o dicēte, Ego sum uitis uera
tres propagines, sunt tres uidelicet substanti-
æ i una p̄sona, deitas, aia & caro. Et tres ho-
minū status tendentiū in salutē, uelut ppagi-
nes à uite ab ip̄o p̄grediuntur, q̄ augmento
uirtutis in aia iusta inuisibilē crescūt. Cres-
cit etiā is q̄ se deo dicauit in paupertatis amo-
re, ut in sp̄ualibus aeternisq; diuitijs augmē-
ta maiora suscipiat, ut eo magis diligat pau-
perem fieri, q̄ cupidus locupletari. Sic em̄ de
Gen. 41. seip̄so Ioseph patriarcha dicebat: Crescere
me fecit deus in terra paupertatis meę. Crescit
qs in paupertate, cū eam habēdo plus diligit.
Crescit quis in paupertate, cū quāto in illa uo-
luntate paratior atq; à terrena ope expeditior,
tāto imp̄dabiles uirtutū diuitiæ paugē-
tur. Crescit homo spe firma in aeternis diuiti-
ijs, quāto hic plus deficit à tēporalibus bonis.
Ordinauit etiā oipotens multos p̄ tribu-
lationes & aduersa plus crescere, qm̄ propri-
um est uirtutis, aduersitatib; prosperari. Vñ
Exod. 1. de filijs Israel legitur, q̄ quāto magis oppri-
mebantur, tāto magis multiplicabātur atq;
crescebāt. Optime radicata noscitur uirtus,
q̄ crescit inter aduersa, & dū seueri fluctus in-
furgūt, in altiora ipsa consurgit. Et ex sacris
gestis accepimus, ex mundatione aquar; ar-
cam in sublimē plarā, ut quāto magis aqua
Gen. 7. excelsos mōtes excefferit, tāto arca ipsos prae-
cellerit. qd̄ significatiue traicitur ad examē
uirtutis, ut uirtus tunc superferatur, cū ad ima
deiecta cōspicitur: tunc p̄ amplius crescat, cū
oppressa uidetur: tūc attollatur in altis, cum
uidetur circumdata pcellis, crescit ois q̄ fide-
liter in tēplo dei ministrat. Et hoc ipsum est
crescere, qd̄ & fideliter ministrare: hoc ipsum

ministrare, facit & crescere, prout de ip̄o Sa-
muele legitur, q̄ creuit & dñs erat cū eo, quia si
deliter ministrat in tēplo corā Eli, cui ma-
ter obtulerat, & ipse iam oracula diuina sus-
ceperat. Sed nec q̄a mole corporis creuerat,
deus erat cum eo, q̄ obr̄e cum gigātib; ma-
gis ipse fuisset, sed quia creuit in uirtute cum
tēpore nobiliss, q̄ in tēpore cū uirtute. Pro-
prium est elector; ad diuinam manifestatio-
nem spectātium, ut plus in eis uirtus crescat,
q̄ tēpore: & in tēpore magis fiant uirtute pro-
ceres, q̄ corpore pcellētes. Quod lob ad ami-
corum obiecta r̄ndens, incrementū uirtutis,
nō corporis augmentum apposuit, dicēs: Ab
infantia creuit mecum miseratio. Querit etiā
iustus deus hoies crescere in his q̄ p̄derit,
ut eo ip̄o ad diuinā manifestationem aptifi-
ant, q̄ p̄dita ipsa recipiunt. Huius rei ueritatē
aperte cognoscimus, si scripturas testamēti
ueteris pscrutamur. Nam in Regum uolu-
mine legimus, q̄ Dauid uolens misericordi-
am facere cum Ammon, ut consolaretur eū
super morte paterna, ipse suasu assistentium
malor;, inter alias iniurias mediam barbam
radi fecit missis nuncijs. Quod cum com-
perisset ipse Dauid, iussit eos manere in Ier-
icho donec crescerent ipsorū barbæ. Si hanc
figuram late discutimus, materia loquendi
protēditur. Et hoc ipsum qd̄ p̄ditur & expe-
ctatur ut crescat, inquiratur. Barba em̄ hois
uirtutis significat, p̄ quam maxime primo
faciē obiecto, uiri à mulieribus discernun-
tur: q̄ quanto in hominibus placet, tāto am-
plius in mulieribus displicerit non & sicut
in mulieribus ipsis & apicentibus est ingra-
ta, sic in hominibus grata conspicitur. Pro-
inde uirilem sexum intelligimus, cum bar-
bā in facie humana uidemus. Sed uirilis se-
xus q̄ muliebris consueuit esse constātor in
promissis, & fortior in agendis, atq; impau-
diōr ad aduersa. Qui tūc in huiusmodi re-
bus mediam barbam fatanica ordinatione
amittit, quom̄ more femineo mollescens,
desistit obseruare promissa: & quæ uoto fir-
mauit, inconstans factus praeuaricatiōe de-
iecit: infirmus in bonis agendis tepescit, &
uelut effeminatus pauens, trepidat ubi non
est timor. Nam timor nō est in uirtute, neq;
in eius actibus trepidatio: sed uirtuosum
fieri, est plena securitas: & felicitas quēdam,
uirtutis iusta fecisse. Nec deberet esse dicatū
deō, timore à mūdo explicitum fieri. Et hoc
effeminati potius perhorrescunt, ut magis
timeant explicari, q̄ à mundi compedi-
bus implicari. Et uelut formidolosa mulier, à
bello & actione fugiunt uirtutis, & abster-
rentur maximo metu audire praecepta uir-

tutis. Igitur ptinus in debarbatis effemina-
tae animæ designantur, & molles effecti, di-
cente Apostolo, neq; regnū dei possidebūt.
Sed rex Dauid iussit huiusmodi uiros mane-
re in Iericho, donec barbæ ip̄or; crescerent,
nec sinebat intrare Ierusalē, ubi uisio & ma-
nifestatio regia laudebat. Sic saluator oim̄
Ch̄s, eos quibus se manifestare disposuit, si
uirtutis animi p̄diderunt, tandiu in defecti-
bus mundi manere permittit, donec crescat
amisa uirtutis. Nec Ierusalem. i. statum pas-
cis intrare sinit, donec appareat euidenter in
facie uirilis audacitas, & ex promptitudine
spiritus carnis infirmitas roboretur, ut mol-
lis caro non mollia, sed spiritus qd̄ est firmū
& ualidū in uirtute sequatur. Sed crescit q̄
omniū noscitur cōplētum, est illa, q̄ quis
crescit in gratia & cognitione Christi, q̄ nos
crescere Petrus Apostolus exhortat, dicens:
Crescite i grā & i cognitione dñi n̄si Iesu Chri-
sti. Crescit i grā dei semp, dū cū effectu op̄e
augētur desideria melior;, & amor tepidita-
tem excutiens, fit in seip̄so ualidior: & in co-
gnitione Christi fit crescēdo processus, cum
in p̄firmam in h̄rētiam fidei animo & cor-
pore efficitur christiformes. His em̄ tribus
hominibus fieri diuinam manifestationem
ex sacra scriptura conspicimus, quibus ad ne-
ctantur hi discipuli q̄ uenerant modo p̄isca-
ri: quor; uita si p̄ om̄ia discutitur, hor; trium
significationibus coaptatur. Filij em̄ erāt de-
trae sup̄næq; uirtutis, q̄a pro sup̄na patria ca-
ptanda om̄i uirtute certabant. Et erāt obli-
ti om̄iū terrenor; & passionū atq; labor; pō-
dera, uelut obliuati om̄ia supportabāt, semper
in uirtute crescentes, quousq; p̄ mortē & san-
guinem, atq; alijs circumsepti penalitatibus
deceserunt, q̄bus facta est Christi manifesta-
tio ad mare Tiberiadis, quam scriptura sic
factam commemorat.

Quibus & qd̄ agentibus se Iesus ad mare
Tiberiadis ostenderit: item de labore licito,
piscatione, mari, reibus, mane, pulmentario,
dextera. Caput XX.

ERant simul Simon Petrus & Tho-
mas, qui dicitur Didymus, & Na-
thanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Ze-
bedæ, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis
Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Veni-
mus & nos tecū. Et exierunt, & ascenderunt
in nauim, & illa nocte nihil prenderunt.
Bona est similitas iustorum, quia in om̄i
actione conueniunt: nec contendunt ad in-
uicem cum aliquid agendum proponit, sed
semp unus alium sequitur, si iusta decernat
uoluntate. Fiunt unanimes ad expediēs, cō-
iungētes & corpora: & quæ nouerint discer-

nere sermone, sponte se offerentes operibus
prosequuntur. Nihil in hominū uita iucun-
dus, q̄ bonorum similitudo & inter ipsos gra-
ta consensio. Quod & Dauid dicebat: Ecce
q̄ bonum & q̄ iucundum habitare fratres in
unum. Loquitur hic primo Petrus, dicens:
Vado piscari, socios non inuitans, sed spon-
te se offerunt: Venimus & nos tecum, ut solū
proposuisse, sufficiat inter eos qui charitate
iungantur, & statim ad agenda prompti-
do subsequitur. Relictam artē ad tempus Pe-
trus in tempore repetit, nō auditate lucran-
di, sed uitæ captandi cōpendia, & forte men-
dicandi aptitudo defuerat. Nā ueritas & opi-
nio tunc de Christi resurrectione pugnat. Et
quod uere factum fuerat, & incredulitas
impacifice certabant. Nec non & discrimini-
bus magnis ascribebantur, resurrectionis no-
uitatem firmiter asserentes. Propterea neces-
sitate urgente, Petrus sibi & socijs prauidēs,
artem solitam reiterat ad uiuendum, cui oēs
assentiunt tanq̄ de re quæ non uergit in peri-
culum animarum. Attamen non omnis ars
à relinquendis repetenda est, maxime illa
quæ omnino uitium in actiōe sua tenet an-
nexum, & quæ recedentibus à seculo, in illo
consueuit facere reciduum, etiam quæ men-
tem agendo implicat, ad repetendum perfe-
ctis interdicit uelut nefas. Sed licite ars quæ
relinquitur, in necessitate repetit, si carebat
uitio ante q̄ relinqueretur. Et quanq̄ omnis
ars sit naturæ supplementum, & subueniens
argumentum, non tamen ad expedientiam
euangelij atq; decentiam suffragat. Nec om̄e
qd̄ artis nomen assumptis, iuste ars dici po-
test, aut uitio caret, cum ars tanq̄ naturæ sup-
plementum & expediens argumentum, de-
beat honestis moribus conuenire, suis indu-
strijs fouere rempublicam, carere turpitudi-
ne, dolo, fraude, ut ita faciēti cedat in lucrū.
Vbi uero nec ista in arte proueniunt, solum
uitur nomine, sed artis ueritate priuat. Itaq;
repetit Petrus & sui consocij piscatoriam ar-
tem, eo forte q̄ p̄mebat necessitas, aut quia
ociositas debebat excludi. Hæc enim sunt fa-
ciendæ artis potissimæ rationes. Veruntamē
si hanc piscationem ad mysterium retorq̄-
mus, innuit ut rationabilium piscium, non
irrationabilium, deinceps esset per apostolos
atq; discipulos celebranda piscatio, & qua-
dam pia deceptione per uerborum diuino-
rum retia homines traherentur de pelago
damnationis, in littus aeternitatis. Sed cum
piscari uoluerunt, non soliditatem littoris
tenuerunt, sed ascenderunt nauim semper
in æquore fluctuante. Nihil enim boni in
hoc mundo sine fluctibus agitur.

Et in nocte piscibus tendentes insidias, cum mare sub unda claustris retinacibus occupassent, nihil prędiderunt. Vtiq; respondit mysteriū ueritati, & ueritas umbrā eliminat, quā nihil apprehēdit in nocte peccati & ignoratię.

Si uero p̄ mare p̄sens seculū intelligere uolumus, & p̄ noctem eius negociū quod semper pambulati in tenebris, labor est sterilis, & ois in ip̄o facta sudatio, dolor ē & afflictio spiritus. Et cum ad extrema uitę deueniūt, quā in seculo propter seculum negociantur, morientes nihil apprehēdūt. Et hoc Pfalmista p̄uiderat: Dormierūt fomnū suū, & nihil inuenērūt oēs uiri diuitiā in manibus suis. Et factum ē hoc magno p̄sagio futuroꝝ, ut nisi iussu dñi aliqd in discipuloꝝ rete nō ueniat, nec eis profuit ars & hora solita capiendi, ut pisces ueniant in retia, & uelut decepti includerentur in lineis claustris, qm̄ non est p̄dicatoris (quāq; ūba connectat & pficiat rete uerboꝝ, capter dicēdi horā, expolite loquatur, audiaturq; libenter) audientes aīas capere atq; includere infra claustra diuinorū uerboꝝ, ut credant & moribus aliter uiuāt, nisi dñs iusserit, cuius prouidētia inuitā aīa capiūtur, quāq; numēꝝ solus ipse cognouit, q̄ talis capturę mysterio p̄lecta sunt ad salutem. Et nisi summa ueritas suis ordinibus illucefcāt, non est in hominū actione prouēctus. Proinde sequitur:

Mane autem facta, stetit Iesus in littore, nō tñ discipuli cognouerūt quā Iesus est. Sequitur & post sequitur in ordine diei & noctis alteruter, unū alter, & q̄si circulariter feruoluūt, ut ordo inditus luci & tenebris, uariari nō possit, nisi fecerit ille q̄ cōdidit. Igitur mane factū est in ordine suo, & tenebras remouit ab oculis: & Ch̄s stetit in littore se cū dñi ordinē suū, q̄ ordinate pficit oīa & disponit: sed uisus, nō est agnitus, quā nec ueritas fidei atq; rerum in lumine corporali cognoscitur. Et q̄uis res corporeā in lumine uideantur, ipsa: tñ ueritas in mente oñditur, ubi lumē solis & stellarū siue lucernę opitulatur. Et sępe factū est, ut secularibus negocijs implicati, minus, imo frequenter ne, diuina cognoscāt. Et procella mūdi dñi in uirtute nō tolerat, tñ turbat scaphā nr̄a actionis, ut diuinę cognitiōis lumē impediāt. Et em̄ discipuli p̄ficationibus implicati, a mari nis turbiniibus agebāt: & immemores erāt, utri illo tēpore Ch̄s cura fuisset de eis, q̄ a suis fidelibus nūq; oculū suę puissōis auertit. *Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentariū habetis?* Responderūt ei: Non. *Dicit eis: Mittite i dexterā nauigij rete, & inue-*

Psal. 75.

S.

* tum

nietis.] Non ignorat qd̄ Iesus interrogat, sed responsum q̄rit ut in melius instruat. Sciebat em̄ eos uacua noctem & cassos habuisse labores. Et uelut uacuos pueros appellat interrogans, aut quā sic dimissi a malitia facti erant. Nunquid pulmentariū habetis? Ad omne liq̄dum, terrestre, aq̄ticū, aereū esibile, referatur pulmentarij uocabulū, p̄terq; ad panē. Sed denegāt discipuli pulmentariū ex aq̄ cepisse, qm̄ in hoc seculo nō reperitur aliqd̄ corporeū, pani uita in esu cōueniēs. Nā est multa corporea sępe ordinātur ad uirtutū optimas actiones, non tñ pani uita p̄portionabiliter coaptātur. Hęc idcirco dixerim, quā pulmentum cū pane sociali esu exquiratur. Erat porro in littore panis uiuus, q̄ de cęlo descēdit, & q̄rebat si sibi pulmentariū digne quoddam sociabile haberetur. Quær̄it ipse in hominibus pro ipsis, nō p̄ se ipso adesse uirtutes. Sed cū de ipsa carētia r̄ndetur, dat de habendo p̄ceptum siue consiliū, dicēs. [Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.] Neq; est seculū, & totus mundus in maligno positus ē, sed habet dexterā suā uitę nr̄a nauigiū, in quā si retia nr̄a & studia mittimus, capturā insignē & utilē faciemus. Nepe nauigiū q̄ nos dēsum mare sulcamus, uirtutis est artificij, & ecclesię factum mysteriū, q̄ alterā dexterā habet, q̄ mundana conditio. Porro mundana seu humani ḡnis ā uera cognitiōe alienata cōditio, suā dexterā id esse æstimat, cū sibi arridet mūdos, cū undiq; prosperitatibus uernat, qd̄ de falso reꝝ ordinationē p̄dentibus dñi: Beati dixerunt populū cui hęc sunt. Dicit q̄ tēporaliter delectantur, beati populū cui tēporalia plene assistunt, & hanc prosperitatē, dexterā putāt. Sed q̄ sup̄nis afficiuntur, aliter cātant: Beatus cuius dñs deus eius. Sed uirtutis artificij ecclesięq; mysterium, aliā dexterā nouit, illā uidelicet q̄ mūdi mala patitur, q̄ uētis aduersitatis impellitur, ut effretato pelago, uelociter i portū salutis adueniat. Nō gaudet nauigiū sole meridianō in maris altitudine constitutū, & tranquillitatē maris ut aduersitatē abhorret. Periculis solum est sibi, ā tēpēstatibus nō moueri: sed hoc solum dexterā se gratulatur habere, ut ā uehementia uētōꝝ agatur in portū. Nō suscipit gaudiū de prosperitate mūdāna, nec ecclesia in florido seculo gloriatur, sed exultat in deiectione, in dep̄ssioe resurgit. Cui si mūdi amœnitias arrisisset, nō triūphasset in martyribus, neq; in illoꝝ altitudine glorię latetatur. Ac p̄ hoc cū mūdi cōditione uirtus & ecclesia eregione cōtenderat, ut qd̄ est dexterā unius, alterius sit sinistra: & qd̄ uni sinistra, alteri dexterā faciat. In quā iubet Ch̄s disci-

pulorete iactari, ut qd̄ ante uel retro uel in sinistro latere nō uenit in retia, in dextera omino capiatur. Hanc pro parte dexterā, supra in dextera filio cōmemorauimus, q̄ nec a sensu hic capiēdo discordat, qm̄ uirtutū ominiū uniuersaliter una est ratio, & unus oibus cōstitutus est finis, quis ad singulare seu particulare certamen, similiter ad uisibile siue inuisibile actionē multa sit cōstituta uel annexa diuersitas, sed p̄tinus ueroꝝ fidelium hęc est dextera, quā in Cāticis sponsa cōmemorat, dicēs: Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. Nec nō & mulier fortis in hoc mysterio nēs, a colo sinistro pariter neturā inuoluebat in fuso, q̄ a manu dextera tenebat. Proinde omne nr̄m studiū actionis in dextera, & pro dextera est agēdū. Nā ueritas & fructus est huiuscemodi, & mandatu est dñi, q̄ nos posse inuenire qd̄ iuste q̄rimus, & iuste iubet q̄rere ut inueniamus. In discipuli obediētiā ilico mādato iungentes, pisciū signatā multitudinē inuenērūt. Nam hoc in bonis actibus insallibiter agitur, ut obedientia iuncta p̄cepto, penitus iussa pficiat. Et iustū p̄ceptū actionē obedientię ualentiorē facit, ut p̄cepti & obedientię plena cōformitas in debitis actionibus semp̄ nanciscatur effectū, q̄ aliqñ iubēti, aliqñ obediēti, aliqñ utriq; iuste tribuitur.

Nec ex incuria p̄tereundū est, cui uirtus efficiendi potius tribuat qm̄ in his q̄ p̄cepit dñs, fecisse sibi potius q̄ obediēti referendū sit. Nec q̄s inaner de suis uirtutibus coram dño gloriēt, q̄ magis ad effectū iussa deduxerit ex p̄optitudine suę uolūtatē, q̄ ex imperio imperātis. Plus em̄ in oī bono qd̄ agimus, diuina uirtus opatur in nobis ut fiat, q̄ nr̄a q̄q; actio siue uolūtas, qd̄ ipsius saluatoris plena confirmat autoritas: Sine me, inq̄t, nihil potestis facere. Et adiutoriū nr̄m ad effectū agēda deducēs, est in nomine dñi q̄ fecit cęlū & terrā, nō ex nobis q̄ sumus ex terra. Hinc etiā dicit Apostolus: Nō sumus sufficientes cogitare aliqd̄ ex nobis, tñq; ex nobis, sed omnis sufficientia nr̄a ex deo est. Qui em̄ bonū ex se cogitare non sufficit, ex se pficere omino deficiet. Et ad Philippēses idē Apostolus ait: Deus est q̄ opatur in nobis uelle & pficere p̄ bona uolūtatē. Sed in his q̄ homines etiā secūdū deū impant ad effectū, aliqñ p̄cipiētis, interdū obediētis uirtus excedit, ut eius merito qd̄ p̄cipitur fiat, cuius corā deo grator est sanctitas. Sępe uero pari uirtute cōtēdunt, q̄ solus deus librat pondera meritōꝝ. Et in sanctōꝝ patrū gestis cōnobitiuorū & aliōꝝ laudabiles cōtēdiones inuenimus, q̄ mirabiliū factōꝝ, uirtus aliqñ in p̄ce-

ptorē, aliqñ in obediētiā cōtēdione ferebatur. Et sępe de utroq; sane cognoscentes, pariter sentiebant.

De miraculosa piscium captura iussu Christi facta: item acuta contemplatione Iohannis, uehementi erga Iesum amore Petri, cubitis ducentis, prunis positus, piscium nunciatorum iussa apportatione. Ca. XXI.

Sed in hac obedientia q̄ discipuli Christi spræceptum fecerunt, dicitur:

Miserunt ergo rete; et iam non ualebāt illud trahere prę multitudinē piscium. Mira uirtus & p̄ceptoris & obediētis, q̄ talis sequatur effectus, ut alter impediatur & actus: qm̄ tāta multitudo pisciū uenit i retia, ut ad extrahendū uires discipuloꝝ excederet. Et uere supra ipsoꝝ uirtutē subsecuta est hoīm cōuersio post resurrectionem. Nec fuit aliqñ aut erit q̄rūcunq; doctoꝝ etiā sanctitatis altissimā, posse homines de pelago dñatiōis & iniquitatis extrahere, aut de fundo limoso eripere, ut ad littus æternę stabilitatis at̄traherent, nisi duntaxat illa uirtute, cuius facta est captura. Sed ille discipulus quē diligebat Iesus, factum supra uires, intellectu p̄spicaciori cōsiderans, trahensq; manibus cū funibus rete, impotēterq; laborans, aq̄linos oculos direxit in littus: & p̄ impotētia trahēdi, huiusopis cognouit actorē, dicēs [Petro: Ioh. 21. Dñs est.] Ecce oēs opati sunt ad retia in mare laxāda, oēs in trahēdo laborāt, & infra semetipsos p̄ subitatioe mirantur, nō ut oīs cuius sit hoc factum, uirtute cōsiderant, nec oēs in facto uirtutē p̄ceptoris aduertunt: quā nō oibus, ut actio, consideratio est æq̄lis: nec quibus una est proportio in ope, eadē proportio est in mēte. Plerūq; uero actionibus excedētes, interna ueritatis speculatione minorantur, uelut in hoc loco Iohānes, siue in corporali exercitio cū socijs q̄rretur, siue in cuberet, primo tñ oēs in cognitiōe ueritatis excessit, ut diceret Petro, Dñs est. Quid ē etiā dicere, Dñs est, nisi cur tñ in trahendo retia laboratis, cum pisciū captōꝝ multitudo p̄ponderet: Hoc nō est factum nr̄a uirtute, nā nihil cepimus nocte p̄terita laborātes. Dñs est ille q̄ iussit in dextera nauigij rete relaxare. Ipse igitur est, q̄ nos expectat in littore. Ipse fecit in retia nr̄a pisciū multitudinē aduenire, ipsusq; uirtute trahem⁹ in littus. Hoc docente dilecto, more solito reanimatus est diligēs. Semp̄ recalescit in uere diligentibus amor, & diligentē, impaidū ad pericula sępe facit, & nihil opedit labores accipiens. Hinc est q̄ [Simō Petrus cū audisset quā dñs est, uenica succinxit se.] Dilectus a Iesu, ipsum cognoscentes, nunciat de Iesu. Diligens uero Iesu

sum, ad ipsum venire impatienti amore de-
 certat, nec consilio utitur sociorum, nec exqui-
 rit inueniēdo consortiū, unda p̄ profunda nō
 timet, non delibērat qd accidere possit, dū il-
 lum considerat quē sup oīa diligit. Nō expe-
 ctet sociū, q̄ festinat ad dñm. Periculosa est
 huiusmodi expectatio, cū nos expectat do-
 minus. Recipiatur focū cū sequimur: sed nec
 remoretur, q̄ expediti sunt ad seq̄lam. Cur-
 rendū est cū uocamur, nō tardādū ut tepidū
 profectantur. Ad regē pro causa placita mi-
 lites festinantes, de tardioribus nō sciscitan-
 tur. Studeat unusquisq; militans, de se gratam
 regi exhibere militiā: nec respectu tepētium
 remoretur equū, ubi se uidet expedire posse
 pro rege. Maxime si unusquisq; p se rationē
 reddit altissimo, p seipm̄ primo seruire festi-
 net. Nec multo consilio opus est, cū p̄ fidē aut
 certitudinē, in nostrā sciētā diuinum placitū
 uenit. Retardat amoris molimina, consi-
 liari cum ceteris. Impellitur festinantis ue-
 rus amor, & ualidis directiōibus tēdit. Pro-
 uidere picula, prouidentie esse noscitur, non
 amoris. Qui picula futura p̄ singula p̄uidet,
 amorē tepescere fecit. Et sepe fuit piculū tale
 puissum, qd nunq̄ euenit, aut affuisset agēti.
 P̄nor & amoris feruor, impacate cōtēdunt.
 Ille mala p̄uidet, hic efficere posse p̄mittit. Il-
 le de omnibus dubitat, hic omnino cōfidit.
 Quāobrem Simon Petrus cū audisset ga dñs
 est, non consilians, uel iuit se tunicā, nō illam
 quā prohibemur existentes in agro, retolle-
 re incubente p̄secutiōe nec illā quā se depon-
 sisse se exuoluisse in canticis dei sp̄osa dice-
 bat, sed illā q̄ interdū impedit facile actionē
 quā, cū homo in actiōe non sistit, reinduere
 potest sine detrimento uirtutis. Seu illā dix-
 rim, q̄ nostrā turpitudinē tegit. Petrus uero
 nudus erat, ut expeditior esset ad rete trahē-
 dum. Propriū est em̄ recte agentium, ab im-
 pediētibus expediri. Nā omnis q̄ in agone cō-
 tendit, ab oibus se abstinet, s. nō decentibus
 aut aduersantibus in agone. Atq; nō sine ma-
 gno documento agendorū factum est, q̄ in
 uertice apostolici chori, dū piscarentur disci-
 puli & rete traherēt, legimus nuditatem: qm̄
 nullus nudior debet esse à rebus, ut expediti-
 or piscationē p̄ficiat animarū, q̄ q̄ Ch̄ri uicē
 gerit in terris. Ipse primus exp̄plicare tene-
 tur, qd in hoc seculo Ch̄m uisisse cognō-
 uit, q̄ nudus natus, nudeq; uiuens, expoliatus
 uestibus, crucifixus atq; mortuus est. P̄-
 scatiōi aīarū intēdens, a rebus nudus existat,
 ut nec p̄peditus corporeis, spiritalibus pos-
 sit intēdere: nec exp̄plo, re p̄ seculariū uinculo
 implicatus, inficiat, q̄s à seculo p̄bo p̄dica-
 tionis & uerā sanctionis auertit.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

Succinctio uero Petri depositae tunicae,
 dum dñm in littore adesse cognouit, in uir-
 tutis ornatu trajicitur, q̄ nudus se cōpat, ne
 despicibilis appareat corā dño. Cū se in ma-
 re proiecit, fidē astruit quā habebat in Ch̄ri-
 stum. Etenā aliās in mari p̄ ipm̄ reseruatus fu-
 erat à procellis. Nec nō impavidū ostendit se
 factū, cum urgeret calcaribus ab amore.
 Timorē sepe abstulit uerus amor. Et in ca-
 nonicā Iohannis dicitur: Consummata cha-
 ritas foris mittit timorē. Verūtū q̄stionem
 animo ingerit, si bonū erat mysteriū, cur res-
 liq̄. Erat protinus, nam iussu dñi captiōem
 pisciū fecerat. Sed licitū est relinquere mi-
 nisteria & corporis actiōes, ut altioribus cō-
 templationibus intēdatur, potissime si sunt
 q̄ h̄mōi ministeria p̄sequantur. Relinquebat
 em̄ Petrus cōsocios, q̄ p̄ficere poterant quod
 ipse reliq̄rat. Et periculis marinis puenit ad
 Ch̄m, cum aliq̄ nauigio puenissent. Dispar
 em̄ est in moribus uia q̄ puenitur ad Ch̄m,
 quā sit una in fidei fundamēto. Et aliq̄ picu-
 lis, aliq̄ cautelis, aliq̄ laboribus, aliq̄ cōtēpla-
 tionibus, aliq̄ exercitijs, aliq̄ argumētis uarijs
 ad Ch̄m pueniunt. Sed in mētibus hominū
 de hac diuersitate nil obrepat, si puenire con-
 tingat. Porro in angustum essent conclusae
 uirtutes, si dūtaxat in moribus unica eēt uia.
 Sed existens unica fundamēto, facta est mul-
 tiplēxi agēdis. Sed hi q̄ discipuli nō iōge erāt
 à terra, sed q̄i dūcētis cubitis.] Si hos cubi-
 tos ad geometriā referimus, dubia est locu-
 tio: si autē ad translationē in latinū factam
 gr̄eco, sit nobis tractādi fermo securitatis
 uia maris ad littus modico spatii tēdebat, s.
 ducētis cubitis, quorū spatii natādi pitia ser-
 sub undis fixo uestigio, aut leuigato nauis
 gio ut ueniat in portum, facile tranfuada-
 tur. Quo istorū modorū Petrus ad littus ubi
 Christus erat aduenerit, scriptura non expli-
 cat. Scire uero tm̄, ipm̄ p̄ ceteris ocyus pue-
 nisse, sufficit. Numerus uero spatij ductorū
 rum s. cubitorū, mysteriū includit & mores.
 Etenā centū, primus est numerus q̄ transit in
 dexterā, & calculantiā peritiam nō inuenitur
 in laeua, q̄ in minori digito in modū circuli
 recontorto p̄ficatur sup palmā. Et cū alijs p̄-
 ximus similiter inflectitur, secundus centena-
 rius cōstituitur. Et decas decē, oiscētenarius
 habet inclusas. Primus igitur cētenarius in
 minori digito cōstitutus, eos dicit, q̄ de po-
 pulo Iudaeorū p̄ obseruantia decalogi puen-
 runt ad aeternitatē Ch̄ri. Secundus uero eos,
 q̄ de ecclesia orthodoxa saluatur uerorū q̄ tñ p̄
 decalogū foritū sunt saluatē. Sic etiā actiui &
 cōtemplatiui ad decalogū astringuntur. Et
 quāq̄ cōtēplatiui sup̄erant actiui, dñano

sa esset eis interna & altissimorū cōtēplatio,
 sp̄reto decalogo. Hoies, mulieres, clerici &
 laici, plati & subditi, p̄ decalogum p̄tinēt ad
 numeꝝ ducentorū, si puenire ad dexterā illā
 cupiunt, quā illa in qua isti numeri p̄ficis
 untur, circulari aeternitate significatur.
 Vt ergo descēderūt in terram, uiderūt
 prunas positas & piscem suppositum, & pa-
 nem. In nō tñ igni suppositum sicut piscem.
 Si prunas, piscē, panē apostoli sic statuisent,
 non p̄ noua uisione sic ab euāgelista q̄ ade-
 rat, diceretur. Nec etiā cū dñs interrogasset
 eos, utrū pulmētariū haberent, respōdissent,
 non. Sed aliū de ignis, panis & piscis, q̄ à stu-
 dio & ope piscatorū, ab eo s. q̄ se nunc istis se-
 p̄ tertio delaturus aduenerat. Ignis, amor
 piscis captus sub undis, fructus q̄ de tribula-
 tiōe carpit. Piscis ineptus ad esum, nisi aptet
 in igne. Fructus in frui esse nō posset, nisi a
 more torreretur. Panis tota est uita, quē suo
 modo appositus panis uis. Sed exigitur cō-
 municatio atq; unio debita opeꝝ capitis &
 membrorū, ut ex alteris altera uirtutē p̄fecti
 onis accipiant. Proinde ait Iesus: Afferte de
 piscibus q̄s p̄didistis nunc.] Hoc est, opa
 uia meis opibus iungite, ut aīa uestrā, non
 auris uia, meritū iustae actiōis & diuini pla-
 citi sortiant. Ex eo em̄ q̄ opa nra diuinis opi-
 bus asciscunt, factiōis atq; retributiōis p̄ae-
 mium nanciscunt. Ch̄ri uero merita dū nris
 meritis uita tribuunt, in seipsis nō p̄mptius
 inclarescūt. Bonorū nrorū protinus ipse non
 indiget, nec egens usq̄ ab aliq̄ qd accepit,
 & siq̄dem signata & tēporalis locutio salua-
 toris, nobis aliq̄ astruit sacramētū. Ait em̄
 ipse saluator: Afferte de piscibus q̄s p̄didistis
 nunc. Nā alio tpe multis piscibus captis
 ab apostolis aliq̄d nō exegit, sed de piscatio-
 ne q̄ facta dicit nunc. Etenā hoc nūc, p̄teritū
 habet passionis & resurrectionis in capite, su-
 turū uero resurrectionis mēbroꝝ expectat
 inter q̄ tēpora, nra opa cōiuncta diuinis, me-
 rent quantū beatitudinis sint habitura post
 diem extremā resurrectionis. Hoc nūc ob-
 edientiā dextralē exercuit, ut solum illa opa
 suis uelut Ch̄s asciscit, q̄ à laeua in dexterā ue-
 niunt, q̄ pro aeternis, nō pro tēporalibus sūt.
 Et ad hōꝝ amorē nos Apostolus excitās, ab
 istis auertit: Non cōtēplatiuis nobis q̄ ui-
 dent, sed q̄ nō uident. Quā em̄ uident, t̄palia
 sunt: q̄ autē nō uidentur, aeterna sunt.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

De tractate retis ad terram, pleni piscibus
 centum quinquaginta tribus: de tot ac tanto
 rum pisciū numero myticato: & quid, q̄ nō
 rumperetur rete. Caput XXII.

Vnc ascēdit Simon Petrus, & traxit re-
 te in terrā, plēnū magnis piscibus cen-

tum quinquaginta tribus.] Petrus rete tra-
 xit ad terrā, sup cuius cōfessione fundata ecc-
 lesia noscitur, ut merito fidei cognoscamus
 salutis posse deuenire in portū. A nutabūdo
 elemento trahunt pisces in solidū elementū.
 Hoc em̄ saluator iubēdo uult, uolēdo iubet,
 ut nutantes in tēporalibus hoies, in solidita-
 tē credēdo & merendo pueniant. Hoc enim
 esse aeterni patris uolūtātē, ipse Christus asse-
 ruit. Propter qd etiā in hunc mundū, à sum-
 mo cælo egressus ipse descēdit. Quia descē-
 di de cælo, non ut faciā uolūtātē meā, sed uo-
 luntātē eius q̄ misit me. Hæc est uolūtās p̄ris
 mei q̄ misit me, ut oīs q̄ uidet filiū, & credit
 in eū, habeat uitā aeternā. Quod Petrus in
 uim reascēdit, de q̄ profiliuit in mare, uarie-
 tatē in opibus optimi obediētis oñdit, ut in
 his uelit exercitātū fieri, prout uoluntātē co-
 gnouerit impetrātis. Nūc opa mutare diuer-
 sa, nunc autē relicta repetere, nūc agere, nunc
 cōtēplari, nūc unū intermittere & aliud ex-
 ercere, nūc cauere picula, nūc se piculo mor-
 tis exponere, ut nil agat proprio motu mo-
 tus, sed maioris imperio actus. Nam sicut su-
 prā de saluatore tetigimus, q̄ non suam uo-
 luntatem facere in hunc mundū descēderat,
 sed paternā, sic nos Ch̄ri uoluntātē, non nos-
 tram, in actionibus profectimur.

Ioh. 6.

Gen. 15.

Psal. 21.

Psal. 34.

Iudit. 16.

Quantitas uero pisciū cōtinua & discre-
 ta, q̄ magni & cētū & quinquaginta tres erāt,
 ad magnitudinē opeꝝ & ad eorū originē res-
 torq̄tur. Magni gpe dicunt electi, non à se-
 ipsis, sed à magnitudine acquisitae mercedis,
 uelut Abrae dñs loq̄batur: Ego sum merces
 tua magna. Et qm̄ iporum laus & gloria, est
 apud deū in ecclesia magna. Magna sigdem
 est militans ecclesia, omnis alia concio parua
 uel nulla. Magnitudinē uero ecclesiae trium
 phātis nunquā ullus exp̄ssit. De utraq; ue-
 ro intelligebat David: Apud te laus mea in
 ecclesia magna. Eo igitur electi dei magni
 sunt, q̄ in ecclesia magna iuste laudantur. Et
 qm̄ in hac ecclesia magna Christum cōfessi
 sunt, magni uocantur, ut idē Psalmista dice-
 bat: Cōfitebor tibi i ecclesia magna. Et iusti-
 tiam dei p̄dicauit in ecclesia magna. Magni
 em̄ est, q̄ in magna domo secundū dñi placitū
 potuit etiā modicū cū p̄seuerātia opari.
 Et q̄ magno aīo sunt, parua esse nō possunt,
 etiā si parua actionibus cōstāt. Timor etiam
 dñi apud eum, suos electos magnos efficit.
 Scriptū est em̄: Qui autē timent te, magni erūt
 apud te. Quia eo ipso q̄ in hac uita dei timor
 mentē hois ad recte credēdū recteq; uiden-
 dum humiliat, apud deū in immēsum exaltat.
 Et tā magnos facit in gratia, q̄ paruos se-
 tenent in cōfictiā. Discreta uero quantitas,

in centum quinquaginta tribus piscibus constituta, radicem & originem & fructum bonorum operum astruit. Si numerus hunc indagatio subtili discutimus, habet protinus numerus iste triplicem distinctionem, scilicet tria, quinquaginta & cetera: ut in tribus, fides trinitatis intelligatur, seu tres illae uirtutes uiuificae, sine quibus non consistit hominum salus, quae sunt radix & origo bonorum operum, sine quibus nemo placuit deo, etiam si quatuor alijs uirtutibus per omnia claruisset. Has siquidem dixerim si dem firmam, spem solidam, charitatem synce ram, Quis unquam absque his altissimo placuit?

Heb. 10

Quam sine fide impossibile est placere deo. Quis sine solida spe supernorum meritorie terrena consequatur? Quamquam plurimi philosophi contempserunt temporalia, spem supernorum solidam habentes, merito caruerunt. Spes enim nostra

Rom. 5

(ut ait Apostolus) penitus non confundit. Quis a charitate alienus inchoauit aliquod bonum, sine qua nihil est in nostris operibus bonum? Quis inchoans perfecit, ubi ipsa defecit? Quis perfecit, ubi ipsa non astitit? Clarius ista lucent in rationabili mente, quam possent scribi aut uerbo proferri. Omnia in uanum & in nihilum tradidit Apostolus, si charitatem non habet.

1. Cor. 13

Numerus uero quinquaginta, ad remissionem pertinet peccatorum. Etenim in ueteri testamento annus iubilaeus erat, in quo multa relaxabantur. Et propter quinquaginta iustos dominus se dicebat parcere Sodomitis & loco propter eos. Et quinquagenarius supplicans Elias, igne ultionis euasit. Et quinquagesimo die a resurrectione, datus est spiritus, in quo remissio peccatorum. Centenarius autem numerus ad decalogum pertinet, quia ex decies decem ipse confurgit. Porro decem, in sua significatione numerus decem preceptorum. Et decies replicata, id annuntiant, ut unum quodque prout promulgatum est, affirmatiue seu negatiue deducatur in actum.

Gen. 18

Quae decies replicata denarius, cumulat centum, quod dextralis est numerus, meritum supernae patriae, ubi Christus in dextera dei est patris, insinuat. At ternarius numerus uirtutum, quinquagenarius scilicet remissio peccatorum, ceterarius sicut executio mandatorum, radicem & originem & fructum perpetuum habent bonorum operum. [Et cum] tanti essent duplici quantitate, [non est] scissum rete] sed multitudine piscium.

4. Re. 1

Alias legimus quod rumpebatur rete per multitudinem piscium. Non enim qui electi sunt in ecclesia, & in moribus scissuram constituerunt. Non per sumunt diuisionem, quoniam in Christo. Neque in scriptura dissentit diuina, in eius fide ueram simulatam habentes. Nam si electi sunt, non scindunt neque scinduntur. Et eo ipso electi sunt, quo scindere aut scindi noluerunt.

Luc. 5

Et capti ad dexteram nauigij fideles, contrarias non separantur in partes, nec fidem aut ecclesiam suae uirtutis scindunt, in qua prospera patria capti sunt. Et qui transiuntur in illam, unitatem per omnia seruant. Non enim est ciuitas illa diuisionis, sed unionis & pacis.

Et capti ad dexteram nauigij fideles, contrarias non separantur in partes, nec fidem aut ecclesiam suae uirtutis scindunt, in qua prospera patria capti sunt. Et qui transiuntur in illam, unitatem per omnia seruant. Non enim est ciuitas illa diuisionis, sed unionis & pacis.

Dicit eis Iesus: Venite, prandete.

Vocat ad esum Iesus suos discipulos, ut cum ipso sua beatitudine per suam misericordiam & per meritum passionis data, nostra operatione quaerita, eternaliter perfruamur. Et cum sederent discumbentes in litore, nemo discipulorum audebat eum interrogare, tu quis es? scientes quia dominus est. Non enim erat haec scientia ex oculorum aspectu aut obiecto corpore, sed ab insita in animo ueritate. Saepe Christus aliquorum oculis corpus obiecit, sed nec tam cito agnitus est, quousque interius per infusonem ueritatis illuxit. Proinde quia mente sciebant, uerbis, quis esset, non interrogabat.

Et uenit Iesus, et accepit panem, et dabat eis, & piscem similiter. Venit Iesus ministrando, non aliunde post discubium, erat enim ibi & accepit panem more solito frangens, & dabat eis ut ederentur similiter & piscem, fructum scilicet capitis & membrorum. Fructus capitis in pane, quia ipse panis uitae. Fructus membrorum in pisce, quoniam uelut pisces degunt sub aquis, sic membra Christi sub tribulationibus mundi. Panis & piscis uenerunt in esum & communicata passione similiter & merito, in aeternum non esuriemus.

Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

Tertio, non ordine apparitionum, cum fuerunt multo plures, sed ordine dierum, cum apparuerit prima die resurrectionis, & octaua, & ista, quae prima quora fuerit, ignoratur. Facta est autem ista manifestatio discipulis septem, ut omnes in hoc mundo in septem formis gratia spiritus sancti degentes, aeternam manifestationem in patria superna suscipiant.

Mare uero Tiberiadis, tribulatio est, testimonium uerum perhibens & perquirens. Proprium est maris, esse in superficie in quiete, & tribulationem in ferre nauicis. Tiberiadis, testimonium interpretatur. Et in tribulationibus testificari de Christo, uirtutis est martyrum, imo uirtus est perfectorum. Testimonia diuina perquirere, solidamentum est uitae: nec non ipsa cognoscere, sapientem & prouidum facit. Nam testimonium domini fidele, sapientiam praestans paruulis. Et testimonium dei credibile facta sunt nimis, ut in cognitionem ueritatis ab hominibus ueniatur.

Et quoniam sunt uia in uita, beati qui scrutantur testimonia dei: quia supra sensum hominum mirabilia existentia, ideo illa scrutatur anima iusti uiri. Et ad illa cordis inclinatio a domino profutur, sed non cum auaritia, ne plus quam expectat, sapere uelimus, quod Apostolus prohibet. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Resonat in psalmis suprapositae uoces, ut dei testimonia perquiramus: quia illa esse dixerim, quod dei cognitionem testificantur, ut in illa cognitionem ueniamus, quod creauit nos placito suo, & quod in carnatus redemerit sanguine suo, & quod uelit nos esse beatos in regno suo. Existunt autem ista testimonia in scripturis, quod perquirere cum lumine fidei & intellectu fideliter, praestant paruulis ueritate, & testificantur nobis de gestis, de credendis, cauendis, diligendis atque agendis, & in quibus maxime spes mortali inualeat. Et creatura uisibilis atque inuisibilis de diuinis testimonium perhibet. Hinc Apostolus ait: Inuisibilia dei a creatura munditiae quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et in sapientia scriptum est: A magnitudine enim speciei & creaturae, cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Ergo ad mare Tiberiadis abundantiam tantorum testimoniorum, facta dicitur manifestatio saluatoris, mente plus quam corpore, atque tam in corpore quam in mente.

De Petro ter a Iesu, an Iesum diligeret, interrogato. Caput XXXII.

Ubi ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus Simoni Iohannis, diligis me plus his? Dicit eis: Etiam domine, tu scis quia amo te. Suptus erat in silentio cibus. Nunc ad oritur Iesus uertice apostolici chori questione pulsare, ut ceteri erudiant in illo. Et post cognitionem atque scientiam, quae sciebat quod dominus est, quoniam uetus amor: nihil enim diligit nisi sub ratione boni, quousque multi in dilectione fallant. Cognoscent autem bonum oportet, antequam diligant. Et si diligere bonum expediat, si est utique fastidium pluris bonum esse sciat, erit amor ardentior. Sumpto cibo, de amore oritur questio, ut etiam effectio suscipiat, sermo sit de uirtute, ne homo interior prius cibo suo, si exterior alitus est. Cibus porro interioris hominis, est uirtus & sermo uirtutis. Indicitur Simoni questio, si Iesum plus ceteris diligat. Prudens interrogator, sed nec ridens incautus. Prudentem interrogat quod ipse prouocatur, ut ore fiat confessio in salutem, eo quod in damnationem ore fuerat facta negatio. Et iure plus ceteris diligat, quoniam ceteris plus negauit. Et quoniam erat a Christo super omnem ecclesiam in capite constitutus, sibi quoque tradita clauis, decebat esse alios dilectione perire. Proinde si plus amet,

saluator interrogat. Magna cautela utitur respondendo Petrus, ceteris se in amore praeferre non audeat: seipsum, non alios, scire fatetur. Nouit se amoris uirtute, non ponderare animos singulorum: deserti socij ex comparatione, ipsos in sua responsione non iudicat, se diligere dicit, sed plus diligere tacet. Quis enim nouit se alicui homini similitudinem in uirtute illa praeferre? Ecce omnes apostoli diligebant, sed quos ipse nouerat, an plus ipse diligeret, cum unumquodque se crederet totum impedisse amoris? Sed nondum in amore, quod in quocumque uirtute audeat se praeferre, si habet in illa consortem. Vbi uero non est in uirtute consortium, comparatio proprie: quoniam in uno possessio, in altero caritativa iudicatur. Et hoc Petrus ita ridet: Etiam domine, tu scis, quia amo te. Ac si apte dicat: Domine, certum est quia amo te, sed an plus istis amem, ignoro. Tu solus, non ego, nostri amoris omnium hominum potestatem: tu quoniam nostri meum, similiter & ceterorum. Magno documento domini serui edocetur, ne unus alteri in simili uirtute se praeferat, cum Petrus si plus diligere corde credidit, ubi penitus non expressit, aut si non credidit plus amare, humiliter tacuit. Ac per hoc redargutus est Elias, quod dicebat se solus idola non adorasse, cum audiret uir a domino uerbum: Reliqui mihi septem milia uirorum in Israel, quod non curauerunt genua sua ante Baal. Sed Petro, prima responsio completa, dicit Iesus:

Pasce agnos meos.

Ac si dicat: Si diligis me, agnos meos utique dilige, opere siquidem dilectionem perficias, ut illos pascas exemplo uitae, alimeto doctrinae, oratione a luporum moribus tuearis.

Dicit ei iterum: Simoni Iohannis, diligis me? Appellat eum a parentali paginae, ne extollatur, quod tanta instruit diligentia saluatoris: ut eum distinguat, quia forte Simoni alius erat ibi: unum de illis de quibus supra dictum est: & alij ex discipulis eius duo. Nec quousque moueat apostolorum & discipulorum uocabulum sine distinctione, quoniam apostolos saepe saepius discipulos nominatos inuenimus. Iterato saluator interrogat, non ut ignoret, aut ne uerum sit quod Simoni Petrus ante respondit, sed ut confitendo saepius mereat amplius. Etenim saluator omnium Christus semper suis fidelibus parat ordinem plus merendi. Eadem quae supra responsione reddidit Petrus, plus de scientia Christi, quod de seipso confisus, ut si diligo uel non diligo, quod me interrogas? Tu domine melius nosti. Etenim diligere uideo, a me ipso forte decipior. Etenim si quod uidei amor, non est amor. Quid me interrogas? Tu domine certissime nosti. Ait Iesus: [Pasce agnos meos.] Iuuenes etiam & inereditos sub ecclesiastica pastura oportet inducere, neque agni nouelli repellendi sunt a pastu catholico, si uelint cum praefectis

Re. 19. Rom. 11

ouibus in fide & moribus commorari.
Dicit ei tertio: Simō Iohānis, amas me?
Contristatus est Petrus, quia dicit ei
tertio, amas me. Et dicit ei: Domine, tu
omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit
ei: Pasce oves meas.

Interrogat tertio Simonem Iesus, ut tertio respondens, à trina negatione se purget, & plene ostendatur dilectio, quā in Christo tota trinitas erat, ut prima interrogatio referatur ad patrem, secunda ad filium, tertia ad spiritum sanctum. Sed contristatur Petrus non de uerbis domini, quem delectabatur audire loquentem: magis uero, quia recordabatur, quod quanto magis cum Christo se moriturum promiserat, tanto magis cum dominis prædixerat negaturum. Inde tacite cogitās de eo quod se dicebat diligere, per amplius hæsitauit. Id in argumentū assumēs, ideo dñs toties à me, si diligo exigit, quia uel casurum, aut forte iterum negaturum, seu amorem in me non esse plene cognoscit. Et plus tribuens Christi cognitioni, quā suæ confessioni, de Christo confidens, de se diffidens, contristatus est. Pia ē illa tristitia, qua se homo timet esse quod credit, & hæsitat in seipso de his quæ sibi uera uidentur. Quamobrem tertio interrogatus, latius ipse respondit, dicens: Domine, tu omnia nosti. Sapientiam atque scientiā incomprehensibilem Christi, omnia comprehendentem, Petrus in hac responsione fatebatur, asserens quod omnia nouerat. Si omnia nouit, nihil subterfugere potest scientiam eius: nihil occultum potest esse aut fieri in hominibus, nil cogitari tā secretius potest, quod in palam sibi non ueniat. Unde timor, unde horror, unde cordis custodia, unde cautela, unde rectificatio mentis iure in hominibus nascitur, si omnia nouit: Et sapientia clamat: Et omne cor intelligitur ab illo. Proinde contristatus Petrus, sic arguit: Domine, si omnia nosti, uisibilia & inuisibilia, facta & disposita, cogitationes & uerba, tu scis quia amo te. Quid igit me interrogas? Quia amo, nosti. Verbum certitudinis posuit pro seipso. Certum enim sibi uidebatur diligere. Si amo, nosti: si non amo, nosti: si penitus non expressit, tacuit conditionem, certitudinem dixit, quam sibi uidebatur habere, illamque scientiæ diuinæ supposuit: de qua per amplius quam de certitudine sua præsentens, ne foret falsum quod sibi uidebatur uerum. Contristatus est, non aduersus Christum in aliquo conturbatus: ex seipso, capiebat uñ tristatē. Et cū dixisset tertio, Amo te: audiuit ab eo, Pasce

Mar. 16.

✠

Ecc. 16.

ce oves meas, non tuas, non tyrannorum, in illi di, non propriam uoluntate gradientem, non pascuam quærentes pro placito uoluntatis, non adherentes pastoribus alienis, non diuidentes ouile, non morbidas, quæ merito culpæ separantur à greges: sed meas, uidelicet iuri meo per omnia mancipatas, meis uestigijs, quantum possibile & fas est, ex omnibus inhaerentes, meas per amorem & sanguinis redemptionem, quæ meam uocem audiunt, & pastorem alium non sequuntur. Ecce quod positius diligentibus cura committitur animarum. Etenim in illa uirtute amoris plus quæ sapientia operatur. Quoniam qui Christum in ueritate non diligit, nec per sapientiam bene gubernabit dominicum gregem. Deinde de Petro prædixit quid esset pro ipso passurus, ubi amoris certitudine ferebat in illū, ut non solum amor ostendatur in regimine ouium, sed in tolerantia persecutorum, ut nec ipse amor possit amplius in uirtutibus progredi, quæ mori pro Christo. Quicquid est amabile præter Christum, abhorruit, qui pro Christo exposuit uitam. Proinde amoris inquisitione complera, saluator adiecit:

Amen amen dico tibi, cum esses iunior, Iohānis, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extendes manum tuam, & alius te cinget, & ducet te quo tu non uis. Hoc autem dixit, significans quia morte esset clarificaturus deum.

Libertate utitur homo, & suis mouetur complacitis, maxime cū sanguis ebullit in tempore iuuentutis, quousque obedientiæ Christi fiteræ sibi iugū imponit, sub qua curuatur dorsum, inclinatur animus, ut uel sibi mala contra corporeum sensum, asperum sensum inferat, aut ab alijs illata uoluntarie patitur, quamquam sensus carneus patiendo reluctet. In hoc protinus omnes quos uere afficit, traiecit Christi amor, ut uel contra tenerum sensum mala inferant, aut ab alijs irrogata patienter sustineant: iuxta quem intellectum dominus Petrus dicit, in ueritate repetita contentas: [Cū esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas.] Cū iuuentutis ætate seruēs, cū uelut in domitus uitulus non dū pio iugo colla sub miseris, te ad tua uolita præparas, & uoluntate potius quæ uirtute, placito magis quæ ratione mouebaris: ambulabas quo uolebas, non quo uirtus aut ratio impellebat, & ope diuina mutatus est in te scripturæ decretum: Adolecēs iuxta uiam suam graditur, & cum senueris, non recedet ab ea: quoniam cum senueris, extendes manus ad suscipien-

da tormenta, & alius te præparabit, ad penam te ducēs, quo ire sensus carnis naturaliter refugit. Sed si pena inuoluntarie tolerat, meritum non uidetur afferre. Igitur si tu Petre ibis quo non uis, unde tibi meritum erit, cum magis proueniat uoluntate patiendi, quæ acerbitate penarum: Est siquidem in homine iudicium rationis, quæ pro Christo iuxta occasione accepta, uoluntarie se præstat in penam, quæ semper moleste tulit tenera hominis caro, quæ nunquā de sui natura patiendi penas præstitit assensum, sed trahitur etiam renitens in sanctis uiris aut interioris hominis pro iudicium rationis, aut in alijs pro maioris uoluntati potestatis, cuius si uoluntas exquirat, pati uelle denegabit omnino. Nam & animalia sensu rationis carentia, pro posse deuitant asperas penas, & sæpe trahuntur inuicem, atque secundum ipsorum naturam uocibus penas cum aduertunt, aut alijs renitentis denegant, contra naturam corporei sensus abhorrētia male pati, ut etiam ad bonū ignoratum seu uentrem aut stabulum, non nisi per uoluntati trahi possint, si à libertate à natura eis insita deriuatur. Quo sensu Petro dictum est, & cōsimilibus dici potest, ducet te quo tu non uis. Quod euāgelista Iohānes interpretatus est de morte, in qua Petrus amorem Christi seruās, deum honorificauit, ut ipsius uulgatum martyrologiū manifestat. Et ne Petrus moleste aspectu dictum acciperet, semetipsum Christus tradidit in exemplū, dicens sibi: [Sequere me.] Aptè ostendēs suam uoluntatem, ipsum animans ad passionem. Sequere me, passum uoluntarie, mortuum sponte. In quo etiam sensus carnis cum ratione certauit, pati uolēs, mori timēs. Sequere me, in quo fuit in pacto certamine spiritus promptus, caro autem infirma. Sequere me iudicio rationis, ut cū temporis passionis aduenit, non deuites, aut effugas penas, & blandiēs teneritudine carnis, non abhorreas mortem.

De Petro curiose quid Iohanni accideret, interrogante, per Iesum redarguto: item de morturo aut non morturo Iohanne.

Caput xxiii.

Prout ex litera sonat, aliqd iter agebant, cum surrexissent à prandio. Et sequens corpore Petrus Iesum, cōuersus à tergo [uidit discipulum illum quem diligebat Iesus sequentem, quæ re cubuit in cœna super pectus eius, & dixit ei: Dñe, quis est qui tradet te?]

Hæc omnia pro Iohannis notitia referuntur, qui se per gesta, non per proprium nomē explicat. [Hunc ergo cum uidisset Petrus, dixit] ad Iesum: [Dñe, hic autem quid?] Agita-

batur in animo Petrus, quod ipse solus exquisitus fuerat in amore, sibi soli de morte ad sequelam ipse singulariter inuitat. Propterea cum uidisset condiscipulū sequentem, alij forte dimissi à dño, iuerat uiam suam, aut tacentes astabant, dicit de illo ad Iesum: Hic autem quid? Hac interrogatiōe perquirēs, si quæ morte ipse morietur, si uelut ipse cingetur ab alio, & ducet à quo nollet. Non quærit Petrus ut inuidens, sed ut noscat si eum in passione, sicut in Christi conuersatione, debeat habere cōsortem. Propterea Iesus talia requirēt, eum resprimēdo, respondit, [Sic eū uolo manere donec ueniam. Quid ad te? Tu me sequere.]

Curiosæ mētis est, cum quis causam à suo dño habet impositam, de causa socij uelle requirere, quousque suā plene perfecit. Nimis præsumit in dñm seruus, ipsum exrens quod uelit in cæteris. Officij atque iuris bonorū seruior est, exequi mādatum susceptum, non superioriorū secretarimari, quid mādēt ad reliq̄s. Nō enim æqua in re uel pōdere onera conferis animalibus imponunt. Neque oibus comilitōibus regis una bellā distatuitur acies, si undique hostes insurgūt. Et sæpe factum est in hostilibus bellis, ut pars milium remaneat ad farcinas dum bellatur. Et decreto Dauid factum cognouimus, quod custo dientium farcinas & bellatiū, de captis spolijs esset æquā portio. Regis est, mittere in acies milites, & præseruare quos uelit. Non est serui, de cæteris cōseruis dñi exquirere uoluntate. Propterea reprimit dñs Petrus, qui curiose quærat. Sic eū uolo manere, donec ueniam. Quid ad te pertinet scire quid uelim, quod disposuerim de conditionibus singulorū? Quid ad te de cōsultendo quid faciam, de sciēdo quod hic discipulus faciet? Quid ad te de actione cōserui? Distinctæ sunt actiōes, distincta sunt merita. Per se ipsum uniusquisque damnā dus damnatiōem accipiet, nec leuior erit pena cōsortio dāna torū. Vnusquisque per se rationem reddet coram ineffabili tribunali, nullius causati societate iuuabitur. Iustitia uniuscuiusque super eum erit, in altero non mutabitur. Nō uarias buntur merita singulorū. Iustitia unius, merces uel peccatū nō erit alterius. Quid igit ad te? Tu me sequere. Tu commodo tuo, tu tua utilitate me sequere, qui quomodo libet me sequēs, infallibili uia dirigo i salūte. Quid ad agonistas de cæteris agonistis agnoscere, cum propria pena uel gloria nō minuatur aut augeat, accedēte siue deficiēte cōsorte? Maxime autem ex eo retūdat omnium Christi militatiū curiosa præsumptio, inuestigare de cæteris, quā sumus agonum positor,

I. Re. 30.

Rom. 14.

ita infallibili prouidentia, decentia irreprensibili agones hominibus ordinauit, ut semper male sit aliter, nunquam bene penitus, nisi taliter prout ipse prouiderit. Nō ad scientiam curiosam, sed ad sequelam iustam à domino inuitamur, quum illa exclusa, ista inclusa, Petro dicatur: Quid ad te? Tu me sequere, recto uestigio cordis, conformitate morum. Quod uni dicitur ad sequelā, omnibus est ad regulam. Sed discipulorum imperitia eos fecit aliter quam dominus dixerit, hæsitare, cum ex uerbis saluatoris Iohanni discipulo immortalitatem ascriberent.

Quoniam exijt sermo inter fratres & discipulos, quod discipulus ille non moritur. Quam hæsitacionem impertinentem ipse discipulus de quo erat abegit, cum ipse uerba saluatoris repetendo exposuit, quod hoc quod dominus dixerat, sic eū uolo manere, in discipulo immortalitatem non asferebat:

Et nō dixit ei Iesus, Non moritur: sed, sic eum uolo manere donec ueniam.

Hoc quod saluator dixerat, sic eum uolo manere, similitudinem ab extra non habet expressam, sed habet aut affirmationem in eo quod prædicitur, aut internam similitudinem in eo quod sic positum est decretum, ut sicut præuidi, sic facio. Sic uolo eum manere, sicut mea prouidētia in me ipso decreui, donec ueniam, quousque uidelicet de ipso sicut prouisum est, aliud faciam. Nec quempiam moueat quod ad eum nouus aut singularis à Christo determinatur aduentus, cum ad electorum animas egredientes de corpore ipse benignus adueniat. Non enim ueniendo patitur atque laborat, neque locorum spatia ueniendo retardant. Plus enim fuit in carne uenisse, fatigasse in terris, in cruce mori, uisitasse inferos, resurrexisse à mortuis, quam aduenire ad animas electorum, cum à corporibus separantur, maxime ad illorum animas, quos ab omni mūdo, ex omni carne, in mundo degens, ad se singulari electione uocauit, quos suos nominauit apostolos, in omnem destinauit orbem, princeps ecclesiæ, iudices constituit seculi, qui secum in tentationibus permanserunt, per sanguinem & mortē de ipso testificati. Sed hoc quod de Iohanne singulariter dixit, sic eum uolo manere, cōtra illud indicitur quod Pe-

tro dixerat, significans quod esset corporis acerba morte moriturus, interrogantiq; de Iohanne saluator ipse respondit: Sic eum uolo manere, non sicut te mori. In corrupta carne uiuet, sine poena & tormento morietur, sic expectabit donec ad ipsum ueniam & assuetudinem. Quid ad te de pacifica morte tua? Quid ad eum de aspera morte tua? Non ex hoc Iohannes dictus est immortalis, sed non sicut tu, ipse morietur, sed omnino morietur. Nec improbe me mouet pius quidam in hoc uerbo alius intellectus. Prædictum erat Petro, quod mori crudeli morte debebat, inquirēti de condiscipulo tacite, si eodem tēpore, eodem loco, eodemq; genere mortis moriturus esset, Iesus ipse respondit: Sic eum uolo manere donec ueniam, quasi dominus Petro dicitur: Non eo tempore quo tu, morietur, sed sic manebit incolumis donec ueniam, scilicet in maiorem cognitionem hominum & ecclesiæ per Apocalypsim & euangelium eius, quæ sibi sum manifestaturus, ipseq; scripturus est. Nullus enim euangelistarum ut ipse, tam ab alto euangelium tonuit, aut tam aperte disseruit æternum dei uerbum in tempore fieri incarnatum. Et quod ab alijs euangelistis præscribentibus historiam Christi fuit omissum, ipse supplēuit. Ipse Apocalypsim ubi ecclesiæ sunt conscripta mysteria, Christo reuelante conscripsit, ex quibus Iesus in maiorem notitiam hominum uenit. Nondum tempore Petri euangelium eius & Apocalypsis scripta erant, ex quibus tanta Christi prouenit notitia populo Christiano. Nam Apocalypsim scripsit in Patmos sub Domitiano, Ephesi scripsit euangelium sub Traiano. Et Petrus mortuus est anno tricesimo à domini passione, Iohannes uero ampliori confectus senio, septuagesimo sexto anno à domini passione intrans sepulchrum, iuxta oratione requieuit. Petrus Roma, Iohannes Ephesi: Petrus sub Nerone, Iohannes sub Traiano ultimum diem clausit. Propterea dominus dixit: Sic eum uolo manere, donec ueniam. Tandiu uolo eum manere, donec per ea quæ per eum scribenda sunt, in pleniorē notitiam hominum ueniam. In scripturis enim canonicis, euangelicis & apostolicis posterior est scriptura Iohannis, quæ qualem notitiam de filio dei æterno & increato, & in tempore incarnato per euangelium & de suis atque ecclesiæ mysterijs per Apocalypsim notitiam dedit, dicit ipsa ecclesiæ quæ suscepit.

Quoniam hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scit & nouit ecclesiā in fidei ueritate, quia uerum est testimonium eius.



Scripterant autem tres euangelistæ euangelium, scriperant Petrus, Iacobus, Iudas canonicas suas, scriperat Apostolus epistolas suas, scriperat Lucas apostolicas actiones: sed necdum Iohannes manum aptauerat ad scribendum. In scribendo enim nouissimus apostolorum omnium uigilauit. Quo sensu existimo pie dictum, sic eum uolo manere, incolumemq; uiuere, donec in notitiam pie credentium per Apocalypsim & eius euangelium ueniam: nō quod non moriatur, sed ut dominus per eum sic notus ueniat referetur.

De manifestatione Iesu in monte Thabor, facta plus quam quingentis fratribus: item quanta ipsi Christo potestas à patre data. Caput XXV.

Promissam sæpe illam insignem apparitionem in Galilæa dominus Iesus mandauit effectui, cū decreuit discipulos in Galilæam pergere, quam anxie apostoli & discipuli expectabant. Vnde statuto tempore, *Undecim discipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerunt, quidā autem eorum dubitauerunt. Et accedens, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.*

Ex uoce aut ex aliquo indicio perciperunt apostoli atque discipuli, quod apparitionem festinam in Galilæa, sicut sæpe promiserat, erat in breui dominus completurus, quam plusquam quingentis fratribus factam refert Apostolus, in monte s. Thabor, prout constituerat eis Iesus, ut in eodē monte ubi facta est ante passionem transfiguratio gloriosa, post resurrectionem fiat tam insignis apparitio, & credatur idem esse Iesus qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Non exprimit euangelista nomine proprio montem Thabor, sed ex supplementis euangelij plenius suscepimus ipsum esse montem, quem ad

apparitionem tam insignem atque solēnem constituerat illis Iesus, ubi adorauerunt maiestatem Christi regressam ab inferis, & egerunt gratias suæ dispensationi propter apparitionem magnificā eius, in spiritu uere humilitatis, procliuo corporis, inclinatione cordis, in seruore fidei, in charitatis ardore, conferentes in corde, uerbotenus asserētes, quoniam hic est magister & dominus qui eos in nouam uitam uocauit, qui eos zelauit & docuit, qui pro eis & omnibus passus, mortuus est, & resurrexit. Vera enim & propria cuiusq; proceris est adoratio à subiectis exhibita, cum uirtus eius & actio uirtutis incredulitate atque præconio exhibentur. Non enim adorat in ueritate, qui quod est non credit, & quod credit, & proficitur, aut qui proficitur quod non credit in homine, aut confitetur quod in illo non est. Apostoli uero siue discipuli adorauerunt eum cum actionibus gratiarum, quod iustum erat & actum de passione Christi & resurrectione, credentes. Legimus nempe Christum ante passionem & mortem pluries adoratum. Post resurrectionem uero similiter, sed non toties, ut nō maior sit resurrectio factus, quam fuerat antequam pateret. Ab instāti suæ incarnationis uiator extitit & comprehensor. Nec obstat quod Apostolus ad Philippenses scribit, quod sit apud semetipsum & deum patrem ex passione uel morte factus eximior. Est siquidem dicere, quod adoratio adhibita sibi ante passionem, sit pro gratia post resurrectionem uero, propter gloriam sit illata. Protius iustum erat ut Christi maiestas adoraretur in monte, qui ad montem æternum, montē sanctum, suos fideles conatur inducere. Nā in superioribus attollitur mens, cum Christum in ueritate adorant: nec in ueritate dominum adorare potest, nisi supra esse corporeum ad altiora conscendant. Præmium habet euangelicæ rotæ contentæ in medio rotæ, qui accessit in Galilæam, quæ rotatio nūcupatur, si rotari uoluerit, ut euangelicæ rota rotabit. Qui uero uere ascendit in constitutum uirtutum montem, innocens fancietur, quoniam innocens manibus ascendit in montem. Qui autem in altitudine uirtutis dominum adorauit, abiicit idololatricam credulitatis & mortis, diuina plurima cognouit arcana, excessit seipsum, factus est sublimior, quo in adoratiōe p̄liuior. In terra uiuēs, angelos imitatus ē. Sed nec alibi salubriter adoratur Christus, q̄ in mōte quē ipse constituit, quanquā didascalice cum Samaritanæ fuerit dictum, quod neq; in monte Garis

Ioh. 4.

ziti, neq; in templo Hierosolymis constituto; sed in spiritu esse possint ueri adoratores. Montē fidei & spūalis intelligētia; montē diuini luminis & interlucētis in animo ueritatis, constituit uere fidelibus Iesus, in q̄ adoratū sua ueneranda maīestas, & cultus iustus & latria deo patri & filio & spūis sancto, differenter & mystice, in spe & charitate, pro bñficio creationis & redemptionis & introductiōnis in gloriā suā, in singulis electis & in omnibus saluandis, cū mundi mysteriū fuerit consummatū, ab omni catholica ecclesia exhibetur. Et huiusmodi adoratione, corde & ore cōstitetur atq; testatur, qm̄ Iesus est filius dei, uia, ueritas & uita, salus & redemptio nostra, rex regum & dñs dominantium.

¶ Quidam autē ipsorū dubitauerunt, non undecim columnarū, quas sup̄ basem fidei refundauerat in multis antefactis apparitionibus & uarijs argumentis; sed aliqui eorū qui adhuc ip̄m non uiderant, nec palpauerant, si haberet carnē & ossa, nec aspexerāt comedētē. Nec miri si in magnis, naturalit̄ factis, à paruis animis dubitatur. Et disp̄satiue saluator dubitari se permittit, ut exprobrato dubio, ad electis argumentis, hæsitans solidius firmetur. Et in monte adorationis & latriæ, ab omnibus non æqua forte sentitur, neq; paritas est intellectibus & affectibus hoīm, quāuis unus sit consistentiæ locus. Vna est ecclesia orthodoxa, quæ in huius adorationis monte signata est, & omnibus est ipsa cōsis, sed oīm in ea militantū atq; credentiū nō est una sentiendi proportio. Sed accedēs Iesus, locutus est eis, tarditatē animi atq; cordis duritiā exprobrando, dicens: Data est mihi om̄is p̄tās in cælo & in terra. Omnibus loquitur, firmis atq; nutantibus; & autoritatē prodit, quam à deo patre suscepit, s. q̄ oīm constitutus est dñs, ut auferatur oīm dubium, q̄ uelut om̄is potens potuit à monumento resurgere. Nihil est boni & congrui, qd̄ non possit efficere, cui om̄is est attributa p̄tās. Attamen p̄ter id qd̄ potuit semetip̄m reuocare ab inferis, & uirtute propria resurgere à sepulchro, omnis sibi donata p̄tās in aliud se protēdit, ut etiam Ch̄s homo unitus deo, sit oīm dñs constitutus, & hæres uniuersarū animarū & corporū, spūalium rerū & corporalium, æternorū & temporalium, angelorū & hominū, electorū & reprobōrū: ut quia humiliat semetip̄m in carne, usq; ad crucis ignominiosam & asperam mortē, deo patri factus obediens: deus exaltat illum, & dedit illi nomē qd̄ est sup̄ om̄e nomen. ut in nomine IESV sibi dato, pro eo q̄ saluator est omnium, om̄e genu flectatur,

Mat. 28.

caelestium, terrestrium & infernorū: ut nihil sit in cælo & in terra & in inferno, qd̄ nō calcet atq; pessundet sua tremenda & almapos testas. Genuflectūt coram Iesu in cælo angelili, & illæ à corporibus separatæ substantiæ, cū deum & hominē in eia persona uenerāt, & adorant illam eis in deitate sup̄latam hūanitatē, & colunt latria ineffabili, amore incomphensibili, ḡsas infatigatē agentes, unā cum animabus iam introductis ad superos æternæ atq; beate gaudentes, qm̄ Ch̄s hō, ueriforū atq; ipsorū factus est dñs, non inuidēs hominibus quorū accepit naturam, neq; dolentes q̄ non accepit angelicā. Genua flectunt, & flectere iure debent homines in terra degentes, colentes eum solum q̄ est super om̄ia Ch̄s deus, abiecta omni spurcicia idolorū, & deorū multitudinē improbatā spūalibus & corporalibus rebus in ditionē suā ductis, ut in neutris quicquā p̄ter eius imperium fiat. Et om̄is terrēna p̄tās subdita fiat Ch̄o, cui in cælo & in terra omnis est collata p̄tās. Nec sibi arroget quæcunq; altitudo mortaliū in sua p̄tate dominū, qm̄ suum est, ab illoq; dependet, cui omnis est donata potestas. Neq; reges terræ & principes populi, sui uelint esse iuris atq; uirtutis, ut suis uoluntatibus uiuant, suisq; legibus præsumant gubernare subiectos, ad hærentē repugnantia euangelio sancto eius: qm̄ omnis principatus & potentatus in suo regimine sibi factus est subditus, cum omnis sibi sit in terra potestas, & originaliter ab illo est omne iustū dominium, cui omnis data est potestas, & om̄e imperium sibi factum est iure subiectum, ueneretur atq; adoret scabellum sanctum eius, quod est ecclesia sancta eius: in qua q̄ sua uice præsidet in iustitia & autoritate ueritatis, omnia scepra mundi debet habere subiecta. Quæ uero sibi iuste prædidenti & decernenti repugnant, aut ab infidelitate, aut à tyrannide, aut ab hæretica prauitate & cōtumaciā obedientia detinentur. Genuflectunt dæmones, q̄ credunt & contremiscūt, & uelut eius satellites, perficiunt imperiū sanctum eius.

Phil. 2.

¶ De nouissima Christi iam iam in cælo ascensuri apparitione, facta discipulis recumbentibus: & quid cum ipsis à Iesu missum: item de baptizando accedendo. Ca. XXV l.

Nouissime autem recumbētibus illis undecim, apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiā cordis, quia his qui uiderāt eum resurrexisse à mortuis, [non crediderunt.]

¶ Nouissime, s. die quo ab eis per ascensionem in cælum corporaliter separatus est, recumbentibus undecim, s. in illo sacro cenaculo quod erat in Ierusalem, expectabant in illa die discipuli dñi saluatorem, qui suo modo nunc apparebat, nunc se occultabat: & quod nondum uenerat, comedebant. Tunc apparuit illis Iesus. Et mirum q̄ ipsis à summo diluculo in contemplatione seu orōne aut bonorū collatione uacantibus, Iesus non apparuit: dum uero comedebant, aduenit: ut clarior pateat, q̄ nō hominū exercitatorū uirtute, sed sua benignitate suam uelit præstare p̄sentiam, aut aliud inferre solamen. Oportebat om̄ino q̄ hominibus daretur intelligi, q̄ si quæ sunt in eis uirtutū debitæ actiones, Christi p̄mia uel p̄sentiam non merentur, nisi quantum & qm̄ uult ipse conferre benignus. Nec non ideo recubitus hora saluator aduenit, ut ueritas ascensuri corporis monstraretur ex cibo. Etenim conuescitus est ex his quæ apposita sunt super pauperculā apostolorum mensam, quibus illā accurare cura non erat. Ecce prouidens illis & posteris dñs, uult esse immunes à deceptione credentes, & incredulis uiam obstruit detrahendi, cum ascensiois die in corpus suum comedēdo traicit cibū, ne alius pro alio diceretur. Cura fuit diligēs Ch̄o, discipulorū animos dimittere in sua fide pacatos, & q̄ intrepide absq; dubio p̄dicarent quod uiderāt oculis, manibusq; tractauerāt, quos in uniuersum mundum dirigit, ad doctrinā disponit, ad uitæ sacramēta conferre dat formā ianuarū baptismatis, sine q̄ suscepto, uel ubi non possit credito, nō pot̄ esse salutis initiū. Et ad hoc comestione cōpleta, Iesus locutus est eis, dicens: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Docetēq; omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauit uobis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, cōdemnabitur.

¶ In uniuerso habitabili mūdo gentes in electis regionibus habitabāt, aliquæ præter leges excepta lege naturæ, quam deus in cordibus hominū scripsit, à qua tergiuersando nullus penitus potest, si ad ætatem iudiciariæ rationis seu discretionis peruenerit, excusari. Aliquæ legibus hominum agebantur. Aliquæ triumphabant in orbe terrarū, ut aurea Roma, quæ totum mundū suo imperio subjugare certabat, Aliq̄ militabāt sub lege Mo-

saica. Sed nec sub lege constitutis aut lege carentibus, erat nota uel aperta uia salutis, ad quam oēm rationalem creaturā deus creat, quanquam omnis illam non assequatur, occulto uel manifesto dei iudicio iusto præpedita. Euangelium autem æternum creditum atq; seruatum, quod saluator edidit, trāsmittit in illam, q̄ uult notum fieri hominibus p̄ idoneos uiros à Ch̄o selectos plebeios, humana scientia imperitos, non fungentes aliqua dignitate terrena, ne ascriberetur causanti mysterij alijs quā diuinæ uirtuti, quibus à Ch̄o iam debente in superna consensuere, datur plena legatio, imo iussio in euicibilis imponitur, ut euangelium quod ipse in paruis Hierosolymitanis & Galilaicis locis hominibus prædicauit, ipsi omnibus hominibus debeant prædicare, ut non sit terra uel locus, ubi sit hominum incolatus, qui euangelicas tubas non audiat: quoniā fides quæ homines saluat, est ex auditu, auditus autem p̄ uerbum dei. Sed nūquid dici potest, ut excusabiles sint, quia non audierūt? Equidem in oēm terrā exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Docetēq; omnes gētes, illas uidelicet, quæ formam humilis discipulatus accipient. Non enim capiunt doctrinā æterni euāgelij, nisi qui discipulatum humilem in corde atq; moribus in contradicte suscipiunt. Etenim euāgelium forma pacis, ad inquietos fieri communicabile nequit. Docete p̄tinus, Iesus inquit, seruare omnia quæcunq; mandauit uobis.

¶ Non uult saluator, q̄ unum iota uel apex à sua euāgelica lege prætereat, quin corde aut opere, prout lex ipsa distinguit, in actionem ueniat: ut quæ solum seruanda sunt corde, seruentur: quæ moribus, non obmittantur, cum dicit: Docete seruare omnia quæcunq; mandauit uobis. Non autem uerbum hoc & sic indistincta sententia in omnibus obligat om̄es & singulos, qm̄ omnium esset una uirtutū professio. Nec esset latitudo euāgelij, quæ reges & principes, magnos & puos, fortes & debiles, diuites & pauperes, sapientes & indoctos, nobiles & plebeios, castos & coniugatos, si credulitate ad ipsum ueniant, apprehendit: sed q̄ ipsum seruent in corde p̄ fidem & dilectionem, in moribus per placitam uirtutum & statuum electionem. Nam cum præcipit cælibatum, matrimonium nō condemnat: & uelut corporis membra non omnia idem officium seruant, quanquā proprium attributum pro posse unum qd̄q; conseruet, & totam corporis machinam propensius diligat, sic per fidem integram uniuersa euāgelij serie custodita, unusquisq; qd̄ secun-

Rom. 10.

Psal. 18.

dum euangelium elegit, in moribus & virtute cōseruet. Et mādauit eis, ut inciperent à Ierusalem, quia p̄dicando euangelium, q̄d ad æternā pacem audientes uocat & ordinat, à pace t̄p̄is debebat incipere, nō à pace mundi, sed ab illa q̄ mente conspicitur, corde tenetur. Visio em̄ pacis interrata est. Profectio lætum exitum habet, qui à pace virtutis fecit initium. Et pacifici, facti sunt filij dei, qui attente seruāt q̄ à Ch̄so seruari iubētur. Sed hæc sunt q̄ seruare secundum euangelium apostoli docuerunt, alienū fieri ab idolōꝝ cultura, & unum quēq̄ credentem se seruare à uitijs, q̄ natura, ratio, mos, usus, lex, gr̄a, ueritas rephēdit.

Math. 5.

Docuerunt nō thesaurizare in terra, sed in celo p̄ mādatorū custodiā: nō diligere q̄ uidetur, q̄a t̄p̄alia sunt & caduca: sed diligere q̄ nō uident, uirtutes sc̄. & bona cælestia, q̄ aut æterna & b̄t̄a disponunt, aut ip̄a æterna cōsistūt.

Docuerunt mundi nouitatē ex nihilo, quē falsa philosophorū opinio putat æternam.

Docuerunt quō inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarū, & quō merito protoplasti, damnationi æternæ iuste tenebamur afflicti, ne qui superbirent, q̄ non egerēt misericordia dei.

Docuerūt quō aliunde hūano ḡni nō potest esse remedium, nisi p̄ uerbum increatum cum fieret incarnatum, & p̄cenas in ligno p̄ ligno sustineret, sanguinem funderet, mors tēq̄ subiret pro omnibus caro factum.

Docuerunt paupertatē, cælibem uitā, coniu-galem castimoniam, neminē lædere, oibus uel le prodesse, pro iniuriā iniuriā non referre.

Docuerunt abrenunciare proprijs uoluntatibus, tollere crucem, Ch̄m sequi, nō quæ sua sunt querere, sed quæ Iesu Christi.

Docuerunt perfunctoriam gloriā non q̄rere, sed gloriari t̄m̄ in dominica cruce.

Docuerūt hoies supra seip̄os fieri, factaliter uiuere, diuina mādata seruare, studere virtutibus. Et q̄ nulli debeatur iniquitas, sed charitas oibus sit reddēda. Et q̄ respu. & res principū, nunq̄ melius q̄ in uirtute, iustitia & charitate sub Ch̄so dei filio cōseruatur. Et q̄ ibi miseria, ubi mūdī p̄p̄itas: ibi gloria, ubi miseria.

Docuerūt secundū naturā cōditā, cōtra naturā corruptā, supra hūanū usū, supra sensū.

Docuerunt hoies in carne angelice uiuere, docuerunt secretos fieri à natura bestiali, docuerūt gētes à genitura recedere: in terra natos, in superna posse cōscēdere. Et ut breuiter p̄stringā, docuerunt qd credendū, qd sperandū, qd amādū, qd u tenendū, qd agēdum. Hæc siquidē dñs apostolos docuit. De his q̄ dem dicit: Docētēs oēs gētes seruare q̄cunq̄ mādauit uobis. Et adiecit formā baptisimī, q̄

est salutis initium, q̄ catechizat q̄s abluit suā perno charactere, quā formā p̄terire nō licet, seruare oīmīno necessariū factum ē. Baptizātes eos in nomine patris & filij & sp̄s̄ sancti.

Præcedit doctrina baptisimī. Nā q̄ baptizatur, primo catechizatur, quīs in puulis q̄ nascūtur, ex hoibus Ch̄rianis, catechismus mēte imp̄ssus prop̄ incapacitatē penitus nō p̄cedat, sed in fide firma ecclēsiæ ab assistētibus r̄fidetur pro ip̄is, qd gratum credimus Ch̄m suscipere, ac si p̄fectē essent ætatis. Sp̄s̄ sanctus in hoc instruit ecclēsiā, ut in plenitudine fidei suæ oblatos à parētibus puulos, baptizaret. Sed q̄s baptizatur puulos & profectos, in uirtute trinitatis intingit. Nā nomen p̄ris & filij & sp̄s̄ sancti, trinitatis est uirtus, in q̄ regere r̄adus immergitur, ut in uirtute p̄ris, q̄ creauit filij, q̄ redemit: sp̄s̄ sancti, q̄ diffusus est & animauit ad agēda credentes. Qui debet saluus fieri, abluitur. cōgruū ē em̄, ut à uirtute ad salutē ordinetur in terra, q̄ saluatus, p̄fruet̄ i gloria.

Quāta igitur sit uirtus baptisimī atq̄ nobilitas, nomen p̄sonarū in q̄ cōfertur, insinuat. Et sicut absq̄ baptisimo nō permittitur salus, sic absq̄ isto nomine nō erit baptisimus. Magna inquisitio alti mysterij nobis offertur, q̄ saluandos Ch̄s in uirtute trinitatis, uoluit aquis immergitur quā inquisitio nō hic p̄terire silentio utilius iudicauit, ne opus legentes prolixitate fastidiat. Nec etiā qui cōphensū uisissent, exacti subito p̄cenas subire pro Ch̄so, proprij sanguinis prodesse it̄nc̄tio, nisi hoc nomen aut uirtus trium p̄sonarū adesset. Ad nihilum omnia ualent, nisi * nomen h̄m̄i per fidem inuiolabilem * roborentur. Et qui baptizari dicuntur à flamine, nec uirtute, gr̄a & effectu huius nois caruerunt. Cuius nois ad hærens carentia, non in salutē, magis aut traiecit in p̄cenas. Quō aut salus aut damnatio incunctant̄ proueniat, subsequēter saluator aperuit: [Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero nō crediderit, cōdemnabitur.] Dirigebat saluator apostolos prædicare uerbum uitæ uerbum salutis, qd oportebat audientes per credulitatē recipere. Proinde dicit: Qui crediderit, scilicet uerbum ex uerbo, uerbo p̄ uerbum, in uerbo de uerbo, & abluitur propter uerbum creditū, saluus erit. Multi siquidem in hoc uerbo dānabiliter errauerunt, solum fidem & abluōnē baptisimī credentes sufficere in salutem. Et in domibus acidia atq̄ negligentia hospitati sunt, dicentes ex ista sententia pro salute nihil aliud oportere, cū Christus post ista duo, Credere & Baptizari, sine interpositione uerborū dixerit, Saluus erit: & nec apposuit aliud iugum corporaliū actionum.

Sed nō aduerterunt sp̄s̄ sancti p̄ Iacobum exp̄ssam sniam: Fides sine opibus mortua ē, eis siquidē qui addere fidei opera potuerunt, sed neglexerūt, sibi de huiuscemodi snia improbe blandiētes. [Qui uero nō crediderit, cōdemnabitur.] Fieri cōtumacē, cum recte à cōtēctis; uocatur ad fidē, dānationē infallibilem operatur. Quod em̄ creditū, adijcit credenti salutē: negatū, cōtrarium parit. Negatur qd non creditur, quia negatur esse credendum. Qui nō credit, negat, dum hoim̄ intellectus non subditur fidei, sed innititur rōni: quā substratā non habet atq̄ ostensibile mysterium credēdos. Iuste igitur dānantur increduli, si in credēdis est salus. Et ex hoc uerbo sugillantur ora oīm loq̄ntium iniquū, q̄ credunt quēpiā sine fide propria uel ecclēsiæ potuisse saluari. Nec quisquā impietatē ad pietatem cōuertat, ut uelit corde credere, asserere uerbo, saluos esse q̄tuor uirtutum expolitissimi tractatores, seq̄ infra illarū limites coarctantes, circūfultos nobilitate morū, si tribus uiuificis uirtutibus non fulserunt.

De signis quæ Iesus discipulis ut facerent concessit, mystice interpretatis. Cap. XXVII.

Signa uero credentiū uoluit saluator adnectere, ut fidelium & infidelium, etiam in hac uita esset uera distinctio. Non quod signum uirtutem maiorem aut minorem efficeret, sed uirtus optima fecit signa, quæ illos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguas loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum qd biberint, nō eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Iuxta qd scripta sunt hæc, habuit ecclēsia primitiuarū nunc uero potius ad mores hoim̄ sum deuoluta, ut eiectio dæmonum, linguarū nouitas, ablatio serpentium, innocuum existere à suscepto ueneno, infirmorū cōualescentia cum tempore in ecclēsia dei tropologice sint repta. Horū uero tropos inquirere, illorū est, qui scripturā sacram & euangelicā humiliter uenerantur, & cautis passibus ambulat circa illā, ne tropus tropū impediatur, & unus alteri non repugnet.

Et ut horum oīm uelociter sermo currat, eiectio dæmonum fit, cum hō à seip̄o in tromissa uirtute proijct qd deliquit, aut ab alio remouet peccatū, siue uirtute ofonis aut suasione uerborū, seu cum in nomine Christi malignos à nobis orando facimus declinare. Quod Dauid utiq̄ faciebat, dicens: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Et ille req̄set in monte sancto dei, an cuius conspectum ad nihilum deuenit malignus.

Nouitas linguarū, ad nouitatem p̄tinet uitæ, in qua cantamus dño in hymnis & psalms, & gratiarū actiōibus canticum nouum, propter magna mirabilia quæ oñdit nobis. Neq̄ ad illam antiquam linguarū confusio-nem pertinent electi, nec ad aliud antiquum quod per linguam homines inquirebant, s. huic seculo conformari. Sed in nouo homine nouiter lingua hominum est unica, quærens intelligibiliter unum uerum deum, & quem deus pater misit Iesum Christum. Et per nouam turrim, scilicet crucem, quam ad inuicem perspicaci intellectu se cognoscētes ædificat, q̄ secure itur in cælum. Et quæ-runt & inquirunt bonum nouum, nō huic, sed sup̄næ patriæ uita & moribus cōaptari.

Abstulit serpentes, qui omnes anfractus abhorruit, nec deceptionibus gaudet, sicut serpens ille antiquus humani generis matrem astute decepit. Nec graditur super pedes, totus inclinatus ad imā, nec insidiatur calcaneo perfeuerantiæ suæ, aut parat caluminiā profectibus aliorum. Et serpentes q̄ pertinent ad cerasticum serpentem & tortuosum, qui in uia mandatorum dei obliquitatem prætentit, in semita cōsiliorum cornua impugnationis exercet, prouidentia sancta deuitat. Neque dissipat sepem diuinæ legis, ut à serpente mordeatur. Existit innocuus à ueneno, qui ab auditu malo manet incorruptus, ut nec minantia uerba deterreant, nec blanda seducant, nec promissa commoueat. Et humilitate subnixus, oratiōe fultus, ueneno hæreticæ atque sensualis doctrinæ, quantum audierit, non est læsus. Quoniā sepe corrumpunt bonos mores colloq̄ praua. Credens firmus, ab his penitus non lædetur.

Fecerunt infirmos cōualescere impositi-one manuum, qui exemplo bonorū operum ad meliorem uitā alios prouexerunt, aut iuxta Pauli sententiam, infirmū in fide susceperunt. Et secundū etiā sententiā ipsius in Actibus apostolorū, oportet suscipere infirmos. Et ipse factus est infirmus infirmis, ut infirmos lucrifaceret. Et Thessalonicenses hortabatur infirmos suscipere. Et quāuis corpore factum fuerit, in sp̄u potius loq̄batur, ut q̄ possint, curent infirmos in uirtutibus, aut p̄ infirmitate seu fragilitate carnis succubentes peccatis, qd ad Galatas Apostolus scribens, fieri aperte mōstrauit, dicens: Fratres, & si p̄occupatus fuerit hō in aliquo delicto, uos qui sp̄iales estis, h̄m̄i insinuate in sp̄u lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.

Quid aut secundū tropum est, sup̄ ægros manus imponere, ut bene se habeant, quam oīm adhibere opem sp̄u infirmis, ut recon-

Gen. 11.

Gen. 3.

1. Cor. 15

Ro. 14

Actu. 20

1. Cor. 9.

1. Thef. 5

Gala. 6

ualecant: Quod Apostolus suis uerbis con-
sonat sententijs saluatoris. Et per prophetas,
negligentes pastores arguit dñs, quia quod
erat infirmū in grege, non consolidauerunt.

De præsentia Iesu cū fidelibus suis usq; ad
seculi consummationem. Cap. XXVIII.

ET ne apostoli diffiderent de promissis,
saluator societatem suæ yrtutis & poten-
tiæ usq; in finem seculi pollicitus est:

Mat. 28.
*oib; di-
ebus

*Et ecce ego uobiscū sum, usq; ad consumma-
tionē seculi. Vere sic ē, & alit̄ q̄ dixerit, esse nō
pōt. Recessit, & nobiscū ē. Recessit corpe, p̄ns
est spū. Recessit carne, p̄sto in yrtutibus est. Nō
cessit à suo corpe diuinū caput, neq; cōpa-
ctū corpus sibiq; cōnexū, patit ab ip̄o scissurā.
Etenū unio inseparabilis facta est. Et quod est
maius, audacter affirmē, qm̄ corpus Ch̄i qd
est ecclesia, est i cælo p unionē ad caput, put
ipse i terris p unionē ad corpus. Est ip̄e nobiscū
cū p p̄sentia suæ omnipotētis maiestatis, pte
gēs & erudiēs oēs & singulos q̄s p̄nouit secū
in æterna gloria fieri uniformes. Præstita est
nobis i dubitata securitas, si Ch̄s nobiscū ad
bella p̄gredit, si dux est belli q̄a & cognouit
agōes, neq; suas copias ad anceps bellū expo-
suit, de q̄ necire puenire uictoriā. Fultus nō
biscū incedit exercitib; inuisibiliū angelorū
i opus *mysterij sui & in auxiliū copis sui, q̄
uis seip̄o possit omnia plene tueri, & p̄ternere
cōtrarias potestates. Sine causa dubiū, sine ra-
tiōe timor in nobis est, si est ip̄e nobiscū & cū
singulis nostrū. Quid trepidamus in utroq;
certamine, si nobiscū est q̄ triumphauit de mor-
te? q̄re cor nostrū p̄hatias patit, & pauet ubi
deficit pauor, si pollicitationē illā firmā tene-
mus, q̄ semp sit ip̄e nobiscū, & uolumus sub
ip̄stus militare uexillis? Non recedamus ab
unione castroz, quæ ip̄e disposuit, quoz aci-
es ifallibili sapia ordinauit, ubi certat inuisi-
bilis aduersus aereas potestates, quaz ē bel-
li hostilius, ubi est colluctatio aduersus car-
nē & sanguinē, ubi hostes patimur q̄s dicim;
eē domesticos, q̄a inimici hois domestici cū
ubi à pseudo christiano subdole impugna-
mur, ubi oportet sustinere dissimilit̄ cōiue-
tes, ubi uidemus p̄uariatōes, si zelū dei ha-
bemus in aīo tabescentes. Maior aut̄ nobis
isert aggrediēdi bona facultas, nobiscū Chri-
sto dño existente, ut nullus causet de arduita-
te yrtutū, nullus impossibilitatē alleget i diui-
nis p̄ceptis atq; cōsilijs, si nobiscū dñs operat̄*

Mat. 10.

Iohā. 15.

Phil. 4.

tur. Qm̄ sicut sine ip̄o nihil possumus facere,
itā cū ip̄o nihil ē boni quin ualeamus imple-
re. Nouerat hoc Apostol; q̄ dicebat: Omnia
possum in eo qui me cōfortat. Et firmā tenēs
pollicitationē, quā Ch̄s apostolis fecerat,
quā adesse i seip̄o cognoscēs, Corinthios cō

monebat: An experimētū queritis eius qui
in me loquitur Ch̄s: Cū Ch̄s penitus erat,
qui i ip̄o loquebatur. Et interpretatio nomi-
nis Emanuel, qd ē nobiscū deus, insinuat q̄
nobiscū est Ch̄s. Præcesserat actū, figura, p̄-
phetia hoc, qd saluator dixerat adesse nobis
cum. Nam Iudith quæ typum tenebat eccle-
siæ, cū amputasset Holofernis caput, & repe-
dasset ad p̄pria, dixit: Aperite portas, quia no-
biscū deus qui fecit yrtutē. Nō illa sic de Holo-
ferne triumphare potuisset, & totū exercitū
eius cōuertere in stuporē, nisi deus cū illa fu-
isset. Sed nec ecclesia & singularis aīa de ad-
uersarijs posset habere uictoriam, nisi q̄a no-
biscū est Ch̄s. Et Palmista lætanter enun-
ciat: Dñs yrtutū nobiscū. Ideo dñs yrtutū nobis-
cū, cū in bellis prompti, ad actiōes yrtutū pua-
lidi cōsistamus. Et p̄ Ieremiā cum descēsurus
in Babylonē esset, dñs repromisit dicēs: Noli-
te timere, quia uobiscū sum ut saluem uos, &
erua uos de manu eius. Ecce in cōfusiōe, bel-
lo, in actiōe yrtutum dñs uult esse nobiscū, ut
saluet, ut eruat, ut prouehat, hoc pacto dāt̄
xat, si uelimus esse cum illo. Quod Azarias fi-
lius Obed, alloq̄ns Aza regē Iudæ, apte disse-
ruit: Dñs uobiscū, quia fuistis cum eo. Non
alit̄ n̄o cōmodo Ch̄s uellet esse nobiscum,
nisi cum illo fide, obediētia & charitate nos
esse uellemus. Est & ip̄e nobiscū in oibus
factis: quia ex hoc facta uocant, q̄ in seip̄is cō-
tinēt sanctū sanctorū Iesum Ch̄m dñm n̄m.
Maxime in illo sacro, q̄ terrena & corruptibi-
lia in carnē & sanguinē, occulta & indubita-
ta pt̄ate cōuertit, faciēs corpus suū, & om̄i
familiaritate, manu ductione atq; sumptione
oibus diebus usq; ad finē seculi, * postit ē nō
biscum. Non q̄ pacto mundi labentis termi-
no, nō sit ip̄e nobiscum, sed beatorū mō, cō-
su mmato mysterio, in p̄fecta claritate, intui-
tiōe cōspicua, i sup̄a p̄ria erimus nos cū ip̄o.

De promisso discipulis sp̄s sancto, item curio-
sa eorum quæstione de fine seculi, per Iesum nō so-
luta, sed repressa. Caput XXIX.

ET cum p̄ordinasset saluator suā eis cor-
poralē ablaturam p̄ntiā, cito mittere sp̄i-
ritū sanctū, discipulos suos in ciuitate Ierusalē,
illius missioneē iubēs uoluit expectare, dicēs:
*Et ego mittam promissum patris mei in
uos, uos autē sedere in ciuitate donec indua-
mini uirtute ex alto.* Quod idem euāgelista
scribēs apostolicas actiōes, alijs ybis exp̄ssit:
*Et conuescens præcepit eis, ab Hieroso-
lymis ne discederent, sed expectarent promissum
patris: quā, inquit, audistis per os meū
quā Iohannes quidem baptizauit aqua, uos
autē baptizabimini spiritu sancto, non post
multos hos dies.*

Promissio patris, spiritus sanctus est, quā, li-
cet p̄pheta extiterit, à nullo expressius & sti-
pulatius audierit, q̄ p̄ os Christi, q̄ solus no-
uerat æternū æterni patris arcanū. Cuius mis-
sionis æque cum patre se ostendebat autorē.
Etenū quia spiritus sanctus ab utroq; p̄cedit,
pmiserat deus pat̄ mittere sp̄m̄ sanctū in ma-
nū prophetarum & Christi filij sui, nō recipi-
entium merito, sed largitate donātis. Quā p̄-
missione in ciuitate regia, ciuitate sacerdotij,
ciuitate prophetaz, uoluit adimplere. Proin-
de saluator iussit illos in ciuitate manere, do-
nec adimpleretur p̄missio. & ipsi uestirentur
uirtute ineffabili sp̄s sancti, qua in duci, pos-
sent intelligere omnem explicite ueritatē. Et
uentur; atq; illase armati fidei audacia, ti-
more depositi, p̄cederent ad reges terræ &
principes populi, ad oēs gētes, put eis à Chri-
sto decretū positū erat, & prædicare quæ mū-
dus nolebat docere, qd abhorrebat, & idica-
re crucis mysteriū, quod gētib; stultitia, lu-
dæis scādālū erat. Decebat eos donum æter-
næ pacis in pacifica ciuitate recipere, ut mo-
res herent cū æterno dono concordēs. Pacifi-
ca uocabatur ciuitas, inter piratidē nominis,
nō operis actione, nā Christum uelut inque-
ta, uobiscū adiudicādo illi cruci, morti tradi-
derat, & oportebat super aquā Iohannis aliā
ablutionē inducere, i q̄ nō corpus itingitur,
sed uterq; hō sc̄tificatur. De cuius ablutiōis
uirtute atque mysterio sermo alibi me expe-
ctat. Et edicto posito ut i ciuitate manerēt, es-
dixit eos foras in Bethaniā,] deinde in mo-
tem Oliueti. Educit eos foras, ut per obedi-
tiā uiam deducat in montē, ut uideāt in car-
nē aut corpore Ch̄i ultimā actionē, s. q̄ ferre-
tur in cælū p̄ mortificatē obediētia, hominū
uolūtates & actus impprios reprimentē. Ad
cōtēplatiōis mōtē suos suble uos Ch̄s edu-
cit. Non em̄ alta p̄prios, sed morificatus sen-
sus ascēdit. Et i arcanis Ch̄i mysterijs cōuer-
sari nō potest mēs nō subdita dirigēti. Et cū
essent in mōte oēs q̄ conuenerāt, cognoscētes
in sup̄a uelle conscēdere, qdā in mēte susce-
pta de ip̄o fiducia, & q̄ om̄ino ab eoz; se uole-
bat auferre cōspectibus, & q̄ solitū Ch̄i & fa-
miliare colloquium tollebat, nec ulterius fu-
tur; erat ad usum in hac uita mortali, qdā de
ip̄o assūpta fiducia, iterrogauerūt eū de fine
seculi, & restitutiōe Israeliici regni, dicētes:
*Domine, si in tēpore hoc restitues regnū
Israel: Quæ interrogatio q̄lis fuerit, q̄lem
cautelā p̄buerit, ne aliquando similis interro-
gatio fiat, ex Christi responsione clarescit.
Non est uestrum nosse tempora uel mo-
menta q̄ pater posuit in sua potestate.* Postq̄

in suo aduentu Ch̄s nō posuerat mundo fi-
nē, nec regnū æternū ex toto donauerat, in-
terrogant si erunt in aduentu penitus spiritus
sancti, quē ex patris & filij promissioē spera-
bant. Interrogatiōi sup̄uacua, p̄ negatiōem
sapientius r̄detur. Et negationē p̄stat q̄sito
q̄sitor imp̄tinēs, & inutiliter q̄rētū discipulo,
magister sapiēs nō respōdet. Nō sciscitet mi-
les castrensis, qd t̄m̄ sc̄ire spectat regiā maie-
statē. Quod est paternæ maiestatis arcanum,
mortalis nō q̄rat in suā deuenire sciētā. Qd
sciētia; adh̄ citur, inutile factū est m̄scisse tu-
tius dixerim, magis uero si dānū intulit, aut
inferre potuit p̄sciētū. Frustra interrogat cres-
atura deū, q̄ libenter docet hominē sciētia.
Plus em̄ nouit docere, q̄ nos discere ualea-
mus: & docet utilia, etiā non rogatus. Hinc
per Isaiam dicitur: Ego dñs deus tuus, docēs
te utilia. Quæ igitur utilitas de p̄sciētia futu-
roz; Aut faceret sup̄bire, aut desperare, aut
tepide uiuere homines sup̄ terrā. Qui semet
ipsum hominibus reuelauit in carne, hæc q̄
fita, si nouisset utilia fore q̄rentibus, similiter
reuelasset. Etenū multa suis uatibus reuela-
uit, q̄ p̄uidit in utilitatem hoīm ygere. Non
denegauit inuidus, aut timēs p̄iudiciū in fu-
tur; sed uelut rem occultari utilem, manifes-
tari dānosam. Nō ē hominū, alta secreta ri-
mari, nec plus sapere q̄ oportet. Et occultatio
futuroz; q̄ oīno sperāf ad esse uetura, homi-
nes cautos facit atq; timentes. Et cautius ex-
pectatur de necessitate uentur; si ignoratur
de tempore. De iure mens hominū ad futu-
ra q̄ ueniūt, suspenditur om̄i die, si nullū ha-
ber in certo. Nec oīmodā denegationē Ch̄i
responsum importare credamus, sed illā dū-
taxat, q̄ nō placito, n̄a p̄ocurrētī p̄uisioni
repugnet: qm̄ multa de nūc q̄sita, reuelabit
in poster; q̄ iustis uelaminibus p̄sent̄ occultat.
Tēpus uero & momētum, ad actiones q̄
in eis fiunt, potius referūtur, ut magna & par-
ua occulta secundū ineffabile prouidētiā in
sua potestate p̄maneāt, seu si nō decreuit, aut
si usq; decreuit in suo tēpore reuelare. Paternā
uero potestas, in q̄ secreta sunt posita, po-
testatē filij aut sp̄s sancti nō excludit: sed sic
ut homo, curiose q̄rētibus hoīb; respōdeat.
Nā neq; in potestate, neq; in sciētia uel
ope inuenitur i summa trinitate diuersitas.
Ac p̄ hoc si nō est n̄m sc̄ire futura q̄ pater po-
suit in sua pt̄ate, n̄m t̄m̄ est, ad illa uetura uir-
tutibus p̄parari. * Proinde saluator adiecit
Sed accipietis uirtutem superuenientis
spiritus sancti in uos. Et eritis mihi testes in
Ierusalem, & in om̄i Iudæa & Samaria, & usq;
ad ultimum terrę.]

* Interdi-

Isa. 48.

Actu. 1.

Qui mittebat de sup spū sanctū, q̄ nihil occultius futurorū poterat p̄palare secretū: sed hoc utile, illud inutile fieri hoībus uidebat. Carū fuit q̄d gratiose cōcessit, q̄d sciri ab apostolis & ceteris denegauit. Plus em̄ ē gr̄a seu p̄ntia spū sancti, q̄ qlibet p̄scientia futurorū. Hinc q̄q; nouimus q̄ spū sanctus apostolos nō oīa docuit, sed q̄ in eorū & ecclesiarū futurā cefferūt utilitatē, q̄d Paulus ad Corinthios refert: Oīs manifestatio spūs datur ad utilitatē. Cuius uirtus quā apostoli acceperūt, fuit recte docere, sine reprehensione uiuere, sine mercede regē temporalū p̄dicare, opari miracula, facere signa, innouare p̄digia, & in sanguine atq; morte testificari p̄ euāgelio & nomine Chri. At q̄a sup̄uēturus p̄mittebatur, aliqd de eius gratia in apostolis extitisse denunciat. Quo sensu ait angelus ad Mariam: Spū sanctus supueniet in te, quē in sanctificatione uterina iā q̄dā modo recepisti. Aut supuenturus dī, q̄a nō de infimis, sed de supnis eius est gr̄a: siue q̄a uere humanā uel infimē itē infunditur diuina à supna natura. Et eoritis mihi testes, q̄a uos ab initio mecum fuitis. Et q̄cūq; audiuī à patre meo, nota feci uobis. In Ierusalē, in q̄ morti fui p̄ crucē dānatus. In Samaria, ubi reprobatus. Et i ultimis terrā, ubi nōdū agnitus. Igitur q̄ captare supna cōtendūt, acuitatē retundāt, p̄rij intellectus. Nolite esse uates, nec fieri scios in his q̄ aeternus p̄f occultat. Etenim conatus mētis in his semp frustra sudauit. Spū sancti uirtutibus studeāt insigniri, p̄bo & ope testificari p̄ Chro, secundū euāgelij sc̄m eius, in oī tpe atq; loco, & in oī cōuērsatione. Mortaliū talia sunt opa militantū, ut phibeāt testimoniū, qm̄ ipsoꝝ solus Ch̄s ē dñs. Et q̄ uere Ch̄s est deus existens in cælis, qui tā electos milites atq; testes habet in terris.

De Iesu in cælum ascensione, & eius ad patris dexteram sessione. Cap. XXX.

Luc. 24 Act. 1. Prou. 10. **F**estinabat Iesus ascensum, unde [cū hec dixisset, eleuatis manibus suis, bene dixit eis. Et factū est, dū bñdiceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælū, & uiderūt illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorū.] Bñdixit eis, q̄a iusti erāt, q̄a bñdictio dñi sup caput iusti. Bñdixit eis manibus eleuatis, q̄a desup est bñdictio electorū. Et dum bñdiceret eis, recessit ab eis, auferēs corpora lēp̄sentia, & bñdictionē plenitudinis amoris & gr̄a derelinquens. Vnū abstulit, alterū dedit: si cōstituit in uno, lætificauit in altero. Ferebatur in cælū, ubi q̄a deus, erat, nunq̄ q̄q; reliquerat. Eleuabatur à terra, quam nō relinq̄bat deitate, q̄uis reliq̄set & corpore,

Nō tñ aliena, sed propria uirtute ferebatur. Nec obstat soliditas ueri corporis, qn̄ sic fere retur: etenim habebat agilitatē in dote corp̄, q̄d p̄ oīa gloriosum erat, & etiā in ipso diuinitatis plenitudo corporalit̄ habitabat. Et nubes lucida suscepit eū, nō ad uehiculū seu ad auxiliū oportunum, sed ab oculis eorū, s̄ intuentiū, ut includeretur in cælū, excluderetur à mūdo, q̄ eū nō cognouit, sed uelut reum turpiter & crudelit̄ crucifixit. Et assumptus est honorifice à patre q̄ eū miserat, exultantibus angelicis choris atq; mirantibus, q̄ sup eos ferebatur pegrina caro, & elementarum corpus sup substantias separatas & simplices tollebatur, quanq̄ ut deus, illis eēt ipse simplicior. [Et sedet collocaat̄ à patre] à dextris] om̄ipotētis] dei. Ad hominē porro fertur ascētio, assumptio in cælū, sessio ad dexterā: qm̄ ut dei filius, semp̄ ibi erat, & de nouo huiusmodi accidētia non suscepit. Nec immobiliter sedet ad dexterā, sed in potioribus partibus empyrei cæli, sic ineffabilis honoratus est. Cū uero apostoli audaci conatu oculoꝝ intuerēt in cælū, à duobus angelis sibi astitibus in forma uiroꝝ amicis stolis albis, uelut diē festū agentibus, in nouā solēnio ascētionis, tanq̄ ab amicis dulciter arguantur, ne inuanū attollant oculos, ne despe ratione frāgātur, ne mortificatā cōtepeccāt qm̄ ipse idē q̄ nunc sic triūphanter ascendit, iudicaturus ueniet cū mūdi finis aduenit. Hæc cū audissent in spū humilitatis & igne charitatis, proni aīo, inclinati corpore, adorauerūt Ch̄m deū, dñm maiestatis & gloriæ, magistrū & redēptorē, de ipso depositis hæsitacionibus solitis, imprimētēs ora uestigij pedum eius, ubi steterat ascēsurus. Et patriā & adoratiōe in mōte illo exhibita, regressi sunt Ierusalē ad expectandū p̄missum iuxta mandatū dñi, recedentes à monte q̄ uocatur Oliueti, tāto spatio ueniētēs, quantū Iudæis fas esset in sabbato ambulare. Et introeuntes in cenaculū, ascēderūt ad superiora: qm̄ in uirtutibus & moribus illū imitabantur ascensum, quē in cælū paulo añ Ch̄m uiderāt p̄gisse. Vbi siquidem orabāt unanimiter, qm̄ in oratiōe oportet p̄euerare, supnā gratiam expectātes. Et gaudebāt gaudio magno p̄pter ea q̄ uiderant, & diuinū munus q̄ expectābant. Et sæpe ingrediebātur in tēplū, laudantes & benedicētes deū, q̄ est benedictus per omnia secula seculorum, Amen.

LIBRI QUARTIDECIMI DE RESURRECTIONE DOMINI SALVATORIS, FINIS.

SIMONIS DE CASSIA, GESTORVM DOMINI SALVATORIS LIBER DECIMVS QVINTVS, Tractans speciatim DE IUSTITIA CHRISTIANA.

PROLOGVS.



DOST CHRISTI doctrinā, quae in eiꝝ deificis moribus & supernaturali uita & gestibꝝ, nobis monstrata est per ipsum Christū, unigenitum dei filium, dominū nostrum, magistrū & redemptorem, factum nobis in inferioribus uita uita, qui erat & est & erit in superioribꝝ & in inferioribus uita, diuine atq; humane ipsam operanrem, ad simplicem & uerbalem doctrinam humiliter studio ueniamus. Et tantū uerba tractantes, quae manifeste uitam moralem atq; Christianam informant, & expressam & imitabilem ueritatē ostendunt: illa uero, quae altitudinem diuinorum mysteriorum, disputacionum, disceptacionum, delectacionum, interrogacionū, responsionum innuunt, dūtaxat in hoc suscepto tractatu, dimittētes. Quae nisi aliquali uolētia & extorsione, ad mores non possent insecti: quia nec nostrum est aliter diuinam tractare scripturam, nisi secundum intentionē diuinæ sapientiæ sic tradentis. Et quantū multo nobis sit à spiritu sancto de diuersitate tractandi licentia, ne istam aquam salutarem à proprio aluo, ad aliqua deuia deriuemus, sub interminatione inhiberetur. Sensum & intellectum oportet accipere à scriptura: non dare in proprium, aut applicare impertinentē. Improprias & impertinentes expositiones & coaptaciones, scriptura sancta non recipit. Vae autem doctōri, qui sibi uult subijcere scripturā intelligentiā, & intellectū suū non subijcit intelligentiā eiꝝ. Finget certa mēdacia, uolabit inuolabile, uiolentabit immobile: ac etiam tanto magis reputabit fallax, quanto indebitē tractat scripturam, quæ summē noscitur uerax.

De iustitia in communi. Caput I.

Igitur ab his uerbis nostrę locutiōis exordij sumamus, quę protulit quando ad Iohannem primo baptizadus aduenit. Humiliter reluctatē Iohanne Baptista, se non dominum, sed ipsum debere à domino baptizari, statim saluator subintulit:

Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.

Humilitatem primo insinuans, qua subdebatu aquis: ac etiam omnem uirtutem, cum qua pugna

turus aduersus diabolū, uisibiliter per carnē hūc mundum intrauit: quem non in altitudine potentia suæ, aut argumentis dolois, sed per iustitiam sibi disponebat dare conflictum: ut ab uno iusto pro iustitia liberati, sine dubio iustificaremur per Rom. 5. fidē in gratia ipsi, & gloriemur in spe glorię dei. * filiorū dei. ¶ Sed imitatiue uerba ista discutiētes, mores moribus coniungamus, ut sicut ipse decenter impleturum se dixit, & fecit omnem iustitiam: ita & nos prout possumus, impleamus. ¶ Omnis nanque iustitia est, ubi nihil mali admittitur, boni demitur nihil: quam in prima origine conuenientes, deus est: in deriuatione uero conspicientes, alius erit sermo loquendi. Iustitia increata deus est, & sui participium tradidit primo substantijs separatis, deinde compositis. Sed nulli alteri creaturæ ante, neq; tunc, neque deinceps: quæ nam ratione carent, ipsam participare non possunt. Ipsa nempe rationalis est uirtus. Sic appellata est iustitia naturalis, non q̄ omnis natura ipsam suscipiat in ratione, quantum ipsa rationalia ordinat per rationem. Nec credendum est, q̄ ipsa iustitia sit natura, neque natura iustitia, nisi uelimus in illud ingredi profundum intelligentiæ, q̄ deus iustus oīa iuste fecit: & sicut quaedam iustitia est ipsa creata natura, ex sensu atque intellectu, q̄ ius diuinæ potentia, sapientiæ atq; bonitatis statum quodammodo tenet ostensum in ipsa natura. Etenim ex origine uocabuli appellatur iustitia status, ut sit ius quædā potentia cuiuscunq; uirtutis in deo, similiter & in creaturis, ac etiam quædam decentia stendorum, benefactorū uero excusatio tacita, uel expressa.

Sed isto intellectu prætermissa, non facilius cognoscibili dicemus: Est iustitia naturalis rationalium creaturarum obseruatio, theoria & actu, diuini statuti, iuris & ordinis. Quæ per quandam segregatam à ceteris rationem, natura rationali solum innotuit: quam licet in nullo temporis cursu omnes perfecte seruauerunt in cælo, similiter & in terra. tamen ille qui omnia fecit & creaturis rationalibus indidit, in cælo cū remanentibus angelis remanere uoluit. In originali mundo per prædicationem Adæ primi hominum præuaricatoris, sed reuerti, ac alijs miris & occultis modis retinuit, cum ipso delero nō deleuit. Cum linguam confunderet, ipsam non confundit. Circumcisione data, ipsam quodammodo renouauit, ut credulitas Abrahæ sibi ad istam computaretur. In Isaac & Iacob refulsit, Ioseph in Aegypto custodiuit, prius ab ipso, animo & moribus custodita. Per legem Moysi non est suspensa, per Christi legem & gratiam per amplius confirmata. Ipsa quidem aliquantulum ab aluo sui magnifici cursus deriuata per riuulos, ipsa manente semp̄ in electis hominibus atq; in electo populo dei, peruenit usq; kkk

Iustitia naturalis

ad gentiles, qui multa in regimine reipub. ordinant. Peruenit usque ad naturales philosophos & alios sapientes, qui scriptis de ipsa multa tradiderunt: quânis in ipsa & alijs uirtutibus exorbitauerint in inrentione atq; moribus, ut longe fierent à sine proprio statuto uirtutibus. Sed non est suscepti operis aliter tractare de ipsa iustitia, nisi prout ex postulat pura religio Christiana, ac per hoc sic ipsam libet edicere.

Iustitia Christiana, est inuisibilis & theoretica operatio, atque uisibilis actio super naturam & leges: & diuini ordinis inuisibiliter & uisibiliter in omnibus summa custodia.

Proinde uerba hæc à posterioribus differentes, secundum custodiam diuini ordinis in inuisibili sensu, intellectu non sane applicabimus eam, nisi hoc excepto, quod ipsam & omnia quæ percipit, recte intelligat: tantum in hoc iustitia Christiana intellectum, ut intelligatur ab ipso, ut non exorbitet alia intelligendo, rectitudinem intellectus atq; ueritatem eius quamdam dicimus esse iustitiam. Sed hæc non est quæ hominem perficit.

Memoriae improprie traditur, nisi eo solo quod nunquam obliuiscatur ipsius, siue quod non multiplicetur, sed illorum tantum memoretur, quæ possunt expedire habenti memoriam. Quadam potest dici iustitia memoria, nõ multiplicari, sed tantum memorari uilium.

Affectus autem sue uoluntatis iustitia, est quæ hominem perficit, si est: si non imperfectus atque malis additus sepe manet. Erit autem affectus & uoluntatis iustitia Christiana, ordinis perfectio in amore atque in uelle. Sane omnis affectus aliquo amore uestitur, seu aliquid uult uoluntas. Nam in ipsa uniuersalis iustitia dicitur. Omnia propria seruauit naturam, seruauit ubiq; suam elementa naturam: ita & affectu atq; ad aliquid, & amor habebit obiectum.

Can. 1.

Accedit autem ordo, & ordinat in hominibus charitatem. Et philocapta sponsa dicit: Ordinauit in me charitatem, ut maiora magis, minora minus diligamus, & indignis diligi denegemus amorem. Nam amor aut superferretur rei dilectæ, aut subijceretur, aut æquatur.

Iustitia uero amoris, est ipsius adæquatio ad dilectum, ut nec plus diligatur aut minus, quam sua dignitas exigit. Hæc quidem iustitia nunquam ex parte nostra perficitur ad deum, neque in hoc seculo, neque in futuro. Nam licet in ista uita diligamus ipsum quantum possumus, in alia uero tantum ibi tantum diligatur, quantum est dignus: ut etiam hanc iustitiam amoris, non perficiat uirgo uel angelus. Igitur nullus amor superferretur deo, nullus æquatur ad deum, sed omnis subijcitur per inæqualitatem deo.

Sed quoniam ordo iustitiæ ab aliquo inuisibiliter atque uisibiliter plus non exigit, quàm iuste possit exactus ipse conferre: iustitia Christiana & perfectio in amore ordinis erit, ut hic diligamus deum quantum possumus: ibi uero tantum diligemus, quoniam non poterimus amplius.

Hæc perfectio iustitia hic perfectos, in superioribus facit beatos. Ac per hoc custoditus ordo iustitiæ in affectu deuotabit amores ceteros atque

limosos, & ab impuritatibus purgabit amorem, & adæquabit ad sua equalia: supponit uero inferioribus. Et supinabit ad illud, superius, per non circumuolutum aspectum, quæ æqualem nullo modo potest exhibere affectum. Repraesentabitur ab ordine intellectui, intellectus uero affectui repraesentabit omnia dilectionis iura: similiter & dilectorum prærogatiuas ostendet, ut amor per iustitiam amplius inardescat. Claudet infra suos terminos uoluntatem, ut nolit quod nolit, quod nolle iuste sequeretur. Et frena laxabit ad uoluntatem, ut uelut quæ omnino mandat religio Christiana.

Hæc proculdubio inuisibilis Christiana iustitia, id nolle quod religio prohibet, & id uelle quod consulit atque iubet. Hoc enim forte quis diceret, à iustitia naturali confurgit atque Mosaisca: concesserim, sed super naturam & leges est uoluntas, quam iustitia Christiana ordinat. Non prohibet natura & lex rependere malis uicem, sed prohibet iustitia Christiana. Inquit enim ipse saluator. Si non dimiseritis, nec pater uestis caelestis dimittet uobis. Et Apostolus. Nolite reddere malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. Non proliher lex Mosaisca rationem, sed prohibet religio Christiana: & in aliquo nisi per rectores reipublice non reseruat: hoc uero solum permittit ad uendam innocentiam, & refrenandam improbitatem. Non curat de interno amore naturæ, nec lex Mosaisca, dummodo corpore seruatis: sed curat iustitia Christiana, ut seruetur nihil sit meriti apud deum, nisi diligas. Non reprobat natura odium, neque Mosaisca lex, dummodo non lædas: reprobat Christiana, etiam si corpore seruatis. Et multa promittunt iustitia naturalis atque Mosaisca, quæ præcepit atque consilij iustitia prohibet Christiana.

Iustitia Christiana est, quæ nihil impunitatis admittit, & nullam animam alienat à recto. Ipsa est ordinatus amor, ordinatus affectus, recta intentio, status animæ, custodia suscepti muneris, contemplatio potioris, indeformata imago, atque reformans deformata, seruata similitudo & perditam reassumes, custodia interioris hominis, iudicatrix atque fugatrix malarum intentionum atq; actionum, sol intelligibiliter lucens, lux fugans peccatorum tenebras, ordinatio & regula morum, operum & actiuorum iusta & honestissima mediatrice omnium relationum, linea inobliquabilis ad agenda, fundamentum omnium statuum, omnium personarum, quæ in hoc mundo inculpate uiuere querunt: interemptrix uitiorum, nullum uirtutum diligens, nulli applaudens, leo in ea furens, uirtutum inuenitrix, oculus animal ante & retro, armatura regens, gladius transuerberans quæ reperit aduersa diuinæ atque iustissimæ ueritati. Ipsa est quæ sola propter deum inuita, proficit & perficit. Ipsa est uix lignum, quod qui gustat, non moritur. Ipsa innocentia, quæ timorem non patitur. Ipsa gladius flammeus ac uersatilis ligni uix, Ipsa oblatio Abel, unde iustus exiit in duplici tempore appellatus. Ipsa nos in conspectu domini iustificat. Ipsa fabrilis, qua remediij arca exiit fabricata. Ipsa columba, quæ non requiescit in corporibus & operibus mortuorum, scilicet peccatorum. Ipsa nuncia pacis in ramo uiridi oli-

uarum. Ipsa Moyse uirga pro terrore diabolici Pharaonis & uirtute signorum. Ipsa mare diuidit iniquos atq; peccatorum, ut transirent sancti dei.

Et ut breuiter dicta & omnia dicenda perstrinam, Christiana iustitia apponit super naturalem & originalem iustitiam, supra legem abundat, omnem excedit, omnem aliam sibi asciscit. Ipsa solum est quæ habet, procurat atque largitur, quicquid potest esse uirtutis & gratiæ, & quæ solum tendit in regnum supernæ gloriæ, cuius est apertior porta.

lpl. 12.

Iustitia perfecta Christiana mentis, est nosse deum. Dicit enim sapientia: Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam atque uirtutem tuam, radix est immortalitatis.

Psal. 17.

Iustitia est inuisibilis operatio, quæ retributionem suscipit. Psalmista enim hoc asserit: Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuere mihi.

Iustitia meritoria solum & primo est uoluntatis, quæ semper adesse potest: nam ipsam uelle, iustitia est.

Est etiam operis, sed per se ista non sufficit ad debitorum solutionem, nec placat inuisibilem exactorem & iustum, nisi præferuerit iustitia uoluntatis: quæ sufficiens est de soluendo, si per impossibilitatem non esset iustitia operis.

Iustitia siquidem operum est linea inobliquabilis & rectitudo imperueribilis, & ostensio refecans ab actione superfluum atque impertinens, & demonstratio infallibilis remissi, quod usq; ad tactum rectæ lineæ non peruenit. Peritia enim cuiuslibet artis peracta linearibus instrumentis, eius quod dicitur, ostensionem ad utrunque oculum facit. Videmus enim quod apposita linea super ea quæ regulanda artificibus subiacent, ostendit excedens & non contingens æqualitatem lineæ: ut artifex cum dolabro, excedens superfluum & impertinens refecerit, aut ei quod remittitur, apponat ut lineam tangat. Ipsa est perpendicularis ostensio, ad recte construendum spiritualium operum parietem. Dimittit fabricator perpendiculum appositum supremo lapidi, superædificauit parietem, ut ad erectam rectitudinem coapter lapides ædificandos: ut toties hinc inde commoueat, donec ad perpendiculari lapidis iudicetur rectus, ad præpositam rectitudinem bene situs.

Sed quoniam in agentibus atque agendis uelut uniuersalis uirtus ipsa requiritur, libet eam seu alio diffinire.

Iustitia siquidem actualis in omnibus agentibus recta, irreprehensibilis atque laudabilis actio, iustitia facti operis erit incondenabilis ipsius consentientia, defectu carens partium, loci, temporis atque modi: quæ tunc ueraciter ipsa fiet, cum aliquis non operabitur quippiam à superba uoluntate commotus, extra mensuram potentiae atque sapientiae suæ, neque ab eis remissus ager. Quocirca iustus iudicabitur usque uaque in actibus suis, & reprehensione carebit, qui suas in agendis nollet excedere uires, nec præpeditas patietur habere aut remissas. hoc est, ueritate femora: quoniam male posse facere atque scire, infirmitas est & error, qui enim fecit ultra quam potuit atque

sciuit, si modus loquendi quod dicitur patitur, non fecit iustitiam. Qui non fecit, atque remissus fecit bona quæ potuit atque sciuit, non fecit iustitiam.

Magna etiam apparens iustitia est, non se ingerere in his quæ à natura & à potentia & à peritia negantur, neque remissum fieri animo & opere in adeptis atque concessis. In iustus uero opus, iusto uero regulas sequente iustitiæ, nunquam erit: quia non aggredietur impossibilitatem habens, & infactibile atque irregulabile. Ab iniusto iniustum ingreditur negotium. Et si aliquando iustum, non de illa contracta iustitia, qua iste iustus non est, quia ipse iustus non est, sed de uirtute communis iustitiæ, per cuius lineam ad alios plerumque profectio agitur. In iustus & aliorum raptor, alios fures iuste suspendit: contra naturam agentes, Sodomitas mandauit incendio: adulter seminauit in similes: proditores, proditorum capita truncauerunt. Et iustum opus est, ut puniatur delinques atque iniquus, quod sepe faciet qui manet in seipso iniustus. Indifferenter qui præest & docet, docuit iustitiam & uirtutem & actiones pias, reuocauit errantes, erexit lapsos, contemptores corripuit. His omnibus priuatus, imò iniustus, ad seipsum existens & coram deo compeditus, alios compeditos absoluit, non ex eo quod compeditus erat, sed ex autoritate iusta, qua ipse fulgebat. Proinde non caret iustitia opus iustum, nec sibi irrogabitur macula, si ab iniusto procedat: quia si facienti non cedit ad meritum, in se tamen opus est uerum.

Quæcunque de sui natura bonitatem habent annexam, inturpabilia sunt. Ab agente non turpatur ueritas, etiam si à diabolo diceretur. Non scatur bonum naturæ in quo cunque nascente, quantum de parentibus pessimis oritur. Et si quod sanctum est, ab iniquo tactum, manet quod est: & liberare iustum non potest iniustitia, etiam si à iusto fiat. Iustum opus iniustus actor penitus non iniustus.

Erit igitur iustitia facti operis, si regulis iustitiæ non carebit, etiam si factoris bonitas desit. Iustus dicitur à iustitia, non à natura, quantum ipsa natura quandam iustitiam ordinis habeat. Inuisibiliter aut uisibiliter actiualem esse oportet, qui uult à iustitia nominari. Iustitia siquidem & lator eius, si practici sunt, gladium portabunt, & omnia instrumenta fabrilis exordientes ab eo tempore, quo in notitiam uenire incipit status iuris seu bonitas ordinis, qui omnem iustitiam includit. Igitur proiectus in hanc miseriam per naturæ corruptæ cannalem, aduersus seipsum gladium & scutum protectionis assumat. Est enim domesticus hostis, & militat imprætermisse in corporibus nostris, quem repercutere difficile, protegi difficultus, uincere uero difficillimum iudico.

Percutere igitur oportet iustitia: gladio naturam corruptam, uelut hereditarium inimicum ex delicto paterno, ut nostrum sustineat gladium, & paternum acceperit amplexum. Durum nanque habet omnis in hac miseria natus, cum nouerit naturam congressum, quæ omnem hominem conatur in foueam uitiorum & in barathrum damnationis immergere.

Sed reddere conuenit omne percussioibus uicē, & primo iustitia feriat suis aduersum quod inuenit, in quo esse accepit, ut quod male admissum est in parentibus primis, gladio iustitiæ feriat in nascensibus posteris. Capiat ergo quis aliquando, si potest in seipso corruptam naturam, sub rationibus ac uirtutibus: atque diuini imperij æmulationem, sub iudicio rationis examinet: & unde sit, quid sit, quomodo perpetuetur in nobis, sub flagellati more faciat cōfiteri: deinde ipsam iustitiæ gladio feriat, & ad eius iacula protectiōis scutum apponat.

Naturæ corruptæ oratio.

Quæ ab intellectuali homine ante tribunal rationis conuenta, sic dicere uisa est: Me in seipso, pro top lastus infeci, & ingressum habui, iuris ordine ad uoluntate ipsius propria non obseruato. In obedientia creatoris, meæ pullulationis exitit germen. Sigd sum, inquiris, non unica definitione me pandam: etenim nequeo: sed per opera me quærentibus aperia. Ego uero sum sensualitatis pondus & grauitas, aggregatio rationalis animæ, de prelo rationalis intellectus, obliuio memoria, in cōsideratio gloriæ atque pœnarum, & inuoluntaria ignorantiæ hebetudo atque perplexitas mentis, suffocatio spiritus atque rebellio, infirmitas atque fragilitas in toto infan abilis, delectatio uisibiliū, & ipsum amor, corruptibilem appetitus, animalis atque brutalis progressus, recuruata intentio, somni non necessaria nutrit, dea uentris, pigritia in bonis, tediōsus in ordine mos, inutilis acquiritio, mortis actio, sterilis uita, lubricatio uoluntaria & inuoluntaria carnis, inclinatio ad malum & promptitudo, claudicatio impertinens, diminutio boni naturalis, non tamen ex toto destructio, impedimentum agenda uitæ atque acquirendæ uirtutis, retrogradatio ad gloriam, processus (nisi fistatur) ad pœnam, inobedientia in bono, plena tergēditio, lætitia uero plena in malo, inimica uirtutum, diaboli ac uitiorum amica pariter & fomentum.

Quam philosophi naturales & omnes mundi sapientes sic procegere atque saliter esse nulla ratio ne uiderunt, quanuis ipsam in seipsis experti fuerunt atque percepti, & etiam in alijs insurgentes ab ipsa defectus agnouerunt. Solum uero studentes in scholis fidei & mandatorū dei, ipsam in ueritate potuerunt oculo mentis aspicere. Perpetuatur uero in nobis, diuina & occulta dictante iustitia, in primis parentibus dānata propagine, cuius ut potuimus, ubi tractauim⁹ de iustitia dei, declarauimus rationem.

Arripatur ergo iustitiæ gladius, & in omnibus gestis eius non prohibeatur a percussione ipsius: ipsam enim iustitia uidet, quoniam eam semper armulam habet. Et contra ipsam duplicetur atque triplicetur gladius, ut primis sit gladius amoris dei, secundus timoris dei, tertius uerbi dei. Quibus quanuis non tota interimitur, tamen ita confundatur, ut cum exurgit in prælium, à iustitia recipiat ipsa cōfictum. His enim gladijs armatur nostra iustitia, nec sibi competunt aptiores.

Quod genus armorum utilius ad percutiendū in natura corrupta, cum ipsa bellando præstat nobis impedimenta bonorum, quam amor dei, q ad omnia præsto fit & actiuus, quæ sunt ad beneplacitum dei?

Quid aptius ad ipsam repercutiendam, cum inclinatur ad malum, q gladi⁹ timoris dei, qui corpus & animam potest perdere in infernum?

Quis splendidior gladius atq; limatior ad ipsam cōfigendam, cum uires interiores obnubilat, extra uerba & sermones dei, quorum declaratio mentem illuminat, & intellectum paruulius præstat?

Cum uero ipsa blanditur, & in nostro sinu quiescit, cū ruit in nostros amplexus, & ad intra uerba sua uenenate dulcedine amabiliter stringit, cū oscula porrigit uelut meretrix impudica, cum sagittam pharetræ suæ protrahit ex occultis, cum allicit, cum alludit, cum remurmurat in asperis, cum quarit amena, scutum iustitiæ tunc appone. De quo in Sapientia dicitur: Proferens seruitutis sue scutum orationem.

Ad ordinem iustitiæ penitus spectat, ut qui sibi nequit sufficere, quod maioris quærat auxilium. Nemo sufficit repugnare aduersus naturam corruptam, nisi pro eo desuper dimicetur, aut a signa gratia protegatur, quæ non datur indignis, nisi orationibus postuletur.

Scutum fatis idoneum erit oratio aduersus incessabile bellum naturæ corruptæ. Hoc enim scuto aduersus aduersarios, ut legitur in Paralipomenon, se protegebatur populus dei circumclusus ab hostibus, dicens: Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus refugij, ut oculos nostros ad te domine dirigamus. Et David: Cum in uocarem, exaudiuit me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Et alibi: Cum clamarem ad eum, exaudiuit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Et alibi: Ad ipsum ero meo clamauit, & exaltaui sub lingua mea. Et exaudiuit dominus uocem deprecationis meæ.

Porro tota plena est scriptura huiusmodi orationis, quod neminem in uirtute inuocatem eum de reliquit. Scutum aliquid impeneetrabile omnino de secum ferat, de quo dicit Apostolus ad Ephesios: In omnibus sumentes scutum fidei. Nam fides non tremula protegi expedit aduersus corruptam naturam sagittas, sine dubio autem scutum fidei reperitur inter arma iustitiæ, pro eo quod si saluari uolumus, nequimus, nisi prius iustificemur.

Iustificatio esse non potest, nisi per fidem, & tēdulitas Abræ: reputata est sibi ad iustitiam. Preter hoc ipsa iustitia monstrat, quod id quod non uidetur, quod ratione non capitur, quod credatur fidei teneatur. Sed non hæc ad rem nostram conferunt: magis siquidem iustitia hominem iustificare uolens, cum suum athletam uidet de seipso diffisum, de deo uult omnino esse confisum. Et diabolo qui amicus est naturæ corruptæ, a chorifero apostolorum iubemur, ut resistam⁹ in fide. Sic etiam dictum est per prophetam: Iustus ex fide uiuit, non corporaliter, sed spiritaliter, ne interficiatur à corrupta natura.

Igitur scutum fidei opponamus ipsi naturæ. Ad perfectionis uero iustitiæ cumulum assumantur instrumenta in sua arte fabrilis. Profecto nouit omnis operis fabricator, quibus ad fabricam indigeat instrumentis pro uarietate operis, aliquibus ad remouendum, aliquibus ad poliendum, aliquibus ad dolandum, aliquibus ad secandum, aliquibus ad quadrandum, aliquibus ad dirigendum,

aliquibus ad erigendum, aliquibus ad subtollendū, aliquibus ad contorquendum, & similia que aris noui peritia, sic & ipsa iustitia possidere debet instrumenta fabrilis in opus edificij spiritualis, cuius esse noscuntur cunctæ uirtutes.

Porro iustitia plena nō erit, si uirtus aliqua deest, que possit adesse: sane autem iustitia erit, si affit, nec nō & si absit uirtus, quæ adesse nō potest. Ipsa enim iustitia, inconuenientia & impossibilia non requirit: & uirtus est stabilitatem, ad impossibilia & inconuenientia non inniti. Actualiter in hac parte pro iustitia loquimur, quia in affectu omnes possunt per dilectionem adesse uirtutes.

Claret ex hoc saluatoris sententia, moraliter ad nos relata pro nobis, quoniam deest nos implere omnem iustitiam. Ac per hoc uicē oportet à iustitia circumdari. Vñ Job pro suo uestimēto ipsam assumpserat, dicens: Iustitia indutus sum. Ille siquidem induit iustitia, qui omnem sui consistentiam animæ atq; corporis, ne aliquod turpe appetat aut faciat, tegit. Etenim ad uelamentum turpitudinis sunt primo adhibita iudumenta. Et in Psalmo dicitur: Sacerdotes tui induantur iustitia, ne in tanta sublimitate constituti, appetant aut faciant quod est turpe. Et in libro Machabeorū legitur, quod Ionathas sacerdos induit se stolam sanctam, Sancta quippe stola est, que iniquitatem non recipit. Et Apostolus ad Ephesios: Induti lorica iustitiæ. Lorica uirtutum multas anulis intertuit, sic iustitia multis uirtutibus atq; operibus uirtuosis perficitur. Et in Iezehiele legitur deus dedisse Ierusalem uestimēta multicoloria, in designationem uarietatum operum iustitiæ.

Certissimum atq; firmissimū, quod iustitia dei nostram iustitiam non iudicabit. Iudicium namq; punitionis semper contra inimicos profertur iustitiæ. Nemp̄ legitur in libro Sapientie, quod deus cum iudicabit aduersos, induet pro thorace iustitiam. Et in Istaia similiter, quod induet pro lorica iustitiam, quod idem sonat. Igitur induet⁹ deus iustitia, quem inuenit ipsa indutum, non iudicabit iudicio pœnæ, sed discretionis pœnæ pro collatio ne gloriæ, iuxta scripturam sententiam. Nā oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: & iusti hereditabunt terram, scilicet supernam, & habitabunt in seculum seculi super eam. Et in memoria æterna erit iustus, ab auditu malo nō timebit. Et Dominus diligit iustos. Et, iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.

Neque penitus extra seipsum ex conuersatione laudabili quis fiet ad alium, nisi eius ordo interponatur in fœdere. Ipsī ordo exquirat, ut diligat qui diligi quærit, & diligatur qui diligit. Contrarium uero iniustitia erit. Sed nemo existimet quod iustitia in umbrosis atque limosis moribus, quanuis reque qui diligitur, diligit. Non enim esse potest iustitiæ pulchritudo, ubi amorum esse noscitur turpitudō.

Vicē amoris corrupti reimpendere amoris corrupto non est iustitiæ aut reipicitatis, sed damnatæ concupiscentiæ atq; libidinis. Quomodo enim esse potest iustitia in amoribus, quos ueritas damnat? In moribus autem perditis atq; à diuina lege damnatis, similiter iustitia inesse non potest, ut turpiter obsequenti atq; corrupte, in simili aut in alia turpitudine rependatur nec fides. Appositum aut

præstitutum iuramētum aut promissam fidem in his quæ ueritas prohibet, iustitiam non appellaueris, obseruare magis uero, si seruantur, iniustitiam dixeris. Non nisi ad rependendum honestam honestis, & seruandum licita licitis, iustitia ipsa consentit. Aduersatur iniquitati sana iustitia, & malorum deridet professores.

Quomodo resonabit in ordine inuersi, ut alteri seruans in crimine, exquirat ab eodem, quod sibi similiter in crimine seruatur? Qui primo aliqui seruauit in crimine, fecit unum opus iniquum: si antidotum reperit, fecit & reliquum: si uero redidit ab expedito, additur tertium.

Quo iure dicitur iustitia, ubi concurrunt unum aut duo seu tria peccata? Sicut lux non recipit tenebras, sed fugat, & tenebræ à luce fugiunt, non ipsam suscipiunt: sic iustitia peccatum non recipit, sed depellit: & peccata profecto & iustitia nullo fœdere se constringunt.

More lucis dicitur purgata iustitia, purgationē faciens nefandorum, nec malorum mortum est hospita, sed necatrix: & quæ à ueritate aut lege diuina damnantur, ulro aut bellice abire compellit, aut ad mētem pœna malorum damnat auctores. Proinde luce clarius patet, cum funestis amoribus atque perditis moribus iustitiam nullum posse habere confortium.

Omnia uero hæc Apostoli confirmat una sententia, cum secundo scriberet ad Corinthios: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quasi ex profissime dicere uelit, nulla. Quippe iustitia est in amoribus ab omnium uitiorum turpitudine defrecatis, ut iustitia sit, diligere similes in natura: repudiata uero, si assuerit culpa: & dare atq; reddere similiter, & repetere dilectionem alterutri inter eos, quos super naturam altior necit gratia. Ipsa siquidem uerba iustitia trutinat, ne uelut impertinentia publicum petant, aut expedientia taceant. Virtus est silentium, sed caret iustitia, si loq; necessitas aut ueritas cogit. Bonū est rectum uerbum, si suo tempore profertur. Et hoc Salomon dicit: Mala aurea in lectis argenteis, qui uerbum loquitur in tempore suo. Importuna locutio colaphizauit sæpe iustitiam. Iustitia sane ori hominū custodiam posuit & stateram, ut nec caciurnitas esset, aut uerbum, nisi ad tempus statutum. Et ad alium exhibita conuersatio, etiam in uerbis, expediat ut à iustitia reguletur. Nam recta iustitiæ regula caret delicto, & id inrendit, ne delinquantur. Vñ Psalmista ex iustitia deliberauerat custodiam linguæ, dicens: Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea.

Ille nō delinquit lingua, qui nec tacet dicendū, nec tacendum loquitur: & hæc est linguæ initiatiua iustitia.

Ille porro non delinquit in lingua sua, qui aduersus proximum non loquitur dolum, sed ueritatem: dolum dico deceptionis & fraudis, aut in captationis ad nefas.

Ille non delinquit lingua, qui loquitur uerba electa. Hinc Salomon dicit: Argentum electum lingua iusti. Argentum sonorum spectat ad uerbum, ut sit examinatum omnino quod dicitur.

Ille non delinquit lingua in locutione iustitiæ prætermissa, qui loquitur cum proximo ueritatē, etiam si loquentem damna plurima subsequenter

Job. 19.

Psalm. 131.

Mac. 10.

2. Par. 35.

Psalm. 4.

Psalm. 124.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

2. Cor. 6.

Prou. 25.

Psalm. 38.

Prou. 10.

tur. Nam propter utilitatem propriam si loqui uersata conditio postulat, non subintratur falsitas, aut ueritas raeatur, ad deuitandum incommo- dum proprium uel quasi proprium.

Ille non delinquit in lingua, sed ueram iustitiam seruat, qui nunquam in aduersitate aut prosperitate contra deum aliquid loquitur. Quod uir iustus & rectus ac timens deum Iob fecisse narratur, nec quicquam contra deum locutus est, nec in omnibus tribulationibus ipse peccatit labijs: sed natura partem iustitiæ hæcenus proferebat, quæ patientia noscitur esse, ipsa enim secundum apostolum Iacobum, opus perfectum habet. Dicebat enim: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Idcirco uerba iustitiæ loquitur, qui diuinas percussiones suscipiens, in aliquo contradic- tum remurmurare non nouit, sed nomen eius atq; prouidentiam in omnibus benedicit: ut nō solum hoc propter deum faciat, sed ut proximum non scandalizet per impatientiam uerbum, sed potius patientiæ præferat exemplum, nec in prosperitate uerba extollentiæ proferat, aut despicit lingua quæ suum reputat in hac uita minorem.

Est & naturalis ordo iustitiæ inditus, & religio Christiana, ut sermo prolatas ad proximum, aut in proximum, aut de proximo, siue cum proximo, falsitate careat: non insinuet aliquando omnino iudicium falsæ impositionis abiciat, aut si qua possent ad iniuriam coaptari, & nec despic- ciatur assistens presentia, nec absentia licentiam conferat ad conuicia, sed ponatur digitus ori, ne quispiam dicat quod abhorret audire, neque taceat quod interrogatur honestum, aut si leat utile, absque quod uerbis exigatur, qui nouit iustū man datum. In scriptura sacra indicitur, ut quod gratis accipitur, gratis detur. Iubet etiam ipsa iustitia, ut non solum in presentia, sed etiam in absentia dignus dignis præhoneretur sermonibus, si hoc exquiri supposita causa. Et nemo ex iustitia potest uerbis ad illa exigi, ad quæ nolle exactor ipse constringi: non etiam tædeat audire quæ dixit, & rogari pro quibus rogauit. Et si negata per eum, sibi denegantur per alium, ratio iustitiæ quiescere iubet. Improbis faror antidota tolerans, sed abitur iustitiam meditatius.

Amicus iustitiæ, ad reipublicæ requisitus con- sulta, secundum iustitiæ atque inhærentis uirtutis quantitatem, ræcebit aut loquetur. Et seipsum & omnem superiorem, æqualem, & inferiorem pro ipsa contemner. Aperiet os suum pro reipublica, in singularibus neminem reueritus, etiam læcessus iniurijs computabit ad gloriam: alapat, me- ritum dicit, qui dignus habitus est pro iustitia pa- ti: non offendat pro reipublica specialem, qui offen- di non meruit. Ita disponat sermones suos in iudi- cio, ut non lædat uerborum in cauta seu odiosa, aut qua multis credit placere sententiã, quem ex- cusat innocentiã. Inuitum enim esse asseritur, ut à uerbis aliorum patitur, qui à propria iniquitate non læditur. Ad consilia interrogatus, illam ser- uabit sententiã: si tibi intellectus est, responde proximo: si autem, sit digitus tuus super os tuū, ne forte capiaris in uerbo indisciplinato & con- fundaris: ut iuxta mensuram sapientiæ atque intel- lectus, sit sermo in consilijs moderatus. In omnibus

Iob. 1.

* odium

Mat. 10.

Psal. III.

Ecc. 5.

sane rebus loquis, uti necessitas cogit. Ad limam iustitiæ antequam proferantur, sunt limandi sermo- nes, cum retractare non possit emittens. Ex eorū enim natura prolati manent irruocabiles, ut ple- runq; percussioni quam fecerunt, non possit esse medela, nec excusatio placans læsum. Aptitudo actualis, quam membrorum officijs exhibere o- porret in alium atq; suscipere, pulchra est bona, si iustitia pulchrefacit: si autem, omnis actualis a- ptitudo est turpis. Aptitudo nanque regendi, quæ pluribus & non omnibus competit, subiecta iustiti- æ pulcherrimum regimen facit, & irreprehensi- bile iudicij profert à cognitoribus ueritatis, quibus à uulgaribus & ab his qui plectuntur, multa inuis- ta reflectantur in iudicem. Ignorat sæpe uulgaris- tas ueritatem, & ideo turba uocatur, quia præter ipsam facile turbatur & turbat. Plexus autem ius- tite, nihil speculatus in gratiam Christianam, inro- gabat animo seu uerbo iustitiam decernenti, sed nō turpatur iustitiæ pulchritudo, si à plexis & uul- garibus læcessus est iudex, qui primo aptitudinē iudicandi atq; iudicij per uerã iustitiã declinauit. Dictabit sane iustitia præfidenti atq; omnibus in culmine regiminis constitutis, ut non parcat indigno. Et q; iustitiam cor arbans, à iustitia con- turbetur: dignus autem consistat honore, & mul- ta mulctur pœna, quem ad aliquod turpe exci- tauit iniquitas.

Communitas aut multitudo delinquens corre- cta, facilem indulgentiam reportabit. Neq; opus est iustitiæ: ut multitudo delinquentis sit rellit. q; de- tur exitio, cum ex eo singuli singulariter punian- tur, ut multitudo imperturbata seruetur. Quomō ergo seruabitur, si tota plectetur? Et si contrarium habet quæcumq; iustitia, hoc proprium habet ius- titia Christiana, quæ altiori locata corniculo, nō iudicabit per dicta testium, si contrariam certiu- dinem habebunt aspectus. Iustitia enim sine ueri- tate non graditur: pculdubio graderetur, aut non esset, si uerba uentosa certissimo aspectui antefere- ret. Non accipit in iudicio aptitudo iudicandi per- sonam pulchrefacta decore iustitiæ, sed ipsa indi- gentibus se iustitia donat. Ad hoc enim est ab au- tore omnium ordinata, & cum ipsa sit reparatio depressorum, similiter & ne deprimantur, se obi- cem facit. Prouisor nanq; super custodiam ciuita- tis timens hostes irruere, illam primo reparabit in circumitu partem, quæ faciliorem hostibus præ- staret ingressum, antequam turrim altitudini al- quid adderetur.

Igitur uera iustitia præfidentium semper ad magis indigentes est ipsa procliuior. Non nouit ipsa naturæ, gratiæ, carnis, amicitia: q; consortem, ut peccantes uiuere permittat impune. Nam ad si miles in natura, nō ad dissimiles extitit ordinata.

Lex iustitiæ quæ multat uoluntarie delinquen- tes, his postea non est, qui secundum naturam nō agunt, alioquin omnia punirentur. Viuit leo de ra- pru, lupus & animalia multa mutuo se inuadunt & rapiunt, in quibus non laborauerunt, similiter & uolucres auesq; rapaces. Et quia secundum na- turam propriam faciunt, per iustitiam impunita persistunt.

Iustitia correctiua seu punitiua non respicit ex natura, sed ex uoluntatis arbitrio peccatores, ut eti- am immunes habeant infantes, similiter & amen-

tes, & decrepiti pueriliter senes. Non nouit iusti- tiam mucronem extrahere de uagina, neque sagittã de phærra, ut feriat naturã, sed malè uo- luntatis actiuos. Proinde iustitia non parit iniqui- similibus in natura. Nam hominē uindicat, & ho- mo hominem per iustitiam ferit: non tamē ex eo quod homo est quem deus fecit, sed pro eo quod peccator est quod ipse commisit: nihilominus nō punit iustitia malum seu peccatum, quod priua- tio boni est, sed ipsius autorem, qui homo penitus est. Etiam propter annexam naturæ gratiã Chri- stianam, iniquis Christianis iustitia Christiana nō parit: & uera regentium aptitudo iustitiæ deco- rata monilibus, in peccatores Christianos acris fauit. Nam ipsi naturæ fuit lex scripta porrecta, insuper & est addita gratia Christiana.

Sua debet ergo naturalis ordo naturalis iustitiæ, ut qui plus accepit in munere cognitionis atq; iu- uamini, puniatur per amplius si deliquit: quod quantum semper non fiat ab homine iudice, ab æ- terno tamen prætor non præterit.

Cognitio legis noscitur esse magna, iuuenem maius gratia Christiana, in qua publicæ offen- dentes non relinquunt inultos Christianæ, ut q; pu- blicæ honestatis iustitia. Sed nec à præfide Chri- stiano pro iustitiã decernitur in delinquentem Christianum, quia Christianus, quod non natura, sed habet ex gratia: sed quia iniquus est, quod ha- bet ex concepta & appropriata malitia. Nam hæc gratia per gratiam prærogata credentibus, natu- ralem iustitiæ ordinem nō arefecit, sed in hac religio- ne gratificata per amplius uirificat: quoniam benignus iniquorū ultor & dominus uellet, si non aliter, saltem per reipublicæ Christianitatis, ciuita- ti regnorūq; rectoris, esse purgatos ad superos inferendos: & cum extrema dies omni uiuenti ad- uenerit, atq; celebrabitur generale iudicium, nol- let inuenire quos haberet ferire per suam sibi ius- titiam referuatam. Carnis propinquitatem uera iustitia præfidentium in reipublica nullo pacto ue- retur, quoniam nemo constituitur minister iusti- tiæ ex propinquitate aut propagine carnis, sed in eo q; rationalis est creatura. Et si non nouit indul- gentiam dare uinculo naturæ atq; gratiæ Christi- anæ connexis, multo minus dabit coniunctis nexu aut transductione carnis: non enim magis nesci- tur filius patri, filia matri, frater fratri, q; homo ho- mini: nec pater filio, mater filig, & necessitudini ne- cessitudo, q; homini homo: nec quã Christianus Christiano.

Proinde si non paritur ex iustitia iniquis col- ligatis in naturæ fœdere aut gratiæ Christianæ, sic nec dabitur delinquentibus uenia coniunctis ex quacumq; propaginis copula: nec fauebit eisde- per amplius, tribuetq; honores aut placita, si qua p- ter hanc copulam potior uirtus non meruit. Ipsa siquidem iustitia, prout punit, in obliquabilis est in neutram partem: anfractuose incedere nescit: lucis natura potitur, non aquæ hinc & hinc discor- sibilis inter montes: quod puniendum est, solum respiciens, & cum quo à rerum entitate habuit im- pacificabile bellum. Nec punit per aptitudines ho- minum ipsa iustitia, quæ nec obliquo casu adue- niente filium ad cōanguineum punit, sed iniquū, Saul nanq; primus rex in dei populo non pepercis- set per iustitiam filio, suum imperium cōtemnen-

ti, quia gustauerat ante præfinitum tempus à pa- tre rege, nisi populus eum de suis manibus liberaf- set. Nec Salomon pepercit fratri Adoniã rem inui- sissimam postulant, quin in eum mortis dictaret sententiã. Et idololatria populus dei, per iusti- tiam datam in manu Moyfi, uelut in populi duce, sic est ipso decernente multata, ut frater occide- tur à fratre. Sicut enim iustitia non est ex transdu- ce, uelut caro propaginis, sic non parit homini- bus ex carne linealiter & transferaliter propaga- tis, etiam quantumcumq; propinquis, nec eisdem beneficia sua donabit indignis. Et ad taliter pro- pinquos magis quã ad homines affici, caret ra- tione iustitiæ.

Maior est similitudo communitatis & ueritatis hominis ad hominem, quã patris ad filium, aut filij ad patrem. Nec est de humanitatis iustitia, quæ originalem iustitiam sequitur, quod filius aut in eo quod sic est, magis quã quod homo est dili- gatur, ut non puniatur delinquens, aut præmie- tur, si secundum quod homo, aut secundum ueri- tatem annexam non meruit.

Proinde iudicium erit alterutrum in cōiunctis, si assistit iniquitas, & minister iustitiæ alter fuerit cō- iunctorum, Lex nanq; Perfarum atq; Medorum ad omnes immutabilis erat. Imperatorum, sena- torum iustitia Romanorum non præstabat indul- gentiam quantumcumque, si contra eos patrata iniquitas declinabat.

¶ Fertur quidam senatorum filium habuisse le- gitimum, elegantem atque ab ipso dilectum, qui delictum contra augustorum ac senatorum de- creta commisit: propter quod cum ex formata ius- titia oculorum amorum cæcitate puniretur, do- lentes cuncti pro filio, magis uero pro amore atq; honore paterno, procurabant aut leges suspēde- re, aut aliter à cæcitate filium præseruare, quod pa- ter agnoscebat, inquit: Et uobis assentio, cum ho- nore duntaxat staturæ iustitiæ. Cum duo sunt o- culi eruenti, unus eruat in patre, alter uero in fi- lio refeructur, quod & factum est.

Ac per hoc omnium conditor deus magis suam diligit creaturam, quã quælibet creatura di- ligat aliam siue ipsam: si nec ipse pepercit peccan- 2, Pet. 2.

Coniugalis copula non auertat aut euadet ius- titiæ pœnam, si unus coniugatorum deliquerit contra præfixam iustitiæ regulam, alter uero ut minister habuerit trutinare iustitiam. Et quoni- am non expedit, quod uniusquisque sic puniendi officium habeat, sed determinatis rectoribus rei- publicæ referuat, nihil minus tamen ad punitio- nem delicti ob iustitiam permiffum est in lege Moyfi atque Christi propter certam fornicatio- nem, quod unus coniugum possit alterum deui- tare: si uero ipse fornicatus non fuerit & assistet, iustam dictabit in uxorem sententiã, quæ suum cōtempfit imperium: nec habebit amicum solum iustitiæ tenens, qui ueræ iustitiæ fuerit inimicus. Nulli autem hominum aliquis extra deum, qui ue- ra iustitia est, magis quã iustitia, charior aut ini- micior esse debet. Non corumpetur ab amicitia iustitia, sed iustitia amicitia subordinabit, aut pu- niet, aut deuitabit iniquam.

Amicus iustitiae, sub ipsius freno amicitur p̄sidi. non enim conturbat honestos & patulos mores, unde fatigetur animus p̄sidentis, nec p̄stabit cogitandi materiam quomodo se muniat ad vindictam.

Amicus iustitiae, gubernatori republicae cervical quietis tradidit, nec ex citavit a somno, non p̄pulsatur ex sua causa eius cubiculum, auribus vero silentium fecit.

Amicus p̄sidentis & iustitiae, honorem unius augmentavit ex altero.

Amicus regis & non iustitiae, saepe per confidentiam turbavit quietem, & de honestate publicum statum. Is regi fiat iniustitia inimicus, qui nō regi regēti, sed in malo homini est amicus. Et notam posuit in gloria regis, qui ex sua confidentia forefecit. Auertit uultum a tali amicitia nobilis heros, & in speculum iustitiae sine macula speculabitur. Et tanto seuerius poena plectet delinquentem amicum, quanto magis debuit iustitiam in amico, & amicum in iustitia reuereri.

Amor etiam reipublicae quae per iustitiam gubernatur, tanto debet esse uehementior in regente, quam particularium quorūcunque, quanto ipsa reipublica est homine quolibet particulari ualentior. Vt supra fatum est, non solum amicum, sed etiam filium, si dicitur, propter patratum scelus iustitia tradat exitio, aut poenae dignae dignum, potius quam uelit ex defectu iustitiae reipublicam conturbare. In nullo tantum in aptitudine regimini reipublica inquietatur, quātum si propter priuatum offēditur publicum, aut si submittitur quod est iustum. Sed neque coniunctis aut amicis, a rege dantur officiales honores iustitiae, si aptitudo a bona natura non fuerit, aut a studio conquisita: magis autem dantur remotis a talibus consultis, si eis ad aptitudinē aderit bonū uirtutis.

Sane, ne quis exorbitet cum amicis p̄sidentium nomine edixero, iusti p̄sidentis regis nullus erit amicus, nisi uerus emulatur iustitiae. Quod aut dico, etiā malos esse amicos domesticos interdū p̄ caeteris, intellexerim non amicos. Hoc enim notum est, quōd amicus quis uerus esse non potest sine uera iustitia. Non uendet pro aliquo alicui rector iustitiam, quae diuino iure omnibus in pace debetur. Non erit specialis, quae iure naturalis ordinis omnibus est communis. Non erit tepida ex parte rectoris, quae feruet ex igne charitatis. Non erit quam non intendit qui fecit. Inenacuabile factum est per linguam, & inenarrabile per scripturam, quod turpat iustitiam appēdentes incaute, aut quod expedit ad irreprehensibilitatem ipsorum. Nam cum humana natura, cui appōsita est ad uiuendum iustitiae regula, semper frangit iuga, rumpit retia legis, nequit infra cancellos mandatorum cōcludi, sepes incendit, trāssit uallum, transgreditur ordinis murum, non uno modo, sed multiplicibus & occultis: inde pro praeteritis malis multae scripturae sunt exhibentes leges, sed de nouo semper ex hominibus uena iniquitatis incēsanter fluens erupit, cui semper oportebit per iustas leges obfiteri, ac denuo noua decreta nouare, quod referuatur iudicio rationis, praestante causam fluxu iniquitatis.

Impossibile penitus est, futura, sicut praeterita,

uideri ab homine solum puro. Igitur quorum intere est gubernare reipublicam, aut per dictamina siue per ministeria legum, si a deo rationis donum insum susceperunt, aut per oicia & studia & sudores animi quaerunt expedientem regimini ueritatem, cudent semper iustitiae leges ad uindictam malefactorum, ad laudem uero bonorum. Ratio enim uiaa hominis praesidentis obtinabit malis, bonisq̄ fauebit, absque quōd leges scriptas aspiciat.

Impossibile omnino est, omnia in membranis aut codicibus contineri, propter malorum inundantiam uarietatem, & nouitatem bonorum: sed aspiciendum semper erit in illam intelligibilem iustitiam, interulentem mentibus hominum, nō exaratum per calammum. Cuius regulae sunt omnino infallibiles, incedentes recte secundum ordinem rationis. Et modificabitur quod scriptum est, similiter & appōsitio fiet secundum rerum atque negotiorum uarios euentus, quos legum conditores dum scribebantur, uidere nequiuērūt. Sed propter praesidentium saepe defectum, qui non aspiciunt oculo mentis & dilectione cordis in gratiam Christianam, quae uere illuminat hominem illuminari uolentem, plus quam quid sit per aliquam scripturam. Expedit plerumque firmare taliter iustitiae leges, ut ipsarum minister intrinsecus mutabiliter administret. Et quauis plura bona ex tali firmitate sequantur, nihilo minus haec mala euenire non reuocatur in dubium, quōd iustus saepe portabit iniquitatem iniqui, & iniquus iusti praemium nandiscetur. Fieret autem minime, si uiaa hominis ratio nō obliquata per nefas, posset addere, seu pro uarietate casuum emergentium suspendere leges. In istius profecto mundo homo regeter, diuina ratione tenente dominium, si semper contempleretur naturalis atque intellectualis iustitiae ordinem, quam dictam scripturae per rhetoricam legē. Et nihil tam dignum in reipublica affirmauerim euenire, quam si bono rege atque duce, illuminata gratia Christiana, gubernatus populus regeretur. Hinc Salomon dicit: Aufer iniquitatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.

Proprie proprium est gratia Christiana, omnē impietatem auferre, idololatriae, irae, inuidiae, superbiae, auaritia, philargyri, repiditatis, lubricitatis, furacitatis, gastrimargiae, q̄ maculā pessimā in regū gloria ponunt. Et inter caetera bona promissa ecclesiae quae nunc est, fuit iustitia praesidentium. Isaias enim dixit: Pōnam praepositos tuos iustitiam.

Habet etiam ipsa gratia omnem annexam prouisionis, punitiois & dispensationis uirtutem. Et nihil in republica infelicitis infelicitate regentū, etiam si non desit bonitas legum.

Forinsecae querimoniae atque clamores infingunt, quanta subactus populus patitur ab infelicitate regentium, ut saepe non possit esse remedium iustitia legum, aduersus quos oportebit saepe cōstringere uiuarum iudicium rationum. Ex his nanque defectibus, scilicet noua uarietate peccantium & infelicitate regentium, imperatores iustissimi tradiderunt licentiam nouas condendi iustitiae leges, ut malorum uarietas, legum uarietate puniretur, & infelix autoritas ipsarū uigore firmaretur: quod saepe fit, nisi tyrannus inualeat pe-

nitus supra legem quae iusti regiminis omnem ordinem exterminauit.

Examinabit manu ductor iustitiae causarum facta pendentia, & libramento aequitatis probabit, ut non tantum iudicet propter actum, quantum etiam propter affectum & modum. Leuior aut acerbius inferatur secundum ordinem iusti iuris, qui parcere aut percutere secundum magis & minus iuste cognouit. In perplexitatibus dominabitur animo suo, nec mouebitur ab acuto zelo iustitiae, qui saepe fertur in praereps, cum temperato zelo erit confabulatio eius.

Zelus itaque acutus iustitiae dicitur, cum statim uellet punire delictum, & turpantem criminis notam notabiliter iudicare cū designatione parantibus, quem illico & protinus uellet confundere iaculis suis: quia iustitiae ordinem non est reueritus in moribus suis, magis uero ipsam quantum in se fuit, sedauit maculis suis.

Acutus zelus iustitiae, uindictarius est, nec tempus expectans, sed eodem momento quo agitur culpa, uellet inligere poenam, aut ipso iustitiae quo audit, si malefactorum malefacientem non uidisset a tali zelo detentus, nō inspicit illam intrinsicam poenam, quam malefactor pertulit dum reliquit, cū eo ipso qui percutitur interius, quo conseruit facere aut perferat facinus: dum priuatur lumine conscientiae lux & ueritatis, tenebras patitur peccatorum, inimicus uirtutū efficitur, diuertitium aeterni regis praefrens & sanctorum.

Et plenuque acutus iustitiae zelus infixit irremouibilem poenam, quam in posterum reperit non fuisse iustitiam: quia saepe ille qui sustinet, in eo quod plectitur, culpa caret: & factum est iniustitia per subitidē facinus super facinus, quod fuit zelus acutus.

Sed quis rectam refundit uitam in mortuo homine? Quis reuocabit animam in cadauerem? Quis recompaginabit membra truncata? Quis reipristi nabit per ignem in cinere resolutum?

Cauebit autem pro posse, ne haec fiant, zelus iustitiae temperatus. Siquidem temperatus zelus iustitiae, constans erit ad ultionem, nō leuis: firmus, non subitus: cautus, non improuidus. Nec amabit exitio tradere delinquentes, & traderet, tamen dolens pro infelicitate ei similis in natura.

Temperatus zelus iustitiae quaerit potius absoluerem quam damnare, si in hunc fauorem habere innocens quae nec eregione clamaret iniquitas. Non agitur a reatoribus uoluntarius, ut in quemlibet reum dicitur cito sententia, inuestigabit reatorum uitam, referendi modum, & prout poterit suauitatem animorum. Scrutabitur in animo uerba dicentium & gestorum appendentias, studiose perquiret intentionem animi, tempus & locum, & ordinem rei gestae. Si odium aliquando, aut amicitia, seu conuersatio aliqua participatio fuit, & horum causas, nouitate & antiquitatem temporis & circumstantiarum penitus scire tentabit. Et si damnificatio per simile aut per dissimile fuit aliquando inter eos, nec non et si causa aut aliqua radix inuidiae seu amaritudinis fuit, hoc in accuatoribus, hoc in rebus omnino inuenire conabitur: audiet rumores, explorabit famam, & assuetudinem uitae ac conuersationis per iniqui-

tionem applicabit ad aures. Si aduenerint intercessores, similiter inuestigabit: omnia librabit lance iustitiae iudicium antequam proferat, appendet pluries in statera. Ipsa iustitiae ratio dicitur, quōd nihil sub caelo in rebus creatis tanta diligentia sit tractandum, & gubernandum diligentius inter omnia, quam homo propter quem facta sunt omnia. Nec ita celeriter est tradendus exitio ad imaginem dei cōditus homo, nec subito membra debet perdere homo, pro quo redimendo deus factus est homo. Quomodo membra subito condemnabit zelus acutus, quem templum suum uendicauit zelus diuinus, qui esse dicitur spiritus sanctus? Hinc sane dicit Apostolus: An ignoratis quoniam membra uestra templum sunt spiritus sancti? Sed haec Apostoli sententia solum competit baptizatis. Audaacter affirmem: Et sermo uester est de iustitia Christiana, quae originalem excedit atque Moisaicam consuetudinem populorum & gentium & omnium nationum. Quamobrem iustitiae zelum per amplius oportet fieri temperatū, sed non fluctuandum ad omnem hominem Christianum seu infidelem.

Zelus iustitiae, temperamento indiget, ut omnis ratio, ueritas atque ordo dicitur, quōd omnibus hominibus iustitia, & nulli debeatur iniuria. Sed eo ipso homini ad iudicium constituto irrogatur iniuria, si per rationem & rationalem indaginem non exquirantur quae possunt exquiri facti pendentia. Subtilius autem inuenerit temperatus zelus Christianae iustitiae, cum suos ministros subexcitat, ne propter sententiam celerem in non delinquentem inducat desperationem, & post abolitā celeriter uitam aeterna damnatio subsequatur, ad quam nulla reuocatio subsequetur. Et blasphema bitur dominus dominorum, propter acutum aut intemperatum zelum iustitiae ministrotum.

Quis igitur hominum regentium populos & dominantium scepra tenentium, aliquem reuocauit ab inferis, a daemonibus dislocauit, reuocauit ad poenitentiam damnatum, aut introduxit in supernum regnum?

Non ergo iustitia debet fieri in praedudicium, quae praerogata est in remedium. Non debet fieri causa damnationis, quae generalis est uirtus & causa salutis. Nec tam indiscusse occidendus est homo, pro quo mortuus est deus homo. Nec improuise fundendus est sanguis humanus, pro cuius liberatione diuinus sanguis est fusus. Nec suspēdendus est cum fure in ligno, pro quo Christus suspēsus est in patibulo. Nec inconsiderate tradendus incendijs, pro quo eructo Christus uenerat ab aeternis.

Ergo merenti per iustitiam mortem, iudex indulgentiam dabit, parceret omnino in quietis, dimittet abire impune reipublicam sine ratione nexates, laxabit homicidas, raptoribus, latroibus, stupratoribus frenas: Non retinabit seditiosos de urbe depellere: fallatores quarumlibet rerū non plectentur auctoritate iustitiae: Pacifici uiuent & intrepide super terram, qui modis patulis & occultis nocent alijs: Secura erit malitia, quae ideo punitur, ut tuta sit innocentia: patrocinatorum iniquis iustitiae: Nonne praestata indulgentia criminosis, fecerunt plures ad prolapsionis & magnorum

1. Cor. 6

salum

Profr

Isa. 66

malorum contagium prouocari Ergo frustra est iustitia.

Rom. 13. Sed non sic, potius Apostolum audi: Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa: dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris, time, non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit.

Ex quo luce clarius datur intelligi, ministros iustitiæ a deo esse, & non sine causa gladium punitionis habere: sed ad tuendum innocentiam, & refrenandum malitiam, & puniendum delinquentem personam. Igitur non parcer omnino temperatus zelus iustitiæ, sed supersedebunt omnia querens: tacite secum uolens, sanis fulcietur consilijs, ne propter reum interficiat, nedum legat quomodolibet innocentem, & absoluat hominem, quem certum est esse innocentem: sed conspecta ueritate, possibilem dicat sententiam, absoluentem aut punientem, secundum zelum iustitiæ temperatum.

Qui zelus huius radiantis per orbem uirtutis, & interlucens in mentibus hominum attentius respicit ipsius iustitiæ gloriam, quam popularem hominum famam. Nam si zelator minister iustitiæ apud se in ninclis haberet detrusum quæpiam insignem ex genere, facinororum fama, non ex ueritate notatum, ex quo si traditus esset exitio, fama uulgaris indeliberabilis iudicante domino sequeretur, ueritate præcognita, eliger potius non acquirere aut perdere uulgarem hominum auram, quam iustitiæ gloriam maculare, quæ neminem damnat, quem culpa non maculat. Quod plerumque in acuto zelo aut interperato contrarium euenit, ut iustitiæ minister gloriam iustitiæ uulneret propter uulgarem hominum famam: appetitores enim uulgarij laudum, deuiauerunt facile a iustitia. Et in omni causa iudicij saepe delinquit, qui non Christi, sed hominum nomen habere concertat.

Plurimi profecto sunt atque fuerunt, qui lætari sunt de numero interfectoꝝ, & de mutilatis membris gloriam portauerunt, seueritatem animi attribuentes iustitiæ, improuidentiam cautelæ, furorẽ zelo iustitiæ, mortem propriam asserentes utilitatem reipublicæ, uelut bestiarum nihilo pendentes hominum uitam. Plurimi autem in pelora labuntur quam decernat acutus, ut non sit zelus, sed liuor: non zelus iustitiæ, sed auaritiæ, honoris & gloriæ: sed plerumque aut inuidiæ aut libidinis dominandi, cui nulla potest adesse iustitia bene regendi.

De tyrannis quidem hic sermo taceatur, apud quos nulla potest esse Christiana iustitia, quorum usurpata est potentia. Tota enim pulchritudo iustitiæ, in fundamento & autoritate consistit rationalis & iustæ potentie. De qua re longus sermo contexitur, ubi agitur de æquo iure dominandi. Sed contra quoscunque iniuste regentes sacra scriptura immisericoꝝditer clamat, nisi metantea sicut. Et infallibilis sapientia dicit: Audite reges & intelligite, discite iudices finem terræ, præbere aures uos qui continetis multitudines, & placeris uobis in turbis nationum: quoniam data est a domi-

no potestas uobis & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum uoluntatem dei ambulastis. Horrendè & cito apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsumt, fiet. Exiguo em̄ cõceditur misericordia: potentes autẽ potentiorum menta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam dominus, qui dominator est omnium, nec reueretur magnitudinem cuiusquam. Quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.

Potestatem dari a deo, uerba ista declarant: quorum sententia nullum patitur dubium, sed iustam potestã ois particeps ratiois intelligat, quã omnipotens donat: tyrannicam uero & iniustam nemini contulit, sed aliquo iusto & occulto merito uisurpari permittit, iuxta Iob sententiam: Regnare facit hypocritam propter peccata populi. Et ipsa aut omnis potestas iusta non est, si a domino non habet quod est, aut per illam euangelij regulam, quo iure debet omnis homo Christo deo esse subiectus, & uirtus ipsa apud regimini ab omni creatore conferitur, scilicet audiendi, discernendi, ceruendi, causas inuestigandi, iuxta Iob sententiam: Iob 37. Et causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Iudicandi, prouidendi, sciendi, supercedendi. Sed qui talentum contulit, qualiter fuerit expensum, districtam rationem exquirat. Propter quod dicitur: Interrogabit opera uestra, si coram deo & ueritate iustitiæ sunt facta. Et cogitationes scrutabitur, ut infallibiliter teneatur intentiones omnium regentium populos, ad dei examẽ imperueribile referuari, ut qua intentione sepra tenuerint, iudicauerint, aut denegauerint, & si quid fuerit intentione regendi sinistrum, post iustum examẽ ad meritum supplicium conficiat.

Sunt tria quæ maxime diuina sapientia in regentibus & gubernatoribus reipublicæ detestatur: Peruerfum iudicium, contemptum iustarum legum, & diuina uoluntatis auersio. Ista enim sunt, contra quæ supposita sententia clamat. Inquit enim: Cum ministri essetis regni illius, non recte iudicastis. Ille non recte iudicat, qui arbitrium sequitur uoluntatis, cessante uero & pio iudicio rationis: & non recte iudicat, qui præstat aures mendacijs, qui leuiter credit, qui auram hominum sequitur, qui opinionem tenet, qui non examinat, qui corrumpitur ob rem, qui mouetur ob causam. Et in Deuteronomio scriptum est post iudicium electionem: Non accipias personam nec munera: quia muna excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum, iuste quod iustum est, exequeris. Nam recte iudicare non potest, qui personam aut munera in iudicio respicit: & maledictioni æternæ ascribitur, qui propter munera in iudicio perculserit innocentem. Ibidem scriptum est: Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. Recte non iudicat iudex & princeps, qui percutit innocentem ex munere, quæ innocentia tuetur a crimine.

Samuel cõstituit duos filios Iohel & Abia, iudices in Bersabee, qui non ambulauerunt in uis paternis, iustis & sanctis, sed declinauerunt post au-

ritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

Non ergo recte iudicat, quem auaritia maculat. Ipse sane affectus munerum, iudicem peruertit in animo, & iustitiam peruertit in iudicio. Et per prophetam Micheam dominus principes non recte iudicantes arguit, dicens: Audite principes Iacob, & duces domus Israel. Nunquid uestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui uolenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem desuper eorum excoriarunt, & ossa eorum confrugerunt. Et paulo post subdit: Audite principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Principes eius in muneribus iudicabant.

Quomodo ergo rectum iudicium principum, qui populum expoliant, non gubernant, bonum odiunt, malum amant? Quomodo rectum erit iudicium, cum subiectum populum spoliant bonis, & pro iudicio suscipiunt munera, uendunt iustitiam, & plura suscipiunt pro causa diffinienda, quam sit pro causa diffinita utilitas reposita? Recte non iudicat, qui recta peruertit: & qui in muneribus iudicat, ab alio recto iustitiæ deriuat. Non recte iudicat, qui declinat in partem: recte iudicet, si non declinat. Nam illud proculdubio rectum iudicium dicitur, quod nec ratione, nec ordine, nec ueritate, nec iustitia caret: ubi leges iustæ, iuste implentur & suspenduntur atque suppletur a ratione uia iudicis inter aspectus ueritatis & ordinis: & nihil aliud respicit, nisi quod iustitia exigit. Rectum iudicium uere nõ est, quod supradictorum assistentijs caret.

Sed obstrictius contra ministros iustitiæ malos diuina sapientia loquitur, cum legem iustitiæ illos arguit non custodire. Ait enim: Neque custodistis legem iustitiæ, quam oportet ministris iustitiæ custodire. Ipsa lex multiplex est, sed unica sola est, quæ omnibus in suis actionibus congruit.

Sed quoniam hic sermo noster artatur ad iudices, ad ipsos tantum expedit extendere de lege sermones. Lex nanque iustitiæ, semper iudicem aut principem ligatum tenet in iure catena inuisibilis amoris usque ad imperium mortis, propter ipsius pulchritudinem iuris. Quam legem nõ custodiunt, qui pulchritudinem intelligibilem iuris non intellexerunt, aut non dilexerunt: quam non custodiunt, qui naturam iuris peruertunt: nam si quis leuitatem ignis, terræ uellet apponere, aut igni terræ addere grauitatem, iura in elementis peruertere niteretur. Si quis uero naturam leoni uellet ascribere, & urso concedere leoniam iura, in animalibus non seruaret. Qui uero denegaret alicui ad quod sibi natura in suo iure ligatur, in quibus ipsa nobilis suis naturatis est debitrix, legem naturæ profecto nõ custodit. Ille igitur protinus legem iustitiæ non custodit, qui dat cui non debetur, aut denegat cui debetur beneficium iuris.

Alio sensu in hoc profundum descendentes, præsens uerbum contra malos principes Christianos eloquitur, qui legem iustitiæ diuinæ atque immaculatissimi euangelij non custodiunt nec

sciunt, & magis firmant custodiam ad ipsorum decreta, quamuis interdum bona, sed pluries corrupta & turpia, quam ad euangelicã dictã suã mandata. Hæc lex solum omnem habet iustitiam, quã saluator Iohanni præconi suo ac Baptista se prædixerat impleturum.

Illud postremo malum annexit, quod omnis mali est causa, non tamen efficiens, sed deficiens, scilicet non ambulare secundum dominum uoluntatem, pro eo quod dixit, Neque secundum uoluntatem dei ambulastis, quæ uoluntas omni tempore a mundi origine hominibus innotuit per uerba, per signa, per scripta, per angelos, per demones: de qua tanto hic loquar breuius, quanto loquendi diffusus in scriptura est prærogata materia. Sed prout ad præpositos in reipublica loquimur, etiam magis noster sermo artabitur. Sed omnis potestas a deo est, & ipse ordinauit propter primum contemptum, homines per homines gubernari, regi, corrigi & instrui atque puniri. Voluntas igitur eius ad principes est, ut subiectum populum ad illum regant finem præstintum, propter quem deus creauit, & principibus sic uoluit esse subiectum. Non ergo principes æstiment homines eis per naturam esse debere subiectos, cum quibus similes habent ortus atque conceptus. Et præter primum parentem qui de terra, secundum qui de costa, & nouum hominem qui secundum deum creatus est de spiritu sancto: omnis alius homo est ex humano semine in materno utero coagulatus, nec ab alio aliud habuit conceptionis aut natiuitatis initium. Non ergo inter homines principes & homines subditos, præterquam quod unus regit, alter regitur, tanta debet esse diuersitas, ubi nascendi & moriendi tanta seruatur communitas: quam communitatem ad insinuandam & demonstrandam regibus humilitatem, per Salomonem sapientia declarauit: Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus ex genere terreno illius qui prius factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, nouem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, ex delectamento somni conuenientis. Et ego natus communem accepi aërem, & in similitur facta decidi terram, & primam uocem similem omnium emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nariuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus.

Igitur constitutus in autoritate, non obliuiscatur communitatem naturæ: nec superbiat animo, si præfertur in iudicio, & sibi subditur similis homo. Nam liberos natura fecit: iniquitas uero seruos constituit, & peccatum fecit homines hominum iudicio subiacere, non communitas ipsa natura.

Voluntas dei est, ut in tranquillitate animi & humilitate cordis, compassione mentis homines iudicentur. Et rex aut dominus personam iudicandi hominis in animo suscipiat, dum ore aut scripto diiudicat: quia similem culpam aliquando habuit, aut habet, aut habere potuit, aut habebit. Nec quisquam principum ad suam gloriam, sed diuinam debet regere subiectum populum.

¶ Falsus est legatus aut sublegatus iudex,

Sapi. 6.

Rom. 13.

Sapi. 7.

ISTÆ ENIM
.. PENITENTIA.

Sapi. 6.

si fibimet, nō primo mittenti domino, gloria mer- caretur. Regi seculorum omnium, in æternum re- gnanti, debetur omnis gloria regum, principum ac rectorum.

Legati sunt, omnes tenētes scepra iustitiæ: ipse vero solus est legans tacite uel expresse.

Voluntas dei est, ut disponatur temporale regnum propter æternum: & fiat temporale iudici- um, ut deuteretur æternum ab his qui iudicantur, qui pœnis exacti, mortiq; uicini, se male fecisse cog- noscunt, & temporaliter plexi, æternam ueniam perunt, sacramentis se muniunt, æternam pœnam deuitare contendunt. Quam multoties liberè per- uagantes homines, interficiuntur mutuo, rapiuntur ad tartareas sedes, & in puncto ad infernā eorū animā pertrahuntur: aut libera potestate gau- dentes, silentē iustitia, peccata peccatis adiungunt, diuinās offensiones multiplicat, ut etiam merean- tur pleriq; uitam impœnitenter finire.

Voluntas dei est, ut homines ab eius arceantur iniuria, non uelut à lædente seipsum, agent iniuri- am aduersus ipsum. Nec non cum pœnis exagun- tur iniqui, atq; subiaceant inuitabili legum iudicio, ceteri audientes cōpescuntur sæpe in animo, & opere retrahuntur à malo.

Voluntas diuina in eo principes mundi respicit, & secundum suam uoluntatem eos appetit ambu- lare, ut se cognoscant esse ministros: & de iusti- tia dei, faciāt uoluntatem dei, cum iustitia sit ex ipso: quod si ex ipso non est, non iustitia, sed ini- quitas est, quicquid ab ipso non est: & omne do- num dei, tractandum est secundum uoluntatē dei. Proinde in iudicijs nunquam errabit, nunquam re- prehendi poterit, iure iustitiæ uirgā tenens, si dei, & non suam aut hominum secutus fuerit uolun- tatem. Dicit Psalmista: Virga directionis, uirga re- gni tui: dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.

Igitur uirga directionis est uirga regni eius, di- rectionem uult fieri per mūdi rectores in regnum eius, & hanc tenere uult omnes qui temporaliter mundum regunt, cuius ipse superæternus est do- minus. Iustitiā diligit, quia iustus dominus, & iu- stitiam dilexit, dilectio uero, actus uoluntatis. Et per sapientiam dicitur mūdi rectoribus: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Ille iudicās terram, iustitiam diligit, qui solum propter ipsam omnia facit: qui tantum ipsam in causis diffiniendis, iudicijs proferendis attendit: qui etiam ideo iustitiam diligit, quia omnium creato- rem ipsam diligere nouit. Odit autem dominus in- iquitatem, quia equitatem uidit uultus eius. Odiū autem ad ipsam eandem pertinet uoluntatem, pro qua est supra declaratum: Neq; secundum uo- luntatem dei ambulatis.

Illos porro reges non ambulāt secundum uo- luntatem dei, qui terrenum regnū prout possunt, non dirigūt ad supernum, nec ob hanc causam ge- runt in populis & nationibus præfecturam, nec di- ligunt iustitiam, sed temporalem gloriam atq; fa- mam, numismata, sicca, propriam personam & a- micitiam malā: & odium æquos homines & eg- ratem iniquos uero diligūt & iniquitatem: ad qd præter positam, alia pœna subsequetur, quia for- tioribus fortior instat cruciatio. Vnde ad reges & iudices. declamatur in Psalmo: Et nunc reges intel- ligite, erudimini qui iudicatis terram.

Ad intelligentiam diuinæ uoluntatis, omīs crea- tura rationalis inuitatur, iuxta sententiam Apo- stoli dicentis, Intelligentes quæ sit uolūtas dei bo- na, beneplacens & perfectā: per maxime illa crea- tura, cui adest dispensatio diuina in orbe terra- rum aliqua præfectura. Erudiri primo oportet in alios ferētes iudicia, ne aliter iudicent, q̄ uelut qui male iudicata iustissime reuocabit. Durus est & terribilis sermo, per temporale atq; finitum iudici- um, uelle se diuino atq; clarissimo inuitabili- ter obligari. Dauid ad exhortationem dicit: Beati q̄ custodiit iudiciū, & faciūt iustitiā in oi tēpore.

Ille sane custodit atq; custodiūt iudiciū pro- ferendum, qui sequitur internum atq; diuinum, Ille uero iustitiam in omni tempore facit, qual- li petenti denegat, nec ipsam submittit in tempo- re, in loco non abscondit, nec peruerit, aut turbat aut turpat ex aliquo.

Si qua uero dicta & dicenda sunt de iustitia re- gum atq; iudicum terrenorum, ad iudices ecclesi- asticos & præfides sua conuenientia referuntur, ut secundum ipsam tanto mundius agant, quanto eos sacramentorum altiori pulchritudo perornat.

Sed quoniam difficilimum est, utroq; præfides omnia inculpate peragere: uera iustitia eos reuo- cat ad emendam, quæ possibilitate non caret. Si autem possibilitas non consentit, inuitat ad peni- tentiam ueram: q̄ si cōtemnitur, referuat ad pœnā.

Huius rei Samuel iustus iudex populi atq; prop- heta, exemplum humile prærogat, sic conuincit ad populū: Dixit autem Samuel ad uniuersum Israel: Ecce ego serui & incanui, itaq; conuersus coram uobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum: Loquimini corā do- mino & coram Christo eius, utrum bouem cuius- que tulerim aut asinum: Si quæpiam calumnia- tus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquā munus accepi: & contemnā illum hodie, restim- amq; uobis. Et dixerit: Non es calumniatus nos, nec oppressisti, nec tulisti de manibus alicuius quæpiam. Dixitq; ad eos: Testis est mihi dominus ad- uersus uos, & testis Christus eius in die hac, quia non inuenieritis in manu mea quæpiam. Et dix- erunt: Testis.

Ecce iustitia boni præfidis iuste iudicantis, qui ab eo iudicati populi uoluit subire iudiciū, si cō- misisset delictum: paratus ad restitutiōem, si ab- tulisset: & ad emendam, si fecisset calumniam. Et ipse in se nihil conscius uolebat à populo guber- nato corrigi aut iustificari, qui est iustificatus sine delicto inuentus.

Magnum signum est probatæ atq; internæ iu- stitiæ, approbatæ maxima iustæ sententiæ, q̄ uul- gi clamor non insurgit in præfidem: potius uero, q̄ prumpit in laude. Iob etiā cōtra se imprecaba- tur, si deitasser conuenire in iudicio cum subie- ctis, si cōtempni subire iudiciū cum seruo meo & ancilla mea, cum disceperent aduersum me. Quid enim faciā, cum surrexerit ad iudicandum deus? & cum quaesierit, quid respondebo illi? Nun- quid non in utero fecit me? Qui me & illum ope- ratus est, & formauit in uulua, unus.

Ecce boni præfidentis iustitia humilis, & bene- regentis humilitas iustā, quæ nō recusat iudiciū cum seruo atq; ancilla: & hoc faciebat sciens diu- num in omēs adesse iudiciū. Et si fecisset serua

& ancillæ calumniam, ante satisfactionem nesci- re se dicit iustum dare responsum. Quoniam corā altissimo, mundi domini atque serui pro iudicio sunt æquales, ut nec qui fecit in alios iudiciū, pos- sit deuitare diuinum, propterea dicit: Quid faciā, cum surrexerit ad iudicandum deus? Quasi dicat: Non erit diuerticulum fugiendi, neque latibulum euadendi. Tergiuersandi uero nulla erit habitas. Quid igitur respondebo, si seruo & ancillæ non seruauit iustitiam, & si post fraudem & calumniā, non feci emendam? Certum namque est, quia non præterit quin dominum seruum male tractan- tem non reuocet dominus: qui dominum & ser- uum creauit æqualiter, & in uentre illos eodem modo formauit, qui creator est unus.

Credant homines iusta fide, omnipotentis o- culum magis esse ad populum, quam ad præposi- tum. Præfertur enim populi multitudo, unitati re- genti: nec propter regem constituitur populus, sed propter populum, cōstituitur dominus: & rex queritur iustus, ut regatur accephalus. Nam quod reges in ueteri testamēto diuina prouidētia sunt electi ad regnum populorum, non populi propter reges facti sunt. Et nunquam populos, quod non obediuerint iugibus, increpatos: sed quod reges non bene rexerint, legimus reprehensos. Et regū scripta & prophetarum, hoc in constantē clamant seruatoribus ueritatis: cuius testimonij, si uellē, quam prouli, armare sententiam. Expectatus cito finis peregrinaretur à nobis, si ita serui condi- tiōem in manu poneret dominorum ad tempus, ut rationem pro ipsis non exigat, cum ipsorū ful- gida uita finit. Non enim iustus exactor rationis reddenda dominorum atq; seruatorum, diuersam pensat naturam animarum. Vna nōscitur esse na- tura, quantis sit diuersitas uoluntatū. Nec in do- mino præfidente aut rege regente, maior anima erit atque nobilior: & in seruo & regulato, minor atq; despectior. Nec fluuius diuini sanguinis fluēs à potestate mittentis, suos riuulos magis ad domi- nos aut reges, quam ad eos qui reputantur infimi, detrauit. Caueat igitur qui per iustitiam tangit filium, potentiorē se patrem habentem. Terreat intime dominus seruum inique pertractans, ti- more illius qui super eum habet inuitabilem po- testatem. Creator igitur omnium, æqualis domi- nus atq; redemptor est omnium.

Moralis hominum iustitia, qua inuicem con- uersantur, si non regnat in intimis, ut plurimum in externis obliquatur: ut sicut est iniustus affe- ctus, omnino facit iniustus effectus, nisi desuper terreat iustitiæ puniens actus. Nam timore iusti- tiæ: ipse erit potens boni effectus, ubi latens est iniquus affectus. Hæc erit autem hominum actu- alis iustitia, ut actus sint legales, nō dico legis Mo- saicæ, sed euangelicæ. Vnde ipseus Christianæ iu- stitiæ pulchritudo Christianæ ornabit corporis motus, ne sint subiecti & bestiales, ratione caren- tes. Cultum diuinum ordinabit secundum uolun- tatem eius qui cultum requirit.

Hæc uero est colendi atq; seruendi plena iusti- tia, ut taliter seruiatur ei, atque colatur à subditis dominus, qualiter seruari colli mandauerit. Eten- im gentiles idololatricæ alumni, sic suis dijs atque idolis seruierunt & coluerunt, prout ab eis percep- erunt in deceptiuis responsonibus. Terreni eti-

am proceres secundum iustitiam à suis seruis tales exigūt mores. Qui uero Christiano censentur no- mine, in Christiana disciplina scripta reperiunt opera diuinæ iustitiæ, quæ ipsi deo per cultum ex- pedit reddere. Ornabit habitum corporis iustitia Christiana, ut nihil habeat perperam, nihil super- fluum, nihil appropriabile uanitati, sed quod de- ceat hominum status in designatione mysterij. Et deinde ad necessitatem solum commensuratum, faciet & corporum quantitati secundum loca cali- da & frigida, aut regionum ex tempore, nec non ex aere uarias qualitates. Nec permittit ipsa iusti- tia histrionicum habitum Christiano, aut habentem (schemata nouitatum). Mandabit etiam non solum per mores, sed per habitum, ab infidelibus Christianos esse secretos.

Absonum autem fit à iustitia Christiana, mul- ticoloria esse uestimenta: insinuanti enim animum multis uarietatibus subiacere, qd non decet Chris- tianum animum, quē in solo Christo decet esse præfixum, imō cum ipso in sola cruce uirtute con- fixum. Verbum autem necessitati & opportuni- tati atque honestati commensurabit. In societate degentem insupinabit ad deum, ut ipsum conside- ret desuper inspectorem, si hominem non habet sua facta inspicientem. Esti coram hominibus in malo patrandum iustitiam, pudorem atque uere- cundiam posuit, Christiana uero cælestes ciues docuit reuereri. Suadet iustitia hominem esse bo- num & ubilibet idem, ut qualem eum publicum, sic & priuatum habeat, nec ab re pmitat fieri o- culum. Videt enim iustitia in ocio sterili suorum complicum stendum exilium, & expositum sagit- tis dæmonum & iaculis uitiorum, quem nitēba- tur per se atque uirtutum tutelam eripere, adacta- bit eum ad utilia, minus uero implicantiā mētem. Studium uero sapientiæ sanctarumq; scripturarū, non assero de genere actiuos. Reuocabit iusti- tia Christiana concite ad interiora, quem inter- dum adduxit in actum, ut ibi sedulus contem- platur homo & uiuat, & memoretur & intelligat at- que diligat. Homo enim, præterquam angelus, omni creaturæ excellentior factus est. Et semper iustitia monebat citi ibi hominem esse debere magis assiduum, ubi per fidem aut quamcumq; uirtutem aptus intendere potest in deum. In corpore san- nē uires, in animo sunt uirtutes.

Iustitia Christiana totum rationale subiectum, per omnia Christo uult esse subiectum. Cum au- tem ad proximum egressus fuerit requisitus, seu requirere actualiter ipse cogetur, mediatrix erit iu- stitia Christiana, charitate atque ueritate uelut su- pernis atque desideris comitibus sociata. Statur q- dem interquirentes & requisitos, honesta utilia, & ad rem seruitiū pertinentia. Et dabit ueritati sta- terā, ut omnia ponderet iusta lance, siue artis, siue commercij, siue personalis obsequij fuerit quod tractatur, & à falsitate omnia mundabuntur uer- itate librante quod feritur. Charitas autem uir- tutem lorizandi accipiet à iustitia, & loco amo- ris frenabit ora hominū, ut nolint decipere quos ut seipos oportet diligere, & transformabit inui- sibili dilectionis arte animos contrahentiū quo- modolibet, ut ipsis sit una uoluntas, & communis seruetur utilitas: & animus unus in animum trans- feratur alterius, & proximi commodum reputet

sum, ipse damnum testimet proprium: sic etiam omnes illae feruabuntur.

Loris siquidem iustitia nuxialis, quae inter personas relatiuae relatiue oppidod regitur, omnes nexibiles & relatione morali uiuentes iure certo & infallibili nectit.

Ipsa nepe Christiana iustitia, parentes ad filios post naturalis iustitiae in dinationem, quodam gratioso respectu gloriae, omni propria despecta utilitate, inclinatione inclinatur: filios pariter per gratiae mores subdit ad obedientiam sanctam, ut honoraret actu corporis, munere necessarii subuentionis ad sustinendam senectam, & sauritati aduenienti ueni am dandam.

Ipsa uiros uxoris iusta intentione connectit, respectu societatis & beneficii prolis, & monet ne uilipendat, sed iuste diligant, quia eadem est natura: docet ne illudat, quauis sit durum magis infirmo: suadet ne decipiat, quia fides est una: instruit ne uelut equus & mulus in quibus non est rationalis intellectus, impetu libidinis rapiantur in eas, quas rationales esse sciunt & feminas Christianas. Caueat uxores sub uiri regimine, ne ipsos falso amore diligant, debito reuerentiam honore, ne iusta conternant imperia maritorum: iniustis in animo non praestent assensum, & in opere nullum effectum.

Ipsa, fratres fratribus ligat uinculo gratiae firmitati, quam uinculo carnis.

Ipsa generis federe meliori, quam federe naturae confederat, ut etiam interdum praestata offensio non diffingat, sed multitudinem interdum magnam unitim perseverare faciet sub modico testi culmine, quae in spatio lari foedus naturae non tenuit.

Ipsa, uitricos & nouercas parentali more in gubernatione atque nutritura, sedulitate custodia, in priuignos atque priuignas, dum subsunt, uelut ad proprios natos inclinatur: priuignos & priuignas ipsi sicut parentibus propriis, praecipue dum lex foederis copulat & constringit, honesta & debita subiectione supponit.

Ipsa, parilitate quadam non inaequali amicis coniungit amicos, reiecta mercede, abiecto timore, omni amoris turpitudine propulsa de finibus absque chirographo inhoneste fidelitatis, pariter firma, ut unius boni respectu etiam mala plurima tolerantur, priscarum iniuriarum refutata memoria, licita & relata subiectione humanorum, diuinorum uero clara consensione, indissolubili propter deum uinculo charitatis.

Ipsa, dominos seruis propensius facit intendere, ut eos non despiciant in eo quod serui sunt, quia similes in natura penitus sunt, & gratiam Christianam non merito, sed omnes per gratiam susceperunt: & quos habuerunt ad propria seruituta fortes & iuuenes, cum ad illud peruenerint non abhorreat, sed foueant debiles atque senes. Seruos autem facit suis dominis adhaerere fide firma, charitate non ficta, non spe mercedis, sed de centia ordinis, lege liberalitatis, in seruitio debita honestatis. In omnibus attendentes uerum & omnium dominum dum ei seruiunt, quem communi uocabulo appellant patronum, ne propter temporale offendant aeternum.

Ipsa, reges erudit in regimine populorum, populos humilitate & honeste subdit ad regimina regum.

Ipsa, homines hominibus, ciues ciuibus, uicinos uicinis, negotiatores negotiatoribus, artifices

artificibus, emptores uenditoribus, iusta lege atque honesta conuersatione confederat: ut in eo quod homines sunt, primorum recordatiōe parentum inter eos seruetur aequalitas: in eo quod ciues sunt, ciuilibus communitas: in eo quod uicini, subuentio, custodia & honestas: in eo autem quod transmutationes rerum fieri oportet propter necessitates, non minus, illam ueritatem, iustitiam & aequitatem, fidem operum atque uerborum unum seruet alteri, quam alter ab altero uellet seruari sibi.

Ipsa, turpia lucra non recipit, aut per nefas non quarit, & acquirere per falsitatem aut mendaciam non estimat lucrum, sed graue damnum in perditione uirtutum. Lucri enim nullus est fructus, ubi animi perditur uirtus.

Ipsa, lucra reportare a turpibus renuit, lucrari ob turpia, nullo modo consentit.

Ipsa, ordine iusto quorumlibet hominum lucra ex laboribus reportanda distinguit.

Ipsa, considerat studia rusticorum & artificum corpore defudantium, & studia sapientium in animo laborantium, & iustitiam ipsa iustitia in aequalitatem atque diuersitatem praemiorum, sicut & operum, ut nec tantum suscipiat rusticis corpore defudans, & stimulo boues agitant, dum uersatur in sulcis, quantum sapiens doctus aut legislator in sella sedens, stylo sententias scribens, dum uersatur in libris atque scripturis. Nec eodem momento aequa merebitur ars fabrilis, ut peritia causae ciuilibus atque legalis. Et quamquam iudicanti & praesidenti & discernenti nec iustitia inhibeat ut non uendere iudicium, ex eadem tamen conceditur extenuati causas iuste culpatorum, iniuste accipere praemium.

Et tunc maius ex ista, quam ex alia, laboriosa peritia: quanto saepe in corpore referuntur membra, aut effugitur inhoneste mortis imperium dimodo legis iustum sit patrocinium: & deuantur sepe multa pericula, & in possessionem redeunt, quae uidebantur amissa, unde iure proueniunt maiora, quam ex alijs plerisque sudoribus lucra, duntaxat quod leges iustitiae a proprio alio non deriuentur, neque in iudicio peruertantur: lucri cupiditate atque concupiscentia gloriae. Nec tamen prohibet Christiana iustitia omnibus iuris peritis, ut causas iniustas ad tuendum non sumant, assumptas renuntent, offerentes cessare commoneant, si ante libelli portectum litis contestum, calumnia, iuramento, aut quolibet puncto cognouerint assumptas causas ueritate carere. Alioquin triplici contritione conterentur: quia deum offendunt omnium inspectorem, & accipiunt a clientulo munera, & ei contra quem agunt, inferunt damna, ad restituendum quibus obligat Christiana iustitia, si amplius processerint in iniusta cognita causa.

Ipsa secundum mensuram aetatis, ualitudinem corporis, animi uirtutem, prouehit tenere pueros, ne deficiant in uia, si plus debito fecerint laborare: fortiter agitatur iuuenes, ne detineantur ab inertia, & animi uirtute marcescant: pacifice protrahit senes cum lumine rationis & indulgentia declinantis aetatis.

Ipsa, feminas uerecundia uehementiori quam uiros frenat, ne si aequalis esset audacia, tora turparet pudicitiam, & salutaris studij obicem patere ueritissimum, si simili audacia in uiros ipsa praesumerent, sicut in eas ipsi uiri praesumunt.

Ipsa iustitia coaptat eas secundum uirtutem atque fragilitatem, ut alique uiuant in decore in corrupto natura, aliqua tradantur coniugio ad beneficium prolis & humanae societatis, ad multorum conuenientiam in unione charitatis, plerumque uero tradantur in discordantium federe ad uinculum pacis. Aliqua solurae a lege uiri, honeste uiuentes, uirorum leges non expedit, retardantur per matrimonij leges placitis in eis, ne urantur igne concupiscentiae quae libidinis, & sequatur praeter iustitiam turpis commixtio atque corruptio carnis. Aliquas abscondit mundo, aliquas obtexit uelamine pullae.

Ipsa iustitia Christiana omnibus se coaptat, sicut euangelica doctrina, ut idem sit modus & ordo loquendi, quod supra in hoc euangelio diffinimus.

Ipsa profecto ecclesiasticos uiros & omnino a mundo abdicari atque uidiari uolentes, in ecclesia ordinat, & qualis debet esse ipsorum uita, declarat.

Ipsa praeterea ecclesiasticos subditis dominatione non alia, sed pia & theosebica dominatione praenonit, subditos praetatis eadem pietate subnequit. Et quamuis non ita per omnia fiant, quae mandata & ordinata Christiana iustitia, nihil minus in se firma manet & uera: & quod non sit, non est culpa iustitiae, sed nostrae nequitiae, uoluntatisque peruersae. Nam si omnes homines oculos clauderent ad delectabile lumen solis, non tamen sol minus suis radiaret in radijs: nec umbram suscipit, si non concupiscitur: nec clarescit per amplius, si uidetur. Sic eodem modo in se atque suis intelligibilibus rationibus, manet Christiana iustitia, etiam si nullus esset qui faceret iustitiae opera. Omnis uirtus habet intelligibilem claritatem & infallibilem ueritatem, quae ob defectum bene acti uisum, aut ob improbitatem male agentium, nunquam in sua natura pallescit, imo semper euenire solet, ut uirtus a contrarijs magis in clarescat, & eo splendidiore appareat, quo iuxta positum habet aduersum.

De iustitia parentum erga prolem suam. Caput II.

Reuiloquo multa conlauimus: sed prolixiore sermone de collatis aliqua digeramus, ut status iustitiae Christianae pateat omnibus, qui de Christiana communi uita scientiam querunt.

Necessitudinem, quae relatiua prima conditio refertur adiuuicem, patris ad filium, filij ad patrem, sic iustitia Christiana declarat: Pater homo, aut homo pater, duo insinuant cum dicuntur: Vnum ad seipsum, alterum ad aliud: homo ad seipsum quilibet, ad filium uero pater. Ad seipsum nullus est filius, neque pater: ad seipsum homo, ad alium non refertur, nisi consideratione naturae communis & similis, unde tota nascitur inter homines dilectio naturalis.

Inter homines & animalia dilectio naturalis esse non potest, quia nulla similitudo naturae rationalis, unde redditur & recipitur, incipitur & recipitur substantia dilectiois. Et dignius est atque nobilium, hominem esse, quam patrem & filium esse: nam homo nomen est substantiae, pater uero necessitudinis aut relationis. Quod homo sit, solum operatur deo cum ordine naturae: quod sit pater,

propagatio qua fit ex semine homo. Pater ad hominem, homo non refertur ad filium: pater quoque non refertur ad hominem. In eo tamen quod dicitur homo pater, duplex erit relatio, quauis una dicatur impropria, ut homo (quod nomen est substantiae) referatur ad hominem communitate naturae, pater referatur ad filium reali relatione. Nullus nepe homo est in eo quod filium habet, sed pater: & nemo pater est in eo quod homo est, sed quia filium habet. Et nullus homo est quia patrem habet, sed filius. In eo uero quod homo, refertur ad hominem communitate illa natura.

Non igitur magis ad filium aut ad patrem, erit amor seu subuentio, quam ad alios homines, nisi specialiter esset necessitas: quod tunc non faceret illa natura communitas, sed quae subintravit specialis necessitas. In eo autem quod pater refertur ad filium, filius ad patrem, erit amoris actus & exhibitio specialior, prout in ordine propagationis humanae. Ita unus unius est filius, quod nequit esse alterius. Et natura ita in ordine suo uni commisit alendum atque fouendum, eo quod filius est specialis, quod non omnibus alijs, quauis sit homo naturae communis, eo quod ex instinctu quodam occulto naturae in experientiam ducto, hanc legem animalia terrestria & uolantia seruauit. Ac per hoc homo pater, magis diligit atque diligere debet hominem filium, quia homo rationalis est, quod filius est: quod ipsa ratio spei, quae filius nutritur a parentibus, docet. Nutriunt atque nutrire mandant parentes natum infantem, rationis expertem, uagientem, fandi impotentem, operandi uirtute priuatum, expectantes in spe, quod aetatem ueniat rationis: qui quanto labore atque studio enutritur, ipsa rei experientia magis clamat: qui cum ad annos in quibus uigor rationis consuevit insurgere, ac etiam plus addito tempore, permittente deo, adhibita nutritura perductus fuerit, si omnino ratione careret, quod probabiliter nosceretur, & excepta effigie, uirtus illa non adesset humana, non infra bestias talem natum computarent parentes, nec eum diligerent potius quia filius, carere uirtute seu ratione, qua ut homo fulgere deberet. Magis uero doleret quia sic natus est, & tanto studio ad nutriendum atque fouendum defudatus est. Praferrent sibi oneriferum animal in amore, in consideratione utilitatis, quem praetulissent omnibus animalibus quantumcumque utilibus, etiam damna ferentibus propter usum humanae rationis. Quantum sit dolor ubi talis est ortus, ubi amentia in hominibus sequitur, ubi totaliter suffocatur rationis iudicium, ubi haec sunt, dolor quotidianus in clamat. Et Salomon dicit: Nec pater infatuo filio laetabitur. Et iterum: Ira patris est filius stultus, & dolor matris quae genuit eum. Et alibi: Dolor patris filius stultus. Et tradere turtales subito ad paulatim exitio, nisi crederetur hominem occidere, quod esset homicidium facere, quod penitus oportet timere. Si autem deo permittere (quod esset impo-
sibile, non permittere) unquam in ordine suo ex orbitaret intantum natura, quae humanum semine in loco coagulationis atque generationis susceperunt, ad figuram carnis aut alterius speciei animal formaretur, ortumque sic existeret rationali anima carens, animalis non mutata figura, neque substantia: certum est quod parentes filium haberent, sed hominem filium non haberent: nec hoc animal magis

Pro. 15.
Pro. 17.
Pro. 19.

diligent, quia filius est, q̄ si homo fuisset. Et si haberent aliquid uerum hominem filium, absq; dubio ratione dicant, potius amarēt in illo humanitate non cōsiderata filiatione, quā in isto animali filio filiatione, nō habita humanitate. Ista uero utrum contigerint, aut contingent, nō est nostrum differere: tamen uerissimum est posse contingere, Nihilominus luce clarius pandunt, potius hominem diligendum, q̄ filium, q̄ parentem.

Sed quō modo se habeat ordo rei, istas duas nexiones seu relationes, si altera earum relatio dici potest, & hominum parentum & filiorum, ad regulam & relationes Christianae iustitiae deducamus, addentes ad has & alias Christianitatem, ut in omnibus sit ista consideratio triplex pro agentis, humanitatis, necessitudinis & Christianitatis,

Igitur homo pater Christianus, homini filio Christiano, humanitas paternaliter & Christianice referatur, ut magis morum, q̄ possessionum habere uelit heredem, & omnimode hortabitur eū ad statum omnium beatificum finem. Studebit protinus & amplius conseruare in filio diuinam imaginem, q̄ paternam. Ex illa namq; homines sumus, ex paterna uero quandam similitudinem figurā uisibilis gerimus. Ex illa, tota nostra intelligibilis pulchritudo consistit: ex similitudine nihil demitur, si non asit. Aget sedulus pater in filio, ut ad eādem maneat imitē, q̄, eum, ut homo esset, accepti. Nec hoc pater in filio potenter potest efficere, sed hortabitur uerbis eum, inuitabit bonis exemplis, & in expedientia rei, censuram adijciat disciplinae. Aspiciet pater filium elegantem & sapientem: & consolabitur, quia gloria patris est filius sapiens. Videbit eum inter alios insignem, & laerabitur: sed hoc modicum dixerim, nisi uirtus Christiana adfuerit. Male pater de filio gaudebit in tempore, si ob improbos mores barathrabitur in infernum, Christiana deficiente uirtute. Nō uerit pater filium ad seipsum, sed ad deum, qui patrem creauit & filium, nec ad suum honorem ascribat q̄ filij sui sunt: magis uero gaudeat, q̄ a deo creati sunt. Diligenter intendat, ut magis ante deum, quā ante seipsum maneāt gloriosi. Doceāt mores humanos filijs patres, & ab ipsorum infantia uita & moribus polire uelint, atq; uerbis sepe cogant esse facientes: & si modicum exorbitauerint, turbulenta facies arguant, iracundis uerbis corripiant. Et alios aptiores per imperium referant in exemplum, ut in eis reaccendant ad placitos mores zelum. Considerabunt sepe totius staturam personae, & si defuerit in eis optata in hominibus quāritas, si obliquitas affuerit oculorum, si decens non erit stantitas capillorū, si omnia mēbra, pportionata nō fuerint, si color ineptus, si balbuties in lingua resonabit, si mutitas, si surditas, si caecitas, si ariditas, si claudicatio, si sterilitas astiterit, si pauor infidebit in animo, si non erit audax ad pugnam, si conserabit ex pusillanimitate illata iniuriam: utiq; contristabuntur parentes, & insurgent animo contra deum, & querimonij uerba in eum sepe diffundunt, maledicent ipsi naturae, pro eo quod in aliqua parte defuerit: & conabuntur intentus uerbis & peritria artis, aliorum exemplis, adhibitis sepe magistris, autorem deum uincere, & in filijs ordinem mutare naturae: delaturam totius corporis sepe prospiciēt desuper, alater ante

& retro, ut si placita delatura non fuerit, tentabūt mutare per eorum audaciā immutabilia per naturam. Tradent eos ministris iuxta artem atq; condiciones, siue militariibus, siue scripturae, siue artibus, aut alterius negocij. Et solum inhiabunt, ut cū eis aut post eos mortuos, ipsi possent in hoc mūdo umbratū eē diuites, & terrena felicitate felices.

Sed o miseris parentes, imō uestrorum filiorum atrocissimi perēptores. Ista odiosa mala in filijs, non negāt esse homines, aut filios, aut ueros Christianos, si assunt: nec ita in filijs expetita bona uertūt has necessitudines, si non assunt. Cur enim factum est matrimonij, nisi propter prolem? ple igitur habita * matrimonij, cur abhorret? Ista bona quare quaruntur? Non enim istae inepae corporum qualitates adfidentes in hominibus, aut in disciplinaciones adherentes in patrialibus moribus, obstituerunt non homines esse filios, similiter & Christianos. Nam homo non dicitur ex corpore, aut ex suis quibuslibet qualitatibus, aut ex inherentibus moribus, aut ex acq̄sitis felicitatibus temporis defesturi, nec filius & Christianus. Sed homo dicitur ex anima, in qua, non in corpore, stat maiestatis imago. Et secundum animam, non secundum corpus aut qualitates eius, homo factus est ad imaginem dei. Memoria siquidem & intelligentia, siue ratio & libera uoluntas, hominem ab alijs animalibus distinguerunt, non sensus corporis & corporum qualitates, aut huius tēporis questae felicitates. Sine omnibus his ad imaginem dei constituitur homo, filius etiā non nascitur ex his, sed ex uirtute transducis. Perminime uero ex his constituitur Christianitas, quam solum constituit uera & sacramentalis fides, & ipsorum morum possibilium ueritas. Et quod magis angit audientium mentes, ultimus & beatificus finis non datur hominibus, aut filijs quomodolibet qualificatis, aut quacunq; felicitate terrena suffultis, sed purissimis Christianis.

Quā perueria igitur carnalium parentum cōditio, si eos rationis claritas non illuminat: profecto enim melius esset, cuiuslibet horrendissimi animalis habere aut gestare figuram, & esse uerae rationis comitem, Christianitatis participem, quā humanam habere formam, formatam forinsecis qualitatibus, & perfunctorijs felicitatibus fultam, rationis expertem & Christianitatis exortem.

O miserum gaudium parentum, de bono perfunctorio filiorum. O nefanda parentum amētia, qui sepe proprijs natis causa perditionis existūt. Et sepe simul cum filijs traduntur gehennalibus flammis. O parentes, nolite pro filijs animas ponere, nolite uos obligare ad aternitatem pānarū, pro temporali gloria filiorum.

Vae parentibus, qui filios potius subalternant proprijs imperijs quā diuinis. Vae qui eos non corripūt, sed perperā agūt. Corripūt parentes filios, si delinquit in moribus humanis: silentio uero praeterunt, si mores Christianos atq; rationis, morum perueritate peruertunt.

Ab alio igitur exordiat principio patres, & filijs suis non terrenam, sed regni caelorum doceant urbanitatem: & caelestibus atq; Christianicis moribus, non humanis faciant in signitos: perillos nempe semper deo & omnibus supernis ciuibus per placita facimus, per istos mortalibus ho-

minibus complacemus, non semper omnibus, sed interdum pluribus displicemus.

Proinde iustitia Christiana, quae parentes & filios arctiori & sanctiori lege gratiae quā naturae confederat, ad hoc exagitat patres, ut filios suos cautos a malo faciant, & ad bonum reddant p̄ amplius aptiores.

Abraam duos filios habuit, quos erudiuit in timore atq; cultu unius dei, & eos ad dei praecipū circūcidit: sed unus reprobat, alter acceptus est: ut non sit culpa bonorum parentum, malitia filiorum, sed bonitati filiorum occasionem praestat bonitas & doctrina parentum.

Isaac duos filios habuit gemellos, quos in dei timore & cultu similiter erudiuit, & in benedictionibus quibus eos benedixit, praeter id quod allegoricum est, moralem dedit uiuendi normam & conuersandi formam. Benedicens Isaac Jacob, qui benedictionem maiori surripuit, praedoctus a matre, dixit: Det tibi dominus de rore caeli & de pinguedine terrae abundantiam frumētī, uini & olei, & seruiant tibi populi, & adoret te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuae. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

Optima est ista benedictio ex parte patris benedicens, effectiua uero ex parte dei propter merita patris: sic enim deus faciebat, ut patriarchae sancti benedicebant. Sed in eo quod operatiua est, uideamus quales mores pro filijs debent desiderare, aut ad quos ipsos informare parentes.

Ros caeli inculpatam uitam signat, quae caelestibus ciuibus placet, qui deo in supernis seruiūt inculpat. Ros caeli, est inuisibilis gratia: ros caeli, est contemplatio supernorum: ros est mentis & omnium in Christiana uita laborantium, intuitus caelestium promissorum: ros est gratia quae percipitur in sacramētis: quia descendere manna in deserto, descendebat pariter & ros.

Pinguedo terrae in tribus ponitur: in frumētō, oleo & uino.

Frumenti abundantiam nullus habere potest, nisi ipsum frumentum prius mortificetur. Saluator enim dicit: Nisi granū frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autē mortuum fuerit, multum fructum affert. Et agricultoribus ipsa experientia docet. Abundantia igitur frumenti, abundantiam mortificationis excidit. Igitur si abundare uolumus in diuinitis spiritu alibus, uiuamus mundo mortui. Apostolus: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita ē cum Christo in deo. Et statim subdit: Mortificate membra uestra, quae sunt super terram, ad apertitudinem peccatorum. Alibi etiam dicit: Et uos existimate uos esse mortuos peccato. Verum igitur pater debet desiderare filium mortuum peccatis & illecebris super terram, & uiuentem ei qui omnium emit uitam, & dat omnibus uitam.

Vini abundantia, est laetitia de uirtutibus, non de rebus: nam uinum laetificat cor hominis.

Abundantia olei, multitudo est pietatis & misericordiae in proximum.

Seruitia populorū & adoratio tribuum ad id referunt, quod saliter uiuat, quod cuncti eum, ppter uirtutem & puritatem uitae ac innocuam conuer-

fationem uenerentur. Non enim tantus patriarcha, ista filio male uiuenti optasset. Et dominario super fratres, similiter dicitur propter aliquod in signe uirtutis. Incuruatio filiorum iug matris, hoc praetendebat, quod subiectos habeat omnes motus corruptae naturae, quae omnium mater est, potius uero nouerca crudelis. Quod autem sibi maledicens malediceretur, & benedicens benediceretur, ad reftitudinem & soliditatem uitae retortit, quasi dicere uelit: Si recta & solida uita maledicent, maledicens malediceretur: quia eo ipso maledicens malediceretur, quo iustorum uitae maledicent: aut si homo non appropinquat iusto, non potest exempla iustitiae atq; uirtutis, quod ad suae maledictionis cumulum accrescit. Benedicens rectae atq; solidae uitae, benedicitur: quia magna est reftitudo, bene sentire de rectis. Et Psalmista dicit: Generatio rectorum benedicitur.

Ecce illa quae parentes suis debent optare filijs. Ista sunt in quibus eos debent instruere, ut intendant suspensio animo & uigili mēte in caelestibus, ut uelut mortui mundo & peccatis, uiuant: ut solum laetitiam gerant spiritualium & inuisibilium bonorum, ut sint misericordes in proximum, ut sit innocua uita generatione digna, ut uirtute sit omnino insignis, ut dominetur motibus malis, ut uita sit recta, soliditatem iustitiae habens.

Si autem habuerint filium delinquentē, in Esau praesignatum, redeuntem de syluis umbratis & uenatione syluestrium, scilicet peccatorum, etiā mē maledicendo instruant, ut sit in caelo conuersatio mentis eius, & uirtutibus repleatur, sed filij addatur gladius, ut fer⁹ pater rali filio dicit: Viues gladio. Ut si aliquid deliquisti aut commisti nefandum, in te impunitum esse non sinas, sed percutere gladio punientis iustitiae, ne incurras gladium aeternae sententiae. Haec pater dicat filio peccatori, non sibi blandiatur in peccatis, intuitu peruerse dilectionis. Iacob uero benedicens duodecim filios suos, docuit debitos mores, arguitq; peruersos. Et Moysi mandatum est, ut promulgaret populo, ut omnes patres dicerēt filijs mirabilia quae pro eis fecit dominus in Aegypto. Quia sic mandata parentibus, beneficia dei & omnia opera redemptionis nostrae, ad memoriam reducere filiorum. Hinc etiam Psalmista ait: Quanta mandauit patribus tuis, nota facere ea filijs tuis, ut cognoscat generatio altera. Filij qui nascuntur & exurgunt, narrabunt ea filijs suis, ut ponāt in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant.

Tota ergo sit ad filium paterna intentio in remembrance beneficiorum & operū dei, ut spes tota ponatur in omnium creatore: quia maledictus homo q̄ confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Et melius est sperare in domino, quā in aliquo mundi principe: ut nō obliuiscantur operum & beneficiorum dei, ne ob ingratitude nem atrociter seriantur, quod sepe noscitur factum. Et exquirant dei mandata, quia in ipsis retributio multa, quā nullus terrenus pater pro suis custoditis mandatis suo filio ualeat conferre. Et in Deuteronomio dicitur ad patres: Custodite filios uestrorū, ut mandata domini meditentur, quando sederint in domo, quando ambulauerint, quando accubuerint atque surrexerint. Simi omnino eru-

Psal. III.

Gen. 27.

Psal. 77.

Iere. 17.

Psal. 117.

Deut. 11.

ditiones patrum ad filios atq; mandata paterna, ut omnino & infallibiliter obseruentur diuina. Mandatum domini acceperunt parentes, ne filijs darent uxores de populis reprobatis, & ne filias suas darent filijs alienis: ne educatur filius amore uxoris, & filia Israel decipiatur ab amore mariti ad idololatriam iam instructi. Vt postea sequatur omnium creatorem, prouideat pater bonam uxorem filio, & filia iustum uirum.

Per Christianam uero iustitiam altius intendentes, caueat omnis pater, ne artem aut scientiam percurrat filio, cuius occasioe cor eius a domino auertatur, & sequatur uitam non bonam deducentem ad terribiles sedes. Custodiat similiter filium, ne pessimo uiro tradat uiuenti prater iustitiam Christianam, & ne aliquo implicetur amore, quo domum fcedet paternam, magis autem perdat animam suam, aut ne aliquo errore maculetur, ad quem sexus mulierum est pnus. Vnde per sapientiam dicitur:

Ecdi. 7.

Filie tibi sunt serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus facies, & homini sensato da illam.

3. Re. 2.

Anna sterilis filium postulatit a domino, & statim post ablactationem domino tradidit eum, ut ministraret in tabernaculo eius, cui uir eius Helcana in uoto & facto consensit. Et enim aliter ipsa nequisset. Et maluerunt ambo priuari consolatione filij postulatit, ut consecrarent eum domino, & ipsum secundum communem morem parentum affectu filiali retinere in domo. In quo forma prerogatur parentibus, ut suos filios non sibi, sed domino debeant dedicare. Vt profecto parentibus, qui ad seipios, non ad eum proprios natos enutriunt, & erudiant humanis, non caelestibus disciplinis. ¶ Heli correctus est ad no, qnãdã corripuit filios suos Ofni & Phinees, qui propter gulam & luxuriam populum diuertebant a cultu dei, & ipse mortuus est cupiter & filij eius.

1. Re. 2.

Tobias filium erudiuit non ad se, sed ad conditionem eius, & docuit eum urbanitatem regni caelorum, & illorum morum irreprehensibilium, magis uero expedientium ad salutem, quam carnalis pater conferre non nouit, potuit etiam multo minare. Et licet expediat doctum fieri, conuersari humane inter homines, non tamen placita hominibus conuersatio placebit altissimo, nisi uirtus Christiana principiet, mediet, apponat Christianae iustitiae finem. Finis autem Christianae iustitiae propter premium, est ille, qui propter significatione

Tob. 1.

Intentionem & opus, finis est legis & prophetarum, qui dicitur Christus omnium redemptor & dominus. Proinde Tobias ait filio: Caue ne aliquando peccato consentias, & praetermittas precepta dei nostri. Prohibet pius pater in filio, ad quod inducitur omnis pater, ne solum peccatum non faciat, sed ne per consensum admittat, dissuadet in filio actum, qui prohibet omnino consensum. Et cautelam indicit, ne praetermittantur dei precepta, quoniam in ipsis est uita. Monebant filios suos dilectores in republica, ne precepta contemnerent augustorum, & republica non inquireretur, pro eo quod ad notam ascriberetur peccatum in republica filiorum. Et sciebant quod non peccabant impune, qui contra mandata facerent augustorum. Et in mandatorum custodia suorum filiorum uitam tacite prouidebant, ne mandatorum praeraticio fieret extinctionis uitae occasio. Proinde si parentes uitam diligunt filiorum, ad obseruantiam diuinorum mandatorum ipsos instruant & inducant: quoniam in ipsis est uita, non temporalis, sed aeterna. Et saluatorem dixisse scriptura commemorat: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et iterum interroganti, quid boni faciam, & uitam aeternam possidebo? respondit: Serua mandata. Si diligunt reipublicam manere quietam, istam ne inquietent filij, praemoneant ueri patres. Nam nulla reipublica uerior, quam ea qua ordinat iustitia Christiana, in qua nulla est acceptio personarum, sed uirtutum & actionum iustarum. Si notari timet in crimine filiorum, ac si ex eorum incuria uenerit, aut ex imitatione qua agit in exemplis: magis timeant, si filij ex eorum negligentia diuina mandata non seruant, ubi notam incurunt in conspectu summi augusti & ciuium superiorum. Et certum est, quod nullum peccatum apud eum praeter impunitum. Et uitam aeternam prouideant filijs in mandatis diuinis, quam nanciscuntur in humanis. Plures alias monitiones pius pater subiungit, ut ostendat quid patres & qua urbanitate patres debeant prouidere in filijs, & quales filij manere debeant in seipsis, dicens: Ex substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum fuerit tibi, etiam exiguum libenter impartiri stude. Praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam elemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo elemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & praeter uxorem tuam nunquam pariaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu aut in uerbo dominari permittas: in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Quicunq; tibi aliqd operatus fuerit, statim mercedem ei restitue. Ecce merces mercenarij apud te omnino non moueat. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu alteri aliquando facias. Panem tuum cum esuriensibus & egenis comede, & de uentris tuis nudos teges. Panem tuum & unum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium autem semper a sapientibus perquire. In omni tempore benedic

Tob. 4.

Intentionem & opus, finis est legis & prophetarum, qui dicitur Christus omnium redemptor & dominus. Proinde Tobias ait filio: Caue ne aliquando peccato consentias, & praetermittas precepta dei nostri. Prohibet pius pater in filio, ad quod inducitur omnis pater, ne solum peccatum non faciat, sed ne per consensum admittat, dissuadet in filio actum, qui prohibet omnino consensum. Et cautelam indicit, ne praetermittantur dei precepta, quoniam in ipsis est uita. Monebant filios suos dilectores in republica, ne precepta contemnerent augustorum, & republica non inquireretur, pro eo quod ad notam ascriberetur peccatum in republica filiorum. Et sciebant quod non peccabant impune, qui contra mandata facerent augustorum. Et in mandatorum custodia suorum filiorum uitam tacite prouidebant, ne mandatorum praeraticio fieret extinctionis uitae occasio. Proinde si parentes uitam diligunt filiorum, ad obseruantiam diuinorum mandatorum ipsos instruant & inducant: quoniam in ipsis est uita, non temporalis, sed aeterna. Et saluatorem dixisse scriptura commemorat: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et iterum interroganti, quid boni faciam, & uitam aeternam possidebo? respondit: Serua mandata. Si diligunt reipublicam manere quietam, istam ne inquietent filij, praemoneant ueri patres. Nam nulla reipublica uerior, quam ea qua ordinat iustitia Christiana, in qua nulla est acceptio personarum, sed uirtutum & actionum iustarum. Si notari timet in crimine filiorum, ac si ex eorum incuria uenerit, aut ex imitatione qua agit in exemplis: magis timeant, si filij ex eorum negligentia diuina mandata non seruant, ubi notam incurunt in conspectu summi augusti & ciuium superiorum. Et certum est, quod nullum peccatum apud eum praeter impunitum. Et uitam aeternam prouideant filijs in mandatis diuinis, quam nanciscuntur in humanis. Plures alias monitiones pius pater subiungit, ut ostendat quid patres & qua urbanitate patres debeant prouidere in filijs, & quales filij manere debeant in seipsis, dicens: Ex substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum fuerit tibi, etiam exiguum libenter impartiri stude. Praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam elemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo elemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & praeter uxorem tuam nunquam pariaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu aut in uerbo dominari permittas: in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Quicunq; tibi aliqd operatus fuerit, statim mercedem ei restitue. Ecce merces mercenarij apud te omnino non moueat. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu alteri aliquando facias. Panem tuum cum esuriensibus & egenis comede, & de uentris tuis nudos teges. Panem tuum & unum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium autem semper a sapientibus perquire. In omni tempore benedic

um, & pete ab eo ut uias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permancant.

Ecce urbanitas regni caelorum, quae in terris peragitur ab ista urbanitate praedocuit. Ecce urbanitas angelorum. Ecce urbanitas uerorum sanctorum. Ecce urbanitas Christianae iustitiae, quae mundo caecus pater, multa mentali oculo uidens, proprium filium docuit. Ecce ad quid patres commone debent filios suos. Sed quod quorundam Christianorum patrum horrenda conditio, & horror inexplicabilis conditionis iniquae mentalis hominum caecitas. O saui parentes in filios. O qui eos genuistis in hanc miseriam, & uestra incuria, uestraq; malitia illos disponit ad gehennam. O peruersa dilectio, quae filium temporaliter diligit, & in aeternum odit. O peruersus parentum affectus, qui taliter habeat filios, ut dei faciat inimicos. Quid iuuat scire moralia, quid eis nosse rhetoricam, quid philosophiam scire? quid prodest esse archiatrum, quid leges noscere Augustorum, quid Ciceronem apprehendisse, aut Senecam nosse, quid Homerum, quid Varro nem? quid refert peritum esse satyrum? quid acceptum fieri regibus in regulatis & compositis moribus? quid in pulchro & apertum esse completum, si Christiana urbanitas desit, si Christiana iustitia non asit? Et Salomon dicit: Si quis cosum matris (id est, perfectus) fuerit inter filios hominum, (filij enim hominum sola humana sentit) quasi in nihilum reputabitur, si abfuerit ab illo sapientia tua, id est, urbanitas Christiana. Filij Agar exquisierunt sapientiam quae de terra erat, sed Tobias filium docet sapientiam, quae de caelis est.

Comparemus bonitatem ad malitiam, imò ut deceptor sit locutio, bonitatem malitij opponamus: quia nulla est comparatio, ubi ab utraq; parte non est participatio qualitatis. Docent carnales patres & humani congregare pecuniam, docent dispergere Christiani. Suadent illi mittere in carbonem, ueri parentes dispergere in elemosynam. Illi naturae communitatem docent filios, ut propriam faciant: isti uero docent, ut proprietatem in communitate deducant. Docent illi cum thesaurizat aut thesaurizare docet, bonitatem naturae peruertere: isti uero naturam sequuntur, cum non docet thesaurizare, nec etiã hoc nouit charitas Christiana. ¶ Non est de conditioe naturae, quae uultus hominis auertat a paupere. Natura naq; pauperes genuit, & nudos proiecit in hanc uniuersalem aeternam. Et quauis multi non sunt in diuitijs, nullus tamen natus est deliciosus & diues. Omnium unus est & nudus & egenus ad umbraticam uitam introitus. Igitur docet sedulus ad filium patrem, quae diuitiae accesserunt ex tempore aut ex acquisitione, quod faciem & elemosynam non auertat a paupere. Peccatum est contra originale iustitiam atq; Christianam, quod quis propter bona fortuna, faciem & beneficium auertat a bono naturae, quod bonum seruat in paupere.

Doctrina igitur Christiana patris ad filium, ut commune faciat quod est proprium, de lege originalis iustitiae atq; Christianae procedit. Hoc enim agit omnis iustitia, ut indigentem, non sufficientem prouideatur. Ideo memorat pauperem, uelut ope naturae indigentem, sed finem omnium causarum antecedit, cum dicit: Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. O sancta & uera paternitas in-

tentio, qui ob hoc praemonet & exhortatur, ne dei facies auertatur a filio. Nil ualet ad filium parentum carnalium facies gloriosa, si ante diuina non respicit. Actum uirtutis expedit cum potentia commensuratum fieri. Hoc enim iustitia mandatur, nec plus exquirat in actione, quam fuerit in potestate: potentiam autem ad possibilem actum non decet esse remissam. Exactio iustitiae Christianae ad id tendit, ut bonum possibile fieri, totum fiat. Alioquin ipsa iustitia in homine subiecto habente aliquid agere, pateretur eclipsim. Proinde subiungit: Quomodo poteris, ita esto misericors. Quod si hanc misericordiae uirtutem ad habitum mentis referimus, exhortatur pater filium, ut quantum potest, exhortetur in animo indigentem. Si uero ad actum referimus, mensura, & modus erogandi taxantur, in eo quod dulcis pater adiecit: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, libenter impartiri stude: ut superpleat defectum muneris, liberalitas mentis: & exiguitatem dati, libens dantis adaugeat promptitudo. Prouideat omnis pater quod caecus corpore parens, mentis clara luce prouiderat in filio, ut in tempore necessitatis ultima: non egeret: quam multi hic egentes atrociter pertulerunt. Et in tempore illo nihil proderunt thesauri impietatis, si defuerint thesauri gratiae atque uirtutis. Vnde ambobus patris securus adiunxit: Praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, scilicet cum ultimis finis aduenit. Quoniam natura seruata communitas & iustitiae Christianae decretum, ut de ipsis bonis naturae ad usum uitae concessis subueniatur egenis, siue de hereditarijs, siue de partijs, habet largitorem, a peccato pariter & ab aeterna morte reddere in iudicio expeditum. Nec permittat elemosyna libero animo erogata, in tenebras ire animam erogantis. Non timebat pater in filio corporis tenebras, quas ipse portabat: sed mentis tenebras, quas ipse horrebat. Et potius uoluisset filium corpore fieri tenebrosum, quam tenebras animae perpeti in aeternum. Hoc enim omnis pius debet timere in filio, quasi dicere pater uelit: Fac elemosynam filii, quia non patietur animam ire in tenebras.

Secundum exiliorem intellectum, etiam in moralia uita tria mala pater in filio praecauet, quae mala pietas & compassio & subuentio in proximum saepe denuntiant: peccare, in peccato mori, & ire in tenebras ignorantiae. Cernebat diligens pater diligenter in animo omnem hominum fiduciam esse uanam, filium suum in solo deo monebat habere fiduciam, cuius fiduciae praemittebat & causam, dicens: Fiducia magna erit coram summo deo elemosyna, omnibus facientibus eam.

Ad dilectionem Christianae iustitiae spectat in omni dilectionis rationabilis genere, quod diligitur munditia in dilecto. Et sicut turpis dilectio turpem quarit dilectum, sic mundus & honestus amator mundum dilectum acquirit. Et haec est dilectionis iustae probatio atq; educatio, quod munditia sit in diligere & pariter in dilecto, & quod in munditia diligatur amarus. Hanc honestus pater honeste diligens filium, praemonebat. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & praeter uxorem tuam nunquam pariaris crimine scire. Docet pater honestus

Ibidem.

Ibidem.

Tob. 4.

filium honestatem, & omnem corporis continen-
tiam, & antequam haberet uxorem, ut omnis car-
nalis concupiscentia & actio deuteretur, serueturq;
munditia hominis utriusque, dum ab omni forni-
catione filius docetur cauere. Nec ista doctrina &
sana cautela dabatur filio coniugato. Carebat tunc
uxore, quam postmodum accepit in peregre: sed
ideo pater adiecit, ut si coniugari uolueris, præter
uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Di-
ctat filio solers fidem seruare uxori, non adultera-
ri, quod mandatum est, non efflui per libidinem q;
habet, aut qui non habet uxorem, non querere
propaginem illegitimam, non esse carnis alterius
furem, suam non furari uxori, quæ potestatem ha-
beret sui corporis. Cognouit antiquum malum in-
ter captiuos liber, & secretus pater in animo, quod
præcauebat in filio, scilicet superbiam malum, omni-
um malorum initium atque fomentum: quod ex-
cludit ab animo, excludit à uerbo: ab animo, ne
deum offendat: à uerbo, ne offendat & proximū.
Paternus amor uellet filium à causis & calumnijs
liberum fieri, ne cogere tur aliquando pro debito
in iudicio sisti. Et magis fit talis doctrina patris
ad filium, ne à creditoribus oporteat auertere faci-
ciem sub pallore uerecundia propter debitum,
nec timeat iudicium ciuile propter non redditum
alienum.

Et omnino est de iudicio iustitiæ Christianæ,
ut mercenarius non priuetur sua mercede, nec de-
tineatur pro tempus mercenario pro mercede, cū
sudoribus proprijs corporis laboranti. Nam de-
tenta merces causat indigentiam, inuitat ad iram,
generat dissidentiam, & repeditatem affigit in ani-
mo amplius seruendi, & forte mercenarius neces-
sitate confringitur, nec non & plures habebit fo-
uere, ut similem speciem expectantemq; paruulam
prolem. Quid etiam si creditorib; subiaceret ob-
noxius? Species est latrocinij, detinere mercedem,
& non unius, sed plurium malorum sarcinam por-
tare. Et in lege Moisaica mandabatur: Non mora-
bitur apud te opus mercenarij tui usque mane. &
ipsa iustitia transit in ius mercenarij opere pera-
cto, quod deuenit in pactum. Vnde qui id non dar-
ilico, retinet alienum. Proinde curiosus pater de fi-
ljo, ne in iudicium cogatur uenire humanum, p-
maxime præcauens, ne sisti oporteat ante infalli-
bile dominium æternum, pro eo quod detenta mer-
ces secundum Iacobum, clamat ante deum, & ne-
uelut latro appareat ante deum detinendo mer-
cedem, intento animo & claro uerbo dicit ad fi-
lium: Qui cumque tibi aliquid operatus fuerit, sta-
tim ei mercedem restitue: & merces mercenarij
tui apud te omnino non maneat. Væ autem innu-
meris parentibus Christianis, qui nondum filios
præmonuerunt reddere debitam ex labore mer-
cedem, sed docuerunt rapinam, furta, & turpis lu-
cri omnem scientiam malam. Et plerunque prius
fecerunt eos falsitatis alumnos, quam discipulos ue-
ricatis. Et sæpe filij à doctrina paterna suscipiunt,
& in paternis moribus discunt facere illa lucra, si-
militer & rapinas, quæ iustitia Christiana propheta-
nat. & proculdubio dixerim melius sæpe fuisse fi-
lij malorum parentum, qui filios constituent ad
malum, quod suscepto baptisate paterno gladio
fererentur, aut quomodolibet traderentur exitio,
quam si aliti, causa ipsorum in criminibus adolen-

Leui. 19.

Iac. 5.

Iac. 5.

Tob. 4.

tur, implentur peccatis, uiuunt in eis. Et quod hor-
rendius, præ dominante malæ consuetudine lege,
theaurizata impoenitentia moriuntur in illis, tra-
dendi pœnis æternis. Aspicat in naturalem atque
originalem & Christianam iustitiam omnis pater,
& quem suscepit ex femine filium, aut si que-
piam fecerit adoptiuum, in ipsa faciat insignium,
& morum claritate conspicuum. Ipsa est quæ do-
cet & facit homines inter se ipsos pace bona, quie-
te secura irreprensibiliter conuersari.

Docet iustitia Christiana, quod quantus non
omnibus debeantur omnia, tamen quod nemini
penitus fiat iniuria. Cur ergo fieri debet alicui
propter causam iniuria, cum factam mandet non ulci-
sci, sed dare? in ueniam ipsa Christiana iustitia: Et
ex hoc pater ad filium ipsam iustitiam prærogat,
dicens: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne ual-
teri aliquando facias.

De ista iustitia omnis pater erudiat filium, ex
qua non inqueratur hominum uita, respublica
clarefcit in moribus, inimicitia non confurgunt,
onustus homines ferro cedere non oportet, pa-
rula omnia erunt, nihil firmabitur propter hostes,
ubique erit secura dormitio. Erit superuacua mul-
tudo custodum, si nullus alteri cõferat damnum.
Non erit latro in syluis, in insidijs non morabitur
prædo, alienarum rerum uiolentus ereptor non
apparebit in uis: ut maxima multitudo, unus erit
ubique securus: ante tribunalia non erunt fustigi
clamores: nullus ponet de offensione aut de aliqua
oppressione querelam: uidua non apparebit cum
lachrymis, non dehonefabitur uultus eius inter
homines aut opprimentes uel adiutores, uultum
non aspiciet aduocati, & defensores in causa non
præstolabitur. His abiectis, impudicitia: locus &
turpitudinis causa tollitur: pupillus non indige-
bit tutore, quantus aut ore indigeat: nulla erit que-
rela, ubi nulla sit iniuria.

Clamat hoc Christus, clamat euangelium eius,
clamat iustitia originalis, clamat & Christiana,
clamat omnis ratio, clamat omnis non nubila cõ-
scientia: Quod non uis, alij ne feceris.

Sed quoniam hoc uerbum alibi suam disserti-
onem longiorem habet, hic per amplius non de-
claramus. Omnis ratio iustitiæ, docet actus uirtutis
humanæ atque diuinæ, fundamentum habere ra-
tionis atque iustitiæ. Liberalitas erogandi si ordi-
nem rationis non seruat, prodigalitate efficitur ul-
timum: si rationis ordinem nouit, manet ipsa quod
est. Ratio autem quæ ipsam gubernat, hunc habe-
nat ad modum, scilicet non dare, indigentiam non
habenti. Vnde copiosius erogare illa quæ habent
similia, est aquam maris refundere super mare. Mi-
litem dare regi, seruum domino, exceptis feudo-
talibus, quæ de regali sunt fere, nulla liberalitas
est. Si autem spe retributionis à rege suscipiende
quippiam dederat, non liberalitatem habebat in
animo, sed antidotum & mercedem. Si protinus
mūdus erit dantis animus à mercede, ab ipsa dan-
di liberalitate motus, porrigens dona regibus at-
que principibus, indigentibus prætermisissis, non li-
beraliter fecit ex Christiana iustitia, sed potius
suduuit adiuuare uano conamine cum facibus lu-
mæ solis. Dare indigenti uesimetro anulū, & fameli-
co uestimētū, detero insolubilib; in carcere offerre
palatium, nisi prius à cõpedibus soluat, & periclitari

offerre iocalia, liberalitatem humanam, elemosy-
nam Christianam nullo modo protestabor. Ius-
titia Christiana docet, ut necessaria, non imperi-
nentia, indigentibus ministrantur. Et secundū tē-
pus donantes iuste fieri expedit, ut dentur conue-
nientia tempori pro subuentione personæ. Theri-
strum in hyeme dare indigentibus* foedo, & * re-
mouet in estate indigentem theristrum, ad iura libera-
litas & elemosynæ pertinere non noscitur. Gir-
gillum dare militi, & ensem mulieri, ad officij ius-
te donationis non pertinet. Et libros archiatricę
artis offerre storib; & aduocatis, & Iustiniani co-
dices & digesta dare archiatris, noui esse ridiculū.
Honorare in donis tabellionem stimulo, & agri-
cultorem calamo, appropriari fabulæ uanæ.

Igitur omnia dona iusta habent decentias à ius-
titia ordinatas, quas uidit in lumine rationis, cor-
pore cæcus Tobias, cum dixit ad filium: Panem tu-
um cum esurientibus & egenis comede, & de ue-
stimentis tuis nudos tege. Aci dicat: Noli dare pa-
nem eructuanti. Et omne sustentamentum uitæ
participa cū egenis. Ad hos iustitiæ datoris eum
qui dare potest, inclinat. Ad hos in subuentioni-
bus respicit iustitia Christiana. Pro ista iustitiæ lar-
gitate saluator dices, pro nobis factus egenus, fan-
cientibus conuiuia dixit: Cum facis prædium aut
canam, noli uocare amicos tuos, aut fratres tuos,
& neque cognatos, neq; uicinos diuites, ne forte ipsi
reintuent te, & fiat tibi retributio. Sed cum facis
cõuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos,
& beatus eris, quia non habent uide retribuant
tibi: retribuet enim tibi in retributione iustorū.

Ecce supra pium patrem Tobiam, docentem filiū
dare muneris iuste, iustitiam & meritum dationis
apposuit. Id quod dandum est, id quod dare dispo-
sui ille qui habet, secundum Christianam iustiti-
am amicitia non debetur. Nam dissuadet salua-
tor uocare amicos, fraternitati Christiana iustitia
non concedit, ueraciter uocari ad prandia fratres. Co-
gnationi alicui non expedit donorum largitio: ne
cognati uocetur, similiter prohibet: uicinitati atq;
diuitijs iusta nequit esse donatio, dum necessitas
in alijs ex aduerso confurgit, quia ipsa Christiana
iustitia indigentiam solum in largitionibus respicit.
Et ridiculum esset, ad faruitatis genus omni-
no conueniens, hortis & aruis sitientibus, in flu-
minibus & mari aquam refundere.

In dationibus etiam Christiana iustitia respicit
deum, à quo uult expectare non temporale præ-
mium, sed æternum. Proinde non uult q; propter
temporale præmium, quod amici, fratres, uicini,
cognati & diuites possent rependere, perdatur æ-
ternum, quod solus qui æternus est, habet iustis ple-
ne conferre. Sed uocandi sunt indigentes, nulla, p-
pinquitate distincta, quia nec eos iustitia Christi-
ana excludit, si necessitas aut indigentia eos pre-
mit. Idcirco saluator pauperib; debilib; claudis,
cæcis, uelut ab inedia expugnatis, angustiatiss in ne-
cessitate, ab indigentia pressis, iuber donationis iu-
ra deberi, magis uero largiri, ut retributio non se-
quatur in hoc mundo, sed in regno superno, cum
secundum Christianam iustitiam fuerit facta do-
natio. ¶ Iustorū & peccatorum nomine atq; re,
omnium hominum uita distinguitur, quantus qs
horum maior sit numerus, aut quis peccator & ius-
tus, ab ullo homine non sciatur. Soli enim deo

uitorum est cognitus numerus, similiter pecca-
tor & iustus. Et uterq; sustentantur ope diuina. Et
sæpe uidemus abundare, quam iusti, per amplius
peccatores. Nilhominē ipsa diuina iustitia iustos
prius in subuentionibus respicit ex debito iuris,
quantus multi affligantur & expugnentur ab in-
edia iusti, iure diuinæ permissionis, ob aliquod in-
signe uirtutis, in expectatione celestis promissio-
nis. Nam propter iustos sustinet atq; gubernat om-
nipotens plurimos peccatores, quos certissime
nouit esse damnandos, quantus ut iusti flant expe-
ctet & multos: & quod est bonum & necessariū,
ad uitam istam expediens, superfluitate damnata,
prius ad dei seruos, q; ad eius amulos spectat.

Proinde pater in filium amore procliuus, hanc
iustitiam ipsum doceat obseruare, sicut uerus pater
Tobias Tobiam filium obseruare docebat: Pa-
nem tuum & uinum tuum super sepulchram iusti
constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum
peccatoribus. Primo certum fit, quod iusti sepul-
tura non comedit neque bibit. Sed iste noscitur esse
sensus: Panem tuum & uinum tuum super iustos,
aut cum iustis comede atq; bibe usq; ad ipsorum
sepulchram, scilicet usquequo ad sepulchram tra-
dantur. Iustus indigentibus uult Christiana iustiti-
a subuenire, quantus ditari omnino prohibeat.
Et ad eos ueniendo pertinent bona natura. Non
enim deus mundum sic & tantis bonis replem,
tradidit peccatoribus ad utendum, sed bonis iustis
quos ipse creauit, scilicet parentibus primis, quibus
etiam post peccatum non abstulit, quantum mult-
tis repleuerit calamitatibus atq; miseris.

Prius igitur naturæ bona in usu bonorum, quæ
malorum fuisse noscuntur: ex hoc uoluntas homi-
nis libera, quæ mouetur ad largiendum de natu-
ræ bonis hæreditarijs siue partis iustitiam & eius
ordinem primo conspiciat, & alumnis iustitiæ, na-
turæ bona ministrat. Hoc em postulat ordo bonis,
ut amicis iustitiæ, non inimicis, uocare bona des-
seruiant. Et si seruiunt, atque luberiori modo ex
ipsis bonis inimici iustitiæ foueantur, hoc non fiat
de largitate atq; dandi liberalitate hominis, qua-
uis sic permittat prouidentia creatoris. Multa em
creator permittit in uniuerso fieri ordine, quibus
uoluntas hominis non debet ratione aliqua con-
sentire. Alioquin malis innumeris quæ deo per-
mittente fiunt, uoluntas placitum cogere tur præ-
stare assensum, sed hoc nefas est credere, ut aliquis
peccato debeat assentire. Et quantus teneamur de
ligere hominem, non tamē tenemur diligere pec-
catorem. Proinde cum iustis sit participatio men-
sæ, iustis fiat largitio elemosynæ. Ipsi à largitate
hominum foueantur, ipsi manu teneantur ab homi-
nibus iusta liberalitate.

Cum peccatoribus, dei atq; Christianæ iustitiæ
inimicis, si cogniti nempe fuerint, non sit partici-
patio mensæ, nulla communicatio cibi & potus,
deuteretur sodalitas. Conuenerunt iustorum asse-
ctat pater in filio, ad quod debet intendere, si quis
rationalis est homo.

Iustorum cõtubernium, est omnis uiatica con-
solatio præter deum. Nam iustus iustitiam loquitur,
neq; ab ore iustorum egredietur uerbum ma-
lum atq; dolosum, unde capiatur dogma peruer-
sum, nec agit perperam, ut præset malū exemplū.
Et recipere iustum, est recipere iusti præmiū, Ipse

Tob. 4.

Tob. 4.

Luce. 14.

Tob. 4.

Mat. 7.

Luce. 14.

Mat. 10. nancy saluator dixit. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Dederat Tobias filio suo praecepta Christianae iustitiae atque consilia, priusquam esset nominata iustitia Christiana. Volebat pater filium conuersari cum dilectis deo.

Psal. 146. Psalmita enim dicit, quod dominus diligit iustos. Nec magnipendebat conuersationem filij cum dilectis a modo, aut dilectoribus eius, qui inimicum habet deum eius. Hoc enim omnes patres filijs suis erogent in doctrina, ut iustis tribuant, cum iustis conuersentur, cum iustis non effuse atque auide neque maculose conuiuuntur, sed in timore dei, etiam in subuentione Christianae iustitiae. Sed quod iustum est debitum, non conueniat in conuiuio peccatorum. Infert enim: Et noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Sed non contemnuntur peccatores, eo quod homines sunt, sed deuitentur nisi respiciantur, quod peccatores sunt. Amico dei inimicus, dei amicus esse non debet. Inimicus dei est omnis peccator, qui ueri Christiani non debet esse collega, non commensalis in mensa, non comes in uia, neque in conuersatione sodalis, ne forte discantur iniquitates eius, aut corrumpatur mens ex epulis eius, & oriatur infamia ex conuersatione, aut participum fiat in crimine. Nam participes uidentur criminis, qui participium habent cum criminosis.

Tob. 4. Periculosum & temerarium est sine consilio sano uiuere, plerumque nancy incelsi in expiabilia incurrerunt, nec adepti sunt bona cupita. Nemo enim tante noscitur sapientiae atque uirtutis, nisi quem deus per seipsum protegendum atque consulendum assumpsit, qui ad consilia sibi pro cauendis atque agendis sufficit. Quamobrem ait filio pius pater: Consilium semper a sapiente perquire. Hinc & in Ecclesiastico dicitur: Si uideris sensatum, euigila ad illum, & gradus ostium eius exterat pes tuus.

Eccf. 6. Et alibi: Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Sed quoniam alibi de consilio agitur, hic siletur.

Eccf. 32. Postremo pater amabilis gratiarum actionem & orationem, & infallibilem intentionum & morum ueritatem filio docuit, cum adiunxit: In omni tempore benedic deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

Tob. 4. In omni tempore deus ab homine benedicatur, si equaliter in aduersitate atque prosperitate, de omni bus implacitis & placitis grates domino referuntur: quia in aduersitate semper erudit & probat, in prosperitate ad meliora incessanter inuitat. In aduersitate ad superna ire compellit, in prosperitate dulciter trahit. In omni firmiter tempore benedicendus est dominus: quia si faciem suam uariat mundus, inuariabilis tamen est qui unus est deus, qui benedicendus est atque laudandus, si semper in horresceret conditus mundus. In omni tempore benedicat homines, ut Tobias praeponet filium suum, pro eo quod si asperum est quod euenit, siue amorem quod accidit, nihil tamen nisi ad profectum nostrum diuina bonitas euenire permittit. Et nulla esset aduersus deum querela, si hoc crederet aut aspiceret mens humana, & benediceret lingua, pariter & uita: quia nulla est benedictio linguae, nisi adiungatur benedictio uitae, magis autem & interioris animae.

Porro benedictio linguae in uerbis uitae, in moribus iustis: atque uero, in dilectionibus purissimis agit.

Orationem ad quam filium praemonebat, in omnibus necessarium est exhibere. Est enim ipsa praebulum ad omnia quae iuste petuntur, & quae dare disposuit omnium creator & pater. Sed taxatum finem in petendo apposuit, quem omnium morum dixerim esse finem. Ait enim: Et pete ab eo ut uias tuas dirigat. Orationi praemisit gratiarum actionem. Expedit protinus fieri. Orationi addidit finem, directionem uiarum innuens.

Attendant hic omnes filij & filiae, pueri & puellae, iuuenes & senes, & omnes rationis & fidei Christianae capaces, quid docet pater filium ab altissimo postulare. Omnium nempe bonorum moralium & aeternorum, uisibilem & inuisibilem, expeditum & opportunorum petitionem, continet ista petitio in directione uiarum. Omnes uig filiorum hominum, & omnes gressus intellectuales atque morales obliquabuntur, & distortiorem habebunt, & inobliquat ad inferna peruenient, nisi a domino dirigantur. Omnis enim uia in Christiana iustitia obliquata, in infernum est recta. Et distorta uia in moribus, obliquat gressus ad superiores. Proinde expedit quod a domino dirigantur. Haec pericula Salomon clara mente conspexit, cum ait: Est uia quae uiderit homini iusta, non uisibilem eius ducit ad mortem. Quam saepe conringit, quod hoc quod uiderit iustum, iniustitiam fouet: & quod rectum est, subuelat obliquum: & uiarum terminus est infernus. Ieremias ad hoc afferebat: Non est in homine uia eius, neque uiuunt ambulet & dirigat gressus suos. Unde cogimur etiam cum gemitibus postulare, ut ipse dirigat uias nostras. Nam multa homo disponere, sed dirigere gressus non potest. Hinc Salomon dicit: Cor hominis disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hanc directionem petebat Dauid, dicens: Dirige domine deus meus in conspectu tuo uiam meam. Et alibi: Uias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Et ibi demum: Dirige me in ueritate tua. Et alibi: Vinam dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas.

Quis dirigit uiam intellectus? atque affectus ad custodiendas iustitias dei, nisi conditor deus? Quis uiam morum nostrorum, nisi qui omnes gressus nostros dinumerat, & perfecte nouit unde homo in uia sua semetipsum obliquat? Petebat incessanter: Notam fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

Petenda est uiarum notitia, quia periculosus erratur in uia morum quam pedum. Postulanda est uiarum notitia, quia non dormitat malitia diabolica, ut auertat a uia diuina. Et pro directione uiae, ad deum leuanda est anima. Hinc etiam Salomon dicit: A domino, non ab angelo, non ab homine, diriguntur gressus uiri, qui aguntur affectibus.

Quis autem hominum potest intelligere uias eius? Nullus, nisi conditor omnium deus. Sunt enim uiae, quibus descendit recto tramite in infernum: sunt uiae, quibus itur in caelum. Quam sint multiplices, quam uariae, quam diuersae, quis potest perfecte scire?

Petatur sedulo a domino, ut dirigat uias affectuum nostrorum, uias intentionum, uias morum. Quis si de us dirigat, curram sine offendiculo, non errabimus.

Ad ipsum peruenimus: quia omnis uia quam ipse dirigit, ad ipsum perducit: & suarum directionum ipse factus est finis. Quis rectam uiam graditur uirtutum? quis tenebit regiam uiam, ut non declinet in dexteram atque sinistram, propter tortuosum colubrum, serpentem antiquum iactem in uia, hoc solum agentem, ut diuertat a uera uia, ne redeamus ad locum certissimo tramite, a quo per appetitum obliquum ad loca tartarea descendit directer? Sed quae directio nobis magis noscitur opportuna, magis expediens ad inuentionem congrui atque perfecti? Dauid petendo dicit: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ut non do minetur mei omnis iniustitia. Sane iste propheta prouidebat atque aspicebat colubrum tortuosum in uia, qui congressus nostros obliquat, nobis omnis iniustitia dominatur, & a Christiana iustitia auertit? pedes nostros. Sed nec solum uiarum est petenda directio, sed ut orans dirigatur, est stenda petitio. Idem enim Psalmita petebat: Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus tendit in altum: incensum uero quod igne comburitur, & omne quod incenditur, igne incenditur: ignis uero aut per flammam, aut per fumum ex sua natura in altum habet resurgere, ad cuius similitudinem Dauid petebat orationem suam in alta per directionem ascendere. Sed ut breuiloquio direptionem aperiam, quam & omnes debemus expetere, quam etiam pater filio demonstrabat, quam offendere debet omnis qui filium ueraciter amat, ipsa est quam Theophrastus exoptat Apostolus, dicens: Dominus autem dirigat corda uestra & corpora in charitate dei & patientia Christi, quae petitio atque optatio tanto est clarior, quanto ipsam clamat omnis Christiana iustitia, & in contemptum dicit, intelligendis, diligendis atque agendis, magis noscitur opportuna, pro eo quod operatur directio cordium, uidelicet omnium inuisibilem, similiter & corporum, omni um scilicet agendorum, ut in charitate dei & Christi patientia, fundata sint corda: sic etiam in ipsis peragantur & opera.

Omnium intentionum & morum infallibilem ueritatem postposuit, cum omnia consilia in deo debere permanere praedocuit: Et omnia consilia tua in deo permanent, cum nihil fecerimus fieri dñi uoluntatem, quae uult omnes homines saluos fieri secundum infallibilem ueritatem. Si quis autem pater suos filios in talibus non erudit, si nouit: aut erudiri per alios desiderat, si non nouit: necesse est ut erudiantur, operam porrigit: sciat se filium non dilige, sed odisse: sed si diligit se credat, omnino diligit tanquam filium in transfusionis uirtute, non tanquam hominem in ordine originalis iustitiae, aut tanquam Christianum in uirtute Christiana. Cui mitius & melius foret habere afinos quam filios, equos quam natos: non enim pro animalibus, sed pro filijs in disciplina tenetur pater reddere rationem. Nempe si quid filius deliquerit aut commiserit ex paterna negligentia sine culpa, seu paternalibus monitis facere potuit omnino expediens & opportunum bonum, & non fecit, ad cumulum ascribitur paternalium delictorum. Sed haec sententia & si qua praedicta, firmitatem irremote habeant in filijs familias, qui paterno subduntur

imperio, quos non solum uerbis, sed uerberibus oportet ad bona & ad meliora compellere. Unde Salomon dicit: Qui parcat uirgae suae, odit filium: qui autem diligit illum, instanter erudit.

Ille parcat uirgae suae, qui filium cautum non red dit a malo, qui ad bona & opportuna non compellit, etiam per uerbera, si non profuerint sedula uerba. Et odium esse certissime nosceretur, si cum posses, hominem non auerteres a fouea mortis, quam ignorat, aut sciter & irretrouersibiliter cadendo petit. Et bonum cognitum, indigenti alteri non ostensum, maleuolentiae seminariū habet. Sic pater iudicaretur in filio, si pro posse a malo non auerteret pedem eius, atque ad bonum non conuerteret animum eius & mores. In filijs autem eman cipatis, qui sui sunt iuris, qui uoluntarie recesserunt a patre, aut quos pater meliori respectu tradidit libertati, ab his ligaminibus absoluitur pater: quia nec magis pater obligatur pro filio facto uiro, quam pro quocunque alio uiro. Indecens enim esset, nec patitur Christiana iustitia, ut ante deum patres obligentur pro filijs, inter quos cadit iura politica: quae quauis manet filiaro, quae fuit uirtute traducis, in patre tamen est ablata potestas, filio uero data libertas uirtute politici iuris. Pro filijs certe totaliter dependentibus a gubernatione paterna, inter quos non cadunt politica iura, patres obligantur ante tribunal diuinae iustitiae, si quantum in eis fuerit, non auerterunt a malis, applicuerunt bonis. Et parentes etiam excusari contumacia filiorum, quos dominus mandabat in ueteri lege lapidare. Frenantur patres ad filios ex Christiana iustitia, ne procedant in iniuriam. Quod Paulus apostolus Ephesius dicit: Et uos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros.

Prouocantur ad iracundiam a patribus filij, cum im misericorditer arguuntur, cum plectuntur improprie, cum denegantur eis quae debentur iure di uino atque naturae, cum ad superfluos exigitur labores, cum praferuntur filij posterioris uxoris sua dilectione atque suasionem prioribus: prohiberent omnino in lege diuina, ne filij posterioris uxoris, filijs prioris uxoris in aliquo praferantur, cum praehabentur illegitimi atque serui: cum turpiter nouerantur, mortua matre: cum posterioris uxoris filij praepouuntur prioribus: cum equalem eis non ostendit amorem: cum inaequat non inaequanda haereditatem: cum primogeniturae astabit omnino, caeteris defraudatis: nam de Christiana iustitia nullo modo primogenitura praefertur in potiori conditione muneris, quauis praefertur prioritate temporis. Non sunt igitur prouocandi ad iracundiam filij, sed in uirtute atque moribus erudicandi. Idcirco subiecit Apostolus: Sed educate illos in disciplina & correptione domini. Et ad Colossenses ait: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ne pusillo animo fiant. Nec ex hoc praemititur, imo intenditur odium euangelicum, ut parentes odiant filios, in eo quod ad cultum dei necessarium omnino nouerint esse impedimentum, ipso saluatore dicente: Qui filios non odit, non potest meus esse discipulus. Ut profecto nullus in amore sit filius, ubi offenditur dei unigenitus, Mariaeque primogenitus. Ac per ista duntaxat non dixerim, quod patres sic debent docere proprios filios, sed quia omnes filij hominum, si filij dei

Pro. 13.

Eph. 6.

Col. 3.

Luce. 14.

fieri uolunt, sic tenentur uinere, prout obligati sunt patres eos in tali doctrina instruere, quia omnis doctrina siue bona scientia ad hoc est, ut doceat, ideo docetur, ut audiatur: ideo auditur, ut apprehendatur: ideo apprehenditur, ut agatur: ideo agitur, ut ad beatitudinem ultimam perueniatur. Quia sicut qui natus est in hac mundi miseria, in fit non esse filium, excepto protoplasto, qui a domino immediate mandata & erudimenta suscipit: sic non excluditur, quin in hac doctrina oportet esse discipulum, expeditque per amplius sollicitate fieri potenter actuum.

¶ De iustitia filiorum erga parentes.
Caput III.

Postquam secundum Christianam iustitiam ordinauimus patrem ad filium, irreuerberato doctrinae radio ad patrem filium ordinemus. ¶ Ordo naturalis iustitiae filium subijcit patri, ea lege atque ratione, qua pater filio aneferatur. Cui adiuncta lex scripta digito dei, data in motibus altis per ministerium angelorum in manu Moyse, praecepit filios honorare parentes cum additamento, dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longaeuus super terram. Iura etiam gentium statuerunt & fecerunt filii patri subiectum, intantum, ut necessitate urgente possit exponere, atque uenditionis titulo alteri tradere in mancipium. Et statuerunt squissimas poenas & exheredationes, si filij abs re insurgerent in parentes: adijcetes ad honorem & imperij paterni cumulum in subiectione filiorum, quod filij qui nascuntur filijs non emancipatis, sub paterna iurisdictione constitutis, nascuntur superstitibus patribus auis. Nam Iacob morti uicinus, benedicens filios in Aegypto, nepotes quos susceperat ex Ioseph, benedixit titulo filiorum, Etia quae filius familias nanciscitur, sub paterno domino redigantur. Et expelli permittitur filius a patre, pater aut nunquam a filio. Potest pater filium iudicio sistere, nequaquam filius patrem. Carcerandi filium inest patri potestas: hoc exercere in patrem, in quacunque lege denegatur filio, nisi ob cultum uirtutis uitandique mali, causa in culpa dictante. Ut audeam dicere, si filius legum esset minister, delinquentem patrem potest a lege damnationis absolueret, ne per eum decerneretur. Christiana uero iustitia superueniens, omnem sanctam reuerentiam patri debitam per iura naturae atque legis Mosaicae, confirmauit. Et legis nouae lator dominus Iesus Christus ratificauit exemplo facti parentibus subditus factus. Sed quoniam magis intendimus nostra ponere, quam interferere aliena: proprium & inexcusabilem moralemque relationem filij ad patrem, duntaxat edisseramus.

Filius nomen est a Graeca lingua transumptum, ab eo quod Graeci philos, id est, amore dicunt: ut filius amor quidam sit relatione uera, quod amor, amantiss sit amor: amor autem amatus, de ordine iustitiae debet per uicem in amantem referri. Alioquin amor caderet de iustitia debita, exploratus tormenta, si amatus amandi uicem non rependeret in amantem. & si susceptor obsequij, non rependat in obsequentem. Nam amor amore exigit, & obsequium cum adest necessitas, simile requirit. Pater autem deus diligit filium deum, non alium, sed eundem ipsum, Et de dilectione sua non

substantialiter, sed participatiue dedit hominibus, cum eos ad suam imaginem & similitudinem crearet per memoriam, intelligentiam & uoluntatem, in qua uirtus amoris & amor ipse consistit. Proinde dilectus a patre filius, dilectionis uicem rependat in patrem: & sicut referat ad patrem ex uirtute transducit relatione reali, quia filius est, ita referat ad ipsum ex uirtute dilectionis relatione morali ut diligit, quia dilectus est. Addatur & alia dilectionis causa, quia homo in natura sibi similis atque communis est: subdatur & tertia, quia Christianus & redemptus aequali parte sanguine Christi est. Has etiam causas supra praemisimus.

Igitur dilectio filialis in hac trina causa fundata, etiam praeter id quod in lege scripta mandatur, irradiat in hominem patrem, & Christianitatis consortem. Et primum radii honoris effundit in eo quod homo est, sicut a Apostolus omnibus loquitur: Honore inuicem praeuinentes, ut unusquisque in altero dei imaginem & similitudinem ueneretur. In patrem uero irradiat honor, non propter dignitatem aut sapientiam, aut propter aliquod insigne annexum, sed pro eo quod pater est: et mutua relatione unius ad alterum. Et honorabit cum omni annexo laudabili siue uiruperabili, aut in moribus uel in natura, ut si rex esset pater, diues, magnus, sapiens, probus, fortis atque formosus, & bonis omnibus similibus circumfusus, honorabit patrem, non propter ista, magis uero propter patrem & in patre ista: quia ex istis non est filius, qui sola carnis irraductione dicitur natus, quibus abiectis nasceretur & filius. Est si pauper & ignobilis, si sciolus aut indoctus, si fatuus, si caecus, si abiectus ab alijs aut pro nihilo computatus, si paruus, si claudus, si mancus, si leprosus, si undique malis obiectus fuerit, honorabit debito natura atque legis Mosaicae patrem filius. Si uero exriterit peccator, & pater patri fuerit inimicus, sub spe correctionis honorabit paternitatem, habebit odio iniquitatem. Ex consideratione uero qua aequaliter fidei charactere suscepunt, unde Christiani uocantur, cum non extinguat naturam, neque legem Mosaicae gratia Christiana, hoc addetur in filio, ut magis diligit hominem patrem quia Christianus, quam quod homo & pater est. Et aliorum respectu & amoris radii clariori, quam naturalis atque legalis, filij radii amoris effunderit in patrem, cum actuali reuerentia corporis, & omni sollicitudine atque cura subuentiois: nec ob aliquod dedignabitur patrem, aut ipsum erubescet propter inharentem defectum coram alijs consistere. Ut si tanta uirtutum probitas esset in filio, ob quam culmina dignitatum attingeret, & multos sibi uideret in auroritate subiectos, & sibi hominum ceruices pro reuerentia flecterentur, si supra patrem omnimode haberetur, ipse patrem in quantalibet infirmitate dedignatur, supra seipsum reputet, ueneretur, ope subueniat, sibi que flectat in honore ceruicem. Nulla enim superueniens dignitas, paternae derogat dignitati. Nam sicut paternitas non excludit filium ad aequitatem dignitatis, in ordine reipublicae aut sacramentalis ministri est: sic nec aequa quaelibet dignitas filium excludit a patre, in exhibitione honoris siue obsequij. In eo igitur quod gradum dignitatis ascendit, publicae personae gerat officium: in eo quod filius est, honorem uereatur paternum, hoc duxit excepto, quod in eo pro

fitus excellentia quam non habet a patre, non amplius patrem uereatur, quam alium diligentissimum consultorem, ut propter eum uirgam iustitiae inclinet aut erigat, intendat siue remittat. Tanto autem quocumque filius communis aut infulsus, honore atque obsequio praueuiat patrem, quanto ipse uellet in bona ratione animi & iusto iudicio positus, a filijs suis praueuiri. Sed quoniam omnis filius patrem habet & creationis & carnis, ut secundum Christianam iustitiam nullus sit alicui pro diligendo patri, qui aeterno patri non erit amicus: nullus filius subdatur patri, qui patri aeterno fuerit inimicus. Nam filium quem huiusmodi relatio ligat, absolutum omnino paternam iniquitas, nisi sub spe correctionis toleretur, dum tamen pater iniquus non amaretur. Per amplius in hac parte iustitia Christiana, praegreditur, ut etiam inter patrem & filium posuerit odium atque gladium, ut ipse saluator dixerit: Qui patrem & matrem non oderit, non potest meus esse discipulus. Et alibi: Non ueni pacem mittere in terram, sed gladium. Odius igitur iustitia Christiana iustitia, non personae siue naturae, sed iniquitati debetur & impediendo uirtutis, quod conseruerunt praeter parentes: hac in comparatione quodammodo odium est ad minus, & comparatione melioris uelut odium est ad bonum.

Luce. 14
Mat. 10.

Rom. 9

Tim. 5

1

Gen. 5
29.

Si igitur in quocunque genere causae, qualitatis atque personae creatura omnis ad Christum comparata uilescit, & derelinquitur propter Christum: & omne quod propter alium dimittitur, aut minus aut non diligitur, aut uenit in odium: minus uero aut non diligit, odium dicitur, dum melioris atque maioris comparatio subrogatur: euangelicus profecto gladius in id tendit, ut diuidat a nocuius & impediens conuictis atque parentibus. Ex his quae propter deum sunt, iustitia Christiana docet, quod filium non referatur ad patrem relatione morali, ac mandat quod pietas a pietate uincatur, & relatio a relatione superetur, & impietas constituitur, ubi pater uocat aeternus, si temporalis omnino non relinquatur. Et quamquam Apostolus ad Timotheum iubeat curam haberi suorum, non tamen includit filium, qui parentes solum reliquerit propter deum. Cum causa tota & irreprehensibilis sit, quod propter deum dimitti potest quocumque cognatio: non tamen legimus ex naturali aut legali, aut ex Christiana iustitia, quod parentes filios in alios possint dimittere, usqueque ratio uigilat, & uicij atque uirtutis facta sit capax. Spesque possit esse uiuendi, ablata ope parentum. Vbi uero ista affluerint, bono spiritu ducti parentes, ad meliorem uocati, curam dimittere possunt filiorum. Ac etiam mandat iustitia Christiana, ut dum ipsorum sedulam curam gerant, quod cultum non dimittant diuinum, ad quem ex debito aut ex mandato ipsius iustitiae obligantur. Similiter mandatur & filijs, dum insistant in debita cura parentum. Nam diuinum creditum nobis factumque debitum quousque soluat, ab omni alio secundum ordinem temporum atque locorum & agendorum absolutum. Omnis enim iustitia, primo priora debita solui iubet.

Quali & quanta relatione morali ad parentes filij referant, scripturas testimonio declaramus. Tres filios habebat Noe, quos scriptura commemorat, quorum unus nuditatem patris, ueluti fatui atque senis seu ebrj, animo & uerbo derisit, quod

maledictionem accepit in se, similiter & in prole per ipsum mundo futura. Sed sapientia dicit: Ne gloriaris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. Gloria hominis, ex honore patris sui: & dedecus filij, pater sine honore. Filij, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in uita illius. Et si defecerit sensu, ueniam da, & ne spernas eum in uirtute tua.

Eccl. 3.
Eccl. 3.

Suscipienda, imo sustinenda est senectus patris a filio: nec aliqua causa, quam propter deum, permittitur contristandus. Et si defecerit sensu ab inuente infantia, si propter nimiam senectutem, aut casu quolibet superueniente impraeremisse aut interposita deliraret, uenia praestanda est, non spernenda paternitas. Nam durante in homine uita, in iure suo remanet caro paternam, ex qua solum filius, non ex accidentibus est transductus. Pater non est a filio, sed filius a patre carnali generatione procedit. Et si non fuisset homo qui generando filium factus est pater, non fuisset filius cuius ipse nocitur pater, ad cuius honorem filium sacra scriptura sollicitat. Proinde in Ecclesiastico dicitur: Honora patrem tuum, & gemitus matris tuae ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi.

Eccl. 7.
Eccl. 9.

Ob honoris debitum duo alij filij Noe praecogitantes, paternam turpitudinem teterunt, dantes patri indulgentiam, si ex aliqua surreptione deliquisset, nec propter accidentalem defectum dimiserunt paternum affectum. Hinc in Ecclesiastico dicitur: Qui timer deum, honorabit parentes, & quasi dominis seruiet his qui se generauerunt, ut parentum honor etiam attendatur, cum patri obtegantur defectus, atque rependantur uices quas ipsi ad filios effuderunt.

Gen. 9.
Eccl. 3.

Isaac usque adeo reueritus est patrem, ut ab illo se pro uictima permitteret colligari. Filij Isaac processerunt & redierunt ad imperium eius. Et Iacob matris consilio acquiescens, cum esset posterior, primogeniti benedictionem & hereditatem suscepit: & ambo honorantes patrem, ad eius sepulchrum pariter conuenerunt.

Gen. 27.
Gen. 49.

Filij Iacob singulatum atque coniunctum processerunt ad imperium eius. Et Ruben quod non crederet, pro maledictione quantali cum benedictione accepit, quia maculauerat cubile paternum, patris non reueritus honorem. Ab Isalom mortuus est inter caelum & terram, aduersus patrem animo & opere factus rebellis, quia mandatum caeleste non tenuit de honore paterno, neque patrem est reueritus, imo persecutus in terra, ut in eadem uasa in quae pater, ipse semen effunderet, ac eum de ciuitate arareret ad fugam. Ex hoc in Prouerbis dicitur: Oculum qui subannat patrem, & despicit partum matris suae, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilae. Et quauis ista sit imprecatio aduersus improbos filios, & sic euenisse non legitur, tamen corui & aquilae ad daemonas referuntur, in quorum ultrices manus filius improbus est tradendus. Et sicut in Ecclesiastico dicitur, quae mala fama est qui reliquit patrem, & est maledictus a deo qui exasperat matrem. Patrem, nisi propter deum, relinquere, animi est efferati: & indignitatem laboribus filij, dimittere, mortis est culpa, si ualet filius indignitatem tollere, aut facere mitiore.

2. Re. 18.
Pro. 30.

Eccl. 3.

Cogit & mandat diuina iustitia patrem in omnibus

m m m m

Ibidem.

bus honorari cum reppensione superna, quod scripturarum sanctarum confirmat auctoritas. In opere & sermone & in omni patientia honora patrem tuum, & superueniet tibi benedictio a deo, & benedictio illius in nouissimo manet.

Vide q; in omnibus, praterquam ad peccatum aut propter deum, sanctio diuina patri subicit filium, cum in omni opere & sermone, omnig; patientia boni duxat, quia mali nulla est iustio scripturarum. Vult pater a filijs honorari, cuius retributio non a terreno atq; carnali patre perueniet, sed a deo in tales filios benedictio diffundetur. Ecce quam bonum est parentibus reddere vicem, & plus reppensio qua primò impensio mereatur. Rependit nempè filius, ergo aliquid a patre suscipit: siquidè multa: usquequo alius est, custoditus est, instructus est: & multa pro filijs, paternis parta laboribus, referuntur. Ad aequalitatem forte deuenit iustitia, si filius patri reddidit, q; suscepit, quia uis filij non possint vicem rependere ad parentes.

Quid ergo amplius meriti filij expectabunt, si fecerunt quae debuerunt, seruauerunt iustitiam, reddentes antidota? Sane bona susceperunt a parentibus filij: ecce praecessit bonum gratuitum. Rependerunt parentibus filij: ecce meritum donum, sed superaddit omnipotens deus, ut benedicat gratificum filium, ut filiatio donum precedat parentum, & si rependerit, sequatur diuinum.

Amor filiorum ad patres, omni deberet carere mercedis intuitu: etenim receperunt, cum concepti, nati, aliti sunt, & pro eis deludatum est, & poena sunt tolerata: a parturiente matre, & honor & subuentio qui refunduntur in eos, non expectent a parentibus retributionis aliam rationem. A deo autem expectare possunt, non ex merito honoris atq; subuentiois, sed ex largitate promissionis diuinae. Dignatur nempe omnipotens deus, suis promissis debitor fieri eis qui sua placita seruauit. Ac per hoc omnes filij qui mundi huius uiderunt umbraticam lucem, & in animo cognouerunt iustitiae Christianae in fallibilem ueritatem, apostoli

Ephe. 6.

Pauli sequantur sententiam: Filij, obedite parentibus uestris in domino: hoc enim est iustum. Ecce obedientia filialis, ecce obedientiae terminus, ecce ante cuius oculos agitur. Obedite, inquit, non in omnibus, non de omnibus, non propter homines, non propter seipfos tantum parentes, non propter mercedem, sed in domino. In domino qui hoc praecipit, & uoluit esse iustitiam filiorum. In domino, ut non de alio patri a filio reddatur obedientia, nisi quod manifestum est deo placere, atq; certissimum est non displicere. Hoc enim est iustum, q; hoc uult originalis & diuina iustitia, hoc Moisaica, hoc consuetudo laudabilis & antiqua, hoc ipsa Christiana iustitia. Hoc idem ad Colossenses

Col 3.

Apostolus scribit: Filij, obedite parentibus uestris per omnia: hoc enim placitum est in domino. Cum per omnia dicit, bona intelligantur. Non nisi de bonis & honestis & iustis, obedientia esse potest. In malo alicui obedire, nomen obedientiae habere potest, sed obedientia nullo modo est, sed quaedam inobedientia in deum, propter humanum placitum aut ex amore, seu timore seu mercede patrum. Obedientia filiorum ad patres in bonis, placitum domini est, quod nunquam sine merito retributionis manet. Proinde tota perfecta iustitia in mo-

rali relatione parentum & filiorum, ut homo pater, humano amore atq; naturali & communi, feratur in hominem filium intetius quam in filium: ratione uero specialis transfusio, magis in filium quam in alium: intuitu Christianitatis atq; charactris fidei, diligentius in Christianum, quam in hominem atq; filium: atq; retransitio & morali ordine diligendi, & mutua relatione ad patrem filius referatur.

Igitur iura humanitatis, filiationis, & Christianitatis intellecta fideliter, dilecta libenter, exhibiturationaliter inter parentes & filios. In his relationibus est iustitia Christiana, quae semper amari debet & dirigi secundum diuinum placitum uoluntatis: quae non agitur inter hominem & hominem solum, nec solum inter patrem & filium, sed inter utrumq; istorum existentem Christianum. Nam iustitia quae inter hominem & hominem seruari debet, est naturalis & humana in communitate naturae: illa quae inter patrem & filium, est specialis & humana in morali relatione: sed neutra istarum excludit ab homine patrem esse uel filium, aut a patre uel filio separare eum hominem. Illa quae inter Christianum & Christianum agit, est naturalis & gratia, in omni intellectu & morali uirtute, colligatione fidei, spei & charitatis, cultu & religione sacramentorum, consensioe humanorum & diuinorum respectu Christi atq; supernae gloriae.

De iustitia inter coniugatos seu matrimonij. Cap. III.

Ita Christum decebat implere omnem iustitiam, quia ipse iustus in parentibus iustus, ipse iustus in filijs iustus & pijs. Dnas personas in simul conuenire inuisibili lege, uita sociali, adiutorio mutuo, in una carne, diuina iustitia ordinauit, & per legem firmauit & statuit. In tempore gratiae ordinauit excellentius, prouidit tutius, honestauit piamplius, ac praeposuit matrimonio uirgineum deus, dum ipse uoluit fieri ex uirgine in carnatus. Et talem corpore elegit matrem, qualem primam creauerat mulierem. Praetulit etiam matrimonio continentiam, quae consequitur carnem corruptam. Sed quia iste status cadit sub iustitia Christiana, & ab ipsa recipitur, & non condemnat quae diuina prouidentia ordinauit, pro eo quod est una ab aeterno dei iustitia, quauis diuersa uocabula sit sortita, & multifaria fuerat operata. Veruntamen altiori modo ipsa iustitia hunc statum insigniuit tempore Christianitatis quam tempore naturalis iustitiae, siue tempore legis scriptae, circa quem statum multi diuersimode naufragauerunt, in quo etiam multi sunt saluati. Proinde exortum in causis & progressum, periculum ac naufragium, & iustitia & ordinem eius naturalem atq; legalem cum decore Christianae iustitiae pertractemus.

Disposuit ab aeterno diuina sapientia imperscrutabilis altitudo tales facere creaturas, quae iui possent esse quadam participatione capaces, & in aeternum uiuere, atq; in ipsa beari, quarum duas solum uoluit esse species, spirituales & mixtas. Spirituales simul, & ut uoluit, repente in esse produxit, tanta celeritate, ut uoluntate diuina iubente, interuallo temporis non discerneretur imperium. Mixtam uero creaturam, scilicet ex spiritu & corpore, quam appellamus humanam, ex uno tanquam

Gen. 1.

ex una radice numerosissime propagari uoluit, ut unus homo nascatur ex alio, ex bono seminare uirtutis, quam humana natura deus dedit ordinatione atq; ducatione transductionis, quousq; compleatur numerus hominum, soli deo cognitus, nobis incognitus. Ex quo bipertietur saluandorum & damnandorum deo certissimus numerus, nobis uero usquequaq; incertus: pro qua multiplicatione matrimonialis conditio habuit sui faueris atq; connexionis initium.

Creasse deum hominem unum & solum, scriptura sacra commemorat: quem esse solum, dixit non esse bonum. Proinde adiecit: Faciamus ei adiutorium simile sibi.

Ecce matrimonium unde initiauit, non a corruptione, non a prole, sed a societate: quia non erat bonum, hominem esse solum, fiat adiutorium simile sibi. Adiutorium non ad defendendum, nempe enim laedere aut lassifier Adam, nisi sua culpa se sibi atq; caetera fecisset inimicari. Sed ad quod Ad laudandum & benedicendum animo & rationabili uerbo atq; opere deum. Ad hoc primo eluxit quaelibet rationalis creatura, & irrationabilis propemodum, etiam adiutorium ad colloquendum de deo, & de subiecto ei uniuerso. Haec solum rationalis creaturae sunt actus: nec enim rationabiliter ratioabili uerbo caetera benedicere, aut de ipso loqui poterant, siue de superioribus atq; inferioribus hominis. Igitur expediebat simile adiutorium. Erant enim animalia caetera sociata, aues, similia & pisces, & similia similibus iungebantur. Iniuiriam perulisset Adam omnium inferiorum dominus constitutus, si simili caruisset consorte. Adiutorium simile dabatur Adae, ut se uideret in alio, & abium in seipso. Specula sunt homines, ad inueniendum se mutua uisione uidentes, ut se in se atq; in alio se uideant, & in alium in se atq; in seipso conspiciant. Et adiutorium ad bene uiuendum esse debebat, in alio uideret imaginem, quam in seipso Adae primo suscepit.

Erant igitur adiutorium intellectus simile Ade, quod dabatur Ade. Adiutorium est intellectus, si dum intelligit, & ab illo quod intelligit, intelligitur. Nequibat omnino hoc esse in animalibus, quae rationalem intelligentiam a domino non acceperunt. Affectus adiuuatur permixtissime, si rationale habet obiectum, quod nequit esse ratione carens. Et crescit amor hominis, si diligitur ab eo quod diligit, & diuina memoriae plura continent quam sola, ut ab una etiam altera sulciat. In effectu aliqd accipit Adae, qd oportebat efficere cum consorte iuuantem.

Primo igitur omnis creatura creata est ad deum, quam ad seipsam, aut ad aliquod aliud peragendum. Adiuuat exemplum similis ad profectum, si non sit uita dissimilis. Habemus igitur, sociale uitam posse fieri & adiutorium in connexionem duorum, abiq; q; carnalis copula subsequatur. Sed factum est adiutorium simi nature, sed dissimilis sexus, ut dicatur adiutorium ad procreandam prolem, quam potuisset deus de ipso sine consorte, producere, quod uoluit esse similem natura per uisibilia exterioris formae, atque inuisibilia interioris animae. Non enim decens erat, quod rationalis homo animalibus misceretur, & quod de homine rationem habente, atq; animali ratione carente, humana propagaret conditio. Proinde ad

futuram prolem adiutorium simile quaerebatur, quod factum est de costa non capite aut pede, ob aequitatem uiuendi & rationem diligendi. Sed hic allegoria pro Christo & ecclesia magis placet quam moralitas: quam, quia mores eudim, subicimus.

Adductum est ad Adam adiutorium, quod ad propagandum prolem accepit, & cognouit unde: quia os de ossibus eius, & caro de carne ipsius. Similiter & quare fuerit datum, agnouit, unde subiunxit Adam: Quam obrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori. Sed nullus in hac parte differat, q; pater & mater relinquenti sunt propter uxorem, quod autem propter pietatem factum est, causa impietatis non erit. Non enim aut impie propter uxorem relinquenti sunt parentes, indigentes filiorum opere: nec ipsi debent parentes propter uxorem relinquere, ipsorum fulcramento atq; magisterio indigentes. Nulla enim iustitia ista fienda concedit. Sicut enim uxorem atq; maritum connexio non auferit relationem realem inter parentes & filios, nec moralem de iustitia debet auferre, quomodolibet inter eos. Sed quamobrem relinquet? Quia erunt duo in carne una, ut in carne unius filij duplex persona conueniat, pro quo relinquitur pater & mater. Quia semper naturalis ordo contradicit, ut pater non generaret de filia, nec de filio mater, quauis in Lot prater ordinem & honestatem naturalis iustitiae contrarium sit secutum: sed aliorum duorum erat fienda connexio, ut filiorum fieret generatio.

Sed hic nulla libido, nulla corruptio locum habet. Ordinatio facta est connexionis, non adhaec carnalis coniunctio. In paradiso haec facta sunt, ubi post corruptionem mentis, nulla est secuta corruptio: uirginitatem enim habuit ille locus. Expulso ipso facta est, ne in paradiso potuissent paliter commiseri. Post eiectionem est corruptio corporis subsoluta. Sed in paradiso datum est praecipuum de multiplicatione filiorum, cum dictum fuisset a deo: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quid igitur? In paradiso non cepit multiplicatio, aut hominibus repletus est locus ille, ut etiam repletur alius mundus, aut aliter non potuit humanam propagare naturam, praeterquam per carnem corruptam, & cum tanta libidine & concupiscentiae ardore? Dico sane q; potuit atque potest. Sed ad me ipsum & ad omnes doctores humiliter & consulte profero uerbum, ut non disputemus atq; inuestigemus quod deus potuit & non fecit, sed quod fecit & potuit. Multos enim ista inuestigatio siue contentio in barathrum periculose obsecuitatis atq; tenebrarum immergit.

Hoc solum scire sufficit, quod iustissime fecit atq; decreuit. Sed hoc audacter dixerim, qd locus in eodem uirginitatem habuit, corruptioem aliam praeterquam illius dolorosa inobedientia non nouit: uerum si multiplicandum fuisset genus humanum, corruptio ante peccatum nulla fuisset, quia post peccatum etiam esse potuit. Quae si fuisset, caruisset omnino libidine atq; peccato. Quis enim dubitat, q; quauis per seminariam uirtutem ducatur humana propago, q; originali stante iustitia, semen hominis potuisset sine corruptione mulieris in uentrem eius immitti, sicut potest sanguis ille mensurus sine uirginitatis corruptione, a uirgine semina emitti? Et homo potuisset illud se-

men sine corruptione sua eijcere, sicut spumam aut urinam potest ipse projicere: & uterque potuisset servari sine libidine atque carnis ardore, quae mala condita natura non habuit, sed peccatum ob vindictam induxit. Auctionabitur quaestionem animus audivit, si quo modo conceptus siue factus sine laceratione materna potuisset educi, quavis semen potuisset immitti. Dixerim quod spectabat ad felicitatem illius paradisi, ubi erat immortalitas, quae etiam adderetur ista felicitas, quae filiorum est educio, & maneret carnis integritas: aut si omnino aperienda erat porta propagationis humanae, quae taliter aperiretur, quod in humana natura nulla iniuria sequeretur: & non esset opprobrium, quod ad tantum referatur officium, velut aperiuntur oculi ad suscipiendum beneficium lucis, & ad emittendum radios visus vitutis, qui clausi fuerunt in ergastulo ventris, ubi nullus hominum corporaliter vidit. Et velut omnes sensus existunt in claustris ventris obtusi atque contracti, & beneficia naturae non sentiunt atque cognoscunt: cum autem organizata & sensibilata corpora patiuntur ex quadam aperiitione sensuum explicationem, mundi habitum recognoscunt, atque usum naturae sine ipsorum corruptione suscipiunt. Aperiuntur plantae in gemmas, gemmae in flores, & flores fructus pariunt, nec in his corruptionem dicimus fieri in natura: sic porta humanae naturae aperta fuisset ad suscipiendum semen generatum, & emittendum sine derogatione puritatis conceptum. Aperiuntur enim sine sua violatione ad cibum suscipiendum, sicut illic & cum emittit sputum.

Nec aliquid arbitretur quod ibi sit aut possit esse corruptio, ubi naturae servatur debitus ordo. Est enim debitus ordo naturae id quod deus indidit cuilibet rei. Nam si deus indidit in natura humana, quod sed propagaretur, non turparetur, nec ex tali propagatione corruptio sequeretur: quia naturae debitus ordo servaretur. Nullus vero intantum in sua consideratione imaginando exorbitet, quod perderet puritatem virginis aut integritatem carnis, ubi servaretur ordo naturae, atque honestas fieret creatoris. Nam haec est tota rationalis creaturae in anima & corpore perfecta integritas, ut & voluntas secundum cuiuslibet rei ordinem instum, fiat. Et illud quod communio cubulo corruptio dicitur, esset virginitas aut incorruptio, si secundum creatoris voluntatem fiat, & naturae ordo permaneat. Cum nihil possit aut debeat dici integrum aut corruptum, nisi quantum divinae sit placitum voluntati, aut servatur ordo naturae, aut quantum displicet, & ordo naturae non manet. Nec incongrue credere videtur atque sentire, ubi me maior non conuincat autoritas, contra hominum imaginationes & philosophos naturales, sine corruptione potuisse generari divina potentia ordinem regente naturae, nec non educi factum per portam corporis clausam, quam primo reseravit peccator Adam. Et in hoc praeterogatur exemplum, ut quod deprauavit in omnibus homo primus, in seipso & in matre restauraret homo Christus duntaxat & solus.

Sed fortasse quis diceret, hoc fuit ratione unitate diuinitatis. Sed corpora glorificata possunt ingredi quae qualibet solida corpora, quibus non est unita diuinitas. Ergo erit beatitudo iam in corporibus, antequam resurrectio fiat. Non fuisset resurrectio

corporum, ubi non fuit conditio mortuorum: nec mors habuisset in homine dominatum, si non fuisset peccatum: nec etiam dicenda fuisset illa aeterna beatitudo hominum, sed nascendi quaedam felicitas, & humanae naturae quaedam nobilitas, si non abstulisset iniquitas. Adam namque, sine corruptione alicuius elementi, a domino esse suscepit: Eua sine corruptione accepit ex ipso consistentiam suam, ut ex omnibus hancualeas elicere profecto sententiam, ut si peccatum non praecessisset, aut non fuisset corruptio, & fuisset hominum generatio: aut id quod corruptionem dicimus, dicta fuisset integritas & naturae honestas, cum seruatus fuisset ordo naturae atque diuina voluntas. Ut audeam dicere, in multis in veteri testamento, in quibus seruata est diuina voluntas & ordo naturae, ita placuisse cum illa violatione carnis coniugium, sicut in multis Christi tempore celibatum.

Quanta nobilitate deus humanam naturam, quot & quibus beneficiis insigniuit, in propagatione hominum glorificandorum, cum angelis beatificandorum a potentia trinitatis. Sed quia non vidimus, & secuta non sunt, diffidit credi possunt. Et repugnant imaginationi hominum, quae non deuenerunt in sensum. Sed plus est quod in humana natura fecit dominus Iesus Christus, quam quod accepit homo primus. Ac per hoc praeterea dixerim, ut ad honestatem eius quod dicitur matrimonium siue coniugium, secundum Christianam iustitiam veniamus: ut non credatur facta fuisse hominum generatio cum aliquo pudore ac vitutis dedecore, siue pruriente libidine, quae ob ista ab aeterno causam fuerat ordinata, ut fructu terrena beatitudine. Quod autem homines non simul fecit, sicut & angelos, sed propagationi successiue reseruat, neminem commoueat, quoniam simul fecit totam humanam naturam, sicut & angelicam, cum tota humana natura fuerit in primo homine, nec est amplius augmentata ex secundo: nec enim humana natura magis & minus recipit ex nascentibus caeteris, quae totum suum esse in protoplasto suscepit. Nam in diuiduorum multiplicatio speciem non augmetur, nec minoratio aut depauperatio de creata facit, si solum indiuiduum in esse remaneat. Voluit tamen ad uniuersi decorem homines propagari successione transducis, ut ornaretur visibilis orbis tota pulchritudo: atque naturalis pulchritudinis complementum in his inferioribus est, ut rationalis creatura praesertim, & mundus innouaretur noua successione hominum, donec fortiretur ab aeterno positum terminum, nobis ignotum, soli deo certissimum. Et peregrina progressionem humana natura perueniret ad angelorum consortium merito proprii laboris, magis uero gratia conditoris: & paulatim descenderet ad loca tetralia ex propriis malis meritis, diuina dictante iustitia: & miris modis, sed usquequaque iustissimis, ipsa in suis indiuiduis glorificaret in caelo per diuinam misericordiam, & cruciaretur in inferno per diuinam iustitiam. Ipsa siquidem humana natura impartibilis est, & impraemiabilis atque impassibilis in sui natura, nisi per sua indiuidua. Solum diuina natura, ex se ipsa est quod est, & indiuiduari nequit, & desicere neque pati, ipsa a se ipsa gloriosa existens. Sed nec quaeramus quare sic uoluit: impraemiabilis est eius ipsius diuinae ratio uoluntate

tis. Sed uideamus quod factum est potentia creatoris. Ecce succincte exortum & causam prospeximus, progressum cum macula acutus est uideret. statim ex inobedientia, est inobedientia merito subsecuta, & simul exorra libido, & humana est damnata propago. Inobedientia merito est secuta, primo in proprio corpore, in quo ipse non obediuit auctori. Nam delectatio & consensus, si non praecessissent in actum, facillime ueniam reportassent, ut nec non fuisset infecta uentura actualis in corpore, si corporis actu non fuisset culpa praefata. Igitur inobedientia surrexit in membris, ut non mouerentur ad imperium rationis, sed ad impulsum effrenatae libidinis. Libido enim dominatur in membris, uelut in re sibi subdita merito praeruaricationis, & commouet sepe membra praeter arbitrium uoluntatis. Et tota massa est infecta in partibus primis, ut peccatum quod originale dicitur, sit in nascentibus caeteris. Sed nec propter libidinem damnatur coniugium, nec propter bonum coniugii aufertur libidinis malum. Proles enim quae boni est coniugii, non nascitur de libidine, sed de bono natura: in qua est seminaria uirtus, quae agitur in transduce. Libido autem non est de bono creaturae naturae, sed in bono naturae consistit, merito inobedientiae, unde non turpatur bonum proles propter malum libidinis. Quod autem homo nascitur cum originali peccato, merito primorum parentum, etiam non damnatur ordinatum coniugium.

Proinde ad maiorem horum euidentiam accipiuntur duo bona, & tria similiter mala: bonum naturae, bonum coniugii, malum inobedientiae, malum libidinis, & malum peccati originalis.

Bonum naturae, bonum est creatum, & habet seminariam uirtutem. Bonum coniugii, bonum est ordinatum, & habet iustitiae legem & ordinem.

Malum inobedientiae fuit uoluntarie in partibus primis, & in uoluntarie militat in membris nostris. Malum libidinis insurrexit merito inobedientiae in primis partibus, & insurgit eo merito in cunctis nascentibus, debita crata fungentibus, solum sanctificatis quomodo libet exceptis. Malum peccati originalis non accedit uoluntarie, neque militat in uoluntarie, sed tantum contrahitur ex quocumque nascente, ut diximus, sanctificatis in utero duntaxat exceptis. Omnia uero ista mala non sunt creata, neque ordinata: si essent creata, non essent mala neque peccata: si essent ordinata, essent quietata. Omne ordinatum, quietum atque pacificum & irreprehensibile penitus est. Proinde bonum creatum & bonum ordinatum ista mala non protegunt, ne mala dicantur. Mala uero ista, bonum naturae atque bonum coniugii in aliquo non accusant: quia nec sunt cum bono naturae creata, nec sunt cum bono coniugii ordinata.

Sed cum homo nascitur de malo inobedientiae, libidinis & peccati originalis non nascitur: sed nascitur de bono naturae per bonum coniugii ordinatum. Et nascitur homo non de inobedientia, quia inobedientia non habet seminariam uirtutem: nec concipit aut secundum naturam concipitur, sed aut accedit, aut penaliter manet: nec nascitur libido, cum nascitur homo: nam libido non habet etiam seminariam uirtutem, nec concipit, neque per naturam concipitur, quoniam insurgit in eo qui iam conceptus atque natus est. Similiter peccatum ori-

ginale non nascitur, cum homo nascitur: quia nec ipsum habet uirtutem seminariam in natura, nec concipit neque concipitur, sed contrahitur merito peccati primorum parentum. ut cum de iustitia dei tractauimus, declarauimus. Igitur manent bona natura, manent similiter & maculae, nisi fuerint per sacramenta purgata, per uirtutem effrenatam. Processit coniugium in lege naturae, ut fieret post protoplastos inter sorores & fratres uerinos atque geminos. Inter patrem & filiam, & matrem & filium nunquam ordo naturae permixti. Deinde multiplicata humana generatione, subintravit quaedam honestas, ut contra propinquitatem in conjunctione huiusmodi uitaretur. Et usque ad Moysen peruenit coniugium in lege naturali fundatum. Deinde aliquam regulationem accepit, quam in lege naturae non seruauit, & sic peruenit usque ad euangelicam legem & tempora Christianitatis, secundum quam iustitiam huiusmodi statum decreuimus tractare. Christiana profecto iustitia, quae omnem salutis statum sua linea dirigit, hunc statum infra sua retinacula frenat, atque sua ordinatione disponit, qui nisi teneatur aut dirigatur pro ipso aut paganismis siue iudaismo asciscitur.

Pro cuius directione inquit Apostolus ad Corinthios: Propter fornicationem autem uniuersusque suam uxorem habeat, & unaqueque suum uirum habeat. Praesupponebat Apostolus coniugium a deo mandatum in lege naturae atque Moisaica lege, sed in nouo testamento seu in lege gratiae nouerat in sua ordinatione sine praepro manere. Non enim in Christiana iustitia sub praepro matrimonio cadit, alioquin multorum est impossibilitas aut ex uoto non nubentium certa esset damnatio. Praeruaricatio praepropter damnationem nascitur, nisi correptio ante uitae sublequatur, & consilium subderetur praepro, quod de iustitia Christiana pro perfectione praefertur. Dicit ergo Apostolus: Uniuersusque habeat suam uxorem propter fornicationem. Sed deo gratias, quod spiritus sanctus fuit in lingua eius, quod non dixit, ducat. Nam uxor ad deuitandum fornicationem non est ducenda, sed habenda: ducenda uero deus statuit tantummodo propter prolem. Haec enim huius status tota & principalis est causa, ut uxor ducatur non propter deuitandam fornicationem, sed propter prolem. Et inde matrimonium dicitur, ut mater omnino uelit fieri quae traditur nuptui, & uiuit lege coniugii. Nec consentit diuina atque Christiana iustitia, ut id quod expedit deuitare, sit prius ordine atque dignitate, illo quod expedit agere, & deuitatio fornicationis, sit causa proles. Magis uero proles, pro qua suscipienda matrimonium agitur, sit causa, qua fornicatio deuitetur: nam si duntaxat pro fornicatione uitada uxor duceretur, tunc maxime fornicatio ageretur, quia ibi non esset intentio proles, sed in certo uase atque determinato proposito explenda libidinis. Sed si hoc intentione praefertur quod proles habeatur, hoc permittitur, quod fornicatio per coniugium & uxorem propriam, aut uirum proprium caueatur. Sed solerti sermone Apostolus usus est, cum dixit, suam uxorem suam, ut excludat alienam uxorem, ut excludat scortum & solutam a lege uiri, & stuprum & omnem aliam, nisi legitimum matrimonio copulatam honeste transductam. Et eadem lege multiplicata in

er habeat uirum suum. Sed quid dicam de illis, qui tantum in ardore, atque propter ardorem concupiscentie ferentis luxurie coniunguntur, qui conditionibus omnibus pensatis, nunquam aliter iungentur, atque si coniuncti forent, libenter diuortium paterentur, nec propter coniugium intentionem habent aliquam filiorum, sed delectationum carnalium, quantum orientur ordine naturae in uirtute seminis, qui forte nascerentur ex scortis? Vbi aliter, me nisi comprimat sanctissima matris ecclesiae autoritas, audeo dico, quod si matrimonia sunt in foro, scorta sunt in occulto atque diuino iudicio. Quae igitur coniugia sunt in Christiana iustitia, quae facta & procurata sunt ex uanis aspectibus & oculorum nutibus, & multoties interpositis non parum ymphis, sed lenonibus? Quae coniugia sunt, aut quomodo Christiana, quae sunt clandestinae, ubi propter ardorem luxuriae alter decipitur, & permittit omnia dum a libidine incenditur, ubi obruit ratio, caecatur intellectus, alienatur memoria, deordinat affectus, ubi nulla sunt sana consilia, ubi omnia uadunt in praecipitium, ubi deus, pater noster institutor coniugij offenditur, Christus redemptor prosperum, peccatum committitur, & uxor non cognoscitur, nisi ut fornicaria, nec uir aliter quam fornicari? ex libidine amplexatur? Est ne ista Christiana iustitia, ubi ordo confunditur, honestas nulla seruatur?

Hac breuiter pro Christiana iustitia de clamo ab emendationem ecclesiae, cuius membrum me esse profiteor. Quod si post illam in flammata igne funesto corporum coniunctionem, firmatam promissis omnibus, auulsi datis, consensionibus in coniugio mutuis factis, altera partium poenitentia ducta, statim aspirauerit in caelibem uitam, uo toque firmauerit, nec ad funestam coniunctionem deinceps fecerit reciduum, aut ad similem quantumcumque altera renitente, illam dixerim, non teneri, ut nec magis obliget illa coniunctio, ad quam uocauit diabolus, quam casta uita & caelibis, ad quam reuocat Christus.

Quid dicam de coniugijs in propatulo celebratis sine respectu prolis, ob affinitatem magnam, ob auaritiam, propter dotem nimiam, propter delectationem carnalem, propter pulchritudinem, ob rem penitus aliam, quam propter prolem?

Quid de illis qui uxores steriles quaerunt? Quid de illis qui habent & non quaerunt?

Quid de illis qui propter paupertatem filios plures nolunt, & aut uxores non cognoscunt, aut uxoribus aburuntur? Sed de illis aliud quae ecclesia non dico iudicium, sed in malis intentionibus & abusus penitus non dico deesse peccatum. Et licet tollerentur in matrimonio multi actus impuri & impertinentes, nunquam tamen excusantur, si non corrigantur pessima intentiones.

Ad quid igitur in matrimonio quaeruntur, quae de iure matrimonij non esse noscuntur?

Ad quid pulchritudo quaeritur in uxoribus, quae magis est meretricibus exposita quam uxoribus aptae? Fecunditas in uxore, non pulchritudo quaerenda est. Multis malis se onerat, qui pulchram petit uxorem. Aprior esset sapienti uiro, uxor turpis & fecunda, quae custodia non egeret, quam pulchra quae indiget, ista namque a multis appetitur, & diffi-

cile sit custodire, illa non appetitur, & est a turpitudine custodita. Peccant qui uxores uolunt feriles, quibus praeter carnis delectationem, matrimonij nullus est fructus. Vtina caueret coniuges steriles a concubitu post experientiam certam. Nam carnis delectationem habent, fructum coniugij non habent, quibus nulla fra adulatione, quod propter prolem excusatur carnis delectatio, dum propter abstinentiam propter uirtutem castitatis, quos delectatio concumbere ob delectationem carnis, nullo respectu habito prolis. Ac per hoc iustitia Christiana a matrimonio uelut regula fabrilis, omne impingens, indecens, indecorum, inhonestum excludit. Omnem causam male delectationis deniat, amplexus ueneros, suauia turpia, omne ne immunditiam procul pellit. Noscunt namque omnes Christiani, quoniam spiritus sancti uirtus habitat in membris nostris. Non enim est caro nostra peccorum, non uim non piscium, non pura humana, ut in paganis atque Iudis, sed baptizata est, christumate signata est, caelesti ornamento insignita est. Non decent immunditia, non succum immunda, ubi est munditia tanta in baptizata prerogata, & ornamenta caelestia christi bonitate donata. Sit intentio agentis in matrimonio cum insituentis formis, sint actus in matrimonij ut uirtus iustitia christi. Nam quicumque aliquid praeter id ad quod ordinatum est, in toto uel in parte ad aliam partem inflectit, in toto uel in parte delinquit. Cum bonum sit matrimonium, sed saepe abusus committitur, bona sunt quae cumque creata, sed amor saepe peruerit, ex quo peruersus usus exoritur. Igitur matrimonium propter prolem, & habeatur uir & uxor ad deum tantam fornicationem, non quod ducat uxorem quae potest continere, nec quae coniugari sunt, necessario copulentur, si communi consensu caste uiuere uolunt.

Fragilitatem humanam & diabolicam surreptionem Apostolus praecauens, debitum matrimonij non ad imperium, sed ad indulgentiam allega uir, dicens: Vxor uir debet reddere. Si scilicet uerbo uel signo peruenit, aut si uir aliter cognouit uxorem suam ab ipso debitum uelle, quod ob uerecundiam qua mulieres frenantur, nec uerbo uel signo uel sine peccato, corpi non incongrue uel debetur reddat, quoniam qui potior est in ratione, magis & prius obligat ad debita, si qua sunt reddenda. Similiter & uxor debitum reddat uiro suo expetenti. Nam uxor quauis ligata lege mariti, si amatrix est castitatis, uirum non sollicitet per blanditias, nec curet eum actionibus praeuire ob uerecundiam eius. Inuerecundi enim sunt communiter praecipue cum uxoribus uiri. Ecce quod factum est in matrimonio quoddam corporis debitum, quauis matrimonium non sit in Christiana uita praecipuum, sed debitum factum est ad uitandam fornicationem, coniugium ordinatum extitit propter prolem. Ad prolem autem non debetur est neque praecipuum, sed ad castitatem propter deum seruandam, mariti & uxoris fuerit concordia uoluntatum. Necessitatem debiti reddendi Apostolus per translatam corporum potestatem ostendit, cum neuter sui corporis habet potestatem. Ait enim: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, similiter autem uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Solertissima intelligentia opus est, ut uerborum claritas pateat. Neuter coniuga-

torum habet sui corporis potestatem, retinendi corporis in se & ad se propter castitatem, aut ob aliam rem, nec denegandi ubi expetitur debitum, nec potestatem alterius tribuendi aut coniungendi ob aliquod placitum. Ac per hoc non est hic facta translatio potestatis in uoluntates, sed in corporibus, ut unusquisque castitatem diligere, debitum uero pro corpus, cum expetitur, reddere teneatur. Vt si communitur non queritur castitas, corporum sit translatio potestas, quoniam unius castitatem non uelit omnino unius partis uoluntas.

Sed omnis iustitia libera potestatem concedit, ut unusquisque plenam rationis capax, uoluntarie, non coactus, possit iuri suo abrenunciationis dare libellum. Unde si uir castitatis amore peruersus, iuri suo renunciauerit in uxore, non petat debitum quod renunciauit, sed reddat cum expetitur quod altera pars non uoluit. Similiter & uxor faciat in marito. Si uero ambo renunciauerint adducere quietam & deliberatam concordiam, nihil in matrimonio Christiano sanctius dixerim, quam sit castitas, & corporum tanta libertas, & animarum in libertate tanta iucunditas, quam in contrarium sentiant, qui castitatis altitudinem non uiderunt. Qui uero illam cognouerunt, omnino postposuerunt prolem & corporum coniunctionem. Et saepe fit, ut una partium ex certa culpa iura corporis perdat in altera, ex commixtione propinqua sanguinis, quae nunquam debitum exigit, sed cum exigitur, reddat. Si uero altera simile fecerit, & ambae partes deliquerint, ad idem dixerim ut aut rancie seruetur castitas, ab utraque parte uis perditum non petere, aut expresse utriusque facinus ad iniuicem notum fiat, & uterque poenitentiam agat, & castitas maneat, ut quod non sit ex electione uoluntatis, fiat necessitate perditum iuris. Quod si fornicatio interuenit praeterquam in propinquis, altera partium castitatem seruante, aut libellus repudij penitus interueniat, aut reconciliatio fiat cum emendatione si da sceleris, & regula honestatis. Si uero altera partium in malo peruenauerit, nullo modo in carnis coniunctione consentiat, quae si dem matrimonio & castitatem seruauit. Nam si debitum reddatur, dicente Apostolo, ad deum tantam fornicationem, igitur si non deuitatur, penitus non reddatur. Nec obstat quod obici possit, quod etiam ex parte quae fornicata est, si cum honestate in idipsum redierit, ualeret suscipi bonum prolis: quia Christiana iustitia, quae nihil impuritatis admittit, magis respicit fidem, honestatem atque uirtutem, quam quae possit egredi prolem: nec pariter quod pars casta si demque seruans, participium habeat cum parte adultera in commixtione carnis, quauis permittat in cura & obsequio rei familiaris. Adultera dico partem, quae cum adultera libens in carnis commixtione se sociat, nisi altera pars a malo penitus respiciat, & reconciliatio fiat. Proinde non interueniente castitate in coniugio ex omni concordia, fornicatione uero ab utraque parte procul pulsa, & corporum potestatem translatam, si requiritur debitum, non fiat fraudatio corporum. Propter quod Apostolus dicit: Nolite fraudare iniuicem, subtrahendo corpus cum expetitur debitum, nisi ad tempus ut uacatis orationi, hoc duntaxat ex consensu atque concordia uoluntatum, scilicet subtrahatur debitum. Sed nec credendum, quod post redditum debitum

non sit orandum, nisi communis interueniat & utriusque consensus: quia post redditum debitum altera potest orationi uacare, reliqua dissentiente. Proinde hoc quod dicit Apostolus, Non fraudate iniuicem, nisi ex consensu ut uacatis orationi, sic diluceat habentibus iustitiam. Christianam atque intelligentiam sanam, quae propter orationem & diuinum cultum contemplatiue deductum, coniuges possunt se mutuo separare a coniunctione corporum, & uacare diuinis, & dimittere intentionem animae, si nolint consentire feruori libidinis, quae saepe diuersimode sollicitatur in mensis per hebdomadam siue mensem, siue quadragenam, siue seminum, siue totum, siue dum uiuit. Praefertur enim cultus diuinus per lectionem, orationem, meditationem, contemplationem, generationem filiorum. Beati enim in hac parte possent iuste censeris, si quantum uultque fecundi & apti propagationi filiorum, si ob diuinum cultum coniuges a concubendo cessarent, & quod permittit fraudationem corporum non reddere debitum propagationi filiorum, duntaxat ex communi consensu propter diuinum cultum & expeditum uirtutis actum, tanquam propter melius in comparatione propagationis filiorum. Sed cum uult atque praecipit, quod fiat regressio in idipsum, non propter prolem, si sic per manere possunt, sed propter tentationem, ne deueniatur in fornicationem aut in turpem libidinis actum, si continere non possunt ambae, uel altera partium. Exceptionem nihilominus partium istud apostolicum dictum, uidelicet si qui uo to atque concordia sanxerint de castitate seruanda, tunc si altera partium diabolo instigante, libidine carnis sollicitante, poeniteat atque debitum recipiat, certum fiat quod moraliter peccat. Reaccipere sane uult semetipsum deo de altari munditiae, in quo se obtulerat, & mancipauerat omnipotenti deo. Altera uero nullam praestet omnino consensum, ac si nolle perferre adulterium: quod omnino committeretur, si uterque copularetur. Quod si post carnalem copulam ante, coei & deliberata concordia se castrauerunt propter regna caelorum, iura & potestatem corporum mutuo unus in altera perdidit, unus non tenetur alteri quantumcunque petenti debitum reddere, neque pro deuitanda fornicatione neque pro prole. Et essent adulteri, si coniungerentur in seipsis, uelut si commiscerentur cum alijs, & unusquisque altero permittente receperit in se potestatem sui corporis, nec est alterius iuris, duntaxat seruata cura & sollicitudine rei familiaris, & communis habitationis, quae nisi regulari regulatione utriusque non auferuntur.

In primitiua ecclesia quae uirtus Christianitatis tanta coruscatione mundo innotuit, multa sunt facta diuortia matrimonij, quantum ad coniunctionem corporum propter regnum caelorum. Multi post coeptum semet nunquam ad iniuicem iungebantur, tamen uidelicet respectum habentes ad prolem. Aliqui stabant per mensem, aliqui se castrabant, non abscisione membrorum, sed continentia uoluptatum per quadragenas & annum, & aliqui seruabant totius uitae tempore caelibatum. Pro eo uero quod dicit Apostolus, itaque reuertimini in idipsum, causam suppedit, dicens: Ne tentet uos sanas propter incontinentiam uestram. Sed nec hoc imperare se dicit, afferens matrimonium in Christianitatis tempore de praec-

I. Co. 7.

pro non esse, neq; concumbere cum uxore, cade-
re sub mandato, nisi propter incontinentiam; non
propter prolem, si uouerunt animo & moribus ca-
stitatem. Vnde adicit: Hoc autem dico secundum
indulgentiam, non secundum imperium. Vt ex pres-
se dicere uelit: Coniugium non est sub precepto,
neq; concubitus, sed uoluntate contrahentium &
concupiscentium. Ideo non dico, reuertimini in id-
ipsum, uelut imperans, ut uos mandato subijciam,
& obnoxios faciam: sed dico secundum indulgen-
tiam, ut si continere non potestis, indulgeo, con-
cedo, permitto, parco, q; adiuuicem coniungami-
ni, tam respectu prolis, quam fornicationis uitian-
da. Si uero altera pars continere posset, altera ue-
ro omnino nolle, aut nequirit, in hoc superuenit
preceptum, ut reddatur petenti debitum, cum sit
uoluntatis experere, sed debiti & necessitatis sit red-
dere. A superiorum autem intellectu hac litera in-
tellecta, turbabuntur plurimi pro his, quae dictu-
rus aduenio, cum dicit, secundum indulgentiam:
nam ubi requiritur indulgentia, manifestum est non
deesse peccatum, solum indulgentia indiget, quod
probatu fore peccatum sine delictum. Igitur om-
nino in illa coniunguntur corporum coniuga-
torum, in qua intenditur aut quaeritur aliud, aut agi-
tur praeter intentionem prolis, etiam si omni desi-
derio quaratur beneficium prolis, peccatum sal-
tem ueniale non deerit: quanuis diuina gratia ope-
rante, deesse possit, quod si deest, cognoscere non
est de humano iudicio, sed referatur diuino. Id-
circo secundum indulgentiam Apostolus dixit, ut
si aliud in coniugio praeter prolem ex delectatione
libidinosa, in concumbendo aut non concum-
bendo, ex contactu corporum quaeritur, peccatum
nullo modo uiratur, quod indulgentia indiget, etiam
ampli cum hoc desiderium prolis uiget, nec propter hoc
damnatur coniugium, quod naturale noscitur bo-
num propter propagationem filiorum, quanuis cul-
pabiles sint lubricitates & concupiscentiae in opus
deductae filiorum hominum.

Ibidem.

Quod autem secundum indulgentiam, non se-
cundum imperium dixerit, adicit: Volo autem oes
homines sicut meipsum esse. Virgo erat Apostolus
aio & corpore, cotinens erat, castus erat, nec in nup-
tis aspirabat. Hic omnino Paulus nuptiis praeculit
uirginitatem, non per imperium, sed per consilium:
nec nuptias per imperium, sed per permissum ad
prolis beneficium, ut etiam deuteretur formale pe-
riculum. Nam si sub affirmatio mandato essent
nuptiae constitutae, uirginitas & continentia sub
negatio sifterentur. Si uero uirginitas & continen-
tia affirmatio mandato subiacerent, nuptiae ne-
gatio mandato ascriberentur. Haec est enim re-
gula mandatorum dei, & eorum omnium que ma-
dato traduntur, quod si unum diligendum, obedi-
endum, sciendum, faciendum, mandato subiacet
affirmatio, desperatum contrarium subijcitur ne-
gatio: & si unum iubetur, contrarium prohibe-
tur: & quod dicitur, reuertitur. Sed coniugium
& uirginitas neq; sub mandato affirmatio aut ne-
gatio prima electione subduuntur. Virginitas ue-
ro electa, uoluntate firmata, praeccepto subditur affir-
matio, ut omnino seruetur: contrarium eius sub-
ditur praeccepto negatio, ut nulla ratione admit-
tatur. Coniugium electum, ratum, & confirmatum,
hoc solum habet praecceptum, ut reddatur, si expe-

titur debitum. Vigilanti uerbo Apostolus locutus
est: Volo autem omnes homines sicut meipsum esse,
sed hoc non est humanae uirtutis. Proinde ad-
iunxit. Sed unusquisque proprium donum habet ex
deo, alius quidem sic, alius uero sic. Sed deo Apo-
stolo dei, sancte dei, electe dei si omnes te imitarentur,
unde filij & filiae, homines & mulieres nascerentur.
Si omnes essent uirgines, unde nascerentur & uir-
gines? Unde genus humanum, propagaretur, si om-
ni ab omnibus calibaretur? Sed utinam ab eo
tempore quo Christi euangelium claruit, aut nunc
sicut ista uita decreuit, omnes homines & mulie-
res tenuissent aut tenerent perfectissime celibatum.
Quod autem sic cpleretur numerus electorum, & finiret
ista miseria, siue aliter prouideretur in propagati-
one hominum, deo possibile est, qui simul ac re-
pentem aut etiam ex nihilo eduxit militiam angelorum.

O hominum magna temeritas & infinita ue-
sania, q; imaginatur dominum aliter homines edu-
cere non posse, nisi ex carnis corruptione. Vnde
eduxit angelos, unde sublimissimos celos, unde mul-
titudinem stellarum, magnitudinem ipsarum, unde
composuit, quatuor elementa unde, produxit Vi-
nam facerent hoies quod in eis est, & impleret
per castitatem dñi uoluntate: fecit & faceret domi-
nus omnipotens quod in eo est, qui facit omnia pos-
sibile omnimodam & celerem facultatem sicut di-
xit, & facta sunt, sic si uellet & fieret. Quae insipien-
tia, sapientiae infinitae dare consilium, & q; deest
creatori potentia, unde propagaretur creatura?
Quid cura sit hominibus de propagatione homi-
num, dum placeat creatori omnium? Videbat
Apostolus per spiritum sanctum, a quo inus illu-
minatus erat, q; uirginitas magis quam coniugium
creatori placebat. Ideo q; dicebat: Volo autem om-
nes sicut meipsum esse. Non enim haec dixisset uas
electionis, si non cognouisset in hoc uoluntatem
omnipotentis. Videbat Apostolus in deo non de-
esse potentiam quin aliter humanam naturam pos-
set propagare. Videbat Iohannes Baptista, cui uas
lapides dixit: Potens est autem deus de lapidibus istis
suscitare filios Abrae, quod quanuis multi referat
ad gentiles, nihil penitus obstat quin referatur ad
lapides, ex quibus possent fieri homines supernae
ciuitatis haeredes. Sed quanuis uelit Apostolus,
omnes donum uirginitatis habere, pariter nouit
non omnes habere. Idcirco dicit, Sed unusquisque
proprium donum habet ex deo. Non ex homine do-
num est castitatis. Proinde sapientia dicit: Et scitis
quoniam aliter non possum esse cotinens, nisi deus
det. Magis autem absq; dubio tenendum est, q; hoc
donum deus uolenti nemini denegat: nec enim ad ali-
quid hortat qd uellet a nobis fieri, qd ipse praesto
non sit petentibus largiri. Alioquin sua exhortatio
at quoluntas, magis haberet in se capitiōis discrimē,
qua infallibilē largitatur. Sed alij qd se q; a uoluit
hoc donum, & deus dedit. Alius uero sic, q; a uoluit,
& deus non dedit. Alioq; siqdem Apostolus oēs, I. Co.
ad uirginitatem & castitatem prompto uerbo & ani-
mo compellans. Dico autem non nuptis & uidu-
is, bonum est illis si sic permanent, sicut & ego, ut
coniugari nolint, quia castitas ex toto in nouita-
te uita praecellit. Iudaeus erat Apostolus, & ex cit-
cunq; sione Moisaicae legis & paternarum traditi-
onū magnus gmulator, q; ante uocationem inter-
rogatus, decreuisset, q; coniugio, quanquam ipse adhuc

Mat.

I. Co.

Sap.

I. Co.

I. Co. 7.

coniugio non catenatus, in nouam uitam quam
initiauit deus inter homines factus homo, Christo
uocante ingressus, pro castitate decreuit, ut omni
um corpora uellet eius sigillo muniri, quo se no-
uerat, imo amabat esse munium. Nec in eo q; di-
cit, bonum est illis si sic permanent, matrimonium
obfuscat ad malum, sed bonum pro meliori sumi-
tur, ut castitas raquam melius bono matrimonij
praefertur. Et ne omnimode praefertur matrimo-
nium castitati, sed subijcitur, comparat ad pecca-
tum, cum adiungit: q; si se non continent, nubāt:
melius est enim nubere q; uri. Videat igitur q; legit,
quale bonum est, quod solum permittitur deuita-
tione peccati. Sed sicut quidam hoc dictum Apo-
stoli peruerse intelligentes, qui hoc quod dicit Apo-
stolus uri, ad tentationem referunt, ut melius sit nu-
bere q; tentari, aut quotidie sustinere in cendia car-
nis, ignem libidinis & priapiuata multa. Quibus
in fide Christi audacter respondeo, q; si libidinis in-
centia & tetationes carnales, aut a demoniis
inmisit, nunquam ulque ad mortem in agonistis
Christianis cessant, melius esse illa perpeti cum
proposito castitatis, q; coniugari pro talibus deui-
tandis. Et ultra progredior, quod forte sanius si-
lentio praeteream, sed non dicam ut inijciam la-
queum, sed ut ostendam melius super bonum, qd
si quispiam firmum habens castitatis propositum
propter deum, siue uoto aut non uoto firmatum,
diabolo impellente corruerit, dixerim adhuc con-
iugio praeferi, si in ueritate resurgit. Nā si a mon-
te uirginitatis per corruptelam & merum perdi-
tum irreuersibiliter omnino defluxit, nihilominus
habet unde se tollat in collem continentiae, cuius
meritum secundum Christianam iustitiam, excedit
meritum casti coniugij, hoc dūtaxat excepto, q; in
coniugio si seruetur illa castitas qua carnis confi-
sistat integritas, & corporum non fiat lasciuus con-
tactus, huius assero, q; maior est fructus: quia no-
men coniugij non admittit, quod propter deum ser-
uata castitas in sua uirtute sortitur. Etiam si alter
coniugum animo firmo diligit castitatem, & nun-
quam debitum exigit, sed solum cit exigitur, red-
dat, q; non perdit meritum seu praemium sexagesi-
mum continentiae, quia fecit quod potuit pro ca-
stitate in ordine Christianae iustitiae.

At uero quoquo modo se habeat uero rei, hoc
quod dicit Apostolus: Melius est nubere quā uri,
non referunt ad uirtutes tentationes, sed ad actua-
les corporum prolapsiones. Alioquin quod diceret
Apostolus: Volo omnes esse sicut meipsum? Etiam
exiit, ut ipse asserit, a carne tentatus, Multi san-
cti quorum suffragia petit ecclesia, exiierunt cru-
deliter a carne tetati, atq; a fatana turpiter agitati,
quorum aliqui decennio, aliqui per quindecim, ali-
qui per uiginti, aliqui per triginta, aliqui per qua-
draginta annos, dispariter & pariter, magis & mi-
nus carnis aduersiones incessanter pertulerunt, hoc
sibi asseribentes ad coronam, quā uincebat libidi-
nis pugnam. Et malebant magis uri sic, non praef-
tando consensum, quam per coniugij copulam sus-
cipere refrigerium.

Haec omnia pro tanto diximus, ne matrimo-
nium sub praeccepto ponamus, & castitatem ei pre-
feramus: & quāta honestate agatur ab his, qui uo-
luerunt in hoc mare descendere nauibus uolunta-
tis. Sed ad directionem eius alio loquendi ordine

reuertamur, cum omnino hoc sit cōsuetā lege q;
coniugia siant. Talis coniugibus ab Apostolo in-
dicitur forma uiuendi, q; nullum diuortium fiat,
nisi secundū legem Christianae iustitiae, atq; secun-
dum ordinem occultae uel publicae honestatis, qd
non solum ab Apostolo, sed a domino prohibe-
tur, in eo quod dicitur: His autem qui in matrimo-
nio iuncti sunt, p̄cipio non ego, sed dominus, uxore-
m a uiro non discedere: quod si discesserit, man-
nere in nuptiā, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxore-
rem suam non dimittat, & quod dicitur, reuertitur:
quia coniugatorum, scilicet maris & feminae
pro coniugio aequalis est, una & aequa condi-
tio: quae uerba omnino dissuadent diuortium in
utroq; atq; in altero coniugatorum, nisi propter
amorem castitatis usq; ad terminationem uig, aut pro
certo tempore ut uacetur orationi, cum communi
consensu atq; concordia uoluntatis, aut causa
peractae fornicationis, ita quod recederit ab altero,
quia fornicatus aut fornicata est, siue qui for-
nicationem dimiserit, aut reconcilietur, aut mane-
at sine nuptijs & sine omni alio actu alterius for-
nicationis, siue damnatae libidinis.

Altius praerogatur in coniugibus documentū
propter diuinum cultum atq; obsequium, ut q; uxores
habent, sint tanquam non habentes, & recōner-
te quod dicit. Ac si aperte inuatur, uir non dimittat
facere pro uxore quicquid faciendum est pro salu-
te, nec uxor dimittat pro uiro, quod necessario ex-
quiritur a deo. Nec unq; in hoc alteri praestet obsta-
culum, ut diuinum impediatur praecceptum. Ac no-
lit unus ab alio tantum diligi uel timeri, aut diliga-
tur siue timeatur, ut fiat quod fieri prohibet Chri-
stiana iustitia, seu non reddatur quod sapientia q;
rit diuina. In his nempe quae ad deum pertinent,
pro honore sui culminis, decore honestatis, neces-
sitate salutis, pro lege Christianae iustitiae, pro uo-
bore cōsuetudinis iustae in pulchritudine ordinis,
nec uir reuertatur uxorem, nec uxor uiro in aliq;
deferat, & si timeri uelit, minime pertimescat.

Legimus Thomaidam nobilem Christianam,
sustinere maluiffe transferentem marito gladi-
um, quā eius iniuictū imperiū. Et cōsecrata est per
mortē in mariti gladio, p̄ seruādo diuino praepro.

Igitur quae sunt diuina opportune zelantes, si
habent uxores siue maritos, penitus sint tanquam
non habentes. A ratione atq; Christiana iustitia
omnino exorbitat, ut ordo coniugij praepedit ordi-
nem diuini obsequij atq; praeccepti, cum ipse sit
dominus ordinis utriusque, quilibet multa fecerit,
uaria siue diuersa, nulla tamen fecit ad seipsum cō-
traria. Nam sicut in rebus creatis nihil sibi creauit
aduersum, ita in rebus ordinatis atq; cōcessis nihil
sibi uult esse contrarium. Et naturalis ordo iustitiae
omnino suadet, q; primo latric atq; iustitiae cultus exhi-
beat creatori, deinde inculpate teneat ordo cōiu-
galis obsequij. Et cū multa exueteri testamento sub
aenigmatibus de ordine seu honestate coniugij & for-
ma uiuendi habeant, tantumō Apostolus secundum
iustitiam Christianā in hoc ope, p̄sequitur. Scribit
ipse ad Ephesios totū eē coniugij dicēs: Videte itaq;
fratres quō caute ambuletis, nō quasi insipientes, Eph. 5.
sed ut sapientes, redimētes tēpus, qm̄ dies mali sunt.
Et cum hoc intulisset ad omnium generale caute
lam, statim ad cautelā & formam & intentionem
coniugij declinauit: Mulieres uiris suis subditae sint

ficut domino, quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri, diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illa sanctificaret, mundas ea lauacro aque in uerbo uite, ut exhiberet ipse sibi ecclesiam gloriosam, non habentem maculam neq; rugam aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua: quia per suam uxorem diligit seipsum. Nemo enim carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne & ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico, in Christo & in ecclesia. Verumtamen & uos singuli unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligit. Vxor autem timeat uirum suum.

Aspicite sacramentum in matrimonio signatum, aspicite munditiam, aspicite dilectionem, & qualiter sint tractanda matrimonia Christiana, cognoscite. Quanto timore atq; honore, quanta reuerentia, quanta honestate membra Christiana sint tractanda, uos ipsi perpendite, nisi forte reprobi sitis, ut inter Christianam carnem, & Iudeorum & paganorum & brutorum, non uelit omnino distinguere. Qui uero distinguere noluerunt, sordide suis uoluptatibus detenti sunt, se in uolutabro horrendae libidinis immergentes.

Ad honorem autem inuicem sentiendum atq; tenendum & conuersationem bonam habendam, ornatus formam in mulieribus omnino seruandam Apostolus ad Timotheum scribit, dicens: **Vo lo orare uiros in omni loco, leuantes puras manus sine ira & discipulatione.** Certum est q; matrimonium oratione oportet ornatum fieri, & sine ira & quaestione, cum uxoribus uiros uiuere decet. Ad mulieres uero dicit: Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecundia & sobrietate ornantes se. Non intortis crinibus aut auro aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quod decet mulieres, pmit tentes pietatem per opera bona.

Ornatus habitus non interdicit mulieribus Christianis, sed fastus & excessus a necessitate, a statu, ab aetate. Aliud est enim quod uult necessitas, aliud quod status, aliud quod aetas. Necessitas refugit omne superfluum in omni genere suo. Status enim querit ornamentum pro signo. Aetas aliud paruulis, aliud adultis, aliud adolescentibus, aliud iuuenibus, aliud senibus, aliud decrepitis tradit. Sed in omnibus necessaria uerecundia. Si uerecundari mulieres omnino sanxit Apostolus, imo deus atq; natura, nunquam ornatus nisi de uanitate notabitur. Nam uanitas uerecundiam de motibus omnino propellit. Sobrietatem adesse inexcusabiliter declarat Apostolus, quae in nullo excedit praefixam a ueritate mensuram. Calamistrari mulieribus penitus Apostolus interdicit. Capillorum enim contortio, contorta mentis est signum, & obliqua mentem ad deum insinuat. Aurari non decet formam Christianam, ut eius fulgore ad se alienos oculos prouocet, ne dum conspiciunt aurum, hypantiae fiant autem spectantur oculos. Dum enim radiat in oculis aurum, oculos uisus perforat animu. Et ex

1. Ti. 2.

aspectibus mutuis ignis libidinis excrescit, & impudicitia in corporibus nascitur. Cuius occasione praebuit radians aurum. Margaritae uero minus dānosae proijcerentur ad porcos, & uuluis ad medicinalia frangerentur, q; collo aut capiti aut apponerentur uestibus mulierum. Preciosa uestis ornata Iudaeam siue paganam, sed deturpat omnino in moribus formam Christianam: non enim uestis debet esse preciosa, pro quibus mors Christiani tunc preciosa. nec in precio uestimentum, pro quibus sanguis Christi est premium. hinc Petrus in canonica sua dicit: Quarum non sit extrinsecus capillorum aut circūdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus. Capillatura extrinseca, rete diaboli est ad animas hominum capiendas. Et quot flauii capilli, tot diaboli laquei. Habere hoc proprium mulier, capite diffusato intentius incitare luxuriam. Et flauitas capillorum, flauu ignem accedere in funeribus, saepe aīas induxit in funus. Nec abs re uelare mulierem praecipit Apostolus. In primitiua enim ecclesia decreto summorum pontificum sit matum erat, ut nisi capite uelato mulier non posset in congregatione fidelium introire. Circūdatio auri ad idem quod supra dictū est, refertur, ut hoc non addatur in cōgrue: quae quae possunt in necessitatibus pauperum Christianorum suppetere, in ornatum assumi non possunt, phibent Christiana iustitia, quae diuino cultui consecrata in usum conuenteret egenorum, si aliunde coeperit non adesse. Multo magis phibent non ornari per aurum aut per preciosum uestimentum, quod sine fraude nequit fieri egenorum. Et exterior cultus spiritus interioris generat incuriam, ut nec ad uerum deum animi esset aspectus, nec ad deum debitus cultus. Necessario enim cultus cultum impedit. Sed incedant, & ornent se mulieres sicut decet, quae promittit pietatem per opera bona. Pietas enim theosebia est, scilicet diuinus cultus, qui fit per opera bona, non per corporis uanissima ornamenta.

De iustitia fratrum & propinquorum atq; amicorum. Cap. V.

Fratres fratribus, propinquos propinquis alio uinculo nectit, atq; ab alio more uiuendi Christiana informat iustitia, q; pingras siue natura, quamuis omnino bona sit naturalis siue originalis iustitia. Legimus primos humani generis fratres, Cain & Abel, ex uno semine, in uno uero, Gen. 4. ex una porta naturae ad lucem & habitum huius mundi habuisse ingressum: quorum alter creatorē, fatore, parentē, genitricē, matrē, naturae cōmunitatē, cōmune obsequio habitaculū, portā egrediendi aequalem, creatoris cōmune participationē non ueritus, inuidia, deinde odio cū multis malis intermedijs, cū irrogatione funestae mortis, exarsit in fratrem. Conquerit hic ordo naturalis iustitiae, aut quotiescūq; simile factū legit, cōquerit ordo iustitiae Christianae. Vnus est q; creauit, unde diuersitas? Vna aīarum natura, unde diuersitas? Vna in omnibus ē carnis natura, unde diuersitas? Vnus ē pater & una mater, unde diuersitas? Vnū semē, unū habitaculū, una porta, unde diuersitas? Vnus modus nascēdi, & una mors dominatur in omnibus, unde diuersitas? Quo dicitur horū inspectum oculo rationis, diuersitate debuit prohibere. Sed nihil horum aspexit, qui sic agitabatur in fratrem. Quid si

Gen. 4.

superaddimus propinquitatem fidei, communitatem diuini & essus sanguinis? Quid si participati onem sacramenti? Quid haec addent super propinquitatem generis siue naturae, quas nexiones omnino insolubiles consideratio ista prospiciet, quibus uinculis uinculabuntur uinculati fratres in ordine naturae, si prospectabunt irreuerberatio in ordine iustitiae Christianae, liber prae terite silentio, quam disserere uerbo.

Sed ista est iustitia Christiana, quae uertitur seu habenda est protinus inter fratres, ut in his considerationibus maneat, quibus in eis nutritur equalitas, & in forma uiuendi communitas, & oculos erigant in actiōes ut nascatur charitas, ex quo continue auferatur uitiofa diuersitas. Cur Cain fratrem non torquebatur inuidia, si deus Abel respiciebat & munerā eius, & ipse non erat a deo respectus neq; munerā eius? Potius debuit latentem siue occultā causam inquirere, quam fratricidium perpetrare. Deum non esse acceptorem personarum, sed uirtutum, absq; ambiguitate seruandam in cordibus est. Quare igit respexit deus Abel & munerā eius? pro eo q; Abel respexit deum recto animo, & in omnibus moribus eius, deūq; honorabat sine fraude de muneribus eius. Cur autem Cain non est respectus & munerā eius? quae peruersa agebat in animo & moribus eius. Vt quid Cain ordinem iustitiae conturbas in fratrem? Quid tibi mali fecit in quo aduersum te laedit iura iustitiae? Te ipsum primo confode, qui ordinem iustitiae aduersus deum primus peruertisti. Quod deo ad te atq; ad tua munerā non respiciat, non fecit bonitas fraternā, sed hoc tua malitia meruit. Respexisset utiq; si respexisset. Nam si diligentes se diligit, & respicientes eum respicit. Inaequalitatem irradiantis solis non fecit lucis natura, sed corporum dispositio maior uel minor ad susceptionem eius. Quod si ad beneficentia diuina, insurgentia in natura, irrogata per parentes referamus, cur frater surgit in fratrem? Cur excitatur inuidia in tam propinquum naturae cōsortem? Si uidet elegantiore, industriorem, aptiorem, qd causa nocitur inuidenti aduersus huiusmodi fratrem, q; aut accipit ab omnium conditore, aut a laboribus studiosis? Si accipit ab omnium conditore, non est iusta inuidiae causa. Nihil enim acceptum est uni, quod datum est alteri. Sed quare datum alteri, & non uni, datoris non est querenda uoluntatis causa. Proinde nec ei qui non recipit, aduersum qui recipit, habenda inuidia. Licet omnium regi regum, pro uelle retribuere: nostrum uero non est, inuidere. Excandescens inuidia in cōsortem, ut hypallage loquar, arguat deum omnium largitorem, quem non potest iuste arguere, non inuidet fratri, aut non debet inuidere qui & debuit largita recipere. Sed ex proprijs sudoribus quis excessit? Arguat semetipsum excessus, quae factus est negligens, & non sit inuidus in solertem. Esti cuiquam ad bonorum operatum copia ueniendi, nec deus aut natura concessit, tamen quietus maneat, qui hoc accipere non meruit, nec etiam quod accepit. Vbi nulla praecesserunt munera & denariorum merita, non accipientes, pulsari nulla debent inuidia.

Licitum est facere quod uelit, qui esse iniquus nequit, nec si patrem atq; carnalis amor in unum filiorum audiori signo q; in alios, ut aīolet, saepe

transfunditur, alter frater inuidia diffunditur. Latentes causas singularitatis diligendi atq; inuestigabiles habet omnis dilectio, & emanationes infrenabiles ad obiectum. Unde qui non aut minus diligitur, aduersus dilectum inuidia, seu odio aut offendiculo iniuste mouetur, cum qui diligitur, summmodo diligentis placito diligitur, ac etiam multa iniuste diligitur, & multa iusta dilectioe priuentur, & sine procuratione dilecti, ut plurimum fit, dilectio impendatur.

Quid namq; causae poterat adesse omnino, ut Isaac plus Esau, Rebecca Iacob animo plus amaret? nec Esau blandiebatur patri, nec Iacob matri applaudebat, & ipsum posteriorem priorem fecit in hereditate praerere? Non ergo ex hoc debet esse inuidia inter fratres, quae in amore non equantur apud parentes, cum non uideant dilectionis causas latentes. Nam si forte Isaac praemamabatur Esau ratione uenationis & primogenitura, Rebecca Iacob propter uirtutis insignem, unde remouenda est causa inuidiae. Si uero Esau habere uidebat causam iustae querelae, similiter & inuidiae, quia Iacob pacto uilis edulij eū priuauerat primogenitis, potius debuit arguere uoraginem sui ueris. Si quia suam surripuit benedictionem arguente materno, magis stare cōtenti: debuit decreto paterno, qui post cognitam fraudulentiam & surreptionem non mutauit benedictionem. De iure namq; dinoscitur esse parentum, quod pro uelle distribuatur, & hereditario iure relinquant filijs secundum maius & minus, quae proprijs sunt parta sudoribus atq; sudijs aggregata. Decretum namq; paternū in donatijs, in honoribus primatiōibus atq; relictis, causam inuidiae in cordibus, querelae in lingua debet abicere ad inuicem filiorum. Esti non aliter, saltem reuerentia decreti paterni frater in fratre quantum in omnibus potior debuit reprimere inuidiam, restrenare querelam, nec etiam debuit in opus malum erumpere.

Quid oberat fratribus? q; Ioseph a patriarcha Iacob plus ceteris amabatur, & ipsi cum suo modico amarētur? Nō enim amoris, ut aquae uena, uiolenter diuertit: nec ququam potest ad se amorem alere, plus quā uelit diligēs, inclinare: & ipse saepe q; diligit, retinere nō possit, nec amoris uenaquam ad placitū effluat, possit intra retrudi. In quo derogabat ceteris fratribus, q; Ioseph induebat polymita & talaris? Est enim ipse secundum paternam prouidentiam uestimenta suscepit. Et per figuram mysterium, aliquid placidi specialis habebat pater in filio, quo se ad eum singulari signo urgebat. Unde fratribus ceteris non causa inuidiae atq; odij esse debuit ad Ioseph penultimum in ordine fratrum, sed potioris amoris, quae uidebat ad eum inclinatis affectum paternum. Degeneres phantur filij, qui acta paternā nō amant, & quāuis nō reprehendunt patrem ex actibus, tamen eis inuidebant in filium. Magna uero derogatio est in parentem, si nō diligunt filij, quem nouerunt patrem diligere. Et quaedam uolūtaria mutatio est paterni decreti, cū fratres ex his quae pater agit singulari in quempiam filiorum, inuidia compluunt. Quid demebat fratribus, q; somnia uidebat Ioseph, in quibus superferri quibusdam diuinis augurijs uidebat? Volebat enim deus sibi, & nō alijs, sua mysteria reuelare. Non enim omnibus sunt diuina pandenda. Forte inquis: Ideo in-

Gen. 25.

Gen. 37.

uidebant & oderant, pro eo qd apud patrem accusavit eos crimine pessimo, sed nec accusavit ut invidus, non ut odiosus, nō machinator iniqui, Alioquin ex iussione paterna in puritate cordis ad eos requirendos in solitudinibus non iussit. Quia uero nihil habebat uersutia, nihil timebat odij uel inuidia, sed accusavit ut iustus, & malorum actuum detestator, cupiens fratres suos potius habere correptos, quam felices habere in felicitatibus peccatorum, quod potius amorem q̄ inuidiam & odium merebatur.

1. Rc. 16. Providebatur a deo Dauid in regem populo Israeli prae omnibus filiis Isai: ut qd aemulatio fertur in fratrem, quia ipse, non alij, fuerat a deo promissio tanto prauius: Potius gratulari debebant quia erat eorum caro, os eorum, uterinus eorum, cōseminarius eorum qui assumebatur ad regnum. Et unus esse poterat, imō unus rex esse debebat, non oēs reges esse poterat atq̄ debebant.

5. Reg. 1. Filij Dauid cōperunt in simul inuidia propulsa, & plurimi uiuente patre praesumpserunt. In regnum uero patrem quem uoluit, uniuerso Israeli praefecit.

Haec omnia idcirco dixerim, ut inter fratres ubi ex omni parte tanta communitas geritur, q̄ inuidia, aemulatio mala, schisma, discordia, & omnis actio perperam propellatur, ut inter eos Christiana iustitia uigeat, cuius uigor animos dirigit atque confortat, cuius ducatus oberrare non sinit, & in superna, q̄s ducit, inobliquo tramite subuehit. Prohibet arctiori mandato iustitia Christiana omnem inuidiam inter fratres, & diligentiori cautela occasione omnis mali auertit: ne frater inuideat fratri, aut cum inhumane impieq̄ pertractet, dum aequaliter omnes subditur paterno imperio, nullis iustionibus patre auertat a nec ad se magis quam ad reliquos aliqua illectione inclinare conetur, etiam si dignum se credat amore, atq̄ primationibus praehaberi. Laxaret enim talis rectitudinem amoris, & contra eius naturam uel let obliquare rectum aspectum.

Inobliquabilis est amor, cum se praefixit in placito, & si diligendi dignitate careret. Lux ipsa inobliquabilis est, etiam radiat in stercorib⁹. Fraus cruda omnino reprehensibilis est, a fratre paternū amorem auertere, ad se autem inclinare peccatoris crimen, omnis criminis notam gerens.

Studebit igitur bene cognatus frater amorē paternum seruare commune, & ardentem in fratres quam in seipsum facere. Auertat paternā irā a fratre, quanuis iuste ferat ultio super eum. Aestimabit se posse peccare, ut etiam fratrum intercessionibus indigeret, delinquentium delictum non aggrauabit in conspectu paterno, magis uero extenuabit, & conabitur paternae fulgura cōminantia, in pluuia misericordiae facere: quoniam naturalis & Christiana iustitia clamat: Quae uultis ut faciant uobis homines, facite: quae non uultis facere nolite. Multo magis iubet fratribus unius seminis & propinquis in sanguine, Christianitate subiuncta, ut eadem lege ligentur. Non furabitur frater paternam suam matrem, in fraudem amoris fraternalis, nec quomodo libet appropriabit sibi quae de iure naturalis iustitiae atq̄ Christianae debent esse communia, & parentes ad hoc nullis artibus articulis, Raptores & fures non effugiet nomen, ma-

Mat. 7.

gis uero rem, si quis frater a fratre parentum bona defraudet. Etiam prrogatiua deberet reuere, licet parentes liberē possint prrogare. Melius est cum communitate rerum fratrem habere concordem, quam rem habere priuatā, & perdere aut habere occulte turbidum fratrem. Persuadebit frater fratri quae bona cognouerit: nec, si bonus est, gaudebit q̄ amens, si ultos, monitrosos aut defectu notatos haberet secum natos fratres, aut quia seipso uidet inferiores, aut quia in hereditate minores. Nec enim ex his redditur maior, magis uero germanorum infimitate notabitur, & saepe ob ipsorum causam mallet esse ignotus. Et si potior in hereditate non per aequale diuisa laetabitur, ut suum potius sit ex eo qd ad fratrem factum est minus. Miserum & errantem dixerim fratrem, qui pramaui sensu ac ratione carentem magis, quam ratione fulgetem, & in tanta cōmunitate confortē.

Prohibet iustitia Christiana de propinquo infimitate laetari. Et nihilo pendet praeminentiam uisibilium atq̄ corruptibilium rerū, quanuis gaudere permittat de infallibili adhaesione uirtutum, etiam si quis habeat per excessum.

Haec eadem iustitia primogenituram seminis, partus & temporis omnino non nouit, quanuis aliter fuerit in lege gentium & in populo Iudaeorum, atq̄ permittatur in lege regum suae regno. Nam diuina sapientia omnia prauidit ab eterno, & in ipso & apud ipsum, nullius creaturae rationalis temporis pensatur prioritas. Sed creaturarum omnium praecellentia per corruptibile & incorruptibile, mortale & immortale, uegetabile & non uegetabile, sensibile & insensibile, rationale & irrationale, corporeum & incorporeum, uirtute fulgens & pallidum, iusta consideratione decernitur. Vnde si quis inter fratres ratione primogeniturae debeat praehaberi, siue in hereditate partorum ex paternis sudoribus, aut in regimine regno rum & principatum atq̄ terrarum, si propria & singularis uirtus non mereatur, ex Christiana iustitia non meretur, quanuis per ipsam ex longae consuetudine ad maiora deuita da pericula toleretur. Nam ipsa nō respicit ordinem atque prioritatem temporis, sed uirtutis. Proinde Dauid de filiis suis, Reg.

non praefecit antegenitum ad regimina populorum, sed eum quem aspexit insigniorem claritate uirtutum, quanuis in posteris regibus primogeniturae temporis sit delatum. Nec Christus praefecit

Andream, qui primo uenit ad Christi notitiam, sed Petrum quem praesignem agnouit: quia non est de ordine uerae iustitiae, ut magis deferatur prioritati temporis, quam dignitati uirtutis, si potior esset uirtus, quam in primogenito aut antegenito, in nascentibus posteris. Sed ante aut primo geniti, cer to iudicio praerornantur uirtutibus. Dignum usque quaque dinoscitur, ut in participatibus praerantur, dummodo iustis haereditatibus caeteri nō priuentur, quae de iure naturae & Christianae iustitiae pro aequali portione debentur. Vbi autē in omnibus esset aequalitas uirtutis, tūc iure praeretur prioritati temporis: quia citius discernitur prior in tempore, quam potior in uirtute. Quam ob causam in multis regnis, etiam fere in omnibus, ad uitandū schisma regnorum, praeretur tempore prior, etiam uirtute posterior, ne dissidium oriatur, dum potior in uirtute requiritur. Nec dignum esset ex qua-

lob. 1.

cumq̄ iustitia, ut si multi essent eadem uirtute polentes, q̄ in principatu & regno, familia & domo, plures principentur: quia eo ipso iustitia gubernatiua confunditur, quo per multa capita principantia ministratur. Sed quia haec tractanda alibi locū habet, ad fratrem & propinquo uirtutem iustitiam reuertamur. Iob enim sic dicit fecisse extraneis, qd de omnibus iustis iure fieri dico propinquis. Dicebat enim: Oculis fui caeco & pes claudus, ut creda mus ipsum aut per suos subiectos proprijs mēbris priuatis taliter subuenisse. Et quanuis ex Christiana iustitia iuuare quomodo libet impotem, omnibus sit iniunctum, tamen propinquos inexcusabiliter plus attingit, si possibilitas affit. Et illos magis arat, quos maior propinquitas ligat. Nam qd ex natura iuste debetur, gratia Christiana non remouet, sed confirmat & superapposit nra iustitia.

Erunt igitur fratres atq̄ proximi charitate unanimes, & sine fraude, sine dolo, sine prglatione, sine fastu uiuentes, subuenientes in cōmunitate membrorum, ut si unus aliquo membro careat, aliter cum suo in opportunitate subueniat, non dati one membri, quod fieri nulla iustitia patitur, sed interuentione obsequij, quod iubetur. Auertēt ab iniuicem mala, communes amicitias & honestas quaerent, inhonestas & reprehensibiles deuitabūt in commune, similiter & pro se facere uniusquisq̄, ne aliquando ex malis amicis experiatu dehonestari fratrum & propinquo rum communitas, & offerre offensionem illis a quibus nulla prrogatur iniquitas. Si quompiam uiderent dyscolū, conabuntur corrigere, ne ipse pereat, & ipsos ad pericula ponat. Si uero nouerint contumacem, a conuersione rescedent. Proscribentur a uerbis mutuis, ut non habeatur ut frater aut propinquus, sed uelut cuius iniquus, ne sua iniquitas fiat alijs detrimentum, cum participum cum ipso seruat. Conseruerit enim tales inimicitias procurare, & cum amicis discordiam, cum bonis quandoq̄ habere iacturam. Nec Christiana iustitia patitur, quin in posterum crudeliter ulciscatur.

Si tibi reputas fratrem, respublice correptorē, inuolentem alienorum, sine causa iniurias alijs inferentem, conturbatorem amicorum, & inimicorū copiam afferentem, dei est inimicus, cui corpus est frater siue propinquus, respublice atq̄ diuina iustitiae inimicus. Est taliter nō ualet celebrata correctio, corrigendus & puniendus ministris iustitiae in republica praesentetur, cum amore hominis & odio iniquitatis. Mel⁹ est autem quod unus propter suam iniquitatem iuste pereat, aut p suo scelere certissimas poenas luat, q̄ multitudine fratrum siue propinquo non merita mala sustineat.

Quod si adhuc ex subortis causis non emendaretur iniquus, doleat, fleat, oret, ut diuina potentia corrigat, quem humana potentia noluit aut nequiuit. Memoretur fratres atq̄ propinqui quoniam unius sunt iure seminis, ne supra ripiantur ultra condignum: magis uero Christianae uirtutis atq̄ baptismatis, ut nihil inter se committant indignum. Et amor qui debetur fratribus siue propinquis, decoretur atq̄ firmetur ualidius cōmunitate baptismatis, nec natura superaddat ad gratiam, sed gratia superaddat & decoret naturam. Iustitia, ueritas, charitas inuisibilis & actualis, quae seruanda est inter omnes, & maiori audacia securitatis inter pro-

pinquos & fratres, nunquam melius seruabitur, q̄ consideratione protoplastorum & propinquo rum parentum, consideratione communitatis quae in nascentibus ex natura confurgit, q̄ consideratione baptismatis & effusi p nobis sanguinis dei, naturā nostram assumentis, & ad caelestia regna uocatis.

Cauebunt prouidi fratres atque propinqui, ne praesent aures zizaniam seminancibus, ut diuidantur ab iniuicem animo, aut postmodum separentur in facto. Vxoribus imponent silentium, ipsarum garritum audire uitabunt, quae semper querulantur ad aures, ut diuidantur factis, amātes potius singulariter uiuere in egena proprietate, q̄ cū multis in diuite communitate. Nunquā uero communitas in sua ueritate seruata, defecit egentibus, duntaxat in ipsa uiuentibus. Diues est communitas: proprietas uero in regione indigentiae tentoria fixit. In filijs & seruis frenabūt linguas ne praferant implacita, docebunt reuerentiam & obsequium ad placita cuncta. Conabunt maiores sine fraude seruare iura minorum magis quam filiorum: curabunt expedientia hominis utriusq̄, si relictū fuerint absq̄ patre. Si prohibetur patribus ne ad iracundiam filios prouocent, multo magis maioribus natis, ne minoribus in serant dāna doli. Minores defuncto patre, maioribus obedientiam praestabunt filialem, dum in illis paternam cognouerint pietatem. Et si quidem si omnino expediret rerum & habitationum celebrare diuortia, dum coniunctim animorū non seruat uera concordia, uerba ebulliant, scandala surgunt, tunc erit melius diuortium cum pace, q̄ residere cum lite. Et taliter fiat diuortium rerum, q̄ unitas maneat animorum. Nec pro uili re uelut perdere fratrem, quē amare tenetur usq̄ ad mortem, pro quo saepe ponitur uita, dum ab extraneis irrogat iniuria. Abraham & Lot se mutuo diuiserunt iurgia deuitantes, malētes corporum & rerum, q̄ animorum habere diuortium. Et quia saepe contingit, minorem suspicatum se decipi, aduersus maiorem querelā habere in animo, emittere uerbo & uelut rerū ignarum, nec tantipotentem carere audacia postulandi: proinde ad claritatem dilectionis, quam nullus debet in alio maculare, ad pacis & unionis uinculum irruptibile praeseruandum maior diuidit minori, & optionem praestabit. Concedetq̄ tempus delibetate uirtuti, patietur habere consilia, ne feratur in praereps. Sed eligat, est melius. Et aliter maior fuit sibi de iure sortitus, atq̄ eligendi licentia est largitus. Quod Abraam Lot fecisse sacra scriptura commemorat. Et exinde fuit pro iure susceptum atq̄ firmatum, ut maior minori diuidat, & qui minor est, eligat. Illegitimos fratres aliunde praeterquam secundum matrimonij legem susceptos, quanuis reprobos atq̄ priuat humana seu imperatorum iustitia, non tamen reprobos atq̄ priuat Christiana iustitia. Qui quanquā non possunt ingredi eum consequi paternas haereditates, non tñ eos despiciant, qui sunt legitimi fratres, nec corū bonitas fuit, q̄ lege matrimonij de bona natura sunt: nec fuit illorum iniquitas, q̄ praeter regulam matrimonij sic nati fuerunt. Et licet nati sunt praeter legem matrimonij, nati tamen sunt de semina ria uirtute naturae: nec q̄ dicuntur legitimi, nascuntur de regula & ordine matrimonij: nec concipiunt nec pariūt ordo aut matrimonij regula, sed nascuntur

Gen. 15.

tur de bona seminaria naturaliq; uirtute secundū ordinem & regulam matrimonij. Vnde utrorūq; noscitur feminis & naturā communitas, quanuis in concumbendo defuerit cōiugalī honestas. Nec in his qui spurij & bastardi uocantur, siue naturales, defuit humana figura in corpore, nec similitudo & imago deitatis in mente. Ac per hoc quāuis honesta non fuerit concumbēdi cōditio, pulchra tamen fuit secundum naturā ordinem ipsa cōceptio. Nec ex concubitus dehonesta conditione, turpatur pulchritudo naturae. Porro naturā bonum eluxit ex omnibus claris, quanuis ibi nō fuerit regula nuptiarū. Bono naturae in hoc nihil est ademptum, si non fuit iustum coniugium propter libidinis siue adulterij malū. Nec legitimi ab istis aliud habuerunt conceptionis initium, neque nascendi honestorem modum. Proinde nō despiciantur cum quibus est omnis natura communitas, quanuis defuerit nuptiarum honestas. Non despiciantur in qbus diuina imago aequae resulget, quos deus nō despicit, quos creauit atq; redemit: quibus aeternam uitam, si uoluerit, repromittit: q eandem sortiti sunt fidem, q sub eisdem sacramentis militat regi regi, qui praecedere possunt multis legitimis acquisitione uirtutum, quibus non obstat illa inhonestas ad supernum regnū, ubi nulla distinctio conceptionis, sed gloriae atq; beatitudinis. Esti olim ex lege humana, phibebant nunc uero de iustitia Christiana gubernatur, quāuis uigore humanarum legum usq; adeo perdurauerit, q etiam adhuc haereditate priuentur. *Nō etiā reprobatur hoc ista iustitia, ut praehonorētur filij legitimi propter legē matrimonij. * & auferat atq; refrenetur mulierum audacia lasciuarum, quae se ultro uiris offerent, ut filios susciperēt, quos haereditate praese praescirent. A multi filij darentur honoribus, quos nunquam ex militibus susceperūt. Et nulla in filijs potior esset cōditio honesta rum matronarū a conditionibus ancillarū, si haereditatem earum filij cōmuniter sortirenti. Et frustra darentur p oneribus matrimonij, si uxor & concubinae filij aequarētur. Nihil atulit uicarijs concubina, plurima solet afferre q uxor est uera. Proinde non immerito etiā Christiana iustitia repellit ab haereditate, natos sine matrimonio. Quam iustitiam Sara praenoscens, dixit ad Abraam uirū suum: Et sic ancillam & filium eius: nō em erit haeres filius ancillae cum filio meo Isaac. Sed nec pretulit filium suum filio ancillae, quia illa libera, illa ancilla, sed quia malignitate m Ismaelis agnouit, qui persequebatur Isaac ad interitionem hominis utriusq; dum ad idololatriam eū inuitabat, & tanquam animarū eum sibi uolebat habere subiectū. Ludebat em cum eo, q ludus deceptio est, si a maiore ad minorem inferatur. Sed cum Abraam filio se tulisset, ac si eum uellet parificare cum filio liberae, nisi sua malitia demerisset, a domino datū est de hac quaestione decretū, ut secundum quod Sara dicebat, Abraā audiret penitus uocem eius.

* sed ut auferat

Gen. 21.

Gen. 30.

sed uelut in eorum uentre conceptos, & appellabant proprios filios. Et ipse uelut dominus in dei populo dispensabat, & lex quaedam erat quod ipse mādabat. Nec nō in ista Christiana iustitia pontificum & imperatorum dispensat auctoritas, ut his legitime detur haereditas. Sed quod talibus non sit de iure testamenti paterni, fiat tamen de charitate supernaturalis remedij. Tenētur enim fratres inexcusabiliter eos alere, fouere, nō turpiter pertractare, diligere pro communitate naturae, nec non & pro uoluntate paternae, quam scūt ad hos filios inclinatam, licet uiderint legum auctoritate frenatam. Magis uero ista inuadet Christiana iustitia, quae non dicentur homines in ordine ad deum, nisi per uirtutes atq; peccata, quamquam in ordine huius uitae pmittat fieri multa. Sed ad omnes fratres ista iustitia clamat, ut non reddant mala pro malis: sed si possibilitas affuerit, reddant bona pro malis. Hoc enim & Ioseph in Aegypto fecit fratribus suis, & cum omnes potuissent impune pariter morti tradere, si eum agrasset ira zelotica in ultionem, q eum oderunt & occidere uoluerunt, & ut crudele mancipium, exposuerunt commercio iustum, innocentem & pium. Sic armavit eum pietas humana, communis natura, dilectio fratrum, gratia diuina, & eos praeruaui aluit & ditauit.

Gen. 44.

Luc. 11.

* Reu.

Haec eadem lex, prout interest, seruetur inter fratres, siue habeant siue non habeant fratres. Sed inter fratres atq; sorores stabilitur iustitia, ut inter eos seruetur omimoda pudicitia, ne uelut Amnō ita praefixo intuitu frater sororem aspiciat, ut eam animo libidinoso concupiscens concupiscat; q eum oderunt & occidere uoluerunt, & ut crudele mancipium, exposuerunt commercio iustum, innocentem & pium. Sic armavit eum pietas humana, communis natura, dilectio fratrum, gratia diuina, & eos praeruaui aluit & ditauit.

Hac eadem lex, prout interest, seruetur inter fratres, siue habeant siue non habeant fratres. Sed inter fratres atq; sorores stabilitur iustitia, ut inter eos seruetur omimoda pudicitia, ne uelut Amnō ita praefixo intuitu frater sororem aspiciat, ut eam animo libidinoso concupiscens concupiscat; q eum oderunt & occidere uoluerunt, & ut crudele mancipium, exposuerunt commercio iustum, innocentem & pium. Sic armavit eum pietas humana, communis natura, dilectio fratrum, gratia diuina, & eos praeruaui aluit & ditauit.

Vide igitur quanta cum sororibus iustitia pudicitiae est seruanda, ubi tātum exagitat infirmitas luxuria, ut omnis pellatur reuerentia, omnis deprimatur uerecundia necessaria. Nullus frater preluemat sororem adultam tangere nuda carne, in eam oculum figere, nec fixum in se diligere: deuiter omnem icium, deuiter secretum, renuat obsequiū, unde tactus nascitur manuum, maxime si formosa, si iuuenis, si apta, si amabilis, si audax, si procax, si cōceptioi studet. Similiter soror fratrem calami stratum, & egregia forma pompaticē incedentem, omnino deuiter. Vbi enim securitas est ex propinquitate, ibi diabolus infallibiliter decipulam tendit. Nulla suspensa est cautela, ubi uiget natura corrupta. Nec uir aduersus ab igne libidinis, considerare nouit sororem, sed mulierem, quem soror nō cogitat fratrem, sed estimat alium hominem. Nō uilipendant fratres, quia sunt mulieres, sed honorent debitis atq; honestis modis, quia sunt natura similes, quanuis sexu dissimiles. Maior profectio est naturae similitudo, quam sexus dissimilitudo. Et se mutuo ad aliam uitam diligant atque dirigant, pro qua se norunt esse creatos. Ne sint amari fratres quomodo libet ad sorores: pusillanimes enim sunt, & saepe ad sinistra declinant. Nec detineant diu apud semetipsos, a philargia detenti, postquam ipsas uiderint etate ac omnimoda uoluntate nubiles: consueuerunt enim diu detente, domū foedare paternā. Si uero ipsas cognouerint firmo, pposito aspirare in calibē uitā, ito eis sint chariores, quāto mūdiores: nec molestant eorum conspectiā, si uolūt frimter pudicitiam: & in hoc

Gen. 4.

Gen. 21.

Gen. 27.

Gen. 37.

Gen. 44.

Eccl. 3.

contemnant uoces atq; iudicia, quae proferuntur in contrariū castitatis. Dignus namq; gloriosiusq; penitus esset, Christum quāu terrenum regem, p sorore habere cognatum. Summopere caueant sane germani, ne suscipiant uerba uxorū ad derimentum fororum. Saepē namq; uxor omnem amorem ad uirum suum estimat odium, & suam reputat fraudem, si uir diligat iusta lege fororem. Tenetur uxor gradu suo, & soror permanere ordine suo. Nam lex matrimonij non excludit sorore: lex naturae atq; Christiana iustitia, non excludit uxores. Misericordia iniquitate circumfusis est, qui alteram ledit ex altera, Mulier profecto ex hoc ad mala paranda uiam compendij captauerunt.

Itaq; si antibus his quae diximus, fratres sic suas tractent sorores, sicut ipsi uellent tractari si essent pauidae mulieres. Sed odium euangelicū adhuc amorem iuxta ponatur. Quia qui nō odit fratres aut sorores, ut saluator ait, non potest Christi esse discipulus. Et qui nō est discipulus Christi, diabo esse ipse cōiungitur ipso dicente: Qui nō est mecum, aduersum me est: quod non solum de moribus, sed de doctrina intelligitur. Nam ex doctrina suscipiunt mores, & moribus doctrina perficitur. Quod odium non tendit in personam creatamq; naturam, sed ad id quod frater fratri, frater sorori, sorori fratri ad diuina impedimenta praeratur. Exagitat me sermo uteri mei, ut aduersus tempora funesta declamem, in quibus penē omnia procedere uidentur in tenebris: nam omnis crudelitas omnium nationum ad propinquos & fratres, & omnis inhonestas ad sorores, in Christianis noscitur reuixisse, ut retardari nō possit a malo naturae cōmunitas, morum honestas, nec ipsa gratia Christiana, qua solum speratur prohui ad superna.

Reuixit Cain, qui ob solam inuidiam peremit proditorie fratrem. Ismael, q persequebatur Isaac ad utriusq; hominis mortē. Esau, qui abs re uoluit interficere fratrem, ut impune potuisset, Isaac patris praestolabatur & mortem. Inuidia ira, impatientia filiorum Iacob aduersus iustum Ioseph, in Christianis fere ubilibet locum habet, ut nec frater fratri pacifice loqui possit, ut frater fratrem oderit, occidere uelit si possit, ac etiam precio uendat more illorum fratrem, dum magis amat, querit & uult, quā ipsum, pecuniam aut hereditatem.

Reuixit crudelitas regis Ioram, qui postquam assumptus fuit in regem, omnes fratres suos interfecit gladio, zelo malo praecausis futurum aequalē, aut sui regni raptorem. Quorquor fuerunt in populo Iudaerum atq; gentium, ut utriusq; chronica & historica facta retexunt, qui crudelitatem ob turpem damnatum respectum in fratres peregerunt, in Christianis ut plurimum repullulauerunt. Ex retroactis tēporibus ad uicimus, nostrisq; temporibus uidimus fratres, ut tota paternā sibi afferretur haereditas, inter se cisse germanum, aliumq; propinquum: & ut dominium domus aut ciuitatis ageret absq; collega, tradidisse crudeliter exitio uterumq; propter pecuniam, fratri abstulisse uitam. Nec non & familia propter ista fecerunt in parentes, in quos fuerunt crudeles, quia occiderūt & matres, quas saepe uidauerūt. Adhuc in castris & stuprat Thamar lubricus frater Amnon in lubricis Christianis, ut frater cum sorore libidinoso commixtione concubat, & priuet pudoris lilio: an-

tequam sit tradita uiro. Abijcitur hodie inter propinquos honestas, & pudicitia sanguinis iacet pulsa praeforibus. Nulla potest esse nisi cum difficultate custodia, ubi est germana securitas, ut uideatur absonum dicere, ut inter fratres & sorores custodia celebretur, qui fororum primi deberēt esse custodes. Cui ergo custodienda dabitur mulier, quam oportet praeruarē a fratre: cui committetur praeruarda extraneo, si ne fecerit, abstrahitur a propinquo: ad nullos, praeter quā ad propinquos, iure humano haec cura deberet. Ex iure autem diuino, nisi per uiolentiam, non potest honestas haec cura committi. Qui fratres sunt & proximi, mulierum debent esse custodes: qui saepe si turpantur ab alijs, in gladio sunt ultores. Sed pro dolor, qui sorores atq; propinquas ab alijs tuentur, cum eis impune perniciose securitate clandestine fornicantur. Proinde si custos effodit thesaurum, & thesaurarius asportat aurum, custodiē nihil erit remedium. Si pastor lupus efficitur, inuacuum balat ovis. Super succensam domum a proprio possessore, ubi de uicinarum periculo non timetur, nullus effundet aquam. Magis uero super occultum & inopinatum malum, nullus opponet medelam. Quamobrem inuisibilis hostis ibi pedicam ponit, unde auferri nequit. Pellicus gloriofus Herodes rex adhuc mortalitate damnata regnat in Christianis: uexillifer imitabitur, in uxorem fratris subreptitū atq; incognitū accipiat alter frater, contra quos etiam nunc Iohannes, scilicet Christiana iustitia ex euāgelio clamat, q nemo pro explenda libidine uxorem fratris accipiat, quia ipsa iustitia damnat. Seruetur igitur Christiana iustitia inter fratres, propinquos atq; sorores, depulsis uitijs, adhibitis subuentionibus: & *to leretur omnino iniuriae perperam retributio, neq; fiant fraudes, & doli non irruant, omnis omnimode pudicitia reueretur. Ipse autem Christus in bonis fratribus uerus est frater, qui nobis per carnem factus est frater. Et pudicus est in fratribus & sororibus, qui faciunt in hoc & in alijs uoluntatem altissimi patris eius: & tales appellat suos fratres & sorores, in quibus iustitiam quam impleturus aduenerat, ipse implet.

* moralitate

Mar. 6.

* tollat

De iustitia uitricorum, nouercarum & priuignorum. Caput VI.

Uitricos & nouercas atq; priuignos in retia sua trahit ipsa decora iustitia, ut omnis cōiunctio praeter eam omnino sit turpis, & piens ascribit tartareis omnem hominem ipsa carentē. Supductus homo a matre renupta super filios alterius hominis, ita tracter si gent, ut filios proprijs seminis, quibus patre orbatis matrem abstulit, & quasi crudelis, uuln super uulnus inflixit. Ad infelicitatem humanam atq; mundanā debuerat suffecisse, q mors praeripuerat patrem, absq; supin ductus, matrem per matrimonij legem in suo dominio uendicaret: & quanuis diuina lex atq; iustitia Christiana ad deuitandam fornicationem permittat secunda: & deinceps conubiā, nihilo minus superinductus abstulit saepe filijs matrem, cōsensit in crudelem foeminam, se propter libidinem filijs auferentem. Quod si dicatur non propter libidinem nuptias iterasse, sed ut prolem susciperet amplioem, contra hanc iustitiā fulminat sententia

sentiam, pro eo q̄ susceptam atq̄ certam relinq̄t, & futurā & incertā expectat. Qualis em̄ est ampli or ista prolis affectio, ut filij querant, & filij expo nantur exitio. Expofuit penitus quantum in se fuit, feralis animā mater mamillos filios, & pupillar is aratis sua ope penitus indigentes, si dimisit in alitos. Filios querere, filios male relinq̄re, nescio que utilitas in utriusque. Sed nulla in affectione p̄lis applaudat, si filios alendos reliquit, nō propter prolem, sed propter incontinentiam aut aliquam uiolentiam fecit. Idcirco dixerim superinductum ad hos priuignos Christiana lege teneri: quia si de us per mortem abstulit patrem, ipse per coniugi um abstulit matrem. Sed de pro fornicationem ac cipientibus non datur hic doctrina, quia eos non includit, sed excludit iustitia Christiana.

Hęc pro tanto dixerim, si filias patres omnino gubernatore carent, ut probabiliter desit illa pro pinquitatis, cui gubernandi, matre relinquente, in cumbebat officium. Nam utricus filias patribus connexus est per eorum matrem, quā accepit uxo rem, ut si ipse cum ipsa, & ipsa cum ipso facti sunt caro una, & mater cum filijs suis similiter est caro una. Ex quo erit & filias patrum cum utrico qua dam secreta lege Christiana, iustitia coniunctio magna. Filij etiam qui nascuntur uterini, cum fili as patribus erit, & ipsorum erit indissolubilis con nexio, & in communi uocabulo uocabuntur fra tres carnis, propter unitatem uterinam per ueram legem maternam. Et quāuis unitas feminis desit, unitas coagulationis in uentre uno nō defuit. Et si non sunt ex eodem semine patris, sed tamen ex e isdem sanguinibus matris, & per eandem portam habuerunt ingressum in mundum hūc, quem in colimus, tenebrosū. Prospectabit desuper suspin ductus homo, connexionem utranḡ aspiciet: & uidebit se debitorē, qui eis abstulit matrem. In gredieturq̄ aulam Christianæ charitatis, ut ibi se induat uiscera charitatis, & orbatis utroq̄ paren re, uno per mortem, altero per hęc legem, se con stituet curatorem, aut orem, tutorem. Et filias pa trum non per naturam, sed per paternā officia se faciet dulcem patrem, & eorum bona curabit, aug mentabit, fouebit, quia matrem abstulit quæ fe cisset. Nec non & priuignos zelabit zelo proprio rum filiorum, si sibi zelandi aderit opportunitas, nec alios zelatores habebunt quibus zeletr ho norabilis castitas, nec in ea aliquid inhonesti, ten tabunt. Prohibet diuina iustitia turpitudinē fi liae uxoris suæ penitus reuelari, & si fieret, punire tur, & ipse perderet iura propria in uxore.

Leui. 18.

Ipsi uero in omnibus uenerabunt utricos mo re patrum, ubi ab eis paternam curam suscipiunt. Si bona paternā non adierunt, prouidebit ipse fa cultatem librare iustitia, quibus inexcusabiliter ex quadam diuina & occulta iustitia pro tanto tene bitur, pro quanto damnum insultit auferendo ma trem. Nam si crudelis mater uirum nō inuenisset, inuenisset amasium. Ego uero inquam, certissime, q̄ hęc cura non erat a deo tibi commissā, ut hui uscemodi matrem acciperes, ut fornicatiōem ipsa uitaret: de se solum, non de alio, ubi occasionaliter coram deo unuquique tenetur reddere rationem. Si autem filias patres ex matre relinq̄re et nihil p̄ tulerunt in commodi, ubi erunt utrici: t̄m inter eos seruabitur Christiana iustitia, & illa mox ho-

nestas & obsequio exhibitio, p̄sentio in hono ribus, prout dicitur ista connexio & antiqua cōue tudo, & sicut postulat moralis fides, quæ noui ter fundata est in unius singularitate personæ, in lege cōiugij secundas aut deinceps nuptias ipsa tene, in lege natura matre manente.

Ad nouercas uero quæ uel amplius ista iustitia loquitur, ut filias matres ut proprias filias atq̄ fili os, si dum habent, aut si habent uero amore, fe dula cura, solerti cautela diligant, foueant, atq̄ cu stodiant. Cuius genere ex millesimo ferē una re peritur irreprensibilis, quæ huius infanti uocabu li non habeatur ipsa peractrix. Nam nouum prin cipatum ipsa exercet in eos, quos inuenit apud ui rum: quibus melius sæpe, si uirā captis filijs aduen tassent. Conseruauerunt ferē semper maledicta mor te, antequam filios ex uirīs suscipiant, terminare p̄ priuignos, & incessanter querulam emittere uo cem, q̄ aut desipiunt, aut minus debite præhono rantur. Ascribunt priuignis masculis prodigalia tem furta, rerum dissipationem. A feminis uero remouent honestatem, & ad iram conantur in se ctere contra eos pium in filios patrem: nec sufficit pro illis, & illarum miseria, q̄ filias matres sunt, nisi earum malitia filias patres fiant. Et nescio que maiora damna nouerca possit inferre, q̄ a filijs pa trum amore auertere. Cum autem filios genuerint, extolluntur superbia, & uigore natiorum, cru delius renouant nouercatum. Accenduntur zelo inuidiæ pro filijs ad nō filios, auaritia complun tur ad alios, ad proprios sup sua largitate descen dunt, atrocinantur bona communia, exercent fur ta, p̄ filijs, & zetas obfirmat, pro archiuis nouas se ras inueniunt, ut nil pateat illis, suos uero nihil teat. Et erit absmatrum ut plurimū facies squali da, suffusa lachrymis, cesaries inculta, lacera ue stis. Filiorum uero suorum nitida cutis, splēdidus uultus, caput lotum, contorta cesaries, bene sura & polymita uestis. Statuunt ad uiros uerborum in expugnabile bellum, ornatum lachrymis, suffultū suspinīs fulcitur amplexibus, & sepe suauis, ut ipsos auertant a recordatione præmorte con iugis, ad hoc deuenire tentantes, ut ipse amentur at dentius. Quod ubi factum cognouerint, nouā illo exordiuntur telam, quam imprætermisse con texunt, nouitate uero magis an ueritate dicam, ut a prioribus filijs patris auertant amorem, ad poste rosty conuertant. Tentat mala nouerca ordinem mutare rationis, cum in amore paterno filios nitit p̄posterare. Ordo est naturalis iustitiæ, ut prior natus, prior sit in amore. Hoc dico, ut filij sunt, nisi posterior priorem probitate uirtutis excesserit, quæ iusta causa est amplioris dilectionis: quia tūc dilectio non p̄posteratur ad filium, sed ad probita tem uirtutum. Non frenabitur animus malefide nouerca, quin in hereditate peruertere uelit ordi nem legalis iustitiæ, cū suos filios posteriores, pe rit fieri hereditate priores: natu priores, petit esse posteriores. In hoc allegabit infantiā, allegabit debilitatem membrorum, ineptitudinē ad lucran dum: & absmatibus non amore, sed odio, non z nimo diligendis, sed uersuta decipiendi, ascribet eloquentiam ac peritiam: fortitudinem dicit ad se se membris, lucrandi apertitudinem didicisse, rele uandos esse maternis consanguineis, etiam si peri rēt: extollit illos, ut deprimat, suos infimat, ut ex-

De ueris.

uicis

Pro. 22.

rollat, non cessabit cum uerbis, a lachrymis sæpe loquetur, donec adhibeat alios quos a uiro nouer it esse dilectos, donec suos filios eis in quos nouer catur, quōlibet anteponat. Et si reuinditur uer bis, q̄ absonum esset complere iure legali, & scan dala & schismata essent inuitabiliter inter fratres, & præceptū est in lege domini, q̄ uir diligens ux orem secundam magis, q̄ primam, filios dilectæ, pri orare nō poterit filios nō dilectæ, aut minus dile ctæ prioris: & quod dicitur, eadem iustitia recon uertitur: tunc nouerca omni fera crudeliter, omni serpente astutior, se ad callida cōmentā cōuertet, ut fiant antedonations, pecuniæ progogationes, absmatibus inficijs: & ipsa se offert, archiuum cu stodire spondet omnino secretum, adducet charos quos habet conserores, ut si uelut depositorios faci ar, & res in posterum lateat. Sed uæ misero patri, si tali nouercæ sic nequitur suggerenti, pro re pe titia præstabit assensum. Probaretur enim amississe rationabilem & proprium sensum, & peruersior esset ordinis naturalis, iustitiæ legalis turpator, a moris & legis eius destructor, magis consentane us blandientiæ feminæ, q̄ diuina iustitiæ. Ipsis uero nouercis subdole sic agentibus, iustitia poculū dānationis propinat, nisi errata corrigant. Et qe quid furro, dolo, suggestiōe absmatibus est abla tum, iuxta posse restituant, ac ordinatione cōtra ria ad id redeant bona, unde sunt neq̄er deriuata.

Magna miseria nouerca comprimitur, ut uici nis filiorum atq̄ amicos diligit, ad ipsorum uero fratres, infautis emulatiōibus agitatur, & peruersior filias matres paternam domum dimiserunt inuita, processerunt in peregre, per longa exilia perierunt, ascuerunt se latronibus, cum prædoni bus expolauerunt insones, & cum furibus parti bula perulerunt, non ualentes ferre tyrannidem, imō fraudem incessabilem nouercæ. Priuignas si ne culpa inculpauerunt ad patrem, infamauerunt uerbis, & apud nocos famā pudicitia abstulerunt, & diuersimode intendentes in causam, ex qua p̄ pria sæpe corpora lubricauerunt. Quis ergo medebi tur nouercis iniquis: quis earum expiabit delicta, quas lachrymis perimere, lachrymis cōfodere, in terimere uerbis dixerim? Sæpe in multis ultimū genus infortuniū, nouercari: cui iratus est deus, in cider in eam. Sed aspiciat in animo generosa nouer ca ordinem naturæ: legis iustitiā, & nihil eorum sua ordinatione permutet. Seminis communita tem omnino consideret, ex quo sui posteri cū pri oribus sunt exorti. Appellet uerbo filios, opere ue rō perractet ut proprio corpore natos. Quæ fi lijs optat amicos, diligit consenaratos. Nam quo iure nouerca probatur diligere uirum, si non di ligit filium? Quomodo diligit patrem, si eius non diligit filias matrem? Quomodo diligit quem a luit in proprio uentre, si eius non amat fratrem com munem in semine? Adiungat hic pia nouerca gra tiam Christianā, & filias matres ea lege procurat, qua suos, si ad hanc uenirent miserā, optat ab alia procurari. Et nomē nouercæ uincat materna uir tue. Mater fiat ministerio, que paritō non fuit. Intueatur actibus alio, q̄ oculo corporali, quoniā imago & similitudo dei in suis & absmatib⁹ eque refugiet, prout a domino sunt creati, uno sanguine sunt redempti, una fide signati, unam uero uitam quæ uocatur eterna, pariter expectantes. Filias ma-

tres uero, nouercas uenerēt ut matres, defectibus indulgentiam dantes: & si nō meretur earum con ditio, deseratur tamen in honore paterno. Honestas seruetur ad eas uelut ad proprias genitricas, quia impropertus est & defectiōni ascriptus Ruben, qui paternum cubile maculauit. In lege uero pro hibetur. Absalom uero qui contra fecit, interem ptus est eo merito alijsq̄ adiunctis. Quid ergo dulcius in communi habitatiōe post mortem pa tris, matrisq̄ discessum, q̄ q̄ qui non sunt parentes natura, fiant parentes gratia: qui pater non est in semine, fiat in gubernatione: quæ non genuit, fiat charissima nutrix: qui concepti non sunt in facto re libidinis, fiant filij ueræ dilectionis: ut eo sit glo riosior & iucūdiōr pater, quo habet filios sine cor ruptione carnis, & mater læta congaudeat, quia fi lios habet, partus nō experta dolores, & noua sit materia exulrandi, cum habeant filios ex corru ptione carnis, & similiter habeant filios castitatis? Sæpe multi sine aliquo præcedenti connexu filios adoptarunt. Et filia Pharaonis adoptare uoluit si bi pro filio Moysen filium ex Hebræis. Vxorēs la cob uoluerant habere omnino filios ex ancillis. Omnipotens deus nos omnes uoluit habere filios per gratiam, qui esse poteramus minime per natu ram. Animalia terrestria alienos nutriunt natos, similiter ipsæ fecerunt & aues. O quā pulchra pa ternitas cum castitate, quā decora cū honesta te maternitas, quā laudabilis filiatio, ex qua pa ter non est succensus in carne, mater non angusti ara in uentre, omnis impletur Christiana iustitia? Dabitur meritum bonum bonis utricis & nouer cis, similiter & priuignis, & mala malis retribuēt digna dignis.

Gen. 35.

2. Rc. 16.

Exod. 4.

Ge. 30.

De amicitia. Cap. VII.

Honorabile, amabile, desiderabile nomen amicitia: diu quæsitum, raro uero inuentū, realiter difficilissime seruati. Christiana iustitia ex cecedens super omnem iustitiam, ipsam amicitiam partim cum alijs, partim per excessum exornat. Sed antequam applicemus ad ipsam iustitiam, erro rem uenātes, flumē riuulos, mare, in quo se col ligit, uideamus. Cuius ueritatem nunquam uide re atque intelligere poterūt sapientes mundi, ne que philosophi naturales, neque qui unius dei at que creatoris fide caruerunt, ceu non intellexerūt legem datam populo manu Moysi. Ab eo autem tempore, quo altissimo placuit mundum renoua re doctrinis, & per suam corporalem præsentiam per assumptam carnem in unione diuina huma nãq̄ naturæ se hominibus exhibere, quotquot in eum non crediderunt, euangelium eius non ce perunt, de amicitia neq̄ de aliqua uirtute uerā po tuerunt proferre sententiam: quia nec uirtutes di cende fuerunt, nec in præsentem dicende sunt, quæ sub creatore secūdum uarietatem temporum, sua intelligibili lege in hominū mente consistunt, atq̄ sub eadem lege, æterno sine præcisio, in actus exo riores profiliunt. Et quantum hoc absonum sciolis uideatur, Christianis speculatiuis in Christi uita & doctrina fundatis, luce clarius patet.

Sed uæ semel & iterum, qui hanc uirtutem & re liquas secundum Aristotelem, Socratem, Cicerone m, Varronem, Senecam legunt, allesti stylo rhero rico, subtilitate differendi: & scire contemnūt se cundum legem aut scripturam ueris testamen-

ti, dicentem uirtute spiritus sancti, & secundum euangelium eructatum per uerbum incarnatum, quia solum cor eius per linguam carnis, eructauit uerbum bonum, & qui eius uirtute similiter sunt locuti. Ceteri uero, si non per ipsum & ad ipsum uerbum, de hac uirtute deficiunt, imò atque profectu inanes facti sunt. Proinde ad lumen huius ueritatis pendendum, esse amicitiam oportet oculo intellectus inspicere. Amicitia, custodia est amici: magis uero custodia est amoris, necnon & animi amicitia dicitur esse custodia: hoc enim est esse amicitia, prout sub hoc nomine fertur. Custodire oportet amicum eo amore, quo custoditur placitum, super quo mens se accidentaliter delectatione fundat, ne aliquid irruat, quo destruat uisibile inuisibiliter habitaculum mentis. Custoditur saepe corporis habitaculum humana peritia, & firmatur diligentia quam regit. Anima habitaculum est amicus. Saepè, imò incessanter habitat anima in amico, & in absentia inuisibiliter apud eum sedulo hospitatur, & requiescit in eo uelut in lecto corpus. Magis uero amoris custodia, dixerim amicitiam. Sempè ad habera pendet amor, què semper expedit lacte nutriti, non possit ex falsis, uelut in fans oportet cõstringi: in balneo expedit interdum immergi, etiam improuise plerumque turpat. Nunquid calefit amor, nunquid suis pedibus graditur, nunquid fit mator quin cito pateretur ruinã, nisi animorū p̄ corpus certissimus esset aspectus: ut quanta, quãlis esset amicitia utriusque, posset esse animus certus. Sempè suspectus est amor, ne minus diligatur quã diligat, aut nõ diligat sicut diligit, & a tertia lingua cõducitur, defficientibus interdum signis estimat dissolutionem. Interdum fastiditur ex nimio, aliquando ex modico torpet: deficeret omnino, nisi gubernetur a fide, aut signo, & nutu fomera suscipiat.

Quæ igitur erit amoris custodia, si ex hoc amicitia nuncupatur? Fide ois tenetur amor, quorū uirtutibus custodit, ut infra cæcellos prudẽtieg, uo firtia, reuerentia, fortitudinis includatur, & nulla ipsam a plaga quã tener, ad cæpestra præter egres sum, & uelut discipulus doceat unaqueque rudimenta doctrinæ. Nunquid uero a doctrina desistat: ipse uero discere nunquid cessent. Nõ enim doctor effici potest amor, nulla sibi nisi ad obiectum est actio, neque tamen discere ut ultra nõ egeat, quia puer sine infantulo sena per est, nunquid senio appropinquat: ferrur enim cecus & surdus, cum placitum habet obiectum. Et cum se firmum uidet in placito, ferè non suscipit disciplinã. A seipso caret amor custodia. Expedit oino a uirtutibus custodiri, quam ad eum actio aliter infra patet. Animi & animi custos est amicitia: amorum, nõ corporum, dicitur amor. Quis enim amat cadaueres, quos uellet ex turpi amore cõmotus, cum exanimato corpore cõtare cõmercia? Igitur inter animi & animi prima effusio est amoris, postmodum ad adiecta. Proinde oportet incedere, quo iure amicitia est amorum custodia. Nã si animi non sunt adiuuicem custoditi, nõ erit amicitia amorum custodia. Duo aut animi se mutuo diligentes, duo sunt specula uiua: & quod est in uno, resultat in altero: & quod est in altero, resultat in uno: & ita resultat resultat, si adiuuicem opponant. Vnũ uero in altero suam fracturam ostendit. Nubili aut existens recipit in opposito speculo: sed oppositum, ipsum nõ recipit. Ambobus albuginẽ habentibus, neutrum resultat in altero: nec imago, quã ante in utroque appare-

bat. Erunt igitur duo animi, duæ insignitæ imagines serenitatẽ habentes, quum una per amorem in altera apparebit, & alterius recipiet apparitionem in seipso, cum seipso apparebit in alia, & erit mira & mutua reuerberatio speculorum, & serenarum imaginum, sic & amicitio. Nã animus dilectus resultat per amorem in alio diligente. Si uero animus diligens rediligit, resultatio in dilecto cõ ipso dilecto. Custodia porro erit adiuuicem se amantium amorum: nõ quod animus se custodiat in seipso, sed quod se custodiat in amante amato. Nã in amato nõ amatẽ, difficultime se custodit. Saepè certe frangitur nõ cõpensatus amor: * ut amabit animus, aut reamabit, si primo amauit, aut irrationabiliter, & tunc cesset, omnino brutalis est amor, a iusta ratione deficiens, aut rationabiliter, tunc omnino se custodiat in amato. Quod enim semel rationabiliter placuit, nunquam placere non debet: quod si displicet, erumpit in crimen. Et per rationem se custodiat in eo, quod per rationem sibi fuit acceptum, & amanti ad gratiam, ut per rationem non moueatur. Circa dilectum animi aut ratio ordini se cõsociat, ordo uero causa est permanendi. Si uero animus reamauit, forte uolebat causari superbia, si nõ reamaret amatus, aut quia generositate gratitudinis uoluit insigniti, repedens uicẽ ad amantem, aut extollentiam oino cognouit in eo quod amorem inuicem. Et forte ad eundem se inferiorẽ aspectum, unde dignum duxit amorẽ repedere: aut forte amori ab aliis insigniti querebat, & puentus est ad nesciẽtẽ quito: aut iusta ratio exigit, ut nõ solum reamẽt amorẽ inuicem, sed quod se mereret, ut ad eum inuicem amorem. Quodlibet hoc ex lege amoris cogit, ut animus in amato ratio adiuuicem, ex suppositis iustis causis se in amato custodiat, nõ solum tenetur moderatẽ ab amato ad animi, ut si ferens, nõ caliginosus amor: castus, nõ impurus: honestus & irrephensibilis, ut libera facie, aperta fronte, possit ad iudiciũ rationis iustæ declarationis inuere, unde de atque impauide conuenire. Proinde amicitia custodia est animorum.

Rationẽ amicitia uelle inuestigare, in excelsis animi tollerere, & transcendit intellectu negantia creationẽ ex nihilo, & nouitatẽ aiarum, quas fides purissima p̄fiterur. Ratio amicitia tota prima & summa, ultra quã nulla, ipse deus est, ratio ex plaris omniũ rationũ existens, quod amicitia non statuit inter irratiõabilia, quibus quidam naturalis ab eis nõ cognitus amor fit in eis, aut ratione similitudinis, quod simile simile appetit, aut ratione generationis. Nec inter ipsa & rationales creaturas amicitia copulauit, propter incapacitatem creaturæ irrationalis, eius quod a creatura rationali procedit. Sed inter rationales creaturas, quas etiam sui diffusui amoris statuit esse capaces, posuit & esse uoluit amicitia dulce nomẽ. Nam dei providentia infallibilis ordinauit decreuitque mandata, ut hofes ratione fulgentes inuicem amarentur in terris, quibus ipse amebatur de cælis. De lege fertur iustissima dominorum, ut omnes serui mutuo se diligant, qui ab uno domino p̄gramantur. Et dilectio, quã ad creatorem omnis rationalis creatura, tãquam a deo in amore præuenta, tenetur rependere, cogit ad cõsimiles amari: quia tali ratione diligendus est deus, ut diligatur omne quod diligit. Et huiusmodi ratione amor qui agitur inter homines, seculi fert, ut cum dilecto diligamus ab ipso dilecta. Signatio uultus domini super omnes, & imago &

similitudo eius quibus sunt homines insigniti, adducunt inexcusabiliter omnes inuicem amari. Vna omnium animarum natura, carnisque traduce nos ad amorem inuicem: una materia ex qua facti sumus, una forma humanitatis in omnibus, una nascendi & moriendi conditio, una terra per quam gerimur, unum cælum quo tegimur, una lux qua perfundimur, debent iure inter homines indissolubilem amicitiam copulare. Sed nunquid inter omnes æqualem? Omnino sic dixerim, nisi uirtus præter ita in aliquo plus apponat, ad quem tanto intensior sit amicitio, quanto eum uirtus præ alijs fecerit clariorem. At trahit secretum animos uirtus ad id, quod a deo gratis collatum nõ scit, & firmat quod amicitiam inuenit, & uinculat arctius mentes. Proinde uirtus perfecta ratio est amandi: nihil enim habet rephensibile uirtus. Quod rephensibile ratio nõ potest, eadem ratione diligitur: quod rephensibile ratio nõ afficitur, rephensibilis constituitur. Perfecto cogentem rationem habet uirtus annexam, ut ad possessorem eius plurimi, magis autem omnes differentes ab animalibus ratio, habituales & practica ueritate amicitia copulentur. Amicantur sane de omnibus, qui non amantur uirtutis alius: & scelerat tenent cum uitijs, qui se uirtute pollentibus non asciscunt. Aurea tuba in silentio tubat, & ad omnes florida loquitur uirtus, & ad sui amicitiam sine clamoribus trahit. Nam post omnium creatorẽ rationabilior ratio amandam dicitur uirtus. Nam si uirtus non habet amicum, cui amicitiam homo: Et si homo puro homini amicitur, amicitia est naturæ, super quam amicitia uirtutis uolitat aquilina. Multi ambulauerunt ad lumen facularum, similiter & stellarum: plures ad lumen lunæ surrexerunt, coniunctim agentes negotia. Excesserunt hunc numerum, qui se in aurorę rutilationibus ascuerunt: plures omnibus his, qui se conglobauerunt ad splendidissimum lumen solis, ut deus & uirtus sit potior ratio amicitiam inter homines generandi. Non habet tardium cõuerfatio amicorum, ubi uirtus est medium: nec fastidium generat, quod respectu agit creatoris. Idcirco dixerim deum & uirtutem rationes potissimas amandam: quia si tenemur omnibus ex suprapositis rationibus propter deum amari, amicitia in hominibus uirtus potest esse defectus, a quibus amorem auertit creator omnium deus, a quibus expedit ut auertat & proximus. Si autẽ adierit hominibus uirtus, seruatur ad eos qui diuinus est amor. Et nos amorem nostrum amori diuino coniungere omnino iustitia cogit, ut cum ipso amor nostro gradiatur, & cum ipso quiescat, & cum ipso quem diligit, diligit. Superi nempe ciues, quorum nunquã hic fuerit peregrinatio corporalis, in hoc æterno deo maxime sunt conformes, non solum quod deum diligunt propter seipsum, sed quod diligunt & odiunt, quem sciunt ipsum diligere uel odisse. Palmaris siquidem amicitia ratio est, quæ sumitur ex iustitia Christiana, secundum quam iustitia non amari, amarissima mors est. Nihil amarius quam nõ amare, Christiano dixerim affuisse, quia uita eius in amore consistit. Et dulcedo animæ sugitur ex amore, & amandam ratio

sic alte intelligentibus patet. Post has omnes suadet nobis ex Christiana uirtute dilectio. Omnis uerbum caro factum est, ut monstraret signo uisibili quantum deus dilexerit creaturam, pro qua uoluit incarnari, & exinde omnes amarentur nouo amandam genere, quibus dei filius ab æterno amicus, nouum amoris signum ostendit in assumpta carne. Si filij hominis ex parte uno tranfducti, amantur amplius quam ex diuersis parentibus geniti, permixtissime amabantur ad inuicem filij dei. Dedit enim Christus hominibus potestatem am filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, non ex uoluntate carnis aut uiri, sed ex deo nati sunt. Effici debet ex hoc amicitia inexcusabiliter inter homines, qui filij nouogeniti sunt per fidem, ut quãtio nobilior est pater, tanto sit strictior amicitia filiorum. Etenim generosa paternitas iure filios in amore strictiõ nõ cessit. Generandi modus etiam impollutus, segregatus ab omni alia serie producendi, supra naturam, supra rationem, supra usum, supra modum, super omnem hominis intellectum, in hos filios dei gratia ac adoptionis tenacius uinculum amicitia ac dilectionis effudit. Necnon & Christi primogenitura fraterna, quæ facta est non ex traduce humani feminis, aut ex communi habitaculo ueteris, sed ex incomprehensibili potentia deitatis, in ostensione infinitæ benignitatis, homines iustissime in amicitia ligat, a qua se penaliter quicquid diffoluit. Primogenitus enim est Christus in multis fratribus, & ipse nobis omnibus nobilior frater. Hæreditatis etiam moralibus oculis inuisa communitas, quam omnibus uolentibus per deum gratiam promissum est posse fortiri, ad amicitiam indicibilem ligat hominum animos, ut tanto charius se ament ad inuicem, quanto nouerint diuinæ hereditatis se fore consortes. Ad quid inquit? A postolus ad Romanos: Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quoniam filij dei sumus: si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, coheredes autem Christi. Solent specialius homines inuicem amari, si habent communem hæreditatem omnino indiuisibilem, & qui possessiõem possident in eadem regione. Qui uero eadem porta egrediuntur & ingrediuntur, qui perambulant eandem uiam, conuincunt, cõciues, compatriota, nisi auaritia diuidat & scandala interponant, ut uitium turbans eueniat, quadam etiam consueuerunt amoris singularitate cõstringi. Multo ardentius in supernam hæreditatem anxie aspirantes, se amore singulari conuincunt, ad quam his omnibus schematibus peragramus, quam auaritia nulla turbat. Quod enim ibi est uni, non minuitur ex consorte, & uita si qua quietem illam ineffabilem nullo interuentu perturbant. Mandatum Christi datum hominibus de amore, sicut euangelij textus eloquitur, rationem insolubilem pro amicitia procurauit, ut non diligenter, uelut Christi mãdata conuenientibus, damnatio procuraret.

Sunt & alia infinita rationes, ex quibus amicitia sumpsit originem. Ipse quidem inuisibilis amor, qui semper uenat extra seipsum placitum, ut in illo amando quiescat, ratio est amicitia inuicem. Accidentaliter quædam complacentia generat ex punctaliter uisu ab oculo corporali, quæ animæ

Iohã. 1.

Rom. 8.

Rom. 8.

renunciata per ministrum sensum, q ab extra per cepit, facta est in amore sine respectu mercedis.

Proprium est amoris, amare. mercedē querere omnino non nouit. Quæstus est, non amor, ubi merces acquiritur. Sufficit amanti solum pro pabulo amoris, habere quod iure possit diligere: nā si non amat ex iure, non amor, sed affectus deordinatio dici debet. Nec cessitas sæpe facit amicitias in numeras. Non enim datum est homini in sua natura per seipsum uiuere nam & ille qui condidit, statim decreuit non esse bonum, hominem esse solum, & factum est ei simile adiutoriū. Et ut essent omnia deus non fecit omnia æqualia. Et ut essent omnes homines, non fecit omnes æquales. Aliquis plus, aliquis minus habet: & sufficientia naturalis unius, nec propter habentem solum est cōcessa, sed ut in aliū diffundatur. Et alius inferior in una sufficientia, in alia forte potior erit, qua & ille in sua sufficientia erit, atque in conuersatione grata tempore quo dominatur necessitas.

Grata conuersatio & subuentio esse non possent, nisi amicitia interiora & uiua specula copulasset, & uera esse potest amicitia, quæ ex necessitate contrahitur, quamuis de amicitia solertissimi contrarium dixerint tractatores, uolentes amicitiam omni necessitate carere, sed à libertate procedere uoluntatum. Sed aliud est necessitas, aliud est libertas. Necessitas est ex re, libertas est ex uoluntate. Sed nec rerum necessitas, uoluntatis libertatem annihilat, aut in seruitutem redigit alterius uoluntatis. Uoluntaria porro libertas, nunquam necessitas est: ad amicitiam faciendam proprio motu, & à seipsa mouetur. Nota enim est, que nō patitur ab extrā uolentem motorem, nisi conditorem, qui sic liberam fecit à seipsa & in seipsa, ut ad aliud sua sponte moueretur. Proinde necessitate nō est ponere uoluntatem, sed ad aliquod remouendum molestias, aut ad perfectibile aliquid inducendum, unde causabitur ratio & causa, unde amicitia contrahatur, quæ magis declarabitur, si abundans effundat in uacuum, uacuum à pleno suscipiat: & plenus in uno, uacuus in alio, refundat in alio ex eo quod plenus, accipiat à pleno in eo quod uacuus. Et erit uidere decorum sub ordine amicitandi, ut duo sint carnales ad personas duas appositū, unus per quem infundatur, alter unde debite refundatur.

Creator etiam omnium deus, qui in sua dispositione non fallitur, ita disposuit ad uniuersū decorum, ut in hominibus sit ex qualitibus præfectura, ut cum sit collatio ad alterutrum, generetur inter homines amicitia, quæ uera & pulchra erit, q non turbat, imo quod suum est, confert ad ordinē uniuersū. Huius enim plura sunt exempla quam dicta. Ipse ordo uiuendi ab arte sustulit, amicitiam generat, aut quia non * poterat sine socio ars deduci ad actum, unde cogetur in qualibet arte peritus inuenire collegam, qui animo & corpore sibi ad artificium educendum in contr adicte consentiat: quod esse nequit, nisi amicitia fuerit mediatrix, aut quia indigentes operibus artis, oportebit cum artificibus amicari. Omne autem commercium, quandam amicitiam habet causam. Ornamenta regionum, quæ diuina providentia sunt non omnia omnibus, sed singulis singula distributa, homines à diuersis mundi partibus ad contrahendam ami-

Gen. I.

* patitur

icitiam fecit cōuenire in unum, & docuit homines, per marina diuortia posse alteros ad alteros trahere per rates. Erunt autem amicitia tantum durantes, quantum cōuersatio durat, quantumq̄ necessitas & alterius subuentio perseverat, quantum commercij tempus, quantum emptio & asportationis ordo, quantumq̄ adest tempus in placitis. Similiter & usq̄ ad finem uitæ hominum, est inuere plures qui post mortem dispari causa, dispari cultu perdurant.

Ad cuius maiorem euidentiā cum Christiana iustitia pertractemus, nō derogantes ueris sententijs, quantumcumq̄ ueteribus atq̄ infidelibus dictis. Primo inspiciamus, cum quibus est amicitia Christianice deuitanda, deinde cum quibus iubetur aut permittitur copulanda, nō secundum philosophos munditijs sapientes, qui quantum multa dixerint de natura, ueritatis fontem & originē penitus ignorauerunt, nec illam inspexerunt scripturam & legem, quam spiritus sanctus suis fidelibus inspirabat. Ad quam pro eliciendis sententijs animus noster intendit, in qua iacebat obuoluta ueritas & iustitia Christiana. Omnia em̄ in figura contingebat illis. Deuitanda, nec contrahenda factibus amoris & conuersationis amicitia cum illis, qui signantur in filijs Canaan. De quibus dominus dixit ad Moysen, ut promulgaret ad populum: Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius, scilicet Canaan, iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinā. Legimus in libro Genesis, Cham reprobaturum à patre, pro eo quod eum nudatum in tabernaculo, habuerat in derisum. Ex quo exortæ sunt gentes quas præ cæteris deus odio habuit, quibus post longa tempora terram abstulit, & tradidit in possessionem filijs Israelis sub ducatu Ioseph successoris Moysi, cum quibus prohibuit esse amicitiam copulare. Ut autem audacter affirmem, nemo angelorum aut hominū nouit à quibus cauendum, cum quibus conuersandum, quam infidelibus & æterna ueritas, nec melius ordinare hominum mores, sed humana hominum sapientia quæ stultitia est apud deum, prætermisit sæpe diuina, cum assertionem atque ordinationem suorum. Primogenitus uero Canaan, Sidon fuit, à quo egressæ sunt gentes suo nomine nominatæ. Sidon interpretatur uenatio tristitiæ: aut commotio iniquitatis. Cum talibus, huiusmodi nullo modo est amicitia fœderanda. Est enim amicitia Christiana læta dilectio animorum. Læta dilectio esse non potest, ubi uenatio est tristitiæ. Porro tristitia dicitur à trina diuisione quam uenatur, quæ falsitatis & uanis rumoribus præstitit auditum, unde intellectus confunditur. Qui memor est iniuriæ, q̄rit unde tristetur: perditorum in recuperabiliū memorator, causam tristitiam habet præ fontibus. Qui ad aliena bona suspirat, tristitiam sæpe nanciscitur. Qui appetit quod nequit habere, semper in cruciatibus manet. Hic nemini laetus erit amicus, quia sibi non adest animus Christianus, qui solum illa intelligit, memoratur & uult, unde in Christiana iustitia licitum sit gaudere. Christiana nempe iustitia nil aliud, nisi peccatum, iudicat dignum tristitia. Commotio iniquitatis Sidon, cum quo amicitia non est ferenda. Nam aliud est, ab iniquitate commoueri: aliud, commouere iniquitatem. Primū, sæpe atq̄ pluries sine peccato, & in-

I. Colo. Exo. 34. Gen. 9.

Gen. 10.

udina- amum

terdū cum peccato peragitur: secundum uero, sine peccato nunquam. Commouetur quis ab iniquitate alterius, propulsatur, concutitur, agitur: cui si patientia non deest, absq̄ peccato manet: si non rependit, iustus in eo est: si uero rependit cum inculparia tutela, adhuc iniquus non est. Si autē commouetur ab iniquitate inuisibilis hostis, si ab iniquitate sensibilis & fragilis carnis, si non cōsentit, & quod antequam ageretur erat, id manet, imō forte premium est uirtute resistentiæ acquisitum. Tunc uero ab iniquitate commoueri peccato alci scitur, cum animus frangitur aut male consentit. Commoueri iniquitatem, impossibile dixerim fieri absq̄ peccato. Iniquitatem commouet, qui alteri absque causa iniuriam infert & damna: qui seipsum in carne sollicitat, seipsum dæmonibus obuiam facit & pręuenit non rēatus, agitur tamē à propria uoluntate corrupta. Proinde cum his omne participium amicitia deuitetur. Non est uera amicitia quæ uertitur inter malos. Neq̄ qs paliet, q̄ alter sit bonus: quia coipso malus efficitur, quo se cum malo consociat. Læti & puris animis assistit amicitia sana. Filij alij q̄ plures fuerūt, cū quibus præceptum fuit populo electo dei, ne amicitiam quoquo modo firmarent. Quod p̄ceptum nobis seruabatur, nunc autem in ueritate clarescit, quorū ista sunt nomina, Ethæus, Iebusæus, Amoraus, Gergeus, Euaus, Arathæus, Phereus, Aradius, Samaritæus & Amathæus. Genus igitur hominum aliud in amicitia deuitādum, in Ethæo signatur. Stupidus enim dicitur. Quid amicitia esse potest cum stupido, qui quasi lapideus est & stolidus, & uxorem habet inertiam? Est enim amicitia sensus inuisibilis potissimus animorum. Quid enim tanquam id quod amatur, sentitur in animo? Nam si sentitur in animo, quod ratione caret cum diligitur, multo magis sentitur homo ratione fulgens, si amatur. Sentitur aurum, sentitur argentum, lapides preciosi, domus & prædia: & animalia ratione carentia, in amantis animo sentiuntur.

Sed certum est q̄ amari seipsa non sentiunt: pro eo inter hominem & ratione carentia, quantumcumq̄ diliganter ab homine, non tamen dicitur amicitia, quoniam ipsa sit ab animo ad animum, non ab animo * aut ad aliqd̄ insensibile siue equū. Et aliud est diligere, aliud amare. Diligere quippe dicitur, cum animus ad aliquod rationale aut irrationale, sensibile siue insensibile colligatur. Amare uero siue amicitia, solum est rationabiliū animorum. Proinde cum stupido qui amari se nescit, nec sentit, aut amare nesciuit, qui amoris humani rationabilis atque Christiani penitus iura nō nouit, nulla est amicitia contrahenda: barbarus est. Discretus amator ei cui amare non sapit, non intelligitur Christianus amator, eo quod Christianus non nouit amorem apponere in stupido. Epulę apponuntur sepulchro, margarita preciosa proijcitur inter porcos, honestum canibus datur, ascēditur super mortuum equum, quiescitur cum cadauere, locutio fit cum muto, surdo irrogatur scientia, parabola dicitur stulto. Ut quid perditio hæc? Amor animi non debet in uanum effundi. Prohibet alibi sapientia cum stulto amicitia: fœdus, dicens: Fæuo non eris amicus. Vigent multi pulchritudine corporis, eloquentiam uidentur habere insignem, pollēt diuitijs, nobili profapia sunt

exorti: quos si posses introspicere, stupidi sunt & stolidi, rationem amoris penitus ignorantes, eius non intelligentes uirtutem. Honestatem uero amoris, qua ornandus est amor, quæ perseverandi dat causam, exilio tradiderunt. Hi cum inertia fouentur in lecto, tempus irreuerabile exponunt perditioni: subuenire in necessitatibus nesciunt, q̄ aliorum non sentiunt passiones. Compari nō uerunt, quorum amicitia melior est sæpe notitia bestiarum. Et tale nocetur cum stupidis amicari, quale cum stultis uelle fœdus inire, quæ membra uidentur habere, sensus uirtute carentes. Habet amicitia delicatissimum sensum in animo amicum, ut alter alterum sentiat, & affectiones similiter & passiones unius ab altero sentiantur. Et præuationes ordinat fieri amicitia, & prouidentiam acuit ad decentia & iure competentia necessitatibus amicorum. Non enim expectat auditum: ipsa inuestigat, non expectat uerbum querens: ipsa tribuendo præuenit, si adest optata pro amico facultas: si uero desit, gemit & comparitur: & magis sæpe in animo punitur, quam in corpore aut in animo ille qui patitur. In his maxime quæ sunt Christianæ lætitiæ, bene sentienti oportet habere amicum.

Et amicitia Christiana nititur ad hoc copulare bene sentientes, quandoque uero facit si non sint insensibiles. Refugit omnino stupidos & indociles: dociles, si docti non sint, etiam quandoq̄ deuitari, si nouerit eos aliunde posse doceri, & se tenere non nouerit aliquo debito uel mandato in ferre doctrinam. Non querit docere amicitia, impetuosa est amicitia, & statim fertur in frui: frui uero, non potest inscio, quantum aptitudinem habeat omnino ad sciendū. Docere autem supereminetia est. Aequalitatem amicitia querit, quantum nō imprimatur doctrinaliter amor, tamen se nisi ad cognita non extendit. Oportebit igitur omnino esse in utroq̄ cognitionem amandorum ipsorum, & extra ipsos positurum. Amicari uolens, nō uocabit stolidus imprimere, si potest inuenire prouentus, inter quos statim oritur frui, & sit illico reuerberatio animorum. Vbi uero non inuenit prouentus scientia, charitate diffusa in cordibus hominū, quæ amicitia uera est, suscipit indoctos dociles, & pro posse ad profectum inducit, ut amicitia debita esse possit. Sed Ethæos quasi stupidos, stolidos, insensibiles, inertes, deuitabit omnino.

Est quoddā genus hominum uelut summa peccatis ab omni amicitia remouendum, si aderit: si autem nō aderit, nullo modo iniicienda. Quod monstrat filius alius Canaan, nomine Iebusæus, qui re proba interpretatione præsepe meum dicitur. Præsepe locus est, in quo bestia seu animalia rodunt. Sed uæ qui fecit suum pabulum bestiarum, & uitam suam animalibus assimilauit: deiecit enim est à dignitate naturæ, quam habebat ex similitudine ad deum.

Vita hominis nō ideo dicitur brutalis, quia ex his sæpe fouetur ex quibus aluntur & bestia: sed cum feruntur motibus uoluntarijs absque decreto rationis in placita, & agūtur ab animalibus more brutorū, ad aliud semetipsos nō ordinantes nisi ad corporis uitam, & omis labor ipsorū in ore illorū uertitur, epicuream sequentes doctrinā, ad ipsam animā & effectum operis dātes, omē damnū in-

nissibiliter accidens, computauerit stabilem auram: molestationem uero corporis, extremum periculum putauerunt. Qui corporalibus placitis atque carnalibus delicijs delecti, solum, his similes atque talibus dantes opem, nouerunt amicos. Veritatis uero & uirtutum inuisibilibus scrutatores, in amicitia fugerunt, pro eo quod sobria est ueritas, & uirtutes corporum delicijs contradicunt. Nunquam uirtutum cultores, propter fragilitatem necessitatem corporum curauerunt, & saepe attenuauerunt corpora propter uigilem sensum. Nunquam compaginabitur amicitia ueritatis cum delicate fouetibus carnem: quorum enim ueter est deus, nullus uerus erit amicus. Suspirabit sedulo ad deum suum, & de ipso uelut fidelis cultor ipsius sepe loquetur, & cum amicis quaerit de cultura consilium, magis uero auxilium. Tabosa est amicitia quae contrahitur cum cultoribus uentris, & eorum loquela desinit in fetorem. Et inuisibilis amicitia & inter inuisibiles agitur, & propter inuisibilia initiatur atque perdurat. Incorruptibilis est & incorporea, & propter horum contraria nunquam fiet. Gastrimargus deuitetur, uenerius depellatur: qui studet calicibus epotandis, amici nomine non est dignus. Quaerit amicitia plerumque secretum: nullum autem secretum ubi regnat ebrietas. Si uero similis habitudinis sunt amici, nomen quidem amicitiae habent, sed lupi rapaces & aues sunt conuenientes ad escam. Peiori autem articulo deuitandi sunt, qui saepe meum dicunt, pro eo quod est praesepi homini pro suis animalibus nutriendis. Torus est mundus in commune atque pro communi utilitate creatus. Qui uero commune, per hoc uocabulum, Meum, in proprium reducerunt, aut reducere conati sunt, lucem intellectualis atque communis amicitiae non uiderunt, neque cognouerunt excellentiam eius. Et nemo in amicitia tanta solitudine deuitandus, qui proprietarius cessatur. Sine re nulla potest esse amicitia, ubi regnat proprietatis: & proprium diligens, nemini amicitur. Cui amicitur qui uellet omnium bona in proprium uendicare dominum? Cui amicitur, qui natura fertile odit praeterquam ad seipsum? Immo inimicus est, qui omnium bona uellet auferre. Et si noller aliorum bona uendicare in proprium, dapillitate carēs, iure non habet amicum. Proprie proprium est amicitia, libens dapillitas. Et qui effundit libenter amorem, quod exterius est, retinere non nouit. Qui aperit animum, aperit & thesaurum.

Relatiuum nomen est, quod dicitur amicus: esse uero relationis, totum ad aliud est. Nihil igitur habet qui ex Christiana iustitia est amicus, ad seipsum, sed ad amicum. Nemo nisi per improprie ad seipsum amicus uocatur, cum amicitia duorum requirit consentientiam animorum. Ad seipsum homo quilibet est, ad alium refertur amicus. Proinde proprium suo damnato iure omnem abiecit amicum. Iure alio alicui proprietarium, & non dapillum omnis amicitia maxime Christiana condemnat. Etenim quis reipublicae crudelior nocitur inimicus? nihil tantum reipublicae aduersatur, quam in rebus, aut honoribus & dominationibus reuoluitur, aut quaerit proprietatem: & incommunicabilis eorum quae a summo proueniunt, aut eorum quae in ordine uiuendi atque gubernandi reipublicam ab hominibus conceduntur. Hoc saepe con-

stituit tyrannos & reipublicae destructores. Quod igitur iure quis amicitur ei, qui reipublice aduersatur? Inimicus omnium est, qui huic amicus efficitur. Inter proprietarios amicitia esse non potest, quia non est relatio animorum & reus, sed amicitia ipsa statim cum incipit generatur. Nam sicut corpus, quod est paternitas sine filio, est pater & filius, & realis relatio inter eos: sic illico cum est amicitia, amicus est & amicus: & ea lege qua sunt, adimittunt referuntur relatione reali & reus iusta dapillitate. Ac per hoc non dixerim amicitiam inuisibilem & corruptibili reus glutino constructam, sed attestati de firma defansio, ut nullus ei amicitur uelit, quod amicus esse non uult. Penitus sane amicitiam negat, quod sua non communicare concedit. Amicitia iubet amicos iuste inuicem releuari. Iustitia Christiana lucidius clamat, ut indignus ab habente requiratur. Nam sicut largiri amicitia est uoluntatis, sic ex petere ob indignitatem, est iustae necessitatis. Aequaliter igitur in amicitia, si aderunt, tolerantur donatio libera & expectatio iusta, ut quos delectat donare, non pudeat expetere cum indignitate premitur: & quos iuuat expetere necessitate premente, libeat dare cum alter petit, & dandi copia suppetit. Proinde quae sepe meum dicunt, in speculū amicitiae non aspicunt. Et cuius proprie propriū est communitas, ei aduersatur detestanda proprietatis. Igitur cum auaris nulla sit amicitia contrahenda. Inter auarum & largum conuersatio esse potest, nulla amicitia uera. Et si proprietarij atque auari amicitiam inter se fouere uidentur, aduertat quod nouit, nisi talis est ipsorum amicitia, sicut latronum atque praedonum, qui unanimiter in praedam insiliunt, qui cum diuidunt, gladio se confodiunt.

De ira quam iustitia Christiana excludit. Caput VIII.

Iustitia Christiana, quae ab omni uirtute seu auctibus eius auerit impertinentes, omne amarum amicitia uelut impertinens resecat. Quod significatur in eo, quod a mortis prohibitus est dei populus amicitiam aggregare. Nihil enim deus prohibet, nisi quod est uirtuti ac moribus eius aduersum. A mortis amari interpretantur. Amari uero prout inoleuit in usu, est gustui distuane, quod aduersus dulcedinem bellum habet. Sed accommodato uocabulo amarum dicitur, quod inuit sensus corporis paritur & nostrae opponitur uoluntati. Homines siquidem eo sensu dicuntur amari, quo eorum conuersatio est sine cognoscitur distuans, & importuna hominibus sit, aut irrogant unde hominum animi amarescant. Amari sunt omnes, qui naturae suauitatem, humanitatis dulcedinem in seipsum insciant, & impossibilitate detinendi ad alios saepe transfundunt, & propter improbos mores diu tolerari non possunt, & tolerari uolunt, sed tolerare nesciunt: & multa inferre, pati nulla nouerunt. Omnes uirtuosae, ratione distant, amarissimi sunt, & priuantur uirtutum sapientibus. Necessario enim sic agitur, ut ubi uirtutum sapientia, uirtus desipiat. Sed cum multa sint amaritudinis genera siue hominum amarorum, ad perstringendum solum aliqua suscipienda tractauimus.

Amarus est ois homo, super quem ira seu furia dominatur. Ira est animi nostri absinthium, uenenum uero, si fuerit pertinax. Et cum insecerit quaeque ad sodales aut assistentes reddidit amarum, ut nihil

suauem in animo habeat, nil molle in uerbis elucet, nil in moribus nitet splendat. Amicitia enim est suauitas animorum, & mollitiem non labefactam praerendit in uerbis, mititatem in moribus habet. Cui ergo suauis in animo, uerbo dulcigena, moribus aptus, qui sibi amarus exsistit? Ira turbulento appetitu in animo residente, amicitia patietur exilium. Ira & amicitia, ut ignis & aqua, ita conueniunt. Sed obiectabilis ira in alium, amicitia in amicum. Contra naturam agitur, ut duae contrariae passionis animum hominis eodem momento possideant: nec in diuersitate temporum, passionis & affectionis facta distributio excusabit, ut uno tempore ira in alium, alio sit amicitia in amicum. Qui ex pristina consuetudine saepe ardescit in iram, obuentu aliquo ad amicitiam non affert. Etenim cum accenditur, amicum nescit inquiri, quod iusta contestatione clarescit. Nemo alicui magis quam ueritas debet esse amicus. Sed tali caligine amicus ex ira plerumque inuoluitur, ut uerum a falso, honestum a turpi, utile a damno, nulla ratione cernatur. Hinc pro deuitate per Salomonem dicitur:

Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum anime tuae. Unde satis aperte colligitur, quod nemo amicus iracundo fiat: & si ad te omnem seruare amicitiae regulam, & quod ad tuam uisionem ab omni ira mitesceret, in uno penitus inuicibiliter te offenderet. Quia iracundus semper agitur ad malum quos offendit: alios si sibi amicitia seruare uolueris, tibi facier inimicos. Ius est inuisibile in ordine amicitiae, ut amicus amici tibi fiat amicus, & inimicus eius tibi pariter inimicus. Recusabitur omnis iracundus ex solito, ne in amicitia gratiam ueniat. Quod si uenit, aut toleretur, si speratur correctio & leuis est furor: aut deuitetur, si desperatur, & est pertinax. Vbi uero aduersus te ipsum amici furor defugerit, aut patientiam adhibe sine uirtutis damno Christiana: aut assumpta causa, rescinde. Nec dictum Salomōis semper accipitur in malum, cum dicit: causam quaerit qui uult discedere ab amico: quia quaerere debet, ut discedat bonus a malo, uerus a falso, pacificus ab inquieto, patiens ab iracundo, suauis ab amaro, si correctio non sequatur ad tolerantiam, & decor amicitiae non resurgat, qui improborum est morum. Est quoddam aliud amarorum genus, qui turpibus intendentes, ad haec amicos exquirunt, & quos habet, grauari praesumunt. Sed diabolica, non Christiana, est amicitia, ubi assistit cupiditate peccati, ubi morum honestas poluitur, ubi uera innocentia condēnatur, aut si conturbatur iustitia publicae honestatis. Alii amarus, qui memoriam iniuriarum fixam in animo tenet, beneficiorum immemor factus, & calculat saepe damna siue impensa. In catino amaritudinis, pabularum iniuriarum calculator: & illarum malitia memor, iacet in lecto spinarum. Omnium uero amarissimus est, qui deum peccato reliquit, & in peccatorum pace quiescit. Unde Ieremias ad Ierusalem dicebat: Scio & uide, quam malum & amarum est relinquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Sed peius esse omnino referunt, in pace quiescere peccatorum, propter quod deus relinquitur. Hinc Isaias uerba Iezechiae regis recitat: Ecce in pace amaritudo mea amarissima,

Omnium amaritudo amarior, penitus pace habere in uitijs, cum quibus omnino expedit habere diuortium, & aduersus stuprum duro & incessabili bello consurgere, donec uirtus depellantur. Denique omnes amarus, nec cum eis amicitias iungas: ne ipsorum consortio tuus oculus in amaritudinibus commoretur, ut aut cogaris uidere quod displicet, aut non possis uidere quod placet: & si non artaberis ad malorum consensum, penitus non effugies sensum pessimum. Etiam amaritudinis genus est, Christianum Christianice non amare. Vitalis animae in uirtutibus radix, est amor: & ditissima uita, honesta dilectio, quae non reperitur praeterquam in campis Christianae iustitiae. Proinde qui non diligit Christianum, amarissima mortis est uasculum: & Christianum non diligere christianitatem, Christianum atque Christianum amarissimam uitae ferunt in exilium. Et desentur damna usquequo regrediantur anima in patriam, ubi amoris plantulae uigēt, germinant, florent, fructusque parturiunt in odore suauitatis uitaeque perennis.

Quomodo uera amicitia omnem extraneam a fide excludit.

Caput IX.

Amicitia sane omnem aduenam & in opere aediosum deuitat. Cuius deuitationis edico, in alio filio Canaan, nomine Gergesius uel Gerges, designatur, qui interpretatur propinquans aduenam, siue eiciens colonum. Aduenam propinquans est, qui de suo loco recedit, & in terris moratur aut discurrat alienis. Colonus uero terra cultor dicitur, cuius actus absque nullo labore non geritur. Et quamuis possint interpretationes nominum plerumque ad bonam aut malam partem reserui, hominum uero reprobatorum a deo, nunquam debent nomina in sanam partem conuertit. Ceruum enim est, ut praesens, deum Moyse praecipisse, cum talibus amicitiam non iungi. Qui uero conditor omnium est argiliberator, non nisi malum dissuadet hominibus. Proinde penitus expedit huius nominis & similibus interpretationes ad reprobum sensum conuertere. Iustum enim est, & regula praescripta esse debet tractatoribus sacrae scripturae, ut illorum nominum interpretationem in sanam partem non uertant, quorum est reprobata persona: quia reprobatae personae frustra interpretatio nouit in bonum morale conuertit, quāuis interpretatio bonum sonet. Veruntamen pro mysterio & in uarietate temporum atque morum, una & eadem interpretatio diuersum habuit applicatum intellectum, sicut diuina scriptura in litera simpla manens, sensum habet quandoque diuersum, quod sacrae scripturae perspicacibus tractatoribus luce clarius patet. Idcirco ex hac interpretatione percipiendum est, quod amicitiam cum Gergesianis seu Gergesais, uelut cum alijs, prohibitus est dei populus omnino contrahere. Idololatra enim erat tota natio illa, & plura nefanda commiserat. Sed quia nos qui moraliter in tempore nostro loquimur, oportet illam interpretationem in sinistram partem deflectere, ut deuitationis causam in amicitia contrahenda possimus facilius inuenire.

Aduenae propinquantes, sunt omnes infideles, quod non bificium in conuersatione propinquant, cum quibus oportet amicitiam abhorere, infideles omnes, ad-

uena sunt, qui non habent proprium incolatum. Proprius incolatus est cuiuscunque hominis, ut id agat quod deus mandat, & id teneat qd ipse commendat. Id enim esse debet proprium rationalis animae, ad quod inuitat accedere. Inuitat omnes, ad fidem uenire reuunt. Quia ergo fideles non sunt, aduenae sunt. Scribebat Apostolus Ephesius, gentilibus baptizatis, ut non existimarent se aduenas, dicens: Iam nō estis hospites & aduenae, scilicet non estis aduenae a deo uel ab ecclesia, sed estis ciues sanctorum & domesticī dei: ut a contrario sensu firmiter teneatur infideles esse aduenas, propinquantes uero, qui nobiscum cōuersatione aut inter nos habitatione, ut Iudaei dispersi aut aliqua morum similitudine: cum his omnino amicitia p̄cauenda. Nam omnis uera & rationalis amicitia colligatur aliquo sacrificio, quo colat, qui ab omnibus creditur summus unus & uerus deus. Paganī idola colunt, nec nobiscum in unius dei cultura conueniunt, sacrificium nostrum spernunt, nos uero ipsorū immolationes detestantur. Quō ergo erit amicitia, ubi in animo disparitas est sentiendi, cum in amicitia paritas sentiendi de sacrificio & de uno deo penitus requiratur? Dissentiunt intellectus, quia Christianus aliter, diuise paganus intelligit. Dissentiunt affectus, nam aliter Christianus, aliter paganus afficitur. Dissentiunt memoriae, quia Christiani memoria circa unum deum, pagani uero memoria plures deos meditat. Nulla ergo erit amicitia ueritas, ubi animorum tanta diuersitas, cum amicitia sit animorum aequalitas, non solum q̄ se diligant mutuo, sed q̄ omnino conueniant in quocunq; tertio. Intellectus hominum aut consentiunt, aut dissentiunt. Si consentiunt, aut in uero, aut in falso. Si consentiunt in uero, nulla concertatio facta est in amicitia intellectu qui in ueritate conueniunt. Si uero in falso consentiunt, omnes errant. Errantium autem amicitia nulla uera. Qui sibi errat, aliterius non erit: rectus amicus. Si dissentiunt uerum & falsum, dissensionis adduxerunt causam, quod dissensio intellectuum aliter causet, & non potest nisi q̄ unus uerum, aliud sentit falsum. Et non solum in fide, sed in omnibus intelligibilibus & in omnibus intellectibus haec sententia locum habet. Inde scripturae contrariae, inde quaestio nū perinaces pugnae, quia in uero aut falso dissentiunt intellectus. Igitur omnino inimici sunt fidelium & infidelium intellectu, quod aut nos uerum, ipsi uero sentiunt falsum: aut nos falsum, ipsi uero sentiunt uerum. Sed de ipsorum falsitate non uerit in dubium uera multitudo fidelium. Similiter affectus hominum aut consentiunt, aut dissentiunt in amore relato. Si dissentiunt, nō est amicitia. Si cōsentiant, facta est amicitia in seipsis ad seipsos, quia se mutuo diligere uolūt. Sed adducatur illud quod ueram amicitiam probat, si in tertio isto conueniunt. Si diligimus deum, illi idola: si nos unum deum, illi ad plures afficiuntur: si nos unum uerum sacrificiū affectu fidei pagamus, illi ad infausta sacrificia conuertunt: quae igitur amicitia inter amicos erit, ubi affectuū tanra p̄notatur aduersitas? Etenim non solum in diuinis, sed etiam in humanis oportet in tertio conuenire. Saep̄ nanq; uidemus, q̄ unus tertius dilectus ab uno amicorum, ab altero exosus, fomitem discordiae ministrat. Et ueros seruos oportet in

Eph. 2.

amore domini fiditū amicitia. Et saepe dissensio nes sunt ex diuersitate affectiua propter dominū tertium uel amicum, multo magis in diuinis affectuum debet esse consensus. Sin autem, nunquam uerus erit amicus. Memoriarum uero dissensio uel consensus, eandem sententiam resonabit.

Ad ueritatē amicitiae omnino exigitur, prout fundatur in animis hominum, q̄ cōsensio intellectuū sit in uero, affectuum in bono, memoriarum in honesto. Et primo quidem expedit, q̄ harum potentialium consensus fiat in summo uero, in summo bono, in summo honesto. Nulla erit omnino amicitia ueritas, si de uno deo uiuo & uero, & eius cultu per omnes animae uires non bene usquequaq; sentitur. Iudaeorum uero & Christianorum, non erit amicitia recta: quia si de uno deo quod nos sentimus, sentiunt, si de suo cultu atq; sacrificio in eorum tempore bene sentiunt, tamē de redemptore nostro Christo utiq; male sentiunt & senterunt, super quem inflexerunt zelum legis, ut eum morti traderent: & ueri sacrificiū renouationem non credunt, sed derident. Proinde si de domino nostro atq; redemptore male sentiunt, nullo in re nobis amicitia. Seruus amicus inimici domini, inimicus est domini. Christianus paganorum atq; Iudaeorum amicus, dei cōsistit utus est inimicus. Nam si amicitia illorum que deum non offendit, neq; amare possunt, dei inimicitia generat, multo magis amicitia offendentium, & de ipso indebit sententiam. Inde Iacobus inq; in canonica sua: Quicunq; uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus dei constituitur. Per amicum uero, qui amicus inimicantium fuit. Nec excusat q̄ homo est, si male aut nō debite sentit de deo. Sed isti aduenae sunt, & saepe propinquantes nobis in aliquo, aut quadam similitudine morum. Propinquo magna fit in commercijs. Propinquo Iudaeorum habitantium inter nos, conuersationes mutuae. Amicitia fieri nequit, nisi eorum consensus fiat, non q̄ qui bene sentit, cum male sentiente: sed qui male sentit, cum bene sentiente consentiat. Christiano sentiente cum pagano atq; Iudaeo, amicitia uera non gignitur, pro eo quod ab utroq; de deo male sentitur. Ab eo siquidem tempore quo dei filius, p̄ humana generatione dignatus fuit carnem suscipere, atq; innotuit euangelium sanctum eius, uera amicitia inter fideles atq; infideles profecto nō potuit reperiri. Non ergo uelit qui tituli Christianitatis agnouit, cū infidelibus amicitia. Cōuersationem autem nisi propter inenitabile causam omnino declinet pro loco, tempore atq; rebus, ne forte quodam humanitatis intuitu & morū apertudine, obsequendi liberalitate, cor nostrū in ipsorum amore mollescat: & cum ceperimus amare paulisper, indicabim⁹ deum, quare * ipse sic dicit. Vult enim appositus amor spe diuinum in amato mutare iudicium, etiam si nō mutatur delictū. Qui uero impeditiores sunt, possent audire ab illo Qui uero uerbum, quod credentibus generat ali quod dubium. Qui uero habent legis Christianae peritiam, similiter conuersationē auertere debet, nisi compulerit iusta necessitas: magis uero cum aderit charitas, si possent quempiam infidelē ab infidelitate diuertere, cōuertere atq; ad fidem, ut primo eum dei amicum constituant, deinde ipsi efficiantur amici: quia gehennali dignus est p̄ca: q̄

lac. 4.

Eccl. 6.

Pro. 17.

Eccl. 6.

primo sui, antequam dei, aliquem uellet amicum, siue qui ad suam amicitia dei receperit inimicū.

Aduenae propinquantes etiam esse feruntur, q̄ nulla praecente noticia, nulla praehabita experientia, uel aduenae prouenerunt. Sed cum ignotis non est amicitia copulanda, neq; cum illis quorum nulla experientia probabilis antecessit. Amicus se cretorum, aperiet ostium uero amico. Quomodo ergo nota secreta faciet ei, cuius personam ignorat? Notissima res amicitia est, mentis * notos peragit. Si omnia sunt cum amico tractada, de ipso uero primum oportet habere notitiam. Et antequam uisū animum amico committas, experientia praecedat probata uirtutis. Non emuntur equi nisi probentur, nec animalia quae ad usum quarunt. Non dantur precia sine arte pro eo quod emuntur, aut emptio quaeritur, nisi experientia probabilis antecessit, si experiri consuetudo permittit ut ratio quaerit. Nemo uult in casum inexpecte proicere precium. Precium uero nullum, amore preciosius est: amore uero solum comparatur amicus. Proinde nobilem thesaurum non effundas in ignotum, aut experientia non probatum. En forte dicitur: Quē inueni, omnibus est p̄fectus amicus, nemo de ipso cōqueritur, omnem nouit amicitia regulam, quā omnibus seruare didicit ueram. Adhuc uero palpitaris restat, forte copulat tecum nouam, qui uerem amicitiam praetermisit. Qui uerem dimittit amicum, de nouitate aut instabilitate causetur. Vir uanus amicitia alium non est dignus, aut praemortuus est suus amicus. Nolens in amicitia uiuere, cum alijs saedus amicitia quaerit. Nec te moueat, quia quod alteri placuit, tibi forte omnino displicebit. Non eadem ratio quae alteri, tibi hominem reddit acceptum. Praeter communes rationes amicum, aliquid in hominibus laet, unde singularior amicitia redditur, ut etiam uirtutis probitas postponatur placito singulari. Propinquantes aduenae simulatores sunt qui mores motibus nouerunt: ferunt autem in animo, quod ore non proferunt. Proinde autem expedit cum talibus derogare amicitiam aut probare, antequam corde atq; moribus proficearis amicum. Hinc Iesus filius Sirach dicit: Si possides amicū, in tentatione posside illum. Tentatio, probatio est rerum, & eorum que requiruntur ad usum, similiter & hominum. Probe homo qui ad familiarem amicitiam uerit. Honestius est non iungere, quam segregare coniunctam. Amicum uerum probat angustia, hoc Salomon asserit: Frater in angustijs comprobatur. Virtutis amicus, ob pressuram a uirtute non deciderit: quia dupliciter laederetur, perderet rem & famam, nec deuteret quandoq; pressuram. Qui amicitiam homini amore uirtutis, non dimittit eum in angustijs atq; pressuris. Nam si periret corpore amicus, uirtus ipsa non perit. Qui uero ex corruptibilibus initiat amore, ipsis pereuntibus amicitia perit. Proinde dicitur: Non cognoscetur in bonis amicus. In bonis temporalibus atq; corruptibilibus omnis uelatur amicus. Ipsis abeuntibus, aperte cognoscit quale fuerit amicitiae fundamentum. Auertunt saepe faciem amici corruptibilium ab oppresso, & quasi non fuerit, a memoria remouent. Ex hoc Iob dicebat de amicis, qui eum uidebant oppressum: Fratres mei me praeterierunt, sicut torrens ex repentinis & niueis fluuijs aggre-

gatus: cuius naturalis uena non extitit, statim defluit, & alueus remanet inhumectatus: sic repente transit, qui ex uena uera amicitiae nō fuit amicus. Propinquat & adueniunt multi amici more torrentium ex aquarum inundantium multitudine, sed in angustia tempore, amicitiae ac amicorum alueus remanet deficcatus. Nō emas aurum aur argentū ex colore: habent enim * simile * falsum mā * salariū percriptione, si ad cursum sunt deuolutae: monetae. Non respicias in homine blandam faciem, non mores ex arte faceros, non fornicem * dolum: sed quae moneta metaphorice in homine amitando, perquire. Qui uero prudentes sunt, non uerit saepe quod in Proverbij Salomonis dicitur: Quomodo aquis resplendet uultus prospicientiū, sic corda hominū manifesta sunt prudentibus.

* simile

* delat

Pro. 17.

Acidiosi excludunt ab amicitia uera. Caput X.

Omnis firmissime acidiosus sunt in amicitia reprobandi, quod ex alia interpretatione Gergesan aperte colligitur. Est enim, eiciens colorem, Cultor terrae, colonus dicitur, qui operando laborat: qui eum eicit, abrenunciat laboribus. In tentorio quiescens, latitat in caeuerna pigritiae, sub umbra dormit, in secreto damnatae remissionis. Delicatus: amicus, nemini gratus: quaerit omnino amicitia in euentibus actuosos. Amicitia delicata propter homines indigentes nō cadit, nō enim surgit, cum indigentia premit. Quod premat eos, necessarium est, qui mundi huius habitant incolatum. Habitatio terrena misera est, & semper agitur aduersis: labores, dolores, defectus habet certissimos, quietes incertas, suauitates dubias, p̄fectus instabiles, ex quibus oportebit actū euigilare amicum dei qui patitur, & studio animi, apertudine corporis subire labores, & non solum rerum, sed corporum communitatem amicitia facit, ut si pede unus deficiat, pro ipso alterius ambulet pes amici: si manus, alterius altera officium debet agat: si oculus eruetur aut caligabit, qui uider, oculus erit amici: auri surda, audiens omnino subueniet: elinguis factus, lingua indigebit amici: p̄ dominante in firmitate in uno, alter pro subuentione discurret: uno quomodo libet carceri tradito, alter pro remedio uigilabit ad ostium: uno sustinente iniuriam, alter propulsare conabitur. Haec penitus actuosum quarunt amicum. Nulla nanq; iustitia Christiana concedit, ut pro his euentibus relinquatur amicus. Non enim relinquitur, quousque desierit esse homo, & rationis compositus uirtutis. Sola enim mors hominem soluit, quae animā alienat a corpore. Cum exanimato corpore nulla est amicitia recinenda, excepto quod Christiani nec tradatur debita sepultura. Rationem soluit fauitas siue cōtrarius error, quae si incurabilia sunt, amicitia omnino soluitur. Cum fatuus atq; errantibus iustitia prohibet amicitiam, & firmatam iubet dissolui: uirtutem uitium soluit, & de finibus hominis pulsata. Ab animo profusus exulat amicus, a quo exulat uirtus. Si uero pro quibuscunq; communitate in corpore accidentibus, non est relinquendus amicus, nisi spe correptionis expectaretur interdum: igitur ab amicitia repellatur inexpectate omnis ociosus, simul in animo se amore foue-

ant, corpore uero quiescant. Duntaxat qui potior est corpore, alijs amicis siue substitantijs, minus ualentibus se atq; suos accommodet. Colonus eici entes eriam sunt, qui de suis laboribus uiuere nolunt, sed per turpia & uolentias, furta siue rapinas, falsitates atq; uisuras, * media uitae captant. Horum sicut mala quae faciunt, est amicitia fugienda, etiam si ad ista turpia non requirant.

* inedia uitam

¶ Feri crudeles excludendi sunt ab amicitia uera. Cap. XI.

Aliud genus hominum in amicitia deuitant, in alio filio, Euxo nomine designatur, cuius interpretatio plenitudinem mali portat. Eugi namq; interpretant ferri, feroces, pessimi, colligentes lapides. Feri crudeles, uisuras, uocabulo & potestate male agendi dicuntur. Et feruntur morte ferarum, motu omni ratione priuato. Ferus est qui ab omnibus animo & moribus dissidet, magis uero contradicit. Proin Ismael appellatus est ferus homo, quia manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Feri sunt omnes homines qui esserato animo uiuunt, quibus melius esset corpore fieri esserato. Multi natura sunt homines, animo ferali uiuentes, & moribus in alio id agentes. Ferus animus indulgere non nouit, saepe fingit pacem, ut exolum in cautum infallibiliter trucidet. Ferus non placatur muneribus, acquiescere precibus nescit. Ferus gaudet sanguine in certamine fuso. Valefcit cum audit homines in homines facientes. Ferus semper noua machinatur tormenta, & non saturatur cruciatorum poenis, & nihil opendit hominum uitam. Ferus semper animo ferit. Ferus sine causa licem inquit. Ferus ferit & contabescit animo, si non ferit, & non cruciante, cruciatu est illi. Ferus, socius daemone, qui lapsus requiem non concedit. Ferus nunquam se ad pericula obicem sed prauium facit. Ferus dolet si ab homine mala cauentur. Ferus maledixit omnem percutiorem in casum, benedixit autem qui signanter trauserat. Ferus expedite nisi ad malum consulit, eius ligatur lingua in consilio bono. Ferus non remouet iram, sed accedit in passo. Ferus omnes occidit in lingua, in animo uero tam alte percutit atque flagellat, quod si decem millium hominum uires adessent in corpore, non possit tam alte ferire. Ferus, benignus crudelibus, pijs autem omnino crudelis. Ferus * autem afflictionem afflicto, desolationem desolato delectatur inducere, niduarum, pupillorum, egenorum, expoliatorum, iniuste passorum causam uidere renuit, compati nescit, & lacrimis placari atq; inclinari omnino negauit, utitur irremediabilibus armis, & cum tangit, uellet transfodere. Ferus natura atq; sacramento contemnit deferre, ferum ferum semper portat & innouat ferus. Crudelia sunt uiscera ferri, ferum animum fert semper, feritur ferus, fera uerba fert in lingua ferus: sed interdum sua uia, ut ferus feriat ferus, uitam feram, ferrosos mores ferri ferientibus se ferus. Ferus fures, generis propinquitatem abhorruit. Ferus non subuenit, ferus horrea tempore necessitatis claudit, ferus innocentiam odit, ferus dilaniat, ferus percutit, ferus expoliat, ferus occidit, ferus in occidendo consentit, ferus cum feris daemone sociandus erit, nunquam cum hominibus amicus. Subijci

Gen. 16.

adfert

tur bestijs homo a feritate deuictus, non natura, sed animi pertinacia & immanitate morum. Ferus libentius ad mala facienda quam ad conuiuia pergit, ad turpia quam ad escas. Sanguisuga infatigabilis est, ex sanguine procul odoratur bellum, Ferus solum sinitur ab omnipotentia, & ab impossibilitate ad mala sustinet moram.

Huius feritatis in ueteri testamento & in historijs gentium multa sunt exempla, sed nulla peiora, quam quae a Christianis facta sunt tempore Christianorum. Tyrannides, partialitates, sectae, latrocinia, auaritia, dominandi libido, si circumspectantur & interrogentur, nullum feritatis genus inuenitur non actum. Noui daemones praeter omnibus esse feros, feriores atque similiores collegas, quorum amicus sciat, quia demonum est amicus. Igitur cum feris hominibus, sicut cum feris, est amicitia socianda. Quoniam amicitia initium est animorum, & mansuetorum amabilis qualitas. Amicitia animi refugit feritatem, uelut totius suae consistentiae omnino contrariam, & sui regni atq; dominijs a malum. Amicitia non nouit iniuriam, proinde nec rependere nouit. Amicitia non hospitatur in domibus feritatis, pacatum est hospitium eius. Abhorret amicitia truces, nec assistit animis esseratis. Amicabilis in uisceribus pius, & mores habet iure tractabiles. Pius & ferus, hostis & hostis. Inter hostem & hostem amicitiae sella subuertitur. Mors tractabilis & fures uita, ignis & aqua. Inter ignem & aquam quae sit conuenticio, experientia loquitur.

Ut breui sermone perstringam, ad ferum uera amicitia esse non potest, imo penitus esse non debet. Feroces referuntur ad corpora tantum, ut ferri sint animo semper: quandoq; uero & corpore feroces intelliguntur, sed magis amicum esse cum ferentibus infirmantibus corpore, quam cum ferocibus malis. In illis corpora, in istis mores infirmi penitus sunt horrore. Nefandiori per omnia interpretatione lunt Euxi in amicitia declinandi: pessimi namq; interpretantur.

Pessimus est, qui in malo non potest deteriorari. Pessimus est, qui ascendit turrim nequitiae, qui attingit apicem mali. Pessimus est, qui ab ea qualitate bona qua deficit, perfecit extremum, & ad eam qua disposuit infici, totum tunc se dedit. Pessimus est, qui pro posse nullum malum dimisit inhaerere. Legitur quod Sodomites pessimi erant. Pessimus res erat, quod magis insaniebant in iuuenes homines quam in pulcherrimas mulieres. Sed poena ostendit, qualis eorum pessimitas fuit. Pessimus est, qui seipsum uiolenter ad malum. Pessimus est, qui adinventiones & nouitates adinuenit in peccatis. Vnde populus dei comminationem accepit a Moysse in deserto, quod propter adinventiones pessimis in peccatis esset perdendus. Adinventiones pessimis in peccatis sunt, cum quis praeter alieum malorum insurgitium a natura corrupta, per subtiles & sedulas adinventiones ad malum conatur, ut plus uelit facere & inuenire suasus a malitia propria, quam commotus a fragilitate aut corrupta natura. Pessimus igitur, qui semper ad extrema uitiorum accedit. Pessimus est, cui si ad aliquod malum agendum desit aliquando facultas: ad nullum tamen deest iniqua uoluntas. Pessimus est, in quo non est aliquod rectum in animo siue moribus in-

Pro. 2.

Pro. 6.

Pa. 20

Re. 21

Re. 19

Gr. 13

uenire. Pessimus spondet facilius fidem, ut maiorem inferat fraudem. Horum doctrinabat Salomon cauere amicitiam, nequitiam eorum declarans: Qui relinquunt iter rectum, & ambulat per uias tenebrosas. Qui laetantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Nam qui exultat in malo, malus in peiore, peior in pessimo, pessimus est. Et inter seipsum quae dominus odit, hoc nunciat: Et cor machinans cogitationes pessimas.

Meditatur atq; machinatur cogitationes pessimas, qui circa deum humanum aliquid atq; imperpetuas, excepto quod carni assumptis machinatur, & aduersus Christum humana ratione confurgit. Ille machinatur pessimum, qui sine causa, omni dolo subuertere nititur proximum. Ille machinatur pessimis cogitationes, qui semper cogitat quomodo statuatur iniquitatis thronus, & uirtutis solium & iustitiae cathedra subuertatur. Cum his omnino amicitia non est ferenda. Necessit fit penitus, ut hic aut alibi deprimantur, qui ad pessimos amicitias copularunt. Legitur in Paralipomenon, quod Iosaphat rex Iuda post multa bona opera inuicit amicitias cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt pessima. Et participes fuit, ut faceret naues quae irent in Tarsis, feceruntq; classes in Aphon-gaber. Prophetauit autem Eliezer filius Dodaim de Marefa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fecidus cum Ochozia, percussit deus opera tua, & contriti sunt naues, nec poterit ire in Tarsis. Ecce de super omnium inspector demonstrat, quantum sibi displiceat cum pessimis amicari, qui non solum pessimi, sed etiam destruxit opera considerati amici. Sed hic aliqui mora sinitur animus, ut notus fiat pessimus. Et in quo est penitus amicus pessimus Ochozias, refertur: Quia seculus est peccata paterna, similiter & materna. Peccatum grande inter caetera fecerat Achab pater eius, qui uine am pauperis uolebat auferre: & cum aliter nequiter, consentit in mortem eius, atq; possedit, adorauitq; idola. Mater uero eius suo tempore inuenta est pessima mulieru: persequatur enim prophetas domini, & falsos prophetas uebatur atq; fouebat, quorum impietatem Ochozias amicus & operibus sequebatur, adorauit Baal, iruit autem omnium creatorem, quod est iniquitas maxima. Sequebaturq; uestigia illius qui praeparationem & idololatriam a ueritate regia & iniqua induxerat primo in populo Israel, cuius Iosaphat factus amicus, exiit punitus in nauibus nauigantibus in Tarsis, pro auto Ophir. Tarsis, exploratio gaudij interpretatur. Naues studia sunt ad aliquod arduum operandum. Proinde illorum omnium studia qui pessimis amicitur, diuina uindicta franguntur, ne in explorationem ueniant infallibilium gaudiorum. Idcirco nulli uertatur in dubium, quin pessimus pessimabit amicum, ut eius participio premar animus, ne sigatur in regione illa, ubi uera sunt gaudia. Igitur omnimode pessimorum amicitia repellatur. Optimum est in moribus amicitia. Optimum & pessimum, non habent legem glutini. Optimum & pessimum nulla iustitia necit. Amicitia: proprium est, intrinsecari ad animos amicorum, non extrinsecari. Sed contrarium nulla intrinsecatio, eorum substantia & qualitate manente. Non intrinsecatur ignis aquae, nec aqua igni. Non intrinsecatur nox diei, aut dies nocti: lux in tenebras non in-

greditur, nec tenebrae in lucem: oportet quod unum maneat, alterum abeat, & alterum depellatur ex altero. Habentia similitudinem aliquam, commiscerentur, ut aqua & uinum, & spures liquores, & aliqua genera metallorum, & horum similia, quibus neq; habeant similes qualitates. Contrarium uero nulla commixtio: in talibus natura respuit: magis uero in intellectualibus uirtutibus atq; bonis Christianis moribus diuina iustitia contradicit. Nam intrinsecatio contra naturae ordinem, inquietudinem saepe parit. Vapor intrinsecatus terrae contra ordinem suae naturae, terrae motum generat cum erumpit in aere uero densitate nubium interclusus, aut tonitruum, aut coruscationem parit. Pessimum si includatur in optimo, si optimum includatur in pessimo, aut unum conuertetur ad reliquum, aut parturient in quietum, quoniam haec ordo non patitur. Vbi ordo, ibi quietus est necessario adesse.

Colligentes lapides, eos insinuat, qui uerbis diuis alios lapidant, ac animi duritia persequuntur. Colligunt lapides qui lapidare uolunt. Colligunt lapides, qui edificare in mundo isto concertant. Aedificatio lapidum, signum est superbiae, indeestabile quarit aedificium facere. Colligere ad edificium lapides, negatio est mortis. Difficile mori credit, qui edificat. Colligere ad edificium lapides, rebellionem fecit. Qui uero edificando excessit, conturbauit rempublicam. Collectio lapidum, insensibilium aggregatio, & ad duritiam fit aceruus. Colligit namque lapides, qui se materialibus atq; prementibus onerauit. Fertur in profundum aquae lapis, pietus, ne colligas submergetia mentem. Adhaec scriptura dicit: Qui proicit lapidem in uolatilium, deiecit illa. Colligit quisq; lapides, si quis in animo uerbum durum emisit ore, in uolatilium, id est, in homines contemplatiue uiuentes, qui nisi tantum pro esca non declinant ad terram, & percutus est eos, atq; propellit de proprijs sinibus. Cum his nulla sit foederatio amicitiae: si autem fuerit, abrogetur.

Ecc. 22.

¶ Cauendi sunt in amicitia, qui solum norunt temporalia, et non aeterna.

Cap. XII.

Conuenit aliud fugiendum in amicitia, in filio nomine Arathae comprehenditur, qui longitudo consulens interpretatur. Est aeternitas, est & longitudo. Aeternitas in alia uita, longitudo in ista consistit. Si aeternitas consulit, consideretur pro aeternis. Longitudo pro longis temporalibus atq; temporibus consulit. Plura sunt uicque consilia, quomodo uita trahatur in longum: profuit, si possit protrahi in aeternum. Consilia multa sunt, quomodo uiuatur in uita beata. Inuenitur consiliarius ad euadendum temporales poenas, rarus ad euadendum aeternas. Inuenitur pro uxore, non pro uirtute: pro lucro rerum, non merito rerum: pro honoribus perfunctorijs, non pro aeternis: pro sanitate corporis, rarus pro sanitate mentis. Solum est omnis, ne ad amicitiam asciscatur, qui solum non uult pro longitudine temporum dare consilia. Etenim auertit hominis mentem ab his, quorum penitus non est finis. Qui solum temporaliter consulit, non pro aeternis, sed pro temporalibus quaesuit amicum. Idcirco dixerim nullorum ueram fuisse amicitiam, qui non tradiderunt aut quaesie-

erunt aeterna. Nemp̄ in iustitia Christiana respectu aeternorum maxime ligat amicos: ad hoc enim iubet diligere inimicos. Proinde saepe accidit in perfecta lege credulitatis Christianae, interueniente amore charitatis Christi ferre, ut amic⁹ de amico morte non doleat, credens ipsum in aeterna deduci, & ipso in aeternis pariter in domino frui. Nec non amicus amat bonum amici, quantum ad ipsum bonum aliquando non possit. Multoties & procurat, & ad uell gradum prouehit, ad quem non possit aut uelut attingere. Non curat amicitia gradum altitudinem, dum animorum credat aequalitatem. Proinde Christianus amicus nō gaudet hic amari, si amicitia dei sperat aeternam: nec multum pendit praesentiam, si praemortuus illuc ingrediatur, ubi erit libera in omnibus amicitia in praesentia creatoris. Deuirabitur omnino tibi, dum taxat terrenorum consiliorum: queratur omnino qui sciat & ualeat ad aeterna consulere, similiter & prestare auxilium. Inde dicit Iesus filius Sirach: Pacifici sint tibi multi, & consiliarius sit tibi unus de mille. Pax cū oibus est habēda, sed consiliarius amicus sit unus de mille, sit unus electus ex mille.

Ecc̄i. 6.

Millenarius numerus est, ultra quem non progreditur, nisi replicetur. Sit unus qui ad unum deum consulit, qui ad aeterna te dirigit, qui te possidere possit in deo, in quo non perditur, si moritur amicus homo, sed rarus est, singularis est, sicut unus in mille. Ista multitudo consulit pro longitudine ualde breui, huiusmodi amicus qui pro aeternis consulit, omnis boni medicamentum porrat.

Ecc̄i. 6.

Vnde scriptū legitur: Amicus fidelis, medicamentum uitae & immortalitatis. Et qui metunt dominum, inuenient illum. Ecce qualis est fidelis amicus, medicamentum uitae. Ordinari istam uitam, officium affumit medici uetus amicus, dietam a nociuis imponit, purgat uerbis, & asper saepe uideatur: dulcis in malis semper amicus, non dicitur uerus, quia dum adhibet curam in moribus, etiam ad immortalitatem praedinat. Qui uero pro tempore periturorum longitudinem consulit, amicus est temporis, & non permanebit, si nubilum temporis paterentur. Hinc dicitur: Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. Amicus igitur temporum in hoc tempore deuretur, ne forte ad eternitatem beatificam a tempore infelici peruenire nō sinat. Temporalis amici ad aeterna ire retardat, & multo impedimento sunt ne caelestia capiamus. Quorum uox de humo, & cor terrena insultat, nec sit consulere pro aeternis. Nec quis dabit alteri consilium, quod pro seipso non accipit. Est uerbo dicit, contrarium ostendit operibus. Operum autem mutua fit in hominibus amicitia.

Ibidem.

¶ Apostate, ueri amici esse nequeunt.

Caput XIII.

Iniqua pheresis: orum generatio, non capiatur ad amicitiam. Dominus enim iubet, imo prohibet qui nouit, iniquam. Interpretatur enim pheresis, separati suae disseminati. Vnit amicitia, non separati. Separati atque disseminati ad amicitiam nō conueniunt. Et quantum possit utrunq; in bonā partem reflecti, nos uero cogimur omnino in malam, pro eo quod reprobatus est homo, cuius nominis agitur interpretatio.

Separati, cum quibus amicitia non tractande, sunt omnes qui a religione Christiana recesserunt, & apostatauerunt a fide, * in omnibus est inutilis factus. Salomon dicit: Homo apostata uir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat. Huius extremi plō ueniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

Separatus a fide Christianae religionis, nihil nobis debet habere commercij. Cessat in contrariam partem, qui fidei abrenunciavit christifera: repudiavit & Christum, amicitia iterum repudiat ipsum. Separatus a Christianis, solus nō manet, ergo ad aduersos accessit. A duersariis amicus, nobis inimic⁹ erit. Qui a fide catholica errauerit, nulli seruabunt debitam fidem. Sunt separati apostatae professione. Cum quibus uelut cum fallariis amicitia denegetur, quoniam ipsi deo, hominibus sibi met amicitiam negauerunt: & maledicti omni lubiacent, nisi spe correctionis & conuersionis, omnino inuitabile participium habent ad eos, ut etiam Aue non offeratur eis. Separati sunt quia: citioni scripturarum intellectu diuiduntur: sine: ruti tales sectas, & secti sunt.

Separabantur malitiosi in ueteri testamento, do nec adisset purgatio legalis, manebantq; saepeloro domos & extra castra. Proinde de quos separati omnino amicitia, recti nō sunt, donec iustitia Christiana iudicet esse purgatos, cū qbus amicitia sit ferēda.

Separati appellantur, omnibus moribus singularibus incedentes, qui non uenerunt perturbare mores publicos & probatos. Qui etiam propter aliquod in signe uirtutis aut scientiae, quam habere se credunt, ab alijs recte uiuentibus intentione, conuersatione, moribus separantur, uicissitudinem amicabilem non merentur: separati enim sunt. Omnes uero separati, sunt inaequales & impares: etenim ab aequalitate aut paritate recesserunt. A separatis igitur omnino expedit separari, nec amicitiam fieri ad eos. Aspexi & probatum est, quod propter aurum & argentum homo ab homine; propinquo uel remoto se iungitur: separatur saepe propter rem uilem, etiam & turpem. Et magis dilexit irrationalibus & insensibilibus atq; turpibus assisti, quā reseruare cum homine iustum fœdus. Multi sunt uniti sub testō, animo autē separati sunt. Ostenderunt pleriq; magnam unionē uerbis, intentione diuidebant. Sed de intimis quis iudicabit? Amicitia in credulitate peragit. Quomodo fiet amicitia, nisi amari me credam, & alter amari se credat? Quid mihi de intimis iudicare, si separatus aut unitus? Quis intraspexit hominum uiscera? Interiora quis nouit? Liber quod dicitur: sed regulam infallibilem aduerte uniti & separati. Amicus est alter amicus, sicut quidam interrogatus, quid tibi est amicus? respondisse fertur, alter ego. Si amicus alter tuus est, nunquam allegabit excusationes in petitis, in arumnis, in laboribus, in tribulationibus pariter sustinēdis, sicut tu contra te ipsum non allegabis. Quem uideris inuenire ad ista suffugia, excusationes inquirere, laetanter non exponere corpus & res, separatus est animo: amicitiam solum uerbis, amore uel opere non fo uebit. Expedit omnino, cum separatis non amicitia: & amicitiam, separatum fieri. Huius enim infor-

lubilis est ratio, quia melius est non cōfidere, quā post confidentiam decipi.

Multi saepe amici multa fecerunt, pericula non timuerunt: releuari credebant, si affuisset oppressio. tempore uero quo amicitia per opera debuit clarescere, palluit, & indigenti melius fuisse prouisum, si talem non habuisset amicum. Voraginem desperationis parauit, qui amicum in necessitate defecit. Diuisit domin⁹ multo miraculo ab Aegyptijs Israelitas, pro eo quod quantum essent in eadem regione, religioe uero & cultu separati erant. A nequitur igitur separatis, recede: amicitia non coniungas, disiungeq; coniunctam. Cum diseminatis expedit idem agere. Disseminati, dispersi sunt in omnem uanitatem atque uanam doctrinam, quorum amicitiam oportet necessario deuotare: quoniam qui ad seipsum non colligatur, nunquam colligatur aut colligabitur ad amicum. Disseminatus ad se, cōueniet nemini. Collectus ad se, onera iuste portabit amicum.

¶ Mali consiliarij ueri amici non sunt.

Caput XIII.

Orum uero qui signantur in Aradio, qui de numero male sobolis fuit, ab amicitia iubeatur atque praemonemur auerti. Aradij, deponentes consilium, aut descendentes festinanter interpretantur. Septem hominum genera deponunt male consilium. Alij qui audire contemnant consilium, alij qui audiunt & abijciunt, alij qui subito & improuise consulunt petentibus, consilia deponunt, alij qui ob rem consilium porrigunt, alij qui perperam consulunt, alij qui bonum aliorum consilium paruipendunt, & qui ut non fiat, impediunt. Qui * contemnant audire consilium, falli nō possunt, quod solius dei est per naturam, & confirmatorum per gratiam, quod solum in superis agitur, aut cum uiuantibus deus illuxit, & inuisibili luce inuisibilem perfudit animam, tanto certitudinis argumento, ut omne dubium sit amotum. Quod paucissimis datum legitur: illis succedunt aliqui excellere intellectuall lumine, & ueritatis totius splendere fulgoribus, ut non indigentes, sibi solis appareant. Quibus ut sopore pressis euenit, qui uident in somno lumen solis, fulgētem meridianam lucem, & perambulare multa loca tramite recto. Qui cum euigilauerint, aut in profunda nocte, aut zeta obscurissima dormiunt. Hi sunt deponentes consilium, qui audire penitus nolunt, sibi omnes sufficientias asseribentes. Et saepe nonnulli reperti sunt atque reperiantur, qui se cognoscunt indigere consilio, & insufficientiam autumat qua premuntur: sed quia penitus reputari inter homines uolunt, consilium non petendo deponunt, ne inferiores his quos consulunt, esse uideantur, ut eo ipso aliquid esse appareant, cum aliorum consilia non petraactant: sapientes in eo uideri se credunt, quo aliorum consilia refugiunt. Hi penitus ad amicitiam non querantur, qui in propria uirtute confidunt, aut aliorum consilia spernendo deponunt, de quibus per Isaiam dicitur: Vae filij defertores, ait dominus, ut faceretis consilium, & nō ex me: & ordinemini telam non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum. Qui ambulatis ut descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis. Os enim domini est, quicunque nouit dei scientiam & ueritatem agendo-

rum, & potest & scit prestare consilium, a quo est anteq̄ fuit aliquid, regrendū. In lege dei est cōsiliū agendor & cauendor uerius, quam in lege hominum. Multi uero legem dei omnino audire contemnant. Contra quos Zacharias clamat: Posuerunt cor suum ut adamantē, ne audirēt legem. Et per Salomonem sapientia dicit: Desperaxistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subfannabo cum uobis, quod timebatis, aduenerit. Contemptores ergo consiliorum, sibi ipsis paraerunt ruinam. Cum ruinosis ascisci, aut amicitiam contrahi uelle, ruere est cum ruentibus.

Zach. 7

Pro. 1.

Multi audiunt consilium, & abijciunt. Audiuit sanum & seniorum consilium Roboam rex filius Salomonis regis, quod mite, dulciter & leniter responderet populo alleuari petenti. Qui eorum contempsit consilium, adhaerens peruerso & infelici consilio iuuenium: unde secuta est diuisio regni sui. Quae quantum deberet merito paterni delicti, potuisset fitti ordinatione sani cōsiliij. Multis enim malis obuiant consilia sana. Et ruptis habentis, inconsulta bona non * conueniunt, aut ruunt. Audiuerunt multi consilia prophetarum, & deposuerunt, id solum agentes, ad quod ex uoluntatis impetu ferebantur. Ut in Regum uolumine legitur, reges Israel & Ierusalem congregati atq; parati ad praelium, prophetam quandam Michaeam nomine, iustum & sanctum, pro consilio propheticae uisionis interrogauerunt. Qui adiuuatus, respōdit eis, prout acceperat a domino ueritatem. Ipsi uero a proprio impetu agitati, aliorū suffulti cōsilijs, contra prophetā cōsiliū, quō decreuerant, ascenderunt, sustinentes exinde quem propheta praedixerat antē, cōsiliū. Non igitur sunt hi ad amicitiam euocandi, magis uero sunt respuendi, qui consilia sana deponunt. Amicitia uero ipsa processus cautos inquirens, semper cōsiliatua est, & sana consilia querit, & adiuuicem consiliatuios amicos, ut unus ab alio consilia quaerat, ut cautor in omnibus ambulet, & * alteri consulari, si praestitit uirtute. Si uero in terogando consilio deficit, inquirat ab alio, ut amico scilicet & ex amore petenti consilium, in fide atque amore consulendo respondeat. Proinde consilium deponentes, carent amicitiam uirtute.

* uenit

1. Re. 22.

* al. al.

Deponunt quidam consilium, uidelicet irrogando petentibus: sed consilium alijs inferendo deponere, eo uirtutum est, atque deponentes uitiosi redduntur, quod facilliter & improuise deponit. Non enim expedit improuise inferre consilia, ubi ponderosa res agitur, maxime his qui non habent certam scitiam aut expertam negociorum & agibilia.

Tales sunt qui consilia improuise conferunt, quales canes in incertum latrantes, aut aues ad incerta uolantes, siue aues nutritae iuxta humanas uoces, quae aliqua humana uerba ex audiendi frequentia didicerunt, non intelligentes cum profuerunt. Consulor improuidus, ruina est populi, magis uero amici, si in ipso confidit. Qui subito consulit in re dubia, philopompus aut amens est. Multi subito dederunt ad interrogata consilium, ne si subidentes, haberentur ignari. Quos cenodoxia in loquendo deludit, nūquam dominati sunt uerbo. Possent multi sana praestare consilia, si praui-

disfent: & subita responsio induxit errorem, para-
uit atq; periculum. Non omnibus scientia, & om-
nium memoria suppetere conuenit exemplo.
Quibus sapientia ascriberetur ignorantiam al-
legare aut tempus prouisionis, quam uerbum pro-
ferre incassum. Vnde scriptum est: Antequam lo-
quaris, discite. Et alibi: Ne temere qd loquaris. Sub-
uersio audientium, non deliberatum consiliū. Me-
lius enim est & amicitia tutior, amicū habere
ignorantem, & digitum apponentem ori suo sup-
his quæ non nouit, quam qui importune consulit,
& ab ignorantia temporanea siue à semper inrita
detinetur. Non omnium est inferre consiliū, sed
plurimum est indigere. A talibus raliter consilia de-
ponentibus caueat, q̄ amicus querit esse securus.

Colof. 3. Merces fecit consilia multa deponere, interdum
uero non pauciora peruenire. Mercenarius con-
siliarius nunquam erit fidus amicus, aspicit semp̄
ad manū cupidus oculus eius. Manus uacua mu-
nere, uacua redibit sepe consilio, aut reportabit
impertinens: plena uero dabit consulenti materi-
am consulendi, & non ad amicum consiliū, sed
ad datum. Amicitia hoc propriū habet, ut nō
solum de rebus, sed de uisceribus uelit amico serui-
re: quod fit, dum amico consulēdo seruitur, & hoc
excepto, q̄ amic⁹ uerū nōlet amicum ab aliqua
indigentia premi. De nobilibus tamen cum obse-
quitur, uellet habere materiam obsequendi. Nul-
la dona nobiliora, quam sapientia: uerba siue con-
silia, quæ ab animi uirtute procedunt. Quæ dona
deturpat, qui ob rem, amicitiam consiliarij depo-
nit. Et si congruum interdum noscitur ab alijs q̄
piam expetere pro consilio, nunquam tamen di-
gnū geritur in amico. Honestus in amicis rerū
permutatio adinuicem toleratur, quam consilia-
uenditio, quæ nunquam præterquam inhoneste
agitur. Si à dilecta & pia matre omnium, natura p̄-
condita in sit alicui beneficium atq; scientia conlu-
sendi, omnino quaestus gratis consulat, & nō uen-
dat. Si uero à studio multo tempore conquisito
expensis atq; sudoribus, licite uendit quod est ex-
pensis, laboribus atq; sudoribus acquisitum, ami-
co autem nunquam. Nam hoc licitum est, scientiæ
atq; laboris acquisiuisse amicos, quibus gratis se
donat generosa uoluntas. Proinde qui uenialiter
deponit dando consilia, ab amicitia sedudatur.

Mat. 10. Gratis accepta, gratis dare iubemur à iustitia Chri-
stiana, laboribus parca gratissime gratis amicis.
Sunt quidam perperam consilia deponentes, q̄
anfractuose quærentibus cōsultum, serpētino mo-
re anfractuosis gressibus incedunt, consilia infau-
sta emittunt, dolum semper aduersus quempiam
in consilijs includentes. Hoc fecerunt filij Iacob:
uolentes ulcisci de Sichimitis, dederunt consiliū
circa cūfionis, & eis amitari ex animo uidebātur,
imò pre nuptias arctiora fœdera cōtractare: quo
facto, irruerunt super eos torquēte dolore circun-
cissionis, & quos uoluerunt, in ore gladij occiderūt.
Contra quos & propter quod sanctus patriarcha
Iacob, cum filijs benediceret positus in Aegypto,
Ge. 49. dixit: Simeon & Levi uasa iniquitatis bellantia, in
consiliū eorum non ueniat anima mea. Semper
enim perperam consulunt q̄ proderè uolunt. Hoc
persimile etiam fuisse ut consiliū Aman dedit
regi A sinero, ut omnes Iudæi uno pariter die in-
terficerentur, ob inuidiam & indignationem ani-

mi, quam aduersus ante se non inclinantiem conce-
perat Mardocheum, quantum diuina bonitas eius
disparet consiliū. Sæpe cōsiliū iniquum pro-
mit, qui ab impietate animi detinetur. Vnde Salo
mon dicit: Vir impius lactat amicum suum, & du-
cit eum per uiam non bonam. Infinitus est enim
impiorum numerus, qui consulendo dulciter, ne-
quitur amicum decipiunt, & rationibus ornāt con-
silia, ut fidelia uideantur, à quibus difficile atq; ra-
ro cauerit, dum more materni lactis in pueri ore
transfunditur. Et iterum dicitur: Consilia impio-
rum fraudulenta. Erumpit in illa, qui gerit in animo
fraudem, & decipit consulendo quem uocat ami-
cum, qui fert animū uiperē. Et uir iniquus deci-
pit amicum suum. Vnde in Ecclesiastico dicitur:
A consiliario malo serua animam tuam, prius scito
quæ sit illius necessitas. Malus consiliarius aut
infidelitati aut ignorantia subiacet. Malus consi-
liarius, humanus diabolus: qui semper dum conlu-
lit, uenenum infundit. Interroga protoplastos, ut
tibi huius annuncient ueritatem, super quos frau-
dulento consilio mortis induxit imperium. Consi-
liarius uero malus, ad pericula exponit amicum.
Consiliarius malus in seipso lapsus, ad nullū man-
sit erectus: felicitatem se dixit habere, si uisibiliter
atq; inuisibiliter habeat infelices. Sed quis caue-
bit? Subiunge, antequam amicitiam copules id qd
sapientia dicit: Prius scito quæ sit illius necessitas.
Si ad amicitiam mali hominis aut cuiuscūq; no-
uiter fueris requisitus, uide prius qua causa moue-
tur amicitiam copulare: qua præcognita, coniu-
ge siue deuota: si tu uero quæsieris, causam præstrin-
ge tuam, inuiritabilem aut leuē. Mortus ad aliqd
ex leui causa, leuem animū monstrat. Qui autē
ineuitabiliter stringit, & quadrigam damnorum
trahit à tergo, abiq; probatione tamen, non ami-
cicia, sed quædam conuersatio pro tempore per-
mittatur. Nunquā malus consiliarius, est asciscen-
dus amicus. Proinde consilia perperam deponen-
tes, in amicitia deueniunt ut damones.

¶ Multiplices consiliarij.
Caput. XV.

Sunt & nonnulli, qui consilia bona prolata in
iudicio pro re publica siue pro re priuata con-
tendendo deponunt, eiq; aduersantur uerbis,
factisq; subuertunt, aliosq; ad subuertenda submit-
tunt, quorum conditio eo periculosa noscitur, q̄
præterquam propriam, omnem substantiam de-
struunt, qui rem publicam pro qua & in qua con-
sulunt, non amant, sed propriam firmare sententi-
am certant. Quid periculi, quid uē damni eueniat
ab eis, in cura non agitur, dummodo eorum fit-
metur consiliū, & alterum destruat. In hoc
mercantur umbraticam gloriam, quod eorum a-
lijs sunt prælata consilia. Et quo plura subuer-
runt, per amplius extolluntur. Et prout si aduersa-
rijs dedidit bello consiliū, sic infauite lætan-
tijs, si bonorum ciuium consilia diruerunt, qui pri-
us mouent uerborum bella ciuilia, quam armis ag-
grediantur ad hostes, quos ex subuersione consili-
orum super eos fecerit sæpe uictores. Et innume-
ra mala in republica euenisse cognoscimus, cum
ab improbis bonorum consilia diminuunt. Con-
funditur re publica, si pro ipsa uexillum ueritatis
inflectitur, aut ipsa ueritas tremefacta, in homini-

bus præregnante nequitia, non loquitur aut tre-
mula lingua balbutit. Sed peior usquequaq; con-
ditio, cum sanum, elucefcit consiliū, & abroga-
tur potestate malorum: quo abrogato, statuitur
quod est in malum. Euenit plerunq; ut consiliū
deponat consiliū, & sapiens stultum, ut stultus
sapiens reputetur. Deposuerunt potentes inferio-
rum consilia, quibus nihil irprehensibile compe-
tebat, aut ea nihilo pendentes, aut suffulti uerecon-
dia, si tenerent consilia deictorum, aut existiman-
tes q̄ quibus deest facultas & apparatus exterior,
quod etiam deest ratio interlucens. Sed prius esset
examinanda, quam deicerentur consilia plebeio-
rum. Multi emulatores agitati ab ipsa rabie in-
uidendi, conati sunt deponere eorum consilia, q̄
bus re publica siue ciuitas quæque tuta mansisset.
Perhorrebant enim tales, supra se illorum exalta-
tionem fieri, quorum firma tenerentur consilia, si
felix sequeretur euentus. Qui uero alios inaniter
anticipare concernat libidine apparenti, ab ipsa
deficientes potentia, qua nec uirtus suppetit con-
sulendi, iustorum atq; uerorum subdole nituntur
consilia deprauare, timentes abiectiores fieri, quo
amplius aliorum consilia in republica resulgerēt.
Et aliorum fulgor, cæcat oculos illorum qui sul-
gere appetunt, & nō possunt seu nequit possunt.
Ex hoc enim in publicis consilijs atq; priuatis or-
tae sunt rixæ, seditiones & sectæ, bella ciuilia, ciui-
tatum destructiones, exultationes ciuium, plaga
reipublice insanabilis, irremediabilisq; fractura.
Hi omnes quotquot sunt, pro placito rerum abi-
ciuntur: & tanta sæpe pertinacia detinentur, ut po-
tius uelint cum pereuntibus tolerare iacturam, q̄
patiuntur alios anteferri. Proinde ad amicitia nul-
la ratione perueniant, qui aliorum consilia recte
deponunt. Qui ueris consilijs quomodolibet ad-
uersatur, uelut pestis corruptens in amicitia refu-
retur, etiam si tibi sane consuleret, alijs uero consi-
lijs factus hostis. Nemo enim ueritatis amicus &
inimicus existit, ad alteram omnino partem opor-
ret affigi. Nemo ueritatem & salutaritatem simul ha-
bebit amicas, reliquam illatum expedit repudiare
libello. Igitur in homine qui tibi bonus, alijs
malus existit, amicitiam nō requirit: forte capra-
to tempore tibi etiam pedicam ponet, & si nunq̄
tibi, tamen noueris amicum esse hominis, & non
ueri. Non enim ad amicitiam colligandam est ho-
mo, qui tibi & non ueri uoluerit esse amicus.

Quædam alia mala hominum natio in isto A-
radio designatur. Dicuntur Aradij, descendentes
festinant. Descensus, ut plurimum, in scriptura
uirtum sonat, ut recedamus à sensu corporeo, qui
semper ad inferiores gradus atq; partes attendi-
tur, descensum mentis in his potius inquiramus.
Descendere id dixerim, defectū meliorū ad bona,
& bonorum ad mala procliui. Qui uero festinan-
ter descendunt à ratione, à uirtute in uitium festi-
ne profluunt. Ad malū irretardato gradu descen-
dunt, à ueritate in falsitatem facilliter clinantur,
qui continue in rumorem falsum opinionem nequā
descendunt. Qui relatoribus facite atq; festine re-
lationibus credunt, ab amicitia sunt omnino ana-
thema. Caret honesta atq; laudabilis amicitia
festinatione ad malum: & relationes quæ possint
illam adimere, longe pellit: nec leuiter præstat au-
res relationibus diuersorum, quod est torale ami-

citæ detrimentum atque uenenum.
¶ Innodati uarijs uitijs, ab amicitia res-
pelluntur. Cap. XVI.
Samaritici significant peruersam hominum
sobolem, ab amicitia penitus diuertendam. In-
terpretantur enim lanæ. Lanæ à laniana dicte fe-
runtur, quod à dorso seu corpore super quo nacu-
ra produxerat, dilaniatae atque diuulse sunt, pro-
pter quod necessario in partem malam interpre-
tationem reflectetes, propter reprobam homi-
nem seu populum ab amicitia populi sancti dei,
eos intelligimus, qui aucti sunt à dorso conditæ
naturæ, sensibiliter ac insensibiliter se ornantes ua-
rijs coloribus uanitatis, & inseparabili tinctorio
tinguntur, ut nulla sit lauandi acrimonia qua la-
uentur. Quæuis enim natura corrupta suam in no-
bis tyrannidem teneat, & semper nos uerberet in
hac ualle miseræ, in quam sic proiecti sumus, ta-
men condita natura extincta non est, ex cuius bo-
nitate penitus nati sumus, à qua propria uolunta-
te non debemus lanari, moribusq; auelli, quan-
uis in membris nostris militet natura corrupta.
Sed quidam atq; plurimi uelut lanæ à corpore o-
uium insensibiliter pro parte lanarum auferuntur:
sic quoque à demonibus atque uitijs insensibili-
ter se permittunt. Quot sunt? Innumerabilis est
multitudo hominum & mulierum, qui lanæ sunt
hostis antiqui, quos ipse uolento tractu dilania-
uit à dorso mitis & ouinæ naturæ, & eos malo ar-
tificio lanificandi in multam enormitatem distra-
xit. Vg omnibus qui diabolico lanificio sunt sub-
iecti. Tinguuntur sæpe colore tetro inuidia, ut
uidelicet pœna sit eis aliorum uidere felicia. Tin-
guntur flammeo colore iracundia, ut usq; ad ex-
tinctionem in alios inardescant. Perfunduntur sæ-
pe sanguineo, ut etiam festinent effundere sangui-
nem. Immerguntur colore caelesti, ut ab importa-
bili superbia, quæ falso appetitu homines facit eē
caelestes, & uelut cælum omnibus, ita uelint mali
tincti, omnibus superferri. Albo colore abantur,
non ad puritatem, sed ad abolitionem omnium
gratiarum. Viridi colore multos infecit, qui uirē
in putrida carnis actione, cum plus debito replen-
tur, aut lasciuiter effunduntur, ut tauri super her-
bam malæ delectationis. Necnon diuersitate col-
orum rubri cauerit hominum corda, ut in uesib⁹
laneis monstraret uarietas uani cordis.
Quem igitur uideris uanitate atque uarietate
colorum depingi, uanum & uarium ex corde iu-
dicare non dubites: perperam enim aguntur uesti-
menta multicoloria in corporibus affectantes.
Et Ierusalē in typo rephendit, eo q̄ sumperit uesti-
menta multicoloria, & uestita eis fuit p̄ter dñi
uoluntatem. Quid tinctæ lanæ uarietate infelicis
coloris ad amicitia admittunt? Quid hoies uarij,
malis cōsuetudinibus tincti, ad quorū lauamē nul-
la uidet ualere industria, firmato cōsuetudinis mo-
re, uelut natura quadā ad amicitia regunt? Cur si
uenire in amicitia uolūt, nō repellunt extemplo?
Cur eis applaudit læta hoim facies? Cur eis eū p̄
ut am cōserta gradit manu? Cur mutuq; obsecra st-
ue cōiuiua inter eos q̄bus indelebiliter adhæsit tin-
ctura malorum, quibus mos firmatus iniquus pre-
cipit ut natura? Quædam lanæ sunt homines ma-
li, quorum moribus conuersans, ut indumento se
induit. Et pallium inhonestatis efficitur focio ma-

Ius homo. Propter quod cōtra eos qui propriam naturam colorem abiciunt, alijsq; coloribus tinguntur, omnipotens clamat: Nunquid auis discoloris creditis mea militi? nunquid auis tincta per totum?

Discolor proculdubio dicitur, qui proprio colore mutato, alium impertinentem assumpsit. Vnde de subiecit, "aut auis, scilicet malis coloribus tincta per totum." A proprio naturae coloris creaturae atque decentis uirtutis permutat colores, quod a diabolo sunt laeae tinctae. Proinde tu qui in hoc mundo sub timoribus degis, non inuas amicitiae fedus cum his, de quibus conqueritur qui nouit omnia deus: & qui taliter tincti sunt malis, ut omnino impermutabilis sint tincturae. Inquit alibi per prophetam omnipotens: Si potest Aethiops mutare pellem suam, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Sed quod impossibile sit hominibus, a diuina potentia non trahamus. Omnia enim quaecumque uoluit, fecit. Sed quousque noueris super malis coloribus tinctos, per impotentiam diluendi, diuinam illuxisse potentiam, cui ad laudandum nihil resistere potest, non iungas amicitiam, quae cum malis pertinacibus esse non debet.

¶ Similitudo uirtutum & morum, amicitiam iungit: dissimilitudo e conuerso. Cap. XVII.

Alij nequam signantur in Amathaeo filio Canaan, in cuius interpretatione colligitur populus reprobatus. Interpretantur enim Amathaei, populi peccatores uel indignantes rigidi. Alij nempe sunt peccatores, alij peccantes.

Peccatores dicuntur, qui peccauerunt & subterunt. Peccantes uero, qui ad mala more fluminis semper fluunt, & mala malis adijciunt, quos non terret irremediabilis poena gehennae, amor supernae patriae non refrenat, rationabilis ordo iustitiae non deterret, nec trahuntur amore societatis honestae, nec pudore pfundunt in libello malorum ascribi. Effluunt & desiliunt, & pfuunt, & non resiliunt, umbris rebus sariari quarentes, quos male agendi accedit iterum rabies. Et quantuis quandoque uideatur adesse satietas ex quadam impotentia plus agendi, non tamen est correcta uoluntas: quae statim perficit malum, dum resurgit in membris nefanda facultas, qui ab omni amicitia sunt separandi, & si credunt amicitiam copulasse, falluntur.

Ac per hoc aliquali differtioe opus est, ut pateat his qui de amicitia natura noticiam quaerunt, si agi potest inter peccantes & peccatores, si inter peccantes & iustos. Et multi quidem hinc argute multa locuti sunt, afferentes amicitiam esse similitudinem animorum & unius finis intentionem. Peccantes uero similes sunt his, unde amicitia sine cunctatione agitur inter eos. Sed lumen ueritatis non circumfulsit illos qui talia dixerunt, nec diuinam atque Christianam iustitiam inspexerunt. Quibus absentibus uelut praesentibus loquor, quod aut necessarium est amicitiam denegare omnino esse uirtutem, uel si uirtutem ipsam dicimus, inter peccantes esse posse omnino negabimus.

Uirtutem esse ueram amicitiam, nullus uere sapientium negauit aliquando: quod si quis negasset esse uirtutem, altiori scientia uinceretur. Aliqui

autem opinati sunt, esse quid indifferens ad conuertibile, bonum & malum, pro uoluntate illam habentem. Sed his ueritas amicitiae non eluxit, & ratione uerissima refellitur, malum uero nullus hominum ausus fuit amicitiam nominare. Sed omnes hos oportet refellere, nostramq; asserere ueritatem.

Bonum esse amicitiam, sua origo declarat a condita natura: non enim a corrupta insurgit. A condita natura, non uitata, nunquam nisi bonum procedit atque processit. Alioquin cogereur infamare creatorem & creaturam, & scripturam diuinam asseuerare mendosam. Inquit enim: Vidit deus cuncta inuisibiliter uisibiliter, & erant ualde bona.

Ubi laudare neque uituperare possumus materiam rerum causam. Non enim erat materialis causa, quod philosophantes praeerit. Nam creauit deus omnia ex nihilo. Et bonus creator, quem ut Manichaei negare non possumus, nec debemus, bona cuncta creauit, igitur bonum est amicitiam, deum omnes causas originales, quas supra praetulimus, praestendunt amicitiam esse bonum: sed multa sunt bona, etiam lapides & ligna, & his similia: bonum autem amicitiae, super graditur corporalia & sensibilia bona. Est enim bonum animorum & morum agibilibus, sine quibus politica uita & Christiana coniuncta non agitur. Sed multa sunt bona inuisibilia animorum atque agibilibus morum, quae uelle numerare, irret in longum. Sed bonum amicitiae, ut audacter affirmem, dicam bonum uirtutis, imo bonum, quae uirtus est animorum & agibilibus morum aeterno regi acceptum, sine quo adiuuicem animi non referuntur, & confunditur tota mortalitas, & sine quo etiam acceptus deo nempe fieri potest. Uirtus igitur est amicitia uera, quae non solum inter homines, sed inter homines & deum contrahi potest. Inquit enim Iacobus in Canonica sua: Credidit Abraam deo, & reputatus est ei ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Et in libro Iudith legitur: Abraam probatus, amicus dei factus est.

Nec quis autemet, quod uocabulum amicitiae uelim appellare uirtutem: nullum enim uocabulum, uirtus: sed ueram amicitiam dico esse uirtutem. Nam luce clarius hominibus intellectu patet, deum neque in ueteri neque in nouo testamento praecipisse nisi uirtutem. Et quantuis cruda nostrae imaginationi repugnet, absonum uideatur, nihilominus tamen omne quod praecipit, uirtus est, uirtusq; fecisse. Ipse siquidem praecipit homines adiuuicem amari, dicens: Diliges amicum tuum. Quod praecipit amicitia facit & generat inter duos. Cum enim dicit, diliges amicum tuum, intelligitur quod amicus iam erat factus, aut ex praecipito aut ex alio. Et qui diligere iubetur amicum, amari necessario cogitur. Et de ipso firmum stabit praecipitum, ut etiam diligatur. Igitur diuinum praecipitum clare intellectum, amicitiam saltem duorum facit & generat. Et in euangelio hoc idem saluator asseruit cum annexo, ut diligeretur etiam inimicus. Et alibi consueit: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: Et suos apostolos appellauit amicos. Proinde nullum indifferens sub praecipito diuino concluditur, & nihil a deo & a Christo filio eius, nisi uirtus. Per amicum autem, si contrarium amicitiae conuenit esse peccatum, erit amicitiae uirtus: & pro aequali trutinando sit ascensus atque descensus,

ut pro quanto amicitiae contrarium descendit in uirtutem, amicitia in uirtutem assurgat: & quod dicitur, reuertitur. Amicitiae autem contrarium non est indifferens, scilicet non amari, sed odium. Odium quidem ad homicidium spectat. Canonica ca dicit: Qui odit fratrem suum, homicida est.

Igitur amicitia prout in se agitur, uirtus uiuifica est: quia qui non diligit, manet in morte. Porro si aspiciamus mentis quaslibet qualitates, non omnis qualitas uirtus, sed illa quae diuinam perficit legem atque praecipitum, & inter homines gubernatur in iustitia illa moralitas, sine qua non bene uiuit nostra mortalitas. Libet sane iustitia Christiana, ut inter se uiuant homines in culpatate: quod in se fieri nequit, nisi amicitia copulet animos, moresq; disponat. Et si quispiam forte iustitiam timore perterritus, innoceat se gessit ad proximum, non impleuit iustitiam ex amore, quo solo, non timore perficitur. Nam qui timer, uellet auferte iustitiam, ut lesionem possit inferre: foras se non laedit timore iustitiae, tamen expedientia bona amico non contulit, si amicitia caret, quae omnia expedientia confert. Et si adhuc timore solo agitatus conferret, sarcinam portabit inuitus.

Amicitia uera, in suis affectibus & moribus libera, iustitiam Christianam inter homines hoc duplo perficit, scilicet ut non laederet, & iuaret. Uirtutem ergo indubitate esse amicitiam ueram, creditur, quae deo placet, animos hominum moresq; ordinat, ut inter eos inculpatia fiat iustitia Christiana. Quae siquidem uirtus inter peccantes esse non potest: quoniam qui ad peccata more fluminum desuunt, uirtutem seruare non possunt. Nec aliquos fallat, quod si ad alia sunt, nequaquam in amicitia uera possent esse uerae: Quoniam omnis uirtus talis conditionis existit, ut ab omni inherenti uitio sustineat detrimentum. Nec fluenter peccantes, possent in bono aliquo amicabilem conuenire, quantuis utiliter sepe possint ad se, uel ad alios extra se. Vnde statuamus duos homines, ex quibus ad plures procedat animus inuictus, quum uterq; sit plenus uitij & deprauata uoluntate actusq; peruerso, & unusquisq; pro posse labatur in nefas. In quo bono isti conuenient secundum amicitiae iuram? In superbia & actibus eius, in auaritia, in acidia, in gula & luxuria, & eorum nefarijs actibus, in inuidia, in ira, in philopompia, & eorum pessimis incentiis. Dixeris fortasse, in custodia unius ad alterum, in subuentionibus muris, non inhonestis & turpibus, sed in his quae iure decent uitam hominum. Audeam respondere, nemini ueraciter amari. Qui sibi crudelis existit, quomodo in amicitia uera Christianae iustitiae amicitiam proximo, & qui per iniquitatem inimicatur deo: duorum certe peccantium unusquisque inimicus est ad seipsum, & quod execrabilis, uterq; inimicus ad deum: custoditq; & subuentiones non sunt de uena uerae amicitiae, quae omnino est uirtus, sed de quadam consuetudine & retrahentia opitulatione, aut ex emanatione quadam, quae uocatur humanus instinctus. Ad maiorem horum euidenciam faciendam, illam differentiam oportet inducere, per quam actus distinguuntur a uirtute: Vnde aliud est uirtus, aliud actus eius. Actus quippe uirtutis propemodum habere quilibet potest, etiam quantuncumq; iniquus: uirtutem uero habere non potest

uoluntarie malus. Actus siquidem uirtutis est ex corpore, in corpore, de corpore, pro corpore: uirtus omnino inuisibilis & in corpore, consistens in anima. Proinde amicitia uirtus haberi non potest a uoluntarie uiciosis. Actus autem eius a multis habetur iniquis. Eadem igitur lege qua peccantes inter se uerq; amicitiae foedera tenere non possunt, ad bonos & iustos nequiuertit amari: nam quod non fecit similitudo peccati, similes sunt, quantuis non semper per omnem modum peccantes, nec tamen ueritatem amicitiae sortiuntur: & cum dissimiles sint a bonis, multo minus in ueritatem amicitiae fiant ad eos. Similitudo potest esse inter bonos & bonos, & inter malos & malos nulla similitudo. Dissimilitudo autem fit, quae non nascitur ex eo quod bonus recedat a malo, sed ex eo quod cum quis malus appetit fieri, recedit a bono. Bonum quippe naturam habet positam atque stabile. Malum uero nullam naturam habet, quantuis in aliqua natura sitat, priuationem habet & fluxum. A priuatione nullus potest esse recessus neq; dissimilitudo: non enim est natura neque positio id, a quo receditur, aut a quo dissimilitudo nascitur. Igitur dissimilitudo semper iniquitatem sonat, scilicet licet dissimilari a bono quod naturam habet & quod est, aut a uero bonitate habente. Bonus nunquam uere dicitur dissimilis a malo, sed malus dissimilis dicitur a bono: quia esse non potest dissimilitudo ab eo quod non est, sed ab eo quod est: quia non est dissimilitudo inter homines ex bono, quod homines sunt, sed in hoc similes sunt, quantuis in figura similes non semper existant, sed ex eo est quod unus agit bona positionem habentia, alter uero in priuationem operibus aut ruina tendit. Bonus uero a malo non proprie dicitur dissimilis, quantuis ita saepe dicitur: sed ueriori modo dicitur liber, siue a malo in genere, aut ab homine malo. Dissimilitudo recessum dicitur a bono. Quomodo ergo amicitiam malus bono, qui per dissimilitudinem incessanter recedit a bono, animi prauitate ac per ueritate morum? Obsequi corporaliter potest, amari non potest. Bonus autem sic existens, ad malum amicum fieri non tentabit: si malus, fieri refugit. Indignatores rigidi, ad amicitiam non sunt apti. Mala res est indignatio, omnino in moribus hominum deuitanda: sed pessima rigiditas, quae ubi assidit, emendabile malum, fit inemendabile.

Indignatio est, cum quos sensu mentis, aut aliquo sensu corporis aliquid percipiens, aut ruga frontis aut uerbo oris, contra illud agitur & mouetur. Rigiditas uero est, post indignationem aut iram implacabilitas animi. Difficile quis noscitur, quod quando indignatione quantalibet non pulsatur. Sed nisi accedat rigiditas, facile ad mitratem reuertitur animus indignatus si post indignationem ipsa sequitur, firmatur indignatio quae obreperat, & per amplius accenditur, si de mititate rogatur. Nam rigiditas est algor mentis, durities animi, torpor spiritualium uirtutum, horror animi & saepe in uultu monstratus, turbatus rationis etiam nimius rigor, qui usq; ad intemperatum zelum saepe peruenit. Sed natura & insignis amicitia, indignationem non habet nec indulgentiam. Amicitia uera non indignatur amico, nec indulget: quae offensionem non recipit, quae oportet ad indulgere. Si uero recipit & indulget, magis amicitia erit de genere reconciliatiois, &

Gen.

Iacob.

Iudith.

Leuit.

Mat.

Luce.

Ioh.

de sua generositate uirtutis. Nam in indulgentia uterq; amicus conuincitur deliquisse. Primus, quia fecit iniuriabile quippiam: alter, quia recepit iniuriam, quamuis cito praestiterat ueniam. Male amicitiam nouit, qui cognouerit etiam tantillam iniuriam. Male firmatus erat, qui huius facile succubiabilis erat. Proinde quia difficile indignatio, ut interdum non accidat, praecautur, ob quam non est amicitia refecanda, si ex pristino more suspenderit firmitatem. Rigiditas propellenda omnino a foribus amicitiae, penitus more suo eneruat amicitiam iam firmatam. Vbi uero amicitiae nondum sunt foedera celebrata, indignatores rigidi, si praenotii fuerint experientia suae fama, caueantur: post foedera uero tolerentur, nisi rigiditas cognoscatur, qua cognita, per seipsam amicitia se subuertit. Na indignatio non decet, praeterquam ad uitia & praeter uitia. Impatentia est, qua homo minus conuincitur esse doctus. Et toleratiae caruisse uidetur, qui ab indignatione deuincitur. Se singulariter reputat, qui animo indignatur. Indignatio animi sepe nauisare fecit, & rugas contraxit in facie: semifactis uerbis & toris fecit proferre sententias, & linguam balbutire fecit praeter iram. Linguam discretam & trementia labia excitauit ad uerba, quae a mentis dominio non exibant: nec non saepe impromide loqui suauis uerbum conturbans amicitiam, aut semper reddens in futuro suspectam. Exhausta indignatio a corde uerbum abscondit, aut subito generatum, quod alter amicus nunquam credebatur audire. Ignisq; reperfusus est aut extrinsecus, qui ante flammabat. Latet ignis in lapide, nec comburit approximantes: incendit portatus manibus, aut sinu, excussus ex chalybe, scintillat ignem sufficientem ad multam materiam succendendam, & educentem fumum sanis oculis amulsi.

Latent multa in corde hominum, ipsis & extra positus omnino ignota, interdumq; nota. Indignatio uero excussit a cordibus latentia mala, destruit placidos mores, & amula oculis ratiois. Rigiditas uero, irae atque indignationis est robur, & stabilitas accidentia mala, ut quod erat separabile per naturam, fiat inseparabile per rigiditatem nequam. Aspiciat igitur in regulis & iuribus amicitiae Christianae, si quo modo possunt indignatores rigidi ad amicitiam conuenire: nempe usus refugit, ratio dissuadet. Nam in prouerbis dicitur: Qui ad indignandum facilis est, erit ad irascendum procliuor. Iesus uero aduersus scribas & pharisaeos loquebatur, quia sibi pro salutaribus operibus indignabantur: nam indignatio germen est inuidiae. Quo genere indignati sunt apostoli aduersus mulierem Magdalenam, dicentes: Vt quid perditio haec? Potuit istud unguentum uenudari multo, & dari pauperibus. Quae omnino uirtute inuidiae nocitur plantula, pro eo quod indignatio quandoq; est aduersus opera bona.

Fit etiam indignatio aduersus alterius praerogatiuam absque proprio detrimento, qua indignatione indignati sunt primi operarii aduersus patremfamilias, quod aqua prouisione omnibus prouidisset. In quo nemini derogabat aut faciebat in aliquo detrimento, quamuis praehonoraret, aut eis equaret indignos. Decem uero apostoli indignati sunt aduersus duos, qui potiora in superis petierunt, sed nec eis adimebatur aliquid,

Pro. 29.

Mat. 26.

Mat. 20.

etiam duo fuissent iuxta uota suscepti. Frustra est indignatio aduersus aliquem praehonoratum, ubi nihil demitur indignanti. Nec iuxta uocabuli proprietatem, indignatio aliud sonat, quam aliquo bono quod habet, reputare indignum, aut peius dignum, q non deligit, aut si deligit, in eum plus debito desequere, uel per odium & non per amorem iustitiae, ex candescere contra eum. Rigiditas, algor uel aquilo, congelauit fluxibilem aquam.

¶ Simulatores & negociatores ad ueram amicitiam impossibiles sunt. Cap. XVIII.

Horum omnium filiorum pater infansus, sua interpretatione genus pessimum hominum monstrat ab amicitia secretorum, qui dictus est Canaã, interpretatus negociator aut emulor. Simulatores siue negociatores, ad ueram amicitiam omnino impossibiles sunt. Esti aliquando compositi sunt, non ut sic existentes. Cum uero ad hanc notam deuenerint, propellantur uelut amicitiae destructores. Negociatores omnino negauerunt: hoc enim uocabulum infansus sonat. Sed est ocium sanctum, quo mentis ligiofitas exercetur: & conquirunt illa, quae ipsam imperfecta perficiunt. Imperfecta est anima, cuius imperfectionem omnium habentium animam experientia sana demonstrat, illa dumtaxat excepta, quae ab instanti suae creationis inseparabiliter unita fuit ad uerbum. Continue namq; cum uult, suscipit uirtutum honorabiles qualitates, & per studium ignorantiam, per exercitium ignauiam longe pellit, & gradu inuisibili de tenebris festinat in lucem: quae nisi quiesca fuerit a procellis, non adipiscitur ueritatis splendoris, sine quibus semper tenebras patietur. Absque sapientia nulla conuersatio peragitur uiam rectam.

Congregatio est turorum, qui per ocium in aula sapientiae non federunt. Et qui pro curis temporibus ocium negauerunt, non uiderunt decorum atque consistentiam domus eius. Negociatores ocium negant, ut distracto corpore animus distrahatur, cui nulla sit requies ad capiendum inuisibiles elucidationes. Et eo esset delectabilior amicitia, quo a sapientia foueretur. *Tutius est amicus pauper & sapiens, quam diues indoctus: & quietus fultus scientia, quam negociator ignarus. Quietus, omnino ad petita facilis. Scientia fulgens, cito dabit consilium: liber a negociis, tripliciter respondet amicis. *Semper idem erit ad amicum, & deuitans negocium. Negociatorem amicum ad quaequam ueritas contradicit. Gerit animo auri, mente condit thesauros, copulat agrum agro, domum domo coniungit. In corde uero eius nisi materialia non uersantur. Et aut avaritia plus habendi, aut sollicitudo quereudi, non finet esse amicum. Qui negociis animum dedit, habes pelago ratem a fluctibus agitatum, terris amicum a periculis circumseptum, hunc per permitit exitio, ut liberet ex pelago nauem. Semper ualefecit amico, pro rebus importune negocians. Se ipsum tradit modis uarijs moriendi, qui se tradidit negociis uarijs. Qui pro seipso non deuitat periculum peracturus negociam, nec deuitabit in tempore pro amico. Obmittet rationabilem amicitiam deperire, dum timet

Ex

Sec

deperire thesauros: & dum augmentum auctioris insensibilem atque irrationabilem, amicitiae patienter sustinebit eclipsim. Sed nec omnis negociator ab amicitia abdicendus est. Nam ipsa negociatio in amicitia fecit amicos, dum habita est contractio & mutua uisio & frequens locutio, praerebus atque negocijs. Mius uero postquam fuit natura corrupta, indigni, ut negociatio fieret, sine qua uita hominum uoluntaria & placita non subsisteret. Veruntamen negociator importunus, ad amicitiam opportunus omnino non erit.

Importune agere negocia dicitur, qui excusabilem atq; iustam causam & irreprehensibilem in negociando non habet, sed sequitur impetum appetitus inordinati atque culpabilis, q esse cognoscit marinae receptiois, qd claudat ostia ingreditibus fluuijs. Sed quato plures ingrediunt, plures suis hiatus suscipit. Non pot conuenire in lege amicitiae Christianae, q soli congregare didicit, distribuere uero non nouit. Hanc bene nouimus habere amicitiam gratia, ut non tribuere, credat esse iacturam. Et Christianorum amicorum noscitur proprium amicitiam negocijs, non negocia suauibus amicitijs antefere. Si more loquendi negociari ad avaritiam scribimus, auarus profecto nemini erit amicus. *Et rei ueritate inimica sunt nomina, quorum unum avaritiam, alterum amicitiam sonat. Per amplius uer, ofine conuenientia oppositum homines contrarijs studijs animo & opere intendentes, ut unus uerbanitate amicitiae nouerit aut uelit, alter desosum habuerit animum in terrenis.

¶ Aemuli ad amicitiam non admittantur. Cap. XIX.

Aemulatores autem tanto cautius in amicitia declinentur, atque si coniuncta cum illis fuerit, celerius abrogetur, quanto solum ipsorum haec irremediabilis poena, suorum proximorum uidere felicia: & in hoc gaudent serenitas amicitiae, cum amicos in bonis conspexerit esse felices. Aemulor inimicus felicium, amicus uero felicem querit & optat inuenire amicum. Tristatur animo inuidus de felicibus, & tristatur uerus amicus de infelicitate amici: reputat enim suam, quia uelut alterum se reputauit amicum. Desperat aduersatur amicus & aemulor, in affectionibus atq; passionibus mentis. Gaudet amicus in prosperitate amici, aemulor letatur in aduersitatibus. Doler amicus pro his quae amicum mala contingunt, aemulor gladiatur animo, si uiderit quantalibet amonitate florere. Inuidus semper in claustris amicitiae claudicat, neque loquendo pacificum aut rectum potest proferre sermonem. Saepo uero ne detegatur, sibimet uolentia facit, & mentitur ore laetitiam in contingentibus bonis, cuius cor pertulit inuidiae uenenatas sagittas. Ridebit interdum amico more nam uere minime potest, cum non pcedat ex corde laetitia. Et totus simulatur inceder, & serpentinis anfractibus gradietur. Pullulabit in uia iucunda facie, quam uiribus, non amore, ad amici oculos hilarauit: & stabit saepe attonitus in secidis rebus amici, & collaudabit fallaciter cuncta opera eius. Domum dicit benedictam, quae uellet esse subuersam. Agrum fertilem, quem sterilem plus affectat, Filios factos, quos insanire

gauderet. Vxorem castam, quam secum aut aliter uellet coniugij foedera dirupisse. Praefert supellectilem uerbis, quae ignis incendijs cremari libentius aspexisset. Dilectum ab omnibus falso dicit, aut uere sic credit, quem odiosum fieri omnibus plus exoptat. Et si aliquando casus in euentibus esset, clanculo & possibiliter decipulam perditionis praetenderet. Saepo autem ostendit se dolentem de illa, quam secreto procurauit ipse iacturam. Nihil penitus est in aemuloribus rectum, nihilq; sanum habent, unde debeant in amicitia conuenire, aut si conuenierint retineri. Moritur animo aemulor, unde amicorum est uita iucunda. Et unde nascitur occasio plus gaudenti, flendi accedentem carpit.

Igitur penitus inuidus ab amicitia refecandus, qui bona in amico suam fecit miseriam. Nec posset necessitate cogente in amici bonis intendere, de cuius iucundis euentibus eius simulationis proprium est dolere. Si uero referre uolumus emulationem ad inimicationem, sicut ad mala, sic potest ad bona referri, de qua nullus sermo, nisi quod malos imitatur certissime malus.

Habes malam sobolem, diuino praeecepto in amicitia deuitandam. Habes patrem male: sobolis genitorem, ut ex avaritia & inuidia omnium malorum hominum genera in amicitia deuitanda nascantur.

¶ Testimonia noui testamenti de amicitia. Cep. XX.

Prater ista testimonia quae de ueteri collegimus testamento, contra eos cum quibus est amicitia deuitanda & disingenda coniuncta, ex nouo testamento aliqua similiter assumamus: ex quibus multa peritia ministrabitur, cum quibus amicitia denegeret.

Aliquos in euangelio saluator respexerat appellauit amicos, quia foedera in amicitia non seruauerunt, quorum unus appellatur amicus erroneus atque molestus, alius amicus ineptus & inuectidus, tertius proditor perinax & domesticus. Sunt quippe aliqui homines praeter rationem infesti, qui plura expetunt uoluntate quam merito largitatem omnem ad alios, quam ad eos, reprehendunt, & iniustitiam dicunt largitatem benignissimi porrectoris. Refert sane historia euangelica, quod cum paterfamilias operarios induxisset in uineam, aliquos ex pacto, aliquos ex iusto merito pro diuersitate temporum & horarum. Cum uero serotina hora esset in retributione mercedis, omnes acceperunt tantundem, murmurantibus operarijs prima hora conductis ex pacto aduersus patremfamilias, & arbitrantibus plus recipere, paterfamilias inquit: Amice, non facio tibi iniuriam, Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi facere quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Ex patrisfamilias respiciens ostenditur, quantus hic fuerit infestus atq; molestus amicitia: Amice, non facio tibi iniuriam. Hoc prout saluator parabolice dixit: quia illi primi existimabant iniuriam, domini libertatem atq; liberalitatem: & alterius bonum, homines infesti atq; molesti propria iniuria repurabant. Ad iniuria tri-

Mat. 20.

21. 26.

Mat. 20.

am sibi prouenisse concipiunt, si non supergreditur pactum in quo uoluntarie consenserunt. Multi enim pacto se astringunt peracto ministerio, plus pacto iniustissime gliscunt. Iustitiam pacti uolunt excedere, atq; peruertere debita aequitatem. Nō conuenit amico, qui non conuenit pacto. Nō uir amicitiam, qui pactum, iniuriā reputat. Non erit amicus qui conuentionis fœdera odit. Si plus reciperet, supererogatio est, de largitate proueniens largiēti. Si secundum conuentionem & pactum, iustitia est proueniens de actione rectissima utriusque partis, & eius qui meruit, & eius qui retribuit. Si minus, aut operarius deliquit in opere, ut conuentio frangeretur, quia defectus operis in pacto deducti frangit fœdera pacti: aut operarius perfecti impositū, & in retributione defecit conductor. Huic fuit prout dictabat conuentio, retributum: & indignabatur uelut iniuriā passus, quod plus alijs non accipiebat in prœmio, cui quod iustum erat, dedit dominus, quamuis ex sua largitate alijs uoluit prouidere pacto rancundem, qui largus est dominus.

Proinde ad amicitiam recipi non meretur, qui conuentionem uertit in uoluntatem, & pactū deducit in placitum. Quis amicandi modus erit ad eum, qui aduersus pacta seruantem animo & ore murmurare nō cessat? Omnis enim amicitia conuentionem & pactum habet. Amicitia penitus nō esset, nisi homines in aliquo conuenirent, aut pacto moralis & diuini iustitiæ in aliq; firmarentur.

Conuentio uero totius ueræ amicitiae hæc est, ut seruatis legibus iustitiæ atq; honestatis, & animo & corpore quis fiat ad alium, quo alium uellet fieri ad seipsum. Pactum uero est ipsa pax, quæ inter hominum agit mores, qui ex obsequijs & conuersionibus & rerum commutationibus oriuntur, interdum uerbo, interdum scripto, interdum teste firmata, sæpe uero his omnibus & pœnis appositis aut datis obsequijs atq; aliquando fidei iuramentis, plerūq; oblati pignoris robora, etiam non perturbatis legibus honestatis atq; iustitiæ. Qui ergo pacto nō stetit animo quietus, perturbauit & pacem, pacis perturbator amicitiam traxit exilio, quoniam in ipsa pace fundatur. Per amplius arguuntur infesti, erronei atq; molesti, p eo q; uni nomine omnium dicitur: Tolle quod tuum est, & uade. Si quis autem pro tolerato labore supra meritum uellet & pactum concupiscere alienū, propterea huic dicitur correctiue, tolle quod tuum est, quasi dicat, esto amicus in pacto, & noli concupiscere meum. Si autem plus quis supra conuentionem & pactū receperit de bonitate donantis, non erit in crimine iustæ reprehensionis. Nam licitum est supererogatum recipere, non concupiscere aut murmurare, si non recipit supra pacta.

Mat. 20.

Veruntamen supra pacta recipiens ab benigna largitate datoris, non recipit uelut alienum, quod iustus possessor benignusq; largitor dādo uoluit esse suum. Non est recipienti alienum, quod benigne de iusto possessore datur, gratęq; rapitur, nec quod ex pacto seruato tribuit: sed id penitus dicitur alienum, quod querit supra pactum & meritū, aut quod inuito domino cōtractatur. Quocirca huic molestus amico dicitur. Tolle quod tuum est, & uade, uidelicet recede tibi pacto seruato, ab improbitate penitus plus petēdi. Nam improbus exactor

amplioris quam debiti, nunquam stabit amicus. Vult enim supra suum meritum, quod omnino est alienum. Violentator enim alterius uoluntatis, plus igne cupiditatis, omnino fregit aut amicitiam denegauit. Si solum tolleret uniuersique quod suū est, nec a debitoribus negaretur, nunquam ex rebus inter homines amicitia palluisset. Nemo sibi debet ad iniuriā retorquere recipientem ex pacto meritum, si dominus aut quispiam absque pacto alicui uult tribuere suum. Vellet quippe alterius impedire uoluntatem atque donandi dominum, qui murmurat aut iniuriā putat, quod alijs sibi merita conferantur, quamuis illi ex pacto, alteri absque pacto, & quod plus est dicere, abique merito tribuatur, & quanta sit hæc peruersitas ipsa ratio docet. Quæ hominum maior peruersitas siue molestia, quam murmurare siue suam reputare iniuriā, ubi in largitionibus non turbatur ordo iustitiæ: Nam si recipit quis ex pacto quod meruit, seruatur ordo iustitiæ ex factione impositi operis. Si uero quis præter pactum æque receperit, etiā seruatur ex largitate potestatiua datoris. Ex hoc ad improbationem murmurantis patet

Mat. 20.

mitias intulit. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Quid aduersus me animo & ore declamas? Uoluntas mea libera est, iniqua nō est, mei sunt iuris quæ possideo, tibi dedi meritum ex opere tuo, huic merenti aut non merenti ex mea largitate tribuo, cui de tuo nō tribuo, sed de meo, tolle quod tuum est, & uade: meū uero in mea potestate dimitte. An non licet mihi quod uolo facere? Quanto plura uerba paterfamilias aduersus hunc multiplicat, t̄to magis nequitiam eius accusat. Omnino non pertinet ad amicitiae ordinem, qui licentiam iustam in alio reprehendit, atque impedire conatur siue molestat. Nequitia est rationis inordinata, quod quis benignitatis opera reprehendit, ac sibi neminem æquari uellet in bonis. Vnde adiungitur: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Nequam oculus, nequam ratio est. Oculus cuiuslibet hominis est aspectus interior rationis. Sed eo quis nequam dicitur, quo reprehendit irreprehensibilem bonitatem. Et qui bonum reprehēdit, malus est: qui iustum, iniquus: qui sanctum, superbus: qui murmurat de benignitate, est omnino malignus. Cum talibus penitus amicitia non est ferenda, & constructa funditus eruatur. Alius est inuerecundus atque ineptus, ut etiam in euangelio publice iterum dixit ipse saluator: Amice, quo modo huc intrasti, non habens uestem nuptialem? Inuerecundus, præsumptionis alumnus, omnia putat sibi posse competere: locum, tempus, homines non uolet. Ineptus, qui publicis bonis moribus atque hominibus nō concordat. Hic enim talis erat, non ueritus locū, tempus & homines, conuentum inuitatorum ingressus, non habens uestem nuptialem, scilicet aperturam ad publicos mores hominum. Secerni oportet a publicis, magna ineptitudinis est & uerecunditæ. Vestis enim nuptialis, de cuius carētia reprehenditur, qui accesserat inuitatus ad nuptias, intellecta pro moribus, est conuenientia standi & conuersandi cum illis, qui digni sunt in conuentibus reside, atque in conspectu regum & aliorum hominum accepti, necnon irreprehensibiliter uiuere norunt. Sicut enim uestis ornamentum est corp

ris & regumentum turpitudinis & protectio frigoris, sic conuenientia conuersandi ornamentum est uitæ, defectusq; operimētum, & defensio à nocuius. Conuersandi enim apertudo multos sibi bene uolos fecit. Nec patierit iure discordes, qui cū omnibus iure concordat, quamuis etiam omnino innocentes sæpe lædat iniquorum improbitas. Sed in ueritate Christiana iustitiæ lædi ab improbis abique culpa, supernum nascitur præmium. Et si pacare fuisset, apud homines laudis præconium haberet, ac etiam iuste in sui compassionem animos & linguas inuētiū uertit. Proinde decent rationabiliter fieri, est quedam felicitas super terram, & quedam securitas prodeundi.

Sunt autem nonnulli, qui de carentia honorabilium morum nulla uerecundia suffunduntur, nō uerentur conuenius ingredi discretorum, improbe assistere sapientibus non formidant, loqui presumunt ubi nulla necessitas poscit, tacere nesciūt cum deposcitur, ex improbitate atque audacia simulant apparentiam, & a uirtute deficiunt, inuerecundia facie se sociant uirtuosos, aut fingentes se habere quod non habere cōgnoscunt: aut decepti, aut præsumentes, quod non habent, habere se credūt: non considerant q; ab alijs discrepant, sed ex singularitate se reputant notiores, ex qua certum est fieri despectiores, nam in nuptiarum cōiunio ceteris acceptatis, uestem nuptialem non habens, scilicet competentem conuiuio & conuiuii exitit reprobatus, atq; regis iudicio proiectus in pœnas.

Mat. 22.

Impossibile omnino est excusare, quæ iusti regis iusta condemnat sententia. Non enim fuit aulus aliquis pro eo interpellare ad regem, sicut nolentes, imō non ualentes iustam regis improbare sententiam. Et uelut se reputantes offensos, quod ab eis dissimilis uenerat in cōuentum. Ipse autem mente confusus obmutuit, delictum suum taciturnitate confessus: non enim iuste potest excusationis uerba proferre, quem cōscientia uitæ torquet. Inuerecundi sunt denumero ebriorū, q; madefacti animo, in honesta pro honestis perficiunt. Ex profrequentia uerba in hærentem ebrietatem excusare concertant, quibus tremulis plus accusant. Sic & inuerecundi & inepti, polita reputant quæ perficiunt, & magnæ peritiæ quo loquuntur. Necnon si sociantur insignibus, opinati insignes posse decerni. Sed quamuis uirtus possit esse communis, uirtus uero propria, non transfunditur in sodalem. Vnusquisque enim flos proprio colore refulget. Et si possibile foret q; uirtus unius transfunderetur in alium, sed huius transfusionis non sunt receptibiles carentes uerecundia & inepti.

Mat. 26.

Inuerecundos appello, quos præsumptio decipit in his, quibus illos gratia, ingenium, ars, potentia, natura priuauit. Inuerecundi sunt, quos audacia excitat, bonorum honorabilium carentia non refrenat: perditionem uirtutum, incendium reputant palearum. Exultant cum mala committunt, & in perditis moribus gloriantur: qui proprio impetu, nō ratione, loquuntur atq; feruntur: & quod nefanditer sonat, turpitudines dicunt iocos, ac in infinita turpia quæq; rapiant. Et in cōuentu procerum atq; sapientum residere nulla consideratione desistunt, ac etiam nihilo pendūt turbare publicos mores. Sic iste qui amicus uocatur, accessit, unde confusus omnino recessit.

Inepti uero sunt, qui aptis morib; nō sunt apti, nec conueniunt cum alijs qui se iustis moribus aptrauerunt. Etiam sunt inepti secundum tempus, siue inepti secundum locum, sunt & secundum uirtutem & actum, sunt & secundum publicos mores, & secundum eos qui licite singularim aguntur. Primi quidem non conueniunt nec cōcordant cum tempore, quod per naturam uicissitudines recipit atq; sumit impressiones in aere ad utilitatem atq; decorem, plerūq; ad incutiendum terrorem, & ostendendam diuinam & ineffabilem potestatem siue naturæ ordinem. Hi non recipiunt tempus quod omnia habent, ut suis spatijs trāseant uerſa sub sole, nec recipiunt placide tempus, quod uarijs accidentibus in hominibus uariatur: sed tempus sibi, non se uolunt tempori coaptare. Mutati onem uero temporum, quæ a cunctis accidentibus in hominibus prouenit, abhorrent. Et ipsi mutationi renuūt se animo & effectibus cōformare, ut saltem ostenderent pro statu temporis affici ad amicos. Secundi uero, a primo conditore dissentiant, atq; cum arte atq; hominum prudentia non concordant. Tertij habent similitudinem pecorū aut demoum. Quartj rempublicam in animo uel lipēdunt, & sunt uelut rami inutiles, qui iuxta cōmuni uinea abscindendi. Quinti nemini amantur, ut nec sibi singulariter prouideant de amico. Proinde cum uerecundia & aptitudine amicitia ueretur, nec poterit recta consistere, nisi super his basis fuerit situata. Si uero peripacitas intendere uolumus, columnam quandam rotundam & erectam amicitiam utraq; dixi, quæ neq; sinistrū neq; dextrum ostendit. Tota & eodem modo inuisibilis est, cui uelut quædā basis subferuntur uerecundia, & uelut epistylum ornatiū supponitur aptitudo. Basis amicitie, uerecundia delinquens: aptitudo ad optima, epistylum eius. Hæc siquidē sunt aliter differenda. Sed in cunctanter inuerecundia atq; inepti, pulchritudinis & conuenientie ueste carentes, non recipiantur in amicitia loramētis. Amici proditores, pertinaces & domesticæ, designantur in eo, qui prodidit per pacis osculum uerum omnium regem regum. Cui rex omnium dominus & saluator ait: Amice, ad quid uenisti? osculo filium hominis tradis? Conuersabatur cum saluatore iudas & cum mūdi spiritalibus senatoribus quos elegerat, ad quem saluator, ut ad ceteros idem erat, sed cum ceteris ipse non idem. Et eādem cum alijs suscipiebat aure doctrinam, & in miraculis potestatem, cui omnium commissa erat cura uiuendi, quæ spectabat ad corpus, ad quem quanta benignitate saluator descenderet, euangelica non tacet historia. Qui nō solum saluatore m tradidit, sed dispersit & gregem: inuitabiliter em grex læditur leſo pastore. Domesticus amicus difficile deuitatur, si uoluerit inferre iacturam. Conſidit enim in eo cor eius amici, & in sinu eius uelut in materno quiescit. Cautelam non adhibet in periculis cōtra amicum. Quem cœdidit aduersus inimicum firmum habere custodem, quamquam potuisset cauere saluator, quia cor eius ante prænouerat. Sed ab isto maleſido & proditore & pertinaci amico domestico, qui autorem uitæ tradere siſumpſit, ad simile loquēdi materiam assumamus.

Ecces. 3.

Mat. 26. Luc. 22.

Est amicus domesticus, amicus interpolatus, amicus semotus, amicus inuisus. Amicus inuisus est,

quem solū fama uirtutis portauit ad aures. Amor uero uirtutis & boni, sedē amicitiaē parauit in corde. Amicus semotus est, qui aliquibus interuallis distat, inter quos fuit aliquando uisio corporalis & obsequium, si expositū euentus, cuius elongatione facta, personę amor remanet in prompti tudine amicitiaē regulat. Interpolatus est, qui uices temporum & oportunitatum, & rerum & negociorum obseruat, & intermitit conuersationē, ne amicitiaē crebritate uilescat. Solet hoc aliquando amicitiaē inhærare, ut si conuersatio nimis intenditur, amicitia fastidio nauetur. Et si discrete intermititur, uidius sepe redoleat. Optima res in amicitia noscitur, cōuersatio intermissa. In hoc conuenit procerbiorum uera sententia. Subtrahē pedem tuum de domo proximi tui, ne forte fatia res oderit te. Bonum igitur est, causam fatietatis abscondere. ipsa enim fatietas sepe displicentiaē fomitem ministrat. Hæc omnia prelibauimus, ut ad amicum declarandum, proditorē domesticū ueniremus. Omnis amicus, domesticus est inuisibiliter cordialis nanque amicitia copularetur. Sed de inuisibili domesticitate non intēdimus ad præsens. Amicus inuisibiliter domesticus est aularis, cœticus, commensalis, crumenicus, arcanaticus, uaticus, & peregrinationis comes, & in lecto sepe focius. Et nihil clausum reperit, qui domesticus uocatur amicus. Hic si uoluerit læsionem inferre, nemo cauebit, nisi supra humanitatem nouerit hominum corda, siue mala futura.

Proditor est, qui benedicit ore, sed maledicit aut odit in corde, cui lingua est aurea, cor uero ferreum manet. Proditor laudat in præsentia in absentia infamias loquitur. Proditor est, qui in amico uita laudat, ac eum extollit fauoribus, ut præparet ad ruinam. Proditor est, qui sub uirtute palliat iniquitatem, quā amico suadet. Proditor est, qui secundū amici placitū cōuersat, & nō secundū iustitiā. Proditor est, qui singulatiu morib⁹ cōcordat amici, publicis turbatis: dū em̄ ipsi alicui consentit in placito derelicta iustitia, eum ordinat ad gehennam. Et qui priuatis moribus alludit amici, eum reddit publicis odiosum, si ex priuatis turbantur. Proditor multū promittens, ut amicus in non bona præsumat, siue perferat, aut non si qua pmissa. Proditor est, qui relatione turpi ab amico auertit amicum. Proditor est, qui sibi solit tentat hominem uendicare, ab alijs melioribus aut æque bonis auertens. Proditor est, qui uerba loquitur in uoluntate, quæ ad uerborū partem possunt inflecti, ut post peracta ex uerbis cœpta negocia, si malū puenit, uerba uergat in dexteram: si bonum, in sinistram partem omnino deflectat, ac si proditor in posterum loqueretur: dextrū dedi consiliū, sed tua incautela malum constat exitum: sinistram tibi ostendi, ut uelut improuidus deuitares: ideo tibi amice hæc bona proueniunt. Proditor est, qui tacendo amicum perire permittit, post periculum uero dolere se simulat. Proditor est, qui tempore proferendi consilij atq; remedij, allegat ignorantiam, & impotentiam fingit. Proditor est, qui ea in absentia non perficit, quæ in præsentia perficeret pro amico. Proditor est, qui placide amici absentis uidit blasphemias sibi ab alijs irrogatas. Proditor est, qui contra quæ in amicū sunt mala commenta, etiam ipso inscio nō insurgit. Proditor est,

Pro. 25.

qui amico imposturam aliquam facit, ut ipse inculpatus appareat, maxime autem in his, quæ in mul patrauerunt siue dixerunt. Proditor est, qui cum inimicis delectatur amici. Nec sumendum est huiusmodi uocabulum à prodendo, aut traditor à tradendo, quauis Iudas amicus domesticus ideo proditor sit appellatus, quia Christum Iudæis prodidit: aut traditor, quia eum in eorum manibus tradidit. Sed proditor aut traditor actione maligna dicitur, non contracto uocabulo, uasculum existens omnis malignitatis ad proximum. Unde proditor aut traditor decipularum censor, pedicularum absconfor, simulator boni & honesti, corde contraria diligit, opere uero perficit. Proditor, deceptiua figura, blandus insidiator & inco gnit⁹ & inuisus, pacifica uerba loquitur, sed in dolo. Proditor est & impius, cui suppetit causa. Proditor est & qui se cōformat ei quem lædere oprat, & tamen eius conformis in parulis moribus se coaptat. Perrinax est, qui amore, beneficio, prece, dono non reuocatur à malo, nec innocentia eius quem disposuit lædere, à perditione auertit, nec cū timor pœnarum, ne conceptum nefas peragat, re-compungit. His enim malis Iudas pessimus urgebatur, quibus patet domesticus & proditor peti nax⁹ amicus, qui ab imagine amabilis amicitiaē, uelut color impertinens non ponendus, & uelut pulchritudinem amicitiaē turpans, modis omnibus aboleddus, quauis difficilimum sit cognoscere, proditorē, cum aliquando facile sit cognoscere per tinacem. Ad horum notitiam ueniendum, prout in amicitia sunt cauenda, prædiximus, non ut omnem proditiōem & perinaciam fategrimus uacuare. Quæ quidem omnia & si qua esse possent similia, non recipiat uera amicitia in iustitia Christiana, quanquam multa mala in amicitia iniquorum atq; infidelium tolerentur. Sed nec ita in amicitia detestāda supra posuimus, quin & multa conuenientia posuerimus. Non enim potest profecto sermone atq; sententia sic contra malum incendi, ut etiam bonum disferendo non luceat, qua disferentia malum in sua turpitudine uerius condemnetur. Nunc autem ad compositionem amicitiaē uelut cuiusdam pulcherrimæ & specularis imaginis ueniamus, duntaxat secundum iustitiam Christianam: nulla enim uera fuit aliquando, est aut erit, nisi fundamentum in illa susceperit. Veruntamen intelligamus iustitiam Christianam in pluri bus hominibus ueteris testamenti fuisse realiter, quauis ex nouis temporibus huiusmodi uocabulum fuerit ipsa sortita, in quibus esse potuit amicitia uera. Imago quædam est egregia formæ amicitia Christiana, aptissima membra possidens, pte etiamq; iuncturam membrorum, in quam omnes bene uiuere cupientes, delectantur aspiscere. Quæ uerē cognoscens, in contuberniū duxit: quæ ignorans, nesciuit inter homines conuersari, aut maculose conuersatus est: quam præuitem comitem subsequente me habens, conuersationem duxit inter homines immacularam, & irreprehensibiliter ad domesticos ambulauit. Christiana profectio amicitia supponit æternum in initio, medio & in fine: & quod temporaliter agit uoluntate aut necessitate, ad æternū ordinat: aspectum. Quæ si disingatur interdum pro moribus dissimilibus aut uirtutibus temporibus aut spatijs, semper in anti-

mo manet eadē, cum tædio cōtrariorū, & amore animorum. Christianus non sic dolet separatus ab amicis corpore aut animo derelictus, sicut dolet, qui offendens deum, ab ipso derelictus est de us: quo iudicio iusto desertus est amicus, ut præter id quod derelictus est deus, maior cruciatu ac cedat, q; amicus sua nequitia est derelictus à deo, q; quod ipse derelictus sit ab amico: nec tanti appen dit q; ipse ab amico si quā accepit offensam, quanti q; offendit amicitiaē causam, quam sciebat esse æternam. Nam nunquam uera esset in suis limitibus amicitia temporalis, nisi causa prima & æterna esset, quæ ipsam copulat pro æternis. Temporalis enim pro temporalibus in tempore amicitia, infallibiliter & in cōsolabiliter & omnino deficiet, nisi post huiusmodi egressum re-compaginem in æternis firmiter præuideret. Quæ namq; dulcedo esse potest amicitia, quæ subiacet timoribus finis: quæ amicitia hanc perfunctoriam amicitiam fulcit, quæ gladio diuisiois terretur, ut sepe quo dulcior amicitia fuit, diuisio amarior subsequatur: & tanto necessarium est ut fiat amarior separatio, quanto amicitia fuit amarior. Amicitia uero Christiana nullum amicum Christianum, nullum charum amittit, quia omnibus amicatur propter æternum deum, apud quem nihil deperit etiā nobis. Amicitia Christiana quæ propter Christum animos copulat ac etiam mores facit esse commu nes, nihil in amico pertimescit amittere, nisi uirtutem, qua iure amicitia pollet. Amicum uero aliter posse perire non credit, nisi adempta uirtute. Nam si spacia diuidant præsentias corporales, nihil de ueritate demittit amicitia, animorum manente uirtute. Corporales enim præsentiaē, ueræ amicitiaē causa esse nō possunt: turpes enim sunt, si aliquando fuerunt. Vera penitus nō est amicitia, quæ causas corruptibiles habet. Quæ enim uidentur, corruptibilia sunt: ex corruptibilibus autē corruptibilis amicitia generatur. Nec timenda sunt in amicitia Christiana locorum diuidentia spacia: nā animus præsentior sit dilecto, quam corpori suo. Si separat mores amabiles præsentias corporales, manet adhuc per integritatē ueritatis amicitia Christiana. Quid enim abstulit mors in amico, quæ priuauit umbraticam uitam, an ne abstulit ipsa amicum? Sustulit amicitiam, secū reportauit amicitiaē causam: Ut audacter pro ueritate respondeam, minime, priuauit nempe mors uita corruptibile corpus. Quod utique corpus neque amicitiam fecerat, neque facere honestam causam in amicitia potuisset. Quod si sic, & omnia corporalia, sensibilia & sensu carentia possent in amicitiam, quam ueram dicimus, deuenire, quod profectus est opinari: animam uero uita sua, quia immortalis, omnino priuare non potest, cum qua contrahitur ab alia anima, illa de q; loquimur, amicitia Christiana. Vtraq; nempe anima, inter quas erat amicitia, uiuit: illa in corpore, ista extra corpus: Et forte tanto nobilior, quanto eam nō aggrauat corruptibile corpus. Illa uero tanto uiuit miserius, quanto eam premit corruptibilia corporis pondus. Proinde mors nō priuauit uita sua id quod amabat, uidelicet animam immortalem: sed forte fecit illam liberius uiuere, cum suo bello exemit à corpore. Cui post corporis egressum magis amicum, si ante corporis mortem non se uirtute priuauerat. Ineffabi-

lia enim sunt animæ dona post hanc uitā, quæ ab aggrauante corpore cum uirtute recessit, quæ causam non modicam porrigant remanentibus amplius amandandi. Ecce enim hoc sancta mater ecclesia, quos credit recessisse maiore uirtute clarētes, ampliores illis exoluit gratiarū debitas actiones, & pro eis acceptissimas deo laudes. Non ergo abstulit mors amicum, cui⁹ corpus uita priuauit, animam uero dimisit intactam. Nec priuauit animam uirtute, quam nō potuit uita priuare. Non em̄ moritur, nisi quod nascitur, quauis omne qd nascitur, non moriatur. Virtus uero non nascitur, sed infunditur, super quā mortis non regnat imperium. Et nedum quod nisi regnet, ut ipsam uirtutē possit interimere, sed nec ab ipsa potest ipsam auferre. Mors enim incorruptibilia & immortalia & inuisibilia ab inuicem separare non potest. Incorruptibiles enim sunt anima & uirtus, & nunquam marcescit sapientia, qua decoratur anima. Causam amicitiaē mors auferre non potuit: æterna enim erat, si deus erat, aut si uirtus pro æternis conuenerat, aduersus quæ aculeus mortis retundit, ut neq; deo, neq; uirtuti aut æternis bonis ipsa dominetur. Luce clarius claret, quod amico Christiano nihil deperit de amico, neq; per interualla locorum & momenta temporum, neq; per mortem quæ solū super corpora tenet imperium, ut cū uenerit adimat sensum, quo adempto, anima corpus uelut ho spiritum dimittit diruptum. Hoc enim statim admittit de amico, cum mors uita priuauerit, scilicet præsentia corporalis. Sed corpus non est amicitia locus. Inuisibilis enim & incorruptibilis est amicitia sedes. Ac per hoc multis amicum ex fama uirtutis, quorum nunquam habita fuit præsentia corporis. Et his qui de hac uita pie atq; fideliter fideles recesserunt, amicitiam seruamus, siue ipsorum cognitionem habuerimus, siue ad aures adhuc uiuentes solum fama portauerit, aut quoquo modo decesserint, dum ipsos regnare credamus in superis. Fidem de his autoribus facit, quia multos ueneramus obsequio, & eorum auxilia & patrocinia imploramus, pro quorum honore multa uocibus & luminibus & alijs uotis pluribus exoluimus. Tolerantur incommoda corporum pro amore ipsorum, construuntur templa, exculpuntur figurae que pinguntur, ornantur monumenta, eriguntur altaria, margaritis ornantur, & in aëre instrumenta metallica resonant. Et quauis hæc ibregreat dignitas, propter tamen aliquod insigne uirtutis, hoc est, quod dicere gestiebā, quia si dignitas collata est propter insigne uirtutis, ergo uirtus in ali quo fuit, non in corpore quod incinerandum remansit, sed in anima quæ cum immortalitate recessit: quæ licet post mortem uirtutum actibus nō insitit, possidet tamē uirtutū promissa trophæa. Non ergo dicitur anima priuari per mortem uirtutibus, si priuatur corpus uirtutum actibus, cum ipsam suscipit finalia præmia, in quæ uirtus ordinata cognoscitur. Pro quib⁹ amandandi per amplioris latior causa præstruit: quia si amicabimur his, quos credebamus in animo uirtuosos, in corpore uerō laudabiliter actuosos, qui etiā hæc oia subintrante malitia poterant perdere, ac priuari causa, quia inter homines amicitia Christiana diuoluitur, multo magis cū exēptis à mundo, in cælo repositis, de quorū gloria q; auferri aut p̄di pos-

fit, non dubitatur. Hæc omnia pro tanto dixisse voluerim, ut super cæteras extollam iustitiã Christianã: quã sedere in sedibus sibi aptis, amico Christiano nihil deperit de amico, nisi amic⁹ sibi ipsi & amico per abiectionem uirtutis pereat. In hoc solum per mortem amico Christiano totus perit amicus, si eũ post mortem in terralibus locis includerit inimicus antiquus: qui nullum aditum pot uolentem includere, nisi priuatum uirtutibus propria uoluntate, q̄ merito destitutus, sibi tradidit includendũ. Sed q̄ post mortẽ ad diabolo est inclusus, in omni uita sua* siue morti appropinquans, à uirtute fuit exclusus: ac per hoc esse non potuit uerus amicus pro eo tempore, quo exitit uirtute priuatus. Sed cum inclusus destruitur amicitia, ex eo quod ipsius est causa sublata: non em̄ possunt recipere nec referre. Superi uero recipiunt & respondent, & pro amicus in mundo relicto incessanter & infatigabiliter intercedunt. Vtrum uero uirtus ueraciter inhaeret in tempore, quã in tempore deperit & redit, aut quã nunquam reditura perit? Vt ista quæstio aliã generet: Vtrum dñatus si dũ uixit, esse poterit uerus amicus? Sed hæc presentis differtionis non sunt, quoniã ad alios tractanda compellunt, ut ipsam Christianam amicitiam modis quibus possumus declaremus, quã etiam fere de mundo depletemus abolitam, ut uix in paucis & incognitis ipsa remaneret. Amicitia Christiana est quedam imago uirtutis, rationabiliter animata, intrinsecus & extrinsecus laudabiliter uiuens, in nullo deficiens quod suã exprimat perfectionem. Non uelut imago depicta panetibus, uita, ratione, sensu & mēbris interioribus carens, quæ deficiente similitudinem exprimit, nõ proprietatē: cuius* cor pyramidalem figuram & proprietatem quãdam semper in amore deseruet, & quasi extinctiõẽ reputat, reperi. Cor q̄dem huius speciosã imaginis, semper amoris ignibus calet, & ligna supponit, ne deficiat uerus amor. Et nõ amare, æstimat seuã mortẽ. Propriũ est ignis, sursum ferri, & nunq̄ sua leuitate ad inferiora deuoluitur. Amor à corde huius imaginis exiens, diligit propter superna, nec pro terrenis alicui se cõmodat. Propriũ est ignis, sui natura æqualiter calefacere, oĩa æque cõburnere uel purgare. Sed non æqualiter agit propter inæquale dispositionẽ corporũ obiectõrum, in quorũ aliqb⁹ magis, aliqb⁹ minus exercet proprias actiones. Sic amor Christianus oĩa diligenda æquiter diligit. Sed oĩa æqualiter diligenda non sunt. Et præter ea quã in amicitiam uenire non possunt, quãuis ab oibus diligan tur, etiam rationales inter se in amicitia pferuntur, ut solum ille in igne aut ex igne amoris reddat calidior, qui potior fuerit in uirtute. Neq̄ potentia, neq̄ sapientia, neq̄ p̄minentia, neq̄ eloquentia, neq̄ alicui conditio uel status sicut uirtuti Christianus debet amor, ut uelut plurifcat atq̄ multatit se in clareat uirt⁹ in homine, amor interior sit ad deum. Nam uirtus meretur amari, modicum modicum, magna magnẽ, maior magis, maxima maximẽ, tota totẽ, quã sola deus est. Idcirco totius atq̄ cordis atq̄ mentis, omniũq̄ uirtũ sibi man dauit referri amorẽ, uelut summa perfecta totaq̄ uirt⁹. Feruet in amore huius imaginis sanctẽ cor, ut q̄s inferiores recipit, digniores ampl⁹ repleat. Et quãuis ad oēs æque nõ feruet, ut æque in oēs

* sua

* cor per

suum amorem distindat, nisi ad receptionem contrarij æque feruet, ut nullius hominis odium appro pinquet. Nã aliud est, æqualiter oēs diligere: aliud, non equaliter oēs amare: aliud, æquiter oēs odire: aliud, inæqualiter neminẽ odire: aliud, inæqualitẽ oēs odire. Omnes æqualiter diligere, lex est cõligẽtis animi ex propria emanatiõẽ. Cui licet cõsentiat Christiana iustitia pro parte diligẽtis, nõ tñ cõsentit pro parte suscipiens. Nam quãuis sol æqualiter luceat, non tñ corpora æque sunt apta recipere ipsam lucem: & quãuis æque irradiet, non tamen sub ipso æqualiter aestuat omne corpus. In qua æstuatione non tantum attenditur uirtus caloris, quantum dispositio suscipiens corporis. Proinde Christiana iustitia permittit amorem à seipso æqualiter effluere, sed dignũ non iudicat, ipsum omnes æque suscipere, aut permittit incul pabiliter inæqualitatem fieri in pluribus. Sigdem permittit pferri ordine naturæ parentes & natos atq̄ cognatos, ordine cõpensationis domesticos, & amplius benefactores ordine subuentiois, sed omnino iuber & uult pferri omnibus uirtuosos. Aequaliter ergo non amare iustitia tolerat in natura, iuber in gratia. Ex hoc nempe claret, q̄ iustitia nõ derogatur, præferendo in amore remors propinquitate siue personam propinquam: sed derogaretur, si non phonorarem in amoribus gratiam Christianam. Omnes æqualiter odire, nulla iustitia patitur nec concedit: nam odium nõ deberur natur, sed uirtio. Neminem ergo odire p mittitur in natura: in uirtio uerõ, nec omnes æqualiter, q̄ neq̄ sunt omnes æqualiter uirtiosi. Aequaliter neminem odire approbat sana iustitia, q̄ in cõmuni bus dispar cõditio, dispar meretur odium. Proinde inæqualiter diligere, in diligẽdis siue dilectis uirtus assistens* afficit inæqualis. Inæqualiter autem omnes odire, inæqualis iniquitas* afficit, & iustitiatione amoris & odij aliq̄ tolerat, aliqua iuber, pro inæqualitate regula Christianæ iustitiæ. Cor in homine rationali, receptaculum est uirtutum. Sic cor istius rationalis imaginis, earundem hospitium est: nec non & istius pulcherrimæ imaginis anima suas potentias habet in imagine ista, solum & bonorum & omnium, quæ ualidiorem ad amorem, animum propriũ faciunt. Et memoratur temporis & locorum & rerum & opportunitatum, pro quibus & in quibus fuit facta tributio. Nec intermitit dulce uerbum aut iucundum aspectum, etiam si præter eum alium possedit aut acquisiuit amicum, aut si quem habebat, gratanter aliquando receperit præter eum. Et altius appendit existimatio cõiuncta memoria, q̄to fuerint dona tributa seu irrogata subsidia. Et nihil parupendit in acceptis memoria, cũ omne quod in re fuerit paruum, magnum reputat, ex quo fuit ex amore collatum. Et cum nubisum nũquam in huiusmodi pariat serena memoria, in hoc uero eclipsim patitur ad profectũ, q̄ contrariõ omnium non recordatur, sed quod magis est, nunquam tenuit in seipsa uestigium. Magnum profectio esse cognoscitur, iniuriarum atq̄ displicentiarum obli uisci, & eo maius, quo celerius. Sed id maximum dixerim, nunquam suscepisse charactere: quod spectat ad amicitia Christianã. Fixa memoria de amico ipsum fouet in sinu mētis p̄sentem, corpore uero absentẽ. Inde excogitat sup eũ bonã & mala,

ut illis inhaereat, ab illis caueat, illa conquirat, ista deuiter. Et spiritus eius dulciter anxius, moleste tolerat tenebras noctis, expectat ut statim aspiret dies, ut eructet quæ in animo excogitauerat pro amico. Et moram absentiarũ uelut iacturã quandam grauitèr porrat. Fecit hoc in pluribus amici memoria, ut inter alios illius similitudines, amoris igniculum reinfiammet, ut fiant ad illos amabiles, in gbus amici aliquam similitudinem agnouerunt morum siue psonæ, gestuum siue loquelarũ. Ferret quidam quæsiuissẽ inter uiuentes similitudinem aliquam amici præmortui, ut possit illi uiuam habere indaginem ad sui solatiũ aut copulare amicitiam. Qui cum paululam inuenisset, paululam amicitiam fecit: quia non totam similitudinem prioris expresserat, quem ob ipsius amorem, de uicino periculo quod inuitabili sibi imminabat, eripuit. Vide igitur quãta erat in superstitie præmortui amici memoria, ut etiam suis similibus, non amicus, uerbis & operibus deseruiret. Amicitia memoria ubiq̄ memoratur, in tribulationibus & consolationibus æqualiter secũ porrat, sed non uult ipsum illarum æqualiter esse cõsortem. Nam tribulationum suarũ noller esse participem, uelut perhorrescens ipsarum augmentũ, si secum torqueretur amicus. Nã nõ est uera amicitia, si sicut seipsum quis in pennis affestaret amicum, quibus etiam sit de amicitia uera, in tribulationibus cum amico uelle percipere participium. In prosperis uero ita fecit in euulsibilem memoriã porrat, ut etiam tædeat esse in gaudijs sine ipso, & in gustu unius delectabilis boli uelit ipsum habere cõsortem. Et tunc prospera cuncta ridet, cũ in participio sit amicus. Et duplicabitur rerum delectatio atq̄ in cunctis, cum amicus amicum p̄senter bonorũ suorũ scierit esse participem: suis q̄ litatibus omnia uidentur augeri, cum ab ueroque est participio bonorũ: & proprijs uidentur priuari muneribus ea, quæ participantur ab uno, altero non presente. Cõdimentum superappositum & persiciens est, in communicabilibus rebus alterius amici p̄sentia. Dicebat quidam in amicitia uera factus, Torqueor inter bona. Et cũ dicti causa quæretur, adiecit: Quia his indiget, aut non habet amicum, esset mihi plena iucunditas, si ubiq̄ sic his aut melioribus mea scientia potiretur. Amicitia Christianæ memoria in euulsibiliter amicum homine fixum tenet, ut etiam pro ipso diurnis agnoscitur horis ignitis p̄cibus interpellet ad omnium regum regem. Et si à uirtute deficiat, dolet amplius pro amico, q̄ regi sua nõ fuerit accepta p̄camina, & seipso uellet fieri meliorem, ut in eo amici animus securus pro optatis omnibus requiesceret, cuius uel p̄p̄rijs uellet respondere omnibus uotis. Hæc memoria tristitiam facit & gaudium, pro amici contrarijs atq̄ suis utilitatibus aptis. Et quoniam bona & mala memoria continet, ex gbus lætatur aut patitur, id agit, ne pariat amicus, cum quo factus est animus unus, & temporaliter uirtutis, sed maxime fatagit, ne in æternũ patiat: nec acriter cõfigitur, si corpore torquetur, aut in rebus labẽtibus infelicitatur amicus, si spiritalia salua sunt omnia, & si non minuuntur in ternæ uirtutes, quæ in amicitia p̄sisterunt maximam causam. Nec merore contrahitur, si temporalium plunius deplatur amicus, dum sibi æterna

in fidem chirographo & uirtutum instrumento ser uatur. Signa magna memoriæ de amico, sunt frequentia somnia & allocutiones & confabulationes & pegrinatões, & similia quæ apparent in eis, & relationes gestõrum eius, quæ interponunt in alijs plerisque condictis, & nominatio nominis eius in absentia eius, etiam cum ad alios sermo dirigitur, ut sæpe nomen amici nominetur in persona p̄sentis, & p̄sẽns ad quem fit uerbofusa locutio, amici nomine proferatur absentis. Sunt etiam signa, opatiuæ de bonis affectiones, & frequentia uerba, & in uentiones utilium, & sæpissimæ in interrogationes de ipso in denegata p̄sentia, cum p̄sẽto fuerit merrogandi materia. Fecit sæpe hanc uirtuosam memoriã & omnino in euulsibilem uirtute amicitia Christiana, in his q̄ huius uicilia cognouerunt, ac ipsam acceperunt in diuiduam sponsam, ut ab his quæ prohibita fuerit inter eos secundum iustitiã regulam, se abstinerent in amici absentia propter ipsius memoriã: & uelut tribunalis iudex prohibuerit ueritum fieri, memoria Christiani amici. Nec non & plerunq̄ magis ueritus est amicus in uisum & absentem amicum, q̄ in uisum & p̄sẽntem in omnibus deum: & plus fecit ad mali cautelã memoria terrẽs amici amabilis, q̄ p̄onarum terror horribilis. In his etiam quæ secundum altissimi & bonorum atq̄ laudabilium morum legem firmauerit, honesto decreto p̄sẽnti sunt sæpe amici memoria plusquam dei, ut ab ipsorum excitati memoria, excussissent negligentiam, promptitudinem sumperint & sollicitudinem ad agendum. Nec huiusmodi ad defectum amicitia ascribantur, sed profectum magis quis magis amici porauerit memoriã q̄ dei, cum deum nunquam uiderit, sed amicum, cum quo tenet amicitiam propter deum, quem etiam in malis de uitandis agendisq̄ bonis reueretur in omnibus, p̄pter seipsum. Nec mirandum, si nouitq̄ homines ad amicitiam atq̄ uirtutes, amici hominis magis q̄ dei memoriã sæpe tenent. Nam p̄dominatur incipientibus sensualitas, & magis occurrit memoriã quod sensu percipitur, q̄ quod fide apprehenditur: uelut discipulus nouus qui nondum nouit dignitatem atq̄ uirtutem scientia, magis commendat memoriã id quod discit timore sensibili um uerberum & blãditijs, aut spõsione seu ostensione donorum, q̄ amore aut fide scientia qua docetur. Sensualium & nouitorum memoria, ex p̄ta operatiõẽ spiritus sancti, quæ in hominũ mentibus operatur repente, impressiones nisi per sensus non recipit, & magis uiuæ uoci, q̄ ei quod dicitur, tribuit. Sed in his omnia exculantur, cum amicitia copulata fuerit propter Christũ, quibus amicus mereatur quem sensu percipit amicum, cum non post ponat in illa intima ratione & deliberato secreto iudicio, uerum omnium deum. Corrigitur paulatim in proficientibus, correctum uero expe dit esse penitus in perfectis. Laus autem est huius imaginis, q̄ eius interna memoria tantum facit ut caueat in faulta, honesta perficiat. Intelligentia uero siue ratio huius admirandæ imaginis, est aspectus ad uerum, & ab omni fucatione amicitia animos liberare. Nescit em̄ ratio uerq̄ amicitia ali quid palliare aut fucare ficticijs, neq̄ angulos querit ad delatendum in defectum aut p̄iudicium amicorũ. Primo potro huius processus sit ad san-

ctiones & decreta condenda, quibus cepta perficiantur, & stabiliantur perfecta. Prima uero decreta siue sanctiones sunt, ut quantum se protendit aut extendit uirtus humana, & desuper creata per gratiam, & repugnancia magna siue parua Christianam iustitiam deueniunt. Christianae amicitiae causa est iustitia Christiana, cuius omnino expedit cauere contraria, si diligitur amicitia: nam ipsa causa per ea quae sibi aduersantur, auferuntur: unde causata inter homines amicitia, necesse sit ut etiam auferatur. In omni etiam genere amicitiae honeste atque in honestate, eo quo constituitur, suspensio destruitur. Nec amicitia uera pura intelligentia negligit, si quae sunt deuitanda, intelligere, ne incidat in laqueum offensionis, & in scopulos displicentiarum, uelut nauis, docto prorata carens, impingat. Ratio autem hominibus insita, discutit rationes, & probabiliter depingit in tabulis inuisibilis: & si qua possunt huic imagini contumeliam facere, in horum foribus non propinquat. Discernit praesertim iusto iudicio non tantum deuitanda cognoscere, quae possent turbare amicitiae imaginem, quantum deuitare contendit quod turbare posset causam, maxime primam & summam. Prima & summa causa omnium bonorum & uerae amicitiae, deus est, qui pro nobis in tempore homo factus est, atque redemptor appellatus est Christus, a quo uocabulum sumpsit populus Christianus, unde nuncupatur amicitia Christiana, quae optima est in moribus uirtus. Proinde primum atque ad primitiamque ad primam Christianam amicitiam seruare cupientes, praeter omnibus caueant diuinam offensionem, ut non solum ex multis alijs suborientibus causis ad peccandum mouentibus, quauis causae dici non debeant quae ad peccandum inclinant: sed si ex amico aut propter amicum subintraret causa delicti, antequam offendantur deus, turbetur aut dimittatur amicus. Non enim est amicus causa dei, sed ex parte causa deus amici. Nec iustitia Christiana iudicat turbationem dici, aut quod agitur, esse peccatum, si amicus quauis magnus intelligitur propter deum: imò nequa est iudicandus amicus, si scandalum suscipit de actibus comparis eius, dum ipse caueat aut faciat quod iubet seu gratum recipit deo. Omnem quippe iustam & ueram excusationem habet annexam, cum amico ab altero dici potest: Haec omnia quauis ad tuam displicentiam arrogaueris, feci tamen ea ipse propter deum. Sed nullam habet excusationis causam, si deo diceretur, Te offendi propter amicum. Tegit enim deus delictum in amico, sed amicus amici delictum in deo penitus excusare aut operire non potest. Si deus est finis omnium, homo amicus in se relinquitur propter deum. Et omnis uera copulanda est amicitia propter ipsum, homo uero finis hominis esse non potest. Non perditur amicus, si placitus remanet deus. Et si ex hoc turbatus recedit, non fuit uerus amicus, quia se deo uoluit praeferrere, cui debuit in omnibus subiacere. Quae turbatio esse potest, ubi homo non relinquitur aut offenditur propter homines, sed propter omnium creatorem: insolubiliter atque irreuocabiliter sancit Christiana iustitia, ut pater & mater, frater & soror, filius & uxor, ac ipsemet homo, a seipso relinquantur propter omnium regem. Proinde si seipsum propter deum debet homo relinquere, non turbetur homo peccator & subditus, si fiunt imperato-

Actu.ii.

¶

¶

ris summi praecipua per eum & amicus est eius. Alioquin ipsius dei conuincitur inimicus: inimicus uero dei, nemini sit amicus. Et ex hoc clare intuetur nostrae rationis aspectus eum quem habet, si amicus est uerus. Si contentatur contentum ab altero amico in his quae praecipit deus, aut in his in quibus aperte cognoscitur placitum uoluntatis eius, ut in hoc sit summa ratio amicitiae conquisita, quae ab amico uelut amoris uinculo praeseruat in conturbare mortem suscipere, si deus mandaret illum per illum sic transferberari, ac etiam inferri, si quid fuerit sensualitati ac uoluntati aduersum. Ab ipsa enim ratione Christianam amicitiam cogimur, ut quaequam amicum super nos, si deus iusserit siue permiserit, uelut instrumentum suae infallibilis iustitiae, in conturbato amico, toleremus. Nam si quispian reus super se a iusto iudice iustam & ultricem sententiam pro forefactis acceperit, de satellitibus non conqueratur, aut de ferro secante aut igne urente, aut de fune quo est in paribulo suspendendus, aut de quolibet instrumento illatio poenae: non enim satellites autoritatibus proprijs truncat ferro caput, auellunt ac corporibus membra, ligat collo funem, trahunt ad paribula reum, utinum ignem accendunt. Nec ista instrumenta poenarum motibus suis aguntur, ut inferant cruciatum, sed sedentes in tribunalibus iudices, hic fieri iuste decernunt. Igitur non de his, sed de sententiarum laboribus si possunt, rei rationaliter conquerantur. Cum uero de iusto iudice iustaque sententia, nisi falsam & iniustam querimoniam proferre non possunt, non ambigunt quod necesse sit ut de forefactis proprijs conquerantur, & laudent iudices & executores, ac etiam instrumenta iustitiae. Nam scriptum est: Benedictum lignum per quod fit iustitia. Idcirco haec dicta cognoscat inspector, ut uideat quo uinculo copulata amicitia Christiana, quod si amicus ab altero, dictante diuino iudicio, manifesto siue occulto, super se sententia pondera tormentorum, & omnino incussum seruet amorem, nec discipaginetur amicitia ob illatas & toleratas poenas, ubi deus est iudex, uirtus manet, & amicitiae causa non sunt mora de sitibus. Posset tamen iuste conqueri, si amicus inferret iniuriam. Sed aliud est, poenam: aliud, iniuriam irrogare: non enim omnis inferens poenam, inferre dicitur iniuriam: sed ois qui alicui facit iniuriam, infert & poenam. Poena namque ex iustitia esse potest, quae non est reputanda iniuria, cum inferatur. Iniuria uero est, quae omni remota iustitia, nequiter alicui fit iuste reprehendere, ubi reipublicae regnat auctoritas, quae habet de iniurijs iudicare, cum nec auctoritas reipublicae dimittat inultum, etiam quod ab homine fuerit uindicatum. Maxime autem nemini passo iniuriam rependere licet, praescribente sibi sacrosancta sententia domini: Mihi uindicatum, Deo. & ego retribuam. Procedat ulterius huius imaginis in intelligentia siue ratio, ut si qua fieri possunt ad ornatum atque firmamentum eius, iusto & immutabili decreto perquirantur: rerum enim relatio atque morum in amicitia uerior, quam nominis. Nihil uero amicitiam sic ornant & firmant, quam ad primam causam totis uiribus condigna referre, atque poli normis firmatis, indeffesso animo consummare certamina. Et agones multos abfugere, pro supernis leges

¶

Sapient.

¶

Deu. 7.

Rom. 7.

factas seruare, pro imminetibus casibus de nouo si expedit cedere, ut iustitia quae proficimus, quae profectum nostrorum palmis attingimus culmine, propter quae deus terrenos aspiciat nos, in cuncta prima neat. Non enim nisi in legibus iustis amicitia uera consistit. Iustitia quippe lex est, ut prima causa furorum creditorum exactioes primas, atque honores priores suscipiat. Deinde persoluantur credita siue offerantur placita, ceteris in amicitia coniuugatis, ea lege uel pacto, ut nihil de debito atque honore causa: prima omnium auferatur. Et si quid offertur eis qui cum amicitia factus habet, a deo nihil debet habere diuersum. Sicut enim turpis est pars quae suo toti non conuenit, sic omne quod agitur, turpitudinem habet annexam, si non conuenit reus omnium creatori. Quod uero aliqua turpitudine tingitur, pulcherrime huic imagini conuenire non potest. Turpiter uero nulla deterior, quam summam iustitiam non ueretur. Proinde si constant & plerumque inter homines amicitia quaeritur, innitatur quatuor legibus iustis, iustitia profus dat constantiae basim, & perseuerandi ministra materia & fulcimen. Occurrit iustitia cum panibus suis in omni termino amicitiae gradientibus uis, & sua solamina & fomenta praesentat, ne deficiat & ceperunt. Nulla penitus de cipiendi aut deficiendi causa, cum quibus iustitia graditur: occurrit autem his, quae promiserunt amicitiae facram iustitiam, ut praesentat praesentiam rerum facit atque ostendit, & cogit sub interminatione poenali omnium actionum inuisibilium atque uisibilium primitias meliores, atque electione primum reddere praesentem. Et sicut in deuitatione maiorum, ad primum praesentem suum habet aspectum: sic in factione bonorum, ipsum primum ponit ante se: quoniam illi oportet esse omnium finem, qui omnium exitit causa prima bonorum. Delectatur siquidem ipsa omnis ratio in solarijs rationis, sic & ratio huius imaginis in rationis uiriditate se pacit, ut non solum in ordine ad primam omnium bonorum causam cedere delectatur, sed etiam ad secundas. Nec iste esse debet insistentiae gradus, sed perquirat semper amicitiae ratio, quod nouit esse in moribus & mentibus uerius atque utilius, ut cognitio philosophica, imò praesentem pro duce illa, solum eligat quae fecerere potest a malis. Et in plura se omnino extendat, ut a bonis eligat meliora, & a melioribus optima. Si malum habet amicitia, ergo non uera: nulla enim ueritas ubi malitia, praeter illam ueritatem qua constat ueram adesse malitiam. Non ergo de malo cognito, cum quo & super quo amicitia non est fundanda, sermo praesentem eloquit: multa enim nouimus esse praesentem: sed de malo incognito & praeter intentionem accidit. Malum contingens, est praeter intentionem adueniens in amicitia, & etiam in cautela & improuidentia. Cautela quippe semper oculum diredit ad malum, ad bonum autem nunquam. Nemo enim ratione utens, intendit bona cauere, sed mala. In cautela cuius semper oculus est sopitus, malis omnibus quousque euigilaerit, praesentem in gressum. Prouidentia ad utrumque diredit aspectum: ad malum, ut caueat: ad bona, ut faciat. Improuidentia penitus nihil horum fecit. Opponuntur omnino cautela & incautela, prouidentia & improuidentia: illa bonae, ista ma-

lae consistunt. Ratio uero amicitiae se coniecit in medium, & fecerit atque eligat bona pro capta potentiae, malis iusto iudicio reprobatis. Accidunt etiam saepe suspiciones assumptae, immixtae a demone, gestus, nutus, delaturae, uerba, digressiones, auersiones facierum & oculorum, itenque prohibitiones, celationes, relationes, substitutiones in tempore, obsequiorum tepiditas aut de negatio improuisa aut iracundia sermonis, aut maiores ostensionis amoris in alium, aut in praesentem implicite reprehensiones. Bonum omnibus his oppositum, est firma credulitas utriusque, quae neuter ferat animum commutat, nec ex signis mala, sed cordis bona diiudicat. Si autem horum ignis aio in cendum fecerit, solum restat remediū, quae amicos animi per uerba ad se inuicem declarent, ut quae patitur, suae exprimat & de quae patitur passione. Alter enim sereno uerbo conuincit cordi declarat. Saepem nōq̄ fit, ut quae patitur ex inculpatis gestis aut uerbis amici, aut ascribunt ad culpam quae innocenti fecit, aut dixit amici, & silentiū passim nubilam mentē tenuit, & innocētia gesta dānauit in corde, quauis haberet ab amicitia obliquū aspectum. nō enim immutabilis est hō, sed affectionibus, passionibus & extrinsecis accidentibus uariatur. Periculosum penitus est tacerē: nō enim cessat ab his, ex quibus non credit inferre grauatē. Cū uero passus quae grauat, patefecit amico, aut a grauatimib' est cessatū, aut responsonē apologeticā is grauatatur, accipit. Progredditur ulterius ratio, ut etiam meliora fecerit a bonis, non reprobatis bonis, sed prioribus electis iudicio rationis. Melior est in ordine conuersandi & conuersatiōibus hominū aemulus manifestus, quae fictus seu duplex amicus. Ille cauerit, iste difficillime declinat. Et melior est uicinus prope, quae amicus procul. Quia uita nostra saepe angitur piculis pro euentibus & opportunitatibus hois utriusque, pro propinquū celerius subuertitur. Melior est manifeste correptio, quam amor absconditus. Amicus placidus, timēs fieri amor in uerbis aut moribus grauis, saepe tacēdo pīre p̄mittit. Sed tabosus est amor absconditus, quae corrigēdi tēpore nō procedit in publicū. Frustra moratur in conclauibus etiā uehemens amor, si amicus in foueā labitur te tacēte sciēter, & non cōpescitur uerbo duro, aut si uerbis correptionis non corrigitur, cū firmiter fecerit causam. Proinde meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. Qui diligit, uulnerat uerbis amici, factis quae expedit, ne labatur in nefas. Et potius decernit ille quae uere diligit, amici percutere corpus, quam peccatis peccatiur inuisibilis animus. Qui diligit, obuiat opportune & importune damnis amici. Qui nō corrigit, odit, & fraudulenta oscula imprimit. Et odij signum est praesentem correptio. Vulgo saepe refertur: Qui me odit, ad risum: quae me diligit, prouocat ad lacrymas. Unde dicitur: Qui corripit hominē, gratia postea inueniet apud eum magis, quam ille quae per linguam blandimenta decipit. Iudicat & eligit pars prudentiae quae nouit eligere, & stabilis in aīo sententiam Salomonis: Melius est humiliter cum mitibus, quam diuide-re spolia cū superbis. Sed ut breuiter edicā, melius sup bonum in amicitia noscitur patientia in tēpore, quo cōprehendit altercat amicus, ut post omnem ebullitionem fiat correptio eius: zelus autis amici melior est patientia, quam tēpore incongruo uerba p-

Pro. 27.

Ibid.

Ibid.

Pro. 28.

Prou. 16.

ferre. Et melior est ad amicum temperatus zelus, quā zelus acutus, dummodo non intermitteretur quod dicitur temperatus. Temperatus est zelus, uerbo aut signo monstratus, absteris amico plagam, & induxit caraplama tolerabile super uulnus: acutus uero iterum uulnerauit. & rarus est inter hoīes, quā asperam uelit sustinere medelam. Melius est ad amicum in omnibus temperatum fieri, quā ipsum impatientia zeli aut amoris, importunitate conuersandi, corrigendi, obsequendi tractare. Osa in moderamine ad amicum & libratē fiant. Teneri enim sunt animi hominū, & in bonis & malis cito franguntur. Difficultas maxima, amicum inuenire ueracem: maior uero, custodire inuentum. Instrumentum quoddam resonans est amicus ad amicum, ad cuius sonitum oportet choreizare amicum, secundum uarietatem morum atque naturā, dummodo funestum sonum aut turpem non resonet cantile nam. Melius est in amicitia quā donationibus colligatam amicitiam sustinere naturam, & tractam ad bona ducere, quā festine: festinatio enim causam ruinā saepe festinis apposuit. Ad amicitiam uero sana ratio solum illos pro melioribus nouit assistere, quos uiderit potius moribus fulgere, quā rebus aut gemmis, aut quibuslibet ornamentis. Melior est & uerior amicitia pauperū quā diuitorum: illos enim uirtus, istos rerum claritas manifestat. Dives si amicitiam in ueritate pauperibus, nobilior est quam si diuiri pauper erit amicus. Ille de uirtute laudabitur, iste non poterit de necessitate causari. Melior est & uerior superioris ad inferiorē amicitia, quā quā in re conuersione agitur. Superior, libera uoluntate: inferior, forte umbra timoris constringitur. Amicitia inaequalium, si uera est, a potiore nobilior nomen fortitur. Aequalium uero omnino illam praecellit. Aeternae dei ad nos ab aeterno amicitia ordinata, omnem dignitatem & honorem atque perfectionem ex sui parte, non ex nostra fortitur: sed aequalē dari non inuenit, cui amicitiam possit. In hominibus autem inuenit aequalitas, ut ex utraque parte amicitia possit suum perfectum laudis sortiri praerogium. Amicitia inter aequales inclytos potest aequē uisari, & nasci potest profectum. Inter aequales plebeios, tendit in idē. Inter sub & supra, nunquam cadit amicitia uera. In oibus his dictis similibusque dicendis, amicitiam excipimus Christianā, quae propter annexam gratiam, conditionē, euenit, statum fortuitu acq̄situm uincit: atque natura Christianae gratiae, sacramenta, & pura iustitiae & de superioris ad Christum declarata doctrina, non permittit in Christiana fieri amicitia sublimē uel altum, infimum uel depressum, sed omnem aequalitatem constituūt aiorum, res, tempus & locorum, in qua nihil iudicari potius, nisi potior uirtus, quae eo ipsa est potior, quā in alta non se tollit, & se per humilitatem oibus aīo, uita, moribus aequat. Sed ut latam loquēdi materiam coartemus, si me interrogarent ex aīo linguae nationum oīum, quod est in amicitia melius: responderem, iustitia & ueritas. Quid autem optimum dicerem, his uirtutibus fretus amor. Haec enim tria multam ministrant materiam eloquendi. Sed hic intermitterimus, ut alibi regramur. Si autem a me ulterius quaereretur, quae sunt meliores amicitiae responderem, illi cum quibus melius ista seruantur. Et si quaereretur, qui sunt optimi amicitiae respondentibus utique affirmarem, quae ueritatem, iu-

stitiam & amorem super eos inuicem magis, quā seipos aut propriam uitam diligunt, ut magis uelint finire crudeliter corporis uitam, quā permittere amorem, ueritatem atque iustitiam, & tempus breuiare quod possunt, progare insistentes in eis, quā uidere longauū terminū sine eis. His enim amicitiae, suis in omni honesto genere amicitiam nunquam desiciūt. Qui huiusmodi uirtutibus deficere nolunt, nunquā talium conuersatio fertur in dubium, quā uoluntates illuminat uirtus, iustitia dirigit & fouet, & nutrit sedulus amor. Innascitur aīa, corpus & res, uxor & filij talibus commendant, quae sacramenta ueritatis, charitatis atque iustitiae iurauerunt. Quae ferunt, & in sanctorum libris legisse me memini, quae quidam sui peregrinantis amici, eius scibus, commendatam suscepit uxorem: quae sedula & diligentissima cura fouens, sua pulchritudine tentabat: qui timens urgeri pualide ab aspectu decoris eius, & suam praecauens fragilitatem, acuto gladio absceidit sui corporis cum dolore uerenda, notans diem & abscisiois horam, ne amico postea eriam tentatus fidem frangere in uxore, nec non & munquam rationem aduersus commendatam ueritatem, quae facile surgit in uulgo. Si accidisset, paratus erat fidem facere reuertenti marito aut uulgo in ueritatem trinatione, quae ipsam seruauerat illibatam. Pro his exponuntur merito corpus & res, & mors intertata suscipitur. Et nihil in hac felicitate pro re latius moribus, quā cum talibus uiuere inuenitur. In multa fertur intelligentia siue ratio huius imaginis, quae discurrendo acquirere defecit mens & manus. Voluntas huius mirāde figurā, ad suam perfectionē se obsequem facit. Et nihil ualent quae ad amicitiam possunt ordinari, uirtutes, gestae aut patuli mores, nisi uoluntatis aderit promptitudo. Voluntas receptaculum est inuisibilium impressionum. Voluntas in amicitia, executio aptitudinum inuisibilium est imperatrix, ut sit compositio iusta exterior exhibita. Imperio enim eius membra mouentur ad actus, ac etiam oīa conferentia conquiruntur. Voluntas amicitiae Christianae habet idē uelle & nolle, sceperum & dominationis uirgam tenente iustitia Christiana, sine qua in praecipis labit quaeque uoluntas. Et in his solum agēdi firmat imperium quae ipsa decernit. Hoc tantum firmum habet ista uoluntas, ut uelit penitus secundum istam iustitiam amicitiam, & ad hoc se inuariabilem praestat. Cetera uero firma non tenet, sed uariat animi atque corporis motum, sicut iustitia Christiana uariat modulamina praecceptorum. Nec enim aliter uult fieri ad amicum, nisi prout ipsa disponit. Habet a deo quendam actum, mediante natura, uolūtas ut uelit, qui actus uolendi terminatur in bonum, quod a seipso penitus ipsa non nouit. Nam uoluntas non insinuat in seipsam uolūtum, aut quod iure uolendū, sed uolendi actum ab alio insinuationem suscipit, ut quod uolendum est, uelit. Non discurre in inquirendo uoluntas, sed repente fertur in id quod bonū uel tantquam bonum ostenditur sibi a potentis superioribus luminosis. Quae potētis quibus erare possunt, uolūtas tamen in actu uolēdi errare nō potest: semper enim motu proprio fertur in bonū, uel quod. Quocirca si alia potētis luminosa siue supernaturalis luminis & infallibilis suscipitur, ut puta ratio & intelligentia, appropinquat foris iustitiae Christianae, suisque splendore illustrant, nunquā uolūtati renūciat, aut in-

siue, nisi quod certū est & infallibile bonū, seu melius, aut optimum atque perfectū. Et quae sui causa non erant, merito splendore Christianae iustitiae fertur in debitum. Proinde uoluntas Christianae amicitiae in his sua uolendi agilitate reptatur, quae sibi a uirtutibus ad Christiana iustitia illustratis, suū ponuntur ante conspectum. Mādat siquidem ipsa iustitia ista uelle, atque permittit in concupiscentiam uenire, quae diuini personae oīno conueniat & uoluo concentui, qui non dormit prospectas super his quae agunt a uiatoribus uitae huius, & quae oīno expediant ad fidem & actionē indeclinabilem eorum: quae accepimus sacro mandato iure iusto consilio, & subseruiant publicis iustis moribus, quos perturbant a quoque diuina censura inuēti non patitur.

Talem praordinat Christiana iustitia in amicitia uoluntatem, ut unam bene praecentem altera sublequatur: obliquantem uero deserat rediens ad seipsam, ut talem uelit esse amicum, non qualis ipse est, si bonus aut malus, sed qualem esse uult iustitia, quae neminem male ordinari siue disponit, nec uelit in seipso intrāstinē aut ad seipsam transitiue aliter fieri, praeter id quod licitum est ex moderamine Christianae iustitiae. Ac per hoc omnis amicus amicum prius intendit, aīo, uoluntate, fide, uita, moribus, ad iustitiam & in iustitia, quae ad seipsam fieri uelit. Nullus quēpiam ad seipsam priusquam ad iustitiam fieri uelit amicum. Non enim esse potest homini uerus amicus, si ante iustitiam amicus uerē nō fuerit. Habet etiam in intimis suis haec forma ista imago quandam nominabilem trinitatē. Irascitur defectibus, perfectionem in profectibus cupit. Omnia ratio, si recta est, sine reprehensione componit, habet affectiones contra falsos philosophantes. Gaudet de praesentia, dolet de absentia: sperat sanctum terminum, timet ne fiat diuortium: gaudet si placet, dolet si displicet. Sperat placere, timet displicere: gaudet de prosperis, dolet de aduersis: sperat prodesse, timet prodesse non posse: gaudet si gaudet, dolet si dolet: sperat si sperat, timet si timet. Et toties & taliter haec affectiones uariantur in cordibus amicorum, quoties rerum inuisibilium & inuisibilium uariantur euentus. Et eo feruentius in amicitia Christiana, quo in adeptione seu perditione rerum spiritualium & uirtutum, quae temporalium seu corporalium rerum Christiana iustitia plus accenditur. Sed nec mirum, quoniam si animorum uere amicitiam diuersa est substantia, uoluntas tamen & affectio est una. Est enim amicitia, sensus uerus alterius amici. Et ubi animorum facta est unitas, sensus prosperi uel aduersi factus est unus. Et aequae generantur in animis a rebus contrariis passionibus, & affectionibus a placitis, utrumque cruciant, aut perfundunt laetitia, uel uel.

Specie sua & pulchritudine sua ista imago dilecta intendit prospere, atque procedit ut regnet. Specie uidelicet inuisibilium uirtutum, pulchritudine uero irreprehensibilium morum: his uelut gemmis ornata placet, patiturque omnes cum ipsa in fodere coniugalitatis ascisci. Nempe specie uirtutum prospere ipsa intendit atque procedit, ut ipsam prudentia praecar, sagaciter denitās contraria quae amicitiam turbant, aut ex toto confundit, & eligit quae iustae amicitiae dent augmentum, & ducit per semitas aequitatis, ut in neutra partem se fleat, sed uia regia gradiatur. Comitatur a lateri-

bus temperantia & fortitudo, ne procedat in nimium, & ut procul pellat, aut patienter ferat aduersum, iustitia quandoque sequitur, quae praecedit, quandoque collateralizat, quandoque subest, quandoque superuolitat. Verba symbolica sunt, qui legit, intelligat. Imago quae amicitia uera est, nō est depicta parietibus, nec metallo, aut lapidibus sculpta, siue prominens deducta figura, sed in cordibus hominum scribitur, in moribus uero praeminet, & omnem aptitudinem compositionis habet. Qui inuenit amicum, dicit scriptura, inuenit thesaurum. Audeo dicere, amicum esse super omnem inuisibile thesaurum. Nā saepe thesaurus furibus patet, multipliciter perditur: uerus amicus non nisi per aeternam mortem, nequaquam uero per temporalem aut corporalem perditur, si propter deum diligitur qui amicitur. Subuenit amicus tempore indigentiae, atque si nouit amicitiae ueritate, amicum ut se pro aequali parte gubernat: & propria commendat membra, si perdidit sua. Uerus amicus melior quā thesaurus: nam furibus nō patet neque perdonibus. Amicus, ignitus est carbo, & prope positum reaccendit extinctum. Amicus uerus magis frudet amicitiae, quā persona cum qua dispoluit amicitiam. Et enim persona saepe fallit, amicitia uero semper est eadem. Si amicus aspexit in amico amicitiae altissimā causam, nunquā nouit diuortium facere, quāuis meruerant male acta persona, sed expectabit ut corrigatur, aut detrudatur ubi male acta meruerit. Amicus uerus, lectus est in quo animus amici alterius inuisibiliter portat & portat amicus: & mix est uidere, quae ex duobus duo portatores & duo portati consurgūt. Nam eodē momento uterque portatur & portat. Amicitia uero hominū Christiana, quae sola est uera, corona inclyta morum est & uitaē cōsistentia, & tutela & baculus sustentationis, etiā his quae defecerunt, indubitātū refugium, & iuxta pelagus portus, redemptio de carceribus, a seruitute libertas, diuina impēdibiles domus protectionis, turris securitatis, uinea laetitiae, ager semp fertilis, uiridarum consolatio, aromatum apotheca, promptuarium plenum, apiarium mellis, mammilla indeficiens lacte iustae dulcedinis, claritas speculū, & uisio intellectualis, collateralis sponsa, cui quae sumuntur solatia uitaē, pia mater, pedissequa obsequens, ancilla parata, stipariorum commoditatis, opportunitatis balneū, fons aquae uiuentium, custodia non dormitans a malis, prouidentia in bonis, loramentum uitaē. Quae per singula uelle discutere, potius deficeret tempus, quā loquēdi materia: necnō ex his oibus cognoscitur quae amicus est uerus. Habet enim pro amico, suppetente potentia, oīa officia Christianae amicitiae. Christiana iustitia fundans amicitiam Christianā atque perfectā, inimicū dissuadet oīno, & inimicitias prohibet, tamen ad id quod positi one caret, amicitiam nō exliberi. Naturā & Christianitatem oportet praeseruari ab odio, & solū uirtutum in odio fieri. Amicitia Christiana latissima est generalitate: ad omnes enim inceptuante per distinctionem extenditur, & cum quibus non potest in uia conuiuere, in patria magis perfici sperat. Intenditur etiam ipsa per scientiam certam & frequentem conuersationē, aut per excellentē uirtutē. Ipsa siquidē uirtus est solo diuersa nomine, ab illa quae uirtutū est maxima, uidelicet charitate. Caritas & amicitia perfecta siue Christiana, solis nominibus

distinguuntur. Virtus enim est, ex qua rex regum uoluit nominari, ac etiam uos apostolos quos mundi principes fecerat spirituales. Dicit enim scriptura: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, habet amicum regem, aeternum scilicet deum, omnium regum regem. Amicus ab amicitia dicitur. Ecce uniuersum deum sibi amicus efficitur, quod ab amicitia sic uocatur, & amicus relationis est nomen. Vnde saluator apostolus dixit: Vos amici mei estis si feceritis quae scripio uobis. Et iterum: Non uos dixi seruos, sed amicos. Amicus enim est qui habet amicos. Et amicitiam uult, quod quatuor amicos, nomenque sortitur amicitiae. Proinde est amicitia qua saluator omnium nominatur, amicos habens & querens amicos: & ab eo quaeritur & habetur, uocatur amicus. Virtus est in corde hominum sedem habens, in exterioribus moribus. Virtus omnium uirtutum participium habens, atque ipsa officii digna semper manet. Nam si non est fides, tota in hominibus amicitia deperiret. Utilitas fidei qua non uisa credimus, consiliatio est amicitiae, atque uinculum quo unita manet, & retinaculum quo non profcinditur. Non aliter scimus nos diligere, nisi per fidem. Signa uero exteriora monstrata, non tantum conferunt ad scientiam uelut fides. Opera si qua sunt ostensa foris, signa sunt amicitiae, non amicitiae, quae solum in cordibus hominum regnat, quae soli credimus per fidem. Non enim per reuelationem spirituale atque diuinam, quae sunt in cordibus hominum, aliter quam per fidem hominibus innotescunt. Ac per hoc saepe fit ut magis dilectio reprobetur, ex eo quod amicitia inuisa creditur, quae propter munera quae largiuntur, aut propter signa quae ostenduntur, si non amicitia crederetur. Et hoc maxime propter fidei bonum in amicitia praecauetur, ne minor quam fides, aut nulla crederetur dilectio. Nam de sciente fide, illico amicitiae alius in altero amicum siccatur: aut in utroque, si fides in utroque deficeret. Proinde de bonum fidei stabilimentum est amicitiae, sine qua esse amicitia nequaquam potest: bonum uero amicitiae, fidei est pulchritudo. Cum fide, per fidem, & in fide inicitur hominum amicitia, quam inicituram fides etiam nutrit & fouet. Habet etiam amicitia in dubitatum spem, sub cuius umbraculis secure quiescit amicus. Sed ipsa parata est, ut diuina sit & humana: humana siquidem pro euentibus nouis, si uti amico in cōstringentibus opus esset. Nam frustrata spes necessitatis tempore in amico in possibilibus & honestis, iure amicitiam abrogaret: quae quod credebatur, euanuit. Diuina uero est spes uerae amicitiae, qua superna siue diuina sperantur, quorum respectu maxime cul pari debet amicitia Christiana, quae sola est uera: quae si euulsa de cordibus fuerit, amicitia uera non stabit. Non enim amicum amicum est de his, quorum uita desperatur, pro superis atque diuinis: tales enim sunt aeternae mortis mancipia. Charitatem nempe sibi acciscit in locum, imo ut uerius loquar, ipsa charitas est, nec aliter interrogantibus responderem.

Sed quid est amicitia uera, nisi charitas Christiana? Nam si uera ueritatur amicitia inter deum & nos, inter homines & angelos, inter hoies & homines, ergo amicitia uera est charitas. Aliter quam per charitatem, deo & angelis & hominibus honeste homines non amicitur: quod si aliter, quam per charitatem, homines hominibus amicitur, amicitia uera non est. Quatuor autem uirtutibus

Pro. 22.
Ioh. 15.
Ibidem

quibus disponuntur hominum mores, supra descriptimus ipsam fratrem procedere. Ceterae siquidem uirtutes, humilitas, patientia, obedientia, honestas, castitas, benignitas, oratio, silentium, pax, & his similia se penitus coalescant: reperitur enim non semper actu, sed suis temporibus omnes, habitu uero mentis, semper oportet esse paratas. Nam & supra monstrauimus a contrario sensu in his quae sunt in amicitia deuitant, quot & quauis aut qualibus uirtutibus ueram amicitiam decet esse stiparam. Nec in ista diffinitione praeterendum est, unde in amoris actu sit amicitia uerior, quae per amicitia uera nunc noster sermo cōcernet. Nulla est amicitia, ubi nullus est amor, etiam si totius mundi dona cōstarent, Nam redduntur census & debita, soluntur pedagogia, & his similia: & per commercia multa sunt ubique per amicitia omnino non esse dinoscitur, si cordis amor de medio tollitur, aut si inter huiusmodi homines non assistit. Erit ne per amicitia uera, si quelpiam diligatur non dilectus: hic amicitia est, sed non uera. Potest amor uerus impendi abique repensioe seu amati scientia. Sed amicitia uera semper agit uirtus ad alium, quae uerior est ex parte diligentis, quam ex parte dilecti. Semper enim amicitia non in dilecto, sed in diligente pro sua uirtute fundat. Nam ut supra fati sumus, uirtus est amicitia: diligenti autem, uirtus non est, sed felicitas quaedam. Christiane uero diligere quempiam, est certissima uirtus, ad quam uirtutem omnes hoies totius sacrae scripturae robur inuitat. Profecto uerissima erit, cum fuerit reamatio uera per aequale aut per excessum, ut semper amicitia ex eo sit uerior, quo maior impenditur aut rependitur, non ex eo quod suscipitur amor. Nedit uerior, sed certior est amicitia ex parte diligentis, quam ex parte dilecti. De inuisibilibus certior est agens, quam patiens: & is qui effundit, quam super quem effunditur amor. Sed de sensibilibus fides est diffinitio: nam aut aequale dans & recipiens, aut animo certior patiens est, prout in donis placitis claret, quod dās & recipiens certitudine pari penduntur: quod ille dedit, iste recepit. In molestiis uero patiens in certitudine anteferatur, uelut uulnus in siccum certius patiens sentit, quam senserit quod in fluxit. Sed in dilectione amicitiae, certior est diligens quam dilectus, effundens amorem quam amore alieno perfusus: ille in scientia, iste uero in fide: ille scit, iste uero credit. Nec non primum uirtutis, uirtutum etiam paritiae, quod ex diuina iustitia debetur uerae amicitiae, non ex eo quod quis diligit, sed eo quod diligit firmē, tribuitur. Viaticum praemium cuiuslibet uirtutis uerum & proprium est, tantummodo fecisse quod compeuit fecisse uirtuti: amicitiae uero uirtutis siue amicabilem dilectionis uirtutum praemium, est diligere, aut dilexisse: quod solum ei qui diligit, non ei qui diligitur, adest: nam ille impendit, iste recepit: ille fecit, iste sustinuit. Similiter & primum paritiae donatur non dilecto, sed diligenti, pro eo quod ab illo actus intrinsecus uirtutis effunditur. Si uero amor rependitur, his praemijs rependens praemiat, non quia dilectionem diligens se suscepit, sed quia dilectionem rependit: nam ubi erat recipiens patiens, rependo factus est agens: taliter nempe agenti uirtutis praemium utrunque debetur, & ipse nanciscitur. An recipere possit amicitia, nulla ratione ueratur in dubium: quae quantum sit ad alium, ad seipsum uelut ad alium esse potest, & ad deum & ad ang-

Phil. 10

Ioh. 15

los & ad homines est. Qui ergo seipsum diligit, hominem diligit: qui seipsum odit, hominem odit: qui seipsum occidit, hominem occidit, & homicidium contra praecceptum domini facit. Sic & qui seipsum diligit, homini amicitur, & hominem diligit, & praecceptum domini facit. Nam sicut qui diligit in iustitiam, odit animam suam: sic & qui diligit bonitatem, amicitur ad animam suam. Et ut audacter asserimus, nisi amicitia fuerit reciproca, nunquam in ueritate ad alios esse poterit transitua. Nam ex eo quod quisque in ueritate atque uirtute se diligit, ad alios uerae amicitiae sacramenta custodit. Et diligit secundum Christianam & ueram amicitiam proximum, si primo dilexerit in ueritate seipsum: & secundum interpretationes amicitiae primo postas, ad seipsum debito naturae quilibet est amicus: debito uero gratiae, multo magis esse debet. Omnis namque uirtus suo modo prius ad possessorem ex actu refertur. Proinde utroque debito recipitur amicitia, & uelut inter duos in reciprocatione peragitur, & ueritate gaudet, & certitudine fulget, & praemium utrunque completitur, uirtutum atque patrium, si secundum iustitiam Christianam ad seipsum fuerit effusa dilectio.

¶ Vnde nascitur ratio diligendi, de prima uena amicitiae. Caput XXI.

Amicitiae autem uena, est ipsa ratio diligendi siue amandi: quam in principio huius tractatus multipliciter differimus, sed nunc alio loquendi ordine resumimus differendam.

Ratio quippe diligendi, quae uena est amicitiae, aliquando nascitur ex excellentia rei, quae sua bonitate atque perfectione dilectionem meretur, nec amplius uisa, nec inuisa minus praesentia non addit, & in nullo absentia minuit. Haec intellectus humanus siquidem inuestiget, quae in absentiarum atque praesentiarum tantum merentur amorem. Quae etiam bonitate propria nanciscuntur, nec non et si nihil speretur ad commodum, partitione aut diminutionem non merentur amoris.

Ratio alia diligendi, est praecipue certissima inuitabilis, quantum sit usquequaque difficile, quod amor praeccepto siue uolentia exigatur aut impendatur: libera est enim actio mentis amor, & itinera coercionis ignorat, nec ab agente dari aut auferri potest inuit. Sed animus cui astat actio diligendi ratione praedictus, iustum diligit praecceptorem, & consequenter diligit quod iubetur, maxime uero si nec iustum ratione atque iustitia & honestate caret. Nam praecceptor iustus iuste diligitur, & praecceptum iustum, etiam si iniustus dominus est: per amplius unum & reliquum, si utrunque poller. Habet nempe ipsa iustitia Christiana amicitiam penitus sub praeccepto: quod si negligitur, tenditur in gehennam, si non perficitur: si uero perficitur, progressus est ad superna. Proinus expedit facere de necessitate uirtutum. Quod omni non facit animus, qui sibi nouit in salutem confutere, & de amicitiae uena potabit aquam a tali ratione coactus. Porro nullum praecceptum sub celo nobilius, quam Christianae amicitiae: ad quod omnis rationalis animus, si sibi timet & consulit, se coapat. Ad finem autem beatitudinis ordinatur amandi praecceptum, etiam cum illo bono quod

amicitia in motibus hominum praestat. Qui uero finem beatificum diligit, ex necessitate oportet diligere illa quae ordinantur ad finem. Proinde beata necessitas, nos inuitabiliter amicitiae compellit.

Est etiam amicitiae uena, non solum ratio diligendi, sed uirtus in cordibus hominum infra diligendi: quae uena omnino erumpit, & eius aqua de riuatur foras, ut ex ista uirtute natura, aliud aliud quod quam seipsum cum seipso noster animus diligit. Similia similibus copulare, opus est naturae: & in animalibus dicti ueritas claret, quia omne simile appetit suum simile. Omnis uero appetitus, praecedentem aut sequentem amorem habet ad aliquid propter se, siue ad aliquid propter aliud. Si uero amicitiae uena praecedat aliud aliud quam honestum, corrupta erit & non benedicta. Vera amicitiae uena, quae solum est ratio diligendi, omnino est de irreprehensibili ratione. Virtus uero diligendi, de se irreprehensibilis est: nihil enim deus indidit reprehensibile rebus a se creatis, alioquin excusarentur iustissime malefacta. Vena ipsa fuit & restituit, & labilem deriuat in amnem. Praeter haec de uera amicitiae uena sensu altiori tractates, dicimus illam aeternam atque ineffabilem rationem, qua deus uoluit omnia rationalia in unum per amorem cordium conuenire: ac etiam dicimus fontem hubertatis & delectationis, circa quam castramentant omnes, & conglobatim atque delectabiliter transire uolunt uitam umbraticam huius mundi. Vena haec, appropriatōe quadam est fons ille qui scaturit in medio paradisi ad irrigandam uniuersam terram, & diuiditur in capita quatuor. i. in quatuor fluuios, quos uni nomen Phison. Ipse est qui circumit omnem terram Euilath, ubi nascitur aurum, & aurum tertium illius optimum est. Ibi quoque inuenitur bdellium & lapis onychium. Et nomen secundum Gihon, ipse est qui circumit omnem terram Aethiopiae. Nomen fluuii tertium Tigris, ipse uadit contra Assyrios. Nomen fluuii quartum, ipse est Euphrates. Sed ut haec clarius innotescant, interpretatōes fluuiorum atque terrarum ad quas fluunt, intento a se uideamus. Phison, interpretatur caterua: nam uirtus quaedam egreditur de amicitiae uena, quae habet omnes coacervare seu cateruare in unum. Qui huic fluuiio appropinquauerit, condidit ciuitates, terras, uillas, & castra, & habitare in simul elegerunt, atque unus accessit ad alium, hoc amicitiae amne potatus. Quid autem est ciuitas, terra, uilla, quod castra, quid habitatio qualibet, nisi quaedam amicitia hominum cateruata seu cateruatarum hominum delectabilis amicitia? Vnde hoies diuersi generis, quos nec unit linea sanguinis, ad habitadum in simul accessissent, unde cinxissent se muris, unde se firmassent ad recte uiuendum legibus, & statutis, nisi aqua habuissent ad bibendum de fluuio amicitiae, de fluuio scilicet Phison, quae caterua interpretatur, illa signanter uirtutem, quae nouit homines diuersarum regionum, disparium morum, diuersi sanguinis, in simul cateruare? Quam uirtutem non immerito concordia appellauit, quae nihil aliud est quam conuenientia cordium. Nisi enim corda prius in simul conuenissent, nunquam corpora in eodem situ ad habitandum, ad conuiuendum fundamenta iacissent: neque modica in magna creuissent, aut aucta sterissent, nisi concordia imperasset, nisi cateruans fluuius per medium petranisset. Iste fluuius de amicitiae uena uenit, dicit primus:

Gen. 2.

quia hominibus ad conuiuendum & recte uiuendum necessaria est primo cōcordia, quæ cateruat hominum corda, deinde cateruat & corpora. De paradiso egreditur fluuius iste cum alijs.

Paradisus locus est ad orientem India, quia in loco prioris luminis suscepto & pleno deliciae amicitia uera nascitur, imò ei uena exoritur. Orietur nempe uerus oriens dei filius, his qui concordiam & ueram amicitiam serauerunt. Et absque dubio ipsa concordia siue amicitia lunæ est, & delicias habet uitæ presentis, pariter & futuræ magnalia præstolat. Hæc quippe cateruans uirtus, distinxit in originali mundo filios dei à filijs perditionis, & in subsequenti similiter fecit. Sed multi sub hoc nomine contra deum & iustitiam caterua sunt. Et plurimæ sunt conditæ ciuitates, quæ deditæ cultibus idolorum, dei omnipotentis iustitiam negauerunt. Virtus bona, quæ unit & congregat. Mali uero, qui malo sine se congregant, & perditis moribus uiuunt. In faustis sine ad Nemroth fuit hominum facta caterua. Conabantur enim quantum in uanum, & diffidium tale constituitur super terram, quo cæli alta confunderent. Sed deus iuste diuisit per linguas, qui se malis cordibus cateruauerant, ut uocis & linguæ non esset intellectus, quantum esset auditus, quibus ante fuerat intellectus ad superbiam damnatam unitus, & iustitiam luit iniuste cateruata caterua. In omni populo & in omni ritu fluuius iste discurret, & dispari sine, bono & malo, corda hominum cateruauit & corpora. Quorquot enim sunt conditæ ciuitates sub unius dei cultu & reuerentia, aut ueneratione idolorum, aut à tempore quo Christus generi humano illuxit, in his qui fidem eius etiam susceperunt, ab interpretatione huius fluminis sumptere principium. Ab huberrate fluuij huius inebriatur, qui cateruas ad iustam siue iniustam bella fecerunt, ad inculpatam seu culpata tutelam, ad iustam siue iniustam offensam. Claret in populo Hebræorum atq; gentiliū, elucet in gente Latinorum atque Græcorum, in omni natione habitante Europam, Asiam & Africam. quorum omnium intentiones perfectæ solum de superis nouit atq; prospexit altissimus, & loro prouidentie suæ frenauit, ut uoluit, malis hominum facultates. Et irreprehensibili modo, quibus & quantum uoluit, laxauit habenas, sæpe suo imperio non turbato, bonos permittens à malis pessundari, malos à bonis plerumq; terreri. Et iusto sine sibi soli cognito terminauit aliqua regna, finiuit imperia aliqua, innouauit aliqua, prorogauit quæ in cateruam domini legum atq; morum uiuendi conueniant. Et simile de innumeris ciuitatibus fecit, quæ multitudine hominum fuerant cateruata, quarū aliquæ deuenerunt ad solum, & uix apparent modice reliquæ, aliquæ in modicis atq; paucis ciuibus manēt, aliquæ bello inter se se collidunt, & ædificia minantur ex omni parte ruinam, aliquæ de nouo confurgunt, aliquæ ad sui augmentum uicinas pro posse diruunt. Hæc siquidem uarietates eueniunt, decuprente à summo desiccato cateruante, siue procul pulsa siue magis aut minus astante concordia.

Ab abundantia & ab unda fluuij huius altissimi, miris uirtuosissimè modis potari sunt, qui cœnobita magna in solitudinibus & nemoribus atq; urbibus contruxerunt, cateruati sub altissima disci-

Ge. 11.

plina, sub inflexibili cœsura, mūdo mortui, Christo uiuentes, inter se moribus optime cōiuentes, caritates se mutuo ad occultas & inuisibiles luctas, & ad sensibilibiter deuinendum carnis & sanguinis in promptitudine spiritus ad opera sancta dei, eo contenti quo despecti, eo læti quo abiecti à seipis & ab hominibus habebantur. Horum caterua tan to constringebatur affectu, & adhuc constringitur ab his qui fluminis huius dulcedinem gustauerunt, quod uno infirmato, ceteri ex compassione animo infirmantur. Membra exponunt propria pro alienis languidis membris, ut lecto decubans, membrorum ualitudine destitutus, ut proprijs, se foueat alienis. Hi diebus & noctibus ad diuina officia se cateruant, & pro posse hymnos, psalmodias & orationes & postulationes & gratiarū actiones & obsecrationes, animo & ore omnipotentis deo persoluūt. Horum cateruæ amabiles, eadē hora & tempore per signum datum ad pastum conueniunt, ne p cibo lumēdō possit oriri discordia. Conueniunt ad correptionis locum, humiliter delicia præfidentipandentes, tundentes pectora, & sæpe dei & patris indulgentiam fufis lachrymis postulant. Hæc cateruæ taliter cateruatur noscitur, ut cateruati potius mortem eligant, q̄ fieri extra cateruam, quam dirimit absentia corporū, ubi tanta noscitur concordia inuisibilium animorum.

Ad istum fluuium realiter & mystice, differenter & uarie accesserūt, quorquot in animo & corpore in aliquo, pro aliquo, & ad aliquid conueniunt. Omnibus autem dicitur diuinitus, uelut si de hoc flumine uox egredieretur, dicens: Appropiate in docti, & defangantur in domum discipline. A quam istius fluminis prægustantes, congregari expedit ad disciplinarum domum uiliū doctrinarum. De quibus Isaias: Ego dominus deus tuus, docens te uilia. In scholis Christi fiat omniū congregandorum ingressus, ut discamus uilia. Uilia enim sunt, quæ inculcate uitam istam expedit & ordinant ad futuram, quæ solum docentur in domo discipline domini saluatoris. Et apprehendere omnino cogimur disciplinam, intimatē scriptura omnibus ratione uentibus: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dñs, & pereatis de uia iusta. Nisi nos in hac uita didicerim, q̄ nusquā discuntur, furor domini in nos defruet, & ira eius ad inferna defangent. Loquitur in suo cursu nobis cateruaticus fluuius, & ad cōgregationem alij primij ex uerbo domini nos inuitat: Vbiunque duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Et exauditiones petitorum promittit iusto animo & intentione cateruatis. Et uere atq; inexpectate confitetur domino, q̄ cum iustis animo & moribus se cateruat. In q̄ enim Psalmista: Constitutebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Nemo enim in toto corde atque prater expectationem confitetur domino, nisi animo & moribus bonis hominibus iustis fuerit cateruatus. Hic siquidem per Indiam uadit, quæ nutus dilucidus uoluntates, inter opacas atque obtectas aliqua nube amicitia uera esse non potest. Velut lumen in lumine, se reuerberat uerè amicitiant mentes. Nihil gestat secretum in corde amicitia uera, omnia denudat, omnia pādīt amicus amico. Facit etiam ipsa nutus dilu-

lucidi

Pal. 18

Gen. 2.

Can. 5.

Mar. 3.

Pal. 10.

cidus cum aduenerit, ut ex eo sint lucida uoluntates, quo solum appetuntur honesta. Nucus dilucidus, charitas est signorū, ut in amicitia uera, signa oculorum & gestuum uirtutibus inclarescant. Ex pedit enim per lucida signa monstrari, si ueritas amicitie regnat in cordibus: quia solus deus & cui miro modo concessit, cordium intructur arcana: quæ foris uerò parent, tantum homines uident: nisi lucide nutus appareant, plurimorum amicitia remoueretur & à basibus. Et maiestates splendentes & mundi potestates, qui nutus dicuntur, sæpe hic fluuius adaquauit & cōuenire fecit in unū, propter omnium dominum unum. Hi uero mundi potestates, honore mundano fulgētes, ad quos is fluuius amicitia non peruenit, dicitur uerū ad huc sunt, armis hostilibus cerant, quærentes diuidere cornu elementorum cateruam, & uendicantes in proprium, pro eo quod de cateruatico fluuiu aquam nō hauserunt. Ad intellectualem haustum & regionem circumit fluuius iste nutuū dilucidum, scilicet præceptorum. nutus em præcepta esse quandoq; noscuntur. Sed unum est præceptum lucidum, & quæ sub ipso iobētur. De quo Psalmista dicit: Præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Ut luce clarior pateat, concordiam præterquam inter dominica præcepta seruantes, esse non posse. Nam de uena ueræ amicitia fluuius egrediens, qui concordiam sonat, ad eos decurrit, qui lucida dominici præcepta custodiunt.

Vide sedulo quam terram circūit ueræ amicitie primus annis. Hæc omnia mentis, nō sensibus creata sunt. In regione quam fluuius iste circūit, sacra referent scriptura, inuenitur optimum aurū. Aurum, à splendente aura nomen accepit. Ecce quoniam omnia ueniunt in concentum, ut in lucida regione rutilans aurum inueniatur & optimum. Vbi omnia lucida sunt per intentionem & mores, ubi pura & lucida est obseruatio splendorum præceptorum, aurum optimum inuenitur. Optimum est, quod meliorari non potest: quia in comparationibus non est alior gradus, cum ad id quod est optimum, peruenitur. Caput ipsū, ut habetur in Canticis, est optimum aurum. Caput ipsū, scilicet totū ecclesie, Christi est: nihil in creatis melius Christo. Creatus est Christus ex carne, increatus deitate, qui semetipsum præmium fecit, & uoluit esse u rucum. In lucidis mentibus & uoluntatibus, maiestantibus, potestantibus atq; præceptis in uenitur optimum Christus. Necnon inuenit gratia qua sibi placetur, quæ aurum optimum est. Inquit enim Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor. Optima res est gratia, quæ miniitrum regi facit acceptum, & Christo dei filio comparatum exuber Christianum. In hac etiā regione, ad quā fluuius iste decurrit, bellum inuenitur.

Bellum est arbor in India, cuius robur & folia nigra esse feruntur, cuius lachryma lucida est & amara gustui, odorifera olfactui. Connequitur amicitia Christianæ abq; uitio quædam obscuritas, ut non semper fiat abscēditus moribus & in clantate uerborum. Derinēt enim in exterioribus hominem, & ad interiora ingredi plerumq; non fiunt. Nam non in conuersionibus & uerbis amonitis, sed domi & in generalibus solidantur amicitia & amicus. Rugata facies & obscura præ moribus, animum probauit amici. Et horridū uer-

bum idem quandoq; fecit. Si semper in adulationibus & blanditijs albescunt amici, nec scitur quanta firmitate amicitia pollear. Nigrum huius arboris robur, firmitatem amicitia absq; humana complacencia esse ostendit: qua etiam deficiente, amicitia firma manet. Foliorum uero nigredo, uerborum adulationem excludit. Nō adularia, sed uera sunt uerba charorum: nec non firmitatem amicitia, si expedit, oportet nigrescere ad delinquen- tem. Dissuadet omnino iustitia Christiana, ut læta facie occurratur ei qui diuina mandata contemp- pfit, aut perturbauit publicos bonos mores, quā- uis sit pietate parcendum, si perficere uolet emen- dam: nec uerborum folia in id tēdant, ut ad reum allocutio blanda fiat, ne nocens sibi arroget inno- centiam non repressus. Consultius actū & uerbo nigrescit ad amicum exorbitantē quā ad periculum leuiter foueatur. Cuncta uel lachryma lucida emanās, amoris est claritas. Firmitas amicitia, amonitate sensuali deiecta, & uerborum ueritas, lenitione deposita, lachrymam seu guttam lucidā scaturire fecerunt: morum nempe hinc ueritas atq; uerborum, claritatem amoris euoluat. Quod ni- grum sæpe forinsecus noscitur, interius albet. Et sponsa gremi regis dicebat in anticis Nigra sum, sed for mola, ut nigredo exterius, albedo interius referatur. Idcirco subiungit: Nolite considerare quæ fusca sim, quia decolorauit me sol.

Multa uidentur exterius horrida, abiecta, non delectantia humanum aspectum, quæ interius à sole ueritatis atq; iusticie illustrantur, & emittit exterius lachrymam uere sanam. A mara est ista lachryma gustui, olfactui uero grata, sæpe nanque contingit, quod simpla res diuersimode se obij- cit sensibus, alijs ad gratitudinem, alijs ad horro- rem. Typice uerò multa sunt horrida moribus, q̄ discretionis sunt grata. Et præferendum est quod sanæ discretioni, non qd moribus placet, nisi mo- res fuerint ex toto discretionis difformes. Ac p hoc quod amicitia uera scaturit, lucidum est & uerum: si interdum moribus dissipit, & discre- tionem delectat. A mara gustui sæpe noscitur potio bibentium illam: sed ratio imperat gustui, & illam cogit bibere pro salute. Ad discretionē spectat olfactus, ad mores refertur gustus. Igitur quod est simplū, sæpe horret in moribus, & discretioni placitū sit.

De secundo riuulo amicitia, qui luctatio dicitur.

Caput XXII.

Secundus uero riuulus, qui ab amicitia uena luctatio uel arena. Sed mirum q̄ ab amicitia uena luctatio procedat, cum ipsa lætitiā & quæretem gignat cordibus amicis, & causa pacifici gaudij, doloris abiectio cum effluerit. Veruntamen si acute discutitur, luctas amicitia, imò congruas amicitia profert. Et quanto uerior est amicitia, certiores ex euentibus possidet luctas. Atque semper ipsæ nascuntur de pia suspitione dilecti, ne minus quā diligatur, diligat: aut ne surrepat id, quod di- rimere illam solet. Et pugnam expedit imperat- misse tenere aduersus linguas dolosas, quæ semi- nant inter fratres & propinquos atque inter duri- nos amicos sæpe discordiam. Multos & multa commouit terua lingua: sed magnifici animi est, q̄

leniter

Can. 1.

nouit & potuit linguas repugnare dolosas. Supponit enim amicitiam lingua dolosa cum discordiam parat: sicut enim non praesumeret ad detrahendum uerba formare, nisi quia dilectionem solida amicitia ostenderet ad eum, quem ab aliquo uult auertere, aut ab ipso quempiam segregare. Inquit enim: Amicitia firma commotus, & tua charitate compulsus, & pro honore tuo sollicitus, hęc tibi pandere obtentaui. & inter dulcia uerba, uenenosa commiser. Qui uero ab hoc fluuij hauserit aquam, primo luctabitur clandestine in seipso, deinde aduersus dolosam linguam, sagittas poterit recompungentes opponet. Dura res est, & magnanimitatem sonat luctari aduersus eum qui se dicat amicum, & eius zelo zelatus, loquitur. Sed in dlyti amici est, non praestare auditum. Nā si amicus est qui loquitur, & amicus est ille aduersus quem schisma deponitur. Si uero auditur consulentem, aut quomodolibet loquentem aduersus amicum, non uidetur amicus. Si uero aduersus absentem amicum loquenti faciles praebet aures, opus faciet inimici, ac si alter non esset amicus. Sed expedit omnino ad utrumque amicitiae iura seruare, ad absentem similiter & praesentem. Haec nempe luctatio saepe contingit, & luctatorem expedit fieri eum qui uult sacramenta uerae amicitiae custodire. Quid ergo faciet animus inter has necessitudines constitutus? praebet aures loquenti, aut si desiderat absentem? Non de crimine quod indifferenter habet, sed proidentia luctatio muniat, ut omnia secum penset, si cum ratione conueniunt, aut ab ipsa dissentiant. Et luctator prouidus nouerit praestare audientiam, & dare repulsam: audire uerbum, & seruare aut increpare amicum, ac in sacramentis amicitiae proprium animum custodire. Alia etiam ratione luctatio in amicitia nascitur, cum aduersus inimici amici, pro uarijs euentibus loco & tempore, personam, uerba, res & arma expedit quandoque mouere: quod in temporibus & pure humanis amicitijs fieri saepe contingit, etiam in his qui non ligantur uinculo rationis: secundum uero Christianam iustitiam colligatis, multo magis haec fieri iustitia concedit. Nā eo ipso pro amico huiusmodi iuste mouetur, quo iuste amicitia colligatur: & eo iuste amici expugnatur inimicus, si ab ipso iniuste impugnabatur amicus. Nā omnis iniustitia iuste retunditur, & ex aequo iure reprobatur iniquitas, & mala facultas per aliam potentiam iustissime refrenatur. Non tamen dicimus, ut hostilibus armis aut conuicijs & uerbis infaustis amicus tueatur, amicum eius interpretans inimicum. Sed publica iustitia sub alijs eius apprimē protegit & gubernat.

Superflua sunt duo auxilia laeo, si unum habet sufficiens: nec duo reprimenda competunt ei, qui plene ab uno reprimuntur. Et iniustum est, ut unum idem, quantumcumque peruersus, a singularibus & a publica iustitia damna sustineret: ac etiam ipsius turbaretur penitus ordo iustitiae, si ubi ponit ipsa remedium, alius apponat antidotum: & ubi sua uirga castigat, qd alius suo gladio laniet: & qd commūis est iuris, undique turbaetur a proprijs. Vbi autē iustitia publica quomodolibet deficit, amic⁹ modis omnibus, si ualet, iuste afflicto aut oppresso amico luctetur. Fecit hoc Moyses qui Aegyptium, iniuste opprimentem unum de filijs Israhel, occidit

Exod. 2.

& abscondit arena. Et scriptura dicit: Frater qui inuatur a fratre, quasi ciuitas firma.

Multi luctationes & pugnas pro amicis horribiles assumpserunt, cum expositione proprii corporis atq; rerum. Hoc experientia magis clamat, quā discretio scripturarum. Per arenam uero intelligo innumerabilem quandam grauedinem, siue multiplicia pōdera, quae iuber amicitia tolerare. Et qd de hoc fluuij bibit, facile tolerat omnia pro amico. Circumit iste fluuius Aethiopiae regionem, quae interpretat caligo uel tenebrae. Vera luctatio aduersus caliginem ignorantiae depellendam, animo prompto se munit. Et contra tenebras peccatorum, de iustae amicitiae uena procedit lucta sitissima, ut caligo auferatur de cordibus atque de moribus amicorum. Pessimus est, ignorare amicitiae iuras: & per ignorantiam sacramenta ipsius obmittere, nefas: & inter sciolos aut ignaros ueritas amicitiae non subsistit. Proinde autem expedit, ut amicitiam, aut post contractam caliginem ignorantiae, pcul pelli. Et ut saepe diximus, amicitiam ueram fieri non permittunt tenebrae peccatorum, aut factam diuortiant: aduersus quae, uelut fluuius, luctatio continuo luctare non desinat, ut depellat.

Vt autem alio sensu loquar, amicitia Christiana non despiciat caligatos senectute, aut corpore sulcos: mentes approbat, non aetates: corpora non considerat, sed uirtutes: & mundialium rerum tenebris inuolutos non abiicit, si diuini charismati bus fulgeant. Sed magna est omnino luctatio, & uincere triumphans nō modicus, hominem mundo abiectum, depectum undique, foris squalentem corpore, senectute compressum, paupertate & infirmitatis tenebris obuolutum, propter inharentē uirtutē nō abiicere, sed in animo placito oia reseruare. Lucta durissima est & occulta, & conatus laudabilis, separare in homine abiectum atq; plebeio, preciosum a uili, animam a corpore, uirtutem ab humana caligine, Christianitatem a despecta humanitate, inuisam ueritatem atq; rationem a tenebris mundi, ut propter id quod refugit sensus exterior, inuisibilia bona sensus interior nō relinquat. Iuxta hunc fluuium Aethiopiae circumueunt, castrametati sunt omnes seruientes infirmos corporib⁹, leprosis, aridis atq; cecis, aut a quacunq; infirmitate detentis, non abiicientes pauperes, domo carentes, nudos, inedia pressos atq; captiuos, subuenientes corpore, animo compatiētes propter rationalem animam intus latentem, atq; Christianitatis participationē, & naturae cōmunitatem. In omnibus his est aspera lucta, quae inter has caligines transit & tenebras, & suo cursu hūmectat & rigat. Haec siquidem uirtus, animi generositas merito appellatur.

¶ Tertius amicitiae riuius, qui festi natio dicitur. Cap. XXIII.

Tertius riuius qui de amicitiae uena procedit, Tigris nominatur. Interpretatur autem uelocitas siue uelox. Uelocitas, celeritas, aut festinatio, aut agilitas in agendis est. Amicitia uero facit festinare ad optulandum amicos, ut cetera celeritate unus alteri, neccesseat urgente subueniat, quāta sibi uellet in articulo subueniri. Amicitia uero, tarda molimina nescit, praestinare nō nouit, ē pus progare nō patit, citiuolis pēnis occurrat, nihil iugo pigritiae subijciat ibi, & in his solum cōtra-

hit in necessitatibus atq; placitis mori, cum facultas non suppetit. Vellet qui amicus est fidus, tam celeriter placitum amici perficere, quā percipit auditus, aut intelligit animus: & tanta uelocitate parere profectibus, inuenire defectibus, ut nulla esset discretio inter placitum & effectum, nulla dilatio inter adiutorium & defectum. Aliquid quęstus praestare amicus, non dixit, expecta: sed statim obtulit, si possessit: personaliter expetitus, profluit uelociter: & saepe ad quęstus proceffit ineptus, moram facere in apando deuitans. Requistus subito, non inquisiuit causam, sed plerumq; festine ad periculum accessit incautus. Uelocitas, libertas est diligentis animi & uere amicitantis hominis, in cuius aula nutritur amicus. Qui de ueloci flumine bibit aquam, nihil nouit excipere aliquid agere iniquitus, nisi turpe aut imperitiosū iustitiae Christianae. In turpib⁹ & a iustitia Christiana damnatis, tardus neque festinus est praestandum assensus. Nam Iob contra se imprecat, si festinauit in dolosus eius. Qui enim ad turpia inquit amicum, nomen, non ueritatem, habet amici. Si amicum habes, de aqua hui⁹ fluminis bibe, Salomōisq; te nescientiam: Discurre, festina, suscita amicum tuum: quae dupliciter elucescit: Festina & suscita, si quomodolibet comprimitur, qui ueraciter est amicus. Animam eius suscita, si quiescit in facibus peccatorum, aut si fuerit collapsa. Permodicum haec in re a pigritia detineri, periculum indicibile generat & inexplicabilem modū. Suscita festinanter a uirtute collapsam, suscita festinanter eū quę opprimit sarcina uitiorum, etiam festina suscitare corpore iam prostratum. Alio enim sensu istorū uerborum elucet sententia, ut si te cognoueris in aliquo infausto articulo, in utroq; homine aut in altero detineri, amicum tuum ut te suscite, suscitare festina: nullus enim tibi ocyor ad leuamen, qd fidus & Christianus. Non enim tardabit, si abrogare poterit omne leuē, & tibi prostrato manū porriget leuaticem. Non in omni re amicitiam conuenit esse uelocem, sed in his remouendis quę mores turpant & mentem, & illis quae opprimit ponaliter nostrum corpus. Ad haec omnis mora, discrimen: & iactura grauis, omnis tarditas: amicus piger, pes lapsus tempore ambulandi. Qui uelociter subuenit, erectio mortis. Ad requisita oportū tardus amicus, * frustra fiducia: festine adueniens, stabilimentum uitae, optulandi & leuandi uelocitas, probauit amicum, tarditas uero latentē detexit amicitia: maculam. Nihil uelocius in homine, quā affectus. nō enim in sua obiecta tam cito & prospere feruntur intellectus & uisus, sicut in amicum fertur affectus, qui si omnino est uerus, nihil habet praeterquam impossibile tardum.

Amnis iste ad Aethyrios fluit, qui facturae interpretatur domino uigilantes. Facturae dei sunt cuncta creata, sed domino non omnia eodem modo uigilant, quāuis omnia sibi uigilent. Vigilant domino cuncta insensibilia & irrationabilia nescienter: dei enim uoluntatem & ordinationem persciscunt, & non sentiunt, aut ignorant quid in eis agat sublimis illa maiestas. Vigilant domino caelum & terra, ignis, aer, & aqua. Vigilat sol & luna & cunctae stellae lucentes, & dei uoluntatem in lege posita complent. Vigilant animalia, indita in natura seruando, & considerationem mentibus hominū,

& saepe aliqua corporibus coram domino corpore usum praestant. Sed ad has facturas uelocē suum amicitiae dicimus non decurrere. Non enim ista recipiunt amicitiam, neq; cognita ratione pendunt. Facturae dñi uigilantes, boni & mali spiritus sunt, qd domino insopitiis oculis uigilant. In gloria boni & in pōna mali perdurant, diuini imperium uigilanti aīo facientes. Sed nec de ipsis nos ter sermo contextitur. Nempe facturae dñi uigilantes, ad q̄s sermo noster dirigit, & ad quae uelocitatis defluit annis, homines sunt in hac uita degentes: quorum aliqui coram dño bonitate, alii uero uigilant prauidate. Profectus uelocitas amicitiae & subueniendi, * facturas scilicet homines dño uigilantes. Qui domino nō uigilant, oīa inaniter agunt, & uigilantes aliter dormiunt. Vigilare dño, est ad ipsum de luce ueritatis tota intentione conuerti, & ad ipsum omni fiducia erigi. Hoc enim modo uigilabat Dauid cum esset in deserto Idumaeae, dicens: Deus meus, ad te de luce uigilo. Vigilare domino, est ad ipsum omni desiderio ferri. Propter quod sequitur: Sitiuit in te aīa mea, q̄ multipliciter tibi caro mea. Dño igitur uigilat, qd ad ipsum de luce fidei atq; ueritatis suspirat, & ad ipsum tota intentio se tollit. Dño uigilat, qd omnē animae atq; corporis beatitudinem in ipso firmiter habere. Dño solum uigilat, qd propter ipsum segregatur a mundo, & aīe similiter & corporis solitudinem querit, & deuitat humana cōsortia, ne uigilia ppediatur diuina. Hoc em̄ dicebat Dauid orās oratione pauperis, dū eius aīa anxietur corā dño: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Quod siue dicatur ponaliter siue agibilter, idē sonat. Vigilare siquidem expedit dño soli, solū & alienum fieri ab his qd pstant impedimenta uigiliae. Qui dño non uigilat, sibi dormit, nec dñm habet uigilem super eū. Qui dño uigilat, suos saepe suscipit affatus: & cū dño loq, est dño uigilare. Nulla prorsus locutio dignior, q̄ cum dño loq. Ad sapientiam uigilare cogitur, qd recta gradiunt uia, & qd sapientiam qua regimur & beatificamur, desiderat inuenire. Scriptura em̄ de sapientia dicit: Qui mane uigilant ad me, inuenient me. Mecum em̄ sunt diuitiae & gloria, & opes superbae & iustitia. Et paulo post subditur: Beatus homo qd audit me, qd uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenierit, inueniet uitam, & hauriet salutem a dño. Ineffabilia & incorruptibilia sunt dona quae uigilia contulit. Ne uero incauto sine claudamur, incessabili uigilia opus est, dicente dño: Vigilare itaq; quia nescitis diē neq; horam. Oppidō cogimur dño uigilare, ne nos imparatos eius aduentus inueniat. Ideo alia sententia dicit: Vigilare itaq; quia nescitis qua hora dñs uester uenturus sit. Et multa excitatio ibi agitur, ut seruus dño suo uigilet, cum seruus nō uigilans reprobationem, uigilans uero beatitudinem aeternam suscipiat. Idem alius euangelista dicit: Beati serui illi, quos cū uenerit dñs, inuenierit uigilantes. Nescio qd aptius inueniri possit ad agendum in uirtutibus uitae, & ad captandum aeternam, qd facturae rationales dño uigilent. Nihil reprehensibile habet, sed omnem decorem possidet talis actus, qd facturae factori, creaturae creatori, seruis domino, filius patri, discipulus magistro, hō deo, mortalis immortalis secula mēte inuigilet. Necubi & ne

Psal. 52.

Psal. 107.

Pro. 8.

Mat. 25.

Mat. 24.

Lu. 12.

mini melius, q̄ corā proprio factore factura consistit. Respectus sunt mutui, & accipiuntur à deo excedentia sensum, & directiones inobliquabiles uigilanti animi à domino prorogantur. Ac p̄ hoc amican di uelocitas & subuentio uelox, ad facturas domino uigilantes iuste decurrit. Nullus in amicitia est assistendus uelocius, quam qui uigilat omnium regum. Amicus est regi miles eadem inuigilans, & seruis domino. Amicus nullus ocy or atq̄ uelocior tibi occurrat, quam gremi regis amicus. Et uelocitate amicitiae Christianae nemo apertius recipit, quam qui Christo uigilat domino dominorum. Ad neminem pro quopiam expediēti & congruo uelocius est currendum, quam ad facturam domino uigilante: nouit enim ista consulerē cautius, propter diuinas quas suscepit in uigilia theoriae. Ad nullus consilium acceditur tutius, quam ad eius qui uigilando studet sub domino. Et uellet in periculis melius orationibus, quam rebus sensibilibus subuenire: quibus etiam ualidius quam armis, tuetur confugientem amicum. Habet protinus ralis uigil, assistentes domino angelorum choros, in amicos. Amicantur enim ex eorum bonitate naturae, ac etiam quia diligunt cui assistunt, et quē nouerint domino uigilare. Amici uero, ex iure amici iuuant & protegent amicum, alium iuuantem & protegentem amicum. Vide igitur quam sit pulchra concordia, ut saepe dicta uelocitas, ad facturas currat domino uigilantes.

Si uero aliam interpretationem sequi tentabimus, in eandem pulchritudinem concordiae redundabit. Interpretatur etiam Assyrii, directi siue dirigētes dilecti siue diligētes. Directi quippe, quoniam uia à domino diriguntur, à quo dirigi petebat Dauid, dicens: Dirige in conspectu tuo uiam meam. Vere directus est, cuius uia coram domino & à domino est directā. Directi sunt, quos in ueritate sua dominus dirigit. Quod etiam Palmista petebat: Dirige me in ueritate tua. Inobliquabilis est ueritas dei: qui diriguntur in ipsa, sunt omnino directi. Omnis profecto uia tendit in obliquum & tenebras, praeterquam illa quā dominus dirigit, & scripturae suae aut sua speciali reuelatione ostendit: & omnia subiacent falsitati, nisi quae ueritas diuina perlustrat: qui uero in uiam domini & in ipsius ueritate diriguntur, directi sane uocantur. Et in Pro uerbis dicitur: A domino diriguntur gressus uiri, non ab alio seu à seipso. Et Jeremias dicit: Nō est in homine uia eius, neq̄ est uiri ut ambulet & dirigat gressus suos. Viri directio etiam in altissimis uirtutibus est, quam directionem pro suis charis optabat Apostolus, dicens: Dominus autem dirigat corda & corpora uestra in charitate dei & patientia Christi. In charitate directi procedunt directe, quia in suprema gradiuntur. Patientes sunt perfecti, quia patientia opus perfectum habet. Dirigentes autem sunt, qui alios theoria & actu dirigere in omnem iustitiam atq̄ in superna nouerūt. Dilecti & diligentes hi uocantur, qui à domino diriguntur, & ipsam ut traditum est sancto mandato totis uiribus diligunt, & à proximis secundum uirtutem diliguntur, & ipsos diligunt uelut seipsum iuxta mādaturam domini: ad quos fluuius uelox de paradiso amicitiae iustae decurrit. Virtus uero quae in hoc fluuiio praesignatur, prompta libertas animi appellatur.

Psal. 5.

Psal. 24.

Pro. 10. Iere. 10.

2. Thef. 3.

Iacob. 1.

Quartus amicitiae riuius q̄s dicatur, Caput XXIII.

Quartus Euphrates dicitur, qui crescens uel frugifer interpretatur, cui nulla regio attribuitur ad rigandum. Aut quia notam habebat secundum scriptores, aut uniuersalis fertur esse circumcitus. Si notam habebat, hęc siquidem erat regio Chaldaeorum. Si uero uniuersalis, profundior est intellectus. Sed notam dimittam, ad id q̄ ad circūitum sibi regio non attribuitur intendentes, uidentur primo quid sit tropologicē iste fluuius in seipso. Omne quod crescit, supra id quod est, facit augmentum: & ab eo quod est, in aliud q̄d nondum est, tendit. Augetur aliquid, ut sensu percipimus, quantitate continua uel discreta. Similiter & dolores in corpore & amonitares, & sensuales potentiae intenduntur & remittuntur. Inuisibiliter autē affectiones animi, magis & minus quādog suscipiunt: nec non & naturales animae uires, augmentum processu aetatis habent. Virtutes uero secundum gratiam ac mensuram donationis Christi, in amplius saepe procedunt. Porro & apostoli augmentum fidei quoddam semel à Christo domino petiuerunt, dicitēs: A clauge nobis fidem.

Fluuius qui egreditur de amicitiae uena, qui crescens interpretatur, est ratioabile amoris augmentum. Supra enim diximus, quē amicitiae uena est ratio diligendi. Nunc uero id quod in amicitia crescit, est ratioabile amoris augmentum: rationabiliter namq̄ additur per augmentum plus amoris, ubi plurius noscitur esse uirtutis, ut si preterit quod prius in re diligebatur amicus, inualescit in homine uirtus, sic ad eum amor inualescit per amplius. Nam quod est pura ratio diligendi, si crescit, erit uera ratio plus amandi. Ac per hoc amor patris ad filium crescit, sicut eum uidet per mole corporis, aetatem temporis, per probitatem aliquam animiq̄ uirtutem augeri. Et dominum seruum, magister discipulum, rex militem diligunt per amplius, & augmentant amorem, si eos in suis decentis supra pristinum morem uiderint augustatos. Quā si ad rationabile, iustum, & uerum cuiuspiam uirtutis augmentum, pro posse non fieret amor uehementior, destrueretur ratio diligēdi: quia quod est ratio simplicis, est & magis: quod est magis, similiter sit & maximi. Ad id tantum una & inuariabilis & inuicissitudinalis sit ratio diligendi, & augmentabilis atq̄ indeclinabilis amor, quod in se nulla ratione detrimentum suscipit uel augmentum. Et hoc solum deus est, quem semper diligendi ratio manet simpla, & augmentandi amorem nulla est ratio. Impt̄ermissis atq̄ inexceptuatis, omniq̄ iure omniumq̄ diligentium, sibi totus debetur amor. Supra uero uirtutes & angelicae potestates, & caelestis patrie sancti eius, immutabiles facti sunt per gratiam, non per naturam, quia confirmationem à domino acceperunt. Ad eos tamē dispariter, quam ad deum, inuariabilis est ratio diligendi & augmentandi amorem, quauis un⁹ magis quam alius meruerit diligī, & hic & in caelesti patriā honorari. Homines uero degentes in ualle miseriae, qui uariabiles sunt, sicut in uirtutibus detrimentum suscipiunt & augmentum, sic iure ad eos remittitur & intenditur amor. Ratioabilis & iusta est amoris intentio uel remissio, & au-

Eccl. 6.

Luce. 1.

gmentum & detrimentum, si huiusmodi qualitati- bus uariatur ratio diligendi. Succrescunt riui sub originalis fontis augmento, & sub suo detrimento decrescūt. Sic si prima uariatur ratio diligendi, augmentum siue detrimentum iuste suscipiens, sic fiet intentio uel remissio in amore. Hęc siquidem ratio exceptionem non patitur, etiam si deum inuariabilem rationem dicimus diligendi.

Frugifer est amicitiae fluuius. Mulcum enim fructum afferit his, qui nouerunt christianicā amicitiam. Fructus est iucunditatis: quia qui inuenit amicum, inuenit thesaurum. Iucundatur enim mens, inueniens preciosa de fossa. Nihil p̄fecto iucundius in moribus conuiuendi, quam similitudo diligentium animarum. Gaudent saepe homines, si uident ad eos affici animalia quae nutriunt, auiculas quas propriis manibus pascunt, in quibus omnino est dissimilitudo naturae. Nec animorum potest similitudo cognosci, ubi altera pars humana ratione priuatur. Quanto magis humanus spiritus exaltat, si speculum sui habet: Huius iucunditatis fructum fluuius iste porrat, etiam de his quorū nulla fuit uisua notitia neq̄ mutua conuersatio. Multorum enim memoria usque in praesens uirtutibus pollet in sulcatis caracteribus aut relationibus antiquorū, quibus amicitur animus audiens, si fuerit uirtutis amicus, & exultat in his quae dicta sunt sibi, qm̄ digna sunt ut tradantur amori, siue aboliti sint à uita, siue locorum spatia diuidant uirtute fulgētes. Eorum autem, cum quibus linguā diuersas cōuersari nō sinit, fructum iucunditatis accipimus, si quomodo libet cognouerimus uirtute clarescere: atque lactabitur animus in eorum aspectu, etiam si morū nulla participatio fiat. Amicitur natura humana & ordinatis & pulchris, & his quae aliqua insignitate resplendent, est ratione sensusq̄ carant: decentius autem his, qui lumine rationis insigniti procedūt: per amplius autem, si coruscant uirtutibus Christianis: quia ad hos etiam, siue conuersatione ab impossibilitate prohibita siue aduersitate linguae negata, fieri amicum Christiana iustitia iubet, & fructū iucunditatis reportare de rectis. Qui enī de omni laudabili & uirtuoso bono non gaudet, non recipiatur in amicitia Christiana, non secundum Christianam iustitiā fieri, quia deceptus est. Non usum hominum in exteriori sensu, sed uirtutem inquirat Christianus amicus. Huberiores uero profert fructum uenae benedictae atq̄ amantissimae fluuius, ut qui de seipso scientem impleuerit animam, cursu terminato uitae praesentis, caelestia regna suscipiat, caelestium ciuium in superis factus fructiuus amicus. Huius fluuii typo equitas designatur, quae omnis bus est seruanda, quae amorem augmentat & minuit, sicut ipse uocatur. Et fructum afferit uitae praesentis pariter & futurae, qui nulla specialis tribuitur regio ad rigandum: quia ipsa oronibus est communis, omnibus debetur, neminem excludit, iuxta dignitatem inhaerentem magis & minus omnibus se coaptat. Mare autem ubi se colligit amicitiae flumina, pulchritudinem dixerim uniuersi, non ex eo quod amarū, siue procellas nauigantibus minatur, & efficit saepe naufragium: nec ex eo quod aliquid confert incommodi male cautis: reret ex eo quod spatiosum est, quod imperfecturabile, quod immensurabile, q̄ terrā cingit, & per eius uenas fluit & de fluit, & ex eo ipsa terra fundata dicitur: quā esse mare, intelligētia & experientia & ratio dubitare nō si-

nunt, ex eo q̄ omnia flumina recipit & remittit, sed nec augetur recepto, nec remittēdo minuitur, ex eo q̄ dicitur aequor ab aequalitate, quam fluctibus & uentis quiescētibz ostēdit. Verē in aequalitatem, imō aequitatem Christiana iustitia, flumina uerae amicitiae se colligit, & ab ipsa refluūt ut decurrant, & primō exierit ut fluerent. Non sic amicitiae uena, quae est ipsa ratio diligendi, q̄ uena per flumina dispartite decurrit. Ratio autē diligendi uera, in iustitia Christiana fundat. Et nihil ipsa iustitia aequalius, imō aequius inuenitur, cuius fabrici linea omnia coaequantur, aut rescindēdo superflūū, ut intēden do remissum. Mare dicimus, ex auctoritate scripturae: cōgregationem aquarū: nam in Genesi legitur: Gen. 1. Cōgregationes uero aquarū, appellauit maria. Cōgregationes aquarū, congregationes sunt populorum. Vnde in Apocalypsi dicitur: Aeḡe multae, populi multi. Ac per hoc iste protinus est totius Christianae amicitiae finis. Et in hoc mare sui amnes defluūt, ut cōgregatio sub christiana iustitia fiat omniū populorū, etiam hominū singulorū, non tantū corporibus q̄ moribus, non tantū ciuitate q̄ mēte, non tantum cōuersatione q̄ directione uirtutis: ut sub sceptro iustitiae Christianae dirigantur hominū mores, sub potatione fluminum progredientiū de amicitiae uena, & ingredientiuū in cōgregatione populorū, & hominū se amicitant in amore in fallibili propter Christū, & uinculorū nexu insolubili propter deū, tenentiū intentiones & regulas & rationes, quas amicitia christiana sub christiana iustitia tradit: ut cōfirmato mūdi mysterio, peregrinus in carne populus, cum spūali semper populo congregetur in regione uiuorum, in lucifera patria sub conditore omnium, atq̄ sub eo qui nobis factus est amicus, carnem assumens, degēs in mūdo, traditus uoluntariae morti, ab inferis reportans antiq̄ssimam terralium praedam, penetrans caelū, residens in supernis, à quo beatitudo est hoibus optata, quae itaq̄ à multis, à paucis inuenta procedit: solūq̄ ab illis adultis obrētra, qui christianā amicitia uel quāsi animo & moribus tenuerūt, seu in illa diē clauserunt extremū, seu ab illis quos mors adhuc uirtutum & uitorū ex animo incapaces, sub innocentia baptismali ab hoc seculo in aliud tradidit: nec non & ab illis, quos ante Christi aduentum suis iustissimis & occultis modis diuina prouidentia saluos esse decreuit, siue quos ab aeterno p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij eius, & saluos esse miserico dia sua, remotis propriis meritis uel aduētis.

*iustitia

Hęc modica sermone in culto de amicitia Christiana cōscripsimus, ad ueritatem amicitiae ostēden dam: cui tractatui in dño finem damus.

LIBER DE IVSTO IVRE DOMINII ET MORIBVS DOMINANDI.

Quod iusta ratio dominādī, uarie mūdo diffusa, non est ex hoibus, sed ex deo. Caput XXV.



PSA, ut antē nostro loquēdi gñe praerulimus, iustitia Christiana dños cum seruis, seruos cum dñis, reges cū populis, populos cū regibus ordinare consueuit. Sed nec ueros dños dixerim siue reges, qui p̄ter dñi omnium uoluntate, subiectis popu-

tpe tres filij sui, populoru dū genitorū duces, sub eorū & oim aliorū dño atq; patre Noe, ante cuius mortem multitud nimia post diluuiū exorta est.

¶ **Q** Nēroth primus usurpauit iniustū dñum tpe q̄ diluuiū est labiū. Ca. XXX

Gen. 10. **P**ost mortē uero Noe, Nemroth primo dñia su per alios usurpare molitus est, et ut antiquorū relata declarant, a q̄buldā reprobatus, a q̄buldam susceptus est. Ab illis q̄ ad unius dei cultū aim p̄fixe rūt, negatus, ab alijs uero toleratus est dñs: cuius infecti exēplo multi, sup alios tentauerē dominia. Omnes tamen eius malefuaī consilio, orientem re linquentes, terram Sennaar petierunt. Et merito in regionem fectoris uenitū, q̄ principū lucis, ali- quando ferē omīs paternae traditiōis oblitū & p̄di cationis Noe, qua omībus de se natis post diluuiū* declinabat diuinam uoluntatem annuncians, imme morēs facti sunt, p̄ quam ueritas uitae agendae atq; appetendae beatitudinis apud homines seruabatur. Nam mundo q̄ diluuiū iam deletō, p̄ assertionem Noe, qd̄ tenendū in fide aut moribus esset, scire uo lentes edocebat, cuius doctrina multi ad deum p̄a cta seruauerunt. Veruntamen Nemroth decernē te decreto, qui contra dominū satagebat, p̄ turrem humani artificij celū creatoris conscendere tenta- uerunt. Quae dū humano factū & casto studio pro- tenderetur in altū, lingua humana cōfusa, imō diui- sa est, ut dū in expeditione fabricandorū unū pro altero peteretur, ablata intelligentia, cessatū est in opere a damnata superbia, in cordibus plurium re manente superba malitia. Ac per hoc necessitate urgente, quot fuerunt linguae, tot populorum sunt factae carerū: quia unusquisq; se illi sociabat, cuius intelligebat loquelam, & in directionibus nouerat linguam. Et se diuidentes alternisecus cū proprijs duabus per mundi plagas, secundū possibilitatem & placitū, accolaē atq; incolae, similiter & peregrini facti sunt, solum in una generatiōe filiorū Sem, scilicet Heber, lingua originali & humana seruata, apud quos remansit etiam cultus unius dei & mo res agenda uitae, atq; zelus originalis iustitiae, se- cundum iustitiam & ueritatem, quā Noe p̄dicante p̄ceperant, aut audierāt a parentibus suis, dicta re- ferentibus Noe iusti eorū & antiqui parentis.

¶ **Q**z in oībus p̄terq̄ in filijs Sem, in quibus māit originalis ligua, defecit originalis iusti- tia, uñ iniusta facta sunt regna. Ca. XXXI.

Gen. 11. **I**n ceteris autē a quibus remota est originalis lin- gua, defecit & originalis iustitia, quanuis occul- ro, sed tamen iusto dei iudicio. Et Nemroth q̄ pri- mus in tyrannidē aspirauit, cum suis sequacibus in Babylone remansit, quae ciuitas sui regni exordium fuit. Exinde ceperunt iniusta regna fieri supra ter- ram, originali derelicta iustitia: & eo nequiora, quo cultus creaturae atq; idolorum obreperat, & ab unius dei cultu homines nequam iustitia remoue- bat: ubi nequā iustitia, ibi iniusta ratio dominan- di atque dominij. Sed nulla iustitia nequior, q̄ per quam homo creatori aufertur, & dei debitu creatu- rae deferretur. Nec quietas siue felicia regna esse noscū- tur, si pacifici & imperturbati non sunt hominum mores, si deo debiti non exhibentur honores. Ne- que ob hoc iusta erit ratio dominandi, si superio- rum terrore, malorū arcetur aut puniunt improbi- tas, si diuini cultus cōfunditur ueritas. Nam prius-

quam idola fabriliter cuderentur, quae ante Niritum Beli filiū condita non sunt, diuinus cultus a multis creaturae alicui secundum deceptiōes dāmonis ex- hibitus est. Hoc em̄ semper p̄curauit astutia dēmo- num, ut propter cultū creaturae, homines incurrerent iram dei, ex quo iustitia omnis cōfunditur, & iusta dominandi ratio in hominibus obfuscatur. Sed & Nemroth q̄ plurimi mali p̄ssi atq; depulsi, ac multi eius ferre tyrannidem non ualentes, ciuita- tes & regna socialia considerūt, sed nō in nomine dñi, quanuis permittente iuste prouidentia dei: & cū idololatria cōcepta & aucta sunt regna, spreta o- riginali iustitia, & sancta latria nō seruata. Proinde iura regnandi eo ipso* fatescunt, quo regit regū & dño dominorum iura sui imperij non reddunt, maxime si in sua latria nō recte sentitur. Omnia quippe uitia in moribus hominum, facilius quam idololatria toleratur. Est em̄ in illa negatio summi dei, quo negato, nulla remanet in hominibus iusta ratio dominandi, cū solū ab ipso dependeat uera in- stitia imperandi. Apud illos uero qui originale linguam tēnerūt, & originale iustitiam seruauerunt fuerunt iusta dominia auctoritate paterna in filios, nō tamen uelut in extraneos iurisdicctio su- perior agebatur: & usq; ad Abraam huiusmodi ser- uatus est ritus, qui post Noe primus diuinus reac- cepit affatus, alio iure atque signaculo suo popu- lo p̄ferendus. Nam cū tota intentio ueteris testa- menti figuris & aenigmatibus, etiam carnali gene- ratione, quanuis non ex humano semine, tendat in Christum, apud illos per quos recta propagatiōis linea Christus descendit, credenda est ratio domi- nandi fuisse iure pollentior, aut magis laudabilis, aut minus reprehensibilis ratione unius deiferi cul- tus, q̄ in alijs quibus erat abiectus aut cōtaminata creaturae cōmixtus: & ut ad Abraam referat, p̄p̄agi- ne ueniamus, ab ipso protoplasto genealogia rete- xenda est. Adam genuit Seth post mortem Abel. Seth genuit Enos. Enos genuit Cainan. Cainā genuit Malaleel, Malaleel genuit Jared. Jared genuit Enoch, Enoch genuit Methusalā. Methusalā genuit Lamech, Lamech uero genuit Noe.

¶ **Q** Omnes tamē isti plures filios & filias habuerūt, sed tamen ex istis ex recta linea erat secundū carnē mundo Christi natiuitas affutura. Etiam omnes istos ante diluuiū fuisse sacra scriptura commemora- rat. In quibus quae fuerit ratio dominandi, supra p̄diximus. Noe uero qui ante diluuiū & post dilu- uiū superuixit, cum multis habuisset filios, ad istā lineam cōtendendam genuit Sem, Sem genuit Ar- phaxar, Arphaxar genuit Cainā. Cainā genuit Sa- le. Sale genuit Heber, Heber genuit Phalec tempo- re quo diluuiū est labiū atq; terra. Phalec genuit Ragau, Ragau genuit Saruch, Saruch genuit Na- chor. Nachor genuit Thare. Thare genuit Abraā. ¶ **Q** Tempore Heber diuina est lingua & terra, rema- nente in ipso Heber & successoribus in generati- onibus eius lingua prima, & suo modo iustitia pri- ma. Iste etiam plures alios filios habuerunt sub unū us dei cuku & directione regis iusti. A tempore ue- ro Heber, qui per iustitiam & rectam lineam ordi- natur usq; ad Abraā, exorta sunt regna plurima, imō latrocinia multa. Sed tria secundum trinā mun- di diuisionem super omnia plus famosa, Assyrio- rum, quod tandem transtulit in Medos, & istud in Asia, & Aegyptiorum in Africa, Scythiorum in Eu- ropa, Et quīs tpe Abraae magis claruerunt, multo

tamē antecedente tempore inceperūt, in q̄bus nō fuit recta ratio dñandi, quanq̄ deus augmentari p- miferit in meritū humanae iustitiae, adempto tamē p̄mo rētributionis aeternae. Quia reges & subditi euauerūt in cogitationibus suis, iniuste agētes bel- la finitima, nec ad deū unū & uerū didicerūt habe- re notitiā, q̄ regnare permittit, datq; regnādū potē- tiā, & hoc tribuit iustis siue iniustis. Sed iustis dūra- xat dat gratiam, et tpe statuto p̄ducit ad patriam.

¶ **Q** De tempore ante diluuiū, nemini magis q̄ Moysi credendum, & de dispari tempore tri- plici. Caput. XXXII.

Genus humanū qualiter ante diluuiū age- batur, dubig sunt ex hoc redditae rationes aut opintones, & scripturae aliquid ostendentes praeter id quod propheta praeteritorū in sacris libris as- seruit, & nemini plus q̄ sibi adhibenda est fides. Nā omnia sunt delera diluuiū, & nihil alibi praeterquam apud Noe fustis filios in arca exiit reseruatū. Prouerunt tñ multa sciri relatione Noe atq; filiorū eius subsequētib; posteris, quae gesta sunt a p̄di- luuijs multis, non tamen credulitatem p̄ necessita- tem habent, cū auctoritatem sacram non habeant. Proinde tempus ante diluuiū, cōsiderandū est sub nube densissima, p̄terquam in desertis a propheta p̄risorū. Tempus post diluuiū usq; ad Abraā, sub quadam nō depressata nimij, nec rarefcente pluri- mum. Tempus uero ab Abraam usq; ad plēns, ex omnibus mundi partibus elucefcit, & ex omnibus regnis & populis innotescit. Quoniam ex canone sacrae scripturae, quae spectauerūt ad populum dei, tradita sunt indubitatae memoriae. Quae uero ge- sta sunt in regnis & populis reprobatis, etiā ex eo- rum curiosis in posterum memorijs, st̄ylis & debi- tis ordinibus in posteris defluerūt. Haec pro- tanto dixerim, ut certum differendi ordinem in his q̄ de iusto iure dñandi tractada suscipimus, ab Abra- am, a cuius tempore mundi per amplius regna cla- rōre ceperunt, congruū exordium faciamus, inno- scētes multa uitalia praeter susceptum ordinem.

¶ **Q**z potentia & scientia regiminis, nisi deo sint subditae, aequo iure condemnan- tur. Caput. XXXIII.

Sed nec p̄tercūdam silentio, quod dū species, scilicet potentia & sapientia, ex quibus iusti regiminis uirtus tota consistit, quod si altera ipsarū defuerit, omne regnū & imperiū euanciscit, quae pa- ri lance a diuina prouidentia trutinatur in appro- batione aut reprobatione uenturū uel ipsarum, ut omnino sit execranda potentia, quae sub deo lori- zante non regit, & uana sit sapientia quae deū igno- rando nō sapit. De potentia siquidem per sapien- tiam dicitur: Audite reges & intelligite, dicitur iudi- ces simiū terra, p̄bete aures uos qui continetis mul- titudines, & p̄saceris uobis in turbis nationū: quon- iam data est a dño potestas uobis, & uirtus ab al- tissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitatio- nes scrutabitur. Si a dño data est uel p̄missa regnan- di potentia, in dubiū non uertatur, q̄ ad ipsum est in oībus referenda: nec ad inferiores insueten- da censetur, nisi prout aula summi regis edixerit, nulla em̄ potestas ad derogationē, imō ad totū be- ne cauti superioris inferatur. Mundi uisus ordinari- us habet, q̄ qui accipit gratis ab eo fess, ut ad ipsum primo referat quod accepit. Nam sudotalia quae

militibus donantur a rege, primō regis donātis iurisdicctioem aspiciūt. Er qui accipit, nisi crassa in- gratitudo & ignorantia firmata deceperit, repen- dunt homagia de his quae receperunt. Er pleriq; si rebelles hūt, exiguntur inuiti. Neg in hominū regnis a deo constitutis siue permissis, in singulis at- que uniuersis sub regulis concessis, ratio agitur do- minandi, exigendi, arcendi & puniendi, p̄ter illam quo totius regni status uniuersaliter gubernatur. Neg fas est condere leges in discretis receptaculis & mansiōibus hominum, quae sub unius regis re- gimine conueniunt, nisi uniuersalis regni leges incorrupta uita custodiant. Nam ut resplicata re- gni secura & immaculata & inoffensa permaneat, particularis seu specialis praeminentia seu subiectio uniuersali & generali oīmo subditur. Alioquin p̄- turbabitur in uniuerso resplicata, si in specie ad genus erit absonitas, uelut in humano corpore uno membro corrupto, & sicut sane condito, inte- gritatem non tenente, cum caeteris tota corporis uniuersitas suscipit notam, etiam reliquis fructibus sospirare. Igitur omnis regendi potestas, ad eū qui dedit aut permittit, referenda est. Alioquin etiam si non credatur, iure marcescit, nec non & regendi sapientia transt̄ in nēnias, nisi infallibili & inobli- quabili dei sapientia dirigatur. Proinde p̄ eandem Sap. 9. sapientiam dicitur: Et si quis cōsummatu fuerit in ter filios hominū, si abfuerit ab illo sapientia tua pri- ma, in nihilū reputabitur. Et ibidem alio loco dicitur: Vani sunt omnes homines in quibus non sub- est dei scientia. Ac per hoc hae uelut dux meretri- ces reprobatur, nec in populis aut regnis immacu- lata dominia ponunt, si nō ad omnipotentem & oīmsapientē in regimine referantur: & regendi au- toritas cū dāmonibus habebit portionem, si supra se creatorem omnium dominando & regendo nō sentit. Et omnis scitētia reproba omnino cēsetur, si put scire potuit atq; debuit, oīm ignorauit auctorē.

¶ **Q**z a tempore Abraae usque ad Moysen, praeterq̄ in circuncisis, non fuit ratio ius- ta dominandi. Caput XXXIII.

Nunc uero ad Abraam, quo tempore regna mundi claruerunt, sine deo aut magis obre- nebrata fuerunt, dicendorum ordinē resumamus: a quo prima cōcepit distinctio corporalis, cui etiam in approbationem & reprobationem oīm genti- um dñs est locutus. Cūcurrat hūanū genus plus quam tribus millibus* annis secundū quosdam, ab Adam usq; ad Abraam, secundū Hebraeos paucio- ribus indistinctum, ut nullo signo uel caractere a caeteris placitus dei populus nosceretur. Sed consu- si mores hominum uagabantur, hoc duntaxat ex- cepto, q̄ unius dei cultus apud electos ex paternis traditionibus, & fortassis secretis inspirationibus seruabatur. Tempore uero Abraae placuit diuinā prouidentiae, cui nil mali placet, ratione quod sibi placet, licitū est suis & miris in modis popu- lum ad se pertinentem, seu pertinere uolentem, sub secreto signaculo praenotare, ne cum alijs populis iam per idololatriam & dominandi libidinem de- prauaris, confusions opprobria & turpitudines enor- mia pateretur. Nam ideo ex antiquis innotis mori- bus signacula rebus & hominibus apponuntur, ne cū caeteris confundantur. Et cū a tpe Noe usque ad Abraam, deum nemini locutū scriptura referente nouerimus, ad Abraam suos renouauit affatus. Et

cū eum suis directionibus hincinde uentilādo, nec non sub certis & arduis pollicitationibus sibi dominus loqueretur, tandem circuncisionem indicit, ut ipse cū suble quis distingueretur à cæteris, palam factum est huiuscemodi edictū apud finitimos Abraæ, quod sibi fuerat imperatum, & insigni diuulgatione paulo post mundo insonuit, quod se circuncideret, q̄ ad dei populū coaptare sanxisset, Omnes autē qui tale signaculū contēpserunt accipere, ad electū populū pertinere nulla ratione uiderentur. Nec in circuncisione imperandi seu iusti imperij autoritas, sed signū tantūmodo erat populi ad deū p̄tinentis, apud quē credenda erat auctoritas iusti regiminis. Nec populus in circūcisus, p̄pter circūcisōnis carentiam, imperandi aut iusti dñij autoritate debita priuabatur: sed quia hoc signum non capiebat, erat dño contumax, ex quo regendi non erat iusta potestas Nam qui ad superiorem in suo edicto efficitur contumax, ad inferiorem iura p̄didit imperandi, & dominandi euauit ueritas. In circūcisōnis edicto, ad se inuicem totus mundus erat proculdubio unicus sub unius dei cultu & iustitia dñandi, circūcisōne suscepta: uel diuidendus in proprias actiones, contumaci animo ipsa circūcisōne cōtemptra. Erat enim distinctio, qua dei & diaboli populus nosceretur. Proinde si circūcisōnem, p̄cator contemneret, edicto uulgato uelut reprobis erant de regno diaboli, protinus nō erat in eis ratio iusti dñij. Ex quo non erat, censetur esse iusti regiminis, qui antiq̄ peccatoris portat imaginem, & qui se auerit ab eo qd̄ creator omnium p̄cipit. Nec ex hoc quisquam moueatur, q̄ in homine quātūcumq̄ pessimo, in seipso nō possit esse iusta ratio & auctoritas dñandi, si ad alios regendos sequitur legē dei. Et quia ipse aut est à superiori archote iuste positus, aut à sibi subiectis in lege dei iuste uocatus, seu ut cōmuniter fertur electus. Nam sicut nunc apud infideles (ut infra lucebit) non potest esse ratio iusti regiminis, sic à tempore Abraæ usque ad Moysen esse non poterat, ubi nō erat signaculū circūcisōnis. Erat em̄ circūcisō quasi q̄dam lex, qua Hebræi ad unū uerum & summum deū, in fide animi & moribus uitæ distincti à cæteris populis ligabantur. Proinde aliud est, malus p̄ infidelitatem: aliud, malus in moribus fidei: aliud, malus extra legem dei: aliud, malus in lege dei, primus non potest habere apud se iusta dominia. Secundus potest, si ad seipsum etiam nequā factus, ad alios non exorbitat, duntaxat q̄ ius p̄fici dēti assistat. Nullo p̄fecto iure infidelis ad infideles aut ad fideles potest habere dominia, fidelis aut ad fideles & ad infideles iusta quandoq̄ nā cōstituit. Et apud populos p̄fecta & uera fide orbatos, etiā quantalibet alia uirtute pollētes, curatur uirtus regiminis, quæ apud fideles populos uel hos homines etiā peccatores, manet æqualis. Nec habet honestam auctoritatem, quæ diuinam non sequitur legem: & eo ipso nullē sit, quæ semetipsam ad alios uibrans, nec ueritatem supra se infallibilem recognoscit. Omnis quippe iusta ratio dominandi, dependet à deo, sub quo aut ex iusto rege tantum, aut ex iusta lege duntaxat, aut ex utroq̄ iusto consistit. Non autem iustus rex inter homines erit, si iustam non sequitur positā, aut non posuerit legem iustam. Sed quomodo loquetur iustam, edicta diuina contemnit? Quomodo iustam ponet iniustus existēs? Et si alterum horum fidelis posset, in-

Gen. 17.

Rom. 13.

fidelis omnino nequiret. Et quia Abram credidit deo, reputari est ei ad iustitiam, non solum ut coram deo iustus esset, sed etiam ut apud eum & uere subsequens iusta ratio dominandi p̄stiteret. Neq̄ legimus ad populos huiuscemodi oracula à deo facta fuisse, q̄ Abraam suscepit à dño, ne crederetur in illis fore dei placitū, sicut in Abraam & gñe suo, q̄ circūcisōnis accepit edictū. Et dñs idcirco Abraæ circūcisōnem dedit, q̄ in eo beneplacitū erat deo, & ut distinctus maneret etiā in futura p̄pagine ab omni alio populo, in quo beneplacitū nō erat dño: ac per hanc distinctionem cognosceretur beneplacentes, & p̄ consequens iuste regnantes.

Q ratio ueri regiminis, eloisua, iniusti uero, anthropologica est & nefida. Ca. XXXV.

De omnium uero regnis longo sermone distulerer, reges uero & principes & tyrannos, qui puincijs & regnis & ciuitatibus non secundū ueram iustitiā p̄suerunt calculare, longissimū esset: sed in paucis saepe multorum similitū ueritas luceat, & indagax animus ex una plura cognoscit. Sed tantum ponenda sunt aliqua, & ratio subnectenda, unde iustitia & iniustitia regiminis tota cōsistit. Iustitia seu uera ratio dominandi, aut à seipsa cōsurgit, quæ tantū elogica est: aut ab ipsa effluit, quæ eloisua est. De prima cōpos sanæ mentis nunq̄ erit in dubium, quin tota totē in omni quod est, res p̄ se ipse caret: & sic uera & iusta & inuincibilis acque impermutabilis est, q̄ aliter esse nequit q̄ est, & ex omni seipsa, æterna & inculcabilis est. Eloisua uero, p̄uidencia, dispensatione, p̄missio usquequaq̄ cōsistit. In propria p̄uidencia sup̄ conditū orbē omnipotens, p̄spicit, ut sine ipsius p̄uidencia nūi agatur. Maxime aut intendit, ut debita sit gubernatio creati hominis, postq̄ ipse fidus non stetit sub gubernaculo creatoris: eo tempore quo mundus suis legibus gaudere tentabat. Et in aliora hominū superbia tollebarur, ut etiam inuitis multis, audacia procaci aliqui uellent p̄esse mortales, populū ad se pertinere uolentem, nūc charasteribus, nunc legibus & cæremonijs insigniuit, ut distinctus uita & moribus uiuere inter nationes hominū, q̄ proprijs uolūtatibus & hydoritis regerantur. Et qd̄ maius est, addidit, ut etiam in subiecta creatura patribus sui populi loq̄retur, & dirigeret p̄ iustos mores in finem, ad quē rationabilem hominē ipse creauerat, & internis spirationibus docuit sibi sanē subiectos, qualiter in externis iusta uita uiuere. Et magis successu temporis prophetarū oraculis suū populū instruxit, auertit & retinuit, quousq̄ ipse mūdo incarnari illi dedit, q̄ tonaret in altitudine uitæ atq̄ doctrinæ, qualiter in hac peregrinatione stebili & p̄nosa uiuendū per oia esset, omni excusatione adempta his, qui aliter uiuere decernerent. Et adiecit mittendo spiritū sanctū interne docentē, ut nil deficere crederetur ad uitæ agendæ scientiam, usq̄ quo mundus sine infiniabili clauderet. Ac p̄ hoc indubitanter credatur, ab eloisua ratio ne semp̄ in meliorem per p̄uidenciam infallibile hominis esse prouisum, in multis dispensati: p̄missioq̄ multa cognoscimus nostro periculo, iustitiæ dei ordine nō turbato. Iniustitia siue irrationalitas regiminis, aut ex hac damnata radice procedit, quoniam tantū fundatur in placito eloisua ratione cōtemptra, quæ duntaxat anthropologica nominat, q̄ dominandi solum concitata libidine, non mota.

Gen. 17.

Gen. 11.

Gen. 11.

relata
sanitate
corporis

deceat

q̄ ab

intuitu prodeffendi, aut ab illa neffidia, qua p̄ neffidam legem à suo creatore homines auertitur, & diabolo seruiunt, & idola muta colunt.

De habitacionibus hominū, & prima distinctio regnorum. Cap. XXXVI.

Cursum siquidem labentis mundi, secundum quem iusta & iniusta regimina decurrunt, secundū catholicam calculationem annos, ex memoratis ueritatē irreprehensibile uideamus.

Male Nemroth à multis exemplo suscepto, & in diuersis mundi regionibus illis primis hominibus uendicantibus sibi sedem, qui simul amplius habitare non poterant propter linguæ diuisionē, recedentes à terra Sennaar, se in loca placida & habitabilia cōtulerunt, maxime iuxta fontes & aquarum riuos uiuendi commodō se ponentes. Hanc commoditatem maxime sectabatur illorum hominum genus, nec cōperunt in illa peregrinatione prima, qua se ab inuicem homines fecerunt, diuisa lingua cogēte: setq̄ pro parte sociabant intelligencia distante, montium atq̄ collium altitudines habitare, quousq̄ perueriorum superbia id effecit, ut ad inuicem homines uerarentur libidine dominandi cupiditate nocēdi, aut auaritia plus habendi. Vnde à multis circūdaris perniciosa societas hominū, inducta sunt bella finitimos. Quam obrem multi ad uitidē personarum & rerum se ad habitandum in montibus & eleuatis collibus contulerunt, etiam quadam humana pace optantes uiuere super terrā, quam habere non poterant, si prædationes & damna seu in cursus in defensione à malis hominibus prouiderent. Multi etiam nō eodem intuitu humana pacis, sed ob audaciam incurrandi atq̄ ledendi, ad securitatem refugij post illatam iacturam habitacula in montibus construxerunt. Vnde humana pax & nocendi cupiditas, primō fecit homines ad montana conscendere, illos propter tutelam, hos propter calumniam inferendam. Quia necdum erat mala comprimēs & puniens uera iustitia, necdum retribuebantur iuste operantibus bona: sed sicut nondum firmē locati, mansionibus incertis agebantur, quibus nec deus desuper dirigat, sicut Abraæ loquebatur de celo. Sic iustitia excludebatur, quorū actiones solum erant ex uolito, nec etiam malis ex uera iustitia dabatur debita p̄na, nec bonis iusta retributionis gratia. pleriq̄ amonitate atq̄ sanitate aeris relicta, in sanitatem corporis montium habitacula quaesierunt. Alij audacia mirabili & successiua relatione, memores à deo dispositæ primæ raris, humana peritiam per illius exemplar ratem condere probauerunt: & mediterraneum mare nauigare tentātes, ad diuersum litrus per diuersa mundi climata peruenerunt, in locis apris prop̄ mare, aut non longē positis per mansufulas habitantes, sicut antiquitas in multis horum maritimis inspecta declarat, siue disrupa i paucis relicta reliquis, siue consistens, sed non in cōstructionibus primis. Non enim in illa prima peregrinatione, q̄ incertis sedibus homines uagabatur, facta sunt habitacula inter mediterraneos montes, nec penetrata sunt reḡ interiora deserta, maxime in partibus occidentis & austri & aquilonis. Ab oriente nany uersus has partes, primus motus hominum fuit. Nam ab oriente uenerūt in terrā Sennaar, ubi reprobata turris legitur fuisse constructa, & arca regis in montibus Armenia, orienti q̄ occidenti ui-

cinioribus, de qua egressa sunt mūdi secūdi patres, ex quibus erant per orbē terrarū hoies semitrandi. Sed castrametati sunt primō in planitijs iuxta mare. Deinde auditate uisendi, interiora terræ hoies intrauerunt, è ducati fluminū mare intrantū, plurimi ad regiones incognitas ascenderunt, cōsiderātes aeris dispositionē, amonitate situs, possibilem terræ culturā, fertilitatē ex cultu reportare credētes, pascha pecoribus & animalibus apta, in remotā ab æquore terrā societate habitaculū confederunt. Sed in omnibus his aut erat uaga libertas, aut superioris alicuius moderamine coercita, suberat nocendi sublimata impunitas, aut innocentia non defensa, in nullis tñ uera iustitia: qm̄ eo tempore nō mundi regna siue regimina cōperunt p̄ hominū uoluntate iniuste cōstitui, cōcepit ad deū pertinēs populus iustu dñij, linguæ prioritate, certo sacrificio atq̄ circūcisōne distingui. Nam primā distinctio fuit p̄ linguā, quæ maxima & euidentis fuit, ut ille populus duntaxat ad deū pertinere nosceret, in quo lingua remanserat originalis, multiplices quo uerso loquendi genere cōcesso alijs ceteris: quō factō, in Babylone remansit Nemroth derelictus à deo, quia ipse primus per libidine dominandi, iustitiā dereliquit. Assur uero in de egressus, Ninuen maghā edificauit, cui nō ex principio hoc uocabulū dedit, sed à Ninō Beli filio ipsam suscepit, quā in moribus & lege & ritu uiuendi diuinitas iustitiæ nō subiecit, ut declarauit successus regentium, ga ipsos tpe cultus exorsus est idololatriæ. Nā qualis fuit primitas, saepe declarat posteritas. Hic siquidē duæ ciuitates magna regimina obtinuerūt in partibus orientis, quibus tractu tpsunum in altera cessauit. In neutra uerō fuit uera iustitia: quia in illa, ut nequiter ascenderet in cælū, fuit exorta siue incepta supbia: in alia diuini honores sunt exhibiti creaturæ, dei reuerētia derelicta. Ibi illa uenari cōcepit Nemroth hoies cōtra dñm, in ista per idoli cultū hoies sunt auersi à dño. Ibi superbia ofēs confudit, hic idololatria oēs infecit. In neutra uerō aliquid sanctū ad honorem creatoris, sed auersionē à deo ex malis moribus ortam omnino cognoscimus.

Interpositio de nominibus regionū & ciuitatū, montium & fluminum indistincte.

Caput XXXVII.

NE aut oberretur propter ea q̄ dicturus aduenio, in uocabulis regionū, aliqua est declaratio p̄ferenda. Igit̄ hęc scriptatoribus pateant, q̄ regionum aut climatum nomina non dedit Adā, quis ipse omnibus ante cōstituit congruam dederit: & quod ipse uocauit, hoc extitit nomen eius. Nec in originali mundo per uocabula, per q̄ nūc aliqua distinctio facta est orbis, hęc solū in regionibus & climatibus mundi p̄ ufu fuisse loquēdi, orientalis plaga, occidentalis plaga, meridionalis plaga, septentrionalis plaga, quod usq̄ ad diuisionē linguæ post diluuiū nouimus obseruatum. Quo in tpe cū diuisa est lingua, diuisa est terra, & mūdi regionibus, partibus & climatibus data sunt nomina, q̄ antē secundū proprietatē regionū, aut ad uoluntatē & ex noie p̄cedentiū, aut ex fortuitis casibus sunt imposita. Nec mentibus hominū subrepat tres mūdi partes, quibus primō distinguit̄ totus orbis, Europa, Asia, Africa, sic ante diluuiū aut post, ante linguæ diuisionē, ut famose legitimus, nominatas, sed post diuisionē linguæ, certis cūctibus tālia nomina suscepisse. Similiter de alijs prouincijs

Gen. 11.

sub eis contentis, atq; de infulis & promontorijs, q̄ a p̄fidentibus in eis ob humanā famā in gloriam, aut a certis euentibus talia q̄ possident noia susceperunt. Quam plurimē aut ex successione p̄cedentiū, aut eētā casu mutauerunt: sicut & ciuitates q̄ noia susceperunt a conditoribus primis, q̄ sepe mutata sunt a nominatoribus subsecutis, aut acciperunt ab euentibus uarijs. q̄ si qs solerti mente gestorū scriptores legerit, q̄ dicimus cōprehēdet. Nec in mētibus hoīm cogitatio sedē faciat, q̄ sic ab exordio nominatae sunt regiones atq; puincij, sicut nunc legimus multa facta in illis; nominibus expressis, sed accepisse in posterū nomen p̄dicitum uel seruatū. Exempli causa multa subnecterem, si chronicare cōpessim. Quis nā lacubus, fluminibus, fontibus noia dedit? Quis etiam nisi ex placito aut ex nouis actibus, cōmutauit? Nam si Adam speciebus imposuit noia, nō tamē earū indiuidua nominibus cōsignauit, sed apposita sunt ad placitū ab eū reuē, quod in suis filijs claruit & in multis nascentibus ceteris. Huiuscemodi ueritatem, si qs in scriptura sacra multorū nascendi ordinē, na rorū interpretationē, corporis & uitae p̄prietatē inspexerit, apte cognoscat, q̄ in multis alijs nominibus errariorū stellarū noia hoībns tradiderūt.

Hec ideo dixerimus, ut cū aliqua in regionibus mundi recolimus, nec credamus illa noia tunc ab exordio tenuisse, quae nū habere lesitamus. Sed multa nominamus ad declarationem nominibus in posterū datis, q̄ nō habebāt in suis principijs, & in multis q̄ referimus gestis. Multa nāq; fuit diuersitas antiquorū scriptorū, quorū uitio aliquorum multa sunt usq; uaq; cōfusa, ut ferē nisi opinatiue possit ipsa uarietas cōprehendi. Quāobrē in rebus recitatīs atq; tractandis cogimur addere uel minuere, & saepe aliter q̄ gesta fuerint noiare. Sola q̄dē sacra scriptura hoc seruauit eximie, q̄ cōmutari nō potuit, nec inuēti abradī, ut ad id ad quod facta est, plene nō elucefceret. Voluerunt aenigmatibus multa uariare poetae, & mendacijs & appositionibus uarijs, uelut si uellent non fastu nominari p̄phetis; sed mentita est iniquitas sibi. Nam si des Christiana ita suos tueri, illosq; resellit, ut p̄phetae habitū sint ueraces, poetae uerō habitū sint mēdaces. Nā prophetae uera uiderūt futurū p̄nūciantia statū, uerāq; dixerūt p̄ almissis sp̄m. Poetae finxerunt, & corū ap̄erta fides Christiana mendaciū. Hanc interpositionē fecimus ob cautelā, cū in hoc op̄e uel i alijs nostris opusculis & aliorū, de huiuscemodi reb; dubitabilis sermo p̄fluxerit.

¶ Incōuinibile argumentū est, nō esse ueram iustitiā, a q̄bus per deum iubetur diuortium, ex quo sumit & insurgit distinctio populorū.

Caput XXXVIII.

ATempore diluuii usq; ad diuisionē linguae similiter & terrae, anni credunt sexcenti uiginti sex quorū recētū quinquaginta anni, pro iusto mūdi dñio spectauerūt ad Noe, qui tñ diluio superuixit: quo mortuo, reliquū tps uagū, in quo aliquid dignū memoria uirtutis & uitij factū a nullo refertur: nō tñ quin in illo tpe fuerint, scriptura sacra prodente, unius dei cultores, similis & contēpores. Ab initio quippe mundi usq; quo resoluatur, bonorū erit mixtio cū iniqs: nec aliud sentiendum, etiam si omnis scriptura tacuerit.

¶ Prima uerō peracta distinctioe populi dei p̄ lū

gae diuisione, in qua populus humanā & primam linguā retinēs, creditus est deo gratus, ois aut alius populus in nouitate linguae tanq̄ reprobos est punitus: usq; ad Abraā, aliā distinctionē factā nō legimus, quīs multiplicatis cū idololatriā populis, populū unum uerū & summū deum colentem, passum oīno credamus. Est em̄ persecutio magna abiq; flagris & ferro, cū qs cogitur intueri quod nō est licitū imitari: & cōpellitur audire, quod nefas est facere: & conuersari cū eis, q̄ quod male mala peragunt digna p̄nis. Qua persecutione perimur Thare pater Abraā cum omni progenie sua dimisit terrā natiuitatis suae, scilicet Chaldaea. Nam quia unum deū colebat, aut uocabatur angustijs ab idololatrijs, aut ipse idololatriā uidere nō poterat. Et cogebat eū ratio diuinae iustitiae, ac etiā oēm hominē pie uiuere uolentē, & dissimiliter uiuentibus, maximē a cultoribus idololorū, & a cogentibus ad inhonestū siue nefidiā suadentibus, oīno recedere. Abraā uerō adhuc uiuente patre, & deo p̄ceptum egressioni a terra natiuitatis & cognationis accepit, q̄ cogebat idololatrare p̄ ignē, quīs alia causa posterioris egressioni subiecit, pro eo q̄ futurus ad magna & ardua parabat. Claretq; per aliorū relata ueridica, q̄ diuino iussu recessit Abraā a dissimiliter uiuentibus, factus cū gēte sua dño grantanter acceptus, & ois alius populus reprobatus. Nam ut legitur in libro Iudith, cū ab Holoferne dux Ammonitarū Achior de dei populo cēperet, ab hoc quē dicimus Abraā, & ab eius tpe cēpit ordinem narrare, dicens: Si digneris audire dñe mi, dicā ueritatē in cōspectu tuo de populo isto q̄ in montanis habitat, & nō egrediet uerbū de ore meo falsum. Populus iste ex p̄genie Chaldaeorū est. Hic primū in Mesopotamia habitauit, qm̄ noluerunt seg deos patrū suorū, q̄ erant in terra Chaldaeorū. Defere res itaq; caremonias patrū suorū, q̄ in multitudi ne deorū erant, unum deū caeli coluerūt. Et p̄cepit eis ut exirent inde, & habitarent in Charram.

Denominat iste hunc populū nō a prima origine, sicut p̄ rectā genealogiā trāsductus est ab Adā usq; ad Noe, & a Noe usq; ad diuisionē linguae, sed nec ab illa diuisione, in q̄ etiā diuisa est terra, & Heber cū generatione dūtata Phalec filij sui, q̄ quidē nō in omni generatione prima lingua remansit, a Nemroth & ab alijs generationibus separatus, in Chaldæorū terrā seu Mesopotamiā ipse recessit. In q̄ recta successione Abraā nascitur ex Thare: q̄ obrē recedendo ab his q̄ nō sunt populus dei, cōstruitur populus dei. Et magna oritur fama nois, cum deū nō relinquit, q̄ terrā reliquit. Recedere ab impijs, uertigū est uirtutis, & notari digne meruit q̄ hoc fecit. Ecce itaq; per allocutiū diuinū distinctus gūtur populus dei a nō populo dei. Loquitur dñs Abraā, quē cefas uolebat p̄ficere magnae gētis, ut tale alloquiū magnū secretiois sit signū, q̄ in hoc & gente sua sit deo accepta iustitia, in reliquis uerō iniustitia, dei reuerentia derelicta. Et est incōuinibile argumentū, q̄d ab impijs segregat hoīem piū. Nunq̄ em̄ in hac uita, nisi respectū deferendā iniquitatis, aut maioris inferendae uirtutis, deū legimus talia diuortia p̄cepisse. Iniquitatē, non aliquā iustitiā in illa gente deus esse, p̄pserat, a q̄ si delē suū Abraā cōtō studio segregabat, quē potius uolebat in mūdo fieri peregrinū, q̄ certā patriā incolere cū iniquis. Proinde audaci uoce Holoferne loquitur Achior, qm̄ noluerunt sequi deos patrū

suorū. Unde colligitur etiā generationem Heber, quanq̄ nō totā tractu t̄p̄is ad colenda idola cōtulisse, ut uno deo relicto, deos multos ritu nefario adoraret, q̄s deū unū colētes colere noluerūt, ac illos colentiū caremonias abhorretes, diuortiati ab eis, in partē aliā secesserūt, & coluerunt deū caeli. Deus caeli, apud Hebræos tantū modo creator oīm intelligitur: apud alias nationes deus caeli q̄st deus altissimus habebat. Nā aliq̄ nationes p̄ter Hebræā, quīs unū summū deū crederēt, nō tñ fide nouerant creatorē. Semp̄ em̄ a confusione linguae mētes excessit terrena sapientiū, ex nihilo fieri creationē primā oīm res. Idcirco in q̄bus gentibus, linguis, populis & nationibus, q̄ diu firma mās fir nouitia siue firma credulitas creatoris, nunq̄ delatum est dñs. Qua descēdente, aut tremula manente in cordib; hoīm, cultus affuit idololorū, quē Thare pater Abraā, & ipse Abraā nondū prole lactat, a deo iussus deseruit. Quod etiā Stephanus ut in actibus legitur, in cōsilio rñdens disseruit: Viri patres & fratres audite: Deus gloriae apparuit patri nostro Abraā, cū esset in Mesopotamia, priusquā moraret in Charrā, & dixit illum: Exi de terra tua & de cognatiōe tua, & ueni in terrā quā monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorū, & habitauit in Charrā. Et inde postquā mortuus est pater eius, trāsulit illū in terrā istā, in q̄ uos habitatis. Haec idcirco memorāda decreuimus, ut sciamus in gētib; uerā nō esse iustitiā morū atq; regiminis, a q̄bus deus separabat aīo & corpore quos elegit. Electio & reprobatio, iustitia & iniustitia uera sunt signa, ut intelligat iustitia in electis, in reprobis uero iniustitia relinquatur. Magna protinus sunt testimonia scripturā, q̄ propter idololatriā sit populus reprobatus, a quo fidelis unius dei cultor, extitit diuino oraculo segregatus. Ac per hoc neq; intentione, neq; in moribus noscitur uera iustitia, si acceptus deo, ab ipso segregatur in nocē: implacitus uerō, *terendo relinquatur. Non legimus saepe deū habuisse colloquia cū iniquis, excepto Cain, quē uolebat corripere: cū suis electis uerō, ad dirigendū eos in uia rectā, frequenter allocuti cognouimus. Proinde in his quos direxit pro obseruatione iustitiae, suū erat placitū uoluntatis: in his quos allocutus nō est illis temporibus, erat implicitū, quanquā post illas primas eruditiones patriarcharū atq; prophetarū, nō semper fuerit locutus electis, ne sequeretur damnata conclusio, q̄ cui deus nō loqueretur, electus esse non posset.

¶ Quod ex allocatione diuina & circuncisione apposita, cōprehenditur in Abraā & sibi applicis uera fuisse iustitia, in alijs uerō regnis iniustitia reprobata. Caput XXXIX.

¶ In posteris aut placuit oipotenti, speciali charitate populū suū a ceteris insignire, uelidelicet circuncisionis sacramento, ut sic data penitus circuncisio agnoscat, ut ois masculus circuncidetur de semine Abraae, ut sic characterizetur dei populus, ac etiā q̄m̄ nō fuerit de semine Abrahagatus, si uoluerit in fide Hebraica circuncidī, reparetur acsi esset de populo sancto dei solo, in quo directione diuina seruabat uera iustitia, in alijs populis & regnis uerū dei uera iustitia derelicta. Porro iam erat regnū Babylonis initiatū a Nemroth regnū Assyriorū in choatū ab Assur, regnum *Sachorū in choatū a Ragau, regnū Aegypti ini-

tiam a Saruth, & alia plura regna, quae numerare prolixitate p̄ter utilitatem generaret. Maxime uerō tpe Abraae tria regna in orbe p̄celebant: Assyriorū in Asia, Aegyptiorū in Africa, Sycioniorum in Europa: in quibus uerō nulla uera iustitia. Nā si dñio placitū fuisset in eis, allocutus aliq̄ illorū regnorū principem uel plebeium fuisset, & direxisset in oēm ueritatē, sicut Abraā locutus est, quē dilexit atq; direxit: & tanto circuncisionis sacramento ipsum cū omni domo sua distinxit a ceteris, cui etiam suos angelos in mysterio magno direxit, cui etiā futura mysteria reuelauit. Nunq̄ uerō hominibus aliorū regnorū deū legimus locutiū, nec angelos direxisse, sed ad deceptionis & multa perueria cōdenda signa dēgones pessimos in idolis & alijs modis deceptorū, iuste p̄mittit dño, accessisse. Bella siquidē quae iniuste alijs intulerunt, illorū regnorū arguunt prauitatē: successiones improbae, dicunt improbitatem. Nam si bona erant illa regna, cur idola coluerunt? Cur iniusta bella finitimis intulerunt? Cur deus illorū aliquibus hominibus nō est locutus? Cur aliqua mādata nō dedit? Cur angelos nō direxit, aut hoies nō cōueniunt cū illis, a quibus illa mala facta fuerunt, & in quibus diuina bonā & oracula oīno monstrauerunt? Ac per hoc ab eo protinus tpe, quo Thare recessit a cultoribus idololorū, & ab eo tpe quo Abraā locutus est, usq; duntaxat Abraā, in nullis regnis & gentibus legimus uerā iustitiā, magis uerō nequitiam & sauitiam reperimus. Sed deus occulto iudicio illa regna tolerauit, augmentari permisit, non proprijs meritis, sed ut dei patientia mōstraretur in eis, qui aliquid ad uniuersū pulchritudine facit ex eis. Abraā autē si aliqua gessit, *non est condemnandus iniustus: quia hoīm iniustitiā & uiolentiam improbam, p̄pulsauit, atq; defendauit protinus innocentes, ut uelut ad respicienda statum atq; tuclam secura esset innocens, improborū cōcēta malitia. Nec non congruum erat, ut aliorum uiolentus ereptor, per aliorū uiolentiam iustissime artaretur. Nec iniustus aut malus ipse iudicandus est, acsi merito non esset caput iug gētis, quia pellicē habuit, quā sibi sua legitima uxor supposuit: qua non est usus ardore libidinis, sed desiderio prolis, satisfaciens uxori, non lasciuiae prurienti. Nec ex hoc ipse peccauit illo in tēpore, quod prohibitum est Moisaica lege tradēte. Nec Iacob, quem cum pluribus legimus corpus socia esse, nō libidine adustum, sed uaria prole lactatum.

¶ In q̄bus fuit iustitia uel nō, a mortuo Abraā usq; ad Moysen. Caput XL.

Vluēte ipso Abraā, regna plura sunt exorta: ipsorū mortuo, uiuentibus filijs & nepotibus, plura dātāq; fuissent a Phoroneo leges in Graecia, q̄ quanda humanā iustitiā innuebāt, non tñ quibus uera fierent, sed q̄ mala horrida in moribus hoīm, phiberent. Tamen gratā deo iustitiā in illorū moribus hoīm nō inuenimus usq; ad Moysen: quia nō illis, sed istis locutus est dñs. Nam Isaac diuinum accepit oraculum, Rebecca corpore bellum gerēs in geminis, diuinum responsum, q̄ duae gentes erant in uero suo: in q̄rum una beneplacitum dei futurum ex iustitia, in alia uita nequam, dei iustitia non reuera. Iacob similiter uisiones altissimas habuit, & diuina suscepit oracula, ut q̄liter diuinū placitū agerent, non erraret. Venditus in Aegypto filius eius, interpretat-

Gen. 25.
Gen. 28.
Gen. 37.

1.Re.10.
1.Re.16.

gēre uncti sunt decreto domini reges a sanctis uiris atq; prophetis. perquam in populo subdito preceptis diuinis: Nam primus rex a dño constitutus, unctus est a Samuele, secundus qui Dauid, unctus fuit ab eodem. Nec quidem autoritate Samuelis, nec constitutione illius gentis, sed mandato dñi sic desuper decernentis. Vncti fuerunt etiam deinceps in populo dei reges: & quanquam omnia in figura contigissent illis, nihilominus ramen illo in tempore in eis uera erat ratio concessa iusti dñi atq; regiminis. Quomodo uerum domini inter gētes que ignorabant deum: Quomodo habebatur uera ratio dominandi, & uera iustitia inter gentes, a quibus fuit peculiarem populum cauere uoluit, ne opera eorum conuersando discerent, & si aliquando mixti sunt cū eis, eorū damnata opera cōdiscerent, ilico sunt puniit: Et si a lege data tanto errore discesserunt, continuo traditi sunt ad puniendum in manibus exterorū. Quanta diligentia omnipotens studuit præcauere, cū populus ius tradendus esset sub iugo gētilicæ seruitutis, ne subacti etiam eorū operaque ueretur, cū quibus uoluit suos adesse prophetas, a quibus quotidie monerentur. Quanta claritate uerborum Ieremias incussit trāsmigratis, ne timerent gentes, sub quibus captiui tenebantur, ne desererent legem dei, ut gentium idola non sequerentur, declarans que sunt, & illos in omnibus asperratus, qui cumq; sacrum textū legendō intellexerit, ista cognouit. Etsi populus dei sibi sua lege & cerro cultu ligatus, in regibus sæpe deliquit atque subiectis, ut etiam turpiter & probrosa morte in Seducia rege ipsorum regnum finiret, non fuit culpa iusta dei legis, sed demerito proprie iniquitatis. Lex quidem iusta & mandatum sanctum erat, quibus male usi sunt: quamobrē deliquerūt, ipsam tamen legem sentientes in pennis, quam in moribus abiecerunt. Sed nec iniquitas hominis uerā excludit iustitiam legis, sicut iustitia legis non communiat cum malitia hominis, sed illam persequitur, autoremq; punit, aut ab ipsa omnino diuertit facit. In hoc quoque deliquerūt gentes, quia ipsam non susceperunt, sicut illi qui susceptam non seruauerunt, illi non suscipiendo, isti nō obseruādo. Sed ampliori delicto ille, q; suscepit & credidit & postmodum resiliuit, q; is qui nunquam tali legi subiacuit. Peccauit populus nationū per superbiam, p eo q; accipere noluit, & per ignorantiam quia nesciuit. Peccauit populus dei p superbiam atq; malitiam, quia seruare contempnit.

4.Re.25

¶ Rationibus astruitur quibus possit, cū nō possit in regnis esse iustitia. Cap. XLV.

Sed habet populus dei, populus ipsius lege prædoctus, quo confurgat in regibus & subiectis, si aliquando deliquit: quia ad ipsam legē, p ipsam eandem recurrit, quam credidit. Gentium uero eo irremediabilior est casus, quo lege carens, in quo resurgat, nō habet: sed semper ad peiora relabitur, nisi dei legē credēdo suscipiat. Ac per hoc ab eo tempore quo cœperunt mundi regna constitui atque distingui, præterquam in his in quibus facti sunt diuini assaus atque directiones, in nullis uera ratio dominij fuit, neque in regno Assyriorum, neq; in regno Medorum, Persarum, Aginorum, Sycioniorum, Dadaniorum, Aegyptiorum, Schyitarum, * Eparchamorum, Atheniensium, Lacedæmoniorū, Mæcedonum, Laurentinorum, Latinorum, Cartha-

ginensium, Romanorum, atq; omnium quoquo nomine censeantur, pro eo quod ipsorum iustitia originem uerā iustitiæ non respexit, potentia dominandi, usurpationis & libidinis accepit initium, & non cognouit illum, a quo potestas regnandi uera procedit, nec cum illi regnabant, uerum deum, sed deos dicebant auctores. Et eo ipso in obliquum cadebat potentia dominandi, quo cunctorum nō uerebatur auctorem: quoniam omnium rerum ordo, qui per prius & posterius constituitur, unam arquit principium, a quo sumpsit initium: ut si quid in illa inuisibili regula ordinis, qua omnia in ordine constituuntur, a principio discreparet, rationem ordinis non haberet, & turparetur inuisibili turpitudine ordo, in quo fit per prius & per medium competens progressio, ubi posterius irreprehensibiliter non aparetur. Nam omnis potestas a domino deo est, ut omnibus æterno & incommutabili iure sit ipsa superior atque prior, ad quam irreprehensibili ordine omnis est referenda potestas, prout uia aliam usq; ad minimam certa serie subalterat. Sed cæca gentium libido regnandi, a rectitudine ordinis deuiauit, ut suum prius nō cognosceret, a quo se regens & a se rectum, per impietatem auertit. Multitudo quæcumq; ex suis aggregata cōpositis, ab unitate sumpsit exordium, ut nec multiplicitas esset, nisi prior unitas extitisset, ut usqueq; peruenire possit ratio calculandi ad multitudinem faciendam, quotum sit in ordine numeris, tm distet ab unitate initiali: & præcipitur omnis ratio numeralis, si primam partem non respicit. Proinde si ratio dominandi esse in hominibus nō scitur, quod in ipso seruatur ratio multitudinis, unde processit, fit necessariū ut sciatur, unde dominandi potestas: aut est in illa multitudine, quæ ab una prima & ueritate processit, seruaata ratione qua in multitudine esse contingit: aut est in alia multitudine, quæ illam sacrosanctam primam non respicit, sed ab illa se auertens, propria dominandi libidine seipsam constituit, & sequetur & sequitur malæ uoluntatis unum principium malum, relinquens naturale atque æternum unum principium uerum bonum.

Bonorum omnium quædam est inuisibilis & rationabilis connexio, quæ cœpit in aliquo & ab aliquo adorari. Porro cōnexa sunt bona diuina, ad q; omnia bona & in ratione bonitatis conueniūt. Iure igitur cū dominare primo conuenient, & tanto conuictius, quāto separatim p̄cis agent, & quanto ab ipso procedūt, sine q; esse non possunt. Et hæc ratio noscitur infra entibus, ut uelint esse qd sint, nec male aut non esse congliscunt. Sed quod appetunt, om̄ino nō esse: & quod refugiuū fieret, si non se ad constitutens & cōseruare ualens, om̄i ratione cōnecterent. Magis aut libet inueni, quid perfectū est in rebus & quid imperfectum, & ex uoluntate corrumpi reperitur aliquid uitiosum. Porro quod mancipatū est uitio, excluditur ab ordine perfecti & imperfecti, & qm̄ omne perfectum nequaquā est uitiosum. Perfectum siquidē atq; im̄fectū, p̄gressiori oculo se cōspiciunt, uelut si unū ab altero progrediat. Imperfectum enim dominij, quod in hominibus a deo constitutum est, si non uult trāsi re in uitium, respiciet & se tenebit ad suum perfectum, a quo traxit initium, & fecit subiecta gubernando progressum: & illius tenebit in animo & moribus legem, a quo traxit originem, maxime ut non exorbitet, a quo penitus habuit ut sic esset.

Rom.3.

Ps.75.

Omnia siquidem que non per naturam, sed participatiue alicuius boni bona sunt, eo sunt meliora, quo illo bono magis participat: sicut corpora que participat lumen solis, ex eo habent plus luminis, quo ex ipso proprietate sua partem capiunt ampliores: & que calefiunt ab alio quā ipso natura continet, eo magis calefiunt, quo ad calefaciens habent proximitatem: & omnia dependentia magis sunt quā sunt, si a quo dependent, iure iusto respiciūt: & que minus, minus: & que nihil, id quod faciunt habent, & eo peiora, quo se a suis constitutionibus quomodolibet abegerunt.

¶ Aeterno sine non constituto, modica fi qua fuit, reputatur bonitas nationum. Caput. XLVI.

Non aut negamus in alijs nationibus boni aliqd affuisse, p eo q; plures uirtutibus studuerunt ad terrenum regnum imperturatum tendendum. Et ut multorum improborum frenaretur ini qua facultas, iustitia usi sunt & prudentia in agendis, & temperantia in cauendis, & ex fortitudine animi multa firma tenuerunt, p̄ uirtutē sustinuerūt, & ardua sunt aggressi: sed nec ex his facti sunt cultores eius luminis, sicut ueritatis, sed sectatores terribilissimæ falsitatis. Nec etiam affirmamus in his qui accepterunt legem dei, peccata deesse, & deliquisse in lege, cognoscentes peccata per legem. Sed sicut illi ex aliquibus bonis humanisq; operibus non habuerunt ueram iustitiā, sic isti ex quibuscūq; malis operibus dei legem non fecerunt iniustam. Et ut usq; ad Christum uniuersorum legitimum regem, ipa & regimina conuictamus, modica tangentes, ut ex ipsis eorū considerationibus plura capiamus. Qui hesitant, respondeant, sed prius alta mente præctent. Non legimus dei populum sibi fecisse legem, sed accepisse a deo: fecerunt sibi leges aliquæ nationes, quia p̄ter datā Moysi, aliam non acceperunt, istamq; noluerūt: quam si accepissent, condendis legibus non uacassent. Nam nec opus erat lege humana, iam p̄mulgata diuina. Nec populi dei reges, leges facere alias p̄sumperunt, sicut reges gentium seu paganorum. Sed qui fuerūt legis dei perspicui zelatores, illam & ipsius cultum iusserūt seruari a populis, sicut illa dictabat quæ a deo data, omni carebat errore. Cum schisma uero post Salomonem in dei populo nasceretur, diuise sunt tribus, diuisi sunt mores, destructi sunt ritus, & constituti sunt reges peregrini, & improbi cultus altaria facientes: & si quid boni zeli dei & legis illorum reges habere uisi sunt, in hoc maxime condemnantur, quod excelsa nō abstulerunt, contra quos missi sunt prophetae ad improbationem regum & populorum, & ad confundendum idololatriæ cultum. In Ierusalem uero remanserunt duæ tribus & semis in templo Salomonis, deum statuto cultu colentes, quæ de tribu Iuda regem habuerunt, & unctionem in manibus prophetarum, & argumentum malorum suorum in manibus eorum. Ecce diuina sollicitudo super reges populi sui, etiam iam diuisi, ut prophetas ad unctionem, & prædicandum futura, ad prædicandā bona, ad detestandum peruersa, quos reges & populi possent de suis actionibus interrogare, non abstulit, imō dedit, & solum ipsi unius dei & nominis eius notitiam habuerunt. Vnde Psalmista dicit: Notus in Iudæa deus, & in Israhel magnum nomen eius, non in alijs

nationibus. Quæ notitia iura dominandi, regendi, recteque uiuendi concessit. Agnoscat igitur qui oberrat, quantam auctoritatem non solum bonis, sed his qui peccauerunt, notitia unius dei concesserit, sine qua nullus ad seipsum iustus sit & ad alios regendos, aut cum alijs conuiuendi iustus esse nō possit. Si qui uero nequiter incesserunt, non merito iustæ legis, non negligentia prophetarum uerorum, sed demerito malæ uoluntatis & falsorum prophetarum, quos sequi pro placitis uoluerunt. Non autem condiderunt nouas leges, nec Mosaicā improbauerunt ut malam, quanquam sacerdotēs tēpli aliquas traditiones fecerūt, q; diuinis mandatis repugnare uidebantur, sicut eos dñs nosser IESVS de honore parentum in euāgelio reprehendit, quod nō processit ex decreto regum, nec ex oraculis prophetarū, non ex contemptu populorū, sed ex philargia pessima sacerdotū, contra quos sæpe clamauit cognitio prophetarū. Sed cæteræ nationes non receperunt legem Mosaicam, et arbitrariam condiderūt: & quanquā uiderentur conditæ ab hominibus leges, ex multis ferē concordēs, non tamen ueram iustitiā possederūt, nec regnandi sup homines irreprehensibilē acquiritæ. Erratur omnino in uirtutibus, si earum non referuntur auctori: & mores omnino culpantur, qui uagantur incerti, nec ordinantur ad illum, a quo ethica perfecta consistit. Supra solū posita pulchra domus, si fundamentum defecit, modici est momenti. Virtutum omnium fundamentū, conditor est earum. Ius subfistendi atque crescendi non habet in arbore, si praeceps est ramus, nec p̄cillum membrum natura in corpore iura tenet. Non condunt leges sub regula, sub monarcha, sed ipsius sequuntur, cum editā nouerint atq; uulgatā. Sūmus monarcha potestatis, natura, scientia, semp fuit conditor uniuersū, q; prout nouit expedire hominibus a se creatis, in hac uita degētib; leges tradidit cōuiuendi & se cernēdi eos qui sunt eius, ab his qui iuris proprii esse uoluerūt. Ac p̄ hoc quæ uirtutes inuisibiles sunt, in actū uisibile inducēt, eternū respectū habent. Misera, primus esset uirtutū ipsa cōditio, si terminarentur in his quæ uarietate temporū paguntur. Qui uero uirtutū directione disponere cūcta uidētur, eo ipso oberrant in intentione: quo uirtutum finem debitorum abiecerunt, nec uirtutes suam possident rationem, uirtutem si dimittant æternam. Et ut in his q; ab ipsis se credunt ad agenda mouere, defectus appareat, in illis quas credunt, uirtutibus male agūt, si finem æternū appositum in uirtutibus nō aduertunt. Potest tamen in eis plus uel minus in formiter oberrari, si hominū gestus exteriores & interiores, uirtutis finem perfunctoriū sortiuntur. Quæ ipsarum erit celebris differentia, cū omnium rerum respectu finis, maxime cōparationis distinctio attendatur: & eo nobilior sit uirtus uel actio, quo nobiliorem finem ipsa intendit, & agēdo quæ perstruxit. Rerum omnium uisibilium & inuisibilium conditor, ipse p̄stat cōtinuus & infallibilis & iustissimus ordinator, qui uirtutibus inuisibilibus inuisibilem & æternum statuit finē, & actiones hominum ad eūdem uoluit retorqueri: nō enim inuisibilia propter uisibilia, sed uisibilia propter inuisibilia sunt creata, ut etiam quæ uisibilia & sensibilia & in corporibus sunt, æterna dei lege ad finem referantur æternum, ut sicut certus manet ordo causarum, maneat & uoluntatū, consistat & actionum. Igitur

Mat.15
Marc.7.

*prac-

modica fuit bonitas, quæ non hunc finem intelligendo & agendo cõstituit, sed tantum minor, quantum execrata malitia, si peiora non fecit.

¶ Auctor concludit. Cap. XLVII.

Nec sapientes, qui exorti sunt in populis atque reperi, quanquam leges condiderint, tractauerint subtilissime de physica, ethicas multas conscripserint, & normam in republica præsumpserint declarare ratione fideris in terra, & membranis deponere, iniustitiam dominandi excusant, & uiuendi mores digna æquitate compalliant. Magis autem ipsorum exaggeratur iniquitas, & eorum innotescit improbitas, ut quanto sapientiores, tanto criminiosiores, si ad finem veræ sapientiæ atque morum p̄structo itinere nequiterunt peruenire. Quid enim profuit, si de uera beatitudine tanquam de fine ultimo, acerrimo ingenio sunt locuti, si illi qui est omnium adipiscentiũ tota beatitudo atque perfectio, non intellexerunt, neque ad illum uerum inuenerunt tramitem dirigentem? Quid eis profuit scientiæ? quid boni ueri cõsultis his, quod in eorum mente conspecta distabant, à dei scientia penitus oberrantes? Quod aduersus eos sapiens diuinorũ inclamarat: Vani sunt omnes homines, in quibus nõ subest scientia dei. Et de his quæ uidentur bona, nõ potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus atrendentes, agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut sp̄m, aut citatiũ aërem, aut gyrũ stellariũ, aut nimiam aquam, aut solem & lunã, rectores orbis terrarũ deos putauerunt: quorum si specie delectati, deos putauerũt, sciunt quanto his dñator eorum speciosior est: speciei enim gubernator hæc omnia constituit. Aut si uirtutem eorum & opera mirati sunt, intelligant ab ipsis, quoniam qui hæc constituit, fortior est illis. A magnitudine enim & specie creaturæ, agnoscibiliter poterit eorum creator uideri. Sed tamen adhuc in his minor est querela, & hi enim fortassis errant, deũ querentes & uolentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur, inquirũt & persuaũm habent, quoniam bona sunt quæ uidentur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Infelices enim sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem & similitudines animalium aut lapidem inutilem, opus manus antiquarũ. Aut si quis faber artifex de sylua lignũ rectũ seuerit, & huius doctũ eradat omnem corticem, & arte sua uis diligenter fabricet uas inutile in conuersatione uitæ, reliquijs autem eius operis ad præparationẽ escæ abutatur, & reliquum horum quod ad nullum usum facit, lignum curuum & uerticibus plenuũ, sculptat diligenter per uacuitatem suam, & per scientiam artis suæ figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuce colore illum, & omnem maculam quæ in illo est, perliniens terra, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat, prospiciens illud, sciens quoniam non potest se adiuuare. Imago enim est, & est opus illi adiutorium: & de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptijs suis faciens notum, inquirat ab illo: non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est; & pro

sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro uiam mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere perit ab eo qui ambulare nõ potest, & de acquirendo & de operando & de omnium rerum euentu perit ab eo, qui in omnibus est inutilis. Hoc idem P̄salmista commemorat, dicens: Simulacra gentium, opera manuum hominũ. Itaque uerum est talia fecisse hominum nationes, sed eorum consilio sapientum. Quod si sapientes nationum talibus non consenserunt, cur ipsos non legimus reprehendisse? aut cur ab eis non fecere diuertium, si frustra eorum argutio laborabat, cum in tantam insipientiam uiderent homines fuisse procliues, cum ipsos legamus ob alias morum improbitates à populorum moribus segregatos? Quæ scientia, quæ mora uirtutis, quis ordo uirtutum esse potuit in gentibus, quæ demones coluerunt? P̄salmista dicit: Quoniam omnes dii gentium demonia, dominus autem caelos fecit. Quæ uirtus illorum, quæ ratio dominandi, qui coluerunt creaturam potius quàm omnium creatorem? Contra quos Apostolus loquitur, ipsorum præintendens cognitionem, inferens erroneũ morem. Etenim ad Romanos ait: Reuelatur enim ira dei super omnẽ impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui ueritatem dei in iniustitia detinent: quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sæpiterna quoque eius uirtus ac diuinitas, ut sint inexcusabiles: quia cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed eauerunt in cogitationibus suis, & obcuratum est in sapientia eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum & serpentiũ. Quæ profecto excusatio erit, si cognouerunt, & si propria deprauataque uoluntate cum sapientes se crederent, stulti facti sunt? Quæ iustitia gentium illarumque sapientum, si quod est dei suique cultus, creaturis corruptibilibus tribuatur? Et nullo iure status sui potest constare aut permanere iustitia, si rebus insensibilibus tribuitur diuini cultus honor, & inimicis inuisibilibus iustitia, tribuitur ius honoris, aut quibuscumque creatis cultura diuina cõferat. Nõ permittit deus nunc, firmata Christianitate, uniuersalem mundi regem, ne homines quasi quid in mundo isto perpetuum, adorent dominum potentie secularis, & efficerentur idololatæ, in eo quod ex seipso & hæreditario more, aut successu aut carnis propagatione perpetuũ crederent temporale dominium, aut male credentes, quod sub uno monarcha tanquam hæreditario iure dominandi, mundũ gubernare disposuerit: neque stabilita crederetur spiritalis autoritas, si sibi ex toto non subiretetur aut superferretur humana potestas.

SIMONIS DE CASSIA CHRISTIANISSIMI euangelicarum ueritatum interpretis, librorũ XV. de doctrina Christiana, summa uigilantia recognitorum,
FINIS.